BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XIV
F
33
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JURIS CANONICI UNIVERSI COMMENTARIUS PARATITLARIS.

CAJETANI FELICIS

VERANI

TOMUS SECUNDUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

JURIS CANONICI UNIVERSI COMMENTARIUS PARATITLARIS.

SEU

Dilucida explicatio, nova methodo exhibita, omnium Pontificiarum Decretalium, quæ continentur in quinque libris GREGORII IX. & aliarum BONIFACII VIII. in Sexto; ac Conſtitutionum Recentiorum Pontificum in Septimo. Clementinarum CLEMENTIS V. Extravagantium JOANNIS XXII. & Communium. Explicatúrque quid jure novo per decreta Conciliorum, præſertim Tridentini ſtatuitur.

CUILIBET TITULO

Prætexitur Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in eodem continentur cum præcipuis Gloſſæ Doctrinis: & in calce adjiciuntur plures ſelectæ quæſtiones pertinentes ad materiam ejuſdem Tituli.

OPUS

Digeſtum quinque Tomis reſpondentibus quinque libris Decretalium.

TOMUS SECUNDUS

AUTHORE

R. P. D. CAJETANO FELICE VERANI

Nicienſi Clerico Regulari Sacræ Theologiæ, & Juris Canonici Profeſſore.

Nunc primum in lucem prodit. Permiſſu Superiorum, & Privilegio.



MONACHII, Sumptibus, ac Typis JONNIS JÆCKLINI, Typographi Electoralis, & Bibliopolæ
ANNO M. DCCIII.

Digitized by Google

MAGNO MAXIMILIANO EMANUELI BAVARO

Bellatori ter Invicto, Debellatori ter Forti,
Victori ter Felici,
CORONA TRINA
DONATO, ORNATO, CORONATO,
QUERNEA, LAUREA, AUREA.

Eroum nullus è ſexcentis à priſco decantatis Romanorum Imperio invidam promeruit *Magni* Nomenclaturam, ſive inſigni facinorum pompâ, ſive rerum in bello præclarè geſtarum faſtis, quem *Serenitas Veſtra Electoralis*, vel æquo non fuerit ſequuta pede, vel volatu non anteceſſerit ſublimiore. Veſtræ námque adoleſcentiæ etiam adulti fuêre triumphi adulati; quia innato quodam genio cum florente Veſtra Iuventâ didicerunt & victoriæ adoleſcere. Quòd ſi Alexandro Macedoni annum ætatis ſeptimum ſupra vigeſimum agenti debellatus ad Harbella Darius, cedente Aſiæ Imperio, *Magni* nomen fecit; quia cum trigin-

Digitized by Google

ginta ſex millibus Græcorum, ducenta millia Perſarum fuderit, profligaverit, diſſipaverit. Si Pompeio Iuveni viginti ſex annorum Africa ſuperata *Magni* cognomen dedit; quia captis hoſtium caſtris, Ducem Domitium interfecerit, ejúſque ſocium Hiarpam Regem compede vinctum, ſimul & victum ſecum traxerit in triumphum; dictus propterea ante Imperator, quàm miles. Si Publio Scipioni Romano Juveni anno ætatis vigeſimo tertio ſubacta Carthago, Pœnique edomiti *Magni* nomenclationem fecerunt; (a) *Et rumor de eo apud hoſtes tunc increbuit, veniſſe Diis ſimillimum Iuvenem vincentem omnia.* Quanto potiori jure SER.[ti] V.[æ] hiſce Ducibus ætate minori, virtute maiori, inſigne hocce *Magni* cognomentum dabunt Vienna à pertinaci obſidione vindicata; Pannoniæ Religioni recuperatæ, ſubacta Servia, quæ in capto ſuo capite ſervire Cæſari didicit; occupata Tranſylvania; fracta Ottomannicæ Lunæ cornua; imminutæ Turcici Imperii vires; depreſſa Scytharum audacia; & hoſtium exercitus in primævo ætatis veſtræ flore pluries fuſi, profligati, diſſipati? Nondum annum expleverat vigeſimum, nondum quartum abſolverat ætatis luſtrum, cum illuſtrare cæpit victoriis delatis ex deletis Turcarum exercitibus non Romanum dumtaxat Imperium; ſed & Orbem totum Chriſtianum. Docente námque Deo Manus Veſtras ad prælium, & digitos erudiente ad bellum, priùs veteranus, quàm tyro, animo ætate maior, conſilio maturior, virtute adultior, ea ingenii acie progreſſa eſt in aciem acriter, & alacriter, ut Scythicas, Odryſiáſque legiones chriſtianæ inſultantes Religioni fugaverit, inſequuta fuerit, ac proſtraverit, eâ ſanguinis effuſione, quò uberiùs irrigatæ, ſurgerent vegetiores victrices palmæ, Lauríque triumphales; tellúſque eodem tepefacta adoreas germinaret: cum fauſto ſemper Marte, eóque Victore invictum hoſtibus pectus objecerit.

Incrementa ſubierat ottomannica Luna immenſis propemodum militum copiis, quas è ſingulis intermini Imperii Turcici longè, latéque diffuſis provinciis dato authoramento ingenti ſumptu, apparatúque antehàc inſolente ſelegerat. Recenſi enim, luſtratíque fuerant centum, & ſexaginta

(a) *Livius lib. 27.*

ginta mille ſacramento obſtricti militiæ, ex Aſia, Africa, & Orientali acciti Europa, totúmque Orientem moverat in Occidentem, quem ut uno quaſi prælio everteret; debellatâ, depopulatâ, & ferro, flammíſque extraditâ Hungariâ, Viennam principem Cæſaris ſedem, primúmque Romani Imperii propugnaculum totis viribus, totóque niſu invaſit, oppugnavit, preſſítque diuturna obſidione; ut ſpem inter, & metum ſuſpenſus hæſerit Orbis, quâ tandem parte dominium ſtaret, aut ſervitus, cum hæc ab illo non niſi ſolius gladii videretur acie diſtare. Sed quid bellica Virtus poſſit cum maiora imminent pericula SER.^me^ V.^a^ mundum edocuit. Cæſari ſuppar ſi non ad Pharſalicos, certè ad Auſtriacos deſcendit campos, in quos ſequente Bavarica Fortitudine, obſequente Martia Fortuna, auxiliares copias quindena circiter millia Bavarorum mirâ duxit celeritate. Aiunt, Darium, & Xerxem annis decem dimenſos fuiſſe bellicum apparatum adverſus Græcos; & horum Pronepotem Perſarum Regem quatuor annorum decades inſumpſiſſe: Sed Elector Bavaricus intra paucorum menſium anguſtias eum armavit exercitum, quô longè clariores fuerit victorias enactus. Facile eſt citò metere, ubi ager plena ſegete fluctuat. Providentiæ, ac Prudentiæ fluunt ſuo tempore ſingula ad votum: neque felicior, ac expeditior eſt ulla celeritas, quàm quæ præviſa præſto ſemper habetur. Id Veſtra præſtitit Providentia cum primùm ad clavum cœpit Regiminis ſedere. Nimirum ut ad quosque ſubitos motus paratum haberet exercitum, omnia æquè prudenter diſpoſuit, ac ſolerter direxit. Huc ſpectârunt peculii collectio; optimorum Ducum, militúmque ſuſceptio; armorum diuturnus apparatus; tum civium, tum colonorum crebra exercitia bellica; umbratiles conflictus, equeſtria certamina, feſtiva haſtiludia, Ludicræ Armatorum pugnæ; quibus ab Adoleſcentia delectabatur. Facilè inquam fuit ſubſidiarias copias priùs cæteris in Auſtriam ducere, quæ non quærendæ, ſed jubendæ tantùm fuerunt, & ad quarum appulſum SER.^me^ V.^a^ Turcarum, Scytharúmque de-

præ-

prædantium compeſcuit incurſiones,coërcuit inſolentiam, repreſſit audaciam. Acceſſit mox Joannes Rex Poloniæ cum ſuo exercitu, duxítque, quò expeditior in hoſtes fieret irruptio, Tulnæ trans Danubium caſtra per dies aliquot metari, cui cum Cæſareanis, quibus præerat, ſe junxit Carolus Lotharingiæ Dux.

In unam igitur coactis aciem Fœderatorum viribus; indicatíſque per reduces exploratores locis ſingulis ab hoſte occupatis, ac aggere munitis; concordiâ exercituum, fide militum, Chriſto Duce Chriſtiani Nominis Vindice, eâ animi imperterriti Conſtantiâ Bellica veſtra Virtus in hoſtes irruit, quò non pugnare, ſed fulminare videretur. Hæc illa fuit, quæ Turcarum obſidionales turmas tumultuatim ex abditis Acceſſuum, ac circumvallationum ſuffoſſionibus eggreſſas, poſt aliquot velitationes, ac conflictus adegit ad fugã non ſimulandam, ſed præcipitandam. Hæc illa, quæ eum metum, terrorémque hoſtibus incuſſit, ut tela non ampliùs jacerent, ſed abijcerent; arma, non diſponerent, ſed ſarcinas ad fugam deponerent celeriorem. Hæc illa, quæ fugientes inſequuta profligavit, debellavit, proſtravit, ſimúlque reſtituit Urbem, ſervavit Orbem. Ferunt, convéniſſe olim Virtutem, & Fortunam, ut jacienti Romulo prima Romani Imperii fundamenta, Urbémque condienti opem, viréſque ferrent: ſed quò bellica veſtra Virtus unà cum Imperio Romano Urbem ſervaret, Orbem conſervaret; inconcuſſa Fortitudo, & ſagax Prudentia, nexu Gordio arctiore veſtro confœderatæ in pectore vires, & conſilia ſuppeditârunt. Quis hanc victoriam non vocet fortunarum ominatricem, triumphorum evocatricem, ac perennitatis fatidicam? Hæc fundamenta jecit, quò firmiùs ſtarent perpetui veſtri triumphi; quibus Teſſeram aſcivit, non ut olim Cæſar, Venerem genitricem, ſeu pellicem; ſed Virginem ab æterno in Matrem Filii Dei electam à communi originali labe immunem conceptam, Sole amictam, & ſuetam pedibus curvatam in cornua Lunam calcare, Ottomannicam dixerim. Hoc militari ſymbolo auſpice, interjectóque Bavarici ſtemmatis Orbe, ceu veſtro exercitu,

ſo-

Solem inter hunc Virgineum, & Lunam Ottomannicam erecto cornu ſuperbientem; hanc ſolemni obſcuravit Eclypſi, cum Hungariam in luctu, in ſqualore iacentem defloratam, deploratam Turcico preſſam imperio, oppreſſam jugo à fœdo vendicavit famulitio, ſimúlque Romano limina & Chriſtiana lumina longè, latéque propagavit. Fuit veſtri ſymbolum vexilli imago Virginis Matris cum epigraphe *Clypeus in Te ſperantibus*; nimirum clypeus, quo tectus, & protectus Bavarus Dux Potentias confregit, Arcus, ſcuta, gladios, & bella diſſipavit Turcarum. Teſtatur id ager Barcanus, ubi ad pugnam adactas Odryſias Phalangas præclarè fudit, & ſuperſtites Turcas ad præcipitem fugam compulit, qui diſruptâ ligneâ ſubſtructione pontis, quô Barcanio Strigonium itur, punctim, cæſim cruentâ clade ſaucii ceciderunt, vel extincti ſanguine, vel extinguendi flumine.

Neque hic ſtetit Victoria Bavara, quâ ceciderunt Strigonium, Vaccia, Viſſegradum, & Peſtum: quin & Buda iteratò obſeſſa; ubi extrema tentans deſperata Barbaries, arctiùs à Bavaris preſſa in ſuperiori Arce, ſuâ edocuit clade, nil poſſe Virtuti Veſtræ bellicæ obſiſtere, cui invia nulla via: tormentis ſiquidem bellicis non deſtitit Arcis quatere mœnia, licèt gemino firmata ſaxeo aggere; & per ollas igniarias, flammas fuſiles, bolides accenſas, aliáque id generis ignita miſſilia, uſque ad terrorem, horrorémque exilientia, ac reboantia, expugnare intus præſidiarios milites, ædificia evertere, turres diruere, muróſque disjicere: quaſi dicerent pugnantes in bello ignes in veſtra flecti obſequia, & in juſſis obeundis, ardere acriùs, quæ ut velociùs exequerentur, micationum ſuarum momenta in inſtantis reſtrinxêre anguſtias: móxque cum per ſinuatas ſuffoſſiones, murorum ruinas, laxúmque hiatum pateret aditus ad Arcis aſſultum eâ celeritate, & alacritate Bavari ſigno dato in everſa irruerunt Arcis mœnia, ut non homines ad Arcem oppugnandam, ſed ut Leones prædæ inhiantes viſi ſint irrupiſſe; captámque Arcem bellica veſtra Virtus Cæſaris juris fecit, cuius diademati tot addidit gemmas auro inſertas,

 victo-

quot victore ferro ex Ottomañico jugo extraxit urbes per ſex annorum curricula, quibus agros hoſtiles Odryſio ſanguine tepefecit, Martióque ſudore rigavit, quò uberiores germinarent adoreas, in tot urbibus captis, Arcibus expugnatis, propugnaculis everſis, Provinciis Chriſto recuperatis, & Cæſari reſtitutis; quæ unò cecidêre conflictu, cum ad Harſſicos colles pridie Iduum Auguſti, eo vel die, quo olim Romæ in Circo Flaminio ſacra fiebant Herculi Magno cuſtodi, Ottomannicum exercitum numero ſuo ſuperbientem inſigni victoriâ fudit, profligavit, ac prorſus delevit. Quòd ſi Hercules, uti ferunt, Hydram ſeptemgeminis capitibus pullulantem tædâ, & ferro in Lernæa extinxit pallude. Veriùs, & auſpicatiùs Boicus Dux oculis, qui Herculem decerent contra Hydram irruentem; capite criſtatâ galeâ, pectore loricâ tectus, Herculea fortitudine, animóque munitus irruit in hoſtes, quorum perfidiam proſtravit, audaciam compeſcuit, ſuperbiam depreſſit; ea fortitudine, celeritate, ac felicitate, quâ magna illa belli tria fulmina Alexandrum, Scipionem, & Cæſarem viſus ſit ſuperâſſe.

Mirati fuerunt Harſſici montes invictam Veſtram Fortitudinem, & bellicam admirati Virtutem, ad quorum radices caſtra fuerat Ottomañicus exercitus metatus, pallude, ſylvis, ac aggeribus circumunitus, qui multitudine ſuperbus, furore ſupra Barbaricum, poſtremam Chriſtianorum aciem, cui SER.ᵃᵉ V.ᵃ moderabatur auſus eſt erumpens ſuis è caſtris in apertum campum laceſſere, adoriri; ſed ſenſit dies illa æquè rubro, ac candido ſignanda Lapillo, ſenſit, inquam, Bavarum Herculem, Magnum Chriſtiani Orbis Cuſtodem, qui ut unus erat Barbarorum ſcopus, eorumdem & ſcopulus fuit, in quem illiſi, licèt ſuo freti æquè numero, ac audacia, fœdè in freto proprii cruoris naufragi periêre. Clypeus enim, & gladius cum ſtetiſſet Chriſtianorum, primam ante aciem micavit imperio, dimicavit enſe; texit pugnantes fideles, & protexit: id Veſtræ debetur Virtuti, quæ tuetur, quos intuetur, & publicam ut tueretur Chriſtianorum cauſam, nec pericula pavit, nec vulnera cavit;

cúm-

cúmque exemplo fortiùs, quàm voce animos pugnantium excitaret, ac diſtricto gladio dimicaret, acriorſque ardore pugnam urgeret, id terroris hoſtibus incuſſit, quò trementia eorum ſigna priùs defecerint; & cum fauciis plurium millium corporibus cœperint ſuperſtites animo cadere, ac curvata expalleſcere cornua Ottomannicæ Lunæ; quæ proprio fœdata cruore, & rubore ſuffuſa; quia rubuit ſanguine victa, non erubuit timore perculſa præcipitatam iterum fugam; quæ viam aperuit Bavaro Duci penetrandi in hoſtium caſtra, ubi ſupremi Viſirii ſuperba tentoria, totûsque bellicus commeatus eius ceſſêre trophæa; cuius bellica Virtus, quò ſublimiùs emineret, ceciderunt Turcæ hoc uno conflictu octies mille; quò perenniùs duraret, ſe fugæ dederunt octogies mille. Non ſinentibus loci anguſtiis amplam militum pugnam, militârunt tam multa in uno Bavaro Hercule, ut integrum ſuppleviſſe exercitum credi poſſit; ingenio, fortitudine, animo, ubique præſens, æquè certus periculi, ac contemptor: nec quidquam ceſſit Odryſio telo, quod ſi manum vulneravit, plus de læſa cute fluxit gloriæ, quàm cruoris. Hæc fuit ter felix illa victoria, quâ ut firmiùs Cæſar ſtaret, ceciderunt Eſſechium, Zigetha, Agria cum Arce Erla, Seghedinum, Alba Regalis, Varadinum, Caniſſa, Hermonopolis, Claudiopolis; & alia munitiſſima oppida, propugnacula, Arces, & Urbes per utramque Pañoniam, Tranſylvaniam, Serviam, & Croatiam, quæ ultrò ſe dedêre, non auſæ audito tonitru fulmen expectare.

Ad Savum inde progreſſus exercitus æquè palmis illuſtris, ac ſpoliis onuſtus, Bavarum ſuum Ducem, veluti per Hydaſpem Alexandrum ſequutus; Savum Fluvium, inſtar Araxis, pontem indignantem ſuperavit: ad cujus trajectum obſtupuit hoſtis, ſimúlque infremuit, & expavit. Cum neceſſariam ducendis trans fluvium militibus Pontis ſubſtructionem ſabuloſæ, & quaſi inacceſſæ crepidinum prominentiæ non permitterent, deluſis militari ſtratagemate hoſtibus, qui oras, ripáſque præmunierant; ratibus remo actis flumen felici omine, fauſtóque Marte nocte intempeſta traiecit Dux Bavarus, transvectúmque exercitum reſtrictâ tem-

 po-

poris periodo, æquè opportunè diſponens, ac providè duxerat, Odryſias turmas ad ſuum trepidantes appulſum perterruit, fregit, fugavit, & quæ antea incondito quodam clamore perſonantes, epinicia ſibi, epicedium Chriſtianorum copiis occinuêre; mox fractas ad proprii ſanguinis ruborem, iterum adegit erubeſcere in fuga. Iactaverat olim Cæſar jactam à ſe Martis aleam cum Rubiconem trajeciſſet: verùm Dux Bavarus eò eſt Cæſare major, quò non inermem Rubiconem; ſed Savum æquè fluctibus, ac hoſtibus redundantem trajecit, ſuperavit; obſedit ille trajecto Rubicone Ariminum; occupavit iſte Savo ſuperato Belgradum; trajectus Rubiconis patriam debellavit; ſed traiectus Savi Serviam ab Ottomannico jugo liberavit; Urbem ille expugnavit; Provinciam iſte ſubjugavit; & Belgradum poſuit Orbis Chriſtiani propugnaculum contra Ottomañicos inſultus, eò validius; quò plura, eáque regalia flumina mutuis ſe fœderibus conſociantur in eius præſidium, & tutelam. Si Fabius Magnus, quòd cunctando olim per Samnium totum, per Falernos, Gauronósque ſaltus Annibalem fregerit clypei *nomen*, & felicis *omen* in Urbe promeruit; quantò æquiùs illuſtris hæc nomenclatura *Magni*, & *Clypei* in Bavarum Electorem transfertur? cùm non umbonem otii, ſed Pegaſi celeritatem, clypeúmque negotii objiciens hoſtibus, eorum obtudit ſpicula, fregit audaciam, depreſſit, ſuperbiam? quis inficias eat, quòd (a)

Non aris, non farre molæ, victoria felix
Exorata venit. Labor urgens, aſpera Virtus,
Vis animi, excellens ardor, violentia, cura,
Hanc tribuunt durum tractandis robur in armis.

Nimium me detineret Panegyris, ſi ſingulis vellem victoriis immorari, & omnia, vel brevi ſtylo recenſere trophæa, quæ Auſtria, Hungaria, Croatia, Servia, & Tranſylvania bellicæ Veſtræ concinnârunt Virtuti. Tot enim ſunt quæ numero ſuo lateant, quæ ſuâ obruantur copiâ, quæque neque expendi poſſint, nec recenſeri; ſatis eſt, dixiſſe, militiæ rudimenta triumphos poſuiſſe; & quoties pugnare licuit,

(a) *Prud. 3. contra Symmac.*

licuit, toties triumphâſſe; nunquam manum moviſſe ad pugnam, quin ſimul non admoveret ad palmam; nunquam gladium nudâſſe, quin victricem meteret laurum, quæ bellorum, nec turbinibus victa, nec fulminibus icta, ſemper illæſa viruit; & mundum edocuiſſe, Bavaros Principes non in ſolo ſtemmate Leones eſſe, ſed fortiores in caſtris; ac tandem Pontificium illud promeruiſſe elogium. (a) *Præclara, omniqúe laudum præconio digna ſunt geſta Maximiliani Emanuelis Ducis, & Electoris, qui florens iuventâ, & fervens pietate, tam egregia Chriſtianæ fortitudinis, atque prudentiæ ſpecimina in bello contra Turcas ſtrenuè gerendo dedit; noviſque decoribus in dies Domino benedicente ſumma cum animi noſtri lætitia magis, magiſque inclareſcit; erga res eccleſiaſticas ſtudia plurimum in Domino commendantes.* Quòd ſi mos ille vigeret adhuc, quô olim ſolemni pompa, publicíſque acclamationibus Romæ Capitolium Marcellos, Scipiones, Lucullos, Pompeios, alióſque Imperatores delatis ex deletis hoſtibus victoriis inſignitos ſerenâ fronte, hilari vultu, ridente æquè, ac plaudente ore excipere conſueverat; certè ſanctior nunc Roma *Maximilianum Emanuelem* triumphis clariorem pleniore reciperet jubilo poſt depulſas, fugatáſque ex Auſtria Turcarum, Scytharúmque turmas, quæ hâc, illácque debacchantes, ac contra fas omne incendia pagatim ſpargentes totam ferro, & igne videbantur Provinciam evertere. Poſt vindicatam è pertinaci obſidione Viennam Cæſaris ſedem. Poſt proſtratos in Hungaria, Servia, & Croatia Ottomannicos exercitus. Poſt recuperatas Chriſtianæ Religioni plures Provincias, imò & Regna integra, quæ antehàc gemuêre Turcico preſſa Imperio, oppreſſa jugo. Poſt tot exantlatos labores, fuſos ſudores, pugnatas pugnas pro Fide, Religione, & Romano Imperio. Si mos ille inquam, adhuc vigeret, oh quantus foret veſter triumphus! quot populorum acclamationes, quot monumenta victoriarum! Præcederent Tubicines modos Occinentes triumphales: poſt hos iret ſubacto vultu, pallido ore, dejectis in humum oculis, multiplici vulnere ſaucium, ac viribus de-

 ſti-

(a) *Innocentius XI. in Brevi dato Romæ 26. Auguſt. 1684.*

ſtitutumOttomannicum Imperium, quod chlamyde indutum multiplici lacerata ſciſſu, fusóque fœda ſanguine, curvatam in cornua Lunam fractam bifariàm lugeret. ſequerentur tormenta bellica, haſtæque per vices inter tormenta curilia depactæ, iisque & gladii volatiles, & clypei criſtati, & galeæ alatæ, aliáque trophæa, ac ſpolia appenſa. Currum ornarent frondes palmarum, quæ certis intervallis locatæ modico flexu in coronas laureas traherentur, & in medio connexæ ſymbola Religionis, ſeu cruces referrent decuſſatas, quas diſtinguerent vexilla militaria, aliæque manubiæ hoſtibus ereptæ; ut & ſupremi Viſirii tentoria auro rutilantia ſplenderent inter haſtas; è quibus tabellæ penderent ſuis fœcundæ ſymbolis, facundæ Inſcriptionibus. In hiſce Vienna à Turcica obſidione liberata *Andromedem* exhiberet marino ſcopulo alligatam, Ceto devorandam expoſitam, & Perſei virtute defenſam, addito lemmate: *Spes certa fuit.* Vivarinum expugnatum *Ollam igniariam miſſilem* cum titulo: *& furit, & ferit.* Buda vi capta *Fulmen* præaltam turrim evertens cum Epigraphe *Tonitru velocior ictus.* Eſſechium deſertum à Turcis *Leonem* minaci obtutu fugantem canes plures, addita inſcriptione: *Torret, & Terret.* Savus fluvius admirans Bavarorum trajectum ſine Pontium ſubſtructione *Ferreos globos* è tormentis bellicis ad ripas locatis excuſſos, & in ripam alteram collimantes, adjecto hemiſtichio *Fert impetus ultra.* Albagræca diſtricto gladio occupata *Lunam* ecclypſim paſſam ex interjecto terraqueo globo Bavarici ſtemmatis Solem inter, & Lunam cum lemmate *Orbis deficit Orbe.* Incederet currus alter palmis, lauſque in coronas inflexis, variè ornatus, & victoriis eleganter inſculptus, quô Victor MAXIMILIANUS EMANUEL veheretur, quémque traherent ſubjectis cervicibus ſimul vincti, ſimul victi Scythæ, & Turcæ frontibus famulari iugo unà conjunctis. Turbæ ſequerentur captivorum ſonanti compede ſqualentes; ringeret rabidus Livor, ſed ſine colubro; fremeret Audacia pharetrata, ſed ſine telo; fureret Impietas larvata, ſed ſine voce; inſoleſceret Arrogantia galeata, ſed ſine ſupercilio; morderet Invidia at-

trata

trata, ſed ſine dente. Agmen clauderet Turcica perfidia in luctu merſa, æquè lacrymis, ac ſanguine madens deflorata, deturpata. Populorum turmæ confertim veluti in publica, eáque jucunda Panegyri plaudentes, triumphos lætiſſima cierent aggratulatione; Plauſibus, & jubilis exultarent; Pæana feſtivis vocibus ingeminantes partas victorias recenſerent, palmas recolerent. Adeo ingens eſſet communis lætitiæ magnitudo, tamque effuſa; quæ nec leges, nec modum gaudendo ſervaret. Promiſcui ſexûs accurrerent catervæ inſpecturæ triumphantem Bavarum curru ſublimi magnificè ornato vectum, triumphali veſte fulgentem, coronâ laureâ redimitum, ramóſque Lauri, & Palmæ unà nexos manu geſtantem, & quidquid audiretur plauſus eſſet, lætitia, & aggratulatio. Tripudiantium multitudo plateas gramine, floribúsque inſtratas occuparet, aërem feſtivis oppleret ovationibus, ubique reſonarent glorioſiſſimi tituli, lætæ acclamationes, jucundi plauſus, quibus gentes triumphantem Ducem vocarent Chriſtianæ libertatis Aſſertorem, oppreſſæ Pannoniæ Vindicem, inſultantium Turcarum Domitorem, Religionis Propugnatorem, Fidei Tutorem, Patrem patriæ; & cum Tito, & Veſpaſiano Delicias generis humani. Ubique ſurgerent Arcus triumphis inſignes ſuas referentes victorias, vel marmore inſculptas, vel ære fuſas. Portæ virentibus ſertis coronatæ, plateæ aulæis radiantes, fora, & emporia pegmatum molitionibus, ſymbolorum involucris bellicam Victoris commendarent Virtutem, quæ per calcata Turcarum cadavera ad gloriam nunquam interituram iter ſibi ſtravit. Nimirum ſuccubuit Ottomannica Luna, quò clarior Sol Bavarus in ſigno vincentis Leonis oriretur illuſtrior, ad alias Orbis Plagas ſuo ardore luſtrandas, ſuis victoriis illuſtrandas. Suos perdidit Luna nitores, quò ſuis decrementis creſceret ſplendidior Sol Bavarus in ſigno Leonis, qui occupato Belgrado ad novum bellum gradum ſibi apparavit.

Ex Servia igitur, Danubióque ad Rhenum profecta SER.ᵃ V.ᵃ Moguntiam Urbem munitiſſimam unà cum Duce Lotharingiæ obſidione cinxit; viqúe armata ad dedi-

deditionem compulit, & cum Urbe Romano Imperio prolixus terrarum tractus poſtliminio reverſus ſupra Heroas Heroem Bavarum deprædicavit, Magníſque Fabio, & Scipione maiorem edixit; quia ſi ut Fabius pugnandi tempus expectavit; ut Scipio fortiter bellavit, & debellavit; & nunc prudenter cunctando, nunc ſtrenuè dimicando remRomani Imperii præclarè reſtituit; cuius palmas victrices, laurósque triumphatrices non Danubius tantùm in Hungaria, & Servia; non Rhenus ſolùm in Imperio; ſed & Padus in Italia ſuis irrigârunt laticibus, ut ubique SER.ᵐᵃ V.ᵃ triumpharet; quam Pedemontium redivivum credidit Cæſarem; cum cæſo hoſte, captáque Carmagnolâ, gladio uſa pro falce uberem palmarum ſegetem meſſuerit: nullibi enim pugnavit, quin victoriæ veſtris præluſerint triumphis, veſtrámque commendaverint Virtutem; quæ laureata, licèt varias mutaverit Regiones, quas pugnatis pugnis propugnavit, delatis victoriis illuſtravit, ac feſtivis recreavit niceteriis; nunquam tamen vel latum unguem à ſua in Zodiaco paſſa eſt Leonis ſede disjungi; cum nunquam à Leonis defecerit fortitudine, qui Bavarico nitet, & terret in ſtemmate;& quem ſuum propterea Belgium accerſivit Martem propugnatorem, ultorem, & conſervatorem; qui res collapſas erigeret, collabentes fulciret, imbecilles reſtauraret, & diviſas mutuis conjungeret fœderibus.

Neque præconcepta ſpes Belgas fefellit, qui in ſuo Bavaro Moderatore, mirati ad primum appulſum fuerunt Auguſti prudentiam in rebus publicis regendis, ac dirigendis; Cæſaris conſtantiam in iiſdem conſervandis; Traiani Æquitatem in Juſtitia adminiſtranda, & virtutes ſingulas imperatorias, præſertim purgatum intellectum, quô res maximi momenti concepit; maturum judicium, quo eaſdem diſpoſuit; & miram providentiam, quâ ad optatos ſuos perduxit fines; hæſitque propterea anceps æquus rerum æſtimator; cuinam palmas daret; Judicione, an conſilio? quo publicæ conſuluit ſaluti, réſque maximas ratione diſpoſuit, virtute direxit. Sapientiæne, an Fortitudini? quibus caſtra fuit providè ſemper metatus, com-

mea-

meatus expedivit, Urbes obſedit, preſſit; recuperavit. Prudentiæne, an Conſtantiæ? quibus aciem ad pugnam ſtruxit, primus pugnam inchoavit, poſtremus è conflictu exivit, hoſtéſque fudit, fregit, proſtravit. Juſtitiæne, an clementiæ? quibus ſuperbis, & contumacibus obſtitit, ſubjectis pepercit, lapſos erexit, lacrymas lugentium exſiccavit, ærumnas miſerorum levavit, indigentias pauperum ſupplevit. Verùm quia (a) *Virtus bellica reliquis omnibus præſtat;* cum vel ſceptra ipſa, coronæ, & regna; imò & ipſi Reges, & Cæſares lateant in ejuſdem tutela, & præſidio; plus deferam Virtuti Veſtræ militari, quâ Namurci munitiſſimas Arces, acceſſu difficiles, expugnatu difficiliores obſedit: præſidiarios milites infeſtis armis foras erumpentes coercuit, muros bellicis tormentis disjecit, evertit; Arciúmque Præfectum ad eas adegit anguſtias, ut colloquium de Namurco dedendo expoſceret, ac dedendarum Arcium leges reciperet, quibus Mars Bavarus Urbe, Arcibúsque potitus, validoque præſidio firmatis collapſum Belgii propugnaculum erexit, clypeúmque Brabantiæ amiſſum recuperavit, ſimúlque publicam ſecuritatem communi populorum plauſu, & acclamatione ſtabilivit. Non me latet, plurimum meruiſſe laudis, plauſúſque popularis Alexandrum Tyro expugnatâ, Pompeium Sagunto everſo, Marcellum Syracuſis ſubactis, Titum Jeroſolimis occupatis; ſed hæc Ducum decora, antiquitatis ornamenta devenuſtantur; ſi cum Namurci expugnatore Bavaro conferantur; perinde ac ſuos Planetarum Principe delegante nitores reliqua in cœlis ſydera obtenebreſcunt, ac veluti pudore ſuffuſa deliteſcunt. Non ampliùs Pelleum Juvenem Oxidracorum Urbem oppugnantem miretur India; ſed ſinat hæc Belgium admirari Bavarum Ducem Namurcum expugnantem.

Sed tempus erat, quò poſt tot illuſtratum victoriarum fulgoribus enſem, poſt tot præclara victoriarum monumenta, poſt commendatum tot triumphorum acclamationibus *Magnum* veſtrum nomen; ſedatis tan-

)*(dem

(a) *Cic. pro Marc.*

dem bellorum procellis, eliminatis conflictuum turbinibus, excuſſis dimicantium fulguribus, ac diſſipatis Gradivi nubibus, lux affulgeret optatæ Serenitatis, quâ priſtinæ reſtitueretur Orbis malaciæ, ac Paci; & Bavarus Dux Palladem æquè armatam, ac Olivæ ſatricem agens, tam pacis oleis, quàm belli palmis redimitus, ſe in utroque Cæſarem oſtenderet. Si enim (a)

—— Duo ſunt, quibus extulit ingens
Roma caput; Virtus belli, & Sapientia pacis.

has geminas virtutes egregiis illuſtratas geſtis, plenóque jubare in SER.^{mo} V.^a irradiantes conſpicimus; cùm non minus valuerit virtute belli Provincias vincere; quàm Sapientiâ pacis Regna vincire.

Verùm cùm rerum publicarum facies diuturnam haud ſponderet tranquillitatem, ob Hiſpanicæ Monarchiæ ſucceſſionem pluribus involutam difficultatibus ex præmaturo Caroli II. Regis Lugubri fato; id cauſæ fuit, quò plures Imperii ſtatus, ac Circuli, futuras præſentientes bellorum procellas, fluctus declinaturi, ultrò SER.^{am} V.^{am} rogârint, ut virtute pacis Riſvvicenſis eorum conſuleretur quieti, cuius eſſet ipſamet promotrix, ac propugnatrix; & per inita fœdera, ratámque habitam aſſociationem ſe ſe mutuò colligaverint Circuli Franconicus, Suevicus, & Bavaricus, quò triplici vinculo difficiliùs fœdus diſrumperetur; & concupita quies firmior ſtaret ad tractum Superioris Rheni: quin deſiderio huius retinendæ pacis æquè in Electoralibus Provinciis, ac in geminis ſibi aſſociatis Circulis, è Belgio unà cum militaribus ſuis copiis in Bavariam redux in id incubuit ſtudii, ut optata quies, ac rata habita confœderatio ſanctè cuſtodiretur, maximè quia ſpes inde affulgeret, fore, ut pax, & ſecuritas totius Romani Imperii eſſet ſubſequutura; bellique incendium eſſet alibi debacchaturum. Quia verò quæ fuerant ad publicam Imperii pacem, quie-

tem

(a) *Sulpit. apud Scal. lib. 1. vet. Poët.*

tem, ac ſecuritatem directa, minimè ad votum fluxerunt; deficientibus à propriis aſſertis Franconiæ, ac Sueviæ Circulis, qui maluerunt ſe novi belli turbationibus involvere diſrupto aſſociationis fœdere; id anſa fuit SER.[ⁱ] V.[ª] ſibi, ſuíſque Provinciis præcavendi, omnéque ſtudium, viréſque adhibendi, quò ab extera eas violentiâ tueretur. Cúmque noſceret in mora periculum imminere, conſultiùs duxit, Ulmam munitiſſimam in Suevia Urbem inexpectatâ, ac inopina occupare irruptione, & Memingam ad deditionem vi adigere armorum, quò Provincias ſibi ſubjectas hoc duplici præmuniret, tueretúrque propugnaculo.

At pericula, quæ prævidebantur imminere, præoccupatæ urbes non arcere, ſed arceſſere viſæ ſunt, etiam media hyeme: Licèt immitiùs rigeret gelida tempeſtas, concreſcerent aquæ gelu; ſylvæ, & tellus tota altioribus obrueretur nivibus, cœpit hoſtilis ignis in pluribus Bavarici Electoratûs Provinciis, iisdémque diſſitis acriùs ardere, quò ſingulis extinguendis minùs paratæ eſſent vires. Non modicum timoris incuſſerant populis hoſtiles irruptiones: (a) ſed ſicut modicum quondam animal cum in arena periclitaretur nuſquam tutius fuit, quàm apud Leonem, intrà cujus fauces dentes evaſit, morſúſque evitavit perſequentium canum: ita nos in hac armorum ſubortâ procellâ nullibi ſecuriùs viximus, quàm inter ſepta noſtri Bavari Leonis, qui ad bellum laceſſitus exiliit in campum, licèt concreto gelu torpentem; ubi animos eò excitavit ferventiores, quò per indictum ſibi bellum de propugnandis propriis Ditionibus ageretur, ac propulſando aggreſſore. Triduana obſidione æquè rigente bruma, ac incrementum ſubeunte belli flamma Naiburgum ad ripas Danubii, quâ ex parte vulnus timebatur intimius, fauſto Marte, ac omine occupavit; captis jure bellico octingentis præſidiariis militibus, qui abjectis armis Veſtræ ſe promiſerunt clementiæ. Inde in agrum Schardinganum veluti fulmen è cœlo delapſum irruit, campeſtríque conflictu hoſtilem exercitum, qui plurimum jam damni intulerat profligavit; & fuſa, ac diſſipata acie hoſtes, vel interfecit, vel fugavit, captis ſeptemdecim

 ſignis,

(a) *Martialis lib. 1. Epiſt. 49.*

ſignis, totóque commeatu, cum tormentis bellicis. Didicerunt nives hoc conflictu depoſito blandimento candoris, effuſo rubere ſanguine, quo imbutæ, vel media hyeme adoreas Leoni Bavaro germinarent: ſed quia rubuerunt ſanguine nives; non erubuerunt ſuperſtites hoſtes præcipitem fugam; experti quid in maximo periculo poſſit *Maximiliani Emanuelis* Maxima Virtus; quæ inſtar fulminis ubi ruit, urit; ubi micat, dimicat, ac proſternit: Sed ſi fulmen quatit, diſſipat, ſimúlque deſinit; Bellica Veſtra Virtus non hîc deſijt; ſed aliam hoſtilem aciem diſſipatura, quæ eodem tempore in ſuperiori Palatinatu ferro, flammíſque debacchabatur; illàc eadem fulminis celeritate irrumpens iterum hoſtes fudit, profligavit, fugavit; ſimúlque Ratisbonam ad integram Bavariæ ſecuritatem Bavaro milite mirâ præmunivit providentiâ.

Inde auctis viribus in Tyrolim laureatas extendens manus, pedéſque admovens triumphales; tranſeundo veriùs, quàm pugnando; Arces, quà arte, quà natura expugnatu difficillimas, réque bellica munitiſſimas ſubjugavit, Provincias debellavit, eâ faventis Numinis ope, ut vel ipſa elementa amicè confœderata viſa ſint pro juſta veſtra cauſa pugnâſſe, ac munitiſſimum Kufſtanium expugnâſſe; Aër vento, ignis flammâ conſpirârunt contra Arcem; tramitéſque per exeſas rupes, abrupta ſaxa, cautéſque inacceſſas veſtris præmonſtrârunt militibus, qui ſcalis muros invadentes Arcem priùs occupârunt, quàm præſidiarii milites incendiis extinguendis occupati, obſidentes, invadentéſque ſentirent. Quales in bello ſunt Duces, tales ſolent, & milites eſſe; nec à Bavaris militibus niſi grandia erant expectanda. An non Vulcanus olim fulminum, nunc palmarum faber flammas excitavit, quibus SER.^a V.^a triumphos cuderet eò clariores, quò acriore exarſit ardore? Rottenbergium, Reutta, Ehrenbergium, aliæque plures munitiſſimæ Arces priùs palmas bellicæ Veſtræ Virtuti ceſsêre, quàm hæc gladium iiſdem metendis nudaret. Eh quis Veſtram ſatis ſolertiam commendet in ducendis militibus, laudet ſagacitatem in explorandis locis, per quæ inter montium,

ru-

rupiúmque anguſtias exercitum duxit, ubi commoda eſſet caſtrametatio, ubi inſidiæ locorum opportunitate, vel ſtrui, vel evitari prudenter poſſent? ex horum quippe neglectu, plerúmque diſſipationem obtigiſſe exercituum, Hiſtoriarum referunt monumenta: neque alia occaſione à Thomyri Scytharum Regina ad internecionem fuſus fuit Cyrus, quàm ex loci ignorantiâ: neque ob aliam cauſam adverſus Parthos infeliciſſimè pugnavit Graſſus; & feliciſſimè ubique terrarum Cæſar, quàm quòd ille, locorum, quò copias ſuas duxit, imperitus; hic verò peritiſſimus fuit. Eh quis contra Bavarum Herculem ſtabit? ſi montes ipſi rupibus, Arcibúſque munitiſſimi ceciderunt? Nimirum ceſſerunt inconcuſſæ Veſtræ Fortitudini editiora, eáque ſaxea montium cacumina, quò altiora ſurgerent veſtrarum monumenta victoriarum. Merentur enim tot bella fortiter geſta, tot pugnæ victoriis illuſtres, tot obſidiones captis Urbibus celebres, tot inſignes parti triumphi; ut Galli hunc unum Bavarum Bellatorem, & Debellatorem Herculi Profligatori, Hungari Julio Cæſari Aſſertori, Turcæ Annibali Carthaginenſi, Germani Alexandro Macedoni, Itali Scipioni Africano, Hiſpani invictiſſimo Joſuë, Belgæ fortiſſimo Iudæ Machabæo æquiparent, & ubique terrarum gentes in veſtris jubilent laudibus recenſendis: quia ut non nemo laudaturus Conſtantem, & Conſtantium Imperatores ſcitè dixit (a) *Qui præſtantiſſimis actis laudes à ſe agnitas non adferunt, tum eos, à quibus illa perfecta ſunt, afficiunt injuriâ: tum ſemetipſos incuſant: tum alios quidem fraudant iis, quibus æquum erat ipſos potiri: & indolem ſuam arguunt, quòd bona, & præclara admirari neſciat.* Hæcque ratio, cur imagines argento, auróque ductas; perenni fuſas ære, metallóque ætatem paſſuro, excoctas ſtatuas; Coloſſos, quorum proceritatem viſus humanus videretur vix poſſe aſſequi, turribúſque proceriores; pyramides quadratas, & ultra omnem excelſitatem, quæ manu fieri poſſet, faſtigiatas; altiſſimè, facundiſſiméque diffuſos arcus triumphales, ingentia ex peregrino marmare ſimulachra ſuis Aniquitas poſuerit Imperatoribus, & Ducibus ob præclarè in bello geſta illuſtribus. Quia verò Veſtras non

 valui

(a) *Liban. in Panegyri Conſtantis & Conſtantii Impp.*

valui victorias ſcalpro ſaxis inſculpere; calamo hiſce foliorum anguſtiis adumbrare ſategi; quia latiùs propugnantur, ac diutiùs vivunt litteratæ, quàm marmoreæ Laudes. Statuas nemo videt, niſi eum, ubi erectæ ſunt, locum videat: Litteræ verò Lectores ſuos ipſæ ſequuntur.

Quæ igitur veſter Gladius victricibus metendis palmis aſſuetus, Chriſtianæ præſertim Religionis Jura in Hungaria ſtrenuè propugnavit; hæc Pontificis innixa ſanctionibus meus calamus, quamvis iiſdem enucleandis impar Veſtris demiſſè nuncupat triumphis: ſibíque meum qualecunque opus adgratulatur, poſſe ſub invictiſſimi Bellatoris, ac fortiſſimi Debellatoris Lauro quieſcere. Neque in oleis ſuis gratiores umbras Pallas reperit. Mihi non det vitio, ſi auſus ſim hiſce meis lucubrationibus Magnum Veſtrum prætexere nomen, veſtríſque eaſdem inſignire victoriis; incerto animi, diúque cogitabundo ſuffecit audaciam Clementia, quâ me licèt immerentem ſui tutaminis umbrâ dignatur, adhibétque ad ſervitia. Debebatur igitur SER.^{ti} V.^æ hoc opus: quia quod in Orphei olim ſtatua editum fertur; hodie in SER.^{te} V.^a arma victricia per tot Provincias exteras, & Regna circumferente videtur reviviſcere. Teſtatur Arrianus (a) Alexandro Macedone Perſis bellum indicturo ſtatuam in Pieria, quæ Orphæum Vatem referebat, jugibus cœpiſſe ſudoribus fluere; cúmque non ſine ſudore ſatagerent Interpretes inſolens conjectare prodigium, præ cæteris viſus eſt rem dixiſſe Ariſtander Telmiſſeus. Is læto, bonóque animo juſſit eſſe Alexandrum in Bellica illa expeditione: nec aliud eo marmorei Poëtæ madore portendi, quàm veros omnis generis Poëtas, & Auctores in Alexandro, ejúſque rebus fortunatè, & proſperè geſtis decantandis, non citra ſudorem laboraturos. Bellavit SER.^{ti} V.^a pluribus in regionibus, fauſto ſemper, ac victore Marte, & ubique hoſtes debellavit: toto ſexennio in Pannoniis Turcarum, Scytharúmque phalangas fudit; delevit; & quia unus Herculeæ Virtuti labor non ſufficit, longior bellandi meta ad tractum Rheni, in Italia, & per novennium in Belgio, ac demum in veſtra Bavaria, Provinciiſque finitimis ſe

obtu-

(a) *Arrian. de expedit. Alexand. Calliſtratus in Hypotypoſibus.*

obtulit, ut eò clarior, ac perennior fieret gloria vincentis, quò uberior triumphandi materia ſuperfuit: eadem enim dextra æquè palmas tulit, ac gladium. Reviviſcit igitur Orpheæ ſtatuæ omen; quia deſudabit Poſteritas, ut ſcriptis carminibus, hiſtoriiſque, Veſtra in bello præclarè geſta incrementum ſubeant claritatis, ac perennitatis: ſicut immerentium Fama unà cum vita extinguitur; ita fortiſſimorum Heroum nomen poſt fata non ſolùm ſuperſtes manet, ſed & clareſcit illuſtrius. Quòd ſi non defuit Achilli, & Ulyſſi Homerus; Æneæ, & Turnò Virgilius; Pompeio, & Cæſari Lucanus; Honorio, & Stiliconi Claudianus; Jaſoni Valerius; Scipioni Silius; Auguſto Horatius, Alexandro Curtius: ita neque deerunt, qui & ſcriptis Carminibus, & Hiſtoriarum monumentis veſtras ſint victorias narraturi. Cum igitur omnium doctarum frontium ſudores in pelagum rerum, quas bellica Veſtra Virtus geſſit ſe exonerent: auſus & ipſe ſum exiles in mare iſtud guttulas effundere: & dum omnium vota, plauſúsque omnium, in perennem Veſtram collimant Laudem, Deum enixìm rogo, ut SER.tem V.am Electoralem ſervet in ſæculi noſtri ſingulare ornamentum, & per laureata, quæ impreſſit veſtigia in terris, ad gloriam perducat (expleto feliciter ævo Neſtoreo) nunquam interituram in cœlis.

Serenitatis Veſtræ
Electoralis.

Scribebam Monachij in Ædibus Noſtris SS. Adelaidis, & Cajetani Pridie Nonas Auguſti Epochæ Chriſtianæ Anno 1703.

Humillimus, Addictiſſimus, Obſequentiſſimus Servus

D. Caietanus Felix Verani
Clericus Regularis.

AP-

APPROBATIO ORDINARIJ.

QUia quinque Tomi Juris Canonici reſpondentes quinque libris Decretalium ab Admodum Reverendo Patre D. Cajetano Felice Verani Clerico Regulari compoſiti, & à Theologis recogniti nihil Orthodoxæ fidei, & bonis moribus diſſonum continent: ſed doctrinam omnino ſanam, claram, & nervosè probatam exhibent; datur Facultas, ut typis imprimi, ac evulgari poſſint. Actum Friſingæ die 22. Octobris 1701.

FRANCISCUS ANTONIUS BEGNUDELLIUS BASSUS. SS. Theologiæ Doctor, Cathedralis Eccleſiæ Friſingenſis Canonicus Capitularis, Scholaſticus, Vicarius in Spiritualibus Generalis, & Officialis, Librorum Cenſor.

Facultas Reverendiſſimi Patris Generalis.

HOc opus, *cui Titulus Iuris Canonici Univerſi Commentarius Paratitlaris quinque tomis reſpondentibus quinque Libris Decretalium Pontificiarum digeſtum* à R. P. D. Cajetano Felice Verani noſtræ Congregationis Sacræ Theologiæ, & Juris Canonici Profeſſore, cum juxta aſſertionem Patrum, quibus id commiſimus, fuerit approbatum, ut typis mandetur, quod ad nos ſpectat facultatem concedimus. In quorum fidem præſentes Litteras manu propria ſubſcripſimus Romæ in Ædibus noſtris S. Silveſtri Montis Quirinalis pridie Calendas Julii Anno 1700.

D. GREGORIUS de BAUCIO Præpoſitus, Generalis Clericorum Regularium.
D. JOSEPH MARIA TRINCHERIUS à Secretis.

Approbatio Theologorum.

JUſſu Reverendiſſimi Patris D. Gregorii de Baucio noſtræ Congregationis Præpoſiti Generalis accuratè perlegimus quinque tomos Juris Canonici reſpondentes quinque libris Decretalium à R. P. D. Cajetano Felice Verani noſtri Ordinis ſacræ Theologiæ, & Juris Canonici Profeſſore compoſitos: cumque inoffenſo pede eos percurrerimus, nec quidquam offenderimus orthodoxæ fidei, vel bonis moribus adverſum; immo plurimam in iiſdem deprehenderimus eruditionem, miram claritatem, ac ſolidam doctrinam; ſintque omnia ſummâ ingenii ſolertiâ, ac Doctorum tum Juris Pontificii, tum Cæſarei, ac ſacræ Theologiæ inconcuſſis ſtabilita fundamentis, typis dignos arbitramur, rati omnibus profuturos. Monachii in noſtris Ædibus SS. Adelaidis, & Cajetani 4. Idus Maij Anno Reparatæ Salutis 1700.

D. LUDOVICUS VOLTOLINI C.R. Theol.
D. ANTONIUS REINDORFF. C.R. Theol.

ELEN-

ELENCHUS TITULORUM,

Summariorum Exegeticorum, Paragraphorum, ac quæſtionum, quæ in hoc ſecundo Tomo in Secundum Librum Decretalium continentur.

TITULUS I. De Judiciis. pag. 2

Summarium Exegeticum omnium Capitum quæ in hoc titulo continentur. 2

Pars I. De Judiciis. p. 7

§. I. Quid ſit jurisdictio præſuppoſita ad judicium. 7

§. II. De differentiis, & extenſionibua utriusque jurisdictionis Eccleſiaſticæ, & civilis. 9

§. III. De jurisdictinne eccleſiaſtica in civilibus. 14

§. IV. De cauſis eccleſiaſticis in ſpiritualibus. 19

§. V. De jurisdictione eccleſiaſtica quoad cauſas teſtamentarias, aliáſque circa bona amortizata, ſeu circa bona ſtabilia alienanda in perſonas eccleſiaſticaa. 24

§. VI. De Poſſeſſorio, & petitorio in cauſis eccleſiaſticis. 31

Pars II. De jurisdictione criminali eccleſiaſtica. 35

§. I. Quænam fuerit olim authoritas Judicis eccleſiaſtici in ordine ad puniendа delicta Clericorum, & quæ hodierna? 36

§. II. De juriadictione in cauſas criminales Epiſcoporum. 39

§. III. De origine, & qualitatibus Inquiſitorum S. officii. 42

§. IV. De Privilegiis, quæ conceduntur Inquiſitoribus Sancti officii. 45

§. V. De jurisdictione Inquiſitorum S. officii. 48

§. VI. De extenſione jurisdictionis Inquiſitorum quoad perſonas. 53

§. VII. De jurisdictione Vicarii, ſeu Commiſſarii Inquiſitoria Sancti officii. 59

§. VIII. De Conſultoribus, & Advocatis ſacræ Inquiſitinnis. 61

§. IX. De Cancellariis, Notariis, aliiſque Miniſtris S. officii. 68

Para III. De criminibus ad quæ extenditut jurisdictio eccleſiaſtica. 71

§. I. De crimine hæreſis, déque requiſitis, ue fit quia formaliter hæreticua. 72

§. II. An proteſtatio fidei excludat pertinaciam, & excuſet ab hæreſi. 77

§. III. An teneatur quis omnes hæreticos Judici eccleſiaſtico Judicialirer denuntiare. 82

§. IV. An teneatur quia Hæreticum occulrum judicialiter denuntiare, ſi ſperet per correctionem fraternam emandatum iri, vel puter jam emendatum. 85

§. V. An dentut caſus, in quibus nnn teneatur quis hæreticum judicialiter denuntiare. 89

§. VI. An dentur aliæ cauſæ excuſantes à denuntiatione facienda: & quæ ſint pœnæ omittentium judicialem denuntiationem. 93

§. VII. Quotuplex ſit ſuſpicio hæreſis, & quæ ſufficiat ad condemnandum Reum? 96

§. VIII. Quinam ſint credentea hæreticis, & quam pœnam incurrant. 103

§. IX. Quinam dicantur Receptores Hæreticorum in ordine ad incurrendas pœnas in jure ſtatutas? 107

§. X. Quinam dicantur Defenſores, & Fautores Hæreticorum. 109

Para IV. De aliis delictis, quæ ſubduntur jurisdictioni Eccleſiaſticæ. 116

§. I. Quid ſit ſuperſtitio, & quotuplex ejus ſpecies: & quid de vero aultu Sanctorum dicendum? 116

§. II. Qualis cultus exhiberi poſſit defunctia, qui cum opinione ſanctitatis deceſſerunt, & quomodo formandua ſit proceſſus pro eorum beatificatione. 123

§. III. De idololatria quæ eſt ſecunda ſpecies ſuperſtitionis. 128

§. IV. An idololatræ cogi poſſint ad ſuſcipiendam Chriſti fidem. 132

§. V. De divinatione, ut eſt tertia ſpecies ſuperſtitionis. 137

§. VI. De divinatione par aſtra, & alia ſigna, & quomodo prohibita ſit. 142

§. VII. De divinatione per ſomnia, & omen, & quomodo ſit ſuperſtirioſa. 149

§. VIII. De ſpeciebus divinationis petitis à lineamentis, membris, partibus humani corporis, & ab elementis. 151

§. IX. An divinatio per ſortes licita ſit. 154

§. X. De quarta ſpecie ſuperſtitionis, quæ dicitur vana obſervantia. 158

§. XI. De Magia, Sagia, vel Lamiis. 164

§. XII. Proponuntur, & diluuntur novendecim ſelectæ quæſtiones circa utramque jurisdictionem eccleſiaſticam, & civilem. 169

Pars V. De mudis procedendi in judiciis. 178

§. I. Qnid, & quotuplex ſit judicium, & quinam agere, & converuri puſſint in judicio. 178

§. II. De cauſis, quas judicare poteſt Judex eccleſiaſticus, & ſæcularis. 182

§. III. De mndo procedendi in judicio per inquiſitionem. 186

§. IV. De modo procedendi per accuſationem in judicio. 189

§. V. De modo procedendi per denuntiationem in judicio. 192
§. VI. De modo procedendi judicialiter contra Clericos criminoſos. 194
§. VII. Expediuntur nonnulla alia ſpectantia ad Judicia. 196
§. VIII. Proponuntur, & diluuntur triginta tres ſelectæ quæſtiones pertinentes ad hunc primum titulum. 197
TITULUS II. De Foro competenti. 219
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ hoc titulo continentur. 219
§. I. De Competentia fori, variiſque modis, quibus conſtituitur forum competens. 224
§. II. De Extenſione juriſdictionis Judicis competentis. 217
§. III. De foro competente Clericorum. 231
§. IV. De ijs, qui gaudent privilegio fori eccleſiaſtici. 236
§. V. Quomodo privilegium fori amittatur ab ijs, qui illo gaudent. 243
§. VI. An privilegium fori Eccleſiaſtici ſit de jure divino? 248
§. VII. Expediuntur novendecim ſelectæ quæſtiones de foro competente. 252
TITULUS III. De Oblatione Libelli. 264
Summarium Exegeticum trium capitum, quæ in hoc titulo continentur. 264
§. II. De partibus, quibus conſtat libellus, & de eius emendatione, ac effectu. 267
§. III. Quid ſit actio juridica, & quotuplex. 270
§. IV. De citatione. 283
§. V. Proponuntur, & diluuntur quatuordecim ſelectæ quæſtiones. 286
TITULUS IV. De Mutuis petitionibus. 294
Summarium Exegeticum Duorum Capitum in hoc titulo contentorum. 295
§. I. Quid ſint mutuæ petitiones, & quomodo procedant. Et qui poſſint conveniri. 295
§. II. Proponuntur, & diluuntur undecim ſelectæ quæſtiones. 299
TITULUS V. De Litis conteſtatione. 305
Summarium Exegeticum trium capitum, quæ in hoc titulo continentur. 306
§. I. Quid ſit litis conteſtatio, & à quibus fieri debeat, & coram quo. 306
§. II. Proponuntur, & diluuntur novem ſelectæ quæſtiones. 309
TITULUS. VI. Ut lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitivam. 314
Summarium Exegeticum quinque capitum in hoc titulo contentorum. 314
§. I. Teſtes lite non conteſtata non recipiuntur, neque fertur ſententia definitiva. 315
§. II. Proponuntur, & diluuntur novem ſelectæ quæſtiones. 317
TITULUS VII. De Juramento Calumniæ. 322
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur. 322
§. I. Quomodo Juramentum calumniæ præſtandum ſit. 324
§. II. Proponuntur, & diluuntur duodecim ſelectæ quæſtiones. 327
TITULUS VIII. De Dilationibus. 334
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur. 334
§. I. Quid ſint dilationes, & quomodo concedendæ. 335
§. II. Proponuntur, & diluuntur decem ſelectæ quæſtiones. 337
TITULUS IX. De Feriis. 342
Summarium Exegeticum quinque capitum in hoc titulo contentorum. 342
§. I. Quid ſint Feriæ, & ad quid inſtitutæ? 343
§. II. De obſervantia feriarum in ordine ad cultum divinum. 346
§. III. Proponuntur, & diluuntur ſexdecim ſelectæ quæſtiones pertinentes ad opera, quibus eſt diebus feſtis ſuperſedendum. 349
§. IV. De cauſis excuſantibus laborantes in die feſto. 359
TITULUS X. De Ordine Cognitionum. 360
Summarium Exegeticum quatuor capitum, quæ in hoc titulo continentur. 360
§. I. Quid ſit Ordo Cognitionum. 361
§. II. Proponuntur, & diluuntur quinque ſelectæ quæſtiones. 363
TITULUS XI. De Plus petitionibus. 366
Summarium Exegeticum unici capitis contenti in hoc titulo. 366
§. I. Quomodo, & quotupliciter contingat plus peti. 366
§. II. Proponuntur, & diluuntur octo ſelectæ quæſtiones. 368
TITULUS XII. De cauſa poſſeſſionis, & proprietatis. 370
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur. 368
§. I. Quid, & quotuplex ſit poſſeſſio. 372
§. II. Quomodo acquiratur poſſeſſio, & amittatur. 374
§. III. De Judiciis poſſeſſoriis in genere, & ſpecie. 376
§. IV. Quid ſit proprietas, ut diſtincta à poſſeſſione, & de utriusque cauſis cumulandis. 379
§. V. Proponuntur, & diluuntur octodecim ſelectæ quæſtiones. 381
TITULUS. XIII. De reſtitutione ſpoliatorum. 390
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur. 390
§. I. Quid ſit reſtitutio ſpoliatorum, & quot modis contingat. 393
§. II. Proponuntur, & diluuntur undecim ſelectæ quæſtiones. 401
TITULUS XIV. De dolo, & contumacia. 408
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur. 408
§. I. De dolo quid ſit, & quid operetur? 411
§. II. De contumacia. 414
§. III. Proponuntur, & diluuntur undecim ſelectæ quæſtiones. 419
TITULUS XV. De eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſervandæ. 424
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ continentur in hoc titulo. 424
§. I. Quomodo ob contumaciam Rei Actor mittatur in poſſeſſionem. 425

§. II.

§. II. Proponuntur, & diluuntur decem ſelectæ quæſtiones. 428
TITULUS XVI. Ut lite pendente nihil innoveтur. 433
Summarium Exegeticum omnium capitum in hoc titulo contentorum. 433
§. I. Quid ſit pendentia litis, & quomodo impediar aliqoid innoveri. 435
§. II. Proponuntur, & diluuntur undecim ſelectæ quæſtiones. 439
TITULUS XVII. De ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuum. 443
Summarium omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur. 444
§. I. Quid ſit ſequeſtrum, & quomodo fiat. 444
§. II. Poponuntur, & diluuntur dacem ſelectæ quæſtiones. 447
TITULUS XVIII. De Confeſſis. 452
Summarium Exegeticum omnium cepitum, quæ in hoc titulo continentur, 452
§. I. Quid ſit confeſſio, & quomodo faciends. 453
§. II. Proponuntur, & diluuntur viginti ſelectæ quæſtioncs. 458
TITULUS XIX. De Probationibus. 468
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in hoc titulo continentor. 468
§. I. Quid ſit probatio, & quoruplex, & cui onus probendi incumbat? 470
§. II. De Quelitate, & efficacia probationum. 473
§. III. De Probetionibus juramento firmandis. 477
§. IV. Cuinem competat onus probandi in judiciis duplicibus? 481
§. V. Quomodo in judicio edhibende ſit probatio & quis ſit eius finis. 484
§. VI. De ijs, quæ probanda ſunt in genere, & in ſpecie. 486
§. VIII. Proponuntur, & diluuntur quindecim ſelectæ quæſtiones. 492
TITULUS XX. De Teſtibus, & Atteſtationibus. 501
Summariom Exegeticum omnium cepitum, quæ in hoc titulo continantur. 501
§. I. De Quelitate Teſtium. 509
§. II. De receptiona teſtium corem pette adverſa. 513
§. III. De Exceptionibus declarantibus teſtem omnino inhabilem. 516
§. IV. De Exceptionibus exclodentibus teſtes reſpectu perſonarum. 519
§. V De Exceptionibus excludentibus teſtes reſpectu cauſarum. 523
§. VI. De Teſta Eccleſiaſtico, aiúsque prærogativis. 526
§. VII. Da Teſtibos ſingnletibus quomodo, & quantum probent. 529
§. VIII. De Iuremento, Intarrogatoriis, & examine teſtium, nac non de publicetione atteſtationum. 535
§. IX. Proponuntur, & dilauntur triginte ſelactæ quæſtiones. 537
TITULUS XXI. Da Teſtibus cogendis, vel non 560
Summarium Exegeticum omnium capitum quæ in hoc titulo continentur. 560
§. I. Teſtes quomodo cogendi ſint ad teſtificandum. 562
§. II. Proponuntur, & diluuntur novem ſelectæ quæſtiones. 565
TITULUS XXII. De fide Inſtrumentorum. 569
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in hoc titulo continentor. 569
§. I. Quid, & quoruplex ſit inſtrumentum, & quando conficiendum. 572
§. II. Qualem habeant in judicio inſtrumente efficaciam? 575
§. IV. Proponuntur, & diluuntur ſeptemdecim ſelectæ quæſtionas. 581
TITULUS. XXIII. De Præſumptionibos. 589
Summerium Exegeticum omnium capirum in hoc titulo contentorum. 590
§. I. Quid, & quotuplex ſit præſumptio. 591
§. II. Quænam ſint cauſæ, & effectus præſumptionum. 593
§. III. Proponuntur, & diluuntur viginti & une ſelectæ quæſtiones circa præſumptioncs. 596
TITULUS XXIV. De Jurejurando. 606
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur. 606
§. I. De Juramento, eiúsque quidditete, conditionibus, & ſpecibus. 612
§. II. De Juramentis in proceſſu judicierio intervenientibus. 615
§. III. De Juramento neceſſario. 617
§. IV. De Interpretatione, obligatione, & relaxatione juramenti. 619
§. V. Proponuntur, & diluuntur qoinquaginta, & una ſelectæ quæſtiones. 624
TITULUS XXV. De exceptionibus. 662
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur. 663
§. I. Quid, & quotuplex ſit exceptio. 665
§. II. De tempore, & modo proponendi exceptiones. 667
§. III. Proponuntur, & diluuntur novendecim ſelectæ quæſtiones. 679
TITULUS XXV. De Præſcriptionibus. 683
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur. 683
§. I. De Præſcriprionibus in genere, perſonis præſcribentibus, & rebus, quæ præſcribi poſſunt. 685
§. II. De rebus, quæ præſcribi non poſſunt. 688
§. III. De Conditionibus requiſitis ed præſcriptionem, & præſertim de poſſeſſione, & bona fide. 692
§. IV. De titulo, & tempore ad præſcribendum neceſſario. 698
§. V. Proponuntur, & diluuntur quatuor ſupra viginti ſelectæ quæſtiones. 701
TITULUS XXVII. De ſententia, & re judicata. 715
Sommerium Exegeticum omnium cepitum, quæ in hoc titulo continentur. 716
§. I. Quid ſit ſententia, qualis, & quomodo à ra judicata differat. 719

§. II. De ſolemnitatibus ad ſententiam de jure requiſitis. 721
§. III. De fine, & effectu ſententiæ definitivæ. 724
§. IV. De re judicata, & executione ſententiæ. 725
§. V. Proponnntur, & dilountur quinqoe ſupra viginti ſelectæ quæſtiones. 731
TITULUS XXVIII. De Appellationibus, recuſationibus, & relationibus. 744
Summarium Exegeticum omnium capitum, quæ continentur in hoc titulo. 744
§. I. Quid, & quotuplex ſit appellatio. 757
§. II. Quibus appellare permiſſum ſit, & à quo Judice, & à quibus actibus. 760
§. III. Coram quo, & ad quem ſit appellandum. 764
§. IV. De modo interponendi appellationem, & quoties appellare liceat. 766
§. V. De Fatalibus appellationis, & Apoſtolis petendis. 769
§. VI. De tempore introducendæ, & proſequendæ appellationis. 771
§. VII. Ad quid teneantur Judices *à quo*, & *ad quem* appellationis. 776
§. VIII. De effectu appellationis, & attentatis poſt illam. 778
§. IX. Proponuntur, & diluuntur quatuor ſupra triginta ſelectæ quæſtiones. 783
§. X. De recuſationibus, & relationibus. 802
TITULUS XXIX. De clericis peregrinantibus. 805
Summarium Exegeticum unici capitis in hoc titulo contenti. 805
§. I. Clerici peregrinantes qui intelligantur. 806
§. II. Proponuntur, & diluuntur decem ſelectæ quæſtiones. 807
TITULUS XXX. De confirmatione utili, vel inutili. 813
Summarium exegeticum omnium capitum in hoc titulo contentorum. 813
§. I. Quid & quotuplex ſit confirmatio, & quando utilis, vel inutilis. 814
§. II. Quid Judex inferior poſſit contra privilegia, & confirmationes emanatas à ſede Apoſtolica. 817
§. III. De Innovatione privilegiorum, an habeat vim confirmationis. 820
§. IV. Proponuntur, & diluuntur quindecim ſelectæ quæſtiones. 821

Digitized by Google

CAJETANI FELICIS VERANI

CLERICI REGULARIS

IN

Secundum Librum

DECRETALIUM.

PROOEMIUM.

EXplicatis in præcedente libro iis, quæ ad ſtatum perſonarum Eccleſiaſticarum videbantur pertinere, & expoſitis etiam earundem officiis, quæ in Eccleſiis aliquam habent, vel dignitatem, vel perſonatum, & iisdem addito tractatu de Judicibus Ordinariis, & Delegatis, deque illis, qui apud eos agunt, imò de Pactis etiam, & Transactionibus, ut etiam de aliquibus cauſis reſtitutionum, & demum de Arbitris; tranſit nunc Gregorius IX. ad judicia, quorum contextum, & ordinem hic ſecundus liber complectitur: adeò ut objectum hujus libri ſit ordo judiciarius, ſeu ordo ſervandus in qualibet cauſa, præſertim civili; & modus in judiciis peragendis. Dividitur autem hic liber in tres principales partes, ut notat Gregorius Toloſanus *partit. jur. can. lib. 5. tit. 1. c. 3. n. 5.* quarum prima continet omnia acta à citatione uſque ad litis conteſtationem incluſivè; cujusmodi ſunt libelli oblatio, reconventio, ſatisdatio, exceptio. Secunda pars comprehendit omnes poſitiones, reſponſiones, probationes, & alios actus à litis conteſtatione excluſivè uſque ad concluſionem in cauſa incluſivè. Demum tertia pars continet ſententiam diffinitivam, ejúsque executionem. Quamvis autem citatio, & libelli oblatio dicantur potiùs quædam præpara-

ratoria judicii, eò quia præcedant litis conteſtationem, à qua judicium propriè dicitur incipere, non tamen priùs de iis, quàm de judiciis agitur; quia non præcedunt totum ordinem, ſeu proceſſum judiciarium: Is ſiquidem incipit à citatione, ac perſeverat uſque ad ſententiam diffinitivam; & de hoc proceſſu agit ſummus Pontifex in hoc libro, unde potiùs pertinent ad hunc proceſſum ut partes integrantes; quò fit, ut citatio, & libelli oblatio referantur ad hunc de judiciis tractatum. Quamobrem univerſa ordinis judiciarii ratio, & modus in cauſis, tam civilibus, quàm criminalibus in hoc libro explicatur.

TITULUS I.

De Judiciis.

QUia in præcedentibus Compilator juris canonici egit de Prælatis Eccleſiaſticis, eorúmque officio, & poteſtate, deque pleriſque præparatoriis ad judicia, & alia quandam præſeferentia ſimilitudinem cum iiſdem, cujuſmodi ſunt arbitria, ſeu lauda, & arbitramenta, nunc progreditur in hoc ſecundo libro ad ipſum judicium, quod plura continet: & ut ad præſens pertinet inſtitutum conſiſtit in ipſa ſententia diffinitiva, ejúſque executione: & quamvis dupliciter ſumi ſoleat judicium, nimirum pro ipſa ſententia Judicis definientis inter partes, quod juſtum eſt; & etiam pro toto proceſſu, ſeu diſcuſſione cauſæ, in quo ſenſu complectitur omnes actus, tum præcedentes, ut libelli Oblationem, Reconventionem, Satisdationem, & Exceptionem: tum alios medios, ut poſitiones, reſponſiones, probationes, alióſque à conteſtatione litis excluſivè, uſque ad concluſionem in cauſa incluſivè: in priori tamen ſenſu magis propriè ſumitur judicium, quod ſuam *à Jure dicendo* deſumit nomenclationem, tametſi ſecunda uſurpatio frequentior ſit. Quia verò non datur judicium abſque juriſdictione in ipſo Judice, operæ pretium fore duxi, hunc primum titulum in plures dividere partes, ac varias in judicibus Eccleſiaſticis expendere juriſdictiones, ac delicta Eccleſiaſtica, circa quæ exercentur, ut plena, & integra de juriſdictione tractatio exhibeatur.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum in hoc titulo contentorum.

CAP. DE QUODVULTDEO ſ. h. t. Statuitur ex Concilio Africano, ut promittens coram aliquo Judice ſuum adverſarium experiri, ſeu ſe defendere: & poſtea non vult contumaciter; poſſit tunc ob contumaciam excommunicari, nec debeat abſolvi, niſi præmiſerit ſatisfactionem: non tamen debet privari beneficio, niſi priùs videatur exitus cauſæ: quia ut notat Gloſſa hic ſine cognitione cauſæ nemo eſt deponendus. Liquet ex hoc textu, contumace excommunicato non eſſe procedendum in cauſa principali. Verùm de jure novo hodiè excom-

mun-

municatus debet ſtatim abſolvi, & poſtea cognoſci de cauſa excommunicationis, niſi in aliquibus caſibus. Olim non ſolùm cauſa Clericorum inferiorum, ſed etiam Epiſcoporum agebantur in Concilio Provinciali, in quo citati tenebantur ceſſante legitima exceptione reſpondere c. 4. 6. q. 3. art. 2. Hodie tamen Concilium Provinciale id non poteſt, ſed eſt ex caſibus reſervatis Papæ, ut notat Gloſſa in c. ex tuæ de cleric. non reſid. adeò ut Concilium non poſſit pronunciare, Epiſcopum eſſe deponendum, ſed tota definitio, & deciſio in hac cauſa ſit reſervata Papæ. Cæterùm, quod in hoc textu recedens à judicio ſine licentia dicitur contumax fallit primò niſi comparens in termino non reperiſſet partem adverſam. Secundò niſi receſſiſſet ob imminens, & inexpectatum aliquod periculum. Rurſus antequam contumax privetur beneficio debet expectare per annum.

C. DECERNIMUS 2. h. t. Ex ſynodo Eugenii Papæ ſtatuitur, ut laici non præſumant tractare negotia Eccleſiaſtica, nec Prælati Eccleſiarum audeant diſponere de negotiis Eccleſiaſticis præſertim de ſpiritualibus, judicio laicorum: & propter eorum prohibitionem non omittant exercere Eccleſiaſticam juſtitiam. Hinc notat Gloſſa, omnes Prælatos eſſe Judices Ordinarios: & laicos poſſe delegari ab Ordinariis in cauſa pecuniaria, vel merè civili, & in compromiſſione, non tamen propria authoritate. Poſſe tamen Papam delegare laico omnes cauſas etiam ſpirituales, & criminales.

C. QUANTO 3. h. t. Alexander III. reſcribit Regi Anglorum, cauſam juris patronatûs ita eſſe conjunctam, & connexam cauſis ſpiritualibus, ut non niſi judicio Eccleſiaſtico poſſit definiri. Ex quo textu liquet; cauſam mixtam ex ſpirituali, & civili, magis ſequi naturam ſpiritualis; quàm civilis; & idem juris eſſe in illa, ac ſi foret purè ſpiritualis. Rurſus cauſam ratione rei potiùs; quàm perſonæ dici ſpiritualem: & laicum poſſe poſſidere temporale adnexum ſpirituali, licèt cenſeatur ſpirituale; ut eſt jus patronatus: non ita poſſe poſſidere merè ſpirituale: hinc laicus licèt habeat jus funerandi; non ita habet dominium ſepulturæ.

C. ETSI CLERICI 4. h. t. Idem Pont. reſcribit Archiepiſcopo Salernitano, Clericum convictum, ſeu confeſſum de crimine coram Judice ſæculari non eſſe condemnandum ab Ordinario ob hujusmodi acta, eò quia hæc ſint irrita: ſiquidem ſententia lata à Judice non ſuo, nullius eſt valoris. Quòd ſi Clericus coram ſuo Ordinario ſit confeſſus, vel legitimè convictus de crimine, ſi crimen tale ſit, debet ſuſpendi ab Ordinibus, vel ab altare perpetuò removeri. Verùm pro adulteriis, vel aliis minoribus criminibus poteſt Clericus poſt peractam pœnitentiam abſolvi ab Epiſcopo. Rurſus declarat Pontifex, Clericum depoſitum non eſſe tradendum Judici ſæculari, eò quia non debeat duplici pœna affligi. Notat in hoc textu Gloſſa, confeſſionem factam coram Judice non ſuo, non præjudicare confitenti. Rurſus Clericum convictum coram laico, ſi infamia multum creverit teneri ſe purgare c. cùm deſideres de ſent. excom. alioquin eſſe puniendum, ut interpretatio convictum. Rurſus Clericum voluntariè comparentem coram Judice laico amittere cauſam civilem, & locum in criminali c. ſi diligenti de for. compet. Rurſus legitimam probationem ad conveniendum fieri per legitimos teſtes omni exceptione majores, qui recipiuntur tantùm in præſentia Judicis. Rurſus in criminalibus probationem debere eſſe luce clariorem.

C. CÆTERUM 5. h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi naſcatur quæſtio inter Vaſallos occaſione feudorum, teneantur iſti comparere coram Domino feudi, non verò coram illo debeant conveniri, nec Legatus poſſit eos excommunicare, vel interdicere, ſi parati ſint comparere coram Domino feudi. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi Dominus feudi ſit negligens debeat judicium transferri ad alios. Rurſus in judicio poſſeſſorio poſſe vaſallum agere coram ordinario; non ita in petitorio, ut in hoc textu. Quòd ſi quæſtio feudi ſit inter Dominum, & vaſallos cenſet Gloſſa, eſſe tractandam per alios Vaſallos. Sin verò quæſtio ſit inter vaſallos, & non vaſallos, cenſet tractandam eſſe coram Ordinario, vel Delegato, idque ne Dominus ſit Judex in cauſa propria.

C. DILECTI 6. h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Exonenſi, & Capitulo Londonenſi in jure canonico non eſſe ſubtiliter inquirendum, quomodò actio intentetur, ſicut à multis fieri ſolet, ſed ſufficere, ſi inquiratur purè factum, & rei veritas. Ex quo liquet, ſatis eſſe ſi proponatur cauſa, quæ etiam actio dici ſolet: & ſubtilitates in cauſis Eccleſiaſticis reprobari; quia cùm agatur de bona fide, non eſt diſputandum de apicibus juris. Notat tamen Panormit. hic n. 15. actionem ſumi dupliciter, vel pro certa antiqua ſolemnitate, & formula verborum; in qua qui à Syllaba cadebat, à toto etiam cadebat; hodie verò hujusmodi ſolemnitates in neutro jure civili, & canonico obſervantur l. 1. C. de formul. & impetrat. act. ſublat. Vel propriè pro effectu, ſeu jure agendi; ſeu perſequendi in judicio, quod ſibi debetur inſtit. de action. & oritur ex aliquo facto, ut ex emptione, venditione, mutuo, teſtamento, cujus plures ſunt ſpecies, ut rei vindicatio, actio ad exhibendum, condictio furtiva; & hujusmodi actionis ſpeciem, vel qualitatem non vult Pontifex ſubtiliter inveſtigari, adeò ut de jure canonico ex vi præſentis textus non ſit neceſſe in libello, actionem exprimere, ſed ſufficiat factum narrare, ut poſſit inde concludi actio à Judice. Excipitur tamen primò ſi Judex dubitaret de dolo circa actiones; tunc enim poſſet cogere actorem, ut eam exprimeret: ſecundò licèt non requiratur in cauſis ſpiritualibus; in civilibus tamen talis narratio eſt neceſſaria, ut cauſa totaliter cognoſcatur, quod ſine expreſſione actionis fieri non poteſt. Tertiò ſi ex narratis poſſint reſultare plures actiones ad diverſos effectus.

C. INTELLEXIMUS 7. h. t. Reſcribit idem Pont. Epiſcopo Paduano, excommunicatum poſſe in judicio conveniri, & tunc debere per ſe ipſum ſeu Procuratorem reſpondere; non tamen poſſe convenire. Notat tamen Gloſſa, excommunicatum volentem Procuratorem conſtituere non eſſe compellendum; ſed poſſe perſonaliter comparere; nec tractantes cum ipſo incurrere

excommunicationem: imò poſſe excommunicatum in tali cauſa excipere, appellare, & alia omnia agere, quæ neceſſaria ſunt ad ſui defenſionem. Verùm communior ſententia eſt, non poſſe perſonaliter comparere in juſtam pœnam illorum qui in excommunicatione perſeverant: & ratio etiam indicatur, ne ex malitia ſua commodum reportet, quod procul dubio reportaret, ſi in hoc textu juvaretur. Neque obſtat c. cum inter de excommun. *ubi dicitur quod omnis legitima defenſio reſervetur excommunicato: nam eo ipſo, quòd permittitur excommunicato reſpondere per Procuratorem, non negatur illi defenſio.*

C. *CLERICI* 8. *reſcribit Lucius III. Archiepiſcopo Strigonienſi, Clericum de omni crimine debere coram judice Eccleſiaſtico conveniri: & contrariam conſuetudinem præjudicare ſacris canonibus; quia Imperator dicit, leges civiles non dedignari ſacros canones imitari. Notat Gloſſa, contrariam conſuetudinem efficere libertati, & ſtatutis Eccleſiæ, proinde non eſſe rationabilem. Cæterum hoc immunitas fori, quam ex jure civili Pontifex confirmat pluribus in locis tractatur.*

C. *CAUSAM* 9 *h. t. Clemens III. declarat, judicem teneri providere, ut litigantes ſervent ſolemnitatem juris, & ut Capitulum incipiat litem de conſenſu Epiſcopi, ne deinde ſopita iterum ſuſcitetur ab Epiſcopo. Hinc liquet, judices non debere pati, ut Capitulum maximè Religioſorum litiget in judicio ſine conſenſu Prælati, quod intelligitur, quando authoritas, ſeu conſenſus Prælati eſt de jure requirendus. Hinc notat Panormit. hic n. 4. valere impetrationem factam agendi a Papa per ſolum conventum abſque conſenſu Prælati, dummodo conſenſus illius habeatur in ipſo actu agendi.*

C. *CUM NON AB HOMINE* 10. *h. t. Cœleſtinus III. ſtatuit, Clericum deprehenſum in furte, homicidio, perjurio vel alio crimine, vel etiam convictum de eodem eſſe à judice Eccleſiaſtico deponendum imò etiam anathemate percutiendum, ſi poſtea creſcente contumacia, fiat incorrigibilis: quòd ſi contempſerit excommunicationem; cum Eccleſia ultra non habeat, quo debeat ipſum punire, mandat Pontifex comprimi per ſæcularem poteſtatem, & puniri exilio, vel alia legitima pœna. Notandum eſt, Clericum tunc dici legitimè deprehendi, quando aliqui Clerici interſunt deprehenſioni, & defenſioni per ſpatium viginti horarum. Et addit Gloſſa, poſſe etiam per laicos comprehendi, ſi deprehendatur in ipſo crimine, ut etiam detineri abſque periculo incurrendi excommunicationem, ut crimen fiat ita notorium, dummodo id fiat de authoritate ſuorum Prælatorum. Proceſſus tamen hic poſitus in ordine ad puniendum crimen non ſervetur in Falſario literarum Apoſtolicarum, quia hujuſmodi falſarius eſt ipſo jure excommunicatus, & depoſitus tradatur Curiæ ſæculari.*

C. *QUIA* 11. *h. t. idem Pont. ſtatuit, ut ſi quis impetret litteras contra violentem Invaſorem ſuæ Eccleſiæ mortuo invaſore, ſi alius eandem Eccleſiam ingreditur, poſſit Iudex per primum reſcriptum agere, contra ſecundum ingreſſum. Hinc notat Panormitanus per reſcriptum impetratum contra violentum occupatorem, eum conveniri, qui ſciens ei ſucceſſit in vitium. Verùm Innocentius, Hoſtienſis, & alii probabiliùs cenſent, proceſſum tunc fuiſſe vigore ſecundarum litterarum, quas, qui ſpoliatus fuerat, impetraverat contra ſucceſſorem ſpoliatoris, nec potuiſſe procedi per primas litteras: quia reſcriptum non extenditur ad perſonas non expreſſas. Utraque opinio eſt tamen probabilis.*

C. *CUM VENISSENT* 12. *h. t. declarat Innocentius III. ſuper dubiis privilegiorum Sedis Apoſtolicæ ſolum Papam per ſe, & non per alios cognoſcere, eò quia ejus eſt interpretari cujus eſt condere* c. inter alia de ſent. excommun. *Notat tamen Gloſſa hic communiter recepta, poſſe alium, quam Papam cognoſcere incidenter tamen* c. cauſa de in integr. reſtit. *etenim ſi Iudex inſpiciens verba privilegii deprehendit ea eſſe manifeſta, poteſt dicere privilegium non obſtare* argum. c. accepimus de fide inſtrum. *Unde hic textus procedit quando verba ſunt ambigua, & obſcura, non verò quando manifeſta; quia in dubiis, illius eſt interpretari, cujus eſt condere.*

C. *NOVIT ILLE* 13. *h. t. Idem Pont. declarat ad Papam pertinere cognoſcere de quocunque peccato, præſertim de perjurio, fractione pacis publicæ: & corripere quemlibet peccantem etiam Regem, & Imperatorem ſervata priùs correptione Evangelica: nec tamen Pontificem dici derogare juriſdictioni Principum, nec cognoſcere de feudis, quia quæſtio feudi pertinet ad Dominum feudi, niſi conſuetudo, vel privilegium præjudicet.*

C. *PASTORALIS* 14. *h. t. reſcribit idem Pont. Epiſcopo Helienſi, principales perſonas non per Advocatos, ſed per ſe ipſas debere factum proponere: niſi ſint adeò indiſcretæ, ut earum defectus de licentia judicis ſuppleatur per alios. Notandum eſt, perſonas principales in hoc textu eas dici, quæ ſunt per ſe ſufficientes ad proferendum factum: & has poſſe nihilominus conſtituere Procuratorem, ut habetur ex* l. non ſolum ff. de procurat. *hinc Panormitanus hic n. 5. cenſet, Pontificem in hoc textu non intendere Procuratores excludere, ſed tantùm Advocatos. Verùm ſi Dominus eſſet juſtior, quàm Procurator, tunc poſſet judex ex officio providere, ut veniat ipſe Dominus ad reſpondendum* l. fin. C. de procur. *Rurſus per perſonas indiſcretas intelliguntur perſonæ ſimplices, quæ non poſſunt mentem ſuam ſufficienter declarare, cujuſmodi ſunt furioſi, amentes, minorennes, his enim conceditur Procurator, imò etiam Advocatus. Hinc regulariter officium advocati verſatur in his, quæ ſunt juris; ad ea verò, quæ in facto conſiſtunt, debent reſpondere partes principales per ſe, vel per Procuratorem, & factum proponere. quia præſumuntur exactiùs intelligere facta ſua, quam extranei.*

C. *EXAMINATA* 15. *h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi Actor proponat ſuam actionem, & intentionem ineptè, ut ſi vellet probare, ſe poſ-*

ſeſſo

Digitized by Google

ſediſſe jus patronatûs tempore, quo Eccleſia juris patronatus erat apud tertium ſequeſtrata, tunc Reus abſolvatur: ſin verò Actor iterum aptè agat, teneatur Reus reſpondere. Ubi notat Gloſſa ei, qui poſſidet, non competere vindicationem, nec reſtitutionem. Rurſus actionem ſecundùm canones eſſe proponendam, quando cauſa eſt civilis: vel quando actio non eſt nimis ſubtilis, ut rei vendicatio, locati, depoſiti, unde uſus actionum jure canonico non eſt penitus ſublatus, ut aliqui putant.

C. *CUM DEPUTATI 16. h. t. ab eodem Pontifice prohibentur judices tam ſaculares, quàm Eccleſiaſtici repellere Praceptores, qui habentur domi fratrum militiæ templi, ſi velint agere, vel defendere ſuas cauſas, & non eſſe ab illis requirendum, ex qua ſint natione. Quia confidit Pontifex, ut ſuperiores Ordinis Curatores tales praficiant domi Praceptores, contra quos non procedat ulla exceptio. Tum quia ut notat Gloſſa quilibet praſumitur idoneus niſi probetur indignus, & quilibet praſumitur liber, quamdiu apparet in poſſeſſione libertatis.*

C. *QUALITER 17. h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Vercellenſi, ut Pralati ſtudeant exhibere plenam juſtitiam laicis conquerentibus contra Clericos, non obſtante fruſtratoria Clericorum appellatione: dummodo non permittant, Clericos trahi a laicis ad judicium ſaculare; tametſi Pralati non exercuiſſent juſtitiam. Ex quo textu liquet, Clericos etiam volentes non poſſe ſibi conſtituere judicem ſacularem, nec de conſenſu Epiſcopi; bene tamen laicos trahi ad forum Eccleſiaſticum ob negligentiam judicis ſacularis.*

C. *CAUSAM QUÆ 18. h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi quis creetur Iudex in aliqua cauſa, & cognoſcatur habere ſimilem, vel quaſi ſimilem cauſam cum alio, poſſit, imò & debeat deponi, ne ſit nimis favorabilis uni parti; ſed ſit ſtatim alius ſubrogandus. Hinc notat Gloſſa, id procedere etiam de teſte, qui habet veriſimilem cauſam ei, in qua teſtificatur: tunc enim talis teſtis non eſt admittendus. Notat tamen Gloſſa, hanc ſimilitudinem non extendi ad omnes cauſas: etenim ſi judex habeat cauſam decimarum, poteſt eidem committi cauſa juris patronatûs, vel juriſdictionis, unde non omnis ſimilitudo cauſa ſufficit ad judices recuſandos, ſed debere cauſam eſſe ſimilem in ſpecie, & in particulari.*

C. *EXHIBITA 19. h. t. reſcribit Honorius III. Archidiacono Remenſi, quòd ſi judices ſimul cognoſcant de principali cauſa, & de exceptionibus prajudicialibus ſimul: vel ſi recipiantur ſuper principali, lite non conteſtata, licitè poſſit ab iis appellari, & irritum ſit, quicquid poſt appellationem tentatur: quia cauſa non committebatur illis in formam inquiſitionis, ſed judicii. Notat Gloſſa, quòd ſi in commiſſione jubeatur delegatus inquirere, tunc non conſtituitur Inquiſitor, ſed ſimpliciter Iudex; proinde teneri obſervare ordinem judiciarium. Caterum Iudex in laxa ſignificatione poteſt etiam dici Inquiſitor, eò quia debeat in cauſa ſibi commiſſa inquirere ad veritatem eruendam; quapropter poteſt partes interrogare in quacunque judicii parte* c. judicantem 30. q. 5. l. ubicunque ff. de inter act. *Hinc dicitur etiam Executor quatenus procedit in ordine ad exequendam juſtitiam, & reddendum unicuique quod ſuum eſt,* c. ſuſcitatus de reſcript.

C. *VENERABILIS 20. h. t. Idem Pont. declarat, non obſtante lapſu triennii poſſe delegatum procedere in cauſa ſibi commiſſa. Ex quo textu liquet, ſecundùm canones inſtantiam judicii non expirare per lapſum triennii, & per praſentem decretalem corrigi textum* l. properandum C. de judiciis. *ubi ſtatuitur, quòd inſtantia judicii perit, niſi cauſa finiatur intra triennium. Quando verò tempus expreſſè ſtatuitur tantùm parti non auditur illa poſt lapſum temporis* l. peremptorias C. ſent. reſcin. non poſſ. *Ut etiam ſi ſtatuatur judici ſimul, & ejus juriſdictioni, tunc elapſo tempore non poteſt judex ampliùs procedere* l. 2. §. ſi judex ff. eod. *Sin verò tempus ſtatuatur Iudici tantùm, tunc acta illius valent quidem poſt lapſum temporis, ſed ipſe eſt puniendus ſi fuerit in culpa* l. 1. C. ut om. jud. tam civil. quàm milit. *Sin autem tempus ſtatuatur inſtantia, tunc quod facit judex finita inſtantia non valet: ratio aſſignatur à Gloſſa, quia ſententia non valet niſi pracedant acta ſolemnia prarequiſita ad ſententiam* l. prolatam C. de ſent. *perempta autem inſtantia pereunt libellus, litis conteſtatio, & alia acta* l. cum lite ff. jud. ſol. *unde ſi ſententia feratur poſt lapſum termini, eſt irrita, quia proceſſit ſine debitis prarequiſitis.*

C. *SIGNIFICAVERUNT 21. h. t. Idem Pont. declarat, Reum habentem ſententiam definitivam ſuper poſſeſſorium, ſi agatur de proprietate coram eodem judice non teneri reſpondere, ſi ſit prorſus alterius fori. Rurſus non obſtante tempore feriato vindemiarum poſſe judicem procedere, ne ex fraude prorogetur tempus. Notat Gloſſa, in hoc textu agi de cauſa non ſpirituali, ſed de juriſdictione temporali, & Monachos eſſe Actores, ac debere ſequi forum Rei: proinde judicem ſacularem potuiſſe ferre ſententiam circa poſſeſſorium. Rurſus ſi laici agebant de proprietate debebant ſequi forum Rei, ſeu Monachorum. Sin verò fuiſſent ejuſdem fori continentia cauſa ſuper poſſeſſorio & proprietate non fuiſſet dividenda. Rurſus notat Gloſſa, quòd cum feria fuerint introducta in favorem hominum, nemo adigitur tunc in judicio reſpondere, & ſententiam latam contra abſentem tempore feriato nullum ſortiri valorem: & tantùm eſſe validam, ſi conſentiant amba partes, qua poſſunt renuntiare dictis feriis introductis in favorem hominum, non verò aliis introductis ob reverentiam Dei, & ſanctorum.*

IN SEXTO.

C. *JURIS 1. h. t. Innocentius IV. in Generali Concilio Lugdunenſi declarat, quòd ſecundùm jus Legatus Apoſtolicus non poſſit compellere partes ad perſonaliter comparendum coram ſe, niſi ad id habeat ſpeciale mandatum: vel niſi neceſſitas juris exigat, ut ſi cauſa ſit criminalis, vel pro veritate dicenda, vel pro juramento calumnia faciendo. Hinc notat Gloſſa, non poſſe delegatum Papa auferre beneficium juris, quam-*

vis Papa id poſſit; proinde in civilibus non poſſe citare perſonaliter, eò quia in citatione exprimenda ſit cauſa, ob quam perſonaliter citetur. Cæterum delegatus poteſt ea omnia, ſine quibus non poteſt cauſa expediri. Rurſus Ordinarius extra judicium poteſt, ex juſta cauſa cogere ſuos ſubditos ad comparendum coram ſe; & in dubiis tenentur ſubditi obedire Prælatis. Sin verò cauſa criminalis agatur civiliter, non poteſt pars perſonaliter compelli: ſi criminaliter non poteſt per Procuratorem. Cæterum ſi Principalis ſit melius informatus de veritate, quàm Procurator: vel ſi pars adverſa melius confidat de præſentia Principalis, quàm Procuratoris: vel etiam ſi Principalis ſit legalior perſona, & Procurator Rixoſus, poteſt Principalis perſonaliter comparere etiam, quando cauſa criminalis agitur civiliter; & poteſt etiam compelli. Hinc Panormitanus cenſet, Pontificem non intendere, excludere Principales in præfatis caſibus.

C. *MULIERES 2. h. t. declarat Bonifacius VIII. Non obſtante jure canonico nemini poſſe trahere mulieres invitas ad perſonaliter comparendum quacunque ex cauſa in jure non expreſſa, quòd ſi earum teſtimonium ſit neceſſarium, præcipit Pontifex, ut tunc judex mittat tabellionem expenſis partis eas producentis; quòd ſi receptio teſtium non poſſit alteri committi, debeat judex perſonaliter fœminas illas accedere. Quòd ſi nec etiam judex poſſit accedere, vel quia ſit infirmus, vel quia non deceat ob dignitatem, eò quia ſit Epiſcopus; tunc mandat Pontifex ut mittat alias perſonas idoneas. Quòd ſi judex fingat caſum ut ex fraude perſonaliter eat, declarat Pontifex, eum ipſo jure incurrere excommunicationem. Demum præcipit, ut fœminæ Religioſæ præſertim, quæ vivunt ſub clauſura, non vocentur ad judicium, nec trahantur perſonaliter; tametſi ipſæ velint comparere. Demum declarat Pontifex irrita ipſo jure omnia, quæ contra prædicta attentantur. Cæterum quòd in textu dicatur, mulieres non eſſe trahendas invitas ad judicium, id intelligitur de mulieribus honeſtis: quia meretrices, & inhoneſtè viventes cùm poſſint indiſtinctè perſonaliter capi, poſſunt etiam trahi ad judicium, etiam pro cauſis civilibus. Imò notat Francus hic* n. 1 *mulieres in caſibus requirentibus perſonalem comparitionem poſſe etiam invitas perſonaliter trahi ad judicium. Verùm id communiter rejicitur: alioquin nulla eſſet ſpecialis diſpoſitio circa mulieres, quam tamen præſens textus intendit, ut docet Baldus* in l. fin. C. de Procurat. in fin. *Hinc conditio mulierum aliquando eſt melior, quàm marium, aliquando par, vel deterior. Rurſus excommunicatio, de qua loquitur præſens textus, eſt tantùm pro judice, & non eſt reſervata.*

C. *SI ANNUM 3. h. t. ſtatuit idem Pont. ut major quatuordecim annis in cauſis beneficialibus, aliiſque ſpiritualibus, & inde dependentibus, perinde ac ſi major 25. annis eſſet, debeat admitti, tam ad agendum, quam ad ſe defendendum. Secus minor 14. anni cùm non poſſit per ſe agere, nec ſe defendere, debet ipſi dari Curator ad litem per Epiſcopum, vel ejus Vicarium, vel per delegatum Sedis Apoſtolicæ, vel ejus ſubdelegatum: vel ſi major infante fuerit poteſt eorundem authoritate deputari Procurator. Rurſus declarat Pontifex, quòd quamvis minor ſit ſub poteſtate parentum, quia tamen iſti non debent ſe intromittere in talibus cauſis, non debet eorum conſenſum requirere, adeò ut in litibus ſpiritualibus poſſit filiusfamilias litigare ſine conſenſu parentum. Unde notat Gloſſa, quòd quamvis Clericus, vel Beneficiarius non liberetur à patria poteſtate, poteſt tamen ſine patris conſenſu agere cauſam ſpiritualem, vel annexam ſpirituali, vel etiam dependentem ab ipſa; ut de dote promiſſa in matrimonio. Ad quod tamen in mare requiritur annus 14. completus, & in fœmina 12. itidem completus. Rurſus in hoc textu eam omnem vocari cauſam ſpiritualem, quæ ad forum pertinet Eccleſiaſticum. Ubi notandum eſt, quòd alias licèt quando jura exigunt certos annos, ordinariè ſufficiat annus inchoatus, hic tamen requiritur ex diſpoſitione juris annus completus. Rurſus hoc privilegium ut majores 14. annis poſſint agere, & convenire per ſe, perinde ac ſi eſſent majorennes conceditur in favorem cauſarum ſpiritualium; cùm alias judicium agitatum cum minoribus 25. annis ſine authoritate Tutoris, vel Curatoris nullum in jure civili ſortiatur valorem,* l. in univerſis C. qui dare tut. poſſ.

IN CLEMENTINIS.

C. *DUDUM 1. h. t. cum Bonifacius VIII. in conſtitutione* Rem non novam *ſtatuiſſet, ut citationes authoritate Apoſtolica factæ in audientia Apoſtolicarum literarum, vel in Papali aula, & publicè poſtea valvis majoris Eccleſiæ, ubi Papa cum Curia reſidet, affixæ, ſic arctent poſt lapſum terminum citatos, ac ſi ad eos perſonaliter perveniſſent, & id nimis illis videretur rigoroſum. Clemens V. id reſtrinxit ad illos tantùm, qui faciunt, impediunt, vel procurant per ſe, vel per alios, ne cito poſſit ad eos perveniri, vel quorum domicilia non poſſunt tutò, ac liberè adiri. Non tamen per hoc derogatur citationibus abſentium, quæ fieri ſolent diebus ſolemnibus.*

C. *DISPENDIOSA 2. h. t. Pontifex ad evitandam diſpendioſam prorogationem litium, quæ oritur ex ſubtili obſervatione juris; ſtatuit ut in cauſis ſuper electione, proviſione, poſtulatione, dignitatibus, & officiis, ac beneficiis poſſit Iudex procedere ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii: quæ diſpoſitio, vel maximè procedit in cauſis piis.*

IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS.

C. *FREQUENTES UNIC. h. t. Joannes XXII, innovat, & jubet obſervari decretalem Bonifacii VIII. quæ habetur* in clement. C. dudum de ſepultur. *in favorem Religioſorum mendicantium emanatam. Neque propter illam debere Religioſos mendicantes eſſe moleſtos, & graves Prælatis; neque iſtos ipſis Religioſis. Quòd ſi inde inimicitiæ, vel controverſiæ oriantur. Vult Pontifex, ut ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu judicii, & figura finiantur, & eo alias juxta exigentiam re[illegible]*

COM-

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

PARS I.

De Iudiciis.

§. I.

Quid ſit Iuriſdictio præſuppoſita ad Iudicium.

1 IUriadictio eſt poteſtas juris reddendi per ſe, vel alium, tam per modum neceſſariæ juriſdictionis, & contentioſæ, quàm per modum juriſdictionis voluntariæ in beneplacitis partium, quæ deſiderant judicis decretum, ut aſſerit Bald. *conſ 419 ad evidentiam præmittendum in princ. l. 1.* & definitur ab Accurſio *l 1. de juriſdic. om. jud. poteſtas de publico introducta cum neceſſitate juris dicendi, æquitatiſque ſtatuenda*, & licèt hanc definitionem complectantur juriſperiti, & Gregorius Toloſanus *lib. 47. ſyntag. c. 21. n 8.* eam laudet, multiſque explicet; nihilominus Betlich. *concl. 1.* eam ut vitioſam rejicit; & dat hanc aliam definitionem juriadictionis dicens: *eſſe facultatem alicujus habentis publicam authoritatem, & eminentiam ſuper alios ad eorum regimen, & gubernationem.* Verùm hæc ſecunda definitio ex eò diſplicet, quia aſſerit, juriſdictionem eſſe facultatem alicujus habentis publicam authoritatem; adeò ut ſupponat ipſam publicam authoritatem in habente juriſdictionem, cùm hæc dicatur eſſe facultas publicæ authoritatis, quod eſt falſum: quia facultas, ut etiam quævis potentia ſupponit eſſe, cujus eſt facultas, proinde juriſdictio ſupponeret ipſam publicam authoritatem, cujus eſſet facultas: & ſicut potentiæ, & facultates ſe habent conſecutivè ad eſſe, cujus ſunt potentiæ, & facultates; ita juriſdictio ſe haberet conſecutivè ad publicam authoritatem, quod eſt falſum: quia juriſdictio, vel eſt ipſa publica authoritas, vel hanc confert: unde non cenſeo recedendum à definitione Accurſii approbata à cæteris juriſperitis.

2 Species juriſdictionis plures ſunt, aliæ ordinariæ, aliæ delegatæ. Ordinaria bipartitur in animatam, & inanimatam; illa eſt ſummus Pontifex, vel Imperator, aut Princeps, qui leges condit: inanimata eſt ipſum jus canonicum, vel civile; vel conſuetudo legitimè præſcripta. Juriſdictio delegata eſt, quæ à Principe, vel ſuperiore alteri committitur, vel concreditur in ordine ad ferendum judicium ſuper uno, vel altero negotio. Hinc etiam judex, alius eſt Ordinarius, eſtque ſuperior, cui per ſe, ratione dignitatis, vel officii, competit judicium ferre, adeò ut ex proprio munere, ſeu officio juriſdictionem exerceat. Delegatus eſt, qui non ex officio, ſed ex comiſſione ſpecialiter ſibi facta jus dicit. Differunt juriſdictio ordinaria, & delegata, quia illa eſt favorabilis, & extendenda *c. cum in jure 31. de offic. delegat.* Non tamen ut detrahat alteri ordinariam facultatem; ſeu juriſdictionem, ut notat Joan. de Imola *conſ. 140. n. 3. V. in jure autem.* Rurſus juriſdictio ordinaria, quia favorabilia difficiliùs tollitur, quàm delegata. Hinc juriſdictio ordinaria præſidis Provinciæ non cenſetur derogata, licèt committantur certæ cauſæ alicui, Anchar. *conſ. 164. de jurib n. 9.*

3 Juriſdictio verò delegata eſt odioſa, & coarctanda, proinde non extenditur ad perſonas non expreſſas in reſcripto *c. edoceri.* ubi Gloſſa *de reſcript.* & faciliùs tollitur quàm ordinaria, quæ favorabilior eſt, ut notat Rom. *conſ. 197 n. 3.* hinc litteræ judicis delegati non ſe extendunt ad futuras lites, ſi per ipſas derogetur juriſdictioni ordinariæ, ut notat Fedet. *de ſen conſ. 163. n. 2. V. non obſtat.* Nec verba denuntiativa inſtrumenti probant juriſdictionem delegatam, eò quia ſit odioſa; licèt probent præſumptivè ordinariam, quia eſt favorabilis, ut notat Bald. *conſ. 480. Teſtator inſtituit n. 3. V. ſecundò quæritur lib. 1.* Dicitur autem juriſdictio delegata odioſa; & reſtringenda; quando per eam derogatur juriſdictioni ordinariæ; quia tùnc nec ad perſonas non expreſſas, nec ad lites futuras extenditur. Secus eſt, ſi agatur de extenſione ad ea; quæ veniunt in conſequentiam neceſſariam; tunc enim extenditur, ut notat Feder. *de ſen. d. conſ. 163. in princ V. in contrarium, & per tot.* ubi vult, quòd delegatus poſſit invocare brachium ſæculare, ne fruſtratoria ſit ejus juriſdictio contra contumaces; & idem aſſerit de omnibus aliis, quæ ſunt quaſi neceſſaria, cujuſmodi ſunt compellere teſtes ad teſtimonium ferendum, mulctare impedientes ipſius juriſdictionem, Aſſeſſores, & Notarios ab immoderatis ſalatiis cohibere.

4 Secundò alia dicitur juriſdictio voluntaria, & alia non voluntaria, ſeu contentioſa. Voluntaria eſt, quæ verſatur in gratuitia, & cujus actus propterea fit abſque contradictore, ut ſolvere, diſpenſare, legitimare, ſacramenta conferre; & alia ſimilia: dicitur voluntaria juriſdictio; quando abſque judicio exerceri poteſt; & quando verſamur in iis, quæ pertinent ad obſervantiam, vel conſtitutionem, vel regulam; & ubi de nullius præjudicio agitur; ut notat Baldus *conſ. 124 Archipresbyter habens. lib. 1.* & generatim juriſdictio voluntaria dicitur, ubicunque proceditur de plano, ut ait Alexander *conſ. 157. viſo inſtrum. n. 4. V. hoc voluit. lib. 2.* Imò ampliatur etiam ut actua voluntariæ juriſdictionis dicatur, tametſi interveniat citatio, vel ſententia, tam interlocutatoria, quàm diffinitiva, ut notat Calder. *conſ. 48. V. in contrarium eſt 2. de elect.* ubi loquitur in materia confirmationie electionie, ut ſit voluntaria juriſdictio, quando non adeſt, qui contradicat, in quo

ſenſu

ſenſu etiã citationes, & actus judiciales, qui fiunt ſine cauſæ cognitione dici poſſunt voluntariæ juriſdictionis, ut not. Cald. *conſ. 38. in fin V. pro iſta ultima.* Juriſdictiu non voluntaria ſeu contentioſa verſatur circa leges condendas, manutenendas, reos puniendos, lites definiendas; cui propterea tribunal debetur, ac forum litigioſum: quapropter dicitur non voluntaria, quia etiam in invitos exercetur, ut quando rei puniuntur, quod voluntaria nunquam facit; tum quia contentioſa in alieno territorio non poteſt exerceri niſi expreſsè, vel tacitè conſentiat judex proprius, & partes litigantes *c. 2. de conſtit. in 6.* è contra juriſdictio voluntaria etiam in alieno territorio plerumque licitè exercetur, ut cum quis aſſiſtit contrahentibus matrimonium, vel aliis ſimilibus contractibus, pactis, & conventionibus, & in aliis, quæ abſque tribunali & forenſi ſtrepitu peraguntur; licèt ad declinandum ſcandalum, & alia incommoda conſultiùs ſit privatim uti juriſdictione ſua, ne quiſquam juſtè offendatur Gemin. in *c. fin. de elect. in 6.* Zerola *p. 1. V. juriſdictio.* Rurſus voluntaria juriſdictio duplex eſt, una, quæ conceditur à Principe, & ſuperiore ſupremo, ut à Papa, vel Imperatore, & hæc poteſt ubique exerceri inter volentes ſine dubio; non ita in invitos, quia extra territorium concedentis non poteſt exerceri, ut tradunt communiter doctores, cum Abbate in *c. cùm P. Tabellio 15. n 4 de fide inſtrum* Alia eſt, quæ conceditur ab inferiore, ut ab univerſitate, vel alio recognoſcente ſuperiorem; & hæc non poteſt exerceri extra territorium concedentis etiam iuter volentes, ut notat idem Abbas in *d. c. n. 9. de fide inſtrument.* Differt etiam juriſdictio voluntaria ab officio ſimplici, prout eſt officium Notarii, quia habet annexam juriſdictionem, quâ caret officium Nótarii; licet de hac differentia diſſeotientes ſint opiniones.

5 Tertiò dividitor juriſdictio in Eccleſiaſticam, & civilem: hinc duplex habetur forum, & tribunal; pro ſpiritualibus, ſeu Eccleſiaſticis unum; alterum pro temporalibus, & civilibus: quamvis non ita diſcernantur, quin ſubinde commune forum habeant. Ut autem juriſdictio cenſeatur conceſſa debet conceſſio includere verba importantia juriſdictionem, quia homines, & terræ poſſunt concedi quoad ſervitia, & alia abſque juriſdictione, ut notat Bald. *conſ. 130. verba propriè V. in contrarium lib. 1.* hinc juriſdictio alicui competens non cenſetur conceſſa, ſi non fiat mentio ſpecialis de juriſdictione, adeò ut communitas vendens bona ſui territorii etiam Eccleſiæ cum omnibus juribus &c. non cenſeatur vendidiſſe juriſdictionem, & jus colligendi pedagia, quæ habet vendens in bonis venditis, ut docet Bald. *conſ. 238. factum ſuper quo conſilium.* & *conſ. 238. lib. 4.* ubi loquitur de venditione facta à communitate Cluſi Abbati Sancti Galgani, da Silvis montis Sepii, ut noo veniat juriſdictio, de qua mentio non eſt facta. Verùm opinionea circa hoc ſunt variæ, quapropter alii procedunt cum diſtinctione cum Oldrad. *conſ. 252. ad quæſtionem*, ſi enim conceſſio ſit de aliquo univerſali, & concedatur Eccleſiæ Romanæ ab Imperatore, tunc oullum jus imperio reſervatur: ſin autem conceſſio fiat Eccleſiæ particulari, tunc juriſdictio ſupremæ appellationis competit Imperatori concedenti, ut notat Jaſ. *conſ. 123. lib. 1.*

Legiſtæ divident juriadictionem in imperium, & juriſdictionem ſimplicem. Imperium eſt juriſdictio, quæ exercetur oobili officio judicis: & ſimplex juriſdictio officio mercenario. Rurſus imperium aliud eſt merum, aliud mixtum. Merum imperium dicitur juriſdictio, quæ publicum bonum, & utilitatem immediatè reſpicit. Hinc ad merum imperium pertinet pro bono publico conſtituere leges, punire reos, præmiare virtutem, & alia id genus, quæ reſpiciunt bonum commune: ſecus mixtum imperium utilitati privatorum conſulit, & ad ipſum pertinet explicare, & decidere qoæſtiones civiles, dare tutores, & curatores, pupillis, & minorennibus, & alia, quæ reſpiciunt commoda, & bona privatorum, & per hoc differt ab imperio mero, quod eſt poteſtas, ſeu juriſdictio ſeverioria ultionis exercendæ in perſona pro utilitate publica introducta, ut notat Oldradus *conſ. 10. venditum eſt caſtrum n. 2.* ubi aſſerit, imperium merum continere cauſaa capitales, mutilationes membrorum, & quamlibet animadverſionem in corpus. Meri imperii ſex recenſentur gradus. Primus eſt maximi imperii, quo licitum eſt ob cauſam juſtam inferre bellum. ob bonum publicum condere leges univerſales, & in iiſdem diſpenſare, cogere comitia, cognoſcere de cauſis, & litibus ſine remedio appellationis, imponere vectigalia, cudere pecunias, & alia hujuſmodi, quæ regalium titulo prænotantur. Secundus gradus dicitur merum imperium, quod deſcribitur, habere jus gladii, & poteſtatem in homines facinoroſos, ita tamen, ut ſub nomine gladii comprehendantur aliæ pœnæ, mutilationes membrorum, exilii, perpetui carceris, & aliæ ſimiles. In jure canonico ad hunc ſecundum gradum referuntor degradationes, excommunicationes, quæ motu proprio fiunt. Tertius gradus continet poteſtatem interdicendi igne, & aqua, hoc eſt exilii decernendi, & huc etiam ſpectat mioor diminotio capitis, deportatio in Inſulam. Dicitur merum imperium conſiſtere in quatuor elementis in aëre, terra, igne, & aqua, quia in iiſdem exercet ſuam juriſdictionem, in aëre qnando homines ſuſpeoduntur; in terra, quando plectuntur capite, ac proſternuntur; in igne, quando comburuntur; & in aqua, quando proiiciuntur in mare, vel flumen in pœnam patratorum ſcelerum, ut ootat Bald. *cons. 420. verba Principis n. 1. in fin. v. item per exercitium lib. 1.* Quartus gradus vocatur parvi imperii, ubi eſt poteſtas relegandi, ſubjiciendi torturæ, ſed citra mortem, & mutilationem membrorum; cædendi flagellis, quæ pœna etiam locum habet in jure canonico. Quintus gradus eſt imperii minoris, & huc refertur exigua corporis afflictio, & coercitio. Sextus gradus eſt minimi imperii, quò pertinent exiguæ pecuniariæ mulctæ, & hi duo poſtremi gradus conveniunt otrique magiſtratui, civili, & Eccleſiaſtico.

Imperium mixtum totidem etiam gradibus diſtingui ſolet. Primus gradus ſupremo Principi reſervatus, eſt, poſſe legitimare, infamem 6 7

raſtic

reſtituere, reo condonare delictum quando adverſa pars non urget, ſententiam revocare, tametſi tranſierit in rem judicatam. Secundus eſt cognoſcere de ſupplicatione contra ſententiam latã ab eo, à quo non poteſt appellari; & hic gradus ſoli ſupremo Principi, & Præfecto Prætorii convenit. Tertius eſt, eas cognoſcere cauſas, quæ important plenam cauſæ cognitionem, & coercitionem realem, vel perſonalem, ut mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, reſtituere in integrũ, expellere aliquem de poſſeſſione re ipſa. Quartus verſatur circa cognitionem illarum cauſarum, quæ habent plenam cognitionem, tametſi careant coercitione reali, aut perſonali, ut dare bonorum poſſeſſionẽ, quæ tribuit jus; pronuntiare, aliquem mittendum in poſſeſſionem ex ſecundo decreto; interponere authoritatem in alienationibus, & tranſactionibus alimentorum: & hæc mixti imperii membra non poſſunt delegari. Quintus gradus eſt dare poſſeſſionem ex edicto Carboniano, ſeu in poſſeſſionẽ mittere ſumariè cognoſcendo; propterea huc pertinent quæcunque ſummarium proceſſum exigunt. Sextus expeditur cauſæ cognitione, ut eſt interponere authoritatem manumiſſioni, emancipationi, & hi duo gradus ultimi poſſunt delegari.

8 Rurſus juriſdictio ſimplex, quæ ſolet exerceri mercenario officio judicis, ſuos etiam partitur in gradus, quorũ prim' vocatur juriſdictio maxima, in qua vertitur res magni præjudicii, cujuſmodi eſt cauſa ſtatûs, ingenuitatis, & libertatis. Secundus gradus, qui dicitur juriſdictio major, habetur quando ex cauſa deſcendente ex delicto aliquis civiliter condemnatus fuit, & quia non habet in ære, luit in pelle, & cùm ſit quædam executio, non poteſt delegari. Tertius dicitur magna juriſdictio, quæ ultra 300. aureorum mulctam non extenditur, neque delegatur; niſi fortè propter abſentiam, aut graves occupationes. Quartus eſt parva juriſdictio, quæ non niſi ad 300. aureos extenditur in mulctam. Quintus eſt minor juriſdictio: & ſextus minima, quæ prudentiæ, ac diſcretioni judicum relinquitur, cum nil ſit in hoc ſpecialiter determinatum in jure.

9 Præterea dantur pleraq; ſub diverſo reſpectu pertinentia ad merum imperum, & ſimplicem juriſdictionem: ſiquidem tortura, ſi adhibeatur in pœnam, eſt actus meri imperii; ſin verò in civili cauſa, ut ſi teſtis vacillet, exerceatur, pertinet ad ſimplicem juriſdictionem. Rurſus levis coercitio injuncta in pœnam eſt meri imperii: in civilibus verò contra contumaciam pertinet ad juriſdictionem ſimplicem. Rurſus detrudere in carcerem; percutere anathemate, quando hæc ex publica cauſa contra contumaces exercentur; ad merum imperium pertinent; ſin autem fiant ad inſtantiam contrariæ partis, ſunt actus ſimplicis juriſdictionis. Demum appellatio in cauſa criminali eſt meri imperii: in civili autem pertinet ad ſimplicem juriſdictionem, vel mixtum imperium.

10 Præterea merum imperum poteſt præſcribi, ut notat Bald. *conſ 433.* idq; præſertim verum eſt in præſcriptione, quæ non eſt contra aliquem, ut ſi quis ædificet civitatem, & in incolas exerceat merum, vel mixtum imperium, ut præſtiterunt Veneti; quia præſcriptio eſt facilior, ut notat Bald. *conſ.433.col.V.ego dico.l.3.* & Angelus ait, quòd Veneti præſcripſerunt de conſuetudine jura Cæſaris *conſ.290.Thema eſt tale.n.8.V.ſupereſt igitur*; limitur tamen, quia tametſi quoad vaſallos, & eos contra quos eſt præſcriptum merum imperium procedat; nihilominus quoad præjudicium Papæ, vel Imperatoris non poteſt præſcribi altum imperium, quod eſt penes eos: imò poteſt Imperator revocare à civitate juriſdictionem præſcriptam in ſuum præjudicium, & alteram ei conferre, ut notat Bald. *conſ 300. ad evidentiam præmitt. per tot.lib.5.*

Sunt tamen circa hoc variæ ſententiæ, Ancharanus *conſ. 149. clar. & brev. per tot.* aſſerit, quòd quando præſcriptio eſt immemorabilis, licèt non expediat contra Papam, vel Imperatorem præſcribere; nihilominus id tenere in terris Eccleſiæ, vel imperii. 11

Dividitur etiam juriſdictio in altam, & baſſam, ad altam pertinent cauſæ omnes meri imperii, ad baſſam cauſæ tum civiles, tum criminales, quæ competunt certis judicibus ratione magiſtratus, quem gerunt, & quæ numerantur *in authent. de defenſor.civitat.* §. *nulla*, talis eſt tortura ad extorquendam veritatem in cauſis civilibus; ſimplex cognitio de levioribus noxis, incarceratio cuſtodiæ cauſâ non in pœnam. Verùm quia Juriſperiti circa hæc non conveniunt, rectè monet Toloſ. *l. 47 c.21.n.20* ſtandum eſſe conſuetudini locorum, cùm hæc faciat jus, ac det juriſdictionem *l.more. de juriſd.* & idem dicendum de privilegio *c.dilecti filii de for.compet.* Solet etiam dividi juriſdictio in quatuor membra, adeò, ut alia ſit Ordinaria, quæ ab officio, vel dignitate emanat: alia delegata, quæ ex commiſſione exercetur: alia arbitraria, quæ partium conventione tribuitur: & alia acceſſoria, quæ aliunde venit, ut ratione delicti: ſiquidem, qui in alieno territorio delinquit, pertinet ad ſuperiorem judicem ejuſdem loci cognoſcere ſuper delicto, & de eo judicare, ut docent communiter Juriſperiti. 12

§. II.

De Differentiis, & Extenſionibus utriuſque juriſdictionis Eccleſiaſticæ, & civilis.

CErtum eſt, relictam eſſe à Chriſto in Eccleſia ſuo Vicario, ac cæteris inferioribus Prælatis juriſdictionem nomine clavium ſignificatam *Matth. 16.* & hanc ad fidelium regimen, & directionem in ordine ad aſſecutionem æternæ ſalutis pertinere. Inſtituit enim Chriſtus, ſuum in Eccleſia militante Vicarium cum ampliſſima poteſtate paſcendi ſuas oves, ac exercendi in eaſdem juriſdictionem neceſſariam ad regimen, & directionem Eccleſiæ; adeò ut poſſit Pontifex eligere, & promovere Epiſcopos, & alios in Eccleſia Prælatos, & ſi opus fuerit etiam eoſdem deponere, & reconciliare: eſt enim ſumus Pontifex ſupra cæteros omnes in Eccleſia Prælatos, qui propterea eidem ſubiiciuntur, ut etiam ejus legato in Conciliis, adeò ut regimen univerſalis Eccleſiæ, ac juriſdictio in totam Eccleſiam ſoli Romano Pontifici Chriſti Vicario conveniat, cui ſoli licet pro neceſſitate novas leges condere, novas plebes congregare, divitem epiſcopatum dividere, inopes unire, Epiſcopos ſi neceſſitas exigat, de ſede 1

ſenſu eti i citationes, & actus judiciales, qoi fiunt ſine cauſæ cognitione dici poſſunt voluntariæ juriſdictionis, ut not. Cald. *conſ. 38. in fin V. prœiſta ultima.* Juriſdictio oon voluntaria ſeu contentioſa verſatur circa leges condendas, manutenendas, reos puniendos, lites definiendas; cui propterea tribunal debetur, ac ſorum litigioſum: quaproprer dicitur non voluntaria, quia etiam in invitos exercetur, ut quando rei puniuntur, quod voluntaria ounquam facit; tum quia contentioſa in alieno territorio non poteſt exerceri niſi expreſsè, vel tacitè conſentiat judex proprius, & partes litigantes *c. 2. de conſtit. in 6.* è contra juriſdictio voluntaria etiam in alieno territorio plerumque licitè exercetur, ut cum quis aſſiſtit contrahentibus matrimonium, vel aliis ſimilibus contractibus, pactis, & conventiooibus, & in aliis, quæ abſque tribunali & forenſi ſtrepitu peraguotur; licèt ad declinandum ſcandalum, & alia incommoda conſultius ſit privatim uti juriſdictione ſua, oe quiſquam juſtè offendatur Gemin. in *c. fin. de elect. in 6.* Zerola *p. 1. V. juriſdictio.* Rurſus voluntaria juriſdictio duplex eſt, una, quæ conceditur à Principe, & ſuperiore ſupremo, ut à Papa, vel Imperatore, & hæc poteſt ubique exerceri inter volentes ſine dubio; non ita in invitos, quia extra territorium concedentis non poteſt exerceri, ut tradunt communiter doctores, cum Abbate in *c. cùm P. Tabellio 15. n 4 de fide inſtrum* Alia eſt, quæ conceditur ab inferiore, ut ab univerſitate, vel alio recogooſcente ſuperiorem; & hæc noo poteſt exerceri extra territorium concedentis etiam inter volentes, ut notat idem Abbas io *d. c. n. 9. de fide inſtrument.* Differt etiam juriſdictio voluotaria ab officio ſimplici, prout eſt officium Notarii, quia habet annexam juriſdictionem, quâ caret officium Notarii; licèt de hac differentia diſſentientes ſint opiniones.

5 Tertiò dividitur juriſdictio in Eccleſiaſticam, & civilem: hinc duplex habetur forum, & tribunal; pro ſpiritualibus, ſeu Eccleſiaſticis unum; alterum pro temporalibus, & civilibus: quamvis noo ita diſcernantur, quin ſubinde commune forum habeant. Ut aotem joriſdictio cenſeatur conceſſa debet conceſſio iocludere verba importantia juriſdictionem, quia homines, & terræ poſſunt concedi quoad ſervitia, & alia ebſque juriſdictione, ut ootat Bald. *conſ. 130. verba propriè V. in contrarium lib. 1.* hinc juriſdictio alicui competens non cenſetur conceſſa, ſi non fiat mentio ſpecialis de juriſdictione, adeò ut communitas vendeos bona ſui territorii etiam Eccleſiæ cum omnibus juribus &c. non cenſeatur veodidiſſe juriſdictionem, & jus colligendi pedagia, quæ habet vendens in bonis venditis, ut docet Bald. *conſ. 238. factum ſuper quo conſilium.* & *conſ. 238. lib. 4.* ubi loquitur de venditione facta à communitate Cluſi Abbati Sancti Galgani, de Silvis montis Sepii, ut oon veniat juriſdictio, de qua mentio ooo eſt facta. Verùm opiniones circa hoc ſunt variæ, quapropter alii procedunt cum diſtinctione cum Oldrad. *conſ. 252. ad quæſtionem*, ſi eoim conceſſio ſit de aliquo univerſali, & concedatur Eccleſiæ Romanæ ab Imperatore, tunc oullum jus imperio reſervatur: ſin autem cooceſſio fiat Eccleſiæ particulari, tunc juriſdictio ſupremæ appellationis competit Imperatori concedenti, ut notat Jaſ. *conſ. 123. lib. 1.*

Legiſtæ dividunt juriſdictionem in imperium, & juriſdictionem ſimplicem. Imperium eſt juriſdictio, quæ exercetur nobili officio jodicis: & ſimplex juriſdictio officio mercenario. Rurſus imperium aliud eſt merum, aliod mixtum. Merum imperium dicitur juriſdictio, quæ publicum bonum, & utilitatem immediatè reſpicit. Hinc ad merum imperium pertinet pro bono publico conſtituere leges, punire reos, præmiare virtutem, & alia id genus, quæ reſpiciunt bonum commune: ſecus mixtum imperium utilitati privatorum conſulit, & ad ipſum pertinet explicare, & decidere quæſtiones civiles, dare tutores, & curatores, pupillis, & minorennibus, & alia, quæ reſpiciunt commoda, & bona privatorum, & per hoc differt ab imperio mero, qood eſt poteſtas, ſeu juriſdictio ſeveriorie ultionis exercendæ in perſona pro otilitate publica introducta, ut notat Oldrados *conſ. 10. venditum eſt caſtrum n. 2.* ubi aſſerit, imperium merum continere cauſas capitales, mutilationes membrorum, & quamlibet animadverſionem io corpus. Meri imperii ſex recenſentur gradus. Primus eſt maximi imperii, quo licitum eſt ob cauſam juſtam inferre bellom. ob bonum publicum condere leges univerſales, & in iiſdem diſpenſare, cogere comitia, cognoſcere de cauſis, & litibus ſine remedio appellationis, imponere vectigalia, cudere pecunias, & alia hujuſmodi, quæ regalium titulo prænotantur. Secondus gradus dicitur merum imperium, quod deſcribitur, habere jus gladii, & poteſtatem in homines facinoroſos, ita tamen, ut ſub nomine gladii comprehendantur aliæ pœnæ, motilationes membrorum, exilii, perpetui carceris, & aliæ ſimiles. In jure canonico ad hunc ſecundum gredum referuntur degradationes, excommunicationes, quæ motu proprio fiunt. Tertius gradus continet poteſtatem interdicendi igne, & aqua, hoc eſt exilii decernendi, & huc etiam ſpectat minor diminutio capitis, deportatio in Inſulam. Dicitur merum imperium conſiſtere in quatuor elementis in aëre, terra, igne, & aqua, quia in iiſdem exercet ſuam juriſdictiooem, in aëre quando homines ſuſpenduntur; in terra, qoando plectuntur capite, ac proſternuntur; in igne, quando comburuntur; & in aqua, qoando proiiciuntur in mare, vel flumen in pœnam patratorum ſcelerum, ut ootat Bald. *cons. 420. verba Principis n. 1. in fin. v. item per exercitium lib. 1.* Quartus gradus vocatur parvi imperii, ubi eſt poteſtas relegandi, ſobjiciendi torturæ, ſed citra mortem, & mutilationem membrorum; cædeodi flagellis, quæ pœna etiam locum habet in jure canonico. Quintus gradus eſt imperii minoris, & huc refertur exigua corporis afflictio, & coercitio. Sextus gradus eſt minimi imperii, quò pertinent exiguæ pecuniariæ mulctæ, & hi duo poſtremi gradus conveniunt utrique magiſtratui, civili, & Eccleſiaſtico.

Imperium mixtum totidem etiam gradibus diſtingui ſolet. Primos gradus ſupremo Principi reſervatus, eſt, poſſe legitimare, infamem 7

reſti-

reſtituere, reo condonare delictum quando adverſa pars non urget, ſententiam revocare, tametſi tranſierit in rem judicatam. Secundus eſt cognoſcere de ſupplicationa contra ſententiam latã ab eo, à quo non potaſt appallari; & hic gradus ſoli ſupramo Principi, & Præfecto Prætorii convanit. Tertius eſt, eas cognoſcere cauſas, quæ important plenam cauſæ cognitionem, & coercitionem realem, vel perſonalem, ut mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decrato, reſtituere in integrũ, expellere aliqnem de poſſeſſione re ipſa. Quartus verſatur circa cognitionem illarum cauſarum, quæ habant plenam cognitionem, tametſi careant coercitione reali, aut perſonali, ur dare bonorum poſſeſſionẽ, quæ tribuit jus; pronuntiare, aliquem mittendum in poſſeſſionem ax ſecundo decreto: interponere authoritatem in alienationibus, & tranſactionibus alimentorum: & hæc mixti imperii membra non poſſunt delagari. Quintus gradus eſt dare poſſeſſionem ax adicto Carboniano, ſeu in poſſeſſionẽ mittere ſumariè cognoſcendo, propterea huc pertinent quæcunq́ue ſummarium proeaſſum exigunt. Sextus expeditur cauſæ cognitione, ut eſt interponere authoritatem manumiſſioni, emancipationi, & hi duo gradus ultimi poſſunt delegari.

8 Rurſus jurisdictio ſimplex, quæ ſolet exarceri mercenario officio judicis, ſuos etiam partitur in gradus, quorũ prim⁹ vocatur jurisdictio maxima, in qua vertitur res magni præjudicii, cujusmodi eſt cauſa ſtatûs, ingenuitatis, & libertatis. Sacundus gradus, qui dicitur jurisdictio major, habetur quando ex cauſa deſcandente ex dalicto aliquis civiliter condemnatus fuit, & quià non habet in ære; lüit in pelle, & cùm ſit quædam executio; non poteſt delegari. Tertius dicitur magna jurisdictio, quæ ultra 300. adreorum mulctam non extenditur, neque delegatur; niſi fortè propter abſentiam, aut graves oceupationes. Quartus eſt parva jurisdictio, quæ nòn niſi ad 300. auraos extenditur in mulctam. Quintus eſt minor jurisdictio: & ſextus minima, quæ prudentiæ, ac diſcretioni judicum relinquitur, cum nil ſit in hoc ſpecialiter determinatum in jure.

9 Præterea dantur pleraq; ſub diverſo reſpectu pertinentia ad merum imperum, & ſimplicem jurisdictionem: ſiquidem tortura, ſi adhibeatur in pœnam, eſt actus meri imperii; ſin verò in civili cauſa, ut ſi teſtis vacillet, exarceatur, pertinet ad ſimplicem jurisdictionam. Rurſus levis coercitio injuncta in pœnam eſt meri Imperii: in civilibus verò contra contumaciam pertinet ad jurisdictionem ſimplicem. Rurſus detrudere in carcerem; percutere anathemate, quando hæc ex publiea cauſa contra contumaces exareentur; ad merum imperium pertinent; ſin autem ſiant ad inſtantiam contrariæ partis, ſunt actus ſimplicis jurisdictionis. Demum appellatio in cauſa criminali aſt meri imperii: in civili autam pertinet ad ſimplicem jurisdictionem, vel mixtum imperium.

10 Præterea merum imperum poteſt præſcribi, ut notat Bald. *conſ 433.* idq; præſertim verum eſt in præſcriptione, quæ non eſt contra aliquam, ut ſi quis ædificet civitatem, & in incolas exerceat merum, vel mixtum imperium, ut præſtiterunt Veneti; quia præſcriptio eſt facilior, ut notat Bald. *conſ. 433. col. V. ego dico. l. 3.* & Angelus ait, quòd Veneti præſcripſerunt de conſuetudine jura Cæſaris *conſ. 290. Thema eſt tale. n. 8. V. ſupereſt videre*; limitur tamen, quia tametſi quoad vaſallos, & eos contra quos eſt præſcriptum merum imperium procedat; nihilominus quoad præjudicium Papæ, vel Imperatoris non poteſt præſcribi altum imperium, quod eſt penes eos: imò poteſt Imperator revocare à civitate jurisdictionem præſcriptam in ſuum præjudicium, & alteram ei conferre, ut notat Bald. *conſ 300. ad evidentiam præmitt. per tot. lib. 5.*

Sunt tamen circa hoc variæ ſententiæ, Ancharanus *conſ. 149. clar. & brev. per tot.* aſſerit, quòd quando præſcriptio aſt immemorabilis, licèt non expediat contra Papam, vel Imperatorem præſcribere; nihilominus id tenere in terris Eccleſiæ, val imperii. 11

Dividitur etiam jurisdictio in altam, & baſſam, ad altam pertinent cauſæ omnes meri imperii, ad baſſam cauſæ tum civiles, tum eriminales, quæ competunt certis judicibus ratione magiſtratus, quem gerunt, & quæ numerantur *in authent. de defenſor. civitat.* §. *nulla*, talis eſt tortura ad extorquendam veritatem in cauſis civilibus; ſimplex cognitio de levioribus noxis, incarceratio cuſtodiæ caosâ non in pœnam. Varùm quia Jurisperiti circa hæc non conveniunt, rectè monet Toloſ. *l. 47 c. 21. n. 20.* ſtandum eſſe conſuetudini locorum, cùm hæc faciat jus, ac det jurisdictionem *l. more. de jurisd.* & idam dicendum de privilegio *c. dilecti filii de for. compet.* Soler atiam dividi jurisdictio in quatuor membra, adeò, ut alia ſit Ordinaria, quæ ab officio, vel dignitata emanat: alia delegata, quæ ex comiſſione exercetur: alia arbitraria, quæ partium convantione tribuitur: & alia acceſſoria, quæ aliunde venit, ut ratione delicti: ſiquidem, qui in alieno territorio delinquit, pertinet ad ſuperiorem judicem ejusdem loci cognoſcere ſuper delicto, & de eo judicare, ut docent communiter Jurisperiti. 12

§. II.

De Differentiis, & Extenſionibus utriusque jurisdictionis Eccleſiaſticæ, & civilis.

CErtum eſt, relictam eſſe à Chriſto in Eccleſia ſuo Vicario, ac cæteris inferioribus Prælatis jurisdictionem nomine clavium ſignificatam *Matth. 16.* & hanc ad fidelium regimen, & directionem in ordine ad aſſecutionem æternæ ſalutis pertinere. Inſtituit enim Chriſtus, ſuum in Eccleſia militante Vicarium cum ampliſſima poteſtate paſcendi ſuas oves, ac exercendi in easdem jurisdictionem neceſſariam ad ragimen, & directionem Ecclaſiæ; adeò ut poſſit Pontifex eligere, & promovere Epiſcopos, & alios in EccleſiaPrælatos, & ſi opus fuerit atiam eosdem deponere, & reconciliare: eſt enim ſumus Pontifex ſupra cæteros omnes inEccleſiaPrælatos, qui propterea eidem ſubiiciuntur, ut etiam eius legato in Conciliis, adeò ut regimen univerſalis Eccleſiæ, ac iurisdictio in totam Eccleſiam ſoli Romano Pontifici Chriſti Vicario conveniat, cui ſoli licet pro neceſſitate novas leges condere, novas plebes congregare, divitem epiſcopatum dividere; inopes unire, Epiſcopos ſi naceſſitas exigat, de ſede 1

in ſedem mutare, de quacunque Eccleſia clericos ordinare, ſe promovere, ſynodum convocare, approbare, confirmare, maiores cauſas cuiuscunque Eccleſiæ iudicare abſque ſynodario conventu, Epiſcopos deponere, & reponere.

2 Neque illius ſententia ab ullo poteſt retractari, nec ipſe ab alio iudicari, imò neque poteſt quisquã condemnare eum, qui ad ſedem Apoſtolicam appellavit. Hæc enim omnia pertinent ad jurisdictionem, & ſupremam poteſtatem ſummi Pontificis, qui non ſolùm utcunque poteſt condere leges, ſed etiam, quæ obligent in conſcientia; adeò ut transgreſſores puniantur pœna ſpirituali cenſuræ Eccleſiaſticæ, excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, irregularitatis; ſiquidem non eſt Pontifex in lege Evangelica minoris authoritatis, quam fuerit in veteri lege, de quo *Deut.17.* habetur, qui ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio ex decreto judicis, moriatur homo ille. Tum quia hac iurisdictione, & poteſtate uſi ſunt Apoſtoli *Act.15.* viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis nil ultra vobis imponere oneris, niſi hæc neceſſaria, ut abſtineatis vos ab im̃olatis ſimulacrorum à ſuffocato, & ſanguine, & fornicatione: ſiquidem nova lex erat abſtinere à ſuffocato, & ſanguine.

3 Differunt tamen iurisdictio Eccleſiaſtica, & civilis. Primò ratione cauſæ efficientis, ſiquidem Eccleſiaſtica confertur im̃ediatè à Deo *Matth.16.* Civilis ab hominibus, Imperatoribus, Regibus aliisq; Principibus: vel inducitur lege, conſuetudine, privilegio, aut præſcriptione, ut notat Covar. *l.1.quaſt.pract.c.1.n.6* Secundò ratione finis, ſiquidem civilis iurisdictionis finis eſt temporalis, ſcilicet pax, & tranquillitas civium, bonum, & utile populi *l. inter claras. Cod. de ſum. Trinitat.* Finis verò Eccleſiaſticæ eſt conſecutio ſalutis æternæ, unde quantum Spiritus corpori præeſt, tantò poteſtas temporalis inferior eſt ſpirituali *c. ſuſcipitis diſt. 10.* Tertiò ratione materiæ, quia civilis iurisdictionis materia ſunt leges, & lites temporales; & in Eccleſiaſtica, ſunt lites ſpirituales, & quæ pertinent ad beneficia ſpiritualia, ut enim habetur *authent. quomodo oporteat Epiſc. collat. 1.* ſacerdotium divinis, imperium temporalibus præeſt. Quartò ratione formæ, ſeu modi procedendi, ac iudicandi, ſiquidem ius civile diverſo modo procedit à Jure Canonico, ut notat Suarez *lib.3.de ſchismat. Angliæ.c.9. n.17.*

4 Tametſi materia utriusque jurisdictionis Eccleſiaſticæ, & civilis diverſa ſit: nihilominus in plerisque iurisdictio Eccleſiaſtica, etiam ad temporalia extenditur, ut etiam civilis nonnunquam in cauſis Eccleſiaſticis occupatur; etenim Eccleſia non ſolùm ex iuſtis cauſis anathemate percutit ſæculares, eos privando uſu ſacramentorum, quod eſt eos punire pœna ſpirituali, ſed etiam prohibet, ne ſocietatẽ ineant, ne emant, vendant, contrahant alii cum excom̃unicatis, quod eſt ſe extendere ad materiam iurisdictionis civilis *c. Apoſtolicæ, & ſequent. 24. q. 3.* Rurſus iurisdictio Eccleſiaſtica bona hæreticorum fiſco addicit *c. excommunicamus 13. de hæret.* Damnatos tradit poteſtati ſæculari, ut debitis pœnis afficiantur; & alia id genus plura habentur in Concil. Lateran. ſub Innocentio III. Rurſus Conc. Trident. *ſeſſ. 25. c. 20.* præcipit, ſacros canones, & Concilia generalia omnia in favorem Eccleſiaſticæ libertatis edita exactè ab omnibus ſervari; & nihilominus conſtat in iisdem plura comprehendi de temporalibus ſubditorum exemptione, ac liberatione. Præterea Eccleſia poteſt corrigere, vel abrogare leges civiles, quando noxiæ judicantur bonis motibus, ac cenſentur eſſe impedimento æternæ ſaluti.

Demum quia ſi Judex ſæcularis negligens fuerit cum damno ſubditorum; Judex Eccleſiaſticus ſupplet eius negligentiam, & jus dicit, ut deſumitur *ex c. licèt ex ſuſcept. de for. compet.* & id etiam præſtat, quoties jus civile ambiguum, obſcurum eſt in cauſis, quas laicus judex tractat; ſi enim inde ſint oritura ſcandala, vel diſſidia, præſertim inter Principes, judex Eccleſiaſticus cognoſcit ſuper cauſa, & judicat. An verò judex Eccleſiaſticus propria authoritate poſſit laicos capere, & in carceres detrudere, tametſi plures negent cum Deciano *l.4.c.26.* putantes tunc pro executione debere implorari auxilium brachii ſæcularis; nihilominus alii com̃unius, cum Covar. *l.q. pract. c.10.* cenſent, poſſe judicem Eccleſiaſticũ propria authoritate laicos capere, & injicere in vincula, & hæc ſententia nititur *textu. c. ad audien. 17. q. 4.* ubi Urbanus Papa direptores bonorum Eccleſiaſticorum damnat perpetua infamia, & præcipit eſſe tradendos carceri. Hoc idem etiam habetur in *c. ad Idolorum. 26. q. 5.* contra ſortileges, & idolorum cultores. Notat tamen Covartuvias quòd ſi laicus damnatus ſit ad ſolvendum ex bonis temporalibus, non poſſit judex Eccleſiaſticus propria authoritate bona illa capere, nec perſonam carceri mancipare, ſed ad id eſſe invocandum auxilium brachii ſæcularis. Verùm hac in re ſtandum potiùs eſt locorum conſuetudini, quæ non ſemper eſt eadem in quovis loco. Unde liquet, jurisdictionem Eccleſiaſticam nonnunquã etiam extendi ad temporalia, quando hæc relationem hebent, vel connexionem cum ſpiritualibus. 5

Neq; obſtat, quòd uſus gladii, & infligere pœnas corporales pertineat ad ſolum officiũ Regis, cuius eſt facere judicium, & juſtitiam *c. Reg. 23. q. 5.* proinde non poſſe Eccleſiam pœnis corporalibus punire laicos, eò quia gladius Eccleſiæ ſit ſpiritualis, ut ſcripſit S. Bernardus ad Eugenium Papam *l. 4. de conſiderat. c. 9.* ubi ait: *quid tum denuo uſurpare gladium tentas, quem ſemel juſſus es reponere in vaginam tuam.* Nam Eccleſia per ſe ſemper utitur pœnis ſpiritualibus, & tantum per accidens, & ex pura neceſſitate ad frangendam contumaciam, utitur nonnunquã carcere, & pœna corporis, quando hæc cenſetur medium ſufficiens ad finem ſpiritualem. Neq; S. Bernardus oppoſitum ſcripſit, quia gladius corporalis in ſenſu S. Bernardi nonnunquam nutu, & interdum etiã propria manu Eccleſiæ evaginatur, adeò ut ſub inde pertineat ad Eccleſiam, idq; ex eo etiam oſtenditur, quia Apoſtolis dicentibus Chriſto, *ecce duo gladii hic.* reſpondit eorũ Magiſter, ſatis eſt, adeò ut neutrum excluſerit, alioquin reſpondiſſet: nimis eſt, ſufficit unus: quamobrẽ uterq; gladius ſpiritualis, & materialis ad Eccleſiam pertinet; ille ſacerdotis, iſte militis manu, ſed nutu ſacerdotis, & juſſu Imperatoris exercetur. *c. P[illegible] & ſeq. 23. q. 5.* 6

Quemadmodum jurisdictio Eccleſiaſtica nonnun- [illegible]

nunquam ad temporalia porrigitur; ita civilis ad res Eccleſiaſticas incidenter,& per accidens ſe extendit, non verò per ſe,& directè ut ſatis liquet ex *c.cùm non ab homine.* 10. *h. t.* Quòd verò per accidens,& incidenter poſſit nonnunquã jurisdictio civilis ſe extendere ad ſpiritualia, cenſent plures;eò quia jus permittat,ut ab eo judice incidens quæſtio cognoſcatur,coram quo incidit;licèt alioquin de ea non poſſet recognoſcere. Quòd etiam in cauſis Eccleſiaſticis id nonnunquam permittatur licet probabile cenſeatur ob authoritatẽ pluriũ juriſperitorũ; nihilominus limitandum eſt, dum̃odo quod ſpirituale eſt, non attingatur à judice ſæculari. Si enim Titius graviter, & cum ſanguinis effuſione percuſſit clericum, & quæſtio ſit delata apud judicem laicum, probabile eſt, poſſe hunc cognoſcere ſuper tali cauſa contra laicum delinquentem. Tum quia *in c. poſtulâſti 21. de homic.* videtur concedi facultas Regibus puniendi eos, qui ſacerdoti decimas negant, ſi iſte apud Reges quæſtus fuerit.

8 . Alii tamen cenſent, textus ita eſſe explicandos, ut nil aliud concedant; niſi quòd clerici non incurrant irregularitatem; ſi laicus apud judicem ſæcularem accuſatus de damno ſibi illato ad pœnam ſanguinis condemnetur, ut notat Barbat. *in cap. poſtulâſti 21. de homicid.* Alii cum Mynſing. *cent. 1. obſerv. 100.* volunt, quòd ſi quæſtio ſpiritualis incidat in cauſa civili, jus decidendi remitti debeat ad judicem Eccleſiaſticum, & interim judicium civile ceſſare. Sin autem quæſtio ſit profana, volunt non obſtante tali exceptione eſſe imponendam reo litis conteſtationem, ſalvis exceptionibus, & defenſionibus ſuis poſt litem conteſtatam proponendis. Hinc ſi per viam reconventionis; vel quovis alio modo reus objiciat quæſtionem præjudicialem terminandam coram alio judice, & ea exiſtente vera quæſtio principalis perimitur; tunc præjudicialis quæſtio debet ad judicem ordinarium remitti, & interim ſuſpendi judicium, & hunc modum Fachin. *lib. 2. controv. c. 38.* aſſerit, eſſe magis convenientem ſacris canonibus ac clericorum immunitati.

9 . Quòd ſi actio fuerit merè realis, poteſt judex ſæcularis ſententiam ferre contra clericũ, ut reſtituat depoſitum, & poteſt exigere à judice Eccleſiaſtico, ut latam ſententiam contra clericum exequatur; quia per talem reſtitutionem agitur potiùs contra rem, quàm contra perſonam: ſententia enim non fertur contra clericum, ſed contra retentionem depoſiti; interim perſona compellitur à judice Eccleſiaſtico ad reſtituendum depoſitum, ut notat Zypæus *lib. 1. de juriſdic. Eccl. c. 23. n. 10.* Hoc idem etiam dicitur de cauſis mixtis; ſiquidem ratione rei contentæ, ac poſitæ in territorio judicis laici poteſt clericus coram illo conveniri, maximè ſi alii non clerici participes ſint in eadem re, ut in hæreditate nonnunquam obtingit: imò Zypæus *lib. 1. de juriſdic. Eccleſiaſt. c. 23.* cenſet, rationem fundi, quem clericus habet, pertinere ad forum judicis ſæcularis, idque deſumi ex *cap. cæterum. 5. h. t. c. ex tranſmiſſa. c. verùm de for. compet.* Siquidem cum poſſeſſio facti eſſe cenſeatur; de ea paſſim apud ſæculares judices lis inſtituitur, ut reipublicæ tranquillitati conſulatur: quia verò poſſeſſio beneficii Eccleſiaſtici non habetur ſine titulo, tunc titulus non eſt examinandus in tali judicio, ſed id pertinet ad judicem Eccleſiaſticum, qui debet cognoſcere de jure, & proprietate beneficii, de cujus poſſeſſione lis inſtituitur, ut notat Mynſing. *centur. 1. obſervat. 67.*

Generatim quando in judicio non attenditur perſona Eccleſiaſtica, ſed tantùm res, quæ non eſt ſpiritualis, tunc de tali re poteſt judex ſæcularis cognoſcere, ut cenſet Gailus *lib. 1. obſervat. 30.* Imò videtur hoc idem dicendum etiam de iis controverſiis, quæ ſunt mixti fori, ut de decimis, uſuris, concubinatu, ſi enim in ipſis non alia ſit quæſtio, quam facti, tunc judex ſæcularis poteſt cognoſcere, ut docet Layman. *lib. 4. tract. 9. c. 2.* Hoc idem etiam extendi ad feudum docet Gailus *lib. 1. obſer. 38.* & videtur deſumi *ex cap. verum de for. compet.* quia quando lis oritur ſuper feudo, tunc non judicatur clericus, ut Eccleſiaſticus, ſed ut vaſallus Principis ſæcularis, ad quem pertinet feudum. 10

Poteſt etiam Clericus conveniri apud judicem ſæcularem, non nomine proprio, ſed alieno, quando eſt Tutor, Curator, vel Procurator alicujus laici, quia tunc non judicatur ipſe clericus, ſed per ipſum judicatur laicus, ad quem pertinet cauſa, de qua agitur, ut notat Socin. *ad rubric. de for. compet. n. 1. & 15.* E contra laicus ratione adminiſtrationis rerum pertinentium ad Eccleſiam poteſt conveniri coram judice Eccleſiaſtico, quia cauſa, de qua agitur, ad Eccleſiam pertinet. Cæterum communior opinio eſt, clericum in civilibus poſſe reconveniri coram judice laico: ſiquidem iniquum videretur, eum contra ſe judicem ſpernere, cujus arbitrium in agendo obſervatur *l. cum Papinianus C. de ſent. & interlocut.* præſertim cum reconventio naturam potiùs induat defenſionis, & exceptionis, ſeu compenſationis; non tamẽ ſuper re ſpirituali, neque ſuper injuria, aut crimine, quod detrahat honori, ac famæ poteſt reconveniri, tametſi de tali crimine civiliter ageretur; & deſumitur *ex c. unic. de cler. conjug. in 6.* Neque poteſt clericus conveniri in rebus trahentibus ſecum connexionem cum petitione, ut ſi ipſe debet exigere mutuum, aut ab eo peti commodatum, quia cum hæ cauſæ ſint diverſæ remitti debent ſuo proprio judici. 11

Quòd ſi laicus apud ſuum judicem conqueratur de clerico, eò quia ab ipſo infametur, ac petat liberari ab infamia, ac injuſta clerici jactantia, tunc in foro ſæculari agenda eſt hæc cauſa: quia tunc laicus petens reſtitutionem eſt reus, quamvis litem alteri moveat, & clericus eſt Actor; eò quia teneatur probare, nullam à ſe fuiſſe injuriam conquerenti illatam, per quam fuerit ejus fama denigrata; vel debeat ipſum accuſare, eò quia fuerit ab ipſo ad judicem incompetentem pertractus, ut notat Sanchez *lib. 6 conſil. c. 1 dub. 1. n. 6.* 12

Sin verò clericus coram judice laico titubet in teſtimonio ferendo, & falſum dicat, non deſunt, qui putent, poſſe judicem laicum de illa tunc falſitate cognoſcere, non tamen ut puniat clericum, ſed ut in exactiorem notitiam cauſæ deveniat, & etiam quoad civilem effectum, nimirum ut cauſa ob falſitatem in ea admiſſam cadat *l. in fraudem. § quoties ad. fiſc. de jur. fiſc.* Et licèt Mynſing. putet *cent. 2. obſ. 67.* clericum, qui ſuccubuit corã judice laico poſſe ab eodem in expenſas damnari, nihilominus 13

ominus contrarium eſt communius, & probabilius; quia non poteſt judex laicus directè ſententiam ferre contra perſonam clerici.

14 Sin verò contingeret, laicum poſt inchoatam litem apud judicem ſæcularem fieri clericum, non propterea cenſendus eſſet, mutâſſe illicò ſtatum, & cauſam, nec etiam forū, quia tunc tenetur corā eodem judice cauſam proſequi, quia ut dicitur in *l. ubi de re judic.* ibi cauſa debet ſuum finem ſortiri, ubi habuit initium: aliqui tamen cenſent probabile, quòd laicus ſi intra terminum citationi præfixum fiat clericus, cùm citatio nondum exercuerit vim ſuam, poſſit forum ſæculare declinare. Sin verò contingeret, laicum obiiſſe, contra quem inchoatum erat judicium, tunc cenſent plures, & quidem valdè probabiliter, non teneri clericum ad proſequendam litem coram judice ſæculari; ſed coram Eccleſiaſtico judice eſſe actionem renovandam. Alii tamen volunt, talem cauſam eſſe proſequendam coram eodem judice, eò quia defuncto ſuccedat hæres, qui cenſetur eadem perſona. Præterea ſemel quòd defunctus inchoavit litem eam conteſtando, quodammodo promiſit, ibi ſe proſecuturum judicium, ubi illud inchoavit, ut notat Julius Clarus *q. 3.* Sin verò laicus poſt patratum delictum ad eum finem fieret clericus, ut declinaret forum ſæculare, & ejus juſtitiæ illuderet, non propterea cenſendus eſſet immunis: quia fraus nemini debet patrocinari, nec prodeſſe. *l. verum. §. tempus pro ſoc. in c. ad noſtram de empt. & vend.* Secus ſi pura intentione, ac ſincero corde ad clericatum promoveatur, quia ſi Reus ad evitandum ſæculare judicium confugiat ad Eccleſiam, gaudet immunitate, multò magis qui totum ſe Deo conſecrat, & id non cedit in præjudicium alieni juris, ut notat Imola *conſ. 119. n. 1.*

15 Cæterum excipiuntur aliqua delicta, quæ ob enormitatem, novâmq; peculiarem, quando aliud non obſtat, relinquuntur magiſtratui laico, ut crimen læſæ majeſtatis de facto; quia de jure oppoſita ſententia eſt probabilior. Ut autem clericus poſſit à Principe ſæculari ob crimen læſæ majeſtatis puniri, duæ ſolent conditiones requiri. Prima eſt, ſi ab Imperatore feudum habeat, quia tunc poteſt ſtatim illo ab Imperatore privari, eò quia privetur re ſæculari. Secunda ſi laicus à ſumo Pontifice facultatē obtinuit procedendi contra quoscunq; Clericos, & Religioſos in atrocioribus delictis, & præſertim in illo læſæ majeſtatis. & Bar. *in c. ſi quis 22 q. 5.* ait degradandos eſſe Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos, ſi inſidias machinati fuerint Principi ſæculari, quod tamen à pluribus intelligitur de degradatione tantùm verbali. Secundum crimen eſt, ſi clericus regiam juriſdictionem, aut cujuscunque alterius Principis turbaverit, præſertim ſi violentiam adhibeat, ut ſi damnatum ad ſupplicium nitatur eripere *l. addictos C. de Epiſc. & Cler.* ut etiam ſi clericus ſit ſeditioſus, turbet Reipublicæ tranquillitatem, ſolet tunc magiſtratus illum ad tempus ejicere ab illo loco, quem turbat. Tertium eſt homicidium proditorium, & præſertim exuta clericali veſte perpetratum, tunc enim etiam omiſſa triplici monitione deperdit privilegium fori, & incidit in manū ſæcularis, ut aſſerit Julius Clarus *lib. 5. q. 36.* ſed melius conſulitur immunitati Eccleſiaſticæ, ſi magiſtratui Eccleſiaſtico tradatur puniendus, tunc enim judex Eccleſiaſticus ob delicti enormitatem poſſet reum tradere brachio ſæculari. Quartò ſi Clericus ſit incorrigibilis, putant plures, quòd poſſit committi brachio ſæculari, puniendus, ut notat Covarruvias *lib. pract. q. 32. §. ſecundo eſt advertendum*, & adfert textum *in c. cùm non ab homine. h. t.* quia ſi poſt trinam monitionem, & alia præmiſſa, adhuc ſe incorrigibilem exhibet, cenſetur amittere privilegium fori, & eſſe contumax, quod tamen intelligendum eſt poſt declarationem judicis Eccleſiaſtici; ut notat Barb. *in c. cùm non ab homine de judic.* Non enim judex laicus poteſt Clericum punire etiam ob enorme delictum, niſi poſt ſententiam judicis Eccleſiaſtici declaratoriam criminis, quod etiam intelligitur de clerico incorrigibili, ut habetur expreſsè in Bulla Clementis VIII. emanata die 18. Decembr. 1591. ut etiam de aliis criminibus ibi expreſſis, in quibus omnibus requiritur declaratio judicis Eccleſiaſtici, depoſitio, & traditio brachio ſæculari, ut notat Bonacina *de leg. diſ. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. n. 8.* contra Garziam, *de nobil. Gloſſa. 9. 5. n. 19.* & Graſſiom *p. 2. lib. 4. c. 18. n. 15.*

Neque poteſt judex laicus punire clericum delinquentem in officio ſæculari, quia Bulla cœnæ loquitur univerſaliter, & ſolùm excipit caſus in jure expreſſos: exceptio autem firmat regulam in non exceptis, & licèt clericus aſſumendo talia officia delinquat, non tamen amittit privilegiū fori, ut notat Graſſus *de effect. cler. c. 1. n. 82.* Generatim clericus pro quocunq; delicto non punitur à judice ſæculari, niſi poſt ſententiam declaratoriam criminis latam per judicem Eccleſiaſticum: vel niſi de licentia ſummi Pontificis, quia clericus non amittit privilegium fori niſi incedat ſine habitu, & tonſura, & plura delicta committat, & ut in enormitatibus deprehendatur, quæ conditiones nō disjunctivè, ſed copulativè ſumuntur, ut notat Barb. *tom. 2. lib. 5. tit. 9. c. 1. n. 2. & 3.* adeò ut ſi aliqua ex his conditionibus deſit, non poſſit ſe judex laicus intromittere, ut communiter docent juris pontificii periti. An verò judex laicus poſſit punire Novitios habitum Religionis dimittentes, affirmant aliqui cum Molin. *de juſtit. tom. 4. tract. 3. diſ. 49. n. 24.* eò quia Novitii in odioſis nō cenſeantur Religioſi cùm nondum ſint profeſſi religionem, ſed adhuc verſentur in anno probationis: ſed probabile eſt hujuſmodi Novitios non poſſe puniri poſt dimiſſum habitum à judice ſæculari pro delicto in religione commiſſo: quia conſiderandus eſt ſtatus, in quo quis delictū commiſit; licèt Novitius nondum ſit profeſſus religionem nihilominus ſtatū exercet religioſum. 16

Sunt tamen aliqui caſus, in quibus Judex laicus poteſt capere clericum, ut Judici Eccleſiaſtico eum præſentet; nimirum ſi in fragranti delicto inveniatur, & ſi præſumatur fuga, tunc enim poteſt capi non titulo juriſdictionis, ut conſtat *ex c. cùm non ab homine de judic.* ſed ex tacita voluntate Prælatorum; quia tunc à jure præſumitur talis licentia cuilibet conceſſa ex *l. Raptores de Epiſc. & Cler.* Non tamen Judex ſæcularis in tali caſu poteſt in propriis ſuis carceribus illum detinere ultra viginti horas, ut oſtendit Farinac. *q. 8. n. 118.* 17

imò

imò ſi ſtatim poteſt ipſum præſentare judici Eccleſiaſtico, non debet clericum intra carcerem ſæcularem claudere, nec in eo detinere. Imò Graſſus *de eff. cler. 1. n. 557.* docet; quòd ſi laicus ſtatim clericũ non præſentet ſuo judici Eccleſiaſtico, Incidat in excommunicationem, unde cautè eſt procedendum contra clericos, & Eccleſiaſticos.

18 Neque poteſt laicus judex per ſuos Miniſtros ſpoliare clericum armis etiam prohibitis: quia clerici ad ſervanda ſtatuta laicalia adigendi ſunt à judice Eccleſiaſtico non ſæculari. Tum quia armorum ſpoliatio violentiam quandam continet, imò & rationem pœnæ, quæ clerico non poteſt infligi à judice ſæculari propria authoritate. Hinc Epiſcopi ſolent concedere licentiã militibus laicis, ut ſi clericum noctu inveniant cum armis prohibitis ad ſe deducant, ut hoc pacto rixas impediant; legúmq; tranſgreſſiones. Hinc nec poteſt judex laicus exſpoliare clericum canibus, avibus, & aliis inſtrumentis venatoriis, tametſi ipſum deprehenderit in venatione prohibita, quia id eſſet pœnam infligere, & juriſdictionẽ exercere in clericum contra canones. Imò neq; poteſt judex laicus procedere contra animalia clericorum reperta in alienis paſcuis: quia hæc eò ipſo, quòd pertinent ad clericum ſunt etiam exempta *argu. c. decernimus 2. h. t.* & ſententia caderet in perſonam.

19 Cæterum in hac materia de juriſdictione exercenda à laicis contra clericos cautè procedendum eſt, & attendenda ſunt Regum, ac Principum privilegia ipſis conceſſa à ſum̃o Pontifice: in Galliis Magiſtratus ſæcularis poteſtatem habet judicandi, ac puniendi perſonas Eccleſiaſticas in caſibus privilegiatis, qui ſunt delatio armorũ prohibita, & quæ ex illa ſequuntur, ut ſi quis molitus quidquam fuerit contra tutelam regiam, ut notat Toloſanus *l. 30. c. 11. n. 18.* crimina læſæ majeſtatis, falſæ monetæ, ſeditionis. Et Julius Clarus *l. 5. q. 36.* ait in Hiſpania eodem modo puniri clericos, nec arma ampliùs reddi ſpoliatis. Alii tamen hanc opinionẽ improbabilem eſſe dicunt, & volunt hanc privilegiorum conceſſionẽ revocatam eſſe: unde ex praxi, & conſuetudine plura debent judicari. Cæterum ſimplex tollerantia ſum̃i Pontificis, ſi qua eſt, non inducit privilegium: quia hujuſmodi privilegia cùm ſint odioſa libertati Eccleſiaſticæ, ac immunitati, non cenſetur Pontifex per ſolam tollerantiam illa approbare.

20 Datur etiam juriſdictio, quæ dicitur fori mixti, quatenus ſe extendit ad crimina, quæ ſunt utriuſque fori, ſæcularis, & Eccleſiaſtici: ſunt enim aliquã crimina merè Eccleſiaſtica, quæ propterea ad ſolum forum Eccleſiaſticum pertinent, cujuſmodi ſunt hæreſis, matrimoniũ contractum in gradibus prohibitis in jure canonico, vel cum impedimento, vel contra præceptũ aliquod juris canoni, nuptias celebrare tempore interdicto, ſimonia, uſura, violatio voti, transgreſſio alicujus ex quinque præceptis Eccleſiæ, violatio cenſuræ Eccleſiaſticæ, ſacrilegium com̃iſſum in ſacramentis. Alia ſunt crimina merè ſæcularia, quæ ad ſolum forum Judicis ſæcularis pertinent, cujuſmodi ſunt, homicidium, rapina, injuria à laico illata, & his ſimilia, de quibus magiſtratus politicus poteſt cognoſcere. Demum alia dicuntur crimina mixti fori, eò quia de ipſis cognoſcere poſſit utrumq; forum, Eccleſiaſticum, & civile *c. cum ſit generale de for. compet. c. de his. de accuſat.* & in hiſce criminibus mixti fori datur locus præventioni, quæ pluribus modis poteſt contingere, vel per citationem, vel litis conteſtationem, vel libellum, vel per ſententiam, imò aliquando per comprehenſionem, & citationem realem.

Crimina mixti fori plura cenſentur eſſe. Pri- 21
mò adulterium à laico commiſſum, quando criminaliter agitur, quia per illud fit injuria ſacramento, ut notat Abbas in *c. intelleximus n. 1. de adult.* quapropter poteſt Epiſcopus reos adulterii excommunicare, vel etiam in carcerem detrudere. Quòd ſi agatur de ſeparatione tori, vel totali divortio ob adulterium commiſſum, tunc cauſa pertinet ad ſolum Eccleſiaſticum Judicem; ſi lis ſit de dote ad ſolum laicum Judicem. Secundum crimen eſt blaſphemia in Deum, & Sanctos *c. ſtatuimus de maledicis*, ubi à Gregorio IX. ſtatuitur certa pœna contra blaſphemos; quos etiam ſæcularis magiſtratus poteſt mulctâ pecuniariâ punire, ut notat Decian. *lib. 6. c. 4.* Tertiò concubinatus recenſetur inter crimina mixti fori, ut notat Barboſa *in collect.* ubi aſſerit, finem judicis Eccleſiaſtici in puniendo concubinatu eſſe correctionem: & finem Judicis laici eſſe infligere pœnam ob delicta: imò addit, poſſe contingere, ut punitus à judice ſæculari, iterum puniatur ab Eccleſiaſtico, & è contra, ut utriuſque juri ſatisfiat, contra Dianam, qui reprobat Cenedam *q. 39. n. 25.* ubi ait, ſufficienter punitum in uno foro cognoſci poſſe in alio foro pro exceſſu, & reſidua pœna. Ruſſus conventicula illicita ſubjiciuntur judicio utriuſque fori: & quando gravitas delicti non videtur excedere facultatem Judicis Eccleſiaſtici datur locus præventioni. Conventicula illicita cenſentur, quæ vel jura canonico, aut civili prohibentur. *c. dilectus 14. de exceſſ. Prælat.* & *c. ne nimia de Religioſ. dom.* ubi novæ religiones prohibentur exemplo juris civilis non permittentis novum collegium inconſulto Principe *l. 3. de colleg.* Oldrad. *conſ. 65.*

Ruſſus falſificatio litterarum Apoſtolicarum 22
crimen eſt mixti fori, & ejus authores privantur clerici beneficio, degradantur, & traduntur Judici laico puniendi promeritis pœnis: Sin verò laici fuerint, excommunicantur, ut deſumitur ex *tot. tit. de crim. falſ.* Ab Eccleſiaſtico Judice etiam punitur laicus, à quo falſas litteras accepit. Quòd ſi clericus in litteris regiis falſitatem committat, non ſolùm degradatur, ſed etiam inuſto charactere infamiæ nota ſignatur in fronte, & de Provincia ejicitur *can. 3. §. fin. crim. falſ.* unde falſarii puniuntur in foro Eccleſiæ, ut etiam in foro ſæculari, ut ait Decian. & communiter cum Barboſa in *c. ad falſariorum de crim. falſ.* Imò inter crimina mixti fori recenſetur etiam fractio initi fœderis, vel concluſæ pacis, ut notat Panormitanus in *c. cum ſit generale de for. compet.* tunc enim ad ſummum Pontificem ſpectat procurare pacem, præſertim quando damnum imminet religioni.

Sunt etiam plura alia crimina, quæ ſolent tri- 23
bui mixto foro, ut crimen incendiarii *c. peſſimam 23. q. 8. c. cum devotiſſimam 12. q. 1.* adeò ut in-

cendiarius licèt puniatur in foro ſæculari, adhuc ab Eccleſiaſtico poſſit excommunicari, & ad reſtitutionem adigi, ut notat Decian. *lib. 8. c. 5.* crimen Piratarum *c. ſi quis Romipetas 24. q. 3. c. ſi quis 23.* Crimen ſacrilegii, Sodomiæ, ſortilegii, violationis feſtorum, uſuræ. Obſervent tamen plures cum Julio Claro, quòd licèt in prædictis criminibus poſſit Judex Eccleſiaſticus procedere, cognoſcendo cauſam, & puniendo; non tamen poſſit accuſatos detrudere in perpetuum carcerem, quod tamen volunt, eſſe intelligendum, niſi conſuetudo aliter tulerit.

24 Cæterùm reus à laico Judice ſemel punitus adhuc pro crimine mixti fori poteſt puniri iterum à Magiſtratu Eccleſiaſtico, ut docet Maranta *p. 6. pag. 147.* cum Zypæo *l. 1. de juriſdic. Eccleſ. c. 43.* & aliis communiter, quia juriſdictio, & ſententia unius non extinguit poteſtatem alterius; quia tamen durum videtur bis reum puniri pro uno, eodémque delicto; ideò ſolent addi tres conditiones, quarum prima eſt, ut habeatur ratio perſonæ, quia laicus à ſuo magiſtratu condignâ pœnâ jam punitus, non eſt iterum ab Eccleſiaſtico Judice pœnâ afficiendus, cùm laicus principaliter ſubjiciatur magiſtratui ſæculari: & ita, vice verſa, ſi clericus ſit condignè punitus à Judice Eccleſiaſtico, non eſt iterum puniendus à ſæculari cùm principaliter pertineat ad forum Eccleſiaſticum. Secunda conditio eſt, ſi delictum magis principaliter ſit unius fori, à quo principaliter puniatur, tunc enim non videtur puniendum iterum ab alio, maximè ſi parti læſæ ſatisfactum fuerit per talem primam punitionem. Tertia conditio eſt, quòd ſi reus ſit abſolutus ab habente poteſtatem delegatam à Judice ſuperiori habente utramque poteſtatem, à nullo amplius Magiſtratu debeat puniri; quia delegans cenſetur omnem poteſtatem ſpiritualem, & ſæcularem delegâſſe, ut notant juriſperiti Felin. in *c. quod olim. de judic.* Clarus *§. fin. q. 57.* Zerola *V. pœna n. 4.* Covarruvias *lib. 2. var. c. 10 n. 6.* Unde licèt Judex Eccleſiaſticus in delictis mixti fori poſſit procedere contrà laicum non ſolùm cenſuris, verùm etiam pœnis temporalibus, carceris, abſque auxilio brachii ſæcularis, eſt tamen cautè procedendum, ut habeatur ratio ad perſonam, & ſerventur præfatæ conditiones.

§. III.

De Iuriſdictione Eccleſiaſtica in civilibus.

1 ECcleſiam non ſolùm in cauſis Eccleſiaſticis, ſed etiam civilibus ſuam exercuiſſe juriſdictionem liquet ex *1. epiſt. Apoſtoli ad Corint. 6.* ubi obſervans inordinatum modum litigandi ſuper rebus temporalibus inter primos illos ad fidem converſos; eos redarguit, eò quòd quæſtiones ſubortas, litéſque de rebus temporalibus ad profana deferrent infidelium tribunalia: ait enim Apoſtolus: *Audet aliquis veſtrum habens negotium adverſus alterum judicare apud iniquos, & non apud ſanctos?* ſeu audet aliquis fidelis apud infideles lites ſuas deferre, vocat enim Apoſtolus infideles *iniquos*, & fideles *ſanctos*: verba autem Apoſtoli, ut notat Eſthius *in comment. ad hunc textum D. Pauli*, diriguntur ad actorem, qui apud Ethnicos munus potuit Judicis obire; non verò ſunt contra reum; quia in ejus poteſtate non erat Judicem Ethnicum recuſare, dummodo eſſet Judex competens. Quamobrem in eo propriè ab Apoſtolo redarguuntur culpæ Corinthii, quia cùm poſſent lites ſuas agere apud fideles; mallent apud Judices infideles eas experiri; quòd Ethnicis erat ſcandalo, & fidelibus injuriæ: erat enim Ethnicis id ſcandalo, quia vitia Chriſtianorum illis detegebantur, & præſertim diſſidia inter ipſos, cupiditates, & deſideria poſſidendi bona temporalia, & quòd deterius eſt vitium avaritiæ.

Hinc Apoſtolus ad removendum hunc abuſum, recurſúmque ad judicia infidelium; & ut hanc oſtenderet fidelibus indignitatem, ac turpitudinem ſubdit: *An neſcitis, quoniam ſancti de hoc mundo judicabunt? & ſi in vobis judicabitur mundus, indigni eſtis, qui de minimis judicetis?* Ac ſi diceret, cum vos ſitis à Deo conſtituti Judices univerſales, deque rebus maximis judicaturi, ut per vos omnium impiorum vita condemnanda ſit, an vos indignos cenſetis, qui præficiamini in minimis judiciis? ut cùm lites moventur de rebus ſæcularibus, pleramque nullius momenti, & prorſus nihili faciendis à viro Chriſtiano? Unde Apoſtolus pergens in ſuo argumento ſubjungit: *Neſcitis quoniam Angelos judicabimus, quantò magis ſæcularia?* ac ſi diceret, cum ſimus judicaturi Angelos, creaturas cæterarum præſtantiſſimas, quantò magis digni facti erimus, ut judicare poſſimus de rebus floccì æſtimandis, ut ſunt, quæ ad uſum præſentis vitæ pertinent: & fideles de rebus iiſdem perituris lites inſtituentes judicare? 2

Hinc concludit Apoſtolus: *ſæcularia ergò judicia, ſi habueritis: contemptibiles qui ſunt in Eccleſia, illos conſtituite ad judicandos.* Vocat Apoſtolus *contemptibiles*, eos qui in Eccleſia minoris ſiunt, idque non ſimpliciter, ſed comparativè ad infideles, ut doceret fideles; potiùs debere lites ſuas movere apud Judices Eccleſiaſticos etiam minimos, quàm apud infideles: quia longè pluris quoad judicia ferenda fideles æſtimeatur, eò quia fideles non ſubjiciuntur juriſdictioni infidelium, ſed Eccleſiæ. Quapropter ait Apoſtolus: *Ad verecundiam veſtram dico*, ac ſi diceret: quod dixi de contemptibilibus conſtituendis ad judicandum inter vos, non ita dixi, ut ita fieri debeat: ſed ut ab eo, quod agitis pudor vos avocet: quia lites inſtituitis apud profanos Judices, quorum tribunalia acceditis, & frequentatis, ac ſi apud vos non eſſent viri ſapientiâ, & doctrinâ ſufficientes ad veſtras lites dirimendas; quòd ſanè vobis pudori eſſe debet, quærere apud exteros quod ſtatim domeſtici veſtri poſſunt vobis ſuppeditare. Hinc ſubdit Apoſtolus admirabundus: *ſic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit judicare inter fratrem ſuum?* ac ſi diceret: itane ſunt vobis fratres contemptui, ut iiſdem Ethnicos Judices præferatis: an non creditis poſſe ipſos jus dicere, & æquitatem ſervare in veſtris litibus dirimendis? totum igitur Apoſtoli argumentum in id colli- 3

mavit

mavit, ut lites, & cauſæ fidelium apud Eccleſiaſticos dirimerentur: quia tametſi Chriſtiani ſub illis primis Eccleſiæ exordiis non eſſent à Principibus Ethnicis conſtituti cum poteſtate judicandi, & dirimendi lites, poterant tamen ut notat Eſthius *loc. citat.* aſſumi ut arbitri, quorum ſententiis ex compromiſſo acquieſcerent litigantes.

4 Ad eum etiam finem ſuaſit Apoſtolus fidelibus lites ſuas ad Eccleſiam deferre; ut inde judicia ſæcularia fugerent, & ſuas controverſias ſine ſtrepitu amicabiliter interveniente viro docto componerent. Noluit Apoſtolus ut primi fideles ſuas ad tribunalia infidelium controverſias deferrent; ſed ut mediante viro aliquo Eccleſiaſtico ſapiente ſe componerent, cùm id exigeret charitas chriſtiana. Per viros autem ſapientes inter fideles, ad quos Apoſtolus vult litigantes confugere, illi intelliguntur, qui in Eccleſia cæteris habebantur doctiores, & dignitate eminentiores, cujuſmodi tunc erant Epiſcopi, qui præcipuam in Eccleſia habuerunt authoritatem, cùm eſſent viri pietate, & doctrina inſignes, & illis ſpeciali titulo incumberet diſſidentes animos ſub litorum ſuorum reconciliare, ac ab inordinato terrenarum rerum amore avocare. Hinc ſub primis Eccleſiæ initiis munus Epiſcoporum etiam fuit, fidelium cauſas, lites, & quæſtiones etiam de rebus profanis, & ſæcularibus audire, ac dirimere, ut fideles diſſentientes reconciliarent, eóſque docerent, eſſe æterna longè præferenda temporalibus, & perituris.

5 Hoc munus exercuiſſe S. Auguſtinum; & ad illud obeundum plures ſubiiſſe labores, narrat Poſſidius in ejus vita, ubi refert, fuiſſe non ſolùm à Chriſtianis interpellatum; verùm etiam ab exteris aliarum ſectarum hominibus rogatum ad eorum cauſas audiendas, & dirimendas juxta æquitatem: & refert Poſſidius, nonnunquam ad hujuſmodi judicia ferenda integros dies prorſus jejunum perduraſſe; nimirum ut diſſidentes animos reconciliaret, & charitatem in ſuum proximum exerceret, quod proprium eſt viri Eccleſiaſtici officium: idque teſtatur etiam ipſemet Auguſtinus *lib. de oper. Monachor. c. 19.* ubi ſe dicit continuis moleſtiis ex ſententia Apoſtoli implicatum, ac in ferendis judiciis occupatum; quibus à rerum cœleſtium contemplatione ſe invitum ſentiebat avocare. Rurſus quantos ſubierit ipſe labores, & quomodo ſe totum impenderet, ut diſſidentes ſæculares reconciliaret, & eorum lites dirimeret, ipſiſque perſuaderet contemptum rerum fluxarum, & vinculum charitatis, fuſius teſtatur ipſe *in Pſal. 118. conc. 24.* & huic muneri incubuiſſe etiam Sanctum Ambroſ. fatetur D. Auguſtinus *lib. 6. confeſſ. c. 3.* ibi: *Secludentibus me ab ejus aure, atque ore catervis negotioſorum hominum, quorum infirmitatibus ſerviebat.*

6 Quinimò Imperatores itidem Chriſtiani, quibus nil magis erat cordi, quàm pax, ſuos inter ſubditos, & animorum concordia, hoc Epiſcopale officium in decidendis, ac dirimendis negotiis civilibus approbârunt, ſuiſque legibus comprobârunt, ut de Conſtantino Magno refert Sozomenus *lib. 1. hiſt. c. 9.* ibi: Litigantibus permiſit ut ad Epiſcoporum judicium provocarent, ſi Magiſtratus civiles rejicere vellent: eorum autem ſententia rata eſſet, aliorúmque Judicum ſententiis prævaleret, perinde ac ſi ab Imperatore ipſo data fuiſſet: utque rem ab Epiſcopo judicatam provinciarum Rectores, eorúmque officiales exequerentur. Imò habetur etiam Arcadii Imperatoria celebris conſtitutio in *l. 7. C. de Epiſcopal. audientia* ubi permittit litigantibus etiam de rebus temporalibus, & ſæcularibus adire Epiſcopos, quibus ſuas exponant querelas, & eorum ſententiis acquieſcant: ait enim Arcadius: *ſi qui ex conſenſu apud ſacræ legis Antiſtitem litigare voluerint, non vetabuntur: ſed experientur illius in civili duntaxat negotio more arbitri ſponte reſidentis judicium.* Ex quo liquet, tempore Arcadii moris fuiſſe, ut ſæculares lites ſuas de rebus etiam ſæcularibus permitterentur ad Epiſcopos deferre, eorúmque judicio ſtare, & acquieſcere, ita tamen, ut Epiſcopi non ut Judices, ſed ut Arbitri, cauſas ad ſe delatas ſuſciperent, ac dirimerent.

Quinimò adeo firma, & æquitati conſona habebatur Epiſcopi ſententia, ut ab ea provocari ampliùs non poſſet, ut declaratur in *l. 8. C. de Epiſc. audien.* & vel ipſi Judices etiam ſæculares arbitramenta, & ſententias Epiſcoporum in litibus ſæcularium, & de rebus ſæcularibus dirimendis exequi tenerentur. Rurſus etiam Valentinianus III. in *novell. 12.* permittit, ac indulget laicis, ut vinculo compromiſſi præeunte coram Epiſcopo cauſas ſuas pecuniarias agant, ait enim Imperator: *Aliter eos eſſe Judices non patimur, niſi voluntas ipſorum jurgantium interpoſita, ſicut dictum eſt, conditione procedat: ſi ambo ejuſdem officii litigatores nolint, vel alteruter agat publicis legibus, & jure communi:* ex quibus conjicitur, Epiſcoporum judicia fuiſſe amicabilia arbitria, & laicos nonniſi volentes eorum judicio ſubjici. Ad id reſpiciens Sanctus Leo reſcribit Ruſtico Epiſcopo Narbonenſi *ep. 2.* quòd ſi pœnitens cauſam habeat, quam negligere fortaſſis non debeat, meliùs expedit Eccleſiaſticum, quàm forenſe judicium: Ex quo liquet, fuiſſe liberum tunc laicis confugere pro cauſis ſuis dirimendis tam ad Eccleſiaſticos Judices; quàm ſæculares: ſuadet tamen Pontifex, ut Eccleſiaſtici pœnitentes ad ſe non accerſant, ſed potiùs à pœnitentibus expetantur, & rogentur, ne à divinis avocentur, quâ ratione vult, Epiſcopos cauſas quidem ſuſcipere, non tamen de iiſdem cognoſcere more forenſi, & judiciario, ſed ſummariè, ut faciliùs, & promptiùs lites ſopirentur: hinc recurrentes ad Epiſcopum, ejus arbitrio, ac judicio acquieſcebant, & lites ſtatim abſolvebantur. 7

Moris eſt etiam hodie in Curia Romana, ut lites ea majori celeritate, & brevitate, qua fieri poteſt, finiantur, eſt Romana Curia audientia Papæ ad ipſum enim ex toto terrarum orbe deferuntur cauſæ, vel per appellationem devolvuntur, vel per recurſum: dicitúrque hæc curia ibi eſſe, ubi Papa reſidet cum ſuis Officialibus; non verò ſi aliò eat rediturus citò, & non cum familia, ut notat Ancharanus in *clement. ne Romani. §. fin. n. 5. de elect.* hinc Felinus in *c. Ego n. 9. de jurejur.* 8

jurejur. ait, ibi eſſe Curiam Romanam, ubi eſt Sedes Apoſtolica. Tria autem hujus curiæ extant tribunalia, quorum unum eſt Auditoris cameræ, cujus decem ſunt Notarii. Alterum auditorum Rotæ, quorum Notarii ſunt octo ſupra quadraginta. Tertium eſt aliorum Judicum Commiſſariorum, quorum onus eſt Notarius; qui & Archiviſta dicitur: & in hiſce tribunalibus ſoli Curſores citant. Sunt etiam alia tribunalia, id eſt Vicarii Papæ, Camerarii, Clericorum cameræ, Gubernatoris Urbis, Capitolii, & alia inferiora, quæ ex ſtatuto, & conſuetudine ſpeciales habent procedendi modos. Pertinet ad Auditorem cameræ juxta ſuas facultates, vel per ſe, vel per ſuos locum tenentes; vel alios ad id ſpecialiter deputatos exequi obligationes in forma cameræ, & cognoſcere cauſas ſpirituales Eccleſiaſticas, & profanas, ut etiam cauſas quarumcunque appellationum interpoſitarum ad Papam & Sedem Apoſtolicam. Auditores Rotæ, aliive etiam Judices Commiſſarii eas cauſas cognoſcunt, quæ ſibi ſpeciali reſcripto demandantur expreſſis in commiſſione etiam facultatibus, adeò ut quiſque Auditor, ſeu Commiſſarius exequatur juxta formam commiſſionis ſibi directæ.

9 Præterea, quamvis judicium de jure ſit duplex ratione formæ, ſcilicet ordinarium, vel ſummarium; nihilominus in Romana Curia proceditur ſummariè, quia Pontifices volunt lites ſtatim finiri, hinc Auditor cameræ habet in ſuis facultatibus, ut procedat ſummariè, & prout in beneficialibus: imò etiam Auditoribus Rotæ, aliiſque Judicibus commiſſariis datur in eorum commiſſionibus facultas expreſſa procedendi ſummariè, perinde etiam ac in beneficialibus. Obſervandum eſt, adverbium illud *ſummariè* importare; ut in cognoſcendis cauſis non procedatur juxta apices juris, nec ſervetur ejus ordo: illa verba *prout in beneficialibus* declarant, quid ſit procedere ſummariè, ſeu non ſervato ordine juris: cautum eſt enim in *clement. diſpendioſam de judic.* ut in cauſis beneficialibus procedatur ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, idque ad amputandam, & reſtringendam diſpendioſam illam prorogationem litium, quæ utplurimum ex ſubtiliori ordinis judiciarii obſervatione oriri ſolet. Nihilominus cùm adhuc dubitaretur de ſignificatione eorundem verborum, declaravit Clemens V. in *clement. ſæpe de V.S.* procedere ſummariè perinde eſſe, ac procedere ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu abſque figura judicii, nimirum ut Judex libellum non exigat, nec poſtulet litis conteſtationem, ſed ſtatim procedere poſſit etiam tempore feriarum, quæ ob neceſſitatem hominum fuerunt inſtitutæ; & amputet omnem materiam dilationum, repellat exceptiones, non admittat dilationes fruſtratorias, coërceat ſuperfluam teſtium multitudinem; & tantùm admittat probationes neceſſarias, ac legitimas defenſiones; imò ne veritas occultetur admittat etiam citationem, & præſtationem juramenti de calumnia, vel malitia, ſive de veritate dicenda; præcipiat, & pronuntiet juxta formam petitionis, ſive Actoris, ſive Rei factam, & exhibitam in exordio litis, ſive in ſcriptis, ſive verbo in actis tamen inſertam; ut plenior habeatur certitudo, ſuper quibus formandæ ſint poſitiones, & articuli; rurſus prout ſibi videbitur etiam aſſignet terminum ad ponendum & articulandum; & ad exhibendum omnia acta, & documenta, quibus intendunt partes uti in ſua cauſa; ut etiam aſſignet terminū poſt dilationem articulorum, prout ſibi conſultius viſum fuerit, qua tamen aſſignatione non obſtante, ſi contingat, remiſſionem fieri pro examinandis teſtibus poſſunt etiam inſtrumenta produci, & Judex poteſt itidem partes interrogare, ſive ad earum inſtantiam, ſive ex officio, ſi æquitas id exigat: poteſt etiam Judex ſive ſtans, ſive ſedens in ſcriptis tamen ſententiam definitivam ferre, prout ex petitione, probatione, & aliis actis deductum fuerit, citatis etiam ad id partibus, quamvis non peremptoriè, & concluſione ſi illi videbitur non facta; ut ſuaè dicitur in *clement. ſæpe de V.S.* ubi in fine additur, quòd tametſi in cauſis ſummariis ſolemnis ordo judiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus litigantibus obſervaretur, non ideò proceſſus ſuo privaretur valore.

De jure autem civili in cauſis ordinariis offertur libellus *authent. offeratur C. de litis conteſt.* 10
conſtat autem hujuſmodi libellus, perinde ac ſyllogiſmus tribus partibus, nimirum ex narratione facti loco majoris; ex cauſa, ſeu medio concludendi loco minoris, & ex concluſione, in qua convenit cum ſyllogiſmo, ut notat Jaſon in *§. omnium n. 115. inſtit. de act.* Hinc ut ritè ac legitimè formetur libellus tria requiruntur; quorum primum eſt, ut factum benè recitetur; ſecundum ut exprimatur obligatio deſcendens ex tali facto; tertium ut exprimatur actio deſcendens ex tali obligatione, ut notat Goffredus de *libell. p. 1. in rubric. quæ debeat continere libellus*: debet etiam in illo exprimi nomen Rei, & ultra expreſſionem cauſæ, de qua agitur, eſt etiam deſignanda quantitas; & demonſtranda res, quæ petitur ſaltem per duas demonſtrationes; ſeu duo confinia, ut ait Gloſſa in *c. ſi contra unum de offic. deleg. lib. 6. l. 1. in princ. ff. de edend. l. edita C. eod. pract. Papien. de foro act. real.* in Gloſſa *coram vobis.* Cæterum de jure civili in ſummariis non eſt neceſſarius libellus ſolemnis, ſed ſufficit ſimplex expreſſio petitionis, breviſque facti narratio minus ſolemniter deſcripta apud acta *authent. niſi breviores c. de ſent. expert. recitan. Pap. in dict. for. act. real. V. qualis petit.* in Curia tamen Romana, & in tribunali Auditoris cameræ non offertur ullus libellus, ſed fit tantùm monitorium contra debitorem, ſeu detentorem, ut ſolvat, ſeu dimittat, cum clauſula ſi quis ſenſerit ſe gravatum, quod monitorium ſervit loco libelli: præterea idem monitorium per comparationem moniti reſolvitur etiam in vim citationis: quòd ſi debitor non compareat poſt monitorium præſumitur debitum fateri; & Poſſeſſor injuſtus rei alienæ, ut notat Veſt. *lib. 7. c. 1. n. 3.*

In Rota autem ſufficit ipſa commiſſio; & juxta praxim, eodem die, quo ferenda eſt ſententia, formatur petitio ſecundum allegata, & probata, & poſtea fertur ſuper tali petitione, ut notat Pariſius *conſ. 76. n. 11. volum. 1.* proinde 11
non

non poteſt ſententia argui, quòd non ſit conformis libello: imò poteſt etiam alteriua ſententia de jure juſtificari ex proſecutis *l. de rebus ff. de arbit.* Felinus *in c. licet Heli de ſimon, num. 28.* Poteſt etiam Judex pronuntiare ſuper omni eo; quod fuit probatum, & ſuper eo, quòd conſtat ex ipſis actis, ex quibus etiam ſuppletur, quod non fuit petitum in libello, & ex quibus ipſe libellus declaratur; ut notat Pariſius *conſ. 76. n. 11. vol. 1.* In cauſis tamen executivis vigore cameralis obligationis, ſi agatur contra abſentem præmittitur citatio impreſſa, quæ cameralis dicitur, & in qua exprimuntur omnes actus in judicio illo executivo contingibiles, ut ſic abſena citatua fiat contumax in omnibus actibus, & ſervit loco citationis generalis ad actus omnes *c. cùm dilecti de dolo, & contum.*

12 Moris igitur fuit, ut antiquitua de cauſis laicorum etiam civilibus arbitri ſummariè cognoſcerent; & judicarent, litèsque propterea, quæ inter fideles orirentur dirimerent: non quòd ſæculares tenerentur Epiſcopos; ut Judices, vel Arbitros adire; ſed ut iiſdem id permittereiur, & ut poſſent Epiſcopos, ut Arbitroa eligere: ot deſumitur ex *d. l. 7. de Epiſc. audien.* ubi ut loquitur Arcadius Imperator: *Si qui apud ſacra legis Antiſtitem litigare voluerint id illis permittitur*, vel ot loquitur Honorius in lege ſequenti: *qui ſe audiri à ſacerdotibus elegerint*; ex quibus, & aliis antiquis textibus ſatia conſtat non ex neceſſitate, ſed ex mera libertate potuiſſe ſæculares litigantes in cauſis civilibus, deque rebus temporalibus eligere ut arbitroa ipſos Eccleſiæ Antiſtites, qui lites dirimerent. Imò cenſet Gottofredus; potuiſſe non ſolùm ex utriusque litigantium conſenſu, verùm etiam alterò refragante Epiſcopum, ut arbitrom eligi ad dirimendas lites in cauſis civilibus ex conſtitutione quadam Conſtantini Magni, in qua dicitur: *Quicunque litem habens ſive poſſeſſor, ſive petitor inter initia litis, vel diverſis temporum curriculis, ſive cùm negotium peroratur, ſive cùm jam cœperit promi ſententia, judicium eligit ſacroſancta legis Antiſtitis; illicò ſine aliqua dubitatione, etiam ſi alia pars refragetur, ad Epiſcopum, cum ſermone litigantium dirigatur: multa enim, quæ in judicio captioſa præſcriptionis vincula promi non patiuntur, inveſtigat, & promit ſacroſancta religionis authoritas:* Vult etiam Conſtantinus in eadem conſtitutione, ut judicia Epiſcoporum in ordine ad dirimendas lites, etiam de rebus civilibos, & ſæcularibus habeantur rata; nec poſſint violari, ait enim Imperator Ablavio Præfecto: *Sanximus, ſicut edicti noſtri forma declarat, ſententias Epiſcoporum quolibet genere prolatas ſine aliqua ætatis diſcretione inviolatas ſemper, incorruptasque conſervari: ſcilicet ut pro ſanctis ſemper, ac venerabilibus habeatur quicquid Epiſcoporum fuerit ſententia terminatum:* & addit, non licere ulteriùs retractare negotium, quod Epiſcoporum ſententia ſemel deciderit: tanta erat olim authoritas Epiſcoporum, ut litigantibus liber ad ipſos pateret acceſſus, neque poſſet ulteriùa retractari negotium, quod ſemel fuerit Epiſcoporum ſententia deciſum: additque Imperator: *Hoc, nos edicto ſalubri aliquando cenſuimus; hoc, perpetua lege firmavimus malitioſa litium ſemina comprimentes, ut miſeri homines longis, ac pene perpetuis actionum laqueis implicati ab improbis petitionibus, vel à cupiditate præpropera maturo fine diſcedant:* hanc Conſtantini Extravagantem referunt Juo in *ſuo decret. p. 16. c. 312.* & Gratianus *cauſ. 11. q. 1. can. 35. & 36.* imò etiam Innocentius III. ut innovatam etiam à Carolo Magno *in c. 13. tit. de judic.*

Hinc virtute hujus conſtitutionis permiſſum erat laicis non ſolùm ante inchoationem judicii, verùm etiam in quacunque parte litis cauſam extrahere è manibus Judicis laici, & ad judicium trahere Epiſcopi etiam adverſa parte refragante. Hinc jurisdictio Epiſcoporum, & authoritas, ideò ad cauſas extendebatur laicorum, ut concordia, & pax inter litigantes conciliaretur; & homines è litium, & actionum laqueis, tricìſque eriperentur, quòd Epiſcopi efficaci ſuaſione præſtabant perſuadentes etiam Regibus, & Principibus, ut Judices laici potiùs Pacificatores; quàm Judices eſſeot: quapropter Epiſcopi Concilii Triburienſis, ita alloquuntur Ludovicum Germanorum Regem. *Conſtituite comites, & Miniſtros Reipublica, qui placita non pro acquiſitione lucri terminent, ſed ut cauſæ Dei, & viduæ, & pupilli juſtitiam habeant; & plus litigantes ad concordiam ſalva juſtitia revocare ſtudeant, quàm committere, ut ipſi inde lucrum aliquod habere poſſint: quos ſi pacificare non potuerint, tunc juſtum judicium decerns faciant.* hæcque cauſa fuit, ut plures cauſæ etiam laicorum coram Epiſcopis, aliiſque Eccleſiaſticis agitarentur; latiùſque authoritas Epiſcopalis in litibus dirimendis extenderetur. 13

Cauſas itidem ſuper mobilibus ratione adjecti juramenti olim pertinuiſſe ad ſorum Eccleſiaſticum conſtat ex *c. 3. de for. compet. in 6.* ubi Bonifacius VIII. reſcribit, poſſe a clerico laicum, pro quo fidejuſſerat, ſi hic juramento interpoſito promiſerat fidejuſſorem ſervare indemnem, conveniri etiam coram Iudice Eccleſiaſtico, eò quia ratione juramenti adjecti cauſæ civiles ad ſorum pertinerent Eccleſiaſticum: hac enim ratione ferè omnes quæſtiones etiam ſuper contractibus civilibus ad Iudicem devolvehantur Eccleſiaſticum, tametſi cauſa realis eſſet, ut notat Mornacius ad *l. 8. Cod. de Epiſcop. audien.* eò quia Tabelliones ferè nunquam omitterent adjicere præſtitum à contrahentibus ſacramentum de ſervandis, quæ pepigiſſent, & cum hæc juramenta ſolerent etiam cauſis teſtamentariis adjici, hæ itidem ad forum pertinuerunt Eccleſiaſticum: moris enim fuit, ut teſtamenta ferè omnia à duobus ſcriberentur Notariis uno Apoſtolico, & altero Regio, ut per mixturam utriusque ratum haberetur teſtamentum: qua de cauſa Rectores Eccleſiarum poterant laicos convenire coram Judice Eccleſiaſtico, eò quia de ſacrilegii crimine agi videretur, ut innuitur in *cap. cùm ſit generale 8. de foro compet.* Ex quibus conſtat, jurisdictionem Epiſcoporum, & authoritatem Eccleſiæ 14

ſe extendiſſe etiam ad judicandas, & decidendas laicorum cauſas civiles, & profanas, & Principes ſæculares optâſſe eas ad Epiſcoporum arbitria deferri, ut eorum ſubditi reconciliarentur, litéſque inter ipſos, ſi quæ eſſent ortæ ſtatim evaneſcerent.

15 Verùm tametſi hæc Epiſcoporum authoritas in dirimendis laicorum cauſis civilibus per undecim circiter ſæcula in Eccleſia non ſine fidelium ingenti commodo viguerit, cœpic nihilominns poſtea paulatim oppugnari, ac diminui, & tandem ferè ad nihilum redigi quoad cauſas civiles laicorum præſertim in Gallia; ubi anno 1246. ex hiſtoria Matthæi Pariſienſis plures Barones Franciæ inter ſe convenerunt, fidéque mutua ſe obſtrinxerunt revindicandi, ac defeodendi juriſdictionem ſæcularem, quæ tota pene abſorta erat à clericis, quod cùm primùm innotuit ſummo Pontifici, addit Matthæus Pariſienſis in ſua hiſtoria, eum ingemuiſſe Spiritu perturbato: eoſdémque Barones admonitione præmiſſa minis exterruiſſe; & licèt Prælati, & Clerus ſe pro tuenda Eccleſiaſtica juriſdictione inconcuſſa pectoris firmitare, totiſque viribus ſæpiùs ſe oppoſuerint: nihilominus Magiſtratus, & Miniſter Regius authoritate ſuffulti regiâ ſenſim totam ferè juriſdictionem, & authoritatem judicandi, præſertim de cauſis civilibus laicorum ab Epiſcopis, & Eccleſiaſticis ad ſæcularia traxerunt tribunalia, ut refert Durandus in tractatu de modo generalis Concilii celebrandi, ubi in rubrica 70 deſcribens vulnera inflicta Eccleſiaſticæ juriſdictioni ait: *Quaſi per quandam alluvionem fruſtatim Domini temporales ad ſe omnia trahunt: & ſicut fruſtatim lupus agnum comedit; ita & per ipſos juriſdictio Eccleſiaſtica fruſtatim quodammodo devoratur. Quidquid ad Eccleſiaſticam juriſdictionem potiſſimè quoad temporalia pertinet, ſibi competere putantes: adeò ut pauci ſint caſus ad Eccleſiam pertinentes, in quibus directè, vel indirectè per eos Eccleſiaſtica juriſdictio non turbetur in diverſis mundi partibus.* Imò ordinatione regia anno 1512. in Gallia cautum fuit, ne ullus laicùs coram Iudice Eccleſiaſtico vocari poſſet; niſi in citationis libello nominatim adſcriberetur cauſa, ex qua citatio fieret: meminit hujus ordinationis Renatus Choppinus de *ſacra polit. lib. 2 tit. 1. n. 4.* Imò refert Ferrerius *de abuſu lib. 4 c. 6. n. 1.* ita invaluiſſe morem avertendi laicos à judicio Eccleſiaſticorum, ut veluti axioma receptum eſſet, laicum in Judicem Eccleſiaſticum conſentire non poſſe, ſeu ejus juriſdictionem prorogare: ex quibus conſtat, quomodo tam ampla Epiſcoporum juriſdictio quoad cauſas civiles cognoſcendas diminuta fuerit.

16 Amplam itidem fuiſſe olim Epiſcoporum authoritatem in decidendis cauſis civilibus clericorum, nulli eſt dubium: quia ſi Epiſcopi opus ſuum impenderint in decidendis quæſtionibus laicorum ſuper rebus temporalibus, & profanis; potiori jure in dirimendis etiam cauſis civilibus Clericorum: ſi enim Eccleſia tantoperè ſolicita fuit, ut ſæculares fideles à forenſibus judiciis retraheret, multò magis ut Clericos, & Monachos ab iiſdem averteret; cum Eccleſiaſtici præ cæteris rerum fluxarum profiteantur contemptum, præſertim etiam cùm forenſes litium tumultus Clericos magis dedeceant, cùm ſint iſti Eccleſiæ miniſterio deſtinati ad ſpiritualem animarum profectum, & prohibeantur propterea de rebus temporalibus litigare: ſiquidem in Concilio Carthaginenſt *4. can. 19.* referente Gratiano *cauſa 14. q. 1. can. 1.* prohibentur Epiſcopi etiam provocati pro rebus tranſitoriis litem inſtituere, & *diſtinct. 90. can. 1.* ex eodem Concilio præcipitur Epiſcopis, ut diſcordantes Clericos, vel ratione, vel poteſtate reconcilient, trahantque ad concordiam. Statuerunt enim Patres Concilii, ut Clerici ſuas quæſtiones Epiſcopis ſubjicerent, & Epiſcopi eos reconciliarent, & eorum lites etiam in cauſis civilibus dirimerent, ut deſumitur ex Concilio Charraginenſi 4. cui S. Auguſtinus interfuit, ſiquidem *can. 9.* dicitur: *Placuit, ut quiſquis Epiſcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, ſeu Clericorum, cum in Eccleſia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis cauſa fuerit commota, ſi relicto Eccleſiaſtico judicio publicis judiciis purgari voluerit, etiamſi pro ipſo fuerit prolata ſententia locum ſuum amittat: hocque in criminali judicio, in civili verò perdat, quod evicit, ſi locum ſuum obtinere maluerit:* inſeruit Gratianus hunc canonem ſuo decreto & habetur in *cauſ. 11. quæſt. 1. can. 42.*

17 Rurſus in Synodo Chalcedonenſi *canon 9.* ſtatuitur, ut Clericus ſi cum Clerico litem, vel negotium habeat proprium Epiſcopum non relinquat, & ad ſæcularia judicia non excurrat, ſed cauſam priùs ad proprium Epiſcopum agat: vel de Epiſcopi ſententia apud eos, quos utraque pars elegerit judicium agitetur injunctis etiam pœnis contrarium agentibus, idque ut Clericis aditus occluderetur ad ſæcularia, & forenſia judicia, & quæſtiones inter ipſos exortæ arbitrio Epiſcopi dirimerentur. Rurſus quomodo lites Clericos inter, & Monachos exortæ componerentur declarat D. Auguſtinus *ſerm. 49. de diverſ.* inquiens: *Si pueri iſti ſervi Dei ſunt, litem hanc inter illos citò finimus. Audio illos ut pater, & fortè meliùs quàm pater ipſorum. Videbo, quid ſit juris, ſicut Deus voluerit cum paucis fratribus fidelibus honoratis, Deo propitio, de numero veſtro hoc eſt de plebe iſta. Audio inter illos cauſam, & ſicut Dominus donaverit filio.*

Quinimò non ſolùm quæſtiones Clericorum, & Monachorum ad Epiſcopum deferebantur, ſi Clericus contra Clericum, vel Monachus contra Mooachum quæſtionem haberet, verùm etiam ſi laicus quæſtionem haberet contra Clericum, vel Monachum; & id non tantùm ſacris canonibus cautum erat, verùm etiam Principum legibus ſtatutum: hinc Iuſtinianus Imperator *in novell. 79 cap 1.* ſtatuit, ut ſi quis quamcunque habuerit cauſam cum aliquibus venerabilibus ſanctimonialibus, vel ſacris virginibus, vel mulieribus omni- 18

nò

nò in Monaſterio conſiſteotibus, Deo amabilem civitatis illius Epiſcopum interpellet, qui cum omni honeſtare diſponat, vel ſubſtituat Abbates, aucalios reſponſales, qui cum omni ſacerdotali veneratione cauſam examinent, & judicent. Unde vulr Juſtinianus, cauſam Monialium, & Monachorum deferri ad Epiſcopos, ut ipſi noo tanquam Judices eiviles judicialiter, & cum ſtrepitu, & in formula forenſi judicent; ſed honeſtè, & ſacerdotaliter eas terminent, ut Monachi citiùs expediti à forenſi contentione liberiùs poſſint ſine impedimento Deo vacare.

19 Cæterùm ſummi Pontifices in id præſertim incubuerunt ſemper ſtudii, ut impedirent Clericos trahi ad Judices ſæculares, & Innocent. III. in *c.18. de for. compet.* declarat, Clericum noo poſſe renunciare juri ſuo quoad conſtituendum ſibi judicem laicum: & addit etiam rationem, quia pacto privatorum non poſſit juri publico derogari: additque nec juramentum poſſe licitè ſervari, ſi ſit contra canonica ſtatuta: ex quo inferunt Canoniſtæ, Clericum non poſſe Judici ſæculari ſe ſubmittere etiam medio juramento.

§. IV.

De cauſis Eccleſiaſticis in ſpiritualibus.

1 Dividi ſolent cauſæ Eccleſiaſticæ in meras, & non meras; illæ dicuntur, quæ rales ſunt ex natura ſua, independenter à quavis poſitiva conſtitutione, vel conſuetudine; non meræ ſunt, quæ tametſi ex natura ſua ſint temporales, & profanæ; nihilominus juſtis de cauſis Judicibus reſervantur Eccleſiaſticis, & io hac generali ſignificatione ſumuntur cauſæ Eccleſiaſticæ in *c.4. de immun. eccleſ. in 6.* ibi: *Super cauſis Eccleſiaſticis, ſive quæ ad forum Eccleſiaſticum ratione perſonarum, negotiorum, vel morum de jure, vel antiqua conſuetudine pertinere noſcuntur.* Sunt verò cauſæ merè Eccleſiaſticæ, ſeu quæ ex natura ſua tales reputantur, cauſæ potiſſimum ſacramentorum, & ſimiles; quæ nihil temporalis habent adnexum, ſed ſunt totaliter ſpirituales, & de hiſce cauſis intelliguntur canones prohibentes laicis omnem cognitionem de cauſis Eccleſiaſticis præſertim in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. ubi generaliter prohibetur, ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum; eò quia non deceat, ut laicus io rebus pertinentibus ad Eccleſiam arbitretur; ut etiam ſtatuitur in *c.8. de arbitris.* quapropter communi conſenſu dicunt Canoniſtæ, cauſas ſacramentorum eſſe merè Eccleſiaſticas, ac merè privativè pertinere ad Judicem Eccleſiaſticum, & non cumulativè, quoad Judicem ſæcularem; quia hic circa talium cauſarum validitatem, vel invaliditatem nil poteſt decernere, eò quia ſint ex natura ſua cauſæ merè ſpirituales.

2 Hinc licèt in nonnullis Provinciis, & Regnis, præſertim in Galliis, cauſæ, quæ olim erant Eccleſiaſticæ, & à Judice Eccleſiaſtico cognoſcebantur, devolutæ poſtea fuerint ad Judices laicos, ac regia tribuoalia: cauſæ tamen ſacramentorum, & ſimiles, quæ ex natura ſua ſunt merè ſpirituales, reſervatæ ſemper fuerunt Judicibus Eccleſiaſticis, etiam per ipſas Principum ordinationes: ſiquidem in edicto Franciſci I. Regis Galliæ edito anno 1539, quo prohibentur citari laici in cauſis merè perſonalibus coram Judice Eccleſiaſtico, expreſsè additur clauſula reſervans cognitionem de cauſis ſacramentalibus, aliiſque ſpiritualibus Judici Eccleſiaſtico. Hinc etiam hodiè in ſingulis Chriſtiani orbis Provinciis ad Epiſcopum, & Judicem Eccleſiaſticum pertinent cauſæ, in quibus de ſacramentis agicur, ut ſi agatur de capacitate, & approbatione requiſita in Miniſtris Sacramentorum, eorundem examine, vel admiſſione; hæ ſiquidem, & ſimiles cauſæ pertinentes ad ſacramentum ordinis privativè pertinent ad Judicem Eccleſiaſticum, cujus eſt de iiſdem judicare.

Nec ſuper valore, vel nullitate ſacramentorum 3
poſſunt hodiè ad forum laicale quæſtiones deferri, neque ſuper matrimonio: ſunt enim cauſæ matrimoniales, etiam hodiè civiles, & circa ipſas verſatur juriſdictiò Eccleſiaſtica, & ratiooe harum cauſarum laici citantur ad forum Eccleſiaſticum. Si enim quæſtio eſt ſuper validitate matrimonii; hujus cauſæ Judex competens eſt ſolus Judex Eccleſiaſticus, qui ſolus proptereà poteſt de hac quæſtione cognoſcere, ſive jus commune ſpectemus, ſive conſuetudinarium ut notat Ferrerius de *abuſu lib.5. c.5.* Imò olim moris fuit, ut cauſæ matrimoniales nonniſi in Conciliis Epiſcoporum dirimentur, ut refert Gratianus *cauſ. 35. q.6. can. 10* ubi Alexander II. ſcribit cuidam Guilhelmo, ne propriam oxorem prætextu conſanguinitatis præſumat dimittere, & aliam ducere, donec Epiſcoporum Religioſorum Concilium cauſam illam examinaverit. Hinc etiam hodiè cognitio cauſarum matrimonialium ad Epiſcopalem pertinet juriſdictionem, adeò ut nec Abbates, nec alii inferiores Prælati poſſint ſuper cauſis matrimonialibus cognoſcere, niſi ex conceſſione Epiſcopi, vel ex alia legitima cauſa.

Hancque eccleſiaſticam diſciplinam renovavit 4
etiam Tridentina Synodus *ſeſſ. 24. c. 20. de refor.* ibi: *Ad hæc, cauſæ matrimoniales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum judicio, etiam viſitando, ſed Epiſcopi tantùm examini, & juriſdictioni relinquantur.* Quòd verò Abbates, & alii inferiores Prælati non poſſint cognoſcere ſuper cauſis matrimonialibus *ex decret. Concilii Tridentini.* deciſum fuit à Rota Romana, ut refert Barboſa in *collect. ad d. c. Concil. n.56.* adeò ut Abbates quàntumvis exempti non poſſint cognoſcere authoritate propria, nec judicare de cauſis matrimonialibus: niſi tamen per tres ſententias conformes, vel unam; quæ tranſierit in rem judicatam conſtiterit, Abbatiam, & loca eidem ſubjecta, ſeu ab ea dependentia nullius eſſe diœceſis; proinde niſi conſtiterit, Abbatem habere ibi juriſdictionem quaſi Epiſcopalem.

Cæterùm notat Barboſa *p. 3. de poteſt Epiſcop.* 5
alleg. 84. n. 5. Synodum Tridentinam ſuſtuliſſe etiam poſſeſſionem quadragenariam cum titulo, ac privilegio, ſolámque admittere immemorabilem, dummodo de illa conſtiterit per tres conformes ſententias. Hinc Zypæus *de offic. Ordinar. n.20.* citat declarationem ſacræ Congre-

Digitized by Google

gationis ſuper Concilio Tridentino, in qua declaratur, cognoſcere de cauſis matrimonialibus pertinere ad ſolum Epiſcopum, niſi Capitulum immemorialem conſuetudinem haberet; quod probandum eſt per tres ſententias conformes, & interim Epiſcopus, donec pronuntietur ultima ſententia judicat de iiſdem cauſis; cùm enim Tridentina Synodus generaliter cauſas matrimoniales ſubtrahat à judicio inferiorum Judicùm, & jurisdictioni tantùm Epiſcopali tribuat facultatem cognoſcendi ſuper iiſdem cauſis, ſequitur, inferiores Prælatos, quantumvis exemptos non poſſe ſuper cauſis matrimonialibus cognoſcere, adeò ut Prælati Epiſcopis inferiores non poſſint judicare de fœdere connubiali; nec de divortiis, aut aliis pertinentibus ad ſacramentum matrimonii. Et licèt decretum Concilii Tridentini videatur tantùm loqui de cognitione in prima inſtantia, nec appareat ex vigore talis decreti prohibitum, delegari cauſas matrimoniales in ſecunda inſtantia inferioribus Prælatis: Stylus tamen Curiæ eſt, ut cauſæ matrimoniales à Sede Apoſtolica ſolis Epiſcopis committantur ut notat Barboſa in *collect. ſuper c. 20. ſeſſ. 24. Concil. Trident. n. 59.*

6 Id autem intelligendum eſt, dummodo de validitate matrimonii agatur, ſecus enim eſſet ſi non *de jure*, ſed *de facto* quæſtio incideret, ut ſi quæſtio non ſit, an matrimonium ſit validum, ſed tantùm an revera, & de facto ſuerit initum: quia ut notat Choppinus de *polit. lib 2. tit. 1. n. 16.* ſi in petitionem hæreditatis incidat mera facti quæſtio, an tractatus de conjugio præceſſerit, necne, tunc legitima eſt cognitio Regii Prætoris. Hinc textus intelligitur, quando procedit quæſtio *de jure*, & non *de facto*, ut ſi controvertatur, an quis ſit legitimus, eò quia dubitetur de valore matrimonii, tunc hæc cognitio pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ſeu Epiſcopum, ad quem ſpectat cognoſcere ſuper validitate matrimonii; ſin verò quæſtio procederet, an revera hic filius natus ſit ex tali matre, vel patre, tunc cùm ſit quæſtio de facto, ejus cognitio haberi poteſt à Judice ſæculari: & ratio eſt; quia quæſtio facti, ſi profana ſit; nec ſe habeat acceſſoriè ad quæſtionem juris, licèt tractari poſſit à Judice Eccleſiaſtico, ſi hic pronuntiaverit in cauſa matrimonii; non tamen in Gallia poterit Judex Eccleſiaſticus cognoſcere ſuper damnis reſultantibus ex non adimpletis ſponſalibus; ut obſervat Joannes Tornerius *in collect. arreſtor. litt. A n. 116.* Rurſus ſi contingeret pendente quæſtione ſuper validitate matrimonii, uxorem petere certam pecuniæ quantitatem, pro alimentis propriis, & expenſis pro ſuſtinenda lite, tunc cauſa hæc videtur pertinere ad utrumque Judicem. Imò in Belgio, ubi modeſtiùs agitur cùm Judice Eccleſiaſtico, permittitur huic cognoſcere de alimentis, quæ per virum, aut mulierem peti contigerit pendente causâ divortii.

7 Cauſis Eccleſiaſticis accenſetur etiam jus patronatus, de quo propterea nequit judex ſæcularis cognoſcere, ſeu judicare; & licèt Abbas in *c. quanto n. 4. h. t.* & Felin *ibid. n. 1.* cenſeant, jus patronatûs ſecundùm ſe, & intrinſecè non eſſe aliquid ſpirituale; ſed tantùm extrinſecè, eò quia ordinetur ad ſpiritualem beneficii Eccleſiaſtici collationem, veluti ejus præambulum, qua ratione dicitur annexum ſpirituali antecedenter *c. de jure 16 de jure patronatus:* idque firment ex eo, quia laici ſpiritualia non poſſunt poſſidere; & jus patronatus poſſidetur à laicis, & tranſmittitur ad hæredes: communior tamen ſententia docet jus patronatûs eſſe in ſe, & intrinſecè ſpirituale: eò quia nil obſtet, aliquid in ſe ac intrinſecè ſpirituale ordinari ad aliud ſpirituale dignius. Neque obſtat, jus patronatûs poſſideri à laicis: quia ſæculares dicuntur poſſidere jura ſpiritualia tantùm ex gratia, favore, ac conceſſione Eccleſiæ.

Ex eo autem, quòd jus patronatus accenſetur 8
cauſis ſpiritualibus, ut etiam oſtenditur ex eo, quia cauſa juris patronatûs ex materia, ſeu objecto ſit ſpiritualis; ſequitur, judicem laicum non poſſe cognoſcere in cauſa juris patronatus; quia laicis nulla eſt attributa poteſtas diſponendi de rebus Eccleſiaſticis *c. fin. de rebus Eccleſ. non alienan* Laicós enim obſequendi manet neceſſitas, non authoritas imperandi *c. qua de Eccleſ. de conſtit.* Tum quia nemo debet falcem ponere in meſſem alienam *c. ſcriptum 6. q. 3.* & jurisdictio Eccleſiaſtica eſt diverſa a laicali, cui nullo modo ſubordinatur; imò eſt longè ſuperior illâ, *extravag. unic. de major. & obed. inter communes.* Hæcque ratio, cur judex ſæcularis non poſſit propria authoritate cognoſcere in cauſa juris patronatûs; quia non ſubjicitur jurisdictioni ſæculari; & judex non poteſt cognoſcere in cauſa, in quam non habet jurisdictionem: eſt enim jus patronatus, vel ſecundùm ſe, & ex natura ſua, ſeu objecto, adeóque intrinſecè, res ſpiritualis; vel ſaltem eſt quid antecedenter annexum cum ſpiritualibus; proinde ejus cognitio non pertinet ad judicem laicum: de connexis enim, & acceſſoriis idem debet eſſe judicium, ſeu diſpoſitio. Nihilominus quamvis judex ſæcularis non poſſit per ſe, & propria authoritate cognoſcere, ſeu judicare de jure patronatus; poteſt tamen ex delegatione, ſeu commiſſione Papæ, ut notat Gloſſ. *in d. c. quanto ver. non præſumant 3. h. t.* Imò poteſt etiam cognoſcere acceſſoriè: cum enim jus patronatus ſit quid annexum alicui fundo, vel dominio, quod à poſſeſſore, ac domino laico vendi poteſt; acceſſoriè tranſit ad emptorem unà cum fundo etiam jus patronatus, ut aliquid adhærens fundo: hinc ſi judex ſæcularis pro valore venditionis ſententiam proferat, & condemnet poſſeſſorem ad tradendum dominium, vel fundũ, aut caſtrum cum omnibus annexis juribus; profert conſequenter, ſeu acceſſoriè ſententiam in jus patronatus, quod ſequitur ſuum principale, cui adhæret.

Poſſet tamen objici, quia ſicut laicus licèt non 9
poſſit poſſidere jus merè ſpirituale, ut eſt jus decimandi *c. cauſam 7. de præſcript.* poteſt nihilominus poſſidere, vel quaſi poſſidere jus temporale, cui adhæreat ſpirituale, ut eſt jus patronatus adhærens alicui fundo, vel caſtro: ita tametſi Judex ſæcularis nequeat cognoſcere de cauſa merè ſpirituali, poteſt nihilominus judicare de cauſa ſpirituali, ut annexa temporali. Sed contra negatur conſequentia, quia laicus non ex ſe, ſed tantùm ex ſpeciali conceſſione, & gratia Eccleſiæ poſſidet jus patronatus, adeò ut ſit

gratia

gratia,& beneficiom coocesſum ab Eccleſia laicis, ut iſti inde alliciantur ad fundandas Eccleſias,& promovendum divioum coltum. Prætetea ita poſſident laici jus patronatus ſpiritnale annexom temporali, ut ſi Patroni intra tempus debitum negligant Clericum præſentare, ordinatio,& inſtitutio tunc pertineat ad Epiſcopum c. *quoniam 3. de jure patron.* ex quo liqnet, pertinere ad judicem Eccleſiaſticum judicare de jure patronatûs: quia non ita Eccleſia indulſit laicis poſſidere jus patronatus, ut voluerit privare ſe jurisdictione in jus patronatus, ſed ita hoc conceſſit laicis, ut adhuc ſubjiceretur judicio, & diſpoſitioni Eccleſiæ.

10 Tum quia conceſſio hæc facta laicis poſſidendi jus ſpirituale annexum juri patronatus fundato in aliquo temporali exorbitat à jure communi,proinde ex gratia facta laicis ooo debet ita extandi, ut præjudicet eidem Eccleſiæ. Hinc liquet, non pertinere ad Judicem ſæcularem judieare de jure patronatus ſpiritnali per ſe primariò, & principaliter, ſed tantùm acceſſoriè, & ſecundariò, eò quia Judex ſæcularis poſſit cognoſcere cauſam venditionis fundi, vel caſtri cum ſuis pertinentiis, proinde ſi eidem ſit annexum jus patronatus acceſſoriè tranſit hoc in Emptorem unà cum ſundo, vel caſtro divendito c. *ex litteris 7. de jure patron.* quia acceſſorium ſequitur ſuum principale,cui adnæret: hinc ius patronatus quod per ſe; & ſeorſim ab alio non poteſt vendi, oec iudicari à Judice laico, ut tamen adnexum dominio temporali ſeu fundo,vel caſtro tranſit pet contrsctum venditioois in Emptorem, quo pacto Judex ſæcularis, qui judicat de tali contractu,& dominio temporali; acceſſoriè, & ſecundariò judicat de jure patronatus eidem annexo: in quo ſenſu etiam Princeps ſæcularis per coofiſcationem omnium booorum alicuius, ob crimen læſæ Maieſtatis privat etiam illum jure patronatus annexo bonis illis, tametſi directè, & per ſe non poſſit eum privare, ut docet Gloſſa *in c. filiis 31. V. propinquis cauſ. 16. q. 7.*

11 Pertinent itidem ad Judieem Eccleſiaſticum cognoſcere de jure ſepulturæ,ut deſumitur *ex c. quanto 3. h. t.* quia jus ſepnlchti ſecundùm ſe eſt ſpirituale, vel ſaltē ordinatur ad ſpirituale,ſeu ad ſacrum locum, ut ad cœmeterium, vel Eccleſiam, & ad eundem Judicem pertinet jodicare da principali,& connexis. Hinc licèt laicus dicatur poſſidere jus ſepulturæ in loco ſacro Religioſo,ex eo quia in illum fuerit illatum corpus demortoi hominis *l. 1. ff. de mortu. inferend.* nihilominus ptopriè laicus non poſſidet ſepulchrum excavatum in loco ſacro, ſed tantùm ex indulgentia, & permiſſione Eccleſiæ tolerantur laici in quaſi poſſeſſione juris ſepulturæ in tali cœmeterio, vel Eccleſia, ut ibi noo ſepeliantur niſi ex tali ſpeciali familia. Quamobrem pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum cognoſcere ſuper cauſam juris ſepultutæ ſive agatur actione reali; & requiſitio ſit, cuinam jus ſepulturæ in loco ſacro competat: ſive agatur actione perſonali, ut ſi Titius ptomiſerit Caio ſe permiſſurum, ot ipſe, & hæredes ejus in ſepulchro Maiorum ſuorum ſepeliantur; & mox dubitetur de valore huius promiſſionis; cognitio huiua cauſæ, ſpectat ad tribunal Eccleſiaſticum: quòd ſi quæſtio eſſet de facto, an Titius Caio ptomiſſiooem ſecerit, nec oe, tunc poteſt Judex ſæcularis judicare de hac ſimplici promiſſione,ut etiam de impenſis funetis. Poſſunt enim Judices ſæculares cognoſcere de negotiis, & caoſis merè temporalibus, tametſi reſpiciant aliqood ſpirituale connexivè, imò etiam perſooas Eccleſiaſticas, dummodo nulla ſuper Clericos alióſque Eccleſiaſticos præeminentia,aut gubernatio,vel poteſtas conferatur laicis, ut notac Abbas in *c. decernimus 3. n. 8. h. t.* Sylveſter *V. laicus q. 2.* Tuſchus *concluſ. 4. n. 115.* hinc poteſt Epiſcopos, vel etiam Capitulum Sede vacante conſtituere laicum Oeconomum tradendo eidem curam,& adminiſtrationem proventuum temporalium. Imò poteſt etiam laicus præfici fabricæ Eccleſiæ, & ad id munus obeundum, ut obventiones annuas recipiat,& expendat, cum ſubordinatione tamen ad Ptælatum Eccleſiaſticum, & cum obligatione eidem reddeodi rationes: noo ita poteſt laicus conſtitui collator proventnum, ot ſit quidam Miniſter, habeátque quandam præemioentiam, & poteſtatem in Clericos, id enim non poteſt laico concedi, quia oon poteſt Clericis ptæeſſe, cùm debeat iiſdem ſubeſſe.

Quamobrem poteſt laicos tantùm conſtitui, ut merus, & ſimplex Executor,non verò ut authoritatem aliquam, ſeu præeminentiam exerceat in clericos. Imò oec poteſl laicus conſtitui generalis Adminiſtrator omoium bonorum temporalium, juriúmque ſpiritualium Eccleſiæ, vel perſonarum Eccleſiaſticarum; adeò ut non poſſit omnia authoritativè gubernate; imò nec poteſt propria authoritate cognoſcere de cauſis merè civilibus, quæ inter clericos, vel contra clericos, aot Eccleſias à laicis moventur: benè tamen ut Judex delegatus,ſeu ex commiſſione Epiſcopi,vel alterius Prælati Eccleſiaſtici, ut notat Gloſſa in *d. c. decernimus 2. V. non præſumant. h. t.* quia nemo ut Judex Ordinarius, vel quaſi Ordinarius poteſt alios iudicare, niſi ex proprio officio habeat ſuperiotitatem, & jurisdictionem in illos, quia cognoſcere ſuper cauſis aliorum eſt actus jurisdictionis,& ſupponit eſſentialiter jurisdictinem; proinde ſuperioritatem in Judice: laici autem ſunt incapaces ſuperioritatis in clericos, quibus potiùs ſubſunt,quàm præſior, eſt enim ſtatus Eccleſiaſticus longè eminentior eó ſæculatium *c. duo ſunt 10. diſt. 96.* 12

Unde ſæcularis nonniſi ex commiſſione Prælati Eccleſiaſtici, & ut delegatus poteſt cognoſcere cauſas mere civiles, quæ moventur intet Clericos, vel contra Clericos, aut Eccleſias à laicis, quia delegatus noo procedit authoritate propria, ſed jurisdictione delegantis, cuius vices exercet, adeò ut jutisdictio, quam laicus exercet in Clericos ex commiſſione, & delegatione Prælati Eccleſiaſtici ſit Eccleſiaſtica, non ſæcularis, & eam ſæcularis tantùm exercet ex delegatione Prælati Eccleſiaſtici *l. 1. § 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt jurisdict.* Imò licèt Prælatus Eccleſiaſticus poſſit laicis delegare cauſam merè civilem motam à laicis inter Clericos,vel contra Cleticos, aut Eccleſiam, non tamen poteſt ad omnes cauſas civiles illam delegare, quia ju- 13

riſdictio delegata ad univerſitatem cauſarum æquiparatur ordinariæ, cuius non eſt capax laicus in ordine ad cognoſcendas cauſas merè civiles, quæ inter Clericos, & Eccleſias decidendæ ſunt.

14 Cæterum cùm dicimus, laicum non poſſe authoritate propria, & ut Judicem Ordinarium cognoſcere cauſas civiles laicorum, id communiter limitatur, niſi ſint cauſæ feudales, ut deſumitur ex *c. cæterum 5. h. t.* Ratio eſt, quia Dominus feudi habet juriſdictionem ordinariam à lege ſibi conceſſam, ſi inter ſuos Vaſallos quæſtio ſuboriatur, quæ concernat feudum ab ipſo acceptum, ut habetur *in lib. 2. feudor. tit. 55. de prohib. feud. alienat. per Frider.* juriſdictio enim, quæ confertur à lege eſt Ordinaris, ut notat Abbas *in d. c. cæterum 5 n. 1. h. t.* & id procedit ſive feudum proveniat ab Eccleſia, ſive laico; eo enim ipſo, quòd Clericus eſt Dominus directè feudi habet juriſdictionem ordinariam quoad feudum etiam in clericos Vaſallos, excluſo etiam Epiſcopo, ſeu loci Ordinario, ut notat Abbas *in d. c. cæterum. n. 6. h. t.* adeò ut juriſdictio competat Domino feudi non cumulativè, ſed privativè, reſpectu juriſdictionis Ordinarii. Quòd ſi Eccleſia, vel Clericus obtinuerit feudum à Principe ſæculari, tunc in quæſtione feudali poteſt conveniri, coram Principe ſæculari habente dominium directum *c. ex transmiſſa 6. de foro compet.* Duo tamen deſiderantur, ut Domino feudi juriſdictio competat, quorum primum eſt, ut quæſtio ſit tantum ſuper feudo, ſeu jure feudali, adeò ut ex legibus feudorum, & non aliis ſit lis decidenda. Secundum ut uterque litigantium ſit Vaſallus, ut notat Decius in *c. cæterum 5. num. 11. h. t.* hinc ſi non Vaſallus cum Vaſallo litem habeat, tunc cognoſcere ſuper hac quæſtione pertinet ad Judicem Ordinarium, ſi diverſus ſit a Domino feudi, idque deſumitur *ex lib. 2 feudor. tit. 27. de de pace tenend. §. ſi duo.*

15 Quòd ſi Vaſallus cum Domino feudi contendat de feudo, tunc recurrendum eſt ad judices pares Curiæ. Ut etiam ſi juſtitia non poſſit impetrari à Domino feudi, tunc recurrendum eſt ad Ordinarium Judicem ipſius Rei conventi, ut notat Abbas *in d. c. cæterum n. 5.* & Decius ibi *num. 3* & aſſignant etiam generalem regulam: ut ſi inferiori per ſpecialem legem, vel præſcriptionem competat juriſdictio ſecluſo Ordinario; tunc propter defectum inferioris, ſive quia nolit; ſive quia non poſſit exequi juſtitiam, juriſdictio devolvitur ad Ordinarium. Contingit tamen ut nonnunquam Dominus feudi ſit etiam Ordinarius Judex, qui ſi ſupremus ſit, & negligat juſtitiam adminiſtrare, devolutio cauſæ tum fit ad judicem Eccleſiaſticum *c. ex transmiſſa 6. de foro compet.* Quòd ſi ſubſit alteri, tunc is defectum ſupplet inferioris, & juſtitiam adminiſtrat, vel tenetur compellere Dominum feudi ad exercendam juſtitiã. Quòd ſi quis contra monaſteriũ, vel eius Abbatem intendat actionem inſtituere debet ordinariè eum convenire coram Judice Eccleſiaſtico, ſeu Epiſcopo, quia Actor tenetur ſequi forum Rei conventi: limitatur tamen niſi Monaſterium poſſideat bona feudalia, & lis mota ſit ſuper feudis, quia tunc quæſtio eſt deferenda ad Dominum feudi, vel ad alium ſuperiorem, ſi inferior ad quem pertinet dominium directum feudi, nolit juſtitiam adminiſtrare.

16 Non tamen poteſt laicus eſſe ſubſtitutus Vicarius Generalis Epiſcopi etiam ad unam ſolam cauſam civilem decidendam inter Clericos, vel contra Clericos, ut notat Baldus *in l. parabolanos 18. C. de Epiſcop. & Cleric.* ubi dicitur, quòd ſubſtitutus, ſeu ſubrogatus debeat eſſe eiusdem juris, & conditionis, cujus eſt ille, cui ſubrogatur: & quia laicus non poteſt eſſe Vicarius *c. in nona 22. cauſ. 16. q. ult.* ita nec poteſt ſubſtitui in tali officio, ſeu juriſdictione. Imò id etiam procedit de Clericis conjugatis, quia iſti quoad hoc æquiparantur laicis. Neque in cauſa criminali poteſt laicus eſſe Judex Ordinarius Clericorum, non obſtante quavis contraria conſuetudine, ut habetur *in c. Clerici 8. h. t.* quia nulla conſuetudo quamvis immemorialis poteſt prævalere contra Eccleſiaſticam immunitatem, ſeu exemptionem Clericorum à juriſdictione ſæculari, ut communiter docent Canoniſtæ in *d. c. Clerici 8 h. t.* & ratio petitur etiam ex eo, quia Judex ſæcularis nullam habet juriſdictionem, aut poteſtatem in perſonas Eccleſiaſticas *c. Eccleſia 10. de conſtit.* conſequenter nec potiori jure poteſt laicus cognoſcere in cauſis criminalibus Clericorum, quia id cederet in graviſſimum opprobrium, & contemptum Ordinis Clericalis, ſi ſæculares, qui ſtatu ſunt inferiores, poſſent Clericos in cauſis criminalibus iudicare, ac punire: & hæc eſt ratio cur ſacri Canones *in d. c. Clerici 8. h. t.* non permittant perſonas Eccleſiaſticas judicari à laicis, neque conſuetudinem contrariam poſſe vim ullam habere, quia conſuetudo licèt immemorialis non poteſt prævalere contra libertatem Eccleſiaſticam *c. gravem 53. de ſentent. excommun.* atqui conſuetudo derogans privilegio à ſummis Pontificibus, & Imperatoribus generatim conceſſo Clericis, ne in cauſa criminali, vel civili trahantur ad judicium ſæculare, adverſatur libertati, & immunitati Eccleſiaſticæ, conſequenter nullo unquam tempore poteſt præſcribi, nec induci, eò quia eſſet injuſta, & irrationabilis. Tum quia ut argumentatur Pontifex in *d. c. Clerici 8. h. t.* ſi lex poteſtatis ſæcularis nequit ſtatuta canonum tollere, ſequitur, quòd nec conſuetudo ſæcularium poſſit iiſdem canonum ſtatutis derogare; & cùm lex ſæcularis non poſſit tollere ſtatuta canonum, inter quæ habetur, ut Clerici non ad ſæculare, ſed ad proprium Eccleſiaſticum tribunal trahantur; ſequitur, nulla conſuetudine etiam immemoriali à ſæcularibus inducta poſſe exemptionem Clericorum oboleri; ſiquidem conſuetudo habetur tantùm ut altera lex, nec majores habet vires ipſa lege. ut habetur *in l. de quibus 32. ff. de legib.* ſiquidem conſuetudo inducitur tantùm tacito populorum conſenſu: & lex per expreſſum Principis conſenſum, qui procul dubio validior eſt, & fortior, quàm tacitus *argum. c. nullus 28. de elect. in 6.*

17 Quòd ſi dicas, conſuetudinem derogare etiam ipſi legi. Reſpondetur, id haberi tantùm ex permiſſione legis: hinc ſicut leges ſæculares non poſſunt derogare privilegiis, & exemptionibus conceſſis ſtatui Clericali, ita neque per

con-

conſuetudinem inductam à ſæcularibus, tametſi hæc conſuetudo imemorialis fuerit, quia eſt ſemper contra libertatem Eccleſiaſticam. Quinimo non ſolùm laicus excluditur à cognoſcandis cauſis criminalibus claricorum, ut Judex Ordinarius; verùm etiam, ut dalegatus delagationa Epiſcopi, vel alterius Prælati inferioris Papæ, ut notat Julius Clarus *in praƈt. crimin. §. fin. q. 41. num. 5.* quia id caderet in contemptum, & grave præjudicium ſtatus clericalis, qua ratione ſacri canones non permittunt, perſonas Eccleſiaſticas judicari à laicis. Poteſt nihilominus à Pontifice ob plenitudinem poteſtatis Papalis aommitti laico poteſtas cognoſcendi ſuper cauſis criminalibus alericorum: ita tamen ut ſummus Pontifex deleget cauſas criminales clericorum laico Principi, ut de jure, & authoritata ſedis Apoſtolicæ judicet, & cognoſcat, ut notat Gloſſa *V. prater diſt. 96.* Non verò poteſt laicis Principibus conferre juriſdictionem ordinariam, ut nimirum proprio jure judicent cauſas criminales Clericorum: quia id advarſatur inſtitutioni clericali exigenti, ut ordo Hierarchiæ Ecclaſiaſticæ præſit, non ſubſit Ordini laicali, & ut Eccleſiarum Prælati, ſeu Ordinarii Eccleſiaſticarum parſonarum Judices ſint Clerici, non Laici: non enim decet, ut ſuperior judicatur ab inferiore, quia juriſdictio, cujus judicium aſt exercitium, competit ſuperioti, non inferiori, adeò ut exeraenda ſit in inferiores tantùm, non verò in ſuperiores. Stat igitur, cauſas ſpirituales non poſſa laico committi, cujusmodi ſunt cauſæ beneficiariæ, de jure decimarum, de jure patronatus, jura funerandi, & aliæ id genus, imò neque ex delegatione Prælatorum Eccleſiaſticorum inferiorum, exceptâ plenitudine poteſtatis Papalis. Ubi notandum aſt, hodie nonniſi rariſſimè de hiſce cauſis ſive beneficiorum, ſive decimarum, vel jurispatronatus, vel funerandi agi coram Judice Eccleſiaſtico, in Galliis; eò quia quæſtiones, vel cauſæ iſtæ rariſſimè agantur in petitorio, ſed tantùm in poſſeſſorio, quod ex notoria praxi coram ſolis regiis Conciliis agitatur.

18 Non tamen prohibentur laici eſſa Conſiliarii, & Aſſeſſores Principis Ecclaſiaſtici, ut Epiſcopi, etiam in cauſis ſpiritualibus: Ratio aſt, quia officium Aſſeſſoris nullam habet annexam juriſdictionem, proinde ipſa Judex in cognitiona cauſæ debet præſens aſſiſtere, quia Aſſeſſor per ſe ſolum non poteſt aam audira, nec ejus ſententia valida eſſet, ut notat Gloſſa final. *in l. 1. ff. de offic. Aſſeſſor.* ubi ait, officium Aſſeſſoris eſſe ſine juriſdictione, nec poſſa Aſſeſſorem reum torquere, adeò ut teneatur ipſe Judex adeſſe in cognitione cauſæ; & addit, ſententiam Aſſeſſoris irritam eſſa, ſi ab Aſſeſſore feratur, niſi nudum miniſterium legendi exhibeat, ſicut moris eſt, ut Prælati in dignitatis apice conſtituti mandent Cancellario laico, ut ſententiam privationis aontra clericum ex ſcripto legat: hoc pacto poteſt Prælatus Ecclaſiaſticus præcipere laicis tanquam ſuis miniſtris, & Executoribus, ut Clericum capiant.

19 Imò poteſt laicus eſſe Notarius Epiſcopi in cauſis ſpiritualibus, quia Notarius nudum exhibet miniſterium, quod laicis non prohibetur *c. 1. de procurat. in 6.* Generatim poſſunt committi laicis ea omnia, quæ purum tantùm, & ſimplex exhibent miniſterium, & nullam includunt juriſdictionem, nec præeminentiam, aut gubernationem ſuper clericos. Quinimò quamvis jus eligendi, & confirmandi Prælatum, val recipiendi Monachum non poſſit committi laico, niſi ax plenitudine poteſtatis Papalis, ut docent communiter Canoniſtæ; poteſt nihilominus etiam laico committi facultas eligendi, vel confirmandi, vel etiam acceptandi profeſſionem Monachorum, ut puro, ac ſimplici Executori, quia jus aligendi, aonfirmandi, vel Monachum recipiendi, non potaſt laico committi, ut ex communi ſententia notat Alexander in *c. decernimus 2, n. 18. h. t.* Cætarum laici non debent ſe immiſcere ad tractandas cauſas, ſeu negotia Eccleſiaſtica, quod verum eſt, & intelligitur de propria authoritate ſuopte jure.

Imò Prælati Eccleſiaſtici in tractandis, ac definiendis nagotiis Eccleſiaſticis debent omninò liberè procedere, & non permittere, ſibi modum à laicis præſcribi, vel ſe ab iiſdem impediri: quia juriſdictio Eccleſiaſtica aſt diverſa, ſublimior, & omninò indapandens, quapropter laici non poſſunt de cauſis Ecclaſiaſticis judicare, tametſi Prælati Ecclaſiaſtici ſint nagligentes in hiſce cauſis dignoſcendis, & deſumitur *ex c. qualiter 17. h. t.* ubi habetur, quòd ob defectum juſtitiæ in foro ſæculari poteſt Judax Eccleſiaſticus cognoſcare da cauſis pertinentibus ad forum ſæculare *c. ex transmiſſa 5. licèt h. t.* non tamen viceverſa Judex ſæcularis poteſt ſupplere defectum Judicis Eccleſiaſtici. Ratio diſcriminis eſt, quia judex ſæcularis eſt incapax juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſaltem ut jure ordinario eam exerceat, & è contra Judex Ecclaſiaſticus capax eſt laicalis juriſdictionis, quæ da rebus civilibus etiam inter laicos exercetur. Quinimò ſub Eccleſiæ initiis moris fuit; ut cauſæ civiles fidelium ad Epiſcopum loci daferrentur; qui tanquam Arbiter ſummariè de iiſdem cognoſcebat, & lites ſubortas dirimabat. Tum quia ideò Judex Eccleſiaſticus poteſt cauſas civiles cognoſcere, non ita Judex ſæcularis cauſas Eccleſiaſticas, quia ille eſt major, & iſte inferior, & judex ſuperior, vel major ſupplet negligentiam minoris, non Minor majoris; niſi in caſibus jure expreſſis: quod verò judex ſæcularis ſit infarior Eccleſiaſtico, deſumitur ex eo; quia ratione altioris finis eſt illi ſubordinatus *argum. c. denique hi 5. diſt. 96.* & *extravag. de major. & obed. inter communes*, & daſumitur etiam *ex c. qualiter 17. h. t.* Tum quia quamvis ob defectum juſtitiæ in Judice Eccleſiaſtico recurratur ad competentem judicem ſuperiorem Eccleſiaſticum ejuſdem, ut liquet ex toto titulo *de ſupplend. neglig. Pralat.* nullibi tamen in jore hæc iuriſdictio ſupplendi negligentiam Judicis Ecclaſiaſtici tribuitur judici ſæculari, imò id repugnat, quia iuriſdictio non axercetur niſi in inferiores, & Judex Eccleſiaſticus eſt ſemper ſuperior, & maior judice ſæculari, qui proinda non poteſt iuriſdictionem axercere in Eccleſiaſticum, nec ſupplere ajus negligentiam *cap. ſolita 6. de majoritate. & obed.* 20

Quòd

Digitized by Google

21 Quòd ſi dicas *in c. Filiis 31. cauſ. 16. q. 7. & c. Principes 20. cauſ. 23. q. 5.* haberi ob defectum Judicis Eccleſiaſtici cauſam eſſe deferendam ad Principem ſæcularem. Reſpondetur, hunc textum non adverſari communi doctrinæ, quia ibi non dicitur, ut Princeps ſæcularis ſuppleat negligentiam Judicis Eccleſiaſtici, neque ut procedat, ut Judex in cauſa Eccleſiaſtica, ſed tantùm ut moneat ſuperiorem Eccleſiaſticum de neglecta adminiſtratione juſtitiæ à ſuo inferiore Judice Eccleſiaſtico. Præterea ſi aliqui eſſent canones ſubindicantes, cauſas Eccleſiaſticas ob defectū Eccleſiaſticorum poſſe deſerri, & dirimi à Principe ſæculari; fuerunt poſterioribus temporibus poſtea revocati, ut clarè deſumitur ex *c. qualiter. 17. h. t.* ubi expreſsè definitur, ob defectum juſtitiæ judicis ſæcularis poſſe Judicē Eccleſiaſticū cognoſcere de cauſis pertinentibus ad forum ſæculare; non tamen viciſſim poſſe judicem ſæcularem ſupplere defectum Judicis Eccleſiaſtici, idque nec per conſenſum tacitum, nec expreſſum: quia Judex Eccleſiaſticus non poteſt per expreſſum conſenſum dare judici ſæculari poteſtatem judicandi clericum, etiam conſentientem *c. ſignificâſti 18. in fin. de for. compet.*

22 Non tamen Judex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de cauſis politicis, ac civilibus pertinentibus ad forum ſæculare, quod tamen intelligendum eſt directè; adeò ut non poſſit Eccleſiaſticus eſſe Ordinarius Judex cauſarum civilium pertinentium ad forum ſæculare, & deſumitur *ex c. novit. 13. h. t.* ubi Innocentius III. expreſsè declarat, poteſtatem Eccleſiaſticam eſſe diverſam à ſæculari, & neutram alterius negotiis debere ſe immiſcere, & reſcribit Regi Galliæ non eſſe ſuam intentionem ſibi uſurpare iuriſdictionem Regiam ſæcularem, nec eam perturbare, aut minuere: cùm viciſſim etiam ipſe Rex non poſſit juriſdictionem Pontificis ſibi uſurpare, nec eam impedire. Ratio ex eo itidem deſumitur, quia Eccleſiaſticus non habet juriſdictionem in cauſis temporalibus fidelium, niſi illi ſubiiciantur iuriſdictioni temporali Pontificis: eo ipſo, quòd poteſtas Eccleſiaſtica, & ſæcularis ſunt diverſæ, una non debet aliam impedire, nec ſe immiſcere negotiis alterius. Nihilominus licèt Judex Eccleſiaſticus non debeat ſe immiſcere cauſis civilibus, nec de illis directè, & ordinariè cognoſcere ob defectum iuriſdictionis; poſſunt tamen Prælati Eccleſiaſtici per viam denuntiationis Evangelicæ de quolibet peccato mortali ſubditos corrigere; & ſi opus ſit ad emendationem etiam per cenſuras compellere: idque deſumitur ex *d. c. novit. 13. h. t.* ubi Innocentius III. ait, ſe Legato ſuo præcepiſſe, ut niſi Rex Galliæ cum Rege Angliæ litem componat, vel ſaltem cauſam permittat cognoſci de plano, tum procedi debeat ad cenſuras juxta formam à Pontifice præſcriptam: quia ad Eccleſiaſticum Prælatum pertinet ſubditos corrigere ratione peccati alicuius mortalis; quia laici ratione lethalis culpæ ſubjiciuntur judicio Eccleſiaſtico; & non ſolùm poſt patratum peccatum, ſed etiam antequam committatur, ut nimirum declinetur, ut notat Barb. *in collect. in d. c. novit.*

23 Verùm hæc correctio ita intelligitur, ut procedat per viam denuntiationis Evangelicæ, alioquin Judex Eccleſiaſticus directè, & ordinariè non cognoſcit de criminibus laicorum, qui iuriſdictioni ſubjiciuntur ſæculari, niſi in certis caſibus expreſſis in jure. Præterea quamvis denuntians crimen ſui proximi Prælato Eccleſiaſtico, ſi ſolùm intendat eius emandationem, non teneatur illud probare, ſed ſufficiat, ſi adſint indicia: nihilominus ſi denuntians agat etiam de ſuo intereſſe, ſcilicet ut damnum ſibi illatum compenſetur, vel debitum reſtituatur, tum non ſufficiunt ſola indicia, ſed neceſſarius eſt proceſſus judiciarius, ut docet Innocentius *in d. c. novit. 13. n. 2. h. t.*

Quamobrem licèt denuntiatio Evangelica, 24
quæ eſt merè charitativa, ac tendit ad ſolam fratris emendationem ordinariè admittatur à Judice Eccleſiaſtico, ſi privata monitio præceſſerit, ſi tamen denuntians agat de ſuo privato intereſſe inter perſonas laicas, tunc ab Eccleſia ordinariè non admittitur, ſed remittitur denuntians ad Judicem ſæcularem. Excipitur tamen ſi Judex ſæcularis nolit iuſtitiam adminiſtrare *c. Ex tenore 11. de for. compet.* vel niſi cauſa ratione adiecti iuramenti, vel pacis violatæ fiat Eccleſiaſtica: vel niſi interveniat defectus Judicis, quia Reus tunc debet judicari à judice Eccleſiaſtico ſupplente defectum Judicis inferioris ſæcularis: ſed tunc requiritur prævia privata monitio, & ut crimen à denuntiante probetur, & proceſſus judicialis ſaltem de plano inſtituatur, ut notat Abbas *in d. c. novit. n. 31.*

§. V.

De Iuriſdictione Eccleſiaſtica quoad cauſas teſtamentarias, aliáſque circa bona amortizata, ſeu circa bona ſtabilia alienanda in perſonas Eccleſiaſticas.

CErtum eſt, in ſummam olim apud Romanos 1
fuiſſe venerationem ultimas defunctorum diſpoſitiones, & ut ſacrilegos, ac falſarios punitos fuiſſe eos, qui ultimas hominum diſpoſitiones, antequam decederent, auſi fuerant aperire, & evulgare, ut habetur *in l. 2. §. 5. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Hinc ut tutiùs conſervarentur, ac fidelius poſtea demandarentur executioni, moris fuit apud priſcos Romanos, ut tabulæ teſtamentorum deponerentur in æde ſacra, ipſiſque Præfectis eiusdem ſacræ ædis concrederentur, ut refert Ulpianus *in l. 3. §. 3. ff. de tabul. exhibend.* ubi ait: *Proinde & ſi cuſtodiam tabularum aditnus, vel Tabellarius ſuſcepit, dicendum eſt eum teneri interdicto*; nomine autem æditui intelligi Præfectum ſacræ ædis notat Gottofredus *in not. n. 17.* ubi addit, moris fuiſſe; ut veteres teſtamenta templis, eorúmque Cuſtodibus, ut & Veſtalibus commendarent.

Exploratum itidem eſt, conſueviſſe etiam o- 2
lim Chriſtianos Imperatores teſtamenta ſpecialiter Epiſcopis concredere, iiſdémque eorum curam demandare, & præſertim; ut invigilarent; ſi ſuprema defuncti voluntas executioni mandaretur *l. 28. c. de Epiſcop. & Cleric.* Hinc conſuetudo apud primos in Eccleſia fideles inolevit, ut ſua teſtamenta Epiſcopis concrederent;

rent, eiſque curam etiam committerent executionis, & Amoinus *lib.4. de geſtis Francor. n.30.* narrat, Dagobertum Regem Galliæ voluiſſe teſtamenti ſui quatuor reſcribi exemplaria, ex quibus unum Lugduni, aliud Pariſiis, & tertium Mettis in Eccleſiis aſſervarentur. Mos autem coosignandi ultimas voluotates, ac diſpoſitiones ſacerdotibus, iisdemque executionem demandandi ex eo probabiliter fluxit, quia teſtamentorum executio, & difficultatum ſuper iisdem orientium diſcuſſio ad Eccleſiaſticos pertineret, qui præ cæteris morum integritate, prudentiæ uſu, & religionis virtute alios præcellerent; quæ cauſa fuit, ut decedentes ipſis potiùs Eccleſiaſticis, quàm aliis extremas ſuas crederent voluntates. Hinc moris itidem fuit, ut oullum conficeretur teſtamentum, niſi Notarius aliquis Eccleſiaſticus iotereſſet, ut nimirum ad forum Eccleſiaſticum id pertinere ſtatim cooſtaret. Idque etiam deſumitur ex variis ſummorum Pontificum reſcriptis; ſiquidem Alexander III. Innocentius III. & Gregorius IX. in *tit. de teſtament.* reſcribunt, quæſtiones teſtamentarias, quamvis civiles, & profanas fuiſſe relatas ad Pootifices, & Epiſcopos, & eorum deciſiones ſuper iis expetitas *c.16. & 18. de teſtament.*

3 Poſterioribus tameo temporibus adempta fuit Notariis Eccleſiaſticis authoritas conficiendi teſtamenta, eò quia id videretur ſolam temporalitatem redolere, & ejus cognitionem ad ſolum Judicem ſæcularem pertinere, ut ootat Feveretius *de abuſu lib.4. cap.7. num.4.* adeò ut interdicta poſtea fuerit Notariis Eccleſiaſticis teſtamenti confectio abrogatis ſpecialibus locorum conſuetudinibus, ex quibus teſtamenta coram Notariis Eccleſiaſticis fieri evincebatur. Poſt haoc igitur inhibitionem cœperuot teſtamenta præſertim in Gallia ſcribi à Notariis Regiis, qui conſulto ſtylo apponebant clauſulam ſubmiſſionis Iudicibus Regiis; qua mediante appoſitione ſigilli Regii cauſæ teſtameotorum civilibus, ac profanis accenſebantur, ut notat Choppinus *de domanio regio lib. 2. tit.7. num.6.* Nihilominus licèt teſtamenta à Notariis Regiis ſcriberentur, eſſentque Regiæ cognitionis; non propterea adhuc excluſi erant Judices Eccleſiaſtici, cùm daretur tunc locus præventioni, poſſentque executores adhuc executionem voluntariè ſubmittere Curiæ Eccleſiaſticæ, ut refert Joannes Gallus antiquus Juriſconſultus *quæſt. 26.* hanc tameo præventionem etiam in Galliis amiſit Judex Eccleſiaſticus, adeò ut cognitio ſuper cauſis teſtamentariis, quæ ex præſcripto variarum conſuetudinum erat mixti fori; facta poſtea fuerit fori merè ſæcularis, idque ſive teſtamentum fuerit laici, ſive Sacerdotis, ſive Teſtatores voluntariè ſubjeciſſent executionem ſuarum extremarum diſpoſitionum Curiæ ſpirituali, ut ex pluribus arreſtis probat Broudæus *in not. ad Louetium. litt. N. n.5.* & Michael Rouſſellius *lib.4. hiſtor. Juris Pontif. c.4. num.* 20. ubi notat hodie generaliter controverſiæ, & cauſas teſtamentarias etiam inter Eccleſiaſticos pertinere ad tribunal ſæculare: ex quo liquet, juriſdictionem ſæcularem fuiſſe valdè ampliatam circa cauſas teſtamentarias, & Eccleſiaſticam diminutam: quinimò quamvis quæſtio ſit de teſtamento ad cauſas pias etiam Clerici, coram Judice ſæculari agitur in Galliis; ita ſtatuentibus Regiis parlamentis, ut ootat Broudæus *loc. cit.*

4 Aliæ verò Provinciæ mitiores, & moderatiores fuerunt in reſtringeoda Eccleſiaſtica juriſdictione quoad teſtamenta, eorúmque executiones, ac quæſtiones ſuper eorum validitate. Io Belgio enim adhuc viget conſuetudo, ut cauſæ teſtamentariæ referantur ad Judicem Eccleſiaſticum; & *in par. 1. edict. Brabantiæ. lib. 1. tit. 1. cap. 1.* habetur privilegium Philippi Boni emanatum Anno 1447. quo conceditur pro privilegio Incolis Brabantiæ, ut coram Judice Eccleſiaſtico ooo poſſint citari, niſi ex cauſis teſtamentorum, contractuum antenuptialium, & bonorum amortizatorum; & conceditur facultas Judicibus Eccleſiaſticis ſententias ſuas in his cauſis latas exequendi etiam per mandata, & inhibitiones, hocque privilegium fuit etiam confirmatum à Carolo V. Anno 1515. *Artic. 3.* ubi Judicibus Eccleſiaſticis permittitur cognitio de tribus prædictis cauſis; licèt Regii Miniſtri, ne excluderentur ab earum cognitione Judices ſæculares, poſteà ſuſtinuerint hæc tria præfata cauſarum genera eſſe mixti fori.

5 Quia verò hodie plerisque io locis cognitio cauſarum bonorum Eccleſiaſticorum, quæ vulgo dicuntur amortizata uſurpatur à Judice ſæculari, à quo etiam prohibentur, quatenus Principes ſæculares ſuis edictis prohibent, ne bona temporalia immobilia transferantur ad dominium Eccleſiaſticorum; operæ pretium eſt, hic breviter examinare, num hæc cauſa pertineat ad forum ſæculare: & an Princeps ſæcularis poſſit per ſuam legem, vel ſtatutum prohibere, ne bona ſtabilia alienentur in Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, quarum bona, cum gaudeant immunitate, ideò quæ ex bonis ſtabilibus alienantur, vel transferuntur in Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas dicuntur devolvi ad manus mortuas; quatenus Princeps ob immunitatem Eccleſiaſticam non poteſt ſuper bonis illis diſponere ſicut de bonis laicorum; & quia bona illa reſpectu Principis perinde ſe habent, ac ſi eſſent mortua, ideò bona ſtabilia, quæ alienantur in Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas dicuntur amortizata; & lex prohibens haoc eandem alienationem dicitur amortizationis.

6 Hanc tamen legem amortizationis ſacris adverſari canonibus, & eam ſancientes, & promulgantes eſſe violatores libertatis Eccleſiaſticæ, & incurrere cenſuras Bullæ cœnæ ex eo clarè evincitur, quia ſtatutum prohibens Eccleſiis, & locis piis, ut etiam perſonis Eccleſiaſticis, quod iisdem competit ex privilegio dato à Romanis Pontificibus, vel à Chriſtianis Imperatoribus, obſtat procul dubio libertati Eccleſiaſticæ, quam graviſſimè lædit, ut docent communiter Canoniſtæ præſertim Hoſtienſi *in cap. fin. de reb. Eccleſ. non alienand.* Panormitanus *in cap. Eccleſia S. M. de conſtitut. n.23.* Innocentius *in cap. noveris num. 2. V. is igitur de ſent. excom-*

mun. ſed tale eſt ſtatutum, quo cavetur, ne bona ſtabilia laicorum transferantur in Eccleſiaſticas perſonas, ſiquidem tollit privilegium conceſſum Eccleſiis, locis piis, & Eccleſiaſticis perſonis à Deo, à jure canonico, imò etiam civili: quòd enim Deus conceſſerit hoc privilegium, ex eo oſtenditur; quia Deus, cujus intuitu donatur Eccleſiis, eſt rerum omnium, verus, proprius, ac diſpoticus Dominus *l. Adeo §. cùm quis ff. de acquir. rer domin.* & omnia in uſum hominum conceſſit *l. in pecudum. ff. de uſur. l. 2. §. de ſtatut. hominum.*

7 Ex eo autem, quòd Deus omnia conceſſerit in uſum hominum, & ut ſupremus, ac diſpoticus Dominus potuerit concedere; ſequitor, quòd etiam conceſſerit Eccleſiis, locis piis, & perſonis Eccleſiaſticis poſſe poſſidere bona immobilia, quantum poſſunt ſæculares, non enim ab hac liberali Dei conceſſione excipiuntor Eccleſiæ, loca pia, & Eccleſiaſtici; imò potiori jure videtur divina conceſſio Eccleſias, & Eccleſiaſticos reſpicere, cum ſpecialiùs pertineant ad divinum cultum: unde lex, qua cavetur, ne bona immobilia transferantur in Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas tollit privilegium conceſſum à Deo Eccleſiæ, & Clericis, conſequentèr graviſſimè lædit libertatem Eccleſiaſticam.

8 Quòd etiam hujusmodi privilegium concedatur à jure canonico, liquet ex *cap. futuram Eccleſiam*, & *c. videntes 12. quæſt. 1.* ubi Urbanus Papa aſſignat rationem, cur oportuerit, prædia Eccleſiis donare, & ſemel donata inviolabiliter retinere: eò quia major otilitas poterat fidelibus conferri, ſi agri, & prædia, quæ vendebantur, traderentur ipſis Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis, ut ex eorum fructibus Paſtores Eccleſiarum pauperibus opitularentur, quod non fieret, ſi ſolum pretium prædiorum traderetur.

9 Quòd verò fuerit hoc privilegium jure civili conceſſum Eccleſiis, & Eccleſiaſticis, ex eo etiam evincitur, quia ex lege generali *l. jubemus 2. l. fin. C. de SS. Eccleſ.* permittitur unicuique relinquere Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis, quantum ex bonis immobilibus voluerit, nec deſunt innomera propemodum exempla hoc idem confirmantia. Unde ſtatutum, quo cavetur, ne bona immobilia transferantur in Eccleſiaſticas perſonas, adverſatur libertati Eccleſiaſticæ, quam etiam graviſſimè lædit, proinde condentes; vel promulgantes hujusmodi ſtatutum non excuſantur ab incurrendis cenſuria Bullæ cœnæ.

10 Præterea docent communiter Doctores, ſtatutum laicale prohibens alienationem bonorum in forenſes, & non ſubditos, non comprehendere Eccleſias, nec perſonas Eccleſiaſticas, quas ſi comprehenderet irritum eſſet, quia læderet libertatem Eccleſiaſticam: unde ex defectu voluntatis Eccleſiæ, perſonæ Eccleſiaſticæ non comprehenduntur in tali ſtatuto. Tum quia non præſumuntur ſtatuentes voluiſſe in generali diſpoſitione comprehendere perſonas, quas tametſi voluiſſent, non potuiſſent in ſpecie eas comprehendere, & ſi eas comprehenderent, ſtatutum non valeret ex defectu poteſtatis, ut eruditè probat Oldradus in quadam ſua diſputatióne, quam refert, & ſequitur Bartolus in *l. filiusfamilias §. Divi num. 12.* Ratio ex eo deſumitur, quia Principes ſæculares non poſſunt leges ſancire, niſi de iis, quæ eorum ſubjiciuntur jurisdictioni, adeò ut terminos ſuæ jurisdictionis non poſſint excedere, *cap. ſi Imperator 96. diſt.* ubi quòd Principes laici poſſint leges condere, procedit, dummodo non comprehendant clericos, & Eccleſias, & eorum bona, nec lædant immunitatem Eccleſiaſticam; alioquin ſi vellent ligare perſonas Eccleſiaſticas, non eſſet lex juſta.

Poſſet tamen in contrárium objici, quia Princeps ſæcularis poteſt condere ſtatutum prohibens alienationem bonorum in non ſubditos: 11
ſicut enim habet Princeps jurisdictionem in ſuos ſubditos, ita poteſt ipſis prohibere alienationem bonorum in non ſubditos *l. ſi in emptionem §. communium de contrah. empt. l. de policit. not. l. ſi ita quis §. ea lege ff. de V. O.* atqui Eccleſiaſtici non ſunt ſubditi Principis ſæcularis, cum non ſubjiciantur ejus jurisdictioni, conſequenter per tale ſtatutum prohibentur ſubditi laici alienare bona ſua ſtabilia non ſolùm in non ſubditos laicos, ſed etiam in Clericos, & Eccleſiaſticos. Sed contra quia tametſi tale ſtatutum poſſet fieri taliter, ut comprehenderet non ſubditos laicos, non tamen ut comprehenderet Eccleſiaſticos, qui propterea tali ſtatuto non poſſent ligari: ratio eſt, quia nulla diſpoſitio generalis comprehendit caſus, vel perſonas in ſpecie privilegiatas, nec ſub generali diſpoſitione comprehenditur id, quod in ſpecie diſponi non poteſt *l. Lucius §. penult. ad municip.* alioquin ſi tale ſtatutum prohiberet, ne bona ſtabilia alienentur in perſonas Eccleſiaſticas eſſet injuſtum, & iniquum: quia prohiberet Eccleſiaſticis, quod nec naturali, nec divino jure iisdem prohibitum eſt, imò quòd illis humano jure conceditur *l. generali l. jubemus de ſacros. Eccleſ.* obi expreſiè conceditur, ut Eccleſiaſticis liberè legari, & donari poſſint à laicis eorum bona, tam inter vivos, quàm mortis causâ: & id facere prohibentes damnantur expreſsè in *c. vos de immun. Eccleſ. in 6.*

Neque obſtat, tale ſtatutum à Principe tantùm dirigi ad ſuos ſubditos laicos, quibus poteſt prohibere alienationem bonorum ſtabiliom. 12
Nam contra eſt, quia licèt quoad verba dirigatur tantùm ad ſuos ſubditos, quibus prohibetur alienatio bonorum ſtabilium, & ob hoc non videatur lædi libertas Eccleſiaſtica; nihilominus intentionaliter, & quoad mentem infringit libertatem Eccleſiaſticam faciens fraudem de perſona ad perſonam, ut notat Gloſſa *in cap. fin. de immun. Eccleſ. in 6. V. libertatis*, & ita etiam reſpondent communiter Juriſperiti præſertim Ancharanus *conſ. 155. num. 7.* ubi optimis rationibus id oſtendit. Tum quia ex eo, quòd Princeps ſæcularis ſanciat ſtatutum, quo prohibet ſuis ſubditis laicis, ne

extra

transferant in non ſubditos bona ſua ſtabilia, vel tale ſtatutum, ſi validum ſic non comprehendit Eccleſiaſticos, eò quia nulla diſpoſitio generalis comprehendit caſus, vel perſonas in ſpecie privilegiatas & ſub generali diſpoſitione non comprehenditur, quod in ſpecie diſponi non poteſt *d. l. Lucius §. penult.* vel ſi comprehendit Eccleſiaſticos, eſt ſtatutum iniquum, quia Princeps non habet jurisdictionem in Eccleſiaſticos, quibus propterea non poteſt prohibere acquiſitionem bonorum ſtabilium.

13 Si dicas, Principem in ſuo ſtatuto non prohibere Eccleſiaſticis acquiſitionem bonorum ſtabilium, ſed tantùm ſuis ſubditis laicis eorundem bonorum alienationem, Contra eſt, quia licèt hoc ſtatutum directè feratur in ſubditos laicos, indirectè tamen afficit etiam perſonas Eccleſiaſticas: atqui ſtatuta laicorum, nec directè, nec indirectè poſſunt perſonas Eccleſiaſticas afficere ob defectum poteſtatis, & jurisdictionis: non enim inſpicitur, cum quo quis loquatur; ſed in quem effectus ſermonis confe(ratur); ut notat Gaſpar de Galde inter Conſil. Anthar. *conſil. 12. ſuper caſu. n. 3.* & *in repetit. c. canonum ſtatuta num.* 175. *V. præterea iſte de conſtitut. & c. final. num. 1. in 3. notab. de immun. Eccleſ. in 6.* Abbas *in repetit. cap. Eccleſia ſancta Mariæ num. 31. V. item licèt verba ſtatuti de Conſtit.* Tum quia Doctores communiter docent, ſtatuta laicorum nec directè, nec indirectè poſſe præjudicare Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis; ut fusè probat Felinus *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. num. 89. V. quibus non obſtantibus.* Imò nec ſtatuta laicorum licèt favorabilia ligant Clericos, & Eccleſias, niſi à Papa fuerint expreſsè approbata, ut habetur in *d. c. Eccleſia ſancta Mariæ de conſtit. & in c. cùm veniſſent de eo, qui mittitur in poſſeſſionem*, & fusè probat Matthæus de Afflictis *tract. de jure protho. num. 8.*

14 Conſtat igitur, legem amortizationis expreſsè diſponentem, ut non poſſint vendi, donari, vel relinqui bona ſtabilia Eccleſiis eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam *cap. fin. de immun. Eccleſ. in 6.* & ſancientes talem legem incurrere excommunicationem Bullæ cœnæ, ut docent Geminian. *d. c. fin. num. 4.* & Ancharanus *num. 1. V. præterea.* Quòd ſi dicas, textum *in d. c. fin.* præſumere tantum eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam propter illa verba: *Cùm talia in derogationem libertatis Eccleſiaſticæ præſumantur.* Contra eſt, quia cùm citatus canon præſumat prohibitionem factam in fraudem Eccleſiaſticorum; & ſuper præſumpto diſponat; eſt præſumptio juris; & de jure, quæ non admittit probationem in contrarium, ut notat Gloſſa *in c. is qui fidem V. contra præſumptionem de ſponſal.* Baldus *in l. ſive poſſidetis num. 6. C. de probat.* Alexander *conſil. 91. in cauſa inter Antonium n. 9.* Felinus *in cap. quanto num. 3. de præſumpt.*

Neque urget, quod reſpondent alii; tale ſta-
15 tutum non tollere in totum; & generaliter facultatem acquirendi Eccleſiaſticis; ſed tantùm in certò caſu, & reſpectu bonorum ſtabilium: ſed ut prohibitio de non acquirendis bonis immobilibus officiat libertati Eccleſiaſticæ debet eſſe generalis; & ut de Clericis, & Eccleſiis fiat expreſſa mentio: hac reſponſione nituntur aliqui declinare diffitultatem textus *in cap. fin. de immun. Eccleſ.* Sed contra eſt, quia cùm jura præcipiant libertatem, & jurisdictionem Eccleſiaſticam eſſe illæſam ſervandam, & non poſſe Principes laicos per ſua ſtatuta eidem officere; nil refert, an libertas Eccleſiaſtica lædatur in toto, vel parte: quia ſemper verum eſt lædi per ſtatuta laicorum. Tum quia eſt eadem ratio prohibitionis de toto, ac de parte; & valet argumentum de toto quoad partem *l. quæ de toto ff. de rei vendic.* non enim plus, & minus differunt ſpecie *l. fin. ff. de fund. inſtruct.* & docet Baldus *l. 2. C. de reſcind. vendit.*

Tum quia eatenus Princeps laicus non poteſt Eccleſiaſticis prohibere acquiſitionem bonorum ſtabilium, quia non habet in ipſos jurisdictionem, cum enim talis prohibitio ſit lex debet ferri ab habente habente jurisdictionem in eos, circa quos lex ſancitur: atqui ſive lex prohibeat in toto, ſive in parte Eccleſiaſticis talem acquiſitionem ſemper ſupponit in Principe jurisdictionem in Eccleſiaſticas perſonas, quæ jurisdictio repugnat; quia non poteſt hæc exerceri niſi in inferiores, & perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt in Ordine ſuperiori: quo fit, ut ſtatuta laicorum; ſicut non poſſunt directè, ita neque indirectè afficere perſonas Eccleſiaſticas ob defectum jurisdictionis. Præterea prohibitionem etiam quoad partem lædere libertatem Eccleſiaſticam clarè deſumitur ex *c. quæ in Eccleſiarum. 8. de conſtit.* ubi ſtatutum laicorum non erat generale; nec in totum prohibebat acquiſitionem fieri in Eccleſiam, ſed tantùm quoad dominium utile rerum emphyteuticarum Eccleſiæ Clericorum; & in caſu certo, & raro, ſcilicet ſi contingeret; dominium utile laborare paupertate. Secundò ex textu *in d. c. Eccleſia ſancta Maria. 10.* ubi ſtatutom laicorum non prohibet generaliter, ſed in caſu tantùm particulari, nimirum ſi res ſit litigioſa, & nihilominus non comprehendit Eccleſiam. Tertiò ex textu *in cap. Quanto de privileg.* ubi prohibitio non erat generalis, nec prohibebat Eccleſiam poſſe acquirere, ſed tantùm in caſu ſpeciali, ut ex furnis, & molendinis, & nihilominus hæ omnes prohibitiones, non totales, ſed partiales prohibentur in jure canonico; eò quia ſive prohibitio fiat in parte, ſive in toto ſemper læditur libertas Eccleſiaſtica; in quam Principes ſæculares nullam habent jurisdictionem, & firmatur ex *cap. fin. de immunit. Eccleſ. in 6.* ubi Bonifatius VIII. ait; *quicunque vendant, aut emant* utitur enim Pontifex particula illa disjunctiva *aut*, & ad veritatem propoſitionis disjunctivæ ſatis eſt, ſi una par ſit vera *l. ſi hæredi plures ff. de conditione. inſtitut. L. cùm pupillus. 78 §. disjunctivo modo ff. de condit. & demonſtrat.*

Præterea quia Pontifices hanc legem amortizationis tam quoad totum, quàm quoad partem reprobârunt; & damnârunt, hinc Innocentius III. ſcripſit Epiſcopis Carticens. & Sydoniens. ut conſtitutionem Henrici Imperatoris Conſtantinopolitani, qua cavebatur, ut nul- 17

lus poſſet de ſuis poſſeſſionibus in vita, vel ultimo teſtamento quicquam Eccleſiis elegare, nullius eſſe valoris, declararent. Rurſus idem Pontifex coercuit eos etiam, qui poſthabito Dei Zelo laicis in ægritudine laborantibus ſuadebant, ne de terris, vel ſuis hæreditatibus aliquid elargirentur in eleemoſynam Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis. Gregorius IX. mandavit Epiſcopo Burgenſi, & Decano Calaguritano, ut Regem Caſtellæ diligentiùs monerent, ac procurarent inducere, ut revocaret ſtatuta, quibus non ſine gravi detrimento Eccleſiæ Calaguritanæ præceperat, ne quis impoſterum donare, vel vendere præſumeret bona immobilia Eccleſiæ cathedrali, aut Monaſteriis, aliíſque piis locis ejusdem Diœceſis. Alexander IV. cùm intellexiſſet, aliquos laicos Magiſtratus exercere juriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas prætextu bonorum Eccleſiis acquiſitorum, ac imponere iiſdem collectas, & alia plura gravamina, per generalem conſtitutionem mandavit, ut hæc omnia gravamina tollerentur; & Judices ſæculares, niſi deſiſterent, anathemate percuterentur: habetur hæc conſtitutio Alaxandri IV. in *cap. 1. de immunit. Eccleſ. in 6.* Clemens IV. ut à ſimilibus ſtatutis laicos averteret anno 4. ſui Pontificatus ſcripſit ad Regem Portugalliæ, ut ſtatim per ſe ipſum prætenſas quasdam coonſuetudines, quibus bona ſtabilia prohiebantur transferri ad perſonas Eccleſiaſticas ravocaret, & ad id enixim roget Regem, ne correctionis neceſſitatem expectet. Martinus IV. etiam declaravit irritum, & iniquum ſtatutum Raginorum, ne quis perſonis Eccleſiaſticis, vel Eccleſiis vendere poſſet aliquid, vel donare, & per cenſuras excommunicationis, & interdicti, & pœnam privationis feudorum, etiam Reginos compulit, ut ſtatutum illud de ſuis Cartulariis omninò abraderent. Hæc eadem ſtatuta, quibus Principes laici ſuis prohibebant ſubditis laicis vendere, vel relinquere bona ſua immobilia Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis Concilia Generalia reprobârunt, & damnârunt: etenim Concilium Lateranenſe Generale ſub Innocentio III. anno 1215. *c. 44.* & refertur in *c. cum laicis de reb. Eccleſ. non alienand.* decrevit, admonendos eſſe Principes laicos etiam per canſuram Eccleſiaſticam, ut abſtinerent ab hujusmodi ſtatutis faciendis, & jam ſancita declaravit omninò invalida. Concilium Conſtantienſe hæc eadem ſtatuta laicalia omniniò damnavit, eò quia libartatem Eccleſiaſticam graviter læderent, cùm prohiberent, ne laici Eccleſiis, & parſonis Eccleſiaſticis relinquerent, vel venderent bona ſtabilia, idque habetur in confirmatione conſtitutionum Federici II. & Caroli IV. in ſine Concilii Conſtantienſis. Concilium Generale Lateranenſe ſub Leone X. *ſeſſ. 10. in princ.* iterum reprobavit, & irrita declaravit ſtatuta Principum laicorum prohibentia ſuis ſubditis laicis relinqoere, vel vendere bona ſtibilia Eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis, eò quia id libertatem Eccleſiaſticam graviter lædat. Demum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de reform. cap. 20.* prædicta omnia ſtatuta Principum laicorum contra Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas iterum damnavit.

In contrarium taman ſolent aliqua opponi. 18
Primò quia ſtatuta prohibentia laicis alienationem bonorum ſtabilium fiunt intuitu boni communis, & ob publicam utilitatem, proinde videntur etiam comprehendere Clericos, qui propterea tenentur ea ſervare. Sed contra quidquid ſit, an hujusmodi ſtatuta fiant intuitu boni communis, non tamen debent, nec poſſunt de Eccleſia, & Clericis expreſsè diſponere, quamvis ipſa diſpoſitio favorabilis ſit *cap. Eccleſia ſancta Maria de conſtitut.* & *cap. cum laicis de rebus Eccleſ. non alienand.* & docet Abbas *in cap. Clericis de for. compet.* idque vel maximè procedit, ſi Eccleſiis, & Clericis aliquid prohibeatur: ſiquidem ex forma prohibitionis intentio colligitur diſponentis, nimirum id fieri in detrimentum Eccleſiaſticæ libertatis, ut notat Cardinalis in *c. perpendimus de ſent. excommun. n. 13.*

Tum quia cùm Princeps laicus nullam habeat juriſdictionem in Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, non poteſt quidquam illis prohibere, quia prohibitio fit in ſubditum, & Eccleſiaſtici non ſubjiciuntur, quoad libertatem Eccleſiaſticam Principi laico *l. 1. §. fin. de Tutor. & Curat.* Imò nec in bona Clericorum, & Eccleſiarum poſſunt Principes laici juriſdictionem exercere, quia bona tanquam acceſſoria ſequuntur principalem perſonam, à qua poſſidentur: conſequenter, perinde bona Clericorum gaudent privilegio immunitatis, ac ipſi Clerici, ac Eccleſiaſtici; alioquin ut notat Abbas *in d. c. Eccleſia ſancta Maria de conſtitut.* ſi bona Eccleſiarum, & Clericorum legibus ſubjicerentur laicorum; ratione eorundem indirectè etiam Clerici ſubjicerentur foro ſæculari, ad quem propterea traherentur, quod dici nequit: quia Clerici non ſubjiciuntur juriſdictioni laicali, præſunt enim Clerici laicis non ſubſunt, & inferior in ſuperiorem non exercet juriſdictionem. 19

Neque obſtat publica utilitas, ob quam dicuntur hujusmodi ſtatuta fieri; quia publica utilitas non operatur validitatem ſtatuti, eò quia deſit juriſdictio in ſtatuente: & ſicut ſtatutum emanatum à non habente juriſdictionem eſt irritum: ita licèt conditum eſſet ob publicam utilitatem: adhuc eſſet invalidum, ceſſante enim poteſtate; & juriſdictione in ſtatuente, ejus ſtatuta nullius ſunt valoris, ut docet Felinus *in d. c. Eccleſia de conſtit. n. 89.* 20

Præterea licet ſtatutum aliquod fiat ob publicam utilitatem, non tamen ſi libertati Eccleſiaſticæ officit poteſt Eccleſias, & Eccleſiaſticos afficere, idque defectu juriſdictionis in Principe laico circa Clericos: & quia publica utilitas non dat laicis hanc juriſdictionem, ideò non poſſunt quidquam ſtatuere circa Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas *c. benè quidem diſt. 96. c. quæ in Eccleſiarum c. Eccleſia Sancta Maria de conſtit. c. At ſi Clerici de foro compet.* Quamobrem ex eo, quòd publica neceſſitas, & commune bonum exigat ſtatutum aliquod fieri, non tamen ſequitur, tale ſtatutum comprehendere Eccleſias, & Clericos: quia publica utilitas cum non tribuat juriſdictionem Principi laico in Eccleſias, & Clericos; non poteſt Prin- 21

ceps

ceps laicus ligare Eccleſiaſticos, quia id ſupponit jurisdictionem in ligante.

22 Tum quia cum ad ſanciendas leges ſemper neceſſaria ſit cauſa aliqua publica in legislatore; hic procul dubio ſuam jurisdictionem extenderet in non ſubditos, ſi Clericos, vel Eccleſias intenderet comprehendere, & obligare ſuis legibus, non enim poteſt lex ferri in non ſubditum: etenim condere legem eſt actus jurisdictionis, & non poteſt exerceri niſi in ſubditos: jurisdictio enim dicit relationem ad ſolos ſubditos, hinc docet Suarez. *de cenſur. diſput. 4. ſect. 6. n. 5.* legem eſſe iniquam, & irritam, ſi ſancita ſit à non habente jurisdictionem: quia ſicut actus ſine potentia eſſe non poteſt, ita neque condere legem ſine jurisdictione: quæ ſi ſanciatur iniqua eſt ratione uſurpatæ jurisdictionis: quia ut diximus, utilitas publica prohibens alienationes rerum ad Eccleſiaſticos non dat jurisdictionem.

23 Quòd ſi dicas, Clericos teneri ad obſervantiam ſtatutorum laicorum, ſi hæc promoveant publicam utilitatem. Reſpondetur, id tantùm procedere, quando ſtatuta non lædant libertatem Eccleſiaſticam: ſed eam graviter lædit lex amortizationis, qua bona ſtabilia prohibentur alienari in Eccleſias, vel Eccleſiaſticos: quia quod jus divinum, & Eccleſiaſticum, imò & civile concedunt Eccleſiaſticis, id prohiberetur per legem amortizationis.

24 Poſſet tamen quis inſtare: quia ex pacto, vel teſtamento poſſunt privati convenire pro bono familiæ, ne bona ſtabilia ejusdem in Eccleſias, & Eccleſiaſticos alienentur *l. fin. C. de pact. inter empt. & vendit.* ergò etiam Principes ob bonum commune Reipublicæ poſſunt ſtatuere, & prohibere ſuis ſubditis laicis, ne eorum bona immobilia transferant in Eccleſias, vel Eccleſiaſticos; ſiquidem de pacto ad ſtatutum valet argumentum *l. fin. C. de fidejuſſ.* Tum quia teſte Bartolo in *l. fin. n. 6. C. de pact.* validum eſt ſtatutum prohibens, ne ingrediens monaſterium ſuccedat in paterna hæreditate. Sed contra reſpondetur cum diſtinctione, de pacto ad ſtatutum valet argumentum, ſi militet utrinque eadem ratio conceditur; ſin autem diverſa, negatur: in præſenti autem militat diverſa ratio, ut notat Felinus in *c. Eccleſia Sancta Maria n. 89. de conſtit.*

25 Tum quia ideò poſſunt duo paciſci ex teſtamento, quia quilibet in re propria eſt moderator, & arbiter *l. in re mandata C. mandati.* Tum quia Domini rerum propriarum in jure non prohibentur poſſe diſponere, quòd eorum bona non tranſeant in Eccleſiam, vel Eccleſiaſticos, quinimò diſponentes de rebus ſuis in favorem Eccleſiæ poſſunt onera realia iisdem apponere *c. verùm de condit. appoſit.* Præterea ex eo, quòd non reperiebatur contrarium expreſsè diſpoſitum, eſt illi ſtandum, ut notat Gloſſa in *c. verum de condit. appoſ. in V. debeat revocari in fin.* Ac in Principe prohibente ſuis ſubditis vendi, vel donari, aut relinqui Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis, eſt alia ratio; quia Eccleſia reperitur privilegiata in jure, ut quilibet poſſit ei donare *l. illud C. de ſacroſan. Eccleſ.* ut etiam quòd illi poſſint ſæculares relinquere bona ſua, deſumitur *ex l. 1. C. eod.* ut etiam quòd Clericis vendi poſſint bona ſtabilia ſæcularium habetur in *l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

Imò expreſsè etiam prohibetur in jure fieri ſtatuta contraria præfatis privilegiis conceſſis Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis *c. fin. de immun. Eccl. in 6.* Præterea eſt diſcrimen inter pactum, & ſtatutum, quia illud eſt voluntarium, & tantum procedit de rebus paciſcentis: ſecus ſtatutum eſt neceſſarium, & generale quoad bona immobilia omnium, & quia per ſtatutum fortiùs, & efficaciùs, ſaltem per indirectum, impeditur alienatio, quàm per pactum; inde fit, ut argumentum de pacto ad ſtatutum nullius ſit roboris, ut notat Ripa in *l. filiusfamilias §. Divi n. 82. V. nam pactum ff. de legat. 1.* 26

Ad id, quod addebatur, validum eſſe ſtatutum ut ingrediens monaſterium non ſuccedat, reſpondentur, id eſſe contra communem ſententiam, & contra deciſionem ſacræ Rotæ in una Aſſiſienſi bonorum die 31. Maij. 1606. coram Marcomontio: unde ſtatuta prohibentia, ne bona ingredientium religionem tranſeant in monaſterium nullius ſunt valoris, ſi per talia ſtatuta ingredientes monaſteria fiant incapaces ſuccedendi, ut notat Abbas in *d. c. Eccleſia Sancta Mariæ n. 35. V. ſtatutum circa jam ingreſſum de conſtitut.* 27

Quòd ſi dicas, Principes ſæculares non habere jurisdictionem in bona jam acquiſita ab Eccleſiaſticis, benè tamen ſuper bonis acquirendis, eò quia cùm hæc adhuc pertineant ad ſubditos laicos, poſſunt Principes inhibere eorum alienationes. Contra eſt, quia ſacri canones de hac materia loquuntur abſolutè, & ſine ulla diſtinctione de bonis acquiſitis, vel acquirendis *c. bene quid 96. diſt.* & in *c. Eccleſ. Sanctæ Mariæ de conſtit.* & in *c. 12. de reb. Eccleſ. non alienand.* Præterea diſtinctio de bonis jam acquiſitis, & de acquirendis non ſubſiſtit, & probatur ex textu in *c. ex enim 10. q. 2. l. Jubemus §. 1. V. ea enim C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ex aliis juribus, in quibus expreſsè damnantur, & irritantur ſtatuta Principum prohibentium alienationem bonorum ſtabilium in non ſubditos, ſi hujusmodi ſtatuta comprehendant Eccleſiaſticos, qui propterea veniant nomine non ſubditorum, unde licèt Princeps poſſit ſuis ſubditis prohibere bonorum immobilium alienationem *l. ſi in emptione §. omnium. ff. de contrahend. empt. l. de pollicitationib. in fin. ff. de pollicit.* non tamen hæc prohibitio procedit in præjudicium Clericorum, & Eccleſiaſticorum, adeò ut talia ſtatuta non comprehendant Clericos, quia perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt exemptæ à poteſtate Principis ſæcularis magis quàm alienigenæ ſæculares, quia iſti conſentiendo poſſunt prorogare jurisdictionem laici *l. 1. C. de jurisd. omn. judic.* non ita perſonæ Eccleſiaſticæ *c. ſi diligenti de foro compet.* proinde magis læduntur, ſi lege laica obligentur, quàm alienigenæ. Præterea quia eſt diſcrimen inter exemptos etiam in territorio, vel Diœceſi exiſtentes, & alios exiſtentes extra territorium, vel Diœceſin, quia illi licèt non ſint de Diœceſi, ſunt tamen in Diœceſi; iſti verò nec ſunt in Diœceſi, nec de Diœceſi, & hoc procedit etiam quoad territorium, ut notat Felinus in *c. grave n. 2. de offic. Ordin.* 28

29 Hinc docent communiter Jurisperiti, perſonas exemptas in odioſis, & oneroſis non comprehendi appellatione univerſitatis, populi, vel territorii, ſed tantum in favorabilibus, ut notat Felinus in *c. Rudolphus n. 34. de reſcript.* hæc diſtinctio etiam procedit circa Clericos, qui cùm ſint pars Reipublicæ *l. 1. § hujus ſtudii ff. de juſtit. & jur.* comprehenduntur in favorabilibus nomine populi, non verò in odioſis, & oneroſis, ut notat Abbas in *c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit.* hinc liquet, fallax eſſe argumentum de exteris ad Clericos, quia quando Princeps condit ſtatutum prohibens alienationem bonorum ſtabilium in non ſubditos, nomine non ſubditorum non comprehenduntur perſonæ Eccleſiaſticæ, quia tale ſtatutum eſt ipſis odioſum, & oneroſum. Cæterùm diſtinctiò inter bona Eccleſiis acquiſita, & acquirenda adverſatur definitioni Eccleſiæ in *c. 1. de immun. Eccleſ. in 6.* ubi Alexander V. expreſsè prohibet laicis imponere tallias, collectas, & quæcunque onera Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis, vel exigere ab iiſdem pro bonis quibuſcunque hactenus acquiſitis, vel imposterum acquirendis. Ratio itidem deſumitur ex eo, quia privilegia quocunque titulo Eccleſiæ conceſſa non ſolum competunt pro bonis tunc acquiſitis; ſed etiam extenduntur ad ea, quæ poſtea ad Eccleſiam ſunt perventura *l. jubemus §. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. c. eam enim 10. q. 10.* & hanc ampliationem ad bona acquirenda operatur privilegium cauſæ piæ, & favor animæ.

30 Objiciunt tamen Miniſtri Regii, & alii propugnantes ſtatutum prohibens alienationem bonorum ſtabilium in Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, quia ex frequenti alienatione bonorum ſtabilium in Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, laicorum divitiæ minuuntur, ac propterea vires Reipublicæ ita in dies debilitantur, ut brevi timendum ſit, ne tuendo imperio ſufficiant: ſunt enim laici, qui ſolvunt Principi pro defenſione Reipublicæ; Eccleſiaſtici enim eximuntur, proinde ſi laici transferant ſua bona ſtabilia in Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas ſemper magis depauperantùr; minùſque poſſunt Principi contribuere pro defenſione Reipublicæ, quæ propterea vires deperdit, in detrimentum non ſolum laicorum, ſed etiam Eccleſiaſticorum: ſi enim Reſpublica occupetur, ab hoſte, vel Turca æquè damnum ſentiunt Eccleſiaſtici, ac laici, & divinus cultus omninò ceſſat in tali loco. Sed contra, quia licèt objectio hæc ſit adverſariorum Achiles, facilè tamen infringitur, reſpondetur enim, ex hac alienatione bonorum ſtabilium in eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas nullum imminere periculum Reipublicæ defectionis: ſiquidem à primis eccleſiæ initiis hujusmodi alienationes ſemper viguerunt, & tamen ob illas non legimus, rempublicam defeciſſe, nec regna corruiſſe. Præterea quoties neceſſitas urget, & pecuniæ tuendo imperio neceſſariæ deſunt Principibus laicis, poſſunt hi ſemper rogare Pontificem, ut velit præcipere Eccleſiaſticis, ut ſubminiſtrent pecunias neceſſarias pro defenſione Reipublicæ: quo pacto Innocentius XI. conceſſit Leopoldo I. Imperatori, ut pro bello contra Turcam, qui Viennam Auſtriæ pertinaci obſidione cinxerat, exigeret ab Eccleſiaſticis per Regna Bohemiæ, & Hungariæ, aliaſque ditiones ſibi ſubditas plura centena millia florenorum, idque non tantùm ſemel, ſed pluries; non enim Pontifices recuſant ſuppeditare expenſas neceſſarias pro defenſione Reipublicæ, ſi periculum immineat: ſed tantùm nolunt, ut Principes laici ſibi uſurpent jurisdictionem in Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, earúmque bona: cæterùm Pontifices ſemper parati ſunt, ſi neceſſitas urgeat, opitulari laicis Principibus ex pecuniis, & bonis Eccleſiaſticorum, dummodo duo concurrant, neceſſitas urgens, & ut ritè ſubſidium petatur à ſummo Pontifice, ad quem pertinet diſponere de rebus Eccleſiarum, & Clericorũ, prout conſultiùs viſum fuerit: quamobrem ex frequenti alienatione bonorum ſtabilium in perſonas Eccleſiaſticas nullum Reipublicæ periculum imminet deveniendi ad eam inopiam, ut brevi timendum ſit, ne vires ſufficiant tuendo imperio, cum urgente neceſſitate ipſi Pontifices rogati ſuppeditent pecunias, & alia neceſſaria pro defenſione Reipublicæ, ut noſtris temporibus Clemens IX. conceſſit Reipublicæ Venetorum, ut defenderet contra Turcas Regnum Cretenſe, plures Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum proventus: Innocentius XI. non ſolùm indulſit Imperatori Leopoldo, ut pecunias exigeret ab Eccleſiaſticis, ſed etiam ipſe ex propriis ingentem copiam pecuniarum profudit. Demũ licèt fiſco aliquid decederet, ex eo, quòd bona ſtabilia transferantur ad Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, adhuc aliud longè præſtantiùs ſupereſt medium ad hoſtes pulſandos, ſcilicet divinum ſubſidium nobis ſemper paratum, ſi enixim Deum rogemus.

Supereſt adhuc ſatisfacere objectioni petitæ ab Exemplis, quia lex amortizationis prohibens, 31
ne bona ſtabilia alienentur in manus mortuas, ſeu in Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas hodie viget pleriſque in locis, ut in dominio Venetorum, ea tamen moderatione, ut Eccleſiaſtici infra biennium bona eis teſtamento relicta, vel data teneantur vendere laicis, ut de manibus mortuis iterum tranſeant ad vivas, ſeu ſæcularium, quorum manus dicuntur vivæ, eò quia ad nutum Principis laici operantur, & contribuunt neceſſaria ad tuendam Rempublicam. Rurſus dicunt legem amortizationis vigere in Galliis, ubi Clerici non poſſunt acquirere bona immobilia ſine diſpenſatione Regis. Rurſus dicunt, hanc eandem legem ſervari in Regnò Portugalliæ, in Brabantia, & Germania. Sed contra reſpondetur, quòd tametſi lex amortizationis vigeret in prædictis dominiis, & Regnis; non tamen inde ſequeretur, Principes ſæculares poſſe juſtè legem hanc amortizationis condere, & talem legem, ut comprehendentem perſonas Eccleſiaſticas eſſe juſtam: eſſet enim ſemper lex iniqua, & nollius valoris ob defectum jurisdictionis in ſtatuente talem legem: non enim poteſt ſine jurisdictione lex ulla condi, quia condere legem eſt actus jurisdictionis, quæ non poteſt exerceri niſi in inferiores, & ſubditos: & Principes laici nullam habent jurisdictionem in Eccleſias, & Clericos, cui tantùm abeſt, quod ſubjiciantur Principi laico, ut potiùs ſint in ordine ſuperiori: hinc

dè

de iis, quæ pertinant ad libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam non eſt judicandum ex exemplis, cùm hæc poſſint eſſe contra leges Eccleſiaſticas; ſed conſiderari debet, quid de jure tenendum ſit: hinc quòd in dominio Veneto lex amortizationis dicatur vigere cum hac moderetione, ut quoad bona ſtabilia donata, vel teſtamento relicta; teneatur Eccleſia infra biennium divendere laicis. Reſpondetur, hanc conditionem eſſe læſivam libertatis Eccleſiaſticæ, & proptereanon juſtificare ſtatutum, ut docet Archidiaconus in *c. Romana V. conſuetudine de appellat. in 6.* ubi aſſerit, non valere conſuetudinem, vel ſtetutum præcipiens, ut Eccleſia bona ſibi ex teſtamento relicta, teneatur intra biennium; vel quinquennium alienare, quia hæc conditio prohibetur in *c. quæ in Eccleſiarum de conſtit.* & in *c. cum laicus de rebus Eccleſ. non alien.* & Alexander VI. eandem moderationem, ut infra ſtatutum tempus bona relicta Eccleſiaſticis divendantur laicis, damnavit, ut læſivam libertatis Eccleſiaſticæ, ut habetur in *c. 1. de immunit. Eccleſ. in 6.*

32 Ad aliud exemplum petitum ex Regno Galliæ ubi viget lex amortizationis reſpondetur, non deeſſe plores Magiſtros in Theologia, & Doctores joris canonici, imò & civilis in Gallia, qui hanc legem impugnent, & reprobent, ut læſivam libertatis Eccleſiaſticæ, & Petrus Jacobus Doctor Gallus in *prælect. tit. de ſucceſſione Regni Franciæ. fol. 120. pag. 2. col. 4. in recentiori edit. Lugdunenſ.* ait, jus amortizationis eſſe fallax, plenumque periculis, & expreſsè contra ſacros canones, & monet, Confaſſarios, & Religioſos debere Regibus ſuadere, ut hanc legem amortizationis omninò abolerent, ne contra ſe in ſuis adinventionibus Deum irritent. Verùm quidquid ſit de antiqua conſuetudine, certum eſt hodiè in Regno Galliæ, lege amortizationis non gravari Eccleſias, nec ſtatum Eccleſiaſticum per conſtitutiones Henrici II. Caroli IX. Henrici III. & IV. prohibentes, ne Clerus bona immobilia recèns acquiſita divendere, aut pro illis amortizandis aliquid ſolvere cogetur. Imò parlamenta etiam Regni Galliæ approbant hodiè acquiſitiones bonorum ſtabilium factas ab Eccleſiis & Eccleſiaſticis, ut refert Annæus Robertus *lib. 2. rer. judicatar. c. 21.* Præterea defendentes legem amortizationis in Gallia nituntur ſpeciali ratione, ut notat Torrius in Apologia pro libertate Eccleſiaſtica ad Gallum Francum, & Peponius *lib. 1. c. 5. n. 5.* quæ tamen ratio non procedit de aliis Regnis.

33 Quòd verò ad Belgium pertinet, certum eſt; cauſas circa bona amortizata pertinere ad forum Eccleſiaſticum, quia ſicut Eccleſiaſtici gaudent privilegio fori: ita etiam bona Eccleſiaſtica, qualia ſunt bona amortizata, à juriſdictione ſæculari eximuntur, eò quia acceſſorium ſequitur ſuum principale, & in litteris Philippi Boni editis 3. Januarii 1447. expreſsè declaratur, cauſas de bonis amortizatis ſpectare ad Judicem Eccleſiaſticum, adeò ut in hiſce cauſis laici conveniri debeant coram Judice Eccleſiaſtico. Nec Princeps laicus dicitur poſſe ſtatutum condere, quo prohibeatur, ne bona ſtabilia alienentur in Eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas; & plures Doctores Lovanienſes, & Belgæ firmiter aſſerunt; ſtatutum prohibens alienationem bonorum in non ſubditos non comprehendere Clericos, & Eccleſiaſticos, eò quia perſonæ Eccleſiaſticæ ſint exemptæ, & juriſdictio Principis laici ad ipſos non extendatur: nihilominùs, quia variæ quæſtiones inter Eccleſiaſticum, & laicalem Judicem occaſione harum cauſarum frequenter movebantur, tandem pluribus articulis hæc materia in concordatis inter Carolum V. & Epiſcopum Leodienſem expoſita fuit, ut notat, & refert hujuſmodi concordata noviſſimè Van-Eſpen in Academia Lovanienſi ſacrorum canonum Profeſſ. *p. 3. tit. 2. c. 5. n. 4. & ſequent.* Ad aliud exemplum petitum ex Regno Portugalliæ reſpondatur, irrepſiſſe quidem antiquitùs in tali Regno quaſdam pravas conſuetudines, & leges contra libertatem eccleſiaſticam; ſed conſtare etiam ex Innocentio II. Honorio III. Innocentio IV. Gregorio X. Martino IV. & Nicolao IV. Reges Portugalliæ Sanctium, & Alphonſum III. & Dionyſium monitos fuiſſe, ut leges illas abolerent; & cum id exequi diſtuliſſent Alphonſum, & Dionyſium fuiſſe ab Eccleſia anathemate percuſſos, & Regnum interdicto ſuppoſitum. Regem verò Dionyſium ad preces Prælatorum Regni Portugalliæ fuiſſe poſtea ab excommunicatione abſolutum à Nicolao IV. cùm priùs fuiſſet excommunicatus à Gregorio X. & ad hunc effectum habitum fuiſſe publicum conſiſtorium, in quo Oratores Regis Dionyſii jurârunt in animam Regis de parendo mandatis eccleſiæ, ut conſtat ex litteris Nicolai IV. datis Romæ apud Sanctam Mariam Majorem 10. Calendas Aprilis anno 1290. ex quo Luſitani fuerunt etiam à vinculo, quo tenebantur abſoluti.

§. IV.

De Poſſeſſorio, & petitorio in cauſis eccleſiaſticis.

JUdicium ex diverſitate materiæ dividitur in petitorium, & poſſeſſorium; illud eſt, in quo de rei proprietate eſt quæſtio, ſeu in quo quæritur ſuper rei dominio, vel quaſi dominio, vel jure aliquo in re, vel ad rem competente, ut ſuper iure pignoris, ſervitutis, & hæreditatis; & Actor petit ſe declarari Dominum rei controverſæ, vel quaſi Dominum, vel ſibi jus in re, vel ad rem competere, ut ſi res vindicetur, hæreditas petatur, actio empti, depoſiti, commodati, vel alia ſimilis realis, aut perſonalis ad rem intentetur. Judicium poſſeſſorium eſt, in quo non agitur de proprietate, vel dominio rei, nec quæritur, cujusnam res ſit, ſed contenditur de ſola poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione, ſive acquirenda, ſive retinenda, ſive recuperanda, quando ſcilicet Actor tantùm petit, vel ut acquirat poſſeſſionem, quam antea nunquam habuit; vel ut retineat poſſeſſionem, quam antea habuit, adeò ut maneat in pacifica poſſeſſione rei, ne in illa turbetur, vel ut recuperet amiſſam poſſeſſionem, ut notat Maranta *de ordine judic. p. 4. diſt. 7. n. 1.* 1

Docent communiter Canoniſtæ, non ſolùm petitorium, ſed etiam poſſeſſorium in cauſis beneficia- 2

neficialibus de jure communi ſpectare ad Judicem Eccleſiaſticum excluſo Judice ſæculari, adeò ut utrumque judicium petitorium, & poſſeſſorium pertineat privativè ad ſolum Judicem Eccleſiaſticum, ut notat Covarruvias in *pract. qq. c. 35. n. 1.* ubi ait, non poſſe laicum Judicem ſecundùm rigorem juris cognoſcere de cauſa poſſeſſoria beneficii Eccleſiaſtici, cùm ad juſtificandam poſſeſſionem in hoc caſu neceſſaria ſit quædam ſummaria probatio alicujus tituli apparentis, nec aliter poſſit poſſeſſio obtineri etiam quoad interdicta poſſeſſoria. Hactenus Covarruvias, qui tamen fatetur, contrarium uſum jam pridem in Regno Galliæ invaluiſſe, cujus uſus meminerunt etiam alii antiqui Authores Galli, & præ cæteris Guilhelmus Benedicti ad *c. Raynucius de teſtam. V. & uxorem n. 171.* ubi ait, ex antiqua, & immemorabili conſuetudine remedia poſſeſſoria etiam in beneficialibus, & Eccleſiaſticis cauſis in Regno Franciæ procedunt, & tractantur per Judices Regios: quam conſuetudinem Martinus Papa ad requæſtam Regis Franciæ, ſeu Caroli VII. Regis Moderni nunc regnantis avi paterni approbavit etiam reſpectu cauſarum beneficialium, tam in Regno, quàm in Delphinatu, ſeu declaravit, dictæ conſuetudini, & ſtylo per quamcunque conſtitutionem Apoſtolicam derogatum non fuiſſe, nec Judices Regios de talibus quæſtionibus cognoſcentes cenſuris Eccleſiaſticis ligaſſe, nec derogare, aut ligare velle, hæc præfatus Author Gallus, qui procul dubio locutus fuit de Bulla Martini V. edita anno 1413. 4. Februarii, quæ etiam refertur inter probationes libertatum Eccleſiæ Gallicanæ *c. 26. n. 1.*

3 Verùm Martinus V. in præfata Bulla tantùm expreſsè declarat, per ſuas literas anteriores, quibus ſub gravibus pœnis inhibuerat Clericis ſuas cauſas deferre ad forum ſæculare, non intendere præjudicare juri, & juriſdictioni regiæ, præſertim in caſu poſſeſſorii retinendæ poſſeſſionis ſuper quibuscunque Eccleſiis, & beneficiis Eccleſiaſticis. Verba Bullæ ſunt hæc: Cum autem ſicut pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Regis Francorum Illuſtris nobis fuit expoſitum; à nonnullis revocetur in dubium, an per hujusmodi noſtram conſtitutionem derogari voluerimus juri, & juriſdictioni Regiæ, præſertim in cauſa poſſeſſorii retinendæ poſſeſſionis ſuper quibuscunque eccleſiis, & beneficiis Eccleſiaſticis ſuorum Regni Franciæ, & Delphinatus Viennenſis; per quam juriſdictionem præfatus Rex aſſerit, ſibi licere io omni caſu etiam juridicè tueri poſſeſſores. Nos ad omnis ambiguitatis tollendum dubium ſuper his opportunè conſulere, & providere volentes, ejusdem Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati authoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, noſtræ intentionis non fuiſſe, nec eſſe per prædictam, aut quamcunque aliam conſtitutionem noſtram, eidem Regi, & ejus regiæ juriſdictioni, per quam, ſicut aſſeritur, tam ipſe, quàm progenitores ſui ſuper hujusmodi poſſeſſorio à tanto tempore, circa quod de ejus contrario memoria hominum non extitit, conſueverunt cognoſcere, in aliquo derogare voluiſſe, aut velle quoquo modo: decernentes partes moleſtas ſuper earum conſervatione ad ſuorum beneficiorum poſſeſſionem ipſius Regis auxilium implorantes, dummodo in contemptum juriſdictionis, & libertatis Eccleſiaſticæ, & ut partes ſibi adverſas in rebus Eccleſiaſticis diutiùs perturbarent, hoc non fecerint, pœnas in dicta noſtra conſtitutione contentas, nullatenus incurriſſe, aut debere incurrere quovis modo. Per hoc autem nullum jus, ſeu juriſdictionem in præmiſſis cognoſcendis eidem Regi de novo acquiri volumus, ſed antiquum, ſi quod habet tantummodo conſervari. Hactenus Martinus V. in ſua Bulla, ex qua conſtat, Gallos à Martino V. non impetraſſe privilegium, ut Judex ſæcularis cognoſceret ſuper poſſeſſoriis controverſiis rerum ſpiritualium: quia Martinus V. ipſis oon conceſſit privilegium cognoſcendi de poſſeſſorio retinendæ poſſeſſionis ſuper beneficiis eccleſiaſticis: ſed tantùm declaravit, per ſuas conſtitutiones non intendere, voluiſſe, aut velle quoquò modo derogare juriſdictioni regiæ, & Regni.

Aliud enim eſt nolle derogari juriſdictioni Regiæ; & aliud concedere juriſdictionem. Primùm ſupponit juriſdictionem exiſtere; ſecundum verò non ſupponit, ſed ponit juriſdictionem. Imò Pontificem non dare Regi per præfatam Bullam ullam juriſdictionem, liquet ex verbis illis Bullæ. *Per hoc autem nullum jus, ſeu juriſdictionem in præmiſſis cognoſcendis eidem Regi de novo acquiri volumus, ſed antiquum, ſi quod habet, tantummodo conſervari:* & quia cauſas ſuper poſſeſſoriis rerum ſpiritualium cognoſci à Judice laico eſt contra jus commune; ideò Pontifex quaſi dubitans, an revera tale jus, & conſuetudo inſit à tempore ut ajunt immemoriali, ideò apponit verba illa: *ſed antiquum, ſi quod habet, tantummodo conſervari*, quibus verbis etiam expreſsè Pontifex proteſtatur, ſe per hoc nullum jus, ſeu juriſdictionem in præmiſſis cognoſcendis eidem Regi de novo acquiri velle. 4

Quod verò ſit contra jus commune, quod Judex laicus cognoſcat ſuper controverſiis poſſeſſoriis rerum ſpiritualium liquet ex *c. decernimus 2. h. t.* quod eſt deſumptum ex Synodo Eugenii Papæ, ubi generaliter ſtatuitur, ut laici Eccleſiaſtica negotia tractare non præſumant. Ratio itidem ex eo deſumitur, quia nulla laicis eſt attributa poteſtas diſponendi de rebus Eccleſiaſticis, quia laici obſequi debent Eccleſiaſticis, non verò juriſdictionem in ipſoa exercere, nec authoritatem imperandi *c. cauſa diſt. 96. c. Eccleſia 10. de conſtit. fin. in princ. de rebus eccleſ. non alien.* ſiquidem juriſdictio Eccleſiaſtica eſt diverſa à ſæculari, cui nullo modo ſubordinatur, ſed eſt longè ſuperior *extravag. unic. de major. & obed. inter communes.* hinc laici nullo modo poſſunt authoritate propria cognoſcere ſuper cauſis poſſeſſoriis rerum ſpiritualium. 5

Cæterum quia laici ex delegatione, & commiſſione Papæ poſſunt cognoſcere de cauſis ſpiritualibus, eò quia tunc nomine Judicis Eccleſiaſtici judicium ferunt, potuit facilè contigiſſe, ut Pontifices olim una, vel altera vice laicos delegaverint & iſti poſtea hac delegatione uſi fuerint in ſimilibus cauſis, & conſuetudo poſtea inoleverit, 6

rit, ut laici Judices cognoſcerent ſuper controverſiis poſſeſſoriis beneficiorum eccleſiaſticorum, hinc refert noviſſimè Van-Eſpen *p. 3 tit. 5. n.7.* in Belgio ſub finem ſæculi 15. fuiſſe conſuetudinem ſtabilitam diſceptandi poſſeſſorium in cauſis beneficialibus coram Judicibus regiis, ut conſtat ex edicto Philippi Archiducis die 20. Maji 1497. quo cavetur, ne quiſquam virtute Bullæ Pontificiæ, aut alterius proviſionis Papalis trahatur extra patriam; ſed quæſtione incidente, ſi ſit in poſſeſſorio, accedatur ad ipſum Principem, vel ejus Officiales, ad quos ipſa cognitio pertinet; & in petitorio ad Ordinarium; adeò ut hoc regium jus judicandi de poſſeſſorio rerum ſpiritualium ex conſuetudine potiùs, quàm aliqua poſitiva ordinatione inductum fuerit ſenſim ſine ſenſu ex eo, quòd fortaſſis olim Pontifices unam, vel alteram cauſam cognoſcendam ſuper poſſeſſoriis beneficiorum Eccleſiaſticorum delegaverint Judicibus laicis, qui poſtea in aliis ſimilibus cauſis ea facultate uſi fuerint, & gradatim conſuetudinem induxerint, ut laici ſuper poſſeſſorio rerum ſpiritualium cognoſcerent, quæ tamen conſuetudo cenſenda potiùs eſt corruptela, cum Pontifices nullibi in jure eam confirmârint: vel fortaſſis cauſam poſſeſſorii ſibi uſurpârunt Judices regii eo titulo, quia poſſeſſio in *facto* conſiſtat, non *in jure*; & quæ ſunt facti non ſpiritualia, ſed potiùs temporalia cenſentur.

7 Poſſeſſio ſiquidem non dicitur ſpiritualis ſicut ipſa proprietas, ſed potiùs temporalis, ut notat Guido Pape *deciſ. 1.* hinc cenſent plures cum Aufrerio *reg. 2. fall. 84. poſt Gloſſ. in c. cùm dilectus de elect.* quòd quando agitur de poſſeſſorio de jure ſpirituali, non agitur ſpiritualiter, proinde cauſa non eſt tractanda ut ſpiritualis; ſecus in interdicto *adipiſcendæ* nihil facti, ſed tantùm juris verſatur; proinde hoc poſſeſſorium non ſpectare ad Senatum regium judicavit Senatus Sabaudiæ apud Antonium Fabrum in *C. lib. 3. tit. 9. defin. 1.* Quamobrem eatenus cognitio ſuper cauſis poſſeſſorii delata olim fuit judicibus laicis, quia quæſtio ſuper poſſeſſorio non crederetur juris, ſed facti: quinimò putat veriſimile Van-Eſpen *loc. cit. n. 13.* quòd Concilia regia cùm primùm cœperint de poſſeſſorio cognoſcere, ipſum jus contendentium parum examinaverint: ſed cum contingeret duos inter ſe de beneficio contendere; & alterum ab alio contendente via facti extrudi à poſſeſſione, ac per vim beneficium uſurpari; ideò veriſimile eſt, Concilia regia ad hos tumultus compeſcendos, qui in ſeditiones non rarò degenerabant, imò interdum inter Principes, & nobiles Eccleſiaſticos diſſidia, & etiam bella excitarent, præſertim ſi de Epiſcopatibus Leodienſi, vel Monaſterienſi, aut aliis ex pinguioribus quæſtio incideret inter viros nobiles, & potentes; tum inquam Concilia regia ad hæc incommoda avertenda, & tumultus coërcendus ſtatim ſummariè, ac de plano probabile eſt cognoviſſe de cauſa ſuper poſſeſſorio ad decernendam ei, qui apparentiùs jus videbatur habere, nudam, & ſimplicem poſſeſſionem facti, & ad illum tuendum in eadem poſſeſſione contra violentias adverſarii, donec per legitimum Judicem Eccleſiaſticum de ipſo jure legitimè, & plenè poſtea judicaretur. Hinc Jodocus Damhauderus in *prax. rerum civilium c 41. n.4.* nititur probare, Judicem regium dando manutenentiam non tractare res ſpirituales, ſed tantùm merè ſæculares, quia arcere lites, & contentiones, compeſcere tumultus, & conturbationes in Republica ad Judicem pertinet laicum. 8

Neque antiquitus nota erat diſtinctio inter *recredentiam*, ſeu momentaneam poſſeſſionem, & plenum poſſeſſorium, ut notat idem Van-Eſpen *n. 14.* quæ diſtinctio poſtea invaluit, & hodiè eſt in uſu in materiis præſertim beneficialibus, in quibus cum poſſeſſio non poſſit eſſe juſta ſine titulo canonico, ſeu canonica inſtitutione, ut dicitur in *c. 1. de reg. jur. in 6.* cœperunt poſtea Judices regii prætextu poſſeſſorii plenum ſuper titulis examen inſtituere, ut de poſſeſſione judicarent: & quia hoc examen frequenter diuturnas exigit moras, ideò ne beneficia medio hoc tempore ſuis deſtituerentur Miniſtris, qui & functiones obirent, & proventus colligerent, introducta fuit præfata poſſeſſorii diſtinctio, ut per recredentiam interim, dum plenum poſſeſſorium per examen diſcutitur; beneficio, de quo eſt lis aſſignetur Miniſter per recredentiam, ſeu interlocutoriam; quam Judex dat durante lite in materiis novitatis manutenentiæ, aut aliis poſſeſſoriis ſuper uſu fructuum, vel rei litigioſæ.

Dicitur autem recredentia quaſi rei credentia, 9
eò quia res, fructus, & poſſeſſio rei, ei potiùs, cui recredentia adjudicatur credenda creditur; ut notat præfatus Van-Eſpen *loc. cit. n. 14.* idque pro interim tantùm, donec res plenius ſit diſcuſſa: ſiquidem recredentia non habet effectum, niſi quamdiu lis proprietatis, vel poſſeſſionis perſeverat; adeò ut medio tantùm illo tempore, quo lis diſcutitur, ſortiatur recredentia effectum ſine tamen præjudicio adverſarii, ſi iſte in pleno poſſeſſorio vincat, quia fructus rei non addicuntur abſolutè, & irrevocabiliter recredentiario; ſed tantùm pro tempore, quo quæſtio ſuper poſſeſſorio examinatur, adeò ut fructus, & emolumenta rei pro eodem medio tempore fideli credantur recredentiarii, ſeu potiùs penes ipſum ſequeſtrentur omnia emolumenta percepta poſtea reſtituenda adverſario, ſi eidem plenum poſſeſſorium adjudicatum fuerit, ut notat Rebuffus in *tract. de cauſ. benefic. poſſeſſ. art. 1. Gloſſ. 1 n. 18.* unde recredentia id propriè præſtat, ut recredentiarius conditionatè percipiat emolumenta rei eidem concreditæ, quamdiu lis durat, & taliter, ut ſi parti adverſæ plenum poſſeſſorium adjudicatum fuerit, debeat eidem omnes fructus, & emolumenta percepta à re ſibi concredita reſtituere, cui plenum poſſeſſorium adjudicatur: hinc moris eſt, ut à recredentiario præſtanda ſit ſufficiens cautio de reſtituendis, & reddendis illis fructibus, quos pars adverſa medio illo tempore, quo lis fuit diſcuſſa, percepiſſet. Modum autem præſtandi hanc cautionem fusè explicat Rebuffus in *tract. de ſententiis executorialibus art. 1. Gloſſ. 15.*

Quando verò lis movetur ſuper materia bene- 10

ficiali, tunc quoad recredentiam, qui titulum habet, & exhibet, præfertur eum non habenti, quia habens titulum proximior eſt beneficio altero non habente titulum; quapropter Judices in judicanda recredentia debent vel maximè attendere titulos partium, & earum capacitatem, & adjudicare recredentiam habenti apparentiorem titulum, & majorem capacitatem, ſeu idoneitatem. Hinc in Brabantia ut faciliùs recredentia adjudicetur alteri partium, debent ambæ partes ſtatim ab initio litis exhibere ſuos titulos, ut etiam in Gallia, ut notat præfatus Van-Eſpen *loc. cit. n. 15.* ubi ſubdit, id eſſe conſonum concordatis Brabantiæ optantibus lites ſuper poſſeſſorio abbreviari, ne diu beneficia vacare contingat; & in dictis concordatis *tit. 4. art. 1.* dicitur: *expediens tamen eſſet, quòd Princeps tempus ſtatueret terminandarum litium ſuper poſſeſſorio, ne beneficia diuturnam vacationem patiantur.*

11 Per titulum autem hic intelliguntur omnia acta, quæ poſſunt tribuere jus ad beneficium, cujuſmodi ſunt litteræ præſentationis, collationis, inſtitutionis, litteræ teſtimoniales approbationis ſuper ſufficientia doctrinæ, & morum; imò apud Gallos non ſolùm titulus exhibetur; verùm etiam debet mentio fieri de idoneitate, & capacitate: nomine autem capacitatis intelligitur idoneitas, quæ probatur per acta fidem facientia de capacitate perſonæ; ut ſunt fides reſcripta ex regiſtro baptiſmali, ut probetur legitimitas, ætas, locus originis, aut baptiſmi. Rurſus veniunt etiam nomine capacitatis litteræ tonſuræ, Ordinis, vel gradus Academici pro conditione beneficii: hæc enim omnia probant idoneitatem ſubjecti.

12 Hinc moris fuit, ut Judices duos diſtinctos conficerent proceſſus, duaſque inſtituerent inſtantias, unam ſuper recredentia, & aliam ſuper pleno poſſeſſorio; adeò ut poſt prolatam ſententiam recredentiæ, alius inſtitueretur proceſſus ſuper pleno poſſeſſorio, ut notat Rebuffus *loc. cit. art. 10.* quia verò conveniens eſt, ut lites ſuper beneficiis Eccleſiaſticis citò terminentur, hodiè tam in Gallia, quam Belgio, unicus tantùm conficitur proceſſus ſuper recredentia, & pleno poſſeſſorio, adeò ut utrumque per unicum proceſſum agatur, & in Curia Brabantiæ advocatus inſtituens ſeparatim duos proceſſus, unum ſuper recredentia, & alium ſuper pleno poſſeſſorio condemnatur in mulctam decem carolinorum applicandorum ærario regio, & rurſus ſuſpenditur à ſuo officio per ſex menſes.

13 Præterea in recredentia adjudicanda, Judex tantùm ſummariè ſolet ſe informare, & ex actis, hinc inde reproductis inſtrumentis diſpicere, quis apparentiorem titulum videatur habere; & cui omnibus ritè examinatis poſſeſſio pro interim committitur, is ſi pars adverſa vicerit ſuper pleno poſſeſſorio, tenetur omnia emolumenta percepta reſtituere. Cæterùm executio ſententiæ recredentialis habetur non obſtante oppoſitione, vel appellatione, & durat ejus effectus, donec in pleno poſſeſſorio res fuerit tractata. Quinimò adjudicata recredentia, ſi materia id videatur exigere, ulteriùs cauſa inſtituitur, & plenariè de titulis, & juribus ambarum partium Judices cognoſcunt, ut nimirùm appareat, cui canonica poſſeſſio ſit debita, & in ea ſit manutenendus, & cui etiam per ſententiam definitivam plenum poſſeſſorium debeat adjudicari; adeò ut hodiè Judices in poſſeſſorio non ſolùm de nudo facto poſſeſſionis cognoſcant, ſed etiam totum & integrum jus diſcutiant, ut ex ipſo jure judicent, cui poſſeſſio ſine canonica inſtitutione adjudicanda ſit.

Quia verò Judices laici non ſolùm hoc pacto ſuper poſſeſſorio, verùm etiam ſuper petitorio rerum ſpiritualium examen inſtituebant in ordine ad judicium, quod tamen ſuper ſolo poſſeſſorio pronuntiabant; ideò fuit poſtea ſtatutum tam in Gallia, quàm Belgio, ut Judices laici non poſſint ſimul ſuper poſſeſſorio, & petitorio quidquam intentare. In conſtitutione enim Franciſci I. Regis Franciæ *art. 12.* ſtatuitur, ut intentato poſſeſſorio non poſſit intentari petitorium, quamdiu materia poſſeſſorii per ſententiam definitivam non fuerit plenè terminata, tam quoad principale, quàm quoad fructus, damna, & intereſſe, ſi hæc adjudicata ſint; niſi per illum, in cujus favorem ſententia lata fuit, fieret, ut executio non contingeret, ut notat Rebuffus in *tract. de cauſ. benefic. poſſeſſ. art. 12.* ubi explicat quandónam juxta has ordinationes cenſeatur integrè ſatisfactum poſſeſſorio, ut petitorium intentari poſſit. 14

Cæterùm prolatâ ſententiâ definitivâ in pleno poſſeſſorio tam quoad principale, quàm quoad acceſſoria, & executioni mandata, liberum eſt parti, quæ cauſâ cecidit, intentare petitorium coram Judice Eccleſiaſtico, dummodo poſſeſſorium fuerit in materia Eccleſiaſtica pertinente ad forum Eccleſiaſticum, niſi ab ipſa ſententia in poſſeſſorio lata appellatum ſit, quia appellatione pendente ſuper poſſeſſorio non poteſt petitorium intentari, cùm nondum poſſeſſorium ſit totaliter evacuatum, ut docet Rebuffus in *tract. de cauſ. benefic. poſſeſſ. art. 12. n. 3.* 15

Juvat obſervare, quòd tametſi ex hodierna conſuetudine in Gallia, & Belgio Judices regii de omni ferè quæſtione in materia beneficiaria cognoſcant non ſolùm ſuper poſſeſſorio, verùm etiam ſuper petitorio: nihilominus, ut videantur inſiſtere antiquis formulis aſſerunt, ſolum poſſeſſorium, quod eſt *facti* ſibi attribuere, non verò petitorium quod eſt *juris*, & dicunt, ſe tantùm cognoſcere de poſſeſſorio, ut declarent quiſnam ſit manutenendus in ſua poſſeſſione. Hinc ut quæſtio in materia eccleſiaſtica deferatur ad tribunal regiũ, moris eſt, ut petatur manutenentia, ſeu quædam proviſio, hoc eſt Principis beneficium, quo pacificus poſſeſſor metuens ejici è ſua poſſeſſione vel exturbari in eadem ſervatur, & manutenetur, ne quidquam patiatur moleſtiæ, ut notat Damhaud. in *prax. rer. civ. c. 91. n. 1.* ubi addit, quòd tametſi vocabulum *manutenentia* ſit recens, eſt nihilominus aptum ad ſignificandum poſſeſſorem 16

bene-

beneficii Eccleſiaſtici à Principe defendi, ne à ſua pacifica poſſeſſione exturbetur. Hinc ſi extima manutenentiæ forma, & tenor litterarum manutenentiæ conſideretur, videntur Judices regii de nuda facti poſſeſſione cognoſcere, & id unicè intendere, ne pacificus poſſeſſor via *facti* à ſua ejiciatur, aut exturbetur poſſeſſione: reverà tamen plus ſibi attribuunt, cùm cognoſcant ſuper materia totius poſſeſſorii.

17 Duo tamen requiruntur pro obtinendis litteris manutenentiæ, ſcilicèt poſſeſſio beneficii, de qua ſaltem ſummariè debet conſtare, cùm hæc exprimatur in litteris manutenentiæ: & aliqua turbatio facti, quæ generaliter fit per quemcunque actum, quo quis non ſinit liberè, & quietè res ſuas ab alio poſſideri, ut notat Rebuffus in *tract. de mater. poſſeſſ. art. 1. Gloſſ. 2. n. 36.* ubi recenſet plures turbationis modos; imò *n.* 39. ſubdit, petentem litteras manutenentiæ teneri exprimere modum, & qualitatem turbationis, niſi ex ipſis actis conjiciatur. Quia verò qualiſcunque poſſeſſio etiam juris, ut etiam quævis turbatio ſolet admitti in ordine ad concedendas litteras manutenentiæ; oritur hoc inconveniens, ut omnes paſſim cauſæ Eccleſiaſticæ titulo manutenentiæ, ſeu poſſeſſorii trahantur ad tribunalia regia ſæcularia; & tribunalia Eccleſiaſtica iiſdem cauſis priventur, cùm ad ipſa reverà pertineant: & ſanè pudor eſt, ipſoſmet Eccleſiaſticos ſuas cauſas beneficiales deferre ad regia tribunalia examinari, & judicari omiſſis Eccleſiaſticis tribunalibus, ad quæ pertinet examinare, & judicare cauſas Eccleſiaſticas. Hujus ded coris causâ ſunt ipſi Eccleſiaſtici, qui malunt forum ſæculare frequentare, quàm Eccleſiaſticum: ſi enim adirent Epiſcopos, vel alios Eccleſiaſticos Judices ſine tumultu, ſine jurgiis forenſibus ſtatim quæſtio dirimeretur, quia Judex Eccleſiaſticus ſummariè cognoſcit, & ſtatim judicat quid juris: & certè deberent ſacerdores, & Eccleſiaſtici pudore ſuffundi deferentes ſuas quæſtiones ſuper materia Eccleſiaſtica ad tribunalia laicalia, & conſtituentes laicos Judices, ac arbitros earundem quæſtionum: iis ſanè retorqueri poſſet, quod Chriſtianis ad judicia Ethnicorum confugientibus exprobravit Apoſtolus: *Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſſit judicare inter fratrem ſuum?*

18 Ex eo, quòd ex hactenus dictis conſtat, Judices regios poſſe cognoſcere ſuper poſſeſſorio tantùm in materia Eccleſiaſtica, eò quia id pertineat ad materiam facti, non juris; non verò ſuper petitorio; ſequitur, Judicem, qui cognoſcit de cauſâ poſſeſſionis, non ſemper, & neceſſariò cognoſcere de cauſa proprietatis, adeò ut Actor obtinens in poſſeſſorio coram Judice Rei non teneatur coram eodem judice ſuper proprietate reſpondere, ſi ſit alterius prorſus fori, ut eſt Judex laicus reſpectu Clerici: ratio eſt, quia quamvis regulariter verum ſit, eum, qui cognoſcit de poſſeſſione, debere itidem cognoſcere ſuper proprietate *c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propri.* idque ne continentia cauſæ dividatur *l. Nulli C. de judic.* & quia faciliùs cognoſcit de proprietate, qui jam cognoverat de poſſeſſione, eò quia ſit in cauſa aliqualiter inſtructus *argu. l. 1. ff de quib. reb. adeund. judi*

Nihilominus quia cauſa naturalis vincit acci- 19
dentalem *l. qui habet ff. de tutor.* & ubi duo concurrunt, quæ ſimul ſtare nequeunt attendendum eſt ad dignius, & fortius quod præferri debet alteri *l. 1. §. idem eſt ff. de uſufruct. accreſc.* & regula quòd Actor ſequatur forum Rei *c. cum ſit de for. compet.* eſt magis digna, & naturalis, quàm alia de continentia cauſæ non dividenda, ideò potiùs violanda eſt regula hæc de continentia cauſæ non dividenda, quam alia de ſequendo forum Rei: ex quo fit, quòd Clericus Actor obtinens in poſſeſſorio coram judice Rei, non teneatur coram eodem Judice, qui non eſt ſuus proprius reſpondere in petitorio: ſecus tamen eſſet, ſi Judex eſſet ejuſdem fori, quia regulariter, ſi fieri poſſit, cauſa poſſeſſionis, & proprietatis coram eodem Judice ſive Ordinario, ſive Delegato, cui cauſa fuit ſimpliciter commiſſa terminanda eſt, quia tunc procedit regula de continentia cauſæ non dividenda: non enim cauſæ, quæ in eodem judicio debuerant terminari, apud diverſos Iudices diſcuti debent *l. nullis 10. C. h. t.* faciliùs enim, & citiùs expeditur cauſa ſuper proprietate coram eodem Judice, qui de poſſeſſione jam cognoverat; quod procedit quando Actor, & reus ſunt ejuſdem fori, ut diximus.

Hinc ſi reus conventus ſuper poſſeſſione ab 20
Actore, velit contra hunc agere ſuper proprietate; tunc ſi ſint ambo ejuſdem fori, tenetur reus agere coram eodem Judice, ne continentia cauſæ dividatur. Sin verò Actor ſit Clericus, & reus laicus; tunc laicus conventus ſuper poſſeſſione coram Judice ſæculari non poteſt finito judicio poſſeſſorio agere ſuper proprietate coram eodem Iudice: quia laicus tunc eſt Actor in petitorio, qui tenetur ſequi forum rei; nec Clericus tenetur reſpondere coram Iudice ſæculari, cùm hic non ſit ſuus Iudex in petitorio. Quòd ſi Iudex ſæcularis vellet perſonas Eccleſiaſticas trahere ad ſuum forum, eáſque gravare, poſſent clerici per viam appellationis ſaltem extrajudicialis, vel potiùs per viam ſimplicis querelæ immediatè adire Papam; ut deſumitur ex *c. ſignificaverunt ult. h. t.*

Pars II.

De Iurisdictione criminali eccleſiaſtica.

HActenus egimus de juriſdictione Eccleſia- 1
ſtica in civilibus, nunc delabimur ad crimina, circa quæ eccleſiaſtica juriſdictio exercetur: ſicut enim apud Magiſtratus ſæculares eſt publica authoritas vindicandi crimina, ut etiam innuit Apoſtolus ad *Romanos.* 13. ubi loquens de Principe laico ait: *Non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim Miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit,* ſeu ut explicat Eſtius gladium portat, ſive poteſtas, ſive Princeps tanquam Dei Miniſter, à quo gladium accepit, ut ſit vindex in iram, hoc eſt, ut ejus vice, & nomine juſtitiam exerceat vindicativam, puniatque perverſè agentes, & turbantes publicam pacem, vel lædentes honeſtatem vitæ communis. Ad id enim inſtituta eſt poteſtas ſæcu-

laris, ut pacem publicam conſervet, ac tueatur vitæ communie honeſtatem. Sicut igitur Magiſtratui laicali ineſt publica authoritas vindicandi crimina; ita etiam hanc authoritatem habet Eccleſia, licèt mitiùs procedat, & à ſanguinis abhorreat effuſioue.

§ I.

Quantum fuerit olim authoritas Iudicis Eccleſiaſtici in ordine ad punienda delicta Clericorum; & quæ hodierna.

1 QUemadmodum cura Eccleſiarum, & dominici gregis concredita eſt Epiſcopis, qui ſunt præcipui Eccleſiæ Miniſtri, & Apoſtolorum ſucceſſores; ita ad ipſos ſemper pertinuit corrigere errores, & punire delicta, quæ à Clericis, ac infetioribus Eccleſiæ Miniſtris committebantur; præſertim ſi diſciplinam Eccleſiaſticam labefactarent, & publicam quietem in Eccleſia turbarent. Imò habetur hac de re conſtitutio Gratiani, & Valentiniani Seniorie edita anno 376 & inſerta *l. 23. C. Theod. de Epiſcop. & Cleric.* ibi: *Ut ſi qua ſunt, ex quibus diſpenſationibus, levibúsque delictis ad religionis obſervantiam pertinentia locis ſuis, & à ſuæ Diœceſeos ſynodis audiantur:* hinc liquet, moris antiquitue fuiſſe, ut correctio delictorum, ſi quæ contra Eccleſiaſticam diſciplinam, ac religionem committerentur, Eccleſiaſticis ſynodie, ſeu conventibus deferretur. Hanc fuiſſe mentem Valentiniani in ſua conſtitutione notat S. Ambroſ. ſcribens ad Valentinianum juniorem, ait enim *epiſt. 13. Nec quisquam contumacem judicare me debet, cùm hoc idem aſſeram, quod Auguſta memoria pater tuus non ſolùm ſermone reſpondit, ſed etiam legibus ſuis ſanxit: in cauſa fidei, vel Eccleſiaſtici alicuius ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar ſit, nec jure diſſimilis; hæc enim verba reſcripti ſunt: hoc eſt ſacerdotes de ſacerdotibus voluis judicare; quin etiam ſi aliàs quoq; argueretur Epiſcopus, & morum eſſet examinanda cauſa, etiam hanc voluit ad Epiſcopale judicium pertinere.* Quamobrem delicta Clericorum, & cauſæ, etiam ſub primie Eccleſiæ exordiis ad judicium pertinebant Epiſcopale, præſertim ſi delicta publica eſſent, ac læderent religionem, vel corrumperent morum ſanctitatem: dicuntur delicta publica, quibus regimen, & politia reipublicæ perturbatur; adeò ut Clerici delinquentes non traherentur ad aliud forum, quàm Eccleſiaſticum, nec eorum cauſæ ab aliis cognoſcerentur, quàm ab Epiſcopis.

2 Duo tamen ſolent in Clericis diſtingui delictorum genera, ſcilicet Eccleſiaſticorum, & communium: delicta Eccleſiaſtica, ea dicuntur, quæ propriè committuntur contra diſciplinam Eccleſiaſticam, ſtatúmque, & ordinem Eccleſiaſticum, & hæc propriè puniuntur pœnis canonicie, ut exauthoratione, vel privatione communionis, vel ſuſpenſione ordinis; delicta communia ſunt, quæ committuntur contra regimen politicum totius reipublicæ, & hæc delicta, quæ committuntur à Clericis, non ut Clericis, ſed reipublicæ civibus vindicantur jure communi, & publicis legibus, quia ut notat Bellarm. *lib. 1. de Cler. c. 28.* Clerici præterqnamquod Clerici ſunt, ſunt etiam cives & partes Reipublicæ. Hinc delicta Eccleſiaſtica à Clericis, ut Eccleſiaſticis commiſſa, vindicanda permittebantur Epiſcopie: quæ verò communia ordinariis judicibus deferebantur.

Hæc tamen delictorum diſtinctio quoad Clericorum immunitatem ſublata fuit ab Honorio Imperatore in ſua conſtitutione edita anno 412, & relata in *l. 41. C. Theod. de Epiſc. & Cler.* ubi indefinitè ſtatuitur, ut Clerici nonniſi coram ſuis Epiſcopie conveniantur, & accuſentur, & ſubjungitur: *Igitur ſi Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, & quicunque inferioris loci Chriſtiana legis Miniſter apud Epiſcopum (ſiquidem alibi non oportet) à qualibet perſona fuerint accuſati; ſive ille ſublimis vir honoris, ſive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus laudabilis intentionis arripiet, noverit docenda probationibus, monſtranda documentis ſe debere inferre.* Cenſet nihilominus Jacobus Gothofredus *in not.* ad hanc legem in tract. de delicto communi, & privilegiato, Honorium non receſſiſſe à conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum, & tantùm fuiſſe locutum in præfata conſtitutione de delictis eccleſiaſticie. Verùm Honorius indefinite aſſerit, Clericoe nonniſi apud ſuum Epiſcopum eſſe conveniendos, & accuſandoe, idque privativè ad Judicem ſæcularem, ut plures contendunt: unde Honorius voluit, Clericoe non ſolùm de delictis Eccleſiaſticie, ſed etiam communibue conveniri, & accuſari coram Judice eccleſiaſtico. 3

Juſtinianus etiam Imperator in *nov. 123. c. 21.* ſtatuit, ut Clerici de crimine civili accuſati apud judicem civilem, ſeu laicum, & convicti non condemnarentur, nec punireutur, niſi Epiſcopus Judicis ſententiam probâſſet, vel ipſius Principis deciſio in caſum diſſenſus cauſam determinâſſet; verba Juſtiniani ſunt: Si quis crimen per legitimam examinationem potuerit approbare, tunc Epiſcopo locorum geſta monumentorum palam faciat, & ſi ex his agnoſcatur, propoſita crimina commiſiſſe eum, tunc ipſe Epiſcopus hunc ſecundùm regulas ab honore, ſeu gradu, quem habet ſeparet: Judex autem ultionem ei inferat legibus congruentem: ſi Epiſcopus putaverit geſta non juſtè confecta, tunc liceat ei deſerre, & nudare honore, ſeu gradu accuſatam perſonam: ita tamen ut hujuemodi perſona ſub legitima cautela fiat, & ita ad noe negotium tam ab Epiſcopo, quàm Judice deferatur, ut nos hoc cognoſcentes, quæ nobis videntur jubeamus. 4

Ex hac Juſtiniani conſtitutione potiùs inferrem, ad Epiſcopum pertinere judicium circa crimina etiam civilia Clericorum, adeò ut quomodocunque Clericus delinquat, debeat priùs conveniri coram Epiſcopo, qui cognitâ cauſâ ſi reum deprehenderit graviſſimi delicti, eum ſecundùm regulas ab honore, & gradu, quem habet, ſeparet, quod perinde eſt, ac clericum degradare, & degradatum poſtea tradere brachio ſæculari. Hinc cauſæ criminales abſque criminum diſtinctione fuerunt poſtea ad Judicem eccleſiaſticum *privativè* devolutæ, adeò ut Clerici non poſſint de qnocunque crimine ſive eccleſiaſtico, ſive civili accuſari, & conveniri coram Judice laico, ſed tantùm coram Eccleſiaſtico, & Pontifi- 5

Digitized by Google

tifices poſtea id corrobârunt ſuis ſanctionibus, quibus ſtatuerunt, ut cauſæ criminales clericorum nulla facta delictorum diſtinctione ad Judices Eccleſiaſticos deferantur.

6 Idque etiam Principes ſæculares ſuis ſtatutis ſanxerunt; etenim *lib. 1 capitul. Regum Franc. c. 38.* ſtatuitur, *Ut Clerici Ordinis Eccleſiaſtici, ſi culpam incurrerint apud Eccleſiaſticos judicentur non apud ſæculares*; & *lib. 5. c. 378.* habetur: *Nemo audeat Clericum, aut Monachum, vel ſanctimonialem fœminam ad civile judicium accuſare, ſed ad Epiſcopum*, & *lib. 7. c. 422.* ait Rex: placuit ut Clerici non judicentur niſi à propriis Epiſcopis: fas enim non eſt, ut divini muneris Miniſtri, divinóque cultui addicti temporalium poteſtatum ſubdantur arbitrio. Si enim propriorum Epiſcoporum juſſionibus inobedientes extiterint, tunc juxta canonicas ſanctiones per poteſtates exteras adducantur.

7 Hinc liquet, Clericos, de quovis crimine ſive Eccleſiaſtico, ſive civili etiam graviſſimo eſſe conveniendos, & accuſandos coram Judice Eccleſiaſtico ex ſanctionibus non ſolùm ſummorum Pontificum, ſed etiam Imperatorum, & Regum, eò quia non deceat divini muneris Miniſtros temporalium poteſtatum ſubdi arbitrio.

8 Quia verò Henricus II. Rex Angliæ tempore S. Thomæ Cantuarienſis legem poſtea condidit ſervandam, & juramento firmandam ab Epiſcopis, ut Clerici citati, & accuſati de quacunque re tenerentur comparere coram judice laico, quam legem ut contrariam immunitati Eccleſiaſticæ nunquam voluit D. Thomas Cantuarienſis ſubſcribere, eandem ut læſivam immunitatis Eccleſiaſticæ damnavit Alexander III. Lex erat iſta: *Clerici citati, & accuſati de quacunque re, moniti à juſtitia Regis venient in curiam ipſius reſponſuri ibidem de hoc, unde videbitur curiæ Regis, quod ſit ibi reſpondendum; ita quòd juſtitia Regis mittet in curiam ſanctæ Eccleſiæ ad videndum, qua ratione res ibi tractabitur: & ſi Clericus convictus, & confeſſus fuerit, non debet de cætero Eccleſia eum tueri*, & habetur *in tom. 10. Concil. col. 1531.* imò Pontifex redarguens iniquitatis hanc legem ſcripſit ad ipſum Henricum *epiſt. 10. ſicut Clerici à viris ſæcularibus vita, & habitu diſtinguuntur, ita judicia Clericorum à laicorum judiciis diverſa penitus comprobantur*, & poſtea munet Regem, ut permittat negotia Eccleſiaſtica, & præſertim criminalia tractari coram judicibus Eccleſiaſticis: ex quo conſtat, id temporis cauſas Clericorum ſive Eccleſiaſticas, ſive criminales ab aliis Judicibus non potuiſſe cognoſci, niſi ab Eccleſiaſticis.

9 Hinc Gratianus, qui ſub hæc tempora ſuum confecit decretum, ut ſe conformaret Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſui temporis referens fragmentum citatæ *legis 3. C. Theod. de Epiſcopal. judic.* ubi aſſeritur Clericorum immunitas, *cauſa 11. q. 1. can. 5.* hunc efficit canonem: *Continua lege ſancimus, ut nullus Epiſcoporum, vel eorum, qui Eccleſiæ neceſſitatibus ſerviunt, ad judicia ſive Ordinariorum, ſive extraordinariorum judicum pertrahatur, habent illi ſuos judices, nec quidquam his publicis eſt commune cum legibus.* In hoc tamen canone Gratianus omiſit particulam illam additam à Theodoſio, *quantum tamen ad cauſas Eccleſiaſticas*, quia Gratianus voluit in recenſenda lege Theodoſiana ſe conformare uſui, quo ſuo tempore Clerici non ſolùm quantum ad cauſas Eccleſiaſticas, ſed etiam criminales, & quaſcunque ſolum coram judicibus Eccleſiaſticis conveniebantur: quam immunitatem Clericorum circa omnia crimina poſtea confirmavit Federicus Imperator *in authent. ſtatuimus. C. de Epiſcop.* ubi ſtatuit: *Ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione, vel civili trahere ad judicem ſæcularem præſumat contra conſtitutiones imperiales, & canonicas ſanctiones. Quòd ſi Actor fuerit, à ſuo jure cedat: judicatum non teneat, & judex ex tunc poteſtate judicandi privetur*: ubi Imperator expreſsè declarat immunes Clericos à judicio laicali etiam quoad quæſtiones criminales, & civiles, quæcunque illæ ſint. Et hiſce conſtitutionibus Imperatorum conformes ſunt hodiernæ decretales, quæ jus commune canonicum conſtituunt, & totalem immunitatem concedunt Clericis à judiciis laicorum.

Hodie enim juxta ſacros canones ſicut in cauſa civili, ita multo magis in cauſa criminali Judex laicus non poteſt jurisdictionem exercere in Clericos, nec authoritate propria cognoſcere ſuper cauſis criminalibus Clericorum, & deſumitur ex *c. Clerici 8. h. t.* ubi Lucius III. reſcribit, quod ſicut Imperator dicit, quod leges civiles non dedignantur ſacros canones imitari, in quibus generaliter ſtatutum eſt *c. 1. 2. & pluribus ſequent. cauſ. 11. q. 1.* ut Clerici de omni crimine coram Judice Eccleſiaſtico, & nullo modo coram ſæculari debeant conveniri: ita per nullam in hac re conſuetudinem contrariam poteſt ſacris canonibus præjudicium generari. Ratio autem, cur laicus non poſſit eſſe Judex Ordinarius Clericorum etiam in cauſa criminali ex eo petitur, quia Judex ſæcularis nullam habet jurisdictionem, aut poteſtatem in perſonas Eccleſiaſticas *c. Eccleſia 10. de conſtitut.* & maximè in cauſis criminalibus; quia id cederet in grave opprobrium, ſeu contemptum Ordinis Clericalis, ſi judices ſæculares, qui ſtatu, & ordine ſunt inferiores, clericos conſtitutos in ordine ſuperiori ob eorum crimina judicarent, & punirent. Unusquisque enim judicandus eſt à ſuo Judice *c. ſi diligenti 12. de foro compet.* ubi Innocentius III. declarat, clericum non poſſe renuntiare juri ſuo, & conſtituere ſibi judicem laicum, etiam in cauſis temporalibus, & liberè, etiam ſi juraverit acceptare, adverſario, quia pacto privatorum non derogatur juri communi. Proprius autem Judex Clericorum de jure communi eſt Epiſcopus *c. ſi quis 1. de foro compet.* proinde ne delicta remaneant impunita *c. ut famæ de ſent. excommu.* Clericus de jure communi coram ſuo Epiſcopo, vel de jure ſpeciali coram alia perſona Eccleſiaſtica conveniri debet. Tum quia ſententia Judicis eſt quaſi quædam particularis lex in aliquo particulari facto *c. cum inter de re judic.* & ideò ſicut lex generalis debet habere vim coactivam, ut docet Ariſtoteles *10 Ethic. c. fin.* ita ſententia ferri debet ab illo, qui eſt ſuperior, & habet vim coactivam, per quam utraque pars adigitur

ad ſervandam ſententiam; alioquin ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 67. artic. 1.* judicium non poſſet eſſe efficax.

11 Neque ulla conſuetudo, quamvis immemorialis poteſt in contrarium prævalere, quia hujuſmodi conſuetudo eſſet contra Eccleſiaſticam libertatem, & contra ſtatuta Eccleſiæ. Tum quia per illa irrogaretur injuria Eccleſiæ, quod eſt iniquum *cap. Nullus 2. de for. compet.* Tum quia conſuetudo, per quam tollitur privilegium à Summis Pontificibus, & Imperatoribus, ac Regibus generaliter conceſſum Clericis, ne in cauſa criminali, vel civili trahantur ad forum ſæculare adverſatur immunitati Eccleſiaſticæ; conſequenter nullo unquam tempore præſcribi; vel induci poteſt, eò quia ſit injuſta, irrationabilis, & potiùs corruptela, ſeu abuſus, quàm uſus, ut notat Hoſtienſis *in d. c. Clerici 8. in fin. huj. tit.* Tum quia ut rectè argumentatur Pontifex in *d. c. Clerici.* lex ſæcularis non poteſt tollere ſtatuta ſacrorum canonum, inter quæ eſt etiam iſtud, ut Clerici non conveniantur coram judice laico, ſed coram proprio; & Eccleſiaſtico: proinde conſuetudo à ſæcularibus inducta non poteſt abrogare hanc exemptionem clericorum: ratio eſt perſpicua, quia conſuetudo eſt altera lex, & cuſtoditur, ac ſervatur pro lege *l. de quibus 32. ff. de legib.* & rurſus conſuetudo inducitur tacito conſenſu populi; & lex expreſſo conſenſu Principis, qui validior eſt, & fortior, quam tacitus conſenſus populi *argum. cap. Nullus 28. de elect. in 6* proinde ſi lex ſæcularis, ut argumentatur Pontifex *in d. c. Clerici 8.* non poteſt tollere ſtatuta ſacrorum canonum, inter quæ eſt etiam hoc, ut Clerici non conveniantur coram judice ſæculari: à fortiori, nec per ullam conſuetudinem poterit huic ſtatuto derogari. Neque obſtat, quòd conſuetudo dicatur derogare legi; quia id tantùm habetur ex legis permiſſione, ut notat Abbas *in d. c. Clerici 8 n. 4. b. t.* unde ſicut Magiſtratus ſæcularis non poteſt per legem, vel ſtatutum tollere privilegium exemptionis conceſſum Clericis, ita neque per conſuetudinem poteſt illud abrogare, tametſi conſuetudo dicatur eſſe immemorialis, quia ſemper eſt contrà libertatem Eccleſiaſticam, proinde corruptela.

12 Quòd verò laicus dicatur non poſſe cognoſcere, aut judicare de criminibus Clericorum, id extenditur, ut neque ex commiſſione, ſeu delegatione Prælati Eccleſiaſtici ut Epiſcopi, vel alterius inferioris Papæ cauſas criminales Clericorum cognoſcere poſſit, ut notat Abbas *in d. c. Clerici. n. 4.* quia id cederet in injuriam, & contemptum Ordinis Clericalis, & tantùm excipitur Papa, qui de plenitudine poteſtatis poteſt cauſas criminales Clericorum Judici laico delegare, ut docet Gloſſa *in c. 1. V. præter. diſt. 96.* non tamen ſummus Pontifex poteſt laicis conferre juriſdictionem Ordinariam in Clericos, adeò ut laici neque ex conceſſione ſibi à Pontifice facta poſſint proprio jure, & auctoritate exercere juriſdictionem in Clericos: quia Ordo Eccleſiaſticæ hierarchiæ à Chriſto inſtitutus, id exigit, ut Prælati Eccleſiarum ſint Judices Ordinarii Clericorum, non verò laici; alioquin qui ordine eſt inferior judicaret eos, qui ordine ſunt ſuperiores; & juriſdictio nonniſi in inferiores exercetur. Hinc ex litteris Innocentii III. ad Archiepiſcopum Piſanum, ut refertur *in c. ſi diligenti 12. de for. compet.* tam Epiſcopi, quàm Diaconi, ſeu quilibet Clericus in criminali negotio, ſi omiſſo Eccleſiaſtico judicio publicis judiciis, ſe purgare voluerint; tametſi pro eis ſit lata ſententia, locum ſuum nihilominus amittant: adeò ut Innocentius III. pœnam impoſuerit amiſſionis loci Eccleſiaſticis recurrentibus in negotiis criminalibus ad judices ſæculares omiſſo Eccleſiaſtico.

Idque etiam procedit ex communi Canoniſtarum ſententia de quocunque crimine etiam graviſſimo, adeò ut Judex laicus, nec de crimine aſſaſſinatus poſſit contra Clericum cognoſcere, nec poſſit Clericus à Judice laico ob tale crimen puniri, niſi priùs à judice Eccleſiaſtico condemnatus ſit: idque non obſtante, quòd in deteſtationem hujus criminis *in c. 1. de homicidio in 6.* ſtatuatur, ut Prælatus ſeu quævis alia perſona Eccleſiaſtica committens hoc crimen incurrat ſententiam depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio ipſo facto: Demum Synodus Tridentina cauſas criminales, perinde ac matrimoniales ſolis Epiſcopis privativè detulit, excluſis ſcilicet Judicibus inferioribus *ſeſſ. 24. c. 20 de refor.* non tamen per decretum Concilii excluditur à cognitione cauſarum criminalium Officialis Epiſcopi, quia hic cum vices gerat Epiſcopi non conſtituit diverſum tribunal; proinde de omnibus cauſis, quæ Epiſcopo tanquam ordinario Judici deferuntur, poteſt ejus Officialis cognoſcere, niſi Epiſcopus velit per ſe ipſum judicare. 13

Stat igitur, Clericos quamvis enormium criminum reos, & convictos à Judice tantùm Eccleſiaſtico potuiſſe judicari, qui tamen non conſueverat publico, & capitali ſupplicio Clericos reos punire, ſed tantùm vel in perpetuum carcerem eos detrudere, vel alia pœna citra ſanguinem punire, idque ut Ordinis Clericalis dignitati conſuleretur; & caveretur, ne ordo ſacerdotalis inſultationi exponeretur ſæcularium, & ne dignitas ſacerdotalis pollueretur: ſiquidem contumelioſum eſſet Ordini ſacerdotali, ſi ſacerdotes ob patrata crimina à laicis judicibus condemnarentur, & in publicis plateis coram populo ultimo ſupplicio punirentur, aut corporalibus afficerentur ſuppliciis: quod cognoſcentes etiam ipſi Ethnici; decori Veſtalium apud ipſos dabatur; ut daturæ pœnas ob patratum crimen oculis vulgi ſubtraherentur, vivæ in ſpecum defoſſæ. 14

Tum quia eſt laicis ſcandalo ſi ipſa clericorum crimina omnibus propalentur, quinimo delicta ſacerdotum valdè venerationem, & obedientiam diminuunt, quam laici aliàs iiſdem profiterentur, hæcque cauſa etiam fuit, cur Imperatores, & Principes Chriſtiani Clericis indulſerint, ut eorum delicta nonniſi à Judicibus Eccleſiaſticis cognoſcerentur; & Eccleſiaſtici ſummo Zelo, totiſque viribus hoc idem privilegium fori contra laicorum conatus propugnaverint. Hinc Concilium Avenionenſe anno 1326. *can. 14.* ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ prohibet Judicibus, & Magiſtratibus laicis ca- 15

pere

pere aliquam perſonam Eccleſiaſticam, niſi forteſſis contigerit eam in flagrante crimine capi; & tunc antequam ad alios extraneos actus divertant, debeant Clericum ſic captum ad curiam Eccleſiaſticam ducere, ac ſine fraude reſtituere Judici Eccleſiaſtico. Imò Concilium revocat etiam omnes licentias ad certum tempus, vel ſimpliciter conceſſas Magiſtratibus civilibus ab Archiepiſcopis, vel Epiſcopis, eò quia ſumpta inde occaſione manus temerarias extenderent ad capiendos Clericos modis turpibus ad majorem ſtatus clericalis confuſionem.

16 In Gallia tamen moris erat, ut Judices regii authoritatem ſibi uſurpaverint cognoſcendi de quibuſdam delictis atrocioribus, quæ authoritas non fundabatur in aliqua poſitiva ordinatione regia, ſed in poſſeſſione, & præſumpto privilegio, & tacita Principis approbatione reſultante ex nuda tolerantia; quam poſſeſſionem poſtea Judices regii tuebantur contra immunitatem Eccleſiaſticam tot Conciliorum canonibus, & Principum legibus firmatam; & ea unicè nitebantur ratione, quia crimina clericorum apud judices Eccleſiaſticos manerent impunita, & ipſa impunitas viam aperiret, ac ſterneret delictis in ſummum Reipublicæ detrimentum, & humanæ ſocietatis turbationem. Non tamen hic modus procedendi contra Clericos criminoſos ubiq; ſervabatur, nec praxis erat uniformis, adeò ut potiùs ex arbitrio judicis regii dependeret; & refert Aufrerius moris fuiſſe, ut executio emendæ per Clericum debitæ ratione violationis ſalvæ gardiæ regiæ fieret in bonis immobilibus temporalibus, ex quo liquet, Judices Regios priùs cœpiſſe Clericos pecuniariter condemnare, & gradatim ſucceſſu temporis integram cognitionem, & punitionem criminum privilegiatorum ſibi arrogâſſe, relictâ Judici Eccleſiaſtico ſolâ authoritate judicandi de delictis communibus, non verò de privilegiatis, quæ cenſebantur atrociora, & directè tendunt ad turbandam quietem publicam, ut ſunt crimina læſæ majeſtatis, aſſaſſinatus, & alia id genus: crimina communia vocabantur, quæ præcipuè ipſam Eccleſiaſticam œconomiam, & ſacrorum adminiſtrationem lædebant: & dicebantur etiam Eccleſiaſtica, eò quia pœnam mererentur canonicam latam à jure Ecclaſiaſtico.

17 Cur verò crimina pertinentia ad forum ſæculare contra privilagium clericale *privilegiata* dicta fuerint; & è converſo, quæ ex privilegio fori ad judicem pertinebant Eccleſiaſticum, fuerint *communia* vocata, rationem videtur adſerre Rouſſellius *in hiſtor. juriſd. Pont. lib. 4. c. 3. num. 6.* quia nimirum quaſi privilegium conſtitutum eſt judici laico, ut de illis cognoſcat: cum enim Eccleſiaſtici viderentur præſcripſiſſe cognitionem omnium criminum in ſe ipſos, ideò privilegio opus erat, ut non obſtante illa præſcriptione facultas cognoſcendi ſuper hiſce criminibus ſaltem ex privilegio daretur Magiſtratui ſæculari; & licèt conſiderato primævo jure, crimina, quæ ex privilegio fori ſpectant ad cognitionem Judicis Eccleſiaſtici privativè, ſeu ſecluſo judice ſæculari, potiùs viderentur dicenda *privilegiata* à privilegio fori, nihilominus uſus invaluit, ut dicantur crimina *communia*, eò quia circa ipſa procedatur juxta jus commune.

18 Verùm quia Epiſcopi, & Clerus Gallicanus fortiter inſtetarunt contra Judices Regios, eò quia auderent immunitatem Eccleſiaſticam graviter lædere in cognoſcendo ſuper delictis Clericorum, ideò ſub Henrico III. per edictum Melodunenſe ſtatutum fuit, ut inſtructio litis contra perſonas Eccleſiaſticas ſuper crimina privilegiato impoſterum conjunctim à duobus judicibus inſtitueretur uno Eccleſiaſtico, & altero regio, adjecta etiam clauſula, ut Judex Regius teneretur accedere curiam Eccleſiaſticam in ordine ad formandam unà cum judice Eccleſiaſtico dictam inſtructionem.

19 Fuit autem edictum Melodonenſe factum ad eum finem, ut utraque poteſtas Eccleſiaſtica, & regia unà convenirent, & illoſtrior fieret conventus, & imperium ſacerdotio reconciliaretur, & utraque poteſtas ſimul conjuncta fortiùs ageret contra delinquentes; & etiam ut utraque poteſtate uni, & eidem cauſæ incumbente, & allaborante, facilè omnibus perſuaderetur, nec à juſtitia per unam poteſtatem conniventiâ deflecti in ferendis judiciis; nec innocentiam per aliam opprimi. Tum ut per hanc formam procedendi tandem ſopirentur contentiones, & diſſidia, quæ frequenter in Provinciis excitabantur, ut etiam quæſtiones ſuper qualitate criminis, num hoc eſſet ex communibus, vel privilegiatis. Tum ut beneficio præfati edicti Melodunenſis Clerici, qui non eſſent puniendi pœnâ ſanguinis remitterentur Judici Eccleſiaſtico puniendi ſola pœna canonica. Hæc igitur forma procedendi, ita viſa poſtea fuit conveniens, ut per edictum Regium emanatum anno 1678. fuerit confirmata, imò per aliud edictum emanatum anno 1684. extenſa etiam per totum Regnum Galliæ abrogata praxi, & forma contraria procedendi, quæ adhuc in aliquibus Provinciis obſervabatur, ut notat Claudius Fleury *p. 3. inſtit. juris canon. c. 14.* ubi etiam notat, ex hodierna praxi delicta privilegiata læſæ Majeſtatis, & alia, quæ eò reducuntur, ut ſunt crimina falſæ monetæ, cognoſci tantùm à judice laico, & ab eorum cognitione judices Eccleſiaſticos eſſe ſubmotos: ſed qua ratione id agant, ipſi viderint, cum id libertatem Eccleſiaſticam non parùm lædat.

§. II.

De Iurisdictione in cauſas criminales Epiſcoporum.

CUm Judices in Eccleſia ſint Epiſcopi conſtituti, ad quos pertinet cognoſcere, & judicare de cauſis criminalibus Clericorum, ideò meritò dubitatur à quonam cognoſcendæ, & judicandæ ſint cauſæ criminales Epiſcoporum. Conſtat enim hujuſmodi cauſas pridem fuiſſe in Synodis Provincialibus examinatas, & terminatas; ut colligitur ex pluribus textibus in jure canonico, & ita fuit etiam ſtatutum in Synodo Nicena *can. 5.* ubi licèt expreſsè, & nominatim non ſit ſermo de Epiſcopis, quia tamen generatim ſtatuitur, ut quæſtiones, quæ per totam Provinciam exerirentur in Synodo Provinciali exhibe-

rentur-

Digitized by Google

rentur examinandæ, & terminandæ; etiam ipſæ quæſtiones contra Epiſcopos delinquentes examinandæ, & terminandæ erant in ſynodo Provinciali.

2 Tum quia Concilium nominatim committit ſynodo Provinciali examen excommunicationum, quæ ab Epiſcopis tunc ferebantur contra Clericos: hoc autem examen non poterat inſtitui, quin ſimul de cauſa Epiſcopi judicium ferretur, habetur enim *in d. can. 5.* Nicenæ Synodi: *Requirantur autem, ne puſillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet Epiſcopi vitio videantur à Congregatione ſecluſi, ut hoc igitur decentius inquiratur bene placuit annis ſingulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari, ut communiter omnibus ſimul Epiſcopis Provinciæ congregatis diſcutiantur hujuſmodi quæſtiones*, & hunc canonem Nicenæ ſynodi Concilium Generale Conſtantinopolitanum confirmavit, præcepitque inviolatum ſervari: & quia inter ea, quæ in Provinciis occurrunt emendanda majoris momenti eſt correctio Epiſcoporum, ideò congruum videbatur, ut ſuper cauſis criminalibus Epiſcoporum ſynodus Provincialis Epiſcoporum, & non alius judex cognoſceret.

3 Rurſus in Concilio Africano, cui interfuit S. Auguſtinus ſtatutum itidem fuit, ut juxta Nicena decreta Epiſcopi à ſuis Metropolitanis, ſeu à ſuis Conciliis Provincialibus judicarentur, ut ſcribunt PP. ejuſdem Concilii ad Cœleſtinum Papam, ibi: Præfato debitæ ſalutationis officio impendio deprecamur, ut deinceps ad veſtras aures hinc venientes non faciliùs admittatis, nec à nobis excommunicatos in communionem velitis admittere; quia hoc etiam in Niceno Concilio definitum facilè advertit venerabilitas tua: nam ſi in inferioribus Clericis, vel laicis videtur ibi præcaveri, quantò magis hoc de Epiſcopis voluit obſervari, ne in ſua Provincia à communione ſuſpenſi à tua ſanctitate, vel feſtinatè, vel præproperè, vel indebitè videantur communioni reſtitui; quia & nulla Patrum definitione hoc Eccleſiæ derogatum eſt Africanæ, & decreta Nicæna ſive inferioris gradus Clericos, ſive ipſos Epiſcopos ſuis Metropolitanis apertiſſimè commiſerunt. Prudentiſſimè enim, & juſtiſſimè providerunt quæcunque negotia in ſuis locis, ubi orta ſunt, finienda, nec unicuique Provinciæ gratiam Sancti Spiritûs defuturam, quâ æquitas à Chriſti ſacerdotibus, & prudenter videatur, & conſtantiſſimè teneatur. *Hactenus* Patres Africanæ Synodi ad Cœleſtinum Papam.

4 Concilium Antiochenum etiam ſtatuiſſe, ut cauſæ criminales Epiſcoporum examinarentur, & terminarentur in ipſis Conciliis Provincialibus, liquet ex *canone 15.* qui ex verſione Dionyſii Exigui ita ſonat: *Si quis Epiſcopus de certis criminibus accuſatus fuerit, condemnetur ab omnibus Epiſcopis ejuſdem Provinciæ, cunctique eum eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari permittant, ſed firmam concordantium Epiſcoporum Provinciæ manere ſententiam*, ſupponit enim Concilium cognoſcere ſuper cauſis criminalibus Epiſcoporum pertinere ad Concilium Provinciale, in quo, ſi ſententia lata ſit ex communibus Epiſcoporum ſuffragiis, firma ſit: quòd ſi Epiſcopi diſſentiant, vult idem Concilium Antiochenum *can. 14.* ut tunc Metropolitanus Epiſcopus è vicina Provincia judices alios convocet, qui controverſiam dirimant. Rurſus hanc eandem diſciplinam eccleſiaſticam deferendi cauſas criminales Epiſcoporum ad Concilium Provinciale examinandas, & terminandas confirmavit, plurimùmque commendavit Concilium Sardicenſe: ſiquidem in *can. 5.* ex verſione Dionyſii Exigui ita legitur: Quòd ſi aliquis Epiſcoporum judicatus fuerit in aliqua cauſa, putétque ſe cauſam bonam habere, iterum Concilium renovetur, ut cauſa examinetur.

5 Nihilominus circà ſæculum octavum, & nonum hæc ſynodorum authoritas in examinandis, & terminandis cauſis criminalibus Epiſcoporum diminui cœpit, eò quia plura orirentur diſſidia, & plerumque Epiſcopi non convenirent. Fuit enim eo tempore nova canonum collectio in lucem edita ſub nomine cujuſdam Iſidori, in qua jus cognoſcendi ſuper cauſis criminalibus Epiſcoporum, eóſque deponendi adimitur ſynodis Provincialibus, & ſoli Romano Pontifici etiam in prima inſtantia aſſeritur. Imò habetur etiam epiſtola decretalis ſub nomine Julii directa ad Epiſcopos Orientales in cauſis Athanaſii, & in exceſſibus contra Romanam Eccleſiam, etenim *c. 2.* habetur. Porrò dudum à Sanctis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus in præfatis antiquis ſtatutis decretum fuerat, quod hactenus ſancta, & univerſalis Apoſtolica tenet Eccleſia, non oportere præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari; nec Epiſcopum damnari, quoniam ſanctam Romanam Eccleſiam primatem omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt. Et *c. 4.* ſubditur. Si quis ab hodierna die, & deinceps Epiſcopum præter hujus ſanctæ Sedis ſententiam damnare, aut propria pellere ſede præſumpſerit, ſciat ſe irrecuperabiliter eſſe damnatum, & proprio carere perpetim honore, eóſque, qui abſque hujus Sedis ſunt dejecti ſententia, vel damnati, ejuſdem ſanctæ Sedis Authoritate ſcitote priſtinam recipere communionem, & in propriis reſtitui ſedibus. Hæc habentur in præfata collectione canonum, & epiſtolarum decretalium Pontificum, quæ prodiit ſub nomine Iſidori, quæ quidem collectio ſummo plauſu recepta fuit ab Eccleſiaſticis præſertim cùm in ipſa continerentur plures epiſtolæ decretales ſub glorioſis nominibus plurium Pontificum, qui pro fide martyrium ſubierunt. Inde poſtea conſuetudo invaluit, ut cauſæ criminales Epiſcoporum ad Sedem Apoſtolicam deferrentur examinandæ, & terminandæ, & obſervat Petrus de Maria *lib. 8. de concord. ſacerdot. & imper. c. 35.* Arnulphum Archiepiſcopum Remenſem in ſynodo Remenſi ſub ſæculo nono depoſitum; authoritate Romani Pontificis fuiſſe reſtitutum ea tantùm ratione, quia in ſynodo ſine authoritate Sedis Apoſtolicæ fuiſſet depoſitus, & addit ex eo tempore praxim invaluiſſe, ut Epiſcopi ob patrata crimina non niſi à Sede Apoſtolica deponerentur; & hodiè cauſæ Epiſcoporum tractantur Romæ in Congregatio-

ne

ne ad id ſpecialiter inſtituta, ut in ipſa cognoſceretur ſuper cauſie Epiſcoporum, & Regularium.

6 Quia verò Gratianus in ſuum decretum retulit canones Nicænos, Antiochenos, & Sardicenſes, aliósque ſimiles, qui cauſas Epiſcoporum ed Provincialem Synodum referebent; ideò ad conciliandos poſtea pugnantes canones cœperunt Doctores uti diſtinctione, quâ cauſas mejorae à levioribus ſejungebant, & hae voluerunt examinati, & terminari in Concilio Provinciali, eò quia correctionem tantùm mitiorem exigerent; majores verò voluerunt referri ad Sedem Apoſtolicam juxta decrete releta in decretelibus Pontificum: & hac diſtinctione videtur uſus Innocentius III. cùm in *c. 2. de translat. Epiſc.* ſolam Epiſcoporum depoſitionem aſſerit Sedi Apoſtolicæ eſſe reſervatam, & eit, tranelationem, depoſitionem, & ceſſionem Epiſcoporum eſſe tria non tam ex inſtitutione canonica, quàm divina ſoli Romano Pontifici reſervata. Demum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. c. 5. de refor.* ſtetuit, ut cauſæ criminales graviores contre Epiſcopos, etiam hæreſis, quod abſit, quæ depoſitione, aut privatione dignæ ſunt, eb ipſo tantùm ſummo Pontifice Romano cognoſcantur, & terminentur. Quòd ſi ajusmodi ſit cauſa, quæ neceſſariò extre Romanam Curiem ſit committenda, nemini prorſus ea committetur, niſi Metropolitenis, eut Epiſcopis à Beatiſſimo Pepa eligendis. Hæc verò commiſſio ſpecielis ſit, & manu ipſius ſanctiſſimi Pontificis ſigneta, nec unquam plus his tribuat, quàm ut ſolam facti inſtructionem ſumant, & proceſſum conficiant: quem ſtetim ed Romanum Pontificem tranſmittant reſervatâ eidem ſanctiſſimo ſententiâ definitivâ. Hactenus Tridentina Synodus, quæ de minoribus Epiſcoporum cauſis ſubdit. Minores verò criminelee cauſæ Epiſcoporum in Concilio tantùm Provinciali cognoſcantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium Provinciele.

7 Dices, Epiſcopum in ſue propria Diœceſi non habere ſuperiorem, proinde poſſe Judicem eſſe in cauſe propria: ſiquidem Princeps ſupremus non habens ſuperiorem, cujusmodi ſunt Pepa, Imperator, & Regee, poſſunt Judicee eſſe in cauſe, quæ vertitur, inter ipſos, & ſubditos, ut docet Gloſſa *in c. cum veniſſent V. judicare h. t.* & docent ibidem Abbes *n. 6.* Decius *n. 5.* & communiter Canoniſtæ, & deſumitur etiem *ex l. & hoc 41. ff. de hered. inſtit.* juncta Gloſſe Margin. ubi Tiberius Imperetor in ceuſâ propria jus ſibi dixit. Retio itidem eſſe videtur, quia Princeps ſupremus ex plenitudine poteſtatis, poteſt ea, quæ ſubditie non permittuntur, nec ab ipſis cogi poteſt, ut ſe judicio alterius ſubjiciat. Tum quia ſupremus Princeps utpote conditor legum præſumitur nil velle, niſi quod eſt juſtum, & æquum, & nil ſtatuere, nec concludere niſi edhibitis ſelectis Conſiliariis.

8 Sed contra, eſt enim diſcrimen inter ſupremum Principem, & Epiſcopum, quie ſupremus Princeps nec in propriis ditionibus, neque extra illas hebet in terris ſuperiorem, cui ſubjiciatur, neque à ſubditis poteſt cogi, ut ſe judicio alterius ſubjiciat. Secus Epiſcopus licèt ſuperiorem non habeat in ſue Diœceſi, hebet tamen ſuperiorem in Provincia, in qua ejus Diœceſis continetur, ſcilicet Archiepiſcopum, & Concilium Provinciale, cui ſubjicitur, & à quo judicari debet. Præterea omnes Prælati Eccleſiaſtici inferiores ſubjiciuntur Pepæ, à quo propterea judicandi ſunt in ſuis cauſis. Præterea licèt ſupremus Princeps ex eo, quòd ſit Author legum, & juſtitiæ præſumetur, nil velle ſtetuere, niſi juſtum, & æquum, conſultius tamen eſt, jurique neturali magis conſonum, ſi in cauſis inter ipſum, & ſuos ſubditos controverſis non ipſe per ſe jus dicat; ſed easdem cauſas arbitris decidendas committat, vel conſtituat Judicee Ordinarios, aut delegetos, qui jus inter ipſum, & ſubditos dicant *l. 2. C. ſi adverſus fiſcum* ubi habetur, quòd ſi controverſia naſcatur inter fiſcum Principis, & privetos, Procurator Cæſaris unà cum Præſide debeet cognoſcere. Hoc idem etiam docet hodierna praxis, quâ conſtat, lites pertinentes ad fiſcum cognoſci, ac definiri eb iis, qui fiſco, ſeu Cameræ Principis præſident, qui tenentur procedere ſecundùm juſtitiam depoſita omni inordinata effectione, ac perſonarum acceptione. Poteſt temen Papa, imò etiam alius Princeps ſupremus eſſe judex in propria cauſa tantùm quoad proprios ſubditos; non verò quoad alios ſibi non ſubditos, ut notat Felinus. in *c. cùm veniſſent 12. n. 5. h. t.*

Neque obſtat, ſi dicas, ad ſubſtantiam judicii requiri eſſentialiter tres perſonae, Actorem, Reum, & Judicem *c. forus 10. de V. S.* ſin eutem Papa eſſet judex in ceuſe propria in tali judicio duæ tantùm eſſent perſonæ, quia Pepa eſſet pars, & judex. Nam contra eſt, quia licèt de jure poſitivo requirantur tres perſonæ, non tamen id ſemper neceſsè eſt, ut liquet, quando proceditur in judicio per viã inquiſitionis, ubi nullus intervenit Actor. Præterea quia Pepa circe privilegia Apoſtolica aliis conceſſa judicat ipſe ſolus *c. 2. §. Nos igitur de in integr. reſtit.* ubi Innocentius III. declarat, quòd ſi ſuper privilegiis Sedis Apoſtolicæ cauſa vertetur, non poſſit præter ſummum Pontificem de tali cauſa alius judicare: & retio ex eo etiam deſumitur, quia ad illum pertinet interpretare, ad quem ſpectat condere, ut notat Innocentius in *d. c. cùm veniſſent V. per alios.* 9

Hinc ſi quæſtio oriatur de privilegio exemptionis, ſeu ſubjectionis immediatæ, & ad Sedem Apoſtolicam, & dubium tantùm ſit, an tale privilegium fuerit legitimè conceſſum, vel impetratum, & quanta ſit ejus extenſio, & an revocatum fuerit: ſolus Pepa, non verò alius inferior judex cognoſcit ſuper hac cauſa, quia qui privilegium conceſſit, debet etiam illud interpretari *c. ſicut 30. §. ex his cauſ. 11. q. 1.* ſin verò dubium incidat in judicio de privilegio à Papa, vel alio Principe ſupremo conceſſo; tum Judex inferior, coram quo partes litigant poteſt indirectè, & incidenter cognoſcere de tali privilegio, illúdque interpretari dummodo nullum præjudicium inferatur Papæ, neque obligatio ulla per talem interpretationem eliis imponatur: ratio eſt, quia res inter alios acta non debet tertio præjudicare, cùm tantùm obliget partes litigantes, quæ poſſunt etiam à tali interpretatione appellare; quia tunc judicatur potiùs de privilegiato, an ſit capax privilegii, quàm de ipſo privilegio. 10

Digitized by Google

11 Liquet igitur, Epiſcopum, & alium Prælatum Papâ inferiorem non poſſe in propria cauſa jus ſibi dicere, *l. unic. C. ne quis in ſua cauſa judicet.* Ratio ex eo petitur, quia Judex debet eſſe medius, ac veluti diremptor inter partes litigantes, Actorem ſcilicet, & Reum. Sin autem Epiſcopus in propria cauſa jus ſibi diceret, non eſſet medius, nec diremptor inter partes litigantes, quia eſſet & ipſe pars. Hinc ſi controverſia naſcatur inter majorem Capituli partem, ex una parte, & alios Capitulares ſingulares ex altera, non poteſt capitulum repræſentatum per majorem partem eſſe Judex, alioquin judicaret in propria cauſa *l. unic. C. ne quis in ſua cauſa judicet.* Imò id procedit, quamvis capitulum juriſdictionem haberet in ſingulos, quia non poteſt ſingulos judicare in facto, ſeu cauſa propria, ut notat Abbas in *c. in Geneſi 55. n. 2. de elect.*

12 Excipitur tamen niſi injuria Judici illata eſſet ita notoria, ut nullo modo negari poſſet, quia tunc abſque alia accuſatione, & proceſſu juris, poſſet Judex delinquentem punire: ut ſi Princeps ſuiſmet oculis, & etiam alii Aulici præſentes viderent Petrum coram ipſis committere homicidium: quia tunc ceſſat ratio ſuſpicionis, & Judex tunc puniendo homicidium, eſt ſolus juris Executor. Hoc autem procedit de pœnâ à lege certò impoſita ob tale delictum notorium. Imò id etiam procedit de Judice ordinario, qui ratione publici officii poteſt etiam vindicare injuriam ſibi non ut perſonæ privatæ, ſed ut Judici, & perſonæ publicæ illatam, quia tunc cenſetur potiùs vindicare injuriam illatam Reipublicæ, quàm propriæ ſuæ privatæ perſonæ: alioquin, ſi injuria illi non inferretur, ut Judici, ſed ut privatæ perſonæ, non poſſet ſibi jus dicere, & vindicare injuriam ſibi illatam, quia non poteſt eſſe judex in cauſa propria. Quod verò ad Judicem delegatum pertinet, quamvis poſſit is procedere contra impedientem juriſdictionem ſibi demandatam *c. 1. de offic. deleg.* non tamen poteſt judicialiter procedere contra reum de alia re ſibi non commiſſa; idque defectu juriſdictionis: quia Judex delegatus extra cauſam ſibi commiſſam non habet juriſdictionem, ſine qua non poteſt procedere.

13 Epiſcopus igitur, ut etiam quilibet alius Prælatus licèt poſſit judicare in cauſa ſuæ Eccleſiæ, non ita in cauſa ſuæ perſonæ; adeò ut ſi injuria illata ſit directè & principaliter Epiſcopo non poſſit in ea eſſe Judex, nec punire reum *c. inter 27.* juncta Gloſſa *fin. cauſa 23. q. 4.* Idque etiam procedit, ſi cauſa Eccleſiæ directè, & principaliter reſpiciat menſam Epiſcopi; ut notat Abbas in *c. cùm veniſſent 12. n. 9. de jud.* quia tunc cenſeretur jus dicere in cauſa propria cùm agatur de proprio emolumento, vel damno. Secus quando cauſa principaliter, & directè ſpectat ad Eccleſiam, vel ad dignitatem Epiſcopalem, non verò ad perſonam, poteſt Epiſcopus in ea eſſe Judex; quia tunc non eſt Judex in cauſa propria, ſed in cauſa Eccleſiæ, quam tenetur tueri: nihilominus ob conjunctionem, quam Prælatus habet cum ſuâ propria Eccleſia, poteſt à parte recuſari, ut ſuſpectus: cùm enim poſſit Judex recuſari, ut ſuſpectus, ſi factus ſit adverſario amicus, familiaris, & domeſticus, idque ob affectionem, quæ in illo præſumitur erga partem contrariam *argum. c. inſinuante 25. de offic. judic. delegat.* potiori jure poteſt etiam recuſari Epiſcopus, ut ſuſpectus ſi agatur de cauſa propria ſuæ Eccleſiæ, quia præſumitur major affectio in Epiſcopo erga ſuam Eccleſiam, quàm in Judice erga partem contrariam. 14

Hoc tamen procedit, dummodo Epiſcopus recuſetur, alioquin ſi contra ipſum non excipiatur poteſt in cauſa ſuæ Eccleſiæ eſſe Judex: hinc ſi ferret ſententiam, ut Judex, valida hæc eſſet, quia illi non deeſt juriſdictio; poſſet tamen talis ſententia adhuc elidi per exceptionem. Rurſus id procedit, quando Epiſcopus in cognoſcenda cauſa ſuæ Eccleſiæ procedit judicialiter; quia extrajudicialiter poteſt pro defenſione proprii juris, vel Eccleſiæ cenſuras ferre, dummodo ſit poſſeſſor bonæ fidei *argu. c. venerabilibus 7. V. attamen de ſent. excomm. in 6.* quia ſi licitum eſt Epiſcopo armis corporalibus defendere poſſeſſionem ſuorum jurium; à fortiori id erit illi licitum per arma ſpiritualia, ſeu per cenſuras: ſi enim Epiſcopus ſit in poſſeſſione viſitandi aliquas Eccleſias inferiores ſeculares, vel regulares, & earundem Rectores velint impedire hanc viſitationem, poteſt Epiſcopus armis ſpiritualibus ſuam defendere poſſeſſionem, ut docet Layman de juriſdictione Ordinarii *concluſ. 44.*

§. III.

De Origine, & qualitatibus Inquiſitorum ſancti officii.

TAmetſi ad Epiſcopos pertineat gregem ſibi concreditum docere dogmata fidei, & illum ab impiorum hominum, & hæreticorum erroribus, praviſque doctrinis cuſtodire; nec permittere, ut hæreſes irrepant: nihilominus ob varias officii Epiſcopalis curas, quibus perſæpe aliis Epiſcopi implicantur negotiis, adeò ut non poſſint ea diligentia, quam neceſſitas exigeret, ſemper invigilare ſuper ſuum gregem, vel quia Pontifex eos occupet in muneribus obeundis Eccleſiæ univerſalis, eóſque mittat ſuos legatos, vel Nuntios in Provincias alienas, vel quia eorum miniſterio Romæ utatur; ideò propter Epiſcoporum abſentiam, & nonnunquam etiam ob imperitiam, factum fuit, ut munus inquirendi contra hæreticos, & pravos errores diſſeminantes certis quibuſdam Judicibus à ſede Apoſtolica fuerit demandatum; adeò ut Romani Pontifices præter Epiſcopos ad id negotii etiam deputaverint alios Eccleſiaſticos, quos Apoſtolicos Inquiſitores volunt appellari; quo verò tempore id contigerit non concordant Authores. 1

Sed certum eſt, id contigiſſe tempore Innocentii III. Genebrardus in Chronic. *lib. 4. ſæcul. 13.* cenſet, Inquiſitores ſancti officii fuiſſe inſtitutos anno 12. ſupra 1200. loquens enim de Innocentio III. ait *Ejus temporibus orta fuit hæreſis in Toloſæ partibus, quam D. Dominicus mira celeritate compeſcuit.* Illeſcas in actis Innocentii III. *lib. 5. ſuæ Pontificalis hiſtoriæ c. 33.* vult, inquiſitionis inſtitutionem incepiſſe anno 1208.

Paramus

Parentus autem *lib. 2. c. 1. n. 13.* refert, hanc inſtitutionem contigiſſe anno 1214. Imò Pegna *in direct. 3. p. comm. 32. V. officium delegat. inquiſit.* vult, officium inquiſitionis incepiſſe anno 1200. Et licèt Authores diſſentiant circa annum, conſentiunt tamen, officium inquiſitionis fuiſſe inſtitutum ab Innocentio III. occaſione hæreſis Albigenſium, quæ in Provincia Toloſana graſſabatur, & communior ſententia deſumpta ex hiſtoriis Eccleſiaſticis vult, id muneris quadam ex parte fuiſſe primùm D. Dominico demandatum circa annum Domini 1208. cum enim D. Dominicus id temporis Epiſcopum ſuum ex Hiſpania comitaretur contra errores Albigenſium, qui tunc ſenſim in Eccleſiam cœperant irrepere; validè eos confutavit ſuis concionibus, & inſigni doctrina, ut etiam vitæ mirabilis exemplo, quo plures ad gremium Eccleſiæ per veram cordis pœnitentiam perduxit; facultate ſibi à ſede Apoſtolica conceſſa; ut ſalutaribus pœnitentiis injunctis poſſet revertentes ad Catholicam fidem abſolvere: quod munus poſtea ſanctus Petrus Aſumnus D. Dominici vitæ ſanctitate, doctrina, & martyrio illuſtris inconcuſſa pectoris firmitate Mediolani, & in tota illa Provincia præſtitit: & quia Patres Dominicani hoc munus laudabiliter, & cum ſumma Eccleſiæ utilitate exercuerunt, ideò Pontifices iiſdem indulſerunt, ut Inquiſitores contra hæreticam pravitatem per Italiam, Hiſpaniam, Siciliam, & Sardiniam deligerent ex ſuo ordine, qui vitâ, moribus, ac litterarum ſcientia florerent.

3 In Tuſcia tamen authoritate Romani Pontificis Patribus Franciſcanis hoc munus demandatur, ut etiam Patavii in dominio Veneto. In Hiſpania verò ad preces, & inſtantias Ferdinandi Aragoniæ, & Caſtellæ Regis Catholici hujus nominis V. circa anno 1484. indulſit ſummus Pontifex, ut munus inquiſitionis Clericis ſæcularibus in utroque jure, & ſacra Theologia peritis demandaretur, adeò ut juſſu regio, & conceſſu Pontificio cura conſtituendi officium ſacræ inquiſitionis injuncta fuerit tunc Cardinali Mendozæ, qui adhibito plurium Doctorum virorum conſilio leges compoſuit, quas ſinguli Inquiſitores per totam Hiſpaniam tenerentur obſervare, imò etiam Inquiſitores Siciliæ, & Indiarum, quæ Regibus ſubjiciuntur Hiſpaniarum.

4 Circa Inquiſitorum electionem, quamvis iſti olim eligerentur à Generalibus, vel Provincialibus Ordinum D. Dominici, & Franciſci, idque ex privilegiis utrique ſacro Ordini conceſſis à Sede Apoſtolica, & de quibus dicitur in conſtitutionibus Innocentii IX. *licèt ex omnibus* Alexandri IV. *olim præſentiens* Clementis IV. *licèt*, de quibus in Bullario ſancti Officii poſt directorium: hodie tamen non amplius à præfatis Generalibus, & Provincialibus eliguntur Inquiſitores, ſed immediatè à ſummo Pontifice per Breve, quo pacto eliguntur Inquiſitores Mediolanenſis, & Genuenſis; vel per litteras patentes, ut regulariter contingit, emanatas à ſacra congregatione Cardinalium Romanæ univerſalis inquiſitionis. Verùm tametſi Inquiſitores deputentur à ſacra Congregatione ſemper tamen intelliguntur ſuam juriſdictionem accipere à ſummo Pontifice, quia ſacra Congregatio nomine Pontificis inſtituit Inquiſitores contra hæreticam pravitatem.

Quod verò ad qualitates attinet, ex litteris Apoſtolicis datis ad Inquiſitores ab Urbano IV. anno 1261. & Clemente IV. anno 1265. cui initium eſt *Præ cunctis* debet Inquiſitor eſſe *Converſatione honeſtus, prudentiâ circumſpectus, conſtantiâ firmus, ſacra fidei doctrinâ eminenter eruditus, & virtutibus circumfultus*: dicitur *converſatione honeſtus*, ut exemplo fortiùs; quàm verbis errantes ad meliorem frugem trahat: ſicut enim pulchritudo ſpiritualis ex doctrina D. Thomæ 2. 2. *quæſt. 145. art. 2.* in eo conſiſtit, ut converſatio hominis ſit bene proportionata juxta ſpiritualem rationis claritatem; ita pertinet id ad rationem honeſti; ſiquidem virtus, ſicut eſt honeſta ita ſibi nomen vendicat honeſti. Hæc igitur prima qualitas ſita in honeſtate deſideratur in Inquiſitore, ut ſit dignus Judex in tribunali ſancti officii, quia ut ait Eccleſiaſticus *cap. 37. Anima viri ſancti enunciat vera*. Tum quia ut notat Symancha de Republic. *lib. 5. c. 5. ex Philone lib. de legat. ad Cajum.* Deus ſolet bonis viris bona conſilia in Reipublicæ commodum ſuggerare. 5

Debet itidem eſſe *prudens*, hæc enim virtus vel maximè neceſſaria eſt iis, qui munus exercent Inquiſitoris, eſt enim prudentia regula generalis; & perfectio cæterarum virtutum, quibus dat formam, & modum, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 166. art. 2. ad 1.* & in *3. ſent. diſt. 9. q. 1. art. 1.* Quòd ſi prudentia in cæteris Magiſtratibus eſt neceſſaria, ut oſtendit Bobadilla *lib. 1. c. 5.* potiori jure neceſſaria eſt Inquiſitoribus ſancti officii, ut notat Pegna *p. 3. direct. q. 1. comment. 50.* quia perſæpe cauſæ quæ in hoc tribunali ſanctæ inquiſitionis occurrunt, prudentiæ magis, quàm legum regulis exigunt expediri, imò tanti facienda eſt prudentia in Magiſtratu, ut eligi potius debeat prudens, & minus doctus, quàm magis doctus, & minus prudens, ſi ſermo ſit de Magiſtratu habente annexum ſubditorum regimen, ut notat Maſtril. *lib. 1. c. 2.* 6

Rurſus debet eſſe *conſtantiâ firmus* quatenus ut docet D. Thomas *2. 2. q. 137. art. 3.* beneficio conſtantiæ vir firmiter perſiſtit in bono contra difficultates provenientes ex quibuſcunque impedimentis exterioribus, & quia Inquiſitor ſancti officii debet firmiter inſiſtere in perquirenda rei veritate, & juxta illam allegatam, & probatam ſententiam ferre, & illius executioni conſtanter incumbere nulla admiſſa in favorem Rei injuſta defenſione, ſequitur, quòd Inquiſitor debeat eſſe conſtantiâ firmus, hinc monet Eccleſiaſticus *c. 7. Noli quærere fieri judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.* 7

Præterea debet Inquiſitor ſacræ fidei doctrinâ eſſe eminenter eruditus, ut loquuntur Pontifices in ſuis conſtitutionibus, per fidei autem doctrinam, verè & propriè intelligitur cognitio Theologiæ, adeò ut Inquiſitores debeant eſſe graduati, vel in ſacra Theologia, vel in utroque jure. An verò Inquiſitores debeant 8

potiùs eſſe graduati in ſacra Theologia, quàm in jure canonico, non conſentiunt Doctores : Eymericus cenſet, Inquiſitorem potiùs Theologum, quàm juriſperitum eſſe eligendum ; & ita etiam ſentiunt Melchior Canus *l. 8. c. 7. de locis theolog.* Conradus Brunus *l. 4. de hæret. c. 5.* Zanardus *in ſum. 1. p. c. 6. q. 12.* Cajetanus 2. 2. *q. 185. art. 3.* nititur hæc ſententia quia ad Inquiſitores ſancti officii, vel maximè pertinet de propoſitionibus, & factis hæreticalibus judicare : proceſſum verò inſtituere, & formare, & de cauſa judicare ſimul cum perito Notario fiſcali, & ſuis Conſultoribus poſſunt explere, ut etiam notat Pegna *in direct. inquiſit. p. 3 comment. 30.*

9 Alii verò cenſent, Inquiſitorem eſſe potiùs eligendum Juriſconſultum, quàm Theologum, & ita docent Symancha *de cathol. inſtitut. tit. 41. n. 3.* Scaccia *de judic. lib. 1. c. 87. num. 10.* & alii plures, qui nituntur, quia Inquiſitores in cauſis fidei plura ut juriſperiti, quàm ut Theologi efficere debent, & Jacobus Symancha *loc. cit.* teſtatur experientiâ jam olim in Hiſpania fuiſſe compertum longè utilius, & commodius eſſe, ut Inquiſitores Juriſperiti potiùs, quàm Theologi eligantur, & ita etiam ſentit Sigiſmundus Scaccia *de judic. lib. 1. c. 87. n. 10.* ubi plures congerit rationes, quibus nititur probare, Inquiſitores ſancti officii eſſe potiùs eligendos juriſperitos, quàm Theologos.

10 Putârim tamen conſultiùs eſſe eligendos Doctores in utraque facultate Theologiæ, & juris-canonici, vel ſaltem eos, qui utraque ſtudia Theologiæ, & juris abſolverint, quia Inquiſitores ſancti officii debent divinarum litterarum, & ſacrorum canonum eſſe periti, ut etiam notat Brunus *lib. 4 de hæret. c. 1.*

11 Demum volunt Pontifices, ut hujusmodi Inquiſitores virtutibus ſint circumfulti, adeò ut morum honeſtas, & vita religioſè inſtituta inter qualitates Inquiſitorum recenſeantur, quia ut monet Eccleſiaſticus *c. 37. Anima viri ſancti enunciat vera* : conſiſtit autem hæc vitæ integritas, morumque honeſtas in cultura, & ſtudio omnium virtutum præſertim modeſtiæ, patientiæ, manſuetudinis, clementiæ, juſtitiæ, de quibus fusè egit Symancha *loco citato lib. 3. & 6. per tot.* ubi etiam generaliter probat, Magiſtratus non debere eſſe avaros, nec iracundos, nec affectibus ſervientes, nec voluptatibus deditos, nec perſonarum acceptores, ex quo concludit, potiori jure hujusmodi virtutes requiri in Judice Eccleſiaſtico Inquiſitore ſancti officii, cùm deputatus ſit ad graviſſimas religionis cauſas pertractandas.

12 Solent etiam aliquot tradi regulæ ſervandæ in eligendis Inquiſitoribus, quarum prima eſt, ut à tribunali hoc exercendo in aliqua civitate arceantur cives ejusdem civitatis ; & hæc regula ſervatur ubique locorum, adeò ut in omnibus civitatibus eligantur Inquiſitores exteri, ut indiſtinctè juxta æquitatem cauſas ſingulorum pertractent. Cæterum ad breve tempus poſſe Magiſtratum ſibi creare locum tenentes, qui ſint cives illius, ſentiunt plures præſertim Bobadilla *in ſua polit. lib. 2. cap. 12. num. 23.* Danza *de pugna doctorum tit. de officiał. in generalo cap. 6. num. 12.* ubi ait, quòd in facti contingentiâ id ipſemet obtinuerit. Secunda ut à Magiſtratibus arceantur, qui illos vel maximè ambiunt, ac inſtanter petunt ſibi conferri : quia ut notat Symancha *de republic. lib. 6. cap. 15. num. 32.* hoc jam uſitatiſſimum eſt, ut quo quisque meritis minus excellet, eò magis precibus, largitionibus, & ambitione ſeſe aliis præferre conetur. Non tamen indè concludendum eſt, petentes promoveri eſſe ſemper excludendos ; quia ſubinde ſunt viri benemeriti, ſed procedendum eſt tum maximâ circumſpectione ; quia ut plurimum, qui promoveri præ cæteris appetunt, ſunt cæteris indigniores. Tertia ut Inquiſitores, & officiales tam inferiores, quàm ſuperiores diligenter examinentur, antequam promoveantur, hinc in Regno Portugalliæ moris eſt, ut doctores, qui ad ſenatoriam dignitatem promoventur, examinentur coram Præfecto prætorio, ut refert Gama *deciſ. 1. num. 22.* & hinc etiam Marthà refert Romæ ipſos Auditores Rotæ, antequam promoveantur ad auditoratum teneri examen ſuſtinere, ut notat *1. par. cap. 3. num. 6. de tribunal. Urbis.* Quarta ut maxima adhibeatur diligentia in eligendis Officialibus pro Magiſtratu, tenentur enim Principes rationem Deo reddere pro tali electione, ex quâ juſtitiæ dependet adminiſtratio. Quinta ut Inquiſitores non aſſumantur niſi aliis minoribus officiis ſint honorificè functi, adeò ut ſaltem fuerint Vicarii, ſancti officii Conſultores, vel advocati fiſcales : æquitas enim videtur poſtulare, ut officiales, qui minores Magiſtratus laudabiliter geſſerunt ad majores promoveantur ; adeò ut à minoribus gradibus ad majores ſibi viam ſternant, non enim decet ad majora promoveri eum, qui minora non didicit.

Inquiſitores igitur hiſce virtutibus inſigniti præcedunt Vicarium Generalem Epiſcopi in cauſa hæreſis, ut docet quotidiana praxis, ſiquidem præcedentia debetur ei, qui majori eſt dignitate inſignitus, ut notat Cyriacus *controverſ. Foreuſ. tom. 2. controverſ. 201. num. 73.* dignitas autem Inquiſitoris major eſt illa Vicarii Generalis Epiſcopi, ſiquidem Vicarius Epiſcopi dicitur conſtitutus in dignitate ratione juriſdictionis ; ut rectè probat Alcedo in *prax. Epiſcopal. par. 2. cap. 20. num. 7.* & Inquiſitoris juriſdictio eſt abſolutè major, cùm ſit Inquiſitor deputatus ad cauſas majores, ad quas non ſe extendit juriſdictio Vicarii ſimpliciter conſtituti, quia ipſe non poteſt cognoſcere ſuper cauſis hæreſis, niſi ad eas ſpeciatim ab Epiſcopis deputetur, unde quoad hoc dignitas Inquiſitoris major eſt illâ Vicarii Generalis : Tum quia juriſdictio Inquiſitoris plura in jure privilegia obtinet, quàm illa Vicarii Generalis, & licèt juriſdictio Inquiſitoris ſit delegata habet tamen omnia privilegia excluſis imperfectionibus juriſdictionis Ordinariæ. 13

Tum quia juriſdictio Vicarii mortuo Epiſcopo exſpirat, non ita juriſdictio Inquiſitoris per mortem Papæ, ut notat Farinac. *de hæreſ. q. 186. num. 20.* Atqui quibus jure magis fa- 14

vens.

vent; debetur præcedentia reſpectu eorum, quibus minus favent, ut argumentatus Cyriacus *controverſ. 201. n. 150.* Ubi etiam infert, illis debitam eſſe præcedentiam, quibus Principes magis favent. Tum quia Inquiſitores ſancti officii repræſentant Papam, & Vicarius Generalis Epiſcopi ſolum ipſum Epiſcopum, proinde repræſentativè inquiſitores ſunt digniores Vicario Generali, proinde ipſis debetur præcedentia ſaltem ratione repræſentationis.

15 Præterea quia Vicarius Epiſcopi in cauſis ſpectantibus ad tribunal ſancti officii ſubjicitur juriſdictioni Inquiſitoris, ſiquidem ejus juriſdictio extenditur contra omnes, qui ab illa ſpecialiter non excipiuntur; & in jure ſoli Epiſcopi non verò eorum Vicarii Generales excipiuntur, ut notat Barboſa *de offic. Epiſcop. p. 3. alleg. 112. n. 13.* Tum quia Vicarii in Inquiſitores nullam habent juriſdictionem, proinde tantùm abeſt, quod præſint, ut potiùs ſubſint; & ſicut Inquiſitores præſunt, ita debetur iiſdem præcedentia. Tum quia juriſdictio Inquiſitoris eſt longè dignior juriſdictione Vicarii Generalis Epiſcopi, quia Inquiſitor eam habet immediatè à ſummo Pontifice, & Vicarius ab Epiſcopo, cujus eſt Vicarius, qua ratione communiter pluris fit juriſdictio Inquiſitoris, quàm Vicarii etiam ratione principii, à quo immediatè dimanat.

16 Quòd ſi dicas, juriſdictionem Vicarii generalis eſſe ordinariam, & illam Inquiſitoris delegatam, & Iudicem ordinarium eſſe digniorem delegato, eò quia delegatus ſit tantùm major ſecundùm quid, in cauſa ſcilicet delegata, non autem ſimpliciter. Reſpondetur, delegatum ad univerſas cauſas hæreſis, & ſuſpicionis ejuſdem contra omnes, & quaſcunque perſonas, etiam ipſosmet Vicarios Generales Epiſcoporum eſſe majorem ordinaria ipſius Vicarii, & quidem ſimpliciter, quia Vicarius in cauſa hæreſis, vel ſuſpicionis ejuſdem ſubjicitur juriſdictioni Inquiſitoris, non Inquiſitor juriſdictioni Vicarii; ſi enim Vicarius ſit ſuſpectus de hæreſi Inquiſitor cognoſcit ſuper tali ſuſpicione. Hac ratione utitur Sarmient. in *ſelect. interpret. juris lib. 7. c. 17. n. 4.* ut probet, Vicarios Epiſcoporum eſſe præferendos Canonicis, & iis omnibus, in quos poſſunt juriſdictionem exercere, quia eo ipſo, quòd poteſt quis juriſdictionem in alium exercere, ſaltem habitu eſt ipſo ſuperior; quia juriſdictio non exercetur niſi in inferiores; proinde debet præcedere, qui juriſdictionem poteſt in alios exercere.

17 Poſſet tamen objici, quia moris ſaltem alicubi eſt, ut Prior conventus præcedat Inquiſitorem in proceſſionibus, quamvis Inquiſitor juriſdictionem habeat in Priorem conventus, adeò ut ſi hic ſit ſuſpectus de hæreſi debeat ejus cauſa cognoſci ab Inquiſitore. Sed contra, quia eatenus Prior conventus præcedit Inquiſitorem in proceſſionibus, quia Inquiſitor non intervenit iiſdem, ut Inquiſitor, ſed ut ſimplex Religioſus, quatenus ut talis ſubeſt Priori: qua ratione etiam canonici incedentes cum Capitulo præcedunt Vicarium, ſi hic non ſit Canonicus, & non interveniat ut Vicarius; & ſi ſit Canonicus eum etiam præcedunt Archipresbyter, & dignitates, ut conſtat ex pluribus declarationibus ſacræ Congregationis apud Barboſam in *collect. Bullar. in V. Vicarius* quoad præcedentiam.

18 Cæterùm ex hodierna praxi Inquiſitores in ſpectantibus ad officium ſanctæ inquiſitionis, non ſubjiciuntur Prælatis ſui Ordinis, ſed ſolis ſupremis Inquiſitoribus, ut notat Pegna in *3. p. comment. 80. V. hoc autem privilegium*, idque ſtatutum fuit, ut ſanctum officium in cauſis ad illud ſpectantibus omninò liberè, & abſque ullo impedimento poſſet procedere, ut etiam notat Peirinus ad *privilegia Minimorum tom. 1. conſtit. 4. Sixti IV. §. 11. n. 49.* quoad alia verò, quæ non pertinent ad hoc tribunal, ſed concernunt regularem obſervantiam ſubſunt Inquiſitores Prælatis ſuorum Ordinum, à quibus de rigore juris poſſunt etiam puniri, ſi delinquant contre regularem obſervantiam, dummodo pœnitentias illis non injungant, quæ munus ſanctæ inquiſitionis poſſunt impedire, ut notat Sanctarel. *de hæreſ. c. 40. dub. 1. n. 7.* conſultiùs tamen foret, quòd in delictis petratis ab Inquiſitoribus extre officium ſanctæ inquiſitionis ſuperiores aſſumerent informationes, quae ad ſacram congregetionem tranſmitterent exſpectaturi reſponſum à ſupremis Inquiſitoribus, ut notat Farinac. *q. 186. n. 132.*

19 Hinc Inquiſitores Regulares quoad ea, quæ pertinent ad ſanctum officium non ſubduntur Prælatis ſui ordinis; ſed ſolis eminentiſſimis Cardinalibus ſupremæ inquiſitionis ex privilegio Alexandri IV. Clementis VI. Urbani IV. ut refert Eymericus in *direct. inquiſ. p. 3. q. 11.* ratio eſt, quia Inquiſitores ſancti officii in cauſa fidei, ſunt delegati Pontificis, cujus perſonam repræſentant *c. præcipimus 93. diſt.* & probat Decianus in *tractat. crimin. lib. 5. c. 22. n. 33.* quapropter ſi Inquiſitores delinquant in his, quæ pertinent ad ſanctum officium non ſunt puniendi à ſuperioribus ſui ordinis, ſed ab eminentiſſimis Cardinalibus ſacræ Congregationis. Ex eo autem, quòd ſint ſummi Pontificis delegati; & repræſentent ejus perſonam, eis debetur titulus Reverendiſſimi, ut notat Ludovicus Paramus de *origine ſacræ inquiſitionis lib. 3. q. 11. n. 23.* Sacra tamen Congregatio in litteris ad Inquiſitorem directis non dat titulum reverendiſſimi, ſed tantùm reverendi, vel admodum reverendi: quia aliud eſt, quando ſacra Congregetio ſcribit ad Inquiſitorem, quia tunc ſuperior ſcribit ad inferiorem; & aliud quando alii, quia tunc inferiores ſcribunt ad ſuperiorem, proinde debetur tunc Inquiſitori titulus Reverendiſſimi.

§. IV.

De Privilegiis, quæ conceduntur Inquiſitoribus ſancti officii.

1 CErtum eſt, varia privilegia in jure, & Apoſtolicis conſtitutionibus favore fidei fuiſſe Inquiſitoribus conceſſe. Primò indulſerunt illis Pontifices, ut poſſint habere familiam armatam ad propriam defenſionem, & ad capiendos hæreticos, eorúmque Receptores, Defenſores, & Fautores, idque ex privilegio Clementis IV. in *c. volentes* confirmato à Joanne XXII. ut notat Eymericus in *direct. p. 3. q. 76.* ubi ait, hoc privilegium ita competere Inquiſitoribus

a l ſervandam ſententiam; alioqnin ut docet D. Thomas 2. 2. *q.67. artic. 1.* judicium non poſſet eſſe efficax.

11 Neque ulla conſuetudo, quamvis immemorialis poteſt in contrarium prævalere, quia hujusmodi conſuetudo eſſet contra Eccleſiaſticam libertatem, & contra ſtatuta Eccleſiæ. Tum quia per illa irrogaretur injuria Eccleſiæ, quod eſt iniquum *cap. Nullus 2. de for. compet.* Tum quia conſuetudo, per quam tollitur privilegium à ſummis Pontificibua, & Imperatoribus, ac Regibus generaliter conceſſum Clericis, ne in cauſa criminali, vel civili trahantur ad forum ſæculare adverſatur immunitati Eccleſiaſticæ; conſequenter nullo unquam tempore præſcribi; vel induci poteſt, eò quia ſit injuſta, irrationabilis, & potiùs corruptela, ſeo abuſus, quàm uſus, ut notat Hoſtienſis *in d. c. Clerici 8. in fin. huj. tit.* Tum quia ut rectè argumentatur Pontifex in *d. c. Clerici.* lex ſæcularis non poteſt tollere ſtatuta ſacrorum canonum, inter quæ aſt atiam iſtud, ut Clerici non convaniantur coram judiee laico, ſed coram proprio, & Eccleſiaſtico: proinde conſuetudo à ſæcularibua indncta non poteſt abrogare hanc axemptionem clericórom: ratio eſt perſpicua, quia conſuetudo eſt altera lex, & cuſtoditur, ac ſervator pro lege *l. de quibus 32. ff. de legib.* & rurſus conſuetudo inducitur tacito conſenſu populi; & lex expreſſo conſenſu Principis, qui validior eſt, & fortior, quam tacitua conſenſus populi *argum. cap. Nullus 28. de elect. in 6* proinde ſi lex ſæcularia, ut argumentatur Pontifex *in d. c. Clerici 8.* non poteſt tollere ſtatuta ſacrorum canonum, inter quæ eſt etiam hoc, ut Clerici non convaniantur coram judice ſæculari: à fortiori, nec per ullam conſuetudinem poterit huic ſtatuto derogari. Neque obſtat, quòd conſuetudo dicatur derogare legi; quia id tantùm habetur ex legis permiſſione, ut notat Abbas *in d. c. Clerici 8. n. 4. h. t.* unde ſicut Magiſtratus ſæcularis non poteſt per legem, vel ſtatutum tollera privilegiom exemptionis conceſſum Claricis, Ita neque per conſuetudinam potaſt illud abrogare, tametſi conſuatodo dicatur aſſe immemorialis, quia ſemper eſt contra libertatam Eccleſiaſticam, proinde corruptela.

12 Quòd verò laicus dicatur non poſſe cognoſcera, aut judicare de criminibus Clericorom, id extenditur, ut neque ax commiſſione, ſau delegationa Prælati Eccleſiaſtici ut Epiſcopi, vel altarius inferioris Papæ cauſas criminales Clericorum cognoſcere poſſit, ut notat Abbas *in d. c. Clerici. n.4.* quia id cederet in injuriam, & aontemptum Ordinis Clericalia, & tantùm excipitur Papa, qui de plenitudine poteſtatis poteſt cauſas criminales Clericorum Judici laico delegare, ot docet Gloſſa *in c.1.V. præter. diſt.96.* non taman ſummus Pontifex poteſt laicis conferre jurisdictionem Ordinariam in Clericos, adeò ut laici neque ex conceſſione ſibi à Pontifice facta poſſint proprio jure, & authoritate exercere jurisdictionem in Clericoa: quia Ordo Eccleſiaſticæ hierarchiæ à Chriſto inſtitutus, id exigit, ut Prælati Eccleſiarum ſint Judices Ordinarii Claricorum, non varò laici; alioquin qui ordine aſt inferior judicarat aos, qui ordine ſunt ſuperiores, & jurisdictio nonniſi in inferiores axercetur. Hinc ex litteria Innocentii III. ad Archiepiſcopum Piſanum, ut raferrur *in c. ſi diligenti 12. de for. compet.* tam Epiſcopi, quàm Diaconi, ſeu quilibet Claricus in criminali negotio, ſi omiſſo Eccleſiaſtico judicio publicia judiciia, ſe purgare voluerint; tametſi pro eia ſit lata ſententia, locum ſuum nihilominus amittant]: adeò ur Innocentiua III. pœnam impoſuerit amiſſionis loci Eccleſiaſticis recurrantibua in negotiia criminalibus ad judicas ſæculares omiſſo Eccleſiaſtico.

Idque etiam procedic ex communi Caniſtarum ſententia da qoocunqoe crimine etiam graviſſimo, adeò ut Judex laicus, nec de crimine aſſaſſinatua poſſit contra Clericum cognoſcera, nec poſſit Clericus à Judica laico ob tale crimen puniri, niſi priùa à judica Eccleſiaſtico condemnatûs ſit: idque non obſtante, quòd in deteſtationem hujus criminis *in c. 1. de homicidio in 6.* ſtatoatur, ot Prælatua ſeu quævis alia perſona Eccleſiaſtica committena hoc crimen incurrat ſententiam depoſitionia à dignitata, honore, ordine, officio, & benaficio ipſo facto: Demum Synodua Tridentina cauſas criminales, parinde ac matrimonialas ſolis Epiſcopia privativè detulit, excluſis ſcilicet Judicibus inferioribus *ſeſſ. 24. c. 20 de refor.* non tamen per decretum Concilii excluditur à cognitione caoſarum criminalium Officialia Epiſcopi, quia hic cum vices gerat Epiſcopi non conſtituit diverſum tribunal; proinde de omnibus cauſis, quæ Epiſcopo tanquam ordinario Judici deſeruntur, poteſt ejua Officialis cognoſcere, niſi Epiſcopus velit per ſa ipſum judicare. 13

Srat igitur, Clericos qoamvia enormium criminum reos, & convictos à Judice tantùm Ecaleſiaſtico potuiſſe judicari, qui tamen non conſueverat publico, & capitali ſupplicio Clericoa reos punire, ſed tantùm vel in perpetuum carcerem eos detrudere, vel alia pœna citra ſanguinem punire, idque ut Ordinia Clericalia dignitati aonſuleretur; & caveretur, na ordo ſacerdotalia inſultationi exponeretur ſæcularium, & ne dignitas ſacerdotalia polluaretur: ſiquidem contumelioſum eſſat Ordini ſacerdotali, ſi ſacerdotes ob patrata erimins à laicis judicibus condemnarantur, & in publicis plateis coram popolo ultimo ſupplicio punirentur, aut corporalibus afficerentur ſuppliciia: qood cognoſcentea etiam Ipſi Ethnici; dacori Veſtalium apud ipſos dabatur, ut daturæ pœnas ob patratum crimen oculis vulgi ſubttaherentur, vivæ in ſpacum deſoſſæ. 14

Tum quia eſt laicis ſcandalo ſi ipſa clericorum crimina omnibus propalantur, quinimo dalicta ſacardotom valdè venerationem, & obedientiam diminuunt, quam laici aliàs iisdam profiterentur, hæcqua cauſa atiam fuit, cur Imparatoras, & Principes Chriſtiani Clericis indulſerint, ut eorum delicta nonniſi à Judicibus Eccleſiaſticis aognoſcerentur; & Ecleſiaſtiai ſummo Zelo, totisqua vitibos hoc idem privilegium fori contra laicorum conatus propugnaverint. Hinc Concilium Avenionanſe anno 1326. *can. 14.* ſub pœna excommunicationia ipſo facto incurrendæ prohibet Judicibus, & Magiſtratibus laicis ca- 15

pere

pere aliquam perſonam Eccleſiaſticam, niſi fortaſſis contigerit eam in flagranti crimine capi; & tunc antequam ad alios extraneos actus divertant, debeant Clericum ſic captum ad curiam Eccleſiaſticam ducere, ac ſine fraude reſtituere Judici Eccleſiaſtico. Imò Concilium revocat etiam omnes licentias ad certum tempus, vel ſimpliciter conceſſas Magiſtratibus civilibus ab Archiepiſcopis, vel Epiſcopis, eò quia ſumpta inde occaſione manus temerarias extenderent ad capiendos Clericos modis turpibus ad majorem ſtatus clericalis confuſionem.

16 In Gallia tamen moris erat, ut Judices regii authoritatem ſibi uſurpaverint cognoſcendi de quibuſdam delictis atrocioribus, quæ authoritas non fundabatur in aliqua poſitiva ordinatione regia, ſed in poſſeſſione, & præſumpto privilegio, & tacita Principis approbatione reſultante ex nuda tolerantia, quam poſſeſſionem poſtea Judices regii tuebantur contra immunitatem Eccleſiaſticam tot Conciliorum canonibus, & Principum legibus firmatam; & ea unitè nitebantur ratione, quia crimina clericorum apud judices Eccleſiaſticos manerent impunita, & ipſa impunitas viam aperiret, ac ſterneret delictis in ſummum Reipublicæ detrimentum, & humanæ ſocietatis turbationem. Non tamen hic modus procedendi contra Clericos criminoſos ubiq; ſervabatur, nec praxis erat uniformis, adeò ut potiùs ex arbitrio judicis regii dependeret, & refert Aufrerius moris fuiſſe, ut executio emendæ per Clericum debitæ ratione violationis ſalvæ gardiæ regiæ fieret in bonis immobilibus temporalibus, ex quo liquet, Judices Regios primò cœpiſſe Clericos pecuniariter condemnare, & gradatim ſucceſſu temporis integram cognitionem, & punitionem criminum privilegiatorum ſibi arrogâſſe, relictâ Judici Eccleſiaſtico ſolâ authoritate judicandi de delictis communibus, non verò de privilegiatis, quæ cenſebantur atrociora, & directè tendunt ad turbandam quietem publicam, ut ſunt crimina læſæ majeſtatis, aſſaſſinatus, & alia id genus: crimina communia vocabantur, quæ præcipuè ipſam Eccleſiaſticam œconomiam, & ſacrorum adminiſtrationem lædebant: & dicebantur etiam Eccleſiaſtica, eò quia pœnam mererentur canonicam latam à jure Eccleſiaſtico.

17 Cur verò crimina pertinentia ad forum ſæculare contra privilegium clericale *privilegiata* dicta fuerint; & è converſo, quæ ex privilegio fori ad judicem pertinebant Eccleſiaſticum, fuerint *communia* vocata, rationem videtur adſerre Roſſellius *in hiſtor. jurisd. Pont. lib. 4. c. 3. num. 6.* quia nimirum quaſi privilegium conſtitutum eſt judici laico, ut de illis cognoſcat: cum enim Eccleſiaſtici viderentur præſcripſiſſe cognitionem omnium criminum in ſe ipſos, ideò privilegio opus erat, ut non obſtante illa præſcriptione facultas cognoſcendi ſuper hiſce criminibus ſaltem ex privilegio daretur Magiſtratui ſæculari: & licèt conſiderato primævo jure, crimina, quæ ex privilegio fori ſpectant ad cognitionem Judicis Eccleſiaſtici privativè, ſeu ſecluſo judice ſæculari, potiùs viderentur dicenda *privilegiata* à privilegio fori, nihilominus uſus invaluit, ut dicantur crimina *communia*, eò quia circa ipſa proceditur juxta jus commune.

Verùm quia Epiſcopi, & Clerus Gallicanus fortiter inſteterunt contra Judices Regius, eò quia auderent immunitatem Eccleſiaſticam graviter lædere in cognoſcendo ſuper delictis Clericorum, ideò ſub Henrico III. per edictum Melodunenſe ſtatutum fuit, ut inſtructio litis contra perſonas Eccleſiaſticas ſuper crimina privilegiata impoſterum conjunctim à duobus judicibus inſtitueretur uno Eccleſiaſtico, & altero regio, adjecta etiam clauſula, ut Judex Regius teneretur accedere curiam Eccleſiaſticam in ordine ad formandam unà cum judice Eccleſiaſtico dictam inſtructionem. 18

Fuit autem edictum Melodunenſe factum ad eum finem, ut utraque poteſtas Eccleſiaſtica, & regia unà convenirent, & illuſtrior fieret conventus, & imperium ſacerdotio reconciliaretur, & utraque poteſtas ſimul conjuncta fortiùs ageret contra delinquentes; & etiam ut utraque poteſtate uni, & eidem cauſæ incumbente, & allaborante, facilè omnibus perſuaderetur, nec à juſtitia per unam poteſtatem conniventiâ deflecti in ferendis judiciis; nec innocentiam per aliam opprimi. Tum ut per hanc formam procedendi tandem ſopirentur contentiones, & diſſidia, quæ frequenter in Provinciis excitabantur, ut etiam quæſtiones ſuper qualitate criminis, num hoc eſſet ex communibus, vel privilegiatis. Tum ut beneficio præfati edicti Melodunenſis Clerici, qui non eſſent puniendi pœnâ ſanguinis remitterentur Judici Eccleſiaſtico puniendi ſola pœna canonica. Hæc igitur forma procedendi, ita viſa poſtea fuit conveniens, ut per edictum Regium emanatum anno 1678. fuerit confirmata, imò per aliud edictum emanatum anno 1684. extenſa etiam per totum Regnum Galliæ abrogata praxi, & forma contraria procedendi, quæ adhuc in aliquibus Provinciis obſervabatur, ut notat Claudius Fleury *p. 3. inſtit. juris canon. c. 14.* ubi etiam notat, ea hodierna praxi delicta privilegiata læſæ Majeſtatis, & alia, quæ eò reducuntur, ut ſunt crimina falſæ monetæ, cognoſci tantùm à judice laico, & ab eorum cognitione judices Eccleſiaſticos eſſe ſubmotos: ſed qua ratione id agant, ipſi viderint, cum id libertatem Eccleſiaſticam non parum lædat. 19

§. II.

De Jurisdictione in cauſas criminales Epiſcoporum.

CUm Judices in Eccleſia ſint Epiſcopi conſtituti, ad quos pertinet cognoſcere, & judicare de cauſis criminalibus Clericorum; ideò meritò dubitatur à quonam cognoſcendæ, & judicandæ ſint cauſæ criminales Epiſcoporum. Conſtat enim hujuſmodi cauſas pridem fuiſſe in Synodis Provincialibus examinatas, & terminatas, ut colligitur ex pluribus textibus in jure canonico, & ita fuit etiam ſtatutum in Synodo Nicena *can. 5.* ubi licèt expreſsè, & nominatim non ſit ſermo de Epiſcopis, quia tamen generatim ſtatuitur, ut quæſtiones, quæ per totam Provinciam exoriuntur in Synodo Provinciali exhibeantur.

tentur.

rentur examinandæ, & terminandæ; etiam ipſæ quæſtiones contra Epiſcopos delinquentes examinandæ, & terminandæ erant in ſynodo Provinciali.

2 Tum quia Concilium nominetim committit ſynodo Provinciali examen excommunicationum, quæ ab Epiſcopis tunc ferebantur contra Clericos: hoc autem examen non poterat inſtitui, quin ſimul de cauſa Epiſcopi judicium ferretur, habetur enim *in d. can. 5.* Nicenæ Synodi: *Requirantur autem, ne puſillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet Epiſcopi vitio videantur à Congregatione ſecluſi, ut hoc igitur decentius inquiratur bene placuit annis ſingulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari, ut communiter omnibus ſimul Epiſcopis Provinciæ congregatis diſcutiantur hujuſmodi quæſtiones*, & hunc canonem Nicenæ ſynodi Concilium Generale Conſtantinopolitanum confirmavit, præcepitque inviolatum ſervari: & quia inter ea, quæ in Provinciis occurrunt emendanda majoris momenti eſt correctio Epiſcoporum, ideò congruum videbatur, ut ſuper cauſis criminalibus Epiſcoporum ſynodus Provincialis Epiſcoporum, & non alius judex cognoſceret.

3 Rurſus in Concilio Africano, cui interfuit S. Auguſtinus ſtatutum itidem fuit, ut juxta Nicena decreta Epiſcopi à ſuis Metropolitanis, ſeu à ſuis Conciliis Provincialibus judicarentur, ut ſcribunt PP. ejuſdem Concilii ad Cœleſtinum Papam, ibi: Præfato debitæ ſalutationis officii impendio deprecamur, ut deinceps ad veſtras aures hinc venientes non faciliùs admittatis, nec à nobis excommunicatis in communionem velitis admittere; quia hoc etiam in Niceno Concilio definitum facilè advertit venerabilitas tua: nam ſi in inferioribus Clericis, vel laicis videtur ibi præcaveri, quantò magis hoc de Epiſcopis voluit obſervari, ne in ſua Provincia à communione ſuſpenſi à tua ſanctitate, vel feſtinatè, vel præproperè, vel indebitè videantur communioni reſtitui; quia & nulla Patrum definitione hoc Eccleſiæ derogatum eſt Africanæ, & decreta Nicæna ſive inferioris gradus Clericos, ſive ipſos Epiſcopos ſuis Metropolitanis apertiſſimè commiſerunt. Prudentiſſimè enim, & juſtiſſimè providerunt quæcunque negotia in ſuis locis, ubi orta ſunt, finienda, nec unicuique Provinciæ gratiam Sancti Spiritûs defuturam, quê æquitas à Chriſti ſacerdotibus, & prudenter videatur, & conſtantiſſimè teneatur. Hactenus Patres Africanæ Synodi ad Cœleſtinum Papam.

4 Concilium Antiochenum etiam ſtatuiſſe, ut cauſæ criminales Epiſcoporum examinarentur, & terminarentur in ipſis Conciliis Provincialibus liquet ex *canone 15.* qui ex verſione Dionyſii Exigui ita ſonat: *Si quis Epiſcopus de certis criminibus accuſatus fuerit, condemnetur ab omnibus Epiſcopis ejuſdem Provinciæ, cunctique eum eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari permittant, ſed firmam concordantium Epiſcoporum Provinciæ manere ſententiam*, ſupponit enim Concilium cognoſcere ſuper cauſis criminalibus Epiſcoporum pertinere ad Concilium Provinciale, in quo, ſi ſententia lata ſit ex communibus Epiſcoporum ſuffragiis, firma ſit: quòd ſi Epiſcopi diſſentiant, vult idem Concilium Antiochenum *can. 14.* ut tunc Metropolitanus Epiſcopus è vicina Provincia judices alios convocet, qui controverſiam dirimant. Rurſus hanc eandem diſciplinam eccleſiaſticam deferendi cauſas criminales Epiſcoporum ad Concilium Provinciale examinandas, & terminandas confirmavit, plurimùmque commendavit Concilium Sardicenſe: ſiquidem in *can. 3.* ex verſione Dionyſii Exigui ita legitur. Quòd ſi aliquis Epiſcoporum judicatus fuerit in aliqua cauſa, putétque ſe cauſam bonam habere, iterum Concilium renovetur, ut cauſa examinetur.

Nihilominus circa ſæculum octavum, & nonum hæc ſynodorum authoritas in examinandis, & terminandis cauſis criminalibus Epiſcoporum diminui cœpit, eò quia plura orirentur diſſidia, & plerumque Epiſcopi non convenirent. Fuit enim eo tempore nova canonum collectio in lucem edita ſub nomine cujuſdam Iſidori, in qua jus cognoſcendi ſuper cauſis criminalibus Epiſcoporum, eóſque deponendi adimitur ſynodis Provincialibus, & ſoli Romano Pontifici etiam in prima inſtantia aſſeritur. Imò habetur etiam epiſtola decretalis ſub nomine Julii directa ad Epiſcopos Orientales in cauſis Athanaſii, & in exceſſibus contra Romanam Eccleſiam, etenim *c. 2.* habetur. Porro dudum à Sanctis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus in præfatis antiquis ſtatutis decretum fuerat, quod hactenus ſancta, & univerſalis Apoſtolica tenet Eccleſia, non oportere præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari; nec Epiſcopum damnari, quoniam ſanctam Romanam Eccleſiam primatem omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt. Et *c. 4.* ſubditur. Si quis ab hodierna die, & deinceps Epiſcopum præter hujus ſanctæ Sedis ſententiam damnare, aut propria pellere ſede præſumpſerit, ſciat ſe irrecuperabiliter eſſe damnatum, & proprio carere perpetim honore, eóſque, qui abſque hujus Sedis ſunt dejecti ſententia, vel damnati, ejuſdem ſanctæ Sedis Authoritate ſcitote priſtinam recipere communionem, & in propriis reſtitui ſedibus. Hæc habentur in præfata collectione canonum, & epiſtolarum decretalium Pontificum, quæ prodiit ſub nomine Iſidori, quæ quidem collectio ſummo plauſu recepta fuit ab Eccleſiaſticis præſertim cùm in ipſa continerentur plures epiſtolæ decretales ſub glorioſis nominibus plurium Pontificum, qui pro fide martyrium ſubierunt. Inde poſtea conſuetudo invaluit, ut cauſæ criminales Epiſcoporum ad Sedem Apoſtolicam deferrentur examinandæ, & terminandæ, & obſervat Petrus de Marca *lib. 8. de concord. ſacerdot. & imper. c. 25.* Arnulphum Archiepiſcopum Remenſem in ſynodo Remenſi ſub ſæculo nono depoſitum, authoritate Romani Pontificis fuiſſe reſtitutum ea tantùm ratione, quia in ſynodo ſine authoritate Sedis Apoſtolicæ fuiſſet depoſitus, & addit ex eo tempore praxim invaluiſſe, ut Epiſcopi ob patrata crimina non niſi à Sede Apoſtolica deponerentur; & hodiè cauſæ Epiſcoporum tractantur Romæ in Congregatio-

nes

ne ad id ſpecialiter inſtituta, ut in ipſa cognoſceretur ſuper cauſis Epiſcoporum, & Regularium.

6 Quia verò Gratianus in ſuum decretum retulit canones Nicænos, Antiochenos, & Sardicenſes, aliósque ſimiles, qui cauſas Epiſcoporum ad Provincialem Synodum referabant; ideò ad conciliandos poſtea pugnantes canones cœperunt Doctores uti diſtinctione, quâ cauſas majores è levioribus ſejungebant, & has voluerunt examinari, & terminari in Concilio Provinciali, eò quia correctionem tantùm mitiorem exigerent; majores verò voluerunt referri ad Sedem Apoſtolicam juxta decreta relata in decretalibus Pontificum: & hac diſtinctione videtur uſus Innocentius III. cùm in *c. 2. de translat. Epiſc.* ſolam Epiſcoporum depoſitionem aſſerit Sedi Apoſtolicæ eſſe reſervatam, & cit. translationem, depoſitionem, & ceſſionem Epiſcoporum eſſe tria non tam ex inſtitutione canonica, quàm divina ſoli Romano Pontifici reſervata. Demum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. c. 5. de refor.* ſtatuit, ut cauſæ criminales graviores contra Epiſcopos, etiam hæreſis, quod abſit, quæ depoſitione, aut privatione dignæ ſunt, ab ipſo tantùm ſummo Pontifice Romano cognoſcantur, & terminentur. Quòd ſi ejuſmodi ſit cauſa, quæ neceſſariò extra Romanam Curiam ſit committenda, nemini prorſus ea committatur, niſi Metropolitanis, aut Epiſcopis à Beatiſſimo Papa eligendis. Hæc verò commiſſio ſpecialis ſit, & manu ipſius ſanctiſſimi Pontificis ſignata, nec unquam plus his tribuat, quàm ut ſolam facti inſtructionem ſumant, & proceſſum conficiant, quem ſtatim ad Romanum Pontificem tranſmittant reſervatâ eidem ſanctiſſimo ſententiâ definitivâ. Hactenus Tridentina Synodus, quæ de minoribus Epiſcoporum cauſis ſubdit. Minores verò criminales cauſæ Epiſcoporum in Concilio tantùm Provinciali cognoſcantur, & terminantur, vel à deputandis per Concilium Provinciale.

7 Dices, Epiſcopum in ſua propria Diœceſi non habere ſuperiorem, proinde poſſe Judicem eſſe in cauſa propria: ſiquidem Princeps ſupremus non habens ſuperiorem, cujuſmodi ſunt Papa, Imperator, & Reges, poſſunt Judices eſſe in cauſa, quæ vertitur, inter ipſos, & ſubditos, ut docet Gloſſa *in c. cùm veniſſent V. judicari h. t.* & docent ibidem Abbas *n. 6.* Decius *n. 5.* & communiter Canoniſtæ, & deſumitur etiam *ex l. & hoc 41. ff. de hered. inſtit.* juncta Gloſſa Margin. ubi Tiberius Imperator in cauſa propria jus ſibi dixit. Ratio itidem eſſe videtur, quia Princeps ſupremus ex plenitudine poteſtatis, poteſt ea, quæ ſubditis non permittuntur, nec ab ipſis cogi poteſt, ut ſe judicio alterius ſubjiciat. Tum quia ſupremus Princeps utpote conditor legum præſumitur nil velle, niſi quod eſt juſtum, & æquum, & nil ſtatuere, nec concludere niſi adhibitis ſelectis Conſiliariis.

8 Sed contra, eſt enim diſcrimen inter ſupremum Principem, & Epiſcopum, quia ſupremus Princeps nec in propriis ditionibus, neque extra illas habet in terris ſuperiorem, cui ſubjiciatur, neque à ſubditis poteſt cogi, ut ſe judicio alterius ſubjiciat. Secus Epiſcopus licèt ſuperiorem non habeat in ſua Diœceſi, habet tamen ſuperiorem in Provincia, in qua ejus Diœceſis continetur, ſcilicet Archiepiſcopum, & Concilium Provinciale, cui ſubjicitur, & à quo judicari debet. Præterea omnes Prælati Eccleſiaſtici inferiores ſubjiciuntur Papæ, à quo propterea judicandi ſunt in ſuis cauſis. Præterea licèt ſupremus Princeps ex eo, quòd ſit Author legum, & juſtitiæ præſumatur, nil velle ſtatuere, niſi juſtum, & æquum, conſultius tamen eſt, jurique naturali magis conſonum, ſi in cauſis inter ipſum, & ſuos ſubditos controverſis non ipſe per ſe jus dicat; ſed eaſdem cauſas arbitris decidendas committat, vel conſtituat Judices Ordinarios, aut delegatos, qui jus inter ipſum, & ſubditos dicant *l. 2. C. ſi adverſus fiſcum* ubi habetur, quòd ſi controverſia naſcatur inter fiſcum Principis, & privatos, Procurator Cæſaris unà cum Præſide debeat cognoſcere. Hoc idem etiam docet hodierna praxis, quâ conſtat, lites pertinentes ad fiſcum cognoſci, ac definiri ab iis, qui fiſco, ſeu Cameræ Principis præſident, qui tenentur procedere ſecundùm juſtitiam depoſita omni inordinata affectione, ac perſonarum acceptione. Poteſt tamen Papa, imò etiam alius Princeps ſupremus eſſe judex in propria cauſa tantùm quoad proprios ſubditos; non verò quoad alios ſibi non ſubditos, ut notat Felinus. in *c. cùm veniſſent 12. n. 5. h. t.*

Neque obſtet, ſi dicas, ad ſubſtantiam judicii requiri eſſentialiter tres perſonas, Actorem, Reum, & Judicem *c. forus 10. de V. S.* ſin autem Papa eſſet judex in cauſa propria in tali judicio duæ tantùm eſſent perſonæ, quia Papa eſſet pars, & judex. Nam contra eſt, quia licèt de jure poſitivo requirantur tres perſonæ, non tamen id ſemper neceſsè eſt, ut liquet, quando proceditur in judicio per viã inquiſitionis, ubi nullus intervenit Actor. Præterea quia Papa circa privilegia Apoſtolica aliis conceſſa judicat ipſe ſolus *c. 2. §. Nos igitur de in integr. reſtit.* ubi Innocentius III. declarat, quòd ſi ſuper privilegiis Sedis Apoſtolicæ cauſa vertetur, non poſſit præter ſummum Pontificem de tali cauſa alius judicare: & ratio ex eo etiam deſumitur, quia ad illum pertinet interpretari, ad quem ſpectat condere, ut notat Innocentius in *d. c. cùm veniſſent V. per alios.* 9

Hinc ſi quæſtio oriatur de privilegio exemptionis, ſeu ſubjectionis immediatæ, & ad Sedem Apoſtolicam, & dubium tantùm ſit, an tale privilegium fuerit legitimè conceſſum, vel impetratum, & quanta ſit ejus extenſio, & an revocatum fuerit: ſolus Papa, non verò alius inferior judex cognoſcit ſuper hac cauſa, quia qui privilegium conceſſit, debet etiam illud interpretari *c. ſicut 30. §. ex his cauſ. 11. q. 1.* ſin verò dubium incidat in judicio de privilegio à Papa, vel alio Principe ſupremo conceſſo; tum Judex inferior, coram quo partes litigant poteſt indirectè, & incidenter cognoſcere de tali privilegio, illúdque interpretari dummodo nullum præjudicium inferatur Papæ, neque obligatio ulla per talem interpretationem aliis imponatur: ratio eſt, quia res inter alios acta non debet tertio præjudicare, cùm tantùm obliget partes litigantes, quæ poſſunt etiam à tali interpretatione appellare; quia tunc judicatur potiùs de privilegiato, an ſit capax privilegii, quàm de ipſo privilegio. 10

11 Liquet igitur, Epiſcopum, & alium Prælatum Papâ inferiorem non poſſe in propria cauſa jus ſibi dicere, *Lanie. C. ne quis in ſua cauſa judicet.* Ratio ex eo petitur, quia Judex debet eſſe medius, ac veluti diremptor inter partes litigantes, Actorem ſcilicet, & Reum. Sin autem Epiſcopus in propria cauſa jus ſibi diceret, non eſſet medius, neo diremptor inter partes litigantes, quia eſſet & ipſe pars. Hinc ſi controverſie naſcatur inter majorem Capituli partem, ex una parte; & alios Capitulares ſingulares ex altera, non poteſt capitulum repræſentatum per majorem partem eſſe Judex, alioquin judicaret in propria cauſa *l. unic. C. ne quis in ſua cauſa judicet.* Imò id procedit, quamvis capitulum juriſdictionem haberet in ſingulos, quia non poteſt ſingulos judicare in facto, ſeu cauſa propria, ut notat Abbas in *c. in Geneſi 55. n. 2. de elect.*

12 Excipitur tamen niſi injuria Judici illata eſſet ita notoria, ut nullo modo negari poſſet, quia tunc abſque alia accuſatione, & proceſſu juris, poſſet Judex delinquentem punire: ut ſi Princeps ſuiſmet oculis, & etiam alii Aulici præſentes viderent Petrum coram ipſis committere homicidium: quia tunc ceſſet ratio ſuſpicionis, & Judex tunc puniendo homicidium, eſt ſolus juris Executor. Hoc autem procedit de pœna à lege certò impoſita ob tale delictum notorium. Imò id etiam procedit de Judice ordinario; qui ratione publici officii poteſt etiam vindicare injuriam ſibi non ut perſonæ privatæ, ſed ut Judici, & perſonæ publicæ illatam, quia tunc cenſetur potiùs vindicare injuriam illatam Reipublicæ, quàm propriæ ſuæ privatæ perſonæ: alioquin, ſi injuria illi non inferretur, ut Judici, ſed ut privatæ perſonæ, non poſſet ſibi jus dicere, & vindicare injuriam ſibi illatam, quia non poteſt eſſe judex in cauſa propria. Quod verò ad Judicem delegatum pertinet, quamvis poſſit is procedere contra impedientem juriſdictionem ſibi demandatam *c. 1. de offic. deleg.* non tamen poteſt judicialiter procedere contra reum de alia re ſibi non commiſſa; idque defectu juriſdictionis quia Judex delegatus extra cauſam ſibi commiſſam non habet juriſdictionem, ſine qua non poteſt procedere.

13 Epiſcopus igitur, ut etiam quilibet alius Prælatus licèt poſſit judicare in cauſa ſuæ Eccleſiæ, non ita in cauſa ſuæ perſonæ; adeò ut ſi injuria illata ſit directè & principaliter Epiſcopo non poſſit in ea eſſe Judex, nec punire reum *c. inter 27.* juncta Gloſſa *fin. cauſa 23. q. 4.* Idque etiam procedit, ſi cauſa Eccleſiæ directè, & principaliter reſpiciat, menſam Epiſcopi; ut notat Abbas in *c. cum veniſſent 12. n. 9. de j.* quia tunc cenſeretur jus dicere in cauſa propria cùm agatur de proprio emolumento, vel damno. Secus quando cauſa principaliter, & directè ſpectat ad Eccleſiam, vel ad dignitatem Epiſcopalem, non verò ad perſonam, poteſt Epiſcopus in ea eſſe Judex; quia tunc non eſt Judex in cauſa propria, ſed in cauſa Eccleſiæ, quam tenetur tueri: nihilominus ob conjunctionem, quam Prælatus habet cum ſua propria Eccleſia, poteſt à parte recuſari, ut ſuſpectus: cùm enim poſſit Judex recuſari, ut ſuſpectus, ſi factus ſit adverſario amicus, familiaris, & domeſticus, idque ob affectionem, quæ in illo præſumitur erga partem contrariam *argum. c. inſinuante 25. de offic. judic. delegat.* potiori jure poteſt etiam recuſari Epiſcopus, ut ſuſpectus ſi agetur de cauſa propria ſuæ Eccleſiæ, quia præſumitur major affectio in Epiſcopo erga ſuam Eccleſiam, quàm in Judice erga partem contrariam.

Hoc tamen procedit, dummodo Epiſcopus recuſetur, alioquin ſi contra ipſum non excipiatur poteſt in cauſa ſuæ Eccleſiæ eſſe Judex: hinc ſi ferret ſententiam, ut Judex, valida hæc eſſet, quia illi non deeſt juriſdictio; poſſet tamen talis ſententia adhuc elidi per exceptionem. Ruſus id procedit, quando Epiſcopus in cognoſcenda cauſa ſuæ Eccleſiæ procedit judicialiter; quia extrajudicialiter poteſt pro defenſione proprii juris, vel Eccleſiæ cenſuras ferre, dummodo ſit poſſeſſor bonæ fidei *argu. c. venerabilius 7. V. attamen de ſent. excomm. in 6.* quia ſi licitum eſt Epiſcopo armis corporalibus defendere poſſeſſionem ſuorum jurium; à fortiori id erit illi licitum per arma ſpiritualia, ſeu per cenſuras: ſi enim Epiſcopus ſit in poſſeſſione viſitandi aliquas Eccleſias inferiores ſæculares, vel regulares, & earundem Rectores velint impedire hanc viſitationem, poteſt Epiſcopus armis ſpiritualibus ſuam defendere poſſeſſionem, ut docet Layman de juriſdictione Ordinarii *concluſ. 44.* 14

§. III.

De Origine, & qualitatibus Inquiſitorum ſancti officii.

TAmetſi ad Epiſcopos pertineat gregem ſibi concreditum docere dogmata fidei, & illum ab impiorum hominum, & hæreticorum erroribus, praviſque doctrinis cuſtodire, nec permittere, ut hæreſes irrepant: nihilominus ob varias officii Epiſcopalis curas, quibus perſæpe aliis Epiſcopi implicantur negotiis, adeò ut non poſſint ea diligentia, quam neceſſitas exigeret, ſemper invigilare ſuper ſuum gregem, vel quia Pontifex eos occupet in muneribus obeundis Eccleſiæ univerſalis, eoſque mittat ſuos legatos, vel Nuntios in Provincias alienas, vel quia eorum miniſterio Romæ utatur, ideò propter Epiſcoporum abſentiam, & nonnunquam etiam ob imperitiam, factum fuit, ut munus inquirendi contra hæreticos, & pravos errores diſſeminantes certis quibuſdam Judicibus à ſede Apoſtolica fuerit demandatum, adeò ut Romani Pontifices præter Epiſcopos ad id negotii etiam deputaverint alios Eccleſiaſticos, quos Apoſtolicos Inquiſitores volunt appellari; quo verò tempore id contigerit non concordant Authores. 1

2 Sed certum eſt, id contigiſſe tempore Innocentii III. Genebrardus in Chronic. *lib. 4. ſecul. 13.* cenſet, Inquiſitores ſancti officii fuiſſe inſtitutos anno 12. ſupra 1200. loquens enim de Innocentio III. ait *Ejus temporibus orta fuit hæreſis in Toloſa partibus, quam D. Dominicus mira celeritate compeſcuit.* Illeſcas in actis Innocentii III. *lib. 5. ſua Pontificalis hiſtoria c. 33.* vult, inquiſitionis inſtitutionem incepiſſe anno 1208.

Paramus

Paramus autem *lib. 2. c. 1. n. 13.* refert, hanc inſtitutionem contigiſſe anno 1254. Imò Pegna *in direct. 3. p. comm. 32. V. officium delegat. inquiſit.* vult, officium inquiſitionis incepiſſe anno 1200. Et licèt Authores diſſentiant circa annum, conſentiunt tamen, officium inquiſitionis fuiſſe inſtitutum ab Innocentio III. occaſione hæreſis Albigenſium, quæ in Provincia Toloſane graſſabatur, & communior ſententia deſumpta ex hiſtoriis Eccleſiaſticis vult, id muneris quedam ex parte fuiſſe primùm D. Dominico demandatum circa annum Domini 1208. cum enim D. Dominicus id temporis Epiſcopum ſuum ex Hiſpania comitaretur contra errores Albigenſium, qui tunc ſenſim in Eccleſiam cœperant irrepere; validè eos confutevit ſuis concionibus, & inſigni doctrina, ac etiam vitæ mirabilis exemplo, quo plures ad gremium Eccleſiæ per veram cordis pœnitentiam perduxit; facultate ſibi à ſede Apoſtolica conceſſa, ut ſalutaribus pœnitentiis injunctis poſſet revertentes ad Catholicam fidem abſolvere: quod munus poſtea ſanctus Petrus Alumnus D. Dominici vitæ ſanctitate, doctrina, & martyrio illuſtris inconcuſſa pectoris firmitate Mediolani, & in tota illa Provincia præſtitit: & quia Patres Dominicani hoc munus laudabiliter, & cum ſumma Eccleſiæ utilitate exercuerunt, ideò Pontifices iiſdem indulſerunt, ut Inquiſitores contra hæreticam pravitatem per Italiam, Hiſpaniam, Siciliam, & Sardiniam deligerent ex ſuo ordine, qui vitâ, moribus, ac litterarum ſcientia florerent.

2 In Tuſcia tamen authoritate Romani Pontificis Patribus Franciſcanis hoc munus demandatur, ut etiam Patavii in dominio Veneto. In Hiſpania verò ad preces, & inſtantias Ferdinandi Aragoniæ, & Caſtellæ Regis Catholici hujus nominis V circa anno 1484. indulſit ſummus Pon-
3 tifex, ut munus inquiſitionis Clericis ſæcularibus in utroque jure, & ſacra Theologie peritis demandaretur, adeò ut juſſu regio, & conceſſu Pontificio cura conſtituendi officium ſacræ inquiſitionis injuncta fuerit tunc Cardinali Mendozæ, qui adhibito plurium Doctorum virorum conſilio leges compoſuit, quas ſinguli Inquiſitores per totam Hiſpaniam tenerentur obſervare, imò etiam Inquiſitores Siciliæ, & Indiarum, quæ Regibus ſubjiciuntur Hiſpaniarum.

4 Circa Inquiſitorum electionem, quamvis iſti olim eligerentur à Generalibus, vel Provincialibus Ordinum D. Dominici, & Franciſci, idque ex privilegiis utrique ſacro Ordini conceſſis à Sede Apoſtolica, & de quibus dicitur in conſtitutionibus Innocentii IX. *licèt ex omnibus* Alexandri IV. *olim præſentiens* Clementis IV. *licèt*, de quibus in Bullario ſancti Officii poſt directorium: hodie tamen non amplius à præfatis Generalibus, & Provincialibus eliguntur Inquiſitores, ſed immediatè à ſummo Pontifice per Breve, quo pacto eliguntur Inquiſitores Mediolanenſis, & Genuenſis; vel per litteras patentes, ut regulariter contingit, emanatas à ſacra congregatione Cardinalium Romanæ univerſalis inquiſitionis. Verùm tametſi Inquiſitores deputentur à ſacra Congregatione ſemper tamen intelliguntur ſuam juriſdictionem accipere à ſummo Pontifice, quia ſacra Congregatio nomine Pontificis inſtituit Inquiſitores contra hæreticam pravitatem.

5 Quod verò ad qualitates attinet, ex litteris Apoſtolicis datis ad Inquiſitores ab Urbano IV. anno 1261. & Clemente IV. anno 1265. cui initium eſt *Præ cunctis* debet Inquiſitor eſſe *Converſatione honeſtus, prudentiâ circumſpectus, conſtantiâ firmus, ſacra fidei doctrinâ eminenter eruditus, & virtutibus circumfultus*: dicitur *converſatione honeſtus*, ut exemplo fortiùs; quàm verbis errantes ad meliorem frugem trahat: ſicut enim pulchritudo ſpiritualis ex doctrina D. Thomæ 2.2. *quæſt. 145. art. 2.* in eo conſiſtit, ut converſatio hominis ſit bene proportionata juxta ſpiritualem rationis claritatem; ita pertinet id ad rationem honeſti; ſiquidem virtus, ſicut eſt honeſta ita ſibi nomen vendicat honeſti. Hæc igitur prima qualitas ſita in honeſtate deſideratur in Inquiſitore, ut ſit dignus Judex in tribunali ſancti officii, quia ut ait Eccleſiaſticus *cap. 37. Anima viri ſancti enuntiat vera.* Tum quia ut notat Symancha de Republic. *lib. 5. c. 5. ex Philone lib. de legat. ad Cajum.* Deus ſolet bonis viris bona conſilia in Reipublicæ commodum ſuggerere.

Debet itidem eſſe *prudens*, hæc enim virtus vel maximè neceſſaria eſt iis, qui munus exercent Inquiſitoris, eſt enim prudentia regula generalis, & perfectio cæterarum virtutum, quibus det formam, & modum, ut docet D. Thomas 6
2.2. q. 166. art. 2. ad 1. & in *3. ſent. diſt. 9. q. 1. art. 1.* Quòd ſi prudentia in cæteris Magiſtratibus eſt neceſſaria, ut oſtendit Bobadilla *lib. 1. c. 5.* potiori jure neceſſaria eſt Inquiſitoribus ſancti officii, ut notat Pegne *p. 3. direct. q. 1. commene. 50.* quia perſæpe cauſæ quæ in hoc tribunali ſanctæ inquiſitionis occurrunt, prudentiæ magis, quàm legum regulis exigunt expediri, imò tanti facienda eſt prudentia in Magiſtratu, ut eligi potius debeat prudens, & minus doctus, quàm magis doctus, & minus prudens, ſi ſermo ſit de Magiſtratu habente annexum ſubditorum regimen, ut notat Maſtril. *lib. 1. c. 2.*

Rurſus debet eſſe *conſtantiâ firmus* quatenus 7
ut docet D. Thomas *2.2. q. 137. art. 3.* beneficio conſtantiæ vir firmiter perſiſtit in bono contra difficultates provenientes ex quibuſcunque impedimentis exterioribus, & quia Inquiſitor ſancti officii debet firmiter inſiſtere in perquirenda rei veritate, & juxta illam allegatam, & probatam ſententiam ferre, & illius executioni conſtanter incumbere nulla admiſſa in favorem Rei injuſta defenſione, ſequitur, quòd Inquiſitor debeat eſſe conſtantiâ firmus, hinc monet Eccleſiaſticus *c. 7. Noli quærere fieri judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.*

Præterea debet Inquiſitor ſacræ fidei doctrinâ eſſe eminenter eruditus, ut loquuntur Pon- 8
tifices in ſuis conſtitutionibus, per fidei autem doctrinam, verè & propriè intelligitur cognitio Theologiæ, adeò ut Inquiſitores debeant eſſe graduati, vel in ſacra Theologia, vel in utroque jure. An verò Inquiſitores debeant

vent; debetur præcedentia reſpectu eorum, quibus minus favent; ut argumentatur Cyriacus *controverſ. 204. n. 150.* Ubi etiam infert, illis debitam eſſe præcedentiam; quibus Principes magis favent. Tum quia Inquiſitores ſancti officii repræſentant Papam, & Vicarius Generalis Epiſcopi ſolum ipſum Epiſcopum, proinde repræſentativè Inquiſitores ſunt digniores Vicario Generali, proinde ipſis debetur præcedentia ſaltem ratione repræſentationis.

15 Præterea quia Vicarius Epiſcopi in cauſis ſpectantibus ad tribunal ſancti officii ſubjicitur juriſdictioni Inquiſitoris, ſiquidem ejus juriſdictio extenditur contra omnes, qui ab illa ſpecialiter non excipiuntur; & in jure ſoli Epiſcopi non verò eorum Vicarii Generales excipiuntur, ut notat Barboſa *de offic. Epiſcop. p. 3. alleg. 112. n. 13.* Tum quia Vicarii in Inquiſitores nullam habant juriſdictionem, proinde tantùm abeſt, quod præſint, ut potiùs ſubſint; & ſicut Inquiſitores præſunt, ita debetur iiſdem præcedentia. Tum quia juriſdictio Inquiſitoris eſt longè dignior juriſdictione Vicarii Generalis Epiſcopi, quia Inquiſitor eam habet immediatè à ſummo Pontifice, & Vicarius ab Epiſcopo, cujus eſt Vicarius, qua ratione communiter pluris fit juriſdictio Inquiſitoris, quàm Vicarii etiam ratione principii, à quo immediatè dimanat.

16 Quòd ſi dicas, juriſdictionem Vicarii generalis eſſe ordinariam, & illam Inquiſitoris delegatam, & Judicem ordinarium eſſe digniorem delegato, eò quia delegatus ſit tantùm major ſecundùm quid, in cauſa ſcilicet delegata, non autem ſimpliciter. Reſpondetur, delegatum ad univerſas cauſas hæreſis, & ſuſpicionis ejuſdem contra omnes, & quaſcunque perſonas, etiam ipſoſmet Vicarios Generales Epiſcoporum eſſe majorem ordinario ipſius Vicarii, & quidem ſimpliciter, quia Vicarius in cauſa hæreſis, vel ſuſpicionis ejuſdem ſubjicitur juriſdictioni Inquiſitoris, non Inquiſitor juriſdictioni Vicarii; ſi enim Vicarius ſit ſuſpectus de hæreſi Inquiſitor cognoſcit ſuper tali ſuſpicione. Hac ratione utitur Sarmient. in *ſelect. interpret. juris lib. 7. c. 17. n. 4.* ut probet, Vicarios Epiſcoporum eſſe præferendos Canonicis, & iis omnibus, in quos poſſunt juriſdictionem exercere, quia eo ipſo, quòd poteſt quis juriſdictionem in alium exercere, ſaltem habitu eſt ipſo ſuperior; quia juriſdictio non exercetur niſi in inferiores; proinde debet præcedere, qui juriſdictionem poteſt in alios exercere.

17 Poſſet tamen objici, quia moris ſaltem alicubi eſt, ut Prior conventus præcedat Inquiſitorem in proceſſionibus, quamvis Inquiſitor juriſdictionem habeat in Priorem conventus, adeò ut ſi hic ſit ſuſpectus de hæreſi debeat ejus cauſa cognoſci ab Inquiſitore. Sed contra, quia eatenus Prior conventus præcedit Inquiſitorem in proceſſionibus, quia Inquiſitor non intervenit iiſdem, ut Inquiſitor, ſed ut ſimplex Religioſus, quatenus ut talis ſubeſt Priori: qua ratione etiam canonici incedentes cum Capitulo præcedunt Vicarium, ſi hic non ſit Canonicus, & non interveniat ut Vicarius; & ſi ſit Canonicus eum etiam præcedunt Archipresbyter, & dignitates, ut conſtat ex pluribus declarationibus ſacræ Congregationis apud Barboſam in *collect. Bullar. in V. Vicarius* quoad præcedentiam.

Cæterùm ex hodierna praxi Inquiſitores in 18
ſpectantibus ad officium ſanctæ inquiſitionis, non ſubjiciuntur Prælatis ſui Ordinis, ſed ſolis ſupremis Inquiſitoribus, ut notat Pegna in *3. p. comment. 80. V. hoc autem privilegium*, idque ſtatutum fuit, ut ſanctum officium in cauſis ad illud ſpectantibus omninò liberè, & abſque ullo impedimento poſſet procedere, ut etiam notat Peirinus ad *privilegia Minimorum tom. 1. conſtit. 4. Sixti IV. §. 11. n. 49.* quoad alia verò, quæ non pertinent ad hoc tribunal, ſed concernunt regularem obſervantiam ſubſunt Inquiſitores Prælatis ſuorum Ordinum, à quibus de rigore juris poſſunt etiam puniri, ſi delinquant contra regularem obſervantiam, dummodò pœnitentias illis non injungant, quæ munus ſanctæ inquiſitionis poſſunt impedire, ut notat Sanctarel. *de hæreſi. c. 40. dub. 1. n. 7.* conſultiùs tamen foret, quòd in delictis patratis ab Inquiſitoribus extra officium ſanctæ inquiſitionis ſuperiores aſſumerent informationes, quas ad ſacram congregationem tranſmitterent exſpectaturi reſponſum à ſupremis Inquiſitoribus, ut notat Farinac. *q. 186. n. 132.*

Hinc Inquiſitores Regulares quoad ea, quæ 19
pertinent ad ſanctum officium non ſubduntur Prælatis ſui ordinis; ſed ſolis eminentiſſimis Cardinalibus ſupremæ inquiſitionis ex privilegio Alexandri IV. Clementis VI. Urbani IV. ut refert Eymericus in *direct. inquiſ. p. 3. q. 11.* ratio eſt, quia Inquiſitores ſancti officii in cauſa fidei, ſunt delegati Pontificis, cujus perſonam repræſentant *c. præcipimus 93. diſt.* & probat Decianus in *tractat. crimin. lib. 5. c. 22. n. 35.* quapropter ſi Inquiſitores delinquant in his, quæ pertinent ad ſanctum officium non ſunt puniendi a ſuperioribus ſui ordinis, ſed ab eminentiſſimis Cardinalibus ſacræ Congregationis. Ex eo autem, quòd ſint ſummi Pontificis delegati; & repræſentent ejus perſonam, eis debetur titulus Reverendiſſimi, ut notat Ludovicus Paramus de *origine ſacræ inquiſitionis lib. 3. q. 11. n. 23.* Sacra tamen Congregatio in litteris ad Inquiſitorem directis non dat titulum reverendiſſimi; ſed tantùm reverendi, vel admodum reverendi: quia aliud eſt, quando ſacra Congregatio ſcribit ad Inquiſitorem, quia tunc ſuperior ſcribit ad inferiorem; & aliud quandò alii; quia tunc inferiores ſcribunt ad ſuperiorem, proinde debetur tunc Inquiſitori titulus Reverendiſſimi.

§. IV.

De Privilegiis, quæ conceduntur Inquiſitoribus ſancti officii.

CErtum eſt, varia privilegia in jure, & Apo- 1
ſtolicis conſtitutionibus favore fidei fuiſſe Inquiſitoribus conceſſa. Primò indulſerunt illis Pontifices, ut poſſint habere familiam armatam ad propriam defenſionem, & ad capiendos hæreticos, eorúmque Receptores, Defenſores, & Fautores, idque ex privilegio Clementis IV. in *c. nolentes* confirmato à Joanne XXII. ut notat Eymericus in *direct. p. 3. q. 76.* ubi ait, hoc privilegium ita competere Inquiſitoribus

favore fidei, & in odium hæreticæ pravitatis, ut eorum Officiales poſſint die, noctùque armati incedere non obſtante quacunque lege civili, vel municipali in contrarium edita, vel edenda, quinimò qui legem conderet, qua officiales Inquiſitorum prohiberentur arma deferre, poſſet puniri ut impediens munus ſancti officii, ut docet Gloſſa communiter recepta in *c. ſtatutum 11. de hæret. in 6.*

2 Quinimò poſſunt etiam Inquiſitores concedere aliis Miniſtris, ut incedant armati, dummodò inſerviant ſancto officio, qua ratione Advocati, Notarii, Conſultores, Cuſtodes, aliique Miniſtri ſancti officii poſſunt arma deferre non obſtante quacunque lege civili, vel municipali in contrarium, ut notant Farinac. *de hæret. q. 189.* Symancha *de cathol. inſtit. tit. 41. n. 15.* Royas *de hæret. p. 2. tit. de privileg. Inquiſit. n. 482.* Præcipit tamen Clemens IV. in ſua conſtitutione, cui initium eſt *Nolentes*, ne Inquiſitores hoc privilegio abutantur, ait enim Pontifex *Porrò Inquiſitoribus ipſis diſtrictius inhibemus, ut nec abutantur, quomodolibet conceſſione portationis armorum, nec Officiales niſi ſibi neceſſarios habeant tales, qui ſe conferant ad ſua cum Inquiſitoribus ipſis officia exequenda.*

3 Quales verò eſſe debeant familiares Inquiſitorum explicat Ioannes XXII. in ſua conſtitutione his verbis: *Mandamus quatenus neminem familiarem, niſi ejuſdem Eccleſiæ fidelem, ac devotum, & laudabilis converſationis, & vitæ habere, quomodolibet præſumatis.* ex qua conſtitutione infert Symancha de *cathol. conſtit. tit. 41. n. 15.* eligendos eſſe viros bonos, & pacificos, & ſubdit, moris in Hiſpania eſſe, ut nonniſi uxorati eligantur familiares Inquiſitorum. Quotus verò debeat eſſe numerus horum familiarium non eſt id à jure ſtatutum, ſed diſpoſitioni remittitur Cardinalium ſacræ Congregationis.

4 Quòd ſi familiares abutantur facultate ſibi conceſſa portandi arma graviter puniri tunc debent ab ipſis Inquiſitoribus. Tunc autem dicerentur familiares abuti tali facultate, ſi Inquiſitores illis tantùm concederent licentiam reſtrictam ad certum armorum genus, & ipſi alia arma prohibita à dicto Principis ſæcularis deferrent. Ut etiam ſi arma ſibi conceſſa deferrent, ut præmeditatè homicidium committerent, vel mutilationem: ut etiam ſi ex eorum uſu aliis eſſent ſcandalo: in his enim caſibus dicuntur familiares Inquiſitorum abuti facultate geſtandi arma, & debent tunc graviſſimè ab Inquiſitoribus puniri. Cæterùm non ſolùm Inquiſitores ad propriam defenſionem poſſunt familiam armatam habere, verùm etiam ſi hæc non ſufficeret pro executione ſancti officii, poſſunt etiam auxilium petere à ſæculari Magiſtratu, imò ad id etiam illum compellere per cenſuras eccleſiaſticas, ut fusè probat Pegna *p. 2. comment. 106.* ubi addit, quòd ſi Magiſtratus ſæculares nolint auxilium præſtare, non ſolùm poſſunt anathemate percuti, ſed etiam honore privari, aliiſque pœnis pro delicti qualitate coerceri *c. Excommunicamus §. moneantur de hæret.*

5 Imò poſſunt etiam Inquiſitores proprios carceres conſtruere, ut in illos detrudantur Rei ſancti officii, & deſumitur ex *c. ut Inquiſitionis de hæret. in 6.* & probat Eymericus in *direct. p.* ... *q. 58.* quia Rei cùm ſint in loco tuto cuſtodiendi, neceſſarii ſunt carceres, ex quibus non poſſint aufugere. Tum quia carcer ex jure canonico non ſolùm datur ad cuſtodiam, verùm etiam ad pœnas *c. quamvis de pœn. in 6.* Inquiſitores tamen non poſſunt habere carcerem proprium, niſi pro tuta cuſtodia Reorum: quòd ſi Reus in pœnam delicti eſſet detrudendus in carcerem, debet tunc detrudi in alium carcerem, qui ſit communis cum Epiſcopo: ratio eſt; quia Inquiſitor ſine Epiſcopo non poteſt condemnare reum ad carcerem, qui ſic magis ad pœnam, quàm ad cuſtodiam, ut habetur in *clem. 1. de hæret.* proinde carcer, in quem detrudendus eſt reus in pœnam ſui delicti, non debet eſſe communis cum Epiſcopo: carcer enim Inquiſitoris debet eſſe mitior, & tantùm ad cuſtodiam non ad pœnam. Quòd ſi reus non eſſet ſecurus in loco mitiori, tunc pro ſola cuſtodia poſſet ad arctiora transferri. Cavendum tamen eſt, ne carceris ſqualor tantus ſit, ut delinquens ex tali ſqualore morbum contrahat, & moriatur, quia tunc Inquiſitor incurreret irregularitatem, ut notat Abbas in *c. à nobis Apoſtatis*, Zabarella *in clement. unic. de homicid.* hinc Inquiſitores tenentur bis ſingulis menſibus viſitare detentos in carcere, & ab illis petere, an illis neceſſaria adminiſtrentur, & quomodo valeant, ut notat Symancha de *cathol. inſtit. tit.* 16. *n.* 15.

6 Poſſunt etiam Inquiſitores inconſulto Ordinario, quoties neceſſitas urſerit publicare edicta contra hæreticos, eorúmque complices, Fautores, Receptores, & Defenſores eiſque præcipere ſub pœna anathematis, ut hæreticum manifeſtent, & etiam præcipere aliis, ut hæreticorum Fautores, Receptores, & Defenſores revelent, ut notat Joannes Moyas *tract. de hæret. p. 2. de privileg. Inquiſitor n. 415.* Quòd ſi Ordinarius hujuſmodi edicta publicaverit, non poteſt Inquiſitor ea revocare, ſed tantùm confirmare. Poſſunt etiam Inquiſitores in ſuis diſtrictis nova ſtatuta condere, & pœnas augere, ut notat Pegna *p. 3. comment. 155. V. ad hæc* ex reſcripto Innocentii IV. quia cùm Epiſcopus poſſit in ſua Diœceſi ſtatuta condere contra hæreticos, blaſphemos, ſortilegos & alios delinquentes, ut ab ipſis delictis pœnarum acerbitate homines avocentur: *c. 2 §. ſtatuto de conſtitut. in 6.* potiori jure hoc idem poſſunt præſtare Inquiſitores cùm in cauſa hæreſis majorem, vel ſaltem æqualem habeant cum Epiſcopis juriſdictionem.

7 Conſultiùs tamen eſt, ut Inquiſitores in hiſce condendis ſtatutis Epiſcopos conſulant, vel ſupremam congregationem Romanæ, & univerſalis inquiſitionis. Poſſunt etiam inquiſitores poſt latam ſententiam pœnitentiam mitigare, vel commutare, ut notat Eymericus *3. p. n. 194. in fin.* ubi addit moris eſſe ut in forma ſententiæ hanc facultatem ſibi reſervent his verbis: *Retinentes nobis ex certa ſcientia, & expreſſè, quòd poſſimus liberè dictam ſententiam, ſeu pœnitentiam mitigare, aggravare, commutare, totaliter tollere, vel in parte, ſi, & quando, & prout nobis toties quoties videbitur faciendum* ubi notat Pe-

gna

gna *comment. 44.* hoc Inquiſitorum privilegium eſſe unum ex maximis, ut etiam poſt latam ſententiam eorum juriſdictio non expiret in eadem cauſa jam judicata. Hoc idem privilegium fuit etiam Inquiſitoribus conceſſum a Concilio Narbonenſi *c. 7.* ibi: *Illa ſemper retentione cautè adhibita, ut liceat vobis, ſeu aliis Inquiſitoribus, ſeu quibus hoc Romana Eccleſia, vel illi, cui ex officio competit, duxerit committendum pro veſtro, & illorum arbitrio, ac voluntate injunctis pœnitentiis addere, vel retrahere ex cauſa rationabili.*

8 Cauſæ autem rationabiles minuendi, vel etiam penitus tollendi pœnitentiam ſunt, vel infirma valetudo; vel inſignis humilitas pœnitentis, vel vera converſio. Sunt enim qui poſt lapſum ita perpetrata delicta deteſtantur, ut ſponte aſperrimam agant pœnitentiam, & etiam majorem illâ, quæ fuit iiſdem injuncta: & iſtis poſſunt Inquiſitores poſt latam ſententiam injunctam pœnitentiam minuere, vel in aliam leviorem permutare, aut totam remittere, ut notat Pegna *p. 3. comment. 44. V. qua autem ſunt cauſa.* E converſo ob Reorum indevotionem, malitiam, contentionem, rixam, & alia id genus, quæ eorum animum parum legi divinæ, & injunctis ſibi mandatis obedientem indicant, poſſunt pœnitentiæ augeri, idque quamvis per oblivionem, vel ex alia cauſa hanc poteſtatem Inquiſitor, & Epiſcopus expreſſe in lata ſententia ſibi non reſervaſſent, quia id de jure ad ipſos ſpectat, *c. Ut commiſſi de hæret. in 6.*

9 Cæterum conſultius ſemper, & tutius eſt expreſſe in ipſa ſententia ferenda hanc facultatem ſibi retinere. Imò notat Symancha *de cathol. inſtitut. tit. 19. n. 20.* in regnis Hiſpaniarum inferiores Inquiſitores non habere hanc facultatem augendi, vel minuendi, aut commutandi pœnitentias reis injunctas ſine generalis Inquiſitoris eorundem Regnorum facultate; Imò certum eſt, per totam Italiam non poſſe Inquiſitores pœnas reis injunctas minuere, nec augere, nec commutare ſine Epiſcopo, nec hunc ſine Inquiſitore, idque ex ſpeciali decreto ſacræ Congregationis ex Mandato Urbani VIII. ut refert Barboſa in *Aphoris. ſub litt. P. in V. pœna n. 13.* Quinimò ſi Rei condemnentur ex mandato Sacræ Congregationis, tametſi Epiſcopus Ordinarius, & Inquiſitor ſententiam ferant, adhuc facultas augendi, minuendi, vel commutandi pœnas eſt ſervata Sacræ Congregationi.

10 Hinc ſententia lata in cauſis fidei nunquam tranſit in rem judicatam, & ſupervenientibus novis probationibus poſſunt Inquiſitores iterum ſuper eadem cauſa cognoſcere, & de eodem crimine iterum condemnare abſolutum, vel eum abſolvere, aut mitius, vel gravius punire; idque ex conſtitutione Pii V. cui initium *Inter multiplices curas*, ut refert Pegna *p. 3. comment. 37. V. verum omiſſis*, & deſumitur ex *c. ut commiſſi §. nec non de hæret. in 6.* & docet Symancha *de cathol. inſtit. tit. 60. n. 13.* unde ſi reo ſemel innocente declarato, vel abſoluto novæ ſuperveniant delicti probationes, poſſunt Inquiſitores non obſtante ſententia abſolutoria jam lata, denuò inquirere, examinare, & illum condemnare juxta nova allegata, & probata: ratio eſt, quia in favorem fidei ſententia in hoc tribunali nunquam tranſit in rem judicatam; adeò ut probationes ſupervenientes conjungi poſſint cum præcedentibus inſufficientibus, & ob quarum inſufficientiam fuit reus abſolutus. Nam tametſi citatio, & litis conteſtatio prius facta pereat; eò quia perempta inſtantia pereant acta ordinatoria, quæ ſequuntur eandem inſtantiam *l. properandum §. etſi quidem de judic. & l. cum lite mortua ff. judicatum ſolvi*, non tamen pereunt confeſſione, probationes, declarationes teſtium, & ſimilia, quæ ad litis deciſionem pertinent *l. jubemus C. de liberali cauſa*, & docet Symanchas *de cathol. inſtit. tit. 18. rubr. de defuncto n. 20*, & quemadmodum ex ſuperveniente delicti probatione revocatur ſententia abſolutoria; ita ex ſuperveniente probatione Innocentiæ auferri debet condemnatio.

Hinc reus condemnatus pœna arbitraria, eò quia legitimæ probationes criminis non fuerunt productæ: ſuperveniente poſtea convincente delicti probatione, ſi pœna arbitraria non ſit executioni demandata ceſſat, & reus convictus per ſupervenientes novas probationes punitur pœna ordinaria: ratio eſt; quia tum habetur nova ſententia, novúmque judicium, & pœna delictum non excedit: Secus ſi prior pœna arbitraria reperitur executioni demandata, tunc detrahendum eſt à pœna ordinaria recens injuncta quantum per arbitrariam importabatur; ne reus pro uno delicto gravius, quàm meretur, puniatur; ſcilicet pœnâ ordinaria commenſurata delicto, & pœna etiam alia arbitraria contra textum in *c. cum afferamus 24. q. 1.* 11

Dubitari tamen poſſet, an ſententia tam abſolutoria, quàm condemnatoria unius ſit etiam abſolutoria, & condemnatoria alterius complicis: Reſpondetur cum diſtinctione, vel enim ſententia lata fuit *ſuper facto*, & cum declaratione, quòd non fuit commiſſum delictum, ſeu quòd prolata propoſitio non ſit hæretica, vel talis actio non ſit ſuperſtitioſa; & tunc ſententia abſolutoria unius prodeſt aliis complicibus, qui eandem propoſitionem protulerunt, vel actionem fecerunt. Vel ſententia non fuit lata ſuper facto, ſed *ſuper tali perſona* exprimendo talem inquiſitum eſſe abſolvendō, eò quia ex allegatis, & probatis non conſtet commiſiſſe delictum, de quo gravatus fuit, & tunc ſententia latâ in favorem unius non prodeſt aliis complicibus, niſi ipſis requiſitis, & auditis, ut docent Menochius *de arbit. caſu. 35 c. n. 12. & ſequent.* Farinac. *de conſult. q. 134 n. 53.* Carena *p. 3. n. 9. tit. 5. n. 10 & ſequent.* ubi addit, quòd ſi Mandatarius, & mandans unus ſit confeſſus, & alter ſit negativus, hic abſolvitur, & ille damnatur: ut etiam ſi unus adſit, & alter abſit contra iſtum continuatur Proceſſus, & ille abſolvitur. In ſententia verò condemnatoria ſi unus appellavit, & non alter, poteſt judex ſententiā non appellantis mandare executioni, non tamen contra appellantem *l. de unoquoque ff. de re judicat. l. minoribus c. de his quibus ut indignis*, quia appellatio unius non prodeſt alteri non appellanti. 12

Hinc nec ſententia condemnatoria mandantis delictum præjudicet mandatario, quia poteſt hic probare ſe ex gravi metu coactum obtemperaſſe 13

râſſe mandanti: quo pacto poteſt mandatarius ſaltem in partem liberari à pœna injuncta mandanti: è converſo ſi Mandatarius ſit condemnatus, non tamen ex ejus condemnatione intelligitur condemnatus etiam mandans, quia hic poteſt probare, ſe nunquam mandatum talis delicti dediſſe.

14 Excipitur tamen crimen hæreſis, quod cùm puniatur, etiam pœna amiſſionis omnium bonorum condemnatio unius nocet alteri: ſi enim pater condemnetur ut hæreticus, ejus ſententia nocet etiam filiis, quia fiunt inhabiles ad beneficia Eccleſiaſtica, & ad officia ſæcularia: quinimò nocet etiam aliis, qui poſt crimen hæreſis aliqua à condemnato de hæreſi acceperant; ſive donatione, ſive ex alio contractu; ſiquidem privantur per confiſcationem iiſdem bonis *l. quiſquis §. filii verò C. Ad leg. Jul. Majeſt. c. cum ſecundùm leges de hæret. in 6.* & probant Gomez *tom. 3. variar. c. 1. n. 90.* Bartolus in *l. cum filius familias ff. de verb. oblig. col. 2.*

15 Præ cæteris privilegiis, quæ conceduntur Inquiſitoribus ſancti officii, eſt etiam illud, quòd non poſſunt excommunicari à delegatis Sedis Apoſtolicæ: imò non ſolùm Inquiſitores gaudent hoc privilegio, ſed etiam Notarii Inquiſitorum, ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, in qua fiat expreſſa mentio hujus privilegii: ita cavetur in conſtitutione Urbani IV. cui initium *Ut Inquiſitores*, quam refert Eymericus *in direct. p. 2 pag. 132.* imò Pegna *comment. 70. v. conceſſit Urbanus p. 3.* aſſerit, hoc privilegium extendi etiam ad Inquiſitores, qui ſe obligaverunt in forma Cameræ Apoſtolicæ, imò Zanardus *in ſumma c. 6. q. 46.* id extendit, ut nec Inquiſitores poſſint declarari incidiſſe in excommunicationem Papalem, eò quia etiam in hoc caſu militet ratio allegatarum conſtitutionum. Plures tamen apud Genuenſem in praxi Archiepiſcopali Neapolitana *c. 59 n. 1.* cenſent, Religioſos exemptos habentes privilegium à ſede Apoſtolica, ut non poſſint excommunicari ab Epiſcopis, poſſe nihilominus ab iiſdem Epiſcopis declarari incidiſſe in excommunicationem Papalem.

16 Cæterum hoc privilegium non ſolum comprehendit Inquiſitores, & eorum Notarios, verùm etiam ſe extendit ad advocatum fiſcalem, quia hic eſt Miniſter intimus, & neceſſarius ſancti officii, ſine quo cauſæ non expediuntur: unde cum in illo militet, non ſolùm eadem, ſed etiam major ratio, quàm in ſimplici Notario, & conſtitutio ſit favorabilis, ſequitur privilegium extendi ad advocatum fiſcalem, ut notat Oſach. *deciſ. pedemon. 22. n. 8. & 9.* Imò poſſunt etiam Inquiſitores, & eorum ſocii ſe invicem ab excommunicatione abſolvere in omnibus illis caſibus, in quibus poſſunt ab eorum Superioribus abſolvi, & deſumitur ex conſtitutione Urbani IV. cui initium *ut negotium fidei*, ubi etiam in Prædictis caſibus conceditur iiſdem facultas diſpenſandi ſe ipſos in irregularitate, ut notat Eymericus in *direct. p. 3. q. 23.*

17 Poſſunt etiam Inquiſitores ex privilegiis ſibi factis concedere indulgentias 20. vel etiam 40. dierum omnibus audientibus eorum concionem occaſione actus fidei; ut notat Eymericus *in direct. 3. p. q. 127.* Poſſunt itidem Inquiſitores interpretare ſtatuta tam Eccleſiaſtica, quàm ſæcularis edita contra hæreticos ex indulto Innocentii IV. in ſua conſtit. cui initium eſt, *Cùm negotium fidei*. Imò poſſunt etiam hæreticos ad Eccleſias confugientes capere, & ab illis extrahere; nec Epiſcopi poſſunt id illis impedire ex conſtitutione Joannis XXII. quæ incipit, *Ex parte veſtra*, ſunt etiam in hoc Inquiſitores ſpecialiter privilegiati, eò quia ſunt immunes ab omnibus oneribus, datiis, aliiſque gravaminibus, ut notat Royas *de hæret. p. 2. n. 421.* Immo penſiones reſervatæ authoritate Apoſtolica ſancto officio ſunt etiam immunes à ſolutione quindennii ex declaratione ſupremæ Congregationis ſancti Officii edita die 4. Januarii anno 1622. quinimò ex repetita declaratione ſummi Pontificis etiam beneficia unita inquiſitionibus ſunt immunia à ſolutione decimarum, idque conſtat ex literis Cardinalis Burgheſii ſub die 26. Aprilis 1603. datis Inquiſitori Novarienſi, & ex aliis literis ejuſdem Cardinalis directis ad Inquiſitorem Taurinenſem die 22 Maji 1604. & hæc conceſſio intelligitur de decimis ordinariis, & prædialibus, ut notat Carena *p. 1. tit. 4 n. 97.* Sunt etiam pleraque alia priviligia conceſſa Inquiſitoribus, quæ recenſet Royas *de hæret. p. 2. in rubric. de privil. Inquiſitor. n. 409. & ſequent.*

§. V.

De Iuriſdictione Inquiſitorum Sancti officii.

CUm Inquiſitores ſancti officii cognoſcant ſuper criminibus hæreſis, ſuperſtitionis, aliiſque contra fidem, & Eccleſiã, procedunt procul dubio ut Judices, quibus eſt neceſſaria juriſdictio, quam accipiunt à Romano Pontifice, à quo ad id munus, & officium obeundum deputantur. Interdum tamen Inquiſitores inſtituuntur proximè à Romano Pontifice, vel vivæ vocis oraculo, vel litteris Apoſtolicis conſcriptis: aliquando autem, ut dicitur in *directorio Inquis. p. 3. q. 5.* id munus eligendi Inquiſitores committitur Cardinali, vel Legato Apoſtolicò: licèt olim id committeretur in Italia Generalibus, vel Provincialibus ex ſacris Ordinibus ſancti Dominici, & S. Franciſci; ut ex ordine ſancti Dominici conſtat ex conſtitutionibus unâ Innocentii IV. quæ incipit: *Licet ex omnibus*, & alterâ Alexandri IV cui initium eſt: *Olim præſentium*: quoad ſacrum ordinem Franciſcanorum liquet ex alia conſtitutione Clementis IV. cui initium *licet ex omnibus*, & ex alia Alexandri IV. quæ incipit: *licet ex omnibus, quæ citantur*, quæ conſtitutiones habentur *in directorio Inquiſit. p. 3. q. 3. comment. 58.* licet hodie per totam Italiam Inquiſitores Apoſtolici non amplius eligantur à Prælatis prædictorum Ordinum, ſed à Cardinalibus Inquiſitoribus Generalibus, qui poſt diligentem inquiſitionem, & maturum examen eos ſeligunt ex probatis Ordinibus, qui morum probitate, ſacræ Theologiæ, & juris canonici laude præcellunt ad munus inquiſitionis obeundum.

In

2 In Regnia verò Hiſpaniarum authoritate Romani Pontificis creatur Inquiſitor Generalia, quem tamen Rex nominet, & Pontifex approbat, & confirmat, eique pleniſſimam tribuit poteſtatem inquirendi in omnes hæreticos. Hie autem Inquiſitor Generalia, qui & Præſes Hiſpanicæ inquiſitionis dicitur, alioa inferiores Inquiſitores, & Miniſtros eligit, ot etiam Viſitatores ad Provinciaa inquiſitorum mittit: cum pœnitentibus, & eorum filiis interdum beneficio diſpenſationis utitur, ac de rebus gravioribua deliberat, ut notat Symancha *de cathol. inſtit. tit. 34. n 6.* ubi etiam addit authoritate Romani Pontificis à Rege Catholico Ferdinando V. fuiſſe ſupremum Senatum totius generalis inquiſitionia conſtitutum, cujua conſiliarii, & Senatores àb inquiſitore Generali ſeliguntur, nominantur, ac Regi offeruntur; & ab ipſo Hiſpaniæ Rege confirmantur. Et apud hoe ſupremæ Inquiſitionis tribunal eſt ſumma juriedictio, & plena poteſtaa, adeò ut io illo cauſæ appellationum diſcutiantur, Inquiſitorum litea, & diſſidia componantur, Miniſtrorum delicta; & crimina animadvartantur.

3 Quamvia de jure communi in *clement. nolentes de haret.* Inquiſitores non eligantur, niſi 40. attigerint ætatis annum ibi: *ſtatuimus, nullis ex nunc niſi qui 40. ætatis annum attigerint officium inquiſitionis committi*, adeò ut ſi eligerentur in alia minore ærate, electio eſſet nulla, ut obſervat Gloſſa in *d. clement. V. committi*, & ibi Ancharanus *n. 2* & Zabarella *n. 3.* & alii communiter: nihilominus ut obſervat Sanctarellus *tract. de hareſi c. 40. dub. 1. n. 5.* quia moris eſt, ut hodiè inquiſitores creentur à Cardinalibus ſacræ Romanæ inquiſitionis; non valdè curatur, an Inquiſitores 40. ætatis annum attigerint, vel non; ratio eſt, quia eliguntur de ſcientia ſummi Pontificis, à quo, in quacunqne ætate aligantur ſemper electio eſt valida etiam ignorante Pontifice ætatem, ut notat Farinac. *de haret. q. 186. n. 51.* Imò in Hiſpaniis inquiſitores, qui ereantur à Genarali inquiſitore ex privilegio ſummi Pontificis, ſufficit, ſi ætatia annum expleverint 30. ut notat Jacobue Symancha in *cathol. inſtit. tit. 34. n. 12.*

4 Quæri tamen poſſet, cur de jore communi in Epiſcopo, qui etiam aſt Inquiſitor Ordinarius requiratur ſolùm annus ætatia 30. *c. cum in cunctis n. 6. de elect.* & in ioquiſitore, qui eſt delegatus requiratur annus 40? Reſpondet Panormitanus in *c. cum in cunctis n. 6. de elect.* id fortè aootingere, quia promovendi in Epiſcopoa aſſumuntur cum magna inquiſitione, ac prævio examine, ſiquidem recipiuntur teſtea, diſcutitur priùs promotio in conſiſtorio Papæ cum collegio Cardinalium. Rurſua qnia promotua ad Epiſcopalem dignitatem creditur, & habetur ex omni parte idoneus: ſecus officium inquiſitionis non ſolet cum tanta indagatione committi, proinde canones, & jura voluerunt, ut ſit ætate maturua: ita cenſet Panormitanus *loc. cit.* Verùm Gloſſa reſpnodet, id eſſa da arbitrariie, quorum rationem reddere noo cogimur, ut ait Juriſconſultus *l. non omnium ff. de legib.*

An verò juriadictio ioquiſitorum ſit ordina- 5
ria, vel delegata, ſeu an inquiſitor ſit Judex ordinarius, an verò delegatus non conveoiunt Doctores. Plurea præſertim Butriue in *c. Legatos de offic. legat. in 6.* Narbona in *3. p. recopillat. lib. 4. tit. 1.* & alii ceoſent, eſſe delegatam. E converſo Paramus de *origine Inquiſitor. lib. 2. q. 2.* Dionyſius Portucarrero in *allegat. de jurisdict. inquiſit.* & alii, putant eſſe ordinariam. Barboſa verò in *l. Prætor. §. 1. num. 65. ff. de judic.* procedit cum diſtinctione, & docet, ſupremum inquiſitorem Generalem habera juriſdictionem Ordinariam; & alios inferiorea inquiſitorea tantùm delegatam, & nititur ea ratione, quia cæteri inquiſitores ſunt removibiles ad nutum inquiſitoris Generalis. Verùm ſi hæc ratio evinceret intentum, probaret atiam juriadictionem ſupremi inquiſitoris Generalie aſſe delegatam; quia inquiſitor Generalis eſt etiam ad nutum ſummi Pontificis amovibilis. Symancha adſert aliam rationem, ut probet juriſdictionem ſupremi inquiſitoria Generalis eſſe ordinariam, & illam aliorum inferiorum inquiſitorum eſſe delegatam, eò quia inquiſitores inferiores accipiant juriſdictionem à ſupremo inquiſitore; cujue propterea ſunt delegati: ſed hæc ratio non urget, quia omnes inquiſitores juriſdictionem immediatè accipiunt à ſummo Pontifice mediante ſola nominatione perſonarum facta ex commiſſione Pontificia ſibi indulta, ut notat Souſa in *Aphoris. inquiſ. lib. 1. cap. 2. num. 4.* Putârim tamen, juriſdictionem inquiſitorum eſſa delegatam, & inquiſitorea eſſe Judicea delegatoa, quia Judex Ordinarius ie propriè dicitur, qui àd univerſitatem cauſarum conſtituitur: Inquiſitores autem ſolùm dantur ad ſpecialem hæreſis cauſam cognôſcendam, ac judicandam: hinc licet inquiſitorea poſſint inquirere in omnes prolapſos in hæreſin; non tamen de omnibus delictis præter hæreſin, & ea, quæ àd hæreſin revocantur cognoſcere poſſunt: nec de omnibua cauſis præter eas, quæ ad fidem pertinent, poſſunt judicare.

Tum quia in *c Ne àliqui de haret. in 6.* 6
clarè dicitur, officium inquiſitoria eſſe commiſſum ab Apoſtolica Sede, ex quibus liquet. joriſdictionem inquiſitorum eſſe potius delegatam ſaltem initiativè, & habere omnes excellentias juriſdictionis delegatæ, quamvis proximè videatur accedere àd Ordinariam, eum qua ferè in omnibus convenit, ita ut careat imperfectionibus delegatæ; ut notat Sanctarellus *tractat. de hæreſi cap. 40. dub. 1. n. 5.* ubi etiam aſſerit, eſſe potiùs dicendam ordinariam, quàm delegatam. Dicerem tamen eſſe ordinariam quoad utilitates ordinariæ, & delegatam quoad utilitates delegatæ.

Quòd ſi quæras, àn juriſdictio concesſa ſit 7
inquiſitoribua cumulativè quoad Epiſcopos, vel tantùm privativè; reſpondetur, extra Regna Regis Hiſpaniæ hanc juriſdictionem eoncedi inquiſitoribua cumulativè, non vetò privativè: ratio eſt, quia Epiſcopi de jure communi procedunt non ſolùm contra ſuſpactoe de hæ-

reſt, ſed etiam contra ipſos hæreticos *c. præſidentee c. ſtatutum c. ut inquiſitionis de heret. in 6.* Imò contra prædictos poſſunt etiam ſeorſim ab inquiſitoribus procadere *c. Per hee de heret. in 6.* ex quibus, & eliis textibus conſtat, inquiſitorum jurisdictionem nullo modo præjudicare jorisdictioni Epiſcoporum, & henè jurisdictionem concedi inquiſitoribus cumulativè quoed Epiſcopos; adeò ut ſimul eùm Epiſcopis debeant inquiſitores procedere; & ita docent Panormitanus in *c. ad abolendam de heret.* Decian. *tom. 2. lib. 5. cap. 21. num.* 21. Symanche de *cathol. inſtitut. tit. 25. num. 4.* Farinacius de *hereſi. q. 186. n. 34.* In Regnis tamen Regis Catholici, & præſertim in inquiſitione Hiſpanice conſuetudine introductum eſt, ut ſuper cauſa de hæreſi ſoli inquiſitóres cognoſcant, & Epiſcopi per ſe, vel per ſuos Vicarios tantùm inquiſitoribus aſſiſtant, nec poſſint ſeorſim ab inquiſitoribus cognoſcere ſuper cauſis hæreticalibus: imò conſuetudo etiam invaluit, ut teneantur denuntiationes ſibi factas ad ipſos inquiſitores remittere, eò quie ſit uſu receptum, ut ſoli inquiſitores cognoſcant ſuper cauſis hæreticalibus, & ſoli procedant, forméntque proceſſum, imò etiam ut Rei ex mandato inquiſitorum comprehendantur; & in ſolo carcere inquiſitorum detrudantur, & à miniſtris inquiſitorum cuſtodiantur. Imò Sancterellus *tract. de hereſ. cap. 40. dub. 2. num. 15.* addit eſſe in Hiſpaniis litteras Apoſtolicas, quibus præcipitur, ut Epiſcopi, & aliĩ ordinariĩ relinquant ſolis inquiſitoribus cognoſcere ſuper cauſis hæreticalibus, in quibus propteree non debent ſe immiſcere. Poſſunt tamen Ordinarii reos capere, ne fugiant, ſed captos transmittere ad inquiſitores, vel illos monere, ut ed ſuum proprium carcerem reum detrudent, ut tradant Barboſa in *collect. tom 3 lib. 5. tit. 2. c. 17. n. 3.* Pegna in *direct. p. 3. q. 52. comment.* 101. Souſa in *aphoris inquiſit. lib. 1 cap. 11*: ex quo liquet, inquiſitores Hiſpaniarum poſſe hodiè exercere aliqua, quæ ipſie ob ſolam inolitam conſuetudinem competunt, quamvis ex jure illis non convenirent: & ratio ex eo peti poteſt, quia ſicut jurisdictio privilegio quæri poteſt, ita & conſuetudine acquiri, hæc enim dat jurisdictionem, ut docent communiter præſertim Decianus *lib. 4. c. 26. num. 6.* Paríſius *conſil. 25. n. 36. lib. 1.* Natta *conſil. 98. n. 4.* Tum quia id habent Inquiſitores Hiſpaniarum ex privilegiis ſibi factis à Regibus Catholicis, præſertim à Philippo II. in epiſtola data die 10. Martii anno 1542. & epiſtola Philippi III. directe ad omnes Proreges anno 1603, quò fit, ut hodiè inquiſitores Hiſpaniæ poſſint omnia exercere, quæ ſibi competunt non ſolùm de jure communi, ſed etiam ex conſuetudine uſu recepta.

8 Hinc oritur dubium, an inquiſitoris authoritas in conquirendis, & puniendis reis ſancti officii ſit major illâ Epiſcopi? Reſpondetur cum diſtinctione, ſi Inquiſitor, & Epiſcopus ſimul inquirant authoritete delegata in aliquos reos hæreticos, vel ſuſpectos de hæreſi, tunc utriusque poteſtas eſt æqualis: ratio eſt, quie ambo habent eam ſibi à Romano Pontifice delegatam: ſin verò Epiſcopus cognoſcat de hæreſi, & inquirat authoritate ordinaria; tunc authoritas inquiſitoris eſt major illâ Epiſcopi, quia authoritae commiſſa a Principe, & delegata alicui, eſt major, quàm ordinaría in Prælato inferiore *c. ſanè de offic. deleg. l. 1. ff. de officio ejus, cui mandata eſt jurisdictio* ibi: *Qui mandatam jurisdictionem ſuſcepit proprium nihil habet, ſed ejus qui mandavit jurisdictione utitur.* quapropter ſi Epiſcopus, & Inquiſitor citent aliquem ad comparendum, ac reſpondendum de fide, vel religione, tenetur citatus coram utroque ſe ſiſtere, ſi diverſa ſint tempora ipſius citationis: quòd ſi citetur ab utroque eodem tempore, tenetur ſe ſiſtere corám Inquiſitore, ut notant Panormitanus in *c. ſignificâſti num. 1. & 5. de offic. deleg.* Eymericus in *direct. p. 3. q. 5.* Ratio hujus eſt; quia delegatus vices gerit delegentie in cauſa ſibi ſpeciatim demandata, & quia inquiſitor eſt delegatus à ſummo Pontifice vices illius gerit; proinde eidem ut Pontificis vices gerenti obediendum eſt, quolibet elio Judice poſthabito, ut docet Symanche *de cathol. inſtitut. tit. 25. num 5.* Farinacius *de hereſ. q. 186. num. 87.* Imò id etiam procedit de commiſſario inquiſitoris, dummodo ſit à ſummo Pontifice nominatim conſtitutus: quia Vicarii ab univerſitate, vel Principe inſtituti iisdem gaudent privilegiis, quibus potiuntur Judices Ordinarii *l. ult. C. ut dignitatum ordo ſervetur lib. 12.* & *l. ſuggerente C. de officio ejus, qui vicem alicujus Judicis obtinet*, & ita communiter docent Juriſperiti cum Bartolo in *d. l. ſuggerente* Sin verò Commiſſerius non ſit nominatim conſtitutus à ſummo Pontifice, ſed à ſolo Inquiſitore, tunc præfertur citatio Epiſcopi, quia Vicarii non potiuntur ea immunitate, & authoritate, ac privilegiis, quibus ii gaudent, quorum ſunt Vicarii *l. filius*, & *l. Vicarius l. filio ff. de legat.* In Hiſpania tamen quia Epiſcopi non habent ſecretum carcerem; qualem jura exigunt, nec Miniſtros idoneos ad inquirendum, & animadvertendum in hæreticos, ſervare non poſſunt ordinem, qui jure præſcriptus eſt Inquiſitoribus: quo fit, ut Epiſcopi in Regnis Hiſpanierum tantùm inquiraut in hæreticos; vel ſuſpectos de hæreſi, & compendiariam probationem efficiant, quem ſecretò Inquiſitoribus mittant, ut notat Symancha de *cathol. inſtit. tit. 25. n. 25.*

An verò Inquiſitor Generalis Hiſpaniarum poſſit ad libitum removere alios inferiores Inquiſitores, affirmativè reſpondet Molina de *juſtit. tom. 5. tract. 5. diſp. 28. num. 7.* Putârim tamen ſententiam negativam probabiliorem; quia Inquiſitores jurisdictionem accipiunt à ſummo Pontifice, cujus vices gerunt, proinde ab eodem tantùm poſſunt privari eadem jorisdictiona. Neque obſtat, ſupremum inquiſitorem in Regnis Hiſpaniarum eligere omnee alios Miniſtros, Viſitatoras; & Inquiſitoree Provinciarum, quia licèt eos eligat; non tamen dat iisdem jurisdictionem, ſad hanc accipiunt à ſummo Pontifice, qui nominatos à ſupremo Inquiſitore approbat, & confirmat, ut 9

notat

notat Symancha *de cathol. inſtit. tit. 34. n. 6.* Juſtis tamen de cauſis poſſunt removeri; ſunt autem hujusmodi cauſæ. Primò ſi Inquiſitores inferiores debita non poſſiderent requiſita. Secundò ſi ſuperveniens infirmitas eos inhabiles efficeret ad munus inquiſitionis obeundum. Tertiò ſi in officio exercendo doloſè delinquerent.

10 Cauſæ verò juſtæ transferendi Inquiſitores de loco ad locum ſunt etiam plures, quarum prima eſt, ſi Inquiſitor ſit multum ad negotia aptus, & locus, in quo manet non exigat perſonam ita ſolertem, ſicut eâ indiget alter locus. Secunda ſi contra ipſum ortæ ſint rixæ, & excitata odia capitalia; quia proceſſerit contra nobiles, & inſignes perſonas, adeò ut timendum ſit de ſcandalo. Tertia ſi non bene ſe habeat cum Principibus; verùm in his duobus poſterioribus caſibus, ſi odia ob juſtam cauſam ſint contra Inquiſitorem excitata; eſt tunc Inquiſitor promovendus ad nobiliorem inquiſitionem, & meliorem locum, ne ex propria virtute puniatur, & ubi merita ſibi acquiſivit, pœnas inveniat, ut notat Michael Zanardus *in direct. p. 2. c. 8. q. 9.*

11 Si petatur, an Juriſdictio Inquiſitoris ceſſet per obitum Romani Pontificis, qui eam conceſſit. Reſpondetur, talem juriſdictionem non ceſſare obitu Romani Pontificis, quia tametſi juriſdictio ſit ab eodem delegata, & regulariter poteſtas delegata ceſſet per obitum delegantis; nihilominus jus canonicum ob fidei bonum, & religionis utilitatem ſtatuit, ut hæc juriſdictio non ceſſet obitu Romani Pontificis, qui eam commiſit Inquiſitoribus, idque deſumitur ex c. *Ne aliqui de heret. in 6. ibi: Ne dubitationem ſolicitam excitantes in dubium revocent, an officium Inquiſitoris heretice pravitatis ſolicitudini veſtra intra certos limites ab Apoſtolicâ Sede commiſſum, expiret per mortem Romani Pontificis, qui commiſit: preſenti declaramus edicto ipſum officium poſt committentis obitum perdurare, non ſolùm quoad negotia vivente mandatore incepta, imò etiam quantum ad integra, & non incepta, & quantum adhuc, qua tunc nequaquam emerſerant, in favorem fidei poſt committentis obitum perdurare.* Ex quo textu liquet, officium Inquiſitorum non expirare morte concedentis, & non ſolùm extendi ad negotia nondum cœpta, ſed etiam ad alia, quæ de novo exoriuntur.

12 An verò id etiam procedat de Inquiſitoribus aſſumptis cum clauſula ad beneplacitum Romani Pontificis. Reſpondet Joannes Andreas in *d. c. ne aliqui de heret. in 6.* id tantùm procedere de Inquiſitoribus ſimpliciter conſtitutis, non verò de conſtitutis cum clauſula ad beneplacitum Romani Pontificis; tunc enim vult juriſdictionem Inquiſitoris ceſſare obitu Pontificis delegantis juxta id, quod traditur in *c. ſi gratioſe de reſcript. in 6.* ubi ſtatuitur, ut authoritas à Romano Pontifice demandata alteri cum clauſula ad beneplacitum Romanæ, vel Apoſtolicæ Sedis non ceſſet obitu Pontificis, quia Romana, vel Apoſtolica Sedes non moritur; ſin autem concedatur juriſdictio cum clauſula ad beneplacitum Romani Pontificis, tunc cenſet, hanc juriſdictionem ceſſare obitu Pontificis, & aſſignat diſcrimen, quia Pontifex eſt morti obnoxius, non ita Apoſtolica Sedes, proinde cum hæc ſemper perſeveret, juriſdictio ab illa ſemel conceſſa non extinguitur niſi per revocationem: ſecus Romanus Pontifex cùm ſit interitui obnoxius, per ejus obitum ceſſat juriſdictio ab eodem alteri conceſſa.

13 Communior tamen, & verior ſententia aſſerit, demandatam authoritatem non finiri per obitum Pontificis delegantis quocunque modo, ſivè is ſit conſtitutus ſimpliciter ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, ſive cum clauſula ad beneplacitum Romani Pontificis, idque ob commune fidei, & Religionis Catholicæ bonum, ne caſus contingat, in quo aut in hæreticos non poſſit inquiri, aut eorum punitio diutiùs, quàm par ſit differatur, aut impediatur; aut penitùs deſeratur, ut dicitur in directorio *Inquiſit. p. 3. q. 7. comment. 56.* ubi habetur: *ſive ab hoc, ſive ab alio Inquiſitores eligantur, quia ſemper ab Apoſtolica Sede authoritatem habent, eorum munus, & poteſtas non finitur; nec deſinit obitu eligentium.* Hinc eruitur ratio, cur juriſdictio Inquiſitorum non ceſſet per obitum Pontificis, quia ſemper cenſetur eſſe ab Apoſtolica Sede, quæ non eſt interitui obnoxia. Hinc falſum eſt quod aſſerunt alii, morte Pontificis officium Inquiſitorum non finiri; quando ſunt proximè ab ipſo Pontifice delecti, & creati: ſecus quando electi, & creati ſunt à Cardinalibus, id inquam verum non eſt, quia ſive Inquiſitores eligantur à Pontifice, ſive à Cardinalibus ſemper juriſdictionem accipiunt ab ipſa Sede Apoſtolica, quæ cùm non ſit interitui obnoxia, non poteſt talis juriſdictio ceſſare niſi per ejuſdem Sedis revocationem: & ita docent Farinacius *de hereſi q. 186. n. 20.* Zechius in *ſum. p. 1. tit. de fide rubr. de hereſ. 12. n 13. V. ne eorum poteſtas.*

14 Neque à Sede Apoſtolica regulariter removentur Inquiſitores, niſi ex tribus cauſis, ſcilicet impotentia, negligentia, & iniquitate. Impotentiam eſſe cauſam ſufficientem talis remotionis ex eo liquet, quia officium ad id datur, ut exerceatur, proinde qui illud exercere non poteſt removeri debet. Impotens etiam removendus dicitur, primò infirmus morbo perpetuo; quia ob infirmitatem ad tempus poteſt conſtitui Vicarius, qui ſuppleat ejus impotentiam, perinde ac ſi ob juſtam cauſam pro limitato tempore contingeret Inquiſitorem abeſſe. Secundò cenſetur etiam impotens ſenio confectus; qui rectum judicium ad judicandum amiſit; non ita ſi judicio polleat. Tertiò ignarus, qui neſciat ea, quæ ad exercendum hoc officium neceſſaria ſunt; hi omnes defectu impotentiæ removentur ab officio Inquiſitoris. Secunda cauſa eſt negligentia, quæ ſufficiens eſt, ut à quolibet officio is removeatur, qui negligens eſt in ſuo munere obeundo *c. ſi qui Epiſcopi 7, q. 1. l. ult. ff. ubi pupillus educari debet l. carceri ff. de cuſtod. reor.* & *l. ſi quis C. de offic. Præfecti Prætor.* & docent Gloſſa in *c. Excommunicamus de heret.* Baldus, & Jaſon *in l. argentarius §. ult. ff. de edend.* Julius Clarus *lib. 5. ſent. jur. §. fin.*

q.73. V. item Judex hanc autem negligentiam incurrerèt Inquiſitor, ſi contra hæraticos, vel ſuſpectos de hæreſi non procaderat, val ſaltam non debito tempore, adeò ut capiandus fugæ poſſet ſe dare, & interim hæraſes diſaminaret, & præſertim ſi cauſa hujus nagligentiæ procedaret ex avaritia, & amora peauniarum : quòd ſi committens hanc negligentiam ſit Epiſcopus, ſuſpenditur ipſo facto per triennium ab offaio : ſin verò ſit Inquiſitor incurrit axcommunicationem raſervatam ſummo Pontifici, ut habetur *in clement. 1. §. verum de haret. in fin.* quinimò ſi Epiſcopi, vel Inquiſitoris negligeotia in hæreticos inquirendos, ac puniandos tanta fuerit, ut hæratici alios inficiant, uterqua pœnam Fautoris hæraticorum incurrit *c. qui poteſt obviare 23. q. 3. c. quanta de ſent. excom.* ut docet Farinatius *q. 186. num. 147.* Tartia cauſa dapo- nandi inquiſitoram à ſuo officio aſt iniquitas, quando ſcilicet in ſuo officio tam ſacro, tamquam ab omni iniquitata alieno daliquit, ot ſi paauniam, vel quid aliud pretio æſtimabila prætaxtu Sancti officii extorſerit, ut dicitur in *d. clement. V. pecuniam de haret.* val ſi ſit quovis alio crimine infectus, præſertim ſi ſit aliis ſcandalo, quia officium Inquiſitoris exigit viros honaſtata, prudentiâ, doctrinâ, omniqoa virtute inſignaa, ut ait Urbanus IV. in ſua aonſtitutione.

15 Imò Inquiſitores prætaxtu ſui officii axtorquentes pecunias incurrunt ipſo facto axcommunicationam, à qua non poſſunt abſolvi, niſi in articulo mortis, & prius facta reſtitutione, ot habatur in *clement. 2. de haret.* ibi : *Ne prætextu officii inquiſitionis, quibusvis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant. Quòd ſi ſecus fecerint excommunicationis ſententiæ eos ſubjacere decernimus ipſo facto, à quâ non poſſint abſolvi præterquam in mortis articulo, donec illis à quibus extorſerint plenè ſatisfecerint de pecunia ſic extorta* : & docent Aocharanus *in d. clement. 3. not. n. 5.* Zabaralla in *ſumm. §. Inquiſitoribus.* Eymericus in *direct. inquiſ. p. 3. q. 24. n. 3.* imò non ſolùm ſunt ipſo jure excommunicati, verùm atiam privati officio, & ulteriùs puniuntur pœnis ad arbitrium ſuorum Prælatorum, ut deſumitur ex eadem *clement. 2. de haret.* ibi : *Siquidem Prælati, Inquiſitores, & Commiſſarios prædictos reos inde repertos ab officio amovere, & amotos aliàs punire debitè teneantur.* Imò ſi Prælati negligant punira Inquiſitorea, & eorum Commiſſarios indebitè extorquentes pecuniam, ſunt ex præcepto denuntiandi Sedi Apoſtolicæ ex eadam *clement.* ibi : *Prælatis autem Inquiſitorum negligentibus agere præmiſſa omnia nuntiari per prædictos locorum Ordinarios volumus, quibus, ut ea in Apoſtolicæ Sedis notitiam perferant, in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictè præcipimus, & mandamus.* Nomina aotem pecuniæ, cujus meminit textus in *clement.* intalligitur quidquid eſt pretio æſtimabile : hic enim pacunia ſumitur latiſſimè, ut comprehendit omnam rem, nedum aonſiſtentam in oumero, pondere, & menſura ; verùm atiam pro quocuoqua commodo pecuniario, ſiquidem res quælibet reducibilis eſt ad pecuniam.

Quòd ſi Inquiſitoribus omninò gratuitè, & ſpootaoaè offeratur aliquid, imò atiam pecunia, non incurrunt excommunicationem, ſi illam accipiant, ot nac atiam Commiſſarii ſancti officii, quia textus in *d. clement. de hæret.* loquitur de ſola extorſiona : quæ autem ſpontè, & ratione muneris omninò liberè offeruntur, & dono dantur noo dicuntur extorqueri ; quia is propriè in officio cooſtitutus dicitur pacuniam ab alio extorquare, qui violenter eam ab illo exigit, & ob id matum intulit ; vel illi recuſat ſuum officium, niſi dat pecuniam, val quid aliud pratio æſtimabila, quod in ſpontè offereote noo contingit : cùm igitur textus in *d. element.* varſetur circa pœnalia, dabet ſtrictè intarpretari juxta tantùm axpreſſa in textu, non verò axtendi ad alia non expreſſa : & quia textus tantùm loquitur da pacunia extorta, non debet extendi ad pecuniam, quæ omninò libarè, ſpontè, & per viam muneris dono datur Inquiſitoribus, vel commiſſariis ſancti officii, ut ootat Ancharanus in *d. clement. not. 3. n. 5.* imò Suarez *tom. 5. in 3. p. diſp. 23. ſect. 5. num. 25.* docat, hanc pœnam non incurri, tametſi Inquiſitor, aut ejus Commiſſarius cognoſcat ſibi donum offerri prætextu ſancti officii ex timore vexationis, aut rigoris. 16

Quod verò ad Epiſcopos attinet, ſi iſti prætextu ſancti officii pecuniam extorqoent, certum aſt malè agere, & peacare; non tamen incurrere præfatas canſuras, & pœnas, ſicut eas incurrunt Inquiſitores, & commiſſarii ſancti officii : ratio eſt, quia in *clement. 2. de hæret.* non exprimuntur Epiſcopi, & fortaſſis quia voluit eorum dignitati deferre *c. 2. de offic. deleg. in 6.* neque dici poteſt, Epiſcopos aomprehendi in *d. clement.* nomine Inquiſitorum : ſiquidem Epiſcopi ſolent ſpecificè nominari in raliquis ſpectantibus ad ſanctum officiam. Tum quia textus in *d. clement.* exprimit Commiſſarios Inquiſitorom, & Epiſcoporum disjunctivè, quod non fieret, ſi Epiſcopi comprehendarentur nomine Inquiſitorum ; ut docent Gloſſa in *verb. clement. 2 V. Commiſſarii* Zabarella *ibid. V. Inquiſitoribus.* Suarez *tom. 5. 3. p. diſp. 23. ſect. 5. num. 24.* Noo tamen abſolutio hujus excommunicationis, quam incurrunt Inquiſitores, & Commiſſarii extorquentes pecuniam prætextu ſancti officii eſt ſimpliciter reſervata, ſed cum quadam conditiona ; ut habetur in *d. clement.* ibi : *A qua non poſſit abſolvi præterquam in mortis articulo ; donec illis, à quibus extorſerint plenè ſatisfecerint de pecuniis ſic extortis nullis remiſſionibus ſuper hoc valituris.* Ex quo textu colligitur, confeſſarium non poſſe abſolutionem hujus excommunicationis impertiri, niſi priùs cum effectu impleta fuerit conditio reſtitutionis, qua impleta abſolotio non eſt ampliùs reſervata ; ut docet Suarez *tom. 5. 3. par. diſputat. 23. ſect. 5. num. 27.* Farinacius *de hæreſ. q. 190. num. 143.* licèt Eymericus *par. 3. direct. q. 24.* cenſeat, hanc abſolutionem eſſe ſemper Papæ reſervatam ; præterquam in mortis articulo ; tametſi præmiſerint reſtitutionem ; cui tamen non puto adhærendum. 17

dum; quia ſemel facta reſtitutione pecuniæ non eſt neceſſe, ut Inquiſitor, Papam adeat pro abſolutione, quia tunc ceſſet conditio, ob quam talis abſolutio erat reſervata Papæ. Imò ſi Inquiſitores, & Commiſſarii ſint pauperes, nec poſſint reſtituere, tunc etiam non præmiſſa reſtitutione abſolvi poſſunt, quia illa conditio, dummodo præmiſerint reſtitutionem, eſt intelligenda; etiam conditionatè, ſi extorquentes ſint ſolvendo: hinc paupertas excuſet à præmittenda reſtitutione, & poſſunt abſolvi, ut docent Gloſſa in d. clement. 2. de hæret. V. ſatisfecerint, & ibi Imola n. 7. & 9. D. Antoninus 3. p. tit. 24. c. 8. In Hiſpania ut notat Scaccia de jud. lib. 1. c. 87. n. 12. Inquiſitores, & alii ſancti officii Miniſtri non ſolùm prohibentur accipere pecuniam, verùm etiam eſculenta, & poculenta; idque ſub pœna excommunicationis, privationis officii, reſtitutionis dupli, & aliis: immo ſub iiſdem pœnis tenetur Miniſter revelare, ſi ſciat alium Miniſtrum hæc accepiſſe. Sanctarellus tamen de hæret. c. 40. dub. 2. n. 25. notat, aliquos contrarium docere, & pluribus rationibus nititur probare, Inquiſitores non includi in d. clement. id tamen eſt contra communem, & veram ſententiam.

§. VI.

De Extenſione Iuriſdictionis Inquiſitorum quoad perſonas.

1 CErtum eſt, juriſdictionem Inquiſitorum extendi contra omnes perſonas in hæreſis crimine delinquentes, adeò ut poſſint Inquiſitores procedere contra hæreticos, & eorum credentes, Receptores, Defenſores, Fautores, & etiam contra ſuſpectos de hæreſi, & contra impedientes, vel retardantes directè, vel indirectè ſancti officii negotium; ut liquet ex c. Vt officium de hæret. in 6. v. Excommunicamus §. credentes eod. tit. & ex conſtitut. in c. Ne aliqui de hæret. in 6. Sunt tamen, qui à juriſdictione Inquiſitorum eximuntur, primò ſummi Pontifices, ſiquidem prima ſedes à nemine judicatur. Tùm quia Inquiſitores ſunt Papæ delegati, & inferiores, & repugnat, inferiorem habere juriſdictionem in ſuum ſuperiorem, eúmque judicare, quia eſſet, & non eſſet ſuperior c. Inferior 22. diſt. l. Ille à quo ff. à quo Trebell. ut notat Eymericus 3. p. q. 26. Cæterum eo ipſo, quòd ſummus Pontifex eſſet formaliter hæreticus per ſe ipſum caderet

2 immediatè à dignitate ſummi Pontificatus; quia per hæreſin ſeparatur ab Eccleſia. Cæterùm ſummus Pontifex, ut perſona privata ex ignorantia poteſt errare, non verò ut docens ex cathedra, & ut ſummus Pontifex, qui eſt ſucceſſor D. Petri in Eccleſia, cui Chriſtus Luc. 22. dicit: *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando confirma fratres tuos*, & non poſſet ſuos in fide fratres confirmare Pontifex, ſi hæreſis labe inficeretur, ut rectè notant Suarez in tract. de fide diſput. 10. ſect. 6. dub. 4. n. 11. Sotus in 4. diſt. 22. q. 2. art 1.

Imò eximuntur etiam à juriſdictione Inquiſitorum Nuntii, & Officiales Apoſtolici gerentes vices ſummi Pontificis in aliquibus cauſis, idque deſumitur ex extravag. cum Matthæus de hæret. ut notat Eymericus q. 26. & docet Suarez de fide diſput. 20. ſect. 4. n. 26. & alii aſſerentes, non comprehendi in hac exemptione Officiales Apoſtolicos, & Nuntios, qui mittuntur, & dantur ad decidendas cauſas inter partes, quæ ad ſedem Apoſtolicam non pertinent, ſed privatorum duntaxat utilitatem reſpiciunt. Tertiò eximuntur etiam à juriſdictione Inquiſitorum Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, & Cardinales, contra quos nec procedere, nec judicare poſſunt Inquiſitores in cauſis fidei, c. inquiſitores de hæret. in 6. & notant Symancha de cathol. inſtit. tit. 25. n. 7. Gondiſſalvus tract. de hæret. q. 7. n. 30. & alii aſſerentes nomine Epiſcopi, comprehendi omnes conſecratos, etiam titulares, eò quia iſti ſint veri Epiſcopi ac verè dignitatem Epiſcopalem habeant. Poſſunt nihilominus Inquiſitores recipere dicta teſtium contra Epiſcopos, & eorum delicta Sedi Apoſtolicæ denuntiare. Quòd ſi Inquiſitoribus ſpecialiter à Papa committatur facultas cognoſcendi in tali cauſa contra Epiſcopos; nulli dubium tunc, quin poſſint procedere, ut notat Pegna in c. Inquiſitores de hæret. in 6. Quartò eximuntur etiam ipſi Inquiſitores, contra quos nec Epiſcopus, nec alii Inquiſitores poſſunt procedere in cauſa hæreſis, ſed tantùm poſſunt recipere informationes contra illos, & eos ſummo Pontifici mittere. Ratio ex eo etiam deſumitur, quia Inquiſitoribus plurimum debet deferri ob reverentiam ſedis Apoſtolicæ; cujus ſunt officiales, vicèſque gerunt ſummi Pontificis, quem repræſentant, quò fit, ut nequeat Epiſcopus contra ipſos procedere; ut 3
notat Locatus in opere judicial. V. Inquiſitor n. 13.

Imò nec unus Inquiſitor poteſt contra alium procedere: quia par in parem juriſdictionem non habet, ut notat Zechius in ſum. tom. 1. tit. de hæret. c. 11. n. 13. Excipitur tamen niſi manifeſta eſſet Inquiſitoris hæreſis, ut ſi contra fidem errores diſſemineret, vel hæreſes ſcriberet, vel promulgari, & ſcribi ſineret, vel hæreticos captos impunitos dimitteret, & alia his ſimilia perpetraret, quæ in manifeſtum fidei detrimentum converterentur, nec facilè poſſet ſummus Pontifex conſuli, & interim ex mora fides periclitaretur; in hoc enim caſu licitum eſſet Epiſcopo agere contra talem Inquiſitorem, quia tum non exerceret Juriſdictionem contra Inquiſitorem, ut præciſè talem, ſed ut privatam perſonam deficientem à fide, ut notat Geminianus in c. Inquiſitores de hæret. in 6. n. 5. Debent nihilominus tunc Epiſcopi cautè procedere, nec devenire ad capturam, & 4
punitionem, niſi cauſis prævio, & maturo conſilio penſatis.

Poſſunt etiam Inquiſitores procedere contra quoſcunque Religioſos etiam exemptos, ut etiam contra eorundem Prælatos de hæreſi Inquiſitos c. ut officium §. denique de hæret. in 6. & ex conſtitutione Pauli V. in qua interdicitur Prælatis Regularibus cognoſcere, & judicare ſuos ſubditos ſuper crimine hæreſis, ut notat Sanctarellus de hæreſi c. 41. dub. 3. n. 21. Non tamen poſſunt inquirere contra generales Ordinum, & Religionum etiam militarium; idque ob prærogativam dignitatis. Tum quia ſub generali locutione non comprehenduntur, qui nomen ha-

bent ſpeciale, ſuntque aliis digniores c. de multa nimia *de præbend. c. ſedis Apoſtolica de reſcript. c. fin. de offic. deleg. in 6.* ut notat Zenardus in *direct. p. 2. c. 8. q. 23.* hinc contra Generales Ordinum Religioſorum non eſt ab Inquiſitoribus procedendum, niſi res prævia denuntiatione delata fuerit ad ſupremos Inquiſitores, ut cauſa cognita ſtatuant, quid agendum ſit. Non tamen prohibentur Inquiſitores dicta teſtium recipere, quinimò ſi generales Religioſorum Ordinum ſuſpecti ſint de fuga, poſſunt etiam detineri in loco, vel carcere.

5 Rurſus conſultius etiam eſt: ne Inquiſitores procedant contra Reges, Duces, Principes, nec eorum conſiliarios, Senatores, aliósque prææpotentes, & qui facilè poſſent impedire executionem ſancti officii: tum enim quamvis de jure communi poſſent Inquiſitores contra ipſos hæreſi infectos, vel hæreſi ſuſpectos procedere *c. officium §. deníque de hæret. in 6.* tutius tamen eſt priùs conſulere ſummum Pontificem, & ſupremum univerſalis inquiſitionis Romanæ tribunal. Tum quia Epiſcoporum cauſa pertinens ad fidem ad Romanum Pontificem communi jure defertur: pari ratione videtur eadem Principum cauſa referenda ad Romanum Pontificem. Juvat tamen obſervare, Marchiones, & Duces eſſe in duplici differentia: alii enim ſunt ſupremi Principes nullum in temporalibus agnoſcentes ſuperiorem; alii ſubjiciuntur Regibus, & in temporalibus habent ſuperiores, & in hos poſſunt Inquiſitores inquirere, cum non ſint ſupremi Principes: non ita in primos, niſi ex ſpeciali mandato Romani Pontificis, ut notat Joannes Andreas in *c. Inquiſitores de hæret. in 6.*

6 Oritur tamen dubium, an juriſdictio Inquiſitorum extendatur ad cauſas criminales, & civiles ſuorum familiarium. Reſpondetur eorum juriſdictionem extendi ad cauſas criminales ſuorum familiarium, adeò ut alii judices nequeant ſe iiſdem immiſcere, ſed ſolùm poſſunt eos capere, & captos mittere ad ſuos Inquiſitores, à quibus tantùm judicari debent, ut docent Paramus *de orig. ſacra inquiſit. lib. 3. p. 6. n. 27.* Farinacius *de hæret. q. 186. n. 38.* Symancha *de cathol. inſtit. tit. 41. rubr. de Miniſt. n. 16.* ſiquidem ex privilegio Joannis XXII. conceſſum eſt Inquiſitoribus, ut poſſint familiam tenere armatam, ſub qua comprehenduntur Conſultores, fiſcales, Advocati, Notarii, & omnes alii familiares neceſſarii tum ad capturam reorum, tum ad formandum proceſſum, ut notat Barboſa *de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 107. n. 9.* cum Farinacio *q. 186. n. 90.* ex quo conjicitur, hanc juriſdictionem in Inquiſitoribus circa cauſas criminales ſuorum familiarium eſſe Eccleſiaſticam, non ſæcularem; præſertim cum Inquiſitores gaudeant iiſdem privilegiis, ac Epiſcopi, ut docent Paramus *tract. de orig. inquiſit.* pluribus in locis, Gratianus *diſcept. forens. tom. 2. c. 240. n. 35.* Royas *de hæret. p. 2. n. 409.* quòd ſi Inquiſitores gaudent privilegiis Epiſcoporum, & iſti poſſunt cognoſcere cauſas criminales ſuorum familiarium juxta communiorem, & veriorem ſententiam, etiam id præſtare poſſunt Inquiſitores. Excipiuntur tamen crimina læſæ majeſtatis, rebellionis, ſeditionis, publicæ proditionis, raptus, contemptus mandatorum Regalium, crimen effractionis, ſeu violationis Eccleſiæ, vel monaſterii, incendiarii, & alia enormia delicta, quæ cùm mereantur pœnam ſanguinis, & mortis, expedit, ut hujusmodi delicta judicentur à judice ſæculari, ne alii prætextu exemptionis audeant hujusmodi delicta committere.

Quòd verò ad cauſas civiles attinet, plures in ea ſunt opinione, ut Inquiſitores ſolùm habeant juriſdictionem reſpectu Officialium, qui ſunt à ſecretis, qui ſolùm conveniri poſſunt à creditoribus coram Inquiſitoribus, non verò aliorum externorũ. Nihilominus in Hiſpania præſertim in Regno Valentiæ poſſe inquiſitores in cauſis etiam civilibus ſuorum omnium familiarium procedere, adeò ut ſint Judices competentes notat Royas *p. 2. de hæret. n. 422.* immò Narbona *in recopil. lib. 4. tit. 1. c. 20. n. 14.* refert hoc idem ſervari in Regnis Aragoniæ, Catalauniæ, & Majoricarum, imò id etiam extendi ad Regnum Siciliæ aſſerit Paramus *de orig. inquiſ. lib. 3. q. 6. n. 27.* idque tum ex jure municipali talium regnorum; tum ex privilegiis, & deciſionibus ſummorum Pontificum; tum ex conſuetudine immemorabili; tum etiam ex concordatis inter Regem, & Inquiſitores anno 1560. 7

An verò poſſit Inquiſitor procedere contra reum præſentem, qui deliquit extra ſuam juriſdictionem in aliena Diœceſi, vel loco alterius Inquiſitoris. Communior ſententia eſt, teneri Inquiſitorem procedere ad capturam delinquentis præſentis, tametſi extra locum ſuæ juriſdictionis deliquerit, idque in favorem fidei, & ne delictum contra fidem maneat impunitum; & alii trahantur ad ſimilia delicta perpetranda. Id tamen intelligitur, quod poſſit procedere ad ſolam capturam, quia an poſſit ſuper crimine cognoſcere, & ad ulteriora contra ipſum procedere non eſt ita certum; immò videtur potius remittendum eſſe ad Judicem loci, in quo deliquit: ſiquidem ex regula generali, delicta ibi ſunt puniendà ubi patrata ſunt *c. ult. de for. compet. l. capitalium § famoſos ff. de pœnis* & paſſim alibi: ratio eſt; quia punitio delinquentis in loco delicti terrorem incutit aliis, qui propterea evertuntur à ſimilibus delictis perpetrandis. Tum quia delictum faciliùs probatur in loco ubi fuit commiſſum, quàm alibi *authent. ut omnes obedient judici.* Demùm quia Judex loci, in quo delictum fuit perpetratum acquiſivit juriſdictionem ſuper Reum ratione delicti, proinde ad ipſum pertinet cognoſcere ſuper cauſa delicti, & criminoſum punire. 8

Id verò limitatur in crimine hæreſis, quia poteſt hæreticus puniri quocunque in loco deprehendatur, ut notant Covarruvias in *pract. q. c. 11. n. 22.* Guido Papa *deciſ. 202. n. 2.* Ratio ex eo etiam petitur quia hæreticus ubique delinquit contra divinam majeſtatem, quam graviſſimè lædit, & contra omnem creaturam *l. Arriani, & l. Manichæos c. de hæret.* ſiquidem ut notat Joannes Andreas *in c. ut commiſſi de hæret. in 6.* Hæreticus ubicunque eſt malè credens, ibi peccat, conſequenter poteſt etiam ibidem puni- 9

tur

ri. Id tamen limitandum eſt, niſi Inquiſitor loci, in quo patratum fuit delictum, petat ſibi reum remitti abſentem, ut notat Covarruvias in *pract. qq. c. 11. n. 12.* Notat tamen Pegna *p. 3. comment. 33. v. quanquam*, hanc remiſſionem eſſe faciendam, temetſi hæretius publicè utrobique deliquerit. Cenſet temen Pegna conſultios fore in tali caſu illi pœnitentiem injungere iterabilem agendam in eis locis, in quibus deliquit, ut in eiſdem ſatisfaciat. Sin verò in primo loco palam fuerit hæreſim profeſſus, & in ſecundo tantùm occultè, tunc remittendus eſſet ad Judicem prioris loci, quia reus remitti debet ad locū mejoris delicti *l. ſi cui §. cum ſacrilegium ff. de de accuſat.* obſervat tamen Pegna *p. 3. comment. 33. V. bis ita conſtitutis* ad hanc remiſſionem jure faciendam aliqua occurrere obſervanda. Primò ut Inquiſitore requiſito conſtet de crimine pe- trato in eliena diœceſi, quia ſine præcognitione cauſæ nequit reum remittere, ut docet Cardinalis *in clement. Paſtoralis de Sent. & re judic.* Secundò ut etiam illi conſtet delictum fuiſſe patratum in territorio Judicis requirentis reū *l. 1. C. ubi de crimine agi oportet.* Tertiò, ut in ſecundo loco ubi detinetur, non comiſerit idem crimen, nec aliud ob quod detineatur: alioquin antequam remitteretur eſſet ibi de tali crimine puniendus *l. cui §. fin. & l. fin ff. de accuſat.* Quertò ut delictum ſit grave, quia pro levi delicto remiſſio non eſt faciende, ut probet Geminienus *in c. cùm ſit Romana §. contrahentes n. 17. de foro compet. in 6.* Quintò ut non ſit neceſſe, quòd remiſſio petatur inter ſubditos ejusdem Imperii: ratio eſt, quia Inquiſitor, poteſt remiſſionem petere à quocunque Inquiſitore cujusvis Provinciæ; ſiquidem omnes Inquiſitores ut diximus ſunt delegati Romeni Pontificis, & ſi crimen ſit merè Eccleſiaſticum, Inquiſitores ubique locorum poſſunt de ipſo cognoſcere, quia gerunt vices Romani Pontificis, cujus juriſdictio extenditur per totum orbem Chriſtianum. Sextò quia tametſi de jure communi remiſſio fieri debeet è minori ed majus tribunal, vel ſaltem ad æquale, ut notat Oldradua *conſ. 134.* fallit tamen id in crimine hæreſis, quia æquitas quoed hoc erimen exigit, ut in quo loco reus deliqoit, pœnas loat. Septimò qoie licèt remiſſio fieri debeat de ſolo condemnando: non verò de punito, & condemnato, ut notat Baldus *in l. Executorem c. de execut. rei judicat.* id tamen fallit in crimine hæreſis, in quo remiſſio fieri poteſt etiam in condemnato in uno loco: ſiquidem pœnitentie hujus criminia eſt liberalia, & ita imponi poteſt, ot fiet in diverſis locis, ut notat Guido Fulcatius *in conſult. ad In-*
11 *quiſit. q. 5.*

Quæri poteſt, an poſſint Inquiſitorea procedere contra turpes quæſtuàrios, qui quæſtus cauſā res ſacras divendunt. Dicitur enim turpis quæſtus, qui qoæritor venditione, locatione, traditione reliquiarum, vel aliarum rerum ſacrarum cum pacto, vel fine principali ob talem traditionem, vel locationem aliqnid recipiendi. Reſpondetur in aliquibus caſibus hujusmodi turpea quæſtuarios ſubjici juriſdictioni Inquiſitorum. Primò Prædicatorea quæſtuarii, qui in negotio fidei ad ipſoa non pertinente ſe ingerunt, & impediunt executionem ſanctæ inquiſitionis *c. ut officium §. compeſcendi de heret. in 6.* Secundò Quæſtuarii ſi prætexto indulgentiarum, vel facultatum à ſede Apoſtolica conceſſarum eleemoſynas emendicant: hi enim ex conſtit. 30. Pii V. ab Inquiſitoribus, & Epiſcopis puniri poſſunt, ut notant Paſſerinus *tom. 2. q. 187. n. 61.* Tertiò qui ex pacto, vel principali fine aliquid lucrandi, reliquias quærunt, aliaaque res ſacres, quas vendere, locere, vel tradere poſſunt, ot notat Navatrus *in Enchirid. de orat. c. 6. n. 15.*

Quid verò dicendum ſit de Judæis, & Infidelibus, an iſti ſubjiciantor juriſdictioni Inquiſitorum, non videtur ita exploretum, quia cum Judæi, & infideles non ſint Beptizati, non ſubjiciuntur eccleſiaſticæ juriſdictioni. Nihilominus videtur reſpondendum, quòd tametſi Judæi, & infideles non ſint hæretici, cùm non dicatur hæreticua qui non eſt Beptizatus, nec eb Eccleſia diviſus, qui nunquam fuit eidem unitus, ac propteree D. Paulus ad *Corinth. 5.* ſcribat *Quid mihi de his, qui foris ſunt judicare?* ſcilicet de iis, qui ſunt extra Eccleſiam cujusmodi ſunt Judæi, & infideles ut notat Duardus *in Bulla cœnæ lib. 2. can. 1. q. 21.* & Farinacius *de heret. q. 178. n.* 128. non tamen negari poteſt, quin improprie, & in laxa quadam ſignificatione vocari etiam poſſint hujusmodi infideles hæretici, ut notat Joannes Andrees *in c. firmiſſimè de heret. n. 3.* & Farinac. *d. q. 178. n. 130.* Quo fit, ut Inquiſitores licèt non habeant juriſdictionem in Judæos, & infideles ex eo præciſè, quòd tales ſunt: in eliquibus tamen caſibus ſubjiciuntur eorum juriſdictioni, ut expreſſe habetur in conſtit. Gregorii XIII edità anno 1581. cui initium eſt *Antiqua Judæorum*, ubi ſummi Pontifex exprimit caſus ſpeciales, in quibus poſſunt Inquiſitores procedere contra Judæos, & infideles, ait enim Pontifex *in d. conſtit. ſtatuimus, & declaramus, Inquiſitores hæretica pravitatis poſſe liberè procedere in omnibus cauſis, & caſibus, qui ſequuntur.* 12

Primò, ſi quis Judæus, aut infidelis ex eis, quæ circa fidem cum illis nobis ſunt communia veluti Deum eſſe unum, & æternum, omnipotentem, Creatorem omnium viſibilium, & inviſibilium, & ſimilia non aſſeruerit, prædicaverit, vel privatim alicui inſinuàverit: ratio eſt, quia in iis, in quibus nobiſcum Judæi, & infideles conveniunt in credendo non diſtinguuntur à Chriſtianis quoad telia credenda: conſequenter ſi hæc eadem perverſè impugnent, dicuntur directè Chriſtianam fidem oppugnare, & de hoc delicto cognoſcere pertinet ad Inquiſitores ſancti officii. 13

Secundò ſi Dœmones invocaverit: conſuluerit, vel reſponſa acceperit; & ad illos ſacrificia, vel preces ad divinationem, aliámque cauſem direxerit; aut aliquid eis immolaverit, vel thuris; alteriúsve rei fumigationes obtulerit, vel alia quævis impietatis obſequia præſtiterit: ratio eſt, quia etiam in hoc caſu Judæus convenit in eredendo cum Chriſtano, credit enim Judæus ſolum Deum eſſe adorandum, & illi ſoli preces fundendes, cum ipſe ſolus futura cognoſcat: unde ſi Judæi in illis dicto, vel facto hæc negent, ſunt ab Inquiſitoribus puniendi, ut notat Campegius in addit. ad Zanchinum *de heret. c. 36. v. de-* 14

lin-

Digitized by Google

linquunt in fin. & Farinac. *de hereſ. p. 178. num. 149.*

14 Tertiò ſi Judæua Chriſtianos verbo, facto, vel exemplo, aut quovia alio modo hujusmodi neſaria docuerit, vel ad ea perpetranda alios perduxerit, vel perducere attentaverit: quia quando Judæi ſuis pravis exemplis Chriſtianos ad ſimilia pertrahunt; vel illa docent, ſunt graviter puniendi ab Inquiſitoribus, ut notat Royas *de heret p. 2. aſſert. 43.*

15 Quartò ſi Salvatorem, & D. N. Jeſum Chriſtum purum hominem, vel etiam peccatorem fuiſſe, & matrem Dei non eſſe virginem, & alias hujusmodi blaſphemias; quæ per ſe hæreticæ dici ſolent in Chriſtianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impiè protulerint. Quia Judæi, & infideles ſi delinquant contemnentes, vel vilipendentea fidem noſtram, vel committentes aliquid in contumeliam Chriſti, & Eccleſiæ ſubduntur jurisdictioni Inquiſitorum, à quibus propterea puniri poſſunt, ut docent Decianus *in tract. crimin. lib, 2. c. 14. n. 2.* Royas *p. 1. n. 557.* Farinacius *q. 178. n. 133.* Tum quia blaſphemantes hæreticaliter ſubjiciuntur Inquiſitoribus, à quibus puniuntur, ot notat Albertinus *de agnoſcen. aſſert. cathol. q. 22. n. 63.*

16 Quintò ſi cujusvis eorum operâ, auxilio, conſilio, vel favore aliquis Chriſtianorum à fide defecerit, vel quam ſemel ſuſceperat, poſtea abnegaverit, vel ad Judæorum, ſeu aliorum infidelium ritus, cœremonias, ſuperſtitiones, vel impias ſectas tranſierit, vel redierit, ſeu in hæreſin aliquam inciderit, aut qui utChriſti fidem abneger, ſeu in hæreſin incidat, opem, conſilium, vel favorem quocunque modo præſtiterit. Hi enim puniuntur etiam abInquiſitoribus, quia Judæi ita juvantes Chriſtianos, ut deficiant à fide, habentur ut hæreticorum ſautores, qui ut tales puniuntur ab Inquiſitoribus, cum vel ad hæreſin amplectendam, vel ad fidem catholicam deſerendam chriſtianos pertrahant: vel ut converſi ex Judæis, & Chriſtiani effecti redeant ad eorum execrabilē ritum; conſilium, auxilium, & favorem præſtant, ut etiam ante Gregorium XIII. ſtatuerat Nicolaus IV. *in extravag.* quæ incipit *turbata corda.*

17 Sextò qui Cathecumenum, vel quemcunquem ex Judæis, aut Infidelibus Deo inſpirante ad fidem Chriſti venire volentem poſt declaratam intentionem nutu, verbo, facto, aut quocunque alio modo à fide, vel fidei inſtructione, aut ſacri baptiſmi ſuſceptione retrahere, avertere, vel dehortari, aut ne ad fidem veniat, & novo regenerationis lavacro abluatur quovis modò impediverit: in hoc enim caſu poſſunt etiam Iuquiſitores procedere, ut notant Farinacius *de heret. q. 178 n. 143.* Decianus *in tract. crimin. lib. 5. c. 1. n. 8.*

18 Septimò ſi Judæi Apoſtatas, ſeu hæreticos ſcienter domi receperint, aluerint, occultaverint, vel eis quomodolibet opem, auxilium, vel ſavorem præſtiterint, ſubduntur jurisdictioni Inquiſitorum, à quibus poſſunt puniri, ut notant Symancha de *cathol. inſtit tit. 35. de judeis n1* Farinacius *de heret. q.* 178. *n.* 103. & alii.

19 Octavò, ſi libros hæreticoa, vel Thalmuticos, aut alios judaicos damnatos, vel alios prohibitos retinuerint, divulgaverint, vel in quæcunque loca detulerint, aut ad eam rem opem ſuam accommodaverint. Extat hæc prohibitio etiam in Bulla Innocentii IV. cui initium *Impia Judaeorum*, & in Bulla Clementis VIII. quæ incipit *Cum Hebraorum ex malitia*; imò de eadem prohibitione extat etiam decretum ſacræ Congregationis ſupremæ inquiſitionis, cui initium eſt *cum ſicut nuper*, & habetur in calce *director. c. inſtit.* inter literas Apoſtolicas pro ſancto officio, & docent Burſatus *conſ. 90. n. 4. vol.* 1. Farinaciua *q.* 180. *n.* 10.

20 Nonò ſubjiciuntur etiam judæi jurisdictioni Inquiſitorum, à quibus propterea poſſunt puniri, ſi Chriſtianos deriſerint, redemptionisque noſtræ hoſtiam ſalutarem in arà crucis immolatam Chriſtum Dominum ludibrio habentes, quandocunque, maximè verò in ſacro paraſceves die agnum, ſeu ovem, vel quid aliud cruci affixerint, aut appenderint, & in eam conſpuerint, ſeu quomodocunque contra eam ſecerint, ut notant. Souſa *aphoris. inquiſit. lib.* 1. *c. c. 37. n.* 10. *& ſeq.* Campegius in addit. in Zanchinum *c. 36. litt. B.* Cantera *in qq. crimin. c.* 1. *de heret. n. 71.*

21 Decimò ſi Judæi nutrices Chriſtianas contrà ſacrorum canonum ſtatuta, diverſorúmque Pontificum ſanctiones retinuerint, aut eaa retinent dic, quâ receperunt Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſacramentum, & lac una, vel pluribus diebus in latrinas, cloacas, & alis loca effundere coegerint. Cûm enim tunc vel maximè Chriſtus Dominua à Judæis vilipendatur; rectè ſtatutum fuit, ut etiam in hoc caſu Inquiſitores contra ipſos procederent: & quidem de Judæis adigentibus nutrices effundere lac in cloacas poſt ſumptum Chriſti Domini corpus habetur textus in *c. etſi Judeos de Judæis.* Prohibentur etiam Judæi habere nutrices Chriſtianas, ſive in propria domo, ſive extra illam; & meritò quia ob familiaritatem periculum imminet ſubverſionis. Tum quia eſt contra decorem Chriſtianæ religionis, ut Chriſtiani, qui ſunt filii liberæ, ſerviant filiis ancillæ, ſeu Judæia, & hæc ratio aſſignatur in *c. Etſi Judeis de Judæis.* Hinc plures cenſent, nec Principes ſæculares, nec Epiſcopos poſſe diſpenſare, ut à Judæis nutrix Chriſtiana retineatur etiam extra domum.

22 Undecimò ſubduntur etiam Judæis Inquiſitoribus, ſi litteras, vel verba abradunt è bibliis ſacris, quæ Chriſto convenire poſſent, vel ornatius incedant die paraſceves, ut notat Alexander *conſ. 233. n. 6. vol. 6.*

23 Duodecimò poſſunt procedere etiam Inquiſitores contra Judeos ſibi ignem accendi ſacientes à Chriſtianis die Sabbati, vel ipſis utentes in ſervitiis vilibus: & ſimiliter poſſunt etiam Inquiſitores procedere contra Chriſtianos, ſi Judæis in vilibus miniſteriis inſerviant, quia hæc tendunt in decorem judaici cultus, & in dedecus chriſtianæ religionis, ut habetur in conſtitutione Nicolai V. cui initium eſt *ſuper gregem Domini.* Hi omnes caſus, in quibus Judæi ſubduntur jurisdictioni Inquiſitorum, à quibus propterea puniri poſſunt, exprimuntur in reſcripto Gregorii XIII. cui initium eſt, *Antiqua Judaeorum* edito anno 1581.

24 Quòd ſi petatur, quibúsnam pœnis ſint tunc

Judæi

Judæi, & infideles puniendi? Reſpondetur perpetrentes delicta præfatorum caſuum privari communione cum Chriſtianis, & puniri etiam pœne pecuniaria, vel carceris, vel etiam verberationis. Imò ſi ſcelus ſit perquàm atrox, etiam delinquentes traduntur brachio Curiæ ſæcularis, ut pœna ſanguinis puniantur; quia quoties pœna infligenda reo arbitrio remittitur Judicis, ut fit in conſtitutione Gregorii XIII. quæ incipit *antiqua Judæorum*, ſi crimen ſit valde atrox Judex poteſt usque ad mortem pœnam extendere, ut notent Pegna *p. 2. comment. 69.* Calderinus *de hæret. c. 36. n. 4.* & alii. Hinc quamvis Inquiſitores, ſicut & alii Eccleſiaſtici Judices regulariter non habeant juriſdictionem, niſi in Chriſtianos baptizatos, ut conſtat ex Tridentino *ſeſſ. 14.*
24 *c. 2.* ſive hæreſim punire velint, ſive judaiſmum, aut paganiſmum, excipiuntur tamen omnes prærecenſiti caſus, in quibus poſſunt Inquiſitores ſuper delictis Judæorum cognoſcere. Imò poſſunt etiam procedere contra Judæos tranſeuntes ad ſectam Saracenorum, quia plura in lege Saracenorum continentur, quæ divinis adverſantur ſcripturis, & quidem in iis, quæ nobis cum Judæis communia ſunt: proinde hac ratione poſſunt ab Inquiſitoribus puniri, perinde ac puniuntur cultum exhibentes idolis, & ſacrificia iiſdem offerentes, vel dœmones invocantes: proinde ſunt etiam puniendi Judæi ab Inquiſitoribus, ſi ad aliam ſectam tranſeant, in cujus ritu continentur contraria iis, quæ nobis, & Judæis ſunt communia, ut quòd Deus ſit unus tantùm, æternus, Omnipotens, Creator cœli, & terræ; quòd Dœmones non ſint colendi, nec illis ſacrificia offerenda.

25 Imò id etiam procedit de infidelibus, qui ſi negent, Deum eſſe unum, poſſunt & ipſi puniri, cùm Chriſtus dixerit D. Petro, & ſuis ſucceſſoribus, *quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cælis*: unde quotquot exiſtunt in terris quoad hoc juriſdictioni ſubduntur Eccleſiæ catholicæ. Tum quia Chriſtus dixit Petro, paſce oves meas, ſed omnes tam fideles, quàm infideles ſunt oves Chriſti per creationem; quamvis non ſint omnes de ovili Eccleſiæ per fidem catholicam: unde ſicut ſummus Pontifex habet in omnes homines juriſdictionem ſpiritualem, quâ poteſt etiam infideles cogere ad audiendam prædicationem evangelii, ita etiam Inquiſitores, cùm vices gerant ſummi Pontificis eandem habent juriſdictionem: hinc D. Thomas *2. 2. q. 10. art. 9. ad. 2.* ait; Eccleſiam contra infideles non habere judicium quoad pœnam ſpiritualem iiſdem infligendam, bene tamen judicium ſuper aliquos infideles, quoad pœnam temporalem infligendam, ut notat Hoſtienſis *in c. Cum ſuper his de voto.*

26 Ex eo autem quòd juriſdictio Inquiſitorum ordinariè non ſe extendat, niſi in chriſtianos baptizatos, ut habetur in Tridentino *ſeſſ. 15. c. 2.* oritur dubium, an ſi aliquis ſit baptizatus invalidè ex defectu formæ, materiæ, vel intentionis ſubjiciatur juriſdictioni Inquiſitorum: plures negent cum Sanctarello *de hæret. c. 1. dub. 2. n. 6.* & nituntur, eò quia invalidè baptizatus non ſit membrum Eccleſiæ, & debeat rebaptizari, ut fiat membrum illius. Putàrim tamen procedendum cum diſtinctione: vel enim baptizatus ſcit, ſe non eſſe baptizatum, & ut talem ſe habet, & gerit, ſive intentionem habeat ſuſcipiendi validè baptiſmum, ſive non, & tunc cenſerem cum Sanctarello non ſubjacere juriſdictioni Inquiſitorum, cum revera non ſit membrum Eccleſiæ: vel invalidè baptizatus cenſet ſe baptizatum, & procedens bona fide ſe gerit ac ſi eſſet baptizatus: & tunc cenſerem ſubjacere juriſdictioni Inquiſitorum, quia baptizatus fuit baptiſmo flaminis: tum quia hac in re communis opinio plurimum obtinet roboris. Tum quia invalidè baptizatus ſupponitur habuiſſe intentionem ſuſcipiendi baptiſmum, & communiter cenſetur verè baptizatus, proinde non eſt cur non debeat ſubjacere juriſdictioni Inquiſitorum. In dubio verò de ipſa ſuſceptione baptiſmi ſolet procedi cum diſtinctione, quia vel homo natus, & converſatus eſt inter Chriſtianos, & tunc præſumitur baptizatus: aut natus, & converſatus eſt inter infideles, & non præſumitur baptizatus: vel natus eſt inter Chriſtianos, & converſatus inter infideles, & tunc ſi captus fuit infans, quamvis præſumatur baptizatus ab Inquiſitoribus non punitur; bene tamen ſi ceptus fuiſſet poſt ſeptennium, & uſum rationis.

Quid verò dicendum ſit de Religioſis exemptis, an etiam ipſi ſubjiciantur juriſdictioni Inquiſitorum. Reſpondetur, hanc quæſtionem agitari *in decret inquiſit. p. 3. q. 78. comment. 77.* ubi refertur olim fuiſſe diverſas Romanorum Pontificum conſtitutiones: etenim Alexander IV anno 1260. ſtatuit, ut Inquiſitores inquirerent in omnes Religioſos hæreticos. Verùm Pius II. conceſſit Vicario Generali ſacri Ordinis Franciſcanorum, ut ipſe in ſui inſtituti fratres de hæreſi ſuſpectos poſſit inquirere. Rurſus Innocentius VIII. prohibuit omnibus Inquiſitoribus, ne in fratres Franciſcanos inquirerent. Ut etiam Sixtus IV. ſtatuit, ne Dominicani contra Franciſcanos agerent, nec Franciſcani contra Dominicanos. E converſo Clemens VII in ſua conſtitutione, cui initium: *Cum ſicut* decrevit, ut impoſterum Inquiſitores, & eorum Vicarii inquirant in quoslibet Religioſos ſuſpectos de hæreſi non obſtantibus quibuſcunque privilegiis. 27

Rurſus Pius IV. conſtitutionem edidit, quæ incipit, *Paſtoris æterni*, ubi etiam ſtatuit, ut impoſterum Inquiſitores poſſint agere contra quoslibet religioſos etiam exemptos, ſi de hæreſi fuerint ſuſpecti: dummodo à ſuis ſuperioribus, & Præfectis præventi non fuerint: & ut poſſint eos punire juxta canonica inſtituta non obſtantibus quibuſcunque contrariis conſtitutionibus. Quamobrem hodie juxta hanc conſtitutionem Pontificiam poſſunt Inquiſitores inquirere in omnes Religioſos ob hæreſin, vel ob hæreſis ſuſpicionem: excipitur tamen in conſtitutione Pii IV. ſi religionum Præfecti hac in re præveniant Inquiſitores, quia tunc non poſſunt Inquiſitores agere, ſi eos Religionum Præfecti prævenerint. 28

Alii tamen volunt, Inquiſitores generatim poſſe inquirere in Religioſos exemptos ſi ſuſpecti ſint de hæreſi, tametſi Præfecti eorundem Religioſorum prævenerint Inquiſitores, quia dicunt religioſos amiſiſſe hoc privilegium ob non uſum, quia illo nunquam uſi fuerant: ſi quis enim privilegio ſibi conceſſo intra decennium non 29

utatur, ceſſat. Tum quia dicunt, conſtitutionem
illam Pii IV. non fuiſſe uſu receptam: & ſtylum
ſanctæ inquiſitionis, ac conſuetudinem contrari-
um obſervata in praxi: nulli enim ſunt hodie ſu-
periores, qui Religioſos ſibi ſubditos in hac cau-
ſa hæreſis judicent, ac puniant, ſed ſoli Inquiſito-
res cognoſcunt ſuper hac cauſa. Præterea quia an-
tiqua Religioſorum privilegia, quoad hoc revo-
cata fuerunt à Paulo V. in ſua conſtitutione, quæ
incipit Romanus Pontifex edita 1. ſept. 1606. in
qua ſtatuit, ſimiles cauſas ſolùm pertinere ad tri-
bunal ſancti officii: & præcipit ſub gravibus pœ-
nis tam Prælatis religionum, quàm ipſis ſubditis,
ut Religioſos de hæreſi ſuſpectos ſtatim denun-
tient Inquiſitoribus, aut Ordinariis locorum, ut
notat Peyrinus *tract. 2. in conſtitut. 27.* Pauli V.
Pellizzarius *tom. 2. tract. 8. c. 6. ſect. 1. n. 15.* Bor-
don. *tom. 1. c. 27. n. 26.* ubi probat Inquiſitores poſſe
ac debere denuntiationes etiam contra Generales
Religioſorum ordinum recipere, ne eorundem
delicta maneant impunita: non tamen poſſe con-
tra ipſos ulterius procedere, ſed debere admone-
re ſupremum tribunal ſacræ inquiſitionis, ut ſta-
tuat, quid agendum ſit.

30 Quid verò dicendum ſit de juriſdictione In-
quiſitorum circa mortuos, videtur eſſe non modi-
ca difficultas, quia mortui non ſubjiciuntur am-
plius juriſdictioni vivorum: nihilominus quia
ſubinde aliqui ita deceſſerunt, ut dum viverent
catholici haberentur, & poſt obitum hæretici de-
teguntur, quorum nonnulla exempla refert Pe-
gna *p. 3. comment. 92. V. neq; enim incognitum eſt*,
ideo ratio videtur tunc exigere, ut Inquiſitores
contra ipſos procedant ad eum finem, ut eorum
memoria damnetur, & bona per fiſcum è quibus-
vis Poſſeſſoribus auferantur, & eorum oſſa exhu-
mentur, projiciantúrque extra locum ſacrum, ac
comburantur, ut docet Zanchinus *tract. de hæret.
c. 24.* Verùm ut Inquiſitores hoc pacto contra
mortuos procedant, requiritur plena hæreſis pro-
batio, ut probat Farinacius *q. 199. n. 100.* adeò ut
ſolæ ſuſpiciones non ſufficiant, ut defunctus ob
ſuſpicionem hæreſis damnetur, quia ſuſpecti de
hæreſi debent neceſſariò citari, & audiri, quomo-
do ſe purgent, & per quas probationes extin-
guant talem ſuſpicionem: defuncti autem audi-
ri non poſſunt, nec ſe defendere in tribunali ſan-
cti officii.

31 Quamobrem, quando de hæreſi defuncti habe-
tur plena probatio, promotor fiſcalis tribunalis
ſancti officii ſolet comparere, & denuntiare, inſi-
nuare, accuſare defunctum, ac proponere ejus hæ-
reſin, in qua abſque pœnitentia deceſſit: & inſtat,
ut declaretur, eum deceſſiſſe hæreticum, proinde
ejus memoriam damnandam eſſe, & ipſum pœnas,
quas canones ſtatuerunt, incurriſſe. Proceſſus au-
tem propriè non inſtituitur contra defunctum,
cum non poſſit comparere in judicio, ſed tantùm
contra illius memoriam, & famam. Rurſus inſtan-
tia promotoris fiſcalis omnibus intimatur, quorū
intereſt, defuncti memoriam non damnari. Rur-
ſus promulgatur edictum, quo quilibet poteſt ad-
mitti ad defendendum defunctum, & ſtatuitur
ad id tempus triginta, vel quadraginta dierum, in-
tra quos defendentes tenentur comparere. Quod
ſi intra id tempus nullus comparuerit, Inquiſitor
Procuratorem, & advocatum defuncti conſtituit,

Quod ſi memoria defuncti nullo modo defendi
poſſit, devenitur ad ſententiam, quæ antequam
proferatur, exhibetur ſtatua defuncti, in qua do-
drentalibus characteribus inſcriptum eſt ejus no-
men, & cujus memoria damnanda eſt: rurſus co-
ram eadem ſtatua, ac ſi eſſet perſona defuncti, le-
guntur errores, & facta hæreticalia: de quibus
fuit accuſatus, & cum quibus dicitur deceſſiſſe;
poſtea promulgatur ſententia; & ſtatua traditur
brachio ſæculari comburenda; & ejus oſſa ſi à
cadaveribus catholicorum diſcerni poſſunt, eti-
am exhumantur è loco ſacro, & projiciuntur in
profanum, & ejus bona confiſcantur, ejusque filii
declarentur inhabiles ad beneficia, dignitates, &
officia, ut notat Zanardus *in ſum. divin. precept.
p. 2. c. 152. v. 6.*

Poſſunt etiam Inquiſitores procedere contra ſe- 32
pelientes ſcienter hæreticos, & eorum fautores,
credentes, receptores, & Defendentes, quia in-
currunt ipſo jure excommunicationem, ut habetur
*in clement. 1. de ſentent. & c. quicunque de hæret.
in 6.* neque ſunt à tali excommunicatione abſolven-
di, niſi prius propriis manibus publicè exhuma-
verint cadavera illa, ac projecerint in loco profa-
na: ait enim Pontifex *in d. c. quicunque de hæret. in
6. Nec abſolutionis beneficium merentur, niſi pro-
priis manibus publicè exhumulent, & projiciant
hujusmodi corpora damnatorum, & locus ille per-
petua careat ſepultura.* Ex quo textu liquet, ſepe-
lientes hæreticos eſſe de hæreſi ſuſpectos, & ut ta-
les puniri, quia facto indicant ſe favere hæreticis.
Imò ita incurrunt excommunicationem, ut non
poſſint ab ea abſolvi, niſi ſe prius canonicè purga-
verint, quia in textu dicitur *usque ad ſatisfactio-
nem idoneam excommunicationis ſententiæ ſe no-
verint ſubjacere*: per ſatisfactionem autem ido-
neam in textu intelligitur abjuratio, & canonica
purgatio *c. Ad abolendam §. præſentia c. excom-
municamus 1. §. qui autem de hæret. in 6.* quia ille
dicitur idoneè ſatisfacere in ſancto officio, qui
abjurat, vel ſe canonicè purgat, & mandata ſibi
injuncta exequitur, ut notat Archidiaconus *in d.
c. quicunque V. idoneam de hæret. in 6.* hinc liquet,
ſepelientes ſcienter hæreticos, vel eorum creden-
tes, Fautores, & cæteros hujusmodi in loco ſa-
cro eſſe ſuſpectos de hæreſi, & incurrere excom-
municationem, à qua non poſſunt abſolvi, donec
idoneam ſatiſfactionem dederint.

Qui verò per ſcienter ſepelientes hæreticos in 33
loco ſacro intelligantur. Cajetan. *in ſumma V. ex-
communicatio c. 46.* Navarrus *c. 27. n. 137.* & alii
aſſerunt, eos tantùm intelligi, qui propriis mani-
bus cadaver foſſæ imponunt, quia iſti ſoli propriè
dicuntur ſepelire: & verba ſignificantia pœnam
ſumi debent in ſenſu rigoroſo, & ſtricto, ut ſonāt:
nihilominus Faber *de cenſur. in 4. ſent. diſt. 21. q.
1. diſp. 4. n. 158.* cenſet, per ſcienter ſepelientes
hæreticos in loco ſacro intelligi etiam comitan-
tes, cantantes, deferentes crucem, portantes cada-
ver, foſſores ſepulturæ & alios ſimiles. Alii pro-
babilius docent, per ſcienter ſepelientes hæreticos
in loco ſacro non ſolùm eos intelligi, qui propri-
is manibus cadaver ſepeliunt, verùm etiam man-
dantes, cujusmodi ſunt hæredes, vel conſanguinei
ad quos id pertinet, & etiam Rectores Eccleſiæ,
ubi cadaver ſepelitur, quia omnes iſti dicuntur
verè ſepelire, quamvis id propriis manibus non
faci-

faciunt *c. ad hæc. de Privileg.* non verò nomine ſcienter ſepelientium comprehenduntur comitantes, deferentes crucem, vel luminaria, cantantes, nec alii cooperantes remotè, aut negativè non impedientes cum poſſent, niſi fortaſſis aſſent authores talis ſepulturæ in loco ſacro, ut docet Suarez *diſp. 12. ſect. 4. n. 10.*

§. VII.

De Iurisdictione Vicarii, ſeu Commiſſarii Inquiſitoris ſancti officii.

1 Certum eſt, Inquiſitorem poſſe ſibi inſtituere Vicarios, & Commiſſarios, ſi ejus Provincia plures contineat civitates, in quibus non poſſit facilè adeſſe: tunc enim cum nequeat ſingulis perſonaliter intereſſe, neceſſe eſt, ut plures Vicarios, ſeu commiſſarios ibi conſtituat, qui vices Inquiſitoris teneant, ut notat Pegna *p. 3 comment 63.* Verùm, iſti non debent excedere numerum Vicariorum foraneorum, quos Epiſcopus ſolet in ſua Diœceſi deputare: ſiquidem numerus, quem prudenter Epiſcopus arbitratus eſt ſufficere in ſua Diœceſi, debet etiam ſufficere ad munus obeundum Inquiſitoris, cum in hoc tribunali minor ſoleat cauſarum numerus eſſe, quàm in illo Epiſcopi, ut notat Carena *p. 1. tit. 11. n. 4.* Quòd verò poſſint Inquiſitores Vicarios, ſeu commiſſarios ſibi ſubſtituere; ex eo liquet, quia cum Inquiſitores ſint delegati ſummi Pontificis habent facultatem alios delegandi *c. Ne aliqui de hæret. in 6 & l. A. Judice C. de judic.* & liquet etiam ex Bulla Clementis VII. cui initium: *Cum ſicut*, ibi: *Decernimus inſuper, ut veſtros Vicarios, ſive Commiſſarios inſtituere valeatis.* Hæc autem facultas inſtituendi ſibi Vicarios, ſeu Commiſſarios ita conceditur Inquiſitoribus, ut ipſi ſoli ſine ſui Ordinis Prælatis poſſint illos inſtituere, quia quoad hoc non ſubjiciuntur Prælatis ſui Ordinis, ſed ſummo Pontifici, & ſupremo ſanctæ inquiſitionis tribunali, ut probat Eymericus *p. 3 q. 14. & q. 16.* recenſet conditiones, & qualitates, quibus debent hujusmodi Vicarii, & Commiſſarii eſſe inſtructi: debent enim eſſe viri notitia ſacræ theologiæ, & juris canonici pollentes, fortes, conſtantes, firmi; circumſpecti, fidei Zelatores, fervidi, & qui ſciant diſtinguere inter lepram, & lepram, ſeu hæreſin, & hæreſin, catholicam veritatem, & hæreticam pravitatem, qui patienter poſſint labores, & adverſitates pati, qui conſtanter, & viriliter ſine timore abſque trepidatione negotia fidei exequantur, & ut circumſpectione ſint providi, atque prudentes, ſciantque providere, quomodo, & qualiter agendum ſit, ut deſumitur ex d. Bulla Clementis VII. ibi: *decernimus inſuper ut veſtros Vicarios, ſeu Commiſſarios inſtituere valeatis, viros veſtra ſententia providos, aptos, & idoneos dummodo ætatis 30. annum attigerint.* Quod verò ad ætatem pertinet, hæc minor requiritur in Vicariis, ſeu Commiſſariis, quàm in Inquiſitoribus, quia raró illis committitur integra Inquiſitorum poteſtas. Imò regulariter, neque ardua fidei negotia, ut notat Pegna *comment. 65.*

2 Poſſunt etiam Vicarii Foranei Inquiſitorum eligi à ſummo Pontifice, ut etiam à ſupremo ſanctæ Inquiſitionis tribunali, quia ſicut ſummus Pontifex conſtituit Inquiſitores, qui ſuas vices teneant in cognoſcendis cauſis ad fidem pertinentibus; ita poteſt iiſdem Inquiſitoribus ſubſtituere Vicarios. Quando verò hujusmodi Vicarii eliguntur à ſede Apoſtolica eandem habent, quamvis ſint ſubdelegati, cum delegato facultatem, & prærogativas *l. ſuggerente C. de offic. ejus, qui vicem judicis obtinet*, & docet Decius *in c. ſanè 2. de offic. deleg.* Hinc quemadmodum Inquiſitor, qui eſt delegatus Apoſtolicæ ſedis habet jurisdictionem ſuperiorem illâ Ordinarii, eò quia jurisdictio Inquiſitoris ſit illa Pontificis, ac proinde ejus citatio in cauſa fidei prævaleat citationi Epiſcopi: ita etiam jurisdictio Vicarii, ſeu Commiſſarii electi à ſummo Pontifice eſt ſuperior illâ Ordinarii. Neque obſtat, quòd Inquiſitor ſit delegatus, & ejus Vicarius ſubdelegatus, proinde jurisdictionem Vicarii non eſſe æqualem jurisdictioni delegati. Nam reſpondetur, id tantùm verum eſſe, quando Vicarius eligitur à Delegato, ſeu Inquiſitore, non verò quando ſubdelegatus inſtituitur à ſupremo Principe, quia tunc par eſt utriusque privilegium, & facultas, ut notat Pegna *p. 3. comment. 54. V. quare in propoſito.*

Hinc patet diſcrimen inter Vicarios electos à ſede Apoſtolica, ſeu ſummo Pontifice; & ab Inquiſitore; quia electi ab Inquiſitore non præferuntur Ordinario, nec indiſtinctè gaudent omnibus aliis privilegiis, quibus fruitur Inquiſitor, ut notat Bartolus in *l. Vicarius*, & in *l. filius ff. de legationibus* ubi oſtendit, Prorectorem conſtitutum à Rectore non gaudere privilegiis, & immunitatibus Rectoris: ſecus Vicarii electi à Sede Apoſtolica iiſdem gaudent privilegiis, & immunitatibus, quibus fruuntur ipſi Inquiſitores, quamvis iſti ſint delegati, & vicarii ſubdelegati, quia non ſunt ſubdelegati à delegato, ſed à ſupremo Principe. 3

Non tamen deſunt, qui putant, Vicarium Inquiſitoris ſive electum à ſummo Pontifice, ſive ab ipſo Inquiſitore, præferendum eſſe Ordinario, ſi Inquiſitor eidem præferatur, & nituntur, quia ſubdelegatus delegati Pontificis repræſentat ſummum Pontificem, cujus etiam vicem gerit, perinde ac ipſe delegatus, hinc docet Molina *de juſtit. tract. 5. diſput. 28. n. 17. V. quod ſapientiſſimus* Vicarium Inquiſitoris gaudere iiſdem privilegiis, ac immunitatibus Inquiſitoris. Et revera Vicarios, ſeu Commiſſarios Inquiſitorum accipere jurisdictionem à Sede Apoſtolica declaravit ſacra Congregatio Cardinalium ſupremæ inquiſitionis, ut notat Carena *p. 1. tit 7. §. 5. n. 16.* ubi ait: Sacram Congregationem ſupremæ inquiſitionis decreviſſe, ut hujusmodi Vicarii eligerentur quidem, ſeu nominarentur ab Inquiſitoribus; ſed deberent poſtea confirmari ab ipſa ſacra Congregatione, à qua propterea vult Carena accipere Vicarios jurisdictionem in cauſis fidei exercendis: conceſſio facultatis exercendi jurisdictionem tribuitur confirmanti, non nominanti, qua ratione licèt Epiſcopi in aliquibus regnis nominentur à Regibus, & eligantur, vel etiam à Capitulis; non tamen ab iiſdem jurisdictio- 4

nem accipiunt, ſed à ſummo Pontifice eos confirmante, ut communiter docent Canoniſtæ, *in c. ſi Apoſtolicæ de præbend. in 6.* idque ex eo etiam firmari poteſt, quia ſicut olim Inquiſitorum juriſdictio, quando ipſi eligebantur ab eorum Generalibus, & Provincialibus dependebat à ſummo Pontifice; quem repræſentabant, eò quia authoritate Apoſtolica inſtituerentur, ut docent Gloſſa *in Clement. 2. de hæret. in V. committi*, & Panormitanus in *c. ſanè de offic. deleg.* ita dicendum eſt, de Vicariis Inquiſitorum, nimirum eorum juriſdictionem eſſe delegatam à Sede Apoſtolica, cujus authoritate perinde eliguntur ab Inquiſitoribus, & confirmantur a ſacra Congregatione, ſicut olim ipſi Inquiſitores eligebantur à Præfectis ſui Ordinis, & confirmabantur à Pontifice.

5 Hinc Inquiſitores poſſunt ſuis Vicariis, ſeu Commiſſariis ſubdelegare omnes facultates ſibi à Sede Apoſtolica conceſſas: quia delegatus Principis poteſt alteri vices ſuas plenè committere *c. ſuper quæſtionem de offic. deleg.* adeò ut poſſint Inquiſitores committere ſuis Vicariis, ut recipiant à quibuscunque denontiationes, & accuſationes contra quoscunque, & ut liberè procedere valeant ad recipiendas informationes, examinandos teſtes, citandos reos, arreſtandos, capturandos, & ad eorum confeſſiones recipiendas, examinandas, probandas, & alios ad teſtificandum cogendos: Quinimmo poſſunt vicarii, ſeu Commiſſarii Inquiſitorum unà cum Epiſcopo reos ad torturam exponere, eóſque in carcerem detrudere, & generaliter omnia peragere, quæ ipſi Inquiſitores, ſi adeſſent, perſonaliter facerent, ut notat Eymericus in forma inſtituendi Commiſſarios *p. 3. direct. n. 37. q. 15.* & deſumitur ex *c. ut commiſſis §. committendi de hæret. in 6.* Immo ſpectato rigore juris poſſunt etiam Inquiſitores ſuis Vicariis, ſeu Commiſſariis committere prolationem ſententiæ definitivæ, ut notat Farinacius *q. 186 n. 29.* Regulariter tamen nunquam Inquiſitores ſuis Commiſſariis dant facultatem pronuntiandi ſententias definitivas præſartim contra relapſos, ac impœnitentes: quia cum agatur de vita hominis indiget ſententia altiori examine.

6 Imò neque Inquiſitores committunt ſuis vicariis teſtium examinationem, niſi in aliquo gravi, & urgente caſu: quando teſtes nequeunt Inquiſitorem accedere, neque Inquiſitor ad illos: generatim quæ ab Inquiſitoribus fiunt, maturiùs, & prudentiùs præſumuntur facta eſſe, quàm quæ fiunt ab eorum ſubſtitutis, ut notat Symancha *de cathol. inſtitut. tit. 94. n. 11.* ubi addit in Hiſpania ita cautum eſſe. Rurſus nec vicarii Inquiſitorum aliquem in carcerem detrudere poſſunt non auditis prius Inquiſitoribus, niſi neceſſitas ita urgeret, ut periculum eſſet in mora, eò quia Inquiſitus ſe jam præparet ad fugam, ut notat Carena *p. 1. tit. 11. §. 1. n. 6.*

7 Non tamen poſſunt Vicarii Inquiſitorum facultatem ſibi conceſſam ab Inquiſitoribus aliis ſubdelegare in totum, vel in partem, alioquin procederetur in infinitum, quia ſemel quòd ſubdelegatus à delegato poſſet alteri ſubdelegare, poſſet etiam hic alteri, ſic in infinitum; cum nulla poſſet ratio excogitari, ob quam magis primi, quàm reliqui ſubdelegare poſſent: proceſſus autem in infinitum eſt omnino vitandus *l. fidei commiſſum §. ſi quis ff. delegat. 3.* Præterea quia lex quæ delegatis à Principe concedit facultatem ſubdelegandi; non concedit eam ipſis ſubdelegatis, ut hi poſſint etiam alios ſubdelegare: ratio etiam poteſt aſſignari, quia privilegium ſubdelegandi eſt perſonale, quod non poteſt ad alios transferri *c. privilegium de reg. jur. in 6.* & notat Gloſſa *in c. quam ſit de elect. in 6.* & docet Joannes Andreas in *c. is, cui de offic. deleg. in 6. Bartolus in l. ſi is, qui pro emptione ff. de uſucapion.*

8 Quód veró ad præcedentiam attinet, hodie quia Vicarii Inquiſitorum eliguntur à ſacra Congregatione ſupremæ inquiſitionis præcedunt Vicarios Generales Epiſcoporum: ratio eſt quia electus à conſtituto in majori dignitate præfertur electo à minus digno, & inferiori, ut docent Menochius *conſ. 126. n. 34.* Natta *conſ. 637. n. 14.* & quia omnes Epiſcopi ſunt inferiores ſupremo tribunali inquiſitionis, & vicarii Epiſcoporum ab iiſdem eliguntur, ſequitur, Vicarios inquiſitorum præcedere illos Epiſcoporum. Id autem procedit de Vicariis perpetuis, non verò de iis, qui per modum proviſionis in locum præmortui, vel remoti ab officio conſtituuntur ab Inquiſitoribus: iſti non præferuntur Vicariis Epiſcoporum, quia eliguntur non à congregatione ſupremi tribunalis, ſed ab inferiori, & ad tempus cum Vicarius Epiſcopi eligatur à digniore, & permanenter. Tum quia ex *l. qui habet ff. de tutel.* proveniens naturaliter anteponitur provenienti ex accidenti: ſed Vicarii Epiſcopales ſunt naturaliter, & per eſſentiam tales, & Inquiſitorum Vicarii per modum proviſionis, & ad tempus tantùm caſualiter, & per accidens, ut notat Carena *p. 1. tit. 7. §. 2. n. 10.*

9 Cæterum Vicarii Inquiſitorum non eximuntur ab illis obſervantiis, quæ officio ſanctæ inquiſitionis non ſunt impedimento, quia ob iſtis obſervantiis neque ipſi Inquiſitores ſunt exempti, ut docent communiter, imò ut notat Carena *loc. cit. § 3. n. 14* cum inquiſitores, & eorum Vicarii debeant aliis eſſe exemplo, non debent eximi à regularibus obſervantiis, quia quantò diligentiùs regulas ſui ordinis cuſtodierint, tantò majorem à probis æſtimationem acquirunt, & pravis hominibus terrorem incutiunt.

Non tamen Inquiſitores ſi ſunt regulares, & proprii inſtituti obſervantiis addicti poſſunt à ſui ordinis Præfectis mitti de uno loco ad alium, quia non poſſunt eos impedire ab officio illis tradito à Sede Apoſtolica; quia in ordine ad hoc munus obeundum non ſubduntur Præfefectis ſui ordinis, ſed ſedi Apoſtolicæ. Imò neque ſuperiores Ordinis poſſunt removere, vel deponere Vicarium Inquiſitoris, quia ut probat Eymericus *p. 3. direct. q. 17.* ſoli Inquiſitores poſſunt removere, ac deponere Vicarios, ſeu Comiſſarios inſtitutos. Non tamen per obitũ Inquiſitoris expirat juriſdictio in ejus Vicario, quia hic licèt inſtituatur ab Inquiſitore, non tamen juriſdictionem

nem accipit ab ipſo Inquiſitore ; ſed à ſede Apoſtolica; ſiquidem ut ſuperius diximus Vicarii Inquiſitorum confirmantur à ſupremo tribunali ſacræ inquiſitionis , & beneficio hujus confirmationis eorum facultas eſt perpetua , proinde nec per obitum inquiſitoris , nec per quamcunque inquiſitoris remotionem talis juriſdictio expirat in Vicario inquiſitoris , ut docet Symanchs de *cathol. inſtit. tit. 34. n. 14.* Idque etiam procedit de jure, quia Vicarius electus non deperdit ſuum officium per mortem ſuperioris *c. t. de offic. Vicarii in 6.* & habetur etiam in *clement. ne in agro de ſtatu Monach.* & ratio itidem eſt, quia Vicarius potiùs à jure, quàm ab homine poteſtatem recipit : quod à fortiori verum eſt de Vicariis Inquiſitorum ; ne per obitum inquiſitoris ſanctum officium detrimentum patiatur, & fidei cauſæ periclitentur : tum quia notat Carena *p. 1. tit. 7. §. 5. n. 17.* id Ticini ſervatum eſſe, ubi mortuis duobus inquiſitoribus eorum Vicarii omnia negotia ſancti officii egerunt.

§. VIII.

De Conſultoribus , & Advocatis ſacræ inquiſitionis.

1 Quia cauſæ pertinentes ad tribunal ſacræ inquiſitionis magni ſunt momenti indigent inquiſitores Conſultoribus , qui ſint viri prudentes; Doctores, vel in ſacra Theologia, vel in jure canonico, probatæ vitæ, ac zelatores fidei, ut poſſint ſana conſilia dare, & inquiſitores in rebus arduis juvare , adeò ut in eligendis hiſce conſultoribus, virtus , & doctrina, & præſertim morum probitas præ oculis habenda ſit, ut monet Symancha *de cathol. inſtit. c. 41. n. 12.* Farinaceius de *hæreſ. q. 185. n. 189.* unde ex conſultoribus alii debent eſſe Theologi, ut gradus propoſitionum, & qualitates rectè expendantur : alii doctores utriusque juris, ut in ordine judiciario ritè procedatur, & juxta æquitatem abſolvantur, qui ſunt abſolvendi, & damnentur, qui damnandi, ut notat Decianus *tract. crim. lib. 5. c. 24. n. 10.* hinc poſſunt Conſultores eligi non ſolum Clerici, & Regulares , verùm etiam laici, ſi verſati ſint in cauſis Eccleſiaſticis, ut notat Carena *p. 1. tit. 8. §. 2. n. 6.* ubi aſſerit , noviſſe non ſolùm laicos, ſed etiam conjugatos fuiſſe conſultores, & advocatos fiſcales ſancti officii. Verùm id procedit tantùm in aliquibus Provinciis, & in quibus conſultores non habent votum deciſivum : in Regno enim Portugalliæ , ut notat Souſa in *aphoris. ſancti officii lib. 1. c. 1. num. 14.* Conſultores non ſolùm habent votum deciſivum, verùm etiam in ſententiis ſe ſubſcribunt , proinde debent aſſumi ex ordine Eccleſiaſtico. Regulariter eliguntur Conſultores ab ipſis Inquiſitoribus, quia ipſi præ cæteris cognoſcunt , quinam ſint viri periti, prudentes, timoratæ conſcientiæ, & fidei Zelatores ; & Carena *p. 1. tit. 8. §. 1. n. 3.* refert, moris eſſe, ut in pluribus locis de facto Conſultores ſancti Officii eligantur ab Inquiſitoribus.

2 Verùm per Italiam ſaltem in pluribus locis tam Conſultores , quàm Advocatus fiſcalis , & Cancellarius licèt nominentur ab inquiſitoribus, eliguntur tamen à Cardinalibus ſupremæ inquiſitionis, quinimò perſæpè etiam ſeorſim ab Inquiſitorum nominatione eliguntur ab ipſa ſacra Congregatione ſupremæ inquiſitionis , & tunc taliter electi dependent ab eadem Congregatione, adeò ut removeri non poſſint ab inquiſitoribus; quia ut ſuperiùs dixi, actus tribuitur confirmanti, ut probat Surdus *conſil. 385. n. 33. vol. 3.* Hinc ſi Conſultor electus à ſacra Congregatione velit ſuo ſe munere abdicare eidem congregationi facienda eſt renunciatio , quia ut notat Bartolus in *l. fin. C. de defenſ. civit.* renuntiatio officii fit in manibus illius , qui illud contulit.

Tenentur Conſultores ſive electi à ſacra Congregatione ſancti officii, ſive ab ipſis inquiſitoribus vocati comparere, non ſolùm quando ferenda eſt ſententia condemnatoria, verùm etiam abſolutoria, ut notat Pegna in *direct. p. 3. comment. 126. V. periti verò.* ubi etiam addit, quòd non ſolùm conſultores vocari debeant , quando ſententia eſt ferenda; verùm etiã quoties in aliis actis judicii occurrit aliqua difficultas, vel circa teſtes, vel in aliquibus articulis : ſiquidem interdum oriuntur dubia, an teſtes benè probent ; an reus ſit torquendus, an ex ejus confeſſione conjiciatur eſſe graviter , vel tantùm leviter ſuſpectum de hæreſi : in his enim caſibus debent conſultores vocati accedere inquiſitores, & illis aſſiſtere, imò ad id poſſunt Inquiſitores eos etiam compellere , ut probat Eymericus *p. 3. direct. q. 77.* & deſumitur etiam ex *c. Ut commiſſi §. advocandi de hæret. in 6.* ubi habetur, quòd inquiſitores non ſolùm poſſint præcepto obedientiæ eos cogere ad illis præſtandã aſſiſtentiam, & conſilium: verùm etiam quòd teneantur aliquando eos petere, & eorum conſilio uti, & præcipuè ante Rei ſententiam ut notat Carena *p. 1. tit. 8. §. 9. n. 55.* verùm in cauſis levioribus Inquiſitores non vocatis Conſultorib⁹ ſi ſententiã dixerint , non propterea hæc eſt invalida, quia ut notat Panormitanus in *c. Ex parte de conſtitut.* in tali cauſa conſilium præſumitur præcipi, ut licitè actus præſtetur : & quamvis ſine conſilio non fiat licitè, adhuc actus poteſt eſſe validus. Tum quia in *d. c. Ut commiſſis de hæret. in 6.* Pontifex præcipit *vocandos eſſe peritos prout expedierit* , unde tacitè indicat , non eſſe vocandos, ſi inquiſitores judicent, id non expedire ob cauſæ levitatem.

An verò vota Conſultorum ſint tantùm conſultiva, vel etiam deciſiva. Plures aſſerunt eſſe deciſiva præſertim Souſa in *aphoris. inquiſit. lib. 4. c. 1. n. 14.* in Regno Luſitaniæ, imò Decianus *lib. 5. c. 14. n. 10.* id extendit ad alia loca, ut etiam Zanardus in *direct. p. 2. 1. princ. c. 6. q. 42.* & alii aſſerentes inquiſitores , à votis Conſultorum in tribus præſertim caſibus non debere diſcordare. Primò, quando cum Conſultoribus conſentit etiam Epiſcopus. Secundò, quando Conſultores ſunt unanimes in eodem ſuffragio. Tertiò, quando major pars conſentit erga innocentiam inquiſiti. Nihilominus Barboſa in *collect. p. 3. lib. 5. tit. 2. c. 12. n. 8.* cenſet , ordinariè vota Conſultorum in tribunali ſancti officii eſſe tantùm conſultiva, non deciſiva, & hæc ſententia videtur communior.

Putârim tamen eſſe procedendum cum diſtin- 5

ctione, ſi enim Inquiſitor ſit tantùm Theologus tunc putârim teneri ſe conformare ſuffragiis juriſperitorum præſertim ſi iſti ſint unanimes: quòd ſi inquiſitor ſit Juriſperitus, tunc in cauſis fidei tenatur ſequi communia ſuffragia Theologorum, ut ita etiam docet Pegna in *direct. p. 3. comment. 127. V. cùm verò Inquiſitores* Non tamen poſſunt Conſultores ſancti officii pro ſuis conſiliis, & laboribus mercedem exigere, quia tametſi Advocatus non tenaatur gratis conſulere in cauſis temporalibus *c. non licet 69. 11. q. 3.* nihilominus Conſultoras ſancti officii tenentur gratis conſulere, & ſine pretio, quia eorum conſilia, & labores diriguntur ad bonum ſpiritu le Eccleſiæ, & conſervationem Catholicæ fidei, unde axigere pretium temporala pro tali labore, vel conſilio ſimoniā oleret, & graviter peccarent ob injuriam, quam inſerrent fidei catholicæ, quam tenentur gratia defendere.

6 Id autem à Conſultoribus ſancti officii principaliter exigitur, ſecretum ſcilicèt ſervandum in cauſis ſancti officii; quapropter cum primùm aſſumuntur, tenentur juramentum præſtare da ſervando ſecreto de rebus pertractandis in congregatione, ut etiam da iis, quæ concernunt cauſas ſancti officii, idque ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, à qua non poſſint abſolvi niſi à Cardinalibus ſupremis inquiſitoribua ut notat Pegna *p. 3. comment. 129. V. quamvis autem.*

7 Quinimò licèt tale juramentum ab initio non præſtarent, adhuc tenerentur ſecretum ſervare ob multas leges jubentes; na cauſæ fidei propalentur ob ingens periculum, quod poſſet inde imminere in damnum fidei: hinc nervus præcipuus in cauſis ſancti officii dicitur eſſe ſecretum, quapropter ſtatuitur, ut inquiſitores poſſint conſultoribus ſilentium indicere, & ſecretum injungere in cauſis ſancti officii, etiam ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, ut notar Eymericus *p. 3. direct. q. 81.* Non tamen ob hoc juramentum prohibentur Conſultores inter ſe loqui extra Congregationem de iiſdem cauſis, aliis tamen non audientibus, ut notat Bordonus *tom. 1. c. 38. n. 24.*

8 Pluribus gaudent Conſultores ſancti officii privilegiis, ſi enim in aliqua cathedrali, vel collegiali Eccleſia ſint canonici, dum actu aſſiſtunt congregationi ſancti officii; vel abſint ex cauſa ſpectante ad ſanctum officium, conſuetas lucrantur in ſuis Eccleſiis diſtributiones, quæ ſolis debentur intervenientibua: ratio eſt, quia cum hujusmodi diſtributiones dentur Clerico abſenti pro aliqua evidenti utilitate Eccleſiæ *c. unic. de cleric. non reſiden. in 6.* multò magis dari debent Conſultori, qui abeſt pro deſandenda cauſa fidei, cum id in magnam cedar Eccleſiæ utilitatem, ut hæreſes deſtruantur.

9 Rurſus gaudent privilegio fori tribunalis ſancti officii in cauſis criminalibus, imò plerisque in locis etiam in cauſis civilibua. Aſſiſtentes non ſolùm in cauſis hæreſis, ſed etiam in quacunque cauſa criminali, quæ coram inquiſitore tractatur poſſunt judicium dare, & ſententiam proferre, qua Rei damnentur, etiam usqua ad mutilationē msmbri, & ad mortem naturalem incluſivè, abaque eo quòd ulla cenſura incurratur, vel irregularitas contrahatur ax conſtit. Pauli IV. edita 29. Aprilis 1557. confirmata à Pio V. reſerente Locato in *opere judicial. inquiſ. tit. de decret.* Poſſunt etiam ex rationabili cauſa arma deferre, non tamen ad libitum: ſiqnidem inquiſitores gaudent privilegio habendi familiam armatam, ut conſtat ex *clement. Nolentes de hæres.* & ax conſtitut. Joannis XXII. atqui Conſultores ſancti officii accenſentur familiæ inquiſitoris, proinde ex rationabili cauſa poſſunt impunè arma deſerre. Præterea quoties conſilium præſtant, vel congregationi, aut abjurationi aſſiſtunt, indulgentias lucrantur trium annorum ex Bulla 16. Alexandri IV. imò ſi in perſecutione ſui officii decedant, indulgentiam conſequuntur plenariam ex Bulla Urbani IV. Imò Bordonus *loc. cit.* aſſerit, Conſultores etiam in quovis actu ſpectante ad cauſas ſancti officii indulgentiam acquirere plenariam ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. & ex Brevi Pauli V. emanato 29. Julii 1611.

Quòd ſi Conſultores ſint Regulares eximuntur à ſuis ſuperioribus in his tantùm, quæ ſpectant ad ſanctum officium; nec poſſunt impediri, quin accedant ad congregationem, vel ad abjurationem Rei, & ne exequantur, quæ ab inquiſitoribus iiſdem imponuntur, nec poſſunt removeri à monaſterio ad monaſterium, quando Inquiſitores indigent eorum auxilio. Bene tamen ſi Conſultor Regularis vellet ſpontè removeri, poſſet diſcedere, & transmigrare in alium locum, imò atiam renuntiare officio Conſulturis, quia cùm hoc ſit honorificum, non confertur invito, neque ab invito exercetur, ut notat Bordonus *tom. 1. c. 20. n. 11.*

Sin verò Conſultor etiam religioſus delinquat in officio ſanctæ inquiſitionis, non eſt puniendus à Prælato ſui ordinis, quia ratione officii conſultoris eximitur à ſuperiore ſuæ religionis quoad ea, quæ pertinent ad ſanctum officium, & fit ſubditus Inquiſitoris, à quo propterea puniendus eſt: quilibet enim fit de foro alterius ratione delicti dependentis ab illius juriſdictione, ut dicitur in *c. fin. de foro compet.* proinde religioſus conſultor ſancti officiii ſi delinquat in iis, quæ ſanctam inquiſitionem reſpiciunt, puniendus eſt ab eodem inquiſitore, cui quoad illa ſubjicitur. Sin verò delinquat extra res ſpectantes ad ſanctam inquiſitionem in regularibus obſervantiis, tunc punitur à ſuo ſuperiore regulari; quia ob honorificum conſultoris officium non eximitur à ſubjectione ſui ſuperioris regularis. Tum quia major certè, & afficacior eſt ſubjectio religioſi erga ſuum ſuperiorem, quàm erga inquiſitorem: ſiqoidem ſubjectio ad ſuperiorem ſui Ordinis oritur ex obligatione naturali perpetua voti obediantiæ, & ſubjectio erga inquiſitorem aſt accidentalis ad tempus amovibilis, & renuntiabilis: quo fit, ut ax eo, quòd Conſultor Religioſus ſubjiciatur inquiſitori quoad ea, quæ pertinent ad ſanctū officiū, inda non ſequatur, quòd eximatur à ſubjectione ſui ſuperioria regularis, à quo propterea puniri debet, ſi contra regularem diſciplinam delinqoat. 11

Quia verò Inquiſitores habent fiſcum, ut do- 12

cent

cent communiter Canoniſtæ agentes de pœna confiſcationis bonorum impoſita hæreticis, ideò poſſunt ſibi eligere advocatum fiſcalem, ut docent Symancha de *cathol. inſtit. 53. de Promotore fiſcali per tot.* & Paramus de *orig. ſacræ inquiſitionis lib. 3. q. 9. n. 15.* Eſt enim fiſcus in quovis tribunali ærarium, quod etiam dici ſolet camera Principis, prout hæc complectitur quidquid ad illius commodum pecuniarium pertinet, ut notat Gottofredus in *ſuis not. ad rubric. C. de jure fiſci.* Hanc fiſci cameram omnium primus inſtituit Adrianus Imperator, cui etiam advocatum conſtituit, quem fiſci nominavit, cujus prærogativæ plures ſunt, ut notat Peregrinus de *jure fiſci lib. 7. tit. n. 15.* ſedent hi Advocati inter ſupremos Judices, & Senatores *l. laudabile C. de advoc. divers. judic.* Inter Clariſſimos recenſentur *l. reſtituenda C. de advoc. diverſ. jud.* Nec in modo proſequendi cauſas differunt à Judicibus: iiſ-
12 dem ſubſternuntur pulvinaria ſerica, ut notat Garzia *Gloſſ. 25. n. 45.* Cognoſcunt de omnibus cauſis, in quibus agitur de utilitate, & jure fiſci, ſive cauſæ ſint civiles, ſive criminales. Unde ſicut in aliis tribunalibus civilibus, & criminalibus dantur advocati fiſcales, qui à ſolo Rege, vel ſupremo Principe creantur, ut notat Maſtrillus *lib. 5. c. 8. n. 85.* ita advocatus fiſcalis in tribunali ſacræ inquiſitionis eligitur à ſummo Pontifice, vel à ſuprema ſancti officii Congregatione: & poteſt etiam eligi ad hoc officium aliquis ex conſultoribus, adeò ut poſſit quis ſimul, & ſemel eſſe conſultor & advocatus fiſcalis ſacræ inquiſitionis, ut probat Carena *par. 1. tit. 9. §. 2. n. 19.* Imò poteſt etiam conſultor ſancti officii eſſe advocatus rei, ſi ab ipſo reo petatur, & tenetur tunc eum benè, & fideliter defendere, ut notat Souſa in *Aphoris. lib. 4. c. 3. n. 8.*

13 Verùm quando Conſultor fungitur munere advocati, non poteſt tunc ſimul exercere officium conſultoris, nec ipſius ſuffragium in tali cauſa deferre. Advocatus igitur fiſcalis ſancti officii, eligendus eſt vir probatæ vitæ, fidei zelator, diligens, induſtrius, & juriſperitus, ut notat Symancha in *Enchirid. tit. 29. n. 2.* Rurſus debet talis eligi, qui ſit verſatus in cognitione delictorum pertinentium ad ſanctum officium, pœnarũ, quæ pro iiſdem injunguntur, ac Bullarum Apoſtolicarum circa ſpectantia ad tribunal ſancti officii, ut notat Carena *loc. cit. §. 3. n. 23.* Rurſus advocato fiſcali ſancti officii diligentiſſimè commendatur jurisdictio hujus tribunalis: ejus munus eſt porrigere accuſationes contra hæreticos poſt aſſumptam ſummariam informationem contra ipſos, dicta teſtium exquirere, libellos denuntiationum luſtrare, & diligenter legere, ut quos reus cognoverint poſſint inſtare apud Inquiſitores, ut debitis pœnis mulctentur: tenetur etiam diligenter examinare proceſſus contra reos formatos, ut tempore relationis valeat allegare, quæ requiruntur tam in facto, quàm in jure.

14 Rurſus pertinet ad advocatum fiſcalem hujus tribunalis inſtare coram Inquiſitoribus, ut edicta fidei ſæpius promulgentur, ut notat Paramus de *orig. inquiſit. lib. 3. q. 4. rubr. de forma & ord. n. 30. & 39.* Imò ut refert Symanch. *de cathol. inſtit. tit. 54. n. 10.* praxis, & ſtylus ſanctæ inquiſitionis in regnis Hiſpaniarum eſt, ut advocatus fiſcalis ſi velit in congregatione intereſſe relationi actorum, & allegare in jure, vel in facto, id ei permittatur. Debet tamen abeſſe, quando teſtium dicta ſcribuntur, & rata habentur, & cum Judices, & Conſultores deliberant de ſententia ferenda; idque magis eſt conſonum diſpoſitioni juris communis, ut quando teſtes examinantur, vel repetuntur, vel per eoſdem ratæ habentur depoſitiones, nequeat advocatus fiſcalis eſſe præſens; ſicut nec poteſt adeſſe, quando reus torquetur: quia ſicut in examine teſtium non debent partes eſſe præſentes, ut nec etiam in actu torturæ accuſator: ita debent abeſſe advocati tam partium, quàm Accuſatoris, ut notat Afflictus in *conſtit. lib. 1. rubr. 61. n. 5. & ſequent.*

Verùm licèt quando examinantur teſtes, Advocatus fiſcalis non debeat intereſſe, niſi ab inquiſitore vocatus, nihilominus ex ſpeciali decreto ſupremæ inquiſitionis, & ex litteris Cardinalis Melini datis die 27. Julii 1618. Advocatus fiſcalis adeſt, cùm teſtes examinantur, ut etiam eſt præſens Congregationibus, quando cauſa vocatur; imò eſt etiam præſens torturæ unà cum Inquiſitore, qui ſedet medius inter Vicarium Generalem à dextris, & Advocatũ fiſcalem à ſiniſtris. 15

An verò poſſit Advocatus fiſcalis, ut ſuſpectus recuſari à Reo, reſpondetur in foro ſæculari poſſe recuſari, perindè ac quemlibet ex aliis Judicibus, eò quia Advocatus fiſcalis in cauſa habeat votum deciſivum, ut notat Tappia *de jure Regni Neapol. lib. 3. tit. 33. de ſuſpic. offic.* Secus ubi non habet votum deciſivum, ſed tantùm intervenit in informatione proceſſus, examine teſtium, tortura Rei, & in aliis actibus Judicialibus, non poſſe tunc recuſari à Reo, ut ſuſpectum, docet Peregrinus in *deciſ. 232.* alii verò docent, poſſe recuſari etiamſi non habeat votum deciſivum, ut notat Maſtrillus *deciſ. 414. vol. 5.* Verùm in tribunali ſancti officii advocatus fiſcalis non habet votum deciſivum, ut nec etiam Conſultores, quia ſolus Inquiſitor, & Epiſcopus loci decidunt cauſas hujus tribunalis, proindè ſuſpiciones contra Advocatum fiſcalem regulariter non admittuntur, præſertim cum talis Advocatus eligatur à ſummo Pontifice, vel à ſupremo tribunali ſanctæ inquiſitionis: id tamen intelligitur, quòd regulariter non poſſit recuſari, ut ſuſpectus, quia ſi contra Advocatum fiſcalem probaretur inimicitia capitalis, deberet à tali cauſa abſtinere, & tunc Inquiſitor teneretur ſubrogare alium Advocatum fiſcalem. 16

Dicitur autem capitalis inimicitia, quando quis conatus eſt, vel minatur inimicum interficere, vel inſidias contra illius vitam paravit, vel occidit ejus conſanguineum, vel operam dedit, ut occideretur, aut graviter vulneraretur; vel in judicio illum accuſavit, aut depoſuit contra eundem de crimine capitali, vel eũ gravibus injuriis affecit, aut illũ infamavit, vel carnaliter agnovit ejus uxorem, vel ſororem, aut conſanguineam, vel publicè aſſeruit, illum eſſe illegitimum, aut ex ſervili origine deſcendentem, vel litem moverit contra potiorem partem illius bonorum, aut pecuniæ quantitatem, vel illi abſtulit 17

aliquid

aliquid magni valoris : vel contraxit inimicitiam capitalem cum aliquo ex illius familia, val in natalibus deſcendit ab ejus inimico : ex his omnibus cauſis oriri capitalem inimicitiam, ob quam poteſt Advocatus fiſcalis recuſari etiam in tribunali ſacræ inquiſitionis probat Pagna *p. 3. comment. 26. per tot.*

18 Cæterùm tenatur Advocatus fiſcalis in tribunali ſanctæ inquiſitionis juramentum calumniæ præſtara, ſi Reus id ab ipſo exigat, quia hoc juramentum præſtari ſolet in omnibus judiciis, & cauſis, quoties una pars ab altera illud petit *authent. principalis c. de jurejur. propter calum. c. fin. de jurejur. c. dudum 2. extra de elect.* Fuit enim hoc juramentum calumniæ ad eum finem introductum, ne veritas occultaretur, quod cedit in publicam utilitatem *l. 2. §. ſed quia veremur n. 4. C. de jurejur.* & notat Colerus *deciſ. 117. n. 4.* & ſemal præſtitum nequit à Judiee ramitti, ut docet Menochius *de arbit. judic. lib. 1. caſu 20. n. 4.* Hinc juramentum calumniæ eſt etiam præſtandum ab Advocato, ſau Procuratore ipſius Rei, ne veritas occulteтur : quòd ſi jurare recuſaverit, cauſa cadit, & privatur actione advocandi, ſau procurandi, & Reus habetur pro confaſſo, qui propteraa per ſententiam condemnatur *l. 2. §. Quod ſi Reus C. de jurejur. propt. calum.* ut notat Riccius in *deciſ. Curia Archiepiſc. Neapol. deciſ. 56.* Cæterùm tenetur Advocatus fiſcalis ſancti officii recipere depoſitionas teſtium, tam quæ ſunt contra inquiſitum, quàm alias, quæ ſunt in illius defenſione ; ratio eſt, quia depoſitio teſtis cenſetur individua, nec poteſt pro parta acceptari, & pro parte rajici, ſed dabet vel in totum acceptari, val in totum rejici, ut notat Jaſon. in *l. Pomponius 13. §. cum quis n. 13. ff. de acquir. poſſeſſ.*

19 Tum quia teſtis dabat acceptari cum omnibus ſuis qualitatibus, quæ reſpiciunt factum, quòd ſi qualitates non ſint juris, nec raſpiciant jus, poſſunt tunc reprobari, impugnari, & rejici, licèt in parte principali acceptentur, ut notat Riccius *deciſ. 88. Curia Archiepiſ. Neapol.* quia talis reprobatio, ſeu impugnatio fit à lege, non ab homine, quia lex illas raddit invalidas, & nullas : neque abſurdum aſt acceptare partem à lega approbatam, & reprobara, quam jura reprobant. Rurſus eatanus teſtium depoſitiones attenduntur, quatenus pertinent ad factum, & teſtes tenentur deponare de iis, quæ ſenſu corporao percipiuntur ; & proinda quæ ſunt facti, ut probat Maſcardus de *probat. concluſ. 1360. n. 3.* non verò de iis, quæ ſunt juris, & non dependent à ſua potaſtate *l. confeſſionibus ff. de intent. act. l. Neratius. §. fin. ff. ad Aquil.* & docat Menochius *conſ. 948. n. 34.* Hinc ea omnia, quæ de jure à teſtibus referuntur, in ea parta, quæ de jure non ſubſiſtunt, poſſunt ab advocatis fiſcalibus ſancti officii rejici.

20 Datur atiam in cauſa hæreſis, val ſuſpicionis de hæreſi Reo advocatus, cujus munus eſt perſuadere Reo, aut varitatem fareatur, & commiſſum crimen Inquiſitori aperiat, & pœnirentiam humiliter poſtulet, & quidquid Reus reſponderit fiſcali manifeſtare. Quòd ſi inquiſitus de hæreſi fuerit convictus, tunc non adeſt obligatio ci concadendi Advocatum, nec Procuratorem, nec alias defenſionas, ut notat Umbertus Locatus in *judicial. inquiſit. V. defenſiones n. 1.* Eymericus *p. 3. direct. de defenſ. reor. n. 177.* & ibi Pegna *comment. 28. in princ.* Ratio eſt ; quia Advocatus tunc tantùm conceditur, quando delictum defandi poteſt, unde ſi Reus per propriam confeſſionem, vel per teſtium probationes eſt de ſuo delicto convictus, cùm delictum non poſſit ampliùs defendi, ſuperfluum eſt ei aoncedere Advocatum, & Procuratorem : in notoriis, & manifeſtis dalictis non conceduntur defenſiones, & nulla clarior, aut efficacior probatio invaniri poteſt, quàm ipſamet confeſſio Rai, ut notat Baldus in *authent. ſed novo jure C. ſi cert. petat.* & docet Felinus in *c. 1. de except.* & *in c. cùm ſuper de re judicat.* unde Reo confitenti ſuum delictum non conceduntur defenſiones, quia ex ore ſuo ſemet judicavit.

Quòd ſi dicas, in aliis delictis ſolam delinquentis confaſſionem non ſufficere, niſi etiam conſtet de corpore delicti, *l. 1. §. item illud ff. ad Senatuſconſult.* & notat Baldus in *authent. ſed novo jure C. de ſervo fugit.* Reſpondetur, id procedere de aliis ariminibus non pertinentibus ad fidem; non ita de crimine hæreſis, quia contra hoc delictũ ex ſola Rei confeſſione proceꝺi poteſt ad ejus condemnationem : & ratio eſt, quia hæreſis ſola menta committitur, & conſummatur ; & cùm lateat in animo, nequit manifeſtiùs probari, quàm par propriam Rei confeſſionem, proinde ſupervacaneum eſt Reo de hæreſi confeſſo, & convicto, Advocatum in ſui defenſionam concedere. 21

Nihilominus quia tribunal ſacræ inquiſitionis ad piatatem magis, & miſericordiam propandet, & defenſiones ſunt de jure naturæ *l. ut vim ff. de juſtit. & jur.* Quinimò cùm poſſint etiam contra propriam confeſſionem plura objicii, ut docet Julius Clarus in *pract. crimin. §. fin. q. 55.* ideò non obſtante propria confeſſiona ſolent etiam non ſolùm inquiſito, ſed etiam confeſſo, & convicto defenſiones concedi, ne unquam poſſit conqueri, fuiſſe injuſtè condemnatum, ut notat Symancha da *cathol. inſtitut. tit. 17. de defenſionibus Reor. n. 55.* 22

Quòd ſi Reus ſit tantùm inquiſitus, & nondum de hæreſi convictus, nec confeſſus, tunc dandus eſt illi advocatus, qui non ſit de fide ſuſpectus, nec ex origine hæretica ortus, ſitque vir probus, fidei zelator, in utroque jure peritus, & in materiis ad hoc ſanctum tribunal ſpectantibus non mediocriter verſatus, & hic priuſquam defenſionem Rei ſuſcipiat, tenetur jurare, ſe fideliter, & juxta veritatem, Reum defenſurum, & cuſtoditurum religiosè ſecretum de omnibus, quæ audiet, val videbit, & pertinent ad ſanctum officium : hic Advocatus nullo modo eſt Rao denegandus, ſi illum petierit; quia juſta defenſio eſt de jure naturæ *l. quoties C. de prec. Imperat. offerend. l. ut vim ff. de juſtit. & jur.* & habetur etiam in *clement. Paſtoralis §. cæterum de ſent. & re judic.* Sin verò Advocatus cognoſcat cauſam ſui clientuli eſſe injuſtam, tenetur eam deſerere, & in juris allegationibus bravem eſſe, & expleta ſua advocatione reſtituere proceſſum ſibi ab 23

Inquiſ

Google

Inquiſitore datum, ut notat Symancha *de cathol. inſtit. tit. 5. rubr. de Advocat. n. 3.* Souſâ in *Aphoris. lib. 2. c. 30. n. 10.*

24 Quinimò ſi nullus vellet in cauſa Rei inquiſiti de hæreſi patrocinari, poſſet Inquiſitor ad id adigere Advocatum etiam per cenſuras, ut notat Narboua in *receptlat. lib. 4. tit. 1. l. 20. Gloſſ. 22. n. 63.* & tunc compenſatio danda eſt Advocato ex bonis ipſius Rei, ſi divitiis affluat, alioquin ſi Reus ſit pauper, tenetur ei gratis patrocinari. Quòd ſi dicas in *c. fin. de hæret. in 6.* concedi Inquiſitoribus, ut ſine ſtrepitu, ſine Advocato in cauſis fidei poſſint procedere. Reſpondetur, id verum eſſe in illis cauſis, in quibus Rei ſunt confeſſi, & convicti, & eorum defenſiones ſunt ſupervacaneæ: cæterum in *d. c. fin. de hæret. in 6.* non prohibentur Inquiſitores concedere Reo Advocatum, ubi rationabiliter poteſt eidem concedi, ut notat Farinacius de *hæreſ. q. 197. n. 71.* Quòd ſi inquiſitus de hæreſi ſit pertinax, non eſt tunc illi concedendus Advocatus, qui illi patrocinetur, ídque deſumitur ex *d. c. fin. de hæret. in 6.* ubi prohibetur Advocatus, ne hæretico patrocinium præſtet, quia id eſſet hæreim defendere, ut notat Ugolinus in *Bulla Cœnæ V. Fautores in 1. clauſ. num. 6.* ubi etiam addit quòd tunc Advocatus, qui patrocinium ſuum præſtaret hæretico pertinaci, incurreret excommunicationem Bullæ cœnæ, imò etiam infamiam, ut conſtat ex *c. ſi adverſus de hæret.* & docet ibi Hoſtienſis *num. 2.* & communiter Canoniſtæ. Imò inquiſito de hæreſi non ſolùm Advocatus, qui ei patrocinetur concedi debet, ſed etiam Procurator, ut cenſent plures; eò quia ſemel, quòd conceditur Advocatus, ut ſuum præſtet patrocinium, debat & Procurator concedi, quia hic juvat Advocatum, & videtur militare eadem ratio: verùm putârim cum Pegna *p. 3. comment. 28. V. ac quantum ad hoc.* & Locato in *opere judicial. V. procurator num. 2.* nonniſi raro eſſe Procuratorem concedendum inquiſito de hæreſi, quia illi ſufficit Advocatus etiam ad munus Procuratoris obeundum: quinimò Inquiſitores videntur etiam Reorum Procuratores cum, ex eorum officio fiant Reorum defenſiones.

25 Sin verò reus procuratorem etiam peteret, eſſet illi concedendus, ſed qui eſſet vir probus, non cavilloſus, & ejusdem conditionis, ac ſupra dictum eſt de Advocato. An verò ſi inquiſitus eſſet minor 25. annorum, eſſet etiam illi dandus Curator; communior ſententia affirmat, alioquin proceſſus eſſet nullus, imò etiamſi minor 25. annorum commiſſum crimen confiteretur ſponte, & cum juramento ſine curatore, talis confeſſio illi non obeſſet, quia quidquid à minore 25. annorum fit in judicio ſine facultate Curatoris eſt ipſo jure irritum, & nullius valoris *l. Clerum C. de author. præſtand.* & docent Gomez *tom. 3. de delictis. c. 1. n. 64.* Alexander *conſil. 115.* Royas de *hæret. p. 2. n. 318.* Monticellus *in prax. criminal. reg. 10. n. 17.* & alii docentes, minori 25. annorum inquiſito in tribunali ſancti officii eſſe dandum curatorem, à quo defendatur, ne ob imperitiam, vel immaturam ætatem aliquid dicat, & reticeat, quod ei potiùs obſit, quàm proſit. Officium verò Curatoris eſt, ut ſua authoritate, & præſentia perſonam minoris inquiſiti juvet ad reſpondendum, & videat, an interrogandus ſit, & an præſtare debeat juramantum de veritate dicenda. Cæterùm non debet eſſe præſens quando inquiſitus ſuper proprio facto reſpondet, quia renetur reſpondere ſecundùm propriam notitiam, & ut ipſe ſentit verum eſſe, non verò ſecundùm notitiam à Curatore ei ſuppeditatam, ut notat Antonius Gomez *n. 25.* Imò nec præſentia Curatoris requiritur in tortura minoris, ſed tantùm in deciſione, an ſit torquendus, nec ne, ut notat Antonius de Bellis *lib. 2. variar. tract. q. 13. n. 17.* non tamen Curator poteſt eſſe pater inquiſiti, quia pater in cauſis criminalibus filii non eſt adminiſtrator, ut docet Bartolus in *l. fin. §. pupillus ff. de V. O.* Tum quia pater regulariter ſemper eſt ſuſpectus ob naturalem affectum, quo proſequitur filium, unde poſſet dubitari, an potius filio, quàm fidei, & religioni faveret.

Poſſet tamen quis dubitare, an Advocatus inquiſiti poſſit in ejus defenſione ab Inquiſitorum ſententia appellare? Sed reſpondetur à ſententia definitiva Inquiſitorum nullam concedi hæreticis appellationem: & ratio ex eo petitur, quia remedium appellationis ad eum unicè finem datur, ut Reus poſſit ſe defendere, ac propriam probare innocentiam contra latam ſententiam *cap. cum ſpecialis §. & porro c. ad noſtram de appellat.* atqui in ſacro tribunali inquiſitionis nemo damnatur de hæreſi, niſi vel ſit confeſſus, vel legitimè convictus: proinde cùm non poſſit ampliùs probari innocens, ſupervacanea foret ejus appellatio, quæ propterea illi non conceditur: præſertim cum in hoc tribunali ſententia definitiva non feratur ſine prævio pluries diſcuſſo conſilio, maturo examine, & prudenti conſideratione; proinde non eſt, cur per cavillantis Advocati inſtantiam debeat executio ſententiæ retardari. Hinc in cauſis pertinentibus ad fidem à ſententia definitiva nunquam datur appellatio, idque in favorem fidei, & odium hæreſis, ne judicium prorogetur, *cap. ut inquiſitionis de hæret. in 6.* Idque etiam ſtatuit Federicus Imperator in *l. commiſſi §. 7.* ibi: *Omne inſuper proclamationis, & appellationis beneficium ab hæreticis, & Receptatoribus, ac Fautoribus eorundem penitùs amovemus*: quapropter ſemel lata ſententia definitiva contra reum convictum de hæreſi, eſt ſtatim executioni mandanda, nec expectandus eſt terminus dierum decem à jure conceſſus, ut docent Eymericus *p. 3. direct. n. 125.* Umbertus Locatus in *judic. inquiſ. V. appellare,* & in *V. ſententia n. 3.* Paramus de *orig. inquiſ. lib. 3. q. 4. n. 58.* 26

Verùm licèt poſt latam ſententiam definitivam non poſſit per viam appellationis ad ſuperiorem Judicem appellari, imò & Symancha de *cathol. inſtit. tit. 6. n. 2.* & alii cenſeant, nec per viam querelæ poſſe dari appellationem, eò quia eadem ratio, per quam textus in *c. inquiſitionis* denegat hæreticis appellationem, procedit etiam, ut iisdem denegetur per viam querelæ, & ſupplicationis: nihilominùs putârim cum aliis præſertim Farinacio de *hæreſ. q. 185. n. 233.* & aliis, probabiliùs poſſe reum per viam ſupplicationis, 27

tionis, imò & querelæ recurrere ad Judicem ſuperiorem: ratio eſt, quia io aliis caſibus, in quibus non conceditur facultas appellandi, non cenſetur interdictus recurſus ad Principem, maximè in cauſis, quæ ſunt majoris præjudicii, ut docet Gloſſa in *c. Ex litteris de in integr. reſtitut. V. ſupplicavit*, & docent Pariſius *lib. 4. conſil. 164. num. 18.* Decianus *conſil. 533. num. 2.* Menochios *de arbit. q. 70. num. 12.* Rolandus *conſil. 94. num. 1.* non enim interdicitur Judici ſuperiori recognoſcere de ſententia lata ab inferiore, & quæ prætenditur eſſe injuſta, imò Judex ſuperior, non ſolùm poteſt tunc cognoſcere ſuper tali ſententia lata ab inferiore, verùm etiam eam revocare ſi juſta cauſa adfuerit: proinde neque Reus prohibetur pro tali cognitione, & revocatione recurrere ad ſuperiorem Judicem per viam querelæ, & ſupplicationis.

28 Præterea ſicut poteſt Judex ſuperior cognoſcere ſuper ſententia à ſe ipſo lata, & eam revocare, ſi deprehenderit fuiſſe injuſtè latam; non video, cur à fortiori non poſſit cognoſcere ſuper ſententia lata à Judice inferiore, ſi per viam querelæ fiat ad ipſum recurſus. Tum quia interdicta appellatione non cenſetur interdictus recurſus ad Principem in cauſis, quæ ſunt gravis præjudicii, ut notat Menochius de *arbit. q. 70. num. 18.* Demum quia Judex ſuperior poteſt ſupplicari, ut iterum velit recognoſcere ſuper ſententia à ſemet lata, ut ſi illam injuſtam invenerit, revocet: ergò à fortiori poterit ſupplicari, ut velit cognoſcere ſuper ſententia lata à Judice inferiore.

29 A ſententiis autem interlocutoriis, proinde etiam à gravaminibus illatis ante ſententiam definitivam conceditur appellatio, adeò ut licèt hæreticis denegetur appellatio à ſententia declaratoria hæreſis, conceditur tamen appellatio ab actibus, & ſententiis interlocutoriis, ut docent communiter Canoniſtæ Calderinus *tract. de hæret. c. 29. num. 2.* Barboſa in *collect. tom. 3. lib. 5. tit. 2. c. 18. n. 6.* Farinacius *de hæret. q. 185. n. 232.* Eymericus *3. p. direct. rubric. de appell. n. 121.* & ibi Pegna *comment. 31. V. ab interlocutoriis.* ratio eſt, quia ſententia interlocutoria, & alii hujusmodi actus inſtituuntur ad inveſtigandam veritatem, an Reus reverà commiſerit hæreſin, unde quamdiu id certum non eſt, ſed aliqua tergiverſatione celari poteſt, appellationis beneficium non debet Reo negari.

30 Verùm ut obtineatur appellatio aſſignari debet cauſa appellandi, alioquin appellatio non ſubſiſteret ex textu in *c. Ut debitus c. cum remiſſam. c. cum Romana de appellat.* & docet Farinacius *de hæret. q. 185. num. 231.* ubi addit cauſam appellandi debere rationabilem eſſe, & non frivolam. Hinc à decreto, ſeu ſententia torturæ dari poteſt appellatio, quia talis ſententia eſt interlocutoria ad eruendam veritatem. Idque ex textu in *l. 2. C. de appellat. recipiend.* ibi: *Ante ſententiam appellari poteſt, ſi quæſtionem in civili negotio habendam Judex interlocutus ſit; vel in criminali, ſi contra leges Judex hoc faciat.* & docent communiter cum Gloſſa in *clement. 1. V. ipſo jure de hæret.* Symancha de *cathol. inſtitut. tit. 52. num. 11.* Julius Clarus *pract. §. fin. q. 64. V. ſed quid agendum*, & alii, quos refert, & ſequitur Farinacius de *hæreſ. q. 185. n. 139.*

Juvat obſervare, quòd tametſi Judex regulariter per appellationem à ſententia interlocutoria non impediatur, quin poſſit procedere, donec à ſuperiore inhibeatur; id tamen fallit in decreto torturæ, eò quia tortura ut communiter docent juriſperiti trahit ſecum damnum irreparabile, ut notat Farinacius de *hæret. q. 39. num. 12.* & tantùm excipitur, quando evidenter conſtat, cauſam appellationis eſſe frivolam; tunc enim Judex non obſtante appellatione à ſententia interlocutoria poteſt procedere ad torturam, ut notat Pegna *3. p. direct. comment. 31. V. quadam autem ſunt*: quia appellationibus frivolis jura non deferunt *c. cum appellationibus de appell. in 6.* & *l. 2. ff. de appellat. recipiend.* & à contrario ſenſu deſumitur argumentum à verbis legis, quod in jure eſt efficax: cùm enim lex præcipiat eſſe appellationem recipiendam, ſemel quòd Judex contra legem agit, ſequitur eam eſſe rejiciendam. 31

Tum quia licèt in dubio, an appellatio ſubſiſtat, Judex ad quem debeat cognoſcere, an legitimè procedatur in appellatione: in cauſa tamen manifeſta frivolæ appellationis debet cognoſcere Judex à quo, alioquin nunquam verum eſſet, Judicem à quo poſſe appellationem rejicere, ac procedere in executione ſententiæ interlocutoriæ, ut notat Farinacius *lib. 1. prax. tit. 5. q. 38. num. 39.* debet tamen cauſa frivolæ appellationis eſſe manifeſta, quia in caſu dubio ſive juris, ſive facti Judex à quo debet ſuperſedere, ac expectare, quid Judex ad quem pronuntiet, ne periculo gravandi injuſtè innocentem in iis, quæ ſunt irreparabilia, ſe exponat, ut rectè advertit Pegna *3. p. direct. comment. 3. V quadam autem.* An verò in cauſa appellationis teneantur Inquiſitores admittere oppoſitiones teſtium? Plures negant cum Guidone Pape *deciſ. 500.* ea innixi ratione, quia in cauſa appellationis de jure non admittuntur oppoſitiones teſtium. Verùm quicquid ſit de aliis cauſis, putârim in cauſa hæreſis, in qua proceditur de plano, & ſine judicii ſtrepitu, teneri Inquiſitores admittere oppoſitiones teſtium, ut docet Cantera in *qq. crimin. de probat per. Teſtes § de plena probatione num. 58.* ubi cenſet, Reum eſſe admittendum ad opponendas, & probandas oppoſitiones contra teſtes primæ inſtantiæ etiam in cauſa appellationis, ubi locum habuerit appellatio: imò etiam in quacunque parte, etiam poſt appellationem usque ad ſententiam: & ratio deſumitur ex eo, quia in ordine ad opponendum contra teſtes non aſſignatur terminos. 32

Si quæratur ad quemnam Judicem appellandum ſit in actibus, & ſententiis interlocutoriis. Reſpondetur in Italia, hanc appellationem eſſe deferendam ad ſupremum ſanctæ 33

Romanæ

Romanæ inquiſitionis tribunal, ſeu ad ſummum Pontificem, quia appellatio facienda eſt è Judice delegeto ed delegantem *c. ſuper quæſtionem 27. §. porrò de offic. delegat. l. Imperator ff. de appell. l. præcipimus §. huic. C. de appellation.* In Hiſpania verò ex privilegio Apoſtolico hæc appellatio fit ad ſupremum Generalem Inquiſitorem, qui viſis actis, & proceſſu in Senatu inquiſitionis appellationem, vel ut illegitimam repellit, vel ut legitimam admittit. Quòd ſi ſententia lata ſit ab Epiſcopo, & Inquiſitore ſimul, quia tunc procedunt, ut delegati Sedis Apoſtolicæ, appellatio fit ed Sedem Apoſtolicam, quia Inquiſitor eſt delegatus Sedis Apoſtolicæ, & à delegato debet ad delegantem fieri appellatio *d. c. ſuper quæſtionem 27. §. porrò de offic. deleg.* & hoc etiam procedit, quando Epiſcopus cognoſcit ſuper cauſis exemptorum, quia in cauſis exemptorum quoad hæreſes Epiſcopus procedit ut delegatus à Sede Apoſtolica, proinde etiam tunc appellatio fieri debet ad eandem Apoſtolicam Sedem, ut habetur in *c. Ad abolendam §. ſi quis verò de hæret. in 6.* & notat Symanche *de cathol. inſtitut. tit. 27. n. 6.* cum igitur Epiſcopus in cauſa hæreſis, & exemptorum procedat ut Judex delegatus, non verò ut Ordinarius, ideò appellatio etiam ab Epiſcopo debet fieri ad Sedem Apoſtolicam.

34 Quinimò tametſi Epiſcopus procedat ratione officii, & ex jure ordinario contra hæreticos non exemptos, adhuc plures cenſent, tunc eſſe appellandum etiam ad Sedem Apoſtolicam, ut docet Farinacius *q. 185. num. 240.* ex textu in *c. Majores de baptiſmo*, eò quia ad Sedem Apoſtolicam pertineat determinare cauſas graves, cujusmodi ſunt, quæ ad fidem pertinent. Nihilominus non putârim improbabile poſſe tunc appellari ad Metropolitanum, perinde ac in aliis cauſis, *c. ſi duobus de appell. c. quoties*, & *c. Ad Romanam 2. q. 6.* Ratio eſt, quia cauſa appellationis non eſt ita gravis, quæ exigat Sedis Apoſtolicæ authoritatem, ſi enim quæſtio eſſet, an hæc, vel illa propoſitio ſit de fide, utique id declarare ad ſolum ſummum Pontificem ſpectaret, quia eſt res graviſſima, & toti Eccleſiæ neceſſaria: ſed quando controverſia eſt potiùs de facto, quàm de jure, ſcilicet an talis deliquerit contra fidem, nec ne; hæc deciſio non eſt ita Eccleſiæ neceſſaria, ut à ſolo ſummo Pontifice decidi exigat: & ita dicendum de cauſa appellationis: hinc liquet reſponſio ad textum in *d. c. Majores de baptiſmo* ubi deciditur, cauſas graves non niſi Sedis Apoſtolicæ, ſeu ſummi Pontificis authoritate eſſe determinandas, quia judicare de legitimitate appellationis, & de cauſa, ob quam appellatur, non eſt res tam gravis, quæ requirat Sedis Apoſtolicæ authoritatem. Dubitari tamen poſſet, an admiſſa appellatione, ſi ex alia nova cauſa, & hæreſis ſuſpicione fuerit Reus denuntiatus, poſſit tunc contra ipſum in hac nova cauſa Inquiſitor procedere, & reſpondent communiter affirmativè ea innixi ratione, quia appellatio ſolùm ſuſpendit exercitium juriſdictionis in ipſa tantùm cauſa appellationis, non verò in alia; niſi fortaſſis cauſa appellationis eſſet ſuſpicio Judicis; quia tunc non poſſet Judex Reum compellere ad reſpondendum: ſiquidem à Judicis ſuſpicione appellatio procedit de quacunque cauſa. Sin verò delictum recèns denuntiatum eſſet ita grave, & manifeſtum, ut ex manifeſtatione reus eſſet plenè convictus; poſſet tunc non obſtante appellatione à priori delicto procedere contra ipſum, & cognoſcere de hoc ſecundo, & Reum etiam condemnare, ut deſumitur ex *c. propoſuit de appellat.* ibi: *Judex tamen, à quo appellatur, quia illi omninò ſuſpectus eſt, non debet eum ad reſpondendum compellere ſuper aliis, niſi pro crimine adeò gravi, & manifeſto, quo ipſo actu ſit meritò damnandus.*

Supereſt dubium diſcutiendum, an etiam ipſe Inquiſitor poſſit, ut ſuſpectus recuſari à Reo. Plures negant, inter quos Menochius de *arbitrar. q. 37. n. 4. lib. 1.* Royas in *ſingularibus fidei ſingul. 100.* & in *tract. de hæret. p. 2. tit. de privileg. Inquiſitor. n. 435.* Archidiaconus in *c. quia plerique de offic. Ordinar. in 6.* Scaccia *tract. de judic. c. 67. n. 7.* & alii, qui nituntur, eò quia Inquiſitor ſit delegatus ad univerſitatem cauſarum, & qui propterea comparatur Ordinario, qui non poteſt recuſari. Hinc Inquiſitor in hac ſententia non poteſt, ut ſuſpectus à Reo recuſari. Tum quia præſumitur electus æquiſſimus, probatiſſimus, ac peritiſſimus, adeò ut non ſuppetat juſta cauſa ſuſpicandi de illius æquitate. Nihilominùs contraria ſententia eſt communior, ac probabilior, quam docent Eymericus *p. 3. direct. n. 120. tit. de recuſat. Inquiſit.* Symancha de *cathol. inſtit. tit. 17. n. 51.* Tebienſis *in ſum. V. inquiſitio §. 4. n. 5.* unde licèt prior ſententia conſiderata Judicum probitate ſit honeſtior; hæc tamen ſecunda eſt tutior, magisque removet ab hoc ſanctæ inquiſitionis tribunali omnem ſuſpicionem iniquitatis. 35

Ad hanc tamen recuſationem requiritur cauſa, quæ ſit gravis, cum officium Inquiſitoris non concedatur niſi viris prudentiâ, doctrinâ, & virtute præditis, proinde Inquiſitores ex levi cauſa non præſumuntur ſuſpecti, ut notat Farinacius de *hæret. q. 185. n. 236.* hæc autem cauſa gravis cenſetur inimicitia capitalis, de qua ſuperiùs fusè diximus. Cæterùm ſemel facta recuſatione conveniente, de rigore juris deberent eligi duo arbitri unus ex parte Judicis recuſati, & alter ex parte Rei recuſantis, qui de cauſa allegata in recuſatione cognoſcerent; conſultiùs tamen eſt, & congruentiùs, ne judicium illudatur; vel ne negotium catholicæ religionis differatur; vel ne paſſim ſine cauſa Inquiſitor recuſetur, ut cauſa remittatur ad ſupremum ſacræ inquiſitionis tribunal, quod ſummariè cognita cauſa recuſationis eam rejiciat, vel admittat. Interim Inquiſitor recuſatus non debet procedere, ſed ſi habet collegam poteſt hic procedere, ſin minùs tenetur quieſcere. 36

§. IX.

De Cancellariis, Notariis, aliiſque Miniſtris ſancti Officii.

1 CErtum eſt, olim Inquiſitores non habuiſſe ſua eligendi pro hoc ſacro tribunali Cancellarios, ſeu Notarios, ſed fuiſſe uſos Cancellariis, ſeu Notariis Epiſcoporum, imò etiam Principum temporalium locorum, in quibus officium ſanctæ inquiſitionis ſibi commiſſum exercerent, ut notat Eymericus in *direct. p. 3 q. 18.* Conſuetudo autem hodierna talis eſt, ut non ſolùm Epiſcopi, ſed etiam Inquiſitores, & Commiſſarii ſancti officii Cancellarios, & Notarios ſibi eligant, imò id ipſis conceditur ex privilegio Pii IV. in *conſtit.* cui titulus *Paſtoralis officii* edita anno 1561. & ex alia Julii III. ubi ſtatuitur, ut Inquiſitores, & eorum Commiſſarii in quibusdam cauſis fidei, ſi viderint expedire authoritate Apoſtolica poſſint unum, vel plures etiam Clericos ſæculares, vel quorumvis ordinum regulares in Notarios eligere, aſſumere, & creare, ut notant Symancha in *Enchirid. tit. 19. n. 2.* Zanardus in *ſumm. p 1. c. 6. q. 45.* Carena *p. 2. tit. 12. §. unic n. 2.* Requiritur tamen ad valorem hujus electionis, ut Inquiſitor coram alio Notario, & adhibitis teſtibus, tradito ei, quem Notarium eligit, calamo, & atramento, ut moris eſt, & addito ſolemni juramento, quo promittat ſe fideliter munus ſuum obiturum, ac ſilentium ſervaturum, poſtea coram aliis, conſuetis illis verbis ei dicat, *Eſto Notarius fidelis &c.* & alter Notarius regiſtret electionem hujus novi Notarii.

2 Poſſunt autem ad officium Notariatûs in tribunali ſacræ inquiſitionis etiam aſſumi Regulares cujuscunque Ordinis. Neque obſtat, quòd de jure communi Regulares repellantur ab hoc officio *c. ſicut. ne Clerici, vel Monachi c. ut inquiſit oris §. verùm de hæret in 6.* eò quia Religioſus habeatur mundo mortuus *l. Deo nobis C. de Epiſcop. & Cler.* Tum quia Religioſus non eſt ſui juris *c. non dicatis 12. q. 2. c. Ex parte de accuſat.* Nam hi, & alii ſimiles textus tantùm procedunt de Notariis publicis non verò de electis ab Epiſcopis, & Inquiſitoribus, in quibuscunque cauſis fidei, ut decrevit Julius III. & confirmavit Pius IV. in ſua Bulla, cui initium eſt *Paſtoralis officii* edita anno 1561. quinimò poſſunt etiam Regulares compelli ab Inquiſitoribus ad officium Notariatûs exercendum, ſi in ſæculo fuerint Notarii, idque ob ſingularem fidei favorem ex conſtitutione Urbani IV. quæ incipit *ſicut ex nobis.* Imò non ſolùm Notarius ſancti officii tenetur, cùm primùm eligitur præſtare juramentum, ac promittere ſe fideliter obiturum ſuum munus; verùm etiam hoc idem juramentum tenetur etiam præſtare, quoties Inquiſitores de novo illum advocant ad ſcribenda acta ſancti officii, & debet jurare, ſe ſervaturum ſecretum de his omnibus, quæ ad ſacrum tribunal ſpectant: idque eſt in cauſa fidei ſpeciale, & ita præcipitur in *clement. 1. de hæret. §. porrò V. Notarii quoque.* Imò debent omnes Notarii ſancti officii hoc juramentum tam de fidelitate, quàm de ſecreto ſervando præſtare ſub pœna perjurii, & excommunicationis latæ ſententiæ, ut notat Carena *p. 1. tit. 12. num. 6.*

Munus autem Notarii in hoc tribunali ſancti officii eſt diligenter, ac fideliter acta hujus ſancti tribunalis ſcribere, denuntiationes coram Epiſcopo, vel Inquiſitore, aut coram Vicariis recipere; inſtrumenta, & proceſſus conficere in teſtium, & reorum examine, & fideliter, ac diligenter interrogationes, ac reſponſiones adnotare, & quidem iisdem verbis, quibus proferuntur, ſcribere, & etiam quæ tam contra Reos, quàm quæ in Reorum defenſionem dicuntur notare: ut etiam dum Reus torquetur quomodo quæſtionetur, ac interrogetur, & quomodo ille reſpondeat, & omnia in proceſſu referre, ut etiam alia peragere, quæ a Cancellariis in ſimilibus tribunalibus fieri ſolent. Solet autem pro hoc labore Notariis deputari ab Inquiſitoribus ex redditibus ſancti officii congruum ſalarium, quod non poteſt excedere taxam definitam à Cardinalibus ſupremæ inquiſitionis, ut ex variis deciſionibus probat Carena *p. 1. tit. 12 n. 8* Quòd ſi eorum ſalarium non fuerit a ſacro tribunali inquiſitionis deputatum, non poteſt Notarius illud ab inquiſitis exigere, quia inquiſitiones fieri debent ſine incommodo Reorum *authent ut Nullus Judic. His inſuper collat. 9.* & notat Pegna *in decis. p 4 in c. ut officium §. verùm quia n. 15* Farinacius tamen *de hæref q. 185. n. 1* ait, Cardinalem Zabarellam *in clement. 1. §. Notarii n. 4. de hæret.* arguere pro utraque parte, & concludere, poſſe Notarium recipere ſalarium, ſeu mercedem ab inquiſitis, ſi ab officio Inquiſitoris non fuerit ei certum ſalarium deputatum. Hinc ſalaria Cancellarii, ſeu Notarii ſi certa ſint, eorum quantitas ſolet definiri ab Inquiſitoribus ſancti officii, ſin verò incerta tunc non poſſunt excedere taxam ſupremorum Inquiſitorum, & hæc taxa habetur expreſſa in libello. 3

Non tamen poſſunt Notarii dare Reis conſilium, auxilium, vel præſtare favorem in cauſis pertinentibus ad ſanctum officium, idque ſub pœna privationis officii, & infamiæ incurrendæ *c. quamquam 23. diſt c. excommunicamus §. credentes c. ſicut de hæret. c. 2. §. 1. de hæret. in 6.* & ita docent Eymericus in *direct. p. 2. q 11.* Farinacius *de hæreſ. q. 197. §. 3. n. 67.* Non tamen Notarii efficiuntur irregulares ſcribentes cauſas reorum, ut docent Hoſtienſis in *c. ſi adverſus extra de hær.* Aucbaranus *n. 9. V. ſi autem poſt ſuſpenſionem* Farinac. *de hæreſ. q 197. §. 3 n. 84.* Quòd ſi Notarius doceat Reum, modum occultandi in hoc tribunali veritatem: vel aliquid ad illius proceſſum addit, vel immutat, pœnam incurrit Fautoris hæretici, & puniendus eſt, ut ſuſpectus de hæreſi *c. Accuſatus §. ſacerdotes de hæreticis,* & ibi Gloſſa *§. porro.* Sin verò teſtis negaret depoſuiſſe prout Notarius ſcripſit, oritur dubium, an tunc credendum ſit Notario potiùs, quàm teſti; & communiter reſpondent, quòd ſi teſtis fuit coram Inquiſitore examinatus debeat 4

tunc

tunc fides præſtari Notario, & ſcripturæ, non teſti, ut notant Maſcardus *de probat concluſ. 1409. n. 11. vol. 7.* Covarruvias *variar. reſol. c. 13. n. 10.* & alii addentes, id etiam a fortiori procedere, ſi teſtis ſe ſuo examini ſubſcripſerit, & in ſubſcriptione audierit legi ſuum proprium examen, ut regulariter fit. Quòd ſi teſtis neſciat ſcribere ſufficit, ſi examini a ſe facto appoſuerit ſignum crucis. Eſt etiam magis Notario, quàm teſti credendum, quando Notarius habuit ſcriptorem, qui examen ſcripſit, ut docent Menochius *de præſumpt. lib 2. præſumpt. 79. n. 16.* Maſcardus *de probat. lib. 2. concluſ. 1084. n. 12.* Alciatus *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 13. n. 17.* Quòd ſi plures eſſent teſtes, qui Notario contradicerent, tunc conſideranda eſt qualitas Notarii, & teſtium, & magis credendum eſt Notario, quàm pluribus teſtibus, quando Notarius eſt optimæ conditionis, & famæ; & è contrario teſtes parum idonei: è converſo ſi teſtes ſint fide digniores, quam Notarius, qui etiam habeatur ſuſpectus, tunc teſtibus potius credendum eſt, quàm Notario ſuſpecto præſertim ſi exhibeatur ſcriptura cum aliquo albo ſpatio, in quo poſtea aliquid ſcribatur, ut notat Riccius in *praxi fori Eccleſiaſtici p. 1. reſol. 451.*

6 Munus Cancellarii ſancti officii eſt diligenter ac fideliter ſcribere acta ejuſdem ſancti officii, recipere denuntiationes coram Inquiſitore, vel ejus Vicario, & alia peragere, quæ ſolent Cancellarii in ſimilibus tribunalibus, & præſertim ſervare ſecretum, quod tenetur promittere, quando aſſumitur in Cancellarium, idque ſub pœna perjurii, & excommunicationis latæ ſententiæ. Plures tamen confundunt munus Cancellarii cum officio Notarii, eò quia aliquibus in locis ſit tantùm Notarius, & non Cancellarius. Carena tamen *p. 1. tit. 12. n. 9.* diſtinguit officium Cancellarii ab illo Notarii, & ait in inquiſitione Cremonenſi eſſe unum Cancellarium, qui ad nominationem Inquiſitoris eligitur poſtea ab Eminentiſſimis Cardinalibus ſupremis Inquiſitoribus cum certo ſalario 60. aureorum, quod etiam benemeritis ſolet augeri: rurſus præter Cancellarium eſſe itidem unum Notarium Regularem, qui eligitur ab Inquiſitore; & addit in diœceſi ſingulis foraneis aſſignari etiam ab Inquiſitore unum Notarium. Non tamen poteſt ipſe Inquiſitor in defectu Notarii ſcribere acta, adeò ut, ſi hæc non ſcribantur à Notario, ſed à quovis alio Officiali ſint irrita, ut notat Capiblanch. *de offic. Baron. pragmat. 8. 1. p. n. 369. tom. 1.* in caſu verò, quo Notarius deſit, poteſt Inquiſitor uti duabus perſonis idoneis, & honeſtis, quarum una ſcribat, & alia ſe ſubſcribendo atteſtetur, id coram ipſo factum fuiſſe.

7 Præter Cancellarium, & Notarium ſolet etiam inſtitui Theſaurarius ſancti officii, quia ex ſpecialibus decretis ſupremæ Congregationis ſancti officii ſtatutum eſt, ut fructus, redditus, & proventus uniuſcujuſque inquiſitionis non ad manus perveniant Inquiſitorum, ſed Theſaurarii ſancti officii eligendi ab Inquiſitore. Idque fideliter ſervari in Hiſpanica inquiſitione refert Symanchas *de cathol. inſtit. tit. 43. de officio Receptoris per tot.* hinc theſaurarius debet eligi vir probus, divitiis affluens, qui ſciat rationes conficere, & referre, & fidejubeat de reſiduis perſolvendis, ſi id expedire conſultiis viſum fuerit, ut notat Symanchas *loc. cit.*, tenetur etiam pluries per annum ad arbitrium Inquiſitoris rationes reddere coram illo, ut de ſtatu unius cujuſque inquiſitionis certiores fiant ſupremi Inquiſitores Generales, qui Romæ conſtituunt univerſale tribunal ſancti officii.

Quòd ſi Theſaurarius ex pecunia fiſcalis emat aliquid ſuo nomine, res empta eſt quidem ſua, ſed fiſcus poteſt agere actione hypothecaria in bonis Theſaurarii, ut notat Carena *loc. cit. n. 5* ubi tamen addit juxta jura Hiſpaniæ emptum pecuniâ fiſci pertinere ad fiſcum, ſi emptio facta ſit à Theſaurario, ſeu ſuſceptore pecuniæ fiſcalis, & hæc ſententia mihi videtur generatim vera ſecundùm jus commune, quia Tutor, Prælatus, Curator ementes ſuo nomine ex pecuniis minoris, Eccleſiæ, vel pupilli non ſibi ipſis, ſed minori, Eccleſiæ, vel pupillo acquirunt res emptas *l. rem Curator C. arbitrium tutel. l. ſi proponis. C. de rei vendic.* fiſcus autem æquiparatur minori, Eccleſiæ, & pupillo. Fuſe de hac materia agit Gregorius Lopez *p. 5. tit. 5. l. 49. tit. 3 de officialibus fiſci*, qui plura deſiderat ipſum conſulat. 8

Aſſumunt etiam Inquiſitores Regulares ſibi ſocios ad eorundem ſatisfactionem, idque ex privilegiis Urbani IV. Clementis IV. relatis ab Eymerico *in direct. p. 3. q. 20.* ubi recitat dicta privilegia, ibi: *Præſentium authoritate vobis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus tu fili prior principalis ſingulis ex prædictis fratribus ſingulos ſocios fratres, ſcilicet ipſius Ordinis providos, & diſcretos, ac eidem negotio congruentes, de quibus hi, quibus conſignati fuerint meritò valeant conſolari, ſublata quacunque difficultate aſſignare procures. Et nihilominus tam tu, quàm vos alii priores, Superiores, Conventuales, ac Vicarii, quoties ab eiſdem fratribus, quibus dictum negotium eſt commiſſum, & committetur impoſterum, fueritis requiſiti, & dicto negotio fuerit opportunum, de aliis etiam fratribus ejuſdem ordinis, præter illos, qui eis in ſocios deputati fuerint cum omni promptitudine providere curetis, ita quod præfatum negotium nullum ex veſtra negligentia ſuſcipiat detrimentum.* Ex hoc indulto liquet non ſolùm Prælatos Ordinis teneri ſub Præcepto ſocios Inquiſitoribus gratos concedere; verùm etiam quoties opus fuerit pro ſancti officii negotiis de aliis ejuſdem ordinis fratribus providere: imò tale eſt privilegium conceſſum ſocio Inquiſitoris à Gregorio XI relato ab Eymerico *in direct. p. 3 q. 20. n. 4.* ut etiam non petita licentia à ſuo ſuperiore clauſtrali poſſit Inquiſitorem iturum Romam comitari, ibique cum ipſo commorari: imò poteſt tum Inquiſitor Romam profecturus non petita licentia à ſui Ordinis Prælato ſocium mutare, & alium ex eodem Conventu, vel ex eadem Provincia eligere, & ſecum ducere. 9

Sunt etiam alii familiares, qui inſerviunt tribunali ſancti officii, habent enim Inquiſitores familiam armatam, ad quam tamen eligendi 10

ſunt viri pacifici, fideles, devoti, & laudabilis converſationis, ac vitæ; quique ſciant ſuum officium exercere, ut præcipit Joannes XXII. in ſua conſtitut. cui initium eſt: *Exigit ordinis noſtri Religio*, ut notat Pegna *p. 3. direct. comment. 103. V. quibus autem.* Carena *p. 1. tit. 14. §. 2. n. 2.* quia verò numerus horum familiarium non eſt à jure determinatus, ideò tot ſunt conſtituendi, quot ſufficiunt ad munus ſancti officii, & juxta determinationem Cardinalium ſupremæ inquiſitionis: unde Inquiſitores non debent abuti facultate ſibi facta concedendi aliis licentiam deferendi arma: & Farinacius *de hæreſ. q. 182. n. 95.* afferit, Inquiſitores tunc abuti hac facultate, quando licentiam concedunt aliquibus, qui actu non inſerviunt ſancto officio.

11 Notat Carena *p. 1. tit. 14. § 2. n. 8.* in Pagis & villis, cuilibet Vicario ſancti officii poſſe aſſignari duos familiares, & in locis amplioribus etiam plures ad arbitrium ſacræ Congregationis in ordine ad capiendos hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos, & etiam ad defendendas perſonas Inquiſitorum, & aliorum intervenientium ſancto officio, ut notat Eymericus *in p. 3. direct. q. 56.* Poſſunt autem familiares arma deferre quocunque tempore non obſtante quacunque lege civili, vel municipali in contrarium edita, vel edenda. Imò impedientes, ne familiares ſancti officii arma deferant puniri poſſunt, ut ſe opponentes tribunali ſancti officii, ut docet Gloſſa communiter recepta *in c. ſtatutum de hæret. in 6.* Non ſolùm familiares deſtinati ad capiendos hæreticos, vel ſuſpectos de hæreſi poſſunt arma deferre, verùm etiam cæteri ejuſdem tribunalis Miniſtri, cujuſmodi ſunt Advocati, Notarii, Cancellarii, Conſultores, Cuſtodes Carcerum, & alii quia cùm iſti odio habeantur ab iniquis, debent in propriam defenſionem arma deferre. Tum quia cùm ſint fidei Defenſores delatio armorum videtur ipſis congruere, ut ab iniquis aggreſſoribus poſſint ſe defendere. Sin verò familiares monerent inquiſitum in ſancto officio, ut fugeret, ne ab iiſdem caperetur incurrerent excommunicationem, ut Fautores hæreticorum, ac perjurii, tametſi talis monitio non fieret intuitu hæreſis, ſed amicitiæ, & causâ conſanguinitatis: ratio eſt, quia talis favor ex ſe redundat in favorem hæreſis, & familiaribus incumbit ex officio Reum inquiſitum capere, ut docet Suarez *tom. 5. in 3. p. diſput. 24. ſect. 1. n. 3.* & Farinacius *de hæret. q. 182. n. 85.* Immo familiares ſanctæ inquiſitionis officio deputati, ſi delinquant, ſive in abuſu armorum, ſive in alio criminali delicto ſpectanta ad ſanctum officium, poſſunt ab Inquiſitoribus puniri, adeò ut procedere poſſint Inquiſitores contra ſuos familiares delinquentes ob quodcunque delictum, præter illud rebellionis, læſæ Majeſtatis, publicæ ſeditionis, proditionis, & ſimilium, ob quæ puniuntur è ſæculari tribunali, ut notat Symanchas *de cathol. inſtit. 41. n. 19.*

12 Inter alios inſervientes tribunali ſanctæ inquiſitionis, numerantur etiam cuſtodes carcerum, qui eligendi ſunt diſcreti, induſtrioſi, & fideles, & tenentur juramento promittere, ſe fideliter ſuum obituros officium, nec permiſſuros, aliquem loqui cum captivis ſecretò, ut notat Eymericus *p. 3. direct. q. 59. n. 4. in c. multorum de hæreſ.* & Pegna ibi *in comment. 108. in fin.* addit, Cuſtodes non poſſe captivis dare quidquam de his quæ à conſanguineis, vel amicis ipſorum Reorum mittuntur inconſultis Inquiſitoribus, ſed tantùm ea, quæ à ſuperiore ut ab Epiſcopo, vel Inquiſitore, vel ordinatione communi, vel ex liberalitate parentum illis dantur debent fideliter iiſdem tradere: hinc Cuſtodes Carcerum debent eſſe fideles, & integerrimi, & tenentur etiam diligenter obſervare, ne detenti in carcere retineant apud ſe limas, vel alia ferramenta ad infrigendos carceres: alioquin ſi culpa cuſtodis carceris captivus fugeret, graviter puniretur cuſtos, & Julius Clarus *in praxi §. fin. q. 68. V. cuſtos carcerum* aſſerit juxta communem ſententiam, quòd ſi, qui aufugit ex incuria Cuſtodis, non erat captivus pro crimine capitali, non ſit Cuſtos puniendus pœna capitis, ſed arbitrio Judicis juxta modum culpæ, quia textus *in l. fin. ff. de cuſtod. reor. & l. carceri l. milites eod. tit.* videntur probare, hanc pœnam infligendam cuſtodi, ob cujus incuriam captivus aufugit eſſe arbitrariam pro modo ſuæ culpæ, non autem pro modo culpæ illius, qui aufugit è carcere: Farinacius tamen *tom. 1. de carceribus q. 31. n. 2. & 4.* cum aliis, docet, cuſtodem eſſe tunc puniendum eadem pœna, qua fuiſſet puniendus is, qui aufugit, dummodo fuga contigerit ex nimia incuria, & negligentia Cuſtodis: quia ſi contigerit tantùm ex levi ſua culpa, tum cum Julio Claro putârim, non eſſe Cuſtodem puniendum juxta menſuram culpæ illius, qui aufugit, ſed pro modo culpæ Judicis arbitrio: & hæc ſententia communior eſt, & verior, quã Farinacius probat ex eo, quia in *l. Ad commentarienſem C. de cuſtodiendo Reo* expreſſè dicitur: *Ad Comentarienſem receptarum perſonarum cuſtodia, & obſervantia pertineat. nec putet hominem abjectum, atque vilem objiciendum eſſe Judici, ſi modo aliquo fuerit elapſus. Nam ipſum volumus hujuſmodi pœna conſumi, cui obnoxius docebitur fuiſſe, qui fugerit.* Ex hoc enim textu liquet, cuſtodem carceris eſſe plectendum eadem pœna, quâ plectendus erat carceratus fugiens pro ſuo delicto, & etiam docet Menochius *de arbit. q. lib. 2. caſ. 303. n. 2.* Antonius Gomez *variar. reſol. tom. 3. c. 10. & 11.*

Quamobrem ad reconciliandas ſententias Julii Clari, & Farinacii adhibenda eſt diſtinctio, & dicendum, ſententiam Clari procedere, quando fuga contingit ex levi tantùm negligentia Cuſtodis, tunc enim Judicis arbitrio eſt plectendus: & ſententiam Farinacii veram eſſe quando fuga contingit ex nimia negligentia, & incuria Cuſtodis. Qui ſi pecuniâ corruptus occaſionem dederit captivo fugendi, plures putant, eſſe tunc ultimo ſupplicio afficiendum, tametſi qui aufugit ob ſuum delictum talem pœnam non fuiſſet promeritus, & ita docet Boniſacius de Vital *in ſuo opere malef. rubric. de carcer. c. 1. n. 7.* ubi ait quòd ſi detruſus in carcerem aufugit per fraudem Cuſtodis eò quia hic occaſionem ei ded… 13

fugiendi, tunc cuſtos eſt capitali pœna plectendus, quod ſi Reus aufugerit per negligentiam Cuſtodis, tunc punitur eadem pœna, quam detruſus in carcerem fuiſſet pro ſuo delicto promeritus.

14 Quòd ſi cnſtos ſinat ſe pecuniâ corrumpi, tunc delictum eſt gravius, & pœnam meretur graviorem *l. Cicero ff. de pæn.* Farinacius verò *loc. cit. n. 8.* cenſet, Cuſtodem tunc tantùm eſſe puniendum pœna capitis, quando Reus qui aufugit merebatur talem pœnam. Quód ſi dubitetur, an Reus aufugerit ex incuria cuſtodis, vel quia clavibus adulterinis ſibi januam aperuerit, videtur tunc Cuſtos abſolvendus à culpa, quia in dubio culpa non præſumitur *l. 2. §. ſiquis caut. l. In illa ſtipulatione. §. ſi cadendis ff. de v. o.* Quinimò in dubio potiùs præſumitur diligentia Cuſtodis, quàm negligentia, *c. niſi de prabend.* quia ſicut quilibet ſupponendus eſt bonus donec probetur malus: ita cenſendus eſt diligens in ſuo officio donec contrarium oſtendatur.

15 Verùm licèt hæc regula vera ſit, fallit tamen in cuſtode carcerum, quia in dubio, an Reus aufugerit ex incuria cuſtodis, præſumitur culpa ejuſdem, ut in caſu ſimili deciditur *in l. fin. V. ſed ſi & V. ergo ſi caſu ff. de cuſtod. Reor.* Hæc tamen præſumptio contra cuſtodem carcerum tollitur per aliam contrariam præſumptionem, ſi nimirum probetur, Cuſtodem aliàs fuiſſe ſemper diligentem, & omnia ſemper obſervaſſe, quæ ſolent fideles Cuſtodes, & quòd nunquam contigerit, quòd ſua culpa detruſi in carcerem aufugerit, ſi enim hæc probentur, præſumitur etiam de præſenti fidelis cum de contrario non conſtet, immo conſtet, ipſum ſemper fuiſſe fidelem: ſiquidem ex anteactis præſumitur vita præſens *l. 3. §. penult.* unde per hanc præſumptionem tollitur alia præſumptio, quòd in dubio Reus aufugerit ex culpa cuſtodis, niſi in ſpecie probetur negligentia ejuſdem cuſtodis, quia præſumptio, & probatio ſpecialis præfertur præſumptioni, & probationi in genere, ut probat Farinacius *tom. 1. de carceribus q. 31. n. 24.*

16 Hinc ſi janua deprehendatur aperta, & Reus aufugerit, tametſi cuſtns dicat, Reum clavibus adulternis oſtium aperuiſſe, non ſtatim eſt illi fides præſtanda, quia in hoc dubio præſumitur, aufugiſſe ex culpa cnſtodis *dict. l. fin. ff. de cuſtod. Reor.* unde ipſi cuſtodi incumbit onus probandi oppoſitum. Alii autem cenſent, in hoc caſu eſſe eligendos peritos, qui medio juramento deponant, ac referant, an revers oſtium, ex quo Reus aufugit, potuerit clavi adulterina aperiri, vel alio ferreo inſtrumento, nec ne; & Judicem teneri juxta peritorum relationem tunc arbitrari: ſiquidem expertis, & in arte peritis credendum eſt in iis, quæ ad eorundem artem pertinent, præſertim ſi validas adducant rationes *l. ſemel c. de re milit.* & hæc ſententia videtur æquitati magis conſona.

16 Excuſatur etiam cuſtos carceris, ſi Reus fracto muro carceris aufugit, ut etiam quando Rei conſanguinei, vel amici talem adhibuerunt, violentiam, ut cuſtos non potuerit illis reſiſtere *l. Item quaritur §. exercitio ff. locati.* Cuſtodia ſiquidem contra vim, cui non poteſt reſiſti parum prodeſt, & violentia non eſt cuſtodi danda culpæ, ſi huic non poteſt obſiſtere.

18 Cæterum Cuſtos carceris non ſolùm tenetur diligenter cuſtodire carceres, ne Rei aufugiant, ſed etiam honeſtè, quia ſi contingeret, cuſtodem rem turpem habere cum muliere detenta in carcere, Paris de Puteo *in tract. de Synd. V. adulterium c. 1. n. 1.* cenſet, eſſe puniendum eadem pœna, quâ tutor rem turpem habet cum pupilla, quia eodem modo cuſtos carcerem tenetur diligenter, & honeſtè cuſtodire mulierem incarceratam, eamque illæſam ſervare, perinde ac tutor pupillam *l. fin. C. de cuſtod. Reor.* Pœna autem Tutoris rem habentis cum pupilla eſt deportatio cum publicatione bonorum *l unic C. ſi quis eum cujus Tutor* ut notat Julius Clarus *in pract. §. fornicatio V. pupilla.* proinde cuſtos carceris, ſi rem habeat cum fœmina in eodem detruſa punitur pœna deportationis cum bonorum confiſcatione, ut fusè probat Boerius *decis. 317. n. 1. & ſequent.* Verùm id procedit ex ſuppoſitione quòd fœmina illa in carcere detruſa, & cum qua Cnſtos Carceris rem habuit, fuerit honeſtæ vitæ, conditionis, & famæ, quia ſi erat meretrix, & cuſtos ſine vi eam cognovit, cenſent plures cum Boerio *in d. decis. 317. n. 6.* non eſſe puniendum, bene tamen ſi adhibita vi eam cognoverit, licèt pœna leviori.

19 Menochius tamen *de arbit. qq. caſ. 292. lib. 2.* cenſet, cuſtodem rem habentem cum meretrice detenta in carcere etiam ſine vi, eſſe puniendum arbitrio Judicis, & addit, quòd ſi mulier fuerit honeſtæ vitæ, & conſenſerit, adhuc cuſtodem eſſe puniendum graviori pœna, quàm ſi extra carcerem eam cognoviſſet, idque ob carceris violationem, ſi enim mulier detenta in carcere eſſet virgo, coſtos tsncretur de ſtupro, ſi uxorata de adulterio; & in utroque caſu pœna eſſet aggravanda ob violationem carceris, & eo magis, ſi violentia interceſſerit: & ſi erat meretrix punitur Cnſtos pœnâ arbitrariâ. Notat Carena *p. 1. tit. 15.* quendam cuſtodem, qui detentam mulierem in carcere ſancti officii inhoneſtè cognoverat decreto ſacræ Congregationis, & Panli V. ſuiſſe per ſeptennium condemnatum ad triremes cum perpetuo exilio à loco delicti.

Pars III.

De criminibus, ad quæ extenditur Iuriſdictio Eccleſiaſtica.

EXpendimus Eccleſiaſticam juriſdictionem & perſonas indicavimus, in quas exercetur, & diximus Eccleſiaſticos Judices non judicare niſi Chriſtianos baptizatos juxta Tridentinum *ſeſſ. 14. c. 2.* ſive hæreſin punire velint, ſive judaiſmũ, aut Paganiſmum, ſupereſt nunc inquirendum, de quibusnam delictis cognoſcere poſſint: olim enim referente Morino *de adminiſt. ſacrament. Pœnit. lib. 1. c. 9. & 10.* latiſſima fuit juriſdictio Eccleſiaſtica, adeò ut ad omnia extenderetur delicta punienda. Notat tamen Morinus, Epiſcopos juriſdictionem ſuam per plura ſæcula exercuiſſe in omnia crimina ſacramentali ratione

ratione : eò quia licèt in peccata inquirerent, teſtes audirent, cenſuris, aliiſque canonicis pœnis contra peccatores procederent, hæc tamen omnia unicè ad ipſorũ peccatorum reconciliationem tendebant, ut Epiſcopi, quæ circa crimina exercebant cum pœnitentiæ ſacramento nectcrent, & ad ipſum ſorum internum pœnitentiæ ſive antecedenter, ſive conſequenter reducerent. Cùm enim quidquid Presbyteri circa peccatores agerent, totum ad ſacramentum pœnitentiæ, & adminiſtrationem, ſeu peccatorum curationem directè, vel indirectè pertineret; Eccleſiaſtica juriſdictio in id unicè collimabat, ut criminum maculas eluerer, & à reliquo populo ſcandala averteret : neque forum externum contentioſum à ſoro interno disjungebatur, licèt hodie plura crimina à ſoro interno, ſeu ſacramentali ſubtrahantur, cum enim ſæculo duodecimo ſcholaſticæ Theolngiæ ſundamenta jacerentur, cœpit forum pœnitentiale in praxi ſeparari à judiciali, adeò ut de aliquibus delictis in foro tantùm externo, & contentioſo judicaretur, & de aliis in interno. Hinc Innocentius III. *in c. 13. de judic.* reſcribit ad Archiepiſcopns, & Epiſcopos Galliæ : *Non intendimus judicare de feudo, cujus ad Regem ſpectat judicium, niſi forte juri communi per ſpeciale privilegium, vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit detractum, ſed decernere de peccato, cujus ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura.* Cùm igitur forum externum ſejunctum fuerit ab interno, ſupereſt inquirendum, quænam ſint delicta, ad quæ juriſdictio Eccleſiaſtica hodie extenditur etiam extra forum internum.

§. I.

De crimine hæreſis, deque requiſitis, ut ſit quis formaliter hæreticus.

1 QUamvis delicta, ad quæ Eccleſiaſtica, ſeu Inquiſitorum juriſdictio extenditur, plura ſint, præcipuum tamen ac principale eſt hæreſis, & illa omnia, quæ hæreſin ſapiunt ; ita tamen, ut dum Inquiſitores cognoſcunt de hæreſi, poſſint etiam cognoſcere de connexis, & incidentibus, ut notat Pegna. *p. 3. comment. 13.* & ratio deſumitur ex *c. Nulli. c. de judic.* cui enim conceditur cauſa Principalis, conceduntur etiam connexa, incidentia, & emergentia ex illa, ut docet Menochius *de arbit. lib. 1. q. 45. n. 9.* Notat tamen Decianus *lib. 5. c. 23. n.* 13. Inquiſitores ſancti officii utpote habentes juriſdictionem limitatam non poſſe cognoſcere de emergentibus, & dependentibus, ſi hæreſin immediatè non tangant.

2 Definitur autem hæreſis, ut ſit *Error intellectûs voluntarius ex electione, & pertinacia contra aliquam ſententiam fidei,* adeò ut ille ſit verè hæreticus, qui voluntariè credit aliquid fidei catholicæ contrarium, idque pertinaciter. Dicitur *error* ſeu aſſenſus falſus intellectûs, quia ſicut actus fidei in intellectu conſumatur, cum ſit aſſenſus rationis verus, & certus, licèt obſcurus ; ita etiam error fidei contrarius intellectu completur : additur *voluntarius* quia ſicut aſſenſus fidei oritur ex pio voluntatis affectu ; ita etiam hæreſis eſt aſſenſus rationis contra fidem ex voluntatis electione profectus : hinc hæreſis græcè dicitur quaſi electio, optio, & ſecta, quæ hæreticos à catholicis, quibus eſt ſumma in fide, & religione concordia, disjungit, & ſegregat. Hinc fit, ut aſſenſus contra fidem, ſi deliberatione careat, non ſit hæreſis, cujusmodi ſunt illi in intellectu motus, qui ſubitò contra fidem irrepunt : adduntur aliæ particulæ, *Ex electione pertinaci* ; quia hæreſis non eſt, niſi quando quia in fide ſcienter errat : proinde oritur, & dependet ex electione voluntatis cum certa ſcientia in eo ſita, ut is, qui errat, ſciat Eccleſiam contrarium ſentire.

3 Non enim pertinacia requiſita ad hæreſin ſignificat certam aliquam temporis durationem, & moram, ut putat *Sylveſter V. hæreſis 1. q. 2. V. ſciendum eſt*, quia uno momento temporis poteſt quis eſſe ſimpliciter hæreticus; ſed ſignificat electionem voluntaris cum certa notitia illius, quod credit, & ſentit Eccleſia, quoad materiam fidei; & in eo conſiſtit, ut quis voluntariè, & ſciens reſiſtat doctrinæ, quæ credenda de fide ab Eccleſia proponitur, & nolit ſuum judicium authoritati Eccleſiæ ſubjicere, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 11. art. 3.* Cajetanus *in ſum. V. hæreſis* Symancha *de cathol. inſtit. tit. 49. n. 7.* Sanctus Antoninus *p. 2. tit* 12 *c. 5.* Idque ab extrinſeco probatur. *ex c. ad abolendum in princ. de hæret. & extravag* Joannis XII. *cum inter de V. S. c. damnamus de ſumma Trinit. & ex Clement. unic eod* ibi : *Hæreticus eſt ille, qui deinceps aſſerere, defendere, ſeu tenere præſumpſerit, quòd anima rationalis non ſit forma corporis humani.* Præſumptio autem non eſt ſine pertinacia. Ratio itidem eſt, quia ſicut qui vult Judicem ſuum judicio Eccleſiæ ſubjicere, non eſt hæreticus, ita è contrario ſenſu ille eſt hæreticus, & pertinax, qui non vult judicium ſuum judicio Eccleſiæ ſubjicere.

4 Tum quia ſicut fides conſiſtit in eo, quòd quis captivet intellectum ſuum in obſequium Dei, qui per Eccleſiam ordinariè proponit, quod eſt de fide credendum; in hoc enim formaliter, & intrinſecè conſiſtit pertinacia, quæ propriè ſignificat voluntaris electionem cum certa notitia illius, quod credit, & ſentit Eccleſia. Tum quia paratus obedire Eccleſiæ, eo ipſo Eccleſiam in in proponendis rebus fidei errare non poſſe arbitratur, eique res fidei proponenti de facto ſubjicitur, proinde non poteſt eſſe hæreticus, quia ut talis debet eſſe pertinax, pertinacia, quæ in materia fidei in eo conſiſtit, ut homo nolit obedire Eccleſiæ res fidei proponenti, & doctrinam catholicam tradenti, ac docenti.

6 Tnm quia qui errat in rebus fidei, ſed tamen paratus eſt, ſi Eccleſia aliter judicaverit, talem errorem deponere, non eſt hæretieus, ut docet D. Thomas *1. p. q. 32. art. 4.* hinc pertinacia quoad materiam fidei, in eo propriè conſiſtit, ut quis voluntariè reſiſtat doctrinæ, quam ſcit Eccleſiam Catholicam docere, proponere, ac credere de fide : ſufficit enim ad pertinaciam, ut quis ſciens aliquid eſſe de fide, & doceri ab Eccleſia deliberatè illud non credat, ſeu qui ſciens ſuam opinionem eſſe contra ſenſum Eccleſiæ

catho-

catholicæ, neglectâ tamen authoritate Eccleſiæ adhuc perſiſtat in ſua opinione, quia ſicut ut quis poſſit habere actum fidei, requiritur & ſufficit, ut ipſi proponatur, quod eſt de fide credendum, & ut ipſius intellectus eidem aſſentiatur: ita ad habendum actum hæreſis requiritur, & ſufficit, uc ipſi proponatur, quod eſt de de fide credendum, & ipſius intellectus ei non aſſentiatur, ſed contradicat.

5 Ceterùm adduntur poſtremæ particulæ: *Contra aliquam ſententiam fidei*, quia error in aliis rebus non eſt hæreſis, poteſt enim quis errare circa plura naturalia, quin ſit hæreticus

6 Hinc ut quis propriè, & formaliter ſit hæreticus plura requiruntur. Primò ut ſit ſacri baptiſmi fonte ablutus, fueritque fidem catholicam in ipſa baptiſmi ſuſceptione profeſſus: & defectu hujus conditionis licèt Averroes, & alii hujus furfuris homines nequam plures contra fidem errores tradiderint, non tamen propriè fuerunt hæretici. Secundò, ut quis voluntariè, & pertinaciter erret in fide, hinc habetur illud Auguſtini quod refertur *ex epiſtola* 162. *Errare quidem potero, ſed hæreticus non ero.* Tertiò ut aliquam fidei ſententiam credat, & aliquam neget, ſcilicet non ex toto omnem fidei ſententiam neget: quia is non eſſet hæreticus, ſed apoſtata, quia à fide totaliter recederet. Quartò ut contra fidem mente, & intellectu erret, quia ſi tantùm ore tenus, & ſolo ſermone non verò mente, & intellectu erraret propriè hæreticus non eſſet.

7 Valdè tamê probabile eſt, ad hoc, ut quis ſit hæreticus, non requiri quòd fidem Chriſtianam fuerit profeſſus in ſuſceptione baptiſmi, adeò ut catechumenus qui antequam baptizaretur, omnes credit articulos fidei, ſi poſtea unum, vel alterum non ampliùs credat, incidat in hæreſin, & ſit propriè hæreticus, tametſi baptiſmum nondum ſuſceperit; quia propriè hæreticus eſt, qui ſub nomine Chriſtiano, & retinendo Chriſti confeſſionem in fide Chriſti falſa dogmata ſequitur, ejúſque fidem corrumpit, ut docet D. Auguſtinus. *lib.* 18. *de civitat. c.* 51. atqui catechumenus poteſt ſub nomine Chriſtiano, & retinendo Chriſti confeſſionem in ejus fide falſa dogmata ſequi, & ejus fidem corrumpere. Tum quia Catechumenus quamvis nondum baptizatus credit in Chriſtum, cui eſt unitus per fidem, & poteſt per baptiſmum flaminis, vel ſanguinis ſalvari, & cum exterius etiam baptiſmum petat, Chriſtum confitetur: proinde propriè eſt à fide fidelis, & per receſſum infidelis, ſed non Judæus, nec Paganus, nec Apoſtata cum non deficiat totalitèr à fide, ſed in uno tantùm, vel altero articulo, proinde ſupereſt, ut ſit tantùm hæreticus.

8 Sunt tamen qui cenſent, Catechumenum negantem unum, vel alterum articulum fidei, quem antea credebat non eſſe hæreticum, idque defectu baptiſmi nondum ſuſcepti, quia D. Thomas 2. 2. *q.* 10 *art.* 5. *docet.* eum eſſe hæreticum, qui à fide in veritate. (ſeu ut ipſi explicant in baptiſmo) ſuſcepta recedit. Verùm poſſet reſponderi, D Thomam per fidem in veritate ſuſceptam non intelligere fidem ſuſceptam in baptiſmo; ſed in veritate, ſcilicet non in umbra, & figura: idque colligitur ex eo, quòd D. Thomas ibi aſſerat diſcrimen inter hæreticum, & Judæum, eò quia hæreticus recedat à fide ſuſcepta in manifeſtatione, & exhibitione veritatis; Judæus verò recedat à fide ſuſcepta tantùm in umbra, & figura. Cæterùm licèt Catechumenus deficiens à fide ante baptiſmum ſit propriè hæreticus, non tamen incurrit excommunicationem, nec alias cenſuras, & pœnas Eccleſiæ contra hæreticos latas, ut notat Symancha *de cathol. inſtit. tit.* 31. *n.* 6. quia baptiſmus eſt janua, per quam homines ingrediuntur viſibilem Chriſti Eccleſiam, adeo ut character baptiſmalis ſit, per quem homines ſubjiciuntur juriſdictioni Eccleſiæ; proinde non habentes characterem baptiſmalem non ſubjiciuntor Eccleſiæ, nec poſſunt ab illa puniri, defectu juriſdictionis. Tum quia licèt Catechumenus fuerit in fide inſtructus, non tamen ſe obligavit, nec promiſit ſe amplexurum chriſtianam Religionem, proinde ob Chriſti fidem ita inchoatam Eccleſia non acquirit in illum juriſdictionem: hinc Catechumenus ſi velit redire ad judaiſmum, vel Paganiſmum ſicut non poteſt ab Eccleſia compelli, ut non revertatur, ita neque cogi poteſt ad ſuſcipiendum baptiſmum: ex quo liquet, Eccleſiam non acquirere juriſdictionem in Catechumenum nondum baptizatum, alioquin poſſet illum compellere; & ſine juriſdictione non poteſt eum punire. Tum quia licèt cœperit in Chriſtũ interius, imò etiam exterius credere, ſi tamen nondum petiit baptiſmum, non poteſt compelli ad illum petendum, neque poteſt ab Eccleſia puniri, ſi à fide recedat, unde quamvis Catechumenus petierit baptiſmum, non poteſt cogi ad illum ſuſcipiendum, nec poteſt puniri, ſi nolit credere eos fidei articulos, quos antea crediderat; idque defectu baptiſmi, ratione cujus tantùm ſubjiciuntur fideles juriſdictioni Eccleſiæ: adeò ut Inquiſitores volentes in aliquem procedere ob crimen hæreſis priùs inquirant, an ille fuerit baptizatus: quia tantùm ratione baptiſmi Eccleſia acquirit juriſdictionem in homines.

Verùm poſſet in contrarium objici, quia catechumeni habentur ut membra Eccleſiæ, & ſunt in Ecleſia, proinde poteſt hæc ſi à fide deficiant eos punire cenſuris, aliiſque pœnis ſtatutis contra hæreticos: quòd verò catechumeni ſint in Eccleſia, fatetur D. Auguſtinus *tract. 4. in Joannem*, & etiam habetur in *c. veniens de Presbytero non baptizato*, ubi apertè dicitur, quòd fiat membrum Chriſti non ſolùm per Sacramentum, verùm etiam per fidei ſacramentum. 9 Sed contra qui ex citatis textibus tantùm ſequitur, Catechumenos eſſe membra Eccleſiæ, & in Eccleſia voto, & deſiderio, ſeo quoad affectum tantùm, non verò quoad effectum, & in re; ratio eſt, quia nondum per baptiſmum, qui eſt janua ad Eccleſiam ingreſſi ſunt in Eccleſiam. Tum qoia ille tantùm dicitur membrum Eccleſiæ viſibilis, qui eidem eſt conjunctus per ſignum viſibile, ſeu per baptiſmum inſtitutum à Chriſto, & Catechumeni, cum nondum baptiſmum ſuſceperint, non ſunt ita Eccleſiæ conjuncti. Præterea qui eſt membrum Eccleſiæ viſibilis per ſignum viſibile habet jus ad ſacramenta Ec-

cleſiæ, & ad alia, quæ ſunt communia inter membra Ecclaſiæ, ſeu fideles: Catechumenus autem nullum habat jus ad ſacramenta Eccleſiæ, cujus propterea dici poteſt eſſe membrum tantum quoad affectũ, non verò quoad effectum, & in re.

10 Dices, Catechumenos poſſe ſalvari, eò quia poſſint habere fidem, charitatem, & alias virtutes, conſequenter eſſe membra Ecclaſiæ quoad effectum; eò quia nemo poſſit ſalutem conſequi extra Eccleſiam, ut habetur in Concilio Lateranenſi *c. 1.* ibi: *Una eſt fidelium univerſalis Eccleſia, extra quam nullus poteſt ſalvari.* Sed contra, quia inde tantùm ſequitur, eſſe in Eccleſia voto, & deſiderio, & quoad affectum, non in re: ut autem quis poſſit ſalvari ſufficit, ſi ſit in Eccleſia in voto, & quoad affectum, quia poteſt quis ſalvari per baptiſmum flaminis, ſeu per baptiſmum in voto, & deſiderio. Præterea licèt Catechumeni ſint membra Chriſti per fidem, non tamen inde ſequitur, eſſe etiam membra Eccleſiæ: ratio diſcriminis eſt, quia Catechumeni ſunt membra Chriſti per fidem internam, & inviſibilem; ut autem ſint membra Eccleſiæ viſibilis debent eidem uniri per ſignũ viſibile, ſeu per baptiſmum: unde quamdiu quis nondum eſt baptizatus non eſt membrum viſibile Eccleſiæ.

11 Quòd ſi quis ſuſceperit quidem baptiſmum, ſed invalidè, & ex defectu materiæ, vel formæ, aut Miniſtri intentionis eſſentialis; ſi à fide poſtea recedat, is propriè dicendus eſt hæreticus, idque deſumitur ex nonnullis Conciliis, & SS. Patribus aſſerentibus, aliquos hæreticos, ſi convertantur ad fidem catholicam eſſe baptizandos: argo quia fuerunt quidem baptizati, ſed baptiſmo invalido defectu materiæ, vel formæ, aut Miniſtri intentionis eſſentialis, & in Concilio Niceno *c. 19.* ita invalidè baptizati vocantur hæretici, & jubentur baptizari, qui ex hæreſi Pauli Samoſateni revertuntur ad fidem catholicã; cujus canonis meminit etiam Auguſtinus *hæreſ. 49.* ubi aſſerit etiam Paulianus eſſe baptizandos in Eccelſia catholica: tum quia etiam in Synodo Generali *can. 5.* ſtatuitur, ut aliqui hæretici, ſi revertantur ad fidem catholicam, debeant rebaptizari: & ita invalidè baptizati vocantur etiam hæretici à S. Auguſtino *lib. de unic. baptiſmo* contra Donaſtias *c. 3.* & ab aliis ſanctis Patribus: non tamen ita invalidè baptizati poſſunt ab Eccleſia puniri, quia hæc nullam in ipſos juriſdictionem acquiſtvit. Hinc Apoſtolus 1. *ad Corinth. 5.* ait: *de his, qui foris ſunt nihil ad nos*, quia Eccleſia non acquirit juriſdictionem in homines niſi per baptiſmum, & characterem baptiſmalem, & baptiſmus eo ipſo quòd eſt invalidus, non eſt baptiſmus, nec per ipſum imprimitur character baptiſmalis, proinde Eccleſia in eos, qui invalidè baptizantur, non acquirit juriſdictionem.

12 Poſſet tamen dubitari, an poſſit quis eſſe verè, ſeu propriè hæreticus, quamvis nunquam fuerit actù fidelis, ſeu non fuerit actualiter, & per ſe proteſtatus fidem catholicam. Reſpondetur affirmative; quia plures baptizantur in infantia, in qua nondum poſſunt per ſe ipſos proteſtari fidem, qui poſtea vivunt inter hæreticos, & ſequuntur eorum errores; adeo ut ſi ipſis poſtea fides catholica ſufficienter proponatur, non tamen eam amplectuntur, & incipiunt eſſe hæretici, adeò ut contrahant etiam pœnas latas contra hæreticos: ex quo liquet, poſſe aliquem propriè aſſe hæreticum, quamvis nunquam fuerit per ſe ipſum fidem proteſtatus. Tum quia taliter baptizati, & aducati in erroribus hæreticorum, non ſunt fideles ob errores, quibus adhærent, & quia fidem catholicam iiſdem ſufficienter propoſitam non amplectuntur: ſed non ſunt Pagani, neque Judæi: ergo ſunt hæretici. Tum quia per Germaniam pluries contingit, ut quis ab infantia baptizetur, & poſtea ab hæreticis inſtruatur, & nunquam verum baptiſmum, nec habitum fidei infuſum ob defectum matariæ, vel formæ, aut intentionis eſſentialis raceperit; & nihilominus, is poſtea utens rationa Chriſtum profitetur, & credit, licèt non fide divina, ſed humana ob aliquos errores, quos contra fidem hauſit ab Inſtructoribus, & cum non ſit Paganus, nec Judæus, eſt hæreticus, quia ut ait Auguſtinus *de civit. lib. 18. c. 51.* hæretici ſunt, qui ſub nomine Chriſtiano à vera fide recedunt, hinc ut quis dicatur hæreticus, ſufficit, ſi Chriſtum credat, vel crediderit, & eidem poſtea ſufficienter proponatur aliquis articulus fidei, de quo priùs notitiam non habuerit, & tenaatur illum credere, quem ſi non credit, ſit propriè hæreticus.

An verò ignorantia vincibilis craſſa, & af-
fectata poſſit cohærere cum peccato hæreſis 13
Sotus *in 4. diſt. 22. q. art. 3.* ſimpliciter affirmat, ſed Sayrus *lib. 3. c. 4. n. 15.* id limitat ad ignorantiam craſſam, quæ faciliimè ſuperari poſſit, quia hujuſmodi ignorantia æquiparatur ſcientiæ. Alii verò cum Corduba *lib. 1. q. 17. §. 17.* id limitant ad ſolam ignorantiam affectatam, adeò ut cum hac ſola ignorantia, & non cum alia conſiſtat hæreſis, & nituntur ea rationa, quia ſic affectantes ignorare, affectant errara, & qui affectat errare, affectat Eccleſiæ contradicere, cui propterea pertinaciter ſe opponit, adeòque eſt hæreticus: hinc ignorantia affectata dicitur peccatum aggravare, non minuere: & in omni æquivalere ſcientiæ. Putârim tamen cum Suarez *diſput. 19. ſect. 3. n. 9. & ſequent.* Farinac. *de hæreſ. q. 179. n. 29. & ſequent.* cum ignorantia affectata, quæ ſit cauſa erroris non cohærere hæreſim; adeò ut, quælibet ignorantia, quæ ſit cauſa erroris, excuſet à peccato hæreſis, pro quo ſtatuta ſunt jure Eccleſiaſtico cenſuræ, & pœnæ. Ratio videtur eſſe, quia repugnat, aliquem voluntariè contradicere authoritati Eccleſiæ, niſi cognoſcat, Eccleſiam ſibi eſſe contrariam: ſeu niſi ſciat, propriam ſuam opinionem eſſe contrariam doctrinæ Eccleſiæ: in hoc enim propriè conſiſtit pertinacia eſſentialiter requiſita ad hæreſin, ut qui ſciens aliquid eſſe de fide, deliberatè, & voluntariè illud non vult credere, ſeu ut quis ſciens ſuam opinionem eſſe contra ſenſum Eccleſiæ catholicæ, adhuc neglecta authoritate Eccleſiæ perſiſtit in ſua opine: atqui cum ignorantia affectatâ, quæ ſit cauſa erroris non cohæret hæc cognitio, proinde nec pertinacia ſine qua non habetur hæreſis. Tũ quia

ſi quis

ſi quis habeat voluntatem mutandi propriam ſententiam, cum primùm noverit, eam adverſari definitioni Eccleſiæ, non poteſt dici pertinax in ſuo errore, cum paratus ſit emendari: atqui cum ignorantia affectata poteſt haberi hæc voluntas: poteſt enim quis affectare neſcire, quod docet Eccleſia, ne cogatur aliud ſentire, proinde affectare ignorantiam, quæ non obſtat, ſed potius includit voluntatem obediendi eccleſiæ, quoties hæc rem illi clarè propoſuerit.

14 Hinc falſum eſt, quod dicebatur in oppoſitum, affectantem ignorare, affectare errare, quia non affectat errare directè, ſed tantùm indirectè, quatenus error ſequitur ex omiſſione obligationis ſciendi, quæ ab Eccleſia proponuntur credenda: ex hoc autem affectu erroris indirectè non ſequitur, eum affectare contradicere Eccleſiæ formaliter, ſed tantùm materialiter; hæreſis autem ſtat cum ſola contradictione formali. Hinc ad aliud quod addebatur de ignorantia affectata augente gravitatem peccati in ſua ſpecie, reſpondetur, id verum eſſe de augmento intra eandem ſpeciem peccati; non verò quòd transferat peccatū de propria ſpecie ad aliam ſpeciem hæreſis, quia ignorantia affectata relinquit ſemper peccatum in ſpecie erroris contrarii obligationi ſciendi ea, quæ ab Eccleſia proponuntur, ut credenda fide divina.

15 Cæterum ſi quis affectaret ignorantiam ex eo, quod parvi penderet authoritatem eccleſiæ, utique committeret hæreſin, non tamen in errore procedente ex ignorantia affectata, ſed in errore voluntario procedente ex ſcientia, quâ parvi penderet authoritatem Eccleſiæ: talis enim contemptus, eſt hæreſis: quia contemnens authoritatem Eccleſiæ, negat infallibilem authoritatem ejuſdem, adeò ut talis contemptus ſit negatio infallibilis authoritatis Eccleſiæ, quæ negatio propriè eſt hæreſis, & hoc etiam procedit, quando quis errat ex affectu liberius errandi: ſi enim ſcit ſe errare, ſcire tenetur, aſſenſum ſuum eſſe Eccleſiæ contrarium; & ſic ceſſat ignorantia, & ſuccedit ſcientia: ſin autem ignorat, ſe errare, & ita eſt affectus errori, ut quamvis ſciret, Eccleſiam docere contrarium, adhuc vellet manere in ſua opinione, & errore, adhuc committeret hæreſin, quia tunc nollet credere iis, quæ ab Eccleſia proponuntur credenda: ſin autem haberet voluntatem relinquendi errorem, eo ipſo quòd cognoſceret, eſſe Eccleſiæ contrarium, tunc non haberetur, ut pertinax, conſequenter nec ut hæreticus, quia ſine pertinacia non habetur hæreſis.

16 Poſſet tamen in contrarium objici, quia ignorantia vincibilis etiam non craſſa, vel affectata non excuſat in furto, homicidio, aliiſque delictis ſive contra iuſtitiam, ſive contra charitatem, vel honeſtatem: ergo neque excuſabit à peccato hæreſis. Tum quia qui vincibiliter, & culpabiliter ignorat, peccat contra fidem, proinde vel in paganiſmo, vel judaiſmo, vel hæreſi, cum non ſint aliæ ſpecies infidelitatis. Tum quia peccatum ex ignorantia, & ex malitia eſt ejuſdem ſpeciei: ſiquidem ſpecies deſumitur ex objecto, non ex modo: atqui error contra fidem ex malitia eſt peccatum hæreſis, proinde etiam error contra fidem ex ignorantia culpabili eſt peccatum hæreſis. Sed contra, negatur conſequentia, & ratio diſcriminis ex eo petitur, quia in materia juſtitiæ, charitatis, vel honeſtatis, ignorantia non excuſat à peccato proprio contra illas virtutes; quia ignorantia non mutat objectum peccati, ſed tantùm modum agendi magis, vel minus voluntarium; ſecus in materia fidei ignorantia, vel ſcientia mutat objectum: ratio eſt, quia cum objectum fidei ſit divina revelatio ab Eccleſia propoſita: & hæc revelatio occultetur in errore commiſſo ex ignorantia etiam affectata; nequit tunc error commiſſus contradicere tali revelationi ignoratæ, conſequenter nequit habere oppoſitionem cum fide, cum non habeat oppoſitionem cum ejus objecto.

Hinc error ſic commiſſus non eſt peccatum directè contra fidem; ſed contra obligationem ſciendi res fidei, proinde non opponitur directè fidei, ſed obligationi credendi, quæ ſunt fidei: ſiquidem tota ejus malitia non tam in errore poſitivo, quam in deffectu illius obligationis, ex quo talis error oritur, conſiſtit. In foro tamen externo, ſi erratis in fide allegaret, ſe errare ex ignorantia, ei non crederetur, ſi error commiſſus eſſet in iis, quæ ex officio tenetur quis ſcire, vel quæ paſſim, & communiter cæteri homines ejuſdem qualitatis ſciunt. Hinc ſi Epiſcopus, vel alius vir doctus erraret in articulis Fidei, non præſumeretur errare ex ignorantia, ſed ex malitia, ut docent Farinac. *de heres. q.* 179. *n.* 27. Pegna 1. *p. q.* 7. *comment.* 32. Decianus *in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 37 *n.* 15. 17

Quamobrem ut quis propriè ſit hæreticus requiritur, ut ex ſcientia erret circa fidem, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 32. *art.* 4. & 2. 2. *q.* 11. *art.* 2. *ad* 3. & communiter Canoniſtæ Covarruvias *lib.* 3. *variar. c.* 1. *in princ.* Navarrus *in ſum. c.* 11. *n.* 22. Julius Clarus *in* §. *hereſis n.* 2. Symanch. *de cathol. inſtit. tit.* 32. *n.* 10. Ratio deſumitur ex eo, quia ad hæreſin formalem requiritur pertinacia: atqui pertinax non eſt, ut docet Iſidorus *lib.* 10. *ethymolog. c.* 15. niſi quis impudenter ſit tenax: ſed non dicitur impudenter tenax, qui paratum ſe exhibet corrigi ab Eccleſia, & mutare ſententiam: ſed qui ex ignorantia craſſa, & ſupina, quæ tunc habetur, quando quis non ex induſtria, & propoſito, ſed tantùm ex vincibili, ſeu culpabili negligentia quadam magna, ea ignorat, quæ poteſt, & tenetur ſcire; licet erret circa fidem, implicitè tamen tenet, quidquid tenet Eccleſia; proinde ſtante tali ignorantia etiam craſſa, & ſupina non eſt quis propriè hæreticus, eò quia ad hæreſim requiritur pertinacia, ut quis ſciens ſuā opinionem eſſe contra ſenſum Eccleſiæ catholicæ, neglecta tamen authoritate Eccleſiæ perſiſtit in ſua opinione: hinc de ratione hæreſis eſt, ut ſciatur, Eccleſiam determinaſſe aliquid eſſe de fide credendum, & contrarium adhuc credatur; alioquin ſi non ſciatur, quòd Eccleſia determinaverit, aliquid eſſe de fide credendum, credens contrarium non eſt pertinax: atqui ignorantia etiam craſſa, & ſupina tollit talem ſcientiam 18

entiam, conſequenter etiam pertinaciam, & hæreſin. Tum quia ſi affectus tali ignorantiâ graſſâ, & ſupina ſciret quid teneat Eccleſia, paratus eſſet, errorem ſuum deponere; unde ſtante hac voluntate parendi Eccleſiæ, & credendi, quæ ipſa docet de fide credenda, tantùm abeſt, quòd deliberatè nolit credere, ut potiùs implicitè credat, quidquid tenet Eccleſia, proinde non eſt propriè & formaliter hæreticus, & deſumitur etiam *ex c. Dixit Apoſtolus 24. q. 3.* ubi dicitur, eos, qui à parentibus decipiuntur, ita errant contra fidem, ut parati ſint corrigi, ſi edocti fuerint ab Eccleſia, & credere, quæ ipſa proponit credenda, hæreticos non eſſe.

19 Quòd verò ignorantia etiam affectata excuſet etiam à formali hæreſi, docet Suarez *de fide diſput. 19. ſect. 3. n. 8.* Maſcardus *de probat. lib. 2. concluſ. 879.* Coſta *de factis ſcientia, & ignorant. inſpect. 81.* Eſt autem ignorantia affectata, quâ quis ex induſtria, & propoſito vult aliquid ignorare, ut in caſu noſtro, ſi quis ex induſtria, & propoſito nolit adhibere diligentiam in inquirendo, quid doceat Eccleſia, idque ut parcat labori in aſſequenda veritate fidei catholicæ, vel etiam ut poſſit liberiùs perſiſtere in ſua ſententia. Ratio etiam petitur ex eo, quia affectus hâc ignorantia affectata, adhuc ſupponitur habere voluntatem obediendi Eccleſiæ, & credendi omnea fidei articulos, quos ipſa Eccleſia proponit credendos, adeò ut paratus ſit credere omnia, quæ in Eccleſia ſunt credenda; atqui cum hac voluntate non ſtat pertinacia, conſequenter neque hæreſis, quia licèt nolit adhibere diligentiam in inquirendo, quid Eccleſia doceat, vel ad declinandum laborem, vel ad perſiſtendum in ſua ſententia; non tamen ſupponitur in ipſo pertinacia, quia hæc exigit, ut quis ſciens ſuam opinionem eſſe contra ſenſum Eccleſiæ catholicæ, adhuc neglectâ authoritate Eccleſiæ, velit perſiſtere in ſua opinione. Et cum ignorantia affectata non ſupponitur ſtare ſcientia alicujus articuli fidei, cui affectatè ignorans adverſetur.

20 Tum quia habens ignorantiam affectatam alicujus articuli fidei vult ignorare, quod Eccleſia docet, eò quia nolit Eccleſiæ diſſentire, proinde cum ſit paratus obedire Eccleſiæ, non eſt propriè hæreticus: quia cum tali ignorantia affectata eſt ita diſpoſitus, ut ſi talis articulus fidei ab Eccleſia ei proponeretur, eum crederet, ac vellet ſentire cum Eccleſia: proinde ob talem ignorantiam affectatam excuſatur ab hæreſi: quia ignorantia affectata tollit pertinaciam, quæ neceſſariò requiritur ad hæreſin formalem. Tum quia affectatè ignorans, credit alios articulos fidei, & etiam credit, quòd quando Eccleſia definit aliquid de fide non poſſit errare; proinde non eſt propriè hæreticus, quia hæretici putant, Eccleſiam in definiendis rebus fidei poſſe errare.

21 Secus ſi cum ignorantia, ſive affectata, ſive non, eſſet quis ita affectus ſuæ opinioni, ut tametſi ſciret, Eccleſiam catholicam aliter docere, adhuc vellet propriæ opinioni adhærere, & illam non mutare, tunc non excuſaretur ab hæreſi, quia verè eſſet pertinax ob voluntatem quam habet reſiſtendi Eccleſiæ aliter docenti, & quia detrectat judicium ſuum privatum ſubjicere authoritati Eccleſiæ, & nolit cognoſcere in Eccleſia infallibilem authoritatem in definiendis, declarandis, ac proponendis rebus fidei. Hinc ſi quis credat aliquid verum, ſed ſit ita paratus perſiſtere in ſua opinione, ut quamvis Eccleſia aliter doceret, adhuc vellet perſiſtere in ſua opinione, eſſet propriè hæreticus ob illam ſuam pertinaciam: imò neque excuſat ab hæreſi ignorantia affectata, ſi hæc oriatur ex falſa opinione contra Eccleſiam, ſcilicet quia habens ignorantiam exiſtimet parvi momenti eſſe, quæ eccleſia ad credendum proponit, & in hoc ſenſu vera eſt ſententia plurium docentium ignorantiam affectatam non excuſare ab hæreſi.

Neque obſtat, quòd habens hanc ignorantiam non advertat ſe ſentire contra Eccleſiã, quod in materia fidei requiritur ad pertinaciam. Nam contra eſt, quia licèt, non advertat, ſe contra Eccleſiã in aliquo particulari articulo ſentire; advertit tamen ſe ſentire contra Eccleſiam in communi: ſiquidem advertit, ſe parvi facere quæ ab Eccleſia proponuntur ad credendum, quod ſufficit ad pertinaciam; conſequenter ad inducendam hæreſin formalem.

Verùm contra id, quod diximus, ignorantiam affectatam excuſare ab incurrenda hæreſi formali, poſſet objici: quia ignorantia affectata eſt culpabilis & ignorantia culpabilis non excuſat ab aliis peccatis: ſiquidem furtum, ſacrilegium, homicidium, & alia peccata ſemper ſunt talia peccata; ſive fiant ex ſcientia, ſive ex ignorantia etiam culpabili: ergo neq; excuſabit ab hæreſi: quia error circa fidem ſemper eſt peccatum hæreſis, ſive fiat ſcienter, ſive ignoranter, dummodo ignorantia ſit culpabilis. Sed contra, negatur conſequentia, & ratio diſcriminis petitur ex eo, quia de eſſentia hæreſis formalis eſt pertinacia: & nemo in rebus fidei eſt pertinax, niſi ſciat, & advertat, ſe ſentire contra Eccleſiam: quapropter, qui hoc non advertit, ſed ignorat, non eſt pertinax, proinde neque eſt propriè hæreticus: ſecus pertinacia non eſt de ratione & eſſentia furti, ſacrilegii, homicidii, & aliorum peccatorum: quo fit, ut cum committuntur alia peccata, non requiratur in peccante, ut advertat, ſe delinquere contra legem Dei; ſed ſufficiat, ſi advertat, vel poſſit, ac debeat advertere, & culpabiliter non advertat, ſe agere contra legem. 22

Si dicas, eum, qui errat contra fidem, committere peccatum, quod adverſatur fidei; atqui ad malitiam peccati ſufficit ignorantia culpabilis præſertim ſi fuerit affectata; ergo etiam ad peccatum hæreſis videtur ſufficere ignorantia culpabilis. Contra negatur conſequentia; & ratio diſcriminis etiam petitur ex eo, quia error circa materiam fidei ex ignorantia culpabili, & hæreſis in eo differunt; quia error circa materiam fidei ex ignorantia culpabili non opponitur directè authoritati Eccleſiæ, ſed opponitur directè tantùm ipſi obligationi ſciendi articulos fidei; ſecus hæreſis opponitur directè au- 23

thori-

authoritati Eccleſiæ, proinde ille error non eſt propriè infidelitas, neque hæreſis. Præterea quia ille error non excludit fidem, quia habens talem errorem adhuc ſupponitur paratus parêre Eccleſiæ, & velle credere, quæ Eccleſia proponit de fide credenda; & hanc voluntatem hæreſis excludit. Tum quia ille error eſt peccatum omiſſionis, quatenus errans omittit diligentiam in inquirendo veritatem: hæreſis autem eſt peccatum commiſſionis. Hinc liquet diſcrimen inter errorem circa res fidei, & hæreſin formaliter.

25 Si dicas, poſſe aliquem eſſe Judæum, vel Paganum, ſi ex ignorantia culpabili erret circa fidem catholicam; conſequenter ad hoc ut aliquis ſit hæreticus, ſufficere, ſi error ex ignorantia culpabili ſit contra aliquẽ ſpecialem fidei articulũ. Contra eſt, negatur conſequentia, & ratio diſcriminis ex eo petitur, quia infidelitas privativa poteſt eſſe ſine pertinacia per ſolam carentiam totius fidei; ſecus infidelitas poſitiva, quæ adverſatur fidei, qualis eſt hæreſis, ſemper exigit pertinaciam, quæ non reperitur in eo, qui licèt culpabiliter erret circa fidem, eò quia non adhibeat ſufficientem diligentiam in inquirendo, quæ ſunt fide credenda; ſi alioquin paratus ſit deponere ſuum errorem, ſi ſciverit, quæ ſint credenda fide divina; quia tunc directè tantùm intendit non adhibere diligentiam, proinde intendit aliquod negativum, non verò intendit adverſari alicui articulo fidei, & non credere, quæ ſunt credenda; licèt id ſequatur indirectè ex non adhibita ſufficienti diligentia.

26 Si inſtes, voluntarium directum, & indirectum non conſtituere diverſitatem ſpecificam, & errorem oppoſitum fidei directè eſſe formaliter hæreſim; conſequenter etiam errorem indirectè oppoſitum fidei eſſe hæreſim, & in hoc errore includi neceſſariò ignorantiam culpabilem, proinde errantem ex tali ignorantia in fide eſſe formaliter hæreticum. Contra eſt, diſtinguitur antecedens, voluntarium directum, vel indirectum non conſtituunt diverſitatem ſpecificam in aliis peccatis conceditur; in hæreſi negatur: ratio eſt, quia habenti indirectè errorem circa fidem ignorantia occultat objectum ſpecificativum hæreſis, proinde poteſt voluntarium indirectum mutare ſpeciem peccati; etenim ignorantia, quòd Eccleſia aliquid definiat de fide credendum, occultat proprium objectum hæreſis, & operatur, ut error non opponatur formaliter authoritati Eccleſiæ, proinde impedit peccatum hæreſis, & tantùm inducit peccatum ignorantiæ culpabilis, quod peccatum eſt ſpecie diverſum à peccato hæreſis.

27 Neque obſtat, ſi dicas, ignorantiam affectatam non minuere, ſed augere malitiam peccati, proinde non excuſari ab hæreſi; alioquin non augeret, ſed plurimum minueret malitiam peccati. Nam contra eſt, quia ignorantia affectata tantùm auget malitiam peccati augendo malitiam erroris voluntarii, non verò augendo, vel inducendo malitiam hæreſis; quia ignorantia, cùm occultet objectum hæreſis, non poteſt hæreſin inducere, quia hæc non ſtat ſine ſuo objecto.

§. II.

An proteſtatio fidei excludat pertinaciam, & excuſet ab hæreſi.

Quia pertinacia ad hæreſin neceſſariò requiſita in eo eſt ſita, ut ſciens aliquid eſſe de fide, adhuc deliberatè illud non credat, ſeu ſi ſciens ſuam opinionem eſſe contra ſenſum Eccleſiæ catholicæ, adhuc velit in eadem perſiſtere neglecta authoritate Eccleſiæ, ideò dubitatur, an qui proteſtatur ſe nolle credere quidquam contrarium Eccleſiæ catholicæ, & proteſtatur velle credere, omnia quæ credenda docet, & proponit Eccleſia catholica excuſetur ab hæreſi, eò quia talis proteſtatio excludat pertinaciam. Reſpondetur cum diſtinctione, ſi materia, circa quam erratur ſit obſcura, & cujus non præſumebatur notitia, & verba ſunt valdè dubia, tunc prævia proteſtatio fidei excuſat ab hæreſi; quia cùm non præſumatur notitia alicujus articuli contra fidem, non habetur pertinacia, quæ eſſentialiter præſupponit notitiam alicujus, quod ſit de fide, ſeu quod ab Eccleſia catholica proponitur ut credendum fide divina; & pertinax deliberatè illud non credat: & quia ſine pertinacia non datur formaliter hæreſis, ita ſicut fidei proteſtatio circa res obſcuras, & quæ clarè non innoteſcunt, excuſat à pertinacia; ita etiam ab hæreſi. 1

Sin verò materia, circa quam erratur non eſt ita obſcura, ut non excludat notitiam illius, quod eſt credendum de fide; tunc proteſtatio non excuſat ab hæreſi, quia tunc factum eſt contrarium proteſtationi, quæ propterea diſſolvitur ipſo facto; alioquin omnes ferè hæretici poſſent hoc pacto excuſari, cùm facilè poſſint hanc proteſtationem facere, eámque perſæpe faciant, ut facilius homines ſimplices pervertant, ut habetur in *directorio inquiſit. p. 3. q. 12. n. 14.* 2

Hinc errans contra fidem, ſi proteſtetur, ſe nolle diſſentire ab Eccleſia Romana excuſatur ab hæreſi, ſi materia, circa quam errat, ſit obſcura, & ita dubia, ut ejus notitia non præſumatur, idque deſumitur ex c. *dixit Apoſtolus 24. q. 3.* ibi: *Sed ſi qui ſententiam ſuam quamvis falſam, atque perverſam nulla pertinaci animoſitate defendunt, quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem, corrigi parati, cùm invenerint, nequaquã ſunt inter hæreticos reputandi.* Hoc eſt ut explicat Gloſſa ibid. *V. pertinaci*: qui contra fidem aliquid credit, paratus ſe corrigere, non eſt cenſendus hæreticus: & ita cum Gloſſa cenſent communiter Canoniſtæ, præſertim Archidiaconus in c. 2. *de hæret. in 6. n. 1.* Geminian. ibid. *n. 4.* Symancha *de cathol. inſtitut. tit. 35.* 3

Hinc præfigentes libris imprimendis, in quibus continetur aliqua propoſitio hæretica in materia Authori obſcura hanc proteſtationem fidei, non damnantur ut hæretici, licèt liber ſit comburendus, ut notat Albert. *tract. de agnoſc. aſſert. q. 12. n. 10.* c. *damnamus de ſumma Trinit.* ubi ſcripta Abbatis Joachimi damnantur, ut hæretica, non verò ipſe Abbas, eò quia in ſuo libro proteſtatur, ſe in omnibus, & per omnia velle ſentire cum ſancta Romana Eccleſia, & velle cum 4

illa vivere, & mori: ſin verò materia circa quam errat ſit clara, adeò ut propoſitio, in qua erratur, ſit valde nota, etiam authori præfigenti ſuam proteſtationem libro, tunc proteſtatio cùm ſit contra factum, non excuſat à pertinacia, conſequenter neque ab hæreſi: quoties enim materia circa quam erratur non eſt obſcura, & dubia, ſed ejus notitia præſumitur, ut ſi quis ſciat aliquid eſſe contra fidem, & hoc non obſtante illud teneat, tunc licet proteſtetur, ſe velle credere omnia, quæ catholica Romana Eccleſia docet, & proponit credenda, ab hæreſi non excuſatur: alioquin poſſet quilibet præmiſſa proteſtatione hæreſes imprimere, & docere. Tum quia etiam ipſi hæretici proteſtantur, ſe nolle quicquam proferre, nec docere, quòd ſit contra fidem, & doctrinam Chriſti: hinc diligenter advertendum eſt, an proteſtatio fiat bona fide, an verò animo decipiendi, quòd conjici debet ex perſonis, & variis circumſtantiis, ut notat Symancha de *cathol. inſtit. tit. 51. c. 12.* & habetur in *direct. inquiſit. p. 1. q. 12. n. 14.*

5 Rurſus neque proteſtatio excuſat, quando qui proteſtatur, fuit antea monitus à ſuperiore, quòd propoſitio ab ipſo prolata, vel ſcripta contineat hæreſim, & nihilominus non obſtante tali prævia monitione non vult reſipiſcere, ut notat Decianus in *tract. crimin. lib. 5. c. 55.* Hinc neque excuſat proteſtatio ab hæreſi, & pertinacia, quando quis aliquid agit, quod adverſatur ei, de quo proteſtatur, ut ſi quis proteſtaretur, ſe credere cum Romana catholica Eccleſia Meſſiam veniſſe, & nihilominus Sabbatha more Judæorum coleret, & eorum feſtivitates celebraret, ut notat Gloſſa in *c. cum M. Ferrarienſis de conſtitut.* quia factum repugnaret proteſtationi. Imò neque proteſtatio excuſat à pertinacia, & hæreſi quando quis de hæreſi eſt convictus, tametſi proteſtetur, ſe ſemper ſenſiſſe cum Eccleſia catholica Romana, & etiam nunc ſentire, ac credere omnia & ſingula, quæ ipſa docet, & proponit fidelibus credenda de fide: quia tunc etiam apertè agit contra talem proteſtationem, cum ſit de hæreſi convictus, proinde puniendus eſt, ut hæreticus, ut notat Ananias in *c. Excommunicamus de hæret. §. adjicimus.* Calderinus *tractat. de hæret. rubric. de hæret. n. 1.* Rebuffus in *prax. tit. de modo amittendi benefic. n. 3.* Symancha *de cathol. inſtit. tit. 48. n. 25.* Decianus in *tract. crimin. lib. 5. c. 15. n. 158.* quia quoties quis eſt legitimè convictus de aliis delictis, eſt verè, & propriè Reus, & poteſt ut talis condemnari *c. ſuper quibuſdam de V. S.* proinde etiam qui legitimè eſt convictus de hæreſi.

6 Contrarium tamen videntur docere Julius Clarus in *§. hæreſis V. & nota.* Boerius *deciſ. 331.* & alii, quorum tamen ſententia tantùm procedit in foro interno: ratio eſt, quia ſi quis reverà ſentiat in animo, & foro interno cum Eccleſia catholica, non eſt hæreticus; at in foro externo eo ipſo, quòd profert, vel ſcribit propoſitionem hæreticam, & monitus noluit reſipiſcere, & retractare ſuam propoſitionem præſumitur hæreticus, & ut talis condemnatur, & incurrit pœnas contra hæreticos.

7 Excuſatur etiam ab hæreſi, qui non animo in-tentione, ſed ex joco profert verba hæreticalia, ut notat Archidiaconus in *c. Inter ſchiſma 24. q. 3. n. 1.* & ratio deſumitur ex eo, quia hæreſis eſt error in intellectu, unde quando error in intellectu non conjungitur cum verbis ore prolatis; nulla in iiſdem verbis habetur hæreſis formalis: neque obſtat, quòd ex S. Hieronymo D. Thomas *2. 2. q. 11. art. 2.* dicat ex verbis inordinatè prolatis incurri hæreſim: quia id non intelligitur in eo ſenſu, ut prolatio verborum ſine aſſenſu interno ſit hæreſis, nec id S. Hieronymus docuit, cum epiſtola 17. ad Damaſum de nomine hypoſtaſis expreſsè aſſerit, hæreſim non eſſe ex verbis, ſed ex ſenſu judicandam: unde ſenſus eſt, ut ex verbis inordinatè prolatis incurratur hæreſis non à proferente ſi non aſſentiatur eiſdem verbis, ſed ab audientibus imperitis, & ſimplicibus: quatenus quia talia verba profert, præbet aliis occaſionem lapſus in hæreſim, in quo ſenſu etiam D. Gregorius *lib. 1. epiſt. 24.* ait, incautam locutionem pertrahere in errorem.

Alii etiam explicant D. Hieronymum, ut verbis inordinatè prolatis incurratur hæreſis non ſolùm ab audientibus, ſed etiam à proferente; ſi hic pertinaciter contra morem Eccleſiæ velit talem loquendi modum propugnare; vel ſi ſentiat, non poſſe Eccleſiam determinare modum loquendi in rebus fidei. Alii etiam explicant D. Hieronymum, ut verbis inordinatè prolatis incurratur hæreſis non quidem formaliter, ſed ſolùm diſpoſitivè, eo quia ita inordinatè loquens in materia fidei ſe diſponat ad hæreſim, ſeque conſtituat in periculo contrahendi hæreſim. Alii explicant D. Hieronymum ut verbis inordinatè prolatis incurratur hæreſis tantùm quoad præſumptionem, & ſuſpicionem in foro externo, quatenus qui ita inordinatè, & temerè loquitur in materia fidei præſumitur hæreticus, proinde in foro externo eſt ſuſpectus de hæreſi, & compelli poteſt ad ſe purgandum.

An verò ſi errans ex ignorantia circa fidem 8
monetur ab Epiſcopo, vel aliquo viro docto de ſuo errore, & nihilominus adhuc velit in illo perſeverare credens non eſſe contra Eccleſiæ definitionem, ſit verè hæreticus, negant Valentia *tom. 3. diſput. 1. q. 11. punct. 1. diſer. 4.* Sayrus de *cenſur. lib. 3. c. 4. n. 7.* Sanchez *lib. 2. moral. c. 7. n. 35.* ex inadvertatione, quia ſi quis credat, ſuam opinionem non eſſe contra communem ſenſum Eccleſiæ; & exiſtimet ipſos Inquiſitores, & Epiſcopum, ut etiam viros doctos, à quibus monetur decipi, non eſt verè hæreticus pertinax, eò quia non credat ſe opinari contra communem ſenſum Eccleſiæ. Verùm probabilius puto, talem non excuſari ab hæreſi, ut docent Suarez de *fide diſput. 19. ſect. 3. n. 21.* Rebuffus in *Bulla cœnæ Domini art. 1. V. hæreſ.* Bartolus in *l. Tutor. §. Tutores. ff. de ſuſpect. tutor.* Farinacius *de hæreſ. q. 169. n. 10.* ubi cenſet, talem eſſe reputandum pertinacem, & hæreticum in utroque foro externo, & interno; ratio etiã id ſuadet, quia ſatis pertinax is eſſe videtur, qui ſuo judicio ductus contemnit authoritatem Eccleſiæ per ejus Magiſtros præſertim per Epiſcopos, & Inquiſitores declaratam, cùm ſequitur declaratio illa ſolemnis, & publica, quâ viri tam graves teſtantur talem propo-

propoſitionem eſſe contrariam fidei inducit evidentiam moralem, quòd talis propoſitio ſit ue hæretica damnata ab Eccleſia: proinde ſemel quòd habet evidentiam, eſſe evidenter credibile quidquid ab Eccleſia proponitur, & eſſe falſum, & hæreticum quidquid ab Eccleſia declaratur ut tale; ſi adhuc non vult credere illis, quæ proponit Eccleſia, & vult ſuæ propoſitioni adhærere, verè contradicit authoritati Eccleſiæ, proinde vere eſt hæreticus; alioquin ſequeretur, quòd nullus eſſet cenſendus hæreticus, cum nullus ſit, qui non intendat credere Eccleſiæ veræ, & à Chriſto inſtitutæ; ſed quia intentioni Eccleſiæ cenſetur contradicere, cum credat, quod ipſi proponitur, eſſe contrarium fidei; ideò cenſetur propriè, & verò hæreticus, ſi poſt præviam ſibi factam monitionem ab Epiſcopo, Inquiſitore, vel aliis viris doctis, adhuc velit in ſuo errore perſiſtere credens Epiſcopum, Inquiſitores, & viros doctos decipi.

9 Tum quia Eccleſia nonniſi rariſſimè immediatè per ſe ipſam proponit myſteria credenda, ſed tantùm mediatè, ſeu mediis Epiſcopis, & Doctoribus, unde ſi quis non teneretur credere myſteriis fidei propoſitis ab Epiſcopo, Inquiſitoribus, vel viris doctis, verè nunquam teneretur credere myſteria fidei, cùm hæc non proponantur ordinariè, niſi à Parochis, & viris doctis. Tum quia ſemel, quòd Epiſcopi, Inquiſitores, Parochi, & alii viri docti deputantur ab Eccleſia ad proponenda myſteria fidei, & ea docenda populos, ſi quis nolit myſteriis ita propoſitis credere, judicatur in foro externo hæreticus, & pertinax, ut notant Bartolus in *d. l. Tutor §. Tutores. ff. de ſuſpect. Tutor.* Rebuffus in *Bulla Cœna excommun. t. art. 1. V. hereſis.* Ugolinus in *Bulla cœna p. 1. c. 1. §. 1. n. 1.* & deſumitur etiam ex *c. ad abſolvendum de heret.* Tum quia ad judicium cujuscunque cauſæ, & cujuscunque hæretici non eſt neceſſe, ut Eccleſia ſemper congregetur, neque adeatur ſummus Pontifex: ſed ad regimen Eccleſiæ id deſiderabatur, ut eſſent conſtituti peculiares Judices, quorum judicio cauſa finiretur, præſertim cùm viri docti, ut ſunt Epiſcopi, & Inquiſitores ſoleant ſemper prudenti, & maturo examine procedere, & nonniſi de certis, & manifeſtis ſententiam proferre, etiam in foro externo, cùm illud judicium non nitatur in aliqua falſa præſumptione, ſed in veritate, qua diſſentiens myſteriis ita propoſitis judicatur contemnere authoritatem Eccleſiæ.

10 Quòd ſi dicas, ſolam Eccleſiam eſſe regulam veritatis, non verò Epiſcopos, Inquiſitores, & alios viros doctos, quia iſti omnes ſunt ſemper obnoxii deceptioni, poſſúntque falli, & fallere, proinde, qui non credit propoſitionibus ab iiſdem propoſitis non eſt judicandus hæreticus, eò quia authoritatem Eccleſiæ non contemnat. Contra eſt, quia licèt ſola Eccleſia ſit regula veritatis, & non ſit obnoxia errori, non tamen inde ſequitur, me non teneri credere, quæ mihi proponuntur à viris doctis, ut credenda de fide, ſi iſti ſint deputati ad id ab Eccleſia, cujusmodi ſunt Epiſcopi, Inquiſitores, Parochi, aliíque viri docti, quibus propterea teneor credere, ut etiã iis quæ ab ipſis proponuntur, non præcisè ut ab ipſis mihi propoſita; ſed ut propoſita ab Eccleſia mediis illis viris doctis, quos Eccleſia, ut ſuos Procuratores, & Miniſtros aſſumit: ſicut quando Princeps promulgat per ſuos Miniſtros aliquod edictum tenentur ſubditi eidem parêre, non prout promulgatur à Miniſtris, ſed ut promulgatur à Principe medientibus ſuis Miniſtris.

Quæri poteſt, an voluntariè dubitans de myſteriis fidei cenſendus ſit hæreticus. Dicuntur dubia voluntaria, quæ ſæpè juxta voluntatem ſurgunt circa myſteria fidei ſufficienter propoſita dubitanti; quia ſubinde dubia oriuntur contra voluntatem, & tunc non deſtruunt fidem, ſed potiùs præbent occaſionem eam augendi, ſi cum hiſce dubiis nullus præbeatur aſſenſus: ſignum autem, quòd aliquis non aſſentiatur hiſce dubiis, eſt, ſi afficiatur diſplicentiâ, quando inſurgunt, & ſatagit actus omninò contrarios elicere, & dubia illa contemnere, & nihili facere. Quæſtio igitur eſt de ſolo dubio voluntario; adeò ut qui voluntarie dubitat circa myſteria fidei ſibi ſufficienter propoſita ſit hæretic⁹. Tametſi nõ deſint qui cenſeant, taliter dubitantem non eſſe hæreticum, eò quia in dubio nõ habeatur propriè pertinacia, ut Bannez. *2. 2. q. 11. art. 2.* Turrianus de *fide diſput. 55. dub. 1.* Vasquez. *1. 2. q. 19. art. 6. diſp. 61. c. 1. n. 4.* reſpondendum nihilominus eſt, voluntariè ſeu delibератè, ac peccaminosè dubitantem de rebus fidei ſufficienter propoſitis eſſe ſemper hæreticum, ut docent Farinacius in *prax. crimen. p. 5. q. 24 n. 114.* Barboſa de *poteſt. Epiſcop. alleg. 40. n. 16.* Gloſſa in *c. 1. de heret. V. dubius*, & ibi Hoſtienſis *n. 1.* Henricus *n. 3.* Felinus *n. 1.* & ita videtur etiam docere D. Thomas *1. p. q. 32. art. 4.* & *2. 2. q. 11. art. 1.* & cum ipſo Suarez *de fide diſput. 19. ſect. 4. n. 10.* Valentia *2. 2. diſput. 1. q. 11. punct. 1.* S. Antoninus *2. p. tit. 22. c. 5. n. 10* & deſumitur ex *c. 1. de heret.* ubi: *dubius in fide eſt infidelis* & refertur à Stephano Papa, & etiam habetur in epiſtola decretali Sixti I. ut etiam in *epiſtola 2. Julii c. ad Orientales c. 11.* Hinc ſi qui dubitat in fide eſt infidelis, ſequitur, quòd ſi Chriſtianus dubitet, ſit hæreticus, quia debet eſſe infidelis, & cùm non ſit Judæus, nec paganus, ſequitur eſſe hæreticum. 11

12 Neque dici poteſt, textum in *c. 1. de heret.* loqui de infidelitate negativa, quia hæc ſolum eſt in illo, qui fidem non recipit, non verò in eo, qui baptizatus eſt; hic enim non poteſt habere infidelitatẽ negativam, ſed poſitivam, quia fides non poteſt deperdi niſi per actum poſitivum contrarium eidem fidei. Idque etiam ſolet firmari ex Concilio Viennenſi, quod refertur in *clement. 1. de ſumma Trinit. & fide catholica §. porro*, & ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ. 8.* ubi ſtatuitur ut qui dubitat, an anima rationalis ſit forma corporis humani, & in tali dubio pertinaciter hæret, cenſeatur hæreticus, & ejus doctrina contraria fidei catholicæ.

13 Quòd ſi dicas, decreta horum Conciliorum loqui de præſumptione fori externi. Contra eſt, quia decreta illa non ſolùm loquuntur de dubitante, verùm etiam de ipſa doctrina, quam dicunt adverſari fidei catholicæ: atqui in doctrina non poteſt præſumptio admitti, ſed tantùm veritas.

Idque

Idque etiam docent Sancti Patrea præſertim Auguſtinus *lib.8. de Trinit. c.5.* ubi loquena de Beata Virgine ait : *Salva veritate dici poteſt, fortaſſis Virgo talem faciem habuit ; non tamen ſalva fide catholica dici poteſt fortè Chriſtus de Virgine natus eſt.* quia cùm illud adverbium *fortè* involvat dubitationem, adverſatur fidei, hinc ſanctua Bernardus *lib.5. de conſid.* ait : *Fides ambiguum non habet, etſi habeat, fides non eſt :* ex quibus ſatis clarè conſtat, dubitationem non poſſe cum fide cohærere. Ratio etiam, id evincit, quia tunc deliberatè, & peccaminosè dicitur quis dubitare de rebus fidei, quando judicat res fidei non eſſe dignaa, ut iiadem certè, & infallibiliter credatur: atqui judicare deliberatè res fidei alicui ſufficienter propoſitaa non eſſe dignas, ut certè, & infallibiliter credantur, eſt hæreſis manifeſta.

14 Tum quia ſi alicui repræſentaretur objectum fidei, & nõ repræſentarentur rationea, quæ ad ejus aſſenſum ſufficienter movent tempore, quo obligatur actum fidei elicere, poſſet absque ulla culpa actum ſuſpendere, proinde ſuſpendere actum fidei non eſt dubitare peccaminosè de fide, quia ad dubitationem peccaminoſam aliquid ampliùa requiritur ; hoc autem non poteſt eſſe niſi judicium, quo judicat, objectum illud ita ei propoſitum nun eſſe dignum, quòd certè, & infallibiliter credatur, ſed eſſe dubium, & incertum. Tum quia ſi quis ſolùm perpendat rationes utriusque partia in materia fidei, & nullum judicium formet, ſed quodammodo pendeat, non dicitur dubitare de rebus fidei, ſed tantùm ſuſpendere actum circa articulos fidei, qui enim ſuſpendit actum utriusque partia, nun dicitur dubitare de veritate : poteſt enim quilibet ſuſpendere ſuum actum circa fidem, non quia de illa dubitet, ſed quia tunc velit circa res aliaa occupare intellectum, vel etiam quia tunc velit à tali actu fidei deſiſtere, quia non ſemper tenetur fidelis rebus fidei aſſenſum præbere, nec ſemper actum fidei elicere, ex quo liquet non omnem ſuſpenſionem actua fidei eſſe dubitationem.

15 Præterea, quia ia propriè dicitur dubitare de rebus fidei, qui putat motiva ab Eccleſia propoſita ad credendum nun eſſe ſufficientia: qui autem ſuſpendit actum fidei, nun ideò illum ſuſpendit, quia putat, motiva, quæ ab Eccleſia proponuntur ad credendum nòn eſſe ſufficientia, ſed quia vult intellectum occupare in conſideratione aliarum rerum, proinde ſuſpendere actum fidei propriè non eſt dubitare: quia ſuſpendena actum fidei circa aliquem articulum nun aſſentitur parti contrariæ eidem articulo ; nec judicat articulua fidei eſſe incertos, nec ullum judicium format: atqui dubitare, de fide eſt judicare articulos fidei eſſe incertus, & illis poſſe falſum ſubeſſe, proinde ſuſpendere actum intellectûs circa fidem non eſt dubitare de fide.

16 Tum quia etiam circa objectum mihi certiſſimum poſſum inveſtigare rationes pro una, & altera parte absque ullo aſſenſu, vel diſſenſu : neque ex tali inveſtigatione poſſum argui de dubitatione circa illud : alioquin ſequeretur quòd viri pientiſſimi perſæpè peccaminosè dubitarent de myſteriis revelatis quando inquirunt rationes pro una, & altera parte præſcindentes ab aſſenſu, vel diſſenſu : unde ad dubitationem peccaminoſam non ſufficit ſuſpenſio, ſed ulteriùs requiritur judicium, quo judicetur objectum illud eſſe incertum, ac propterea indignum, quod certò, & infallibiliter quia eidem aſſentiatur. Tum quia dubitans de fide deſtruit fidẽ, quia fides ſupponit neceſſariò in omni fideli omnimodam firmitatem ad credendum, ut habetur in Symbolo Athanaſii : *hæc eſt fides catholica quam niſi quisque fideliter, firmitérque crediderit, ſalvus eſſe non poterit.* fides autem non deſtruitur niſi per poſitivam infidelitatem, ſcilicet hæreſin, paganiſmum, vel judaiſmum ; proinde talia dubitatio, cum fidem deſtruat, continet hæreſin. Tum quia dubitans de fide judicat, fidei per Eccleſiam propoſitæ poſſe falſum ſubeſſe, & fidem non eſſe certam, & qui ita judicat, habet errorem poſitivum circa fidem ; conſequenter eſt hæreticus, quia de fide eſt, fidem eſſe certiſſimam, & infallibilem, & non poſſe illi ſubeſſe falſum. Qui judicat id, quod eſt omninò certum, eſſe incertum, habet errorem circa illud: at dubitans de fide, judicat fidem, quæ eſt maximè certa, eſſe incertam, conſequenter habet errorem poſitivũ circa fidem, proinde eſt hæreticus, quia ut ait D. Bernardus *lib.5. de conſiderat. c.2. Fides ambiguum non habet, etſi habet, fides non eſt* & Hugo de ſancto Victore *lib. 1. de ſacrament. p. 10. c. 2.* ait : *ubi dubitatio eſt, fides non eſt.*

Quòd ſi dicas, hæreticum eum propriè dici, qui eligit, ſeu ſequitur opinionem fidei contrariam, & eum qui dubitat, quam partem debeat eligere, eique aſſentiri, non poſſe dici eligere opinionem fidei contrariam, conſequenter non eſſe hæreticum. Tum quia, qui dubius eſt, an fidei myſteriia aſſentiatur indifferens eſt ad iisdem aſſentiendum, vel diſſentiendum : proinde non poteſt dici magia contrariari fidei, quàm fidem amplecti. Tum quia ſicut fides importat poſitivum aſſenſum ; ita hæreſis fidei contraria importat poſitivum diſſenſum, & quia dubitans non ponit aſſenſum, nec diſſenſum, non poteſt dici hæreticus. Contra eſt, conceditur, dubium peccaminoſum, de quo eſt ſermo, non includere aſſenſum, neque diſſenſum circa veritatis objectũ, de quo peccaminosè quis dubitat, quia dubitans nec aſſentitur objecto, nec illi diſſentitur ; ſed prorſua ſuſpendit actum intellectûs: cùm hac autem ſuſpenſione cohæret, quòd dubitana judicat illud objectum nun eſſe omninò certum : eſt enim hoc judicium neceſſarium, ut quia dicatur peccaminosè dubitare de tali objecto : quo fit, ut nunquam dari poſſit dubium peccaminoſum ſine actu poſitivo ſeu ſine poſitivo errore intellectus. 17

Quamobrem dubitans de fide eſt hæreticus non negativè, & præciſivè ; ſed poſitivè, & deliberatè, ac cum pertinaciâ formando judicium, quòd fides non ſit omninò certa, ſed dubia, & innixa talibus rationibus, ut ſit indigna, ut certò credatur alicui objecto, quod proponitur de fide credendum. Cæterùm ſi quia ita dubitaret, ut merè ſe negativè haberet non eliciendo tale poſitivum judicium, ſed ab illo præſcindendo, in hoc ſenſu non eſſet hæreticus, ſed is propriè non dubitaret, ſed tantùm ſuſpenderet judicium, quæ ſuſpenſio diſtinguitur à dubio. 18

Hinc

Digitized by Google

19 Hinc docentes, eum, qui dubitat de rebus fidei non eſſe hæreticum, ſunt intelligendi de eo, qui dubitat ut *quo*, ſeu negativè, ſeu perpendit rationes utriuſque partis in materia fidei, & nullum judicium format, ſed hæret medius inter utramque partem, quod propriè non eſt dubitare de rebus fidei, ſed tantùm ſuſpendere actum circa res fidei; quæ ſuſpenſio diſtinguitur ab ipſo dubio, quia ut conſtat ex prædictis, qui ſuſpendit actum utriuſque partis non dicitur dubitare de veritate, nec aſſentiri parti contrariæ articulis fidei; ſiquidem ut diximus poteſt quis actum ſuſpendere circa fidem, non quia de illa dubitet, ſed quia velit circa res alias intellectum occupare; vel etiam ab actu fidei deſiſtere; non enim ſemper tenetur fidelis rebus fidei actualem aſſenſum præbere, ſeu ſemper actum fidei elicere: eſt enim præceptum credendi affirmativum, quod non obligat pro ſemper, ſed tantùm tunc quando urget.

20 Hinc poteſt diſtingui inter dubitantem ut *quo*, & *quod*, quia dubitans ut *quo* tantùm ſuſpendit actum utriuſque partis, nec aſſentitur parti, quæ adverſatur articulis fidei, adeo ut nullum eliciat actum circa talem articulum, nec circa ejus oppoſitum: ſecùs dubitans *ut quod*, ſeu poſitivè format judicium, quo poſitivè judicat, motiva, quæ ab Eccleſia proponuntur ad credendum non eſſe ſufficientia, & articulos fidei non eſſe certos, ac ipſis poſſe falſum ſubeſſe; hinc dubitare *ut quo* eſt ſuſpendere intellectum circa fidem; & dubitare ut *quod* eſt formare judicium, quo dubitans judicat, motiva, quæ ab Eccleſia proponuntur ad credendum non eſſe ſufficientia, & articulis fidei poſſe falſum ſubeſſe.

21 Quæri poteſt, an circa objectum fidei ſufficienter propoſitum poſſit haberi opinio. Reſpondetur cum D. Thoma *1. p. q. 98. art. 4.* non poſſe haberi aſſenſum opinativum abſolutè de objecto fidei ſufficienter ad credendum propoſito, quin habens talem aſſenſum opinativum, ſit formaliter hæreticus. Ratio eſt, quia aſſenſus opinativus de aliquo objecto neceſſariò eſt tale judicium, quo quis ita judicat, objectum eſſe verum, ut poſſit eſſe falſum, & è contra: atqui hujuſmodi aſſenſus includit errorem in fide, quia cum tali aſſenſu opinativo quis judicat articulis fidei poſſe falſum ſubeſſe, quod eſt hæreticum, quia fides eſt omninò certa cum ſit de objectis revelatis à Deo, qui nec falli poteſt, nec nos fallere: opinio enim ita adhæret uni parti, ut tamen judicet oppoſitam poſſe itidem veram eſſe, proinde quòd pars, cui opinativè aſſentitur, poſſit falſa eſſe: alioquin non haberetur opinio, ſed ſcientia.

22 Scio tamen, aliquos cum Turriano de *fide diſput. 55. dub. 1.* procedere cum diſtinctione, & aſſerere, quòd ſi quis opinativè ita aſſentiatur objecto fidei, ut per actum reflexum judicet, objectum fidei non eſſe dignum aſſenſu firmiori, tunc dicunt tale judicium eſſe hæreticum. Sin verò abſtrahat à tali judicio, dicunt, poſſe de objecto fidei habere opinionem, ſi nimirum conſideret ſolùm motivum humanum, vel probabilem rationem circa tale objectum. Idque probant, quia credere objecto fidei ob motivum humanum non eſt peccaminoſum, quia talis credulitas non pugnat cum fide; & in hoc ſenſu dicunt, poſſe opinionem cum fide cohærere.

Sed contra, quia licèt poſſit quis habere aſſenſum circa aliquod objectum fidei ob rationem propoſitam, & declaratam ab aliquo viro docto, non tamen tunc habetur aſſenſus opinativus abſolutè de tali objecto, quia credens aſſenſum ob talem rationem propoſitam à viro docto, non judicat abſolutè tale objectum, ſeu myſterium eſſe probabile, ſeu non judicat non eſſe omninò certum; ſed tantùm judicat, in actu exercito ex vi illius rationis eſſe tali objecto aſſentiendum ob talem rationem, quæ illud ſuadet, hic autem actus non adverſatur fidei, quia non negat aſſenſum, ſed illum ponit, licèt ob authoritatem humanam. 23

Propterea ſi aſſentiretur objecto probabiliter non probabilitate cadente ſupra objectum, ſeu myſterium, ſed tantùm ſupra rationem exhibitam à viro docto, ſi alias firmiter aſſentiatur eidem objecto, ſeu myſterio, eò quia fuerit revelatum à Deo, qui non poteſt falli, nec nos fallere, tunc eliciens talem aſſenſum opinativum non eſſet hæreticus, quia probabilitas opinionis tantùm verſaretur circa rationem motivam productam, & explicatam à viro docto, non verò circa objectum ſeu myſterium, quod ſubeſt rationi motivæ: aliud eſt opinari circa rationem motivam propoſitam à viro docto, & aliud opinari circa myſterium quod ſubeſt eidem rationi motivæ. Primum non poteſt haberi ſine formali hæreſi: quia opinari circa myſterium perinde eſt ac judicare tale myſterium eſſe probabile, ſeu non eſſe omninò certum, ac poſſe falſum eſſe, quod eſt hæreticum: opinari verò circa rationem motivam eſt judicare talem rationem eſſe probabilem, & poſſe eſſe falſam, & quia hæc ratio nititur tantùm authoritate viri docti, non verò authoritate divina, ſequitur quòd opinari circa rationem motivam non ſit hæreticum, benè tamen opinari circa myſterium, quod ſubeſt rationi motivæ. 24

Cæterùm ut paulò ſuperiùs diximus is eſt formaliter hæreticus, qui de objecto fidei opinatur, ut *quod*, non verò qui tantùm opinatur ut *quo*, nec eſt hæreticus, qui res fidei credit, etiam fide humana; ſiquidem poteſt quis ex duplici motivo credere alicui objecto. Primò ex motivo quia Deus illud revelavit, & tunc creditur fide divina, ſeu ex motivo primæ veritatis revelantis, quæ nec falli poteſt, nec nos fallere: Secundò ex motivo humano, quatenus vir doctus producit, & explicat ſufficientem rationem, quæ perſuadet objectum illud trahere ſecum dignitatem, ut illi aſſentiamur, & tunc aſſentimur tali objecto fide humana. 25

Quòd ſi ratio exhibita à viro docto non plenè perſuadeat, tunc poſſumus rationem illam tantùm probabilem credere probabilitate cadente ſupra ipſam rationem, non verò circa myſterium 26

quod ſubeſt tali rationi motivæ: unde licèt homo aſſentiatur tantùm probabiliter tali rationi motivæ; non eſt formaliter hæreticus, quia poteſt quis conſiderare ſolum motivum humanum, vel rationem aliquam naturalem, quæ probet eſſe credendum aliquem articulum fidei, & poteſt etiam ratione talis motivi aſſentiri eidem articulo nil cogitando de alio motivo ſupernaturali, ob quod moveatur ad credendum fide divina infallibiliter eundem articulum, & idem objectum.

27 Quinimò qui negaret concluſionem Theologicam licèt poſſet præſumi de hæreſi, non tamen eſſet formaliter hæreticus, ut notat Suarez de *fide diſput. 19. ſect. ult. num. 3.* Prior pars ex eo ſuadetur, quia talis non præſumitur negare concluſionem Theologicam ex eo, quòd non aſſentiatur principio evidenti, vel evidenti illationi, ſed ex eo quia non aſſentiatur principio ſupernaturali revelato fidei, ex quo deducitur concluſio illa Theologica; proinde negans concluſionem theologicam præſumitur hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi; quòd verò non ſit hæreticus; ex eo liquet, quia rectè poteſt cohærere, ut credat quis quidquid eſt à Deo revelatum cum negatione alicujus concluſionis theologicæ; eò quia hæc non ſibi videatur rectè deduci ex principiis revelatis, ſeu ex uno naturali evidente, & altero revelato: aliud enim eſt aſſentiri propoſitioni alicui, ut revelatæ à Deo, & aliud ut deductæ ex præmiſſis in ſyllogiſmo: aſſentiri priori modo eſt judicare, talem propoſitionem veram eſſe, quia revelatam à Deo: poſteriori modo eſt judicare illam eſſe veram, ut rectè deductam ex talibus principiis in ſyllogiſmo: atqui poteſt contingere ut propoſitio, quæ aliàs creditur certa de fide, quia revelata à Deo, non ſit rectè deducta ex principiis ſyllogiſticis, proinde ut poſſit negari ut deducta ex vi ſyllogiſtica; non verò ut revelata authoritate primæ veritatis revelantis, quæ non poteſt falli, nec fallere. Firmari ex eo poteſt, quia non poteſt eſſe hæreſis, niſi ſit diſſenſus objecti revelati: atqui concluſio theologica ut concluſio, ſeu ut deducta præcisè ex talibus præmiſſis non eſt revelata, proinde ejus negatio non eſt hæreſis: major, & conſequentia tenent; minor oſtenditur, quia concluſio theologica ut talis eſt deducta ex principiis media forma ſyllogiſtica, proinde quatenus fundatur immediatè in ipſa forma ſyllogiſtica non eſt certior, quàm ſit ipſa forma ſyllogiſtica, & cùm hæc non habeat niſi certitudinem naturalem, ſequitur eum, qui negat concluſionem theologicam ut talem, ſeu ut deductam ex vi formæ ſyllogiſticæ non eſſe hæreticum.

§. III.

An teneatur quis omnes hæreticos Judici Eccleſiaſtico judicialiter denuntiare.

1 CErtum eſt, hæreticos non eſſe occultandos, ſed denuntiandos, ut habetur in *Deuter. c. 13. v. 6.* ibi: *Si tibi perſuadere voluerit frater tuus, vel filius, vel uxor, vel amicus clam dicens: eamus, & ſerviamus Diis alienis, non ac quieſcas ei, nec audias, aut parcas ei oculus tuus, ut miſerearis, & occultes eum, ſed ſtatim* (ſcilicet poſtquam ut eum accuſaveris, & Judex publicè condemnaverit) *interficies: ſit primùm manus tua ſuper eum, & poſt ea omnis populus mittat manum*: hunc textum eſſe intelligendum etiam de hæreſi, notant Canoniſtæ præſertim Symancha de *cathol. inſtit. tit. 49. num. 5.* ubi aſſerit, hanc legem *Deuter.* non loqui tantum de Apoſtatis, & Idololatris; ſed etiam de hæreticis, quorum falſa dogmata à ſanctis patribus præſertim Hieronymo, & Auguſtino vocantur *Dii alieni*, æquiparantes hæreſin idololatriæ; unde ex hoc textu liquet, hæreticos eſſe judicialiter denuntiandos judici Eccleſiaſtico: hinc Leo Papa *ſermone 4. de collect.* ait: *Manichæos ubicunque latentes, veſtris Presbyteris publicate, magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum, & ipſum cui ſerviunt, diabolum debellare*, & paucis interdictis ſubdit: *Non ſinantur latere homines, qui Prophetis & Sancto Spiritui contradicunt.*

Quòd ſi poſſit quis delictum probare, docent communiter teneri eum tunc judicialiter denuntiare, & deſumitur ex *c. quapropter 2. q. 7.* & ex *cap. 2. de hæret.* quòd ſi delictum ſit ita occultum, ut nullus aliùs præter te illud noverit; licèt tunc non deſint, qui doceant, eum, cui ſoli delictum innoteſcit, non teneri delinquentem Judici Eccleſiaſtico judicialiter denuntiare, ut ſpecietim docent Joannes Andreas in *c. novit de Judæis* Decianus *tract. crimin. lib. 5. q. 3. num. 14.* Paramus de *orig. ſanct. inquiſitionis lib. 3. q. 9. num. 45.* nihilominus communior, & verior ſententia eſt, eum teneri delinquentem judicialiter denuntiare, & ita docent Cardinal. in *c. ſi peccaverit 2. q. 1. num. 29.* Navarrus in *c. inter verba concluſ. 5. num. 157.* & *conſil. 5. de hæret.* Sotus *lib. 5. de juſt. q. 5. art. 1.* Suarez *tract. de fide diſput. 20. ſect. 4. n. 9.* ubi docet, quemlibet teneri ſub peccato mortali hæreticum denuntiare, quamvis hæreticus tantùm ſit notus revelanti, hoc idem etiam docet Avila de *cenſuris p. 2. c. 5. diſput. 4. dub. 3.* ubi ait: quòd ſi delictum ſit contra bonum commune, quale eſt crimen hæreſis, debet ſtatim denuntiari tametſi occultum ſit: & ſubdit magis eſſe conſulendum bono communi, quàm famæ alicujus particularis. Imò non ſolùm hæreticos, verùm etiam ſuſpectos de hæreſi eſſe denuntiandos, ut etiam eorum Fautores, docent plures præſertim Pegna in *direct. p. 2. comment. 18.* Calderinus *tract. de hæret. in rubric. de pæn. recept. n. 12.* 2

Ratio ex eo deſumitur, quia hæc denuntiatio eſt neceſſaria Reipublicæ, & ipſi delinquenti, quia per denuntiationem impeditur, ne hæreſis paulatim ſerpat, vires acquirat, propagetur, & alios inficiat, quo nil perniciosius, nil in republica triſtius. Tum quia facta denuntiatione, ut notat Farinacius de *hæreſ. q. 185. num. 52.* Judex poteſt procedere ad inquirendum de tali delinquente, & recipere ipſum denuntiantem in teſtem commiſſi criminis, cùm ejus teſtimonium non poſſit eſſe ſuſpectum, 3

eò

eò quia crimen illud non ſit commiſſum in injuriam denuntiantis, ſed in contumeliam Creatoris, & punitio non tam cedat in commodum denuntiantis, quàm aliorum.

4 Quòd verò ſit etiam id utile ipſi delinquenti ex eo liquet, quia hic ſciens hæreticum quantumvis occultum eſſe denuntiandum judicialiter Eccleſiaſtico Judici ſibi cavebit, nè incidat in tale crimen ex timore ſaltem correctionis, & ſupplicii: dare autem alteri remedium, quo poſſit ſe continere à peccato eſt ipſi utile.

5 Si dicas, poſſe denuntiatorem eſſe calumniatorem, præſertim ſi non probet, quod denuntiat, ſiquidem de jure tenetur denuntiationem probare, & illi aſſiſtere, cùm habeatur loco Accuſatoris *l. Divus l. Ab accuſatore §. Nuntiatores ff. ad Turpillian.* Contra eſt, quia tametſi de jure debeat denuntiator probare denuntiationem: ex conſuetudine tamen inolita contrarium ſervatur, & deſumitur ex *c. ſuper his de accuſat.* quia Denuntiator poteſt unicè moveri ad denuntiandum ex puro actu boni communis, præſertim in delicto hæreſis ob ejus gravitatem, & periculum imminens damni communis, ut docet Eymericus *p. 3. de ſecundo modo procedendi in cauſ. fidei num. 68.* Farinacius *de hæreſ. q. 185. §. 5. n. 71.* ubi teſtatur, id ſervari in ſupremo tribunali totius Chriſtianæ Inquiſitionis, & *n. 64* ait, ſimplicem denuntiationem ſufficere ad inquirendum, adeò ut licèt Denuntiator non poſſit probare delictum, nihilominus mediante illa denuntiatione, addita diligentia, & inquiſitione Inquiſitorum, & advenientibus denuntiationibus probari poſſit in beneficium fidei.

6 Tum quia licèt hæretici occulti ſint in ſtatu perditionis, adhuc ne denuntientur ad Inquiſitores, ſibimet cavebunt, nec audebunt internam hæreſin manifeſtare, quod cedit in beneficium fidei, ne errores promulgentur, & dilatentur: rurſus timore denuntiationis plures non amplectuntur errores hæreticorum, vel ſaltem non audent illos manifeſtare: unde hæc commoda ſaltem oriuntur in Eccleſia ex eo, quòd teneantur omnes denuntiare judicialiter hæreticos Judici Eccleſiaſtico, unde edicta præcipientia hæreticos occultos eſſe denuntiandos ſunt juſta, quia per ipſa non tam aliorum, quàm ipſorum hæreticorum ſaluti conſulitur, & hæretici facilius ſaltem timore, ne denuntientur, reſipiſcent.

7 Tum quia quilibet ob bonum commune tenetur manifeſtare crimen quamvis occultum, ſi facilè poſſit Reipublicæ nocere, tametſi id contingat cum detrimento famæ ipſius delinquentis, quia bonum commune præferendum eſt bono particulari, & quilibet tenetur magis conſulere incolumitati totius Reipublicæ, quàm famæ, vel honori alicujus perſonæ particularis *c. ſed illud. V. quæſt. diſt. 45. l. penult. C. de principiis l. 12. c. ratio nulla de præbend.* hinc D. Thomas 2. 2. q. 70. *art.* 1. *ad* 2. ait: *Quilibet tenetur manifeſtare ea, quæ ſibi etiam ſub ſecreto commiſſa ſunt, ſi pertineant ad correctionem multitudinis ſpiritualem, vel corporalem, vel etiam ad grave damnum alterius*; & *nemo contra hoc debitum obligari poteſt*, cùm igitur crimen hæreſis plurimum inferat Reipublicæ damni, & ex ipſo graviſſima oriantur mala, tenetur quilibet alterius crimen hæreſis quamvis occultum manifeſtare, idque à fortiori ſi ob bonum commune ſuperiores id præcipiant.

Tum quia error, cui non contradicitur approbatur *c. Error diſt. 73.* Tum quia: *negligere, cùm poſſis perturbare perverſos, nihil aliud eſt, quàm fovere, neque caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui facinori deſinit obviare c. Negligere 2. q. 7.* 8
Demum quia ut ait Gloſſa in illud Apoſtoli ad Romanos 1. (*Non ſolùm digni ſunt morte, qui malum faciunt, ſed qui facientibus conſentiunt*) *tacere enim cùm poſſis arguere, eſt conſentire.* unde qui hæreticum quamvis occultum non denuntiat, cenſetur illius errori conſentire, & præſertim ſi per edictum generale fuerit ipſi injunctum, ut manifeſtet hæreticum occultum. Hinc Doctores aſſerentes, neminem teneri denuntiare, quod probare non poteſt, intelligendi ſunt, quando ex non denuntiatione non ſequitur damnum proximo, nec denuntiatio præcipitur à ſuperiore ob bonum commune. Vel debent intelligi quòd nemo teneatur denuntiare, quod non poteſt probare, quando damnum eſt jam illatum, ut contingit in homicidio, furto, & adulterio; hæc enim delicta, ſi ſint occulta tametſi præceptum accedat ſuperioris, non ſunt denuntianda, ut docent Navarrus in *ſum c. 25. n. 46.* Sotus de *juſtit. lib. 5. q. 5. art. 1.*

Cæterum tenetur quilibet hæreſin, vel crimen aliud ſimile occultum alterius denuntiare Inquiſitoribus, tametſi non poſſit hæreſin probare, 9
quia quamvis denuntians non poſſit probare alterum eſſe hæreticum, nec ipſius teſtimonium ſufficiat, ut Inquiſitores poſſint contra illum procedere; aperit nihilominus illis viam ob ſibi communicatum lumen, ut diligentiùs in verba, actiones, & mores illius, qui fuit denuntiatus inquirant: faciliùs enim adhibita hac diligentia poſſunt Inquiſitores cognoſcere, an qui fuit denuntiatus ſit hæreticus, & id ſufficit, ut quilibet teneatur hæreſin etiam occultam alterius Inquiſitoribus denuntiare, quia hæc denuntiatio eſt medium efficax ad præcavendas hæreſes. Præterea quia ut notat Covarruvias in *4. decret. p. 2. c. 6. §. 10. n. 21.* tenetur quiſque ſub peccato mortali alterius delictum, per quod infertur gravis injuria, & damnum proximo ſuperiori manifeſtare, tametſi non poſſit illud probare; proinde multò magis tenetur ſub culpa lethali alterius occultam hæreſin denuntiare Inquiſitoribus cùm iſti per ſua publica edicta id præcipiant, tametſi denuntiatio probari non poſſit: quia ex non manifeſtatione hæreſis occultæ alterius graviſſima infertur injuria Deo, & Eccleſiæ, & notabile damnum fidelibus.

Juvat tamen obſervare, obligationem hujus judicialis denunciationis procedere de hæretico proprio, qualis eſt pertinax; non verò de illo, qui per ignorantiam, aut metum lapſus fuit in hæreſin: neque de illo, qui mediante monitione præſumitur, quòd ſtatim corrigatur, ut notat Farinacius de *hæreſ. q. 197. §. 2 n. 39.* Verùm extat, nunc ſpeciale decretum Alexandri 10

VII. emanatum anno 1660. menſe Auguſto, quo Pontifex diſtrictè mandat, ac præcipit, ut tam hæreticus, quàm quilibet alius etiam legitimè ſuſpectus de hæreſi, locorum Ordinariis, aut Inquiſitoribus etiam nullà præmiſſa correctione ſtatim denuntietur: & huic decreto hodie ſtandum eſt.

11 Poſſet tamen in contrarium obiici. Primò, quia ut docet Joannes Andreas in *c. Novit. de judic.* ſi crimen hæreſis ſit ita occultum, ut uni tantùm innoteſcat, non tenetur is illud denuntiare, imò nec licitè poteſt, ut habetur in *repert. Inquiſit. V. accuſatio. V. ſed utrum. V. denuntiatio. V. generale tamen.* & *V. occulta num.* 2. ibi: in peccato omninò occulto, quod probari non poteſt, non habet locum denuntiatio; ut etiam notat Symancha de *cathol. inſtitut. tit. 4. num. 1.* ubi ait, non tenetur quis hæreticum accuſare, niſi hæreſin idoneis teſtibus comprobare poſſit. Tum quia denuntians peccatum hæreſis occultum obeſt denuntiato, & aliis non prodeſt: ſiquidem minuit famam denuntiati, & non prodeſt aliis, quia cùm delictum ſupponatur occultum, Judex non poteſt procedere contra denuntiatum: ergò non tenetur quis crimen occultum hæreſis denuntiare.

12 Secundò, quia nemo invitus cogitur accuſare *l. creditor ff. de pignorib. l. unic. C. ut nemo invitus* agere, ſeu accuſare cogatur, ratio etiam ex eo petitur, quia accuſator grave damnum pateretur, ſi non poſſet accuſationem probare: & nemo poteſt cogi ad ſe injiciendum in tale periculum *l. qui crimen C. qui accuſare non poſſunt.* Tum quia nemo tenetur ad id, quod non poteſt debitè perficere. Tum quia qui denuntiat, & non probat, quod denuntiat, præſumitur calumniator *c. ſi ſacerdos de offic. Ordinarii.* Ex quibus videtur inferendum, præceptum præcipiens denuntiari hæreticum occultum non eſſe juſtum.

13 Tertiò quia quæ ſunt occulta relinqui debent divino judicio *c. omnia 6. q. 1.* tum quia quilibet ex lege charitatis tenetur potiùs peccatum proximi occultare, ne illi ſit damnum *c. ſi ſacerdos. de offic. ordin. c. Chriſtus* 1. *q.* 1. Tum quia Judex ſuper ſtatum Eccleſiæ generaliter inquirens non poteſt teſtes compellere ad occulta delicta revelanda *c. qualiter & quando* 1. *de accuſ. in fin.* Tùm quia ſi quis ſecretò ſciat, aliquem deliquiſſe, debet potiùs ſecretò illum corrigere, quia delictum, quod probari non poteſt, non debet Judici denuntiari, ut habetur in *clement. Nolentes.* Hinc liquet, hoc præceptum manifeſtandi hæreticum occultum adverſari pluribus juribus.

14 Sed contra, ad primum negatur antecedens, quia hæc denuntiatio prodeſt tam denuntiato, quàm aliis fidelibus; illi prodeſt, quia ſaltem ob timorem, ne denuntietur, non audet hæreſin aliis communicare, vel ſi in illàm lapſus eſt, ſe corrigit, ac reſipiſcit, ſéque in officio continet: prodeſt etiam aliis, quia iſti non tam facilè inficiuntur hæreſi, in quam unus vel alter lapſus eſt, cùm lapſus ex timore denuntiationis non audeat ſuum errorem aliis manifeſtare. Neque obſtat, Inquiſitorem non poſſe procedere contra hunc hæreticum occultum in particulari; quia ſufficit, ſi poſſit in generali inquirere, & ad majorem certitudinem, ac notitiam devenire: quia perſæpè contingit, ut qui ſuam hæreſin uni manifeſtavit, eam poſtea alicui alteri manifeſtet: unde ſi Judex habeat aliqualem cognitionem de hæreſi alicujus poteſt diligentiùs per ſe, vel etiam per alios obſervare verba, & operationes denuntiati, qui enim in animo ſunt hæretici, facilè ſuas hæreſes verbis, vel ſignis extrinſecis manifeſtant, ſicque deteguntur, & ſaluti conſulitur denuntiati, ac impeditur, ne hæreſes irrepant in alios.

15 Ad ſecundum reſpondetur cum D. Thoma 2. 2. *q. 68. art. 1* quemlibet teneri non ſolùm denuntiare, verùm etiam accuſare crimen hæreſis, ut etiam quodlibet aliud crimen, ſi tendat in damnum commune, vel etiam alicujus particularis innocentis, ait enim S. Doctor *loc. cit. Si crimen fuerit tale quod vergat in detrimentum reipublicæ, tenetur homo ad accuſandum, dummodo ſufficienter poſſit probare,* & ratio adducitur à D. Ambroſio ex illo Apoſtoli *ad Roman.* 1. & habetur in *c. 1. de offic. deleg.* & in *c. Mulieres c. quantæ de ſent. excommun.* quia ubi *commune periculum eſt, id diſſimulare, peccatum non eſt leve:* & quia crimen hæreſis eſt reipublicæ perniciosiſſimum, & vocatur etiam crimen publicum *l. Manichæos* §. 1. *C. de hæret.* ibi: *Ac primum quidem volumus eſſe publicum crimen, quia quod in religionem divinam committitur in omnium fertur injuriam.*

16 Præterea non obſtat, quòd denuntians non poſſit probare crimen occultum hæreſis, quia ſolus accuſator tenetur probare id, quod accuſat, non verò denuntiator; & licèt aliqui cenſeant etiam denuntiantem teneri probare, quod denuntiat ex *l. Divus l. ab accuſatione. ff. ad ſenat. conſult. Trebell.* eò quia denuntiator habetur loco accuſatoris *l. Ab accuſatione* §. *Nuntiatores.* nihilominus hodiè ſi non de jure ſaltem de conſuetudine jam inolita non tenetur denuntiator probare, quod denuntiat, ut docent Salicetus. in *l. Ea quidem C. de accuſ.* Soccinus in *c. qualiter & quando* 2. *num.* 197. *de accuſ.* Clarus in *pract. crimin.* §. *fin. q.* 7. *V. quæro nunc.* Hinc differt denuntiator ab accuſatore, quia is tenetur probare crimen alteri impoſitum, quòd ſi non probet, plectendus eſt pœnâ tallionis, ſeu eadem pœna, quam ipſe alteri per calumniam inferre intendebat *l. ult. c. de accuſ.* & *l. ult. C. de calumniat.* & docet D. Thomas 2. 2. *q. 68. art. 4.* ſecus denuntiatori non incumbit onus probandi crimen alterius, ſed tantùm illud manifeſtandi Judici, ut is ex officio poſſit procedere ad ulteriorem inquiſitionem, ut notat Eymericus *3. p. direct. de ſecundo modo procedendi in cauſa fidei per denuntiationem num. 68.* & ibi Pegna *comment. 15. V. his peractis.* Farinacius de *hæreſ. q. 185. n. 71.*

Hodiè

Hodie tamen pœna tallionis impoſita accuſatori non eſt in uſu, tametſi accuſator ad illam ſe ſcripto obligaret, unde ſi per calumniam quis alium excuſet, hodie non punitur pœnâ tallionis, ſed pœnâ arbitrariâ, prout conſultiùs Judici viſum fuerit, Sonſa *in Aphoris. lib. 2. c. 2. n. 4.* Imò non ſolùm accuſator, ſed etiam denuntiator licèt non teneatur probare, quod denunriat contra alterum, adhuc tamen ſi convincatur, falſò denunciaſſe tanquam calumniator etiam punitur arbitrio Inquiſitoris, ut notat Symancha *de cathol. inſtitut. tit. 19 rubric. de denunt. n. 17.* quia ex ſola denuntiatione, ſi falſum denuntietur graviſſimè læditur denuntiatus, cùm aperiat viam Judici inquirendi contra illum, proinde puniri debet, ut Calumniator.

18 Ad tertium reſpondetur, textus ibi citatos non loqui de judiciali denuntiatione, ſeu in ordine ad Judicē, ſed de evangelica denuntiatione ad quā requiritur, ut præcedat correctio fraterna juxta evangeliom Chriſti. Differt denuntiatio judicialis à charitativa. Primò quia judicialis per ſe, & directè procedit ex motivo juſtitiæ vindicativæ, fitque ſuperiori ut Judici: ſecus finis denuntiationis charitativæ, eſt ſola emendatio perſonæ delinquentis, & directè procedit ex motivo charitatis, & fit ad ſuperiorem ut ad patrem. Secundò quia denuntians judicialiter tenetur de jure communi ſe ſubſcribere denuntiationi; adeò ut ejus nomen exprimatur; & poſtea vocatus coram Judice tenetur comparere, ac veritatem teſtificari, ut Reus convincatur. Secus qui tantùm denuntiat charitativa denuntiatione non tenetur, ſe ſubſcribere, imò nec Prælatus poteſt denuntiatum manifeſtare, niſi neceſſitas id exigat ad finem obtinendæ correctionis. Tertiò quia in denuntiatione judiciali tenetur quis oſtendere indicia, quia ſine illis nequit Prælatus ad Rei punitionem procedere: ſecus in denuntiatione charitativa non tenetur quis hujusmodi indicia criminis oſtendere. Quartò quia denuntiatio judicialis directè tendit, ut Reus per teſtes convictus, vel confeſſus deducatur in publicam ſui notitiam, & pœnam: at in denuntiatione charitativa Prælatus non debet crimen occultum ei denuntiatum aliis manifeſtare, ſi ſolus poteſt delinquentem corrigere, & emendare; quòd ſi non poſſit, tunc debet illud manifeſtare alteri, vel etiam pluribus, ſi ad criminis emendationem id requiratur.

19 Cæterum ad illud, quod dicebatur, occulta divino judicio eſſe relinquenda, reſpondetur id procedere, quando occulta delicta non ſunt denuncianda Ordinario, non verò ſi ſint denuntianda, ut eſt crimen hæreſis, vel quodcunque aliud vergens in damnum commune, vel aliud alicujus particularis innocentis; tunc enim ob ſpecialem rationem, & gravitatem debent etiam occulta denuntiari. Præterea quamvis in aliis delictis non teneatur quis denuntiare, quod non poteſt probare, eo quia per ſuum teſtimoniū adhuc non vitetur delictū; nihilominus ſi denuntietur hæreſis occulta alterius, poteris hæc vitari: & hæreticus ſaltem timebit hæreſin ſuā aliis prodere, cum ſciat, poſſe & debere ejus hæreſin denuntiari, tametſi probari non poſſit: unde cum per hanc denuntiationem coërceatur hæreſis, ne irrepat in alios; & id cedat in maximum Reipublicæ Chriſtianæ commodum, & contrarium in notabiliſſimum detrimentum, ſequitur ad hoc damnum vitandum teneri quemlibet ſub peccato lethali hæreſin quamvis occultam denuntiare, tametſi ſufficienter non poſſit eam probare.

Quòd ſi quæras, quomodo denuntiatio judicialis facienda ſit? Reſpondetur, poſſe fieri tàm verbo, quàm ſcripto, prout denuntianti magis placuerit, ut docent Julius Clarus *in pract. crimin. §. fin. q. 7.* & Suarez *de fide diſput. 20. ſect. 4 n. 3* Imò neque requiritur, ut denuntiatio fiat coram teſtibus, ſed ſufficit ſi Inquiſitor mediante Secretario eam excipiat. Juvat tamen obſervare, quòd ſi denuntiatio fiat per epiſtolam, tunc denuntians debet ſuum nomen ſubſcribere: alioquin non deberet, nec poſſet Inquiſitor procedere ad inquirendum, vel examinandum teſtes, tametſi teſtes aliqui eſſent expreſſè nominati in ſchedula; ratio eſt, quia denuntiatio facta per epiſtolam non ſubſcriptam, nec ſignatam nomine denuntiantis nullius eſt valoris, & habetur, ut non facta, idq; ne improbis hominibus detur occaſio infamandi viros probos: ſola enim examinatio teſtium, & inquiſitio circa ſpecialem perſonam eſt per ſe quædam infamatio, ut notat Farinacius *de hæreſi q. 185. n. 68.* 20

§. IV.

An teneatur quis Hæreticum occultum judicialiter denuntiare, ſi ſperet per correctionem fraternam emendatum iri, vel putet jam emendatum.

Diximus, denuntiationem judicialem differre à charitativa, quæ fit per correctionem fraternam, quia judicalis per ſe, & directè procedit ex motivo juſtitiæ vindicativæ, & fit ſuperiori ut Judici, & finem denuntiationis charitativæ eſſe emendationem delinquentis, ac directè procedere ex motivo charitatis, ac fieri ad ſuperiorem, ut ad Patrem. Modò quæritur, an ſi quis ſperet per denuntiationem charitativā aliquem emendandum, adhuc teneatur eum judicialiter denuntiare: Scaccia *de judic. c. 16. n. 3.* Royas *tract. de hæret. 2. p aſſert. 3.* Symancha *de cathol inſtit. tit. 19. rubr. de denuntiat.* & alii procedunt cum diſtinctione, & dicunt, quòd ſi crimen hæreſis proveniat ex malitia, debeat tunc judicialiter denuntiari, non ita ſi oriatur ex ignorantia, vel ex metu. 1

Alii verò cenſent, delictum occultum, quodcunque illud ſit, ſive proveniat ex malitia, ſive ex ignorantia non eſſe judicialiter denuntiandum, ſi ſpes affulgeat, fore, ut beneficio ſecretæ correctionis delinquens ſe emendet, & ita docet D. Thomas *2. 2. q. 33. art. 7. in corpor.* & Arragnnius *2 2. q. 33, art. 7.* vult eſſe ſententiam communem tum Theologorum, tum Canoniſtarum, & eam docet Decianus in *tractat. crimin. lib. 5. c. 30. n 3.* & alii docentes, quod quando ſuperior ſcriptis, vel edictis generalibus præcipit 2

illa vivere, & mori: ſin verò materia circa quam errat ſit clara, adeò ut propoſitio, in qua erratur, ſit valde nota, etiam authori præfigenti ſuam proteſtationem libro, tunc proteſtatio cùm ſit contra factum, non excuſat à pertinacia, conſequenter neque ab hæreſi: quoties enim materia circa quam erratur non eſt obſcura, & dubia, ſed ejus notitia præſumitur, ut ſi quis ſciat aliquid eſſe contra fidem, & hoc non obſtante illud teneat, tunc licet proteſtetur ſe velle credere omnia, quæ catholica Romana Eccleſia docet, & proponit credenda, ab hæreſi non excuſatur: alioquin poſſet quilibet præmiſſa proteſtatione hæreſes imprimere, & docere. Tum quia etiam ipſi hæretici proteſtantur, ſe nolle quicquam proferre, nec docere, quòd ſit contra fidem, & doctrinam Chriſti: hinc diligenter advertendum eſt, an proteſtatio fiat bona fide, an verò animo decipiendi, quòd conjici debet ex perſonis, & variis circumſtantiis, ut notat Symancha de *cathol. inſtit. tit. 55. c. 12.* & habetur in *directi. inquiſit. p. 2. q. 12. n. 14.*

5 Rurſus neque proteſtatio excuſat, quando qui proteſtatur, fuit antea monitus à ſuperiore, quòd propoſitio, ab ipſo prolata, vel ſcripta contineat hæreſin, & nihilominus non obſtante tali prævia monitione non vult reſipiſcere, ut notat Decianus in *tract. crimin. lib. 5. c. 55.* Hinc neque excuſat proteſtatio ab hæreſi, & pertinacia, quando quis aliquid agit, quod adverſatur ei, de quo proteſtatur, ut ſi quis proteſtaretur, ſe credere cum Romana catholica Eccleſia Meſſiam veniſſe, & nihilominus Sabbatha more Judæorum coleret, & eorum feſtivitates celebraret, ut notat Gloſſa in *c. cum M. Ferrarienſis de conſtitut.* quia factum repugnat proteſtationi. Imò neque proteſtatio excuſat à pertinacia, & hæreſi quando quis de hæreſi eſt convictus, tametſi proteſtetur, ſe ſemper ſenſiſſe cum Eccleſia catholica Romana, & etiam nunc ſentire, ac credere omnia & ſingula, quæ ipſa docet, & proponit fidelibus credenda de fide: quia tunc etiam apertè agit contra talem proteſtationem, cùm ſit de hæreſi convictus, proinde puniendus eſt, ut hæreticus, ut notat Ananias in *c. Excommunicamus de hæret. §. adjicimus.* Calderinus *tractat. de hæret. rubric. de hæret. n. 1.* Rebuffus in *prax. tit. de modo amittendi beneficii n. 3.* Symancha de *cathol. inſtit. tit. 55. n. 25.* Decianus in *tract. crimin. lib. 5. c. 55. n. 158.* quia quoties quis eſt legitimè convictus de aliis delictis, eſt verè, & propriè Reus, & poteſt ut talis condemnari *c. ſuper quibuſdam de V. S.* proinde etiam qui legitimè eſt convictus de hæreſi.

6 Contrarium tamen videntur docere Julius Clarus in *§. hæreſis V. & vers.* Boerius *deciſ. 341.* & alii, quorum tamen ſententia tantùm procedit in foro interno: ratio eſt, quia ſi quis verè ſentiat in animo, & foro interno cum Eccleſia catholica, non eſt hæreticus; at in foro externo eo ipſo, quòd profert, vel ſcribit propoſitionem hæreticam, & monitus noluit reſipiſcere, & retractare ſuam propoſitionem præſumitur hæreticus, & ut talis condemnatur, & incurrit pœnas contra hæreticos.

7 Excuſatur etiam ab hæreſi, qui non ex mala intentione, ſed ex joco profert verba hæreticalia, ut notat Archidiaconus in *c. Inter ſchiſmata 24. q. 3. n. 1.* & ratio deſumitur ex eo, quia hæreſis eſt error in intellectu, unde quando error in intellectu non conjungitur cum verbis ore prolatis; nulla in iiſdem verbis habetur hæreſis formalis: neque obſtat, quòd ex S. Hieronymo D. Thomas *2. 2. q. 11. art. 2.* dicat ex verbis inordinatè prolatis incurri hæreſin: quia id non intelligitur in eo ſenſu, ut prolatio verborum ſine aſſenſu interno ſit hæreſis, nec id S. Hieronymus docuit, cum epiſtola 17. ad Damaſum de nomine hypoſtaſis expreſsè aſſerat, hæreſin non eſſe ex verbis, ſed ex ſenſu judicandam: unde ſenſus eſt, ut ex verbis inordinatè prolatis incurratur hæreſis non à proferente ſi non aſſentiatur eiſdem verbis, ſed ab audientibus imperitis, & ſimplicibus: quatenus quia talia verba profert, præbet aliis occaſionem lapſus in hæreſin, in quo ſenſu etiam D. Gregorius *lib. 1. epiſt. 24.* ait, incautam locutionem pertrahere in errorem.

Alii etiam explicant D. Hieronymum, ut verbis inordinatè prolatis incurratur hæreſis non ſolùm ab audientibus, ſed etiam à proferente; ſi his pertinaciter contra morem Eccleſiæ velit talem loquendi modum propugnare; vel ſi ſentiat, non poſſe Eccleſiam determinare modum loquendi in rebus fidei. Alii etiam explicant D. Hieronymum, ut verbis inordinatè prolatis incurratur hæreſis non quidem formaliter, ſed ſolùm diſpoſitivè, eo quia ita inordinatè loquens in materia fidei ſe diſponat ad hæreſin, ſeque conſtituat in periculo contrahendi hæreſin. Alii explicant D. Hieronymum ut verbis inordinatè prolatis, incurratur hæreſis tantùm quoad præſumptionem, & ſuſpicionem in foro externo, quatenus qui ita inordinatè, & temerè loquitur in materia fidei præſumitur hæreticus, proinde in foro externo eſt ſuſpectus de hæreſi, & compelli poteſt ad ſe purgandum.

An verò ſi errans ex ignorantia circa fidem monetur ab Epiſcopo, vel aliquo viro docto de ſuo errore, & nihilominus adhuc velit in illo perſeverare credens non eſſe contra Eccleſiæ definitionem, ſit verè hæreticus, negant Valentia *tom. 3. diſput. 1. q. 11. punct. 2. diſcr. 4.* Sayrus de *cenſur. lib. 3. c. 4. n. 7.* Sanchez *lib. 2. moral. c. 7. n. 26.* in ſummæ ratione, quia ſi quis credat ſuam opinionem non eſſe contra communem ſenſum Eccleſiæ; & exiſtimat ipſos Inquiſitores, & Epiſcopum, ut etiam viros doctos, à quibus monetur decipi, non eſt verus hæreticus pertinax, eo quia non credat ſe opinari contra communem ſenſum Eccleſiæ. Verum probabilius puto, talem non excuſari ab hæreſi, ut docent Suarez de *fide diſput. 19. ſect. 3. n. 21.* Rebuffus in *Bulla cœnæ Domini art. 1. V. hæreſ.* Bartolus in *l. Tutor. §. Tutores, ff. de ſuſpect. tutor.* Farinacius de *hæreſ. q. 189. n. 10.* ubi cenſet, talem eſſe reputandum pertinacem, & hæreticum in utroque foro externo, & interno: ratio etiã id ſuadet, quia ſatis pertinax is eſſe videtur, qui ſuo judicio ductus contemnit authoritatem Eccleſiæ per ejus Magiſtros præſertim per Epiſcopos, & Inquiſitores declaratam, maximè cùm declaratio illa ſolemnis, & publica, quã viri tam graves teſtantur talem 8

propo-

propoſitionem eſſe contrariam fidei inducit evidentiam moralem, quòd talis propoſitio ſit ut hæretica damnata ab Eccleſia: proinde ſemel quòd habet evidentiam, eſſe evidenter credibile quidquid ab Eccleſia proponitur, & eſſe falſum, & hæreticum quidquid ab Eccleſia declaratur ut tale; ſi adhuc non vult credere illis, quæ proponit Eccleſia, & vult ſuæ propoſitioni adhærere, verè contradicit authoritati Eccleſiæ, proinde verè eſt hæreticus; alioquin ſequeretur, quòd nullus eſſet cenſendus hæreticus, cum nullus ſit, qui non intendat credere Eccleſiæ veræ, & à Chriſto inſtitutæ; ſed quia intentioni Eccleſiæ cenſetur contradicere, eum credat, quod ipſi proponitur, eſſe contrarium fidei; ideò cenſetur propriè, & verè hæreticus, ſi poſt præviam ſibi factam monitionem ab Epiſcopo, Inquiſitore, vel aliis viris doctis, adhuc velit in ſuo errore perſiſtere credens Epiſcopum, Inquiſitores, & viros doctus decipi.

9 Tum quia Eccleſia nonniſi rariſſimè immediatè per ſe ipſam proponit myſteria credenda, ſed tantùm mediatè, ſeu mediis Epiſcopis, & Doctoribus, unde ſi quis non teneretur credere myſteriis fidei propoſitis ab Epiſcopo, Inquiſitoribus, vel viris doctis, vere nunquam teneretur credere myſteria fidei, cùm hæc non proponantur ordinariè, niſi à Parochis, & viris doctis. Tum quia ſemel, quòd Epiſcopi, Inquiſitores, Parochi, & alii viri docti deputantur ab Eccleſia ad proponenda myſteria fidei, & ea docenda populos, ſi quis nolit myſteriis ita propoſitis credere, judicatur in foro externo hæreticus, & pertinax, ut notant Bartolus in *d. l. Tutor §. Tutores. ff. de ſuſpect. Tutor.* Rebuffus in *Bulla Cœna excommun. 1. art. 1. V. hæreſis.* Ugolinus in *Bulla cœnæ p. 1. c. 1. §. 1. n. 1.* & deſumitur etiam ex *c. ad abſolvendum de hæret.* Tum quia ad judicium cujuscunque cauſæ, & cujuſcunque hæretici non eſt neceſſe, ut Eccleſia ſemper congregetur, neque adeatur ſummus Pontifex: ſed ad regimen Eccleſiæ id deſiderabatur, ut eſſent conſtituti peculiares Judices, quorum judicio cauſa finiretur, præſertim cùm viri docti, ut ſunt Epiſcopi, & Inquiſitores ſoleant ſemper prudenti, & maturo examine procedere, & nonniſi de certis, & manifeſtis ſententiam proferre, etiam in foro externo, cum illud judicium non nitatur in aliqua falſa præſumptione, ſed in veritate, qua diſſentiens myſteriis ita propoſitis judicatur contemnere authoritatem Eccleſiæ.

10 Quòd ſi dicas, ſolam Eccleſiam eſſe regulam veritatis, non verò Epiſcopos, Inquiſitores, & alios viros doctos, quia iſti omnes ſunt ſemper obnoxii deceptioni, poſſuntque falli, & fallere, proinde, qui non credit propoſitionibus ab iiſdem propoſitis non eſt judicandus hæreticus, eò quia authoritatem Eccleſiæ non contemnat. Contra eſt, quia licèt ſola Eccleſia ſit regula veritatis, & non ſit obnoxia errori, non tamen inde ſequitur, me non teneri credere, quæ mihi proponuntur à viris doctis, ut credenda de fide, ſi iſti ſint deputati ad id ab Eccleſia, cujuſmodi ſunt Epiſcopi, Inquiſitores, Parochi, aliique viri docti, quibus propterea teneor credere, ut etiã iis quæ ab ipſis proponuntur, non præciſè ut ab ipſis mihi propoſita; ſed ut propoſita ab Eccleſia mediis illis viris doctis, quos Eccleſia, ut ſuos Procuratores, & Miniſtros aſſumit: ſicut quando Princeps promulgat per ſuos Miniſtros aliquod edictum tenentur ſubditi eidem parêre, non prout promulgatur à Miniſtris, ſed ut promulgatur à Principe mediantibus ſuis Miniſtris.

Quæri poteſt, an voluntariè dubitans de my- 11
ſteriis fidei cenſendus ſit hæreticus. Dicuntur dubia voluntaria, quæ ſæpe juxta voluntatem ſurgunt circa myſteria fidei ſufficienter propoſita dubitanti: quia ſubinde dubia oriuntur contra voluntatem, & tunc non deſtruunt fidem, ſed potiùs præbent occaſionem eam augendi, ſi cum hiſce dubiis nullus præbeatur aſſenſus: ſignum autem, quòd aliquis non aſſentiatur hiſce dubiis, eſt, ſi afficiatur diſplicentiâ, quando inſurgunt, & ſatagit actus omninò contrarios elicere, & dubia illa contemnere, & nihili facere. Quæſtio igitur eſt de ſolo dubio voluntario; adeò ut qui voluntariè dubitat circa myſteria fidei ſibi ſufficienter propoſita ſit hæretic⁹. Tametſi nõ deſint qui cenſeant, tamen dubitantem non eſſe hæreticum, eò quia in dubio nõ habeatur propriè pertinacia, ut Bannez. *2. 2. q. 11. art. 2.* Turrianus de *fide diſput. 55. dub. 1.* Vaſquez. *1. 2. q. 19. art. 6. diſp. 61. c. 1. n. 4.* reſpondendum nihilominus eſt, voluntariè ſeu deliberatè, ac peccaminosè dubitantem de rebus fidei ſufficienter propoſitis eſſe ſemper hæreticum, ut docent Farinacius in *prax. crimin. p. 5. q. 24 n. 114.* Barboſa de *poteſt. Epiſcop. alleg 40. n 16.* Gloſſa in *c. 1. de hæret. V. dubius*, & ibi Hoſtienſis *n. 1.* Henricus *n. 3.* Felinus *n 1.* & ita videtur etiam docere D. Thomas *1. p. q. 32. art. 4.* & *2. 2. q. 11. art. 1.* & cum ipſo Suarez *de fide diſput. 19. ſect. 4. n. 10.* Valentia *2. 2. diſput. 1. q. 11. punct. 1.* S Antoninus *2. p. tit. 22. c. 5. n. 10* & deſumitur ex *c. 1. de hæret.* ibi: *dubius in fide eſt infidelis* & refertur à Stephano Papa, & etiam habetur in epiſtola decretali Sixti I. ut etiam in *epiſtola 2. Julii 1. ad Orientales c. 11.* Hinc ſi qui dubitat in fide eſt infidelis, ſequitur, quòd ſi Chriſtianus dubitet, ſit hæreticus, quia debet eſſe infidelis, & cùm non ſit Judæus, nec paganus, ſequitur eſſe hæreticum.

Neque dici poteſt, textum in *c. 1. de hæret.* lo- 12
qui de infidelitate negativa, quia hæc ſolùm eſt in illo, qui fidem non recipit, non verò in eo, qui baptizatus eſt; hic enim non poteſt habere infidelitatẽ negativam, ſed poſitivam, quia fides non poteſt deperdi niſi per actum poſitivum contrarium eidem fidei. Idque etiam ſolet firmari ex Concilio Viennenſi, quod refertur in *clement. 1. de ſumma Trinit. & fide catholica §. porro*, & ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ. 8.* ubi ſtatuitur ut qui dubitat, an anima rationalis ſit forma corporis humani, & in tali dubio pertinaciter hæret, cenſeatur hæreticus, & ejus doctrina contraria fidei catholicæ.

Quòd ſi dicas, decreta horum Conciliorum lo- 13
qui de præſumptione fori externi. Contra eſt, quia decreta illa non ſolùm loquuntur de dubitante, verùm etiam de ipſa doctrina, quam dicunt adverſari fidei catholicæ: atqui in doctrina non poteſt præſumptio admitti, ſed tantùm veritas.

Idque

19 Hinc docentes, eum, qui dubitat de rebus fidei non eſſe hæreticum, ſunt intelligendi de eo, qui dubitat ut *quo*, ſeu negativè, ſeu perpendit rationes utriuſque partis in materia fidei ; & nullum judicium format ; ſed hæret medius inter utramque partem, quod propriè non eſt dubitare de rebus fidei, ſed tantum ſuſpendere actum circa res fidei ; quæ ſuſpenſio diſtinguitur ab ipſo dubio, quia ut conſtat ex prædictis, qui ſuſpendit actum utriuſque partis non dicitur dubitare de veritate, nec aſſentiri parti contrariæ articulis fidei ; ſiquidem ut diximus poteſt quis actum ſuſpendere circa fidem, non quia de illa dubitet, ſed quia velit circa res alias intellectum occupare ; vel etiam ab actu fidei deſiſtere ; non enim ſemper tenetur fidelis rebus fidei actualem aſſenſum præbere, ſeu ſemper actum fidei elicere : eſt enim præceptum credendi affirmativum, quod non obligat pro ſemper, ſed tantum tunc quando urget.

20 Hinc poteſt diſtingui inter dubitantem ut *quo*, & *quod*, quia dubitans ut *quo* tantum ſuſpendit actum utriuſque partis, nec aſſentitur parti, quæ adverſatur articulis fidei, adeo, ut nullum eliciat actum circa talem articulum, nec circa ejus oppoſitum : ſecus dubitans *ut quod*, ſeu poſitivè format judicium, quo poſitivè judicat, motiva, quæ ab Eccleſia proponuntur ad credendum non eſſe ſufficientia, & articulos fidei non eſſe certos, ac ipſis poſſe falſum ſubeſſe ; hinc dubitare *ut quo* eſt ſuſpendere intellectum circa fidem ; & dubitare ut *quod* eſt formare judicium, quo dubitans judicat, motiva, quæ ab Eccleſia proponuntur ad credendum non eſſe ſufficientia, & articulis fidei poſſe falſum ſubeſſe.

21 Quæri poteſt, an circa objectum fidei ſufficienter propoſitum poſſit haberi opinio. Reſpondetur cum D. Thoma *2. 2. q. 32. art. 4.* non poſſe haberi aſſenſum opinativum abſolutè de objecto fidei ſufficienter ad credendum propoſito, quin habens talem aſſenſum opinativum, ſit formaliter hæreticus. Ratio eſt, quia aſſenſus opinativus de aliquo objecto neceſſariò eſt tale judicium, quo quis ita judicat, objectum eſſe verum, ut poſſit eſſe falſum, & è contra : atqui hujuſmodi aſſenſus includit errorem in fide, quia eum tali aſſenſu opinativo quis judicat articulis fidei poſſe falſum ſubeſſe, quod eſt hæreticum, quia fides eſt omninò certa cum ſit de objectis revelatis à Deo, qui nec falli poteſt, nec nos fallere : opinio enim ita adhæret uni parti, ut tamen judicet oppoſitam poſſe itidem veram eſſe, proinde quòd pars, cui opinativè aſſentitur, poſſit falſa eſſe : alioquin non haberetur opinio, ſed ſcientia.

22 Scio tamen, aliquos cum Turriano de *fide diſp. 55. dub. 1.* procedere cum diſtinctione, & aſſerere, quòd ſi quis opinativè ita aſſentiatur objecto fidei, ut per actum reflexum judicet, objectum fidei non eſſe dignum aſſenſu firmiori, tunc dicunt tale judicium eſſe hæreticum. Sin verò abſtrahat à tali judicio, dicunt, poſſe de objecto fidei habere opinionem, ſi nimirum conſideret ſolum motivum humanum, vel probabilem rationem circa tale objectum. Idque probant, quia credere objecto fidei ob motivum humanum non eſt peccaminoſum ; quia talis credulitas non pugnat cum fide ; & in hoc ſenſu dicunt, poſſe opinionem cum fide cohærere.

Sed contra, quia licèt poſſit quis habere aſſenſum circa aliquod objectum fidei ob rationem propoſitam, & declaratam ab aliquo viro docto, non tamen tunc habetur aſſenſus opinativus abſolutè de tali objecto, quia credens aſſenſum ob talem rationem propoſitam à viro docto, non judicat abſolutè tale objectum, ſeu myſterium eſſe probabile ; ſed non judicat non eſſe omninò certum ; ſed tantùm judicat in actu exercito ex vi illius rationis eſſe tali objecto aſſentiendum ob talem rationem, quæ illud ſuadet, hic autem actus non adverſatur fidei, quia non negat aſſenſum, ſed illum ponit, licèt ob authoritatem humanam. 23

Propterea ſi aſſentiretur objecto probabiliter non probabilitate cadente ſupra objectum, ſeu myſterium, ſed tantum ſupra rationem exhibitam à viro docto, ſi alias firmiter aſſentiatur eidem objecto, ſeu myſterio, eò quia fuerit revelatum à Deo, qui non poteſt falli, nec nos fallere, tunc eliciens talem aſſenſum opinativum non eſſet hæreticus, quia probabilitas opinionis tantùm verſaretur circa rationem motivam productam, & explicatam à viro docto, non verò circa objectum ſeu myſterium, quod ſubeſt rationi motivæ : aliud eſt, opinari circa rationem motivam propoſitam à viro docto, & aliud opinari circa myſterium quod ſubeſt eidem rationi motivæ. Primum non poteſt haberi ſine formali hæreſi ; quia opinari circa myſterium perinde eſt ac judicare tale myſterium eſſe probabile, ſeu non eſſe omninò certum, ac poſſe falſum eſſe, quod eſt hæreticum : opinari verò circa rationem motivam eſt judicare talem rationem eſſe probabilem, & poſſe eſſe falſam, & quia hæc ratio nititur tantùm authoritate viri docti, non verò authoritate divina, ſequitur quòd opinari circa rationem motivam non ſit hæreticum, benè tamen opinari circa myſterium, quod ſubeſt rationi motivæ. 24

Cæterùm ut paulò ſuperius diximus is eſt formaliter hæreticus, qui de objecto fidei opinatur, ut *quod*, non verò qui tantùm opinatur ut *quo*, nec eſt hæreticus, qui res fidei credit, etiam fide humana ; ſiquidem poteſt quis ex duplici motivo credere alicui objecto. Primò ex motivo quia Deus illud revelavit, & tunc creditur fide divina, ſeu ex motivo primæ veritatis revelantis, quæ nec falli poteſt, nec nos fallere : Secundò ex motivo humano, quatenus vir doctus producit, & explicat ſufficientem rationem, quæ perſuadet objectum illud trahere ſecum dignitatem, ut illi aſſentiamur, & tunc aſſentimur tali objecto fide humanâ. 25

Quòd ſi ratio exhibita à viro docto non plenè perſuadeat, tunc poſſumus rationem illam tantùm probabilem credere probabilitate cadente ſupra ipſam rationem, non verò circa myſterium 26

Digitized by Google

quod ſubeſt tali rationi motivæ: unde licèt homo aſſentiatur tantùm probabiliter tali rationi motivæ, non eſt formaliter hæreticus: quia poteſt quis conſiderare ſolum motivum humanum, vel rationem aliquam naturalem, quæ probet eſſe credendum aliquem articulum fidei, & poteſt etiam ratione talis motivi aſſentiri eidem articulo nil cogitando de alio motivo ſupernaturali, ob quod moveatur ad credendum fide divina infallibiliter eundem articulum, & idem objectum.

27 Quinimò qui negaret concluſionem Theologicam licèt poſſet præſumi de hæreſi, non tamen eſſet formaliter hæreticus, ut notat Suarez de *fide diſput.* 19. *ſect. ult. num.* 3. Prior pars ex eo ſuadetur, quia talis non præſumitur negare concluſionem Theologicam ex eo, quòd non aſſentiatur principio evidenti, vel evidenti illationi, ſed ex eo quia non aſſentiatur principio ſupernaturali revelato fidei, ex quo deducitur concluſio illa Theologica, proinde negans concluſionem theologicam præſumitur hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi; quòd verò non ſit hæreticus, ex eo liquet, quia rectè poteſt cohærere, ut credat quis quidquid eſt à Deo revelatum cum negatione alicujus concluſionis theologicæ; eò quia hæc non ſibi videatur rectè deduci ex principiis revelatis, ſeu ex uno naturali evidente, & altero revelato: aliud enim eſt aſſentiri propoſitioni alicui, ut revelatæ à Deo, & aliud ut deductæ ex præmiſſis in ſyllogiſmo: aſſentiri priori modo eſt judicare, talem propoſitionem veram eſſe, quia revelatam à Deo: poſteriori modo eſt judicare illam eſſe veram, ut rectè deductam ex talibus principiis in ſyllogiſmo: atqui poteſt contingere ut propoſitio, quæ aliàs creditur certa de fide, quia revelata à Deo, non ſit rectè deducta ex principiis ſyllogiſticis, proinde ut poſſit negari ut deducta ex vi ſyllogiſtica; non verò ut revelata authoritate primæ veritatis revelantis, quæ non poteſt falli, nec fallere. Firmari ex eo poteſt, quia non poteſt eſſe hæreſis, niſi ſit diſſenſus objecti revelati: atqui concluſio theologica ut concluſio, ſeu ut deducta præcisè ex talibus præmiſſis non eſt revelata, proinde ejus negatio non eſt hæreſis: major, & conſequentia tenent: minor oſtenditur, quia concluſio theologica ut talis eſt deducta ex principiis media forma ſyllogiſtica, proinde quatenus fundatur immediatè in ipſa forma ſyllogiſtica non eſt certior, quàm ſit ipſa forma ſyllogiſtica, & cùm hæc non habeat niſi certitudinem naturalem, ſequitur eum, qui negat concluſionem theologicam ut talem, ſeu ut deductam ex vi formæ ſyllogiſticæ non eſſe hæreticum.

§. III.

An teneatur quis omnes hæreticos Judici Eccleſiaſtico judicialiter denuntiare.

1 CErtum eſt, hæreticos non eſſe occultandos, ſed denuntiandos, ut habetur in *Deuter.* 13. *v.* 6. ibi: *Si tibi perſuadere volueris frater tuus, vel filius, vel uxor, vel amicus clam dicens: eamus, & ſerviamus Diis alienis, non acquieſcas ei, nec audias, aut parcas ei oculus tuus, ut miſerearis, & occultes eum, ſed ſtatim* (ſcilicet poſtquam tu eum accuſaveris, & Judex publicè condemnaverit) *interficies: ſit primùm manus tua ſuper eum, & poſtea omnis populus mittat manum*: hunc textum eſſe intelligendum etiam de hæreſi, notant Canoniſtæ præſertim Symancha de *cathol. inſtit. tit.* 49. *num.* 5. ubi aſſerit, hanc legem *Deuter.* non loqui tantum de Apoſtatis, & idololatris; ſed etiam de hæreticis, quorum falſa dogmata à ſanctis patribus præſertim Hieronymo, & Auguſtino vocantur *Dii alieni*, æquiparantes hæreſim idololatriæ; unde ex hoc textu liquet, hæreticos eſſe judicialiter denuntiandos judici Eccleſiaſtico: hinc Leo Papa *ſermone* 4. *de collect.* ait: *Manichæos ubicunque latentes, veſtris Presbyteris publicate, magna eſt enim pietas prodere latebras impiorum, & ipſum cui ſerviunt, diabolum debellare*: & paucis interdictis ſubdit: *Non ſinantur latere homines, quos Prophetis & Sancto Spiritui contradicunt.*

Quòd ſi poſſit quis delictum probare, docent communiter teneri eum tunc judicialiter denuntiare, & deſumitur ex *c. quapropter* 2. *q.* 7. & ex *cap.* 2. *de hæret.* quòd ſi delictum ſit ita occultum, ut nullus alius præter te illud noverit, licèt tunc non deſint, qui doceant, eum, cui ſoli delictum innoteſcit, non teneri delinquentem Judici Eccleſiaſtico judicialiter denuntiare, ut ſpeciatim docent Joannes Andreas in *c. noſtri de Judæis* Decianus *tract. crimin. lib.* 5. *q.* 3. *num.* 14. Paramus de *orig. ſanct. inquiſitionis lib.* 3. *q.* 9. *num.* 48. nihilominus communior, & verior ſententia eſt, eum teneri delinquentem judicialiter denuntiare, & ita docent Cardinal. in *c. ſi peccaverit* 2. *q.* 1. *num.* 29. Navarrus in *c. inter verba concluſ.* 5. *num.* 157. & *conſil.* 5. *de hæret.* Sotus *lib.* 5. *de juſt. q.* 5. *art.* 1. Suarez *tract. de fide diſput.* 20. *ſect.* 4. *n.* 9. ubi docet, quemlibet teneri ſub peccato mortali hæreticum denuntiare, quamvis hæreticus tantùm ſit notus revelanti, hoc idem etiam docet Avila de *cenſuris p.* 2. *c.* 5. *diſput.* 4. *dub.* 3. ubi ait: quòd ſi delictum ſit contra bonum commune, quale eſt crimen hæreſis, debet ſtatim denuntiari tametſi occultum ſit: & ſubdit magis eſſe conſulendum bono communi, quàm famæ alicujus particularis. Imò non ſolùm hæreticos, verùm etiam ſuſpectos de hæreſi eſſe denuntiandos, ut etiam eorum Fautores, docent plures præſertim Pegna in *direct. p.* 2. *comment.* 48. Calderinus *tract. de hæret. in rubric. de pæn. recipi. n.* 12. 2

Ratio ex eo deſumitur, quia hæc denuntiatio eſt neceſſaria Reipublicæ, & ipſi delinquenti, quia per denuntiationem impeditur, ne hæreſis paulatim ſerpat, vires acquirat, propagetur, & alios inficiat: quo nil perniciosius, nil in republica triſtius. Tum quia facta denuntiatione, ut notat Farinacius de *hæreſ. q.* 185. *num.* 32. Judex poteſt procedere ad inquirendum de tali delinquente, & recipere ipſum denuntiantem in teſtem commiſſi criminis, tùm ejus teſtimonium non poſſit eſſe ſuſpectum, 3

eò

Digitized by Google

eò quia crimen illud non ſit commiſſum in injuriam denuntiantis, ſed in contumeliam Creatoris, & punitio non tam cedat in commodum denuntiantis, quàm aliorum.

4 Quòd verò ſit etiam id utile ipſi delinquenti ex eo liquet, quia hic ſciens hæreticum quantumvis occultum eſſe denuntiandum judicialiter Eccleſiaſtico Judici ſibi cavebit, nè incidat in tale crimen ex timore ſaltem correctionis, & ſupplicii: dare autem alteri remedium, quo poſſit ſe continere à peccato eſt ipſi utile.

5 Si dicas, poſſe denuntiatorem eſſe calumniatorem, præſertim ſi non probet, quod denuntiat, ſiquidem de jure tenetur denuntiationem probare, & illi aſſiſtere, cùm habeatur loco Accuſatoris *l. Divus l. Ab accuſatore §. Nuntiatores ff. ad Turpillian.* Contra eſt, quia tametſi de jure debeat denuntiator probare denuntiationem: ex conſuetudine tamen inolita contrarium ſervatur, & deſumitur ex *c. ſuper his de accuſat.* quia Denuntiator poteſt unicè moveri ad denuntiandum ex puro zelo boni communis, præſertim in delicto hæreſis ob ejus gravitatem, & periculum imminens damni communis, ut docet Eymericus *p. 3. de ſecundo modo procedendi in cauſ. fidei num. 68.* Farinacius de *hæreſ. q. 185. § 5. n. 71.* ubi teſtatur, id ſervari in ſupremo tribunali totius Chriſtianæ Inquiſitionis, & *n. 64* ait, ſimplicem denuntiationem ſufficere ad inquirendum, adeò ut licèt Denuntiator non poſſit probare delictum, nihilominus mediante illa denuntiatione, addita diligentia, & inquiſitione Inquiſitorum, & advenientibus denuntiationibus probari poſſit in beneficium fidei.

6 Tum quia licèt hæretici occulti ſint in ſtatu perditionis, adhuc ne denuntientur ad Inquiſitores, ſibimet cavebunt, nec audebunt internam hæreſin manifeſtare, quod cedit in beneficium fidei, ne errores promulgentur, & dilatentur: rurſus timore denuntiationis plures non amplectuntur errores hæreticorum, vel ſaltem non audent illos manifeſtare: unde hæc commoda ſaltem oriuntur in Eccleſia ex eo, quòd teneantur omnes denuntiare judicialiter hæreticos Judici Eccleſiaſtico, unde edicta præcipientia hæreticos occultos eſſe denuntiandos ſunt juſta, quia per ipſa non tam aliorum, quàm ipſorum hæreticorum ſaluti conſulitur, & hæretici faciliùs ſaltem timore, ne denuntientur, reſipiſcent.

7 Tum quia quilibet ob bonum commune tenetur manifeſtare crimen quamvis occultum, ſi facilè poſſit Reipublicæ nocere, tametſi id contingat cum detrimento famæ ipſius delinquentis, quia bonum commune præferendum eſt bono particulari, & quilibet tenetur magis conſulere incolumitati totius Reipublicæ, quàm famæ, vel honori alicujus perſonæ particularis *c. ſed illud. V. quæſt. diſt. 45. l. penult. C. de principiis l. 12, c. ratio nulla de præbend.* hinc D. Thomas *2. 2. q. 70. art. c. ad 2.* ait: *Quilibet tenetur manifeſtare ea, quæ ſibi etiam ſub ſecreto commiſſa ſunt, ſi pertineant ad correctionem multitudinis ſpiritualem, vel corporalem, vel etiam ad grave damnum alterius*; & *nemo contra hoc debitum obligari poteſt*, cùm igitur crimen hæreſis plurimum inferat Reipublicæ damni, & ex ipſo graviſſima oriantur mala, tenetur quilibet alterius crimen hæreſis quamvis occultum manifeſtare, idque à fortiori ſi ob bonum commune ſuperiores id præcipiant.

Tum quia error, cui non contradicitur approbatur *c. Error diſt. 73.* Tum quia: *negligere, cùm poſſis perturbare perverſos, nihil aliud eſt, quàm fovere, neque caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui facinori deſinit obviare c. Negligere 2. q. 7.* 8
Demum quia ut ait Gloſſa in illud Apoſtoli ad Romanos 1. (*Non ſolùm digni ſunt morte, qui malum faciunt, ſed qui facientibus conſentiunt*) *tacere enim cùm poſſis arguere, eſt conſentire.* unde qui hæreticum quamvis occultum non denuntiat, cenſetur illius errori conſentire, & præſertim ſi per edictum generale fuerit ipſi injunctum, ut manifeſtet hæreticum occultum. Hinc Doctores aſſerentes, neminem teneri denuntiare, quod probare non poteſt, intelligendi ſunt, quando ex non denuntiatione non ſequitur damnum proximo, nec denuntiatio præcipitur à ſuperiore ob bonum commune. Vel debent intelligi quòd nemo teneatur denuntiare, quod non poteſt probare, quando damnum eſt jam illatum, ut contingit in homicidio, furto, & adulterio; hæc enim delicta, ſi ſint occulta tametſi præceptum accedat ſuperioris, non ſunt denuntianda, ut docent Navarrus in *ſum c. 25. n. 46.* Sotus de *juſtit. lib. 5. q. 5. art. 1.*

Cæterum tenetur quilibet hæreſin, vel crimen aliud ſimile occultum alterius denuntiare Inquiſitoribus, tametſi non poſſit hæreſin probare, quia quamvis denuntians non poſſit probare alterum eſſe hæreticum, nec ipſius teſtimonium ſufficiat, ut Inquiſitores poſſint contra illum procedere; aperit nihilominus illis viam ob ſibi communicatum lumen, ut diligentiùs in verba, actiones, & mores illius, qui fuit denuntiatus inquirant: faciliùs enim adhibita hac diligentia poſſunt Inquiſitores cognoſcere, an qui fuit denuntiatus ſit hæreticus, & id ſufficit, ut quilibet teneatur hæreſin etiam occultam alterius Inquiſitoribus denuntiare, quia hæc denuntiatio eſt medium efficax ad præcavendas hæreſes. Præterea quia ut notat Covarruvias in *4. decret. p. 2. c. 6. §. un. n. 21.* tenetur quiſque ſub peccato mortali alterius delictum, per quod infertur gravis injuria, & damnum proximo ſuperiori manifeſtare, tametſi non poſſit illud probare; proinde multò magis tenetur ſub culpa lethali alterius occultam hæreſin denuntiare Inquiſitoribus cùm illi per ſua publica edicta id præcipiant, tametſi denuntiatio probari non poſſit: quia ex non manifeſtatione hæreſis occultæ alterius graviſſima infertur injuria Deo, & Eccleſiæ, & notabile damnum fidelibus. 9

Juvat tamen obſervare, obligationem hujus judicialis denunciationis procedere de hæretico proprio, qualis eſt pertinax; non verò de illo, qui per ignorantiam, aut metum lapſus fuit in hæreſin: neque de illo, qui mediante monitione præſumitur, quòd ſtatim corrigatur, ut notat Farinacius de *hæreſ. q. 197. §. 2 n. 39.* Verùm extat nunc ſpeciale decretum Alexandri 10

VII. emaoatum anno 1660. menſe Auguſto, quo Pontifex diſtrictè mandat, ac præcipit, ut tam hæreticus, quàm quilibet alius etiam legitimè ſuſpectus de hæreſi, locorum Ordinariis, aut Ioquiſttoribus etiam nullà præmiſſa correctione ſtatim denuntietur: & huic decreto hodie ſtandum eſt.

11 Poſſet tamen in contratium obiici. Primò, quia ut docet Joannes Andreas in *c. Novit. de judic.* ſi crimen hæreſis ſit ita occultum, ut uni tantùm innoteſcat, non tenetur is illud denuntiare, imò nec licitè poteſt, ut habetur in *repert. Inquiſit. V. accuſatio. V. ſed utrum. V. denuntiatio. V. generale tamen.* & *V. occulta num.* 2. ibi: in peccato omninò occulto, quod probari non poteſt, non habet locum denuntiatio; ut etiam notat Symancha de *cathol. inſtitut. tit. 4. num. 1.* ubi ait, non tenetur quis hæreticum accuſare, niſi hæreſin idoneis teſtibus comprobare poſſit. Tum quia denuntians peccatum hæreſis occultum obeſt denuntiato, & aliis non prodeſt: ſiquidem minuit famam denuntiati, & non prodeſt aliis, quia cùm delictum ſupponatur occultum, Judex uon poteſt procedere contra denuntiatum: ergò non tenetur quis crimen occultum hæreſis denuntiare.

12 Secuodò, quia nemo invitus cogitur accuſare *l. creditor ff. de pignorib. l. unic. C. ut nemo invitus* agere, ſeu accuſare cogatur, ratio etiam ex eo petitur, quia accuſator grave damnum pateretur, ſi non poſſet accuſationem probare: & nemo poteſt cogi ad ſe injiciendum in tale periculum *l. qui crimen C. qui accuſare non poſſunt.* Tum quia nemo tenetur ad id, quod non poteſt debitè perficere. Tum quia qui denuntiat, & non probat, quod denuntiat, præſumitur calumniator *c. ſi ſacerdos de offic. Ordinarii.* Ex quibus videtur inferendum, præceptum præcipiens deountiari hæreticum occultum non eſſe juſtum.

13 Tertiò quia quæ ſunt occulta relinqui debent divino judicio *c. omnia 6. q. 1.* tum quia quilibet ex lege charitatis tenetur potiùs peccatum proximi occultare, oe illi ſit damno *c. ſi ſacerdos. de offic. ordin. c. Chriſtus 1. q. 1.* Tum quia Judex ſuper ſtatum Eccleſiæ generaliter ioquireos non poteſt teſtes compellere ad occulta delicta revelanda *c. qualiter & quando 1. de accuſ. in fin.* Tùm quia ſi quis ſecretò ſciat, aliquem deliquiſſe, debet potiùs ſecretò illum corrigere, quia delictum, quod probari non poteſt, non debet Judici denuntiari, ut habetur in *clement. Nolentes.* Hinc liquet, hoc præceptum manifeſtandi hæreticum occultum adverſari pluribus juribus.

14 Sed contra, ad primum negatur antecedens, quia hæc denuntiatio prodeſt tam denuntiato, quàm aliis fidelibus; illi prodeſt, quia ſaltem ob timorem, ne deuuntietur, oon audet hæreſin aliis communicare, vel ſi in illam lapſus eſt, ſe corrigit, ac reſipiſcit, ſéque in officio continet: prodeſt etiam aliis, quia iſti non tam facilè inficiuotur hæreſi, in quam unus vel alter lapſus eſt, cùm lapſus ex timore deountiationis noo audeat ſuum errorem aliis manifeſtare. Neque obſtat, Inquiſitorem non poſſe procedere contra hunc hæreticum occultum in particulari; quia ſufficit, ſi poſſit in generali inquirere, & ad majorem certitudioem, ac notitiam devenire: quia perſæpè contingit, ut qui ſuam hæreſin uni manifeſtavit, eam poſtea alicui alteri manifeſtet: unde ſi Judex habeat aliqualem cognitionem de hæreſi alicujus poteſt diligentiùs per ſe, vel etiam per alios obſervare verba, & operationes denuntiati, qui enim in animo ſunt hæretici, facilè ſuas hæreſes verbis, vel ſignis extrinſecis manifeſtant, ſicque deteguntur, & ſaluti conſulitur denuntiati, ac impeditur, ne hæreſes irrepant in alios.

15 Ad ſecundum reſpondetur cum D. Thoma 2. 2. *q. 68. art. 1* quemlibet teneri non ſolùm denuntiare, verùm etiam accuſare crimen hæreſis, ut etiam quodlibet aliud crimen, ſi tendat in damnum commune, vel etiam alicujus particularis innocentis, ait enim S Doctor *loc. cit. Si crimen fuerit tale quod vergat in detrimentum reipublicæ, tenetur homo ad accuſandum, dummodo ſufficienter poſſit probare,* & ratio addocitur à D. Ambroſio ex illo Apoſtoli *ad Roman. 1.* & habetur in *c. 1. de offic. deleg.* & in *c. Mulieres c. quanta de ſent. excommun.* quia ubi *commune periculum eſt, id diſſimulare, peccatum non eſt leve:* & quia crimen hæreſis eſt reipublicæ perniciosiſſimum, & vocatur etiam crimen publicum *l. Manichæos* §. 1. *C. de hæret.* ibi: *Ac primum quidem volumus eſſe publicum crimen, quia quod in religionem divinam committitur in omnium fertur injuriam.*

16 Præterca non obſtat, quòd denuntians non poſſit probare crimen occultum hæreſis, quia ſolus accuſator tenetur probare id, quod accuſat, non verò denuntiator, & licèt aliqui cenſeant etiam denuntiantem teneri probare, quod denuntiat ex *l. Divus l. ab accuſatione, ff. ad ſenat. conſult. Trebell.* eò quia denuntiator habetur loco accuſatoris *l. Ab accuſatione §. Nuntiatores.* nihilominus hodiè ſi non de jure ſaltem de conſuetudine jam inolita non tenetur denuntiator probare, quod denuntiat, ut docent Salicetus. in *l. Ea quidem C. de accuſ.* Soccinus in *c. qualiter & quando 2. num. 197. de accuſ.* Clarus in *pract. crimin. §. fin. q. 7. V. quæro nunc.* Hinc differt denuntiator ab accuſatore, quis is tenetur probare crimen alteri impoſitum, quòd ſi non probet, plectendus eſt pœnâ tallionis, ſeu eadem pœna, quam ipſe alteri per calumniam inferre intendebat *l. ult. c. de accuſ.* & *l. ult. C. de columniat.* & docet D. Thomas 2. 2. *q. 68. art 4.* ſecus denuntiatori non incumbit onus probandi crimen alterius, ſed tantùm illud manifeſtaodi Judici, ut is ex officio poſſit procedere ad ulteriorem inquiſitionem, ut notat Eymericus *3. p. direct. de ſecundo modo procedendi in cauſa fidei per denuntiationem num. 68.* & ibi Pegna *comment. 15. V. his peractis.* Farioacius de *hæreſ. q. 185. n. 71.*

Hodiè

Hodie tamen pœna tallionis impnſita accuſatori non eſt in uſû, tametſi accuſator ad illam ſe ſcripto obligatet, unde ſi per calumniam quis alium excuſet, hodie non punitur pœnâ tallionis, ſed pœnâ arbitrariâ, prout conſultiùa Judici viſum fuerit, Souſa *in Aphoris. lib. 2. c. 2. n. 4.* Imò non ſolùm accuſator, ſed etiam denuntiator licèt non teneatur probare, quod denuntiat contra alterum, adhuc tamen ſi convincatur, falſò denunciaſſe tanquam calumniator etiam punitur arbitrio Inquiſitoris, ut notat Symancha *de cathol. inſtitut. tit. 19 rubric. de denunt. n. 17.* quia ex ſola denuntiatione, ſi falſum denuntietur graviſſimè læditur denuntiatua, cùm aperiat viam Judici inquirendi contra illum, proinde puniri debet, ut Calumniator.

18 Ad tertium reſpondetur, textua ibi citatos non loqui de judiciali denuntiatione, ſeu in ordine ad Judicẽ, ſed de evangelica denuntiatione ad quã requiritur, ot præcedat correctio fraterna juxta evangelium Chriſti. Differt denuntiatio judicialis à charitativa. Primò quia judicialis per ſe, & directè procedit ex motivo juſtitiæ vindicativæ, fitque ſuperiori ut Judici: ſecus finis denuntiationis charitativæ, eſt ſola emendatio perſonæ delinqnentia, & directè procedit ex motivo charitatis, & fit ad ſuperiorem ut ad patrem. Secundò quia denuntians judicialiter tenetur de jure communi ſe ſubſcribere denuntiationi; adeò ut ejus nomen exprimatur; & poſtea vocatus coram Judice tenetur comparere, ac veritatem teſtificari, ut Reua convincatur. Secua qui tantùm denuntiat charitativa denuntiatione non tenetur, ſe ſubſcribere, imò nec Prælatus poteſt denuntiatum manifeſtare, niſi neceſſitas id exigat ad finem obtinendæ correctionis. Tertiò quia in denuntiatione judiciali tenetur quis oſtendere indicia, quia ſine illis nequit Prælatus ad Rei punitionem procedere: ſecua in denuntiatione charitativa non tenetur quia hujusmodi indicia criminis oſtendere. Quartò quia denuntiatio judicialis directè tendit, ut Reua per teſtea convictus, vel confeſſua deducatur in publicam ſui notitiam, & pœnam: at in denuntiatione charitativa Prælatus non debet crimen occultum ei denuntiatum aliis manifeſtare, ſi ſolus poteſt delinquentem corrigere, & emendare; quòd ſi non poſſit, tunc debet illud manifeſtare alteri, vel etiam pluribus, ſi ad criminis emendationem id requiratur.

19 Cæterum ad illud, quod dicebatur, occulta divino judicio eſſe relinquenda, reſpondetur id procedere, quando occulta delicta non ſunt denuncianda Ordinario, non verò ſi ſint denuntianda, ut eſt crimen hæreſis, vel quodcunque aliud vergens in damnum commune, vel aliud alicujus particularia innocentia; tunc enim ob ſpecialem rationem, & gravitatem debent crimina occulta denuntiari. Præterea quamvis in aliis delictia non teneatur qnia denuntiare, quod non poteſt probare, eo quia per ſuum teſtimoniũ adhuc non vitetur delictũ; nihilominus ſi denuntietur hæreſia occulta alteriua, poterit hæc vitari: & hæreticus ſaltem timebit hæreſin ſuã aliis prodere, cum ſciat, poſſe & debere ejua hæreſin denuntiari, tametſi probari non poſſit: unde cum per hanc denuntiationem coërceatur hæreſis, ne irrepat in alioa, & id cedat in maximum Reipublicæ Chriſtianæ commodum, & contrarium in notabiliſſimum detrimentum, ſequitur ad hoc damnum vitandum teneri quemlibet ſub peccato lethali hæreſin quamvia occultam denuntiare, tametſi ſufficienter non poſſit eam probare.

Quòd ſi quæras, quomodo denuntiatio judicialia facienda ſit? Reſpondetur, poſſe fieri tàm verbo, quàm ſcripto, prout denuntianti magis placuerit, ut docent Julius Clarus *in pract. crimin. §. fin. q. 7.* & Suarez *de fide diſput. 20. ſect. 4 n. 3* Imò neque requiritur, ut denuntiatio fiat coram teſtibus, ſed ſufficit ſi Inquiſitor mediante Secretario eam excipiat. Juvat tamen obſervare, quòd ſi denuntiatio fiat per epiſtolam, tunc denuntians debet ſuum nomen ſubſcribere: alioquin non deberet, nec poſſet Inquiſitor procedere ad inquirendum, vel examinandum teſtes, tametſi teſtes aliqui eſſent expreſſe nominati in ſchedula; ratio eſt, quia denuntiatio facta per epiſtolam non ſubſcriptam, nec ſignatam nomine denuntiantia nullius eſt valoris, & habetur, ut non facta, idq; ne improbis hominibus detur occaſio infamandi viros probna: ſola enim examinatio teſtium, & inquiſitio circa ſpecialem perſonam eſt per ſe quædam infamatio, ut notat Farinaciua *de hæreſi q. 185. n. 68.* 20

§. IV.

An teneatur quis Hæreticum occultum judicialiter denuntiare, ſi ſperet per correctionem fraternam emendatum iri, vel putet jam emendatum.

Diximua, denuntiationem judicialem differre à charitativa, quæ fit per correctionem fraternam, quia judicalia per ſe, & directè procedit ex motivo juſtitiæ vindicativæ, & fit ſuperiori ut Judici, & finem denuntiationis charitativæ eſſe emendationem delinquentis, ac directè procedere ex motivo charitatia, ac fieri ad ſuperiorem, ut ad Patrem. Modò quæritur, an ſi quis ſperet per denuntiationem charitativã aliquem emendandum, adhuc teneatur eum judicialiter denuntiare: Scaccia *de judic. c. 16. n. 3.* Royaa *tract. de heret. 2. p aſſert. 3.* Symancha *de cathol inſtit. tit. 19. rubr. de denuntiat.* & alii procedunt cum diſtinctione, & dicunt, quòd ſi crimen hæreſia proveniat ex malitia, debeat tunc judicialiter denuntiari, non ita ſi oriatur ex ignorantia, vel ex metu. 1

2 Alii verò cenſent, delictum occultum, quodcunque illud ſit, ſive proveniat ex malitia, ſive ex ignorantia non eſſe judicialiter denuntiandum, ſi ſpes affulgeat, fore, ut beneficio ſecretæ correctionis delinquens ſe emendet, & ita docet D. Thomas *2. 2. q. 33. art. 7. in corpor.* & Arragoniua *2. 2. q. 33. art. 7.* vult eſſe ſententiam communem tum Theologorum, tum Canoniſtarum, & eam docet Decianus in *tractat. crimin. lib. 5. c. 30. n 3.* & alii docentes, quod quando ſuperior ſcriptis, vel edictis generalibus præcipit

atiam ſub pœna anathematis aliqua delicta denenuntiari; hujusmodi præcepta eſſe intelligenda præmiſſa fraterna correctione. Idque ſuadent, quia tunc deountiatio noo poteſt fieri in punitionem delinquentis, ſed tantùm ad illius correctiooem, & ad præſervationem damni quod Reipublicæ imminet: atqui finis iſte ſperatur obtineri per præviam fraternam correctionem, ut ſupponitur, proinde non videtur tunc judicialis denuntiatio adhibenda, quia Chriſtus dixit, tunc tantùm delictom proximi eſſe maniſeſtandum Eccleſiæ, ſeu judicialiter denuntiandum, quando proximus non vult audire correctionem ſecretam, & nulla affulget ſpes, ſore, ut delinquens per fraternam correctionem emendetur: in hoc enim caſu cum non proſit denuntiatio charitativa adhibenda eſt judicialis: ſecus verò quando charitativa poteſt prodeſſe: quia charitas obligat, ut minori, qua fieri poteſt jacturâ pharmacum exhibeatur ægroto.

3 Hinc plures cenſent, ex evangelio anta judicialem denuntiationem eſſe præmitteodam charitacivam, & ſi ſpes affulgeat, ut ſit profutura, non ſit crimen denuntiandum Prælato, quamvis hoc ſit crimen hæreſia, ut docet Portellus *in dub. regul. V. correctio fraterna. n.* 11. Imo Reginaldus *in prax. Tom. 2. lib. 24. c. 3. ſect. 6. n.* 52. docet, ſuperiorem non poſſe præcipere, ut prætermiſſa correctione fraterna Reus occultus denuntietur, & vult, noo eſſe eidem parendum, quoties quid ſimile præcipit; non tameo putat eſſe damnandum præceptũ ab Inquiſitoribus fidei emanatum ſtatim nulla præmiſſa correctione enm denuntiandi, quẽ conſtat, hæreticum eſſe; quia in crimina hæreſis ordinariè nulla affulget ſpea emendationis: quòd ſi quia firmiter crederet, ſe per ſecretam admonitionem converſurum hæreticum, ac impediturum omnia mala, quæ iode poſſent ſequi, tunc cenſet Reginaldua præmittendam eſſe danuntiationem charitativam, ſeu fraternam correctionem, quia tunc per tale medium obtinetur finis, qui deſideratur, & ob quem eſt delinqnens judicialiter deountiandns: quando enim quis poteſt finem intentum à lege obtinere per unum medium, ono eſt oeceſſe, nt aliud adhibeat. Imò ne correctio fraterna judicetur non profutura cenſent ipſi non ſufficere, ſi ſemel, & iterum non profuerit, ſed debet iterum atque iterum adhiberi, quamdiu judicio viri prudentia ſperari poteſt emendatio, & ita eciam docet Peyrinua *in privil. Minim. tom. 2. conſtit. 4. Gregor. XV. §. 9. n. 26.* Alii diſtingunt iotet hæreſin formalem, & alia crimina, tametſi hæc ſapiant hæreſin formalẽ, & circa hæreſin formalem voluoc, oon eſſe præmittendam charitativam denuotiationem, ſeu frateroam correctionem, ſed tantùm, ſi agator de criminibua iis etiam quæ ſapiunt hæreſin, ut cenſet Fagunder *præcept. 2. lib. 4. n. 11.*

4 Vera tamen, & communior ſententia, cui adhærendum eſt, docet; crimeo hæreſia, imò, & qnodlibet aliud occultum, ſi ſpectet ad tribunal ſancti officii eſſe Inquiſitoribos ſtatim judicialiter denuntiandum non præmiſſa correctione fraterna, Idque ex decreto Alexandri VII. edito menſe Auguſto anno 1660. quò diſtrictè mandat, ut tam hæreticus, quam quilibet alius quomodocunque, vel leviſſimè de hæreſi ſuſpectus, locorum Ordinariis, aut Inquiſitoribùs nulla præmiſſa fraterna correctione denuntietur. Probant aliqui aſſertum, eò quia ordo correctionis fraternæ ſervandus ſit inter fratres, ut ait Chriſtus *Matth. 13. ſi peccaverit in te frater tuus corrige eum inter te, & ipſum ſolum*: atqui hæretici cum non ſint filii Dei, ſed Dœmonia non ſunt fratrea, proinde cum ipſis non eſt præmittenda fraterna correctio, quia ut ait Auguſtinua *ſerm. 16. de verbis Domini*, Ethnici, & hæretici cum ſint extra eccleſiam, non debent vocati fratres. Verùm hæc ratio non videtur probare intentum, quia præceptum de correctione fraterna eſt naturale, & divioum, proinde extenditur ad quoslibet hominas etiam Ethnicos, & hæreticos. Tum quia hæretici retinent characterem baptiſmalem, rationa cujus ſunt in Eccleſia ſaltem ſecundùm quid, proinde etiam in numero fratrum.

Probant alii, quia Chriſtus *Matth. 18.* præcipit, quòd qui Eccleſiam non audierit, non amplius corrigatur, nec admoneatur, ſed tanquam Ethnicua, & publicanus ſit habendus: atqui hæreticus non audit Eccleſiam, ſed ſuo tantùm vult inniti judicio; proindè præceptum illud Chriſti non videtur hæreticum comprehendere. Verùm nec ratio iſta ſatiafacit, quia nec alii peccatores Eccleſiam, & Deum audiunt, & nihilominus ſecretò ſunt admonendi, & corrigendi, antequam ad ſuperiores referantur, unde niſi aſſignetur diſcrimen, etiam hæretici eſſeot priùs monendi, quamvis non corrigantnr. 5

Quòd ſi dicaa, diſcrimen peti ex periculo quod imminet, ne hæreticus alios ſuis erroribus inficiat, ſiquidem ſi admooeatur, ne denuntietur, ſaltem finget, ſe eſſe emendatum, & non audebit ſooa errores aliis communicare. Contra quia quaodo imminet tale periculum, tunc non eſt præmittenda admonitio nec fraterna correctio, ſed ſtatim debet denuntiari ſuperioribus, oa malum, quod imminet ſequatur: ſecus ſi ſpes probabilis affulgeat emendationis, tunc præmittenda eſt admonitio. 6

Alii ea eo probant, correctionem fraternam ſeu denuotiationem evangelicam non eſſe præmittendam, eò quia ordo hojus correctioois ex communi ſenteotia Doctorum non eſt ſervandus, quando peccatur in rempublicam; eò quia tunc bonum Reipublicæ præferri debet famæ unius perſonæ particularia, & oullum eſt crimen, quod poſſit magis Reipublicæ obeſſe, quàm hæreſis; cum hæc adverſetur religioni; quæ rebus omnibos præferri debet. Verum neque iſta ratio probat intentum, quia etiam in aliis delictis vergentibus in damnum reipublicæ, quando creditur, quòd homo impoſterum abſtinebit ab inferendo damnum reipublicæ, ac propterea ſpes affulget probabilis emendatioois præmittenda eſt correctio, ſeu fraterna admonitio: proinde ex eo quòd crimen hæreſis vergat in damnum Reipublicæ, adhuc ſi ſperetur fore ut Reus ſit emendaodus, præmittenda erit fraterna admonitio. 7

Alii

8 Alii dicunt, in hæretico hanc ſpem non affulgere, eò quia ſit pertinax; proinde non eſſe præmittendam fraternam correctionem, quia hæc tantùm eſt præmittenda, quando affulget ſpes ſaltem probabilis, quòd peccator emendabitur, unde ceſſante hac ſpe ceſſat tale præceptum, quia, tunc corrigere eſt quid vanum, & inutile, & ad id quod inutile eſt, non datur obligatio: quòd verò hæreticus difficulter corrigatur, proinde quòd rariſſimè affulgeat hæc ſpes ut emendetur, ex eo liquet, quia cùm hæreticus ſit pertinax non eſt paratus corrigi, imò potius contradicere arguenti; cùm enim nolit Eccleſiam audire multò minus audiet perſonam particularem corrigentem: hinc Apoſtolus *ad Tit. 3.* loquens de hæretico ait: *Hic ſubverſus eſt, & ſuo judicio condemnatus*, ſeu prorſus deſperatus, adeò ut eum corrigere, perinde ſit ac Æthiopem abluere, hinc Chryſoſtomus explicans cit. textum Apoſtoli ait: *Cur obſecro pugnas in caſſum? cur aërem cadis?* ea enim eſt indoles hæretici, ut quo magis de ſuo errore admonetur, eò tenacius eidem videatur adhærere, adeò ut admonitus, & correctus deterior potiùs fiat, quam velit reſipiſcere. Verùm nec ratio iſta plenè ſatisfacit, concedimus enim, ſi nulla affulgeat ſpes emendationis, non eſſe tunc hæreticum admonendum, & corrigendum, ſed omiſſa prævia correctione, & admonitione eſſe ſtatim ſuperiori denuntiandum, quod commune eſt aliis delictis vergentibus in damnum reipublicæ, vel etiam alicujus innocentia particularis: ſed quæſtio non procedit, quando ceſſat omnis ſpes emendationis, ſed è contra quando hæc ſpes ſaltem probabilis adeſt, tunc enim etiam in delictis vergentibus in damnum reipublicæ videtur correctio locum habere, quia id exigit charitas fraterna.

9 Ratio igitur, cur in peccato hæreſis non ſit præmittenda fraterna correctio, ſed omiſſa charitativa denuntiatione ſit ſtatim hæreticus judicialiter denuntiandus, quamvis ſpes affulgeat fore, ut mediante prævia fraterna correctione emendetur, petitur ex eo, quia ob bonum tum ipſius Rei, tum fidei catholicæ, Pontifices decreverint, eſſe hæreticum ſtatim denuntiandum locorum Ordinariis, Inquiſitoribus, nulla præmiſſa monitione, & omiſſa quavis prævia correctione. Extat enim decretum Alexandri VII. emanatum Anno 1660. menſe Auguſto, in quo Summus Pontifex diſtrictè mandat, ac præcipit, ut non ſolùm hæreticus, ſed etiam quivis leviſſimè de hæreſi ſuſpectus locorum Ordinariis, vel Inquiſitoribus omnino nulla præmiſſa correctione fraterna denuntietur. Hinc ratio, cur non ſit præmittenda fraterna correctio, ſed omittenda ſit omnis prævia admonitio in peccato hæreſis, petitur ex eo, quia ſic ſtatuitur per edicta eccleſiæ, quibus præcipitur ut hæreticus, in quovis caſu; quamvis delictum ſit occultum, tametſi nullus alius præter eum, qui denuntiat, crimen ſciverit, & quamvis etiam affulgeat ſpes emendationis, ſi ſecretò corrigatur; adhuc his omnibus non obſtantibus debeat denuntiari: ſunt enim hujuſmodi edicta de materia graviſſima, ſuntque valdè rationabilia, quæ propterea obligant ſub mortali: tùm enim peccatum hæreſis, ſit perquam grave, facilè ſerpat, inficiatque totam Provinciam; & ex alio capite rariſſimè contingat, hæreticum per ſecretam admonitionem correctum iri, ſiquidem ſi non audit eccleſiam, multò minus audiet perſonam particularem: ideo eſt denunciandus.

Tum quia facilè poteſt hæreticus fingere, ipſum pœnituiſſe ſui criminis, & reſipuiſſe, & nihilominus in eadem voluntate perſiſtere; ideo non potuit, nec debuit quælibet perſona particularis judicare, an reverà ſecuta ſit emendatio: propterea potuit Eccleſia hanc cognitionem ſibi reſervare, & præcipere fidelibus, ut hæreticum, vel ſuſpectum de hæreſi nulla præmiſſa fraterna correctione, & omiſſa quavis prævia admonitione denuntiarent fidei Inquiſitoribus. Tum quia quamvis in aliquo caſu ſpes affulgeat, fore, ut reus emendetur præmiſſa fraterna correctione; regulariter tamen id non præſumitur, imò potiùs credendum eſt, ſe diſſimulatorum correctum, ut faciliùs poſſit delinquere, & venenum in alios evomere, ob hoc autem periculum boni communis poteſt Eccleſia præcipere, ut delictum hæreſis, cùm primum alicui innoteſcit, immediatè id ſibi denuntietur: hoc enim pertinet ad rectum Eccleſiæ regimen ad præcavendos errores, & ut delinquentes tutiùs corrigantur, vel ſaltem eorum pœnis alii exterreantur, & ſibi caveant, ne incidant in ſimiles errores: quamobrem poſito hoc præcepto, quamvis ſperetur correctio in aliquo ſpeciali caſu, adhuc fideles tenentur peccata delinquentis omiſſa fraterna correctione denuntiare Inquiſitoribus, quia per talem ſpem emendationis non ceſſat finis legis abſolutæ, & in univerſali. 10

Quòd ſi dicas, hoc præceptum Eccleſiæ denuntiandi delinquentem ſine prævia admonitione adverſari præcepto Chriſti de præmittenda correctione fraterna: ſiquidem præcipit Chriſtus, fratrem peccantem eſſe priùs ſecretò admonendum, & corrigendum & poſtea ſi nolit emendari, eſſe denuntiandum Eccleſiæ. Contrà eſt, quia duplex eſt denuntiatio, una Evangelica, alia judicialis; & Chriſtus præcipit, ut ante denuntiationem Evangelicam, quæ intendit emendationem fratris, præmittenda ſit correctio: non verò quòd ante judicialem, quæ punitionem intendit, præmittatur monitio: at qui denuntiatio, quæ fit in tribunali ſacræ inquiſitionis, eſt ad eum finem, ut hæreticus non ſolùm corrigatur, & emendetur, verùm etiam ut publicè puniatur, ſitque aliis exemplo, ut exterreantur, & abſtineant à ſimilibus delictis: unde neceſſe erat, ut ante præviam admonitionem crimen hæreſis denuntiaretur Inquiſitoribus. Præterea præceptum Chriſti de præmittenda fraterna correctione eſt de peccatis, quæ non vergunt in damnum commune, nec tertii innocentis, hinc Chriſtus dicit, *ſi peccaverit in te frater tuus.* 11

Tum quia Chriſtus loquitur ſpectatis rebus ſecundùm ſe: ſecus enim ſi ob bonum commune feratur lex aliqua reſpiciens caſus communiter contingentes; quia tunc bonum commune eſt præferendum particulari, & potiùs attendendum eſt, ut vitetur periculum boni communis communiter contingentis; quàm ut in uno, vel [illegible] altero 12

altero caſu vitetur damnum alicujus delinquentis particularis. Demum quia Chriſtus injungens præceptum de fraterna correctione præmittenda, loquitur de correctione, quæ fit ſolùm, ut frater emendetur, ut deſumitur ex verbis illis, *ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum*, unde Auguſtinus ait, finem talis correctionis eſſe fratris emendationem, & utilitatem, & etiam habetur in *c. novit. de judic. c. ſuper his de peccat. ſi peccaverit 2 q. 1.*

13 Hinc in hac correctione ſervandus eſt ordo à Chriſto præfixus, quando ſecreta admonitio ſufficit, ut frater emendetur: ſermo autem in præſenti non eſt de denuntiatione Evangelica, ſed de judiciali, quæ fit, ut delinquens publicè puniatur, ut alii abſterreantur, & abſtineant, & ut hæreſis non irrepat in alios, quos inficiat: unde hoc præceptum Eccleſiæ denuntiandi ſtatim abſque ulla prævia admonitione Inquiſitoribus hæreticum, vel ſuſpectum de hæreſi non adverſatur Chriſti præcepto de præmittenda fraterna correctione, quia Chriſtus non loquitur de hac denuntiatione judiciali, ſed tantùm de Evangelica: hinc D. Thomas 2. 2. *q. 33. art. 3.* docet, præceptum Domini de ordine ſervando in correctione fraterna non procedere de hæreticis, nec de ſuſpectis de hæreſi, & aſſignat etiam rationem, quia hæreſis non eſt delictum privatum, proinde non debet reputari, ut ſecretum, ſed ex vi objecti cenſendum eſt publicum; quia repugnat Deo, & communi bono fidelium. Adhuc tamen videtur in contrarium obſtare illud D. Pauli *ad Titum 3. Hæreticum hominem poſt unam, vel alteram correctionem devita.* Ex quo textu liquet, Hæreticum ex Apoſtolo eſſe prius admonendum, quàm denuntiandum. Sed contra negatur conſequentia, quia ibi Apoſtolus tantùm ſcribit ad Titum ut perſonam privatam, non verò ad quemlibet fidelem. Titus autem tenebatur ex officio hominem Hæreticum corrigere, & per ſententiam excommunicationis devitare, imò & proſcribere, ne fideles cum illo communicarent, ſi poſt monitionem ſtatim non reſipiſceret.

14 Si dicas, poſſe me hæreticum ſecretò corripere, proinde ex charitate teneri id præſtare, eò quia per denuntiationem frater pluribus exponatur incommodis, & moleſtiis; proinde decretum Eccleſiæ injungens, ut denuntietur hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi, adhuc adverſari præcepto charitatis. Contra eſt, negatur utraque conſequentia, quia ex eo, quod bonum commune præferri debeat bono particulari, & bonum ſpirituale bono temporali juſtè præcipitur, ut hæreticus in commune bonum fidei pro quocunque caſu, & eventu omiſſa correctione fraterna denuntietur; ſiquidem major ratio habenda eſt ad bonum commune, & ſpirituale, quàm ad incommodum, quod ex inde pati poteſt perſona aliqua particularis. Tum quia id etiam redundat in bonum ipſius perſonæ, ſeu hæretici, qui faciliùs tunc reſipiſcit.

15 An verò ſit etiam judicialiter denuntiandus hæreticus, ſi jam credetur emendatus, non conveniunt Doctores, eò quia difficulter dignoſci poſſit, quandonam hæreticus revera ſit emendatus: etenim ſi ſermo ſit de hæretico formali difficulter poteſt æſtimari emendatus; adeo ut juſtè, & rationabiliter poſſit ſemper dubitari, an revera reſipuerit, cum hæreſis ſit in intellectu, poſſitque in mente ſervari; proinde licèt videatur emendatus, adhuc ſemper denuntiandus eſt Inquiſitoribus, vel locorum Ordinariis; ſunt enim hæretici valdè ſubdoli, & ſemel conceptam hæreſin difficulter ex animo deteſtantur. Sin verò ſermo ſit de his, qui tantùm ſunt ſuſpecti de hæreſi, tunc ad dignoſcendum, quando quis cenſeatur emendatus, Felinus in *c. teſtimonium de teſtibus* cenſet, confeſſionem ſacramentalem ſufficienter probare, aliquem reſipuiſſe. Imò Genuenſis in *praxi c. 18. n. 6.* putat tum poſſe emendatum præſumi ſi delinquens lucratus fuerit Jubilæum. Verùm ſi hæ ambæ ſententiæ eſſent ad praxim deducendæ ferè nunquam ſuſpecti de hæreſi eſſent denuntiandi, quod adverſatur communi bono, tam reipublicæ, quàm religionis. Hinc Riccius *p. 2. deciſ. 159. n. 15.* Sancius in *ſelect. diſput.* 11. *n.* 15. & alii docent, quòd ſi plures anni fluxerint à commiſſo crimine, & delinquens veriſimiliter credatur emendatus, tunc non ſit denuntiandus: quia conditio humana id videtur exigere, ut poſt longum tempus a crimine patrato non deferatur delinquens ad tribunal punitionis, ſed præſumetur jam emendatus. Quantum verò temporis requiratur ut delinquens veriſimiliter præſumatur emendatus, non conveniunt Doctores, plures cenſent requiri tres annos ad præſumendam delinquentis emendationem, alii verò arbitrio boni, & prudentis viri remittunt tale judicium conſideratis circumſtantiis, & qualitatibus perſonæ, eò quia non niſi difficulter cognoſci poſſit hæc emendatio.

Putârim igitur cum communiori ſententia putantem hæreticum eſſe jam emendatum adhuc teneri eum judicialiter denuntiare, ut docent Farinacius *de hæreſi q. 197. §. 2. n. 52.* Paramus de *orig. ſanct. inquiſit. lib. 3. q. 8. n. 90.* Symenchas de *cathol. inſtit. tit. 19. n. 12.* Ratio petitur ex eo, quia præceptum hoc denuntiationis non ſit ſolum ob ſpecialem correctionem delinquentis, ſed principaliùs ob publicam correctionem, & ſecuritatem fidelium: atqui hujuſmodi finis intentus per hoc præceptum non videtur obtineri, quamvis delinquens fuerit emendatus, niſi etiam ab Inquiſitoribus corrigatur, & puniatur; quia tunc habetur correctio publica, & ſecuritas fidelium. & hæc ſententia hodie deducitur ad praxin poſt decretum Alexandri VII. emanatum menſe Auguſto Anno 1660. in quo Pontifex loquens de denuntiatione judiciali, quæ fit Inquiſitoribus ſancti officii, ait: *Etiam ſi nulla fraterna correctio, vel alia monitio præmiſſa fuerit, omnino teneri, & obligatos eſſe accedere ad denuntiandum Ordinariis, vel Inquiſitoribus locorum, quoſcunque etiam confratres, & ſuperiores, etiam primarios ſuos ejuſdem Ordinis, & Religionis, quos noverint eſſe de fide quomodolibet etiam leviter ſuſpectos. Ac propterea eoſdem debere omnes, & quoſcunque etiam alios diſe conſilium ut ſupra petentes, monere, & obligare ad denuntiandum, nec poſſe illos, à denuntiando ſub dicta fraternæ correctionis, vel alio quovis prætextu retrahere, aut retardare, &* 16

præ-

prædictos omnes tam ſuperiores, quàm ſubditos contra facientes, Sanctitas ſua voluit, & declaravit ſubjacere omnibus cenſuris in conſtitutione 9. Pauli V. expreſſis; nec non privationis quarumcunque dignitatum, ſeu Prælaturarum, ſeu officiorum ſuorum Ordinum, ac vocis activæ, & paſſivæ, & perpetuæ inhabilitatis ad eadem ipſo facto, & abſque ulla declaratione incurrendis, aliiſque Sanctitatis ſuæ, ac ſucceſſorum ſuorum arbitrio infligendis pœnis, quarum relaxationem, ſuſpenſionem, abſolutionem, & diſpenſationem ſanctitas ſua ſibi ipſi, & ſuis ſucceſſoribus Romanis Pontificibus tantùm expreſſè reſervavit. Ex qua conſtitutione liquet, non præcipi correctionem non fieri, ſed quòd quamvis facta ſit, non ob id eſſe omittendam denuntiationem, eò quia ſic congruat bono religionis, & communi: ſiquidem præcipuus finis hujus denuntiationis judicialis non eſt ſola emendatio fratris, ſed etiam publica correctio, & ſecuritas aliorum fidelium, ad quem finem obtinendum non ſufficit ſecreta monitio, quem enim fulmina excommunicationis non terrent; multò minus occulta, & privata correctio terrorem illi incutiet.

17 Cùm igitur ad executionem præcipui finis hujus denuntiationis judicialis requiratur, ut medium neceſſarium publica correctio; ſequitur, quòd tametſi hæreticus, vel ſuſpectus de hæreſi cenſeatur emendatus; adhuc ſit denuntiandus, ut publicè corrigatur, ac fidelium ſecuritati conſulatur. Tum quia hæreticus, ne denuntietur, & puniatur, facilè fingeret ſe emendatum; cùm reverà adhuc perſiſteret in eadem hæreſi, quod cederet in damnum publicum catholicæ religionis, proinde ad ſolos Inquiſitores, & non ad quamcunque perſonam privatam, pertinere debet, ut inquiratur; an vera ſit, vel tantùm ficta, & ementita delinquentis emendatio. Tum quia ſi hæreticus fuit ab alio infectus; vel ipſe alios infecit, id cognoſcere ad Inquiſitores pertinet, ut illi hæreſes prorſus extinguant, ac divellant ab Eccleſia, & hæreticos puniant, cæteróſque in officio contineant.

18 Neque obſtat, plures docere, ſuſpectum de hæreſi non eſſe judicialiter denuntiandum, ſi credatur emendatus, eò quia finis denuntiationis judicialis ſit emendatio proximi: proinde ſi ſuſpectus de hæreſi jam ſit emendatus ceſſat obligatio eum denuntiandi, & præſertim ut notat Fagundez in 2. *præcept. Eccleſ. lib 6. c. 4. n. 6.* ſi crimen ſit emendatum, & fuit occultum, & nulla illius præceſſit infamia, neque recidiva prudentis arbitrio timeri poſſit; alioquin ſi fuerit publicum, vel præceſſerit infamia, concedunt tunc plures, requiri etiam publicam emendationem; proinde & publicam denuntiationem. Immò cenſent alii, neque tunc eſſe crimen publicum denuntiandum, eò quia ſatis purgata ſit infamia per publicam emendationem. Nam contra eſt, quia licèt id verum ſit de aliis delictis, non tamen procedere poteſt de crimine hæreſis, in quo eſt ſpecialis ratio; quamvis enim crimen hæreſis occultum fuerit, & emendatum; adhuc denuntiari debet, & publicè puniri, quia id cedit in bonum publicum fidei; ut ſuperius oſtendimus. Poſſunt etiam Doctores propugnantes hanc ſententiam intelligi, quòd loquantur de denuntiatione evangelica, in qua tota correctio, & admonitio ad hunc unicè finem dirigitur, ut frater emendetur, proindè ſi ſemel conſtiterit, fratrem fuiſſe emendatum, non eſt, cur debeat quis ulteriùs progredi. In præſenti autem ſermo eſt de judiciali denuntiatione, quæ non ſolùm ordinatur ad emendationem hæretici; verùm etiam ad punitionem delicti, & ad terrorem incutiendum aliis, ut omnino crimen hæreſis præcaveatur. Demum ſtante præcepto ſuperioris generatim quodcunque delictum etiam emendatum poteſt denuntiari: in præſenti autem extat decretum Alexandri VII. in quo diſtrictè præcipit, ut tam hæreticus, quàm de hæreſi licèt leviſſimè ſuſpectus locorum Ordinariis, vel Inquiſitoribus omnino nulla præmiſſa fraterna correctione denuntietur; & cùm hoc ſit præceptum Eccleſiæ in materia maximi momenti, ſitque præceptum juſtum, & rationabile, eò quia promoveat bonum commune religionis, & conſulat ſaluti delinquentis, eſt procul dubio eidem parendum.

§. V.

An dentur caſus, in quibus non teneatur quis hæreticum judicialiter denuntiare.

CErtum eſt, aliquot dari caſus, in quibus poteſt quis excuſari, ne judicialiter denuntiet hæreticum. Primò ſi ſit etiam ipſe hæreticus, & ex eo, quòd ſi alium denuntiaret, ipſe itidem denuntiaretur; quia ut docent D. Thomas 2. 2. *q. 69. art. 1.* Felin. *in c. cum olim de accuſ. num. 3.* Symanchas *de cathol. inſtit. tit 42. n. 13.* nemo tenetur ſe ipſum prodere, quod etiam deſumitur *ex c. quis aliquando de pœnit. diſt. 1.* quod etiam eſt deſumptum ex D. Chryſoſtomo *ſuper epiſt. D. Pauli ad Heb. homil. 31. & 41. ad popul.* ubi ait: *Non dico tibi, ut te tradas; ſed revela ante Deum viam tuam*: hoc eſt, non ſuadet Chryſoſtomus, ut reus ſe manifeſtet judici, ſed tantùm ut coram DEO ſe emendet, quod in caſu hæreſis etiam procedit; ſiquidem nuſquam ab hac regula excipitur hæreticus, & donec probetur exceptio, ſtandum eſt regulæ, ut notat Gloſſa in *l. omnis definitio de regul jur.* & in *rubric. cod. tit. lib. 6.* Tum quia natura nititur quantum poteſt ſe ipſam conſervare; proinde prodere proprium delictum Judici, ut ab ipſo puniatur, repugnat naturæ. 1

Quòd ſi dicas, in Concilio Biterrenſi *c. 1.* præcipi, *ut quicunque ſciverit ſemel alios in crimine hæreſis deliquiſſe, compareat veritatem dicturus.* Reſpondetur, Concilium tantùm loqui de tempore, quod Inquiſitores fidei vocant *gratiæ*, in quo indulgentia promittitur iis, qui ſpontè propria delicta aperiunt Inquiſitoribus, ut ſe corrigant, & reſipiſcant, ut docet Suarez *de fide diſput. 20. ſect. 4.* 2

Secundò, nec tenetur quis denuntiare hæreticum, ſi fuerit ſocius ejuſdem criminis, qui tunc tùm non poſſit manifeſtare ſocium, quin ſe 3

Digitized by Google

ipſum etiam prodat: ex eo quòd nemo teneatur ſe ipſum prodere, ſequitur, quòd nec teneatur hæreticum ſocium criminis denuntiare: quia ſi ſocius denuntiatus poſtea interrogaretur juridicè, teneretur denuntiantem ut complicem, & ſocium criminis manifeſtare: quando enim quis juridicè interrogatur, ut reus, tenetur manifeſtare ſe, & ſocios criminis: nec iſte talis ſe prodit, cùm de crimine hæreſis ſit jam accuſatus, & diffamatus. Præterea quoties interrogatur quis juridicè, ut Reus in aliis delictis tenetur etiam manifeſtare ſocios criminis; ergo etiam, imò à fortiori, in delicto hæreſis, ſi juridicè interrogetur de ſociis hæreſis: & cùm nemo teneatur ſe ipſum prodere, ſequitur, neque teneri ſocium ejuſdem criminis denuntiare; quia quamvis denuntiare ſocium non ſit denuntiare ſe ipſum immediatè, & directè; eſt tamen ſe ipſum denuntiare indirectè, & mediante ſocio.

4 Tertiò, neque tenetur quis alium denuntiare ut hæreticum ſi ab homine levi, ſicophanta, & fide non digno audierit, talem eſſe hæreticum, ut notat Petrus Navarrus *de reſtit. lib. 2. c. 4. p. 2. dub. 10. num. 108.* quia tunc fundamentum eſt nimis leve, & inſufficiens ad diffamandum alium. Tum quia communiter docent Doctores, quòd generatim, quando quis compellitur ad aliquid ſub peccato mortali revelandum excuſatur à revelatione, ſi id audiverit ab homine levi, & minus digno, cui ſit fides adhibenda: quòd ſi id audierit ab homine cordato, & fide digno; tunc ſi iſte hominem hæreticum non revelat, tenetur, qui audivit eum eſſe hæreticum, illum denuntiare; ſiquidem hujuſmodi denuntiatio plurimum tunc valet, quia poteſt ſuperior citare eum, à quo revelator audivit; & etiam uti ejus teſtimonio ad procedendum contra reum, ut notat Navarrus in *ſum. c. 25. n. 46.*

5 Quòd ſi quis audierit, Petrum eſſe hæreticum, & non recordetur à quónam id audierit, is non tenetur tunc Petrum denuntiare, ut nec etiam ſi ille, à quo audivit poſtea dicat, ſe id certò non ſcire. Verùm putârim probabilius cum Farinacio de *hæret. q. 197. §. 2. num. 51.* Teneri tunc denuntiare hæreticum, ſi habeatur ſcientia perſonalis, quia tunc Inquiſitores habita hac ſcientia poſſunt inquirere, & majorem diligentiam adhibere: quia cùm Inquiſitores omnino ſecretè procedant non periclitatur fama denuntiati, ſi innocens ſit.

6 Neque tenetur quis denuntiare eum, quem ob levem ſuſpicionem, vel levia indicia, quæ facilè poſſunt fallere, ſuſpicetur eſſe hæreticum, ut notat Navarrus *conſ. 30. de hæret.* ubi ſubdit, quod edicta, quibus jubemur, etiam ſub pœna latæ excommunicationis revelare aliqua, quæ ſcimus, non obligent nos ad revelandum, ſi tantùm aliquo modo ea audivimus, vel de illis ſuſpicionem habemus: bene tamen nos obligarent, ſi certò cognoſceremus tales, eſſe hæreticos, eò quia vidimus eos delinquere, ut notat Innocentius in *c. cum causa num. 7. de juramen. calum.* vel audivimus ab aliquo viro fide digno, & tanquam certum cenſemus, eos eſſe hæreticos, *l. Titio ff. de condit. & demonſt.*

Quartò neque tenetur quis alium denuntiare ob metum cadentem in virum conſtantem; ſicut nec tenetur fœmina ob metum cadentem in fœminam conſtantem, adeò ut qui timet, ne ſi denuntiet, occidatur, vel malè tractetur, non teneatur denuntiare, ut notat Scaccia *de judic. c. 56. n. 4.* Pegna *p. 2. direct. q. 53. comment. 76.* quos citat, & ſequitur Farinacius *q. 197. §. 2. n. 53.* & alii aſſerentes ratione damni gravis emergentis neminem teneri judicialiter denuntiare alium: in quo tamen putârim procedendum eſſe cum diſtinctione, quia cùm hæreſis damnum inferat reipublicæ, & Eccleſiæ catholicæ conſiderandum eſt, quantum ſit hoc damnum, quod oriri poteſt ex omiſſa denuntiatione, & an poſſit hoc damnum aliâ viâ impediri; quia ſi poteſt aliunde impediri, non tenetur tunc quis judicialiter denuntiare ſi ex judiciali denuntiatione timeat grave damnum ſivè in vita, ſivè honore, fama, vel re familiari, quia præcepta divina, & Eccleſiaſtica non obligant cum tanto rigore. 7

Sin verò commune reipublicæ damnum non poſſit aliâ viâ impediri, tunc licèt non deſint qui cenſeant, adhuc eum qui timet jacturam in vita, fama, vel re familiari non teneri denuntiare, eò quia præcepta divina, & Eccleſiaſtica non obligent cum tanto rigore, cùm lex Domini ſit ſuavis, & ejus præceptum leve: nihilominus putârim adhuc procedendum cum diſtinctione, vel enim damnum commune, quod ex omiſſa judiciali denuntiatione timetur in republica eſt multo gravius, ac longè præponderat damno, quod timetur ex judiciali denuntiatione, & tunc, qui timet, tenetur judicialiter denuntiare, quia cùm ſit longè majus, & gravius damnum, quod oritur in republica ex omiſſa judiciali denuntiatione, quàm ſit ſpeciale damnum, quod imminet denuntianti, tenetur hic impedire commune damnum reipublicæ, quia bonum commune præferri debet privato: ſin verò damnum commune reipublicæ non ſit adeo grave, nec longè præponderet damno ſpeciali, quod denuntians timet ſibi obventurum; tunc putârim hunc excuſari à judiciali denuntiatione, quia præcepta divina, & Eccleſiaſtica non obligant cum tanto rigore: & in hoc ſenſu docent ferè communiter, neminem teneri denuntiare, nec teſtificari, quando probabiliter timet aliquod damnum grave ſpirituale, vel temporale, vel etiam inimicitiam capitalem, quæ ex denuntiatione poſſit oriri. 8

Quintò neque tenetur, imò nec poteſt denuntiare quis alium, ſi ex confeſſione ſacramentali cognovit eum eſſe hæreticum, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 70. art. 2.* ubi ait: De his quæ homini ſunt commiſſa in ſecreto per confeſſionem nullo modo debet in teſtimonium ferre, nec dicere: quia hæc ipſe non ſcit ut homo, ſed ut Dei miniſter. Idque etiam deſumitur ex *cap. omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.* ibi: *caveat autem omnino ne verbo, vel ſigno, vel quovis alio modo prodat peccatorem*, hoc idem etiam habetur in *c. dilectus de exceſſ. b. Prælat.* & in *c. Sacerdos de pœnit. diſt. 6.* ubi dicitur, quòd propter nullum ſcandalum, vel damnum ſive privatum, ſivè publicum 9

vitandum manifeſtari debeat peccatum, quod in confeſſione ſacramentali ſacerdos excipit: & ratio etiam deſumitur ex eo, quia inde confeſſio redderetur odioſa, & homines retraherentur ab hoc ſacramento, cùm ſecurè non poſſant ad illud accedere, quòd procul dubio redundaret in grave damnum ſpirituale fidelium, & irreverentiam ſacramenti. Hinc qui in confeſſione ſacramentali audivit, aliquem eſſe hæreticum, non ſolùm non tenetur, verùm etiam non poteſt eum denuntiare, ut hæreticum, quia ſigillum ſacramentalis confeſſionis eſt omnino inviolabile, & quæ ibi audiuntur, habentur ut non audita ab homine, quia non audiuntur à Confeſſario, ut homine, ſed ut DEI Miniſtro: & hoc etiam procedit, ſi quis in ſacramentali confeſſione percipiat complices hæretici, non poteſt nec tunc manifeſtare complices, quia etiam ſocii peccati, & circumſtantiæ ejusdem in confeſſione ſacramentali manifeſtati cadunt ſub ſigillum ſacramentalis confeſſionis, perinde ac ipſum peccatum, cujus ſunt circumſtantiæ, ut cum communi ſententia notat Sotus *in 4. diſt.* 18. *q. 4. art. 5.*

10 An verè teneatur filius denuntiare patrem idololatram, vel hæreticum, & viceverſa Pater filium, uxor maritum, & maritus uxorem? Reſpondetur, non defuiſſe, qui putaverint, non teneri filium denuntiare patrem idololatram, vel hæreticum, ea innixi ratione, quia filius naturali jure tenetur ſemper colere, & revereri parentes, proinde non poteſt eos accuſare, vel denuntiare, quia id pugnat cum cultu, & veneratione à filiis impendenda parentibus: ſiquidem etiam ipſæ feræ nunquam ſuis parentibus interitum machinantur, vel afferunt. Neque obſtat, quod *Deuteron.* 13. ponatur ut lex à natura indita, non debere quempiam ſinere ſe seduci à ſanguine junctis: quia ibi nulla fit mentio patris, vel matris, ſed tantùm dicitur, *ſi frater tuus, aut filius, aut uxor, aut amicus voluerit te decipere,* proinde ex lege illa Deuteron. obligatio denuntiandi hæreticos non extenditur contra patrem, & matrem, ſi ſint idololatræ, vel hæreſi infecti, & ita docent Abulenſis *in d. c. 13. Deuter.* & Symanchas *de conſtit. cathol. tit. 29. n. 35.* Alii verò procedunt cum diſtinctione, & dicunt, tunc filium non teneri patrem hæreticum denuntiare, ſi hic ſibi ſoli noceat, & non aliis: ſecus teneri eum denuntiare, quando Pater alios falſa doctrina corrumpit, & ſtudet à vera religione avertere: quia cum citata *lex Deuteron. 13.* ſtatuat, ut Pater prodat filium impium idololatriam ſuadentem aliis: eadem ratione Filius patrem idololatram, ſeu hæreticum tenetur denuntiare, quando ſtudet aliis à vera catholica religione avertere, & hæreſis labe inficere, quia idem jus eſt filii in patrem, quod eſt patris in filium, ut notat Alexander *p. 3. q. 23. memb. 4. art. 2.*

11 Putârim cum communiori ſententia teneri filium in quovis eventu denuntiare patrem idololatram, ſeu hæreticum, quia id colligitur ex *Deuteron.* 13. ibi: *Si tibi perſuadere voluerit Frater tuus, Filius matris tuæ, aut Filius tuus, vel filia, ſive uxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quem diligis, ut animam tuam, clam dicens: eamus, & ſerviamus Diis alienis, non miſerearis, ut occultes eum.* Cum enim textus iſte præcipiat, non eſſe miſerendum filio hæretico, ſeu idololatræ à patre: ſimiliter nec eſt miſerendum in eodem crimine patri à filio, valet enim conſequentia, quia plus amat filium Pater, quàm patrem Filius. Neque obſtat in textu *Deuter.* 25. nullam fieri expreſſam mentionem patris, vel matris, nec de filio in ordine ad patrem: quia ut notat Cajetanus non præſumitur hujusmodi ſcelus ſuaſionis in patre in ordine ad filium, vel nulla fit mentio patris, quia in lege non miſerendi filio includitur etiam lex non miſerendi patri: & licèt filius magis ſit obligatus patri, quàm Pater filio, nihilominus Pater magis diligit filium, quàm Filius patrem: proinde eo ipſo quòd textus præcipit non eſſe miſerendum filio hæretico à patre, ſimiliter præcipit non eſſe miſerendum in eodem crimine patri a filio. Tum quia Chriſtus *Matth.* 10. *v. 30.* ait: *Qui honorat patrem, & matrem plus quàm me, non eſt me dignus,* quia tenetur quisque magis Deo, quàm parentibus obedire *c. relatum de ſent. excommun. cap. quisquis metu 9. q. 3.* Tum quia religio eſt ſemper pluris facienda, quàm patris neceſſitudo.

Tum quia ſi ex *l. minimè ff. de relig. &* 12
ſumpt. funer. Poteſt filios impunè patrem ut hoſtem patriæ, & reipublicæ occidere, à fortiori poterit filius patrem hæreticum, & hoſtem DEI ac fidei catholicæ denuntiare, ne ejus erroribus mores corrumpantur fidelium, & iſti deficiant à fide.

Videtur tamen in contrarium obeſſe, quia 13
nemo tenetur ſibi damnum inferre: ſin autem filius denuntiaret patrem hæreticum, eò ipſo damnum ſibi inferret, proinde non videtur Filius teneri eum denuntiare; præſertim cum leges humanæ non obligent cum tanto rigore, & diſcrimine. Quòd autem filius denuntians judicialiter patrem hæreticum damnum ſibi inferret, ex eo liquet, quia eo ipſo quòd filius denuntiat patrem idololatram, vel hæreticum amittit bona patris, quia eſt Pater infamis, & ejus bona confiſcantur.

Sed contrà, quia quando filius patrem hæ- 14
reticum denuntiat non punitur pœnis à jure ſtatutis contra filios, & nepotes hæreticorum: quinimò in præmium judicialis denuntiationis, ac beneficii præſtiti religioni non privatur bonis paternis, nec incurrit infamiam, quinimò potiùs afficitur honoribus, ut notat Carena *p. 2. tit. 5. §. 3.* Pegna in *direct. p. 2. c. 14. comment. 25.* Hinc ſi filius cognoſcat, patrem eſſe hæreticum, & coram aliis hæreſes proferre, ac docere, tenetur ſtatim eum judicialiter denuntiare, alioquin ſi priùs ab aliis denuntiaretur, incurreret filius pœnas à lege ſtatutas in filios, & nepotes hæreticorum, proinde privaretur bonis paternis, unde conſultiùs tunc eſſet alios prævenire. Neque excuſatur filius ab obligatione denuntiandi patrem, eò quia ſit hæreticus occultus, ſibique ſoli noceat, quia filius debet præſumere, patrem ſi non hodie, cras, vel altero die nociturum aliis, quia hæreſis ſerpit, & ſemper inficit, quos alloquitur, venenum enim tunc evomit. Eadem ratione tenetur etiam Pater denuntiare filium hæreticum; quia *Ex Deuteron.* 13. conſtituitur, ut Pater non occultet filium veræ fidei con-

Digitized by Google

temptorem, proinde tenetur illum denuntiare, ut docent Cajetanus in *c. 13. Deuteron.* Farinac. *de hæret. q. 197. n. 4.* Suarez de *fide diſp. 20. ſect. 4. n. 21.*

15 Quid verò dicendum ſit de uxore, an teneatur hæc denuntiare maritum idololatram, aut hæreticum, & è converſo vir uxorem; plures negant, eò quia maritus, & uxor cùm ſint duo in carne una reputantur una, ac eadem perſona; & ſicut nullus tenetur ſe ipſum prodere; ita nec tenetur uxor virum, nec vir uxorem denuntiare, & ita docent Riccius *p. 3. deciſ. 279. n. 8.* Cantera *in qq. crimin. rubr. de hæret. c. 1. n. 22. v. ex qua quidem.* Putârim tamen cum communiori, & veriori ſententia, teneri uxorem virum hæreticum judicialiter denuntiare, & è contra; adeo ut ſententia id negantiom tantùm procedet de aliis criminibus, & delictis; non autem de idololatria. & hæreſis; quia hæreſis ut ſcribit Felix Papa epiſt. 1. ad Paternum Epiſcopum de hæreſis incommodis: *Eſt nimis impia Evangelicæ veritatis inimica, Chriſtianæ religionis fundamenta conatur convellere, & quoscunque rapit ad ſe, non ſolùm in hoc vitium, ſed in alia multa ruere facit.*

16 Hinc tametſi maritus non dogmatizaret, adhuc eſſet ab uxore denuntiandus, ut etiam uxor à viro, ut probant Farinacius *de hæret. q 197. n. 4.* Maſcardus de *Probat. concluſ. 857.* Caren. *p. 2. tit. 9. §. 5.* Ratio petitur ex eo, quia damnum commune eſt ſemper præferendum ſpeciali. Neque ex eo, quòd uxor maritum, vel filius patrem judicialiter denuntiet agit contra reverentiam à filio debitam patri, & amorem ab uxore debitum marito, quia non eſt contre reverentiam debitam patri ejus utilitatem Spiritualem quærere, & ejus peccatum impedire, & curare, ut corrigatur.

17 Tum quia reverentia eſt priùs debita Deo, quàm patri: proinde potiùs eſt obediendum Deo, quàm parentibus *c. relatum de ſent. excommun. c. quisquis metu 11. q. 3.* Tum quia quando filius procurat bonum patris, & impedire ejus peccatum, non præſumitur agere contra reverentiam à filio debitam patri; quia filius agens contra reverentiam debitam patri eum offendit: quando autem filius quærit impedire peccatum patris non intendit illum offendere, ſed potiùs ejus bonum procurare: conſequenter non intendit debitam ei reverentiam negare. Demum quia ſi licet interficere patrem impugnantem patriam, ac intentantem ejus excidium *l. minimè ff de religioſ. & ſumpt. funer.* à fortiori licebit, eundem denuntiare reum fidei catholicæ.

18 Quid verò dicendum, ſi Pater, vel maritus ſit tantum ſuſpectus de hæreſi, an tunc ſit Pater denuntiandus à filio, & maritus ab uxore; plures affirmant præſertim Carena *p. 2. tit. 9. § 3. n. 13.* Zechius de *caſib. reſervat. caſ. 2. n. 2.* Lazarius *q. 12. n. 57.* eò quia eadem ratio militet in idololatris, & hæreticis, ac in ſuſpectis de hujusmodi crimine. Præterea quia edicta, quæ obligant ad denuntiandum loquuntur generaliter, conſequenter debent generaliter intelligi, adeò ut comprehendant etiam filium contra patrem, & uxorem contra maritum. Probabilis tamen eſt contraria ſententia aſſerens, filium non teneri denuntiare patrem ſuſpectum tantùm de idololatria, vel hæreſi, nec uxorem teneri denuntiare maritum, aut è contra, ut docent Navarrus *conſ. 3. de hæreſ.* Bordonus *tom. 1. c. 31. de hæreſ. denuntiand. n. 13.* Homobonus *p. 2. examin. tract. 7. ca. 7 q. 32.* Putârim verò filium non teneri patrem ſuſpectum de hæreſi judicialiter denuntiare. Primò ſi ſuſpicio ſit levis, & indicia, quæ filius habet de patris hæreſi ſint etiam levia; & quæ facilè poſſint fallere. Secundò ſi filius inde metuat notabile damnum, & hac ratione Pegna *in direct. p. 2. comment. 78. v. At non,* cenſet uxorem excuſandam eſſe, ſi non denuntiat maritum ſuum carnes comedentem diebus ab Eccleſia prohibitis. Tertiò ſi ſuſpicio non egrediatur ſimplicis ſuſpicionis limites, quia ut notat Abbas in *c. inter ſolicitudines de purg. canon. n. 6.* ſtatutum loquens de hæreticis non procedit de ſuſpectis de hæreſi, quia talia ſtatuta ſunt ſemper pœnalia, quæ non extenduntur ultra caſus expreſſos, ut notat Sanctarellus *de hæreſ. c. 53. n. 6.* atqui ſtatuta loquentia de filio, & uxore obligatis ad denuntiandum loquuntur de patre, & viro idololatris, aut hæreticis, & Doctores ita etiam intelligunt eadem ſtatuta, quæ propterea non debent extendi ad ſuſpectos de tali crimine; ut etiam docet Carena *p. 2. tit. 9. §. 5.*

Neque obſtat, quòd edicta Inquiſitorum ſint generalia proinde eſſe generaliter intelligenda; 19
quia id verum eſt in favorabilibus, non verò in odioſis, quia tunc debent edicta ſtrictè potiùs interpretari, & reſtringi ad caſus tantùm expreſſos. Tum quia tunc edicta generalia debent generaliter intelligi quando aliquæ ſpecialis ratio contrarium non ſuadet *l. hæreſ. abſens. ff. de hæred. inſtitut.* Tum quia generaliter dictum non refertur ad extraordinaria *l. Sejo amico §. Medico ff. de annu. legat.*

Cæterùm licet, ſi agatur de crimine hæreſis 20
formalis teneatur filius patrem, uxor maritum, & vice verſa judicialiter denuntiare, non tamen id procedit extra crimen hæreſis formalis, ſi ex tali denuntiatione grave damnum timeatur in vita, fama, honore, re familiari propria, vel ſuorum, quia leges humanæ non obligant cum tanto rigore, & incommodo. Tum quia Pater, & Filius, maritus, & uxor, imò & etiam fratres cenſentur inter ſe una ac eadem perſona; & repugnat juri naturali, quempiem ſe ipſum prodere. Hoc tamen procedit extra crimen hæreſis formalis, quia in crimine hæreſis formalis tenetur quivis hæreticum quamvis ſibi ſanguine conjunctiſſimum Inquiſitoribus denuntiare, ut deſumitur ex dicto textu *Deuteron. 13.* Idque etiam deſumitur ex *c. 32. Exodi v. 28.* ibi: *Qui dixit Patri ſuo, & Matri ſuæ neſcio vos, & fratribus ejus ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos, & non ſunt miſerti amicorum, cognatorum, nec Fratrum, nec Filiorum, nec parentum, ſed occiderunt eos non minus quàm alios, perinde ac ſi illos non noviſſent, imò non vidiſſent, nec aſpexiſſent.* Laudantur enim in hoc textu Levitæ, eò quia in punitione Idololatrarum, ſeu adorantium vitulum aureum, nullam habuerunt rationem ad ſanguinem, ad patrem,

patrem, vel matrem, ſed omnes æquè puniverint, quia honor Dei præferendus eſt reverentiæ debitæ parentibus *Matth.* 10. *Qui honorat patrem, & matrem plus quàm me, non eſt me dignus.*

21 Præterea quia homo tenetur magis Deo obedire, quàm parentibus *c. Relatum de ſent. excommun. c. quiſquis metu* 11. *q.* 3. Tum quia religio præferri debet neceſſitudini, & pietas propinquitati. Neque obſtat, quòd *Deuter.* 13. præcipiatur quòd pater denuntiet filium, non verò, quod filius patrem: ex quo videtur inferri non debere patrem hæreticum denuntiari à filio. Nam contra, quia ut ſuperiùs diximus, eatenus in textu *Deuter* 13 non fit mentio de filio in ordine ad patrem: vel quia in lege non miſerendi filii, includitur etiam lex non miſerendi patris, quia tametſi magis ſit obligatus filius patri, quàm pater filio: nihilominus ex alia parte pater magis diligit filium, quàm filius patrem, unde ex eo quòd pater præcipiatur denuntiare filium, implicitè, etiam filius præcipitur denuntiare patrem.

22 Tum quia in *eod. cap. Deuter.* 13. dicitur tantùm quòd maritus debeat denuntiare uxorem; non verò hæc maritum; & tamen certum eſt, quòd etiam uxor tenetur maritum denuntiare; adeò ut ex eo, quòd textus dicat, maritum teneri denuntiare uxorem; virtualiter, & implicitè etiam dicat, quòd uxor tenetur maritum denuntiare; ita à pari ex eo, quòd textus præcipiat explicitè, ut pater denuntiet filium; virtualiter, & intrinſecè etiam præcipit, ut filius patrem denuntiet.

23 Neque dicas, eſſe diſcrimen, eò quia ſi filius denuntiat hæreticum patrem, bona patris addicuntur fiſco, & filius illis privatur, ac incurrit infamiam perinde ac pater: & cùm nemo teneatur ſe ipſum prodere, nec infamare, ſequitur, filium non teneri patrem hæreticum denuntiare: non enim leges humanæ obligant cùm tanto rigore. Sed contra negatur antecedens, quia filius ex eo, quòd denuntiet patrem hæreticum non punitur pœnis jure ſtatutis in filios, & nepotes hæreticorum, quinimò in præmium operis pii, quod exercet in tali judiciali denuntiatione meretur, ut potiùs honore afficiatur, quàm ut infamiam incurrat, ut notat Pegna in *direct. p.* 2. *c.* 14 *comment.* 15. alioquin filii ſi deberent privari bonis paternis, & incurrere infamiam in detrimentum fidei catholicæ retraherentur à denuntiandis parentibus hæreticis: ob hanc rationem extat etiam lex Federici Imperatoris, cui initium eſt; *Commiſſi nobis cœlitus*: ibi: *Ne quidem à miſericordiæ ſigno duximus excludendos, ut ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces, latentem patrum perfidiam revelaverint, quacunque reatus illorum animadverſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubjaceat innocentia filiorum.* Legem hanc Federici comprobârunt etiam Pontifices præſertim Innocentius IV. ut refert Pegna *loc. cit. & in ult. p. direct. inter litteras Apoſtolicas pag.* 6. *& ſ.* Imò id etiam contingit in crimine læſæ Majeſtatis humanæ: ſi enim pater committat crimen læſæ Majeſtatis, & filius patrem denuntiet, liberatur filius a pœnis jure ſtatutis, contra filios patrum tentantium, vel committentium tale crimen *l. quiſquis §. ult. C. ad Leg. Jul. Majeſt.*

Neque obſtat, quòd tunc filius gravem patri inferat injuriam, conſequenter non teneri eum denuntiare. Nam contra eſt, quia tenetur filius magis Deo, & Eccleſiæ obedire, quàm patri: Eccleſia autem præcipit, ut quilibet ſub peccato lethali, & pœna excommunicationis in bonum fidei, & ſalutem fidelium debeat hæreticos denuntiare, & non excipiuntur parentes: & quia filius tenetur Eccleſiæ parere, ideò tenetur etiam patrem hæreticum denuntiare, quia bonum commune, & ſpirituale debet præferri bono privato, & temporali. Tum quia talis denuntiatio redundat etiam in bonum ſpirituale parentis: perſæpè enim contingit, ut hæreticus, ſi denuntietur, reſipiſcat. 24

§. VI.

An dentur aliæ cauſæ excuſantes à denuntiatione facienda: & quæ ſint pœna omittentium judicialem denuntiationem.

Quia interdum edictum Inquiſitorum fundatur in præſumptione, quam quis certò ſcit deficere in tali ſpeciali caſu; ideò oritur dubium, an tunc teneatur is denuntiare judicialiter eum, in quo hic, & nunc præſumptio deficit. Riccius *p.* 2. *deciſ* 178. *n.* 6. Valerus *V. hæreſis differentia* 1. *n.* 1. & alii cenſent, eum, qui certò ſcit, præſumptionem deficere, in hoc vel illo ſpeciali caſu circa talem perſonam, non teneri eam judicialiter denuntiare, & inferunt non eſſe judicialiter denuntiandos Chiromanticos, Negromanticos, & alios hujus furfuris homines, qui ex rimularum inſpectione, vel linearum manuum luſtratione aliqua prædicunt, ſi certò quis ſciat, eos non pepigiſſe cū dæmone: & nituntur ea ratione, quia motus Sixti V. editus contra Chiromanticos, & Negromanticos, aliósve homines hujus furfuris nequam fundatur in præſumptione, quæ ſi ceſſet, etiam lex fundata in tali præſumptione ceſſat obligare. 1

Verior tamen, & probabilior ſententia docet, eſſe denuntiandos, tametſi denuntians ſciat præſumptionem in tali caſu deficere, ut notant Freldas in *addit. ad tract. unde Epiſcop.* Aragna de *confeſſ. ſolic. q.* 11. *n.* 28. & alii. Ratio ex eo petitur, quia judicium diſcernendi circa ſuſpicionem fidei, quæ reſultat ex ſuppoſita præſumptione ex Pontificiis decretis non convenit Confeſſariis, vel aliis, qui non ſunt Judices ſpecialiter deputati ſuper cauſis fidei cognoſcendis, & quia Inquiſitores ſunt tales Judices, ideò ad ipſos pertinet tale judicium ferre, propterea eſt ipſis denuntiatio facienda, ut poſſint inquirere, & judicium formare: quo pacto, quia Bulla Gregorii XV. fundatur in præſumptione, ut liquet ex verbis illis *Nos in animum inducere nequeuntes*, ideò judicium diſcernendi circa ſuſpicionem de fide Confeſſarii ſollicitantis competit ſolis Inquiſitoribus, qui à Pontifice deputantur Judices ſuper cauſis, & ſuſpicione fidei cognoſcendis. Quòd ſi quis dubitaret, an in tali 2

caſu revera præſumptio deficeret, tunc docent communiter omnes, denuntiationem eſſe judicialiter faciendam Inquiſitoribus, quia diſcutere hoc dubium non pertinat ad perſonas privatas, ſed ad ſuperiorem.

3 An verò, ſi quis ſub ſecreto haboerit aliqoem eſſe hæreticum, teneatur eum denunriare cum violatione ſecreti. Raſpondetur cum diſtinctione, vel enim hoc ſecretum oritur ex ſacramento pœnitentiæ, & tunc certum eſt, non eſſe hæreticum revelandum, quia ſigillum ſacramenti pœnitentiæ pro nullo eventu debet violari: ſin autem ſecretum ortum fuerit extra ſacramantum pœnitentiæ, tunc docent ferè communiter eſſe hæreticum judicialiter denuntiandum, non obſtante tali ſacreto, ut docent Pegna in *direct. 2. p. comment. 18.* ad *c. qualiter, & quando de accuſat. & V. obligatio denuntiandi.* Barboſa *3. p. alleg. 96. n. 63.* & deſumitur etiam ex *c. non eſt obligatorium de reg. jur. in 6.*

4 Ratio etiam id evincit, quia nemo poteſt ſe obligare ad id, quod eſt in detrimentum fidei, & boni communis: proinde neque poteſt ſe obligare ad ſervandum ſecretum, ſi ex tali obſervantia, ſequatur detrimentum fidei: ſiquidem talis obligatio eſt illicita, & contra jus naturale. Hinc tametſi tali obligationi addatur juramentom, adhuc obligatio eſt illicita, quia eſt de re illicita, quæ vergit in detrimentum fidei, proinde etiam juramentum obligationi adjectum eſt nullum.

5 Hinc ſi ſub ſecreto etiam ſtrictiſſimo, & jurato extra tamen ſacramentum pœnitentiæ, nec ſub ſigillo confeſſionis ſacramentalis fuerit revelatum alicui hæreſis alterius, tenetur eum denuntiare judicialiter: alioquin præceptum de manifeſtandis hæreticis occultis foret inutile, quia quilibet poſſet alteri ſub tali ſecreto ſuam detegere hæreſin, & interim eam alteri pro viribus perſuadere, quia cùm certus eſſet, beneficio ſecreti, ſub quo hæreſin detegit, non poſſe denuntiari, ſemper ſub eodem ſecrato omnibus ſuam detegeret hæreſin, quam toto niſu etiam perſuaderet, ut alios pertraheret ad ſuum errorem: ſic beneficio ſecreti, ſub quo hæreſis detegeretor, præceptum de manifeſtandis hæreticis occultis inutile eſſet.

6 Præterea quia denuntiatio hæretici ordinatur ad bonum commune, & ſpirituale: & ſervare ſecretum, ſub quo aliquid manifeſtatur alteri, ordinatur tantùm ad bonum privatum, & temporale; quia verò bonum commune, & ſpirituale eſt præferendum bono privato, & temporali; ſequitor, denuntiationem judicialem eſſe itidem præferendam obſervantiæ ſecreti, cùm hæc ſit de re illicita, & contra jus naturale, ac in detrimentum fidei, & boni communis. Præterea, quia ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 70. art. 1.* quilibet quæ ſibi ſub ſacrero concreduntur, ſi hæc vergant in damnum publicum, vel etiam Innocentis alicujus particularis, tenetur revelare: quia promiſſio ſecreti, tunc eſt de re illicita, ad quam nemo poteſt obligari: hæreſis autem vergit procul dubio in damnum publicum, proinde qui promiſit ſub ſecreto ſervare, quæ ſibi manifeſtata fuerunt, ſi illi manifeſtetur hæreſis alicujus, non tenetur tunc ſervare ſecretum, quia talis promiſſio ſervandi ſecretum circa hæreſin non obligat, quia eſt de re illicita vergente in damnum publicum.

Tum quia ex eo, quòd non obſtante promiſſione ſecreti manifeſtetur hæreſis alterius, evitatur malum graviſſimum, & retrahitur hæreticus à ſuo peccato, & conſulitur communi bono fidelium; hæc autem ſunt præferenda promiſſioni ſecreti, & commodo, quod redundaret hæretico, ſi ejus hæreſis judicialiter non denuntiaretur: & quia bonum commune eſt ſemper præferendum particulari; ita etiam talis denuntiatio judicialis, ex qua ſequitur bonum commune, præferri debet promiſſioni ſacreti, ex qua ſequeretur privatum commodum hæretici, ſi tamen eſt commodum, quod in detrimentum æternæ ſalutis vergit. 7

Quamobrem non obſtante tali promiſſione de ſecreto ſervando, adhuc is, qui tale ſecretum promiſit, tenetur hæreſin ſub illa ſibi manifeſtatam judicialiter denuntiare, imò id procedit, tametſi ſub juramento promiſerit, ſe non violaturum ſecretum, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 70. art. 1. ad 2.* quia cùm tale juramentum ſit de re mala, & illicita non obligat, nec ſervari debet *c. Quintavallis c. ſicut 2. c. Tuanos. de jurejur.* non enim juramentum, quod adverſatur bonis motibus poteſt obligationem inducere, quia ad rem malam non poteſt dari obligatio. Hinc in malis promiſſis non eſt fides ſarvanda *l. generaliter ff. de pact.* non enim juramentum debet eſſe vinculum iniquitatis *c. quanto de jurejur.* 8

Præterea quia ut tale juramentum non ſit iniquum debet neceſſariò includere tacitam conditionem niſi ſuperior aliud præceperit; & quia ſuperiores, Pontifices, & Eccleſia præcipiunt, hæreticos occultos eſſe judicialiter denuntiandos, ſequitur, tale juramentum non eſſe ſervandum, quia tacita conditio in eodem non purificatur. Denum quia leges Eccleſiaſticæ id unicè intendunt, ut hæretici, quamvis occulti denuntientur: atqui leges, & edicta publica pactis, & promiſſionibus privatorum non poſſunt aboleri, ac immutari. *l. Jus publicum ff. de pact. l. teſtamenti factio ff. de teſtament. c. ſi diligenti de for. compet.* 9

Quid verò dicendum, ſi Petrus dicat Joanni manifeſto tibi hoc, ſed ſub ſigillo confeſſionis, & quod Petrus revelat, ſit hæreſis occulta, an tunc teneatur Joannes hæreſin ſibi manifeſtatam ſub ſigillo confeſſionis judicialiter denuntiare? putârim ad id Joannem teneri, quia talis confeſſio, ſeu ſigillum confeſſionis, de quo Joannes promiſit, ſe non violaturum ſecretom, non eſt quid ſacramentale, ſed fuit hæc manifeſtatio hæreſis facta extra ſacramentum, conſequenter tenetur Joannes non obſtante ſua promiſſione ſervandi ſecretum ſub ſigillo confeſſionis hæreſin ſibi manifeſtatam denuntiare judicialiter, quia Petrus cùm revelavit Joanni ſuam hæreſin, non fuit ſacramentaliter confeſſus, nec habuit animum tunc ſacramentaliter confitendi, ſed tantùm manifeſtandi Joanni ſuam hæreſin, ut notat Cajetanus 2. 2. *q. 70. art. 1. ad 2.* 10

Major difficultas eſt, an etiam denuntiandi 11

ſint

ſint Inquiſitoribus, qui eximuntur à juriſdictione Inquiſitorum, cujuſmodi ſunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, & Cardinales, de quibus Inquiſitores fidei non poſſunt inquirere, nec judicare *c. Inquiſitores de hæreticis in 6.* & notat Symancha de *cathol. inſtitut. c. 15.* nomine autem Epiſcopi exempti à juriſdictione Inquiſitorum comprehenduntur etiam Titulares, quia illi ſunt veri Epiſcopi, & inſigniuntur vera dignitate Epiſcopali. Quinimò comprehenduntur etiam Epiſcopi electi, quamvis nondum conſecrati, dummodo eorum electio confirmata fuerit a Sede Apoſtolica, quia beneficio confirmationis gaudent juriſdictione Epiſcopali; non ita ſi tantùm fuerint electi, & nondum confirmati, ut notat Molina *tom. 2. de juſtit. & jure tract. 5. diſput. 27. n. 19.*

12 Rurſus à juriſdictione Inquiſitorum eximuntur etiam Nuntii, vel Officiales Pontificia dum ſuo funguntur officio; hi enim non ſubjiciuntur Inquiſitoribus, nec Ordinariis locorum, proinde non poſſunt inquiſitores contra illos procedere niſi ex mandato expreſſo ſummi Pontificis.

13 Poſſunt nihilominus Inquiſitores, & Ordinarii contra illos inquirere, non ut eos judicent; ſed ut certiorem faciant ſummum Pontificem; idque deſumitur ex *Extravag. Joan. XXII.* cui initium *Cum Matthæus de hæret.* ſub nomine autem Nuntiorum, ac officialium Pontificis, Sedisque Apoſtolicæ ii tantum comprehenduntur, qui in favorem Sedis Apoſtolicæ, & pro cauſis ad illam ſpectantibus deputati ſunt: quia cùm excommunicatio lata ſit in honorem, & reverentiam Sedis Apoſtolicæ par erat, ut ſoli illi eximerentur è juriſdictione Inquiſitorum, qui in negotiis Sedis Apoſtolicæ occupantur; quapropter, ſi quis delegetur à Sede Apoſtolica pro decidenda aliqua lite particulari inter partes diſſidentes; cujus deciſio ad Sedem Apoſtolicam non pertineat, ſed ad ſolam privatorum utilitatem; talis ita deputatus non habetur officialis, qui gaudeat hoc privilegio, ut docet Molina *tom. 2. de juſt. & jur. tract. 5. diſput. 27. n. 19.* Benè tamen hoc privilegio gaudent etiam Inquiſitores, cùm & ipſi delegati ſint à Pontifice pro fide, quæ eſt cauſa vel maximè pertinens ad Sedem Apoſtolicam.

14 Reſpondetur igitur ad quæſitum exemptos à juriſdictione Inquiſitorum eſſe itidem judicialiter denuntiandos ſuis ſuperioribus, quorum juriſdictioni ſubjiciuntur, adeò ut ſi lapſi ſint in hæreſin, vel ſint ſuſpecti de hæreſi, teneantur alii eos denuntiare ſaltem ſummo Pontifici, quia hæc denuntiatio judicialis ſemper facienda eſt coram ſuperiore illius, qui denuntiatur, idque ob eaſdem rationes, quas ſuperiùs expendimus.

15 Quòd ſi quis non poſſet Pontificem adire nec coram illo denuntiare exemptum à juriſdictione Inquiſitorum, tunc denuntiatio eſſet facienda Inquiſitoribus fidei, ac ſi ab illis non eſſet exemptus, quia tunc non ſuppetit aliud remedium efficax impediendi damnum, quod ex hæreſi occulta poſſet provenire, & denuntiatio coram Inquiſitoribus fidei tunc eſt efficax remedium impediendi tale damnum, quia Inquiſitores locorum tenentur ſtatim ſuſceptas denuntiationes Romam mittere ad Sedem Apoſtolicam, cui ſi denuntiatio firma videatur, committit tunc vices inquirendi alicui, qui tunc nomine Sedis Apoſtolicæ procedit contra exemptum à juriſdictione Inquiſitorum.

16 Tum quia Inquiſitores fidei habent juriſdictionem in ordine ad recipiendam depoſitionem teſtium, ſi adſint, qui velint deponere, ut deſumitur ex *c. Inquiſitores de hæret. in 6.* ibi: *ſi ſciverint, vel noverint*, hoc eſt teſtium depoſitione, alioquin non eſt ſententia, quæ fidem in judicio faciat: hinc denuntians poteſt contra exemptum à juriſdictione Inquiſitorum non vices agere denuntiatoris, ſed teſtis; adeò ut talis poſſit delictum exempti manifeſtare; idque vel maximè ſi timeatur fuga exempti, vel grave aliquod damnum in Eccleſia, eo quia exemptus errores interim diſſeminet, & plures trahet ad ſuas hæreſes, & non poſſit aliter coërceri, tunc enim ut notat Symancha de *cathol. inſtit. tit. 25.* ex benignæ legis interpretatione cenſetur Pontifex concedere Inquiſitoribus fidei etiam poteſtatem capiendi talem exemptum, proinde in tali caſu tenetur etiam quia exemptum hæreticum, & damnum inferentem Eccleſiæ denuntiare Inquiſitoribus, qui ex tali denuntiatione ſaltem poſſunt cauſam inchoare, licèt non poſſint eam terminare.

17 Alioquin omittentes judicialiter denuntiare hæreticos, vel ſuſpectos de hæreſi, incurrunt excommunicationem, quæ tamen ſecundùm jus commune non eſt ipſo facto lata, ſed ferenda, ut docet Suarez de *fide diſput. 20 ſect. 4. n. 28.* quia in Extravag. Gregorii IX. apud eundem Pegnam *direct. 2. p. comment. 2. ad c. qui alios* dicitur: *ſi quis hæreticos ſciverit, ſtudeat indicare confeſſori ſuo, vel alteri, per quem credat ad notitiam ſui Prælati pervenire: alioquin excommunicationis ſententia percellatur*: hæc autem verba indicant ſententiam ferendam, non latam: nihilominùs ex edictis ſancti officii eſt excommunicatio ipſo facto lata, imò & reſervata, adeò ut omittens denuntiare non poſſit ab excommunicatione abſolvi, donec denuntiet, ut notat Pegna *loc. cit. comment. 18.*

18 Rurſus omittens judicialiter denuntiare hæreticum fit ipſe ſuſpectus de hæreſi, ſi nulla ſe poſſit probabili cauſa excuſare; vel ſi in judicio interrogatus veritatem occultet: tunc enim habetur de hæreſi vehementer ſuſpectus, ut etiam ſi in judicio ritè interrogatus ſcienter negavit, ut etiam ſi teneatur ex officio denuntiare, & id omittat, ut notat Farinacius de *hæreſ. q. 197. num. 38.*

19 Habetur itidem qui omittit judicialiter denuntiare, ut Fautor hæreticorum, & ut talis puniendus eſt, ſi tamen nulla probabili cauſa excuſetur.

20 Verùm putârim id procedere, ſi ex juramento præſtito tenebatur ex officio denuntiare; & id omiſit; ut notat Farinacius de *hæreſi q. 197. n. 47.* Imò ſi perſona privata omittat hæreticum capere ex tali omiſſione non dicitur favere hæretico, quia cùm ad ipſum non pertineat ex juſtitia

hæreti-

Digitized by Google

hæreticum capere, ideò ceſſante obligatione juſtitiæ non poteſt ei imputari, quòd non capiat hæreticum; ut illi imputaretur, ſi ex juſtitia ad id eſſet obligatus: poteſt autem hæc obligatio oriri vel ex officio, vel ex ſpeciali Inquiſitoris mandato, tunc enim eſſet fautor hæreticorum, ſi ſuæ non ſatisfaceret obligationi.

21 Hinc ſi Inquiſitores in favorem hæreſis omittant delinquentem capere, torquere, & punire, vel in carcere fideliter cuſtodire, habentur & ipſi ut fautores hæreticorum: quod procedit etiam de Miniſtris, ſi omittant capere hæreticos, quia hi omnes ex officio tenentur id præſtare, imò ex ſpeciali mandato tenentur omnes auxilium præſtare contra hæreticum, ſi requiſiti fuerint; & ſi non obſtante ſpeciali mandato omittant tale auxilium præſtare, peccant contra juſtitiam, quia delinquunt contra jus debitum ſuperiori præcipienti: proinde etiam illi Fautores dicuntur hæreticorũ, ut etiam ſi quis interrogatus ab Inquiſitoribus occultet veritatem; vel ſi requiſitus capere hæreticum, cum non capiat, vel juſſus manifeſtare, cum non manifeſtet, quia in omnibus hiſce caſibus omittit ea facere, quæ ex ſpeciali præcepto ſui ſuperioris, cui tenetur parere, debet exequi. Farinac. tamen de *hæreſ. q. 182. §. 2. n. 36.* docet oppoſitum, nimirum præfatas perſones, quibus ex officio non incumbit fidei favere, & hæreſin expugnare, non eſſe cenſendas fautrices hæreticorum, ſi ſolùm ex ſpeciali præcepto, non verò ratione officii teneantur favorem præſtare, quia tunc non agunt contra juſtitiam, ſed ſolùm contra fidem, & obedientiam; peccare tamen omittendo præſtare tale auxilium, & hæc ſententia videtur probabilis: alioquin quoties ſubditus ſuperiori præcipienti non obediret, duplex committeret peccatum, unum contra illam virtutem, cujus materia præciperetur, & aliud contra jus ſuperioris, quòd ex omiſſione ſui præcepti læderetur.

§. VII.

Quotuplex ſit ſuſpicio hæreſis, & quæ ſufficiat ad condemnandum Reum?

1 Suſpicio hæreſis eſt quædam præſumptio, quâ quis ex aliquibus indiciis, ſignisque externis ſenſibilibus oſtendit ſe aliquo pacto Reum alicujus criminis, qui enim hujusmodi indicia promit, dicitur ſuſpectus de tali crimine.

2 Eſt autem ſuſpicio triplex, modica, magna, & maxima, ut notant communiter Canoniſtæ præſertim Farinacius de *hæreſi q. 184. §. 2. & ſequent.* Symencha de *cathol. inſtit. tit. 50. n. 25.* Suſpicio hæreſis modica, quæ & levis dicitur, eſt quæ oritur ex levibus indiciis, ſeu conjecturis, & hæc ſuſpicio modicam tantùm, ſeu levem inducit probationem, quæ levi etiam defenſione tollitur. Levia indicia, ſeu leves conjecturæ dicuntur, ex quibus non, ſi leviter infertur aliquid, ſeu ex quibus non frequenter, ſed tantum rarò infertur crimen, de quo habetur ſuſpicio. Hinc qui frequenter pejerat, vitam agit depravatam, ſacramenta miniſtrat in malo ſtatu, dicitur leviter ſuſpectus de hæreſi. Ex iis tamen indiciis quædam conſtituunt hominem ſuſpectum leviter de hæreſi ſecundùm Doctorum communem opinionem; alia verò conſtituunt hominem leviter ſuſpectum de hæreſi jure ita ſtatuente.

Suſpicio magna, quæ & vehemens dicitur, deſumitur ex verbis, vel factis efficaciter, & frequenter hæreſin concludentibus; & hæc ſuſpicio vehemens majorem etiam inducit probationem, quæ non tollitur, niſi per vehementem defenſionem, quia ſicut ſuſpicio eſt vehemens, & vehementem facit probationem indiget vehementi defenſione, ut tollatur ſicut notant Symancha de *cathol. inſtit. tit. 50. num. 25.* Locatus in *judic. inquiſit. V. præſumptio n. 20.* Hinc ſi quis vocetur ad reſpondendum de fide, ſi ante terminum aſſignatum ſine legitima cauſa non compareat, dicitur vehementer ſuſpectus de hæreſi ex textu in *c. cum contraria de hæret. in 6.* ut etiam ſi quis impediat ſcienter directè, vel indirectè officium inquiſitionis ex *c. ut inquiſitionis negotium §. ult. de hæret. in 6.* quia tunc cenſetur eſſe Fautor, & Defenſor hæreticorum. Imò ſi impedientibus officium inquiſitionis ſcienter det conſilium, auxilium, vel favorem ex d. textu in *c. ut inquiſitionis negotium de hæret. in 6.* quia tunc cenſetur favere hæreſi. Ut etiam ſi inſtruat hæreticos, vel eorum credentes citatos ab Inquiſitoribus, ut veritatem occultent, vel falſum deponant *c. accuſatus §. final. de hæret. in 6.* quia is etiam cenſetur favere hæreſi. Rurſus qui favet, defendit, & recipit hæreticum non ut amicum, vel conſanguineum, eſt etiam vehemens ſuſpectus de hæreſi, cui favet; ut etiam qui cum hæreticis ſpecialem contrahit familiaritatem *c. inter ſolicitudines de purgat. canon.* quia is etiam videtur hæreticis favere. Rurſus qui in cauſa fidei convincitur falſum in judicio dixiſſe, ob quia revocet, quod priùs confeſſus fuerat *c. litteras de præſumpt.* Rurſus ſi Religioſus abſque licentia ſuperiorum commoratus inter hæreticos detrahat conſtitutionibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel alie in ſecretis colloquiis proferat contra authoritatem Pontificis per textum in Extravag. Joannis XXII. quæ incipit *Ad noſtram de Regul. inter communes.* His enim omnes dicuntur ſuſpecti vehementer de hæreſi. 3

Demum ſuſpicio hæreſis maxima, quæ etiam violenta vocatur, eſt, quæ oritur ex verbis, vel factis arctantibus Judicem ad credendum, quòd ſit dicens, vel faciens reverà ſit hæreticus: quoties enim præſumptio eſt talis, ut urgeat, & quaſi adigat Judicem ad credendum aliquem eſſe hæreticum, præſumitur hic, & quidem præſumptione, ſeu ſuſpicione violente hæreticus, & hæc præſumptio dicitur etiam juris, & de jure: ut ſi quis hæreticis eandem exhibeat reverentiam ſicut ſolent ipſi inter ſe, vel ab iiſdem communionem recipiat, ut deſumitur ex textu in *c. Accuſatus de hæret. in 6.* ut etiam ſi in cauſa fidei excommunicatus per annum inſordeſcet in excommunicatione, nec curet abſolvi ex *c. cum contumacia de hæret. in 6.* ut etiam ſi quis deficiat in purgatione canonica, quam in cauſa fidei ſibi indictam præſtare non potuit *c. inter ſolicitudines* 4

ner de purgat. canonic. Rurſus qui poſt abjuratam ſemel hæreſin, de qua convictus fuerat, iterum cum hæreticis communicat, eóſque viſitat, receptat, deducit, aſſociat *c. Accuſatus* §. *ille quoque de haret in 6.* in his enim omnibus caſibus conſtituitur quis violenter ſuſpectus de hæreſi, ut notant communiter Canoniſtæ præſertim Symancha de *cathol. inſtit. tit. 3. n. 26.* Locatus in *judic. inquiſit. V. ſuſpicio n. 4.*

5 Hinc ſuſpecti de hæreſi, qui juriſdictioni ſubduntur inquiſitorum, ſunt primò, qui, impediunt ſanctæ inquiſitionis officium, ut patet ex Bullis Clementis, & Urbani IV. & deſumitur etiam ex *c. ſtatutum de haret. in 6.* ut docent Eymericus in *direct. par. 2. q. 54.* Pegna *comment. 79.*

6 Secundò, qui cum hæreticis converſantur, eorúmque conciones audiunt, vel eos receptant, defendunt, viſitant, & quoquo modo illis favent, munera mittunt, vel cum iiſdem confœderationem contrahunt, aut eos in loco ſacro ſepeliunt, ut notat Azorius 1 *p. lib. 8. c. 15. q. 1. & ſeq.*

7 Tertiò, qui non revelant hæreticum, ut notat Eymericus *p. 2. q. 55.* Vel in cauſa hæreſis nolunt ſe ſubjicere examini, ut notat idem Eymericus *p. 3. q. 62.* vel qui priùs de ſe, vel de aliis fuerunt hæreſin confeſſi, & mox eam negant *c. litteras de præſumpt.* & ibi Canoniſtæ communiter.

8 Quartò, qui in locis, ubi Catholici permixtim cum Hæreticis non vivunt, matrimonium cum Hæreticis contrahunt, ut notant Gloſſa in *c. decrevit de haret. in 6.* & ibi Geminianus, & Cantera in *qq. criminal. rubric. de haret. c. 1. n. 1.* ut etiam Polygami, qui duas uxores eodem tempore viventes ducunt, ut notat Menochius de *præſumpt. lib. 5 præſumpt. 6 n. 37.* & Graffius *lib. 5. deciſ. c. 18. n. 16.* ut etiam qui ſæpè mulieres conſanguineas, vel affines, vel commatres, vel moniales carnaliter cognoſcunt, ut notat Symancha de *cathol. inſtit tit. 50. n. 3*

9 Quintò, etiam Regulares profeſſi, vel Clerici ſæculares in ſacris Ordinibus conſtituti ſi matrimonium contrahant ſive publicè, ſive ſecretè; iſti enim ſunt ipſo jure excommunicati. In *Clement. 1. de conſanguin. & affin.* ut notat Menochius de *præſumpt. lib. 5. præſumpt. 8. num 35* ut etiam Apoſtatæ à Religione, ſi negligant ad illam redire, & per annum perſiſtant in excommunicatione, ut notat Eymericus *p. 2. q 49.*

10 Sextò, etiam qui Chriſti fidem ore tenus non corde negat: tametſi metu mortis adigeretur quis aliquid fidei contrarium affirmare, abſque conſenſu intellectus, quia hominibus verba ſenſibilia non mentis affectus patent; & Eccleſia judicat de externis, quæ ſenſibus percipiuntur, ut notat Azorius *p. 1. lib. 8. c. 9. q. 9.* ut etiam qui proferunt propoſitiones hæreticas, vel quæ ſapiunt hæreſin, vel ſcandaloſas, ac temerarias, ut notat Eymericus *p. 2. q. 2.* ut etiam qui horrenda juramenta, & execrabiles blaſphemias frequenter evomunt, ut notat Zanardus in *ſum. p. 2. q. 69.* & Locatus in *judic. V. blaſphemia n. 5.*

11 Septimò, qui libros hæreticorum legunt, vel retinent, tametſi eos non legant, ut notat Decianus in *tract. crimin. lib. 5. c. 32. num. 55.* & etiam conſtat ex Bulla Pii IV. cui initium eſt *Dominici Gregis*, ut etiam ſcienter legentes, aut retinentes, vel imprimentes, vel quomodolibet defendentes libros continentes hæreſes, vel tractantes de religione ſine licentia, ídque liquet ex Bulla cœnæ: ut etiam legentes, vel retinentes, aut imprimentes libros ſchiſmaticorum imò etiam manu ſcriptos, ut notat Barbuſa in *c. fraternitati num. 3. de haret.* & Sanctarelius de *hæreſ. c. 13. num. 17.* Ut etiam legentes ſcholia hæreticorum adjecta libris Catholicorum, ut notat Duardus in *Bulla cænæ q. 43.* ut etiam legentes libros Armenorum, & ſchiſmaticorum Græcorum, ut notat Snuſa in *Aphoris. inquiſit. lib. 1. c. 2. . n. 20* ut etiam legentes, ac retinentes libros prohibitos ob laſcivas obſcœnitates corrumpentes bonos mores, ídque liquet ex litteris Cardinalis Mellini ad Inquiſitorem Cremonæ ſub die 6. Februarii anno 1627. ut refert Carena *p. 2. tit. 10. §. 2. n. 19.*

Octavò, ſunt etiam de hæreſi ſuſpecti, & juriſ- 12
dictioni ſubduntur Inquiſitorum, qui negligunt ſingulis annis peccata ſua confiteri, & ſacram ſumere ſynaxin, vel diebus feſtis Eccleſias non frequentant, nec interſunt ſacro, nec in pervigiliis, aliíſque diebus jejunii abſtinent ab eſu carnium nulla urgente neceſſitate, nec ſuadente cauſa juſta, ut notat Duardus in *Bulla cænæ can. 1. q. 33. num. 7.*

Nonò, etiam ſacerdotes in confeſſione ſolicitan- 13
tes ad inhoneſta; vel illicitos, ac inhoneſtus miſcentes cum pœnitente diſcurſus, vel tractatus inhoneſtos habentes ſive pro ſe, ſive pro aliis in actu ſacramentalis confeſſionis, imò etiam ante, vel poſt imediatè, ſi occaſione, vel prætextu confeſſionis, etiam ipſa confeſſione non ſecuta: ſive etiam extra occaſionem confeſſionis in confeſſionali, aut quóvis alio loco, in quo confeſſiones ſolent ſacramentaliter audiri; hæc omnia expreſsè habentur in conſtitutione Gregorii XV. edita anno 1622.

Decimò, etiam qui ſacerdotio non initiati au- 14
dent miſſam celabrare, vel fidelium confeſſiones ſacramentaliter excipere; ſunt enim iſti vehementer ſuſpecti de hæreſi ex Bullis Gregorii XIII. & Clementis VIII. Imò ob tam grave ſcelus ex Bulla Urbani VIII. referente Diana *tom. 5. tract. 12. reſol. 12 n. 2.* ſunt tradendi Curiæ ſæculari.

Undecimò, ſunt etiam vehementer ſuſpecti de 15
hæreſi, ac propterea puniendi ab Inquiſitoribus ſacerdotes, qui miſſam celebrantes non conſecrant, vel ex defectu intentionis, vel ex omiſſione formæ conſecrationis, quia qui ſic celebrat, eſt idololatra, quoad actum externum, & dat occaſionem aliis extrinſecè, & materialiter idololatrandi, quia elevando hoſtiam tempore conſecrationis, adſtantes putant eam conſecratam, & adorant, & cùm conſecrata non ſit, purum panem adorant, quod eſt idololatrare extrinſecè, & materialiter.

Duodecimò, ſunt etiam vehementer ſuſpecti 16
de hæreſi, qui poſt conſecratam hoſtiam de novo eam conſecrant, eò quia cùm ampliùs non ſit in illa ſubſtantia panis, & jam tranſſubſtan-

tiatum fuerit corpus Chriſti, non eſt ampliùs materia apta ad novam conſecrationem, ut notat Oldradus *conſ.* 208. ut etiam rebaptizantes baptizatos, vel baptizantes imagines, bruta, cadaver hominis mortui, ut notant Farinacius de *hæreſi q.* 181. *n.* 23. Del-Rius *diſcurs. mag. lib.* 5. *ſect.* 15. *V. dico quarto.*

17 Tertiodecimò ſunt etiam vehementer ſuſpecti de hæreſi, & ſubjiciuntur Inquiſitorum jurisdictioni exercentes artem Aſtrologiæ judiciariæ, & prædicentes mediante pacto ſaltem tacito cum Dæmone dependentia ex libero arbitrio, futuróſque caſus fortuitos, tametſi proteſtentur, ſe id certò non aſſerere; ut etiam ſcienter legentes, aut retinentes conſimiles libros, vel alios tractantes de divinatione, ut conſtat ex conſtitut. Sixti V. quæ incipit: *Cæli, & terræ Creator* ut etiam revelantes res præteritas, vel præſentes omninò occultas, ut notat Suarez. de *relig. lib.* 2. *de ſuperſtit. c.* 11. *n.* 27. ut etiam profitentes prædicere ex aſtris myſteria noſtræ fidei, ut quòd Chriſtus naſciturus erat ex virgine tali tempore, & alia id genus: quia myſteria noſtræ fidei non dependent ex aſtris, ſed ex ſolo Dei decreto.

18 Quartodecimò etiam præſumentes aliquid prædicere de ſtatu Eccleſiæ, vel de aſſumptione ad ſummum Pontificatum, vel de vita, & morte Pontificis, contra quos extat conſtitutio Urbani VIII. cui initium eſt *Inſcrutabilis* edita anno 1631. in qua præcipitur ut Aſtrologi judiciarii, qui de ſtatu Eccleſiæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſeu vita, & morte Romani Pontificis, aut ejus conſanguineorum judicia formant, vel formata impoſterum penes ſe retinent, & alicui oſtendunt, aut verbis tractant, ultra pœnam excommunicationis, quam ipſo facto incurrunt; etiam ut Rei læſæ Majeſtatis ultimo ſupplicio, & confiſcatione bonorum mulctentur. Quòd ſi fuerint Clerici etiam privatione beneficiorum, & officiorum.

19 Quintodecimò etiam ſubjiciuntur inquiſitorum jurisdictioni ſortilegi, Divinatores, Magi, Striges, & alii hujus furfuris homines, qui pactum cum dæmone expreſſum, vel tacitum inierunt; vel etiam in ſuis ſortilegiis admiſcent aliqua, quæ hæreſin ſapiunt, ut ſi dæmonibus honorem latriæ, vel duliæ tribuant, aut ſacrificia offerant, vel Deum abnegent, & Eccleſiæ ſacramenta; vel in eodem ſortilegio admiſceant oleum ſanctum, vel ſacram Euchariſtiam, vel verba ſacramentorum, vel etiam ſacramentalia, ut aquam benedictam; cereum paſchalem, vel candelas de arundine, vel ſanctorum reliquias, vel agnos Dei benedictos, aut verba ſacræ ſcripturæ, aliáſque Eccleſiæ orationes, ut notat Farinacius de *hæreſi q.* 181. *n.* 2. *& ſequent.* Scaccia de *judic. civil. & crimin. de hæretic. lib* 1. *c.* 12.

20 Demum ſubduntur Inquiſitorum jurisdictioni, qui ſanctorum imagines pede proterunt, ſputis fœdant, cruces vilipendunt, ſacramentis abutuntur, dæmonibus thura adolent, ſacrificia offerunt, genu flectunt, cultum tribuunt, candelas accendunt, humíque ſe ante dæmones proſternunt, ſéque illis devovent, & obedientiam promittunt, preces fundunt, laudes, & cantus proferunt, caſtitatem pro eorundem reverentia, vel admonitu ſervant, carnem macerant, eorum nomina ſcripta honoris causâ ſecum deferunt, ſanguinis proprii ſcriptionibus ſe obligant dæmonibus inſervire: hi enim omnes vel ſunt hæretici, vel ſuſpecti de hæreſi, & ſubduntur jurisdictioni Inquiſitorum; ut notant Eymericus *p.* 2. *q.* 43. Farinac. de *hæreſ. q.* 181. *n* 68.

Non tamen qui bis in eodem die extra diem natalis Domini celebraret eſſet de hæreſi ſuſpectus, quia licet ſummi Pontifices prohibeant, ne ſacerdotes præterquam in die natalis Domini plusquam ſemel celebrent in die, ut prohibuerunt Alexander IV. in *c. ſufficiat.* 52. *diſt.* 1. *de conſecrat.* Innocentius III. in *c. conſuluiſti* 3. & Honorius III. in *c. Te referente* 12. *de celebr. miſſ.* non propterea ſequitur, eum eſſe ſuſpectum de hæreſi, qui bis, vel pluries eadem die celebrat, licèt mortaliter peccet, eò quia agat contra prohibitionem Eccleſiæ in re magni momenti, ac propterea ſit pœna mulctandus: alioquin ſi qui pluries eodem die celebrat, eſſet ſuſpectus de hæreſi; nunquam alicui ſacerdoti licitum eſſet plus quàm ſemel celebrare, ne hanc ſuſpicionem incurreret: atqui docent plures, licitum eſſe in multis caſibus ſacerdoti plus quàm ſemel celebrare ut docent D. Antoninus *p.* 1. *tit.* 13. *c.* 6. §. 5. Navarrus *c.* 25. *n.* 87. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 6. *q.* 11. *punct.* 3. *ad* 7. Durandus in *ration. divin. offic. lib.* 4. *c.* 1. & alii, qui etiam recenſent caſus, in quibus licitum eſt ſacerdoti pluries in die celebrare. Primò ſi unus ſacerdos præficiatur duabus Eccleſiis parochialibus, nec habeat Coadjutorem, quia tunc ut in utraque parochia poſſit populus ſatisfacere præcepto Eccleſiæ de miſſa audienda poteſt Parochus in utraque parochia eodem die celebrare, ut docent Suarez *tom.* 3. *in* 3. *p. diſput.* 8. *ſect.* 3. Dicaſtillus de *ſacram. tom.* 1. *tract.* 5. *diſput.* 4. *dub.* 3. *num.* 39. Trullenchus de *ſacrament, lib* 3. *c.* 8. *dub.* 1. *n.* 4. Secundò quando pro viatico eſt communicandus infirmus morti proximus, & nulla adeſt particula conſecrata, tunc enim ne moribundus privetur viatico; cenſent plures, poſſe Parochum, qui jam celebravit, iterum celebrare, & ita docent Graffius 1. *p. lib.* 2. *deciſ. c.* 40. *n.* 1. Coninck. *q.* 83. *art.* 2. *dub.* 3. D. Antoninus 1. *p. tit.* 13. *c.* 6. §. 5. Tertiò ſi non adſunt plures ſacerdotes, nec plures ſimul confluant, nec poſſint ſimul concurrere, ne prodantur, vel ab hoſtibus vexentur, ut ajunt contingere Amſtelodami in Hollandia, & Londini in Anglia, aliiſque ſimilibus hæreticorum locis: tunc licitum eſſe ſacerdoti pluries eodem die celebrare, ut Catholici poſſint ſatisfacere præcepto Eccleſiæ, docent Azorius *lib.* 1. *c.* 24. *q.* 6. *ſect.* 3. Lugo *lib.* 1. *moral. reſponſ. dub.* 20. *n.* 43. Sotus *diſput* 13. *q.* 2. *art.* 2. & alii referentes etiam alios caſus, in quibus licitum eſt ſacerdoti, bis eodem die celebrare; imò etiam ter, & ſæpiùs ſi eadem neceſſitas eodem die occurrat, ut notat Suarez *tom.* 3. *in* 3. *p. diſput.* 8. *ſect.* 3.

Verùm quando contingit ex urgente neceſſitate, ſacerdotem pluries in die celebrare, tene- 22

tur

tur ſacerdos ſervare jejunium, & non ſumere ablutionem poſt aſſumptum ſanguinem, ut in die natalis Domini, alioquin ſi in prima miſſa ſumeret purificationem, non poſſet ſecundam celebrare, quia eſt præceptum Eccleſiæ, quòd fideles die Dominico interſint ſacro; & eſt etiam præceptum Eccleſiæ, quòd fideles ut etiam ſacerdotes nonniſi jejuni communicent, & ſumant Euchariſtiam: conſequenter non eſt licitum ſacerdoti transgredi præceptum Eccleſiæ, ut fideles obſervent aliud præceptum Eccleſiæ: tunc enim fideles, ſi non poſſint miſſam audire, non peccant, quia id non provenit ex parte ipſorum, ſed quia non adſint ſacerdotes.

3 Cæterùm ſi ſacerdos ex inopia, avaritia, vel ſimonia pluries celebraret eodem die etiam jejunus, peccaret quidem mortaliter, ſed non eſſet per hoc præcisè ſuſpectus de hæreſi, benè tamen puniendus ab Epiſcopo, ſi ſacerdos eſt Clericus ſæcularis; vel ſi eſt Religioſus à ſuo regulari ſuperiore. Imò levem ſuſpicionem hæreſis non ſufficere ad inquirendum ſpecialiter contra aliquem, & ad eum interrogandum, niſi præceſſerit diffamatio; docent Menochius de *præſumpt. q.100. n.2.* Navarrus *conſ. 2. num. 8. tit. de hæret. lib 5.* Clarus *tract. crimin. §. fin. q. 6. n. 6.* & alii ea innixi ratione, quia inquiſitio, & examinatio de credulitate alicujus non poteſt eſſe, quin de illius recta fide dubitetur: & ob levia indicia, levéſque conjecturas non eſt licitum dubitare de infidelitate alterius, quia id eſt ei valdè injurioſum; conſequenter neque eſt licita inquiſitio; & examinatio, quia hæc ſupponit dubitationem. Nihilominus alii cenſent, poſſe Inquiſitores contra aliquem ex levi ſuſpicione in crimine hæreſis procedere, & ut ſuſpectum eum interrogare, quid cenſeat de fide; ita docent Maſcardus de *probat. lib. 2. concluſ. 861. num. 3.* Decianus in *pract. crimin. lib. 5. c. 20. num. 21. & c. 35. n. 20.* Calderinus *tract. de hæret. filior. & nepot. num. 10.* nititur hæc ſententia. Primò quia inquiſitio, & examinatio aſſumuntur à Judice ad veritatem inveſtigandam: hæc autem inveſtigatio non eſt leviter ſuſpecto de hæreſi injurioſa, cùm ipſemet præſtiterit occaſionem inveſtigandi contra ſe ipſum. Secundò quia ſi Reus daret indicia ſuſpicionis vehementia non ſolùm poſſet inquiri, & examinari, verùm etiam torqueri ſuper delicto infamatu; & cùm ob levia indicia ſuſpectus de hæreſi non torqueatur, poterit ſaltem examinari.

4 Ad conciliandas has pugnantes ſententias putârim, procedendum cum diſtinctione: vel enim levis ſuſpicio hæreſis eſt à jure, vel ab homine; ſi eſt à jure; vel levis ſuſpicio hæreſis oritur ex delicto, vel ex indicio, cui à jure, vel conſuetudine talis ſuſpicio eſt annexa; & tunc cenſerem, reum poſſe inquiri de ſua fide, & examinari. Imò id conſtat etiam ex uſu, & conſuetudine Inquiſitorum: ſiquidem ſi deprehendant, aliquos habere, retinere, legere libros prohibitos ſine facultate eos legendi; ſi deprehendant, aliquos ſine poteſtate, & juriſdictione miniſtrare ſacramenta; contrahere binas nuptias; in ſacramento confeſſionis ſolicitare ad turpia; in excommunicatione per annum inſordeſcere, eos examinant de fide: ex quo liquet, ob levem ſuſpicionem juridicam Reum poſſe inquiri, & examinari, quia in tali inquiſitione nulla infertur Reo injuria, quia non imponitur ipſi alia ſuſpicio, vel dubitatio præter eam, quæ à jure eſt impoſita. Idque ex eo firmari etiam poteſt, quia condemnatis ſuper hoc delicto, quamvis leviter ſuſpectis indicitur abjuratio de levi, & abjuratio ſupponit neceſſariò, reum fuiſſe priùs inquiſitum, & examinatum.

Hinc leviter ſuſpectus de hæreſi ſuſpicione juridica, ſeu orta ex delicto, ſeu indicio, cui à jure, vel conſuetudine talis ſuſpicio annexa eſt, debet condemnari ad abjurandum de levi, ut nimirum per hanc abjurationem ſe purget, ſeu deleat ſuſpicionem, quam contraxerat, & ita docent Symancha de *cathol. inſtitut. tit. 1. rub. de abjurat. n.18.* Farinacius de *hæreſ. q.187. n.31.* Conradus in *practit. tit. de hæreſ. n. 9.* Imò Reus pro commiſſo crimine inducente levem ſuſpicionem poteſt condemnari ad aliquam pœnitentiam reclusionis in carcere pro aliquo tempore, vel fuſtigationis, vel triremis, vel ad mulctam pecuniariam, penſata qualitate, & malitia perſonæ, ac gravitate delicti, ut notat Farinac. *loc. cit. num. 33.* Demum levem ſuſpicionem juridicam de hæreſi ſufficere; ut ſuſpectus, ſeu præſumptus compelli poſſit ad abjurandum de levi, liquet ex conſtitutione Innocentii IV. cui initium *Noverit Univerſitas*, & ex aliis conſtitutionibus tum Pontificum, tum Federici Imperatoris, quæ referuntur à Pegna *2. p. direct. q. 55. comment. 8. V. & ubi quis*, & inter litteras Apoſtolicas, quas ipſe congeſſit. 25

Verùm ut leviter ſuſpecto de fide ſuſpicione juridica inferatur abjuratio, & condemnatio requiritur, ut delictum, ſeu indicium, ex quo à jure oritur talis ſuſpicio debeat eſſe plenè probatum, alioquin non eſſet vera ſuſpicio, ut notant Menochius *conſ. 81. num. 155.* Maſcardus de *probat. lib.2. concluſ. 861. n. 7.* Farinacius de *hæreſ. q 187. n.34.* à capite vel levis ſuſpicio non eſt à jure, ſed tantùm ab homine, adeò ut ſuſpicio tantùm oriatur ex aliis delictis, & indiciis, quæ ſolùm ex opinione Doctorum habent ut ſuſpicionem ingerant: & ob hanc levem ſuſpicionem, ſi non præceſſerit diffamatio, non videtur poſſe inquiri ſpecialiter contra aliquem ad eum interrogandum, & ita docent Royas *tract. de hæret. 2. p. aſſert. 6. num. 148.* Symancha de *cathol. inſtitut. tit. 50. num.* 22. Farinacius *q. 187. num. 26.* & ratio eſt, quia levia indicia, ſeu leves conjecturæ non debent movere virum prudentem ad formandum judicium de crimine adeò gravi, præſertim cum charitas proximi exigat, ut potiùs omnia interpretentur in ſanum ſenſum. Tum quia inquiſitio, & examinatio de credulitate alicujus eſſe non poteſt niſi præceſſerit dubitatio de illius recta fide: atqui ob levia, indicia, levéſque conjecturas de aliquo crimine infidelitatis non eſt licitum dubitare contra proximum, quia id eſt illi valdè injurioſum, & adverſatur charitati, proinde ob hujuſmodi levia in- 26

dicia, non eſt licita inquiſitio, quæ debet ſupponere dubitationem.

27 Videtur tamen in contrarium obſtare textus in *l. 2. C. de hæret.* ubi Reus condemnatur, ut hæreticus ex levi tantùm argumento contra catholicam religionem, ibi: *Hæreticorum autem vocabulo continentur, & latis adverſus eos ſanctionibus ſuccumbere debent, qui vel levi argumento à judicio catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deviare.* Ex quo textu liquet, ob levia indicia poſſe procedi, & inquiri contra reum. Sed contra negatur conſequentia, quia illa verba in textu, *qui vel levi argumento.* non intelliguntur de levi indicio, & probatione, ſed de levi hæreſi; adeò ut ſenſus ſit, ut hæreticorum vocabulo contineantur illi, qui vel levi argumento, hoc eſt vel paululum, vel in uno tantùm ſolo articulo à fide catholica deviaverint, ut notant Farinacius de *hæreſ. q. 178. n. 61.* Pegna. *2. p. direct. ad c. 1. de hæret. comment. 1. V. & hæc ſententia.*

28 Verùm quæ ſuperiùs diximus procedunt de inquiſitione ſpeciali, quia non præcedente diffamatione inquiri poteſt ſaltem generaliter, ſeu ad formandam inquiſitionem generalem contra diffamatum, ut deſumitur ex *c. Accuſatus de hæret. in 6.* & licèt Julius Clarus *lib. 5 § fin. q. 6. n. 7* doceat, quòd in crimine hæreſis poſſit procedi ex ſuſpicione levi, tametſi non præceſſerit diffamatio; adhuc tamen vult, quòd ultra ſuſpicionem levem requiratur querela, vel denuntiatio, ſicut in aliis criminibus, alioquin facultas Inquiſitorum in ordine ad inquirendum eſſet nimis laxa.

29 Verùm communior ſententia contrarium docet, quia ſi vera eſſet doctrina Julii Clari, ſi quis committeret factum aliquod hæreticale, ut ſi contereret, vel combureret crucem, aut imaginem alicujus ſancti, vel quid aliquid execrabile ſimile ageret, & ob quod redderetur ſuſpectus de hæreſi; ſi poſtea Inquiſitor generaliter inquirendo non inveniret accuſationem, nec denuntiationem, nec accuſatores; non poſſet contra illum procedere, quod videtur abſurdum. Neque inde ſequitur, facultatem inquirendi eſſe nimis laxam, quia Inquiſitores nonniſi prudenter utuntur tali facultate: ad munus enim Inquiſitorum non eliguntur niſi viri graves, & probi, qui non procedunt niſi cum magna cautela. Tum quia ſuſpicio levis in præſenti quæſtione non eſt levis ſimpliciter, ſed tantùm per comparationem ad ſuſpicionem vehementem, vel violentam.

30 Hinc licèt in crimine hæreſis poſſit non ſolùm per viam accuſationis, vel denuntiationis, ſed etiam inquiſitionis procedi ex ſuſpicione levi, non præcedente diffamatione, ſeu clamore, vel infamiâ, ut in aliis delictis. Nihilominus levis ſuſpicio in hoc caſu non eſt levis ſimpliciter; ſed tantùm comparativè ad ſuſpicionem vehementem, vel violentam. Suſpectus verò de fide ſuſpicione vehementi, quamvis non poſſit de crimine hæreſis condemnari *c. Accuſatus de hæret. in 6.* ut docent communiter Canoniſtæ aſſerentes, crimen hæreſis, ex vehementi ſuſpicione non dici plenè probatum *c. litteræ de præſumpt.* ibi: *quo circa mandamus, quatenus propter ſolam ſuſpicionem, tametſi vehementem, & nolumus illam de tam gravi crimine condemnari*, nihilominus poteſt condemnari ad abjurandum, quia tunc per aliam viam non poteſt ſuſpicionem tam gravem purgare, ac delere, ut docent Menochius de *præſumpt. lib. 1. q. 1. n. 18.* Decianus *tract. crim. lib. 5. c. 47. n. 2.* Cantera *in quaſt. crimin. rubr. de hæret. c. 1. n. 56.* Farinacius *q. 187. n. 40.* Imò ſuſpectus de hæreſi ſuſpicione vehementi poteſt etiam condemnari ad aliquam extraordinariam pœnam fuſtigationis, carceris, vel ad mulctam pecuniariam, ſpectatâ qualitate perſonæ, & delicti, ex quo ſuſpicio oritur, ut notat Simancas de *cathol. inſtitut. tit. 50. rubr. de præſumpt. num. 21.*

Si tamē ſuſpicio vehemens oriatur ex eo, quòd ſuſpectus faveat hæreticis, tunc incurrit ipſo jure excommunicationem primam in Bulla cœnæ reſervatam ſummo Pontifici: imò cenſent plures ita ſuſpectum ex favore præſtito hæreticis contrahere irregularitatem juxta textum in *c. 2. §. hæretici de hæret. in 6.* ubi Fautores hæreticorum, perinde ac ipſi hæretici fiunt inhabiles ad beneficium, & officium Eccleſiaſticum; ut notat Farinacius *q. 192. num. 74.* Quòd ſi ſuſpicio non oriatur ex tali favore præſtito hæreticis, ſed ex alio delicto, tunc non contrahitur à Reo hæc irregularitas, dummodo delictum non ſit publicum, nec infamiam generet. Fautores tamen, ut etiam Receptatores, & Defenſores hæreticorum fiunt infames ex textu in conſtitutione Innocentii IV. quæ incipit *Ad extirpanda*, & ex conſtitutione Pauli IV. cui initium eſt *Licèt ex Apoſtolatûs officio.* 31

Verùm ut hæc pœna infamiæ contrahatur, requiritur ſententia declaratoria delicti, ut notat Burſatus *conſ. 14. num. 18. lib. 1.* Imò Sanchez *lib. 2. moral. c. 26. num. 1.* cenſet requiri, ex probabili ſententia Doctorum, ut infra annum excommunicatione innodatus contemptſerit ſatisfacere. Imò poſſunt hæreticorum Fautores, receptatores, & Defenſores, vel quomodocunque vehementer ſuſpecti de hæreſi privari ſuis beneficiis per ſententiam Judicis, *c. excommunicamus 1. §. credentes de hæret.* ut notat Farinacius *q. 189. num. 81.* imò redduntur etiam inhabiles ipſo jure ad quodlibet officium publicum, vel beneficium Eccleſiaſticum, adeò ut collatio eis facta nullum ſortiatur valorem *c. 2. § hæretici de hæret. in 6.* ut notat Pegna *3. p. direct. q. 113. comment. 162.* Rurſus nec poſſunt admitti ad publica officia, vel conſilia, nec ad alios eligendos, eò quia priventur voce paſſiva, & activa. Sunt etiam incapaces teſtandi, & ſuccedendi ex teſtamento. Quòd ſi aliquis ipſorum fuerit Judex, ejus ſententia eſt nulla, & nulla cauſa ad ipſius audientiam perferri debet. Itē ſi fuerit Advocatus, ejus patrociniū non admittitur; ſi tabellio, ejus inſtrumenta ſunt irrita; ſi Clericus, deponendus eſt ab omni beneficio, & officio. 32

Rurſus præcipitur clericis, ne hiſce pravis hominibus exhibeant Eccleſiaſtica Sacramenta, vel Chriſtianam ſepulturam, imò prohibetur, ne recipiant eorum Eleemoſynas, vel oblationes, 33

ſub

ſub pœna privationis officii, ad quod nunquam ſinè indulto ſpeciali ſedis Apoſtolicæ reſtituuntur. Immo per ſententiam Judicis anathemate percutiuntur, qui hos pravos homines vitare neglexerint. In Hiſpania tamen, ut notat Eymericus *3. p. direct. q. 123. n. 2.* non quilibet hæreticorum fautor, receptor, vel defenſor, his pœnis ſubjacet; ſed ji tantùm, qui publicantur excommunicati ob favorem præſtitum hæreticis, & ſi poſtquam ſunt publicati, contemnunt infra annum ſatisfacere, eò quia de hiſce tantùm loquatur textus in *c. excommunicamus, §. credentes de hæret.*

34 Qui verò eſt ſuſpectus de hæreſi ſuſpicione violenta damnari poteſt, ut hæreticus, ut notat Gloſſa in *c. cum contumacia de hæret. in 6. v. vehementem* & Menochius *de præſumpt. lib. 1. q. 100. n. 15.* ubi tamen notat, condemnatum ex ſuſpicione violenta non dici verum hæreticum, ſed tantùm præſumptum, quia hæc ſuſpicio eſt præſumptio juris, & de jure, quæ non admittit in contrarium probationem directam *c. quicunque c. contra Chriſtianos c. filii de hæret. in 6.* & docet Farinacius *q. 187. n. 45.* Hinc violenter ſuſpectis de hæreſi poteſt indici abjuratio. Verùm licet hæc ſuſpicio violenta non admittat directè probationem in contrarium; admittit tamen indirectam, qualis eſt, ſi ſic ſuſpectus, velit probare teſtes examinatos falſum dixiſſe; vel indicia, ex quibus violenta ſuſpicio deſumitur eſſe falſa; ut notat Symanchas de *cathol. inſtit. tit. 51. de probat. n. 13.* Modus tamen procedendi contra ſuſpectum ſuſpicione violenta, eſt idem in judicio, ac modus procedendi contra ſuſpectum ſuſpicione vehementi. Non tamen qui ex metu cadente in conſtantem virum exteriùs tantùm recederet à fide catholica, is eſſet cenſendus hæreticus, tametſi graviſſime peccaret, ut notat Symanchas de *cathol. inſtit. tit. 17. n. 29.* & ratio eſt perſpicua, quia hæreſis conſiſtit in voluntario receſſu à veritate catholica; proinde non præſumitur voluntariè recedere, qui metu gravi cadente in virum conſtantem ductus ab illa receſſit, quamvis graviter peccaverit.

35 Debet autem hic metus eſſe gravis, ut metus mortis imminentis, vel graviſſimi tormenti corporalis, quia metus infamiæ, exilii, fuſtigationis non ſufficit in hoc delicto hæreſis ad delendam ſuſpicionem. Verùm id procedit, dummodo ſuſpectus, ſeu qui recedit à fide catholica ex tali metu ſit Epiſcopus, Clericus, Theologus, Religioſus, vel nobilis; non ita ſi eſſet homo ruſticus, puer valde timidus, vel fœmina, tunc enim metus gravis fuſtigationis ſufficeret. Cæterum ut notat Farinacius *q. 183. n. 26.* ad excludendam hanc ſuſpicionem requiritur etiam, ut qui exterius receſſit à fide catholica, ſi metus eſſet, debeat ſtatim promere ſigna doloris, & humiliter pœnitentiam petere, ut ſtatim ſatisfaciat pro commiſſo ſcelere; alioquin non ex metu infamiæ, exilii, vel gravis fuſtigationis, ſed ex animo præſumeretur conſenſiſſe, & ſic graviùs eſſet puniendus, imò etiam compellendus ad abjurationem.

36 Poteſt etiam ſuſpectus de hæreſi ſuſpicione vehementi torqueri ad veritatem ab ipſo extorquendam; ſi hæc non poſſit alia via haberi, quia tortura datur in ſubſidium probationis, unde hac deficiente poteſt ſuſpectus, & inquiſitus de hæreſi torqueri ad veritatem extorquendam, ut notant Locatus in *judicial. v. Inquiſitor v. ſi autem* Symanchas in *Enchirid. tit. 52. n. 1.* & alii qui etiam aſſerunt, in crimine hæreſis unicum ſufficere teſtem, ut reus torqueri poſſit; ſed tunc debet teſtis eſſe omni exceptione major, ut notat Carrerius in *tract. de hæreſ. n. 118.* Imò etiam requiritur, ut Reus fuerit de hæreſi infamatus; ſiquidem contra hominem bonæ famæ unicus teſtis non ſufficit, niſi alia concurrant indicia ad torturam, ut notat Decianus in *tract. crimin. lib. 5. c. 36. n. 6.* nec ſufficiunt quæcunque indicia cum unico teſte, ſed eſſe debent indicia valde urgentia, ut notat Symanchas in *Enchir. tit. 52. n. 5.* hinc ſola infamia non facit indicium ad torturam, niſi fuerit magna, gravis, & urgens. Cæterum ſtantibus hiſce indiciis valde urgentibus torqueri poteſt Reus non ſolùm ut manifeſtet, an ipſe revera ſit hæreticus; verùm etiam an habeat in hæreſi complices ex conſtitutionibus Pauli IV. & Pii V. apud Locatum *poſt judicial. inquiſit. inter decreta.* Poteſt etiam perſona privilegiata hoc pacto torqueri, quia ob gravitatem criminis hæreſis à tortura non eximuntur perſonæ privilegiatæ *l. ειſi excepta C. de Maleſ. & Mathem.* ut notat Carrerius *tract. de hæret. 117.* hinc poſſunt tanquam ſuſpecti de hæreſi torqueri impedientes ſanctum inquiſitionis officium, ut docet Pegna *p. 2. q. 54. comment. 79. v. in hac materia.* Ut etiam qui confitentur verba hæreticalia protuliſſe, & negant id ex prava intentione egiſſe, ut notat Decianus in *tract. crimin. lib. 5. c. 36 direct. n. 17.* ut etiam qui errantes in fide aſſerunt, ſe ita crediſſe, eò quia putaverint, Eccleſiam ita etiam credere: alioquin non receſſiſſent ab illa, ut notat Bellamera in *c. 1. de ſum. Trinit. q. 3 n. 11.*

An verò ſuſpecti, & inquiſiti de hæreſi teneantur abjurare? communis ſententia affirmat, adeò ut recuſantes abjurare habendi ſint pro convictis, ac proinde tradendi curiæ ſæculari ex conſtitutione Martini V. quæ incipit *inter cunctas*, & ita docent communiter Canoniſtæ cum Hoſtienſe in *ſum. de hæret. §. qualiter deprehendantur. n. 4.* eſt autem abjurare hæreſin, quando quis ad fidem reverſus ex mandato Judicis errores hæreticales, quos tenebat, abjurat, ſeu jurejurando promittit, ſe ampliùs ad eoſdem errores non reverſurum: hinc hæreticus ut reconcilietur Eccleſiæ tenetur ſuos deteſtari errores, ut notat Decianus in *tract. crimin. lib. 5. c. 47. n. 6.* & debet huic abjurationi addi juramentum, cujus forma habetur in *c. quoties 1. q. 7.* & in *c. Ego Berengarius de conſecrat. diſt. 2.* adeò ut abjurans jurejurando promittat, ſe jugiter fidem catholicam profeſſurum, & pro nullo eventu ab ea nunquam receſſurum, & nunquam ad hæreſin rediturum, quapropter non ſolùm debet hæreticus deteſtari hæreſin, quâ fuit infectus, verùm etiam profiteri catholicam fidem, quam tenet, & docet Eccleſia Romana, ut docet Symanchas *de cathol. inſtit. tit. 1. n. 4.* Imò 37

Digitized by Google

tenetur etiam damnare, & deteſtari authores earum hæreſum, quibus fuit ipſe infectus, eoſque damnare, & eorum libros deteſtari, ut notat Symanchas *loco cit.*

38 Debet itidem abjuratio fieri per ſcripturam, quæ maneat, & in illa abjurans tenetur deteſtari præteritos errores, & in eadem facere veræ fidei confeſſionem, ut habetur in *c. Ego Berengarius de conſecrat. diſt.* 2. & in *c. His qui tempore* 26. *q.* 2. & conſtat etiam ex conſtitutione Julii III. quæ incipit: *Illius* apud Pegnam *inter litteras Apoſtolicas* ubi expreſsè dicitur, quòd abjuratio fieri debeat per ſcripturam, & ſcriptam propria manu abjurantis, vel ſaltem confectam per publicum ſanctæ inquiſitionis Notarium, & ab ipſo abjurante ſubſcriptam. Imò conſuetudo invaluit, & uſu receptum eſt, ut is, qui in unam tantùm incidit hæreſin teneatur non ſolùm abjurare illam hæreſin, in quam incidit, verùm etiam generatim omnes alias hæreſes, ut habetur in *c. Accuſatus* §. *cum verò de hæret. in* 6. & notat Symanchas *de cathol. inſtit. tit.* 1. *n.* 12. ita tamen ut non ſolùm abjuret, & damnet omnes hæreſes generatim, ſed etiam in particulari illas, in quas lapſus erat, ut refert Symanchas *in c. in Enchirid. tit.* 53. *n.* 10 cenſent tamen plures cum Gloſſa in *c. Accuſatus* §. *cum verò in v. ſimpliciter de hær. in* 6. abjurantem de levi non eſſe compellendum ab Inquiſitoribus ad abjurandam generaliter omnem hæreſin. Verùm ſaltem hodie moris eſt, ut etiam abjurantes de levi compellantur generaliter abjurare omnem hæreſin, & Pegna in *direct. Inquiſit. p.* 3. *comment.* 4. ait: Id ſervari Romæ in tribunali ſanctæ inquiſitionis, & Acugna *de confeſſ. ſolic. q.* 24. *n.* 22. teſtatur, id etiam ſervari in Hiſpania in tribunali ſanctæ inquiſitionis.

39 Rurſus hæc abjuratio hæreſum quamvis ordinariè fieri debeat publicè, & in loco publico *c. Ad abolendam* §. *præterea de hæret.* & notat Eymericus *in direct. inquiſit. p.* 3. *n.* 166. *& ſequent.* ubi ponit formam publicæ abjurationis, quando abjurans eſt ſuſpectus de levi, de vehementi, vel de violenta ſuſpicione; nihilominus poteſt etiam quis ſecretò, ſeu privatim abjurare, nimirum in auditorio Inquiſitorum, ſi ita conſultiùs viſum fuerit, ut docet Decianus in *tract. crimin. lib.* 5. *c.* 30. *n.* 6. & *c.* 47. *n.* 7.

40 Non tamen tenetur publicè abjurare, qui priusquam fuit accuſatus, vel inquiſitus, ſpontè acceſſit ad Inquiſitores, & ſuas hæreſes occultas, quæ non prodierunt exteriùs, nec poterant propterea ſciri, niſi per illam confeſſionem ſpontaneam manifeſtat; quia hæreticus per ſe occultus, ſeu purè mentalis non indiget abjuratione, nec reconciliatione, ut nec etiam Inquiſitorum abſolutione, ut notat Bonacina in *Bulla cœnæ tom.* 3. *diſput.* 1. *q.* 2. *punct.* 2. *n.* 2. bene tamen tenetur abjurare hæreſes per accidens occultas, cujusmodi ſunt, quæ licèt prodierint exteriùs, non tamen probari poſſunt defectu teſtium, & qui confitetur has hæreſes per accidens occultas paratus ſit ſentire cum Eccleſia Romana, ut notat Locatus in *judic. inquiſit. v. Ordinarios n.* 2.

Qui verò tantùm leviter fuit de hæreſi ſuſpectus regulariter non tenetur abjurare publicè, & in loco publico, ſed ſecretè, ac privatim, ut notat Symancha *de cathol. inſtit. tit.* 1. *num.* 24 non tamen id ſervatur in omnibus delictis: ſiquidem contrahens binas nuptias in inquiſitione Hiſpanica eſt leviter ſuſpectus de hæreſi, & tamen in Hiſpania abjurat publicè, non verò privatim. Generatim leviter ſuſpectus de hæreſi, quamvis non teneatur regulariter abjurare publicè, & in loco publico, cogi tamen debet, ut abjuret ſecretò, vel privatim coram paucis viris, ut notat Scaccia *de judic. cauſ.* 59. *n.* 10. unde multò magis is tenetur abjurare, qui vehementer ſuſpectus eſt de hæreſi, tametſi non fuerit de illa convictus, ut etiam is, qui hæreſim confeſſus eſt, ut notat Decianus *lib.* 5. *c.* 47. *num.* 2. ſin verò, is, qui abjuravit, fuit Sacerdos admitti ampliùs non poteſt ad audiendas confeſſiones, ſi abjuraverit de vehementi, ut notat Genuenſis in *prax. Archiepiſ. c.* 45. *n.* 2. & Alphonſus de Leon de *offic. & poteſt. confeſſ. tom.* 2. *recollect. n.* 211. ex declaratione ſacræ Congregationis ſancti officii apud Locatum in *ſin prax. inquiſ.* ubi expreſsè ſtatuitur, ut Sacerdos, qui abjuravit de vehementi non ſit ampliùs admittendus ad confeſſiones audiendas. Secus ſi tantùm abjuravit de levi, ut notat Genuenſis *loc. cit.* ubi ait, fuiſſe in curia Archiepiſcopali Neapolitana dubitatum, an quidam Sacerdos, qui abjuraverat hæreſin de levi, eſſet admittendus ad fidelium confeſſiones audiendas, & dubio delato ad ſacram congregationem Generalis inquiſitionis Romanæ fuiſſe reſponſum die 6. Martii Anno 1596. talem ſacerdotem non fuiſſe impeditum exercere omnes ordines, & miniſtrare ſacramenta, ac audire etiam fidelium ſecularium confeſſiones, eò quia nonniſi de levi abjuraverit. Sin verò qui abjuravit etiam de levi ſit regularis, fit inhabilis ad officia, gradus, & dignitates religionis, idque ex decreto ſacræ Congregationis ſancti officii annuente Urbano VIII. Non tamen ex ſola abjuratione etiam de vehementi incurritur irregularitas, ut notat Sanchez *lib.* 1. *moral. c.* 25. *num.* 12. & ratio deſumitur ex eo; quia irregularitas non incurritur, niſi fuerit expreſſa in jure. 41

An verò poſſit Reus condemnari ad abjurandum publicè de levi. Plures negant cum 42
Barboſa in *collect. tom.* 2 *lib.* 5. *tit.* 7. *c.* 9. *num.* 12. eò quia id interſit diſcriminis inter abjurationem de levi, & de vehementi; quia illa fit in domo Epiſcopi, vel coram Inquiſitoribus: hæc autem ſolemniter in conſpectu totius populi: & licèt regulariter id verum ſit, ad tollendum tamen ſcandalum, & ut ſatisfiat populo, communior ſententia docet, quòd ſi Reus ſit publicè ſuſpectus, teneatur etiam de levi abjurare publicè, ſecus ſi non ſit publicè ſuſpectus, ſatis eſt, ſi abjuret coram Inquiſitoribus, & aliis paucioribus, quibus fuit ſuſpectus de hæreſi: hinc Souſa *in Aphoris. lib.* 2. *c.* 40. *n.* 5 aſſerit; abjurationem de levi aliquando fieri publicè, ſi culpa publica fuerit; & interdum ſecretè, ſi culpa fuit occulta, & ait id ſervari in inquiſitione Hiſpanica, in qua contrahens binas nuptias abjurat de-

Google

de levi, & nihilominus publicè abjurat; & ſubdit, id etiam aliquando contingere blaſphemis, Aſtrologis judiciariis, & legentibus libros hæreticorum, quamvis nonniſi de levi ſuſpecti ſint. Cæterum quamvis regulariter abjuratio de vehementi publicè fiat, & in loco publico ex Bulla Martini V. & ex *c. Ad abolendam §. præterea de hæret.* interdum tamen ſi juſta, & rationabilis cauſa ſuppetat, fit tantùm ſecretò, ut docet Pegna in *direct. inquiſit. p. 3. comment. 40. num. 161.* Quòd verò ad ætatem pertinet abjurantium, in maribus ſufficit annus 14. ſeu pubertatis, & in fœminis 12. ex Concilio Bituricenſi *cap. 3.* & Tolletano *c. 11.* quinimò ſi ante pubertatem ſit quis doli capax poteſt etiam cogi ad abjurandum ſaltem privatim, ut notat Pegna in *direct. p. 3. comment. 40. n. 162.*

43 Dubitant aliqui, an qui abjuravit de levi, puniri poſſit pœna gravi, ut triremium, & fuſtigationis: plures negant, præſertim Zanardus in *direct. theolog. p. 3. c. 134.* ubi aſſerit, abjurantem de levi non affici pœna gravi, ſed tantùm pecuniaria, vel carceris per unum, vel alterum menſem, vel publicâ pœnitentiâ non valde gravi: & abjurantem de vehementi poſſe fuſtigari, & damnari per annos ad carcerem, vel ad triremes juxta qualitatem perſonæ, & delicti. Verùm communior ſententia eſt, ut pœna correſpondeat delicto, adeò ut ſi hoc aliunde fuerit grave, poſſit abjurans de levi ratione delicti graviter puniri, & id ſervari in inquiſitione Hiſpanica refert Roias *de hæret. p. 2. n. 301.* adeò ut licèt, qui duxit duas uxores ſimul, abjuret de levi, condemnetur ad triremes, quæ pœna procul dubio eſt una ex gravioribus, licèt injungatur ob abjurationem de levi.

44 Rurſus ſollicitans in confeſſione, & etiam blaſphemus abjurat etiam de levi, & nihilominus aliquando etiam damnatur ad triremes; quâ pœnâ punitur de hæreſi ſuſpectus vehementer. Notat Pegna in *direct. inquiſit. p. 2. comment. 85.* Inquiſitores debere præ cæteris cavere, ne facilè credant hunc, vel illum delinquentem eſſe vehementer ſuſpectum, eò quia reperiant ex hoc, vel illo delicto commiſſo oriri ſuſpicionem vehementem: Siquidem conſiderari debent circumſtantiæ perſonarum, & omnium cauſarum, ex quibus interdum oritur vehemens ſuſpicio, & aliquando etiam levis, imò & interdum nulla: contingit enim non raró, ut ex conſideratione perſonarum, & circumſtantiarum aliquando ſuſpiciones, quæ ex ſe eſſent vehementes fiant leves.

45 Si petatur, quandónam purgatio indicenda ſit. Reſpondetur, purgationem juxta præſens inſtitutum eſſe deletionem infamiæ, & extinctionem ſuſpicionis, ac detectionem innocentiæ per modos à jure præſcriptos, adeò ut qui ſe purgavit promoveri poſſit ad omnes honores, officia, & dignitates; & hanc purgationem eſſe indicendam ob ſolam ſuſpicionem, quòd quis ſit hæreſi infectus, ut deſumitur ex *c. ad abolendam §. qui verò de hæret. in 6.* Poteſt autem purgatio etiam indici ob levem ſuſpicionem, ex qua oriatur ſcandalum, & deſumitur ex *c. inter ſolicitudines v. antecedentes de purgat. canon.* & docet Symanchas *de cathol. inſtit. tit. 56. num. 8.* Poſſe etiam indici ob ſolam diffamationem deſumitur ex *c. inter ſolicitudines de purg. can.* ibi: *Ipſum igitur adire, remittentes, ut ibi purgetur, ubi noſcitur infamatus*, & conſtat etiam ex conſtitutione Martini V. cui initium eſt *inter cunctas* apud Pegnam, & docet Martinus del Ryo *l. 5. diſquiſit. ſect. 13. v. ſed de infamia.* Hinc ſola diffamatio ſufficit etiam ad inquirendum, & procedendum in crimine hæreſis, ut notat Zanchinus *de hæret. c. 11. n. 3.* Quinimo Paramus *de origin. ſanctæ inquiſitionis lib. 3. q. 4. n. 26.* ait, diffamationem junctis aliis adminiculis ſufficere non ſolùm ad purgationem, verùm etiam ad abjurationem, & deſumitur etiam ex *d. c. inter ſolicitudines de purgat. canon.*

Non tamen omnis diffamatio ſufficit ad indicendam purgationem, ſed ea tantùm, quæ eſt publica, gravis, vel vehemens, ut notat Pegna *p. 3. direct. comment. 38.* Neque hæc diffamatio ad indicendam purgationem in crimine hæreſis probatur per teſtes inhabiles, niſi fortaſſis plures fuerint, quàm duo, & præterea deponant ferè ſimilia. Cæterum qui recuſat, ſe purgare, vel deficit in purgatione, debet tanquam infamis haberi, immò & ut hæreticus condemnandus eſt, ſi per annum non ſe purgaverit *c. excommunicamus 13. §. qui autem de hæret.* & deſumitur etiam ex conſtitut. Innocentii IV. & Martini V. *Inter cunctas*, & ex pluribus aliis, quas congerit Pegna in litteris Apoſtolicis, & ita etiam docet Felinus in *d. c. excommunicamus* 13. *n.* 1. & Sylveſter *v. hæreticus* 2. *n.* 10. Cæterum recuſans ſe purgare, vel deficiens in purgatione privari debet officio, & beneficio *c. inter ſolicitudines de purgatione canonica* ibi: *Quòd ſi fortaſſis in purgatione defecerit, eum Eccleſiaſtica disciplinæ mucrone percellas, & ab officio, & beneficio depoſitum ad agendum pœnitentiam in arctum monaſterium detrudere non omittas*, & communiter docent Canoniſtæ. Qui verò tenetur ſe purgare, tenetur etiam juramentum præſtare *c. excommunicamus §. adjicientes de hæret.* ibi: *Si qui verò ex eis religionem obſtinatione damnabili reſpiſientes jurare fortè noluerint, ex hoc ipſi tanquam hæretici reputantur*, & ita docet Gloſſa ibi *v. jurare* Hoſtienſis *n.* 10. & communiter Canoniſtæ. 46

§. VIII.

Quinam ſint credentes Hæreticis, & quam pœnam incurrant.

CRedentes hæreticis hi dicuntur, qui hæreticorum erroribus ſive in particulari, ſive in communi, ſive expreſsè, ſive confusè aſſentiuntur, aſſenſu per aliquod ſignum exterius ſufficienter manifeſtato, & deſumitur ex *c. excommunicatos §. credentes de ſent. excommun.* & ex *c. excommunicamus §. fin. eod. tit.* & docent Pegna *p. 2. direct. q. 50. comment. 75.* Farinacius *de hæret. q. 181. n. 104.* Ugolinus de *cenſur. reſervat. Papæ 2. p. c. 1. v. credentes n. 1.* Cæterum qui aſſentiuntur hæreticorum erroribus ſive in particulari, ſive in communi ſive expreſsè 1

preſsè, ſive confuſè per ſignum externum manifeſtatum, ſunt etiam formaliter hæretici externi: perinde ac catholici hi etiam cenſentur, qui fidei articulos in communi, confuſè, ſeu implicitè credunt, cujuſmodi ſunt ruſtici, qui interrogati, quid credant de fide catholica, reſpondent, ſe credere quidquid Eccleſia catholica Romana credit. Diſtinguuntur verò credentes hæreticis, ab hæreticis, tantùm ex eo, ut ne quis dubitaret tales credentes incurrere excommmunicationem latam in priori clauſula Bullæ cœnæ contra hæreticos, quaſi credentes hæreticis diſtinguerentur ab hæreticis, ad quod dubium removendum Pontifex expreſsè declarat, etiam credentes hæreticis incurrere hanc excommunicationem, ut notant Archidiaconus in *c. quicunque de haret. in 6.* Symanchas *de cathol. inſtitut. c.* 15. *n.* 5. Suarez *de cenſur. diſput.* 41. *ſect.* 2. *n.* 6.

2 Ut autem quis dicatur credens hæretico, ſufficit ſi in communi, ſeu confuſè, & implicitè aſſentiatur erroribus hæreticorum, quia tunc ſi hunc aſſenſum manifeſtet exterius per ſignum aliquod ſenſibile, eſt propriè hæreticus, adeò ut, ſi contingat, Petrum ſcire, Titium eſſe hæreticum, & implicitè, ac confuſè dicat, ipſum habere rectam fidem, licèt in particulari diſtinctè, & implicitè neſciat ejus errores: quia approbando fidem hæretici, approbat omnes ejus errores, quibus propterea implicitè aſſentitur, & eſt hæreticus. Rurſus ſi Petrus dicat ſe credere quicquid hæreticus credit, vel dicat vera eſſe dogmata, quæ Lutherus, & Calvinus contra Romanam Eccleſiam docuerunt, ſeque dicat paratum pro iisdem mori; quamvis in particulari neſciat Petrus, quænam ſint dogmata, quæ Lutherus, & Calvinus docuerunt, adhuc eſt hæreticus, quia implicitè aſſentitur erroribus utriusque Hæreſiarchæ, ut notat Farinacius de *hereſi q* 181. *n.* 104. *in fin. & n.* 124. Quinimò, ij etiam dicuntur erroribus aſſentiri hæreticorum, ſi animo aſſentiendi eorum erroribus interſint eorum prædicationibus, vel lectionibus: imò quamvis non habeant animum abſolutè aſſentiendi, habeant nihilominus illum ſub conditione, ſi ſcilicet rationes, & motiva, quibus hæretici nituntur eis placuerint: in hoc enim caſu dicuntur credentes hæreticis ſaltem ſub conditione, quod ſufficit, ut comprehendantur ſub nomine credentium hæreticis: & ratio petitur ex eo, quia ratione animi dubii amittunt fidem: eo ipſo, quòd volunt aſſentiri erroribus hæreticorum ſub conditione ſi nimirum rationes, quibus nituntur, eis placuerint, eò ipſo dubitant de fide catholica, quam propterea amittunt, ut docet Suarez *diſput.* 24. *de fide ſect.* 1. *n.* 3. debet tamen talis aſſenſus in credente hæreticis manifeſtari per ſignum aliquod extrinſecum ſenſibile, alioquin non puniretur ab Eccleſia, quæ non judicat de internis, niſi quatenus connectuntur cum ſignis ſenſibilibus externis.

3 Sufficit tamen ſi hujusmodi ſigna talia ſint, ex quibus gravis ſuſpicio hæreſis oriatur, quo pacto dicuntur ſuſpecti de hæreſi, qui officium impediunt ſanctæ inquiſitionis, conciones hæreticorum frequentant, iisque adhærent. Plura ſigna exterius ſufficienter manifeſtantia internum aſſenſum exhibent Eymericus 2. *p. direct. q.* 50. Farinac. *de haret. q.* 181. *n.* 11. An verò qui ſemel, & iterum interſiter concionibus hæreticorum, vel eorum lectionibus eſſet ſufficienter dicendus credens hæreticis, plures affirmant, eò quia ex duplici actu gravis ſuſpicio oriatur: & dicunt bis frequentantes conciones hæreticorum, vel eorum lectiones eſſe condemnandos ut hæreticos. Verùm communior ſententia aſſerit, hanc geminam frequentationem non eſſe ſufficiens ſignum manifeſtativum exterius interni conſenſus, ut docent Pegna 2. *p. direct. q.* 50. *comment.* 79. Graffius *lib.* 4. *decif. c.* 18. *n.* 29. Decianus *lib.* 5. *in pract. crimin. c.* 18. *v.* 16. Farinacius tamen *de hereſ. q.* 181. *n.* 115. & *q.* 182. *n* 20. limitat hanc doctrinam ad catholicum exiſtentem in terris hæreticorum, tunc enim hanc binam frequentationem dicit non ſufficere ad manifeſtandum exteriùs internum aſſenſum frequentantis, quia poteſt hujusmodi gemina frequentatio cohærere cum firmiſſimo animo nunquam aſſentiendi hæreticorum erroribus, poteſt enim quis frequentare eorum conciones, ſecluſo tamen ſcandalo, & dummodo ſit vir valde doctus ad impognandos eorum errores: ſecus ſi in terris catholicorum noverit quis occulta ab hæreticis conventicula fieri, ſi illuc ſemel acceſſerit, & id non denuntiat Epiſcopo, vel Inquiſitori, non præſumitur carere ſuſpicione hæreſis, quia tunc cenſetur ſaltem approbare quod potuit cavere, & quia inſcio Judice Eccleſiaſtico frequentavit hujusmodi occolta conventicula exhibet occaſionem ſoſpicandi, cùm debuiſſet licentiam petiiſſe ab Ordinario, vel Inquiſitore. Verùm quoad hoc ſolet ratio haberi ad qualitatem perſonæ, quæ quandóque per ignorantiam excuſatur.

Credentes igitur hæreticis propriè dicuntur, qui aſſentiuntur eorum erroribus, quibus propterea credunt, tametſi tantùm generatim iisdem aſſentiantur. quia tunc implicitè credunt quod credunt alii hæretici, quamvis nullum eorum errorem, vel hæreſin in particulari, & explicitè credant: ſi quis enim dicat, ſe cum Calviniſtis, vel Lutheranis in cabſis fidei ſentire, & ipſos non errare, proinde iisdem adhærere, eò quia veram fidem habeant, & ſint viri probi, implicitè credit eorum erroribus, eſtque propterea propriè hæreticus, ut docent Sanctus Antonius 3. *p. tit* 25. *c.* 4. §. *fin* Decianus in *pract. crimin. lib.* 5. *c.* 51. Graffius *p.* 1. *decif. lib.* 4. *c.* 18. *n.* 30. Et hujusmodi credentes excommunicantur in *c. excommunicamus* 13. §. *credentes, & c. excommunicamus* 15. §. *fin. de haret.* & in Bulla Pauli IV. quæ incipit *cum ex Apoſtolatus* apud Pegnam inter litteras Apoſtolicas, quas ipſe congerit, immo etiam ex prima clauſula Bullæ cœnæ, eò quia hujusmodi credentes ſint & ipſi hæretici ut deſumitur ex *c. excommunicamus* 13. §. *ſi qui autem de haret.* & docent Suarez *tom.* 5. *diſput.* 21. *ſect.* 2. *n.* 5. Symanchas *de cathol. inſtit. tit.* 15. *n.* 1. & communiter Canoniſtæ. 4

Neque obſtat, ſi dicas, hujusmodi credentes diſtinctè exprimi in prima clauſula Bullæ cœnæ ab hæreticis, adeò ut Pontifex diſtinctè, exprimat hæreticos, & credentes hæreticis, 5

pro-

proinde credentes hæreticis non eſſe propriè hæreticos, alioquin non exprimerentur diſtincti ab hæreticis. Nam contra eſt; quia credentes hæreticis; tametſi fuerint omiſſi in Bulla cœnæ Pij V. ut notat Navarrus in *ſum. cap. 17. num. 55.* & Ugolinus *in c. clauſula ad Bull. cœna v. ad eorum credentes num.* 2. fuerunt nihilominus credentes hæreticis poſtea expreſſi ob majorem declarationem, & ad removendum omne dubium; cùm non defuerint, qui dubitaverint, an credentes hæreticis incurrerent excommunicationem primæ clauſulæ Bullæ cœnæ. Tum quia licèt hujusmodi credentes ſint revera hæretici, quia tamen explicitè non aſſentiuntur alicui errori, vel hæreſi, ſed tantùm generatim adhærent doctrinæ, quam hæretici ſequuntur, ideo hac ratione dicuntur potiùs credentes hæreticis, quàm hæretici, ut differant ab iis, qui explicitè, & diſtinctè aſſentiuntur erroribus, qui ab hæreticis proponuntur: & hæc ratio fortaſſis etiam fuit, cur credentes hæreticis nominarentur explicitè, & ſeorſim ab hæreticis; tametſi ipſi verè, & propriè ſint etiam hæretici.

6 Dicuntur etiam credentes hæreticis, qui tametſi profiteantur ſe non credere, quæ hæretici credunt explicitè; verbis tamen, & factis illis adhærent, quia eos viſitant, reverentiam ſuo more iis exhibent, eorum contiones audiunt, libros retinent, ac legunt, in eorum conventiculis conveniunt, domus frequentant, & quæ ad eorum ritum pertinent, agunt, per quæ de hæreſi ſuſpecti vehementer, vel leviter fiunt, prout majora, vel minora in iisdem inditia apparent, ut notat Farinacius *de hæreſi q. 182.* Suarez *de fide diſput. 24. ſect. 1. num. 1.* Royas de *hæret. q. 1. num. 298.* Imò dicuntur etiam credentes hæreticis, qui licèt nulla ſint hæreſi infecti, credunt nihilominus hæreticos eſſe viros probos, eorum fidem rectam eſſe: iſti enim quamvis explicitè non dicantur hæretici, implicitè tamen tales ſunt, ut notat Sanctarellus *de hæreſi c. 10. dub. 4. num. 29.* Imò quamvis qui ſemel tantùm concionibus interſunt hæreticorum, non reputentur iisdem credentes; ſunt nihilominus ſuſpecti de hæreſi, ut notant Geminianus in *c. quicunque de hæret. in 6. num. 7.* Archidiaconus ibid. *num.* 2. & alii, quos citat, & ſequitur Azorius *tom. 1. lib. 8. c. 15. q. 1.* Qui verò morbo laborantes ab hæreticis petunt conſolationem, ut ſolatium aliquod per manus impoſitionem ſint ab iisdem recepturi, dicuntur credentes hæreticis, ut habetur in *c. filii de hæret. in 6.* & notat ibidem Gloſſa *v. filii* Geminian *n.* 6.

7 Pœnæ verò, quæ in jure ſtatutæ ſunt contra hæreticos extenduntur etiam ad credentes hæreticis, ut notant communiter Canoniſtæ præſertim Abbas in *c. excommunicamus 13. n. 12. de hæret.* & ibi Ananias *n. 1.* Soccinus *n. 36.* & deſumitur etiam ex *c. excommunicamus 15. de hæret.* & docet Hoſtienſis *num.* 2. Quòd ſi credentes hæreticis per annum perſiſtant in excommunicatione ipſo jure ſunt infames, & excluduntur à publicis officiis ex *authent. credentes C. de hæret. c. excommunicamus 13. §. credentes de hæret.* ut notat Innocentius ibi *n.* 1. Non tamen nec ſolam hæreſin internam non ſufficienter explicatam, nec conſummatam in actu externo incurruntur pœnæ in jure ſtatutæ contra hæreticos; adeo ut non incurrat has pœnas, qui in mente aſſentiens huic propoſitioni hæreticali *Chriſtus non eſt homo* ſolùm exteriùs profert prædicatum ejusdem *non eſt homo*: quia hæc verba, uti ſonant exteriùs, non explicant ſufficienter hæreſin, quia hoc prædicatum poteſt negari etiam de leone, cane, aliisque brutis: unde cùm hæreſis interna per illa verba non ſufficienter explicetur, vel conſummetur; ſequitur proferentem talia verba *non eſt homo* ſimpliciter non incurrere pœnas in jure ſtatutas contra hæreticos: quia Eccleſia non cognoſcit, nec judicat niſi de iis, quæ extrinſecè hæreſin ſonant, vel ſapiunt, aut ſuſpicionem hæreſis ingerunt, & qui profert ea tantùm verba *non eſt homo*, non exprimit de quo ſubjecto loquatur: ſi tamen ex adjunctis, & circumſtantiis colligi poſſet, præfata verba dici de Chriſto, tunc poſſet Eccleſia cognoſcere, & inquirere, an verè proferantur de Chriſto, ut notat Vasquez *tract. de benefic. c. 4. n. 90.*

Imò neque hæreticorum pœnas incurreret, qui hæreſin in mente detentam ita exoticis ſcriberet characteribus, ut hi non poſſent legi, nec intelligi, niſi ab ipſo ſcribente, tunc enim quia ex tali ſcriptura non poſſet convinci externius de hæreſi, nec poſſet ab Eccleſia judicari. Hinc nec incurrit has pœnas, qui interiùs cùm ſit hæreticus, exterius movet caput, dummodo ex tali motu nemo poſſit conjicere, moventem caput annuere hæreſi: alioquin ſi priùs dixiſſet, ſe ad illam profitendam velle uti hujusmodi ſigno, tunc ex tali motu colligeretur, moventem caput annuere hæreſi, & poſſet tunc judicari ab Eccleſia. 8

Neque incurrit has pœnas, qui dicit, ſe aliquando fuiſſe hæreſin quandam ſectatum, vel habuiſſe propoſitum eam ſectandi, quia tunc non manifeſtat præſentem hæreſin, in qua ſordeſcat, ſed tantùm præteritam, quam potiùs deteſtatur, cùm ampliùs eidem non adhæreat, ut notat Symanchas de *cathol. inſtit. tit. 42. n. 9.* Imò neque incurrit pœnas in jure ſtatutas contra hæreticos, qui hæreſin, quam in animo conceptam habet, in ſomno, vel ebrietate profert, quia cùm non ſit tunc ſui compos, non poſſet judicari interiùs ita ſentire. 9

Quòd ſi dicas, eum, qui in ebrietate occidit alium, ſeque ad eum finem inebriaverit, cùm ſciverit ſe in ebrietate rixari, mereri pœnam, eò quia tale homicidium in cauſa fuit voluntarium: proinde etiam incurrere pœnas in jure ſtatutas contra hæreticos eum, qui in ebrietate profert hæreſin, quam in animo conceptam habet: quia ex eo, quòd ante ebrietatem conceperit voluntariè talem hæreſin, & voluntariè ſe inebriaverit, ſe voluntariè etiam expoſuit periculo talem hæreſin exteriùs manifeſtandi. Contra eſt, quia qui in ebrietate hominem occidit, cùm ſciret ſe in ebrietate rixari, & conſueviſſe 10

alios gladio diverberara, teneabatur, ſe abſtinera à nimio hauſtu vini, propterea irregnlaritatem, excommunicationem, aliasque pœnas incurrit, quia in cauſa voluie tale homicidium: ſecus has pœnas non incurrit, qui in ebrietate hæreſin profert, quamvis ſciverit, ſe in ebrietate conſueviſſe diſputare de fide, & propoſitiones hæteticas proferre: ratio diſcriminia petitur ex eo, quia hæreſis conſiſtir, & perficitur in intellectu, & per ſigua externa tantùm manifeſtatur exteriùs, hinc prolatio propoſitionis hæraticæ non eſt peccatum externum hæreſis, niſi procedat ab interna hæreſi concepta in intellectu, & expreſſa exteriùs per talia verba: poteſt enim quis talia verba proferre, & animo non ita ſentire. Tum quia in ebrio talis propoſitio prolata per talia verba non procedit ab hæreſi interna, ſed tantùm ex imaginatione, vel conſuetudine: ſecus homicidiom, cùm perficiatur opere externo, eſt verum peccatum homicidii, quamvis perpetretur ab ebrio, dummodo hic priùs adverterit, ſe in ebrietata conſueviſſe gladio alios percutere: quia tuna poſuit cauſam, ob quam indirectè voluit homicidium, quod perficitur opere externo.

11 Imò nequa incurrit pœnas in jure ſtatutas contra hæreticos, qui cùm revera ſit interiùs hæreticos, hæreſes ſuas profert in comœdia per modum repræſentationis, eò quia agat perſonam hæretici, dummodo ex circumſtantiis comœdiæ non appareat per ſe hæreticus. Neque tunc convenit cum hæretico externo occulto per accidens, quia hæreticus per accidens occultus, revera non ſolùm in animo eſt hæreticus, ſed etiam exteriùs; quia per verba ſenſibilia protulit hæreſin; quæ ſi non fuit audita ab aliis, id per accidens ſe habet; adeò ut hæreticus tantùm per accidens dicatur occultus, ſcilicet ex defectu audientium, non verò ex defectu verborum: ſecus qui in comœdia profert hæreſin per modum repræſentationis, eò quia perſonam hæretici agat; hæreſis prolata exteriùs non ex defectu audientium non manifeſtat proferentem eſſe hæreticum, ſed ex defectu ipſius diſcurſus, qui profertur in talibus circumſtantiis, in quibus non manifeſtantur hæreſes ipſius proferentis, ſed tantùm alterius, cujus perſonam comœdus agit: ſicut enim ſigna imperfecta ſolent ex circumſtantiis animum occultum perfectè ſignificare: ita etiam ſigna perfecta poſſunt ob circumſtantias interdum animum occultare. Quòd ſi quis poſſet prudenter colligere, talem in comœdia non agere perſonam hæretici, ſed tantùm ſimulare talem perſonam, ut ipſe proferat ſuas hæreſes, tunc incurreret pœnas in jure ſtatutas contra hæreticos; quia talis hæreſis eſſet tantùm occulta per accidens, non verò per ſe, ut notat Symanchas de *cathol. inſtit. tit. 42. n. 10.*

12 Quid verò dicendum ſit de eo, qui actu conſummavit hæreſin perfectè in mente, licèt non omni modo perfectè eam conſummaverit actu externo. Communior ſententia, quam docent Symanchas de *cathol. inſtit. tit. 42. n. 9.* Suarez *de cenſur. diſput. 4. ſect. 3.* Becanus *de fide c. 55. q. 1. n. 8.* aſſerit, hunc non incurrere pœnas ſtatutas in jure contra hæreticos. Ratio deſumitur ex eo, quia generatim cenſuræ, & pœnæ injunctæ ob aliquod delictum cùm ſint odioſæ ſtrictam habent interpretationem, proinde non contrahuntur niſi ob delictom verum, quodque ex omni parte ſit perfectè conſumatum. Tum quia Eccleſia magis attendit externum, quod eſt ſenſibile, quàm internum, quod non cadit ſub ſenſus: hinc quoties in jure fertur cenſura ob delictum aliquod, niſi quid aliud exprimatur, debet intelligi de delicto in genere ſuo ex omni parte perfectè conſummato, ut etiam colligitur ex *c. perpetuò ſanctionis de elect. in 6.* ubi habetur: ſcienter eligentes indignum non incurrere pœnas juris, niſi in tali electione ita perſtiterint, ut ex ſuffragiis ipſorum electio in effectu ſequatur: hinc communiter docent, legem imponentem pœnam eſſe ſtrictè interpretandam, eò quia odia reſtringi non ampliari debeant. Unde niſi perfectè ſequatur effectus, qui compleatur opere externo, non incurruntur pœnæ à lege injunctæ ob delictum: quapropter qui nititur totis viribus occidere clericum, ſi in effectu eum non occidit, nec percuſſit, eò quia erraverit ictum, vel quia impeditus fuit ab aliquo, non contrahit excommunicationem canonis *ſi quis ſuadente diabolo.*

Qui etiam percutit, vulnerat, aut mutilat aliquem, ſi inde mors non ſequatur, non contrahit cenſuram ob homicidium latam, donec percuſſus moriatur, adeò ut ſi mors non ſequatur, quamvis miraculoſè impedita, eò quia vulnera inflicta plura fuerint, & lethalia; nunquam tamen cenſuram contrahit: quia tametſi actio homicidii ex parte delinquentis ſit conſummata, non tamen ex parte paſſi, & prout ſignificatur nomine homicidii, quod propriè ſignificat actionem percutientis non ſimpliciter, ſed ut conjunctam cum morte percuſſi. Qui etiam conſulit, aut mandat opus, cui eſt cenſura annexa, eam non contrahit; licèt ex conſilio, vel mandato, ſequatur mors, niſi cenſura etiam ad conſulentes, vel mandantes extendatur: ratio eſt, quia quando cenſura eſt annexa alicui actioni, eam non incurrit, niſi, qui phyſicè eandem præſtat actionem, quia tunc tantùm in rigore illam afficit: qui verò conſulit, vel mandat opus, phyſicè illud non efficit, conſequenter non incurrit cenſuram annexam eidem operi. 13

Quinimò licèt cenſura feratur etiam ob conſilium, vel mandatum, adhuc non contrahitur niſi ſequatur opus ex tali conſilio, & mandato: quia tunc conſilio, vel mandato eſt annexa cenſura non ſimpliciter, ſed ut nectitur cum opere externo: excipitur tamen niſi cenſura principaliter feratur etiam ob conſilium, vel mandatum ad opus, quia tunc ſtatim dato ſolo conſilio, vel mandato contrahitur cenſura, tametſi non ſequatur opus: quia tunc etiam opere non ſecuto conſummatum eſt mandatum, vel conſilium ad opus, & cenſura principaliter ſupponitur annexa tali conſilio, vel mandato; quo pacto in *c. De homicidio in 6.* contra eos, qui mandant aliquem occidi per aſſaſſinos, hujuſmodi mandantes, cùm pri- 14

mum

Digitized by Google

primùm dant mandatum excommunicationem incurrunt, tametſi nunquam ſequatur homicidium per aſſaſſinos. Hodiè tamen hæc excommunicatio non procedit: rurſus in *clement. de pœnis c. 1.* fertur excommunicatio contra Religioſos mendicantes retrahentes populum in publicis concionibus à ſolutione decimarum: incurrunt enim hujuſmodi Religioſi ſtatim excommunicationem, tametſi populus non ſinat in effectu ſe retrahi à ſolutione decimarum. Rurſus in Bulla Gregorii XIII. fertur excommunicatio contra eos, qui cum aliquo influxu, vel effectu conſulunt aliis duellum, licèt hanc excommunicationem non contrahant principales, niſi ſequatur duellum, ut probabiliter docet Sanchez cum aliis *lib. 2. moral. c. 39.* nihilominùs eam contrahunt conſulentes, quamvis duellum poſtea non ſequatur, dummodo ex vi conſilii ipſorum ſecutus fuerit acceſſus, utriuſque principalis ad locum deſtinatum pro ſingulari certamine. Secus tamen ſi talis acceſſus non fuerit ſecutus.

15 Hinc pœnas in jure ſtatutas contrà hæreticos non incurrit, qui hæreſim ſuam manifeſtat dumtaxat ad petendum conſilium, vel ad illam explicandam Confeſſario, nec qui illam ſcribit inter ſua peccata, ut eam confeſſario aperiat, ac ſubjiciat clavibus Eccleſiæ in ſacramento pœnitentiæ: ratio eſt, quia omnes hi actus non ſunt mali, ſed potiùs laudabiles, quos Eccleſia non intendit impedire, ſed potiùs perſuadere, proinde per hujuſmodi actus non incurruntur pœnæ in jure ſtatutæ contrà hæreticos.

16 Immo neque tales pœnas incurrit, qui hæreſin ſuam jocosè tantùm, & non aſſertivè profert, ita tamen ut de ipſo non poſſit hæreſis præſumi. Ratio eſt, quia proferre jocosè hæreſim non eſt actus ita malus, ut mereatur tot graves pœnas in jure ſtatutas contra hæreticos; non enim proferre tantùm jocosè hæreſin eſt peccatum lethale, cùm poſſit quis ita jocari, & nullo modo aſſentiri hæreſi. Hinc neque incurrit has pœnas, qui indeliberatè, & abſque ulla advertentia profert hæreſin: quia hujuſmodi actus non eſt humanus, conſequenter neque talis, ut ſufficiat ad tam graves pœnas promerendas. Quinimò tametſi cùm aliqua deliberatione proferretur hæreſis, dummodo deliberatio non excederet peccatum veniale, non incurrerentur tales pœnæ, ut docent Sanchez *lib. 2. moral. c. 39. n. 17.* Henriquez *lib. 6. c. 14. n. 8.* & alii ea nitentes ratione, quia qui per opus externum tantùm prodit, quod præſcindendo ab actu interno non eſt peccatum lethale, non meretur pœnas graves, cujuſmodi ſunt, quæ à jure ſtatuuntur contra hæreticos: hinc dicunt, quòd ſi quis ex hæreſi interna comedat diebus prohibitis ab Eccleſia modicum carnis inſufficiens ad lethale, non incurrit pœnam gravem, quia hæc cùm debeat proportionari culpæ debet itidem ſupponere culpam gravem.

17 Verùm hæc doctrina mihi non ſatisfacit, ſiquidem poteſt contingere, quòd tales concurrant circumſtantiæ, ut etiam modica carnis comeſtio ſufficiat ad proteſtandam internam hæreſin: moris enim eſt per Germaniam in aliquibus locis, ut ad diſcernendos Lutheranos à Catholicis ſoleat die veneris ad prandium, vel cœnam apponi ferculum ex carne: Si enim tunc catholicus ſciat hanc expreſſam intentionem ponendi tale ferculum; quamvis nonniſi in modica quantitate ex illo comedat, graviter peccat, eò quia tali comeſtioni carnis, quamvis in modica quantitate ſit adnexa proteſtatio hæreſis internæ, & comedens vult per tale ſignum, quod per ſe forſan non excederet peccatum veniale, exteriùs ſignificare ſe Lutheranum eſſe, proinde incurrit excommunicationem, & alias pœnas in jure ſtatutas contra hæreticos, eò quia hæreſin ſuam ſufficienter explicat per actum illum externæ comeſtionis carnis, licèt in modica quantitate.

Quid verò dicendum de eo, qui intus Lutheri hæreſin occultò fovens à miſſæ ſacrificio, vel etiam à ſacra communione abſtinet, vel coram SS. Sacramento genu non flectit, vel caput non denudat. Reſpondetur cum diſtinctione, ſi enim conſideratis circumſtantiis perſonæ, loci, & temporis poſſint hujuſmodi omiſſiones cenſeri, quòd ſint profeſſio lutheraniſmi, tunc omittens procul dubio excommunicationem incurrit, quia per tales omiſſiones ſe prodit, ac manifeſtat Lutheranum: ſin verò hujuſmodi omiſſiones ex circumſtantiis poſſint probabiliter adſcribi oblivioni, vel juſtæ excuſationi, tunc probabile eſt, non incurri excommunicationem, tametſi ex animo hæretico procedant. 18

Sunt enim plures omiſſiones, vel etiam actiones, quæ cùm ſint ex ſe indifferentes nonniſi ex circumſtantiis poteſt conjici, an nectantur cum prava intentione, malóque animo: quo pacto modicæ carnis comeſtio die interdicto ſecundùm ſe non eſt proteſtativa lutheraniſmi, bene tamen ex circumſtantiis perſonæ, loci, & temporis poteſt determinari, ut ſignificet profeſſionem hæreſis Lutheranæ, ſive hæc comeſtio in parva, ſivè magna quantitate fiat, quamvis ſi ſit in magna quantitate faciliùs conjiciatur profeſſio lutheraniſmi. 19

§. IX.

Quinam dicantur Receptores Hæreticorum in ordine ad incurrendas pœnas in jure ſtatutas?

Fautores hæreticorum ii dicuntur, qui ſcienter hæreticis favent in cauſa hæreſis. 1
hic autem favor poteſt multipliciter exhiberi hæreticis, eos vel recipiendo hoſpitio, & hoc pacto fautores hæreticorum dicuntur eorum Receptores: Vel eò quia quis defendat hæreticos in judicio, vel etiam extra judicium, ne puniantur, & hic fautor dicitur defenſor: quomodocunque enim favor præſtetur hæreticis, qui hunc favorem præſtant in cauſa hæreſis fautores dicuntur hæreticorum. Receptatores verò dicuntur, qui hæreticos ob cauſam hæreſis fugientes recipiunt hoſpitio, vel eos abſcondunt, ne ab Inquiſitoribus capiantur, neve hæreticorum pœnas ſubire cogantur, ut docent D. Antoninus *p. 3. tit 25. c. 4. §. fin.* Archidiaconus in *c. quicunque de hæret. in 6. n. 3.* Decianus in *tract. crimin. lib. 5. c. 51. num. 22.* Suarez de *fide diſput. 24. ſect. 1. n. 4.*

2 Ruſus ut quis dicatur Receptor hæreticorum non eſt neceſsè, ut pluries receperit hæreticos fugientes ob cauſam hæreſis, ſed ſufficit, ſi ſemel tantum hæreticum ita ſuſceperit: quia tametſi hoc vocabulum *Receptator* in ſua propria ſignificatione ſignificet frequentiam, proinde ut quis pluries receperit hæreticos fugientes in cauſa hæreſis: attamen ex ſtylo curiæ, & conſuetudine recepta, ac praxi hodierna etiam qui ſemel tantum hoſpitio recepit, vel occultavit hæreticum fugientem ob cauſam hæreſis judicatur eſſe Receptor hæreticorum: quia hæc ſola occultatio ſufficit, ut hæreticus pœnas à jure ſtatutas declinet, ut notat Farinacius de *hæreſi q.* 181. *n.* 152. & favet textus in *l.* 1. *ff. de Receptator.* & in *l. congruit ff. de offic. Præſid.* & in *l. fin. C. de iis qui latrones occultaverunt.*

3 Neque eſt neceſſè, ut hæc receptio ſit occulta, ſed ſufficit, ſi beneficio illius hæreticus aufugiens ob cauſam hæreſis manus evadat Inquiſitorum, ſive id contingat per receptionem occultam, ſive per publicam, quia utroque modo præſtatur auxilium hæretico in ordine ad evadendas manus Inquiſitorum, ſeque eximendum à ſubeundis pœnis in jure ſtatutis contra hæreticos, ut notat Pegna 2. *p. q.* 51. *comment.* 76. & Calderinus *tract. de hæret. rubr. de hæret. volent. num.* 14.

4 Hinc qui dicunt, Receptorem hæreticorum eum eſſe, qui fugientes hæreticos ob cauſam hæreſis recipit, & occultat, ne in manus Judicis incidant, non ſunt intelligendi de ſola receptione occulta, ſed etiam publica, quæ eſt longè damnabilior, cum ſemper ſit cum aliqua violentia, & ſcandalo: fit autem mentio de ſola receptione occulta, eò quia hæc ſolet frequentior eſſe.

5 Imò neque eſt neceſſè, ut hæreticus ſit publicè denuntiatus, ſed ſufficit, ſi ejus receptor certò ſciat, eum eſſe hæreticum, quia tunc ſcienter favet hæretico, ut tali, proinde incurrit excommunicationem, quæ impoſita eſt in deteſtationem hæreſis, ut notat Duardus in *can.* 1. *q.* 3. *v. ſecunda ſententia*, quòd ſi Receptor hæretici ignoraret, ſe receptum hæreticum eſſe, in foro interno non eſſet receptor hæretici, ut notat Gloſſa in *c. Accuſatus §. illi quoque v. non poſſit de hæret. in* 6. & docet Archidiaconus *in c. quicunque num.* 3. *eod. tit.* nec in foro externo cùm ſit quid facti, præſumitur quis noſſe receptum eſſe hæreticum, ſed potius id ignorare: quia recipere hoc pacto hæreticum ſcienter eſt malum, cui annexa eſt pœna gravis, & nemo præſumitur malè egiſſe, niſi probetur: unde ſi Receptor juret, ſe neſciviſſe, eum fuiſſe hæreticum eſt illi credendum, ut docent Ugolinus in prima clauſula Bullæ cœnæ *v. Receptatores* §. 2. *n.* 4. Decianus in *tract. crimin. lib.* 5. *c.* 51. *n.* 70. Symanchas *de cathol. inſtit. tit.* 15. *num.* 19. excipitur tamen ſi hæreticus ſit notorius, & publicè denuntiatus in eo loco, in quo ejus Receptor exiſtit, quia tunc præſumitur ſcire receptum à ſe hæreticum eſſe, ut notant Farinacius *de hæreſi q.* 181. *n.* 164. Carrerius *de hæret. num.* 170. Sin verò Receptator hæretici abfuit à loco, in quo publicè fuit denuntiatus, interdum in ipſo præſumitur ignorantia, ut notat Ugolinus de cenſuris Papæ reſervatis 2. *p. in Gloſſ. Receptatores* §. 2. *n.* 4.

Conſtat igitur, Receptores hæreticorum eos dici, qui ſcientes aliquem eſſe hæreticum, adhuc eum receptant in domo, vel terris ſuis, & occultant, ne à miniſtris juſtitiæ capiatur, neve ab Inquiſitoribus puniatur, ut notat Eymericus *p.* 2. *q.* 5. & Pegna *ibid. comment.* 76. Duardus in Bulla Cœnæ *lib.* 2. *can.* 1. *q.* 28. *num.* 1. Sanctarellus de *hæreſ. cap.* 12. *num.* 1. *concluſ.* 1. hi enim propriè dicuntur Receptores hæreticorum, quamvis ſemel tantùm ſcienter aliquem hæreticum receptaverint, & in conſtitutione Innocentis IV. *ad extirpanda*, ut etiam in conſtitutione Clementis IV. cui initium eſt, *etiam ad extirpanda*, ut habet Pegna inter litteras Apoſtolicas, ſtatuitur pœna perpetuæ relegationis, ac confiſcationis bonorum contra eos, qui auſi fuerunt hæreticum de manibus curiæ eripere, vel eum defendere, ne capiatur. 6

Ruſus qui ſcienter hæreticos in domibus vel terris ſuis recipiunt, & occultant, ne capiantur à Miniſtris juſtitiæ, neve ab Inquiſitoribus puniantur, dicuntur etiam Fautores, & Defenſores hæreticorum, ſuntque valde de hæreſi ſuſpecti, præſertim ſi pluries hujuſmodi hæreticos in ſuis domibus, vel terris receperint, vel occultaverint; adeò ut ipſis ut de hæreſi ſuſpectis abjuratio, & purgatio canonica ſit indicenda, ut notat Locatus in *judic. inquiſ. v. excommunicati num.* 3. & *v. pœna num.* 11. Menochius de *arbit. caſ.* 374. *num.* 15. & *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 6. *num.* 19. Imò qui familiariter utitur hæreticis debet ſuſpendi ab officio, atque publicè abjurare amicitiam hæreticorum, ut notat Decianus in *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 47. *num.* 5. & *cap.* 51. *num.* 84. Præterea Receptores hæreticorum ſcienter incurrunt excommunicationem, tametſi ſemel tantùm hæreticum ſcienter receptaverint juxta *c. excommunicamus §. credentes de hæret.* & docent Conradus Brunus *lib.* 1. *de hæret. cap.* 4. *in fin.* Zanchinus *de hæret. cap.* 6. Quinimò licèt Receptores hæreticorum paulò poſt receptum hæreticum pœnitentiâ ducti eum denuntient, non tamen declinant excommunicationem, quia hanc ſtatim incurrerunt cùm primùm hæreticum receperunt, conſequenter non poſſunt ab ea liberari, niſi beneficio abſolutionis, ut docet Decianus in *tract. crimin. lib.* 5. *c.* 51. *num.* 68. perinde ac qui recipit Bannitum, ſtatim incurrit excommunicationem latam contra Receptores, tametſi poſtea pœnitentiâ ductus talem bannitum tradat brachio ſeculari, ut notat Ugolinus in Bulla *cœnæ clauſ.* 1. *v. Receptatores* §. 1. & in *tract. de cenſur tab.* 1. *c.* 13. §. 1. 7

8 Imò incurrit excommunicationem latam contra Receptores hæreticorum, qui hæreticum recipit, & occultat, quamvis à Miniſtris juſtitiæ poſtea capiatur, & ab Inquiſitoribus puniatur, quia Receptor ex parte ſua fecit quantum potuit, ut receptus hæreticus liberaretur à

manibus Miniſtrorum juſtitiæ, ut notat Graſſius *lib.4. deciſ.c.18. n. 34.* quia hujusmodi Receptores, ut valdè probabiliter docent plures excommunicentur principaliter, & non acceſſoriè in deteſtationem hæreſis; perinde ac anathemata percutiuntur conſulentes duellum ex condicto, & prædicantes non ſolvi decimas, & eas non ſolventes: quia ipſe actus ſub pœna excommunicationis latæ prohibitus, proinde ſufficiens ad contrahendam excommunicationem completur, & conſummatur in perſonis prioribus. Sin verò excommunicarentur acceſſoriè, ut non improbabiliter docent alii, non incurrerent Receptores excommunicationem, niſi poſt ſecutam realem occultationem.

9 Non tamen qui recipiunt, & occultant hæreticum, quem reverà ignorant eſſe hæreticum incurrunt pœnas latas contra Receptores hæreticorum, ut docent Farinacius de *hæreſi q.182. n. 130.* Sanctarellus de *hæreſi c.12. n.1.* Carena *p.2. tit.4. §.5.* & ratio deſumitur ex eo, quia lex, ut obligationem inducat debet eſſe de re ſervatu poſſibili *c. erit lex diſt.4.* conſequenter non poteſt obligare ignorantes, alioquin eſſet de re impoſſibili, & lex foret iniqua. Præterea quia cùm facta ſint ferè infinita, ignorantia facti cujusmodi eſt illa in Receptore hæretici, quem ignorat eſſe hæreticum, excuſat *c. Ignorantia de regul. jur. in 6.* & *l. regula ff. de fact. & jur. ignorant.* hinc hujusmodi ignorantia facti excuſat, ne Receptor hæretici pœnas in jure latas contrahat in foro conſcientiæ: quinimò cum hæc ignorantia ſit etiam præſumenda in foro exteriori, ideò etiam in hoc foro excuſatur Receptor ab iiſdem pœnis incurrendis, ſi juret ex ignorantia recepiſſe hæreticum, quia ordinariè creditur, ſic juranti. Idque frequenter ſolet contingere in Nautis, & Stabulariis, qui ſolent quoscunque accedentes recipere, nec ad ipſos pertinet, perſcrutari mores, & examinare, quæ credant advenientes, ut habetur in *l.1. ff. de furt. adverſus Nautas* & notant Decianus in *tract. crimin. lib.5. c.51. n.70.* Graſſius *lib. 4. deciſ. c. 18. n.33.* in dubio autem plures cum Carena *p.2. tit.4. §.5.* docent, hanc ignorantiam eſſe præſumendam, proinde fiſco incumbere onus probandi ſcientiam in Receptore, dummodo non conſtet notoriè receptum fuiſſe hæreticum, quia tunc onus probandi ſuam ignorantiam incumberet Receptori; qui ſi receptaret conſanguineum vel amicum hæreticum non excuſaretur à tota pœna, ſed mitiùs eſſet puniendus: quinimò in impoſitione mitioris pœnæ habenda itidem eſſet ratio ad gradũ conſanguinitatis; adeò ut eò mitiùs puniatur, quò ſanguinis neceſſitudine receptus eſt proximiùs, & ſtrictiùs conjunctus Receptori, ut notat Souſa in *Aphoris. inquiſ. lib.1. c.23. n.7.* ubi addit mitiùs puniendum eſſe patrem recipientem filium hæreticum, quàm fratrem, ſi hic recipiat fratrem. Hoc idem procedere de amicis ſervata proportione affirmat Tiraquel. de *pœnis temper. aut remiss. cauſ. 4. & 22.* unde ſi amicitia eſt maxima, mitiùs puniendus eſt Receptor.

Cæterùm qui recipiunt, & occultant hæreticos, plectendi ſunt eadem pœna, quâ puniuntur hæretici, recepti *l. Manichæos §. præterea C. de hæret.* & docent Hoſtienſis in *d. c. Excommunicamus 1. n.17.* Menochius de *arbit. lib. 2. caſ. 548. n.6.* Symancha de *cathol. inſtit. tit.15. n. 15.* Decianus in *tract. crimin. lib.5. c 51. n.65.* Rurſus recipientes, & occultantes hæreticos eatenus anathemate percutiuntur, aliiſque pœnis in jure ſtatutis afficiuntur; quia ſi hæretici non haberent Receptores faciliùs reſipiſcerent, ne pœnas luerent, quas promerentur, ut notat Sayrus in *theſaur. lib.3. c.5. n.2.* imò recipientes, & occultantes hæreticos, ſi per annum in excommunicatione ſorduerint ipſo jure incurrunt infamiam, & excluduntur à publicis officiis ex *authent. credentes in princ. C. de hæret.* & notat ibi Innocentius *n.1. V. credentes.* 10

Quinimò ſi hujusmodi Receptores fuerint ab Inquiſitore, vel Epiſcopo ex hac cauſa anathemate percuſſi, & per annum in tali excommunicatione inſorduerint; habentur pro hæreticis, & puniri etiam poſſunt ut hæretici, & deſumitur ex *c. excommunicamus 1.* & ex *c. Ut Inquiſitionis §. prohibemus de hæret. in 6.* quòd ſi hujusmodi Receptores ſint Clerici, privandi ſunt per ſententiam Judicis omni officio, & beneficio, ut notat Chrilandus *tract. de hæret. q 9. n. 1.* 11

Qui verò metu mortis hæreticum receptat; ne ab illo occidatur, non incurrit pœnas recipientium, & occultantium hæreticos, quia tunc non dicitur receptare hæreticum, ut formaliter hæreticum, ſed ut propriam vitam tueatur. Tum quia leges humanæ non obligant in conſcientia cum certo, & probabili vitæ diſcrimine, neque præſumendum eſt, Eccleſiam velle cum tanto rigore obligare, ut rectè notat Duardus in Bulla cœnæ *lib.1. can.1. q.3. n.9.* & Suarez de *legibus diſputat. 4. ſect. 3. num. 13.* 12

§. X.

Quinam dicantur Defenſores, & Fautores Hæreticorum.

Ii dicuntur hæreticorum Defenſores, qui viribus, armis, potentia, authoritate, dolo, vel fraude eos defendunt, ut non incidant in manus Inquiſitorum, vel non puniantur, accuſentur, denuntientur, interrogentur ob cauſam hæreſis, ut communiter docent Canoniſtæ, præſertim Graſſius *p.1. deciſ. lib.4. c.10. n.37.* Sayrus in *theſaur. lib. 3. c. 5. n. 9.* Symancha de *cathol. inſtit. tit.15. n.11.* hinc Defenſores, & Fautores hæreticorum ſunt prorſus idem, qui enim hæreticos defendit, illis procul dubio favet, & qui hæreticis favet, eos etiam defendit, ut notat Pegna in *direct. inquiſ. p. 2. q. 53. comment. 78.* Dupliciter autem poſſunt hæretici defendi. Primò ſi defendantur eorum errores: Secundò ſi defendantur perſonæ hæreticorum ob cauſam hæreſis. Dicuntur autem errores hæreticorum defendi, quando quis nititur rationes invenire, excogitare, congerere, & adducere ad propugnandos hæreticorum errores, & impugnanda contraria argumenta, ac ſolvendas difficultates, quæ objiciuntur. 1

3 Rurſus dicitur quis defendere errores hæreticorum, ſi verbis, vel ſcriptis eos laudet, commendet, & impediat, ne ab aliis impugnentur, ut notat Farinacius de *hæreſi q.* 181. *n.* 65. & Decianus *tract. crimin. lib.* 5. *c.* 51. *n.* 9. & qui tali pacto defendit errores hæreticorum præſumitur iiſdem interiùs aſſentiri, & in foro externo habetur violenta præſumptio talis aſſenſus, adeò ut tanquam hæreticus damnari debeat, ut habetur in *c. hæreticorum* 24. *q.* 3. & docet Farinacius de *hæreſi q.* 182. *n.* 62.

4 Perſonam verò hæretici dicitur quis defendere, ſi impediat, ne capiatur à Judice, vel ſi captum eum liberet, vel impediat ne puniatur, quod præſtari poteſt vi, vel dolo, aut potentia, vel oblatis muneribus, aut exhibitione pecuniæ, ut notat Farinacius *dict. quæſt.* 182. Verùm ut incurrantur pœnæ juris, debet quis defendere perſonam hæretici ob cauſam hæreſis, quia ſi eam defendat ob aliam cauſam, ſcilicet ne à latrone, vel alia perſona privata injuſtè offendatur, non dicitur tunc Defenſor hæretici; nec defenſor incurrit pœnas in jure ſtatutas, quia hæ non incurruntur niſi ob culpam gravem, cujusmodi non eſt defenſio hæretici, ne à Latronibus, vel alia privata perſona injuſtè occidatur; quia pœna ſequitur ad culpam; & niſi hæc præceſſerit, illa non incurritur: ſecus ſunt hæreticorum defenſores, & eorum Fautores, qui de manibus Curiæ hæreticos eripiunt, quia iis in conſtitutione Innocentii IV. imponitur pœna perpetui exilii, & confiſcationis bonorum, ut etiam in conſtitutione Clementis IV. & ambas conſtitutiones confirmavit Pius V. in ſua propria, quæ incipit: *Si de protegendis*; ubi Pius V. etiam declarat, hujusmodi defenſores hæreticorum eſſe morte plectendos, aliiſque pœnis ſtatutis contra Reos criminis læſæ Majeſtatis puniendos: congerit has conſtitutiones Pegna *inter litteras Apoſtolicas*.

5 Qui verò hæreticum defendit in aliis criminibus extra cauſam, vel negotium hæreſis, ut, ne à graſſatoribus ſpolietur, ne ab injuſtis aggreſſoribus occidatur, non incurrit excommunicationem Bullæ cœnæ, nec alias pœnas ſtatutas in *authent. credentes C. de hæret.* & aliis juribus contra defenſores hæreticorum: ratio eſt, quia tunc non defendit hæreticum, ut hæreticum, ſed ut naturalem proximum: atqui defendere proximum, ne injuſtè ſpolietur, vel occidatur, cantùm abeſt, quòd ſit opus malum, ut potiùs ſit exercitium charitatis: pro actu autem virtutis non incurruntur pœnæ, quia virtus eſt digna præmio; conſequenter defendens hæreticum, ne à latrone injuſtè occidatur, vel ne ſpolietur, non incurrit pœnas ſtatutas in jure contra hæreticorum defenſores.

6 Quòd ſi in cauſa hæreſis quis errorem, vel perſonam hæretici defenderet, is hæreticorum defenſor cenſeretur, eſſetque infamis ex conſtitutione Clementis VIII. cui initium *Ad extirpanda*, & ex aliis aliorum Pontificum apud Pegnam *inter litteras Apoſtolicas*, & docet Decianus in *tract. crim. c.* 51. *n.* 45. Imò talis defenſor eſſet iiſdem privandus omnibus officiis publicis ex *d. c. Excommunicamus c. quicunque §. hæret. de hæret. in* 6. quia defenſores hæreticorum in cauſa hæreſis redduntur inhabiles ad quodcunq; publicum officium ex conſtitutione Innocentii IV. quæ incipit: *ad extirpanda*, Honorii IV. cui initium: *Exivit*. Pauli IV. quæ incipit: *Cum ex Apoſtolatûs*, quæ conſtitutiones citantur à Pegna *loc. cit.* quinimò hujusmodi defenſores hæreticorum ſunt etiam in perpetuum relegandi, & eorum bona publicanda ex conſtitutione Federici Imperatoris, quæ incipit *Catharos*, & refertur à Pegna in *director. p.* 2. *q.* 51. *comment.* 66. & *q.* 52. *comment.* 77. Imò ſunt etiam ſuſpecti de hæreſi, adeò ut ſit ipſis imponenda canonica purgatio, ut notat Joannes Andreas in *c. quicunque de hæret. in* 6. *n.* 4.

Fiunt etiam inhabiles ad teſtimonium ferendum ex *c. Excommunicamus §. credentes de hæret. in* 6. ut notat ibi Hoſtienſis *n.* 19. Nec poſſunt ex teſtamento, vel ab inteſtato ullam recipere hæreditatem, quia in jure fiunt illius incapaces, præſertim ex *authent. credentes C. de hæret.* & ex *c. Excommunicamus* 13. *§. credentes eod. tit.* ut notant communiter Canoniſtæ. Imò quod eorum bona ſint etiam ipſo jure confiſcata notat Gloſſa in *c. Si adverſus V. auxilium de hæret.* & docent communiter Canoniſtæ cum Deciano in *tract. crimin. lib.* 5. *c.* 51. *n.* 79. & ex conſtitutione Federici Imperatoris, quæ incipit *Catharos*, & ut defenſores hæreticorum perpetuò relegentur, & eorum bona publicentur. Aliqui tamen, quibus adhæret Cantera in *qq. crimin. rubr. de hæreſ. c.* 1. *num.* 55. cenſent eorum bona non eſſe ipſo jure publicata, benè tamen eſſe publicanda. 7

Demum ſunt etiam hujusmodi hæreticorum Defenſores inhabiles ad teſtandum, ut deſumitur ex *authent. credentes C. de hæret.* ubi expreſsè dicuntur eſſe inteſtabiles, ut nec teſtandi liberam habeant facultatem, & deſumitur etiam ex *c. Excommunicamus* 13. *§ credentes de hæret.* & ex pluribus conſtitutionibus ſummorum Pontificum, quas refert Pegna *inter litteras Apoſtolicas*. 8

Hinc conſtat, hæreticorum Defenſores eſſe in duplici differentia, alii ſiquidem defendunt errores, qui propterea ſunt manifeſtè hæretici, imò hæreticis etiam deteriores, cum non ſolùm pertinaciter errent; verùm etiam offendicula errandi aliis parent, ut notat Symancha de *cathol. inſtit. tit.* 15. *n.* 8. & alii perſonas defendunt hæreticorum quatenus viribus, armis, potentia, dolo, vel fraude impediunt, ne hæretici in manus incidant Inquiſitorum, & ne ob cauſas hæreſis puniantur, accuſentur, denuntientur, vel interrogentur, ut tutò vivere poſſint, ac propterea impediunt eorum capturam, animadverſionem, condemnationem, ſupplicium, & pœnam: vel prohibent, ne Miniſtri juſtitiæ ingrediantur aliquam domum, ſeu terram, vel locum ad eos inquirendos, & capiendos: hi enim omnes dicuntur Defenſores hæreticorum, ſuntque proinde de hæreſi vehementer ſuſpecti, vel etiam leviter, & juxta qualitatem defenſionis ſubjiciuntur jurisdictioni Inquiſitorum, à quibus puniendi ſunt, ut notat Duardus in Bulla cœnæ *lib.* 2. *can.* 1. *q.* 32. *n.* 1. 9

Nomina Defenſorum hæreticorum compre- 10

prehen-

prehenduntur etiam Advocati, adeò ut non poſſit quis hæretico in cauſa, & negotio hæreſis patrocinium præſtare, quapropter in cauſa hæreſis excluditur omnis Advocatus, vel Procurator *c. fin. de hæret. in 6.* & docent ibi Canoniſtæ communiter cum Gloſſa *V. nota ſecundò*, hinc Advocatus vel Procurator hæretici habetur ut Fautor, & defenſor ejusdem, ut notat Ancharanus in *c. ſi adverſus n. 2. de hæret.* Ugolinus in Bulla cœnæ *V. Fautores in 1. clauſ. n. 6.* ubi addit Advocatum, & Procuratorem hæretici eſſe etiam excommunicatum in Bulla cœnæ, ut Fautorem, & Defenſorem hæretici: imò Advocatus, & Procurator, qui ſuum hæretico patrocinium præſtat, eſt etiam infamis, redditùrque inhabilis ad patrocinandum *c. ſi adverſus de hæret.* ibi: *Advocati, ne hæreticis auxilium, conſilium, favorem, vel patrocinium præſtent; & ſi contra præſumpſerint ab officio ſuſpenſi perpetuæ ſubjaceant infamiæ*, & communiter docent ibi Canoniſtæ præſertim Hoſtienſis *n.2.* Joannes Andreas ibid. *n.2. & ſequent.* imò Advocati, & Procuratores hæreticorum etiam anathemate percutiuntur ex conſtitutione Martini V. cui initium eſt *inter cunctas*, & tradunt Carrera *tract. de hæret. n. 114.* Decianus in *tract. de crimin. lib. 5. c 20.*

11 Fiunt etiam infames non ſolùm ſi præſtent auxilium, conſilium, favorem, vel patrocinium hæreticis, ſed etiam ſi juvent eorum Fautores, Defenſores, & credentes illis ſuggerendo conſilia, vel exhibendo favores, & deſumitur ex *d. c. ſi adverſus de hæret.* Hinc ſi quis pro hæretico, vel ejus Fautoribus, Defenſoribus, & credentibus inſtrumenta conficiat, incurrit eandem pœnam infamiæ, & privatur etiam officio *ex d. c. ſi adverſus de hæret.* & ibi docent communiter Canoniſtæ præſertim Felinus in 2. *notab.* Ananias *num. 3.* Soccinus *n.4.* Quòd ſi Notarii, Advocati, vel Procuratores per ſententiam privati officio, adhuc audent illud exercere, eorum acta ſunt prorſus irrita, & nullum ſortiuntur valorem, ut notant Ancharanus in *d. c. ſi adverſus n. 4.* Henricus ibi *n. 3.* Ananias *n. 3.* quia cum ſint privati officio, nullam poſſunt iiſdem authoritatem officii impertire.

12 Imò Notarii, Advocati, & Procuratores non ſolùm prohibentur, poſſe præſtare patrocinium hæreticis, & eorum credentibus, Fautoribus, & Defenſoribus in cauſis hæreſis; verùm etiam in aliis cauſis, ac delictis, ut notat Hoſtienſis in *d. c. ſi adverſus de hæret. n. 1. & 2.* Verùm ſi Advocati, & Procuratores juvent hæreticos in alia cauſa criminali extra cauſam hæreſis, non cenſentur tunc Fautores, & Defenſores hæreticorum: quia eos non defendunt ut hæreticos, ſed ut delinquentes extra cauſam hæreſin, perinde ac defenderent quemlibet alium; proinde non incurrunt excommunicationem in Bulla cœnæ. Imò cùm dicitur, quòd Advocati, & Procuratores non ſint admittendi pro hæretico, id intelligitur, dummodo conſtet, inquiſitum reverà eſſe hæreticum, quia ſi dubium ſit, an reverà ſit hæreticus; tunc concedendus eſt illi Advocatus, Procurator & Notarius, ut poſſit propriam cauſam defendere, & probare, ſe non eſſe hæreticum, ut notat Julius Clarus in *pract. §. hæreſis n. 17.* ubi etiam expreſsè ait, admittendum eſſe Advocatum, quando ex proceſſu vult probare inquiſitum reverà non eſſe hæreticum.

13 Fautores hæreticorum dicuntur ii omnes, qui ob cauſam hæreſis favorem hæreticis præſtant, idque vel omiſſione, vel negligentia, facto, & cooperatione, verbis, vel conſiliis, ut notat Eymericus *in direct. p. 2. q. 53.* Symancha de *cathol. inſtit. tit. 15. n. 11.* Omiſſione & negligentia dicuntur Inquiſitores, Epiſcopi, & Miniſtri inquiſitionis, favere hæreticis, quando omittunt, vel negligunt eos capere, cùm poſſint, & teneantur ratione officii eos capere, & punire: hi excommunicationam incurrunt, & Epiſcopi per triennium ſuſpenduntur, quinimò ſi id faciant ex odio, vel amore, vel ob lucrum temporale incurrunt excommunicationem reſervatam ſummo Pontifici ex *clement. 1. §. verum de hæret.* & docent ibi Canoniſtæ cum Gloſſa *V. fraudulenter.* Imò ſi prædicti in puniendis hæreticis ſint valdè negligentes deponi etiam debent ex officio Epiſcopali ex *c. Excommunicamus 13. § volumus de hæret.* ut docet Pegna in *direct. p. 2. comment. 2. V. Epiſcopi ergo.* Rurſus qui tenentur hæreticos accuſare, vel denuntiare, & id non faciunt; vel exhibent pecunias, vel munera ad impediendum, ne hæretici denuntientur: vel illos occultant, quando ſunt legitimè ab Inquiſitoribus requiſiti, ut eos manifeſtent, & tunc veritatem diſſimulant, ut docent Graffius *1. p. lib. 4. c. 22. n. 23. & 24.* Sayrus *lib. 3. c. 5. & 7.* Rurſus ſunt etiam Fautores hæreticorum per omiſſionem, vel negligentiam, qui cùm hæreticos poſſint ab hæreſi revocare, id omittunt *argum. c. ubi poteſt. 24. q. 3.* & *argum. c. 2. de hær.* & ibi Gloſſa *V. non revoc.*

14 Imò à plerisque Canoniſtis præſertim Felino negligentes hæreticum ab hæreſi revocare, cùm poſſint, & debeant ex officio, hæretici cenſentur, id autem intelligitur de Epiſcopis, Prælatis, & Magiſtratibus, quibus ex officio incumbit hæreticos revocare ab errore ad ſanam doctrinam: ſiquidem privati homines ſolùm ſub pœna excommunicationis tenentur hæreticos accuſare, denuntiare, & revelare, ut notat Pegna *comment. 2. in direct. p. 2. V. ſi de Epiſcopis.*

15 Præterea Domini ſæculares, & officiales, Miniſtri omittentes hæreticum inquirere, & capere, comprehenduntur etiam nomine eorum Fautorum, cùm ex officio illis incumbat inquirere, & capere hæreticos, ut notat Ananias in *c. Excommunicamus §. credentes de hæreſi n. 14.* ut etiam qui negligunt extirpare hæreticos ex ſuis terris, cùm poſſunt, ut notat Pegna *loc. cit.* ut etiam qui requiſiti, & moniti ab Eccleſia, ut invigilent, & id in gratiam hæreticorum negligunt, ut notat Sayrus in *theſaur. lib. 3. c. 5. n. 7.* ut etiam qui juſſi, vel rogati negligunt milites concedere pro capiendis hæreticis: ut etiam qui requiſiti ab Inquiſitoribus nolunt eos capere, ut docet Menochius de *præſumpt. lib. 5. præſumpt. 6. n. 31.* Graffius *lib. 4. deciſ. c. 18. n. 22.*

16 Rurſus facto, & cooperatione dicuntur hæreticorum Fautores, qui pecunias offerunt, alimenta ſuppeditant, arma miniſtrant, & alia auxilia exhibent, ut notat Hoſtienſis in *ſum. de hæret. §. quæ pœna n. 10.* vel qui illis favent, ut anguſtias

guſtias carceris poſſint evadere, vel in manus Inqoiſitorum non incidere, ut conſtat ex conſtitutione Clementis IV, qoæ incipit *Ad extirpanda* relata à Pegna in litterie Apoſtolicis : ot etiam qui impediunt Epiſcopos, & Inquiſitotes, ne illoe puniant, & deſumitur ex *c. Accuſatus* § *ſacerdotes de haret. in 6.* & ex conſtitutione Innocentii IV. cui initium eſt *Malitia hujus temporis.* Ut etiam offendentes Miniſtros, & officiales ſanctæ inquiſitionis ex conſtitutione Pii V. quæ incipit : *Si in protegendis*, ibi : *Verberantes, vel perterrentes Miniſtros ſancti officii ſunt puniendi pœnâ mortis, & ipſorum bona confiſcanda.* Præterea dicuntur etiam Fautores hæreticorum, qui fingunt ſe hæreticos, ut quos Inquiſitores procurant capere, ut veros hæreticos, liberent ; verùm iſti ex conſtitutione Clementis IV. quæ incipit *Ad extirpanda* ſunt detrudendi in perpetuum carcerem, boniſque omnibus ſpoliandi. Sunt etiam hæreticorum Fautores facto, & cooperatione, qui proceſſus contra hæreticum formatos dilacerant, teſtes examinaros verberant ; vel è manibus juſtitiæ, aut è carcere hæreticum eripiunt, ut notat Eymericus in *direct. p. 2. q. 54.* ut etiam qui Inqoiſitorem vexant, perturbant, & injuriâ afficiunt ad eum finem, ut hæreticum liberent, ut notat Pegna *direct. p 2. q. 54. comment. 79.* Ut etiam qui hærsticos venerantur, comitantur, viſitant, eóſque ſepeliunt in loco ſacro ex conſtitutione Innocentii IV. quæ incipit : *Noverit univerſitas* apud Pegnam in *litteris Apoſtolicis.*

17 Conſilio, & verbis hi cenſentur favere hæreticis, qui pro illis intercedunt, ſupplicant ſuperiori, veniam petunt, officium impediunt ſanctæ inquiſitionis, Inquiſitorum famam lædunt, dicentes eos injuſtè procedere contra hæreticos, qui non debent tam graviter puniri ; vel ſi dicant; eſſe viros probos, laude, & honore dignos, & alia id genus, ut notant Archidiaconus in *c. quemcunque num. 6. de haret. in 6.* Geminianus ibid. *n. 10. & ſequent.* Menochius de *arbit. lib. 2. caſu 548. n. 3.* Rurſus qui hæreticos monent, ut ſe abſcondant, ne capiantur : vel ut capti è carceribus difugiant, vel ipſoe modum docent, quo ſe falsò defendant, vel quo veritatem celent, vel hæreſim negent, ut notant Eymericus *p. 2. q. 56. n. 4.* & ibi Pegna *comment 8.* Symancha de *cathol. inſtit. 15. num. 11.* Graffius *lib. 2. decis. c. 9. n. 11.* Omnes iſti hæreticorum Fautores ſunt de hæreſi ſuſpecti, ut notat Calderinus *tract. de haret. rubr. de haret. credentibus n. 11.* & ſunt excommunicati in Bulla cœnæ, & in conſtitutionibus *inter cunctas*, & Pauli IV. cui initium *cùm ex Apoſtolatûs officio* apud Pegnam inter litteras Apoſtolicas. Quòd ſi fuerint etiam ab Epiſcopo, vel Inquiſitore excom̃unicati, & per annum manſerint in excommunicatione, habentur ut hæretici, & ut tales condemnantur *c. Ut inquiſitiones §. prohibemus de haret in 6.* & ita docent Hoſtienſie in *ſum. de haret. §. qualiter deprehendantur n. 1.* Eymericus *p. 2. direct. q. 47. num. 3.* Pegna *comment. 72.*

18 Hinc plures ſunt hæreticorum Fautores. Primò qui cùm poſſint, ac teneantur ratione officii procedere contra hæreticos omittunt eos punire intuitu hæreſis : tales eſſent Epiſcopi, Inquiſitores, & eorum Miniſtri, quibus ex officio incumbit procedere contra hæreticos, ſi omitterent contra illos procedere: & ob hanc cauſam in *clement. 1. de pœnis* Epiſcopi ſuſpenduntur ipſo jure ab officio per triennium, & excommunicantur excommunicatione, & ſuſpenſione reſervata ſummo Pontifici, ſi id faciant ex odio, vel amore, vel ob lucrum temporale ; tunc enim etiam jure communi iucurrunt excommunicationem reſervatam ſummo Pontifici, ut habetur in *clement. 1. §. verùm de haret.* & docent ibid. Gloſſa *V. fraudulenter.* Ancharanus *n. 11.* Quinimò ſi Epiſcopi negligant hæreticos punire, deponi etiam debent ab officio Epiſcopali ex *cap. excommunicamus 1. §. volumus de haret.*

Secundò qui ex officio tenentur hæreticos accuſare, vel denuntiare, & id omittant, ut ſunt qui accipiunt ſtipendia ad hæreticos denuntiandos, ut notat Ugolinus in *expoſit. Bulla cœna V. Fautores n. 9.* 19

Tertiò, qui legitimè requiſiti ab Inquiſitoribus, ut manifeſtent hæreticos, veritatem diſſimulant, & illos celant, ut notat Sayrus in *theſaur. lib 3. c. 5.* 20

Quartò, Domini ſæculares, & Miniſtri, Officiales omittentes hæreticos quærere, & capere: ſi negligant hæreticos è ſuis terris extirpare, quia tunc præſumuntur etiam hæretici ex textu in *c. 2. de haret.* ſi ab Eccleſia requiſiti, & moniti poſt annum à tempore monitionis elapſum terrae ſuas purgare ab hæreticis neglexerint : poſſunt enim tunc eorum terræ à catholicis occupari ſalvo tamen jure Domini Principalis, ſi Domini negligentes ſint feudatarii, & incurrunt etiam excommunicationem. 21

Quintò, publici officiales Principum, vel Provinciarum ſi negligant hæreticos capere, vel eos è ſuis terria non procurent ejicere. Imò cenſentur etiam ſuſpecti de hæreſi, ut notat Menochins de *præſumpt. lib 5. præſumpt. 6. n. 11.* 22

Sextò, qui in gratiam hæreticorum non faciunt cuſtodias, in quibus hæretici detineantur, & cuſtodiantur ; ſi id omittant ne hæretici puniantur, & tunc etiam incurrunt excommunicationem, non ita ſi ob avaritiam, & tantùm ut parcant expenſis, ut notant communiter cum Sylveſt. *V. hæreſis 1. q. 7.* 23

Septimò, qui hæreticos, cùm poſſint ab hæreſi avocare id negligunt *argum. c. ubi poteſt 24. q. 3.* ubi dicitur, quòd qui poteſt improbos impedire, ne quid mali faciant, & non impedit eorum malitiæ favet. Hinc Canoniſtæ inferunt, eum eſſe cenſendum hæreticum, qui ex negligentia omittit hæreticum avocare ab hæreſi. Verùm id procedit de perſonis publicis, ut de Epiſcopis, Prælatis, & Magiſtratibus, quibus ex officio incumbit, non verò de hominibus privatis, qui tantùm ſub pœna excommunicationis incurrendæ, tenentur accuſare, ac denuntiare, ut notat Pegna in *direct. p. 2. comm. 2. verſic. ſi de Epiſcopis.* 24

Octavò qui Epiſcopos, Inquiſitores, & eorum Miniſtros impediunt in hæreticis puniendis ex *c. Accuſatos §. ſacerdotes de haret. in 6.* & ex conſtitutione Innocentii IV. cui initium eſt *Malitia hujus temporis*, & Urbani IV. quæ incipit *Li-* 25

ret ex omnibus,& aliis apud Pegnam inter litteras Apoſtolicas. Imò tales impedientes, ne hæretici puniantur, ſunt etiam ipſo facto excommunicati in *c. Ut inquiſitionis officium* §. *fin. de hæret. in 6.* Imò ſi per annum in excommunicatione permanſerint, condemnantur ut hæretici *c. Ut inquiſitionis officium de hæret. in 6.* & ex conſtitutione Julii III. quæ incipit *Licèt à diverſis.* Rurſus tales impedientes ſunt etiam ſuſpecti de hæreſi, quam tenentur abjurare *direct. inquiſit. p. 2. q. 54. n. 4.*

26 Nonò Judices, & Domini ſæculares nolentes dare milites ad capiendos hæreticos, ut etiam qui requiſiti ab Inquiſitoribus nolunt eos capere, ut notat Menochius de *præſumpt. lib. 5 præſumpt. 6. n. 31.* Imò ſunt etiam de hæreſi ſuſpecti, ut notat idem Menochius.

27 Decimò, qui hæreticis pecunias, alimenta, arma, auxilia, conſilia miniſtrant, ut è carcere fugiant, vel etiam manus Inquiſitorum evadant ex conſtit. Innocentii IV. cui initium *Ad extirpanda* apud Pegnam *inter litteras Apoſtolicas.*

28 Undecimò, qui verbis favent hæreticis, ut notat Archidiaconus in *c. quemcunque n. 6. de hæret. in 6.*

29 Duodecimò, qui precibus, pecuniis, muneribus, vel alio quovis modo procurant, ut hæretici liberentur, vel pro ipſis ſupplicant ſuperioribus, ut notat Calderinus *tract. de credentibus hæreticis n. 17.*

30 Decimotertiò, qui fingunt ſe hæreticos illos, quos Inquiſitores quærunt ad capturam, ut veros hæreticos liberent, quinimò illi debent etiam condemnari ad perpetuum carcerem, boniſque omnibus ſpoliari ex conſtitut. Clementis IV. cui initium *Ad extirpanda* apud Pegnam *inter litteras Apoſtolicas.*

31 Decimoquartò, monentes hæreticos quæſitos ad capturam ut fugiant, vel ſe abſcondant, ut notat Symancha de *cathol. inſtit. tit. 25. num. 11.* tametſi eos moneant ob amicitiam, vel cognationem, quia talis favor redundat in favorem hæreſis, ut cenſent plures licèt alii contrarium doceant.

32 Decimoquintò, qui hæreticos modum docent, quo ſe falſo defendant, vel veritatem occultent, aut hæreſin negent. Imò hi ſunt etiam vehementer ſuſpecti de hæreſi ex *c. Accuſatus* §. *ſacerdotes de hæret.* & docet ibi Gloſſa § *porro.*

Decimoſextò, qui proceſſus contra hæreticum formatos lacerant, teſtes examinatos verberant, hæreticos è carcere extrahunt, ut notat Eymericus in *direct. p. 2. q. 54. art. 1.*

33 Decimoſeptimò, qui Inquiſitores, & Judices contra hæreticos perturbant, vexant, ut hæreticos liberent, Eymericus *loc. cit.*

34 Decimooctavò, venerantes, comitantes ob hæreſin hæreticos, & hi ſunt etiam de hæreſi ſuſpecti: ſi tamen non ob hæreſin, ſed ob alias cauſas eos comitarentur, vel illis auxilia præſtarent, & hæc non redundarent in favorem hæreſis, non cenſerentur Fautores hæreticorum, ut notat Gloſſa in *c. accuſat. de hæret. in 6.* & docet Suarez *tom. 5. de cenſur. ſect. 2. diſput. 21.* ubi addit, in foro externo non ſemper eſſe præſumendum hæreticum eum, qui hujuſmodi officia exhibet hæretico, niſi ſuperaddantur aliæ circumſtantiæ: non tamen deſunt, qui contrarium ſentiant.

Decimonono, qui hæreticos frequenter viſitant *c. Accuſatus* §. *illi quoque de hæret. in 6.* Hi etiam ſunt etiam de hæreſi ſuſpecti, ut notat Calderinus *tr. de hær. rubr. de hær. cred. n. 11.* & à fortiori, qui fœdus, affinitatem cum hæreticis contrahunt. 35

Vigeſimò, qui hæreticos ſepeliunt in loco ſacro, quinimò nec ipſi Fautores, Defenſores, & receptatores hæreticorum, & iidem credentes ſepeliri poſſunt in loco ſacro, nec pro illis fieri precationes ex *c. ſicut. de hær.* imò eadem pœna afficiuntur etiam qui in loco ſacro non ſolùm hæreticos, ſed etiam defenſores, & receptores, & fautores ſepeliunt ex conſtitutione Innocentii IV. quæ incipit: *Noverit univerſitas* & ex *c. 2. de hær. in 6.* 36

Rurſus hi omnes fautores hæreticorum ſunt excomunicati in Bulla cœnæ, & in conſtitutionibus Martini V. *Inter cunctas*, & Pauli IV. *Cum ex Apoſtolatus officio*, Imò ſi in excomunicatione per annum inſorduerint ipſo jure ſunt infames, ſuntque inhabiles ad publica officia *authent. credentes C. de hær.* & ex *c. ſicut. de hær.* & docent communiter Canoniſtæ, quòd ſi fautores hæreticorum ſint Clerici, & per annum manſerint in excommunicatione, tunc per ſententiam Judicis privari debent omni officio, & beneficio; imò ſi fautores hæreticorum ab Epiſcopo, vel Inquiſitore fuerint anathemate percuſſi, & per annum perſtiterint in excomunicatione, damnari debent ut hæretici *c. Ut inquiſitionis* §. *prohibemus de hær. in 6.* & docet Hoſtienſ. *in ſum. de hær.* §. *qualiter deprehendantur n. 1.* 37

Sin autem perſona privata, cui ex officio non incumbit, omittat hæreticum capere, vel indicare, non propterea ob talem omiſſionem dicitur favere hæretico, ut docent Suarez *diſp. 24. ſect. 1. n. 8.* Symancha de *cathol. inſtit. tit. 25. n. 13.* Farinac. de *hæreſ. q. 182. n. 27.* quia ceſſante obligatione juſtitiæ, cùm non pertineat ad perſonam privatam, aliam corrigere, ei non imputatur culpæ; ſi id omittat: benè tamen ſi ex juſtitia ad id teneatur; tunc enim contrahit obligationem denuntiandi, vel capiendi hæreticum; & hæc obligatio oriri poteſt, vel ex officio, vel ex ſpeciali Inquiſitoris mandato: hinc quia ex officio, & obligatione juſtitiæ ſpectat ad Inquiſitores, & Epiſcopos hæreticos corrigere, capere, punire, ſi in hæreſis favorem id omittant, dicuntur ipſi hæreticorũ fautores, & hoc idem etiam procedit de Miniſtris, ſi omittant capere hæreticos, quia & ipſi ex officio tenentur id facere. An verò, ſi requiſiti, & ex ſpeciali mandato juſſi, ut hæreticũ capiant, ſi id omittant, ſint fautores hæreticorum? plures affirmant, quia per talem omiſſionem peccant contra juſtitiam, quia delinquunt contra jus debitum ſuperiori præcipienti. 38

Alii verò cum Eymerico 2. p. q. 55. n. 3. & Farinacio de *hæreſ. q. 182. q. 2. n. 35.* docent, & quidem valdè probabiliter, non eſſe fautores hæreticorum, ſi ex officio illis non incumbat hæreticum capere. Neque tunc ex eo, quòd non obediant ſuperiori præcipienti peccant contra juſtitiam, ſed tantùm contra obedientiam debitam ſuperiori legitimè præcipienti: alioquin quoties inferior non 39

or non obediret ſuperiori præcipienti, duplex committeret peccatum, unum contra illam virtutem, cujus materia præcipitur, ut contra temperantiam, religionem, ſi imperetur jejunium, vel intereſſe divinis officiis; & alterum contra jus ſuperioris, quod per talem omiſſionem, ſeu tranſgreſſionem ſui præcepti læderetur, quod non videtur dicendum.

40 Rurſus quando hæreticorum receptores, fautores, defenſores, & iisdem credentes dicuntur excommunicari, accipi debent formaliter, adeò ut favorem, vel auxilium præſtent hæreticis, ut formaliter hæreticis, ſeu ut hæreſes ſuas faciliùs docere, defendere, ac propagare poſſint, ut docet Suarez *tom. 5. diſp. 21. ſect. 2. n. 8.* Sotus in 4 *diſt. 22. q. 2. art. 3. poſt 5. concluſ.* Non tamen ad id eſt neceſſaria formalis, ac directa intentio propagandi hæreſin, ſed ſufficit interpretativa, & indirecta, ut ſi Judex non capiat, vel non puniat hæreticum, cùm ex officio id illi incumbat; ſive hæc omiſſio procedat ex affectu amicitiæ, vel conſanguinitatis, vel etiam ex tædio laboris, ut notat Sylveſter *V. hæreſis 1. q. 7. §. fautores.* alioquin vix darentur, qui eſſent Receptatores, Fautores, vel Defenſores hæreticorum, niſi ſimul eſſent hæretici, quod tamen eſt falſum cùm poſſit quis eſſe fautor hæretici, licèt non ſit hæreticus. Tum quia re ipſa poteſt quis per talem receptionem, vel favorem concurrere ad conſervandam, vel promovendam hæreſin, in quo caſu eſt verè, & propriè Receptor hæretici, quamvis id non faciat ex formali, ſeu directa intentione. Tum quia in *l. 2. ff. de Receptator.* dicitur, quòd Receptor latronis ex cauſa conſanguinitatis, vel affinitatis puniendus ſit, tametſi mitiùs; unde talis verè, & propriè accenſetur Receptoribus hæreticorum. Non tamen hæc mitior pœna intelligenda eſt de excommunicatione; quia perſona ita juncta alteri reputatur quaſi eadem cum ipſa, quam non defendere propterea eſt perdifficile, ut quòd frater fratrem non defendat, vel filius patrem; & jus Eccleſiaſticum poſitivum non obligat cum tanto rigore, & incommodo, ſicut jus naturale, & divinum.

41 Cæterum ad conſtituendam fautoriam hæreſis, attenditur ſolus favor præſtitus hæretico, & cedens in favorem hæreticæ pravitatis, ut colligitur ex pluribus textibus per totum titulum de *hæret. in 6.* neque requiritur alia intentio formalis, & deſumitur ex *c. Accuſatus §. ſacerdotes de hæret. in 6.* ubi Sacerdotes, & alii Clerici impedientes officium inquiſitionis compelli poſſunt, ut fautores hæreticorum, eò quia ut loquitur textus id faciant in favorem hæreticæ pravitatis.

42 Quòd ſi dicas, ad conſtituendam fautoriam neceſſariò requiri, ut quis faveat hæretico, ut formaliter tali, ſeu ut eſt hæreticus, & qui favet hæretico, eò quia ſit ejus amicus, vel conſanguineus non favet hæretico, ut formaliter tali, ſed ut amico, vel conſanguineo, conſequenter non eſſe fautorem hæretici. Contra eſt, quia ex eo, quòd quis det auxilium hæretico etiam ut conſanguineo, & amico, non verò ut hæretico, id adhuc cedit in favorem hæreſis; proinde ſi non explicitè, implicitè tamen, & interpretativè ei favet ut hæretico, quamvis explicitè dicat, ſe illi favere ut amico, vel conſanguineo: ſicut qui fornicatur, non ut Deum offendat, ſed ut ſibi ſatisfaciat, non per hoc eximitur ab offenſa Dei: quia talis fornicatio ex ſua natura eſt Dei offenſa, proinde qui fornicatur, ut ſibi ſatisfaciat, implicitè, & interpretativè intendit etiam offenſam Dei: & ita dicendum de favore præſtito hæretico, ut amico, vel conſanguineo.

Cæterùm qui docent, omittentes inquirere contra hæreticum non intuitu hæreſis formaliter, ſed ex alia cauſa, non eſſe Fautores hæreticorum, intelligendi ſunt, ſi id præſtent ob ſolum timorem, vel ob vitanda ſcandala, ut notat Gloſſa in *clement. 1. V. de obtent. de hæret.* quia præcepta Eccleſiaſtica poſitiva non obligant cum tanto rigore, & diſcrimine: hinc ſi Epiſcopi, vel Inquiſitores omittant procedere contra hæreticum ob ſolum timorem vitæ, vel ad vitanda ſcandala non incurrunt excommunicationem Bullæ cœnæ, ut notant communiter Canoniſtæ, præſertim Imola in *clement. 1. num. 17. de hæret.* Ancharanus ibid. *§. ſanè num. 11.* Hinc nec ſunt Fautores hæreticorum, nec incurrunt excommunicationem Bullæ cœnæ, qui hæretico in extrema, vel gravi neceſſitate conſtituto eleemoſynas elargitur, non ut illi faveat in hæreſi, ſed ob DEI amorem, ut docet Suarez *tom. 5. de cenſur. ſect. 2. num. 8.* Imò neque ſunt Fautores hæreticorum impedientes, ne ab injuſtis aggreſſoribus hæreticus occidatur, quia tunc exercent potiùs actum charitatis in proximum, ad quem tenentur ex præcepto naturæ. 43

An verò incurrat pœnas in jure ſtatutas contra fautores hæreticorum, qui licèt ſuum favorem hæretico præſtiterit, non tamen ſuum ſortitus eſt favor effectum, ut ſi Petrus domi recepit Paulum hæreticum, ut eum à Judice liberaret, ſed fruſtra, eò quia conſcius Judex delinquentem invenit? Reſpondent plures, & quidem valdè probabiliter, præſertim Suarez *diſput. 24. de fide ſect. 1. num. 14.* Graffius *lib. 4. deciſ. c. 18. num. 24.* Sayrus *tom. 1. in theſaur. lib. 3. b. 5. n. 4.* talem cenſeri fautorem hæretici, & incurrere pœnas in jure ſtatutas contra fautores hæreticorum, & capiuntur ratione: quia in deteſtationem hæreſis non ſecundariò, ſeu acceſſoriè, ſed æquè principaliter, & primariò excommunicantur hæretici, & eorum Fautores, Defenſores, Receptores: ſicut non ſecundariò, & acceſſoriè; ſed primariò, & principaliter excommunicantur ſuadentes, & conſulentes duellum ex condicto, & ipſi duellantes, adeò ut qui ſuaſerint aliis duellum ex condicto incurrant excommunicationem, tametſi duellum non ſequatur: quia talis ſuaſio per ſe eſt actus completus, & conſummatus ex parte ſuadentium; proinde ſufficit ad excommunicationem, & alias pœnas incurrendas; tametſi non ſit actus completus, & conſummatus in aliis, & hæc ſententia mihi videtur valdè probabilis: licèt oppoſita, quam docent Farinacius de *hæreſ. q. 182.* Bonacina *diſput. 2. q. 5. punct. 3. n. 2.* non careat probabilitate, ſcilicet Fautores hæreticorum 44

non

non incurrere pœnas in jure ſtatutas, niſi ſequatur malus effectus, adeò ut hæreticus ob talem favorem ſibi præſtitum manus Judicis effugerit, carceres evaſerit, punitus non fuerit, inquiſitus, repertus non fuerit: ratio etiam poteſt aſſignari; quia favor eatenus prohibetur hæreticis præſtari, ne illi in ſua hæreſi foveantur, & faveantur: qui verò non obtinuit effectum favoris, non dicitur foviſſe hæreticum, nec illi faviſſe in ſua hæreſi; tametſi intenderit id præſtare; proinde non debet puniri, ut talis.

45 Tum quia quando in jure canonico principaliter excommunicatur, qui delictum committit; acceſſoriè verò mandantes, conſulentes tale delictum; tunc illi non dicuntur contrahere excommunicationem, niſi ſequatur effectus: atqui excommunicatio lata in 1. *clauſula Bull. cœn.* principaliter lata eſt contra hæreticos, & acceſſoriè; ſeu ſecundùm quandam extenſionem contra illorum Receptores, Defenſores, & Fautores quomodocunque, proinde non videntur illi excommunicationem contrahere, niſi ex receptione, favore, vel defenſione ſequatur malus effectus. Tum quia qui mandat hominem occidi, ſi homicidium non ſequatur ex tali mandato nullam pœnam contrahit, quia hæc tantùm ratione homicidii ſecuti contrahitur: ut etiam qui mandat Clericum percuti non incurrit excommunicationem, niſi ſequatur percuſſio, quia excommunicatio non contrahitur niſi ratione percuſſionis realis Clerici, adeò ut mandantes puniantur ratione ipſius percuſſionis, quæ eſt principale, quod prohibetur; & ceſſante principali ceſſat etiam acceſſorium.

Dubitari poteſt, an ut quis ſit Fautor hæretici
46 debeat favere hæretico, qui reverà ſit hæreticus? vel ſufficiat, ſi faveat hæretico, qui jure præſumatur talis, ut ſi faveat excommunicato, & in excommunicatione per annum inſurdeſcenti? Reſpondetur cum communiori ſententia, ſufficere, ut quis ſit Fautor hæretici in foro externo, ſi faveat hæretico, qui jure præſumatur talis, dummodo excommunicatio lata fuerit ex cauſa fidei, & hæreticus præſumptus per annum inſorduerit in excommunicatione, quia tunc is reputatur hæreticus, & ut talis punitur ex *c. excommunicamus* 13 §. *credentes de hæret. c. Ut inquiſitionis* §. *prohibemus de hæret. in 6.* non ita tamen ſi non ſit excommunicatus ex cauſa fidei, quia tunc tantùm redditur ſuſpectus de fide ex Tridentino *ſeſſ. 25. c. 3. de reſor.* ubi ſtatuitur, poſſe inquiri in quemcunque per annum inſordeſcentem in excommunicatione, tanquam ſuſpectum de hæreſi *c. grave. de pœnis, c. non bonæ de ætat. & qualit.* & docent communiter Canoniſtæ. Hinc ex conſuetudine generalis inquiſitionis non ſolent Inquiſitores procedere contra ſic inſordeſcentes per annum in excommunicatione, ſi excommunicatio lata non fuerit ob cauſam hæreſis, ut notat Pegna 2. *p. direct. comment. 72. V. quidam.* ergò qui favet huic excommunicato non poteſt damnari ut favens hæreſi, ſed tantùm ut favens ſuſpicioni hæreſis.

Supereſt ſolvendum aliud dubium, an ſi quis 47
faveat hæretico, eò quia ſit amicus, vel conſanguineus, ſit fautor hæreticorum. Negant Bonacina *diſput. 2. de cenſur. q. 5. punct. 3 n. 2.* Cajetanus *V. excommunicatio c. 1* & alii sequentes in Fautore hæreticorum, ut favor præſtetur ea intentione, ut promoveatur hæreſis. Verùm plurimùm ut ſuperius explicui, non eſſe neceſſariam hanc expreſſam voluntatem promovendi hæreſin: alioquin vix darentur hæreticorum fautores, qui ſimùl eſſent hæretici, cujus tamen contrarium docent Canoniſtæ: diximus enim ſufficere voluntatem interpretativam ſitam in eo, quòd favor expreſſè præſtitus opituletur aliquo modo hæreſi, quatenus eam defendit, ne puniatur alioquin ſi talis favor præſtetur tantùm ex metu gravi, tametſi non excuſet à peccato, videtur tamen excuſare, ne incurrantur pœnæ à jure ſtatutæ contra fautores hæreticorum, ut docent Ugolinus *2. p. de cenſur. reſerv. V. Receptatores* §. 2. *n. 3.* Farinacius de *hæreſ. q.* 182. *n.* 162. Symancha *tit. 15 rubr. de credentibus n. 17.* Hæc autem procedunt, quando favor non præſtatur ex motivo amicitiæ vel conſanguinitatis; alioquin in foro externo cum jura ſanguinis; & amicitiæ habeantur ſanctiſſima, & ratione illorum etiam cenſeatur quis veluti coactus ad favorem præſtandum ſibi conjunctis, ideò cenſent plures præſertim Decianus *pract. crimin. lib. 5 c. 51. n. 79.* Symancha de *cathol. inſtit. tit. 15. rubr. de credentibus n. 25.* jura ſanguinis, & amicitiæ excuſare à fautoria, eò quia tunc faventes ſibi conjuncti ſanguine non dicuntur favere hæreſi, ſed conſanguinitati, & agere ex obligatione ſanguinis: dicunt tamen, hanc conſanguinitatem, ut excuſet, debere eſſe in primo gradu, ut inter patrem, & filium, inter duos fratres, duos conjuges.

Verùm communior, & probabilior ſententia 48
docet, titulum conſanguinitatis, affinitatis, vel amicitiæ, quantumvis ſtrictæ, non excuſare in hoc crimine ab excommunicatione, nec ab aliis pœnis recipientibus latitudinem; tametſi ſint temperandæ pro majori, vel minore conjunctione ſanguinis, ut deſumitur ex textu in *l. 2.* §. *de Receptoribus* ubi dicitur, quòd receptans conſanguineum latronem debeat mitiori pœnâ puniri, & ita docent Farinacius de *hæreſ. q.* 182. §. *9. n.* 144. Graffius *lib. 4. deciſ. c.* 18. *n.* 35. Menochius de *arbit. lib. 2. centur. 6. caſ* 548. *n.* 8. ubi addit, quod in dubio an favens hæretico conſanguineo, affini, vel amico favorem præſtiterit ob conſanguinitatem, affinitatem, vel amicitiam, vel ob crimen hæreſis, ſit præſumendus, quòd potiùs id fecerit ob conjunctionem affinitatis, & conſanguinitatis, vel amicitiæ, quàm ob crimen hæreſis, ut notat Graffius *loc. cit.* & Farinacius *n. 45.* & ratio videtur etiam id ſuadere, quia in foro externo delictum non debet præſumi, niſi denuntietur, & in pœnis benignior interpretatio fieri debet.

Pars IV.

De aliis delictis, quæ ſubduntur juriſdictioni Eccleſiaſticæ.

Diximus in præcedentibus, præcipuum, ac principale delictum, ſuper quo cognoſcit Eccleſiaſtica juriſdictio eſſe hæreſin,& illa omnia, quæ hæreſin ſapiunt, vel cum hæreſi connexionem,vel cognationem aliquam habent:quia verò ex *l. Nulli C. de judic.* cui conceditur cauſa principalis,conceduntur etiam connexa, incidentia, & emergentia ex illa,ideò quia hactenus egimus de ipſa hæreſi, quæ Principem occupat ſedem inter delicta Eccleſiaſtica, ſupereſt nunc agendum de reliquis delictis.

§. I.

Quid ſit ſuperſtitio, & quotuplex eius ſpecies, & quid de vero cultu ſanctorum dicendum?

1 Superſtitio ſi nominis etymologia ſpectetur ex Cicerone *lib. 2. de natura Deorum* derivatur à verbo *ſuperſto*, ſeu à voce *ſuperſtes*, eò quia olim ſuperſtitioſi dicerentur, qui nimis aſſidui erant in rogandis Numinibus,ut eorum liberi ſibi ipſis ſuperſtites eſſent. Lactantius verò *lib. 4. divinar. inſtitut. c. 28.* refert, ſuperſtitioſos fuiſſe vocatos olim liberos, qui ſuis parentibus ſuperſtites neglectis antiquis Numinibus,parentum imagines domi,veluti recentiora numina colerent. Epicurei verò referente Suarez. *tom. 1. de religione lib 2.de ſuperſtit.c.1.n.1.* putârunt, ſuperſtitionem eſſe vanum cultum Dei : cùm enim crederent, Deum nullam habere rerum humanarum providentiam, ideò crediderunt, omnem Dei cultum ſuperſtitioſum eſſe. Alii verò ut notat Iſidorus *lib. 8. ethymol. c. 3.* cenſuerunt ſuperſtitionem dici à *ſuperſtando*,quia ſuperſtitio cultûs foret de ſuperſtantibus, ſeu illis, quæ ſuper nos ſunt. Lactantius verò *loc. cit.* putavit, ſuperſtitionem eſſe cultum falſorum Numinum, & eos ſolos ſuperſtitioſos dicendos eſſe, qui cultui falſorum Numinum addicti eſſent.

2 Verior tamen ſententia eſt, quam docet D. Thomas *2. 2. q. 92. art. 1.* ubi ait, ſuperſtitionem dici cultum vitioſum, & ſuperſtitioſos eſſe non ſolùm falſos Deos colentes,ſed atiam verum Deum vitioſè venerantes. Cùm homines nonnunquam inordinato deſiderio appetant bonum aliquod conſequi, vel malum imminens declinare, vel etiam alteri malum inferre, & cognoſcentes, ſe non poſſe id humana, & naturali diligentia aſſequi, nec à Deo, quem enixim rogârunt, obtinere; ideò opem à dœmone expoſcunt, & cultum ſoli Deo, & Sanctis debitum ipſi dœmoni deferunt: vel etiam Deum, & Sanctos inordinato cultu interpellant, ac venerantur. Hic igitur vitioſus cultus propriè eſt ſuperſtitio, quæ definitur. *Eſſe vitium religioni oppoſitum ſecundum exceſſum.* Non quia plus exhibeat in cultum divinum, quàm vera religio; ſed quia exhibet cultum divinum, cui non debat exhiberi, vel eo modo, quo non debet : unde dicitur, vitium Religioni oppoſitum per exceſſum; quia vel exhibet cultum divinum, cui non debetur; vel indebito modo exhibet Deo cultum : dicitur autem eſſe vitium, quia hoc aſt, quidquid declinat à medio virtutis, & appropinquat extremis per exceſſum, vel defectum : & ſuperſtitio non ſervat medium religionis,quia non colit verumDeum debito modo, quo fit, ut moralibus vitiis accenſeatur. Opponitur etiam religioni, quia hæc debitum cultum ſoli Deo exhibet, & ſuperſtitio indebitum Deo, vel verum cultum falſis Numinibus, qua ratione opponitur virtuti religionis; & quidem per exceſſum, non quia poſſit quis nimium colere Deum, & plus quàm par ſit, nec quia in Dei cultu dari poſſit exceſſus: ſed quia excedit ſuperſtitio in exhibendo cultu divino, vel cui non debet; vel indebito modo, cui debet.

3 Hinc quatuor ſolent ſuperſtitionis ſpecies recenſeri, ſcilicet indebitus cultus veri Dei; idololatria, divinatio,& vana obſervatio, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 92. art. 2.* & communiter Canoniſtæ, ac Theologi : & ratio deſumitur ax eo, quia vel colitur Deus indebito modo, & habetur prima ſpecies, ſeu ſuperſtitio indebiti cultus. Vel exhibetur cultus divinus creaturæ quatenus hæc loco Dei colitur, & habetur ſecunda ſpecies, ſeu idololatria. Vel tribuitur divinus cultus creaturæ ad eum finem, ut exhibens cultum inſtruatur de futuris, vel præteritis, aut futuris occultis, & habetur tertia ſpecies, ſeu divinatio. Vel exhibet quis cultum creaturæ, ut ab ipſa in ſuis actibus loco Dei diligatur, & habetur quarta ſpecies, ſeu ſuperſtitio vanæ obſervationis.

4 Indebitus cultus poteſt dupliciter exhiberi Deo, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 93. art. 1. & 2.* Primò quia Deo exhibetur cultus pernicioſus, vel falſus, dicitur cultus pernicioſus, vel falſus, cùm quis Deum colit aliquibus cæremoniis falſitatem indicantibus, ut ſi quis uteretur cæremoniis Judaicis, quæ ſignificant nunc in Lege Evangelica rem falſam, quia ſignificant Chriſtum non fuiſſe incarnatum, ſed eſſe venturum, quod nunc eſt falſum. Secundò vel quia Deus colitur cultu ſuperfluo, & vano; dicitur cultus ſuperfluus, & vanus, cùm quis aliquid agit, quod quantum eſt de ſe non pertinet ad Dei gloriam, nec eò tendit, ut mentes hominum ferantur in Deum : dicitur etiam cultus ſuperfluus, qui eſt præter Dei, & Eccleſiæ inſtitutionem, vel contra communem conſuetudinem, quæ habetur pro lege, hoc enim totum ait D. Thomas eſt ſuperfluum, & ſuperſtitioſum.

5 Rurſus cultus veri Dei ſuperſtitioſus ratione modi indebiti eſt ſemper lethalis culpa: quia ut ait Joannes 4. *In ſpiritu, & veritate Deum oportet adorare*, & quia qui nunc Deum colit antiquæ legis cæremoniis Judaicis non colit

colit Deum in veritate, eò quia colit Chriſtum, ut venturum, qnod eſt falſum, ideo peccat lethaliter, ut etiam docet D. Auguſtinus *lib. de mendacio cap. 4.*; hinc etiam qui falſas reliquias colendas exponeret mortaliter peccaret, quia talis cultus eſt falſus, & contra fidei veritatem, eſt enim debitus ſolis reliquiis Sanctorum, noo verò reliquorum hominum. Rurſus fingere miracula noo vera, ut vera, & illa populo prædicare, vel etiam ſcribere, vel typis cudere; vel ad fingenda miracula tabellas appendere parietibus ſacelli exſtructi in honorem alicujns ſancti eſt cultus ſuperſtitioſus, & culpa gravis, tametſi oon fiat ex contemptu, nec animo irreverente in Denm, & ſanctos, ſed tantùm ad devotionem excitandam, & ut imagini alicujus ſancti munera offerantur, quia hujusmodi cultus eſt falſus, & pernicioſus, verámque infringit mirsculorum fidem: proinde nulla intentione excuſari poteſt à tali culpa.

6 Præterea cantus profanus, vel amatorius in Eccleſia, cùm divina peraguntur, eſt etiam cultus ſuperſtitioſus, & peccatum grava, fiuntque rei hujus criminis non ſolùm pulſantes ſonos, & canentes, verùm etiam conducentes Muſicos, & conſentientes: ſiquidem eſt ſalſus cultus cootrarius divino ad id inſtituto, nt hominum mentes, noo ad vana, & mundana, ſed ad cœleſtia excitentur per tales ſonos, & cantus: miſcere autem divinis officiis ſonos profanos, & turpes cantilenas eſt ſacra deturpare profanis, pars corrumpere turpibus: unde hæc mixtio crimen eſt ſacrilegæ ſuperſtitionis, & proinde peccatum lethale, ut docet Suarez *tom. 2. de religion. lib. 4. de oration. c. 13. n. 16.* ubi docet, dupliciter poſſe talem cantum in Eccleſia indocte turpitudinem: primò ratione materiæ, eò quia ſit res profana: ſecundò ratione ſoni, quia eſt laſcivus, aut totaliter ſæcularis: priori modo noo excuſatur à culpa gravi ob magnam irreverentism, quæ adverſatur fini divini cultus, qui eſt excitare hominum mentes ad cœleſtia, & æterna, ooo ad mundana & fluxa.

7 Neque obſtat, ſonum ex ſe eſſe indifferentem, quia licèt id verum ſit, nihilomious quandoque determinatur à pulſantibus inſtrumeota muſicalia ad excitandas mentes audientium ad profana, & tunc qnia divino cultui miſcentur profana non excuſatur à culpa ob irreverentism, & injuriam, quæ fit divino cultoi, & ratione incitationis ad malum. Sio verò Sonus ſit tantùm ſæcularis poteſt excuſari à culpa lethali ex inadvertentia, vel bona intentione, ut etiam ſi fiat ſine intentiooe excitandi ad impuras delectatiooes, ut notat Suarez *tom. 2. de relig. lib. 4. de oratione c. 13.*

7 Cultus Dei ſuperſtitioſus non falſus, ſed ſuperflnus ſecluſo contemptu Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & transgreſſiooe alterius præcepti, non videtur excedere culpam venialem, quia hujusmodi cultus non eſt contra, ſed tantùm præter conſtitutionem Eccleſiæ, oeque per ipſum videtur inferri DEO gravis irreverentia, ut docet Suarez *tom. 2. de religione lib. 2. de ſuperſtit. c. 2. n. 2.* & Valentia *2. 2. diſput. 6. q. 10. puncto 2*, & alii docentes eſſe tantùm peccatum veniale ſi in recitaodis hotis canooicis omiſſis Ordinariis rubricis alias cæremonias quis adhibeat pro ſua devotione, quia hæ non ſunt contra conſtitutionem Eccleſiæ, ſed tantùm præter, nnde ſimiles modi Denm colendi, & ſpectantes ad indebitum ſuperfluum ejus cultum ooo excedunt culpam venialem.

Nihilominus noo excuſaretur à culpa gravi, qui nulla urgente neceſſitata bis eodem die commuoicaret, quia id non eſſet prætet, ſed contra conſuetudinem, ac præceptum Eccleſiæ prohibentis ob tevereotiam tanti ſacramenti, ne quis bis eodem die, ſi oeceſſitas non urſerit, Euchariſtiam ſumat; oe ob nimiam frequentiam parvi fiat *c. conſulviſti de celebr. miſſ. c. ſufficit de conſec. diſt. 1.* & licèt ſermo ſit de ſacerdotibus ſacrificantibus; inde tamen ſumitur argumentum ad laicos communicantes, & ita docet D. Thomas *3 p. q. 80. art. 10. ad 4.* 9

Qui verò manè communicavit ex devotiooe, ſi veſpere incidat in morbum cum peticulo mortis, tunc teneretur veſpere communicare, per modum viatici, ut ſatisfaceret divino præcepto communicandi quoties imminet vitæ periculum. Qui autem voveret jejunium ſingulis diebus dominicis, tale votum eſſet ſuperſtitioſum, & contineret cultum Dei iodebitum, & ſuperfluum, proinde illicitum, & invalidum, quia eſſet contra conſuctudinem Eccleſiæ, quæ conſuetudo vim habet legis, nt ſcribit D. Auguſtinus ad Caſulanum *epiſt. 86.* ceſſante verò ſcaodalo, & contemptu moris Eccleſiæ non excederet peccatum veniale ob quendam cultum ſuperfluum, & ſingularem, ut docet Suarez *tom. 2. de religion. lib. 3. de voto c. 6. num. 21.* 10

Cognoſcere de ſuperſtitiooe cultus falſi, & pernicioſi pertinet ad tribunal ſanctæ inquiſitioois: quia colere Deum per ſacrificia, ritus, & cæremonias legis judaicæ, vel aliorum infidelium eſt procul dubio actus ſuperſtitioſus hæreticalis, ut deſumitur ex *c. quidam de Apoſtatis*; nbi qui ad fidem ſemel cooverſus revertitur ad ritus ſectæ derelictæ, puoitur, ut hæreticus, & Apoſtata. Tum quia in *c. contra Chriſtianos de hæreſ.* Statuitur, ut Inquiſitores procedant contra iſtos, perinde ac contra hæreticos: & ratio eſt, quia utentes ritibus, cæremoniis, ſacrificiis legis Judaicæ præſumuntur credere Deum poſſe per illa coli, & credere quod Judæi credunt, ſcilicet Meſſiam oondum veniſſe, ſed eſſe venturum, qnod hæreticum eſt. Sin verò cultus ſuperſtitionis ſit ſuperfluus; ejus cognitio ooo pertinet tunc ad tribunal ſancti officii: ratio eſt, qnia regulariter cultus ſuperflnus non includit actum hæreticalem, quia fit bono animo, & ſine prava inteotione, ut ſi quis ex peculiari affectu velit intereſſe ſacro ſacerdotis, qui vocetur tali nomine, vel in miſſa recitat gloria, & credo; vel qoid aliud contra rubricas ab Eccleſia tali die ordinatas: hic enim cultus ſuperfluus non excedit culpam venialem, nullúmque continet actum hæreticalem, alioquin ratione talis actus eſſet peccatum lethale. 11 12

Cæterum ſi quis pluries in die ſine urgente neceſſitate communicaret, vel bis miſſam celebraret, vel immiſceret ſacra profanis, tunc re-

deretur ſuſpectus de hæreſi: ratio eſt, quia præſumeretur credere non eſſe obediendum præceptis Eccleſiæ, vel ſaltem illa habere contemptui: & licitum eſſe miſcere ſacra proſanis, & turpia divinis; quod eſt de rebus fidei malè ſentire: hinc ita agentes anathemate percutiuntur in Concilio Tridentino *ſeſſ. 7.* ibi *Si quis dixerit receptos, & approbatos Eccleſiæ catholicæ ritus in ſolemni Sacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos, aut contemni, aut ſine peccato à Miniſtris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcunque Eccleſiarum Paſtorem mutari poſſe, anathema ſit.* Imò etiam cognitio, ſuperſtitionis, quæ manifeſtè non ſapit hæreſin ad tribunal pertinet ſancti officii, quia tametſi Inquiſitores non habuerint jurisdictionem niſi ſuper ſuperſtitionibus, quæ manifeſtè ſaperent hæreſin *c. Accuſatus §. licèt de hæret. in 6.* hodie tamen per conſtitutionem Sixti V. contra ſacrilegos, tenentur inquirere in omnes ſuperſtitiones, quæ quoquo modo hæreſin ſapiunt, & ita etiam declaravit ſacra congregatio die 21. Decembris 1602. ut notat Scottia in *Bull. Pontif. epiſt. 58. Theor.* 158.

13 Percutientes, lacerantes, conſpurcantes ex contemptu Chriſti Domini, vel Sanctorum imagines ſunt de hæreſi vehementer ſuſpecti, quia aſſerere Sanctorum imagines non eſſe dignas veneratione eſt hæreſis; & multo magis iisdem injurias inferre, & eas inhonorare hæreſin ſapit, adeò ut nec iracundia ab hac ſuſpicione hæreſis excuſet: ratio eſt, quia ſi quis non ex motu iracundiæ, ſed ex animo deliberato tale crimen patraret procul dubio eſſet manifeſtè hæreticus, proinde quando talis inhonoratio oritur ex ſolo motu iracundiæ, tunc qui tales imagines inhonorat, dicitur tantùm ſuſpectus de hæreſi, ut docent Zanardus in *ſum. c. 64. v. ſecundo dicotom.* a. Genuenſis in *prax. Archiepiſc. Neapol. c. 18. n. 11.* Symanchas in *Enchirid. judic. viol. relig. tit.* 101. Imò Julius Clarus *in pract. crimin. §. fin. q. 68. v. imaginem* cenſet hoc crimen eſſe mixti fori, cui adhærent Farinacius *de delictis, & pœnis q. 20. num.* 68. & Menochius *de arbit. qq. judic. caſu.* 376.

14 Alii verò cenſent, cognitionem hujus delicti pertinere tantùm ad Inquiſitores ſancti officii, idque privativè quoad laicos, quia ſi qui deliquit, dixiſſet, Sanctorum imagines non eſſe dignas veneratione, tunc procul dubio ut ſuſpectus de hæreſi eſſet puniendus ab Inquiſitore privativè quoad laicos: atqui voluntas hominis non minus verbis, quàm factis oſtenditur *l. deprehendenda C. de inſtit. & ſubſtit.* quinimò efficaciùs facto, quàm verbis manifeſtatur, ut notat Barboſa *axiom.* 230. *n.* 4. proinde qui Sanctorum imagines deturpat, percutit, lacerat, pede conterit ipſo facto declarat eas non eſſe dignas veneratione, conſequenter ſubditur jurisdictioni Eccleſiaſticæ privativè quoad laicos.

15 Idque ex eo etiam firmatur, quia Inquiſitores ſoli ſunt Judices in cauſis ſortilegorum hæreticalium ſi utantur rebus ſacris in ſortilegiis, ut ſi quis hoſtiam conſecratam in ſortilegio, vel aliquam imaginem baptizaret, idque non alia ratione, niſi quia crederet, hoſtiam conſecratam habere virtutem ad ſortilegium, ut etiam imaginem ad uſum ſacramenti baptiſmi, quod eſt hæreticum: neque enim poſſunt aliam rationem aſſignare, cur res ſacras miſceant in ſortilegio: ita à pari niſi qui inhonorat Sanctorum imagines crederet non eſſe dignas veneratione, non eſſet præſumendum, quòd illas ita deturparet, & inhonoraret, ut notat Genuenſis in *prax. Archiepiſ. Neapol. cap 18. in addit. num.* 17.

Hinc etiam Judæi fœdantes, & deturpantes Sanctorum imagines puniendi ſunt ab Inquiſitoribus ſancti officii: quia licèt Judæi ſint extra Eccleſiam Catholicam, ratione tamen delicti ſubjiciuntur jurisdictioni Eccleſiaſticæ: poſſunt enim Inquiſitores ſancti officii procedere contra omnes fœdantes, deturpantes, vili pendentes verbis, vel factis Chriſtianam fidem, & religionem: proinde etiam ſacras imagines, quia tunc gravem injuriam inferunt Chriſtianæ religioni, proinde poſſunt Inquiſitores contra ipſos procedere, ut notant Decianus in *tract. crimin lib. 5. c. 14. n. 2.* Farinacius *in fragment. v. Judæus p. 2. n.* 657. eo enim ipſo quòd aliquis vir, qui deceſſit cum fama ſanctitatis eſt ab Eccleſia canonizatus; ejus imago eſt veneratione digna, quia Pontifex in canonizatione Sanctorum non poteſt errare, ut docet D. Thomas *quodlib. 9. art.* 16. ſiquidem eſt certum de fide, non poſſe Pontificem errare in paſcendis ovibus Chriſti doctrinâ fidei; nec poſſe in Eccleſia deficere ſpiritum veritatis, nec errare in legibus ſpectantibus ad Eccleſiam univerſalem: quia Chriſtus promiſit, fidem ejus in terris Vicarii nunquam defuturam; *Luc. 22. Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua*, unde Pontifex non poteſt in Eccleſia aliquid ſtatuere contrarium legi divinæ naturali: atqui ſi poſſet ipſe errare in canonizatione Sanctorum, poſſet ſtatuere aliquid contrarium legi divinæ naturali, & obligare fideles aſſentiri falſitati, & venerari eum, qui dignus non eſſet veneratione: ergo de fide eſt, Pontificem in canonizatione Sanctorum non poſſe errare. 16

17 Præterea quia eſt certum de fide, Sanctos eſſe dignos veneratione, ut etiam eorum reliquias; & Eccleſiam gaudere authoritate declarandi, quibus hæc veneratio, & invocatio adhibenda ſit *clement. & extravag. de reliquiis & veneratione Sanctor.* & ex Trident. *ſeſſ. 25. in decret. de eadem re*, proinde eſt etiam certum de fide, non poſſe Pontificem errare in declaranda ſanctitate alicujus, & in eo exhibendo fidelium venerationi, alioquin fruſtranea eſſet ejus authoritas: unde eſt de fide, ſanctos à Pontifice canonizatos eſſe colendos, ac venerandos; alioquin eſſet intolerabilis error, ſi quis judicio Eccleſiæ coleretur, ut ſanctus, qui revera non eſſet ſanctus, ſed damnatus: Eccleſia enim in ferendis legibus univerſalibus non poteſt errare ſecundùm fidem, quia Eccleſia eſt *columna, & firmamentum veritatis* & eſt ſancta ſecundùm univerſalem ſtatum; non poſſet autem eſſe ſancta, ſi poſſet in moribus univerſalibus errare.

18 Hinc aſſerens, canonizatum à Pontifice non eſſe colendum eſt tanquam hæreticus puniendus in

in ſententia communiori: vel ſaltem ut temerarius, impius, & ſcandaloſus in ſententia eorum, qui cenſent de fide non eſſe, Pontificem in canonizatione Sanctorum non poſſe errare: tunc enim eſt puniendus ut temerarius; quia contra communem fidelium ſententiam ſuſtinet aliquid in re gravi: omnes enim fideles verbis, & operationibus fatentur ſanctitatem illius, qui à Romano Pontifice Sanctorum Cathalogo ſcribitur.

19 Rurſus eſſet puniendus, ut impius, quia ſuſtineret aliquid contra religionem, negando, deberi cultum ſanctis ab Eccleſia canonizatis: eſſet etiam puniendus ut ſcandaloſus, quia aſſerens animam beati canonizati à Pontifice non eſſe colendam, ſcandalizaret adſtantes audientes. Rurſus eſſet puniendus ut ſuſpectus de hæreſi, quia ſapit hæreſin, negare venerationem canonizatis, quia tunc videtur negare authoritatem Papæ circa ſanctos canonizandos, ut notat Bannez 2. 2. q. 1. *art.* 10. *dub.* 7. *concluſ.* 2.

20 Cæterum ut aliquis canonizetur à ſummo Pontifice, plura hodie requiruntur, quæ olim neceſſaria non erant: poterat enim olim quilibet Epiſcopus in ſua Diœceſi aliquem virum pium, & qui deceſſerat cum fama ſanctitatis declarare beatum, & veneratione dignum, ut notat Bellarminus *tom.* 2. *lib.* 1. *de beatif. & canoniz. ſanctor. c.* 8. hodie tamen id pertinet ad ſolum ſummum Pontificem, ut ex Alexandro III. habetur in *c. audivimus*, & ex Innocentio III. in *c. cum ex eo de reliq. & vener. ſanct.* & docent ibidem omnes Canoniſtæ, adeò ut hodie facultas declarandi beatos, vel ſanctos non ampliùs ad Epiſcopos, nec ad legatos à latere pertineat, ſed ad ſolum Romanum Pontificem ut notat Barboſa in *collectaneis* in *dicta c. audivimus num.* 7. Imò nec Concilium univerſale poteſt per ſe ſolum ſanctos canonizare, niſi authoritas interceſſerit Romani Pontificis, quia authoritas Concilii eſt à capite, ſeu ſummo Pontifice. Ratio igitur, cur beatificatio, & canonizatio Sanctorum pertineat tantùm ad ſedem Apoſtolicam eſt, quia utraque habetur publicum teſtimonium de vera ſanctitate, & gloriâ alicujus fidelis, & eſt ſimul judicium, & ſententia, ut illi tribuantur honores, qui debentur ſanctis cum DEO regnantibus, ut notat Bellarminus *loc. cit.* & ſolus ſummus Pontifex eſt caput, & ſupremus Judex in Eccleſia, proinde ad ipſum ſolum pertinet dare tale teſtimonium.

21 Rurſus requiruntur certæ, & evidentes probationes de ſanctitate vitæ, & patratis miraculis, ut expreſſè ſtatuit Gregorius IX. in conſtitutione canonizationis S. Antonii de Padua cui initium eſt: *cum dicat Dominus*: ait enim Pontifex §. 3. *licèt ad hoc ut aliquis ſanctus ſit apud Dominum in Eccleſia triumphante, ſola ſufficiat finalis perſeverantia; juxta illud eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ: ad hoc tamen ut ſanctus habeatur apud homines in Eccleſia militante duo ſunt neceſſaria: virtus morum, & veritas ſignorum; merita videlicet, & miracula, ut hæc & illa ſibi ad invicem conteſtentur; cùm nec merita ſine miraculis, nec miracula ſine meritis plenè ſufficiant ad perhibendum inter homines teſtimonium ſanctitatis; ſed cùm merita ſana præcedunt, & clara ſuccedunt miracula, tunc certum præbent indicium ſanctitatis, ut nos ad ipſius venerationem inducant, quem Deus ex meritis præcedentibus, & ſignis ſubſequentibus exhibet venerandum. Quæ duo ex verbis Evangeliſtæ pleniùs colliguntur: Illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Quomodo verò probanda ſint merita, explicatur in *c. quærendum de pœnit. diſt.* 2. ibi: *Sanctitas manet in ſanctis, quamdiu mortale corpus geſtant, ut bonis inſiſtant artibus, voluntariam paupertatem diligant, manſuetudinem ſequantur, pro æternorum deſiderio lugeant, eſuriant, & ſitiant juſtitiam; miſericordiam, munditiam cordis, tranquillitatem pacis amplectantur, & pro religione perſecutionem pati non vereantur, eleemoſinis, orationibus, cæteriſque fructibus ſpiritûs inſiſtere aſſiderent.* 22

Miracula requiſita ad canonizationem, vel beatificationem debent patrata fuiſſe poſt mortem, quia quæ in vita aguntur, non plenè convincunt, cùm conſtet, plures improbos cùm viverant miracula perpatraſſe, quique *Matth.* 7. dicturi ſunt in die judicii: *Domine in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus*, quibus tamen, ut notat Auguſtinus in Pſal. 103. Reſpondebit Judex, *non novi vos*, quia ob ſola miracula non merentur vitam æternam, ut habetur in *c. prophetavit* 1. *q.* 1. etenim etiam Magi Pharaonis, & Simon Magus opere dæmonum miracula patrârunt, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 170. *art.* 3. & habetur in *c. teneamus* 1. *q.* 1. quamobrem miracula non ſolùm in vita, ſed etiam poſt mortem debent fuiſſe patrata, & non ex aliquo artificio, nec à Diabolo, ſed à ſolo Deo, adeò ut ſint ſupra naturæ exigentiam, ut deſumitur ex *c. cum ex injuncto* §. *cùm igitur de hæret.* hinc ad verum miraculum conſtituendum plures requiruntur conditiones, & præſertim tres, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 105. *art.* 7. Prima eſt, ut opus, quod dicitur miraculum excedat facultatem, & exigentiam totius naturæ creatæ. Secunda ut ſit quid inſolitum, & præter ordinariam naturæ legem. Tertia ut ſit præter naturæ ſpem. 23

Ratio prioris conditionis ex eo petitur, quia quod fieri poteſt per cauſas naturales, & ab aliqua creatura ſemper ex ſui natura eſt quid naturale fluens à principio naturali inſito alicui creaturæ, proinde dici nequit miraculum: quia DEUS ſolus eſt operator miraculorum Pſal. 71. *Qui facit mirabilia magna ſolus.* Hinc mira illa, quæ fieri ſolent à dæmonibus miracula non ſunt, cùm non excedant vires naturæ dæmoniacæ, quamvis potentiam excedant hominis: hac ratione ciere tempeſtates, deferre corpora ſtrigarum de loco ad locum, affingere humanum corpus ex aëre, elevare per aëra homines, & alia id genus non ſunt miracula, quia tametſi hæc ſint præter, imò & ſupra naturam hominis; non tamen ſunt ſupra naturam dæmonis. Hinc quia dæmones non poſſunt mortuos ſuſcitare, nec cæcis viſum reſtituere, eò quia hæc, & ſimilia excedant potentiam totius naturæ creatæ, & exi- 24

gant

gant potentiam infinitam, quæ ſoli Deo ineſt, ut notat Wiaſeldina *de confeſſ. Magor. & ſagar. q. 1. concluſ.* 1. & Carena *p. 2. tit. 12. §. 2. n.* 13.

24 Secunda conditio, nimirum ut opus ſit inſolitum ex eo itidem evincitur, quia quæ ſunt conſueta, ſoléntque paſſim fieri, non dicuntur miracula, ſed admiranda, tametſi fiant à ſolo Deo, quia miraculum, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 105. *art.* 7. dicitur quaſi plenum admiratione, & quæ crebrò fiunt, non movent admirationem: quòd enim ſol ſingulis diebus oriatur non eſt hominibus admirationi, eò quia ſit quid conſuetum, hinc Auguſtinus *lib.* 10. *de civit. Dei* pulchrè ait: *Miracula viſibilium naturarum licèt majora ſint iis, quæ rarò fiunt, attamen propter illorum aſſiduitatem non movent admirationem. Inde ſequitur, quod ut miracula non conſiderantur, nec à multis agnoſcuntur.* Hinc licèt juſtificatio impii ſive per Sacramentum baptiſmi, ſive pœnitentiæ excedat vires totius naturæ, ſitque quid ſupernaturale proveniens à ſolo Deo miſerente, & impertiente ſuam gratiam; nihilominus quia juſtificatur homo juxta conſuetum modum Eccleſiæ per præfata Sacramenta, & ſecundùm legem ordinariam gratiæ, ideo juſtificatio impii per talia Sacramenta non dicitur miraculoſa. Secus ſi modo inſolito, & de repente quis à ſtatu peccati raperetur ad ſtatum gratiæ, talis juſtificatio eſſet miraculoſa, ut fuit illa Pauli. Quamobrem ut opus aliquod dicatur miraculoſum, non ſolùm eſt neceſſe, ut vires excedat totius naturæ creatæ, verùm etiam ſit quid inſolitum; & præter legem ordinariam gratiæ, quia ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 178. *art.* 2. Deus dupliciter operatur miracula ad hominum utilitatem. Primò ad confirmandam veritatem prædicationis juxta illud *Matth.* 16. *Prædicaverunt ubique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* Secundò ad oſtendendam ſanctitatem alicujus, quam Deus vult hominibus proponere in exemplum virtutis, & id etiam habetur in *c. nec mirum* 26. *q.* 5. *n.* 10. Cùm igitur Deus ad manifeſtandam ſanctitatem alicujus non multiplicet miracula ultra neceſſitatem, ſequitur, de ratione miraculi eſſe, ut opus ſit inſolitum.

25 Demum tertia conditio requiſita ad conſtituendum miraculum eſt, ut ſit præter ſpem naturæ: ratio eſt, quia ſi adeſſet ſpes futuri effectus per medium aliquod naturale, ex quo ſequeretur, non poſſet miraculum dici. Si enim ſperetur infirmi ſalus ex applicatis remediis naturalibus, & poſtea, qui morbo laborabat, convaleſcit, talis ſanitas non dicitur miraculoſa, quia aderat ſpes eam conſequendi ob remedia naturalia recepta. Tunc tantùm reſtitutio ſanitatis dicitur miraculoſa, quando quis ſine applicatione medicamentorum, & per ſolam invocationem ſervi Dei, & per ejus orationem, aut tactum repentè ſanitatem obtinet.

26 Quòd ſi ſanitas naturaliter poſſit progreſſu temporis conſequi, tunc eſt etiam de ſubſtantia miraculi, quòd fiat ſtatim in inſtanti, vel ſaltem breviſſimo tempore, alioquin reſtitutio ſanitatis, non eſſet miraculoſa, & poſſet procedere ex operatione naturæ, ex qua poſſibilitate excluditur miraculum, ſaltem quoad probationem. Hinc Chriſtus in inſtanti perfectam ſanitatem infirmis contulit, unde S. Hieronymus expendens illud *Matth.* 8. *Et reſurrexit, & miniſtrabat illis*, ait: *Sanitas, quæ confertur à Domino, tota ſimul redit*, & ita docet D. Thomas *3. p. q. 44. art. 3. ad* 2. Genuenſis *in prax. Archiepiſ. Neapol. c. 49. num.* 1. Sin verò ſanitas, quæ reſtituitur infirmo talis ſit conditionis, ut non poſſit naturaliter contingere progreſſu temporis, ut eſt illuminatio cœci a nativitate, tunc tametſi intercedat temporis intervallum, adhuc illuminatio cœci eſt miraculoſa, & non eſt de illius ſubſtantia, ut fiat in inſtanti, ut notat Lezana *tom. 4. de canoniz. ſanct. conſ. 1. n.* 194. ubi etiam addit, quòd ſi ſtatim recedat morbus principalis, quamvis remaneant conſequentiæ morbi, ut laſſitudo, imbecillitas, cicatrices, & alia id genus, adhuc reſtitutio ſanitatis eſt miraculoſa.

An verò ſit etiam de ſubſtantia miraculi, ut nullum humanum remedium adhibeatur? Reſpondetur cum diſtinctione: vel enim illud remedium eſt aliquo modo proportionatum ad producendum illum effectū; & tunc non habetur miraculum, quia opus poteſt tribui tali remedio: vel nullam habet proportionem in ordine ad producendum talem effectum, & tunc habetur verum miraculum: quapropter licèt Chriſtus conferendo viſum cæco ſputum, & pulverem adhibuerit, quo oculus cæci linivit, adhuc illuminatio illa fuit verum miraculum, quia pulvis nullam habuit proportionem in ordine ad illuminandum cæcum: hinc quamvis ſanctus Franciſcus de Paula in trajectione maris Mamertini adhibuerit pallium, ut etiam ſanctus Raimundus, cum ex Inſula Balleari trajecit totum illud mare interjectum uſque Barcinonam, ſtrato ſcilicet ſupra fluctibus pallio, modicè elevato, ut ventum reciperet, & impulſum; fuit utraque trajectio verum, & proprium miraculum, quia pallium nullam habuit proportionem in ordine ad ſuſtentanda humana corpora ſuprà mare, & ad illud trajiciendum, ut notat Malvezius *tract. de canonizat. ſanctor. dub.* 5 *num.* 92. Cæterùm quando conſtat, infirmos ſucceſſivè, & non in totum fuiſſe ad interceſſionem alicujus ſancti liberatos ab infirmitatibus, quamvis tunc recuperatio illa ſanitatis non ſit propriè miraculoſa, eſt nihilominus gratia, quam Deus nobis impertitur ob interceſſionem, & merita Sanctorum. 27

Non tamen miraculorum probationes requiruntur pro martyribus canonizandis, quia tunc ſufficit ſola probatio cauſæ, ob quam paſſi ſint, quia ut ſcribit D. Auguſtinus *epiſt.* 61. non pœna, quæ toleratur, martyrem facit, ſed cauſa ob quam quis patitur; debet autem hæc cauſa eſſe defenſio fidei, vel confeſſio, vel prohibitio Dei offenſæ, qui enim mortem ſubit, ne Deus offendatur, hic verè eſt Martyr, & hac ratione ſanctus Joannes Baptiſta colitur ab Eccleſia, etiam ut martyr, eò quia occiſus fuerit ab Herode ob reprehenſionem adulterii, & ita docent Maſcardus *de probat. vol. 1. concluſ.* 261. *n.* 10. Carena *p. 2. tit.* 17. *§.* 12. *num.* 42. Lezana *tom. 4. conſul. 1. de canoniz. ſanct. n.* 17. Hinc D. Hieronymus ex- 28

pen-

pendens illud *Pſal.* 115. *Calicem ſalutaris accipiam* ait: *grandis res eſt martyrium, quoniam retribuit Domino, quod accepit à Domino; Chriſtus pro ipſo paſſus eſt, & ipſe pro ejus nomine patitur,* & nonnullis interjectis ſubdit: *Quicunque ſanctus moritur, licèt ſit ſancta ejus mors, quia miſericordias operatus ſit, fecerit ſigna, & dæmones ejecerit, non vadit ad Dominum ſecurus; horreſcit enim ejus conſcientia videns Dominum: Martyr autem, etſi poſt baptiſmum peccaverit, tamen ſecundo martyrii baptiſmate ablutus, ſecurus ad Dominum vadit.*

29 Quòd ſi de cauſa martyrii oon ſufficienter conſtaret, tunc requirerentur etiam miracula, ut notat Balderus *tom.* 2. *lib.* 3. *diſput.* 14. *n.* 15. Præterea antequam vir pientiſſimus, qui cum fama ſanctitatis deceſſit, beatificetur, vel canonizetur præter vitæ ſanctitatem, & miracula requiruntur etiam multiplicatæ Principum preces, & Magnatorum interceſſiones, ut etiam conſtans fama de ſanctitate, & continuatio cultus, & miraculorum, & alia plura ex decreto ſacræ congregationis ſanctæ inquiſit. juſſu Urbani VIII. edito die 13. Martii Anno 1625. & ex alio decreto emanato die 5. Julii 1634. ut notat Carena *p.* 2. *tit.* 17. §. 12. *n.* 39. Siquidem in toto regimine Eccleſiæ nil habetur majus, nilque auguſtius beatificatione, & canonizatione Sanctorum, ſeu quàm decernere, ut qui cum fama ſanctitatis deceſſerunt, exhibeantur fidelibus colendi. Non enim ſufficit ſola fama miraculorum, ſed rurſus requiritur diligens, & exacta eorundem inquiſitio, adeò ut una cum ſingulis circumſtantiis diligenter examinentur, ut notat Maſcardus *de probat. concl.* 1. *concluſ.* 161. & Troylus *de canonizat. cap.* 1. *num.* 15.

30 Cæterum ſi fama miraculorum ſit notoria, & innitatur probabilibus conjecturis, & veriſimilibus argumentis, indicium præbet efficaciſſimum ad effectum beatificationis, vel canonizationis, ut deſumitur ex litteris *Dominum excelſum* Paſchalis II. pro beatificatione Petri Epiſcopi Ananienſis, Alexandri III. in litteris *Redolet Anglia* pro canonizatione S. Thomæ Cantuarienſis, Gregorii IX. in litteris *Mira circa nos* pro canonizatione Sancti Franciſci, Honorii III. in litteris pro canonizatione Sancti Laurentii Epiſcopi Dublienſis, quia talis fama eſt tantæ efficaciæ, ut expurget omnem contrariam ſuſpicionem.

31 Datur etiam cultus non ſuperſtitioſus, ſed religioſus debitus Sanctorum reliquiis, ut deſumitur ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. Tum quia id adſtruitur in ſcriptura ſacra, in qua conſtat, Sanctorum corpora eſſe veneratione digna; ſiquidem *Geneſ. c.* 50. *& Exod. c.* 13. conſtat oſſa Jacob, & Joſeph magno cum honore fuiſſe ſervata, & ſepulturæ tradita. Rurſus oſſa Eliſei ſuſcitaſſe mortuum 4. *Regum* 13. *Projecerunt cadaver in ſepulchro Eliſei, & revixit homo.* Plura de veneratione, & cultu reliquiarum Sanctorum exhibet Auguſtinus *lib.* 22. *de civit. Dei c.* 8. Tum quia corpora Sanctorum cum fuerint templa animarum Sanctarum, ſintque donanda æterna beatitate, in qua erunt in perpetuo honore, æquum eſt, ut nunc in terris colantur & ab hominibus in honore habeantur.

Verùm ut reliquiæ Sanctorum colantur cultu publico requiritur, ut ab Eccleſia ſint approbatæ, quæ approbatio fit diverſimode; ſi enim reliquiæ ſint alicujus ſancti non canonizati, tunc ſolum à ſummo Pontifice ſunt approbandæ, & deſumitur ex *c. cum ex eo de reliquiis, & veneratione Sanctorum.* Sin verò ſint reliquiæ alicujus ſancti canonizati, ſed recèns inventæ, approbari poſſunt ab Epiſcopo loci ex Concilio Tridentino *loco cit.* & docet Suarez *tom.* 1. *in* 3. *p. diſput.* 55. *ſect.* 2. *v. ſed quæret aliquis.* Vel reliquiæ ſunt ſancti non canonizati, ſed tantùm beatificati, & tunc etiam ſufficit, ſi ab Epiſcopo loci approbentur: ſiquidem eo ipſo, quòd à Papa quis beatificatur, eique conceduntur altaria, imagines cum laureolis, idque publicè, ut etiam miſſa, & officium; eò magis ejus reliquiis poteſt competere veneratio publica: proinde ſufficit, ſi tales reliquiæ approbentur ab Epiſcopo, ut notat Leana *tom.* 2. *de ſanctor. cultu n.* 3. Sin verò ſermo ſit de privato cultu reliquiarum, tunc ut colantur non eſt neceſſe ut à Papa, vel Epiſcopo approbentur, ſed ſufficit privatum teſtimonium unius, vel alterius viri probi. 32

Honores qui debentur ſanctis canonizatis ſunt ſeptem, quorum primus eſt, ut inſcribantur catalogo Sanctorũ, & ſtatuatur, quòd ab omnibus ut ſancti habeantur, & hic honor nonnunquam exhibetur beatis cum limitatione, & tunc inſcribuntur martyrologio. Secundus ut invocentur in publicis eccleſiis in miſſa, & in eorum officio, non tamen in publicis litaniis. Tertius ut aræ in eorum memoriam Deo dedicentur: hic tamen honor limitatus exhibetur beatis, quibus etiam dedicantur aræ, & altaria, ſed non templa. Quartus ut ſacrificia tam Euchariſtiæ, quàm laudum, & precum, ſeu officium, & horæ canonicæ in eorundem honorem publicè DEO offerantur. Quintus ut dies feſti in eorum memoriam publicè celebrentur: & quamvis Suarez *tom.* 1. *de religion. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 4. *& ſequent.* cenſeat, hunc honorem competere etiam Beatis: attamen Alexander VII. decrevit, dies feſtos in memoriam beatorum non eſſe inſtituendos, nec celebrandos, niſi ex ſpeciali indulto Apoſtolico id concedatur. Sextus ut Sanctorum imagines cum laureolis, & ſplendoribus in ſignum gloriæ, quam in cœlis habent, pingantur, & hic honor convenit etiam beatis ex decreto S. Congregationis. Septimus tandem honor eſt, ut Sanctorum reliquiæ aureis, argenteis, chriſtallinis thecis multiplici gemma ornatis includantur, & exhibeantur publicè colendæ. Rurſus licèt ſancti canonizati ab Eccleſia poſſint eligi in Patronos, & Protectores alicujus civitatis; non ita qui tantùm ſunt beatificati ex decreto ſacræ congregationis rituum annuente Urbano VIII. edito die 23. Martii Anno 1630. Ex ſpeciali tamen conceſſione ſummi Pontificis electus in Patronum, & Protectorem alicujus civitatis præcedit ſanctum canonizatum, ſi hic poſt beatum fuit electus in patronum; quia in ratione Patroni, ſeu protectoris beatus eſt prior tempore, conſequenter ob eandem rationem 33

debet præcadere, quia juxta regulam: qui prior
34 eſt tempore, potior eſt jure.

An verò eadem certitudine fidei colendi ſint beatificati, ac canonizati, non deſunt, qui id aſſerant, ea innixi ratione, quia argumenta, quæ probant eſſe certum de fide, Pontificem non poſſe errare in canonizatione alicujus ſancti, evincunt etiam, non poſſe errare in beatificatione alicujus ſervi Dei: ſiquidem in utraque cauſa Pontifex agit de re pertinente ad fidem, ſeu de veneratione beatificati, & canonizati, eò quia uterque donetur æterna beatitate: proinde in utriusque cauſa illi aſſiſtit Spiritus Sanctus non permittens eum errare in re tanti momenti. Neque obſtat, ſi dicas, cultum canonizati eſſe majorem cultu, quo honoratur beatificatus: quia inde ſequitur, quòd tantùm extenſivè cultus canonizati ſit major, eò quia extendatur per totam Eccleſiam, & cultus beatificati tantùm per unam, vel alteram Provin-
35 ciam, vel religionem regularium.

Cæterum intenſivè utriusque cultus eſt æqualis cùm in honorem utriusque celebretur miſſa, quæ eſt cultus omnium maximus, ſupremus, & perfectiſſimus, quinimò ſemel quòd pro beato concaditur miſſa, jam toti Eccleſiæ proponitur colendus: cùm miſſa celebretur nomine totius Eccleſiæ, unde à tota Eccleſia mediante tali miniſtro, & ſacrificio beatus colitur; hinc argumentantur, ſed in his, quæ ad cultum pertinent univerſalis Eccleſiæ, Pontifex non poteſt errare, ergo neque in beatificatione ſervi Dei, & ita docent Lezana *tom. 4. de canonizat. ſanctor. n. 52*, Palaus *p. 1. tract. 4. diſp. 1. punct. 5. §. 5. n. 4.* Bordonus *to. 1. c. 5. n. 281.* Vericellus in *qq. moral. tract. 8. q. 25.*
36 *n. 3.* Megallius in *prompt. v. canonizatio n. 1.*

Nihilominus probabilior ſententia docet, quòd tametſi Pontifex non poſſit errare in beatificatione ſervi Dei, ut neque in canonizatione alicujus ſancti, non tamen id eſſe eadem certitudine fidei tenendum: neque eadem certitudine beatificatum eſſe venerandum, ac canonizatum; utrumque tamen eſſe ita certum, ut oppoſitum aſſerere ſit temerarium, ſcandaloſum impium, & ſuſpectum de hæreſi. Hinc negat hæc ſententia argumenta, quæ probant certitudinem fidei in canonizatione alicujus ſancti eam etiam probare in beatificatione: & aſſignatur diſcrimen, quia in canonizatione Pontifex declarat definitive canonizatum eſſe in cœlis, & præcipit, ut colatur tanquam ſanctus in terris, & illi aſſiſtit Spiritus ſanctus, ut infallibiliter ritè, & juſtè operetur. Secus in beatificatione tantùm operatur probabiliter concedendo licentiam, privilegium, & facultatem venerandi ſervum Dei, ut beatum. Neque obſtat, hanc conceſſionem extendi ad ſupremum honorem celebrandi miſſam, quia ad id ſufficit probabilitas, & moralis certitudo ſanctitatis illius beati, pro quo concaditur miſſæ celebratio, non verò requiritur, eſſe certum de fide per ſententiam de-
37 finitivam.

Cæterum quòd non eadem certitudine fidei beatificatus, & canonizatus ſint colendi ex eo evincitur, quia beatificatio eſt tantùm facultas, ſeu licentia, ſeu conceſſio Pontificis data alicui Provinciæ, vel religioni venerandi aliquẽ, ut beatum, idque deſumitur ex verbis quibus Pontifex utitur in beatificatione, ait enim: *ut ipſe ſervus Dei N. beatus nuncupari, officiũmque, & miſſa de eo &c. in tali die, & tali loco recitari, & celebrari poſſit concedimus, & indulgemus:* atqui canonizatio non eſt licentia, nec conceſſio, ſed vera ſententia canonica definitiva, in qua Pontifex declarat, & præcipit, beatum illum canonizatum eſſe colendum ab univerſali Eccleſia veneratione Sanctorum, idq; deſumitur ex verbis, quibus Pontifex utitur in canonizatione alicujus beati: ait enim: *Beatum N. (de cujus puritate fidei, & excellentia vita, & miraculorum in vita, & in morte factorum claritate nobis pleniſſimè conſtat) decernimus, Sanctorum catalogo adſcribendum, pro ut nos adſcribimus, eumque ſanctum à fidelibus venerandum eſſe mandamus.*

Hinc patet diſcrimen inter beatificationem, & 38
canonizationem, quia illa eſt tantùm juſta licentia, & conceſſio venerationis; hæc verò eſt ſententia definitiva, & præceptiva venerationis; illa fundatur in certa probabilitate morali; hæc in certitudine fidei, quia ut notat Joannes à ſancto Thoma *2. 2. diſp. 9 art. 2.* ut Eccleſia publicè celebret feſtum de aliquo, ut ſancto, ſufficit certitudo moralis de illius ſanctitate, non verò requiritur judicium definitivum, ſeu canonica ſententia.

Hinc Eccleſia in honorem immaculatæ con- 39
ceptionis Beatæ virginis concedit diem feſtum, officium divinum, & celebrationem miſſarum, & tamen quòd beata virgo fuerit concepta ſine labe peccati originalis, adhuc non eſt definitum de fide ab Eccleſia: ita à pari ut Eccleſia habeat judicium practicum, certum, de celebratione alicujus beati, non eſt neceſsè, ut habeat etiam judiciũ ſpeculativum certum de fide de illius ſanctitate; ſed ſufficit moralis certitudo, & rationabilis opinio: ex quo liquet, non eadẽ certitudine fidei venerari beatum, ac canonizatum, cùm ille colatur ex ſola licentia, & conceſſione, iſte verò ex ſententia canonica definitiva, ac præcapta. Idque firmari ex eo etiam poteſt, quia cultus, qui hodie exhibetur beatificatis olim erat permiſſus fieri ab Epiſcopis in Eccleſia: atqui certum eſt, ad illum cultum exhibendum ſuffeciſſe moralem certitudinem ſanctitatis; non enim poterant Epiſcopi quidquam definire de fide, neque certos reddere populos, animam illius defuncti eſſe cœleſti beatitate donatam: ex quo liquet, beatificationem non exigere niſi moralem certitudinam de gloria alicujus.

Quinimò poteſt etiam conceſſio celebrandi 40
miſſam de aliquo ſervo Dei ſtare cum certitudine, quòd ille adhuc non ſit beatus in cœleſti patria, dummodo conſtet eſſe ſanctum: ſiquidem Eccleſia concedit ſacro ordini Carmelitarum officium, & miſſa ex antiqua conſuetudine, & conceſſione plurium Pontificum de Elia, & præſertim ex conceſſione Gregorii XIII. & Sixti V. ut refert Lezana *to. 4. conſult. 3. de offic. Eliæ n. 20.* & nihilominus conſtat, Eliam nondum eſſe glorioſum in cœlis: ex quo liquet, aliud eſſe concedere licentiam celebrandi officium, & miſſam de aliquo, & aliud per ſententiam canonicam definire pro infallibili, & ex certitudine fidei, eum eſſe colendum ut ſanctum in gloria. Præterea ſi eſſet certũ de fide, beatificatum eſſe in cœlis æterna beatitate donatum, & Pontificem non poſſe errare in illius

beati-

beatificatione, ſequeretur quòd Pontifex non procederet ulteriùs ad majorem certitudinem ejus ſanctitatis, nec adhiberet majorem diligentiam, pro ejus canonizatione, quia inſtituere novum examen de illius ſanctitete cederet in illius ſervi Dei injuriam; perinde ac injuriam quis faceret ſancto Petro, ſi novum examen quæreret, ut illum ſanctum coleret, ex quo etiam colligitur, in beatificatione rem non eſſe adhuc omnino certam certitudine fidei; ſiquidem quod eſt certum de fide non indiget ulteriori certitudine, ut fiat certum; conſequenter neque indiget novo examine: Hinc Pontifex ad canonizandum aliquem beatum non inſtitueret novum examen, nec novam adhiberet diligentiam poſt ejus beatificationem; & tamen certum eſt ex praxi, & ſtylo curiæ, hoc novum examen inſtitui, & hanc novam diligentiam adhiberi; idque argumento eſt, ex beatificatione non deſumi tam efficax argumentum certitudinis gloriæ in beato, quàm in canonizato, ut notat Amicos *tom. 4. diſput. 7. ſect. 4. n. 90.* & Sylvius *in controverſ. lib. 4. q. 2. art. 15.*

41 Cæterum temerarium eſſet, ſcandaloſum, impium, ac ſuſpectum de hæreſi aſſerere, beatum non eſſe in Cœlis, & Pontificem poſſe errare in beatificatione alicujus ſervi Dei. Id enim eſt temerarium, quod aſſeritur contra communem ſenſum Doctorum, & omnium fidelium, & ſine ulla ſufficienti ratione; atqui hujusmodi eſt judicare, Pontificem poſſe errare in re tam gravi, & ad quam ſemper præcedunt omnes humanæ diligentiæ, prudentes omnes inquiſitiones, diſquiſitiones, & tam exacta examina; præſertim cum beatificatio ſit proxima via ad canonizationem, ut Pontifices in ſuis Bullis declarârunt; quapropter, omnino temerarium eſſet aſſerere beatificatum ab Eccleſia non eſſe certò in cœlis æterna beatitate donatum. Rurſus id aſſerere eſſet etiam ſcandaloſum, quia non poteſt aliis non eſſe ſcandalo dicens, Pontificê poſſe errare in beatificatione ſervi Dei. Eſt etiam impium, quia ſic ſentiens oſtendit ſuam voluntatem contrariam cultui Sanctorum, & Chriſtianæ religioni. Imò eſt etiam hoc aſſerere ſuſpectum de hæreſi, quia videtur negare poteſtatem Pontificis in ordine ad beatificandum aliquem ſervum Dei.

42 Quinimò præfata propoſitio ſaperet hæreſin, quia ea propoſitio dicitur ſapere hæreſin, quæ prima conſideratione, ſeu in ſenſu obvio habet ſenſum hæreticum; piè tamen intellecta poteſt habere ſenſum catholicum, ut ſi quis dicat, biblia eſſe falſa, in ſenſu obvio, & ex prima conſideratione eſt propoſitio hæretica, quia omnia, quæ in bibliis continentur ſunt vera; ſed quia poteſt intelligi de bibliis alicujus particularis, & quæ per fraudem impreſſoris depravata fuerint, propoſitio illa ex hac qualitate non eſt hæretica. Hinc differt propoſitio hæretica ab illa, quæ dicitur ſapere hæreſin, quia hæretica dicitur, quæ apertè alicui catholicæ veritati de fide definitæ eſt contraria, ut docet Suarez *de fide diſp. 19. ſect. 2. num. 2.* & Symanchas *de cathol. inſtit. tit. 54. n. 3.* propoſitio verò quæ ſapit hæreſin eſt, quæ licèt in prima conſideratione videatur habere ſenſum hæreticum, ſi tamen piè intelligatur poteſt habere ſenſum catholicum.

Poteſt etiam propoſitio eſſe erronea, temeraria, ſchismatica, malè ſonans, ſcandaloſa, blaſphema, injurioſa. Propoſitio erronea dicitur, quæ eſt contra veritatem aliquam ab Eccleſia non definitam, vel non omnibus manifeſtam, vel à proferente ignoratam, quo fit, ut propoſitio erronea minus contineat, quàm hæretica; exemplum propoſitionis erroneæ affert Suarez *de fide diſput. 19. ſect. 2. n. 13.* ubi ait aſſerere, *quòd Beata virgo peccaverit venialiter* ante Concilium Tridentinum fuiſſe tantùm erroneam, eò quia contraria opinio licèt ſemper fuerit catholica, nondum tamen erat de fide definita. Poſt Concilium Tridentinum verò eſt propoſitio hæretica. Propoſitio temeraria eſt, quâ aliquid tanquam certum eſſeritur, tametſi nulla poſſit ratione, vel authoritate efficaciter probari, ut ſi quis aſſereret: *mundum intra decennium finiturum*, ut notat Molfeſius in *ſum. tom. 1. tract. 11. c. 2. n. 61.* Propoſitio ſchismatica eſt, quæ in Eccleſia parit diviſionem, ut ſi quis diceret, *poſſe in Eccleſia dari duos Pontifices*, ut notat Symanchas *de cathol. inſtit. tit. 54. n. 14.* & Molfeſius in *ſum. tom. 1. tract. 11. c. 2 n. 62.* Propoſitio malè ſonans eſt, quæ tametſi nudè ſumpta videatur catholica, juncta tamen cum circumſtantiis loci, temporis, & perſonarum malè ſonat; hinc hæc propoſitio *fides juſtificat* dicitur malè ſonans, quia ſtantibus hæreſibus Lutheranorum, & Calviniſtarum videtur illis adhærere, cùm aſſerant per ſolam fidem hominem juſtificari: & hæc propoſitio malè ſonans ſolet etiam dici offenſiva piarum aurium. Propoſitio ſcandaloſa dicitur quæ in materia doctrinæ præbere ſolet occaſionem errandi, ut notat Suarez *de fide diſp. 19. ſect. 2. n. 19.* Propoſitio blaſphema eſt, quæ blaſphemiam continet, & attribuit Deo, quod illi non convenit, vel illi non tribuit, quod convenit; vel etiam ſanctis. Propoſitio injurioſa eſt, quæ detrahit alicui fidelium ſtatui, ut ſunt propoſitiones, quæ nonnunquam proferuntur contra perſonam aliquam inſignem, vel contra aliquas religiones.

§. II.

Qualis cultus exhiberi poſſit defunctis qui cum opinione ſanctitatis deceſſerunt, & quomodo formandus ſit proceſſus pro eorum beatificatione.

Loquimur de viris piis, qui deceſſerunt cum opinione ſanctitatis, & nondum ſunt ab Eccleſia inter beatos recenſiti, & quæritur, an aliquis cultus poſſit iiſdem exhiberi, & qualis. Duplex eſt enim cultus, publicus unus, alter privatus, ille qui & ſolemnis dicitur, non eſt, qui coram multis exhibetur, ſed qui exhibetur ex inſtituto Eccleſiæ, vel nomine Eccleſiæ, tametſi nullus alius adſit: cultus privatus è converſo eſt, qui ex privata devotione colentis exhibetur, & non ex inſtituto, vel nominè Eccleſiæ, & eſt ſemper cultus privatus, tametſi fiat coram hominum frequentia. Certum eſt, cultum publicum non poſſe exhiberi viris illis piis, qui deceſſerunt cum opinione ſanctitatis antequam ab Eccleſia beatificentur, vel canonizentur, & deſumitur ex c. *Audivimus de reliquiis, & venerat. ſanctor.* &

ex Concilio Trident. *ſeſſ. 25.* & ratio deſumitur ex eo, quia cùm Eccleſia falli nequeat in Sanctorum canonizatione, conceſſio publici cultûs certificat ſanctitatem illorum, quibus exhibatur: hinc cultus publicus non poteſt extendi ultra conceſſiooem Eccleſiæ, ad quam pertinet certificare ſanctitatem eorum, quibus exhibetur. Cultus autem privatus poteſt exhiberi viro defuncto cum opinione ſanctitatis, antequam ab Eccleſia beatificetur: quia cum perſona privata falli poſſit, ejus cultus, quem exhibet alteri non certificat ejus ſanctitatem, ut doceot Suarez *tom. 1. in 3. p. diſp. 55. ſect. 1.* Bellarminus *lib. 1. de ſanct. c. 10.* Molfeſius *conſil. 45. n. 64.* & alii communiter.

2 Hinc poteſt quis credere, virum, qui deceſſit cum opinione ſanctitatis, verè eſſe in cœlis æterna beatitate donatum: & primò poteſt in ſui auxilium eum invocare, tametſi alii adſint, quia hic cultus eſt privatus, qui exhiberi poteſt etiam ſanctè viventi in corpore mortali, proinde multò magis poteſt exhiberi defuncto, cùm hortemur non laudare hominem in vita ſua, ſed poſt mortem, ut docet Gloſſa in *c. unic. de reliquiis, & vener. ſanctor. in 6.* & ibi Innocentius, & Hoſtienſis.

Secundò, antequam defunctus cum opinione ſanctitatis ſepeliatur, poteſt quis ejus manus deoſculari, vel pedes, veſtis fruſtula diſcerpere, capilloa capitis, vel barbæ tondere, & ut reliquias appenſas collo deferre.

3 Tertiò ad ejus ſepulcrum poteſt quis in ſignum venerationis ſe proſternere, & orare ſecluſo tamen ſcandalo; quia hæc omnia nonniſi ſigna ſunt privatæ reverentiæ, quæ poſſunt exhiberi etiam viventibus. Tum quia quando agitur de alicujus beatificatione, vel canonizatione, inter cæteros articuloa probanda eſt corporis veneratio, & ſepulchri, ut notat Bellarminus *lib. 1. de beatif. ſanct. c. 10.* & Sanchez *lib. 2. in decal. c. 43. n. 7.*

4 Quartò qui deceſſit cum fama ſanctitatis poteſt ſepeliri in loco honeſtiori ſeorſim ab aliis, & cum aliquo ornatu veſtium, quia hic honor poteſt etiam exhiberi aliis viris inſignibus in aliqua facultate, licèt non deceſſarint cum opinione ſanctitatis, ut notat Molfeſius *conſil. 45. n. 14.*

5 Quintò poteſt etiam pingi imago ſervi Dei nondum beatificati, dummodo id fiat ſine radiis, ſplendore, ac diademate.

6 Sextò poteſt etiam talis imago appendi parietibus Eccleſiæ pro oroatu, ſeorſim tamen ab imaginibus Sanctorum, quia id non iodicat ſanctitatem, dummodo appendatur ad ſolum ornatum, non verò ut publicus cultus à fidelibos illi exhibeatur: ſiquidem ad purum oroatum ſolent etiam appendi imagines illuſtrium virorum, ac præſertim Principum.

7 Septimò poteſt etiam hæc imago poni in oratorio privato ex parte dextra, vel ſiniſtra altaris, dummodo non ſit ſuper altare, nec videatur expoſita ad publicum cultum, & venerationem.

8 Octavò poteſt etiam collocari in cubiculis privatorum, ubi ipſi orare ſolent, dummodo oon ponatur ſola, nec cum lampade, ſed cum aliis imaginibus Sanctorum: quia licèt privato modo colatur, non propterea ejus ſanctitas certificatur, ſed tantum privata devotio oſtenditur, ut notat Peirinus *tom. 1, in conſtit. 3. Leonis X. num. 4.*

Nooò poteſt etiam quis in die anniverſaria dicti ſervi Dei ſe abſtinere ab operibus ſervilibus, & in pervigilio ſervare jejunium in honorem ipſius, quia hæc omnia pertinent ad cultum privatum; imò jejunium ex ſua natura non eſt ordinatum ad cultum, ut nec etiam abſtinentia ab operibus ſervilibus: poteſt enim quis jejunare causâ ſanctitatis, & ſe abſtinere ab operibus ſervilibus ad animum relaxandum, ut notat Molfeſius *conſil. 45. n. 46.* & Bellarminus *lib. 1. de beatif. ſanct. c. 10.* 10

Decimò poteſt etiam quis huic ſervo DEI offerre votum etiam ad obtinendam gratiam, ut nimirum ſervus ille DEI intercedat per ipſo fundente preces. Ratio eſt quia votum continet cultum privatum, qui non prohibetur exhiberi ſervo Dei defuncto cum opinione ſanctitatis. Non tamen tale votum poſſet emitti à toto populo cum authoritate Epiſcopi, vel Principis, quia tunc contineret cultum publicum, ut notat Molfeſius *conſil. 45. n. 74.* 11

Undecimò poſſunt etiam perſonæ Eccleſiaſticæ recipere tabellas votivas, imagines ſive pictas, ſive ſculptas, & alia id genus, quæ appenduntur parietibus Eccleſiæ in fidem ſuſceptæ gratiæ, & etiam cum atteſtationibus deferentium tales tabellas, & aliorum, qui fuerint conſcii collatæ gratiæ, quæ tamen deferendæ ſtatim ſunt ad Epiſcopum, vel cuſtodiendæ in aliquo ſecreto loco extra Eccleſiam, ut tempore beatificationis poſſint produci, & examinari, idque ex conſtitutione Urbani VIII. cui initium eſt *Cæleſtis Jeruſalem.* Demum poſſunt ſervo Dei defuncto cum opinione ſanctitatis ea omnia ad cultum, & honorem exhiberi, quæ fiunt nomine privatæ perſonæ, non verò authoritate, & nomine Eccleſiæ. 12

Hinc non poteſt quis denominativè, vel appellativè vocare Sanctum, vel Beatum, quem nondum Eccleſia beatificavit, aut canonizavit, idque non ſolùm in concionibus, & publicis ſcriptis, verùm etiam in privatis colloquiis: ratio eſt, quia hoc nomen ſancti, vel beati eſt titulus honoris, & non poteſt alicui convenire, niſi ex publica ſedis Apoſtolicæ authoritate. Non enim poteſt perſona privata propria authoritate divulgare ut beatum, vel Sanctum aliquem ſervum Dei, tametſi deceſſerit cum opinione ſanctitatis, ut notat Trulenchus *lib. 1. in decal. c. 9. dub. 6. n. 5.* 13

Secundò nec poteſt quis ejus imaginem cum radiis, ſplendoribus, vel diademate retinere, nec exponere cultui: ratio eſt, quia hæc adhibentur ex inſtitutione Eccleſiæ, ut inſignia æternæ gloriæ, quapropter pertinent ad publicum cultum, qui prohibetur exhiberi viris, qui deceſſerunt cum opinione ſanctitatis, antequam beatificentur, ut conſtat ex decretis editis ab Urbano VIII. die 13. Martij & 2. Octobris Anno 1625. ibi: *Qui etſi neque canonizationis, neque beatificationis honore inſigniti ſint ab Apoſtolica ſede; eorum tamen imagines in oratoriis, atque Eccleſiis, aliiſque locis publicis, aut etiam* 14

priva-

privatis cum laureolis, aut radiis, ſeu ſplendoribus ne apponantur. Imò neque ſine radiis, & laureolis poteſt imago ſervi Dei nondum beatificati ſive picta ſive ſculpta exponi in altari aliquo publico, vel privato: quia id pertinet ad cultum publicum, qui ab Eccleſia prohibetur exhiberi ſervis Dei nondum beatificatis, quamvis deceſſerint cum opinione ſanctitatis, & deſumitur ex *c. Audivimus de reliq. & vener. ſanctor.* & notat Bellarminus *lib. 1. de beatif. ſanct. c. 10.* & ex decreto Urbani VIII. edito die 5. Julii anno 1634.

15 Neque ſervi Dei nondum beatificati poſſunt in divino officio invocari ſive publicè, ſive privatim, neque eorum commemoratio fieri in divinis officiis, vel litaniis, aut in quacunque alia oratione inſtituta ab Eccleſia, tametſi privatim recitentur: ratio eſt, quia talis cultus utpote ab Eccleſia inſtitutus pertinet ad cultum totius Eccleſiæ, proinde ad cultum publicum, & ſolemnem; neque ratione privatæ recitationis deperdit ejusdem Eccleſiæ authoritatem, ut docent Innocentius in *c. Audivimus de reliq. & vener. ſanctor.* Bellarminus *lib. 1. de beatif. ſanct. c. 10.*

16 Rurſus nec in honorem ſervi Dei nondum beatificati poteſt in ejus die anniverſaria feſtum inſtitui; quia hic cult⁹ ſi aliis indicatur, exhibetur nomine Eccleſiæ, & cenſetur publicus, ac ſolemnis, qui non permittitur exhiberi nondum beatificatis, ut liquet ex *c. 1. de reliq. & vener. Sanctor.* & ex decreto Alexandri VII. edito die 27. Septembris 1659. ubi prohibetur inſtitui dies feſtus etiam in honorem beatificandorum, imò neque in ejus anniverſario poteſt concio haberi ad populum, quia hæc concio ordinaretur ad excitandos populos ad colendum talem ſervum Dei, & eſſet quædam procuratio cultus, proinde officeret ejus beatificationi, in qua primo loco probandum eſt, quòd cultus non fuerit procuratus, quapropter poſſunt Nuntii Apoſtolici, Ordinarii, vel Inquiſitores ſancti officii prohibere, ne hujuſmodi conciones habeantur, ut conſtat ex conſtitutione Urbani VIII. die 5. Julii 1634. cui initium eſt *cœleſtis Jeruſalem.* Sin verò in concione non narrentur miracula, nec revelationes, nec gratiæ ſuſceptæ, ſed tantùm merita, laudes, virtutes, & præclara geſta alicujus; non prohibetur tunc concio, dummodo Concionator non intendat illius ſanctitatem ſuadere populo.

17 Præterea ex decreto Urbani VIII. edito die 13. Martii 1625. non licet lampades, aut cereos accendere, vel tabellas appendere ad ſepulchrum, vel imaginem ſervi Dei defuncti cum opinione ſanctitatis: ait enim Pontifex in dicto decreto: *Ad horum hominum ſepulchra vetuit etiam, ac inhibuit tabellas, atque imagines ex cera, aut ex alia quacunque materia, tam pictas, quàm fictas, atque ſculptas appendi, ſeu affigi, & lampades, vel alia quæcunque lumina accendi ſine recognitione ab ordinario facta.* Imò nec poteſt quisquam recipere teſtificationes miraculorum, niſi ſub ſigillo ſecreti ipſius referentia, & illas tenetur tranſmittere Epiſcopo loci ex decreto ſacræ rituum congregationis ibi: *Sacra rituum congregatio ut res ſanctè conficiatur prohibet omnibus & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis tam ſæcularibus, quàm regularibus, vel aliorum, quantumvis ſpeciali notâ dignorum, ne audeant ipſi per ſe, vel per alios capere informationes ſuper ſanctitate, vel miraculis alicujus defuncti, neque ullo modo exquirere, vel obtinere ad hunc effectum extrajudiciales ſpecificationes, aut ſubſcriptiones ſub pœnis arbitrio ſacræ Congregationis infligendis. Quòd ſi ſuperiori ſacriſtæ, vel alteri officiali illius Eccleſiæ, in qua requieſcit corpus ipſiusmet defuncti, vel alterius etiam Eccleſiæ, fuerint revelata aliqua miracula, vel Prophetiæ dona, poſſint ea recipere ſub ſigillo ſecreti ab ipſis tantùm relatoribus, in quorum gratiam contigiſſe narrabitur. Teneantur autem quamprimùm commodè poterunt eadem deferre; vel obſignata tranſmittere Epiſcopo loci cum expreſſa declaratione, quòd revelationes ſicut ſupra recepta, non faciant aliquem gradum probati nisi.* Imò nec poſſunt miracula, revelationes, & alia ſimilia geſta typis mandari abſque approbatione Ordinarii, & reſponſo Sedis Apoſtolicæ, & olim cum proteſtationibus, & decretis editis ab Urbano VIII. 1641. & tranſgreſſores talis decreti puniendi ſunt ab ordinario, vel ab Inquiſitoribus iisdem pœnis, quas Urbanus VIII. in ſua conſtitutione expreſſit.

Neque in anniverſario ſervi Dei defuncti cum opinione ſanctitatis poteſt celebrari miſſa de ſanctiſſima Trinitate, quia Urbanus VIII. in ſuis decretis de cultu ſervorum Dei id prohibet: ſiquidem prohibet omnem cultum publicum exhibendum prædictis ſervis Dei: & celebrare miſſam ſive ſolemnem, ſive privatam de SS. Trinitate etiam in gratiarum actionem, quòd Deus talem ſervum ſuum ad cœleſtem gloriam tranſtulerit, perinde eſt, ac cultu publico profiteri ſanctitatem ejusdem ſervi Dei, in cujus die anniverſario celebratur miſſa de SS. Trinitate. Tum quia id perinde eſſet ac cultum aliorum ei procurare, quod prohibetur, & obeſt beatificationi ſervi Dei: unde miſſa de SS. Trinitate, nonniſi ex licentia, & facultate Sedis Apoſtolicæ celebrari poteſt in anniverſario ſervi Dei nondum beatificati, ut notat Contilonus de *canonizat. ſanctor, cap. 2.* 18

Sunt nihilominus qui cenſent, poſſe in anniverſario alicujus ſervi Dei nondum beatificati 19 miſſam celebrari de SS. Trinitate, dummodo id fiat impulſu ſolius devotionis: & nituntur, quia Joannes XXII. in Bulla canonizationis ſancti Thomæ de Aquino approbavit factum quorundam Monachorum, qui poſt ſeptem menſes ab obitu ejusdem ſancti in honorem ipſius etiam non petita licentia à Sede Apoſtolica miſſam celebrârunt de communi Confeſſorum non Pontificum. Tum quia in vita ſancti Caroli *lib. 7. c. 16.* refertur, populum Mediolanenſem in honorem ſancti Caroli exhibuiſſe cultum, qui in honorem canonizatorum ſolet exhiberi: & cùm difficultas hac ſuper re fuiſſet mota, & res delata ad Sedem Apoſtolicam, hanc decreviſſe populum relinquendum eſſe in ſua libertate. Rurſus quia cùm coram Clemente VIII. dubium etiam ortum fuiſſet de cultu, qui tunc deferebatur ſancto Philippo Nerio nondum canonizato, reſponſum fuit *nihil innovetur, & ut poſſidetis, ita poſſideatis.*

Google

20 Ad ritè formandum proceſſum in ordine ad beatificaodum aliquem Dei ſervum, qui deceſſit cum opinione ſaoctitatis plura requiruotur, quæ omnia ſervanda ſunt. Primò, ut proceſſus formetur juridicè ab ipſis delegatis à Sede Apoſtolica, & in illo obſerventur omnia, & ſingula, quæ in decretis ſummorum Pontificum ſervari præcipiuntur, & ante omnia producendæ ſuot probationes de oon cultu, adeò ut probetur nunquam tali defuncto ſuiſſe præſtitum cultum publicum, ſed tantùm privatum, ut præcipit Urbanus VIII. in ſuo decreto quod incipit *cœleſtis Jeruſalem* edito 5. Julii 1634.

21 Secundò tam in formatione proceſsûs de cultu publico oon præſtito, quàm ſequentium pro beatificatione, vel canonizatione id etiam ſervari debet, ut Judex coram quo proceſſus formantur habeat veram, & legitimam jurisdictionem, quâ ſit Judex competens, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 60. art 1.* & ratio eſt perſpicua, quia *Judex* dicitur, eò quia *jus dicat*, & *judicium* quaſi jurisdictio, ut habetur in *c. forus de V. S.* ubi autem oon adeſt Judex competens, qui habeat veram, & legitimam jurisdictionem, ejus judicium non eſt legitimum, nec ullius valoris *c. At ſi Clerici de judic. & de pœnit. diſt. 6. §. fin.* & etiam conſtat ex decretis Urbani VIII. editis anno 1642. de forma conficiendi proceſſus pro cauſis beatificationis, & canonizationis; ſtatuit enim Pontifex, ut petantur à ſummo Pontifice litteræ remiſſoriales, ut velit cauſam committere aliquibus Epiſcopis cum facultatibus opportunis ad inquirendum priùs de non cultu, deinde de fama ſanctitatis, & miraculis: & in litteris remiſſorialibus conceditur ipſis hujusmodi commiſſio per verba *committimus, & mandamus*, & cum clauſulis *decernentes irritum, & inane*; & aliis id genus, quæ ſecundùm jura important jurisdictionem: & hæ commiſſiones iis præſentantur, ad quos diriguntur, & ab illis acceptantur, & habetur ſignum formatæ jurisdictionis *c. preterea §. quamvis de offic. deleg.* ut notat Abbas in *c. venerabiles n. 2. de teſtib.* & etiam Rota Romana coram Coccino in *relat.* ad Urbanum VIII. pro canonizatione ſancti Philippi Nerii.

22 Quòd ſi unus, vel alter ex deſignatis Epiſcopis pro accipiendis informationibus, & proceſſibus conficiendis ob aliquod impedimentum non poſſint adeſſe, nec munus ſibi demandatum obire & ſacra congregatio loco ipſorum alios ſubroget, impediti non ſuot amplius Judices legitimi in tali cauſa *c. Ex litteris de offic. & poteſt. Jud. deleg §. ſi verò conſtiterit*, ratio eſt, quia reſcriptum ſecundæ commiſſionis revocat primum, quod propterea reddit nullum, ut notat Innocentius in *d. c. ex litteris V. revocatas.* Rurſus Judices à Sede Apoſtolica deputati tenentur omnia exactè obſervare, quæ ipſis in litteris remiſſorialibus reſcribuntur: ratio eſt, quia illa omnia conſtituunt formam, quæ cùm ſita ſit in indiviſibili debet tota ad unguem ſervari *l. cum hi §. prætor ff. de tranſact.* quisque enim tenetur ſervare formam ſuæ commiſſionis, ut notat Farinacius *p. 1. recent. deciſ. 571. num* 2. & Rota Romana *deciſ. 39. n. 1.*

23 Rurſus debet conſtare de legitimatione Actoris, vel ſui Procuratoris, quia Actor eſt, qui petit rem aliquam à Judice in judicio, qui propterea dicitur ſe habere activè *l. in tribus ff. de judiciis §. ſi Regum.* Debet etiam conſtare, de legitimatione Procuratoris, quia hic gerit vices Actoris: ut etiam de legitimatione promotoris, & ſubpromotoris fidei, & quidem Promotoris, ſi proceſſus formetur in curia, & ſubpromotoris ſi formetur extra curiam. In quovis judicio tres ſemper requiruntur perſonæ, ſcilicet *Judex* competens à quo petatur juſtitia; *Actor*, vel ejus Procurator, qui nomine Actoris eam petat à Judice; & *pars contraria*, quæ in civilibus dici ſolet *adverſarius*, & in criminalibus *reus*; Promotor enim, ſeu ſubpromotor vices gerit adverſarii, quia eſt legitimus contradictor, & defenſor Eccleſiæ conſtitutus à Sede Apoſtolica in hiſce cauſis, qui propterea citandus eſt in ſingulis actibus; adeò ut ipſo non citato non poſſit quidquam decidi: citatio enim adverſarii vel Rei, ut ſe defendat in cauſis controverſis omni jure neceſſaria omninò eſt *c. 1. de cauſ. poſſeſſ.* & ibi Panormitanus *n. 4.*

Præterea ut ritè procedatur, debent exami- 24
nari omnes, & ſinguli teſtes inducti ſingulariter, ut habetur in *c. venerabilis de teſtib.* alioquin ſi non examinarentur omnes teſtes ſemel producti, & inducti; cenſeri poſſet hoc ita contingere, quia Actor timeat teſtes eſſe vacillaturos, vel contradicturos aliorum dictis, & veritatem patefacturos, quæ quavis diligentia in hujusmodi cauſis inquiri debet, ut notat Maſcardus *de probat. vol. 1. concluſ. 261. n. 39.* hinc teſtes debent examinari per extenſum ſuper articulis contentis in litteris remiſſorialibus, & primò juxta dicta interrogatoria; deinde ſuper petitionibus, & articulis prædictis. Debent etiam hi teſtes quæcunque habent, explanatè, & per extenſum deponere, & non ſe referre ad atteſtationes alias redditas. Neque debent ipſis recitari, quæ aliàs ipſi depoſuerunt, ut dicitur in litteris remiſſorialibus.

Circa virtutes examinandum diligenter eſt, 25
an illæ communes ſint, & ordinariæ, vel in gradu heroico, & perfecto, quales requiſivit Chriſtus in ſuis diſcipulis cum eis dixit *Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Inquirendum igitur eſt, an ſervus Dei virtutes cùm viveret in mortali corpore excoluerit in gradu heroico, quia cum beati ceſte Apoſtolico ſint membra Chriſti, & membra exigant ordinari ad ſuum corpus, & ad illud adaptari, & aſſimilari, ne ſit corpus monſtroſum: ita beati debent virtutes excoluiſſe, quæ ſpectent perfectioni capitis, ſeu Chriſti, cujus virtutes cùm fuerint omnes in gradu ſummo heroico; ſequitur, ut etiam virtutes ſervi Dei beatificandi debeant eſſe perfectæ in grado heroico. Tum quia ſemel quòd ſervi Dei ab Eccleſia beatificantur proponuntur fidelibus imitandi, proinde debent eſſe norma morum, ac virtutum.

Quòd ſi beatificandus fuerit Religioſus, re- 26
gularis requiritur etiam ut exactiſſimè obſervaverit omnia, quæ ad ſtatum pertinent religioſum adeò ut votorum regulæ, ſuique ordinis conſtitutionum fuerit exactor, ac perfectus obſervator, ut notat

notat Lezana *tom. 4. tract. de canoniz. ſanct. conſ. n. n. 54.* Rurſos præter virtutes, qnas ſervus Dei debuit in corpore mortali excoluiſſe in gradu heroico, requiritur etiam ut Dens ad illius interceſſionem miracula perpetraverit, ut notant communiter Canoniſtæ in *c. 1. de reliq. & venerat. Sanctor.* qnia ut ſcribit D. Auguſtinos ad Fratres in eremo *ſermon. 44. Multi fuerunt, qui reputati erant ſancti, & tamen in conſpectu Dei non boni, ſed mali inuenti ſunt:* qnapropter ſuadet Auguſtinus orare pro defunctis, qui etiam cum opinione ſanctitatis deceſſerunt, & etiam pro iiſdem ſuffragia offerre, eò quia in conſpectu Dei poſſunt mali eſſe. Hinc ad declinandum periculum deceptionis, Eccleſia exigit evidentia argumenta, ut talis defunctus cum opinione ſanctitatis, tanquam beatus in Eccleſia publicè colatur *c. ubi periculum de elect. in 6.* Hæcque eſt ratio, cur pro beatificatione alicujus ſervi Dei non ſufficiant probationes virtutum; ſed neceſſariæ etiam ſint probationes miracolorum. Tum qoia etiam ſuppoſita ſanctitate ſervi Dei, non tamen vult Deus, ot quotquot in cœlis æterna beatitate donantur, canonizentur in ſæculo, alioquin præ multitudine Sanctorum, cultus, qui ſanctis debetur, vileſceret. *c. Epiſcop. 80. diſt.* & docet Hoſtienſis in *c. 1. n. 10. de reliq. & vener. Sanctor.* plures enim ſunt beati in cœleſti patria, qui in terris ſpecialiter, & nominatim non coluntur, ſed tantùm generatim, quatenus Eccleſia feſtum colit omnium Sanctorum. Unde ut aliquis ſpeciatim in Eccleſia militante colatur à fidelibus; expectandum eſt, ot Deus per ſigna, & miracula oſtendat, velle, ut talis ſervus Dei colatur in ſua Eccleſia, ut beatus, & ſauctus.

27 Quia verò probationes virtutum, & miraculorum exiguntur relevantes, ideò juvat obſervare, has probationes in proceſſo dici relevantes, quando omne excludunt dubium, & omnem includunt certitudinem, quia probationes dubiæ non dicuntur relevare, quod intenditur *c. in præſentia de probat. l. neque tales c. de probat.* ut habet Rota coram Seraphino *deciſ. 1103. num. 2.* Dicuntur etiam relevare, ſi teſtes idonei ſint; & concludentes, quia eorum depoſitiones habent eandem vim, ac legitima inſtrumenta *l. in exercendis C. de fide inſtrument.* & notat Tuſchus *litt. P. concluſ. 771.* & Maſcardus de *probat. in proœm. q. 6. concluſ. 195. n. 3.* Ut etiam ſi teſtes ſint multi, & copioſi, quia tunc judicium eſt integrum, quando plurimorum ſententiis comprobatur *c. prudentiam de offic. deleg. 1. element. 1. de ſent. excommun.* hinc per plures homines veritas dicitur relevari *l. fin. C. de fideicommiſſ.*

28 Rurſus miracula tunc dicontur corroborari, ſi clarè probentur eſſe à Deo facta ad interceſſionem illius ſervi Dei, de cujus beatificatione, vel canonizatione agitur, ut docet D. Thomas *1. p. q. 105. art. 8.* ita tamen ut hujusmodi miracula non ſolùm in vita, ſed etiam poſt ejus mortem facta ſint, ut probat Maſcardus de *probat. concluſ. 291. n. 43.* qninimò licèt Deus ad interceſſionem ſui ſervi nullum cùm viveret in corpore mortali miracolum patraverit, adhuc ſufficit, ſi poſt ejus obitum Deus talia miracula fecerit, ut notat Troylos *de canonizat. Sanctor. dub. 3. n. 73.* Ratio etiam ex eo petitur, quia miracula poſt obitum patrata certa ſunt ſigna ſanctitatis, cùm Deus ea non faciat, niſi ad oſtendendam ſanctitatem ſui ſervi. Cæterùm potuit quis in vita patraſſe pura miracula, qui poſtea mortous ſit in peccato lethali, ut notat Caſtellinus de *canonizat. Sanctor. q. 6.* ubi plures refert deciſiones Rotæ. Sin verò miracula poſt obitum patrata fuerint plura, tunc magis relevator cauſa pro beatificatione, vel canonizatione ſervi Dei, quia ut dicitur Eccleſ. 44. *Laudemus viros glorioſos in generatione ſua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua à ſæculo; homines magna virtute.*

Relevantur etiam probationes ex communi, & conſtanti voce, & opinione de ſanctitate, & virtutibus in gradu heroico ſervi Dei *cap. ſi teſtes q. 2.* quia ut dicitur Proverb. 10. *Memoria juſti cùm laudibus, & nomen impiorum putreſcet:* hoc eſt memoria juſti conſtans eſt, & perpetua, & memoria peccatoris labilis; & corruptibilis: & hæc eſt ratio, cur Eccleſia exigat etiam publicam, & conſtantem opinionem, & famam de ſanctitate illius, cujus beatificatio promovetur. Hinc etiam relevantur probationes ex devotione populi erga reliquias ſervi Dei, ex tabellis votivis pratioſis, pictis, vel ſculptis, oblatis, & parietibus appenſis, ex lampadibus, cereiſque accenſis ad ejus ſepulchrum, ſervatis tamen decretis ſuper hoc emanatis à Sede Apoſtolica; hæc enim omnia ſi fuerint valdè multiplicata famam arguunt ſanctitatis, & miraculorum, vel gratiarum, quia juxta illud Evangelii: *nemo poteſt hæc ſigna facere, niſi fuerit Deus cum illo,* & colligitur etiam ex *c. Audivimus de reliq. & vener. ſanctor.* 29

Quia verò in formando proceſſu ſubinde occurrunt defectus; non tamen hi ſi ſint tantùm circa res accidentales, & minimas derogant validitati proceſſus, quia minima non ſunt in conſideratione *l. ſcio ff. de in integ. reſtit.* & notat Baldus in *c. cum adeò num. 3. & ſeq. de reſcript.* Imò id etiam procedit quamvis illa minima data ſint pro forma; quia talis defectus in minimo formæ non vitiat actum, ut notat Barboſa in *axiomat. juris axiom. 150. n. 3.* Imò id etiam procedit quamvis illud minimum pertineat ad ſolemnitatem, ut docet Lancellotus *lib. 2. n. 2.* & Aretinus *conſil. 68. n. 6. quinimò:* ſiquidem juxta regulam juris *Modica non nocent. c. ſi proponente §. 2.* Tiraquel. in *l. ſi unquam V. donatione largitur n. 107. C. de revocat. donat.* Verùm id limitandum eſt cum Riccio in *praxi fori Eccleſiæ deciſ. 39. n. 3.* niſi modica ſint eſſentialia, quia defectus quamvis modicus ſi ſit circa ſubſtantiam rei, vitiat totam rem, niſi defectus ſuppleatur per æquipollentia; quia nihil intereſt, an aliquid per æquipollentiam fiat, dummodo adimpleatur factum, & conditio *l. fin.* ubi Gloſſa *c. de inſtit.* & *l. Gallus §. & quid ff. de liber. & poſth.* & ibi Bartolus, & alii communiter. 30

Imò nec derogatur tali validitati, vel relevantiæ, ſi defectus occurrentes in rebus minimis difficulter obſervari poſſint: ratio eſt, quia ſecundùm jura, quod eſt valdè difficile, æquiparatur impoſſibili. *l. Nepos procul ff. de V. S. ſi ſervus ff. de noval.* Impoſſibilium enim, & valdè difficili- 31

um

Google

um dicitur eſſe idem judicium *l. apud Julianum §. conſtat. ff. de leg.* 1. Imò neque derogatur validitati, ſi exactiſſimè non obſervetur ordo præſcriptus in remiſſorialibus, in rebus, quæ habentur parvi momenti, ut docent Canoniſtæ præſertim Hoſtienſis in *c.* 1. *de reliq. & venerat. Sanctor.*.

32 Neque à fortiori derogat validitati proceſſus, ſi addita ſint aliqua minus neceſſaria, imò & ſuperflua, & non acceſſoria in rebus modicis, & non magni momenti: quia tametſi ſuperfluitas ſemper vitanda ſit, ut notat Tuſchus *litt. S concluſ. 895. n. 36* adhuc tamen libertiùs admittitur ſuperfluitas, quàm ut quis damnum indebitè patiatur, ut notat idem Tuſchus *loc. cit. n. 56.* & deſumitur etiam *ex regul. jur.* quia utile per inutile non vitiatur. Ratio itidem ex eo petitur, quia ut beatificetur, vel canonizetur aliquis ſervus Dei, duo tantùm ſubſtantialiter ſunt neceſſaria, vitæ ſanctitas, & patratio miraculorum, ut notat Troylus de *canoniz. ſanct. dub 3. n. 73.* & deſumitur ex *c. teneamus* 1. *q.* 1.

33 Quinimò in dubio facti, an obſervatæ fuerint omnes circumſtantiæ in formatione proceſſûs præſumendum eſt, fuiſſe proceſſum ritè, ac legitimè formatum, quia in dubio pro validitate actus, judicari debet pro illius validitate; hinc in *c. Bona memoria de elect.* expreſſè dicitur, eſſe præſumendum pro his, quæ à Judice ſunt acta, adeò ut jura ſemper præſumant pro Judice, ut notat Manochius de *præſumption. lib. 2. præſumpt. 67.*

34 Quòd ſi defectus, qui in formatione proceſſus irrepſerunt, non ſint ita modici, adhuc peti poteſt, & etiam concedi nova remiſſoria, ut defectus, qui occurrerunt, ſuppleantur, quia Eccleſia in hiſce cauſis procedit ordine judiciario, ut notat Angelus Rocca ex ſtylo ſacræ congregationis rituum, & Ordo judicialis id exigit, ut parti concedantur probationes, ſi illas petat, & ſint neceſſariæ, ut oſtendatur ejus juſtitia; alioquin veritas occultaretur, ut docet Farinacius in *prax. q. 77. c.* 1. Tum quia teſtis, qui perperàm fuit examinatus poteſt repeti ex deciſione Rotæ Romanæ *deciſ. 720. n. 1. c. 2. rec.* & docet etiam Felinus in *c. per tuas 48. n. 2. in fin. de teſtibus.* prætereà ſi teſtis examinatus ſit ſine interrogatoriis permittitur parti petere, ut repetatur, ut notat Speculator de *teſtibus* §. 6. *n.* 21. *p.* 1. proinde etiam à fortiori in cauſa pia, qualis eſt beatificatio, vel canonizatio ſervi Dei repeti poſſunt iidem teſtes ad ſupplendos defectus, ſi fuerunt in primo proceſſu. Tum quia in hac cauſa beatificationis non agitur de alterius perſonæ, vel fidei præjudicio, ſed de incremento devotionis fidei, ut notat Malvetius de *canonizat. dub. 5. n. 68.*

§. III.

De Idololatria, quæ eſt ſecunda ſpecies ſuperſtitionis.

1 IDololatria idē ſignificat, ac ipſæ voces ſimplices, ex quibus illa componitur, ſcilicet ex *idolo*, & *latria*, eſt enim Idolorum latria; unde ſi explicetur quid ſit *idolum*, & quid *latria*, ſtatim conſtat, quid ſit idololatria, & quomodo committatur. Idolum igitur ex primaria ſua ſignificatione ſtatuam ſignificat, vel imaginem, ut deſumitur ex *Sapient. 13.* ubi fusè deſcribitur confictio Idoli per artem pingendi, vel ſculpendi, & de Idolo concluditur, quòd ſit imago, & in *cap.* 14. dicitur *per manus, quod ſit idolum, maledictum eſt & ipſum, & qui fecit illud.* Hinc liquet, nomen Idoli ex primæva ſua ſignificatione imaginem ſignificare, ſive pictam, ſive ſculptam, & quamvis Origenes *homil. 8. in Exod.* exponens illud Apoſtoli *1. ad Corinth. 8. Scimus, quia nihil idolum eſt in mundo*; cenſeat, idolum eſſe imaginem rei non ſubſiſtentis, nec poſſibilis, ſed fictæ: nihilominus ire infitias non poſſumus, plura fuiſſe idola gentium, quæ ſignificârunt res exiſtentes, & veras, cujusmodi fuerunt imagines hominum, & aliquorum animalium, quæ ab Ethnicis ſuperſtitioſè colebantur, quinimò Sanctus Cyprianus *lib. de Idolor. vanitat.* fusè oſtendit, Ethnicorum Numina, ſeu Idola majori ex parte fuiſſe homines.

Quamobrem ratio Idoli non videtur compleri per hoc, quòd ſit imago rei falſæ, vel fictæ, ſed quod ſit imago ad indebitum cultum alicui tribuendum deſtinata, quia tametſi pingatur hircocervus, ſi tamen hæc imago non ſit deſtinata ad cultum, ſed ad ſolum oblectamentum oculorum, non dicitur idolum; eò quia hæc imago deſtinata non ſit ad tribuendum indebitum cultum alicui. Hinc idolum propriè eſt effigies, ſeu imagó inſtituta ad indebitum cultum exhibendum alicui, ſive hoc exiſtat, ſive non: debet autem hujusmodi cultus eſſe indebitus, quia ſi imago ſit alicujus rei veræ, ac dignæ honore, ac cultu ſecundùm rectam rationem, talis imago, ſi tantùm eligatur ad rem illam debito honore colendam, non dicitur idolum: qua ratione ſeptima Synodus *Act. 7.* definit, imagines Chriſtianorum, prout Eccleſia eas recipit, & approbat, non poſſe dici idola. 2

Ut igitur imago ſit idolum, non ſufficit, ſi ſit conſecrata, ſeu dicata ad cultum, ſed debet reſtringi ad ſolum cultum indebitum: hinc licèt idolum poſſit eſſe imago veri hominis, ſi tamen deſtinetur ad colendum talem hominem ut Deum, tunc eſt imago falſi Dei, & ſub ea ratione dicitur idolum. Hinc hoc nomen idoli ex primæva ſignificatione extenſum eſt ad ſignificandam quomodocunq; creaturā, quæ tanquam Deus colitur, ſeu quæ proponitur colenda ſupremo cultu debito tantùm vero Deo, quia omnis adoratio creaturæ, quæ colitur, ut Deus, eſt idololatria; proinde omnis creatura, quæ colitur cultu, qui ſoli vero Deo debetur, eſt idolum; tametſi in ſe, & propter ſe immediatè adoretur. 3

Hinc altera vox *latria*, ex qua componitur Idololatria, cum omni proprietate, & rigore intelligenda eſt de adoratione, & ſervitute ſoli Deo debita, ut notat D. Auguſtin. *lib. 1. de Trinit. c. 6.* & etiam declaratur *Sapient. 13.* ubi hæc latria explicatur per votum, orationem, & petitionem de omnium rerum eventu, & *c.* 14. id declaratur per cultum ſacrorum, & ſacrificiorum. 4

rum. Hinc dicitur Idololatria, quia cultus debitus vero Deo tribuitur Deo falſo, & cui non debetur; unde definitur rectè Idololatria: *cultus, quo idolum, ſeu creatura colitur ut Deus*, quia tunc cultus, qui ſoli Deo eſt debitus, tribuitur creaturæ, cui non debetur, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.94. art.* 2. *&* 3. & ſignificatur etiam à D. Paulo *ad Romanos* 1. ubi de idololatris ſcribit: *Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum.*

5 Ut autem oſtendatur, quomodo latria potuit Idolis tribui, & committi vitium idololatriæ, juvat obſervare, latriam internis, & externis actibus fieri poſſe: internis quidem ut ſit vera, & non ficte, & requiritur actus intellectus, quo res, quæ proponitur adoranda, æſtimetur, & judicetur Deus. Rurſus in voluntate requiritur voluntas, & intentio adorandi, ſeu exhibendi aliquod ſignum ſubmiſſionis, & recognitionis excellentiæ divinæ in tali re. Demum conſummatur adoratio in exhibitione talis ſigni interni, ſi adoratio ſit merè interna; vel externi, ſi ſit externa. Hinc ad Idololatriam tria concurrunt. Primò opinio aliqua divinitatis de idolo, ſeu re, quæ adoratur, adeò ut hæc res judicetur aliquid includere divini, & hic actus eſt judicium intellectûs. Secundò requiritur affectus adorationis, & eſt actus voluntatis. Tertiò ipſa adoratio, ſeu exhibitio ſigni ſubmiſſionis, & recognitionis alicujus excellentiæ divinæ in re ſic adorata.

6 Bipartitur Idololatria in veram, ſeu formalem, & fictam, ſeu materialem: vera, & formalis eſt, quâ quis intendit ita colere creaturam interiùs, ſicut oſtendit exteriùs, & per aliquod ſignum eam recognoſcit, & confitetur eſſe Deum. Poteſt autem tripliciter eſſe aliqua adoratio vera, nimirum ex parte adorantis, perſonæ adoratæ, & ex utroque capite: quia cum adoratio conſiſtat in recognitione, & confeſſione excellentiæ per ſignum aliquod ejusdem proteſtativum, ut exiſtentis in tali perſona; ſubinde hæc ſignificatio eſt falſa, quia res ipſa non ita eſt ſicut ſignificatur, eò quia in tali perſona, quæ colitur, non reperitur illa excellentia, per quam colitur; & tunc dicitur adoratio falſa ex parte perſonæ adoratæ, tametſi ex intentione adorantis non ſit ficta, ſed vera, eò quia intendat talem rem adorare. Sin verò adorans non intendat interiùs illē adorare, ſicut exteriùs ſignificat; tunc adoratio eſt falſa ex parte perſonæ adorantis, quamvis fortaſſis ſit vera in re ipſa ex parte perſonæ adoratæ, eò quia in illa ſit excellentia, quam ſigna exteriora indicent; & dicitur tunc adoratio falſa ex parte perſonæ adorantis, quia hæc talem excellentiam non recognoſcit in re adorata, quinimò hæc adoratio eſt potiùs dicenda ficta, quàm falſa. Demum ſi ſignum adorationis ſit in ſe falſum, ſeu res adorata careat eâ excellentiâ, per quam adoretur; & ab adorante ficto animo exhibeatur adoratio, tunc hæc dici poteſt ſimul ficta, & falſa. Hinc Idololatria ficta, & materialis eſt, quâ quis ficto modo oſtendit exteriùs creaturam ut Deum adorare, ſed in animo eam non adorat, ut ſi Catholicus metu mortis exhibeat Idolo ſigna adorationis, non tamen ex affectu colendi, vel honorandi Idolum, ſed ex deſiderio declinandi mortem; hic enim dicitur materialiter, & fictè Idololatra: ex quo liquet, omnem idololatriam eſſe falſam adorationem ex parte rei adoratæ, quia in ea ſignificet excellentiam, quæ in illa non eſt, & in hoc ſenſu quævis Idololatria dici poteſt falſa latria.

Ut igitur ſit quis verus idololatra, requiritur in ipſo opinio, qua cenſeat ineſſe Idolo, quod adorat, divinam excellentiam: ut autem explicetur 7 quomodo Idololatra poſſit cenſere ineſſe Idolo, ſeu creaturæ divinitatem; obſervandum eſt, quòd cùm natura humana fuerit poſt peccatum originale ita corrupta, ut ſummam cæcitatem contraxerit usque ad veri Dei ignorantiam, ideò potuit facilè in opinionem devenire plurium Deorum; & hanc opinionem D. Auguſtinus *lib. 6. de civit. c.5.* Euſebius *lib.1. & ſequent. de præparat. evangel.* & alii diſtinxerunt in triplicem theologiam, ſeu naturalem, civilem, & fabuloſam: ad naturalem pertinebant opiniones, quas Philoſophi in ſcholis, & ſcriptis docuerunt de uno, vel pluribus Diis: ſiquidem ut indicat Auguſtinus *loc. cit.* unusquisque ſecundùm ſuam opinionem plures coluit Deos, tametſi iſti non proponerentur populo publicè, & communi ritu colendi.

Hæ autem Philoſophorum opiniones D. 8 Thomas *q.34. art.* 1. in duas dividit claſſes, & primam aſſerit, fuiſſe eorum, qui putârunt totum mundum animari à Deo, & præcipuas mundi partes, totùmque mundum ſenſibilem, ut plenum divinitate eſſe adorandum, ut cenſet Varro apud D. Auguſtinum *lib. 7. de civit. c.* 5. & in hac claſſe fuiſſe dicuntur Pythagorici, aliíque Philoſophi, qui putârunt, plures inferiores Deos animare mundum, & varios eſſe Deos, in ſole, luna, elementis, hominibus & ita videtur ſapiens loqui *Sapient.13. Aut ignem, aut ſpiritum, aut citatum aerem, & gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut ſolem, & lunam, Rectores orbis terrarum Deos putâſſe*, loquitur enim Sapiens in 1. p. illius cap. de Philoſophis, quos aſſerit, Deum inquiſiviſſe, & in operibus illius fuiſſe converſatos & ad illius cognitionem non perveniſſe, & ideò hujus mundi partes tanquam Deos, & Rectores orbis terrarum adorâſſe.

Alii Philoſophorum opinio teſte D. Augu- 9 ſtino *l.7 de civit. c.12.* fuit illorum Philoſophorum, qui cùm agnoſcerent, eſſe unum ſummum Deum cæterarum rerum conditorem, adhuc plures minores Deos coluerunt, quos intelligentias vocârunt, inter quas collocârunt quorundam defunctorum hominum animas participes effectas divinitatis, & hos minores Deos putârunt habere ſupremam efficaciam, non tamen univerſalem circa res omnes, ſed tantùm in aliquo genere, ut in aquis marinis Neptunus, in vineis Bacchus, nuptiis Juno, ſcientiis Pallas, bello Mars, & ſic de aliis: & licèt fortaſſis ſpeculativè Ethnici illi Philoſophi non errarent in ferendo judicio de perfectione, & dependentia horum minorum Deorum à ſupremo, errârunt tamen practicè in judicio de cultu iisdem tri-

buendo, eò quia nullum quoad hoc conſtituerint diſcrimen inter ſummum Deum, & hos inferiores; perinde ac inter homines licèt Reges terræ ſint inæquales in poteſtate, amplitudine Regnorum, armorum viribus, omnes tamen titulo Regiæ Majeſtatis coluntur. Quinimò non defuerunt ex Philoſophis Ethnicis, qui putaverint, ſubſtantias ſeparatas, quas Angelos dicimus, non fuiſſe ab alio conditas, & in hoc æquiparabant eas Deo, eiſque divinum cultum tribuerunt.

10 Secunda Theologia circa Idolorum cultum civilis fuit, eò quia communi civium uſu, & conſenſu introducta, & D. Auguſtinus *lib. 6. de civit. c. 6. & ſeq.* ait, veriſimile eſſe, hanc civilem theologiam ſitam fuiſſe in opinione divinitatis, quæ ſimulacris ab hominibus factis ineſſe credebatur, & hæc opinio tribuitur Hermeti Triſmegiſto ab Auguſtino *lib. 8. de civit. c. 23.* ubi loquens de Hermete ait: *Ille alios Deos dicit à ſummo Deo factos, alios ab hominibus.* Hinc priores Dii à ſummo Deo facti ad theologiam pertinuerunt naturalem, & poſteriores ad civilem, & hi ab hominibus facti vocabantur propriè idola, eò quia eſſent ſimulacra, & opera manuum hominum: & ſubdit Auguſtinus, hanc theologiam civilem introductam fuiſſe per quandam artem copulandi viſibilibus imaginibus, & ſtatuis Spiritus inviſibiles, adeo ut ſimulacra, aurea argentea, lapidea, lignea ab hominibus facta eſſent quaſi animata corpora illis dicata, & conſecrata ſpiritibus. *Et hoc* (ait Triſmegiſtus apud Auguſtinum) *eſſe Deos facere, eamque magnam, & mirabilem Deos faciendi accepiſſe homines poteſtatem.* licèt non fuerit hæc magna poteſtas, ſed ſolemnis fraus dæmonum, qui ſe ſimulacris illis manu factis ab hominibus immiſcebant, ac per ea ita loquebantur, ut reſponſa darent, & vivere crederentur. Hinc id diſcriminis erat inter utramque theologiam; quia naturalis ſine ſenſibilibus imaginibus poterat exerceri; non verò civilis, cum hæc in ſimulacris præcipuè fundaretur. Rurſus quia naturalis creaturam à Deo factam, poſterior verò ſtatuam ab hominibus fabrefactam, ut Deum colebat; illa fundabatur in diſcurſu aliquo licèt ſophiſtico, & falſo; hæc verò in ſola deceptione dæmonum per aliqua apparentia ſigna.

11 Tertia theologia, quæ fabuloſa erat teſte Auguſtino *lib. 6. de civit. c. 5.* ſita erat in adoratione quorundam hominum mortuorum, quos gentes ut Deos colebant ex falſa deceptione, & traditione; & licèt duæ ſuperiores theologiæ non minus falſæ eſſent, quam iſta: nihilominùs hæc ſola per antonomaſiam fabuloſa vocabatur, eò quia non vanis ratiocinationibus, non ſolis præſtigiis dæmonum, ſed vanis hominum inventionibus, ac Poëtarum figmentis introducta fuit: & licet Ethnici uterentur Idolis, & ſimulacris, etiam in hoc tertio idololatriæ genere, non ita tamen ut colerent ipſa ſimulacra manu facta ut Deos, ſed tantùm ut homines, qui per eadem ſimulacra repræſentabantur, & quos vocabant Jovem, Apollinem, Mercurium, de quibus innumeras poſtea fabulas confinxerunt.

12 Hinc explicatur, quomodo cultus Idolorum potuerit procedere ex opinione divinitatis exiſtentis in ipſis ſimulacris manufactis: non enim Ethnici coluerunt nudas ſtatuas propter artificium, ſed ratione Numinis ſuperioris iiſdem conjuncti; vel ratione hominum, qui per talia ſimulacra repræſentabantur, & ut Dii etiam colebantur. Quòd ſi abſtrahatur ab Idolis ſenſibilibus, idololatriæ cauſa fuit ignorantia veri Dei, & imbecillitas humani diſcurſûs addita hominum negligentia, & dæmonum induſtria, ac deceptione. Idque colligitur ex *c. 13. Sap.* ubi Sapiens ita exorditur: *Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui eſt, nec operibus attendentes agnoverunt, quis eſſet artifex.* Et ſubdit, hanc ignorantiam fuiſſe hominibus datã culpæ, & ex illa originem traxiſſe errorem colendi ut Deos, ſolem, & lunam, cæteráſque univerſi partes. Sin verò ſumatur idololatria cum cultu, & veneratione ſenſibilium ſimulacrorum originem, ſeu occaſionem traxit ex nimio affectu ad homines aliquos defunctos; & deſiderio eorum præſentiæ accedente tyrannide, ac nimia Principum affectatione, quæ potis fuit pravam inducere conſuetudinem & paulatim errores augere, cooperante præſertim dæmone ſuis præſtigiis, ac deceptionibus, & id etiam deſumitur ex *Sap. 14.* ubi dicitur, quod idolorum uſus non fuerit ab initio, ſed ab hominibus otioſis, & vanis inventus: & modum hujus inventionis deſcribit *Sap. 14.* inquiens: *Acerbo luctu dolens pater cito ſibi rapti filii fecit imaginem, & illum, qui tunc tanquam homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſervos ſuos ſacra, & ſacrificia. Deinde interveniente tempore, convaleſcente iniqua conſuetudine, hic error tanquam lex cuſtoditus eſt, & Tyrannorum imperio colebantur figmenta.*

Quòd verò ad tempus attinet, quo idololatria incepit, plures cenſent, idololatriam per uſus ſimulacrorum incepiſſe tempore Enoc filii Seth, & Nepotis Adæ, non quòd ipſe fuerit Idololatra, ſed quia cœperit Dei imaginem ritu catholico erigere *Geneſ. 13. Iſte cœpit invocare nomen Domini,* volunt enim ex hac Dei imagine ſumpſiſſe alios occaſionem condendi Idola ſub forma ſenſibili ut propria ipſius Dei, quod procul dubio ad Idololatriam pertinet. Verùm cum variæ ſint ſententiæ nil certi videtur poſſe ſtatui circa tempus, quo idololatria per uſus ſimulacrorum incepit. Cæterum veriſimile eſt, Sapientem *c. 14.* attingere hiſtoriam alicujus parentis, qui demortui filii imaginem fecit, & illi conſuetudini primam dedit occaſionem: & quia hæc hiſtoria profanis fortaſſis Authoribus non innotuit, ideò dixerunt, Ninum fuiſſe primum, qui uſum illum inchoaverit: ſiquidem defuncto Belo primo Aſſyriorum Rege, Ninus ejus filius in lenimentum doloris, ejus imaginem erexit, cui tantam exhibuit reverentiam, ut reis omnibus ad eam confugientibus pepercerit; idque cauſæ fuit, ut homines imaginem illam divinis cœperint honoribus colere, ut refert Abulenſis in *c. 4. Geneſ. q. 13. in fin.* 13

Cæterùm Idololatria nonnunquã ſumitur metaphoricè 14

Digitized by Google

phoricè pro quolibet peccato, ut patet ex Apoſtolo ad *Epheſ.5.* ubi avaritiam vocat *Idolorum ſervitutem*, eò quia avarus cùm inhiet divitiis, totum ſuum affectum habet in pecuniis, quas propterea videtur veloti ſuos Deos colere, in quo ſenſu D. Paulus ad *Philipp.3.* de hominibus gulæ indulgentibus, & ventri deditis ſcripſit: *quorum Deus venter eſt:* eadem ratione quilibet lethaliter peccans dici poteſt metaphoricè idololatra, eò quia creaturam, ob quam peccat præferat Deo, quatenus illam ſuper omnia amat, hinc Hieronymus in *Amos 2.* expendens verba illa: *ſuper tribus ſceleribus Juda* ait: *unumquemque peccatorem Chriſtianum adorare vitia ſua, eumque incipere habere Deum, à quo victus eſt, dicente Petro, à quo quis ſuperatur, ejus & ſervus eſt.* Verùm Idololatria in hoc ſenſu non ſignificat ullum ſpeciale vitium religioni oppoſitum, quia cuilibet lethali noxæ tribui poteſt.

15 Tum quia ſi idololatria conſideretur ex parte ipſius peccati eſt peccatum omnium graviſſimum, cui cætera peccata quodammodo famulantur, ut notat D. Thomas *2.2.q.94 art.3.* quia ſicut in humana republica graviſſimum delictum cenſetur, ſi quis honorem Regium alteri à Rege impendit, quia tunc quantum eſt in ſe negat ipſi Regi excellentiam, dignitatem, & honorem ipſi debitum, totùmque perturbat Reipublicæ ordinem: ita inter maxima peccata, quæ contra Deum committuntur omnium graviſſimum eſt idololatria: quia Idololatra impendens honorem divinum, creaturæ quantum eſt ex ſe negat ſingularem principatum vero Deo, & conſtituit alium Deum, ſeu ſuum idolum: quo fit, ut idololatria ſit etiam crimen læſæ Majeſtatis divinæ graviſſimum, ut notat Cajetanus *2. 2. q. 94. art. 3.* Tum quia peccatum idololatriæ includit plura alia peccata, ut infidelitatem, eò quia neget ſingularem Dei excellentiam, & veram fidem opere impugnat: odium Dei, quia honor ſoli Deo debitus tribuit creaturæ, ſicque Idololatra videtur odio habere ipſum Deum, cui præfert creaturam. Includit etiam perniencioſiſſimum mendacium; quia ſignificat eſſe Deum, qui Deus non eſt: includit etiam enormiſſimam blaſphemiam hæreticalem, cùm ſummam excellentiam ſoli Deo debitam alteri tribuat, & neget ſolum Deum eſſe ſummè colendum: includit etiam peccatum contra naturam, cum non agnoſcat ſuum creatorem, nec in illo ponat ſuam ſpem: ſiquidem Idololatræ, ut Apoſtolus *ad Romanos 1.* ſcribit: *Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium.*

16 Imò includit etiam peccatum hæreſis, quia Idololatra interiùs credens, creaturam eſſe Deum concipit hæreſin, quia eſt cum mentis errore, quamvis idololatria externa poſſit contingere ſine mentis errore, ut cùm quis creaturam colit ut Deum, ſed ſcit, & credit illam non eſſe Deum; proinde etiam ſine hæreſi, ut docet D. Thomas *2.2. q.94. art.3. ad 1.* non ita idololatria interna, quâ quis interiùs credit creaturam eſſe Deum, & eam colit, ut Deum: & tunc in foro externo ita colens creaturam incurrit excommunicationem, ſi ſit baptizatus non verò ſi non ſit baptizatus, quia ut ait Apoſtolus, qui per baptiſmum non ſunt Eccleſiam ingreſſi non judicantur ab Eccleſia *1. ad Corinth.5.* loquens de idolis ſervientibus ait: *Quid mihi de iis, qui foris ſunt judicare?* Imò incurrit etiam excommunicationem, qui exhibet dœmoni obſequium profanum, quod exhiberi ſolet hominibus in dignitate conſtitutis: quia dœmones cùm ſint Dei rebelles, noſtrique inimici, indigni ſunt quolibet honore, nobiſque prohibita eſt quælibet cum illis ſocietas, ut docet D. Auguſtinus *tom.3. lib. 2. de doct. Chriſt. c.20.* relatus à D. Thoma *2.2. q.95. art.2.* 17

Tum quia quidquid procedit ex ſocietate dœmonum, & hominum, habetur ſuperſtitioſum: Verùm licèt exhibens dœmoni cultum ſolis hominibus in dignitate conſtitutis debitum peccaret lethaliter, eò quia honore proſequeretur Deo rebellem; non tamen putârim contracturum excommunicationem: quia hæc fertur tantùm contra promittentes, vel exhibentes dœmoni obſequium ſacrum, cujuſmodi ſunt ſacrificia, thurificationes, orationes, & alia id genus.

Qui verò opere externo coleret Deum ut creaturam, tametſi interiùs crederet, ei talem cultum non deberi, adhuc in foro externo incurreret excommunicationem, quia ejus actio præſumitur cum errore intellectûs, & Eccleſia punit actus externos, non internos, de quibus non poteſt conſtare: ſecus in foro interno non eſſet excommunicatus, ut docent Symancha de *cathol. inſtit. tit.17. n.35.* Bonacina *tom.2. in 1. decal. præcept. diſput.3. punct.2. n.5.* & alii communiter ea innixi ratione, quia leges pœnales reſtringendæ ſunt non ampliandæ, & pœna excommunicationis fertur contrà hæreticos, & Apoſtatas à fide, qualis non eſt, qui non conſentit idololatriæ, tametſi opere externo eam ſimulet, quapropter is graviſſimè quidem peccat, non tamen excommunicationem incurrit; quia reverà non eſt hæreticus formalis: & pœna excommunicationis lata contra hæreticos non debet extendi ad Idololatras non hæreticos. Quamobrem ab hac idololatria ſimulata poteſt abſolvere quilibet confeſſarius, niſi in aliqua diœceſi ſit caſus reſervatus, ut notat Paulus Maria Quarti de *caſ. reſerv. caſ.2. diffic.2.* 18

Quòd ſi dœmon per imaginem Chriſti, ita aliquem alloqueretur ut is putaret eſſe Chriſtum, qui ei loqueretur, ac proinde illum adoraret, talis cultus non eſſet idololatria, quia non tenderet in dœmonem ibi latentem, & loquentem, ſed in verum Deum, cui tantùm adorans intenderet ſe ſubjicere. Sin verò facilè poſſet advertere, vel rationabiliter dubitare non eſſe Chriſtum, qui eum alloquitur, & nihilominus non adhibita ulteriori inquiſitione, eum adhuc adoraret ut Chriſtum, peccaret lethaliter, eò quia in re tanti momenti non præmiſerit rationabilem inquiſitionem, imò talis cultus interpretativè, & in morali æſtimatione cenſeretur idololatria, ut notat Leſſius *lib.2. c.43. de ſuperſt. dub.4. n.21.* 19

§. IV.

An Idololatræ cogi poſſint ad ſuſcipiendam Chriſti fidem.

1 NUllum eſt dubium, quin Idololatræ, ſi ſemel ſuſceperint baptiſmum, ſubdantur juriſdictioni Eccleſiæ, tametſi ob idololatriam acceenſeantur infidelibus, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 10. art. 8.* quia ratione baptiſmi aliàs ſuſcepti ſpiritualiter ſubduntur Eccleſiæ. Sin verò loquamur de aliis Idololatris, qui non ſunt baptizati, cujuſmodi ſunt Gentiles, Pagani, Judæi, & alii, hi in duas dividuntur claſſes, quia alii ſunt, qui in terris habitant Chriſtianorum, & hi temporaliter ſubduntur Eccleſiæ, & Chriſtiano Principi, in cujus ditione domicilium poſuerunt; quia quoad regimen in temporalibus, & iis, quæ ſpectant ad bonum fidei Chriſtianæ, & ad fidelium liberam ſecuritatem poteſt Princeps Chriſtianus exigere, quod conſultiùs ad id viſum fuerit. Alii ſunt extra talem juriſdictionem, quia habitant in terris infidelium.

2 Hinc Judæis degentibus in terris Chriſtianorum, tametſi permittatur cultus Moſaicæ legis, non tamen permittitur Idololatria, quia hæc directè pugnat cum lege naturali, quæ neceſſariam, ac immutabilem habet veritatem, & complectitur omnia præcepta, ſeu Principia moralia habentia evidentem honeſtatem neceſſariam ad rectitudinem morũ, quorum oppoſita habent moralem inordinationem, ſeu malitiam: ſic pertinent ad legem naturæ illa prima principia practica: honeſtum eſt faciendum, turpe vitandum, juſtitia ſervanda: quod tibi non vis fieri alteri ne feceris: Deus eſt colendus. hæc enim & alia id genus principia practica ſunt immutabilia, ut docet D. Thomas 1. 2. *q. 91. art. 2. q. 94. art. 2. & 4.* Suarez de *legib. lib. 2. c. 7. num. 4.* & quia omnes tenentur ſervare legem naturalem; ideò tenentur relinquere idololatriam, & alia crimina, quæ eidem legi naturæ adverſantur: hæcque ratio eſt, cur Principes Chriſtiani poſſint ſuos ſubditos, & omnes habentes domicilium in ſuis Provinciis compellere ad hujus legis naturæ obſervantiam, & transgreſſores punire, ac propterea Idololatras compellere ad relinquendam idololatriam, & colendum unum verum Deum, & etiam ad non committenda alia delicta, quæ adverſantur eidem legi naturali.

3 Quapropter Judæis habentibus ſtabile domicilium in terris chriſtianorum, quamvis permittatur cultus Moſaicæ legis, non tamen permittitur idololatria: & ratio diſcriminis eſt, quia licèt ſolemnitates, & cæremoniæ, omniſque cultus Moſaicæ legis, nunc ſint peccata lethalia, eò quia in nece Chriſti, una cum lege Moyſis expiraverint; non tamen ſunt contra legem naturalem, cum fuerint olim à Deo præceptæ, & juſſu Dei ſervatæ pro tempore durationis illius legis: non enim Deus voluit tunc coli, & honorari per cæremonias inductas contra legem naturæ: ſecus quia idololatria adverſatur legi naturali dictanti eſſe unum Deum colendum ſupra omnia, ideo hæc non permittitur, licèt permittatur cultus legis moſaicæ. Tum quia cæremoniæ Moſaicæ tametſi ſint mortuæ, & mortiferæ, non tamen ſunt in damnum Chriſtianorum; alioquin ſi fierent in contemptum noſtræ fidei, vel ut Chriſtianos perverterent, tunc Judæi non permitterentur, ſed perinde punirentur, ac per alia crimina. Præterea ob crimina contra legem naturæ puniuntur transgreſſores legis naturæ, quia ut tales ſubduntur juriſdictioni Principum etiam Chriſtianorum: ſecus ob cæremonias, & cultum legis Moſaicæ ideò Judæi non puniuntur, quia non ſubjiciuntur Eccleſiæ, quam nunquam fuerunt ingreſſi per ſuſceptionem baptiſmi.

Hinc Inquiſitores ſancti officii poſſunt procedere contra Judæos, & alios non baptizatos in pluribus caſibus, ut habetur in Bulla Gregorii XIII. edita anno 1581. in qua Pontifex præcipit, ut Inquiſitores ſancti officii procedant contra Judæos. Primò ſi negent, quæ circa fidem habent communia cum Chriſtianis. Ut ſi negent, Deum eſſe unum, colendum ſuper omnia, negent eum eſſe æternum, omnipotentem, Creatorem omnium, ut etiam ſi id alicui privatim ſuadeant. Secundò ſi dæmonem invocent, conſulant, immolent, thus offerant. Tertiò ſi verbis, vel factis, vel exemplis, aut quovis alio modo nefariè hæc ſcelera doceant Chriſtianos, inducántque, ad ea committenda. Quartò ſi auxilio, conſilio, opere, favore Chriſtianos à vera fide ad impias ſectas, ſuperſtitiones, vel hæreſin ſolicitent, ac pervertant. Quintò ſi doceant, Chriſtum eſſe purum hominem, vel peccatorem, vel beatam Virginem Mariam Dei Matrem non eſſe Virginem, vel alias ſimiles proferant blaſphemias hæreticales. Sextò ſi Chriſtianos nutu, verbo, facto, vel alio quovis modo poſt illius declaratam voluntatem à fidei, vel baptiſmi ſuſceptione retrahant, vel impediant. Septimò, ſi hæreticos, & Apoſtatas à fide ſcienter receptent, alant, commeatu juvent, aſſocient, deducant, vel aſſociandos, & deducendos curent, defendant, aut quomodolibet iis auxilium, conſilium favorem deferant, vel impediant, ne puniantur. Octavò, ſi prohibitos libros deferant, retineant, divulgent, vel ad id operam ſuam conferant. Nonò ſi Chriſtianos habeant in deriſione, & res ſacras contemnant, vel ovem, agnum, aut quid aliud cruci affigant. Decimò ſi Chriſtianas nutrices conducant, vel earum communicantium lac in cloacas projiciant. 4

Quinimò poſſunt etiam undecimò Judæi tranſeuntes ad ſectam Paganorum, vel aliorum idololatrantium ab Inquiſitoribus puniri, ut notat Campeg. *in addit.* ad Zanchinum de *hæret. c. 36. litt. B. in fin.* quia in dict. Bulla Gregorii XIII. expreſsè tribuitur Inquiſitoribus poteſtas procedendi contra Judæos negantes ea, quæ cum Chriſtianis circa fidem habent communia: & ſi tranſeant ad ſectas paganorum, neceſſè eſt, negent plura, quæ habent communia cum Chriſtianis circa fidem; proinde virtute Bullæ Gregorii XIII. puniri poſſunt ab Inquiſitoribus, & quidem pœna abjurationis, ut notat Eymericus *in direct. inquiſ. 2. p. q. 46. num. 16.* & Umbericus *in prax. inquiſ. V. abjurare §. ult.* refert Barcinone in Hiſpania Inquiſitores coëgiſſe Judæum quendam ad publicam abjuratio- 5

jurationem; eumque convictum, & confeſſum condemnâſſe ad perpetuum carcerem, eò quie Dœmonem invocaverit, eique ſacrificia obtulerit, & exhibet etiam formam abjurationis, quæ fuit hæc: *Ego N. N. ſacroſancta Dei lege poſita coram me, & manibus meis tacta juro, me credere corde, & profiteor ore illam veritatem, ac fidem, quam lex Dei ſacroſancta docet, & in primis Deum eſſe invocandum, ſolùmque adorandum; & per conſequens deteſtor eum errorem, qui dicit, dæmonem eſſe invocandum, eique divi-*
6 *num honorem tribuendum.*

Obſervandum eſt, Iudæos non jurare ſuper evangelia, quia hæc non credunt, nec abjurara hæreſin, quia in ipſis locum non habet, ſed tantùm jurare ſuper ſacroſanctam Dei legem. Poſſunt non ſolùm pœnâ carceris, ſed etiam privatione communicationis cum Chriſtianis, ac etiam mulcta pecuniaria, verberibus, fuſtigatione, exilio puniri, ac tradi curiæ ſæculari, ut notat Souſe io *Aphoris. inquis. lib. 1. c. 37. n. 29.* ex dicta conſtitutione Gregorii XIII. & Farinacius de *hæreſi q. 168. n. 149.* aſſerit iiſdem pœnis etiam puniri eorum Feutores, Defeoſores, Receptatores, idque ex conſtitutione Pij *de protegend.*

7 Non tamen Judæi, & alii infideles, qui nondum fuerunt beptizati cogi poſſunt ad ſuſcipiendum baptiſmum, ut profiteantur Chriſti fidem; ratio eſt, quia coactio non poteſt eſſe ſine juriſdictione: atqui Eccleſia, imò nec Principes Chriſtiani juriſdictionem ullam habent, quâ poſſint Judæos edigere ad ſuſcipiendum baptiſmum. Siquidem Eccleſia ſolùm habet juriſdictionem ex Chriſti conceſſione, & Chriſtus non niſi circa ſuas oves conceſſit Petro juriſdictionem: *Paſce oves meas*, unde ſupponuntur priùs eſſe oves Chriſti, ut Petrus, ſeu Eccleſia poſſit eas paſcere: & quia Idololatræ noo baptizati, & infideles non ſunt ex Chriſti ovibus, ideo ad illos non extenditur juriſdictio à Chriſto data Eccleſiæ, onde D. Paulus *1. Corinth. 5.* ait: *Quid enim mihi de his qui foris ſunt?* quaſi diceret, ad me non pertinet judicare: ex quo liquet infideles, & idololatras non eſſe compellendos ad baptiſmum ſuſcipiendum, idque ſtatutum etiem fuit in Concilio Toletano 4. *c. 21.* ubi de Judæis ſancte Synodus præcipit: *Nemini deinceps ad credendum vis inferri debet; cui enim vult Deus miſeretur; & quem vult indurat. Non enim tales inviti ſalvandi ſunt, ſed volentes*: & paucis interjectis ſubdit: *ut convertantur ſuadendi ſunt, non compellendi.* Idque etiam præcipitur in *c. qui ſincera diſt. 45.* ubi dicitur, quòd infideles non aſperis, ſed blandis verbis ſint ad fidem provocendi, qood etiam docet D. Thomas *2. 2. q. 16. art. 8.* ubi ait: tales nullo modo ſunt ad fidem compellendi, ut ipſi credant. Quia credere voluntatis eſt.

8 Imò oeque Principes ſæcularas, quibus ſubjiciuntur poſſunt illos ed fidem compellere: & ratio eſt, quia eorum juriſdictio non extenditur ad ea, quæ ſunt ordinis ſupernaturalis ut eſt ſuſceptio baptiſmi, & fidei, ut docet Suarez de Sacramento baptiſmi *diſput. 24. ſect. 1.* & deſumitur etiam ex *c. ſicut Judæi de Judæis, & Saracenis.* Neque obſtat, Chriſtum Dominum invitantem nomine Regis ad cœnam præcepiſſe, ut ii compellerentur intrare ad Eccleſiam, qui erant extra illam, ſeu ſedebent otioſi in viis, & plateis, quia ut rectè docet Suarez *tom. 3.* in *3. p.* D. Thomæ *diſput. 83. ſect. 1. in fin.* quando Chriſtus dixie: *Exi in vias, & plateas, & compelle intrare, ut impleatur domus mea*, illud *compelle* in rigore nón ſignificat idem ac coge, ſeu adige; ſed ſignificat taotùm inducere, vel monere, non utcunq; ſed precibus efficacioribus, in quo ſenſu dicitur quis compelli, quando ad importunas preces aliquid agit, tametſi voluntariè, & liberè id agat: in quo ſenſu Genel. 19. habetur quod Loth (qui duos juvenes obſecràvit, ut domum ſuam ingrederentur) *compulit illos oppidò ut diverterent apud eum*, ſeu *magnis precibus obſecravit, ut declinarent in domum ſuam*, ſicut explicant interpretes: quamobrem ex verbis Chriſti noo infertur, infideles eſſe cogendos ad recipiendam Chriſti fidem. Præterea D. Auguſtinus expendens verba Chriſti explicat, illud compelle intrara de ſolis hæreticis, qui coactione directa poſſunt compelli, ut revertantur ad Eccleſiam, cui ſubjiciuntur, ratione ſuſcepti baptiſmi. Prætereeſi Chriſti verba intelligantur de infidelibus, ſenſus eſt, ut docet Chryſoſtomus explicens eadem verba, ut infideles compellendi ſint ad fidem non de præſenti, ſed in fine mundi, ut numerus prædeſtinatorum impleetur, ita tamen ut non ſint compelleodi vi, & potentia ſed ſignis, & miraculis, & efficacia prædicationis.

Principes ſæculares, ſi velint, poſſunt ſuis 9
ſubditis Idololatris, & infidelibus oegare jus figendi domicilium in ſuis ditionibus, niſi baptiſmum ſuſcipiant, & Chriſti fidem profiteantur, quia id oon eſt eis directè, & ſimplieiter vim inferre: ſiquidem datur ipſis optio, ut vel Chriſtiani infra certum tempus fiant, vel Chriſtianorū provincias deſerant. Tum quia Principes nullem habent obligetiooem retinendi idololatres, & infideles in ſuis Provinciis, proinde poſſunt eiſdem denegare domicilium figendum in ſuis terris, niſi fiant Chriſtiani, quia tunc Principes non adigunt infideles ad ſuſcipiendum baptiſmum, quia ſi nolint eum ſuſcipere, poſſunt ex talibus Provinciis diſcedere: ſic Rex Hiſpaniarum ex conſilio plurium Doctorum ex clarioribus juſſit, Judæos è ſuis Regnis expelli, niſi infra quatuor menſes baptiſmum ſuſciperent & ad Chriſti fidē convertarentur, & qoia dilepſo hoc tempore adhuc in ſua perſeverârunt perfidia, adecti fuerunt rebus omnibus divenditis ebire cum uxoribus, liberis, & familiaribus ſuis, iiſdemque vetitum fuit ſub pœna extremi ſupplicii, & privationis omniom bonorum, ne unquam in Hiſpanias reverterentur. Imò poſſunt etiem Principes Chriſtiani eis imponere majora tributa, quàm ſubditis fidelibus, etiam ea ratione, ut faciliùs ad Chriſtianem fidem alliciantur.

Imò poſſunt etiam eos à tributis, & vectiga- 10
libus liberare ea conditione, ut fidem ſuſcipiant, ac baptizeotur: ut etiam ultimo ſupplicio damnatis vitam conecdere, ſi baptizari velint, & Chriſti fidem amplecti, qoia his, & aliis ſimilibus modis oon tollitur libertas, quia non coguntur baptizari, ſed datur ipſis optio alterutrum eli-

 gendi:

Digitized by Google

gendi: poſſent tamen tantùm indirectè dici ad fidem adigi, quatenus hæc media ordinantur à Principe ad fidem ſuſcipiendam, ad quam per ſe, & ex natura ſua non ſunt ordinata, quod licitè fieri poteſt, ut docent Symanchas *de cathol. inſtit. tit. 25. num. 6.* Suarez *de fide diſput. 18. ſect. 3.* Molina *tom. 1. de juſtit. diſt. 93.*

11 Cæterum ſi infidelis coactè Chriſti fidem ſuſcepit, & coactio fuit abſoluta, & quâ infidelis clarè oſtendit, ſe non conſentire in ſuſceptione baptiſmi, tunc non poteſt obligari ad retinendam Chriſti fidem: & ratio eſt, quia cùm infidelis non conſenſerit in baptiſmum ſuſcipiendum ex defectu ſui conſenſûs, baptiſmum revera non ſuſcepit: ſiquidem non baptizatur, qui non vult baptizari, ut rectè docet D. Thomas 2. 2. *q. 16. art. 8. credere voluntatis eſt*, proindè cùm baptizandus debeat Chriſti fidem profiteri, voluntariè debet baptizari. Sin autem coactio fuit tantùm conditionata, taliter ut infidelis non ſuſcepiſſet baptiſmum, nec in ejus ſuſceptionem conſenſiſſet, niſi fuiſſet coactus; ſed poſita tali coactione revera conſenſit; tunc quia verum conſenſum præſtitit in baptiſmum, & eum ſuſcepit, ac ejus characterem; jam compelli poteſt ad fidem retinendam: ratio eſt, quia tunc ſuſceptio fidei verè fuit voluntaria, quamvis non habuiſſet voluntatem eam retinendi, nec in illa perſeverandi, idque definitur in concilio Toletano 4. c. 56. & refertur *in c. qui ſincera de Judæis diſt. 45.* ibi: *Qui autem jampridem ad chriſtianitatem coacti ſunt venire, oportet, ut fidem, quam etiam vi, vel neceſſitate ſuſceperunt tenere cogantur, ut nomen Domini blaſphemetur, & ne fides, quam ſuſceperunt vilis, & contemptibilis habeatur.* Et ita docet etiam D. Thomas 2. 2. *q.* 10. *art. 8. ad 2.*

12 Poſſunt etiam Idololatræ omnes à Principibus Chriſtianis, in quorum ditionibus ſuum fixerunt domicilium compelli ad reſpuendos ritus ſuperſtitioſos, cultúmque Idolorum abjiciendum, & ad legem naturæ ſervandam, unúmque Deum colendum. Ratio ex eo petitur, quia ſicut cogi poſſunt à Principe Chriſtiano ad obſervantiam earum legum, quæ ſanciuntur ad promovendum, ſervandúmque bonum reipublicæ, ut ſunt leges, quibus prohibentur furta, adulteria, homicidia, pactorum violationes, frumenti extractiones, armorum nocturnas delationes, & alia id genus: ita à fortiori compelli poſſunt, ut unum Deum colant, ſuperſtitioſos ritus reſpuant, Idolorum cultum abjiciant, leges, & jura naturæ cuſtodiant, nilque in contemptum Chriſtianorum, rerúmque ſacrarum audeant perpetrare, ut notat Azorius *p. 1. lib. 8. c. 24. q. 3.* quinimò tenentur Principes Chriſtiani omnino procurare, ut omnes eorum ſubditi etiam infideles vivant ſecundùm rationem: & quia nequeunt, ſecundùm rationem vivere, niſi abjiciant, reſpuántque, quæ rationi naturali obſtant, ſequitur Principes Chriſtianos teneri removere ſuos ſubditos infideles ab erroribus, qui adverſantur naturali rationi, & à falſo idolorum cultu: quia poteſtas gubernandi data eſt à Deo hominibus, ut finem naturalem conſequantur, qui eſt vivere ſecundùm virtutem, & rectam rationem: ex hac autem poteſtate ſequitur, teneri Principes ſubditos dirigere, ut ſic vivant, ut omnia contraria rectæ rationi devitent, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 10. *art.* 10.

13 Poſſunt etiam Principes Chriſtiani, infideles, & Idololatras adigere ad audiendam prædicationem evangelii, ſi ſint eorum ſubditi, quia hæc coactio non excedit juriſdictionem politicam, & temporalem: ſiquidem ex hac obligatione, tantùm compelluntur intereſſe concioni; & eam audire, non verò compelluntur credere, quia iiſdem ſemper conceditur optio ad credendum, vel non, prout ipſis magis libuerit; non enim quicunque audit concionem compellitur reſpuere ea vitia, quæ concionator redarguit: hinc qui audivit Evangelium, poteſt eidem credere, vel non, conſequenter poſſunt Principes Chriſtiani compellere ſuos ſubditos infideles ad audiendam prædicationem evangelii. Idque etiam firmari poteſt ex eo, quia Romæ Judæi certa ſtatuta die coguntur prædicatorem Chriſtianum audire ex conſtitutione Gregorii XIII. cui initium *Sancta Mater Eccleſia*; imò hoc idem etiam juſſerat Nicolaus III. & habetur etiam in *clement. unic. de Jud. & Saracen.* & in *l. Nemo C. de Paganis.*

14 Sin verò infideles non ſint ſubditi, non poſſunt tunc Principes eos cogere ad audiendam prædicationem evangelii, quia coactio ſupponit juriſdictionem in cogente erga illum, qui cogitur: atqui nullus habet juriſdictionem in non ſubditos: proinde nullus poteſt cogere tales infideles ad audiendum evangelium, niſi acceſſerit licentia ſummi Pontificis, quia hic jus habet ad introducendam legem evangelicam in totum orbem terrarum, cùm Chriſtus *Matt. 28.* dixerit ſuis diſcipulis *Euntes in mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ docentes eos.* Unde ſicut poteſt ſummus Pontifex infideles cogere ad audiendum Evangelium; ita poteſt etiam aliis hanc executionem committere, & Chriſtianis Principibus concedere hanc facultatem, ut docet D. Thomas 2. 2. *q* 10. *art.* 8. Imò poteſt etiam ſummus Pontifex Chriſtianis Principibus facultatem concedere occupandi Provincias Paganorum, ſi illi non permittant liberam evangelii prædicationem: quia eo ipſo, quòd ſummus Pontifex habet jus introducendi Chriſti fidem per totum orbem, poteſt eos debellare, qui id illi impediunt, quia tunc Pontifex poteſt uti jure ſuo, & removere impedimenta, quæ illi obſtant; proinde poteſt etiam hanc poteſtatem concedere alicui Chriſtiano Principi, qui poſſit hoc divinum præceptum exequi, & removere obſtacula impedientis prædicationem evangelii, ſunt enim Principes Chriſtiani Protectores Eccleſiæ, legiſque divinæ cuſtodes.

15 Quòd ſi dicas, neminem poſſe directè infideles cogere ad ſuſcipiendam fidem, proinde neque ad eligenda illa media quæ ordinantur ad fidei ſuſceptionem, cujuſmodi eſt prædicatio evangelii. Contra eſt, negatur conſequentia, eſt enim diſcrimen de fide ſuſcipienda, & de permittendis mediis ad illam ordinatis: quia media, ſeu prædicatio evangelii, quamvis ordinetur ad fidei ſuſceptionem, adhuc relinquit ho-

minem

minem audientem in ſua libertate, quo pacto ſuſceptio fidei non eſt coacta, ſed omnino libera: ſiquidem prædicatio evangelii non eſt ita connexa cum fide ſuſcipienda ab audientibus, ut vim ingerat libertati, ut deſumitur ex *clement unic. de Judæis, & Saracen.* & ex *l. Nemo C. de Paganis*, & notat Covarruvias *regul. peccatum* §. 10. *num.* 3. Sotus *in 4. diſt. 5. q. 1. art.* 10. Hinc Alexander VI. conceſſit Regibus Luſitaniæ, & Caſtellæ regna infidelium Orientis, & Occidentis ea conditione, ut fidem catholicam ſuis expenſis ibi introducerent, ac mitterent idoneos Prædicatores, qui Evangelium propagarent in longè, latèque diffuſis illis Provinciis.

16 Imò non deſunt, qui putent, Principes Chriſtianos ob ſolam Idololatriam poſſe infidelibus bellum indicere, & eorum regna occupare, ita docent Hoſtienſis in *c. ſuper his extra de voto* Panormitanus ibid. & alij, qui nituntur. Priorò authoritate ſacræ ſcripturæ, ſiquidem *Eccleſiaſt. c. 10. num. 8.* dicitur *regnum à gente in gentem transfertur propter injuſtitias, & contumelias, & diverſos dolos*, & ex illo *Iſaiæ 60. n. 12. Regnum, quod non ſervierit tibi, peribit*: Ex quo duplici texto inferunt, infideles propter infidelitatem amiſiſſe dominium ſuarum rerum poſt Chriſti adventum, & tranſlatum fuiſſe in Chriſtianos.

17 Verùm non video, quomodo hæc translatio dominii in Chriſtianos deducatur ex præcitatis textibus; ſiquidem ex primo deſumpto ex *Eccleſ.* 10. nil aliud probatur, niſi quod perſæpe ob injuſtitias, & peccata transferuntur Regna de gente in gentem ex Dei vindicta, quod verum eſt, ſed inde non ſequitur, quòd dominium, quod habent infideles in ſua Regna, ſuaſque Provincias ob ſolam idololatriam, vel ex eo, quòd non profiteantur legem Chriſti, ſit tranſlatum ad Chriſtianos. Alius itidem textus deſumptus ex *Iſaiæ* 60. tantùm ſignificat eos, qui ſunt extra Eccleſiam, non poſſe æternam conſequi ſalutem, non verò eos amittere dominium bonorum, quæ poſſident.

18 Secundò nituntur authoritate D. Cypriani *tract. de exhort. ad Martyr.* ad Fortunatum *c.* 5. ſiquidem poſtquam recenſuiſſet, Deum in veteri teſtamento præcepiſſe Idololatras interfici, ſubdit: *ſi ante Adventum Chriſti circa Deum colendum, & idola ſpernenda hæc præcepta ſunt, quanto magis poſt Chriſti adventum ſunt ſervanda*: & hac ratione ſubdunt, Alexandrum VI. conceſſiſſe Ferdinando Hiſpaniarum Regi, & Emanueli Regi Luſitaniæ, ut ille Indias Occidentales, iſte Orientales ſibi uſurparet. Verùm nec id probat intentum, quia Sanctus Cyprianus tantùm loquitur de illis Idololatris, qui à Chriſti fide defecerunt, adeò ut poſt ſuſceptum baptiſmum ad cultum reverſi ſint idolorum; in hos enim poteſt Eccleſia juriſdictionem exercere, quia ratione ſuſcepti baptiſmi, eidem ſubjiciuntur: hinc eſt, quòd afferat præceptum Dei ex veteri teſtamento, quo jubebantur interfici Iſraelitæ, qui à fide deficerent, & ad idololatriam ſe converterent. Ad aliud, quod addebatur de Alexandro VI. conſtat, hunc Pontificem conceſſiſſe Regibus Caſtellæ, & Luſitaniæ, ut introducerent prædicatores evangelii in regna infidelium, qui ſi illos injuriâ afficerent, neque legem evangelicam vellent audire, fierent eorum ſubditi, ac dominio privarentur.

Tertiò nituntur, quia Iſraelitæ Deo jubente occupârunt vi, & armis Regna Gentilium propter idololatriam juxta illud *Deuter. 12. n. 2. ſubvertite omnia loca, in quibus coluerunt gentiles Deos ſuos, diſſipate aras eorum, & confringite ſtatuas, & idola comminuite.* Verùm ad hunc textum rectè reſpondet Auguſtinus *ſermone 6. de verb. Domin. c. 11.* Iſraelitas non propria voluntate, nec poteſtate, ſed ex Dei præcepto Chananeos debellâſſe, & Deum in regiones illas eos introduxiſſe, ut habetur *Deuter. 7.* ibi: *Cùm introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam poſſeſſurus ingrederis, & tradiderit tibi gentes, percuties eos uſque ad internecionem: aras eorum ſubvertite, & ſtatuas confringite*: & quia Deus habet ſupremum deſpoticum, & pleniſſimum dominium in omnia mundi Regna, ideò poteſt dominia transferre Regnorum, & gentes percutere, hinc Auguſtinus expendens verba *Deuter. 7.* ſubdit: *cùm acceperitis poteſtatem, hoc facite. Ubi nobis non eſt data poteſtas, non facimus. Ubi data eſt non prætermittimus*, loquitur Auguſtinus de poteſtate, quam accipimus à Deo ſupremo, ac deſpotico Domino omnium creaturarum, quia tunc ut Miniſtri Dei gentes interficimus, & eorum Regna occupamus. 19

Quartò nituntur, quia licitum ſit vi, & armis bellum indicere infidelibus ad ulciſcendam injuriam, quæ Chriſtianis infertur, & ut conſulatur vitæ, & indemnitati innocentis juxta *Pſal. 81. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate*, unde à fortiori ad ulciſcendam injuriam, quæ ab iiſdem infidelibus Deo infertur per idololatriam, licitum erit vi, & armis bellum indicere infidelibus, & eorum Regna occupare. Sed contrà, quia infideles ex eo præcisè quòd ſint tales, nobis non inferunt injuriam, nec damnum ullum: neque ex eo, quòd Deum offendant, nobis licitum eſt eorum peccata contra legem naturæ punire, eò quia Deum offendant: alioquin licitum eſſet cuilibet Principi alteri bellum indicere, eò quia Deum offendat per adulteria, ſtupra, & fornicationes; quod eſt omnino abſurdum: peccatores ſiquidem à Deo, vel in præſenti vita, vel in futura puniuntur, & ſicut Deus punit Principes Chriſtianos, ita & infideles, qui non ſubjiciuntur Principibus Chriſtianis, ſed ipſi Deo, qui eſt creaturarum omnium ſupremus Dominus, & qui poteſt peccatores punire, vel illis condonare delicta, vel etiam eorum dominia transferre, eóſque ſpoliare bonis, quæ poſſident: Chriſtiani autem Principes non poſſunt hoc jus Dei ſibi uſurpare, niſi ipſis conſtet de divina voluntate. Neque ex eo, quòd idololatria ſit graviſſimum peccatum, eſt ſufficiens ratio, ut bellum infidelibus non ſubditis inferatur: ſiquidem odium Dei eſt omnium peccatorum maximum, & nihilominus ab eo, qui non eſt legitimus ſuperior puniri nequit. 20

Quamobrem putârim, ob ſolam idololatriam non licere Principibus Chriſtianis bellum indicere infidelibus, & eorum Regna, ac Provincias vi, & armis occupare: ſed tantùm tunc licitum 21

tum eſſe ſi prædicationem Chriſti evangelii, & fidei impediant, vel Prædicatoribus evangelii, ac fidelibus injurias, & damna inferant, vel eos, qui ad fidem converti volunt, perſequantur, adigantque ad cultum Idolorum, quia tunc infideles pernicioſi ſunt humano generi: ut etiam ſi uſurpare ſibi velint Regiones, quæ juſtè ad Chriſtianos Principes ſpectant, ut habetur in *c. diſpar. 23. q. 8. l. Chriſtianis C de Paganis* & docet D Thomas *2. 2. q. 12. art. 2.* Covarruvias *in regul. peccatum p. 2. §. 12.* Ratio eſt etiam aſſignato facilis, quia nemo punitur, niſi ſubjiciatur punienti, ſitque ſub ejus juriſdictione: ſiquidem punitio eſt actus juriſdictionis, & juſtitiæ vindicativæ: atqui Principes infideles non ſubjiciuntur Principibus Chriſtianis nec ratione perſonæ, nec ratione delicti, non ratione perſonæ, quia infideles ob ſolam infidelitatem non deperdunt, nec privantur dominio ſuorum Regnorum: quia ut docet D. Thomas *loc. cit.* dominium poteſt rectè cohærere cum infidelitate, cù quia dominium introductum ſit de jure gentium, quod eſt jus humanum: & diſtinctio, fidelium & infidelium eſt ſecundum jus divinum, per quod non tollitur humanum: hinc liquet, ratione perſonæ, & infidelitatis infideles non ſubdi Principibus Chriſtianis, à quibus poſſunt ſuis bonis privari ob præciſam rationem infidelitatis.

22 Neque ratione delicti præſertim idololatriæ, & aliorum contra legem naturæ poſſunt privari ſuis Regnis, & Provinciis, quia hæc privatio eſſet pœna infligenda ob delicta: atqui Eccleſia non punit delicta infidelium, qui nunquam fuerunt baptizati, quia punitio eſt actus juriſdictionis, & juſtitiæ vindicativæ, proinde non poteſt exerceri niſi in ſubditos; & infideles non ſubjiciuntur Eccleſiæ, cum eam nunquam fuerint ingreſſi per baptiſmum: hinc D. Paulus *1. ad Corinth. 5.* ait: *quid mihi de his qui foris ſunt judicare? Dominus judicabit.* Quamobrem cùm infideles, nec ratione idololatriæ, & aliorum criminum contra legem naturæ, nec ratione perſonæ ſubdantur Principibus Chriſtianis, ſequitur ab iſtis non poſſe eos puniri, nec vi, & armis debellari, ac ſuis privari Regnis.

23 Tum quia infideles capaces ſunt dominii principatuum, ac Regnorum: etenim Daniel *c. 2.* vocat Nabuchodonoſorem Regem: *Tu Rex Regum es; & Deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium dedit tibi.* Tum quia Chriſtus *Matth. 22.* juſſit reddi Imperatori infideli tributum: *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*; & Chriſtus *Luc. 22.* etiam vocat Reges Ethnicos: *Reges gentium dominantur eorum:* & D. Petrus *Epiſt. 1. c. 1.* ait *ſubjecti eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum ſive Regi quaſi præcellenti, ſive Ducibus tanquam ab eo miſſis, non tantùm bonis, & modeſtis, ſed etiam dyſcolis.* Ex his & aliis ſcripturæ textibus liquet, infideles, & legis naturalis tranſgreſſores poſſe eſſe veros Reges, & Dominos, & ſervare ſuum dominium, nec ſubjici Chriſtianis Principibus, qui propterea ob ſolam præciſam infidelitatem non poſſunt illis bellum indicere, nec eorum Regna occupare.

24 Quinimò ut docet D. Thomas *2. 2. q. 10. art. 10.* Principibus infidelibus permitti etiam poteſt dominium antiquum in Chriſtianos, quia ut notat Valentia *2. 2. diſput. 1. q. 10. punct. 8.* jus dominii introductum eſt jure humano, cujus infideles ſunt capaces, non enim dominium fundatur in fide, nec ſupponit fideles habentes dominium: neque fides tollit jus humanum, quod nititur ſola ratione naturali: nec fideles jure divino habent exemptionem juris humani, ut ſcribit D. Paulus *1. ad Timoth. 6.* ibi: *Quicunque ſunt ſub jugo ſervi, Dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina blaſphemetur, qui autem fideles habent Dominos, non contemnant eos, ſed magis ſerviant, quia fideles ſunt*, duplex enim Apoſtolus ſupponit ſervorum Genus, unum eorum fidelium, qui ſubjiciuntur infidelibus, & alterum eorum, qui ſubduntur fidelibus, unde ex D Paulo colligitur, infideles non amittere antiquum dominium ex eo, quòd eorum ſervi fiant fideles, & Chriſtiani: idque conſtat ex hodierna praxi in ampliſſimo Sinarum imperio, ubi plura centena millia Ethnicorum converſi ſunt, & dietim convertuntur ad fidem catholicam, qui tamen non ſubtrahuntur à juriſdictione Imperatoris Chinæ, ſed ut ante converſionem plenè ſubjiciuntur ejus dominio: ſecus dominium novum non permittitur infidelibus exercendum in Chriſtianos, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 10. art. 10.* quia id cederet in detrimentum fidei, in ſcandalum fidelium, & periculum perverſionis in illis, qui fidem ſuſceperant: ſiquidem fideles ſubditi facilè authoritate ſuperiorum infidelium fidem deſererent, ac infidelitatem dominorum amplecterentur, ut ab iiſdem ad lautiorem poſſent fortunam promoveri: hinc D. Paulus *1. Corinth. 6.* prohibet, ne fideles in judicio contendant coram Judice infideli, & ita etiam ſtatuitur in *titulo de Judæis & Saracenis per plura capita.*

25 Quinimò ſi infideles, qui ſubjiciuntur Principibus Chriſtianis, convertantur ad fidem donantur libertate; quia Eccleſia poteſt privare eorum Dominos dominio antiquo quod habent in ſuos ſervos ſi iſti Chriſtiani fiant, ut docet D. Thomas *loc. cit.* & conſtat etiam ex praxi Eccleſiæ, quæ liberat Judæos, & Saracenos à ſervitute, ſi ad Chriſtianam fidem convertantur. Idque ſive ſint in ſervitute nati, ſive in ſervitute empti *c. fraternitatem diſt. 54. c. Multorum de Judæis & Saracen. l. Manichæos 4. C. de hæret. l. unic. C. Ne Chriſtianum mancipium*; ex quibus habetur, omnes ſervos infideles eo ipſo, quòd fiunt fideles donari libertate, & liberari à ſervitute Dominorum.

26 Quæri poteſt, cur Judæi non cogantur Chriſti legem amplecti. Reſpondetur, non poſſe ad id Judæos cogi, ſed tantùm compelli poſſunt, ut vivant ſecundum legem naturalem: quia cœremoniæ legis moſaicæ non adverſantur legi naturali, alioquin Deus eas non præcepiſſet, nec voluiſſet per illas coli, & honorari. Non enim cultus legis moſaicæ ante prædicationem legis evangelicæ erat illicitus, ſiquidem differunt hujuſmodi cœremoniæ, & ritus legis moſaicæ ab idololatria, quia hæc eſt contra legem naturæ, non ita cœremoniæ legis moſaicæ. Tum qu

nequ

neque hodie cultus, qui à Judæis juxta legem Moſaicam exhibetur Deo, ullum infert damnum Chriſtianis, nec fit in contemptum noſtræ fidei: hæcque ratio eſt, cur illis permittatur. Tum quia ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 10. art.* 15. in ritu Judæorum ſecundùm legem Moyſis præfigurabatur veritas noſtræ fidei, & lex evangelica: atqui bonum eſt, ut habeamus teſtimonium fidei noſtræ ab hoſtibus, & quaſi in figura nobis repræſentetur id, quod credimus, & ob hanc utilitatem, quam inde ſuſcipiunt Chriſtiani, permittuntur Judæi uti ſuis cæremoniis juxta legem Moyſis, quatenus ut notat Cajetanus ibid. Cultus Judæorum eſt quaſi teſtimonium fidei noſtræ, & ideo toleratur, nec Judæi à Provinciis excluduntur Chriſtianorum, ut etiam notat Eymerius *indirect. inquiſit. p. 2. q. 64. n. 13.* ubi ait, ritus Judæorum eatenus tolerari ab Eccleſia, quia in illis teſtimonium habemus fidei Chriſtianæ. Hac etiam ratione Pontifices prohibent, ne in eorum feſtivitatibus à Chriſtianis perturbentur *c. ſicut Judæi extra de Jud. & Saracen.*

27 Hinc nec ſummus Pontifex excludit à ſuis Provinciis Judæos, qui Romæ ad plura millia ſua fixerunt domicilia in loco tamen ſejuncto à domibus Chriſtianorum. Ratio etiam aſſignatur à D. Thoma 2. 2. *q. 10. art.* 11. quia regimen humanum, ſicut a divino derivatur, ita illud imitatur: atqui Deus licèt ſit omnipotens & summè bonus, adhuc tamen permittit aliqua mala fieri in mundo, quæ poſſet, ſi vellet, prohibere: & nihilominus non prohibet, ſed ea permittit, ne illis ſublatis majora bona tollantur; & pejora mala contingant, ergo in regimine humano qui præſunt, poſſunt mala aliqua tolerare, ne bona plura impediantur, vel pejora mala ſequantur: & hæc eſt ratio, cur ſummus Pontifex Judæos non excludat à ſuis Provinciis, nec ab urbe Roma, ubi tamen non promiſcuè cum Chriſtianis degunt, ſed ſeorſim in loco ſeparato, & ſignum etiam in capite deferunt, quo diſtinguantur à Chriſtianis: permittuntur igitur ibi Judæi, ne impediatur majus bonum, ſeu eorum converſio, quæ non rarò contingit, quæque ſperari ſemper poteſt, ſi tolerentur. Tum quia cum non inferant Chriſtianis damnum, charitas, & æquitas videtur exigere, ut ſine juſta cauſa non excludantur *c. qui ſincera de Judæis diſt. 45.* & probat Oldradus *conſ. 87.* Quòd ſi cultus legis Moſaicæ fieret à Judæis in contemptum noſtræ fidei, vel ut Chriſtiani pervertèrentur, tunc Judæis non poſſet talis cultus permitti, ſicut nec ipſis permittuntur delicta, quæ legi naturali adverſantur.

§. V.

De Divinatione, ut eſt tertia ſpecies ſuperſtitionis.

1 Dicitur divinatio tertia ſuperſtitionis ſpecies, quia eſt quædam divinitatis æmulatio: ſiquidem æmulatur prophetiam, per quam futura, & occulta ope Dœmonis quærit ſibi manifeſtari. Dicitur etiam ſpecies ſuperſtitionis, quia ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 95. art. 2.* quidquid procedit ex ſocietate Dœmonum, ac hominum, eſt ſuperſtitioſum, proinde divinatio ſpecies eſt ſuperſtitionis. Dicitur autem divinatio quaſi *divina notio*, ſeu participatio quædam illius cognitionis rerum futurarum, ſeu occultarum, quæ divinitatis eſt propria. Hinc juxta hanc nominis ethymologiam, ſeu divinam notionem, divinatio ad bona, & mala poteſt ſe extendere, quia eſt quædam præſentio futurorum; quorum aliqua bona ſunt, & alia mala. Quia tamen hæc cognitio in gentibus oriebatur ex virtute Dœmonis, ideo ex uſu ſcripturæ, & Eccleſiæ divinatio ferè ſemper in malam partem ſumitur: etenim ſi cognitio occultorum habeatur ex dono Dei, ſeu per divinam revelationem, bona eſt, & ſancta; & tunc divinatio futurorum propriè eſt prophetia, vel ſcientia aliqua infuſa.

Dicitur autem divinatio, eò quia cognitio, ſeu prænotio rerum futurarum, quæ vi naturæ non poſſunt ab homine cognoſci, per media indebita, acquiratur, ut notat D. Thomas *q. 95. art. 1.* ubi etiam notat in ſcripturis, divinationem ſemper ſumi in malam partem, in quo ſenſu dicitur *num. 5. Non eſt augurium in Jacob, nec divinatio in Iſraël*, quia in illo populo erat prophetia, non divinatio, ut hæc ſumitur in malam partem, in quo ſenſu *Michea c. 3.* de falſis Prophetis, qui futura divinabant, ut pretium acciperent, dicitur: *Nox vobis proviſione erit, & tenebræ pro divinatione*, hæc autem divinatio prava eſt, nec caret peccato, propterea *Deuter. 18.* prohibetur: *Non inveniatur in te, qui Ariolos ſciſcitetur, nec qui Pythones conſulat, nec qui divinos &c. Omnia enim hæc abominatur Dominus*: & *Levit. 19. Non declinetis ad magos, nec ab Ariolis aliquid ſciſcitemini*: & *Levit. cap 20. Vir, ſive Mulier, in quibus Pythonicus, ſeu divinationis fuerit ſpiritus, morte moriatur*: hinc *Eccleſ. 34.* dicitur divinatio erroris, & auguria, mendacia, & ſomnia maleſacientium vanitas eſt: imò hæc prohibitio non ſolùm in lege veteri viguit, ſed etiam hodie in lege Eccleſiaſtica, & ſacris canonibus, imò etiam in jure civili *c. de maleſic.* non tamen hæc prohibitio fuit de ſolo jure poſitivo in lege veteri, vel humano in nova; ſed fuit ſemper de jure divino naturali, quod explicatur per tales leges poſitivas: non enim hoc vitium ideo eſt malum, quia prohibitum, ſed ideo prohibitum quia malum. 2

Definitur divinatio ſuperſtitioſa à D. Thoma 2. 2. *q. 95. art. 1. prænuntiatio futurorum contingentium indebito modo*: dicitur enim prænuntiatio, quia utitur verbis, aut ſignis; additur *futurorum*, quia prænotio præcipuè verſatur circa futura, additur *contingentium*, quia non tantùm prænuntiat, quæ à cauſa naturali neceſſariò eveniunt, verùm etiam contingenter, & nulla humana vi cognoſci poſſunt, adjiciuntur poſtrema verba *indebito modo*, quia per media illicita hæc prænotio comparatur: hinc in deordinatione comprehenſa in hac ſuperſtitioſa divinatione duo conſiderantur, quorum primum ſe habet per modum intentionis finis appetitus, eſtque deſiderium ſciendi occulta: quia 3

quia tametſi hæc prænotio futurorum poſſit appeti ut medium ad alios fines, ot ad vanos honores, & famam comparandam, vel ut quis ad lautiorem promoveatur fortunam, hi tameo fines per accidens ſe habent sd malitiam divinationis, de qua in præſenti loquimor, & ſunt potius fines operantis, quam operis; quia finis operis eſt ingerere notitiam occultorum, quæ cum per ſe ſit appetibilis, & per ſæpè deſideretur ex ſola quadam nimia curioſitste ſciendi, quæ curioſitas movere poteſt, ut appetatur divinstio; ideò hæc dicitur finis ejusdem, ſeu operis: tametſi, ſi conſidsretur finis operantis poſſit finis operis aſſumi ut medium io ordine ad alinm finem, ut quis dirigat hanc prænorionem futurotum ad vanos honores, vel ad lucrum ſibi comparandum.

4 Secundum, quod conſideratur, eſt medinm, quod sdhibetur ad acquirendam talem cognitionem, & in hsc executione medii ſita eſt propria deformitas hujus ſuperſtitioſæ divinationis: etenim ſi ſpectetur ſecundum ſe illud deſiderium talis cognitionis ex objecto eſt potiùs indifferens, quia non videtur iotrinſecè malum cupere occulta ſcire, & quæ tantùm innoteſcunt divinæ ſapientiæ; id enim videtur potiùs conforme appetitui nsturæ, quo omnis homo naturaliter ſcire deſiderat, etiam, quæ ſunt eveotura. Tum quia interdum hic appetitus prænoſcendi futura eſt honeſtus, ſi ex bono fine, & cum debita menſura eliciatur, & tunc tantùm malitiam induit, qnando vel ob malum finem concipitur; vel ſaltem, quod ſine fine honeſto habetur, & tantùm ex quadam vana curioſitate: vel qnia in modo appetendi talem prænotionem committitur exceſſus, quatenus hæc prænotio amatur per modum ultimi finis, & tonc videtur contingere, qnando talis cognitio per media iniqua inquiritur, adeò ut propria hujus prænotionis, ſeu ſuperſtitioſæ divinationis malitia conſiſtat in mediis, ſeu modis eam inquirendi adeò ut hæc malitia in eo conſiſtat, quòd futurorum contingentium cognitio per inſtructionem Dœmonum inquiratur, vel comparetur, ut notat D. Thomas *q. 95. art. 1. & 2.* Nam S. Doctor in *1. art.* tantùm dicit, divinationem committi, quando prænuntiatio futurorum occultorum uſurpatur indebito modo, non tamen explicat qualis ſit hic modus indebitus; nec dicit omnem indebitum modum eſſe ſuperſtitionem divinativam; quia poteſt quis ex mera curioſitate sppetere cognitionem aliquorum occultorum, & eam etiam indebitè à DEO poſtulsre, & tunc talis modus dicitur potiùs DEUM tentare, & iodiſcretè DEUM deprecari: ut cùm Diſcipuli Chriſtum interrogârunt: *Domine ſi tempore hoc reſtitues Regnum Iſrael?* quibus ille reſpondit: *Non eſt veſtrum noſce tempora, vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate*: rejecit enim Chriſtus illam interrogstionem tanqoam ineptam, & sppetitum illum ut nimis curioſum, ut notat D. Auguſtinus *Epiſt. 78.* Pari pacto Chriſtus *Matth. 24.* interrogatus à Diſcipnlis indiſcretè, *dic nobis, quando hæc erunt, & quod ſignum adventus tui*, Reſpondit *de die illa nemo ſcit neque Angeli in Cælo, neque Filius, ſed ſolus Pater.* Licèt enim CHRISTUS non ignoraverit diem jndicii ſimpliciter & abſolutè, ſed tantùm quadam certs rstione, quatènus id neſciebat ex humanitate; voluit tamen cum illa exaggeratione loqui, ut curioſam interrogationem retunderet, & nimiam coërceret aviditatem Diſcipulorum ſciendi futura, quæ ex DEI volnntate dependent. Licèt sutem Diſcipuli in ills interrogstione, & appetitu ſciendi exceſſerint, non tamen dici poſſunt, quòd fuerint ſuperſtitioſi, aut divini, vel affectatores divinationis, cum non ab slio, quàm à vero Deo cognitionem inquirerent futurorum, licèt interdicto modo, quis intempeſtivè, & ſine cauſa.

Quamobrem non omnis iodebitus modus in hac materia ſufficit ad divinativam ſoperſtitionem; ſed debet eſſe modus indebitos, quo talis prænotio ſuturorum non à vero DEO, ſed aliunde inquirator, ac poſtuletur, ſcilicet à Dœmone, qustenus ſecluſo vero DEO non patet ad alium recurſus, quàm ad dœmonem: & hæc ars divinatoria eſt ſuperſtitioſa, & damnatur sb Eccleſia, & Pstribus, quatenus à dœmonibus procurat cognitionem rerom occultarum, qua ratione in Concilio Anquirenſi, prout refertur in *c. Epiſcopi 26. q. 5. de hiſce Divinatoribus dicitur quòd relicto creatore Diaboli ſuffragia quærunt.* Ratio etiam ex eo petitur, quia duplex tantùm patet via ad acquirendam cognitionem, uoa per Inventionem, & alia per diſciplinam: res autem occultæ, quæ per artem divinatoriam cognoſcuntur, quia excedunt naturalem facultatem ingenii humani, non poſſunt cognoſci niſi sliquo inſtructore eam ingerente, & hic Inſtructor ſecluſo DEO non poteſt alius eſſe oiſi dœmon; & modus inquirendi eſt per pactum cum dœmone, quòd eſt duplex expreſſum, ſeu explicitum uoum; implicitum ſeu tacitum aliud, quo fit ut duplex etism ſit divinatio, ona quæ fit cum expreſſs invocatione dœmonis, quæ verbis, & factis fieri poteſt, alia tacita, & implicita, quæ fit, cùm quis dœmonem invocat aliquo ſigno, vel medio vano, ac inntili, ut conſeqnatur alicujus rei notitiam, quæ nullo modo ex illo ſigno, vel modo poteſt naturaliter haberi.

Pactom expreſſum eſt, quod fit verbis, 6
ut cùm dicitur faciam, ut facias, ſeu ſi dœmon dicat ſi invocaveris me, & dabis mihi talem cultum, ego auxilium tibi dabo. Factis etiam expreſsè invocatur dœmon, & tunc contingit, ſi quis ſciens dœmonem per aliqna ſigna invocari & occulta manifeſtare, facit ea ſigna, ut ſibi à dœmone aliqood occultum ſibi manifeſtetur. Divinatio, in qua noo expreſsè, ſed tantùm tacitè dœmon invocatur, tunc contingit, cùm quis utitur mediis ad res occultas cognoſcendas, & quæ nullam habent virtotem eas invocandi, ut cùm quis vult divinare per taxillos, vel chartas, vel per id, qood primò illi occurrerit apperiendo librum: vel ex obſervatione numerorum, vel ex figuris, &

aliis

aliis id genus, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 55. art. 2. & 3.* Ratio etiam ex eo petitur, quia cùm hujuſmodi ſigna ſint in ſe vana, & connexionem naturalem non habeant cum effectu, nec per ſe inducant ad talem notitiam, nec à Deo propterea ſint inſtituta, cùm Deus non ſit author ſignorum inutilium: ideo ſequitur, quòd inſtituta ſint à Dœmone, proinde illis utens, non poteſt ab alio, quàm à Dœmone talem notitiam expectare.

7 An verò divinatio, quæ fit per pactum implicitum, & tacitum diſtinguatur ſpecificè, ab ea quæ fit per pactum expreſſum, non videntur Doctores concordare, ſed communior, & verior ſententia aſſerit, non diſtingui ſpecificè, ſicut nec profeſſio tacita, & expreſſa ſpecificè diſtinguuntur: taciti enim, & expreſſi ejuſdem dicitur juris *l. de quibus ff. ſi cert. petat.* Ex quo videtur dicendum, ſuperſtitioſam divinationem tacitam non diſtingui ſpecificè ab expreſſa, eò quia in utraque ſit eadem invocatio dœmonis, ut notat Suarez *tom. 1. de relig. c. 10. num. 6.* hinc liquet, hanc divinationem ſuperſtitioſam eſſe per ſe intrinſecè, ac ſemper pravam, ac deteſtabilem natura ſua, quia divinatio eſt ſtudium præſciendi futura, ſeu cognoſcendi occulta per medium 1. omnino improportionatum, & inordinatum, quod eſt rationi, & Dei voluntati contrarium.

8 Tùm quia medium quod adhibetur in hac divinatione ſuperſtitioſa involvit ſocietatem, & communicationem familiarem cum dœmone, quod eſt contra Dei voluntatem, & rectæ rationi contrarium, quapropter ſcripſit Apoſtolus *1. ad Corinth. 10. Nolo vos fieri ſocios Dæmoniorum*: & ratio ex eo petitur, quia omnis ſocietas cum dœmonibus noxia eſt, & plena periculis. Hæc autem inſtructio in ordine ad prænoſcenda occulta poteſt diverſimodè fieri, vel per expreſſam locutionem ſine oſtenſione alicujus loquentis ſub ſpecie hominis, aut alia figura viſibili; ſed per nudam tantùm auditionem. Vel quia Dœmones immediatè ſub ſpecie perſonæ humanæ aſſumptæ, & in qua apparent, loquuntur, & inſtruunt eos, à quibus invocantur: poſſunt enim Angeli ſive boni, ſive mali, virtute naturali non impedita, ſed expedita, ſeu habente paratum generalem concurſum primæ cauſæ formare talem ſpeciem perſonæ humanæ, & tunc licèt quod apparet non ſit verum corpus humanum, nec corpus vivum, imò nec ipſa locutio ſit vera, & vitalis; eſt nihilominus verus, & realis ſonus, qui per aures percipitur, qui propterea ſufficit ad docendum, vel illuminandum, vel potiùs decipiendum hominem humano modo; perinde ac unus homo alium docet, vel decipit. Vel quando Dœmon homines docet per cadaver, in quod intrat, & per illud loquitur, ac ſi eſſet vivum, & ſolet tunc id fieri per quaſdam vanas cæremonias, & incantationes, quæ ab ipſo dœmone traduntur, ac fuerunt additæ pacto inito, & tunc fingunt interdum Dœmones ſuſcitare hominem mortuum, vel ejus ſpiritum adducere, qui videatur loqui in corpore aſſumpto; ſicut legitur de Samuele 1. *Reg. 20.* de qua tamen apparitione non modica eſt controverſia apud interpretes qualis fuerit.

9 Vel poteſt dœmon etiam homines decipere loquendo per alia animalia vera, & viva, vel etiam tantùm apparentia, ſicut locutus fuit Evæ in forma ſerpentis, ſive ille fuerit verus ſerpens, vel non. Vel poteſt Dœmon homines inſtruere per imagines, ſeu ſtatuas inanimes, & humana arte confectas, ſicut olim dabat reſponſa per idola, quæ oracula dicebantur: id enim poterat facilè exequi per realem, & ſenſibilem ſonum ſimilem voci, ſive dœmon tunc uteretur, ut inſtrumento, partibus idoli; vel tantùm figura ad illum ſonum efformandum; ſive quod vero ſimilius eſt, in contiguo aere inviſibili motu talem ſonum efficeret, ut ipſum idolum loqui videretur, quod propterea à ſimplicibus hominibus vivere crederetur. Hiſce omnibus modis intervenit inſtructio per auditum realiter, & verè immutatum.

10 Solet etiam hæc Dœmonis inſtructio, ſeu illuſio fieri ſine reali ſono, & abſque auditione ſenſibili per ſolam exhibitionem alicujus ſigni ſenſibilis, & tunc tale ſignum debet habere connexionem cum effectu ex impoſitione facta ab ipſo Dœmone, & homini manifeſtata, vel ab ipſo homine deſignata, & poſtulata, & à Dœmone acceptata; vel ex utriuſque conventione determinata: & ſicut hæc ſigna ſunt plura, ita varia ſunt nomina divinationum. Primum eſt *aruſpicium* in quo Dœmon reſpondet per ſigna ex inteſtinis animalium, quæ illi ſacrificantur; eſt enim aruſpicium ars divinandi ex inſpectione extorum, ſeu viſcerũ, & fit per ſigna oſtenſa in extis animaliũ. Secundùm eſt *inſomnium*, quo dœmon facit hominem ſomniare ea, quæ vult ab ipſo credi. Tertium eſt *præſtigium*, quod licèt poſſit applicari ad plures modos, quibus per realem ſonum ſolent, quæ audiuntur, præſtigia vocari, & illuſiones; propriè tamen hæ voces ad ſenſum viſus, & phantaſiam referuntur, adeò ut præſtigium fiat propriè per aliquam ſpeciem oculis impreſſam, vel imaginationi: licèt Angelus ſive bonus, ſive malus nequeat hujuſmodi ſpecies naturali virtute per ſe efficere, eò quià non poſſit per ſe transmutare materiam, aut corpora ad aliquas formas, vel qualitates; poteſt tamen applicando activa paſſivis mediante motu locali facere, ut mediis corporibus ſenſibilibus tales ſpecies imprimantur; vel etiam objecto vero corpore ſenſibus externis; vel etiam formato exteriùs apparenti corpore, quod quamvis ſenſibile ſit, non tamen ſit illud, quod apparet.

11 Nonnunquam etiam id efficit, quatenus commovet humores, & ſpiritus animales, quos defert uſque ad ſenſus externos, quinimò nonnunquam etiam decipit ſenſus internos, & phantaſiam. Reſpondent interdum etiam Dœmones per ſortes, & tunc divinatio ſortilegium dicitur. Definitur autem ſortilegium quædam ſuperſtitio illuſoria ſummè noxia, quà homo utitur Dœmonis miniſterio; vel ad aliquid obtinendum diabolicis utitur inſtrumentis: utitur enim ſortilegium inſtrumentis diabolicis, & dividitur in tres ſpecies, quarum prima dicitur divinativa, per quam ſortilegi futura quædam, præſentia, vel præterita nobis ignota coguntur ratiocinari ſe-

cunda eſt ſpecies ſortilegii amatoris, fitque ad flectendos animos pudicos mulierum, vel virorum ad libidinem: tertia ſpecies eſt ſortilegii malefici, per quod inducuntur infirmitates, morbi, calamitates & alia, ſimilia, in hominibus vel brutis, ex quibus vel mors maleficiati ſtatim oritur; vel illius corpus paulatim conteritur, & virtus debilitatur. Utitur etiam Dœmon ad homines inſtruendos variis figuris factis in elementis, vel aliis corporibus inanimatis, quæ propterea varia ſortiuntur nomina, nam ſi fiat in re terreſtri dicitur *Geomantia*, ſi in aqua *hydromantia*, ſi in aëre *Æromantia*. ſi in igne *Pyromantia*. Solet etiam interdum hæc inſtructio fieri per volatus aliquarum avium, vel per garritus, aut alios ſonos animalium, & tunc divinatio dicitur augurium, omen, auſpicium.

12 Præcipua igitur ſuperſtitioſæ divinationis malitia conſiſtit in petitione rerum per ſe occultarum à Dœmone, quæ petitio eſt culpa graviſſima, & contra religionem; eò quia petatur à Dœmone cognitio certa rerum per ſe occultarum; ſiquidem cognitio certe rerum per ſe occultarum eſt propria Dei, propterea tenetur homo eam a ſolo DEO petere, quòd ſi eam à Dœmone petat, ipſi attribuit, quod eſt proprium DEI; quod perinde eſt ac recognoſcere in Dœmone excellentiam quandam divinitatis, quod ſpectat ad ſuperſtitionem falſi cultus, & in ſe continet tacitam idololatriam.

13 Quòd verò cognitio certa rerum per ſe occultarum ſit propria DEI, ex eo liquet, quia ſacra ſcriptura ponit ut ſignum divinitatis certam cognitionem futurorum liberorum *Iſaiæ 21. & 41.* Rurſus ut ſignum divinæ revelationis, & fidei, ponit prædictionem certam futurorum contingentium ac myſteriorum per ſe occultorum, ut habetur *Iſaiæ 46.* ibi: *Ego DEUS, & non eſt ultra me DEUS, nec ſimt ii mei annuntians ab exordio noviſſima, & ab initio, quæ nondum facta ſunt*: quaſi dicat, ut expendit Hieronymus *conſiderate, quòd præter me nullus ſit, qui poſuerit ſcire ventura, niſi ego, qui per Prophetas annuntio.* Hinc divinatio etiam tacita, ſeu pactum implicitum cum Dœmone eſt ſemper peccatum lethale; quia etiam per pactum implicitum quis utitur mediis ad cognoſcendum res occultas, & quæ nullam habent virtutem eas indicandi, ut cum quis vult divinare per taxillos, chartas, vel per id quod ei occurrerit: quia per hanc divinationem, & pactum habetur ſocietas cum Dœmone, quæ omni jure divino, naturali, & humano prohibetur, & homo ſubjicitur Dœmoni, quem tacite honorat, & fœdus cum DEI inimico conſtituit, proinde apoſtaſiam etiam incurrit, perinde ac miles transfuga, qui ad contrariam aufugit inimicorum factionem: longè tamen gravius peccat is qui per pactum explicitum Dœmonem invocat, quia quò ſocietas cum Dœmone eſt major, ſeu expreſſior, eò major eſt apoſtaſia a DEO.

14 Neque obſtat, quòd interdum qui ſignis utitur ſuperſtitioſis, proteſtetur expreſsè, ſe nullam cum Dœmone velle ſocietatem habere, neque beneficio illius miniſterii cognitionem ullam aſſequi: quia tametſi verbis expreſſis proteſtetur explicitè, ſe nolle pactum habere cum Dœmone: hæc tamen proteſtatio eſt contraria facto, & operatur contra proteſtationem, eo enim ipſo, quòd quis utitur ſignis ſuperſtitioſis, facta non reſpondent verbis: unde licet explicitè proteſtetur, ſe nolle paciſci cum Dœmone, implicitè tamen paciſcitur, cum velit uti illis ſignis, & mediis inutilibus, & vanis, ex quibus non poteſt niſi ope Dœmonis utilitatem habere, ut notat Layman *lib. 4. tract. 10. cap. 3. num. 3.* Imò is etiam dicitur implicite, & tacitè invocare Dœmonem, qui licèt nullum pactum cum illo inierit, utitur tamen ſignis vanis, eò quia per experientiam didicerit, per hujusmodi ſigna haberi talem effectum, ſeu talem cognitionem: ratio eſt, quia cum cognitio illa occulta nullo modo poſſit naturaliter haberi per talia ſigna vana; neque tunc habeatur à DEO, qui non utitur ſignis vanis, & falſis ad oſtendendam alicujus rei veritatem, ſequitur quòd utens talibus ſignis Dœmonem tacitè invocet, qui libenter ſe immiſcet ſignis illis inutilibus, & vanis, ut homines decipiat, & eisdem ſuadeat, ut in talibus ſignis fiduciam collocent, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 95 art. 5. ad 2.*

Quòd ſi dicas, utentes talibus ſignis non intendere opem Dœmonis implorare. Reſpondetur, ſufficere ad hanc tacitam invocationem uti hiſce vanis ſignis ad ea cognoſcenda, quæ vim ſuperant humanam, & non poſſunt niſi ope Dœmonis ullam adferre utilitatem. Si dicas, hanc utilitatem non credere provenire è Dœmone, ſed quia experientiâ ita conſtet contra eſt, reſpondetur id perinde eſſe, ac credere implicitè ex Dœmonis interventu, & auxilio, talem utilitatem ſibi contingere; procurat enim Dœmon hujusmodi experientias, per quas homines decepti credant talia ſigna eſſe utilia ad ſimiles effectus ſibi comparandos, ut notat Valentia 2. 2. *diſput. 6. q. 2. 2. punct. 2. & 3.* 15

Imò neque ignorantia videtur excuſare hanc ſuperſtitioſam divinationem à culpa, quia vel ignorantia nectitur cum expreſſa invocatione Dœmonis, & tunc nunquam excuſat, quia ipſa invocatio Dœmonis expreſſa ſatis clarè oſtendit ſuam gravem malitiam, proinde uti tali invocatione expreſſa ad cognoſcenda occulta, nunquam vacat culpa lethali, tametſi eidem nectatur ignorantia: vel nectitur ignorantia cum tacita Dœmonis invocatione, & tunc vel ignorantia eſt affectata, vel craſſa, aut ſupina, & ſic neque excuſat a lethali culpa: ut ſi quis utatur aliquo verſiculo Pſalmi ad rem aliquam profanam, vel levem habendam, quia à Deo non fuit indita virtus verbis ſacris ad hujusmodi levitates: neque naturaliter verbis illis talis virtus ineſt, proinde tunc effectus non poteſt eſſe niſi à Dœmone. Pari pacto qui ignoranter, & non ex animo invocandi Dœmonem ad locum accedit ſecretum cum homine perverſo ad inſpiciendum aſtrolabium ob furtum, vel theſaurum inveniendum non excuſatur à culpa gravi, quia tunc tacitè invocatur dæmon, & deſumitur ex *c. Ex tuarum* 16

aure

extra de ſortileg. Tantum ignorantia poſſet excuſare à culpa lethali ſi non eſſet affectata, neque craſſa, quia ſi ille ſciviſſet ineſſe tacitam dœmonis invocationem in uſu illius inſtrumenti, illo non uteretur, quia tunc ille uſus eſt tantùm tacita invocatio dœmonis materialiter, & involuntariè, ut docent Leſſius *lib. 2. c. 43. dub. 10. n. 64.* Valentia 2.2. *diſput. 6. q. 12. punct. 1.*

17 Quæri poteſt, quomodo homines, & dœmones poſſint ſimul paciſci. Reſpondetur id poſſe contingere, vel quia dœmon offerat prius homini aliquid, ſi homo ei cultum exhibeat, quo pacto *Matth. 4.* Dœmon pactum voluit cum Chriſto inire, & illi prius obtulit omnia mundi regna: *hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraveris me:* & poteſt dœmon hoc pactum offerre homini, ſicut obtulit Chriſto: poteſt enim dœmon apparere homini, ac illi dicere, faciam hoc vel illud, ſi me colueris, non enim deeſt dœmoni poteſtas loquendi cum homine: ſecundò poteſt homo prius cultum offerre dœmoni, & pactum cum illo inire, ut inde aliquid valeat aſſequi: & in appetitu cognoſcendi futura perſæpè homines cum dœmone paciſcuntur, & è converſo dœmones ſeſe offerunt per falſas, & ſacrilegas divinationes ad homines decipiendos.

18 Initur autem hoc pactum non per mutuam promiſſionem, vel obligationem, ſed per quamcunque etiam deprecationem, vel petitionem auxilii, aut inſtructionis ad aliquid occultum cognoſcendum, quia id eſt operari ex pacto ſaltem implicito, & tacito cum dœmone: quia quoties homo vanis inquiſitionibus intendit occulta cognoſcere, tacitè, & implicitè intendit edoceri à dœmone, & ſtatim dœmon ſe ingerit ad id, quod homo affectat. Quinimò invocare dœmonem per modum adjutorii includit ſemper ſuſpicionem hæreſis, quia qui dœmonem invocat, vel illum adorat adoratione latriæ, quæ ſoli Deo debetur; vel adoratione duliæ, quæ ſanctis, & tunc talis invocatio includit hæreſim, ut notat Eymericus in *directo inquiſit. p. 2. q. 43. n. 5.* vel ſaltem qui ita dœmonem adorat eſt vehementer ſuſpectus de hæreſi. Vel invocat dœmonem quatenus ab eo petit, quæ ſolus Deus poteſt operari, & tunc committitur ſortilegium hæreticale, ut notat Pegna *p. 2. direct. inquiſ. comment. 45.*

19 Sin verò invocatio dœmonis ſit deprecativè ad ſciendum, quæ non excedunt naturalem ejus facultatem, adhuc invocatio eſt hæreticalis, quia deprecatio, ſeu oratio pertinet ad cultum latriæ, & ſoli Deo debetur: eſt ſiquidem deprecatio actus religionis, per quem Deo reverentiam, & honorem homo exhibet, & illi ſubjicitur, & orando profitetur ſe illo indigere, ſicut Authore ſuorum bonorum, ut docet D. Thomas 2.2. *q. 83. art. 3.* quo fit ut oratio nonniſi ad ſolum Deum dirigi poſſit: vel ad Angelos, & Beatos poſſumus orationes dirigere, ut ipſi intercedant pro nobis ad Deum: unde invocare deprecativè dœmonem eſt obſequium, & honorem ſoli Deo debitum, illi præſtare, quæ deprecatio eſt ſacrilega, & hæreticalis. Qui verò dœmonem invocat ſolis verbis imperativis ad aliquid faciendum, quod naturaliter ipſe dœmon facere poteſt, licèt non committat ſortilegium hæreticale, ſi in tali invocatione non miſceantur res ſacræ, nec aliquis cultus reverentialis, nec invocetur dœmon, ut Dei amicus, peccat tamen mortaliter: imò Farinacius *q. 181. n. 88.* Bordonus *tom. 1. c. 17. q. 5. n. 16.* & alii cenſent, invocationem dœmonis etiam per modum imperii ſapere manifeſtam hæreſim, quia ut ait Auguſtinus *lib. 10. de civit. Dei c. 11.* *Ridiculum eſt invocare dæmones per modum imperii, vel eis comminando præcipere, quia non eſt poteſtas in terris, quæ eis comparetur*, ut ait Job c. 41.

Cùm igitur imperium hominis nil poſſit in dœmones, ſequitur evidenter, dœmonum invocationem coincidere cum invocatione deprecativa, adeò ut invocatio dœmonis etiam per modum imperii ſit palliata deprecativa invocatio, quæ propterea includit cultum exhibitum dœmoni. Cum enim dœmones non poſſint ab imperio hominum compelli, ſequitur, quòd nonniſi ex pacto tacito homini ſe accommodet voluntati, eò quia in hac invocatione imperativa honorem recipiat, ac cultum, magiſque decipiat invocantem per modum imperii, qui ſupponit, ſe poſſe dœmonem flectere in ſua vota, cum potiùs dœmon ſe potiùs ejus voluntati accommodet, ut eum lucretur: proinde invocatio dœmonis etiam per modum imperii, includit lethalem culpam. 20

Tum quia imperare, & præcipere cui non tenetur obedire, argumento eſt intrinſecæ amicitiæ, inter imperantem, & imperatum: proinde qui imperat dœmoni prodit, ſe magnam cum ipſo contraxiſſe familiaritatem, vel ſaltem majorem, quàm is, qui tantùm deprecatur. Hinc pertinet ad hæreſim ſive deprecativè, ſive imperativè dœmonem invocare ad aliquid obtinendum, adeò ut contra invocantem dœmones, ut tempeſtates in aëre cieant, procellas in mare commoveant, ægritudines hominibus inferant, & alia id genus, poſſint Inquiſitores procedere ſaltem ut contra vehementer ſuſpectum de hæreſi, ut notat Zanardus in *ſuo direct. c. 64.* Bordonus *tom. 1. c. 17. q. 2. n. 16.* Turrianus *in* 2.2. D. Thomæ *q. 95. art. 4. diſput. 1.* 21

Imò etiam invocare dœmones ob bonum finem eſt culpa lethalis, quia talis invocatio non fit ſine familiaritate cum dœmone, nec ſine illius ſervitute, & ſubjectione, quæ directè, & immediatè opponitur ſervituti Deo debitæ, adeò ut qui dœmoni per ejus invocationem ſubjicitur, fiat Dei manifeſtus inimicus, ſiquidem, ut ait Chriſtus Matth. 6. *Nemo poteſt duobus Dominis ſervire aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum ſuſtinebit, & alterum contemnet.* hinc Apoſtolus 1. Corinth. c. 10. ait: *Nolo autem vos ſocios fieri dæmoniorum*, eò quia qui ſocietatem cum dœmonibus ineunt inimicitiam cum Deo contrahunt: unde ſive dœmon invocetur ob bonum, ſive ob malum finem, ſemper invocatio malitiam includit lethalis culpæ, quia invocans dœmonem etiam ob bonum finem ei ſubjicitur, & cultum exhibet, proinde ſemper graviſſimum committit ſacrilegium cum ſuſpicione de hæreſi, eò quia invocatio ſimpliciter ſumpta ſit cultus latriæ, qui ſoli Deo debetur. 22

Digitized by Google

23 Cæterum dœmones expreſſè invocati ſolent futura prædicere multipliciter, ut diximus in præcedentibus cum D. Thoma 2. 2. *q. 95. art. 3.* quatenus per fi[illegible]las apparitiones poſſunt ſe aſpectui, vel auditui ingerere, qui modus dicitur præſtigium, eò quia tunc oculi hominum præſtringuntur: vel quia ſomnia excitant, vel per locutionem, & apparitionem mortuorum, & dicitur Nigromantia, quia ut notat Iſidorus *lib. 8. Ethymol. c. 9. nigram* græcè mortuus dicitur, & *mancia* divinatio: vel quia futura prænuntiant per homines vivos ſicut in arreptitiis, & hæc dicitur divinatio per Pythones, vel per alia ſigna, ut ſuperius explicuimus. Qui verò reſponſis dœmonum credunt certè, & infallibiliter, non excuſantur à peccato idololatriæ, & hæreſis, quia ita credentes dœmoni eum æſtimant, ut numen infallibile, in cujus obſequium propterea captivat intellectum, ſeque illi ſubmittit, quod malitiam idololatriæ contrahit.

24 Tum quia qui dœmoni credit, ſupponit, eum non eſſe malum, nec fallacem, quod eſt contra fidem: quòd ſi ex hac credulitate ſequatur etiam exterior divinatio alicujus rei cum inductione aliorum ad eam credendam, ratione illius inductionis, tunc additur etiam malitia ſcandali juxta proportionem materiæ, ut docet Suarez *tom. 1. de religion. lib. 2. de superſt. c. 8. num. 23.* Hinc dœmones neque audiendi ſunt, quando in ſuis apparitionibus bona conſulunt, quia id præſtant, ut faciliùs decipiant homines, quos in aliquem inducant errorem, vel ut mortuis detrahant, ut docet D. Thomas *1. p. q. 117.* cum D. Auguſtino *lib. 10. de civit Dei c. 11.* Cum enim, quæ dœmones conſulunt, ad noſtram tendant perniciem, non ſunt in ſuis apparitionibus audiendi, ut notat Thyreus de *apparition. ſpirit. c. 15. n. 20. & c. 16.* ubi addit, modum cognoſcendi, an apparitiones ſint illuſiones dœmonum, an verò veræ apparitiones bonorum angelorum, vel animarum, conjice ex ſignis ſacris, præſertim ſanctæ crucis, aſperſionis aquæ benedictæ, cerei ſacri, ut enim ad hæc, & alia id genus ſigna diſpareant, ſunt [illegible] viſiones dœmonum, qui ſe in Angelos transfigurant lucis, ut faciliùs homines decipiant. Sin verò hæc ſigna ſacra venerentur, tunc apparitiones ſunt Angelorum, vel animarum.

25 Non tamen li[illegible]tum eſt pactum inire, ut præmor[illegible]ns teneatur ſuperſtiti apparere, eò quia id plu[illegible]us [illegible] obnoxium [illegible]ericul[illegible], ac dœmonum illu[illegible]us, quapropter *Luc. 16.* Diviti avaro cupi[illegible] oti, ut Lazarus jam defunctus ſuis appareret hæredibus, reſ[illegible]on[illegible]it Abraham: *[illegible] Moſen, & Prophetas audiant eos:* [illegible] ſuffi[illegible]iunt ipſis ſacræ [illegible]pturæ, ut credant, quæ Laz[illegible] [illegible] [illegible]: non [illegible] homines apparitio[illegible] petere, in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] imen [illegible] rioſa divi[illegible] is ad tri[illegible] ſan[illegible] [illegible] ai, quo [illegible] inatio in[illegible] ionem hære[illegible] [illegible] e ſe ipſa [illegible] pertineat privativ[illegible] quoad [illegible] um ſæ[illegible] ſolum tribunal ſanctæ inquiſitionis *c. [illegible] de hæret in 6.* Quòd ſi [illegible] ſa [illegible] natio [illegible] ſuſpicione hæreſis, eſt tunc [illegible] [illegible]ri, & da[illegible]r locus præventioni, niſi delinquens ſit Clericus, quia tunc ratione perſonæ, & ſtatus a[illegible] ſolum Judicem Eccleſiaſticum pertinet de [illegible]lo judicare, ut docent Abbas in *c. 1. de ſortilegii n. 3.* Julius Clarus *lib. 5. V. hæreſis. n. 25*

§. VI.

De divinatione per aſtra, & alia ſigna, & quomodo prohibita ſit.

1 CErtum eſt, non omnem prædictionem ex aſtris eſſe per ſe illicitam, ſed eorum [illegible]tum e[illegible] eorum, quorum [illegible] non po[illegible]unt eſſe cauſa: tunc enim divinatio eſt ſuperſtitioſa, & conſequenter prohibita, quando nec d[illegible] authoritati, nec naturali connexioni effectuum cum ſuis cauſis, vel cauſarum cum ſuis effectibus eſt fundata: vel quando in hac inveſtigatione modus exceditur, hinc dupliciter diſtinguitur aſtrologia, nimirum naturalis, & judiciaria; illa eſt, quæ ex aſtrorum præſertim planetarum ortu, occaſu, conjunctione, oppoſitione, vario aſpectu tum inter ſe, tum quoad ſtellas fixas; ut etiam ex colore, ſcintillatione de futuris elementorum affectionibus conjectat, hoc eſt de ſerenitate, pluviis, tempeſtatibus, nivibus, grandine, æſtu, frigore, & ſimilibus, de quibus plura habet Aratus in ſuis phœnomenis.

2 Tametſi hæc naturalis aſtrologia non ſit prohibita; magna tamen ex parte eſt incerta, parumque utilis; imò ferè tota, ea excepta parte, quæ ſumitur ex ortu, occaſu, aſpectu, & colore Solis, ac Lunæ; ſiquidem virtus reliquorum aſtrorum eſt obſcurior, nobiſque ſocè [illegible] cum experimenta fuerint deprehenſa varia. Tum quia non poteſt certò ſciri, an talis effectus proveniat à planeta Veneris, aut Jovis, vel alio ſidere. Tum quia hactenus idem omnium ſid[illegible]m aſpectus nondum reſtitutus eſt, idque ob motum proprium octavæ, & nonæ ſphæræ, p[illegible] oin[illegible] nulla ce[illegible]ta poteſt experientia deſumi. Tum [illegible] ex a[illegible]is cauſis poteſt aër eſſe varie affectus, præſertim ex ventis, vaporibus, frigore, æſtu, quæ omnia poſſunt facilè ſiderum variare actionem, cum affectio medii actiones mutet cauſarum.

3 Tum quia ad hoc ut poſſet qui ex aſtris aliqua prædicere, deberet plura ſcire, quæ humanam ſcientiam longè ſuperant. deberet enim perſpectas habere omnium aſtrorū proprias virtutes, quia ſi aliquæ earum cum [illegible] quit, an effectus impediatur vel non. Rurſus ſcire deberet non ſolum, quæ ſinguli aſtra per ſe ſeorſim poſſunt, ſed etiam quid conjunctim, & in quovis aſpectu trigono, tetragono, hexagono, oppoſito. Tum quia hi aſpectus [illegible] etiam infinitis modis variari. Tum quia deberet etiam ſcire quid in omnibus locis operentur, quia fortaſſis in uno loco aliquid præſtan[illegible] [illegible] alio non operantur. Tum qu[illegible] paſſi[illegible] [illegible] mul[illegible] imbre graveſcente & [illegible] pluviam [illegible]ndeudam expeditas, ac p[illegible]ra[illegible] mox diſcu[illegible] a ventis alibi excitatis, [illegible] impediunt, ne pluviæ ſeſe in tali loco affundant.

Quòd

4 Quòd ſi de pluviis, ventis, aliiſque id genus vix aliquid certi, aut multum probabiliter non poſſumus prænuntiare, multò minùs poſſumus prædicere hominum futuras inclinationes, & eorum temperamenta, quia hujusmodi inclinationes magis dependent ex temperamento parentum, eorúmque alimentis, quàm ab aſtris. Tum quia difficulter notari poteſt exactè aſpectus ſiderum in cœlo, quos habent in ipſo conceptionis, vel nativitatis puncto, cùm nec ipſi parentes ſciant ſubinde, quâ horâ, vel etiam qua die fœmina conceperit: & in quaſi ictu oculi omnes aſpectus ſiderum mutentur tum inter ſe tum reſpectu prolis: ſiquidem ex doctrina Aſtronomorū octava ſphæra intra centeſimam unius horæ particulam ſupra trecenta millia milliarium conficit, & hanc velocitatem orbes inferiores in ſuis gradibus non exæquant.

5 Tum quia gemini ſimul editi ſæpè diverſiſſimas ſortiuntur propenſiones, moréſque, ac temperamenta protſus contraria, ut patuit in Eſao, & Jacob gemellis fratribus. Tum quia ad hæc futura prædicenda non videbatur conſiderandum punctum nativitatis, ſed potiùs animationis in utero, quod non poteſt ſciri: ſiquidem aſtra non minùs agunt in infantem, quando eſt in utero, ac dū egreditur: ſi enim vis aſtrorum profunda terræ viſcera pervadit, quantò magis maternum uterum. Adde, aſtra tunc magis ſuos imprimere effectus, quando fœtus eſt tenerrimus; & hic tempore animationis eſt tenerior: & cùm non poſſit ſciri tempus animationis, nec etiam poteſt quidquam ex aſtris circa fœtum conjectari.

6 Aſtrologia judiciaria eſt, quæ obſervato ſiderum, aſpectu judicat de futuris eventibus dependentibus ex libero arbitrio, ut de conditione vitæ, honoribus, matrimoniis, opibus, infortuniis, inimicitiis, præliis, carcere, ſupplicio, nece, aliiſque humanis caſibus: nonnunquam judicat etiam de præteritis ex præſenti conſtellatione, ut docet Origenes apud Euſebium *lib. 6. præparat. evangel. c. 9.* ut quis hujus pueri ſit parens, cujus fortunæ, & conditionis fuerit; quis furtum, vel homicidium commiſerit: & cultores hujus aſtrologiæ dicuntur genethliaci, & ſcriptura *Iſaia 47.* eos vocat Augures: & uſus hujus Aſtrologiæ eſt per ſe malus, quem Auguſtinus *lib. 10. civit. c. 16.* vocat *artem nefariæ curioſitatis*, eò quia ex aſtris errantibus, nonniſi errores diſcant, & doceant hujus Aſtrologiæ cultores. Uſum hujus Aſtrologiæ eſſe prohibitum conſtat ex ſcripturis Deuter. 18. *Gentes iſta quarum poſſidebis terram, Augures, & divinos conſulunt; tu autem aliter à Domino Deo tuo inſtitutus es.* ubi per augures Aſtrologi intelliguntur. Iſaiæ 47. *Stent, & ſalvent Augures cæli, qui contemplabantur ſydera, ut ex eis annuntiarent ventura tibi*, ubi 70. Interpretes vertunt *Aſtrologi cæli, qui* ut addit D. Hieronymus *ex Aſtrorum curſu, lapsúque ſiderum res humanas regi arbitrantur*: ſignificat Iſaias ex aſtris non poſſe calamitates bellorum, & everſiones regnorum prædici, hinc Jerem. 10. *à ſignis cæli nolite metuere, quæ timent gentes: quia leges populorum vanæ ſunt.*

7 Rurſus ex novo teſtamento conſtat hæc eadem prohibitio; ſiquidem Apoſtolus ad Galat. 4. *dies obſervatis, & menſes, & tempora, & annos, timeo vos, ne forte fruſtra laboraverim in vobis*, & licèt textus Apoſtoli poſſit in alium ſenſum interpretari, nihilominus Sixtus V. in ſuo motu proprio eum urget contra judiciarios; ait enim Pontifex: *Ut illos meritò Apoſtolus arguat, & increpet eos illis verbis: Dies obſervatis, & menſes.* de hiſce Judiciariis Aſtrologis etiam intelligitur textus Act. 19. ubi dicitur: *Eos qui fuerunt curioſa ſectati tuliſſe libros, & coram omnibus combuſſiſſe.* Imò prohibetur etiam in utroque jure: ſiquidem in *l. nemo. l. etſi C. de maleſ. & mathemat.* jubentur puniri aſtrologi eodem modo, quo Negromantici, & alii homines magicis artibus addicti. In jure canonico etiam prohibetur in *c. illos 26. q. 2.* ibi: *Planetarios, quos Mathematicos vocant Chriſtiana, & vera pietas repellit, & damnat*, & deſumitur hæc ſententia ex D. Auguſtino *lib. 4. confeſſ. c. 3.* Rurſus in Concilio Toletano *1. c. ult.* dicitur: *Si quis Aſtrologia, vel matheſi credendum eſſe duxerit anathema ſit.* Plura de hac prohibitione habentur in *decreto c. 26. q. 3. & ſequent.*

8 Hinc SS. Patres hanc etiam damnant artem divinandi ex aſtris, Cyrillus *lib. 11. in Julian.* vocat has artes divinatorias *Errorum officinas, & mendaciorum fora.* & Auguſtinus *lib. 7. c. 6.* quæ ab Aſtrologis prænuntiantur vocat *fallaces divinationes, ac impia deliramenta*: & *lib. 4. c. 3.* ex eo probat, quia ſi vera eſſent, quæ ab Aſtrologis præſagiuntur, ſequeretur, Deum eſſe Authorem mali, & homines non eſſe malitiæ redarguendos, etenim ſi ex ſideribus poſſet quis divinare hominum eventus, qui à libero dependent arbitrio, & certò prænuntiare eum qui ſub Martis horoſcopo ad hujus lucis uſuram exoritur, fore neceſſariò homicidam, & eum, qui naſcitur ſub ſigno Mercurij evaſurum furem; homo non eſſet ullo crimine redarguendus, ſiquidem tota cauſa peccati refunderetur in ipſa ſidera ad id impellentia, ut argumentatur D. Auguſtinus *loc. cit.* inquiens: *Totam animi ſalubritatem interficere conantur hi, qui dicunt de cælo tibi eſt inevitabilis cauſa peccandi, & Venus hoc fecit, aut Saturnus, aut Mars, ſcilicet ut homo ſine culpa ſit caro, & ſanguis, & ſuperba putredo, culpandus autem ſit cæli, aut ſyderum Creator, & conditor: At hoc aſſerere, quàm impium ſit; nemo non videt.* Alii SS. Patres hanc eandem damnant artem, quam dicunt fuiſſe originem divinativæ ſuperſtitionis.

9 Ut igitur cognoſcatur, quæ prædictio ex aſtris licita ſit, vel illicita conſiderandi ſunt effectus, qui ex aſtris prædicuntur: ſiquidem poſſunt eſſe naturales ac neceſſarii ſaltem phyſicè, ſeu ut plurimùm, vel frequentiùs: vel poſſunt eſſe merè contingentes etiam ex vi cauſarum naturalium vel poſſunt eſſe liberi, ſeu contingentes ex interventu alicujus cauſæ liberæ, à qua effectus immediatè, vel mediatè dependet. Præterea poſſunt hi effectus prædici tantùm in univerſali, vel in particulari, & in hoc poteſt eſſe inſignis varietas juxta majorem, vel minorem determinationem circumſtantiarum prædictorum effectuum: interdum

Digitized by Google

terdum enim poteſt eſſe adeò generalis prædictio, ut abſtrahatur à certis perſonis, & locis: nonnunquam poſſunt deſignari loca, & non perſonæ: aliquando è converſo prædici poteſt effectus de perſona in particulari, non verò pro determinato loco, & tempore. In his enim omnibus modis tanta poteſt eſſe abſtractio, & univerſalitas, ut effectus ratione illius non ſit contingens, ſed naturalis, & neceſſarius: ſi enim Aſtrologus in genere prædiceret, Petrum eſſe moriturum, non effectum contingentem, ſed neceſſarium prædiceret, quia neceſſe eſt, omnes homines eſſe morituros. Quamobrem ut prædictio ſit accommodata materiæ, de qua agimus, debet determinata eſſe de aliquibus circumſtantiis in particulari, quæ reverà efficiant effectum contingentem ſimpliciter, ſeu liberum, & omninò caſualem.

10 Cæterùm non eſt per ſe malum, nec prohibitum conjectare ex aſtris effectus naturales per ſe provenientes ex influentiis cœleſtibus, ex ortu, & occaſu, & concurſu planetarum, aliorúmque aſtrorum, & eorum àſpectibus, ſi effectus, qui prænuntiantur neceſſariam habeant connexionem cum aſtris, & eorum motibus, ex quibus deducuntur, ut ſunt eclipſes ſolis, & lunæ: neque id prohibuit Sixtus V. in ſuo motu proprio 21. cui initium eſt *Cœli, & terræ Creator Deus* contra judiciariam aſtrologiam, quia Pontifex ibi tantùm damnat artes inventas ad prænoſcendos futuros, & fortuitos eventus, non verò ad prænoſcendos neceſſarios, qui excipiuntur verbis illis *Exceptis duntaxat futuris eventibus ex naturalibus cauſis neceſſariò vel frequenter provenientibus, quæ ad divinationem non pertinent.* Divinatio enim, quæ ſumitur in malam partem ac proptereà prohibetur, tantùm eſt de futuris contingentibus per ſe occultis, & non habentibus neceſſariam connexionem cum aſtris, ex quibus deducuntur.

11 Rurſus idem Pontifex ferendo legem contra judiciarios addit *præterquam circa agriculturam, navigationem, & rem medicam*, quia hæ artes nituntur obſervationibus horum effectuum futurorum, ac naturalium, cujuſmodi ſunt æſtus, frigus, ſerenitas, tempeſtas: quia hi effectus per ſe non ſunt occulti, ſed verè poſſunt judicari per ſuas cauſas, quæ ſunt cœli, & aſtra: proinde non eſt per ſe malum hos effectus per tales cauſas inveſtigare.

12 Poteſt tamen in hoc genere peccari, ſi nimis abſolutè, & aſſeveranter aliquid prænuntietur, quia tunc aſſertio eſt temeraria, & imprudens: non tamen tunc peccatum per ſe loquendo pertinet ad ſuperſtitionem, quia nullum pactum implicitum tunc intervenit, ſed tantùm quædam levitas, & inconſideratio, qua nimia certitudine, ac firmitate fides adhibetur uni cauſæ, ejúſque indicationi ſine conſideratione impedimentorum, quæ poſſunt occurrere & fruſtrare indicationem talis cauſæ, ne ſuum ſortiatur effectum. Unde tale peccatum eſt potiùs contra ſinceram veritatem, eò quia ſit quoddam genus mendacii affirmare, ut certum, quod poteſt eſſe incertum, ut ſi quis futurum ſub conditione, niſi impediatur aſſereret abſolutè eſſe futurum, tunc enim mendacium eſſet: ſi tamen nulli eſſet nocumento, non excederet culpam venialem ſiſtendo in ſimplici prædictione futuri.

13 Sin verò effectus, qui prædicuntur ſint dependentes à libera hominum voluntate, non poſſunt ex aſtris conjectari, quia divinare actiones humanas liberas ex aſtris, perinde eſt, ac ſupponere eas ab aſtris dependere, quod eſt gravis error contra fidem: ſiquidem inducit fatum, & conſequenter tollit liberum arbitrium, Deúmque facit Authorem peccatorum, ut eleganter notat Origenes apud Euſebium de *præparat. evangel. lib. 6. c. 8. & 9.* Tum quia vel prædictio humanarum actionum, aliorúmque futurorum contingentium liberorum fundatur in conſtellationibus, & aſtris tanquam in cauſis, & hoc pacto fundatur in hæreſi, proinde non ſolùm eſt ſuperſtitioſa, ſed etiam continet virtualiter confeſſionem hæreſis: vel fundatur in aſtris, aut in puris ſignis, & ſic continet diabolicam ſuperſtitionem, perinde ac alia auguria, & divinationes: & quia reverà in altero ex duobus prærecenſitis debet fundari, ideò continet graviſſimam culpam.

14 Quòd verò debeat in altero eorum fundari ex eo oſtenditur; quia ut illa prædictio poſſit eſſe certa, neceſſè eſt, ut futura, quæ prænuntiantur ex inevitabili neceſſitate ſequantur ex aſpectibus, vel motibus ſyderum: & hoc fuit, quod ſuppoſuerunt Ethnici cenſentes, omnia fato evenire, & quidem ex quadam inevitabili neceſſitate: hinc qui tali modo utitur hac arte procul dubio humanam tollit libertatem, ac voluntates humanas ex neceſſitate ſubjicit influxibus cœleſtibus: conſequenter vitia, & peccata non hominibus, ſed cœlo attribuit. Præterea docentes hunc errorem ſupponunt animos humanos, eorúmque facultates intellectum, & voluntatem materiales eſſe, cùm velint eas ſubjici neceſſitati, & influxui cauſarum corporalium, quæ omnia ſunt dogmata hæretica.

15 Neque dici poteſt, voluntates hominum non neceſſitari ab aſtris, ſed tantùm determinari ad unum. Nam contra eſt, quia ſtellæ naturaliter influunt, imò neceſſariò quantùm poſſunt: proinde ſi poſſent humanas voluntates ad unum determinare, hæc determinatio eſſet merè naturalis, phyſica, & neceſſaria, quæ præveniret uſum humanæ libertatis, & cùm non ſit in noſtra poteſtate, eam impedire; neque in poteſtate cœlorum eam ſuſpendere; atque talis determinatio inferret neceſſitatem, imò eſſet ipſa neceſſitas; cùm neceſſitari nil aliud ſit, quàm determinari ad unum per actionem neceſſariam, quæ non ſit in poteſtate illius, qui dicitur determinari: hinc infallibilitas effectus futuri proveniens ex tali determinatione everteret libertatem, & induceret ſimpliciter neceſſitatem, & quidem antecedentem, & merè naturalem, non verò conſequentem. Id etiam procedit de illis effectibus caſualibus, & purè contingentibus, qui tametſi à cauſa libera non dimanent; ex accidentario tamen concurſu, & impedimento cauſarum naturaliũ raro contingunt, quia hi effectus ut tales non habent certam cauſam in aſtris, ideóque ex illis eos deducere vitium eſt ſuperſtitioſæ divinationis.

Non

16 Non enim hujuſmodi caſuales effectus habent cauſam per ſe extra Deum, qui ſolus ſuæ infinita ſcientia, & providentia omnia comprehendit: & ipſum etiam concurſum, ſeu occurſum contrariarum cauſarum, aut intendit, aut ex certa ſcientia permittit: in cœlo autem non poteſt ex aſtris tale inferri, quod ſit cauſa illius concurſus cauſarum, à quibus proximè effectus caſualis, & contingens eventurus ſit: proinde hujuſmodi effectus caſuales non poſſunt ex aſtris certò prædici: hinc patet, aſtrologiam judiciariam prænuntiantem, ea quæ pendent ex libero hominum arbitrio eſſe ſuperſtitioſam, per ſe malam, & omni jure prohibitam, & hæreſim ſapere; quia tollit liberum arbitrium, reducitque effectus, & actiones liberas ad cauſas phyſicas, & naturales, & ad influxus aſtrorum, quod eſt de ſe malum, impium & hæreticum, quia inde ſequitur, hominū peccata non pendere ex eorundē libertate, ſed ex cœleſtibus influentiis, cauſiſque naturalibus, quo pacto furta, homicidia, adulteria, & alia id generis ſcelera & peccata non imputarentur hominibus, cùm naturaliter, & ex neceſſitate fierent. Præterea corpora cœleſtia non poſſunt in hominis intellectum, & voluntatem influere: ſiquidem corpus non poteſt influere niſi in res corporeas: & intellectus non eſt corpus, nec actus organi corporei, ut nec etiam voluntas, in qua formaliter radicatur libertas. Hinc cùm corpus non poſſit ſuum influxum imprimere niſi rebus corporeis, impoſſibile eſt corpora cœleſtia directè influere in intellectum, & voluntatem, alioquin hæ potentiæ non differrent à ſenſibus.

17 Non tamen eſt per ſe malum, & prohibitum ex aſtrorum conſtellatione obſervare pueri nativitatem, & ejus temperamentum conjectare, dummodo prædictio non extendatur ad caſus futuros fortuitos: neque ad ea, quæ à libera hominis voluntate dependent, ſed ſiſtat in ſolis naturalibus effectibus: ratio ex eo petitur, quia temperamentum humani corporis procedit à cauſis naturalibus, quæ propterea vim habent in illud: & vero ſimile eſt, cœleſtes influentias vim etiam habere in humani corporis temperamentum, unde ex aſtris prænuntiare futurum pueri temperamentum non eſt per ſe malum, cum non includit pactum ullum implicitum cum dæmone; nec fundetur in aſtris, ut in puris ſignis, ſed ut in cauſis naturalibus. Non tamen hæc temperamenti inveſtigatio ex aſtris ſpectato puncto nativitatis habet certitudinem, quia id non ſolum pendet ex aſtris, ſed etiam ex pluribus aliis cauſis & poteſt etiam multipliciter impediri, ut ſuperiùs oſtendimus.

18 Tum quia qualitates rei gignendæ potiori jure dependent ex diſpoſitione materiæ, ex qua generanda eſt, & ex efficacia proximæ virtutis activæ, quàm ex influentia cœlorum, proinde ex ſolo aſtrorum aſpectu, qui in puncto conceptionis, vel animationis, vel nativitatis occurrit, non poteſt colligi futura complexio, & temperamentum prolis genitæ.

19 Idque explicari etiam poteſt exemplo, quia ſi duo excultæ telluris tractus ſint diverſæ qualitatis, & diſpoſitionis, ſimúlque in iiſdem eodem prorſus tempore triticum ſeminetur ejuſdem qualitatis, vel etiam diverſæ ſicut eodem tempore utrumque triticum germinare incipiat, feraciùs tamen, ac feliciùs in terra melioris conditionis, in qua ſeges uberior, & meſſis locupletior erit: quinimò ſi ultra meliorem excultæ telluris, & occati ſeminis qualitatem, melior etiam acceſſerit cultura, magis etiam creſcet tritici perfectio, tametſi aſtrorum influentia ſit utrinque æqualis: ita videtur in hominum generationibus contingere; tametſi duo fœtus ſub iiſdem concipiantur aſtris, ſi tamen alteriùs mater vegetioris ſit complexionis, melioremque materiam formandæ conceptioni idoneam ſuppeditet, meliorem fœtui confert complexionem. Quòd ſi acceſſerit paterna virtus fortior, & calidior, multùm etiam hæc juvabit ad meliùs, ac robuſtius filii temperamentum, quod etiam plurimùm juvari poteſt ex aëris ſalubritate, temperantia climatis, ſubſtantia alimentorum, & qualitate exercitiorum matris geſtantis uterum, & nihilominus hæc non conſiderantur ab Aſtrologis, quorum propterea judicium valdè infirmum, & incertum eſt in ordine ad conjectandum ex aſtris futurum fœtûs temperamentum.

Imò non ſolùm Aſtrologi ex errantium ſyderum aſpectu non poſſunt conjectare actiones dependentes ex libero hominum arbitrio, ut certò futuras, ſed nec etiam ut futuras probabiliter. 20
Tum quia illud dicitur probabile quod probabili ratione fulcitur; nec habet contra ſe rationem convincentem, quæ ſolvi non poſſit: atqui prædictio actionum dependentium ex hominum voluntate ſub probabilitatis ſpecie tantùm fundatur in regulis judiciariæ aſtrologiæ, quæ ex ſolis aſtris difficillimè, & nonniſi valdè imperfectè cognoſcuntur; nec certa, & firma ratione fulciuntur: proinde hujuſmodi actiones non poſſunt ab Aſtrologis, ut probabiles conjectari ex ſolis aſtris: hinc tametſi quis non plus interiùs intendat, quàm verbis proferat, & declaret, ſi dicat, ſe conjectare ex aſtris tantùm probabiliter humanas actiones, ſuperſtitioſè agit, & in culpam gravem incidit ſuperſtitioſæ divinationis, cum ex ſolis aſtris non poſſit cognitio comparari talium futurorum, vel aliorum effectuum occultorum, ita probabilis, ut ad definitum judicium ferendum ſufficiat: quia ſola aſtra ſunt remotiſſimæ cauſæ, quæ etiam majori ex parte ſunt hominibus ignotæ, cùm plures earum omninò ignorentur, & paucæ quæ cognoſcuntur nonniſi imperfectiſſimè cognoſcantur quoad earundem virtutem, & influentiam. Tum quia jubemur à Jerem. Non metuere à ſignis aſtrorum: *à ſignis cæli nolite metuere*: atqui non irrationabiliter cœli ſigna timarentur, ſi judicium probabile conferre poſſent.

Neq; poſſunt Aſtrologi ex aſtris abſque lethali culpa conjectare res præteritas, vel præſentes, quia talis inquiſitio pactum implicitum cum dæmone involvit: ſiquidem ſupponit aliquam artem divinandi à dæmone traditam: vel eò tendit, ut dæmon, quod patitur oſtendat: cùm enim homines ex aſtris, non poſſint res occultas cognoſcere, ſi excedant humanum modum eas 21

cognoſcendi, ſi eas inveſtigent per aſtrorum judicia procol dubio graviter peccant, quia eum eas non petaot à Deo, & aſtra non habeant hanc vim manifeſtandi theſauros abſconditos, furta occulta, homicidia patrata, adulteria multiplicata, & alia id genus; proeul dubio implicitè ſaltem petunt à dœmone hanc ſibi communicari ootitiam, ut liquet ex *c. 1. de ſortileg.* ubi generalitar prohibetur inquirere de furtis per divinationem. *c. Ex tuarum eod. tit.* ubi dicitur, quòd ſacerdos quidam cum quodam infami ad privatum locum acceſſiſſet, ut per inſpectionem aſtrolabii furtum poſſet Eeeleſiæ recuperara; quamvis ſine pacto expreſſo eum dœmone; ſed ax zelo, & ſimplicitate id feciſſet: nihilominùs redarguitur graviſſimi peccati; ex quo inferunt communiter Canoniſtæ, eſſe peccatum grave inquirere res ptæteritas, vel præſentes oecultas per aſtra.

22 Nequa obſtat, ſi dieas, Aſtrologos vera prædieere, & ex aſtris ea divinare, quæ petuntur. Nam reſpondetor eum D. Auguſtino *de civit. Dei. c. 3. & lib. 2. de Geneſ. ad litteram c. 17.* & refertor in *c. ſciendum 26. q. 4.* id contingere, quia dœmon ſatagit, ut quod prædictum fuit eveniat ad artis ſuæ commendationem, & ut homines inde facilliùs alliciantur ad ſimilia ab ipſo petenda: hinc eavendi val maximè ſunt illi Aſtrologi, qui ſæpè vera prænuntiant, qoia id argumento eſt, eos comercium, & ſocietatem cum dœmone inire. Præterea ut notat idem Auguſtinus *lib. confeſſ. c. 6.* caſualiter interdum contingit, ut eventus prædictioni reſpondeat. Præterea ideò Aſtrologi nonounqoam vera prædicunt, quia mens hominis, cui aliquod bonum prænuntiatur excitatur ad ea omnia media adhibenda, ut bonum illud aſſequi valaat, ſibi perſuadens, id beneficio aſtrorum poſſe ſibi obtingere: ſicut è contra is, cui mala prædicuntur cadit animo, & velut in deſperationem dejicitur exiſtimans Numeo ſibi adverſum eſſe: & hæe eſt ſecunda ratio ex Auguſtino *loc. cit.* cur utrique quod prædicitur obtingat. Tertiò quia perſæpè, qui cæteris ſunt ingenii ſagaciores res occultas, vel futuras prævident ex variis, quæ tune oceurrunt, circumſtantiis, præſertim cum ſæpè dœmon ſuggerat ſibi nota, ut faciliùs homines ad ſe alliciat ad pactum cum ipſo ineundum. Demum notat idem Auguſtinus Aſtrologos frequentiùs falſa, quàm vera prædicere, quamvis hæc rarò obſerventur: hinc Cicero *lib. 2. de divinat.* loquendo de hiſca falſis Aſtrologorum prædictionibus ait: *promiſerunt Aſtrologi Pompejo, Craſſo, & Cæſari lætiſſima quæque, & nonniſi jam ſenes domi cum ſumma gloria morituros: at quiſque eorum infeliciter, & immaturè periit.* Cæterùm nec conjecturaliter poſſont prædicere ex aſtris, quæ ex libero pendent hominis arbitrio, quia ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 95. *art.* 5. corpora cœleſtia, licèt non poſſint eſſe per ſe cauſa operationum liberi arbitrii, nihilominus poſſunt ad id indirectè diſpoſitivè inclinare, quatenus imprimunt in corpus humanum ſuas virtutes, ſed nulla neceſſitas ax hoc imponitur libero arbitrio, poteſt enim homo gaudens libero arbitrio propriis reluctari inclinationibus.

Quòd ſi quæratur, cur Aſtrologi poſſint abſque mortali culpa prænuntiare futura conjecturaliter, & non probabiliter. Reſpondetur diſcrimen ex eo oriri, quia probabile dicitur, quod rationi innititur alicujus momenti, adeò ut pro oppoſita parte, nihil ſit, quod convincat; ſecus conjectura eſt cognitio imperfecta, quæ nonniſi levi innititur fundamento, ut docet D. Thomas *1. 2. q. 112. art. 5.* quo fit, ut res futuræ dependentes ex libero arbitrio, non poſſint ut probabiles prædici, quia hæc prædictio non poteſt niti ulla ratione, quæ ſit gravis momenti, proinde hujuſmodi prædictio, ut probabilis eſt prohibita, quia gravi debaret fundamento niti, quod ex aſtris non eruitur: prædictio autem conjecturalis, ideò non prohibetur, quia levi nititur fundamento, quod poteſt deſumi ex aſtris. Quinimò Aſtrologi judiciarii, qui res occultas, vel dependentes à voluntate hominum, ut certas, vel probabiles futuras eſſe prænuntiant, puniri poſſunt à Judicibus Eccleſiaſticis in tribunali ſancti officii, ut ſtatuitur in Bulla Sixti V. cui initium *Cœli & terræ creator* ibi: loquens Pontifex de Aſtrologis, aliiſque divinatoribus ait: *Tam Epiſcopi, & Prælati ſuperiores, & alii locorum Ordinarii, quàm Inquiſitores hæreticæ pravitatis ubique gentium deputati diligentiùs inquirant, & procedant; atque in eos ſeveriùs canonicis pœnis, & aliis eorum arbitrio animadvertant.* Ratio etiam ex eo petitur, quia aſſerere humanas actiones dependere ab aſtris eſt gravis error in fide, quia tollit liberum arbitrium, ſubditque voluntates noſtras ex neceſſitata aſtrorum influxibus, proinda vitia, & delicta omnia, non homini, ſed aſtris, eorúmque Authori tribuerentur, quod eſt hæreticum. 23

Rurſus Sixtus V. in præfato ſuo motu proprio, cui initium eſt *Cœli, & terræ Creator*, non ſolùm Aſtrologos, & Divinatores, ſed etiam legentes, & retinentes libros de ſimilibus materiis vult gravioribus pœnis puniendos eſſe, ait enim. *Prohibentes omnes, & ſingulos libros, opera, & tractatus hujuſmodi judiciariæ aſtrologiæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Pyromantiæ, Honomantiæ, Chyromantiæ, Negromantiæ, artis magicæ, aut in quibus ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, execrabiles incantationes, & ſuperſtitiones continentur, aut ut ſupra in memorato indice interdictos ſub cenſuris, & pœnis in eo contentis à quibuſcunque Chriſti fidelibus legi, aut quomodolibet retineri: ſed illos Epiſcopis, & Ordinariis locorum, vel Inquiſitoribus prædictis præſentari, & conſignari debere. Et nihilominus eadem authoritate ſtatuimus, & mandamus ut contra ſcienter legentes, aut retinentes libros, & ſcripta hujuſmodi, ſeu in quibus talia continentur, ſimiliter iidem Inquiſitores liberè, & licitè procedant, ac procedere, & pœnis condignis punire & coercere poſſint.* 24

In hoc autam motu proprio Sixti V. non ſolùm comprehenduntor, qui pluries aſtrologiam exereuerunt, ſed etiam, qui tantùm ſemel ex aſtris futura contingentia divinârunt, quia licèt Pontifex in ſuo motu proprio loquatur in plurali 25

plurali *Judiciariæ Aſtrologiæ artem exercentes*; quæ verba eos videntur ſignificare, qui pluries per iteratos actus artem exercuerunt aſtrologiæ: nihilominus eos etiam motus proprius Sixti V. comprehendit, qui nonniſi ſemel hanc divinatoriam artem exercuerunt: quia licèt in jure illi dicantur aliquid exercere, qui frequenter illud agunt, non verò qui tantùm ſemel, vel iterum: ſicut non dicitur Mercator, qui ſemel tantùm, vel iterum mercaturam exercuit, ſed qui pluries pro mercatore habitus fuit, ut docet Panormitanus in *c.1. n.24. de judic.* & Genuenſis in *prax. Archiepiſ. c.18. n.15.* nihilominus qui ſemel tantùm artem exercuit aſtrologiæ, & futura contingentia prædixit, ſubditur Inquiſitorum juriſdictioni, & incurrit pœnas injunctas in motu proprio Sixti V. quia ibi non ſolùm nominantur exercentes, ſed etiam facientes ibi: *Impoſterum exercentes, & facientes juditia, & nativitates hominum* ex quibus verbis ſatis clarè liquet, motum proprium Sixti V. non ſolùm comprehendere *Exercentes*, qui pluries hanc artem exercuerunt, ſed etiam facientes, & quomodolibet ſe intromittentes: ſubdit enim Pontifex in ſuo motu proprio: *Qui re hujusmodi illicitas divinationes, ſortilegia, ſuperſtitiones &c. faciunt, aut in eis ſe quomodolibet intromittunt*: dicitur autem quis ſe intromittere, tamerſi nonniſi ſemel aliquid agat, unde etiam qui ſemel tantùm aſtrologiam exercuerunt pœnas incurrunt expreſſas in motu proprio Sixti V. ut docet Bordonus *tom. 1. c.21. q. 6. n.8.* Imò per illa verba *ſe quomodolibet intromittunt*, comprehenduntur etiam conſulentes, mandantes, conſentientes, auxiliantes, docentes, addiſcentes, inſtruentes, & quomodolibet cooperantes in hujusmodi illicitas divinationes, hi enim omnes comprehenduntur in motu proprio Sixti V. & ſubjiciuntur juriſdictioni inquiſitionis ſancti officii. Et quamvis non deſint, qui cenſeant, hunc motum proprium Sixti V. non obligare niſi in foro externo, eò quia ſummus Pontifex utatur verbis illis, *inquirant, poſtulent, & in eos ſeveriùs canonicis pœnis animadvertant* ex quibus inferunt, quòd Aſtrologi adhuc ſint canonicis pœnis puniendi; tamerſi expreſſe dicant ſe non affirmare id tanquam certum, proinde hanc Bullam obligare tantùm in foro externo non in foro conſcientiæ, & interno. Tum quia leges pœnales ſunt potiùs reſtringendæ, quam ampliandæ.

26 Nihilominus probabiliùs docent alii cum Farinacio de *heres. q.181. §.1. n.59.* motum proprium Sixti V. obligare non ſolum in foro externo, ſed etiam in interno; quamvis Aſtrologi aſſerant à ſe non affirmari pro certo quod ex aſtris prænuntiant, quia ſummus Pontifex uſus fuit verbis præceptivis ſcilicet: *Apoſtolica authoritate ſtatuimus, & mandamus.* Tum quia vocat hujusmodi divinationes *deteſtanda ſcelera*, & declarat, inventas fuiſſe à Diabolo ad fidelium deceptionem, & ad perniciem reipublicæ, ac eſſe pluribus ſuperſtitionis periculis obnoxias; ex quibus deducitur, Pontificem eas prohibere non ſolùm in foro externo, ſeu ſub pœnis fori externi, ſed etiam in foro interno, ſeu ſub pœna culpæ lethalis.

27 Neque ullum faceſſit negotium, quod aliqui dicunt, hanc Sixti V. conſtitutionem, vel non eſſe uſu receptam, vel ob contrariam conſuetudinem fuiſſe abrogatam. Quia Urbanus VIII. eandem renovavit, approbavit, & confirmavit in ſua Bulla quæ incipit *Inſcrutabilis* edita anno 1631. *ibi §. 2. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conſtitutionem per præfatum Sixtum prædeceſſorem noſtrum deſuper, ut præfertur editam, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium perpetuò approbamus, confirmamus, & innovamus*: hinc Divinatores ex aſtris non excuſantur à culpa gravi, quamvis proteſtentur ſe pro certo non aſſerere, quod prænuntiant, quia id malitiosè dicunt ad occultandam eorum ſuperſtitioſam divinationem, cum ſoleant Aſtrologi abſolutis verbis futura in particulari prænuntiare, ut talem futurum eſſe Prælatum, Cardinalem, Pontificem: undequòd poſtea ſubjungant, ſe id pro certo non affirmare, eſt tantùm velle ſuperſtioſam divinationem occultare: alioquin ſi hæc proteſtatio illis prodeſſet, nullus eſſet, qui ſuperſtitioſæ divinationis poſſet convinci, quia ſemper haberent ſubterfugium, ſe non dicere, quod prænuntiant ex aſtris eſſe infallibiliter, & certè eventurum.

28 Rurſus Urbanus VIII in ſua Bulla, cui initium eſt *Inſcrutabilis* prohibet etiam omnes prædictiones de ſtatu Chriſtianæ Reipublicæ, vel Sedis Apoſtolicæ, vel de vita, & morte Romani Pontificis, ejúsque conſanguineorum usque ad tertium gradum incluſivè ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ac ultimi ſupplicii, & confiſcatione omnium bonorum: quas pœnas etiam incurrunt conſulentes fieri hujusmodi divinationes, eas petentes, recipientes, vel retinentes, & aliis oſtendentes: ut etiam ex parte Aſtrologi prohibetur conſtructio, ſeu compoſitio prognoſtici, ut etiam ejus retentio, ejus communicatio alteri, ut etiam oſtenſio; & tractatio de eadem prædictione, ſive verbo, ſive ſcripto, etiam per modum improbationis; & tametſi Aſtrologus proteſtetur, ſe pro certo non affirmare, quod prænuntiat; hæc enim omnia habentur in dicta Bulla Urbani VIII. quòd verò ad ſtatum pertinet Chriſtianæ Reipublicæ, prohibetur etiam prædictio revolutionis, deſtructionis, depreſſionis, vel Sedis Apoſtolicæ mutationis, aut incurſionis inimicorum contra illam, vel depreſſionis; aut belli, vel futuri conſilii.

29 Quoad vitam, & mortem Romani Pontificis etiam prohibetur prædictio omnium ſpectantium, ad ejus perſonam, præſcindendo à ratione Pontificatûs; ne quis poſſet ſe excuſare, ſi diceret, ſe divinâſſe tantùm de tali perſona privata, non verò ut eſt Pontifex, quod perinde eſſet ac Bullam eludere. Rurſus Bulla Urbani VIII. non ſolùm comprehendit Eccleſiaſticos Divinatores, ſed etiam ſæculares, cujuscunque ſint conditionis, ſive mares, ſive fœminæ, ſive nobiles, ſive plebei, ut liquet ex verbis §. 1. ibi *Inſuper omnibus, & quibuscunque laicis cujuscunque ſexus, conditionis, ſtatus, gradus, quali-*

tatis, & dignitatis, etiam ducalis exiſtentibus : & delinquentes puniuntur per Judices Eccleſiaſticos, & etiam per inquiſitores hæreticæ pravitatis, ut habetur in eadem Bulla §. 3.

30 Non ſolùm ex aſtris ſolet divinatio erui, ſed etiam ex aliis ſignis, ut ex motu, volatu, garritu, vocibus avium, & animalium : licèt enim hujusmodi ſigna non ſint cauſæ eventuum futurorum, ſunt tamen ſigna inſtituta, & directa ab eadem cauſa, à qua eventus illi, vel efficienter proveniunt, vel ſaltem ot res futuræ prævidentur. Poſſunt autem hujusmodi ſigna provenire, vel à ſola cauſa naturali, vel ex peculiari divina directione : vel demum ex procuratione dœmonis. Quando proveniunt à cauſa naturali non eſt prohibitum ex hujusmodi ſignis prædicere omnes eventus, qui per illa, ut provenientia à cauſa naturali, poſſunt ſignificari, quatenus tales eventus ſequi ſolent ab eadem naturali cauſa : quo pacto ex volatu avium, cantu eatundem prædici ſolent tempeſtates in mare, venti in aëre, pluviæ in terris, quia mutatio aëris facilè corpuſcula afficit avium, & quia phantaſia occulta naturæ conſenſione hanc ſtatim percipit affectionem, vel per modum convenientis, vel diſconvenientia, id exteriùs volatu, vel voce ſignificat.

31 Huc etiam pertinent Medicorum conjecturæ circa temperamentum, inclinationes, ingenium, valetudinem, vitæ brevitatem, vel diuturnitatem, & aliaid genus, quæ ex habitu corporis, ex conſormatione vultùs, & figura membrorum, ex colore, aliiſque ſimilibus conjectare ſolent : imò pertinent etiam huc prædictiones de morbis, morte, valetudine, criſi, ex arteriæ pulſu, colore, ſudore, aliiſque excretionibus, ſuppreſſionibus, motibus, conturbationibus, aliiſque ſignis, quæ refert Gallenus *opuſcul. de criſibus*. Sin verò certum, vel probabile ſit, aliquot ſigna provenire à Deo, vel dirigi ſingulari ejus providentiâ ad aliquid præſciendum, tunc neque illicitum eſt, aliquam prædictionem ex illis haurire de eventibus liberis, etenim *Geneſ. 8.* Columba ad arcam redux cum rámo virentis olivæ ſignum erat, placatum eſſe Deum, & cataclyſmum ceſſâſſe. *Geneſ. 9.* Iris diſcolor in ſinu roridæ nubis, ſplendens ſignum fuit mundi non ampliùs per aquas delendi. *Judic. 7.* Narratio ſomnii de pane ſubcineritio erat ſignum Gedeoni hoſtium cædendorum. 1. *Regum. 14.* verba illa Philiſtinorum *Aſcendite ad nos*, erant ſignum Jonatæ, ipſos fore cædendos, quia Deus hæc ita dirigebat, ut talia ſignificarent : & occulta inſpiratione iis ſignificabat, qui inde omen caperent.

32 Quòd ſi non videatur probabile, hujusmodi ſigna dirigi à Dei providentia ad certum liberum eventum præſignandum, tunc divinare ex iiſdem ſignis ſuperſtitioſum eſt, ut ex numero avium, vel aliorum animalium ; ex lineamentis manuum, vel frontis, vel alterius partis humani corporis. Ratio ex eo deſumitur, quia hujusmodi ſigna non habent naturalem connexionem cum futuris eventibus, nec naturali modo illos ſignificant cum non ſint eorum cauſæ, nec eorundem effectus ; nec unà cum illis ab una eadémque cauſa communi ſeconda dependeant. Hinc plerumque hujusmodi ſigna ſunt fallacia ; proinde ſi aliquando ſignificant futuros eventus, id provenit ex directione, & inſtitutione dœmonis, ut notat D. Auguſtinus *lib. 2. de doct. Chriſt. c. 24.* ubi loquens de Augurum ritu ait : *Qui antequam obſervent, & poſtea quam obſervata ſigna tenuerint, id agunt, ne videant volatus, vel audiant voces avium.* Idque ſanè argumento eſt, nihil Augures valere, niſi ex pacto cum Dœmone inito expreſsè, vel tacitè ; adeò ut ita divinantes ſe ſubjiciant dæmoniacæ diſciplinæ, & utantur regulis à dœmone traditis, tacitúmque cum ipſo commercium inſtituant. Tum quia tribuunt dœmoni prænotionem futurorum liberorum, quæ ſoli Deo eſt propria, & tacitè invocant dœmonem, ut quod prænuntiatum eſt, procuret, ac ſatagat, ut contingat, ne ars fallere videatur; quo fit, ut nonnunquam quæ prædicuntur, eveniant.

Solent tamen in contrarium objici aliqoot 33
ſcripturæ textus, præſertim Job. 37. *qui in manu omnium hominum ſignat, ut ſinguli noverint opera ſua* hoc enim textu approbatur, & commendatur chiromantia. Secundò *Geneſ. 44.* ubi Joſeph ait fratribus ſuis : *An ignoratis quod non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia ?* unde Joſeph fuit Augur, vel taltem talis voluit videri, quòd non eguiſſet, ſi id malum fuiſſet. Verùm ad primum textum ex Job reſpondetur, verba illa *Qui in manu omnium hominum ſignat.* accommodatiùs intelligi, quòd per tempeſtates, nives, imbres, manus omnium hominum claudat, ſeu reddat otioſas, quatenus quando ningit, pluviæ cadunt, tempeſtates excitantur, Ruſtici ceſſant ab operibus agriculturæ. *Signare in manu* more hebræo idem eſt ac claudere manum, ſeu ceſſare à laboribus, hinc ſubduntur alia verba. ut *ſinguli ſciant opera ſua*, ſeu ut ſinguli ſibi proſpiciant, quid quovis tempore debeant agere. D. Thomas explicat textum Job, eò quia Deus imprimat varias inclinationes ad varia opera in potentia operativa, vel in phantaſia cujusque, ut ſinguli cognoſcant, quid ſibi congruat, qua ratione experimur, hos Matheſis ſtudia cupere, alios muſicâ delectari, poëſi alios, aliquos ad unam. & alios ad aliam artem mechanicam inclinari. Ad ſecundum deſumptum ex *Geneſ. 44.* reſpondet D. Thomas, id à Joſepho per jocum fuiſſe fratribus ſuis dictum, & D. Auguſtinus *qq. in Geneſ. c. 145.* etiam cenſet, 34
Joſephum fuiſſe locutum ex vulgi opinione, quâ ſummus Augur habebatur. Accommodatiùs tamen poſſet reſponderi, hoc verbum augurandi eſſe generale, ac extendi ad omnem divinationem etiam ex ſignis à Deo directis : & Joſephum non voluiſſe videri Augurem, ut cæteri in Ægypto, ſed longè excellentiorem, eò quia divino ſpiritu futura prædiceret, & occulta divinaret : & ut talem Augurem eum Ægyptii habuerunt.

§. VII.

De divinatione per ſomnia, & omen, & quomodo ſit ſuperſtitioſa.

1 SOmnium eſt illa imaginaria viſio, ſeu apprehenſio, quæ cùm quis dormit, fit in ſenſu interiori, tempore ſcilicet, quo ſenſus exteriores ſunt ſopiti, ut docet Ariſtoteles *lib. de ſomniis:* & ſolet variis nominibus vocari ſomnium, inſomnium, phantaſma, & interdum etiam oraculum, quas voces accuratè diſtinguit, & explicat Author *lib de ſpirit. & anima c. 25.* inter opera D. Auguſtini *tom. 3.* revera tamen idem ſignificant, præter nomen hoc *oraculum*, quod ſolet applicari ad inſomnia divina, imò etiam ad prophetiam divinam factam extra ſomnum, & quando ſenſus exteriores non ſunt ſopiti. Poſſunt ſomnia ex quinque cauſis procedere. Primò ex ſingulari Dei providentia. Secundò ex conſtitutione cœli, vel aëris. Tertiò ex affectione humani corporis. Quartò ex præviis cogitationibus. Quintò ex procuratione Dœmonis.

2 Ex iis cauſis ſi conſtet, vel probabile ſit, ſomnium ex peculiari Dei providentia fuiſſe immiſſum, tunc licitum eſt homini ex eo capere futurorum prænotionem, quia Deus ſomnia tunc non immittit, niſi ad aliquid ſignificandum, & monet, vel inſtruit: quod poteſt dupliciter contingere. Primò apprehenſione verborum, quando Deus per Angelum facit, ut ſenſus communis, vel phantaſia concipiat per modum auditûs, & veluti alio loquente certa verba, quibus quid fieri debeat ſignificetur, ſimúlque per internam illuſtrationem mentem certificet, & edoceat non ſubeſſe fraudem. Hujus generis fuerunt ſomnia Sancti Joſeph de virgine non deſerenda, de fuga in Ægyptum, de reditu ex Ægypto *Matth. 1. & 2.* Somnium Magorum, ut non reverterentur ad Herodem, quæ ſomnia ut diximus dicuntur oracula.

3 Secundò poteſt fieri apprehenſione aliquarum rerum, quæ vel ſimiles ſint rebus eventuris, vel aliquam cum ipſis præſeferant analogiam, & hoc ſomnium dicitur etiam viſio, & tale fuit ſomnium Jacob *Genes. 31.* de ovibus, ubi etiam prior modus admiſcetur, cum Angelus fuerit illi in ſomno locutus. Tale fuit etiam ſomnium Theodoſii, quando privatus vidit per quietem ſibi coronam Imperii imponi ab Epiſcopo Meletio, cum nec de imperio cogitâſſet, nec Epiſcopum illum noviſſet, ut refert Theodoretus *lib. 5. hiſt. c. 6.*

4 Quia verò hujuſmodi ſomnia poſſunt per excitationes ſpecierum immitti à Dœmone, ideo tradi ſolet regula, quâ diſcernatur, quando ſomnia à Dœmone excitantur: ſi enim homo per ſomnium impellatur ad deſerendum ſæculum, & ad onus ſubeundum religioſæ vitæ, ad timorem inferni, ad dolorem peccatorum, ad opus bonum aliquod exercendum; tunc hujuſmodi ſomnia cenſentur eſſe à Deo, præſertim ſi inde remaneat illuſtratio animi, conſolatio ſancta, & promptitudo ad Dei obſequium, ut etiam ſi poſt ſomnium ſequatur conſolatio animæ, hinc Beata Monica referente D. Auguſtino *lib. 6. confeſſ. c. 13.* ajebat, *ſe diſcernere intimo quodam ſapore, quem verbis explicare non poterat, quid intereſſet inter revelantem te, & animam ſuam ſomniantem*, ſi ſemel ſomnia ſint ſupernaturalia ſapiunt aliquid divinum, & ſupernaturale, adeo ut ſi homo diligenter conſideret, poſſit facilè advertere à Deo id provenire. Quòd ſi res ſit dubia, & obſcura, tunc adhibenda ſunt conſilia virorum prudentum, ne fraude Dœmonis, quod pluribus accidit, circumveniamur. 5

Sin verò probabile non ſit, ſomnium eſſe à Deo, tunc non eſt licitum ex eo prænuntiare eventus futuros liberos, quia cùm ſomnia ex ſe non poſſint naturâ ſuâ hos futuros eventus liberos præſignare, eò quia non habeant naturalem connexionem cum ipſis; nec etiam ut proveniunt à cauſis naturalibus, ſequitur, id ex malignorum ſpirituum directione contingere; proinde quando non eſt probabile, eſſe à Deo, ſi quis ex ſomniis aliqua futura libera prænuntiet, ſubjicit ſe diſciplinæ Dæmonis, cui tribuit futurorum prænotionem: & quamvis qui talia futura prænuntiat, profiteatur ſe nolle aſſentiri pacto ulli cum Dœmone, adhuc tamen ipſo facto, & interpretativè aſſentitur pacto cum dœmone, quia poſitis hiſce circumſtantiis talis divinatio nullam habet ſpeciem aſſequendi veritatem, niſi prout nectitur cùm pacto tacitè inito cum dœmone, proinde ex genere ſuo ſemper eſt quid mortiferum: & in hoc ſenſu dicitur *Levit. 21. Non augurabimini, nec obſervabitis ſomnia:* nimirum quia ſunt plena fallaciis, & obnoxia pluribus periculis, ut notat D. Gregorius *lib. 4. Dialog. c 49.* ubi refert de quodam, qui dum ſomnia vehementer attenderet ei per ſomnium longa vitæ ſpatia promiſſa ſunt, cùmque multas pecunias pro longioris vitæ ſuſtentatione, & commodo collegiſſet: ita repentè defunctus eſt, ut intactas omnes relinqueret, & ipſe ſecum nihil ex bono opere portaret.

Hinc qui ſine prudenti judicio facilè credit ſomnium eſſe à Deo, vel temerè eidem credit non excuſatur à culpa gravi, ſaltem ob periculum in quod ſe conjicit, ut decipiatur à Dœmone. Tum quia quantum eſt ex ſe vult illud credere, quamvis ſomnium ſit à dœmone: & tunc peccatum eſt gravius, ſi aliàs expertus fuit, ſe in ſimili caſu fuiſſe deceptum, & deprehendiſſe falſum inveniſſe tale ſomnium: quia ut notat D. Thomas *2. 2. q. 172. art. 5. ad 3.* Id eſt maximum ſignum illuſionis dœmoniacæ; quapropter examinari maturè priùs debet, an tale ſomnium à Deo ſit, vel à dœmone; ſicut enim quando eſt à Deo excitat ad vitam meliorem, ad deſerendum ſæculum, ad ſerviendum Deo, timorem inferni, dolorem peccatorum, & quandam relinquit conſolationem, qua anima recreatur: ita è converſo ſi ſomnium provocet ad aliquam nequitiam, vel cauſet quandam animi tepiditatem ad bona opera, vel tædium rerum ſpiritualium, tunc ſignum eſt, tale ſomnium eſſe à Dœmone: quinimò cùm ſoleat Dœmon ſe plerumque transfigurare in Angelum lucis, & ſub ſpecie bonitatis, & veritatis ſuadere malitiam, vel falſitatem: ideo ne quis decipiatur, conſilio debet 6

uti prudentis viri, & juxta tale conſilium, ſe dirigere: hinc licitum non videtur futurorum, vel rerum occultarum cognitionem deſiderare vel petere à Deo per ſomnia, quia hujusmodi petitio, vel deſiderium pertinet potiùs ad tentationem Dei, & ad ſuperbam, vanámque curioſitatem ſciendi futura, & occulta: ex quo immoderato affectu homo ſe exponit morali periculo, ut decipiatur à Dœmone, à quo in ſuam etiam deducitur ſocietatem, ut notat Martinus del Rio *lib. 2. disquis. magic. q. 26. ſect. 7.*

7 Cæterum obſervare ſomnia prout hæc indicant morbos, & humores corporis prædominantes, non eſt prohibitum: quia ſomniis ineſt naturalis virtus ad indicandos humores prædominantes, qua ratione ſolent periti Medici infirmos patientes interrogare, quænam ſomnia inter dormiendum habuerint: ſi quis enim incendia ſomniârit, probabiliter conjectari poteſt, in ipſo humorem bilioſum prædominari: Sin verò ſomniârit hominum pugnas, effuſum ſanguinem per inflicta vulnera, conjicitur ſanguinis affluentia in corpore. Sin verò ſomniaverit funera, mortuos, tenebras, & alia tetrica, conjicitur terreus humor, & melancolia: ſin verò ſomniaverit nives, fontes, pluvias, ſtagna aquarum ſignum eſt pituitæ. Qui abundant flava bili ſomniant pugnas, rixas, lites: qui phlegmate imbres, flumina, & aquas: qui ſanguine læta, & jucunda ſomniant, ut etiam qui temperatæ ſunt complexionis.

8 Poſſunt etiam ſomnia provenire ex influxibus cœlorum, aëriſque impreſſione, & præteritis cogitationibus: ſiquidem aſtra, & aëria impreſſiones vim habent commovendi corporum humores, & phantasmata, unde oriuntur ſomnia: quæ etiam proveniunt ex frequentibus cogitationibus, negotiiſque præteritis: ſiquidem de illis rebus frequenter ſomniamus, de quibus frequenter agimus, ut notat D. Auguſtinus *lib. de ſpiritu & anima c. 25.* & fuſiùs probat Gregorius Niſſenus *lib. de hominis opificio c. 13.* Verùm ex hiſce ſomniis nil certi poteſt de futuris conjectari, quia indicant tantùm cauſas præteritas. Hinc licitum eſt obſervare, ex qua cauſa poſſint ſomnia provenire; quoties enim oriuntur ex præteritis negotiis, vel cauſis naturalibus, non poteſt quidquam certi inde conjectari.

9 Sin verò ſint à Deo, & id clarè conſtet, poſſunt tunc futura prædici: ſiquidem Deus perſæpe ſomnia immittit, ut ſuam manifeſtet voluntatem, tale fuit ſomnium Joſeph Patriarchæ, quando in viſione manipolorum, & ſtellarum Deus ſignificavit, eum ſuis præficiendum fratribus *Genes. 27.* talia fuerunt etiam ſomnia Beatæ Virginis, ejúſque ſponſi de Virgine non deſerenda, de fuga in Ægyptum, déque reditu ex Ægypto *Matth. 2.* tale etiam fuit ſomnium Magorum, ne poſt inventum, & adoratum JESUM redirent ad Herodem. Quando autem ſomnia non ſunt à Deo, nunquam eſt licitum ex iiſdem aliquid conjectare, quia ſomnia per ſe non ſunt cauſæ illorum futurorum ſivè contingentium, ſivè liberorum, nec cum iiſdem habent neceſſariam connexionem, & ideo hæc divinatio ex ſomniis non immiſſis à Deo eſt ſuperſtitioſa, & peccatum lethale proinde à Deo prohibita *Levit. 21. Non augurabimini, nec obſervabitis ſomnia.*

10 Hinc ob ſomnia non immiſſa à Deo non poteſt quis pro certo credere ſibi malum, vel bonum futurum. Quòd ſi quis ex ſomnio concipiat aliquem timorem futuri mali, vel ſpem aliquam futuri boni, & ob id aliquid operetur, quod non eſt contra Dei, vel Eccleſiæ præcepta ad vitandum malum, vel ad bonum obtinendum, tametſi animi prodat levitatem, non propterea peccat lethaliter, dummodo non operetur ex malitia, nec contra aliquod præceptum: quia tametſi non credat ſomnium eſſe verum, timet tamen ne poſſit verificari, proinde nonniſi venialiter peccat, ut docet Suarez. *tom. 1. de religion. lib. 2. de ſuperſt. c. 13.* Ratio eſt, quia ex ſomniis concipere tantùm conjecturam de futuris contingentibus non excedit limites ſuſpicionis, proinde neque peccatum veniale.

11 Quòd ſi eſſet quis ita ſomniorum obſervator, ut ordinariè per illa dirigeret ſuas actiones, non excuſaretur à ſuperſtitione, & lethali culpa, ut ſi quis ex ſomnio prævio certè crederet, ſe minimè in duello, vel bello interfectum, vel crederet ſe officium, vel dignitatem conſecuturum: quia ex ſomniis non immiſſis à Deo nulla poteſt certa futurorum contingentium haberi notitia. Hinc tametſi alicui contingeret, quòd ſibi in præcedente ſomnio fuerat repræſentatum, adhuc non poſſet fidem ſomnio præſtare, quia vel caſu contigit, quod fuerat in ſomnio repræſentatum, vel ſæpe Dæmon procurat, ut ita contingat, ut inde faciliùs poſſit hominem decipere, hinc præcipit DEUS *Deuter. c. 13. ſi ſurrexerit in medio tui, qui ſomnium vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum, atque portentum, & evenerit, quod locutus eſt, non audies verba ſomniatoris illius.*

12 Si quæratur, cur Dei oracula in ſomniis potiùs, quàm in vigilia revelentur. Reſpondetur, quia hominis mens reperitur in vigilia pluribus curis diſtracta, ac multarum cogitationum tumultu ad varia occupata. quo fit ut recipiendis oraculis divinis ſit minùs idonea. Secus inter dormiendum anima vires ſuas connexas habet, nec ab exterioribus curis diſtrahitur, eſtque propterea ſibi tota præſens, proinde aptior Dei locutionibus audiendis, qua propter Deus *Numer. c. 12.* dixit: *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini in viſione apparebo ei, aut per ſomnium loquar ad eum, & Job. 33.* alludens ad hoc idem ait: *Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines; & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplinâ:* rationem adſert D. Thomas *2. 2. q. 95. art, 6.* quia in ſumno debilitatis exterioribus ſenſibus per ſoporem in homine in lectulo quieſcente datur divinitùs facultas quædam percipiendi divinam inſtructionem, eò quia ejus anima non ſit circa exteriora occupata, proinde tunc Deus ventura oſtendit.

13 Ad divinationem per omen quod attinet. Reſpondetur omen eſſe prænuntiationem futuri eventus proſperi, vel adverſi, deſumptam ex homi-

hominis motu, vel verbis præter intentionem prolatis, quæ divinatio eſt etiam ſuperſtioſa, ſivè conjectetur ex hominis motu, ſive verbis, aut vocibus, ut ſi quis ſummo manè egrediens domo impingat pede in limine, vel cùm primùm exit, ſternutet, vel ipſi obviet religioſus, vel ſæcularis pauper, vel dives, vir, vel fœmina, & inde eredit nil proſperi ei eventurum, id enim eſt ſuperſtitioſum, ut etiam ſi certus hebdomadæ dies ſibi fortunatos eſſe credit, & alios ſibi contrarios: hæc enim, & alia id genus vana ſunt, & ſuperſtitioſa, ac damnantur in *c. Illud 26. q. 2.*

14 Et hoc procedit etiam de vocibus, vel verbis hominum inadvertenter prolatis, aliquid futurum ſi inde prænuotietur: & licèt, ſi proveniat ex quadam levitate, vel ſimplicitate ſinè malitia, & ſine pacto ullo cum dœmone non videatur excedere peccatum veniale: ſi quis tamen definitè, & ſeriò crederet futurum eventum triſtem, quem præſagit unicè propter vanam obſervantiam, vix excuſaretur à lethali culpa, niſi laboraret totali ignorantia, ut rectè notat Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. de ſuperſtit. cap. 10.*

15 Verùm poſſet in contrarium objici, quia divinationea per omina in ſacra ſcriptura approbantur, etenim *Geneſ. 24.* approbatur divinatio Eliezer ſervi Abrahæ per omen; ibi: *Puella cui dixero inclina hydriam tuam, ut bibam; & illa reſponderit: bibe Domine, quin & camellis tuis potum tribuam, ipſa eſt mulier, quam præparâſti ſervo tuo Iſaac, & per hoc intelligam quòd feceris miſericordiam cum Domino meo.* Sed contra, quia hæc verba non fuerunt prolata per augurium, ſed tantùm per deprecationem ex magna in Deum fiducia, eò quia ſperaret peculiare patrocinium Spiritus Sancti ad eligendam Sponſam futuram Iſaac: ſiquidem oravit Dominum dicens: *Domine DEUS Domini mei Abraham ſuccurre obſecro mihi hodie, & fac miſericordiam cum Domino meo Abraham:* & poſtea ſubdit: *Puella cui dixero*, & Deus exaudivit ejus preces: ſiquidem Rebecca petenti hauſtum aquæ ſtatim reſpondit: *bibe Domine mi, & Camellis tuis hauriam aquam donec cuncti bibant:* Petiit Eliezer à Deo hanc ſignum futuræ Sponſæ Iſaac, quia licitum eſt à Deo petere cognitionem futuri eventus per aliquod ſignum, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 95. art. 3.* ubi in *reſpons. ad 3.* ait *Eliezer attendit verba Puellæ oratione præmiſſa ad Deum.* Potuit Eliezer hoc ſignum futuræ Sponſæ Iſaac abſque temeritatis nota petere à Deo; quia ut notat D. Auguſtinus *lib. 7. q. in Geneſ. q. 63.* quærebat conjecturam probabilem de candore, & probitate Puellæ, cui adhæret Chryſoſtomus *homil. 38. in Geneſ.* ubi ait: *quia ſcivit Patriarcha hoſpitalitatem, virginem inde ducendam congruebat iisdem moribus præditam:* qua ratione omen Eliezer non fuit ſuperſtitioſum, ſed licitum.

16 Secundò poteſt objici textus *Judic. 7.* ubi Gedeon uſus fuit omine ibi: *Cumque audiſſet Gedeon ſomnium, & interpretationem eius adoravit, & ait ſurgite, tradidit enim Dominus in manus noſtras caſtra Madian:* conjectavit enim ex illo alterius hominis ſomnio ſuam victoriam adverſus Madianitas, adeò ut Gedeon uſus fuerit omine: ſed contra, quia ut ſcribit D. Paulus ad *Heb. 11.* ſomnium illud fuit immiſſum à Deo ad ſui inſtructionem, ut etiam docet D. Thomas 2. 2. *q. 95. art. 3.* Deus enim ſervis ſuis per ſomnia futuras revelat veritates *Num. 12.* *Si fuerit inter vos Propheta, in viſione apparebo ei, & per ſomnium loquar ad illum:* quapropter potuit Gedeon ſine temeritatis nota ſuam ex illo omine conjectare victoriam.

Tertiò poteſt objici, quia Jonathas etiam uſus fuit omine, & quæſivit ſignum ſuæ victoriæ contra Philiſteos, dixitque ad Armigerum ſuum: *Si dixerint, aſcendite ad nos; aſcendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris: hoc erit nobis ſignum.* Sed contra, quia Jonathas, ut notat Abulenſis in *c. 14. lib. 1. Reg. q. 5. in reſponſ. ad 2.* non adhibuit fidem ullam verbis illis, quaſi illa ex ſe haberent vim aliquam futura oſtendendi: ſed à Deo inſpiratus ſumpſit illa, quaſi ſigna divinæ voluntatis; & non adhibuit illis fidem, eò quia fuerint talia verba; ſed quia à Deo data in ſignum victoriæ: hoc pacto credere futuram victoriam non eſt augurium, nec ulla ſuperſtitionis ſpecies, cùm Jonathas à Deo inſpiratus effuſis prius precibus poſuerit ſibi tale ſignum, & Deus intentionem ejus approbaverit, victoriam ei præbendo etiam per ſignum miraculoſum. 17

Demum poteſt etiam objici textus 1. *Regum 20.* ubi David dedit ſignum Jonathæ ad agnoſcendam ſententiam Saul contra ſe Sed nec tale ſignum fuit omen, aut augurium, ſed tantùm probabilis, & prudens conjectura, quia ut notat Abulenſis ibi *q. 13.* ex vultu, & verbis alicujus conjectari licet affectum animi pravi, & tale fuit ſignum datum Jonathæ à David: unde ex ſcripturis non poteſt deduci, licitas eſſe divinationes effectuum contingentium futurorum per omen, ſeu hominum voces, verba, & motus, niſi cognitio eventûs futuri expectetur à DEO. 18

§. VIII.

De ſpeciebus divinationis petitis à lineamentis, membris, partibus humani corporis, & ab elementis.

PLures ſunt divinationis ſpecies, quæ deſumuntur ex humano corpore, ut *Phyſiognomia*, eſtque divinatio per humani corporis membra, eorúmque habitudinem, & proportionem, ſeu per faciem, frontem, caput, naſum, oculos, ſupercilia, aures, pectus, & alia membra, & eorum partes. *Chyromantia*, eſtque, quâ quis ex certis quibuſdam lineis hominum manui impreſſis conjectat futuros eventûs. *Metroſcopia*, quâ quis inſpectis frontis lineamentis, ac ſignis caſus prænuntiat futuros, qui eidem contingent. *Spatulantia*, eſtque, quâ quis ex ſignis ſpatulæ, ſeu dorſi futuros divinat hominis eventus. *Pedomantia*, eſtque, quâ quis pedum ſigna obſervat, ac futuros hominis eventus prænuntiat. *Onycomantia*, eſtque quâ quis 1

Digitized by Google

quis ex unguium figura, & eorum ſignis aliqua futura, vel occulta vaticinatur.

2 Ex elementis ſunt *Geomantia*, eſtque, quæ fit cum certis ſignis, punctis, figuris in terra, vel pulvere, vel papyro, aut alio corpore ex terrena ſubſtantia compacto. *Hydromantia*, quæ fit per aquam, quatenus obſervatur motus aquæ in fluvio, vel vaſe cum in eam injicitur cera, vel reſina, aut plumbum liquefactum, & ex figuris, quæ tunc apparent, cum prolatione certorum verborum, prænuntiantur futura. *Æromantia*, eſtque divinatio per aërem, & ventos, eò quia obſervetur mutatio aëris, ſonitúſque ventorum per arbores, per angulos domorum, per januas, rimuláſque feneſtrarum, ex quibus futura prædicuntur. *Pyromantia* eſtque divinatio per ignem, ſiquidem conſideratur in igne, an turbinatim flammæ ſurſum emittantur, an undulatim, an conglobinatim, & an flammæ ſplendidæ ſint, tenues, vel craſſæ, ac in modum pyramidis ſurſum avolent, quemque colorem præſeferant, ſonitúmque efficiant, & an ab igne ſejungantur: ex his enim ſignis ab igne prodeuntibus futuri prænuntiantur eventus. *Arcumantia*, eſtque divinatio per oſſa mortuorum, quæ in ignem injecta obſervatur in illis calor ignis, & an crepitent, ſcindantúrque, & ex eorum calore, ſonitu, modóque fiſſuræ futura prædicuntur. *Cabaliſtica*, eſtque ars divinandi futura, & cognoſcendi occulta tam præſentia, quam præterita per nominum characteres, ſeu litteras, & numeros. Moris fuit apud Rabinos Hebræos ut nominis litteræ ſuos haberent numeros determinatos, qui plura indicarent, quæ per occultam intelligentiam calculando, & ſubtrahendo improbi homines putant poſſe occulta manifeſtare, & futura prædicere: hinc redarguntur falſitatis aliqui apud Bulgerum, *tom. 1. de magia c. 11.* ubi refert, aliquos aſſeruiſſe, divinationem Cabaliſticam à Deo traditam fuiſſe Moyſi in monte Synai, & volunt in hac arte ſingulas literas, figuras, nomina, lineas, apices, puncta, accentus, omnem humanam, & divinam philoſophiam continere, immo addunt, ſtellas in cœlo eſſe quaſi litteras, in quibus Angeli futura legunt, & ſciunt.

3 Sed quàm id falſum ſit ex eo facilè conjicitur, quia facit Deum Authorem artis cabaliſticæ erroribus, & mendaciis plenæ. Tum quia ſi ars cabaliſtica ſuam à Deo traxiſſet originem ſancti homines eam ſilentio non præteriiſſent, ſed publicè docuiſſent; & cùm id non fecerint, argumento ſanè eſt, non à Deo, ſed à dœmone fuiſſe hanc artem hominibus traditam ad eos decipiendos, & fallendos. Tum quia quæ à Deo traduntur, vera ſunt, cùm non poſſit Deus falli, nec nos fallere. Præterea litteræ, characteres, & numeri, quibus Cabaliſtæ utuntur, vel ſunt in ſcriptis, vel ore proferuntur: ſi primum ſunt quid mortuum, nec poſſunt quidquam propria virtute operari: Sin autem proferuntur ore, aliam non habent vim, quàm movendi aërem, proinde hæc occultorum manifeſtatio nonniſi à Dœmone eſſe poteſt, cùm effectus, & operationes artis Cabaliſticæ non poſſint ad cauſas naturales reduci, nec ad Deum, cum Deus non dederit hujuſmodi ſigna ad prædicenda futura, & manifeſtanda occulta; proinde hujuſmodi effectus, & operationes à ſolo dœmone prodire poſſunt, adeò ut manifeſtatio, vel prædictio ſit dœmoniaca ex pacto explicitè, vel implicitè cum ipſo inito, quatenus ſe ſignis illis immiſcet, ut mentes hominum ſeducat, fallátque, ut notat Valentia 2. 2. *diſput. 6. q. 12. punct. 2.*

4 Hinc exercens cabalam & ad illam cooperans eſt ſuſpectus de hæreſi: ſiquidem cabala verſatur circa prænotionem rerum futurarum, & manifeſtationem occultarum, cordiſque ſecretorum, quorum notitia ſoli Deo eſt propria: hinc D. Thomas 2. 2. *q. 95. art. 1.* ait ſi quis futura prænuntiare, vel prænoſcere, quocunque modo præſumpſerit, niſi Deo revelante, manifeſtè ſibi uſurpat, quod eſt proprium Dei: & *art. 2.* docet, omnem divinationem provenire ex operatione dœmonum explicitè, vel implicitè, expreſsè, vel tacitè: hinc evincitur, exercentem artem cabaliſticam: & ad illam cooperantem eſſe de hæreſi ſuſpectum, & deducitur etiam ex *c. non obſervetis 26. q.* & docet Farinacius *de delictis, & pœnis q. 20. n. 97.*

5 Datur etiam quædam ſpecies divinationis *per Rotam* quæ dicitur Bedæ, non quod venerabilis Beda fuerit ejus Author, ſiquidem ut refert Martinus del Ryo *lib. 4. diſquiſit. magic. c. 2. q. 6. col. 2.* author hujus ſpeciei divinatoriæ fuit quidam Apuleius Platonicus, qui ut ſcribit D. Auguſtinus *epiſt. 5.* ad Marcellinum ſuis temporibus fuit de magia, & Necromantia graviter accuſatus. Unde hæc divinatio per rotam tribuitur Bedæ ex induſtria ſortilegorum, ut fideles authoritate tanti viri faciliùs ad ejus uſum alliciantur, & fidem eidem adhiberent, & hac ratione fuit etiam hæc ſpecies divinationis per rotam adjecta *tom. 2.* inter opera ejuſdem Bedæ typis Baſileenſibus cuſſa. Hæc per rotam divinatio illicita eſt, & ſuperſtitioſa, quia in ipſa quæritur de occultis futuris contingentibus per dies, nomina, litteras, numeros; ſcilicet an laborans ægritudine ſit ex morbo illo moriturus; an pugnantes in bello ſint victoriam reportaturi; an negotium, quod hodie ſuſcipitur, ſit habiturum felicem exitum; an quæ deſiderantur ſint ad votum eventura, & alia pleraque id genus, & quia hujuſmodi divinatio non poteſt inferri ex ipſis diebus, nominibus, & numeris, eò quia non ſint cauſæ eorum, quæ prænuntiantur, nec neceſſariam habeant cum iiſdem connexionem, ſequitur non poſſe hæc futura deduci ex iiſdem: & cùm non revelentur à Deo, nec conſtet, Deum dediſſe hanc virtutem diebus, hominibus, & numeris, ſequitur hanc divinationem non poſſe prodire, niſi à dœmone per pactum explicitum, vel implicitum, conſequenter eſſe illicitam, & ſuperſtitioſam, proinde meritò prohiberi in *c. non obſervetis 26. q. 7.* ex D. Auguſtino ibi: *Non obſerveris tempora, aut dies, & annos, aut lunæ ſoliſque curſum. Quia qui has & quaſcunque divinationes, aut fata, aut auguria obſervat, aut attendit, aut conſentit, magis ad ſuam damnationem, quàm ad ſalutem tendit ſive per quoſdam numeros litterarum, & luna per pytagoricam necromantiam, ægrotantium vitam, vel mortem, vel*

pro-

proſpera, vel adverſa futura inquirat, & paucis interjectis ſubdit, *qui aut talibus credunt, ſciant, ſe fidem Chriſtianam, & baptiſmum pravaricâſſe, & ut Paganum, & Apoſtatam, & Dei inimicum iram Dei graviter, & in æternum incurriſſe, niſi Eccleſiaſtica pœnitentia emendatus, Deo reconcilietur.*

6 Hinc liquet, exercentes cabalam, vel rotam, quæ dicitur Bedæ ad occulta manifeſtanda, vel futura prænuntianda eſſe ſuperſtitionis reos, & graviter peccare, ac ſubjacere judicio Inquiſitorum, ac eſſe illis denuntiandos, ac ut ſortilegos puniendos: eſt itidem prohibitum per manuſcriptos characteres proſperam: vel adverſam præſagire fortunam; & futura contingentia, quæ dependent ex libera hominis voluntate prænuntiare ac ſi certè ſint eventura, quia id ſupponit ſocietatem, ſeu pactum expreſſum, vel tacitum cum dœmone: ratio eſt, quia cùm hujuſmodi divinationes non poſſint deduci ex aſtris: neque argui naturaliter ex aliis ſignis, ita neque ex manuſcriptis characteribus; proinde non poſſunt prodire niſi à dœmone ex pacto explicito, val implicito cum eodem. Pœnæ verò injunctæ exercentibus has cabaliſticas divinationes ſunt: quòd ſi fuerint clerici, debeant deponi ab ordine, & detrudi in carcerem, vel arctum monaſterium, veluti profitentes diabolicam artem *c. ſi quis Epiſcopus* 26. *q.* 2. Sin verò fuerint regulares puniuntur pœnis privationis officiorum, dignitatum, vocisque activæ, & paſſivæ, aliisque contentis in Bulla Sixti V. cui initium *Cæli & terra*, & in conſtitutione Urbani VIII. quæ incipit *Inſcrutabili.* Sin verò fuerint laici puniuntur pœnâ excommunicationis, aliisque, ut ſortilegi, & exercentes magiam, ut in *c. aliquanti* 26. *q.* 2.

7 Divinationes, quæ deſumuntur ex elementorum qualitatibus, figuris, & motibus, ſunt itidem ſuperſtitioſæ; & eas exercentes lethaliter peccant; adeo ut Geomantia ſit ſemper ſuperſtitioſa, eò quia non aliter poſſit contingere, quàm per invocationem Dœmonis, & pacto expreſsè cum eodem inito: hinc ſuperſtitio hæc eſt hæreticalis, & committitur ab eo, qui deſcribens circulos in terra, quibus adjicit aliqua ſigna, pucrum in medio collocat, & dœmonem invocat: quia hoc pacto honorem tribuit dœmoni: ſiquidem circuli ſigna ſunt divinitatis, ut notat Carena *p.* 2. *tit.* 12. §. 10. *num.* 56. pari pacto eſt etiam ſuperſtitio hæreticalis chartam nominibus incognitis ſignatam, cujuſmodi ſunt *Gibet, Gabit, Gadebris*, deferre collo appenſam, quia talia nomina dœmonibus conveniunt, & delatio illa ad collum ſignum eſt reverentiæ, quæ dœmoni defertur, ut notat Carena *loc. cit. n.* 57. ubi etiam alias recenſet ſuperſtitioſas chartulas, ſeu ſchedulas, quas conſueverunt nonnulli ad leniendos viſcerum dolores ſecum deferre cum inſcriptis nominibus, *Pater, Baltbaſar, Filius Gaſpar: Spiritus Sanctus Melbior.*

8 Rurſus divinationes quæ fiunt per Hydromantiam, Æromantiam, & Pyromantiam, ſunt etiam ſuperſtitioſæ, & ſapiunt hæreſin, ſi futura contingentia, quæ pendent ex libera hominum voluntate prænuntientur, quia id non contingit ſine explicito, vel implicito dœmonis pacto, cùm enim hæc futura non habeant connexionem cum elementis, non poſſunt ax iiſdem deduci, imò nec dœmones, poſſunt ea præſcire, quæ dependent à libera hominis voluntate: quia ſolus Deus eſt ſcrutator cordium, adeò ut dœmones nonniſi ex quibuſdam circumſtantiis poſſint fallibiliter ea conjicera: ſiquidem dœmon probabiliter poteſt futura prædicere ob ingenii acumen, & diuturnam experientiam: ut etiam poteſt occulta, quæ homines latent manifeſtare, ut homines vanos, & curioſos decipiat, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 45. *art.* 2. ubi aſſerit, omnem divinationem prodire ex Dœmonum operatione, vel quia expreſsè, vel tacitè dœmones invocantur ad futura manifeſtanda.

9 Chyromantici itidem, & alii, qui ex corporis humani lineamentis, ac figuris futura, vel occulta prænuntiant, quæ ex libera hominis voluntate dependent, ſunt etiam denuntiandi Inquiſitoribus Sancti officii ex Bulla Sixti V, cui initium *Cæli, & terræ Creator*; quia judicare, an Chyromantici, vel Phyſiognomici habeant in ſuis prænuntiationibus pactum explicitum, vel implicitum cum dœmone, & an eorum divinatio ſit ſuperſtitioſa ad Epiſcopos, & Inquiſitores pertinet: proinde ob bonum fidei denuntiandi ſunt ad Inquiſitores, ut præcipitur in Bulla Sixti V. Imò poſſunt etiam Inquiſitores procedere contra illas Ægyptianas mulieres, quæ ex lineis in manu deſcriptis nituntur bonam, vel malam fortunam divinare: id tamen procedit, quando prænuntiant futuros eventus contingentes, vel liberos, tanquam certos, quia tunc utuntur chyromantia prohibita, & ſuſpecta de pacto cum dœmone: alioquin ſi tantùm per jocum & ex quadam tantùm levitate ex lineis manui impreſſis futura prænuntiant, non poſſunt tunc ab Inquiſitoribus puniri, quia earum divinatio eſt ſemper Joci cauſa, cui propterea nulla eſt fides præſtanda.

10 Cæterum ex lineamentis corporis humani poteſt conjectari, ac prædici naturalis corporis propenſio, ejuſque diſpoſitio, temperamentum, & firma, vel infirma valetudo, & alia hujuſmodi, quæ vires non excedunt naturæ: hæc enim non quidem certò, ſed probabiliter, & per quaſdam conjecturas poſſunt ex iiſdem ſignis agnoſci; non enim divinatio poteſt ſe extendere ultra id ad quod pertingere poteſt ordo naturalis, ut notat Martinus del Ryo *lib.* 4. *cap.* 3. *q.* 4. alioquin certò, vel etiam probabiliter ex iiſdem ſignis prænuntiare futuros eventus hominis proſperos, vel adverſos contingentes, vel dependentes ex libera hominis voluntate ſemper eſt illicitum, ut ſi quis ex lineis manûs vellet prænuntiare, Petrum fore Religioſum, vel uxoratum, vel habiturum in ſtatu matrimonii tot mares, & tot famellas: & an ejus uxor erit fidem conjugalem ſervatura, vel erit ipſe habiturus amicos fideles, nec ne, & an ſit conſecuturus honores, dignitates, divitias, & alia, quæ ad pinguiorem fortunam conducunt: ratio eſt, quia nihil horum omnino dependet ex habitu, lineis manûs, & diſpoſitione corporis;

ſed tantùm ex libero hominis arbitrio: quo fit, ut omnia illa futura ex præfatis inſpectionibus prænuntiare ſit divinatio ſuperſtitioſa, & peccatum mortale. Si tamen quis cum formidine, & dubio ſpectata Petri naturali propenſine, & inclinatione prædiceret, eum fore religioſum, vel uxoratum, tunc putârim non peccare lethaliter, cùm pro certo id non aſſerat: ſed quia id hic, & nunc conjiciat ex Petri naturali inclinatione, & forſan etiam ex deſiderio.

§. IX.

An divinatio per ſortes licita ſit.

1 SOrtes dicuntur quædam actiones fortuitæ, quibus aliquid occultum inquiritur, ut innoteſcat, ſpectato ſortium eventu, ut quando per ſortes quæritur quid debeat alicui competere, & ad id neceſſe eſt, ut ſortibus ſua imponatur ſignificatio, ſeu ut præcedat aliqua conventio inter partes, ſi ſortes inter plures agantur, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 95. art. 8.* ſunt autem ſortium ſpecies tres, quæ deſumuntur ex earundem fine, ſcilicèt *diviſoriæ*, *conſultoriæ*, *divinatoriæ*, dicuntur tunc ſortes diviſoriæ, quando per ſortes quæritur, quid ſit alicui tribuendum, ſive illud ſit res jam poſſeſſa, ſive honor, ſive pœna, ſive aliqua functio. Conſultoriæ dicuntur, quando beneficio ſortium inquiritur divinum conſilium, ut nimirum innoteſcat, quid in negotio arduo, & obſcuro agendum ſit. Demum divinatoriæ ſunt, quando per illas inquiritur de futuris. Sortes diviſoriæ cùm fiant ut aliquid ex ſortium eventu ſciant ſortientes, ut quid in electionibus, vel controverſiis cuique ſit tribuendum, ſupponunt quendam contractum, ſeu pactum conventionis inter ſortientes; ut transferatur dominium hujus rei, quæ in ſortem mittitur in eum, in quem ſors ceciderit, malæ per ſe & ex natura ſua non ſunt; tametſi aliæ ſint humano jure prohibitæ, & aliæ maneant indifferentes.

2 Ratio primæ partis ex eo deſumitur, quia in illis ſortibus nulla ſuperſtitio invenitur cùm non ordinentur ad cognitionem rei incertæ, ſed immediatè ad operationem: nec continent expreſſè, aut tacitè aliquam Dœmonis invocationem, quia nec ad docendum, nec ad operandum aliquid imploratur Dœmonis auxilium, non enim per has ſortes intenditur quidquam excedens efficaciam humanæ voluntatis, vel divinæ, ſi juſſu, & nutu illius ſortes mittantur: includunt enim hæ ſortes pactum in ſortientes, ſeu voluntatem quaſi conditionatam ad talem effectum ponendum: quæ voluntas purificata per ſortem conditione, tranſit in abſolutam: quia tametſi conditio illa caſu impleatur: ita tamen & non aliter poſita erat in pacto ex vi cujus, & præviæ conventionis transfertur dominium rei, vel officii, aut beneficii in ſortem miſſi, unde per ſe in uſu harum ſortium non requiritur Dœmonis conſenſus, vel cooperatio.

3 Fateor tamen materialiter poſſe contingere, ut quis aliquam cum dœmone habens ſocietatem pactum cum illo ineat, mittendo ſortes pro determinanda obligatione ad hanc, vel illam obligationem: ſed tunc ratio ſuperſtitionis non conſiſtit propriè in ſortibus, ſed in pacto cum Dœmone inito. Cæterum ſi abſtrahatur ab hac ſpeciali malitia, in uſu ſortium ex contractu ſortientium ad aliquid dividendum, vel conferendum per ſe; & ex natura ſua non includitur malitia ſuperſtitionis, nec ulla malitia injuſtitiæ, niſi aliunde ex materia, aut aliqua deceptione, vel ex modo ſortium ei adjiciatur.

Cæterum ſortes diviſoriæ generatim ſumptæ nullibi reperiuntur prohibitæ, nec in jure canonico, aut civili, quin potius jure civili pleriſque in caſibus approbantur *l. ſi duobus C. communia de legatis*; ubi in variis caſibus conceduntur hæredibus, vel legatariis, quibus, æqua data eſt poteſtas eligendi rem aliquam, facultas ponendi ſortes, ibi: *ſancimus in hujusmodi caſibus, rei Judicem, fortunam eſſe, & ſortem inter altercantes adhibendam, ut quem ſors prætulerit, is quidem habeat poteſtatem eligendi*, neque lex iſta cenſenda eſt iniqua: ſiquidem quod privati homines ex communi, parique conſenſu poſſunt licitè præſtare ad dirimendas controverſias, hoc idem poteſt etiam per legem ſtatui, ut ita fiat: quia id in hiſce caſibus eſt optimum medium ad lites impediendas, & nulli parti infert injuriam, quia utrique eſt jus æquale, quod nec dividi poteſt, & æqualiter applicatur, adeó ut etiam ipſa incertitudo ſortium æqualis utrinque ſit. Rurſus nec jus canonicum has leges in ſimilibus caſibus reprobavit. 4

Hinc ſortes diviſoriæ licitæ ſunt. Primò ad dirimendas lites de rebus ſæcularibus ex mutuo litigantium conſenſu, quia tunc intercedit contractus æqualis, in quo quisque prætenſo cedit juri, ſi ſors alteri contingat. Secundò in diviſione rerum, quæ aliter dividi nequeunt, nec apparet, quis in jure potiorem in iiſdem habeat rationem; tunc enim Judex etiam reluctantibus litigantibus præcipere poteſt, ut ſortes mittantur *l. ſi duobus C. controverſia de legatis*: ſiquidem Iudex ex officio poteſt compellere litigantes, ut conſentiant in tali contractu, cùm alia via non pateat ad controverſiam dirimendam. Tertiò, quando inter milites diverſarum nationum contenditur circa periculum invadendi propugnaculum urbis, tunc enim etiam ſorte poteſt decidi, quæ natio debeat prior per aſſultum propugnaculum invadere, dummodo bellum ſit juſtum, & Princeps in obſidione talis urbis intendat ſuum recuperare. Quartò quando tempore graſſantis peſtis eſt contentio, quinam Parochi, vel religioſi, aut Medici debeant peſte laborantibus aſſiſtere, eóſque juvare, tunc enim licitum eſt, electionem per ſortes extrahere, ut ſcribit D. Auguſtinus *Epiſtol.* 180. Quintó quando in caſtris, vel alibi plures Rei ob patratum crimen commune merentur ultimo affici ſupplicio, & non expedit, omnes interimi, tunc enim etiam licitum eſt per ſortes determinare qui- 5

quinam ſint puniendi: ratio eſt, quia neque in hac ſortione fit ulli injuria, quin potiùs ſingulis favor, dum illis ſpes datur necem evadendi promeritam. Sextò quando eleemoſyna uni tantùm ex pluribus pauperibus, vel locis piis eſt eroganda, licitum tunc eſt ſortibus id determinare, quia nec tunc fit ulli injuria: ſiquidem æquale jus conceditur omnibus, quatenus poteſt quisque ex illis integrè eleemoſynam accipere, ſi ſors ei contigerit, ut docet D. Auguſtinus *lib. 1. de doctrin. Chriſt. c. 28.* Septimò quando ſæviente maris procellâ navis periclitatur, & periculum imminet naufragii, omniumque navigantium mors, niſi aliqui eorum in mare dejiciantur: tunc licitum etiam eſt inter ſe ſortibus determinare, quinam ſint dejiciendi, quia etiam hoc pacto poteſt quisque ſperare vitæ conſervationem; cum alioquin non poſſet navis naufragium declinare, & omnes deberent miſerè perire, ut notat Martinus del Rio *lib. 4. disquiſ. magic. c. 4. q. 1.* Thomas del Bene *de offic. inquiſ. p. 2. dub. 225. ſect. 1. num. 7.* ubi cum Majore in *4. diſt. 15. q. 26. & 50.* addit, quòd ſi aliqui ſortionem impedirent, poſſent reliqui eos in mare dejicere, eò quia impedientes ſortem injuſtam vim illis inferrent: & contra hanc injuſtam violentiam poſſent alii causâ propriæ vitæ ſervandæ ſe defendere, & uti medio neceſſario. Octavò dicuntur etiam licitæ ſortes diviſoriæ, quando res exteriores dividi, vel diſtribui commodè non poſſunt, nec ratio apparet, cur alter alteri in aliquo commodo, vel incommodo præferri debeat, ut docet D. Auguſtinus *lib. 2. de doctrin. Chriſt. c. 28.*

6 Jure tamen canonico prohibentur ſortes in electionibus eccleſiaſticis *c. Eccleſia extra de ſortileg.* ibi: *Multa reprehenſione dignum, quòd ſors in talibus interveniat*, & poſtea concluditur, *ſortis uſum in electionibus perpetua prohibitione damnamus*, & quia textus loquitur abſque ulla reſtrictione, prohibitio extenditur ad omnem Eccleſiaſticam electionem: quando enim textus loquitur abſolutè locutio indefinita æquivalet univerſali, quia generales regulæ per locutionem indefinitam conſtituuntur: quia indefinita locutio habetur ut univerſalis, idque vel maximè in lege prohibente, cùm prohibitio includat virtualem negationem: Imò ex textu infertur, non ſolùm prohibitam eſſe ſortem in ipſa dignitate eccleſiaſtica, officio, & beneficio conferendo, verùm etiam in eligendis, vel nominandis compromiſſariis ad faciendam electionem: ſiquidem in textu dicitur, fuiſſe dignum reprehenſione, quòd poteſtas nominandi, ſeu eligendi compromiſſarios uni per ſortem delata fuerit: ratio ex eo etiam deſumitur, quia tunc proviſio Eccleſiæ immediatè reducitur in ſortem, & quia eadem incommoda in ea ſortitione reperiuntur: ſiquidem poteſt contingere, ut qui per ſortem aſſumitur ad compromiſſarios eligendos indignus ſit, ac inaptus ad id munus obeundum; & ex quo tota electio Epiſcopi, vel alterius eccleſiaſtici dependeat: eadem ratione extenditur illa prohibitio ad omnem eccleſiaſticam electionem, per quam juriſdictio etiam ad unum actum, vel jus eligendi, aut nominandi, vel Eccleſiaſtica dignitas, aut officium, vel beneficium, vel adminiſtratio Eccleſiaſtica confertur.

Non tamen prohibitio in *d. c. Eccleſia de ſortilegiis* extenditur ad electiones civiles, & ſæculares quia tametſi textus abſolutè loquatur de electionibus: nihilominus, quia jus canonicum non diſponit niſi in propria materia; ideo illa prohibitio tantùm intelligitur de his, quæ pertinent ad beneficia, & ordinantur ad illa, & cùm ſit pœnalis, non extenditur ad alia. Idque ex continua praxi etiam deprehenditur verum: quia non obſtante illo jure, conſuetudo, quæ optima eſt legum interpres invaluit, ut in civilibus electionibus frequens ſit ſortium uſus: hinc etiam ſorte eliguntur Puellæ pauperes dotis eleemoſynam recepturæ, ut poſſint nubere: in conclavi etiam cùm agitur de Pontifice eligendo, ſorte eliguntur Cardinales, in quo debeant loco collocari, ne quis conqueratur, locum non habere ad votum. 7

Eſt tamen in civilibus illicita ſors in publicis conferendis officiis, non quia ſuperſtitioſa ſors foret, vel religioni obeſſet; ſed quia eſſet contra juſtitiam diſtributivam, cui repugnat, ut quod ſecundùm merita conferendum eſt, detur per ſortem, quo pacto indigni poſſent dignis, ac dignioribus præferri, ſi ſors illis contingeret, quod juſtitiam deſtruit diſtributivam: imò eſſet etiam contra juſtitiam commutativam, quatenus id etiam rectæ repugnat reipublicæ adminiſtrationi, ejuſque communi bono. Quòd ſi duo eſſent æquè digni, ut vix poſſet inter illos exceſſus notari, tunc cenſent plures præſertim Azorius *p. 1. lib. 9. c. 21. q. unic. §. at verò* poſſe ſortes inter ipſos mitti. 8

Poſſunt tamen ſortes diviſoriæ, quæ ex ſe licitæ ſunt ob aliquam circumſtantiam vitiari, & primò ratione falſæ intentionis, ut ſi quis expectaret ſortem ſibi felicem ex aſtrorum influxu, quia aſtra nil poſſunt in ſortibus operari, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 95. art. 8.* Secundò ſi expectetur eventus non à Deo, ſed à fortuna, ut ſi quis ſortem non agnoſceret à divina providentia, quia *Proverb. 16.* dicitur: *Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.* Tertiò ſi à dæmone ſperetur eventus, vel ſi ſortes eo priùs invocato mittantur, & tunc graviſſimum committitur peccatum, quia tunc paciſcens cum dæmone, ut ſors illi contingat decipit alterum ſortiantem, cui propterea infert injuriam. Quartò ſi res in ſortem expoſita non ſit ſortiantium, ſed aliena, & non adeſſet Domini conſenſus, quia tunc uſurparetur res aliena invito Domino: vel ſortes mitterentur inter eos, qui non haberent par jus ad rem illam. Quintò ſi in mittendis ſortibus aliquis ſortiantium fraude uteretur, quia tunc eſſet injuſtitia, & non poſſet quis rem tali ſorte acquiſitam ſibi retinere: & ratio eſt, quia tunc ceſſat æqualitas in contractu; & voluntas contrahentis, conſequenter tenetur reſtituere quidquid per talem ſortem fuit aſſecutus. Sextò ſunt etiam illicitæ ſortes ſi in ipſis utatur quis rebus ſacris, & præſertim libris Evangeliorum, aliiſque non deſtinatis ad hunc uſum. 9

Eſt tamen difficultas, an licitum ſit clericis ſorte dirimere lites non ſolùm in cauſis de rebus ſæcularibus, verùm etiam de beneficiis eccleſiaſticis. Verùm ſi id fiat authoritate Judicis eccleſiaſtici non eſt clericis id prohibitum, & deſumitur ex *c. Eccleſia extra de ſortileg.* ubi ſolùm prohibetur uſus ſortium in electionibus ad beneficia, ut deſumitur ex illis verbis, ibi: *Sortis uſum in electionibus perpetua prohibitione damnamus*, cùm prohibitio ſit odioſa non ampliatur ultra ea, quæ in textu exprimuntur, & cum in illo non prohibeatur uſus ſortium in dirimendis litibus beneficialibus, & eccleſiaſticis, ad has cauſas non extenditur prohibitio: non enim qui lites dirimunt, componiúntque per ſortes, dicuntur eligere: aliud enim eſt eligere ad beneficium, & aliud litem beneficii dirimere, vel componere.

11 Tum quia non præſumitur mens Eccleſiæ eſſe, ut lites beneficiorum protrahantur, cùm id vergat in Eccleſiarum incommodum. Neque is, cui ſors contingit, beneficium accipit ex vi ſortis; bene tamen ex vi præcedentis tituli, vel ex vi juris, pro quo lis pendebat: ſiquidem beneficio ſortis ſolum impedimentum fuit ablatum, & cùm id non ſit per ſe malum, nil obſtat, quin licitum debeat eſſe. Verùm ad id requiritur ſemper authoritas Judicis eccleſiaſtici: alioquin ſi ſortes iſtæ poſſent authoritate privata litigantium fieri; ſequi poſſet, ut per talem ſortem aliquis obtineret beneficium, ad quod non haberet juſtum titulum: & non eſt in poteſtate collitigantis propria authoritate transferre in alium jus beneficiale.

12 Imò requiritur etiam authoritas Judicis eccleſiaſtici ad evitandam ſimoniam: ſiquidem omne pactum propria authoritate factum, quo via paratur ad beneficium, eſt ſimoniacum *c. fin. de pact.* ſecus ſi litigantes paciſcantur in manibus Judicis ſupra beneficium, ut ipſe proferat juxta pactum ſententiam, & admittat ad beneficium, nulla intervenit ſimonia; & hoc etiam procedit, quamvis pactum ſit de ſortibus emiſſis authoritate Judicis, ut notat Suarez *tom. 1. de religion. lib. 2. de ſuperſtit. c. 12.*

13 Dubitari ſolet, an ſaltem in electione, quando ſuffragia ſunt paria, ſit licitum inter illos ſortes mittere præſertim ſi pluries fuerit electio iterata, & ſemper fuerint ſuffragia paria. Reſpondetur, ex vi juris communis non eſſe licitum in paribus ſuffragiis determinare electionem: ratio eſt, quia tunc haberetur vera electio per ſortes, quæ in univerſum, & abſque limitatione prohibita eſt, *c. Eccleſia extra de ſortibus*, ubi priùs dicitur *Multa reprehenſione dignum eſt, quòd ſors in talibus interveniat*, & poſtea concluditur *ſortis uſum in electionibus perpetua prohibitione damnamus*. Neque obſtat ſi dicas, eos, qui habuerunt æqualia ſuffragia fuiſſe jam electos; proinde ſortem non cadere ſupra electionem cùm ſupponatur jam facta: ſiquidem qui habuerunt æqualia ſuffragia præ aliis fuerunt electi, unde inter illos tantùm mittitur ſors, ut electio facta ſuum habeat effectum in uno illorum potiùs, quàm in alio. Nam contra eſt, quia capitulum eligentium revera nullum ex iis, qui æqualia habuerunt ſuffragia elegit: & ratio eſt perſpicua, quia ut fiat electio requiritur major pars eligentium conſentientium in electum: & quando plures habent æqualia ſuffragia, in neutrum major pars eligentium conſentit: conſequenter in neutrum eorum facta eſt electio, nec ſufficiens approbatio: conſequenter, ſi ſortes poſtea mittantur, tota electio non aliter ſit, quàm per ſortes, quod prohibetur in *d. c. Eccleſia extra de ſortileg.* hæcque videtur etiam expreſſa ſententia Gloſſæ in *c. Duobus de reſcript. in 6. v. teneantur* ubi quærens, quid concludendum, ſi electores pari numero diſcordent in electione duorum: reſpondet, ſuperiorem poſſe eos compellere, ut concordent, & eligant intra certum tempus; alioquin ad ipſum ſuperiorem devolvi electionem: hinc ſupponit Gloſſa, non poſſe per ſortem electionem terminari.

Quòd ſi dicas, poſſe contingere, ut electo- 14
res nolint ſuffragia ſua variare, in quo caſu nullum ſupereſt remedium. Reſpondetur id eſſe falſum, quia ut notat Gloſſa in *d. c. Duobus*, tunc electio devolvitur ad ſuperiorem. Præterea falſum eſt, tunc non ſupereſſe aliud remedium: ſiquidem ſupereſt remedium compromiſſariorum, quod in jure approbatur *c. quia propter de elect.* & non ita reperitur approbatum remedium ſortium: quia in *d. c. quia propter* omnis electio facta aliter quàm per electores, vel compromiſſarios reprobatur.

In contrarium tamen adhuc poteſt objici ele- 15
ctio S Matthiæ in Apoſtolatum, ſiquidem conſtituerunt Apoſtoli duos ab ipſis electos, & approbatos, ut idoneos ad Apoſtolatum, Matthiam ſcilicet, & Joſephum qui vocabatur Barſabas; & poſtea inter illos duos tantùm miſerunt ſortes *Act. 1.* ibi: *Et cecidit ſors ſuper Matthiam, & annumeratus eſt cum undecim Apoſtolis.* Sed contra quia electio Sancti Matthiæ ad Apoſtolatum per ſortem fuit ordinata ante Pentecoſtem, & cùm nondum eſſet plenitudo Spiritus Sancti in Eccleſia effuſa, ut cum Beda notat D. Thomas *2. 2. q. 95. art. 8.* Tum quia tunc nondum prohibitus erat uſus ſortium in electione inter æqualiter dignos: ſiquidem prohibitio eligendi per ſortes æqualiter idoneos non eſt juris naturalis, aut divini, ſed juris canonici in *c. Eccleſia* extra de ſortilegiis. Præterea eſto tunc fuiſſet talis prohibitio, adhuc D. Petrus potuiſſet in illa diſpenſare; perinde ac nunc ſummus Pontifex, qui poteſt derogare juri communi. Quamobrem D. Petrus cùm propoſuerit providendum eſſe de ſucceſſore in Apoſtolatum loco Judæ, & electio eſſet facienda humano modo; & illi duo Matthias, & Joſeph Barſabas reputarentur cæteris digniores, nec inter eos judicari humano modo poſſet, quis dignior eſſet: ideo facta priùs amborum electione, potuit poſtea D. Petrus diſpenſare, ſi id fuiſſet etiam tunc prohibitum jure Eccleſiaſtico, ut ſortes mitterentur inter ipſos, ut cognoſceretur, cujus electio futura eſſet magis juxta Dei beneplacitum.

Tum quia Apoſtoli permiſerunt tunc ſortes 16
mitti ad oſtendendam ſinceritatem intentionis, ac deſiderii procedendi abſque ulla privata affectio-

affectione : unde tunc nullus perfectior modus eligendi potuit excogitari, quam comittere providentiæ divinæ electionem illam per ſortem : hinc *Actor. 1. Et orantes dixerunt. Tu Domine qui corda noſti omnium, oſtende, quem elegeris ex his duobus, unum accipere locum miniſterii hujus. Et dederunt ſortes eis, & cecidit ſors ſuper Matthiam.* Imò D. Dionyſius *lib. de Eccleſ. Hierarch. c. 5.* aſſerit, ſortem illam fuiſſe aliquod ſignum divinum viſibile, quo omnibus conſtitit, Deum elegiſſe Matthiam, ait enim : *Ob reverentiam tantæ dignitatis, Apoſtoli Deo electionem illam commiſerunt, ut non hominibus, ſed Deo immediatè tribueretur, qui per exhibitionem alicujus mirabilis ſigni ſenſibilis pateſecit, quem eligeret.* Dionyſio adhæret etiam D. Auguſtinus *concion. 2. in Pſal. 30.*

17 Quale autem fuerit hoc ſignum ſenſibile, ab Evangeliſta Luca non declaratur, quia neceſſe non erat, ut illud nobis innoteſceret : & fortaſſis fuit aliquis cœleſtis radius, vel quid ſimile, quamobrem ex electione D. Matthiæ in Apoſtolatum per ſortem non poteſt argui, electiones Eccleſiaſticas poſſe licitè per ſortes fieri, cum jure canonico expreſsè prohibeantur in *cap. Eccleſia extra de ſortilegiis.*

18 Si dicas, in pluribus Congregationibus uſum, & praxim vigere, ut in electione Paſtoris, vel Rectoris plures eligantur, non ut omnes officium habeant ; ſed ut poſtea inter eos ſolos ſortes mittantur, per quas unus ex illis officium conſequatur. Contra eſt, quia quando in illis Congregationibus eliguntur plures, ſinguli ſunt electi per veram electionem a majori parte eligentium, qui ſucceſſivè duos, vel tres eligunt ex dignioribus, vel æquè dignis, unde ſors tunc non cadit ſuper electionem. Præterea putârim non poſſe plures eligi, ut poſtea per ſortes unus accipiat officium Eccleſiaſticum, quia generaliter id prohibetur in *c. Eccleſia extra de ſortileg.* à generali autem prohibitione non licèt caſum excipere ſine fundamento juris, vel evidenti neceſſitate : unde talis modus eligendi fortâſſis tantùm viget in Congregationibus, quæ potiùs ſunt civiles, ſeu laicæ, quam Eccleſiaſticæ, & officia ad quæ tales electiones fiunt, nec jurisdictionem, nec adminiſtrationem Eccleſiaſticam habent.

19 Cæterùm ſi hæc conſuetudo vigeat in aliqua Congregatione Eccleſiaſtica electio per tales ſortes erit ex vi alicujus conſtitutionis approbata à ſummo Pontifice, & per quam aliquo modo derogatur juri communi, quo ſublato ille modus electionis per ſe malus non eſt : tum quia cùm hæc prohibitio ſit tantùm de jure poſitivo poteſt ſummus Pontifex in ea diſpenſare: proinde beneficio diſpenſationis poteſt aliqua congregatio Eccleſiaſtica licitè eligere per ſortes.

20 An verò electio ad Eccleſiaſticum beneficium facta per ſortes diviſorias ſit ipſo jure irrita, vel irritanda, videtur dubium : etenim quòd non ſit irrita, videtur deſumi ex *d. c. Eccleſia* ubi licèt dicatur reprehenſibilis electio facta per ſortes, non tamen dicitur eſſe irrita ; quin imò potiùs ſupponitur valida, quia Pontifex eam confirmavit, & confirmatio ſupponit valorem actûs, qui confirmatur, proinde talis electio non fuit irrita, ſed ad ſummum irritanda. Tum quia in prohibitione nullum eſt verbum annullans, ſed tantùm prohibens uſum ſortium in electionibus, : atqui lex prohibens non irritat, niſi addat verbum declarans nullitatem actûs. E contra Panormitanus in *d. c. Eccleſia n. 5.* ait : illam electionem per ſortem eſſe irritam, utpote factam contra diſpoſitionem juris. Tum quia eſt contra formam eligendi, quæ ponitur in *c. quia propter 42. de elect.* Verùm quoad primum facilè reſpondetur, actionem contra prohibitionem legis non habentis verba irritantia non eſſe irritam ipſo facto, ſed tantùm poſſe irritari. Verùm quia in *d. c. quapropter 42. de elect.* ponuntur expreſsè illa verba : *Aliter electio facta non valeat*, ideò ex vi hujus textus tantum putârim irritam eſſe electionem ad aliquam dignitatem factam per ſortes, eò quia in illa non ſervetur forma præſcripta in *d. c. quia propter* : ſiquidem de illa verificantur verba in textu : *Aliter electio facta non valeat.* Cæterùm in *c. Eccleſia de ſortileg.* electio ad Eccleſiam non fuit facta per ſortes, ſed per ſuffragia, & electionem commiſſariorum: proinde in ea potuit ſervari forma præſcripta in *c. quia propter 42. de elect.* ibi : *Vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Eccleſiæ viduatæ provideant de Paſtore :* & hoc totum ſervatur in *d. c. Eccleſia* : ubi tantùm fuit erratum in modo committendi poteſtatem eligendi ipſis commiſſariis interventu ſortium, de hoc autem modo committendi aliis hanc poteſtatem eligendi, nil diſpoſitum erat, in *c. quia propter. 42. de elect.* neque circa hoc habetur ibi forma præſcripta ad committendam talem poteſtatem ; quapropter potuit commiſſio valida eſſe, quamvis per ſortes facta : quòd ſi commiſſio valida fuit ; etiam electio facta à Commiſſariis ſuum fuit ſortita valorem ; quia in illa ſervari potuit forma præſcripta in *c. quia propter*, in quo præſcribitur forma de ſola propria electione facienda ad Eccleſiam, & hæc electio tantùm, ſi aliter fiat, dicitur non valere : in aliis autem caſibus, ubi hæc forma non eſt neceſſariò adhibenda ; quamvis uſus ſortium ſit prohibitus, non tamen actio eſt irrita; licèt poſſit irritari, quia in jure non reperitur hæc irritatio.

Quòd verò ad ſortes conſultorias attinet 21
poſſunt iſtæ in aliquibus caſibus eſſe licitæ. Primò ſi neceſſitas urgeat, nec ſuppetat aliud humanum conſilium : alioquin ſine urgente neceſſitate velle ut Deus peculiari modo ſuam manifeſtet voluntatem, perinde eſt, ac Deum tentare, cùm Deus nullibi promiſerit ſe directurum has ſortes, proinde ſuperſtitioſum eſt, conjicere eam eſſe Dei voluntatē, quam ſortes indicant. Secundò ſi Deus alicui inſpiret, vel revelet, ut ad cognoſcendam rei veritatē utatur ſortibus, tunc enim prudenter credi poteſt, quòd talis inſpiratio ſit divina ; quo pacto, ex inſpiratione divina Joſuë uſus fuit ſortibus ad cognoſcendum occultum malefactorem *Joſue 7.* & electio Saulis ad Regnum Iſraël ſortibus facta fuit à Samuele *1. Reg. 10.* Tertiò ſi ſortes fiant cum debita reverentia, & per prævias fuſas ad Deum preces, ut velit Deus ſortes regere *Proverb. 16. ſortes mittuntur in ſinum & à Domino temperantur*, Quartò ſi non mittantur ſor-

Digitized by Google

tes circa electiones Eccleſiaſticas, quia id ſpecialiter eſt prohibitum in aliis caſibus,& ſi fiant ſortes conſultoriæ non excuſantur à culpa gravi. Jovat obſervare, malitiam hujus peccati non eſſe ſuperſtitionem divinitavam,ſed vel tentationem Dei, vel ſacrilegium: etenim ſi fiat indebito modo reducitur ad aliquod genus ſacrilegii, ut ſi quis nulla præmiſſa prece ſine debita reverentia accedat ad Deum hoc modo conſulendum : vel ſi medio improportionato utatur,ut ſi ſortes ſint de rebus temporalibus, & ad hoc conſulantuc divina oracula.

22 Dupliciter enim poteſt hæc Dei conſultatio contingere. Primò intendendo, & expreſsè vel tacitè petendo à Deo, ut per ſignom aliquod extraordinarinm oſtendat, quid expediat agere in tali negotio ; vel ut ſignificet quis dignior ſit tali dignitate, vel qois ſit futurus otilior Eccleſiæ,ſi eidem præficiatot : & hoc pacto Apoſtoli conſuluerunt Deum in electione D. Matthiæ : imò hanc motionem divinam ad id poſtulandum probabile eſt, habuiſſe aliquos viros ſanctos, qui uſi fuerunt fortuita libri ſacri apertione ad futurum aliquem eventum cognoſcendum, ut de Tetrico Epiſcopo viro ſancto narrat Gregorius Turonenſis *lib.4. hiſtor. Franc. c.16.* Secundò poteſt quis intendere tantùm impetrare à Deo occultam directionem ſortinm per ſpecialem providentiam, quæ licèt miraculoſa dici non poſſit, pertinet tamen ad ſpecialem gratiam, ot homo ianta fiducia Deum roget, ot ſecum ſtatuat amplecti, ſicut à Deo volitum,quod ſors tulerit. Verùm tunc ſortes ſunt potiùs diviſoriæ, quàm conſultoriæ, quia non tam intenditur cognitio per ſortem, quàm determinatio ad aliquid faciendum, & ſolùm concipitur probabilis ſpes ; fore ut Deus tali pacto tacitè ſit approbaturus determinationem, quæ ſpes non eſt vana, ſed probabilis.

23 Sortes verò divinatoriæ, per quas inquiruntur futuri eventos, ſunt ſemper illicitæ,& peccaenm grave: ſiquidem vel expectatur divinatio ſortium à Deo,vel à cœlo, vel caſu, aut à dæmone : à Deo non poteſt expectari, quia nullibi habemus,Deum promiſiſſe ſe temperaturum ſortes ordinatâs ad prænoſcenda futura,vel aperienda occulta : & eventos in contrarium ſæpè contigerunt : neque hæc divinatio expectari poteſt à cœlo, quia actiones, quæ dependent à libero hominis arbitriu non diriguntur vi cœlorum, nec temperantur influxu aſtrorum, alioquin adimeretur in homine libertas. Neque hæc divinatio per ſortes poteſt expectari à caſu, quia ſortes caſuales nil certi poſſunt præſignare : unde ſupereſt,ut dirigantur à dæmone,qui tacito quodam pacto invocetur, ut ſortes regat, effectúmque præſignatum procuret, quapropter hæ ſortes divinatoriæ expreſsè prohibentur in *c. c. de ſortilegiis 26. q. 1.* & in *cap. ſi quis Clericus* 32.

24 Cæterùm ſortes divinatoriæ aliquando ſunt quaſi ſpeculativæ, & ordinantur ad cognoſcenda futura, vel occulta ſolùm ob curioſitatem,& tantùm ſiſtendo in eadem cognitione, non verò ad aliquid operandom,ut cùm quis per ſortes inquirit, quiſnam obtinebit officiom, victoriam, & alia id genus, & tunc ſortes divinatoriæ includunt malitiam ſuperſtitionis ; perinde ac ſi quis futura, & occulta vellet per aſtra, & auguria cognoſcete.

Nonnunqnam ſortes divinatoriæ ſunt practicæ, eò quia tali cognitione ordinentur ad aliquid agendum, ut cùm quis per ſortem inquirit, 25
an Petrus ſurripuerit rem alienam, an comiſerit tale delictum, & quid ſimile, & tunc præter malitiam ſuperſtitionis includunt etiam injuſtitiam, quia læditur ſama proximi, & detrahitur bonæ exiſtimationi alterius : poteſt enim, qui eſt innocens,cenſeri nocens, & ut talis manifeſtari, quòd eſt gravis injuſtitia, præſertim ſi ob hoc etiam poniatur abſque alia probatione delicti : quia ſortes per ſe nullam probationem faciunt, cùm ſint merè caſuales, poſſintque æquè cadere ſuper pravos, & probos.

Neque obſtat, quòd Joſuë jodicio ſortium 26
punierit Acham, qui occultè deliquerat. Nam Joſuë ex Dei præcepto oſus ſuit ſortibus ad agnoſcendum occultè delinquentem, ut patet ex *Joſuè c.7.* ut etiam notavit D.Thomas *2.2. q.95. art.8.* quapropter nullum aderat periculum, nt ſortes caderent ſuper alium, quàm ſuper delinquentem Achan, cui poſtea dixit Joſuë : *Fili mi da gloriam Deo, & confitere : atque indica mihi, quid feciſti*, reſpondit Acham : *Verè ego peccavi Domino Deo, & ſic feci*, ut habetur in *d. c. Joſue 7.* Cæterùm utentes ſortibus divinatoriis incurrunt excommunicationem latam à Leone IV. in *c. ſortes 26. q. 5.* ibi : *Sortes, quas patres damnârunt, nihil aliud quàm divinationes, & maleficia eſſe decernimus. Quamobrem volumus omninò illas damnare, & ultra inter chriſtianos nolumus nominari, & ne exerceantur anathematis interdicto prohibemus.*

§. X.

De quarta ſpecie ſuperſtitionis, quæ dicitur vana obſervantia.

Vanæ obſervationes dicuntur,quæ adhibentur ad aliquem effectum, ad quem nec à 1
Deo, nec à natura vim ullam habent : vel etiam quando ea conſideratione alicujus eventûs fortuiti quis conjicit aliquid proſperi,vel adverſi, & inde ſuas moderatur actiones. Quoties igitur procuratur aliquis effectus per media vana, & inutilia, quæ neque à Deo, neque à natura inſtituta ſunt ad illum effectum producendum, habetur vana obſervantia inventa ex hominum vanitate, & cooperante dæmonis malitia, & dicitur obſervantia vana, quia utitur mediis non habentibus conneaionem cum effectu concupito:vel ſi effectus ſequatur plus detrimenti, quàm commodi adſerat;adeò ut ſi commodo ſit corpori ; detrimento ſit animæ, ot docet D. Thomas *2.2. q.96. art.2. & 3.* hinc differt vana obſervantia à divinatione, quia hæc ordinatur tantùm ad conſequendam notitiam rerum occultarum indebito modo. Secus vana obſervantia procedit ulteriùs, & tendit ad opus, & ad effectum externum ; hoc eſt ad aliquod commodum obtinendum, vel malum aliquod vitandum.

2 Species vanæ obſervantiæ tres recenſeotur, quatum prima eſt ars ootoria : ſecunda obſervantia ſanitatum ; & tertia obſervantia eventuum. Ars notaria eſt quædam ratio, quâ quis intendit conſequi ſcientiam infuſam per quædam jejunia, inſpectiones figurarum, & ſimilia vana adminicula, & id eſt ſemper peccatum grave, quia utitur quibusdam meduis ad ſcientiam acquirendam, quæ non habent ſecundùm ſe virtutem eam cauſandi, cujosmodi ſunt inſpectiones quarundam figurarum, vel prolatio quorundam verborum ignotorum, quædam jejunia, certæ preces, & alia id genus, quæ nullam virtutem, ac proportionem habent ad acquirendam ſcientiam, nec Deus illa inſtituit ad ſcientiam infundendam: quapropter ſunt ſigna ſignificantia pactum cum dœmone initum, & ideò ars notoria dicitur illicita inquiſitio ſcientiæ, ut docet D. Thomas 2.2. *q.96. art.1.* Quòd ſi hæc vana obſervantia contineat pactum expreſſum cum dœmone, ſemper eſt peccatum graviſſimum, ſive pactum ſit verbis, ſive ipſo facto explicitum. Si verò contineat ſolum pactum implicitum cum dœmone, quamvis ex ſuo genere ſit peccatum lethale, utpote contra religionem, cultúmque Deo debitū ; cenſent tamen aliqui, eſſe veniale ratione intentionis, ut ſi quis tantùm ex quadam levitate, vel curioſitate velit aliqnid ſcire. Verùm vix excuſaram hanc curioſitatem à culpa gravi, eò qoia ſocietatem cum dœmone habeat, ejúsque auxilium tacitè petat, quamvis ex auriofitate, & levitate id fiat, quia ſemper cedit io gravem injuriam divinæ Majeſtatis, & imminet periculum deceptionis.

3 Hæc ars notoria eſt ſemper peccatum grave, quia ſaltem tacitè invocatur dœmon, cui attribuitur poteſtas infundendi animæ ſubitò habitus ſcientiarum, quod proprium eſt ſolius Dei, ut docet D. Auguſtinus *lib. 10. de civit. c. 9.* ex teſtimonio Porfirii : ratio eſt, quia cùm hæ cœremoniæ non habeant vim à Deo, cùm id ſit omninò ignotum Eccleſiæ; nac à natura rerum quæ adhibentur, nec ab aſtris ; ſequitur tunc effectum non poſſe ab alio expectari, quàm à dœmone ; cui proinde tribuitur poteſtas infundendi ſciantias animæ, qnæ infuſio à ſolo Deo obtineri poteſt, quo pacto Salomon à ſolo Deo *3. Reg. 3.* ſcientias rerum omnium accepit, hinc Chriſtus *Luc. 21.* dixit diſcipulis ſuis : *Ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere, & contradicere omnes adverſarii veſtri*, & D. Thomas 2. *q.96. art.1.* notat, hoc donum oon dari quibusaunque, aut cum certa obſervatione, ſed ſecundùm arbitrium Spiritus Sancti juxta illud Apoſtoli *1. ad Corinth. 12.* *Alii quidem datur per Spiritum ſanctum ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ ſecundùm eundem Spiritum*, & poſtea ſobditur : *hac omnia operatur unus atque idem ſpiritus dividens ſingulis prout vult* : atqui ad dœmones non pertinet illuminare intellectum, & acquiſitio ſcientiæ, & ſapientiæ fit per illuminationem intellectùs, ut docet D. Thomas *loc. cit.* ubi ſubdit, poſſe dœmones verbis hominum colloquentes exprimere aliqua ſcientiarum documenta, quo pacto operâ dœmonis plures viti nequam præſertim Hæretici Anabaptiſtæ ſcientiam dicuotur conſequi ſcripturarum ſumpto bolo illius deteſtabilis cœnæ, quia diabolus eos occupat, & per os illorum legit, ſcripturas profert, & diſputat, eósque ita dementat, ut ſe hæc omnia noſſe putent, & veluti quadam maniâ laboraotes videantur ſibi omnia ſcire, ut notat Leſſius *lib. 2. de juſtit. & jur. c. 43. dub. 10. n. 62.* ubi addit, quòd ſi hæretici illi catholici fiant, recedat ab ipſis ſpiritus nequam, ſintque prorſus rudes, idque experientiam docere quotidianam.

Hinc quidquid affetat Valentia 2.2. *diſput. 6. q. 19. punct. 3.* putârim, hanc vanam obſervantiam ob pactum ſaltem tacitum quod continet cum dœmone ſemper eſſe peccatum graviſſimum, & non excuſari ob parvitatem materiæ à culpa lethali: ſiquidem quælibet cum dœmone ſocietas, & quodlibat commercium, & in ejus ope fiducia maximè adverſatur religioni, & divinæ Majeſtati injuriam affert, tametſi materia, & effectus intentus ſit leviſſimus : quia malitia hujus peccati conſiſtit in eo quod auferatur Deo, cultus eidem debitus, & tribuatur creaturæ effectus, qui à ſolo Deo ſperari debet: utraque autem deformitas eſt ex ſe gravis, & abſtrahit à quacunque materia, proinde non poteſt dari, quoad hanc vanam obſervationem parvitas materiæ. 4

Quapropter uſus artis notoriæ ad ſcientiam acquirendam eſt ſemper peccatum mortale, quia utens arte notoria intendit ſcientiam enanciſci ſine ſtudio absque labore, proinde non poteſt eam acquirere, niſi per infuſionem; proinde virtualiter intendit eam per infuſionem habare; & hoc pacto non poteſt eam conſequi per illas vanas obſervantias, quæ adhibentur, ut per ſe patat, eò quia non procuratur à Deo, qui nunquam promiſit ſcieotiarum iofuſionem per verba ignora, aut per inſpectiones fignrarum, vel per potionem alicujus liqnoris. Imò nec per jejunia, & orationes: ſiquidem qui ſine ſtudio absque labore nullam adhibendo induſtriam, & diligentiam, quam poſſet ex ſe ponere, tantùm ſolis jejnniis, & oratione vellet ſibi ſcientias infundi à Deo, is procul dubio Deum tentaret, ac improbè eum coleret, niſi id ageret ex ſpeciali Dai inſtinctu : proinde qui per hæc media ſine ſtudio absque labore intendit ſcientias enanciſci, vult eas à dœmone ſibi infundi, cum quo propterea ſocietatem init, proinde hæc ara notoria eſt omninò rejicienda, eò quia ſemper peccatum lethale includat. Cæterùm poteſt quis cum debito labore, & ſtudio petere à Deo ſcientias, quæ conferunt ad ſalutem, ídque etiam per jejunia, & fuſas preces, quia tunc quantum eſt ex ſe adhibet omnem induſtriam, & diligentiam quàm poteſt ; & petere aliquid à Deo, qood conferat ad ſalutem animæ licitum eſt. 5

An verò, ſi quis poſt impenſos laborea, & adhibita ſtudia ad ſcientiam acquirendam uteretur vanis obſervantiis, committeret ſuperſtitionem? Reſpondetur, quòd ſi ex illis vanis obſervantiis ſperaret vim memoriæ acquirere, vel acumen ingenii, vel organa ſenſuum, meliùs diſpoſita, & alia id genus, quæ virtute harum obſervantiarum non poſſunt naturaliter fieri, tunc ſine dubio in peccatum incideret ſuperſtitioois, quia hæc ſperaret à dœmone, cuj[us] virtute crederet poſſe fieri; & 6

quia ſine

Digitized by Google

quia ſine pacto expreſſo, vel tacito cum dæmone nequeunt hæc fieri, ideò quamvis nihil expreſsè, vel tacitè petatur, quod virtutem naturalem excedat, adhuc ratione ſocietatis cum dæmone initæ peccatum committitur ſuperſtitionis. An verò ſi quis ad ſcientias acquirendas recitet illa verba Pſalmi 50. *Incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtâſti mihi*, eſſet ſuperſtitioſus? reſpondetur cum diſtinctione, vel enim credit, præfata verba eſſe neceſſariò proferenda, ut ſcientiã conquiſcatur, & tunc ut ſuperſtitioſus lethaliter peccat, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 96. art. 4. ad 1.* ſin verò ex ſola devotione verba illa recitet, tunc nullum committit peccatum.

7 Ceterùm nunquam licitum eſt uti ſcientiâ ope dæmonis acquiſitâ, ſi hæc ſit ſuperſtitioſa: ſin verò ſit naturalis, ſeu notitia virtutis alicujus rei naturalis, quamvis peccet mortaliter utens dæmone Magiſtro ad talem ſcientiam addiſcendam, ſi tamen ejus uſus non dependeat à dæmone nec exigat dæmonis concurſum, nec aliquod contineat vitium, neque ad malum aliquod ordinetur, poteſt licitè quis ea uti, & etiam eas alios docere, quia uſus ſcientiæ naturalis ex ſe bonus eſt, quamvis talis ſcientia fuerit malè acquiſita, ut docent Suarez *tom. 1. de religion. lib. 2. c. 15. n. 24.* Valentia *2. 2. diſput. 6. q. 13. punct. 2. §. 4.* Hinc obſervandum eſt cum D. Thoma in *quodlib. 4. q. 11. art. 16.* Cognitionem rerum, & notitiam cujusvis ſcientiæ eſſe aliquid ex ſe bonum: alioquin Deus, cui nihil mali ineſt, non haberet omnem ſcientiam tam bonorum, quam malorum; quapropter appetere notitiam cujusvis ſcientiæ rerúmque omnium ex genere ſuo, eſt quid bonum: & tantùm ex diverſis occurrentibus circumſtantiis poteſt eſſe quid malum, & præſertim ratione finis operantis: hinc ſi quis appetat, ſcire ſcientias magicas ut eis utatur, eſt procul dubio quid malum: ſin verò appetat eas ſcire, ut eas confutet, eſt quid bonum. Verùm magicæ artes, ut docet D. Thomas *loc. cit.* ſunt potiùs dæmonum fallaciæ, quàm ſcientiæ.

8 Obſervatio ſanitatum contingit, quando adhibentur aliqua verba, vel ſigna, ut cæremoniæ inanes ad morbos hominum, aut aliorum animalium curandos, ut etiam ad leniendam morbi acerbitatem, ad mitigandos dolores, ſiſtendum ſanguinem, expellendam febrim, conſervandam vitam, corroborandam valetudinem, præſtandum ſe immunem contra læſiones hoſtium, efficiendum ſe invulnerabilem. Quia omnis circumſtantia inutilis, ſi ut neceſſaria adhibeatur circa humana corpora, eſt opus ſuperſtitioſum, diciturque vana obſervatio ſanitatis; hinc adhibere medicamenta naturalia, & utilia cum vanis circumſtantiis illicitum eſt, & ſuperſtitioſum, adeò ut ſi rebus naturalibus habentibus naturalem virtutem producendi effectum ſanitatis addantur aliqua verba, vel characteres, aut aliæ obſervationes, quæ naturalem efficaciam non habent ad talem effectum producendum, tunc ſalus ſperatur per aliquod excedens vires cauſarum naturalium; proinde ineſt verbis illis, vel characteribus, aut cæremoniis ſuperſtitioſa, & dæmoniaca deceptio: ſiquidem media, quæ adhibentur, aut verba, vel characteres, aut alia id generis nequeunt eſſe cauſæ habentes virtutem ad illos effectus, proinde tunc adhibentur ſigna, ad quorum præſentiam alios operetur: & quia hic non poteſt eſſe Deus cùm nullibi legatur, talia ſigna inſtituiſſe, ſequitur eſſe dæmonem: proinde actionem eſſe illicitam, ac manifeſtam ſuperſtitionem, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 96. art. 2. ad 1.*

Huc que non ſolùm pertinent medicamenta naturalia, quibus aliqua inania tanquam neceſſaria adjunguntur; ſed etiam omnia periammata, amuleta, brevia, involucra, verba ſacra, reliquiæ preces deſcriptæ, quæ geſtantur à quibusdam, ne poſſint lædi, aut ne effluat ſanguis, vel ob alios ſimiles fines, ſi contineant aliquas circumſtantias inanes, ut neceſſarias: quia omnis circumſtantia inutilis, ſi adhibeatur ut neceſſaria facit, ut opus ſit ſuperſtitioſum; quia cùm hæ circumſtantiæ non juvent, ut cauſa, neceſſe eſt, ut adhibeantur ut ſigna, quæ cùm non ſint à Deo, debent ad pacta occulta cum dæmonibus pertinere. Imò huc etiam referuntur imagines aſtronomicæ ſub certa conſtellatione efficitæ, ut ſi quis ſub ſigno arietis ſculpat in argento figuram arietis, quam dicunt valere contra morbos provenientes ex cauſis frigidis: vel ſi quis ſub ſigno leonis ſculpat in auro figuram leonis, quam dicunt valere contra phantaſmata, melancoliã, hydropem, peſtem, febres, de quibus fusè ſcribit Cornelius Agrippa *lib. 2. de occulta philoſophia.* 9

Imò huc etiam pertinent ſchedulæ, quæ ſacris verbis, vel ſigno crucis inſcriptæ ſolent geſtari, cum certa perſuaſione ſe propterea non poſſe lædi ab hoſtibus, vel mori ſine confeſſione; quia tametſi nil ſuperſtitioſi videatur exteriùs admiſceri; animus tamen illis rebus utitur ſuperſtitioſè ſcilicet ad effectum, quem nec natura ſua, nec ordinatione divina habent. Generatim quoties adhibentur medicamenta naturalia, & utilia cum vanis circumſtantiis eſt ſuperſtitioſum, quia cum circumſtantiæ, quæ adjiciuntur medicamentis utilibus, & naturalibus, non habeant naturaliter efficaciam ad talem effectum, hic ſperatur ratione circumſtantiarum ab aliqua cauſa excedente vires cauſarum naturalium; proinde ineſt circumſtantiis illis, ſive ſint verba, ſive characteres, ſive cæremoniæ, ſive alia ſigna ſuperſtitioſa dæmonis deceptio. 10

An verò quando dubitatur, num effectus excedat vires cauſarum naturalium, præſumendum ſit provenire à dæmone per ſuperſtitionem. Reſpondetur, quòd ſi dubitetur, an effectus à cauſa naturali proveniat, eò quia non conſtet, an reverà vires excedat cauſæ naturalis cenſendum eſt, illum potiùs à cauſa naturali procedere: ratio eſt, quam refert D. Thomas 2. *2. q. 60. art.* 4. quia cùm plures cauſarum naturalium vires, ac virtutes nos lateant, non ſuppetit ſufficiens ratio præſumendi talem effectum eſſe potiùs ſuperſtitioſum, quàm à cauſa naturali, & in dubio interpretatio fieri debet in meliorem partem. 11

Obſervandum tamen eſt, quòd ſi quis vellet re illa uti ad depellendum morbum deberet proteſtationem præmittere, quâ proteſtaretur, ſe nolle effectum conſequi ſi proveniat à pacto tacito cum dæmone. Sin verò conſtet, effectum 12

illum

illum vires cauſæ naturalis excedere, tunc niſi inſignis ſanctitas operantis, vel alia urgentiſſima indicia ſuadeant, affectum oriri à DEO, vel à bono Angelo, cenſendum eſſet in hoc dubio effectum eſſe ſuperſtitioſum, & cauſari à dœmone, tameſi verba, quæ adhibentur, ſint ſacra, ut docet D. Thomas 2. 2. *quæſt. 96. art. 2.*

13 Hinc ſuperſtitioſus cenſetur modus ille medendi vulnus in loco diſtanti applicando medicamentum ſtrophiolis, induſiis, vel aliis linteaminibus ſanguine vulnerati tinctis, ut notat Mazuchellus *diſp. 2. de caſib. medrol. c. 10. n. 21.* Carena *p. 2. de ſortileg. tit. 12. §. 4. n. 29.* quia modus naturalis medendi vulnera eſt, ut ſuper ipſa vulnera medicamanta applicentur: quia omne agens agit in paſſum ſibi debitè approximatum; unde cùm modus ille medendi vulnera in loco diſtanti, ipſa ſubita ſanatio, & medicamina non applicata immediatè vulneribus ſint contra modum naturalem operandi, deducitur, taliter medentes operari virtute dœmonis, qui ad applicationem medicamenti in loco diſtanti curat inflictum vulnus; quo pacto decipit homines credentes, medicamentum naturaliter operari in locum diſſitum, ut fusè probat Bonacina in *1. decal. præcept. diſput. 8. q. 5. punct. 4. n. 17.*

14 Imò ita medentes in loco diſſito videntur ſaltem leviter de hæreſi ſuſpecti ex pacto tacito cum dœmone in ipſo modo medendi: quia cùm effectus ſanitatis non poſſit naturaliter à tali remedio provenire, ſequitur, eum procedere à dœmone, proinde qui illo utitur denuntiandus eſt Inquiſitoribus ſancti officii, ut notat Petrus Navarra *lib. 2. c. 4. p. 1. n. 215.* Dantur tamen nonnulli habentes naturalem vim curandi aliquos morbos ſolo tactu, vel etiam eorum ſaliva, vel ſimili modo. Ratio eſt, quia hæc vis enumeratur inter dona gratis data, refertúrque ad gratiam ſanitatum, & Deus ſubinde eadem dona concedit hominibus probis, ut eorum tactu, ſalivâ, halitu, vel ſudore, aut ſimilibus, poſſint morbos aliquos curare, partémque corporis læſam corroborare, ſpiritus evaneſcentes cohibere, venena extrahere, & alia id genus. Imò Plinius *lib. 28. hiſtor. natur. c. 3.* ſcribit, fuiſſe Pſyllos in Africa, & Marſos in Italia, ex quorũ familia trahentes originem ſolo tactu, ſuctúque modico ſanarent percuſſos à ſerpentibus, manúq; impoſita è corpore venena extraherent: imò refert, alios fuiſſe, quorum corpora ſolo aſpectu terrori erant ſerpentibus.

15 Hæc enim gratia conceſſa fuit à Deo aliquibus in commodum hominum, ubi neceſſitas id exigeret, & præſertim in locis illis, ubi ſerpentes abundarent: hinc quidam gratiam à Deo accipiunt curandi ſtrumas: quo pacto Reges Galliæ ſolo contactu loci malè affecti, dicuntur ſtrumas curare: & eandem gratiam cenſetur etiam habere Maſculus, qui ſeptimo loco continuato ordine naſcitur: ſiquidem non eſt dubitandum, poſſe Deum quibuſdam hominibus, vel etiam certis familiis eam vim concedere, ut ſuo tactu, vel halitu, aut odore poſſint aliquos morbos curare: & licèt gratia ſanitatum ſi plenè concedatur, ſicut fuit collata Apoſtolis, & aliis viris ſanctis, non ſit illigata actibus iſtis externis, nihilominùs ſi tantùm ex parte conferatur, vel ad certum morbum, poteſt tunc eſſe alligata externis actibus tanquam inſtrumentis neceſſariis: quo pacto Reges Galliæ non curant ſtrumas niſi ſolo contactu loci affecti.

Unde hic uſus curandi morbos permitti poteſt, niſi admiſceantur alia, quæ ſint ſuperſtitioſa, quinimò hæ gratiæ ſanitatum, quæ dantur à Deo ad bonum commune, poſſunt etiam impertiri hominibus nequam, & malæ vitæ, quia hujuſmodi gratiæ dantur gratis, ut notat Azorius *lib. 9. c. 25. q. 9.* Quòd ſi actui ipſi curationis addatur aliqua inutilis, & vana circumſtantia, ut ſunt characteres, nomina, ſigna, vel quòd medicamentum adhibeatur tali horâ, & die, vel ut fiat cum fimbria pilei, vel alio ſimili, tunc conjicitur, dœmonem iiſdem ſe immiſcere, ac in illis operari, ut etiam, quando effectus provenit ex medio evidenter inefficaci, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 96. art. 2. ad 1.* 16

Quid verò dicendum ſit de Enſalmatoribus, qui graviter vulneratos curant deſcribendo tres cruces ſuper vulnus inflictum cum invocatione SS. Trinitatis *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*, & quadam inhalatione, & poſtea benedicunt vinum, & oleum his verbis: *In nomine ſanctiſſimæ Nativitatis Domini noſtri JESU Chriſti, Beata Virgo ſalva virginitate peperit Dominum Noſtrum. Per myſterium iſtud altiſſimum ſupplico divinæ Majeſtati, ut hoc oleum, & vinum benedicere dignetur, ad vulnerum curationem per iſtorum ſanctiſſimorum verborum virtutem*, & deinde applicant vulneri vinum, & oleum ita benedictum, & brevi tempore ſequitur curatio. Reſpondetur cum diſtinctione, vel enim virtus ſanandi cenſetur annexa ipſis verbis, adeò ut hæc à quocunque proferantur, effectum cauſent ſalutis, & talis modus medendi procul dubio pernicioſus eſt, ac omninò cavendus: ratio eſt clara, quia verba illa ex ſe non habent talem virtutem, neque illã habent à natura, neque à Deo, quia Deus nullam efficaciam, ac virtutem dedit verbis, niſi in ſacramentis ad curationem non corporum, ſed animarum: neque verba habent hanc virtutem ab Eccleſia, quia hæc nunquam inſtituit talem modum medendi, imò nec potuit inſtituere: unde ſupereſt, ut verba vim habeant ex occulto pacto cum dœmone, qui inviſibiliter concurrit ad ſanandos vulneratos remediis naturalibus, quæ ipſi optimè innoteſcunt, poteſt enim extrahere ex herbis, rebúſque aliis ſuccos, quos nemine vidente applicat vulneribus: proinde modus iſte ſanandi per verba tantùm, eſt omninò pernicioſus, illicitus, ſupponens pactum cum dœmone. 17

Vel virtus ſanandi annexa eſt perſonæ, adeò ut verba illa prolata ab aliis, & adhibita in medicamento nihil operentur, & tunc modus medendi non eſt damnandus ut ſuperſtitioſus: ratio eſt, quia in omnibus ſignis à dœmone inſtitutis, & quæ operantur ex pacto illius, vis operativa eſt immediatè annexa ipſis ſignis, quæ propterea à quocunque applicentur, ſemper eundem habent effectum, quia dœmon concurrit cum omnibus adhibentibus ejus ſigna, ut omnes in ſuam ſervitutem obliget. Tum quia quando virtus ſanandi eſt annexa perſonæ, tunc verba, quæ adhibentur 18

ab Enſalmatoribus nil continent niſi invocationem ſanctiſſimæ Trinitatis, ac divinæ virtutis per myſteriom ſanctæ Nativitatis Chriſti Domini ſuper oleum, & vinum ad curationem vulnerum: & ex illa inhalacione ſuper vulnus non poteſt clarè argui ſuperſtitio: ſiquidem inhalatio poteſt habere peculiarem vim etiā naturalem, vel ratione temperamenti ipſius perſonæ, vel ratione proprietatis occultæ aliquibus divino munere inſitæ, ut notat Leſſius de *juſtit. & jur. lib. 2. c. 43. dub. 10. n 63.*

19 Nihilominùs Enſalmatores generatim nec damnandi ſunt univerſaliter, nec approbandi, quia non ſemper eſt ratio convincens eorum modum medendi eſſe ſuperſtitioſum: ſiquidem poteſt contingere, aliquem habere gratiam ſanitatis ſibi à Deo gratis datam, ut notat Aaorius *tom. 1. c. 25. q. 2.* neque ſemper adeſt ratio convincens eorum medendi modum non eſſe ſuperſtitioſum, quia plerumque reperiuntur Enſalmatores, qui ſunt viri reprobæ vitæ, & rarò ſine ſuperſtitione, & dœmonum miniſterio utuntur modo illo medendi: & vero ſimile non videtur, Deum tot viris perditiſſimis hanc fuiſſe virtutem impertitum ut notat Martinus del Rio *lib. 1. diſquiſ. magic. c. 3. q. 4.* & Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. de ſuperſtit. c. 15. n. 25.* ubi notat, hos Enſalmatores eſſe diligenter ab Ordinariis examinandos, antequam hic modus medendi eis permittatur, & præſertim examinandum eſt, an utantur certis quibuſdam verbis, aut ſignis, quæ aliàs ab aliis didicerunt, & in quibus putant, virtutem ineſſe curationum, adeò ut hujuſmodi ſigna, à quacunque perſona adhibeantur, eundem ſemper producant effectum, quia tunc argumento eſt, non eſſe gratiam gratis datam; quia ut diximus, hæc non adhæret verbis, aut ſignis, ſed communicatur perſonæ, quæ non poteſt eam aliis communicare, quia ſolus Deus gratis eam dat, cui vult.

20 Neque tunc talis virtus dici poteſt naturalis, quia hæc non adhæret ſignis, vel verbis, ſed tantùm rebus, quòd ſi virtus ſit perſonalis, & non habuit malum initium, de quo conſtet, ſed perſona illa, vel caſu, vel ex bona fide, & ſimpliciter incœpit operari, & poſtea experta eſt effectum, quem à Deo ſperat, & non ab alio: in hoc caſu non videtur damnanda, præſertim ſi, qui eam exercet, piè vivat, & honeſtè utatur eâ gratiâ; alioquin non careret ſuſpicione: quia licèt Deus interdum conferat aliquam gratiam gratis datam homini peccatori non tamen permanenter, & habitualiter, nec ad ejus arbitrium; ſed tantum per occaſionem ad aliquem actum, & propter aliquam fidei utilitatem. Neque qui notitiam alicujus efficacis virtutis in medicamento habuit à dœmone, poteſt licitè tali medicamento uti, quia tunc ille uſus fundatur in ſocietate dœmonis, & ſupponit pactum ſaltem tacitum cum illo.

21 Sin verò efficacia talis medicamenti manifeſtata fuit à dœmone Petro, tunc poteſt Paulus, ſi experimento deprehenderit efficaciam talis medicamenti, illo licitè uti, quia tunc reſpectu Pauli uſus illius non fundatur in ſocietate cum dœmone, neque in pacto ullo; ſed in ſola virtute à Deo data tali medicamento, & experimento deprehenſa; tunc enim, quòd dæmon revelaverit hanc virtutem efficacem Petro, per accidens ſe habet reſpectu Pauli, qui cùm nullam cum dœmone ſocietatem inierit, nec pactum ullum, nec intenderit uti tali medicamento ut manifeſtato à dœmone, ſed tantum quatenus habet virtutem à Deo, nil videtur obſtare, quò minùs poſſit licitè Paulus eo uti, præſertim cùm tale remedium ſit naturale; alioqnin ſi non eſſet naturale non poſſet Paulus eo licitè uti ob aliorum traditionem, & experientiam: quia eo ipſo quòd remedium eſt naturaliter inſufficiens ad producendum effectum ſalutis, præſumi non debet, divinā virtutem eſſe tali operationi infallibiliter aſſiſtentem, & ab ea produci ſalutis effectum, qui propterea ſuperſtitioſus præſumitur, & ex tacito dœmonis pacto, quia ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 96. art. 2.* quotieſcunque cauſa adhibita nequit naturaliter effectum producere, tunc eſt ſuperſtitioſa, & pertinet ad tacitum dœmonis pactum.

22 Tum quia non eſt tribuenda aliqua virtus ſupernaturalis rebus iſtis, niſi expreſſè id ex ſacra ſcriptura, vel authoritate Eccleſiæ, vel ex maxima operantis ſanctitate arguatur, talem effectum eſſe à Deo, ut notat Leſſius *lib. 2. c. 43. dub. 10. num. 62.* Nonnunquam Enſalmatores aſſerunt, ad exercendum ſuæ virtutis uſum requiri plenum vini hauſtum, & tunc damnandi ſunt ut ſuperſtitioſi, quia non eſt probabile, Deum alligare ſuam gratiam exercenti vini hauſtum, ex quo poteſt ebrietas ſequi; unde tunc probabile eſt, id provenire à dœmone, qui ebrietatis periculo delectatur: & hoc procedit, ſi ſermo ſit de virtute ſupernaturali, & gratia gratis data à Deo.

23 Quinimò putārim etiam procedere de virtute naturali, quia idem medicamantum naturaliter non poteſt prodeſſe contrariis modis, ſiquidem, quod prodeſt frigidis, naturaliter nocet calidis. Imò damnandi etiam ſunt illi Enſalmatores, qui aſſerunt, ſe coram altero Enſalmatore habente majorem virtutem ſanandi, non poſſe quempiam ſanare; ratio eſt, quia ſive eorum virtus dicatur naturalis, ſive ſupernaturalis, & gratia gratis data; non eſt, cur virtus unius Enſalmatoris virtuti obſtet alterius, neque obſtat, quòd lumen majus extinguat minus, quia propriè illud non extinguit, nec impedit ejus operationem, ſed tantum efficit, ut minùs ſenſibiliter appareat; imò quamvis lumen minus non appareat, adhuc tamen operatur, ut liquet in ſtellis, quæ licèt interdiu non appareant, non tamen ceſſant operari, & ſuos in terras influxus demittere.

24 Nonnunquam Enſalmatores fatentur eorum ſigna accipere ſuam efficaciam ab efficacitate imaginationis, vel etiam affectûs ipſius operantis, & tunc ſunt etiam damnandi: quia licèt vis imaginationis maxima ſit, nihilominus poteſt conſiderari, vel quoad corpus ipſius imaginantis, & tunc fateor, plurimum in illud poſſe, ſiquidem imaginatio excitat potentiam appetitivam ad timorem, pudorem, triſtitiam, iram, & alia id genus; quæ affectiones homi-

num

num ita afficiunt, ut calore, vel frigore alterationem, ac mutarionem ſubeant, qua ratione D. Thomas *3. p. q. 13. art. 3. ad 3.* & *lib. 3. contra gentes c. 103.* aſſerit, imaginationem in corpus imaginantis immutare omnia, quæ naturalem habent coordinationem cum imaginatione, cujusmodi eſt motus localis in dormientibus, qui inter ſomniandum nonnunquam obambulant. Diſpoſitiones verò corporales non habentes naturalem ordinem ad imaginationem non transmutantur ab ipſa imaginatione, quantumvis hæc vehemens fuerit: hinc ex ſola imaginatione nunquam homo figuram mutavit corporis, neque alicujus membri, ut manus, vel pedis, quia diſpoſitiones membrorum non habent naturalem ordinem ad imaginationem, ſicut animæ paſſiones, & affectus juxta quos movetur cor, & per commotionem ſpirituum corpus alteratur, frigore, vel calore, ut facies palleſcat, vel rubeſcat. Sin verò conſideretur vis imaginationis quoad alienum corpus ſejonctum ab imaginante; quamvis non deſint, qui putent per vim imaginationis poſſe non ſolùm ſanari corpora loco diſita, verùm etiam loco moveri, imò & fulgura, procellas, ac pluvias in aëre excitari, ut docent Paracelſus *lib. de imaginat.* Pomponacius *lib. de incantam. in c. 3.* Marſilius Ficinus *lib. 13. de theol. Platon.* & alii putantes, id poſſe contingere per quoſdam radios, aut ſpiritus expulſos è corpore vi imaginationis, & ad ſolùm animæ imperium.

25 Communis tamen, & vera ſententia eſt, corpus ſejunctum, & loco diſſitum ab imaginante non poſſe naturaliter immutari per imaginationem, aut aliam potentiam in imaginante mediantibus præfatis radiis, & ſpiritualibus è corpore imaginantis ſolo animæ imperio emiſſis: ratio eſt, quia imaginatio eſt actio immanens, proinde anima imaginantis nullam realem qualitatem poteſt naturaliter imprimere rei disjunctæ, unde oppoſita ſententia omni caret probabilitate: quia hominis imaginatio cùm ſit actio immanens, non habet vim movendi corpora externa, ſed tantùm commovendi internos humores, & ſpiritus ipſius imaginantis.

26 Præterea quia conſtat experientiâ, Enſalmatores in ſuis operationibus non moveri illa vehementi imaginatione, & affectu, ſed perinde illa verba proferre, vel medicamenta applicare, ſicut ſolent Medici, vel alii artifices ſua opificia efficere, proinde abſque ullo fundamento eorum verbis, & cæremoniis tribuitur efficacitas ob vim imaginationis: & licèt tempore conceptionis ſoleat imaginatio magis operari in filios, quàm in parentes, non tamen inde ſequitur, poſſe imaginationem agere in corpus disjunctum, & ſeparatū, locóque diſſitum. Infans enim quamdiu eſt in utero matris dicitur pars viſcerum matris *l. qui in utero ff. de ſtat. hominum* proinde non poteſt ex hoc argui, poſſe imaginationem immutare corpora disjuncta & ſeparata.

27 Obſervatio eventuum habetur, quando fortuitò aliquid occurrit, vel accidit homini, ex quo ſibi vel alteri aliquid juxta, vel contra vota conjectat, & inde ſuas moderatur actiones, ut ſi quis manè egrediens domo pedē offendat, & ex eo revertatur domum, metuens iter ſibi fore infauſtū: ſi calceos induens ſternutet, ex timore lectum repetat, ut ſiniſtrum omen avertat: ſi egreſſo foras ipſi puella obviet, cenſeat diem fore ſterilem, & ſine fructu, ac utilitate in ſuis negotiis agendis; ſecus fore proſperum, ſi mulier illi occurrat, quæ ſit multiplicis prolis mater: plura hujusmodi exempla congerit D. Auguſtinus *lib. 2. de doctrin. chriſt. c. 20.* Quando homines hujusmodi obſervationes attendunt, non ut quasdam cauſas; ſed ut ſigna quædam futurorum eventuum bonorum, vel malorum, dicuntur vanæ obſervationes, quia non obſervantur ſicut ſigna à Deo tradita, cùm non ſint introducta ex authoritate divina, ſed magis ex vanitate humana cooperante malitia dæmonum, qui nituntur homines hiſce vanitatibus irretiri: ex quo ſequitur, has omnes obſervationes illicitas eſſe, ac ſuperſtitioſas.

Putat tamen Cajetanus, has vanas obſervationes culpam non excedere venialem, quia nulla intervenit mala intentio, ſed tantùm quidam ſuperfluus, & irrationabilis timor ortus ex aliorum traditione. Sunt etiam vanæ obſervationes circa dies fauſtos, & infauſtos, quæ quidèm ſuperſtitioſæ ſunt, & illicitæ, adeò ut ſi homo firmiter credat, hos dies ſibi fauſtos futuros, vel infauſtos mortaliter peccet, eò quia in noſtra ſit poteſtate dies bonos, vel malos nobis efficere juxta operationes bonas, vel malas, in quibus occupamur; ſi enim quis diebus feſtis pluribus interſit ſacris, contionē audiat, templa frequentet, divinis officiis aſſiſtat, eleemoſynas det pauperibus, certè bonos ſibi conſtituit dies, & fauſtos: & in libertate hominis eſt ita agere diebus ſingulis, ſi velit, ac proinde omnes dies ſibi fauſtos conſtituere, quo pacto homo dominatur tempori, non tempus homini, & ideò hæ obſervationes dierum fauſtorum, & infauſtorum prohibentur in *c. illud 26. q. 2. c. non obſervetis 26. q. 70.* 28

Sin verò non efficaciter, nec certò hæc credantur, ſed tantùm ex ſolo quodam timore dies obſerventur, tunc cenſent plures, id peccatū eſſe tantùm veniale. imò non eſt cenſendum ſuperſtitioſum obſervare dies, menſes, & annos ad negotia inſtituenda, quia ſicut licitum eſt obſervare tempora aptiora in colligendis fructibus, ſecandis herbis, ſcindendis arboribus, purgandis corporibus, excolendis campis, eò quia certis temporibus virtus herbarum ſit efficacior, & ligna tali tempore ſciſſa minùs corruptioni ſint obnoxia: ita videtur ſine ſuperſtitione in negotiis inſtituendis obſervare menſes, dies, & annos, quinimò pium potiùs cenſendum eſt, ſi quis eligat diem ſacram alicui Cœliti ſuo patrono ad inſtituendum, & inchoandum negotium, illúdque eidem commendet Cœliti, quem ſpeciali affectu proſequitur. 29

Imò hoc idem obſervari etiam poteſt in religione ſubeunda matrimonio contrahendo, primitiis ſacris celebrandis, ut nimirum cœlites illi nobis opitulentur, ſuámque præſtent opem. Neque vana eſt ſuperſtitio fidem præſtare futuris morientium prædictionibus, quia qui proximi ſunt morti, perſæpè futura divinant, ut pluribus exemplis oſtendit D. Gregorius *lib. 4. dialog. c.* 30

27. *& ſequent.* ubi concludit, nonnunquam animas emigraturas è corpore per revelationem futura cognoſcere: qoinimò ſubinde anima ſoa ſubtſlitate, quæ futura ſunt cognoſcit: hinc Jacob animam acturus ſuos vocavit filios *Geneſ. 49.* quibus dixit: *Congregamini, ut annuntiem, quæ ventura ſunt vobis in noviſſimis diebus.* Moyſes itidem, cùm jam mors immineret plura Iſraelíticia tribubus prædixit, cujus rationem etiam aſſignat Azorius *p. 1. lib 9. c. 24. q. 9.* quia eatsnus mux acturi animam vaticinantur futura habentia certas naturales cauſas, quia nonnunquam tunc conſopitis ſenſuum motibus, mens intus magis ſe colligit, meliúſque, & exactiùs res contemplatur, qoatenus vario, ac multiplici ſenſuum affectu non perturbatur, neque diſtrahitur.

§. XI.

De Magia, Sagis, vel Lamiis.

1 AD quartam ſuperſtitionis ſpeciem pertinet etiam magia, per quam mira quædam, & inſolita ab hominibus fiunt operâ dœmonum: quia verò hoc nomen *Magia* poteſt generaliter accipi, ideò bipartiri ſolet in naturalem, & ſuperſtitioſam: illa eſt ratio quædam operandi mira per canſas naturales abſque ulla dœmonis opera: & de hac magia fusè agunt, & regulas tradunt Cardanus de *rer. variet.* Alexius Pedemontanus, Baptiſta à Porta, & alii, qui tamen quædam ſuperſtitioſa nonnunquam admiſcent: ſed ex recentiorihus de hac magia oaturali agunt Gaſpar Schottus in ſua magia univerſali oaturæ, & artis, Athanaſius Kircheros in Oedipo Ægyptiaco *tom. 2.* & alii qui magiam naturalem deſcribunt, eſſe reconditam quandam arcanorum naturæ notitiam, quâ rerum ſingularium naturis, proprietstibus, viribus occultis, ſimpathiis, & antipathiis cognitis, res rebus, ſeu ut Philoſophi loqnuntur, activa paſſivis ſuo tempore, loco, & modo applicantur, & mirifica quædam hoc pacto perficiuntur, quæ cauſarum ignaris præſtigioſa, vel miraculoſa videntur.

2 Hinc magiæ vocabulum ſive Perſicum ſit, ſive Chaldaicum, ut placet D. Hieronymo in *c. 2.* Danielis cum pleriſque de magia ſcriptoribus: ſive ut alii volunt, ſit vocabulum græcum quod ex primæva ſua impoſitione honorificom fuit, ſiquidem ſignificavit ſummam creatæ, & natnralis ſapientiæ perfectionem, ac veluti ſupremum apicem arcanarum ſcientiarum, ſeu facultatem res miras, ac inuſitatas arte quadam occulta, quæ aliis non innoteſcit, perficiendi, applicando activa paſſivis: hinc effectus magiæ eſt, quòd ſunis, linteolum, charta ex aſpeſto confecta, & projecta in ignem non modo non comburatur, ſed purior extrahatur, ut ipſemet pluries fui expertus: cùm enim fuiſſet mihi dono datum lintei fruſtum ex aſpeſto confectum pluries oleo, vel alio liquore illud inſeci, ut maculas contraheret, quas in igne exuit, pluries enim in brunas accenſas à me injectum linteum, purius ac candidus ſemper illud extraxi. Cardanus *lib. 6. ſubtil.* ait, effectum fuiſſe hojus magiæ, quòd Turca Venetiis liquato plumbo manus laverit innoxias, imbutis ſcilicet priùs manibus ſucco malvæ; quòd Tob. 7. paternam cæcitatem ſele piſcis diſpulerit ab Angelo ita inſtructus; quam vim plutes tribuunt Callionymo piſci cum Galleno *lib. 10. ſimplicium*: quòd paleæ ſuo calore fructus ita ſoveant, ut matureſcant, & ſuo frigore nives conſervent, ne liqueſcant, ſed inſerviant æſtiris caloribus mitigaudis; ſiquidem ſolent nives ita aſſervatæ in locis ubi æſtivi calores acriùs urunt, in deliciis eſſe, & magno quæſtu in civitatibus divenduntur: quòd calx viva, uti vocant, cum ignitam in ſe vim habeat, affuſâ aquâ accendatur: quòd ſal Agrigentinus liqueſcat igne, & aquâ indureſcar, & crepitet teſte Plinio *lib. 31. c. 7.* & Faaello *dec. 1. rer. ſicul. lib. 6. c. 1.* ubi teſtatur a ſe id probatum fuiſſe: ſed licèt ipſemet per plores annos fuerim Meſſanæ in Sicilia commoratus, ac viderim concretos ſales in maritimis litoribus, nil tam audivi de ſale hoc Agrigentino: quòd Tarantulæ, ſeu Phalangii veneno infecti non reſtituantur ſanitsti niſi per choreas, quas ducant. Huc etiam referuntur virtotes herbarum, & gemmarum, quæ ad animi paſſiones excitandas plurimùm valent.

3 Verùm quamvis hæc magia per ſe mala non ſit, pluribus tamen eſt obnoxia periculis, qoia humana ingenia rebus curioſis, ac inutilibus implicat, & quia curioſitas aliam ſecum curioſitatem trahit, ſenſim ſine ſenſu ad magiam ſuperſtitioſam viam ſternit. ſiquidem ſub ſpecie occultæ operationis naturæ, dœmon facilè rebus iſtis curioſis ſe immiſcet, & ita occultæ virtuti cauſa naturalis tribuitur, quod ipſius præſtigiis agitur, adeò ut D. Auguſtinus *lib. 10. de civit. c. 19.* dicat, omnia miracula magorum doctrinis fieri, & operibus dœmonum, cni etiam adſtipulatur Lactantius *lib. 2. divin. inſtit. c. 17.* ubi ait: *Inventa dæmonum ſunt aſtrologia, haruſpicina, auguratio, & ipſa, quæ dicuntur oracula, & ars magica.*

4 Magia ſuperſtitioſa eſt ratio quædam operandi mira per ſigna ope dœmonum: etenim ſicut magia naturalis cauſis utitur naturalibus: ita ſuperſtitioſa utitur ſignis, quæ ſunt cauſæ morales: his enim ex pacto expreſſo, vel tacito allicitur dœmon, ut id agat, quod à Mago petitur: ait enim Auguſtinus *lib. 21. de civit. c. 6. Alliciuntur dæmones per creaturas, quas non ipſi, ſed Deus creavit; ut non animalia cibis, ſed ut ſpiritus ſignis, quæ cujuscunque delectationi congeruut per varia herbarum genera, lapidum, lignorum, animalium, carminum, rituum.* Inſtituta autem fuerunt hæc ſigna à dœmonibus, ut docet idem Auguſtinus inquiens: *Neque enim potuit niſi ipſis docentibus diſci quid quisque illorum appetat, quid exhorreat, quo invitetur nomine, quo cogatur: unde magicæ artes, earúmque artifices extiterunt.* Delectantur igitur dœmones ſignis non per ſe ſpectatis, ſed quatenus iiſdem honorantur, ac ab eorum pendent inſtituto, ut fusè tradit Euſebius *lib. 5. de præpar. evangel c. 7.* ex Porphirio, & Cyprianus oratione de idolorum vanitate. Hæcque magia ſuperſtitioſa expreſ-

Digitized by Google

expreſſe prohibetur *Levit. c. 19. Non declinetis ad Magos: nec ab Ariolis aliquid ſciſcitamini,* & *c. 20.* addicur etiam pœna transgreſſoribus: ibi: *Anima quæ declinaverit ad Magos, & Ariolos, interficiam illam.* Quemadmodum Chriſtus Dominus ſigna inſtituit ſenſibilium Sacramentorum ad animarum ſanctificationem, & ſalutem: ita Dœmones Chriſti æmulatores ſigna inſtituerunt ſenſibilia, ut ad eorum exhibitionem, & uſum aliquid agatur ad earundem animarum interitum.

5 Magia ſuperſtitioſa cognoſcitur ex circumſtantiis, quæ ſi inutiles ſint, & vanæ ad aſſecutionem alicujus effectus, tunc magia eſt ſuperſtitioſa, ut ſi operatio fieri deberet certis horis, vel certo numero crucium, candelarum, vel certis characteribus, aut ignotis nominibus, vel obſcuris ſignificationibus, quia quoties hujusmodi ſigna non habent ex natura ſua connexionem cum talibus effectibus, illos ſignificant ex pacto inito cum Dœmone. Secundò ex modo operandi in loco ita diſito, ut impoſſibile ſit naturaliter ita ibi operari, ut etiam ſi motu celerrimo homines, & animalia transferantur de loco ad locum. Tertiò ex conditione effectus, qui ſi a cauſa naturali oriri non poteſt, erit manifeſta magica ſuperſtitio, ut ſi quis repentè faceret aliquid apparere, vel reſponſum à ſtatua promitteret, vel mortuum ſuſcitaret, aut excitaret repentinas tempeſtates, & incendia, vel de loco ad locum transferret ſegetes, arbores, pomaria integra, & alia id genus, ut notat Martinus del Rio *lib. 2. disquiſ. magic. q. 5.*

6 In dubio autem, an effectus oriatur à cauſa naturali, vel à magia ſuperſtitioſa, procedendum eſt cum diſtinctione, quia vel dubitatur, an effectus vires excedat cauſæ naturalis, & an proveniat à cauſa naturali, & tunc cenſendum eſt, eum potiùs oriri à cauſa naturali, quàm à magia ſuperſtitioſa, quia ut docet D. Thomas *2. 2 q. 60 art. 4.* quæ ſunt dubia, in meliorem partem debent interpretari: non enim abſque urgente neceſſitate confugiendum eſt ad miraculum, vel ad occultam dœmonis operationem, quia cùm plures agentium naturalium virtutes nos lateant, non poſſumus ſufficienti ratione effectus earum operationum negare oriri à cauſa naturali, hinc D. Auguſtinus *lib. 4. de civitat. Dei c. 24.* refert, plura mira facta fuiſſe naturaliter à quibusdam hominibus, quæ credebantur excedere vires naturæ. Sin verò conſtet, effectum illum vires excedere cauſæ naturalis, tunc niſi maxima operantis ſanctitas, vel alia urgentiſſima indicia ſuadeant, effectum illum eſſe à Deo, tunc in tali dubio cenſetur ſuperſtitioſus, & à Dœmone provenire, quia ut docet D. Thumas *2. 2. q. 96. art. 3.* quamdiu cauſa naturalis non includit virtutem producendi naturaliter effectum, hic cenſetur ſuperſtitioſus, & ope dœmonis productus.

7 Hinc magia ſuperſtitioſa eò eſt gravius peccatum, quò præſtantior eſt virtus, cui opponitur, & quia magia ſuperſtitioſa opponitur religioni, quæ eſt omnium virtutum moralium præſtantiſſima, ſequitur, magiam ſuperſtitioſam eſſe itidem graviſſimum peccatum, eò quia honorem, & cultum Deo debitum tribuat Dœmoni ineundo cum illo pactum, ut Magus dœmonem honoret, & dœmon Mago faveat. Imò includit ſuperſtitionem hæreticalem, quia ſum ipſa intervenit ſemper pactum cum dœmone. Magi enim, Lamiæ, Sagæ, & Striges in ſuis magiis dœmonem invocant, cui etiam thura adolent, ſacrificia offerunt, candelas accendunt, genua flectunt, cultum tribuunt, preces emittunt, eique obedientiam promittunt, ſeque ei devovent, & per characteres, ſigna, & ignota nomina eum obſecrant, & illi animalia immolant, Sanctorum imagines vilipendunt, cruces dejiciunt, ſacramentis, & ſacramentalibus abutuntur, quæ omnia hæreticalia ſunt, ut notat Carena *p. 2. de ſortil. tit. 11. §. 4. num. 28.* Hinc ineuntes pactum cum dœmone tametſi res, quas ab ipſo petunt facultatem non excedant naturalem dœmonis, ſunt nihilominus vehementer ſuſpecti de Apoſtaſia, ut notat Genuenſis in *praxi curia Archiep. Neapol. c. 18. n. 10.*

Hinc plura comprehenduntur crimina in 8
magia, quorum primum eſt hæreſis, quia Magi, Lamiæ, & Sagæ non credunt, Dœmonem eſſe damnatum, miſerum, ac pœnas ſubire æternas, imò nec credunt iisdem adhærentem damnatum iri. Secundum eſt crimen idololatriæ; ſiquidem Magi, & Sagæ dœmonem perinde ac Deum colunt, cui thus adolent, ſacrificia offerunt. Tertium eſt Apoſtaſia, abnegant enim Chriſtum, & ejus fidem, imò & ſæpe ipſum Deum; renuntiant baptiſmo, & confirmationi, & omnia Sacramenta nituntur quibusdam cæremoniis extirpare. Quartum eſt crimen blaſphemiæ in Deum, & Chriſti humanitatem, ut etiam in Beatam Virginem MARIAM, omnésque alios ſanctos. Quintum eſt ſacrilegium, quia perſæpe in ſuis incantationibus verbis abutuntur ſacris, imò & nonnunquam ipſa Euchariſtia. Sextum eſt peccatum luxuriæ, quia plerumque Sagæ, & Striges, ac Lamiæ nefarias, cum dœmone dicuntur commixtiones habere. Septimum eſt homicidium, damnúmqe, quod proximo infertur: ſiquidem ex infantium occiſorum decoctis corpuſculis conficiunt unguina, pulveres, aliaque magica ſymbola.

Rurſus inducunt varios morbos, irrogant in- 9
jurias, & plura alia damna inferunt, adeò ut Magi, & Sagæ, ſeu Lamiæ, & Striges puniantur ultimo ſupplicio, ſintque omnino exterminandi è republica ob apoſtaſiam, idolatriam, nefandos concubitus, unde *Exodi 22.* præcipitur, *Maleficos non patieris vivere*, ex quo liquet, in peccato magiæ non dari parvitatem materiæ, eò quia non perpetretur hoc peccatum ſine dœmonis invocatione tacita, vel expreſſa, & quævis invocatio dœmonis eſt ſemper peccatum lethale, & ejusdem rationis ſive invocetur in re magna, ſive in re parvi momenti: ratio eſt, quia in iis, quæ Deum reſpiciunt, & ejus honorem, non poteſt dari parvitas materiæ; & quia in qualibet magia etiam circa rem parvi momenti ſemper intervenit dœmonis invocatio, Deique gravis inhonoratio, & offenſio, dari non poteſt in ipſa parvitas materiæ, quæ excuſet à lethali, niſi fortaſſis, ut docet *Cajetanus 2. 2.*

Digitized by Google

q. 95. art. 2. §. ad evidentiam, & Valentia *tom. 3. diſput. 6. q. 12. punct. 4.* ratione inadvertentiæ, vel ignorantiæ, quæ non ſit affectata, nec craſſa, ut ſi quis ignoret, vel nullo pacto advertat ad tacitam dœmonis invocationem, eò quia hæc ſit perquàm occulta: tunc poſſet quis ratione ignorantiæ excuſari à culpa gravi, dummodo ſi ſciret, vel dubitaret, effectum illum fieri à dœmone, nullo pacto ipſum vellet.

10 In hac autem magia frequentiùs fœminæ, quàm viri dicuntur exerceri, quia nimirum fœminæ ob innatam levitatem faciliùs decipiuntur dœmonum pollicitationibus; & ob nativam curioſitatem ſatagunt plura ſcire; quo fit, ut faciliùs ſe dœmonum immiſceant artibus. Tum quia ob exceſſum humiditatis, quâ præ viris fœminæ abundant, promptiores ſunt ad faciliùs recipiendas dœmonum impreſſiones. Vocantur autem hæ fœminæ Lamiæ, Striges, vel Sagæ, quia ſicut Lamia eſt animal monſtroſum ſpeciem præferens humanam, & corpus beſtiæ, ſoletque præcipuè pueros enecare, eorúmque ſanguinem ſugere; ita hujuſmodi mulieres magicis artibus addictæ talia ſolent ſicut Lamiæ patrare delicta; ut etiam dicuntur Striges, ſunt enim Striges aves plurimum hominibus, & præſertim parvulis inferentes damni, & ſicut Striges præſertim nocte damna inferunt, ita nefariæ fœminæ ſua noctu maleficia exercent: & dicuntur etiam Sagæ à ſagacitate, quia volentes plura ſcire dœmonum artibus ſe immiſcent.

11 Quòd verò dicantur Lamiæ, & Striges vehi à dœmone per aëra, & quidem breviſſimo temporis intervallo ad loca perquàm diſſita, cenſent plures, id fieri per illuſionem phantaſiæ, adeò ut Lamiæ ſibi videantur ferri corpore extra domus; quatenus dœmones omni prorſus ſenſu eas deſtituunt, taléſque ſpecies illis imprimunt, ut falsò ſibi perſuadeant, ſe per aëra volâſſe, ac è propriis fuiſſe domibus egreſſas, & in alienas ingreſſas, vel ad delitioſa loca cum aliorum conſortio, & ibi vel nefarios concubitus egiſſe, vel convivia ad omnem lautitiem habuiſſe, vel choreas duxiſſe, quæ omnia re ipſa exteriùs non fiunt; ſed dœmon per immutationem, & excitationem ſpecierum, ita earundem phantaſiæ hæc omnia repreſentat, ac ſi Lamiæ, & Striges revera hæc eadem ipſæ efficerent, ut docet Suarez *tom. 1. de religion. lib. 2. de ſuperſt. c. 16. num. 25. & ſequent.* & ad id evincendum Abulenſis in *c. 13. Geneſ. q. 354.* nonnulla adfert experimenta.

12 Cæterum non negârim, aliquando has nefarias fœminas verè vehi à dœmone corpore ad loca diſſitiſſima, & iterum citiſſimè reduci ad proprias domos, ut nimirum in aliis locis plura committant delicta, ſacrilegia & turpia quæque; ut communiter docent tum Theologi, tum Juriſtæ, ut notat Abulenſis in *c. 4. Matth. q. 77.* non enim Deo permittente deeſt dœmoni poteſtas aſportandi corpora fœminarum de loco ad loca, quia ſicut Angeli circumagunt cœleſtes orbes, ita poſſunt dœmones humana corpora movere, eáque aſportare de loco ad locum cum omnia naturalia iiſdem manſerint integra: quinimò de hiſce Lamiis dicitur experimento deprehenſum eſſe, ſæpe contigiſſe, ut in illis congregationibus, ad quas corporaliter à dœmone vehuntur, aliquæ fœminæ fœdis, ac turpiſſimis aliquibus actionibus deterritæ invocato JESU Chriſti nomine, vel deſcripto crucis ſigno ſtatim conventus ille ſolutus fuerit, omneſque diſparuerint & ſolæ, quæ JESU Chriſti nomen invocaverant, in eodem manſerint loco, ut notat Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. de ſuperſt. c. 16. num. 25.* Carena *de ſortil. tit. 12. §. 2. num. 5.* cum D. Thomas *2. 2. q. 95. art. 5.* & quidem poſſe dœmones corpora Lamiarum, ſeu ſtrigarum de loco ad locum diſſitiſſimum citiſſimè transferre, ex eo eſt probatu facile, quia quæ boni Angeli poſſunt naturali virtute agere, hæc eadem poſſunt dœmones ſuis naturalibus viribus exequi: atqui conſtat, hominum corpora à bonis Angelis quàmcitiſſimè ad diſſitiſſima locorum intervalla fuiſſe delata: ſiquidem Angelus Domini apprehendit Abachuc in Judæa per capillos, eumque fermè momento temporis tranſtulit in Babilonem *Daniel. 14.* Rurſus bonus Angelus rapuit Philippum, qui poſtea inventus fuit in Azoto *Act. 8.* Imò *Matth. 4.* conſtat, quòd Diabolus Chriſtum aſſumpſerit ex deſerto, & tranſtulerit in ſanctam civitatem, eúmque ſtatuerit ſupra pinnaculum templi, & exinde etiam detulerit in montem excelſum valde: ergo hoc idem poterit etiam præſtare circa corpora Lamiarum, & Strigarum, tum quia voluntas dœmonis paratiſſima ſemper eſt ad inducendos homines in peccata: unde ſi conjiciat, poſſe nefarias has mulieres ad turpia excitare, promptum ſe exhibet ad earum corpora transvehenda ad alia loca.

Imò Leſſius *lib. 2. c. 44.* aſſerit, eſſe reipublicæ pernicioſam opinionem, eorum, qui aſſerunt, has Lamiarum, & ſtrigarum translationes non fieri re ipſa corporaliter, ſed per illuſionem phantaſiæ à dœmonibus, quia injuſtum eſſet ultimo ſupplicio punire homines ob maleficia, quæ tantùm ſomniârunt, & per illuſionem diabolicam ſibi viſi ſunt effeciſſe. Verùm Lamiæ tunc non punirentur ultimo ſupplicio, eò quia præcisè ſomniaverint maleficia; ſed quia cum dœmone pactum, & ſocietatem inierint, & conatum præſtiterint ad totum illud delictum verè, & realiter committendum. 13

Licèt magia mira quædam efficiat ope dœmonum non tamen ad id poteſt devenire, ut vera miracula efficiat, quia hæc nonniſi à ſolo Deo fieri poſſunt juxta illud Pſalmi: *Deus qui facit mirabilia ſolus*, adeò ut dœmones non poſſint cæcos illuminare, nec mortuos ſuſcitare, nec efficere, ut idem corpus exiſtat in duobus locis, licèt poſſint pleraque alia, quæ nobis videntur mira operari: etenim poſſunt primò circa elementa procellas, grandines, tonitrua, ventos ciere, terræ motus efficere, iiſque variis modis lædere, ut liquet *Job. 1.* poſſunt etiam ſegetes, arbores, ſaxa ex uno in alium locum transferre, ut notat Binsfeld. de *confeſſ. maleficior. & Sagar. p. 1. concluſ. 10. fol. mihi 201.* Secundò poſſunt corpora hominum, & animalium transformare, non tamen figuram intrinſecè mutando, ſed aliam ex vaporibus extrinſecùs effingendo, ut 14

notat

notat del Rio *diſquiſ. magic. lib. 2. q. 18.* Tertiò poſſunt morbos immittere, qui nulla arte medica curentur, ut etiam morbos omnes curare, qui applicando activa naturalia paſſivis naturalibus curari poſſunt. Quartò theſauros occultos in terræ viſceribus poſſunt eruere, ut etiam divitias, quæ latent in profundo maria. Quintò poſſunt impedire actus matrimoniales, vel refrigerando hominem ab illo actu, vel adhibendo virtutes occultas rerum, vel prohibendo ſpirituum miſſiones. Sextò poſſunt etiam exercere rem veneream, ut fusè probat Petrus Thyræus, ſed tunc tales actus ſunt apparentes, & ex corpore aſſumpto. Septimò poſſunt etiam efficere, ut bruta videantur loqui, & id certum eſt contigiſſe in ſerpente, qui Evam tentavit. Licèt hæc, & alia pleraque poſſint dæmones efficere, nunquam tamen vera miracula, quia hæc virtutem exigunt infinitam.

Quòd ſi dicas 1. *Reg.* 28. Pythoniſſam ad
15 preces Saul Samuelem mortuum excitâſſe, qui eventum futuri belli, ac Saulis filiorúmque ejus mortem prædixit. Reſpondet D. Thomas 2. 2. *q. 95. art. 4. ad 2. & q. 174. art. 5. ad 4.* eum, qui tunc apparuit, non fuiſſe Samuelem nec quoad animā, nec quoad corpus, ſed tantùm ejus imaginē, & phantaſma, ſeu illuſionem imaginariam factam à dæmone, quæ in ſcriptura Samuel vocatur, quia ut notat D. Auguſtinus *lib. 2. ad ſimplicianum q. 3.* in ſcripturis imagines rerum nominibus earundem rerum appellari ſolent. Quòd ſi verè, & realiter ipſe Samuel apparuit in vero ſuo corpore, & non in ſola imagine, tunc apparuit Samuel ut ait D. Thomas, non ex poteſtate dæmonis; ſed ex voluntate Dei, ac peculiari ejus ordinatione, idque ad majorem terrorem ipſius Saul: & ait Samuelem tunc prævenisse Pythoniſſæ incantationem, ut ſe oſtenderet aſpectui Regis, necémque ejus, cladémque ſui exercitûs denuntiaret; quapropter Pythoniſſa legitur turbata in ejus apparitione: quia nimirum dæmones non poſſunt animam alicujus ſancti evocare, neque ad aliquid agendum adigere, benè tamen divina virtute fit, ut cùm dæmon conſulitur, Deus veritatem per ſuum Nuntium prænuntiet: quo pacto 4. *Reg.* 1. habetur. Quòd quando Rex Ocozias ægrotaviſſet, & miſit Nuntios dicens: *Ite conſulite Beelzebub Deum Accaron, utrum vivere queam de infirmitate mea hac. Angelus Domini locutus eſt ad Eliam dicens: Surge, & aſcende in occurſum Nuntiorum Regis Samariæ, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: de lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris.* Unde ſicut Deus per Eliam Regis Nuntiis veritatem aperuit: ita etiam per Samuelem non mulier Pythoniſſa, ſed ipſe Deus prænuntiavit Sauli eventum belli: & quamvis anima Saulis acceſſerit, non tamen in ſuo vero proprio corpore, ſed potiùs in corpore aſſumpto, ac formato ad ſimilitudinem ſui corporis, ut fieri ſolet ab Angelis.

16 Videtur adhuc obſtare, quia Magi Pharaonis ſuis incantationibus miracula viſi ſunt patrâſſe, eò quia perinde ac Moyſes virgas ſuas in ſerpentes, converterint, aquam in ſanguinem mutaverint, & ranas in terram Ægypti eduxerint *Exodi 7. & 8.* Sed contra quia hujuſmodi transmutationes factæ à Magis Pharaonis non fuerunt miracula: ſiquidem quando Magi projecerunt virgas, quæ verſæ ſunt in dracones, dæmones non advertentibus circumſtantibus virgas à Magis projectas in terram ſtatim, & latenter abſtulerunt, & veros ſerpentes locò virgarum ſuppoſuerunt, hoc enim totum in momento temporis potuerunt dæmones exequi, tametſi circumſtantes id non potuerint obſervare: ſunt dæmones inviſibiles, & poſſunt ſerpentes viſibiles de loco ad locum aſportare; potuerunt itidem impedire ſpecies virgarum, ne ad oculos circumſtantium tranſmitterentur, quo pacto potuerunt facilè credere adſtantes, virgas illas verſas fuiſſe in ſerpentes à Magis Pharaonis. Id etiam inquit Abulenſis in *fin. c. 7. Exodi:* ubi ait: *Malefici projecerunt in terram virgas ſuas, & dæmones imperceptibiliter eas inde tulerunt, ſerpentes veros aliunde allatos ibi locò virgarum appoſuerunt.* 17

Neque obſtat, quòd ſcriptura dicat, virgas eſſe converſas in dracones, quia ſcriptura loquitur juxta ea, quæ tunc judicio adſtantium videbantur apparere; ſicut etiam *Genes. 18.* tres Angeli qui apparuerunt Abrahæ ſimpliciter vocantur viri, & additur, Abrahamum pedes eorum laviſſe, & eos comediſſe, cùm tamen nil horum propriè contigerit, ſed tantùm ſecundùm hominum exiſtimationem: hinc Pererius in *dec. Exodi 7.* ait: Virgas fuiſſe converſas in dracones, non quia ita fuerit, ſed quia ita videbatur apparere circumſtantibus. Eodem pacto dicuntur Magi illi aquam vertiſſe in ſanguinem, quatenus dæmones imperceptibiliter aliunde verum ſanguinem ex pluribus interfectis animalibus deſumptum in aquam effuderunt. Quoad ranas etiam dicendum eſt, dæmones adduxiſſe eas ex aliis locis, vel etiam ex putri ſtatim produxiſſe; non enim hæc vires naturales excedebant dæmonum: unde ex hiſce non poteſt colligi vera miracula poſſe à dæmone fieri: hinc Theodoretus *q. 18. in Exod.* rectè ait: *Mutabant illi quidem virgas in ſerpentes; ſed virga Moyſis virgas illorum devorabat. Mutabant illi aquam in ſanguinem: ſed ſanguinem in priorem aquæ naturam reducere non poterant. Produxerunt illi ranas, ſed moleſtiam, & incommoda ranarum Ægyptiis auferre non poterant, ſicut fecit Moyſes.* Idque non alia ratione, niſi quia Moyſes operabatur virtute Dei, & Magi Pharaonis incantationibus dæmonum, à quibus vera miracula non poſſunt fieri. Idque ex eo firmatur, quia ex ſignis à Magis factis ad ſimilitudinem Moyſis non poteſt inferri, Magos miracula poſſe operari, ſiquidem quando *Extendit Aaron manum virgam tenens percuſſitque pulverem terræ: & omnis pulvis terræ verſus eſt in ſciniphes per totam terram Ægypti fecerunt ſimiliter Malefici incantationibus ſuis, ut educerent ſciniphes, & non potuerant, & dixerunt ad Pharaonem: digitus Dei eſt hic.* 18

Ut autem agnoſcantur, an apparitiones ſint à cacodæmone, vel à bono Angelo, id pluribus modis dignoſci poteſt. Primò ſi ſigno crucis, vel nomine JESU vel aqua luſtrali, vel ad præſentiam rerum ſacrarum ſtatim diſpareant, tunc enim

con-

conjicitur, hojusmodi apparitiones eſſe à dœmone. Secundò ſi aliquid contra fidem, vel doctrinam Eccleſiæ, vel alienum à moribus Sanctorum ſuadeatur. Terciò ſi apparitiones fiant ad malum finem, & ex prava cauſa. Quartò ſi per hujosmodi epparitiones homines excitentur ad ſoperbiam, vanámque gloriam, vel ad præſumptionem, aut deſperatiooem, aliúmque minus ordinatum affectum. Quintò ſi eppariṭio blandè fiat, & poſtea relinquat mœrorem, animique turbationem, quia proprium booi Angeli eſt, contrarios effectus præſtare, ſcilicet illuminare, ſolari, & tranquillitatem in animum inducere. Sextò ſi in epparitione prohibeatur, oe res agatur cum ſuperiore, vel confeſſario. Septimò ſi apparitio fiat in forma vili, ot in figure Æthiopis, ſerpeotis, Buſonis, vel eum tumnltu, fœtore, & horrore ceſſet epparitio. Octavò ſi poſtquam præſtitum eſt quod perſuaſit, rurſus frivolis occaſionibus redeat, quia dœmones varias occaſiones quærunt, ut ſæpe appareant, ut notat Thyreus *lib. 1. de apparit. ſpirit. c. 16.*

19 Remedia adhibenda contre maleficia orta ex dœmone per artem magicam plura ſunt, alia enim ſunt naturalia, alia ſupernaturalia, & moralia alia. Remedia naturalia plerumque exiguam vim habent, quia dœmon facilè omnem eorundem actionem eludere poteſt; conſultius tamen ſemper eſt, hæc naturalia remedia initio experiri, ut etiam ex præſcripto Medicorum, ea omnia naturelia adhibere, quæ ex ſymptomatibus congrua judicantur. Remedia ſupernaturalia, quæ & eccleſiaſtica dicuntur decem recenſentur. Quorum primum eſt plena fiducia in Dei protectionem, ſiquidem ut dicitur *Pſal. 90. Qui habitat in adjutorio Altiſſimi in protectione Dei cæli commorabitur*: non enim poteſt Dœmon quidquam in eos, qui omnem ſpem ſuam, totámque fiduciam in Deo collocârunt, ut pluribos congeſtis exemplis evincit Caſſianus *collat. 8. c. 18.* Secundùm eſt baptiſmi ſuſceptio, ſi nondum maleficiatus fuerit baptizatus, quia beneficio baptiſmi exuimus veterem hominem, quem dœmon induxit, & Chriſtum induimus, cujus efficimur filii, & domeſtici, & transferimur de poteſtate tenebrarum in regnum filii Dei. Tertium eſt ſacramantalis peccatorum confeſſio, quia perſæpe ob peccata permittitur dœmoni poteſtes io hominem, qoibus ablatis, & condonatis ceſſat poteſtas permiſſa dœmoni, ut legitur in *lib. 1. vita S. Bernardi c. 8.* unde qui maleficiis infeſtantur ſiva in ſe, ſive in ſuis rebos ſuadendi ſunt, ut conſcientiam purgent per ſacramentalem confeſſionem. Quartum eſt ſumptio Euchariſtiæ, quia nulla eſt conventio lucis ad tenebras, nec Chriſti ad Bellial; & hoc pacto maleficia fuiſſe curata refertur in vita Sancti Bernardi *lib. 1. c. 10.* & Auguſtinus *lib. 22. de civit. c. 8.* refert, domum quandam eb infeſtatione dœmonum liberetam fuiſſe ob ſacrificium in ea oblatum. Quintum eſt exorciſmus Eccleſiæ, cujus variæ ſunt ſpecies: ſiquidem inſtituti ſunt ad expellendum dœmonem à corporibus hominum: alii exorciſmi ſunt inſtituti contra infeſtationes ædium: alii ad dœmonem compeſcendum, ne damna per tempeſtates, vel alia ratione inferat. Exorciſmorum autem maxiroam eſſe vim liquet ex eorundem quotidiano uſu, & in Eccleſia fuerunt ſpecialiter inſtituti à Chriſto, & Apoſtolis ad dæmones pellendos, & coercendos, ut liquet ex Concilio Carthaginenſi *4. c. 7.* Tum quia preces, & abjurationes, quæ adhibentur in Exorciſmis fiunt nomine Eccleſiæ Sponſæ Chriſti. Sextum eſt equa luſtralis, ſeu benedicta, hæc enim vim habet ex precibus Eccleſiæ, per quas factum eſt, ut divina virtus ei aſſiſtat, & quodammodo inſideat, ad dœmoonum infeſtationes avertendas, & hoc remedio ut plurimum uſi fuerunt SS. Patres, & præ cæteris ſanctus Macarius apud Paladium *lib. 1. c. 19.* & Sanctus Bernardus *lib. 2. in ejus vita c. 3.* Septimum res omnes ab Eccleſia benedictæ, ut agnus Dei, ſeu cerei ſacri, reliquiæ Sanctorum, & elie id genos. Octavum eſt ſignum crucis, cui vis magna ineſt contra dœmonis machinationes: ſiquidem, continet hoc ſalutare ſignum tacitam invocationem SS. Trinitatis per meritum paſſionis Chriſti: imò complectitur totius Doctrinæ Chriſtianæ compendiariam profeſſionem: ſiquidem ſignificat hoc ſignum ineſſe Deo unam eſſentiam potentiam Majeſtatem cum dicitur *In nomine Patris*; deinde patrem eſſe principium, & filium procedere à patre, & Spiritum Sanctum ab utroque, ac eſſe amorem, ec vinculum utriusque. Nonum eſt invocatio nominis Jeſu, Beatæ Virginis, aliorumque Sanctorum. Decimum eſt oratio conjuncta jejunio, quia ut habetur *Matth. 17.* Oratio, & jejunium valent ad peſſimum quoddam dœmoniorum genus expellendum. Remedie morelia dicuntur, quæ pertinent ad diſſolvendum pactum cum dœmone, quando dœmon ex pacto nocet, & hæc diſſolutio fit per amotionem ſignorum Magicorum. 20

An verò licitum ſit tollere ligaturas, nodos, volumina capillorum, & alia ſigna malefica poſita à maleficis ao fine, ut dœmon deſinat nocere. Reſpondetur, non eſſe licitum per uſum alicujus maleficii ſigne magica tollera, tametſi ad id paratum ſe ſe maleficus offerret, quia uſus maleficii eſt iotrinſecè malus, cùm ſit uſus artis magicæ, & tacita, vel expreſſa dœmonis invocatio ad aliquem effectum obtinendum: proinda nullo modo licitè fieri poteſt, conſequenter nec conſentire quis poteſt, ut fiat, quia ut ſcribit Apoſtolus ad *Roman. 1. Qui talia agunt, digni ſunt morte, non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Secus abſque uſu maleficii licitum eſt cuique tollere illa ſigna ubicunque reperiantur, quia in hoc nulla deprehenditur dœmonis invocatio: ſi enim id illicitum eſſet, maximè quia cenſeretur adeſſe tacita quædam dœmonis invocatio: nulla enim poteſt alia cauſa aſſignari ſecluſo ſcandalo, quod non ſupponitur: atqui in tollendis hiſce ligaturis, nodis, voluminibus capillorum, aliisque ſignis maleficis ſine ullo uſu maleficii, nulla habetur tacita dœmonis invocatio. Siquidem amotio illa ſignorum non eſt ex natura rei invocatio dœmonis, ut per ſe patet: neque eſt talis invocatio ex intentione amoventis. Quia amovens non intendit dœmonem invocare, ſed tantùm

tem invocationem per Magum illo ſignum factam impedire, ac diſſolvere: neque eſt invocatio dœmonis ex pacto aliquo antecedente, quia amovens ſignum nullum cum dœmone pactum init, vel nec ullam ſocietatem, neque paciſcitur de præſenti cum dœmone, ut ad amotionem ſigni deſiſtat nocere: proinde deſtruere illa ſigna ſine ullo maleficio non videtur illicitum, ſuppoſito, quòd non adſit ſcandalum, quia nulla in tali amotione intervenit dœmonis invocatio. Idque firmari [illegible], quia ſi quis verbis dœmonem alliceret, ut mihi noceret, poſſem omni conatu me defendere, ac impedire, ne mihi damnum inferret tametſi mediante ſcriptura, vel characteribus, aut aliis ſignis vellet dœmon mihi damnum inferre; poſſem enim talem ſcripturam lacerare, characteres delere, & ſigna alia deſtruere, nec tunc intenderem ullo modo dœmonem invocare, nec cum illo paciſci, quin potiùs me ejus voluntati omnino contrarium declararem: ergo ſicut poſſunt talia ſigna tollere, ne dœmon damnum mihi inferat: ita poſſum hoc idem præſtare, ne damnum inferat proximo.

21 Si dicas *Matth. 17.* haberi, hoc genus dœmoniorum non ejici niſi in oratione; & jejunio. Reſpondetur, inde non ſequi, non poſſe ſeclusó ſcandalo ſine uſu maleficii deſtrui hujuſmodi ſigna, alioquin non liceret exorciſmis agere contra dœmonem in hoc caſu. Tum quia non poteſt nobis innoteſcere, an dœmon, qui vult nocere per talia ſigna, ſit ex genere illorum dœmoniorum, qui non ejiciuntur niſi in oratione, & jejunio: poteſt enim eſſe ex alio genere, proinde textus *Matth. 17.* non obſtat, quin poſſim abſque ſcandalo, & uſu maleficii, ſigna illa tollere. Tum quia Chriſtus *Matth. 17.* loquitur de ejectione dœmonum poſſidentium homines, hos enim non legimus ejici per amotionem ſignorum, ſicut neque permittuntur regulariter ingredi per maleficia Magorum.

22 Poſſet tamen in contrarium objici, quia tollens ſignum, ut ceſſet damnum inferendum à dœmone, miſcet ſe pacto, quod Magus inivit cum dœmone, proinde tollere tale ſignum nunquam eſt licitum, ſicut non eſt licitum miſcere ſe pacto, quod quis init cum dœmone: antecedens liquet, quia pactum, quod maleficus inivit cum dœmone, eſt, ut [illegible] poſito dœmon nocere incipiat, & [illegible] ſublato deſinat damnum inferre: unde qui ſigni ablato [illegible], ut dœmon nocere deſinat, miſcet ſe pacto, quod maleficus inivit cum dœmone. Sed contra, quia ordinariè eſt tantùm unum pactum, ſcilicet ut poſito tali ſigno noceat: ſiquidem quando Dœmon eſt aliquo ſigno alliciendus, ut aliquid extraordinarium operetur, non requiritur [illegible] pactum, ut poſtea deſinat nocere: quia ſufficit, ſi deſinat allici per tale ſignum, & quia [illegible] ſublato tale ſignum, tunc ſequitur, ut deſinat operari, eò quia vis prioris pacti non amplius vigeat.

23 Tum [illegible] licet hoc [illegible] pactum iniretur inter Magum & dœmonem, ut [illegible] ſublato ſigno deſinat [illegible]; adhuc qui ſignum tollit, dum nocere deſinat, conſequenter poteſt [illegible] tale pactum non exiſtere. Præterea [illegible] conſtaret,

adeſſe tale pactum, non tamen ſe illi miſceret, nec ei ullo modo conſentiret, quia per amotionem ſigni non intendit inducere dœmonem ad ſervandum pactum; neque utitur amotione ligaturæ, ut ſigno alterius pacti, ſed tantum intendit deſtruere ſignum prioris pacti, quo dœmon ad nocendum alliciebatur: aliud enim eſt, me deſtruere ſignum ea intentione, ut moneam dœmonem ad ſervandum pactum, & ut ex fide data deſinat nocere: & aliud me deſtruere tale ſignum, ut ſimul deſtruam dœmonis quaſi realem invocationem, pactumque cum Mago initum: hoc ſecundo modo tantùm abeſt, me dœmonem invocare, ut potiùs omnem dœmonis invocationem intendam removere, & deſtruere.

Quoties aliquod ſignum non eſt ordinatum ex natura ſua ad aliquod ſignificandum, facilè per intentionem poteſt ad alia referri, ut colligitur ex *4. Reg. c. 5.* ubi Naaman Syrus cùm adoraret in templo Regem Remmon, ſimul flectebat genua ante idolum, ut Regi ſibi innitenti ſe aptaret, tametſi actio hæc videretur eſſe idololatria, talis tamen non fuit; cùm non intentione adorandi idoli; ſed ſuſtentandi domini fieret. Ita in præſenti cùm deſtructio ſignorum facta eo fine, ut deſinat dœmon damnum inferre, non ſit invocatio dœmonis ex natura rei, ſed potiùs deſtructio prioris pacti, non videtur, quòd talis deſtructio ſignorum ſit illicita; præſertim, cùm ex intentione deſtruenti nullo pacto ſit illicita, nec deſtruens intendat dœmonem invocare; ſed potiùs omnem ejus invocationem deſtruere. 24

Poſſet tamen urgeri, ſi [illegible] qui ſignum tollit ſpe nocumenti ceſſat[illegible], non expectat tunc effectum à cauſa naturali, nec ab humana voluntate, nec per miraculum à divina: proinde ſperat hunc effectum à dœmone, quod eſt opus ſuperſtitioſum. Sed contra quia effectus, qui expectatur, non eſt ulla actio poſitiva dœmonis, ſed tantùm ceſſatio ab actione: expectare autem hunc effectum ceſſationis à dœmone non eſt illicitum: ſiquidem plura ſolemus facere, ut preces fundere Deo, ne dœmon nobis noceat, vel ſi damnum inferat, ceſſet ab illo inferendo: hac ratione ſolemus reliquias Sanctorum, agnos Dei, & alia ſacramentalia geſtare, ut etiam aquâ benedictâ domos aſpergere: unde non video, cur etiam non poſſimus magica ſigna deſtruere, ut dœmon non amplius ad nocendum per illa allectus, deſiſtat damnum inferre. Non enim quovis modo illicitum eſt expectare effectum privativum à dœmone: ſed illum expectare ex fide data, & accepta, ſeu ex vi pacti cum Dœmone initi. 25

§. XII.

Proponuntur & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones circa utramque juriſdictionem Eccleſiaſticam, & civilem.

Quæritur primò, an clericus, qui ſæculare officium obtinuit [illegible] tempore, delinquens in ejus adminiſtratione, poſſit ab eodem

principe ſæculari puniri? Certum eſt in *c. Sacerdotibus, ne clerici vel Monachi*, Eugenium Papam expreſſè prohibere Sacerdotibus, & clericis, ne miniſtri fiant Laicorum; quòd ſi eorum miniſterium ſuſceperint, & occaſione ipſius adminiſtrationis ob cauſam pecuniariam fuerint in fraude deprehenſi, indignos eſſe, quibus Eccleſia ſubveniatur; cùm per ipſos ſcandalum in Eccleſia poneretur. Hinc plerique inferunt, clericum in officio ſæculari delinquentem contra dominum poſſe ab eodem puniri; non ſolùm privatione officii, verùm etiam mulctâ pecuniaria. Imò Salzedo putat, poſſe clericum ita delinquentem à Principe ſæculari ejici regno, quod tamen adverſatur conſtitutionibus Martini V. relatis à Petro Matthæi. Unde reſpondendum abſolutè eſt, clericum delinquentem in officio ſæculari non poſſe à Judice ſæculari puniri; ita communiter docent juriſpontificii periti, Abbas in *c. cùm contingat num. 1. de for. compet.* Julius Clarus *q. 63. v. quaro pone*, & alii cum Gloſſa in *c. ſacerdotibus, ne clerici vel Monachi*, idque non obſtante quòd Epiſcopus, & ejus vicarius poſſint punire exceſſus laicorum familiarium, ſi deliquerint in officio: ſiquidem Principes ſæculares non habent juriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, proindè non poſſunt [illegible] ab illis puniri; non enim juriſdictio ſe extendit ultra proprios terminos. Neque Eugenius Papa in *d. c. ſacerdotibus* quidquam in contrarium ſtatuit, quia ibi non loquitur, de ſubventione reſpectu fori; quaſi ab Eccleſiaſtico Judice deſertus, ſit ſæculari relinquendus, ſed tantùm loquitur de ea ſubventione, quâ fraus defenditur, ac fulcitur auxilio, vel favore, & id valere etiam in minoribus duntaxat conſtitutis. Suadetur ex amplitudine privilegii eorundem, ut notat Covarruvias *lib. quaſt. pract. q. 30 n. 6.* unde cavendum eſt, ne hujuſmodi officia dentur clericis primæ tonſuræ. Cæterum communiter improbant hos Principes, qui conferentes officia ſæcularia clericis etiam in ſacris ordinibus conſtitutis, ſi poſtea eos negligentes, vel delinquentes apprehenderint, officiis privant, & mulctâ pecuniariâ puniunt.

2 Quæritur ſecundò à quonam ſit puniendus laicus, qui clerico gravem intulit injuriam. Reſpondent plures cum Gloſſa, laicum delinquentem eſſe puniendum ab Eccleſia; & Alexander *conſ. 79. num. 2.* ait, hanc eſſe conſuetudinem ubique locorum receptam. Alii verò cenſent, poſſe tunc laicum ab utroque Magiſtratu Eccleſiaſtico, vel laico puniri, & dari locum præventioni, adeo ut ſi cauſa delata fuerit ad judicem laicum, qui eam inchoaverit, debeat eandem proſequi. Perquam tamen probabile eſt, quod ait Julius Clarus *q. 36. v. fin.* nimirum utrumque judicem tunc debere procedere, & utrumque condemnare, adeo ut Epiſcopus loci contra percuſſorem clerici procedat per pœnas ſpirituales, & laicus Judex per temporales applicandas fiſco; cum pœna ſpiritualis non tollat temporalem, nec è contra. Quòd ſi [illegible], & laicus ſint ſimul rei, tunc [illegible] plures ad [illegible] Eccleſiaſticum pertinere utrumque judicare, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, proinde clericus correus cum laico de eodem crimine trahit ad forum Eccleſiaſticum ipſum laicum, ut deſumitur ex *c. quanto de judic.* Verum probabilius putârim, in tali caſu clericum eſſe puniendum à judice Eccleſiaſtico, & laicum à ſæculari, quia tunc valet, quod magis dignum trahat ad ſe minus dignum quando hæc duo ſunt inſeparabilia, non verò quando poſſunt ſeparari, & pertinent ad diverſum forum.

Quæritur tertiò, an ſi clericus ob delictum aliquod detrudatur in carcerem, per ſolam pœnam carceris incurrat infamiam, ac fiat irregularis? Reſpondetur, pœnam carceris per ſententiam judicis inflictam cauſare infamiam pœ[illegible] Eccleſiaſticæ, & eò majorem, quò di[illegible] detinetur clericus in carcere, ut tradunt communiter juris periti cum Gloſſa in *l. 1. C. ex quib. cauſ. infamia irrogetur. v. vincula.* Ubi dicitur quòd vincula non irrogent infamiam, quando ordinantur ad crimen explorandum: ſecus quando ſunt ob crimen exploratum, & in pœnam. Deſumitur argumentum ex *l. tempus C. ex quibus cauſis infamia irrogetur*, ubi ſtatuitur, eſſe infames damnatos ad tempus ad opus publicum etiam peractâ pœna: & Gloſſa ibidem ait, eſſe infames propter genus pœnæ, quod infames efficit, etiam pœna completa, & ex *l. nullum C. eod.* ubi decernitur, non eſſe infamem ſuſtibus ſubjectum ob quæſtionem habendam, ſed taxativè, ſi ſententia non præceſſit: adeo ut ſententia præcedens infamet. Et ex *c. infames* [illegible] *q. 7.* ubi ſtatuitur, quòd genus pœnæ infamiam irrogat; habetur enim: *porrò infamia multipliciter irrogatur, aliquando genere pœnæ, ſicut illi, qui damnantur in opus publicum.* Cæterum cum pœna infamiam irrogat, quando eſt ignominioſa, cujuſmodi eſt pœna carceris, cum inducat quandam ſpeciem ſervitutis habentis annexam ignominiam, ut notant juris conſulti cum Bart. in *l. ſi alia cauſa n. 14. ff. ſoluto matrim.* Bocr. *deciſ.* [illegible] dicitur enim carcer mala manſio, quæ morti æquiparatur *l. ſi hominem initio. ff. depoſiti*, & *l. metum* [illegible] *proinde l. metus. ff. quod metus cauſa*, ut notat Boſſius in *pract. criminal. tit. de carcer. n. 1.* ſiquidem cum pœna ſit propter culpam, quam neceſſariò ſupponit, participat cum eadem culpa rationem dedecoris, & ignominia oppoſitæ humanæ dignitati, in qua ſita eſt ratio bonæ famæ [illegible] carceris, it [illegible] in dedecore cum crimine propter quod in[illegible]tur, ut ſimul privet [illegible] libertate, quæ eſt humanæ conditi[illegible], & quaſi trahit [illegible] ditionem belluarum, [illegible] inter v[illegible] cuſto[illegible] ſerv[illegible] hinc e[illegible] ob deli[illegible] de[illegible] dignitat[illegible]us, ac moribus co[illegible] dejectio de [illegible] ſtatu inf[illegible] [illegible], quòd pœna carceris infli[illegible] [illegible] irroget infamiam, conſequenter [illegible] irregularem.

Quæritur quartò, an clericus [illegible] poſſit conveniri coram judice [illegible] [illegible] deprehenſ[illegible] d[illegible] R[illegible] clericum non poſ[illegible] coram judice laico, ne[illegible] ab eodem [illegible]

Ratio eſt perſpicua, quia officium non ponit ſubjectionem in exempto; neque dat juriſdictionem Ordinatio; quia cum aſſumitur ad tale officium adminiſtrandum, cenſetur aſſumi citre præjudicium exemptionis, & ſtatûs clericalis, quia neque exemptio, nec ſtatus clericalis eſt privilegium ſingulare perſonæ: proinde licèt clericus delinquat in officio ſibi commiſſo a Judice laico, non tamen poteſt coram ipſo conveniri, nec ab ipſo puniri: Eccleſiaſtici enim non poſſunt trahi ad forum ſæculare, nec à laico puniri, ſi exerceent officium ſæculare, etiam quoad ea, quæ concernunt officium, ut deſumitur ex *l. ſi quis ad declinandum C. de Epiſc. & cler.* Quia officium ſæculare collatum clerico non extrahit ipſum à gradu, & ſtatu clericali, proinde neque ab exemptione: unde officium ſequitur conditionem perſonæ, & immunitatem ipſius, perinde ac alia bona, quæ pertinent ad clericum. Tum quia exercitium officii eſt quid perſonale, & adhæret perſonæ inſeparabiliter cum conſiſtat in propriis actionibus ipſius: proinde judicare de exercitio officii, perinde eſſet ac juriſdictionem exercere in propriam perſonam clerici. Hinc exempti, & qui non ſunt ſub juriſdictione alicujus judicis generatim non poſſunt coram ipſo conveniri, nec ab illo puniri, quapropter etiam leicus exemptus à juriſdictione alterius laici non poteſt ab ipſo judicari, tametſi aliàs ſit capax juriſdictionis; unde cum clericus ſit exemptus à juriſdictione leicali non poteſt ratione officii coram judice laico conveniri, neque ab ipſo puniri. Neque ullum feceſſit negotium, quod reſpondent aliqui, clericum acceptantem officium laici, cenſeri conſentire in juriſdictionem Judicis laici: ſiquidem non poteſt clericus conſentire in judicem laicum; quia hoc cederet in præjudicium ſtatûs clericalis *c. inſolita 11. q. 1.* & *c. placuit de for. compet.* Præterea exemptus non poteſt in eliquo, exemptionis privilegio renuntiare; quia id ederet in præjudicium ſuperioris, ut notant communiter Abbas in *c. cum tempore de arbit. in fin.* Archidiaconus in *c. conqueſtus n. 49. q. 3. de for. compet.* Bald. *in* l. *ſi quis ex conſenſu. n. 8. C. de Epiſc. audien.*

5 Quæritur quintò, an valeat depoſitio clerici facta coram judice laico? Farinacius *in prax. q. 61. de teſtibus. n. 134.* reſpondet, talem depoſitionem eſſe illicitam, ſed tamen valere, quia licèt clericus depoſuerit absque ſui proprii ſuperioris licentia; nihilominus valet depoſitio, quia licentia Prælati requiritur tantùm ex quadam decentia, proinde ea omiſſa, omittitur tantùm levis ſolemnitas, quæ non vitiat actum. Idque verum eſſet, ſi nil aliud obſtaret, niſi omiſſio levis, & accidentalis ſolemnitatis; non ita ſi ex alio capite depoſitio non ſubſiſtat. Unde probabiliùs reſpondendum eſt, talem depoſitionem non ſolùm eſſe illicitam, ſed etiam irritam: quia examinatio teſtium eſt pars proceſſûs, & actus juriſdictionis, ſaltem ex delegatione, aut mandato: proinde depoſitio, & examinatio, ut actus juriſdictionalis non poteſt ſuum ſortiri valorem, niſi habeat fundamentum in juriſdictione *c. 1. §. neque de for. compt.* ut notat Gemin. ibid. *n. 3.* Hinc ſi Notarius extra judicium examinat teſtes ſine mandato judicis, ac decreto, teſtium depoſitio eſt nulla, ut tradunt Marante *de ord. judic. tit. de teſtib. n. 6.* Maſcardus *de probat. in præfat. lib. 1. q. 5. n. 23.* & alii plures: ſed Judex laicus nullam habet juriſdictionem circa clericos, qui ſunt exempti à jure, conſequenter non poteſt exercere actum juriſdictionis in illos, neque propterea eos examinare in judicio, & recipere eorum depoſitiones, ſunt enim hi actus juriſdictionales ſupponentes in judice juriſdictionem, & cùm judex laicus nullam habeat juriſdictionem in clericos, neque iſti ſubjectionem ad judicem laicum; ſequitur, quòd Judex laicus non poſſit in clericos exercere actus juriſdictionales, & ſi illos exerceat, ſint nulli, & irriti defectu juriſdictionis; qui dicitur defectus omnium maximus quoad annullationem actûs, ut notant Menoch. *conſ. 180* Paris. *conſ. 204. num. 102.* Curtius *conſ. 69. in fin.* Decius *conſ. 38. num. 7.* & alii plures.

Quæritur ſextò, an clericus ex commiſſione Principis ſæcularis poſſit cognoſcere, & judicare cauſas criminales laicorum. Plures affirmant, & nituntur authoritate in *c. in Archiepiſcopatu de Raptor.* ubi Rex Siciliæ Archiepiſcopo Panormitano, aliiſque Epiſcopis in Regno Siciliæ commiſit facultatem cognoſcendi, judicandi, ac puniendi gravia delicta Saracenorum, quam commiſſionem etiam approbavit Alexander III. adeo ut præter pecuniariam mulctam poſſent etiam verberibus eos punire, dummodo flagella in vindictam ſanguinis non eſſent tranſitura, unde Gloſſa *in v. commiſerint* ait: Principem poſſe delegare Epiſcopo cauſam criminalem citra ſanguinis effuſionem, quod etiam ſentiunt Innocentius, Hoſtienſis, Ancharanus, Abbas, Farinacius, Socinus, & alii, quos recenſet Barboſa, & videtur etiam, id deſumi ex *c. ſæpe 23. q. 8. c. de lict. V. ſecundo.* 6

Nihilominus communior, & verior ſententia eſt, clericos in ſacris conſtitutos non poſſe à Principe ſæculari ſuſcipere generalem commiſſionem pro cauſis criminalibus laicorum, tametſi pœna infligenda ſit citra ſanguinis effuſionem, idque expreſſè deſumitur ex *c. nec. clerici, vel Monachi* ubi ſimpliciter prohibentur clerici exercere juriſdictiones ſæculares ſub Principibus ſæcularibus. Tum quia id adverſatur doctrinæ Apoſtoli 2. ad Timoth. 2. ubi ait, *nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus*, unde ex Apoſtolo vetantur clerici exercere officia ſæcularia, proinde cognoſcere, & judicare cauſas criminales, tametſi pœnæ infligendæ ſint citra ſanguinis effuſionem. Hoc idem etiam habetur in *c. ſæpe 23. q. 8.* quod eſt concilii Toletani IV. Tum quia Clemens in *epiſt. ad Jacobum fratrem Domini relatus in c. te quidem 11. q. 1.* ait: *Oportet te irreprehenſibiliter vivere. Neque enim judicem, aut cognitorem ſæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Chriſtus, ne provocatus præſentibus hominum curis non poſſis verbo Dei vacare, & ſecundùm veritatis regulam ſecernere bona à malis.* Quæ omnia maximè vera ſunt de generali commiſſione, alioquin commiſſio unius tantùm, vel alterius negotii absque ſanguinis effuſione etiam in cauſa criminali nonnunquam delegari poteſt 7

clerico etiã in ſacris conſtituto, vel beneficiario, ut deſumitur ex *c. in Archiepiſcopatu*, quod etiam locum habet in Procuratoribus: quia una tantùm, vel altera cauſa cenſetur parvitas materiæ, & ejus cognitio non multum diſtrahit clericum à divinis: proinde id ex juſta cauſa, & urgente neceſſitate poteſt clericis permitti, in quo ſenſu explicantur Innocentius *c. unic.* de obligat. ad ratiocinia, Panormit. in *c. ſed nec.* & *c. clericis ne clerici vel Monachi*. Cæterum punitionem quod attinet Saracenorum exercendam per Epiſcopos Siciliæ, ut habetur in *c. Archiepiſcopatu*. Reſpondetur, quòd tunc intererat Eccleſiæ, quod Saracenorum audacia coerceretur ob flagitia, quæ vel erant mixti fori: vel pertinebat ad Eccleſiam de iiſdem cognoſcere, & judicare.

8 Cæterum clerici tantùm in minoribus conſtituti, nec habentes beneficium Eccleſiaſticum non prohibentur Procurationis officia, & judicia ſæcularia ſuſcipere, modò coronam non geſtent, ut notat Navarr. in *c. 25. n. 110.* Tametſi officium juſtitiæ exercendæ ex jure canonico prohibeatur clericis præſertim ſacerdotibus, & qui ſunt conſtituti in ordinibus ſacris, adeo ut non poſſint munus Proregis in aliqua Provincia exercere, neque locum tenere Gubernatoris, aut Principis ſæcularis, nec habere ſub ſuo regimine civitates, ut deſumitur ex *c. clericis* §. 1. *h. t.* ubi habetur: *Jubemus ſub interminatione anathematis, ne quis ſacerdos officium habeat Vicecomitis, aut Præpoſiti ſæcularis.* Attamen quia ibi tantùm exprimitur Sacerdos, & materia videtur odioſa, non cenſetur prohibitio ſe extendere ad Diaconos, & ſubdiaconos, qui propterea ſi aliquod ex prærecenſitis officiis ſæcularibus ſuſciperent, non inciderent in pœnas à jure conſtitutas, quia ex præcitato textu hujuſmodi pœnæ ſolis ſacerdotibus injunguntur.

9 Rurſus cùm dicitur non licere Proregis, aut Vicecomitis munus exercere, intelligitur cum juriſdictione ſæculari, & jure ſanguinis. Rurſus obſervandum eſt, quòd præcitati canones non loquuntur de juriſdictione annexa ſtatui, vel dignitati; ſed tantùm de adventitia: quia ſi juriſdictio temporalis annexa ſit Epiſcopatui, vel prælaturæ, vel de novo eidem necteretur, poſſet Epiſcopus ſine dubio utramque poteſtatem Eccleſiaſticam, & civilem exercere, ut plures Epiſcopatus in Germania adnexam habent hanc juriſdictionem civilem cum jure gladii; & Epiſcopi per ſuos officiales utramque exercent juriſdictionem: ut enim Principes Eccleſiaſtici cauſas cognoſcant ad Eccleſiam pertinentes: & ut Principes etiam ſæculares, ſeu quatenus habent propriæ dignitati epiſcopali adnexam juriſdictionem civilem cognoſcunt, & judicant cauſas civiles, puniunt crimina, condemnant delinquentes, infligunt pœnas etiam ſanguinis. Secus, ſi juriſdictio temporalis non ſit adnexa ſpirituali, & Eccleſiaſticæ non poſſunt Epiſcopi exercere officia Gubernatoris Provinciæ, Proregis, Præſidis, niſi ex ſpeciali diſpenſatione ſummi Pontificis, ut notat Barb. in *c. cler. ne cler. vel Monach.* Ssyrus *lib. 3. de cenſur. c. 32. n. 6.* unde Epiſcopi Hiſpani, qui nonnunquam fiunt Proreges, aut Præſides ſenatûs regii ex diſpenſatione ſummi Pontifici, talia ſuſcipiunt officia exercenda. Cæterum clericus ſi à partibus conſentientibus [illegible] in compromiſſo ut arbiter, poteſt judicium [illegible] ferre, & partes diſſidentes componere *l. non diſtinguemus §. ſacerdotali de arbit. l. qui ex conſenſu cum leg. conſequent. C. de Epiſc. audien.* quia tale munus eſt pietatis, ac charitatis: proinde non ſolùm non repugnat, ſed etiam congruit ſtatui ſacerdotali.

Quæritur ſeptimò à quonam judice ſint Judæi delinquentes puniendi. Quia poſſunt Judæi 10
flagitia, & crimina perpetrare, quorum cognitio pertineat ad forum, vel Eccleſiaſticum, vel ſæculare, ideo pro diverſis cauſis ab utroque foro poſſunt conveniri, ac judicari, quia ratione cauſæ, vel criminis utrique ſubjiciuntur. Difficultas eſt, an Judæi commorantes Romæ, & delinquentes in materia graſciæ puniendi ſint à clerico cameræ præfecto ejuſdem graſciæ, vel à Vicario urbis: ſiquidem Paulus III. ſubjecit Judæos degentes Romæ juriſdictioni Vicarii ejuſdem urbis, & quidem univerſaliter quoad omnes cauſas. Unde oritur difficultas, an clericus cameræ præfectus graſciæ non obſtante conſtitutione Pauli III. quâ ſubjiciuntur univerſaliter in omnibus cauſis Vicario urbis, poſſit eos judicare, ſi delinquant in præfata materia graſciæ, perinde ac ſolet judicare in eadem materia cæteros alios delinquentes. Reſpondetur de jure communi poſſe judicari à præfecto graſciæ: quia is habet juriſdictionem ſuper iis omnibus, quæ ad talem pertinent materiam: & quando alicui conceditur aliqua ſpecialis juriſdictio ſuper materia ſpeciali, talis juriſdictio trahit ad ſe omnes cauſas, quæ circa ipſam excitantur, conſequenter & omnes perſonas pertinentes ad talem juriſdictionem, ut habetur in *l. fin. 2. C. de juriſdic. omn. judic.* unde licet perſonæ ſubjiciantur juriſdictioni alterius, qui cognoſcit univerſitatem cauſarum earundem; adhuc ex inſtitutione ſpecialis tribunalis circa ſpecialem materiam ob publicam utilitatem introducti trahuntur ad ipſum, cui propterea ſubjiciuntur, quando agitur de eadem materia, quia tunc juriſdictio ſpecialis derogat generali, quia per ſpeciem derogatur generi *l. in tot. jur. ff. de reg. jur.* & *c. 1. de reg. jur. in 6.* & hanc regulam valere in juriſdictionalibus favore publico docent communiter juris periti Bald. in *l. un. §. ubi autem ff. de caduc. tollen.* Menoch. *præſumpt. 28. num. 30. lib. 2.* quapropter quando inſtituuntur hujuſmodi tribunalia particularia circa ſpeciales materias, derogatur univerſalibus tribunalibus quoad juriſdictionem circa talem ſpecialem materiam, idque de jure communi.

Cæterum de jure ſpeciali Judæi delinquen- 11
tes in quacunque materia, judicandi, ac puniendi ſunt à Vicario urbis ex diſpoſitione Pauli III. in qua conceditur hæc juriſdictio Vicario urbis quoad alios privativè: quia inhibitio privat juriſdictione circa inhibita, & facit, quod nulla ſint, quæ contra talem inhibitionem fiunt, ut notat Lancellotus *de attent. p. 2. c. 20. num. 7.* Neque juriſdictioni Vicarii derogatur per conſtitutionem Pauli V. quæ eſt 71. *tom. 3. Bullar.* quâ conceditur, procedere gubernatori urbis in cauſa

cauſia criminalibus Judæorum, quia per hoc non eſt cenſenda ſublata juriſdictio Vicario Urbis quoad eaſdem cauſas cognoſcendas, ſed tantùm ſequitur, quòd eadem juriſdictio fuerit etiam conceſſa gubernatori Urbis cumulativè cum Vicario. Non enim Paulus V. in ſua conſtitutione excludit Vicarium, ſed tantùm dat facultatem ut etiam ipſe gubernator poſſit procedere, ut conſtat ex verbis diſpoſitionis; habetur enim: *Gubernator urbis poſſit contra Hebræos in criminalibus cauſis procedere, etiam quod agatur inter ipſos Hebræos tantùm.* Atqui poſſe procedere non imponit neceſſitatem procedendi, ut communiter docent Doctores Bart. in *l. alio harede n. 9. ff. de aliment.* Menoch. *de arbit. q. 8. n. 47. lib. 1.* & deſumitur ex *l. Nepos Procur. ff. de verb. ſignif.* ſiquidem verbum *poſſe* importat meram, & ſimplicem facultatem exercendi potentiam, vel officium; non verò injungit neceſſitatem, ut notat Gloſſa in *l. ſæpè audivi de offic. Præſid.* Præterea, quia hujusmodi juriſdictio conceſſa fuit à Paulo V. Gubernatori urbis in odium perſonarum Judæorum; nimirum, ut adſint plures Judices, ut ſi unus, vel non ſufficiat, vel negligat, alter ſuppleat: & quando juriſdictio conceditur alicui in odium aliquarum perſonarum non conceditur excluſivè, adeò ut alter Judex debeat excludi; ſed cumulativè, hoc eſt ſimul cum alio, ut notat Menoch. *præſumpt. 18. n. 131. lib. 3.*

12 Juvat obſervare, quòd in prædicta conſtitutione Pauli V. Judæi etiam dicuntur ſubdi Auditori cameræ privativè quoad alios, quando agitur de obligatione camerali, præterquam in dependentibus à cauſis, & actis aliorum tribunaliũ juxta ſuas facultates: quapropter Vicarius urbis videtur non poſſe in hiſce cauſis ſe intromittere. Quinimò datur etiam facultas Auditori cameræ, ut poſſit in cauſis criminalibus procedere, perinde ac conſueverat antea procedere: quapropter cùm Pontifex det facultatem pluribus, cenſenda erit juriſdictio cumulativè conceſſa pluribus. Præterea in eadem conſtitutione §. 7. Pontifex diſponit, ut in cauſis ad cameram, & Camerarios, vel Præſides pertinentibus poſſint Camerarii, & Præſides contra eos procedere etiam ratione pignorum, & ratione Hebræorum, Bancheriorum. Et *num. ſequene.* ſubdit, quòd in cauſis furtorum, pignorum quoad Hebræos, Bancherios detur locus præventioni inter Camerarium, & Gubernatorem: tametſi juriſdictio quoad cauſas camerales concedatur per verbum *poſſint*, nihilominus intelligitur conceſſa privativè quoad alios Judices, quia cauſæ Camerales ſpectant ad Camerarios privativè quoad alios ex *conſtitutione 65. §. 39.* Unde quando aliqua cauſa declaratur cameralis, intelligitur privativè quoad alios ſub juriſdictione Camerariorum: quapropter verbum *poſſint* ratione ſubjectæ materiæ poteſt importare neceſſitatem, ut notat Aret. in *l. gallus n. 3. ff. de liber. & poſt.* Corſet. *in ſingulari verbo poſſit.*

13 Quæritur octavò, an Judex ſæcularis poſſit cognoſcere cauſam alicujus, qui à judice Eccleſiaſtico fuerit hæreticus declaratus? Reſpondetur, magiſtratum ſæcolarem non habere juriſdictionem in ordine ad cognoſcendam cauſam de hæreſi, ut in ſuis conſtitutionibus declaravit Bonifacius VIII. & Gregorius XIV. ſiquidem hæreſis eſt crimen ſpirituale ſitum in errore intellectûs cum depravatione voluntatis, nec judicari, aut cognoſci poteſt, niſi à Judice ſpirituali ſeu Eccleſiaſtico. Quamobrem laici, quibus quoad executionem reus traditur; aſſertioni, & informationi inquiſitorũ tenentur acquieſcere, & juxta ſententiam, & aſſertionem inquiſitorum proprio fungi munere, ac ſententiam exequi. Moris eſt, ait Lopez in *c. 144.* ut Judices ſæculares ante actum degradationis habeant notitiam proceſsûs, & illicò degradandum clericum ſibi traditum poſſint ad pœnam ordinariam damnare, & executionem faciendam præſcribere. Addit quia id introductum eſſe, ut cum majori exemplo ab omni populo, qui ad actum degradationis accedit, pœna videatur infligi. Verùm ſive hoc, vel alio modo procedatur, certum eſt, nullam eſſe cauſam ob quã Judex laicus debeat novam cognitionem, & judicium inſtituere. Hinc ſi Judex Eccleſiaſticus Clericum degradatum laico tradiderit Magiſtratui, poteſt hic ſententiam in reum exequi. Verùm cùm in *c. cùm non ab homine de judic.* Cœleſtinus III. definierit, hujusmodi reos per ſæcularem poteſtatem comprimendos eſſe, adeò ut deputetur eis exilium, vel alia legitima pœna inferatur: nonnulli cenſent, hujusmodi reos traditos Magiſtratui laico, non eſſe puniendos pœna corporali, cujusmodi eſt verberatio, mutilatio, occiſio: quod tamen nec ipſe textus, nec ratio ulla ſuadet, quia quamvis in citato textu non exprimatur pœna corporalis, non tamen hæc prohibetur, ſed diſcretioni relinquitur magiſtratûs ſæcularis. Quinimò uſus invaluit, & conſuetudo inolevit, ut hujusmodi rei ab Eccleſia exauctorati quolibet ſupplicii genere tollantur, ut notat Julius Clarus §. *final. q. 36.*

Quæritur nonò, quid debeat exequi Judex laicus ſi inveniat aliquem delinquentem in habitu laicali, & dubitet, an clericus ſit? Reſpondetur, ſtante tali dubio poſſe delinquentem à Judice laico capi, ac in propriis carceribus detineri, donec declaretur clericus; debet tamen interim à cognitione cauſæ ſuperſedere. Quòd ſi eſſet fama publica, delinquentem eſſe clericum, tenetur Judex laicus ſtatim eum dimittere, vel tradere Judici Eccleſiaſtico. Tum quia cognitio clericatûs, & habitûs pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum, ut liquet ex *c. ſi Judex laicus de ſent. excom. in 6.* ut etiam bigamiæ, *c. ſi Judex*, quia tametſi cognitio de habitu ſit cognitio facti; eſt nihilominus cognitio facti ſpiritualis, ſeu ordinis, proinde pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum cognoſcere de habitu clericali. Tum quia ſicut Epiſcopo incumbit reliquorum clericorum habitum præſcribere; ita ad illum pertinet cognoſcere, an clerici deſerant præſcriptum habitum, ut fuit deciſum à ſacra Rota Romana *deciſ. 202. de ſent. excom. in noviſ.* & fuit etiam declaratum à ſacra Congregatione Cardinalium die 11. Julii 1595. 14

Neque obſtat, quòd fortaſſis alicubi contrarium ſervetur, quia ut notat Barboſa in *collect. tom. 3. lib. 5. tit. 11. c. 12. n. 3.* id fit ex ſpeciali pri- 15

vilegio ſummi Pontificis. Cæterùm ubi Judex Eccleſiaſticus declaraverit reum captum eſſe clericum, tenetur Judex laicus infra viginti horas illum dimittere, abſque ullo ipſius dedecore, alioquin incurreret pœnam excommunicationis. Quinimò neque Iudex ſæcularis poteſt pro quocunque delicto proceſſum inchoare contra clericum etiam animo mittendi proceſſum ad Judicem Eccleſiaſticum: quia tametſi ſtante hac intentione laicus propriè non dicatur proceſſare clericum; nihilominus ſe intromittit in cauſis Eccleſiaſticorum, quod eorundem adverſatur libertati. Et licèt hoc limitetur à Riccio *tract. 4. reſ. 460. n. 5.* niſi Judex Eccleſiaſticus poſſet facilè adiri, & periculum eſſet in mora: hic tamen caſus videtur potiùs metaphyſicus, cùm Judices Eccleſiaſtici ubique locorum adſint, & ſufficiant. Quòd ſi clericus, & laicus correi, ſimúlque perpetrâſſent aliquod delictum, tunc Judex laicus poſſet recipere dicta reſtium, quatenus faciunt contra laicum; & dicta contra clericum non judicialiter, ſed tantùm verbaliter, ut deponitet Prælato.

16 Quæritur decimò, quid Judex ſæcularis poſſit in relaxandis juramentis? ſi enim Petrus per vim aut metum injuſtum à Joanne extorſit juramentum pro centum florenis ſolvendis, dubitatur, an Petrus compelli poſſit à ſæculari Judice, ut remittat obligationem contractam à Joanne ob juramentum injuſtè extortum. Certum eſt, Petrum poſſe compelli à Judice Eccleſiaſtico: ſiquidem cauſæ juramentorum per ſe pertinent ad ſolum Eccleſiaſticum *c. ult. de for. compet. in 6.* unde difficultas ſupereſt de magiſtratu laico, an ab ipſo Petrus poſſit adigi ad relaxandam obligationem contractam à Joanne ob juramentum injuſtè extortum. Reſpondent plures cum Felino, poſſe compelli ad relaxandum tale juramentum, quando materia juramenti eſt tantùm temporalis, eò quia Judex ſæcularis poſſit compellere ad obſervationem juramenti; proinde etiam ad ejus remiſſionem & condonationem, ſi juramentum fuerit injuſtum, & ejus materia purè temporalis: neque eſſe neceſſariam cauſæ cognitionem cùm ſupponatur à Petro injuriam fuiſſe illatam Joanni. Quinimò probabile eſt, Judicem ſæcularem etiam per ſe poſſe obligationem talis juramenti tollere, quia ſi Petrus poteſt per ſe obligationem ſibi factam relaxare & remittere, à fortiori etiam magiſtratus, cui ſubordinatur Petrus, ſi legitima ſubſit cauſa poterit id præſtare: legitima autem cauſa cenſetur eſſe, ut impediatur effectus, & conſumatio inchoatæ injuriæ per juramentum injuſtè extortum. Hinc juramenta uſuraria videntur poſſe reſcindi à Magiſtratu ſæculari, ut etiam juramenta extorta in præjudicium publicæ poteſtatis, ut de non accuſando reos, de renunciando alicui juri cum detrimento boni publici; hæc enim, & alia id genus juramenta non ſolùm poſſunt reſcindi à magiſtratu ſæculari, verùm etiam per legem aliquam conſtitui poteſt, ne ſi fiant, ullum ſortiantur valorem, nec ullum habeant effectum, ut notat Gailus *lib. 1. obſer. 25.* Layman *lib. 4. tract. 3. c. 8. n. 3.* Zerola *V. juramentum §. ad quintum.*

17 Quæritur undecimò, an clericus poſſit conveniri coram Judice laico pro ſolutione gabellæ ex ſuppoſitione, quòd teneretur illam ſolvere. Squillante *de privil. cler. c. 8. dub. 1. n. 13.* reſpondet, clericum nullo pacto poſſe conveniri coram Judice laico pro ſolutione gabellæ. Gutieres tamen *de gabellis lib. 7. q. 94.* contrarium ſentit. Alii etiam pro debitis regalibus cenſent probabile, poſſe clericum conveniri coram Judice laico, non tamen de jure, ut aſſerit Ripol. *de juriſdic. om. judic. c. 1. n. 17.* ſiquidem Clericus in *c. nullus clericus 11. q. 1.* & in Tridentino *ſeſſ. 24 c. 2.* in quacunque cauſa etiam civili eximitur à judicio ſæculari. Suarez tamen contra Regem Angliæ *lib. 4. c. 14. n 13.* ait, bona regalia quando conceduntur clericis cenſeri conceſſa ſub hac conditione, quæ cùm non ſit per ſe mala, potuit voluntariè apponi, proinde ait, ſervandam eſſe, & id videri deſumi ex *c. verum de for. compet.* & ex *c. verum de condit. appoſ.* Ricc. tamen *de juriſdic. om. Judic. c. 1. n. 125.* cenſet, quòd ſi Clericus coram Judice laico aliquid peteret contra laicum, poſſet reconveniri in illo circa aliquid ſuam petitionem concernens; non verò circa rem aliam non habentem connexionem cum petitione. Cæterùm clericus nunquam poteſt reconveniri coram judice laico de cauſa criminali, vel de ſpirituali, aut illi adnexa, nec propter aliam cauſam, ob quam poſſit in carcerem detrudi. Quando autem clericus reconveniri poteſt coram Judice laico debet in principio litis reconveniri, & in ipſa litis conteſtatione: quia cauſa conventionis, & reconventionis debent ſimul tractari, ut notat Bonacina in *Bulla cœnæ diſp. 1. q. 16. ſec. 1. punct. 4. § 6. n. 8.* Et licèt poſſit tunc Judex laicus ſententiam dicere contra Clericum, non tamen poteſt eum compellere ad ſolvendum quia executio ſententiæ nonniſi per Judicem Eccleſiaſticum fieri debet, eſt enim talis executio actus juriſdictionalis, qui non exercetur niſi in ſubditum, & Clericus non eſt ſubditus Judicis laici.

Quæritur duodecimò, an Magiſtratus laicus 18
poſſit abſque licentia Epiſcopi extrahere reum ab Eccleſia, ſi conſtet, quod ob enormitatem delicti non gaudeat immunitate. Reſpondetur, Magiſtratum ſæcularem non poſſe extrahere reum non gaudentem immunitate ab Eccleſia ſine licentiâ Epiſcopi, adeò ut ſi ſatellites vi, aut dolo ipſum extrahant, teneantur reſtituere Eccleſiæ, quia id declaratum fuit in conſtitutione Gregoriana. Imò ſi ſatellites, vel milites violenter, vel per fraudem ſine mandato magiſtratus ſæcularis reum ab Eccleſia extraherent, non poſſet Judex laicus contra illum agere: ſiquidem reus ille eſt affectus pro Eccleſia dolo, aut vi ſpoliata, proinde ſemper tranſit cum hoc onere præſertim ac res furtiva; imò Bulla Gregoriana anathemate percutit extrahentes, capientes, aut incarcerantes reos, qui confugerunt ad Eccleſiam, ſi id fiat ſine licentia Epiſcopi. Imò etiam eos, qui præter ejus formam procedunt, qualis eſſet Judex, qui reum ſic extractum non reſtitueret Eccleſiæ. Quòd ſi Magiſtratus ſæcularis de licentia Epiſcopi putantis reum non gaudere immunitate Eccleſiaſtica, illum extraheret, & poſtea conſtaret, ipſum gaudere; teneretur, magiſtratus

ſtratos [illegible] ſtituere Eccleſiæ, quia conſtaret debitam [illegible] eſſe immunitatem adhuc ſervandam.

19 Quæritur tertiò decimò, an Judex laicus poſſit [illegible] cere ſuper cauſam poſſeſſoriam beneficii [illegible] duos clericos, vel ſi clericus ſit reus? Reſpondetur cum communiori ſententia in *c. decernimus de jud.* judicem laicum non poſſe cognoſcere [illegible] cauſa poſſeſſoria beneficii, quia poſſeſſio beneficii eſt cauſa Eccleſiaſtica, proinde ejus cognitio ad forum Judicem Eccleſiaſticum pertinet. Tum quia Eccleſiaſticum beneficium ſine canonica inſtitutione non poteſt obtineri. Et cætera quia habens titulum beneficii, ſi poſſeſſionem litigioſam pecuniâ redimit, committit ſimoniam, ut deſumitur ex *c. dilectum l. 1. de ſimon.* & Gloſſa *ibid.* ergò [illegible] poſſeſſoria beneficii eſt Eccleſiaſtica, cùm ſimonia non committatur, niſi in cauſis ſpiritualibus, & illis adnexis, ut conſtat ex *c. qui ſtudet 1. q. 1. c. quia cler. et de jure patronatus.* Neque obſtat, quòd aliqui reſpondeant, conſuetudinem eſſe in aliquibus Regnis, quâ Judex laicus cognoſcit de facto ex *c. decernimus de ſent. excom. in 6.* ſed poſſeſſio eſt magis facti, quam juris *c. cùm noſtris de conceſſ. preben.* Nam contra eſt, quia Regnorum conſuetudines non approbantur, niſi privilegio ſummi Pontificis innitantur, ut Boërius *deciſ. 69. n. 25.* aſſerit [illegible] one X. tale privilegium fuiſſe conceſſum Regi Gallorum: unde Regna, in quibus viget talis conſuetudo cenſenda ſunt gaudere privilegio ſibi facto à ſummo Pontifice. Ad id quod addebatur, laicum cognoſcere de facto, reſpondent communiter, judicem laicum cognoſcere quidem factum exiſtente tamen ſubjecto, quod in præſenti caſu deficit. Tum quia cauſa apprehenſionis in poſſeſſione beneficii pertinet ad jus, & titulum, cujus laicus directè non eſt capax.

20 Quæritur quarto decimò, an judex laicus poſſit [illegible] punire in cauſis pertinentibus ad tribunal [illegible] um. Reſpondetur, non poſſe [illegible] hæreticum, vel apoſtatam, [illegible] quæſtione facti, ut deſumitur ex *c. ut inquiſ. [illegible] §. prohibemus de hæret. in 6.* & [illegible] diſtinctio de quæſtione facti, & [illegible] Judice [illegible] juxta vulg [illegible] lex non diſtinguit, neque [illegible] debemus [illegible] præterim quando ag [illegible] præjudi [illegible] Eccleſiæ. Eadem ratione, neque [illegible] magiſtratus laicus punire Apoſtatam [illegible] agatur de facto, quia Apoſtaſia [illegible] hæreſi. Rurſus neque [illegible] canonico poteſt ſe intromittere in [illegible]

21 Quæritur [illegible] decimò [illegible] ratus ſæcularis po [illegible] cauſis ma [illegible] Certum [illegible] ex conſuetudine cogniti [illegible] cauſarum matrimonialium pertinere ad forum Eccl [illegible] ſticum, adeò ut non liceat [illegible] incipibus Chriſtianis quidquam ſtatuere circa [illegible] matrimonii, ejuſque eff [illegible] x Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. can.* [illegible] *mil. c. nul orum, 15. q. 6.* [illegible] tum ita ſit co [illegible] civi [illegible] git etiam illud ſacramentum, & ad ſolā Eccleſiam pertineat de ſacramentis cognoſcere, ideò cognoſcere de valore, & effectu matrimonii ad ſolum pertinet forum Eccleſiaſticum. Nihilominùs, quia matrimonium ita continet rationem ſacramenti, ut etiam ſit contractus civilis: ideò ſpectata rei natura, & ſepoſitis Eccleſiæ decretis, videtur, quòd quilibet ſupremus Princeps poſſet ob juſtas cauſas conſtituere impedimenta matrimonii in ratione tantùm contractûs civilis, tam dirimentia, quam impedientia: ſiquidem eſt matrimonium contractus ordinatus in conſervationem naturæ, & humanæ ſpeciei; & Principes ob bonum regimen ſuorum ſtatuum poſſunt apponere contractibus civilibus conditiones in ordine ad eorundem valorem, & effectum, ſi bonum publicum id exigat.

22 Neque videtur obſtare, contractum civilem matrimonii nunc eſſe elevatum ad dignitatem ſacramenti; quia ratio ſacramenti non immutat naturam contractûs: ſed illam ſupponit; & mutato contractu, vel irritato, ceſſat etiam in ipſo contractu ratio ſacramenti perinde ac ceſſante fundamento, ceſſat res fundata: quâ ratione Concilium Tridentinum irritavit matrimonia clandeſtina, non quòd immutaverit etiam eſſentiam, aut naturam ſacramenti; ſiquidem circa ſacramenta de jure divino non immutantur ab Eccleſia: ſed quia ad valorem contractûs appoſuit quaſdam conditiones, quibus non ſervatis contractus civilis ceſſat, & nullius eſt valoris, & deſtructo contractu, in quo fundatur ſacramentum, ceſſat etiam ipſum ſacramentum. Verùm quia adjicere impedimenta dirimentia, vel tantum impedientia contractui civili matrimonii eſt indirectè agere in ſacramentum, ſeu rem ſpiritualem, ideò rectè ad ſolam Eccleſiam pertinet hujuſmodi impedimenta apponere, & cognoſcere de [illegible] dem, ac de valore, & effectu matrimonii; adeò ut id non liceat laicis Principibus, qui nec indirectè quidquam poſſunt in ſacramenta. Hinc Chriſtiani, qui apud Indos Principibus Ethnicis ſubjiciuntur, non poſſunt circa matrimonium ſe eximere à legibus Eccleſiaſticis, quibus ſubjiciuntur ubique locorum, quoad matrimonii validitatem & invaliditatem, adeò ut non poſſint per legibus Ethnicorum Principum, ſi diſcordent à legibus Eccleſiaſticis, quoad valorem matrimonii, quia Chriſtiani ineuntes contractum matrimonii ſuſcipiunt etiam ſacramentum, non ita Ethnici defectu baptiſmi, qui eſt janua per quam homines ingrediuntur in Eccleſiam, & fiunt participes ſacramentorum.

23 Quæritur ſexto decimò, an magiſtratus ſæcula [illegible] poſſ [illegible] ire c [illegible] m contrahentes matrimonium, pœna [illegible] le [illegible] ibus conſtitutis. Reſpondent ſere communiter [illegible] cauſam eſſe mixti fori, & verſari circa factum, proinde dari locum præventioni, ac proinde Judicem ſæcularem puni [illegible] lam matrimonium contrahentes pœnis a [illegible] magiſtratu conſtitutis, ſi [illegible] præveni [illegible] cauſa mixti fori, & circa [illegible] aliquo [illegible] Ju [illegible] ſi [illegible] præveniat non pot [illegible] cauſa ſe [illegible] re, [illegible] Eccl [illegible] aſticus non condi [illegible] nimis remiſſe eos puniat, quia tunc probabile eſt, licere judici ſæculari iterum reos punire

nire ſervatâ tamen debitâ moderatione. Et licèt excommunicatio, quæ ſolet eſſe Eccleſiaſticorum judicum pœna infligendn reis ſit quavis pœna temporali gravior, eò quia ad animam pertineat: nihilominus, quin eſt pœna ſecundùm quid pertinens potiùs ad ſalutem animæ, quàm ad afflictionem corporis, atque potiùs medicinalis, quam afflictiva, ideò non numeratur in præſenti caſu inter graves pœnas, adeò ut judex laicus præter hanc pœnam inflictam à judice Eccleſiaſtico, alias imponat pœnas afflictivas corporis.

24 Quæritur decimo ſeptimò, an magiſtratus ſæcularis poſſit ſupplere negligentiam Judicii Eccleſiaſtici, trahendo ad ſe cauſas ſpirituales. Reſpondetur à judice ſæculari nunquam poſſe ſuppleri negligentiam Judicis Eccleſiaſtici, neque poſſe cauſas ſpirituales ad ſe trahere, necjudicare, ut liquet ex *tit. de judic. c. decernimus.* Tum quia judex laicus non poteſt ſe intromittere in cauſis Eccleſiaſticis, vel Eccleſiaſticorum, & quidem ſub pœna excommunicationis latæ in Bulla cœnæ Domini; neque excuſatur judex laicus prætextu quòd talis Bulla non ſit acceptata in ſua Provincia, neque per conſuetudinem contrariam, quantumcunque immemorabilem: neque ob tollerantiam ſummi Pontificis, quia ſimplex tollerantia non inducit privilegium præſertim quando ſuperior commodè non videtur poſſe obſtare, ut deſumitur ex *c. cùm jam dudum de præben.* Tum quia non poteſt allegari tollerantia cùm Bulla cœnæ omnem excludat prætextum. Hinc Judex laicus non poteſt ſupplere negligentiam judicis Eccleſiaſtici trahendo ad ſe cauſas ſpirituales, ut habetur in *c. qualiter* ubi dicitur: *ne pro defectu juſtitiæ clerici traherentur à laicis ad judicium ſæculare, quod omninò fieri prohibemus.* Neque ex eo, quòd judex laicus non poſſit negligentiam ſupplere judicis Eccleſiaſtici, inde timendum eſt, ne ſcelera impunita maneant: ſiquidem ſi Epiſcopus negligat, ſupplet Archiepiſcopus, & ſi iſte etiam negligit, ſupplet Primas, & ſic gradatim alii ſuperiores Eccleſiaſtici.

25 Secus Judex Eccleſiaſticus ſupplere poteſt negligentiam, & defectus judicis laici in adminiſtranda juſtitia in cauſis, quæ aliàs ſibi de jure non competerent, imò poteſt Judex Eccleſiaſticus laicum compellere, ut ſuo officio rectè fungatur ſiquidem pertinet ad commune bonum, & reipublicæ tranquillitatem, ac fidelium pacem, ut poſſit haberi recurſus ad judicem Eccleſiaſticum, ſaltem ut peccata publica corrigantur; & Judex Eccleſiaſticus poteſt judicare de peccatis fidelium, qui ipſi ſubjiciuntur, quoad jurisdictionem Eccleſiaſticam, ut deſumitur ex *c. novit. de judic.* & *c. ſuſcepto de for. compet.* Neque obſtat, quòd Judex laicus non poſſit ſupplere negligentiam Judicis Eccleſiaſtici, quia non habet parem cum iſto poteſtatem, & munus defendendi innocentes magis pertinet ad Magiſtratum Eccleſiaſticum, quàm ſæcularem, ut docet Gloſſa in *c. Regum 23. q. 5* & [illegible] *tom. 1. collect. lib. 2. tit. 2 c. 10. n.* [illegible] alios.

26 Quæritur decimo o[illegible], an magiſtratus ſæcularis poſſit judicare in cauſa adulterii? Reſpondetur cum diſtinctione: ſi agatur de adulterio in ordine ad divortium, vel ſolutionem matrimonii, tunc pertinet ad ſolum Judicem Eccleſiaſticum cognoſcere, & judicare de cauſa adulterii *c. Tua de procurat. c. 1. ut lite non conteſtata*, & ita communiter cenſent juris Pontificii periti cum Covarruv. *p. 2. c. 7. §. 6. n. 15.* ſin verò agatur principaliter de dote, & lis verſetur circa dotem; tunc cauſam hanc cognoſcere ad ſolum pertinet judicem laicum Gloſſ. in *c. prudentia de donat. inter v. rum & uxorem.* Idem dicitur de cauſa alimentorum, quando de hiſce principaliùs agitur. Sin verò agatur de pœna ſanguinis adultero infligenda, tunc debet implorari officium Judicis laici. Quoad alias pœnas adulterii, cùm eſt mixti fori, & datur præventioni locus. Sin autem adultera à viro ſeparata litem moveat de alimentis ſibi ſuppeditandis, & maritus excipiat de non ſufficienti cauſa divortii, tum cognoſcere ſuper cauſa divortii pertinet ad ſolum Judicem Eccleſiaſticum. *c. Tuam de ordine cognit. c. ſi Judex de ſent. excommunicationis.* Fachinæus *lib. 1. c. 44.* Zerola *V. adulterium.* Bart. *ad l. quoties c. de judic. l. Titia c. de matrim.*

27 Quæritur decimo nonò, quomodo dividantur cauſæ Eccleſiaſticorum, ut dignoſcatur ad quale forum pertineant? Cauſæ Eccleſiaſticæ dicuntur quæcunq; ad Eccleſias, vel perſonas Eccleſiaſticas pertinent, quarum aliæ ſunt temporales, aliæ civiles, aliæ criminales, & ſpirituales aliæ. Reſpondetur primò, cauſas Eccleſiaſticas, merè temporales, & quæ connexionem non habeant cum ſpiritualibus conferri poſſe Judicibus laicis, ut docent plures cum Decio *l. 1. n. 110.* Sylveſter *V. laicus q. 1.* & alii cenſentes Epiſcopum, vel etiam Capitulum ſede vacante poſſe conſtituere laicum Oeconomum tradendo eidem adminiſtrationem proventuum temporalium; imò poteſt etiam laicus præfici Eccleſiæ fabricæ, ut annuas obventiones recipiat, & expendat cum onere reddendi rationes Prælato Eccleſiaſtico; debet tamen laicus eſſe ſimplex executor, alioquin ſi habeat [illegible] quam præeminentiam, vel poteſtatem ſuper C[illegible]cos, non poſſet id officii laico committi. Reſ[illegible]ndetur ſecundò, cauſas judiciales civiles quæ inter clericos moventur, vel etiam inter cle[illegible], & laicum non poſſe à l[illegible] cognoſci, ut Judice ordinario, ſed tantùm ex de[illegible]gatione Prælati Eccleſiaſtici, ut notat [illegible] *V. non præſumat. tit. de judic.* Siquidem Judex ordinarius quandam cenſetur habere præeminentiam, ac ſuperioritatem ſuper eos, de quibus judicat, adeo ut, qui judicantur, cenſeantur ſubditi [illegible]; atqui laicus non poteſt ſuperioritatem [illegible]rcere in clericos, quia ſtatus clericalis utpote ſpiritualis eſt ſupra ſtatum temporalem, ſeu laicalem, adeò ut potiùs ſtatus laicalis ſubjiciatur Eccleſiaſtico, & laici judici Eccleſiaſtico: ergò [illegible] cium Judicis ordinarii ſuper cau[illegible] quæ moventur inter clericos, vel inter [illegible], & clericum, non poſſunt con[illegible] Judici [illegible]co ordinariè, [illegible] laici [illegible] potiùs, q[illegible] dominari debeant Eccleſiaſticis, ut deſumitur ex *c. duo ſunt diſt. 96.*

28 Secus Judex delegatus, cum [illegible]atut authoritate delegantis *l. 1. ff. de offic. ejus.* nil proprium habet,

habet, nec judicat ut perſona propria, ſed alterius, cujus vices gerit. Nihilominus univerſitas cauſarum civilium inter clericos, ſeu Eccleſias delegari non poteſt Judici laico, ut notat Felin. *tit. de judic. n.1.* eò quia juriſdictio demandata ad univerſitatem cauſarum decidendarum æquiparetur juriſdictioni ordinariæ, cujus non eſt capax laicus in ordine ad cauſas Eccleſiaſticas. Hinc nequit laicus eſſe ſubſtitutus, aut ſubrogatus Vicarii generalis Epiſcopi, etiam ad unam tantùm cauſam civilem decidendam inter clericos, vel contra clericum: quia ſubſtitutus debet gaudere eodem jure, quo gaudet ille, cui ſubrogatur; & cùm laicus non poſſit eſſe Vicarius *c. in nona 22. cauſ. 16. q. ult.* ita neque poterit ſubſtitui, ut fungatur munere Vicarii generalis.

29 Neque cauſæ criminales clericorum laicis poſſunt Judicibus committi, quia ſacri canones non permittunt, perſonas Eccleſiaſticas à laicis judicari, quia id cederet in opprobrium, & contemptum ſtatûs clericalis: nihilominus ſummus Pontifex, ut cenſent ferè communiter cum Julio Claro in *quæſt. pract. q. 1. n. 6.* poteſt cauſas criminales clericorum laico Principi delegare, ut de jure, & authoritate Sedis Apoſtolicæ cognoſcat, & judicet, non tamen poteſt Principibus laicis juriſdictionem ordinariam conferre, quia tunc proprio jure, & non jure Pontificia illis competeret cognoſcere, & judicare cauſas criminales clericorum, qui propterea ſubjicerentur juriſdictioni laicali, quod repugnat. Tum quia ordo Hierarchiæ Eccleſiaſticæ exigit, ut clerici ſicut ſubjiciuntur, ita judicentur à Prælatis, & ſuperioribus Eccleſiaſticis. Neque à fortiori cauſæ ſpirituales committi poſſunt Judici laico, adeò ut hic non poſſit judicare de cauſis ſpiritualibus nec beneficiariis, oec de jure decimarum, nec de jure patronatûs, eò quia ſint cauſæ ſpirituales. Poteſt tamen laicus eſſe Conſiliarius, & Aſſeſſor Epiſcopi, ut notat Gloſſa *final. in l. 1. ff. de offic. Aſſeſſ.* eò quia officium Aſſeſſoris, ſit abſque juriſdictione, ut deſumitur ex *authent. ut defuncti §. illud.* ubi Gloſſa ait, non poſſe reum ab Aſſeſſore torqueri, imò nec ab ipſo ſeorſim à Iudice audiri cauſam ejuſdem rei, adeò ut ſententia irrita foret, ſi ab Aſſeſſore ferretur, niſi ex commiſſione Iudicis Eccleſiaſtici illam tantùm legeret, quia tunc fungitur tantùm munere ſimplicis lectoris: qua ratione cenſent aliqui, poſſe etiam laico, ut ſimplici miniſtro, ſi nil aliud obſtet, committi facultas eligendi Prælatum per compromiſſum, ut etiam poteſtas acceptandi profeſſionem Monachi, ut ex Lignano notat Decius *tit. de judic. n. 16.* Secus non poteſt laico committi jus eligendi, confirmandi, vel Monachum recipiendi, niſi delegetur ex plenitudine poteſtatis à ſummo Pontifice. Notat enim Decius *loc. cit. n. 18.* poſſe laicum eſſe Notarium etiam in cauſis eccleſiaſticis, eò quia Notarius non exercet juriſdictionem, ſed tantum miniſterium. Hinc Prælati Eccleſiaſtici in cognoſcendis, & judicandis cauſis Eccleſiaſticis debent omninò liberè procedere, & nunquam permittere, ut ſibi modus à laicis præſcribatur, neque ut ab iiſdem impediantur, quò minùs libere ſuo fungantur munere; quia cùm juriſdictio Eccleſiaſtica ſit omninò ſuperior, non debet ſæculari ſubordinari.

30 Quæritur vigeſimò, an poſſit aliquis eſſe Iudex in propria cauſa. Reſpondetur, ſupremū Principem non habentem ſuperiorem, cujuſmodi eſt inter Eccleſiaſticos ſummus Pontifex, & inter ſæculares Imperaror, vel Rex, aut alius non recognoſcens ſuperiorem, poſſe cognoſcere, & judicare ſuper cauſa vertente inter ipſum, & ſubditos, ut docent communiter cum Gloſſa in *c. cùm veniſſent 12. V. judicari h. t.* & deſumitur ex *l. Et hoc. 41. ff. de hæred. inſtit.* ubi Imperator Tiberius in cauſa propria ſententiam tulit, juſſitque, ut hæreditas divideretur, ſuo ſervo, qui credebatur eſſe ingenuus relicta, inter ipſum Cæſarem, & ſubſtitutum ſervo ipſius, & ex *l. un. C. ſi quis Imperator maledict.* ubi ſtatuitur, ut is, qui animo injuriam inferendi Principi maledixit, ad ipſum remittatur, ut cognoſcat de ſibi illata injuria. Cùm enim Princeps ſuperiorem non habeat, ad quem ut judicem ejus cauſa deferri poſſit, ideò ex neceſſitate, & plenitudine poteſtatis ipſius poteſt cognoſcere, & judicare ſuper cauſis vertentibus inter ipſum, & ſubditos, adeò ut non poſſint ſubditi Principem cogere, ut ſe alterius judicio ſubjiciat. Conſultiùs tamen, ac meliùs cenſendum eſt, ac ipſi juri naturali magis congruum, ut Princeps in cauſis, quæ inter ipſum, & ſubditos controvertuntur, non ipſe per ſe ſit Judex, ſed ut arbitros deligat indifferentes, qui controverſias cognoſcant, & judicent: vel etiam deberet Iudices ordinarios, vel delegatos conſtituere, qui jus inter ipſum, & ſubditos dicecerent, ut deſumitur ex *l. 2. C. ſi adverſus fiſcum*, ubi habetur, quòd ſi controverſia oriatur inter fiſcum Principis, & privatos, Procurator Cæſaris unà cum Præſide cognoſcere, ac judicare debeat, ut notat Gloſſa in *cit. c. cùm veniſſent. V. judicium.* Cæterùm ſupremus Princeps quicumque ille ſit, poteſt tantùm eſſe Iudex in cauſa propria quoad proprios ſubditos, non verò quoad alios, ut notat Felinus in *c. cùm veniſſent. num. 2.*

31 Videtur tamen in contrarium obſtare; quia judicium eſt diſceptatio inter Actorem, & Reum apud Iudicem, adeò ut tres ad judicium requirantur perſonæ principales, ſcilicet Iudex, Actor, & Reus, ut deſumitur ex *c. Fœdus 15. de V. S.* atqui ſi ſupremus Princeps eſſet judex in cauſa propria; deficeret pars ſubſtantialis judicii, in quo non eſſent niſi duæ perſonæ, quia Princeps eſſet ſimul Iudex, & pars. Sed reſpondetur, quòd licèt de jure poſitivo ordinario requirantur ad judicium tres perſonæ, non tamen ſemper, ut liquet, quando proceditur in judicio per viam inquiſitionis, ubi nullus intervenit Actor. Rurſus ſupremum Principem poſſe judicare in cauſa propria deſumitur etiam ex *c. cùm veniſſent. 12. h. t.* ubi Innocentius III. noluit, ut alii judicarent de cauſis vertentibus ſuper privilegiis ſedis Apoſtolicæ, eò quia ſolos Pontifex debeat eſſe Iudex. Cæterùm Iudex inferior Papâ, vel ſupremo Principe, non poteſt in cauſa propria judieare, ut deſumitur ex *l. un. C. ne quis in ſua cauſa judicet cauſ. inter querelas 25.* juncta Gloſſa *V. propria cauſa. 23. q. 4.* quia Iudex debet ex vi proprii officii eſſe diremptor inter partes litigantes, Acto-

rem ſcilicet, & reum. Hinc ſi controverſia oriatur inter majorem partem capituli, & aliquos canonicos, non poteſt capitulum, quod repræſentatur per majorem partem, eſſe Iudex, quia judicaret in cauſa propria: Excipitur tamen niſi injuria Iudici illata notoria eſſet, quia tunc videtur ceſſare omnis ſuſpicio: & tunc Judex non tam cenſetur eſſe Iudex, quàm juris executor, quod tamen procedit, quando pœna, quæ ob tale delictum à lege imponitur, eſt certa: alioquin non poteſt Iudex ex proprio arbitrio pœnam reo imponere. Rurſus id procedit de iudice ordinario, qui ratione officii publici ſit iniuriam paſſus, & pœna tendat ad vindictam publicam reipublicæ, quia tunc cenſetur potiùs cauſa aliena, quàm propria: Conſuetudo tamen invaluit, ut Iudices in hiſce caſibus ſoleant alios Iudices dare, qui parti collitiganti non ſint ſuſpecti.

32 An verò Epiſcopus iudicare poſſit in cauſa propriæ Eccleſiæ. Reſpondet Gloſſa in *c. 1. V. punire de pœnis in 6.* cum diſtinctione, ſi enim cauſa directè, & principaliter ſpectet ad Epiſcopum, vel alium Prælatum, aſſerit, tunc non poſſe in tali cauſa eſſe Iudicem, neque eum ponire, qui injuriam intulit, ut liquet ex *c. inter 27.* juncta Gloſſa *fin. cit. c. cauſ. 23. q. 4.* Et aſſerit, idem eſſe dicendum de cauſa Eccleſiæ directè ad menſam Prælati pertinentem, ut notat Abbas in *c. cùm veniſſent n. 9. h. t.* quia tunc cenſetur etiam eſſe cauſa propria, cùm agatur de proprio emolumento, vel damno proprio, ut dicitur in *c. biduum 29. §. ſi quis ipſius cauſ. 2. q. 6* Sin verò injuria directè pertineat ad Prælatum, & ſit notoria, tunc juxta leges poteſt eſſe Iudex, ſeu executor iuſtitiæ *argu. c. Guiliſarius. 30. cauſ. 23. q. 4.* Rurſus de cauſis, quæ principaliter, & directè ſpectant ad Eccleſiam, vel ad dignitatem Epiſcopalem, poſſe Epiſcopum eſſe in illa Iudicem, cenſent communiter cum Gloſſa in *c. 1. V. punire de pœnis in 6.* licèt ob connexionem, quam habet Prælatus cum ſua Eccleſia, poſſit tanquam Iudex ſuſpectus recuſari: quia ſi Iudex adverſario ſit familiaris, ac domeſticus, ob affectionem poteſt recuſari, ut ſuſpectus *argu. c. inſinuante 25. de offic. jud. deleg.* multò magis poterit Epiſcopus in cauſa ſuæ Eccleſiæ recuſari, cùm maior ſit ſuſpicio affectionis erga propriam Eccleſiam, quàm erga familiarem. Sin autem Epiſcopus non recuſetur, nec contra eum excipiatur, poteſt in cauſa ſuæ Eccleſiæ eſſe Iudex, adeò ut ſententia ab eo lata valida ſit ob iuriſdictionem, quâ gaudet, & licèt per exceptionem poſſit talis ſententia elidi; nihilominus, antequam elidatur, facta tenent, præſertim ſi Epiſcopus iudicialiter proceſſit. Imò extraiudicialiter poteſt ad defendenda iura ſuæ Eccleſiæ cenſuras infligere, dummodo bona fide ſit in poſſeſſione *argu. c. directio 6. & c. venerabilibus 7. V. attamen de ſent. excomm.* quia ſi licet Principi ſæculari armis materialibus tueri poſſeſſionem ſuorum iurium, licebit etiam Epiſcopo armis ſpiritualibus ſua iura tueri.

PARS V.

De modis procedendi in Iudiciis.

EXplicuimus hactenus iuriſdictionem eccleſiaſticam, & delicta, ad quæ extenditur, quæ duo cum præſupponantur ad iudicium, ideò præmittenda erat eorum notio, ad quam ſequitur modò iudicium, quod ſumi ſolet pro ſententia Iudicis dicentis ius inter partes, ſeu definientis quod æquum, & iuſtum eſt: vel pro toto proceſſu, ſeu diſcuſſione cauſæ, quæ fit coram Iudice inter Actorem, & Reum, ut quod inſtum eſt definiatur. Uſurpatur in hoc titulo iudicium hoc ſecundo modo, quia etiam prius, ſeu ſententia includitur in hoc ſecundo. Extat hic titulus in Sexto, Clementinis, & Extravagantibus communibus.

§. I.

Quid, & *quotuplex ſit iudicium, & quinam agere, & conveniri poſſint in judicio.*

DEfinitur iudicium à Venuſino adminiſtratio iuſtitiæ, quæ fit à Iudice in cauſa propoſita coram eo. Communiter tamen ſo- 1
let definiri legitima rei controverſæ tractatio apud Iudicem inter litigantes, ſeu diiudicatio, vel diſceptatio: breviùs ab Hoſtienſi definitur iudicium: *actus legitimus trium perſonarum, Judicis, Actoris, & Rei, qui in invitum exercetur.* Hinc ad formam, & ſubſtantiam iudicii pertinent tres perſonæ Iudex, Actor, & Reus. Iudex eſt perſona, quæ publica authoritate iudicio præeſt, & quaſi diremptorem, ſeu mediatorem agit inter partes diſſidentes: unde dicitur Iudex, eò quia ius dicat, ſeu res controverſas, ſecundùm iuris præſcriptum definiat: ut etiam Actor ab agendo ſuam deſumit nomenclaturam, eſt enim actor in iudicio is, qui actionem proponit, & prior ad iudicium provocat *l. in tribus 13. l. qui prior. 29. ff. h. t.* iuxta tamen diverſas cauſas vocatur actor, vel accuſator; in cauſis civilibus dicitur Actor, in criminalibus Accuſator. *l. inter 10. l. Accuſatore 13. ff. de public. judic.* Reus dicitur, qui ab Actore provocatur, ſeu vocatur in ius, & munus Rei eſt, ſe defendere, & propulſare actionem Actoris, unde dicitur reus, à reatu, ſed à re, quæ controvertitur. Unde in iudicio debet in ius vocari, qui iudicandus eſt.

Rurſus ad iudicium requiruntur citatio, editio actionis, ſeu accuſatio, litis conteſtatio, Iudicis cognitio, litis finitio, ſeu concluſio, ſententiæ promulgatio. Ex hiſce actionibus citatio Reum vocat, editio actionis inſtruit, litis conteſtatio confirmat iudicium, cognitio veritatem eruit, concluſio terminat, ſententia iudicat. Ut autem iudicium ſit integrum, debent partes, ſeu perſonæ conſtituentes iudicium ſanctè proprio fungi munere: Iudex debet eſſe gravis, incorruptus, ſeverus inadulabilis, contra improbos immiſericors, inexorabilis, 2

arduus,

arduus, æquitati addictus. Accuſator debet ſervare veritatem, debitum modum, puram intentionem, & cavere prævaricationem *c. ſi quem pœnituerit q. 3.* Reus debet veritatem proprio Judici legitimè interroganti, manifeſtare, ac obedire eidem juſta imperanti etiam in pœnis. In teſtibus debet eſſe veritas, ne confirment falſitatem; puritas, ut reſpuant dona, diſcretio.

3 Judiciorum plura dantur genera, quæ recenſentur à Toloſano. Verùm clariùs, ac breviùs ad quatuor reſtringuntur cauſarum genera. Primò in genere cauſæ efficientis ex diverſitate perſonarum judicantium, aliud eſt judicium Eccleſiaſticum, & aliud ſæculare, illud inſtituitur coram Judice Eccleſiaſtico, ſi controverſia ſit de rebus Eccleſiaſticis, vel inter perſonas Eccleſiaſticas, quæ non niſi coram Judice Eccleſiaſtico ordinariè conveniri poſſunt, etiamſi Actor ſit laicus: quia tenetur Actor ſequi forum Rei. Judicium ſæculare agitatur coram Judice laico, ſi cauſa controverſa eſt temporalis, & inter laicos. Rurſus judicium Eccleſiaſticum à re deducta in judicium etiam bipartitur in ſpirituale, & temporale, illud agit de re ſpirituali; matrimonio, beneficiis Eccleſiaſticis, vel de re annexa ſpiritualibus, ut de jure patronatûs. Judicium temporale nonniſi de re profana, ut fundo, pecunia, & aliis id genus inter perſonas Eccleſiaſticas. Rurſus judicium Eccleſiaſticum aliud eſt civile, in quo agitur de cauſis Eccleſiaſticis civilibus: aliud criminale, in quo de criminibus Eccleſiaſticis, hæreſi, ſchiſmate, ſimonia, ſacrilegio.

4 In genere cauſæ materialis ex diverſitate materiæ dividitur judicium in petitorium, & poſſeſſorium; illud eſt, in quo de rei proprietate controvertitur, ſeu de rei dominio, vel quaſi dominio: tunc enim Actor petit, ſe dominum declarari rei controverſæ, vel quaſi dominum, ſibique jus in re, vel ad rem competere. Poſſeſſorium, in quo de ſola poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione contenditur, ſive obtinenda, ſive retinenda, vel recuperanda, ut notat Maranta *p. 4. diſt. 7. n. 1.*

5 A cauſa formali, ſeu ratione diverſi modi procedendi dividitur judicium in plenarium, ordinarium, ſolemne, ſummarium, & extraordinarium. Judicium ordinarium dicitur, quod fit coram ordinario Judice, ut etiam extraordinarium coram extraordinario, delegatum, coram delegato *c. quoniam* 11. juncta Gloſſ. *V. extraordinario.* Rurſus in judicio ordinario cognoſcitur ſuper cauſa ſervato ordine juris, ſcilicet cum reo citato, & offertur libellus Actoris in ſcripto Judici, deinde fit litis conteſtatio, præſtatur juramentum calumniæ, ſi petatur; poſtea teſtes recipiuntur, & probationes, ac publicantur, in cauſa concluditur: & demum ſententia à Judice ſedente pro tribunali in ſcripto profertur, quæ poſtea executioni mandatur, niſi eadem per appellationem, vel reſtitutionem in integrum, vel ſupplicationem ſuſpendatur, aut reſcindatur, aut declaretur nulla, & hæc ſolemnitas judicii, & ordo de-
9 bet neceſſariò ſervari, alioquin judicium ſuum valorem non ſortiretur, ut deſumitur ex *l. 3. C. de edendo authent. offeratur C. d. lit. conteſt.* In judicio ſummario, ſeu extraordinario proceditur ſimpliciter de plano abſque ſtrepitu, & ſummariè ſine forma ſolemni conſiderata, ſola veritate facti, ut notat Maranta *p. 4. diſ. 9. n. 1.*

In genere cauſæ finalis dividitur judicium juxta varios fines, ad quos tendit, in civile, criminale, & mixtum. 6 Illud eſt, in quo agitur de cauſa civili civiliter in commodum privatum ipſius Actoris, quando id, quod petitur, pertinet ad ipſum. Criminale in quo diſcutitur delictum, ſive ad commodum publicum, ſeu vindictam, aut pœnam publicam corporalem, vel pecuniariam fiſco applicandam; & huc etiam pertinet pœna privationis officii, & dignitatis. Judicium mixtum; eſt, quod participat de utroque, ſcilicet de civili, & criminali, & in eo diſceptatur de crimine, & civiliter ad intereſſe partis, vel ad pœnam actori applicandam, ſimúlque criminaliter ad pœnam applicandam fiſco, ut notat Julius Clarus in *pract. crimin. in §. fin. q. 1. n. 1.* Hanc diverſitatem parit cauſarum varietas, & delictorum qualitas: ſiquidem ex delictis alia ſunt publica, quædam privata; illa Juſtitiam publicam ſine damno privatorum civium lædunt, ut crimina hæreſis, ſimoniæ, & aliorum id genus. Privata perſonis particularibus obſunt, ut ſunt furtum, homicidium, adulterium.

Hinc duplex oritur accuſandi actio criminalis una, civilis altera: ſi quis enim injuriâ læſus per calumniam, vel rapinam petat ſibi ſatisfieri à Reo per reſtitutionem honoris, aut reparationem damni, civiliter agit: ſin autem ita reum accuſat, ut is ad pœnam debitam à magiſtratu condemnetur, tunc criminaliter agit; quòd ſi utrumque ſimul intendat, tunc actio dicitur mixta, ſeu ſimul civilis, & criminalis, ut notat Maranta de ordine judiciorum *p. 4. diſt. 1.* Menoch. de *arbit. caſ. 275.* Præter recenſitas actiones datur alia quærens ſolius damni reparationem, non ex culpa propriè ſumpta, ſed ex quaſi maleficio orta, ut ſi Caius è feneſtra inconſultò, & abſque præmonitione ſaxum ejiciat, lædâtque tranſeuntem per plateam illam; huic permittitur actio *c. compenſationem damni illati*, quæ etiam tranſit ad hæredes, quamvis non contra hæredes, quia cùm ſit pœnalis maleficii, & quaſi maleficii, authorem duntaxat ſequitur, ut deſumitur ex *inſtit. de oblig. ex qua. cler. §. ult. l. Neratius. §. hanc actionem.* Decian. *lib. 1. c. 15.* & alii communiter. 7

In judicio agere, & conveniri poſſunt ii omnes, qui legitimam perſonam habent in eodem ſtandi, cæteri enim arcentur. 8 Hinc pupillus ſine tutoris authoritate, nec agere, nec conveniri in judicio poteſt *l. 1. & 2. C. qui legit. perſ. ſtan. in judicio.* Quamobrem actio debet in judicio inſtitui, vel ab ipſo tutore pupilli, vel à pupillo authoritate Tutoris *l. 1. & 2. §. de adminiſt. tut.* Quòd ſi pupillus nondum ſit ſeptennis, tunc ſolus tutor agendo, & defendendo judicium ſuſcipit *l. 1. §. 2. in fin. ff. d. tit.* De jure communi nec minor 25. annis legitimam perſonam ſtandi in judicio habet, niſi eidem curator ſaltem ad litem inſtituendam datus ſit: poteſt tamen minorennis, dummodo 20. attigerit annum, veniam à Principe impetrare, & agere in judicio abſque cura-

curatore. Clericus tamen licèt nondum 25. ætatis annum attigerit, dummodo ſit pubes, ſeu 24. annum compleverit, & canonicus inſtitutus alicujus collegiatæ, poteſt in cauſis beneficialibus, aliiſque ſpiritualibus per ſe ipſum agere, ac reſpondere in judicio, quia in hiſce cauſis pubes cenſetur major 25. annis, ac habere legitimam perſonam ſtandi in judicio conſequenter, vel per ſe immediatè, vel etiam per Procuratorem poteſt agere, & reſpondere.

9 Non tamen clerici minores 25. annis habent legitimam perſonam ſtandi in judicio in rebus propriis, & patrimonialibus. Nec etiam filiusfamilias licèt minor ſit 25. annis poteſt ſuo nomine, ſive in cauſa propria regulariter in judicio agere, aut reſpondere, ſine Patris conſenſu, ut liquet ex *l. ult. in princ.* ne judicium ſine patris voluntate videatur conſiſtere. *C. de bonis quæ liber.* ubi ſtatuitur, non poſſe filiumfamilias in bonis paternis, in quibus pater habet uſumfructum abſque ejus conſenſu agere, ut etiam habetur in *l. ult. §. fin. h. t. in 6.* ſiquidem in his omnibus ſemper requiritur conſenſus Patris ad integrandam perſonam: niſi tamen lis fuerit de bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, vel pater longiùs abſit, nec procuratorem conſtituerit. Mulieres itidem invitæ ax quacunque cauſa jure non expreſſa perſonaliter ad judicium trahi non debent, licèt, ſi velint, poſſint in judicio ſtare, licèt non ad id adigi, ut liquet ex *c. mulieres 2. h. t. in 6.* nec poſſunt mulieres in cauſis criminalibus agere, ſeu accuſare, niſi propriam, vel ſuorum injuriam perſequantur *l. 1. qui accuſare 8. ff. de accuſ. l. uxor 4. l. crimine 12. C. de his qui accuſare non poſſ.* In cauſis verò civilibus non prohibentur agere, & ſe defendere, ſi velint, quamvis ordinariè non cogantur: unde quia eſt quoddam privilegium conceſſum mulieribus, ut non poſſint invitæ trahi ad judicium, poſſunt eidem renuntiare, ſi velint, ac perſonaliter venire ad judicium cauſa teſtimonii ferendi.

10 Quòd ſi cauſa talis eſſet naturæ, ut exigeret corporalem præſentiam, ut ſi mulier de gravi crimine accuſaretur, tunc poſſent mulieres perſonaliter citari, capi, & detrudi in carceres, quia privilegium, ut mulieres non trahantur invitæ ad judicium tantùm intelligitur de mulieribus honeſtis, ac nobilibus juxta *l. egregius 15. ff. de jurejuran.* Moniales, & aliæ mulieres religioſæ nullo pacto poſſunt trahi extra Monaſterium, ut trahantur ad judicium, quia tenentur ſervare clauſuram. Nec poſſunt ad judicium trahi, nec in judicio ſtare milites, furioſi, mente capti, ſurdi, muti: ſiquidem milites habent proprium tribunal caſtrenſe, & judicantur more bellico, alii vel par Curatores, aut Procuratores agunt in judicio, vel ſe defendunt *argum. l. 7. C. de curat. furioſ.* Neque ſervus poteſt agere, aut ſtare in judicio *l. ſervus 6. C. h. tit.* eò quia quoad actus civiles habeatur pro mortuo.

11 Religioſi itidem ſine conſenſu ſuperioris non poſſunt in judicio agere, nec ſtare *tit. de Actor. n. 5. arg. l. ſi longiùs ff. h. t.* ubi habetur, quòd ſi Religioſi de conſenſu Prælati degant extra monaſterium, cenſeatur iiſdem conceſſa licentia ea faciendi, ſine quibus ibi eſſe non poſſent. Prælatus autem Eccleſiaſticus, etiam regularis per ſe abſque conſenſu Capituli, ſeu conventûs poteſt in judicio agere, & conveniri ſi agatur de rebus communiter pertinentibus ad Prælatum, & capitulum, exceptis tamen cauſis arduis, & gravis momenti: hinc juriſperiti ponunt generalem regulam, quòd perſonæ, quæcunque illæ ſint, dummodo legitimam, & univerſalem habeant adminiſtrationem, poſſint ſine conſenſu alterius in judicio agere, & conveniri, ut tradunt Felin. Innocentius, & communiter alii in *c. edoceri 21. de reſcript.* & deſumitur etiam ex *c. qui generaliter de Procurat. in 6. l. fin. quod cujuſque univerſitatis nomine.* Excipiuntur tamen cauſæ propriè Capituli ſeu conventûs, ut ſi agatur de bonis ſeparatim attributis capitulo, ſeu conventui, ac diviſis à menſa Prælati, adeò ut eorundem adminiſtratio non ſit penes Prælatum, ſed apud alium, ſive is ſit prior clauſtralis, ſive Decanus, vel Oeconomus, aut alius à conventu conſtitutus: tunc enim Capitulum, vel conventus ex ſe agere poteſt, & conveniri in judicio etiam non requiſito conſenſu Prælati, niſi cauſa gravis fuerit, ut notat Abbas in *c. edoceri n. 2. & 4.* 12

Cæterùm in genere judicii poteſt jus agendi pro rebus ſuæ Eccleſiæ penes eum eſſe, apud quem eſt adminiſtratio, ſive ſuperior ſit, ſive inferior, licèt præferendus ſit ſuperior, ſi hic velit per ſe agere ob majorem, quam habet authoritatem, & colligitur ex *clement. 1. V. licere de reſcript.* Innocentius *in c. olim 12. n. 1. de reſtit. ſpoliat.* Sin verò actualis adminiſtratio ſit tota penes inferiorem, qui ſit perpetuus talis beneficii rector, & penes ſuperiorem nonniſi in habitu, tunc inferior ſeu rector perpetuus in cauſis ad illam Eccleſiam, vel ejus adminiſtrationem pertinentibus, præferri debet in judicio, niſi ob negligentiam illius Eccleſia detrimentum pateretur, in quo caſu ſuperior negligentiam ſuppleret inferioris. Hinc tametſi Epiſcopus pro juribus quarumlibet Eccleſiarum parochialium ſuæ diœceſis poſſit agere, ut Paſtor Paſtorum: nihilominus in cauſis redituum, vel decimarum competentium Parocho vel Vicario perpetuo, principalior actio convenit Parocho vel Vicario cùm eidem competat immediatè eorundem bonorum adminiſtratio, unde Epiſcopus non debet agere pro juribus inferioris Eccleſiæ, quia ille ſolus poteſt agere, qui actu adminiſtrat, ut deſumitur ex *c. edoceri 21. de reſcript.* & cùm Epiſcopus non adminiſtret parochiam, ejuſque res ſaltem actu, & ordinariè, ideò ad illum non pertinet agere in judicio de juribus parochiæ, quando enim ſunt adminiſtrationes diſcretæ, ſeu diviſæ, tunc jus agendi eſt penes eum ſolum, qui actu, & ordinariè adminiſtrat: in iis autem, in quibus inter Epiſcopum, & Parochum non dantur diverſæ adminiſtrationes, nec diverſi Adminiſtratores, ſed, Parochus ſubordinatur Epiſcopo; tunc jus agendi in judicio convenit Epiſcopo, qui eſt principalis Adminiſtrator, & cui Parochus ſubjicitur, ut notat Innocent. in *c. olim. n. 1. de reſtit. ſpoliat.*

Hinc vacante Eccleſia inferiore per mortem Parochi non currit præſcriptio contra illam, quia tametſi Epiſcopus poſſit talem Eccleſiam defendere 13

non

non tamen eſt proprius, & ſpecialis ejus defenſor, cùm hic ſit ſolus Parochus, ad quem principaliter pertinet ejus jura defendere, ac ſpecialem illius curam gerere, ut notat Abbas in *cit. c. cum deputati num. 14. & 17. h. t.* & deſumitur ex *c. ſi de reb. Eccleſ. non alienan. in 6.* ubi ſtatuitur, quòd alienatio decimarum parochialium facta ab Epiſcopo cum conſenſu capituli, tempore, quo vacat Eccleſia parochialis, non valeat, eò quia tunc Eccleſia caruerit legitimo defenſore, qui ab Epiſcopo debuerat prius deputari: unde quilibet Prælatus inferior, ſive ſit Parochus, ſive Vicarius perpetuus, poteſt agere, & reſpondere in judicio pro juribus propriæ Eccleſiæ, etiam ſine mandato principalis rectoris, ut notat Felin. in *c. ſi perpetuus 22. num. 4.* Sin verò principalis rector velit in judicio aſſiſtere, inferiori admitti debet.

14 An verò excommunicatus agere poſſit in judicio. Reſpondetur negativè, ſi ſit excommunicatus majore excommunicatione, tunc enim nec per ſe, nec per alium, nec civiliter, nec criminaliter agere poteſt in judicio, niſi in cauſa ſuæ propriæ excommunicationis, aut niſi toleratus fuerit, & nec à judice, nec à parte repellatur. Conveniri tamen poteſt ut reus, ne delictum illi prodeſſe videatur, & beneficium ex malitia colligat. *c. intelleximus 7. h. t.* & *c. decernimus 8. de ſent. excommun.* Sin verò ageretur de bono publico Eccleſiæ, & ad declinandum periculum animæ, tunc excommunicatus eſſet comparendus in judicio, præſertim ſi periculum aſſet in mora, tunc enim poſſet in judicio agere, aut contra actorem etiam excommunicatum excipere, & per compenſationem in pari cauſa objicere; quia in hiſce caſibus magis videtur ſe defendere, quàm agere: in cauſis tamen non minùs arduis cogi poteſt, ut nonniſi per Procuratorem ſe defendat.

15 Cæterum Judex etiam delegatus Papæ ordinariè non poteſt partes cogere, ut perſonaliter compareant in judicio, niſi ad id ſpeciale mandatum acceperit à ſede Apoſtolica, vel niſi cauſa fuerit criminalis, vel ad juramentum deponendum pro veritate dicenda; vel ob aliam juris neceſſitatem requirantur perſonæ præſentes coram judice, ut habetur in *c. juris 1 h. t. in 6.* ſiquidem in cauſis civilibus, ac pecuniariis poſſunt partes per ſe immediatè, vel mediatè per Procuratorem in judicio agere *c. 2. ſup. de Procurat.* proinde non poteſt Judex partes compellere, ut perſonaliter coram ipſo in judicio compareant: ſiquidem indultum beneficium à jure nemini eſt auferendum juxta *regulam juris 17. in 6.* ex rationabili tamen cauſa poteſt Judex Actorem, vel reum vocare, ut perſonaliter ſe ſiſtat in judicio.

16 Quamobrem ordinariè à nullo judice Eccleſiaſtico ſive is ordinarius ſit, ſive delegatus in cauſis civilibus, ac pecuniariis poſſunt partes compelli ad perſonaliter ſe ſiſtendum in judicio, niſi ex ſpeciali mandato. In cauſis tamen criminalibus criminaliter intentatis compelli poſſunt partes, ut ſe ſiſtant in judicio. Univerſitas tamen, ſeu communitas, ſi ob crimen vocetur ad judicium, quia per ſe tota comparere non poteſt, id præſtat per Procuratorem. Rurſus ad præſtandum juramentum de veritate dicenda poſſunt etiam partes compelli, ut etiam ad juramentum calumniæ præſtandum, ac in aliis caſibus ubi ſi examinare oporteat qualitatem perſonæ, maturitatem ætatis, judicii diſcretionem *argu. l. 2. C. de his, qui ver. ætat. impet.* ut etiam ſi judicis vehementia adſuit contra reum; tunc poteſt is perſonaliter cogi ad comparendum, quia ut notat Anchar. præſente reo, & inſpecto ejus vultu, & quàm conſtanter reſpondeat, vel trepidet, faciliùs deprehendi poteſt veritas.

Rurſus perſonæ principales non per advocatos, ſed per ſe ipſas immediatè debent factum in judicio proponere *c. Paſtoralis 14. h. t.* quia quiſque meliùs ſcire præſumitur, quæ ad ſe pertinent, quàm quæ ad alium extraneum, & veritas ab iis inquirenda eſt, qui eam meliùs ſciunt *c. ſcriptum 40.* & ibi Gloſſa *v. ibi nati de elect.* Hinc pars principalis etiam per ſe debet litem conteſtari non per advocatum, quia conteſtatio litis fit per propoſitionem, petitionem, ac reſponſionem ad illam, quæ omnia intelliguntur de principalibus, qui ſint capaces agendi in judicio; & licèt perſonæ ſimplices, quæ perfectam judicii diſcretionem non habent, poſſint ſtare in judicio agendo, ſeque defendendo: attamen quæ ſunt facti, poſſunt proponere per advocatos. Rationis autem impos nullo modo poteſt per ſe ſtare in judicio, ſed tantùm per Procuratorem *l. 1. §. de curat. furios.* 17

§. II.

De cauſis, quas judicare poteſt Judex Eccleſiaſticus, & Sæcularis.

CErtum eſt, judicem laicum non poſſe cauſis merè ſpiritualea juriſdictionaliter, & propria authoritate judicare, imò neque ex delegatione Prælatorum Eccleſiaſticorum excepta plenitudine poteſtatis pontificiæ, ut deſumitur ex *c. decernimus 2. h. t.* quia laicis non poteſt convenire poteſtas ordinaria diſponendi de rebus ſpiritualibus; quia juriſdictio eccleſiaſtica eſt diverſa à laicali, nec illi ſubordinatur, ſed eſt longè ſuperior, & excedens ſtatum laicalem, ut deſumitur ex *extravag. un. de major. & obed. inter communes,* unde laici neceſſitatem habent obſequendi rebus ſpiritualibus, & legibus eccleſiaſticis, non verò habent authoritatem imperandi: quia ſicut ſpiritus prævalet corpori, ita ſtatus Eccleſiaſticus laicali, adeo ut hic illi ſubjiciatur, & quia Judex judicialiter cognoſcens ſuper cauſa agit ſuperiorem reſpectu partium diſſidentium: ideò ſi Judex ſæcularis poſſet cognoſcere ſuper cauſis eccleſiaſticis, ſibi ſubjiceret clericos: proinde ſtatus Eccleſiaſticus laicali ſubjiceretur, ſcilicet ſuperior inferiori, quod repugnat: unde laici non niſi ex commiſſione Papæ poſſunt cognoſcere ſuper cauſis eccleſiaſticis, quam facultatem nullus alius Prælatus inferior poteſt delegare. 1

Quapropter Judex ſæcularis non poteſt judicialiter cognoſcere ſuper cauſa jurispatronatus, 2

quia vel eſt res intrinſecè ſpiritualis, vel ſaltem quid antecedenter adnexum rei ſpirituali, ut cenſent plures, unde ejus aognitio nonniſi ad judicem Eccleſiaſticum pertinet, ut liquet ex *c. quanto 3. h. t.* in quo Alexander III. ſcribit ad Regem Angliæ, cauſam juris patronatus ita connexam aſſe ſpiritualibus, ut oonniſi eccleſiaſtico judicio definiri poſſit: ſiquidem jus patronatus ordinatur ad ſpiritualem beneficii collationem, ac inſtitutionem præſentati, quatenus hia promovetur ad beneficium Eccleſiaſticum, quod eſt quid ſpirituale, cui jus patronatus per ſe annectitur: atqui de acceſſoriis idem debet eſſe judicium, ac eadem diſpoſitio *c 3. de conſtit.* ergo cùm beneficium Eccleſiaſticum, quod eſt quid ſpirituala, ſe habeat acceſſoriè ad jus patronatus, ſequitur, hoc eſſe itidem quid ſpirituale. Neque obſtat, quòd jos patronatus dicatur eſſe quid mixtum ex ſpirituali, & temporali; quia adhuc ſequaretur naturam dignioris, ſen beneficii eccleſiaſtici acceſſoriè eidem adnexi, quia dignius trahit ad ſe minus dignum.

4 Quapropter ejus cognitio ad Judicem pertinet Eccleſiaſticum, ſaltem per ſe, & principaliter, licèt acceſſoriè, & ſecundariò poſſit Judex ſæcularis cognoſcere de jure patronatus: ſiquidem divendito aliquo dominio cum ſuis pertinentiis, in quibus ſit jus patronatûs, aaceſſoriè etiam tranſit in emptorem cum pertinentiis jus patronatûs adhærens tali dominio, ut liquet ex *c. ex litt. 7. de jure patronat.* Cæterum per ſe, & principaliter jus patronatûs noo poteſt vendi: hinc licèt Judex ſæcularis nequeat per ſe, & principaliter iudicara de jure patronatus; poteſt tamen acceſſoriè profarendo ſenteotiam, per quam poſſeſſor condemnetur ad tradendum dominium unà cum omnibus ſuis juribus, quo pacto cùm jus patronatus adhæreat tali dominio, ſantentis Judicis acceſſoriè, & ſecundariò ſe extendit etiam ad jus patronatûs, quod tamen in libello non alt exprimendum, ne de illo videatur Judex principaliter judicare, ot notat Abbas in *c. 3. num. 9. h. t.* Pari pacto pertinet ad Judicem Ecclaſiaſticum judicare de jure ſepulturæ, quia hoa jus ſecundùm ſe eſt ſpirituale, vel ſaltem ſpirituali annexum, quatenus nectitur Eccleſiæ cœmeterio; & ad quem pertinet judicare de principali, pertinet etiam judicara de acceſſoriis, & aonnexis. Sin autem quæſtio non ſit de jure ſepulturæ, ſed tantùm de facto, an Petrus promiſerit Joanni jus ſepolturæ, nec ne, vel de impenſis funeris, atiam laicus Judex poteſt cognoſcere. Ut etiam cauſas marè temporales Eccleſiarum, vel clericorum dummodo nullam ſupra clericos axerceat præeminentiam, poteſtatem, aut regimen, ut notat Abbas in *c. 2. num. 10. h. t.* quapropter noo prohibetur capitulum ſede vacanta laicum conſtituere Oeconomum committendo illi curam, & adminiſtrationem redituum temporalium, vel præficiendo illum fabricæ Eccleſiæ, ut reditus annuos recipiat, & expendat cum obligatione tamen reddendi rationem Prælato Eccleſiaſtico: quia tametſi ipſum jus percipiendi reditus ſit quid ſpirituale, non tamen ipſi reditus, quia pecunia eſt quid temporale, & tunc laicus nullum acquirit jus, ſed eſt merus executor.

Non tamen propria authoritate, & ut Judex ordinarius poteſt laicus cognoſcere cauſas judiciales pecuniarias, ſeu merè civiles, quæ inter clericos, vel cootra clericos, aut Eccleſias à laicis moventur: ſiquidem nemo poteſt, ut Judex ordinarius condemnare alium niſi exerceat poteſtatem, ſuperioritatem, & joriſdictionem in eundem: & laicus non poteſt hanc juriſdictionem exercere in clericos, quia iſti non ſubjiciuntur juriſdictioni laicorum. Neque laici præeſſe poſſunt clericis, & Eccleſiaſticis, quorum dignitas, & ſtatus eſt major. Limitatur tamen in cauſis fœudalibus, quia de iis cognoſaere pertinet ad dominum fœudi, ſive is laicus ſit, ſive Eccleſiaſticus, quia Dominus fœudi habet joriſdictionem ordinariam à lage ſibi aonceſſam in cauſa aoncernente fœudum, & de qoa inter duos vaſallos orta eſt aontroverſia, ut conſtat ex *conſtit. imperial. in fin. l. 2. feud. tit. 55. de prohibitione feud alienan.* Lex enim ut communiter docent juris periti dat juriſdictionem ordinariam. Secus Judex delegatus in ordine ad tognoſcendas cauſas judiciales, pecuniarias, ſeu ut merè civiles inter clericos poteſt eſſe laicus, quia Judex delegatus non utitur propria authoritate, ſed juriſdictione tantùm delegantis; adeo ut ex proprio nil exerceat, ſad tantùm vices garat alterius *l. 1. §. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt. juriſdic.*

In cauſis criminalibus laicus noo poteſt eſſe Judex ordinarius clericorum, idque expreſſè deſumitur ex *c. clericis 8. h. t.* ubi Lucius III. Papa reſcribit Imperatori diceoti, leges non dedignari ſacros canones imitari, in quibus generaliter ſtatutum aſt, ut alerici de omni crimine coram Judice Eccleſiaſtico, non verò coram ſæculari conveniri debeana: ſiquidem cùm Judex ſæcularis nullam habeat juriſdictionem in clericos *c. Eccleſia 10. de conſtit.* maximè in cauſis criminalibus, eò quia id cederet io contemptum ſtatûs clericalis, ideo non poſſuot clerici à laicis judicari. Neque contra hoc poteſt ulla tonſuetudo quamtumvis immemorialis prævalere, ut liquet ex *c. gravem 50. de ſent. excommun.* Præterea quia lex ſæcularis non poteſt tollere ſtatuta Eccleſiaſtica, nec abrogare canones: ergo neque quòd clerici non conveniantur coram Judice ſæculari, quòd ſi lex id non poteſt, nec minus conſuetudo, quæ non habet majorem vim, quàm lex. 5

Imò nec poſſunt laici da caoſis Eccleſiaſticis judicare, quamvis Prælati Eccleſiaſtici ſint negligentes in cognitiona earundem cauſarum, ut deſumitur ex *c. qualiter 17. h. t.* quia quamvis ob defectum juſtitiæ in foro ſæculari poſſit Judex Eccleſiaſticus cognoſcera de cauſis pertinentibus ad forum ſæculare, adeo ut propter negligentiam, vel malitioſam dilationem juriſdictio Judicis ſæcularis devolvatur ad Eccleſiaſticum *c. ex tranſmiſſo 6. c. licet 10. de for. compet.* Non tamen vice verſa Judex ſæcularis ſupplet defectum, & negligentiam Judicis Eccleſiaſtici, quia pertinet ad majorem, & ſuperiorem ſupplere defectû, & negligentiam inferioris, non verò ad inferiorem ſupplere negligentiam ſuperioris, & quia Judex ſæcularis eſt inferior Judice 6

Eccle-

Eccleſiaſtico, cui ratione altioris finis ſubordinatur *argu. c. denique 5. diſt. 96.* ideo non poteſt Judex ſæcularis ſupplere defectum, vel negligentiam Judicis Eccleſiaſtici, præſertim cùm laicus non ſit capax Eccleſiaſticæ juriſdictionis *arg. c. cauſam. 7. de praeſcript.* quæ jure proprio, & ordinario ei conveniat: è contra Judex Eccleſiaſticus eſt capax juriſdictionis ſæcularis, quæ inter laicos exercetur *l. Epiſcopale 8. C. de Epiſc. audient.* Tum quia quamvis ob defectum juſtitiæ in Judice Eccleſiaſtico pateat acceſſus ad Judicem competentem, ſeu ſuperiorem Eccleſiaſticum, nunquam tamen in jure data eſt hæc juriſdictio Judici ſæculari ad ſupplendam negligentiam Judicis Eccleſiaſtici, eò quia laicus clerico ſubjiciatur, ut liquet ex *c. ſolitæ 6. de major. & ſeq.*

7 Judex Eccleſiaſticus, cujuscunque ſit dignitatis, ut Eccleſiaſticus non poteſt directè, & ordinariè cauſas merè civiles, & etiam criminales pertinentes ad Magiſtratum laicum cognoſcere, & judicare; quia Eccleſiaſtici in cauſis temporalibus fidelium non habent directam, & ordinariam juriſdictionem, ut docet Innocentius in *c. licet in princ.* Excipiuntur tamen ii, qui ſubjiciuntur juriſdictioni temporali annexæ dignitati Eccleſiaſticæ, quia tunc Eccleſiaſtici funguntur utroque munere Judicis Eccleſiaſtici, & temporalis, ratione diverſi dominii, & diverſæ juriſdictionis. Cæterum ſi Judex habet ſolam juriſdictionem Eccleſiaſticam ex vi illius, non poteſt directè, & ordinariè cognoſcere, & judicare cauſas civiles, & temporales pertinentes ad Magiſtratum ſæcularem *c. Novit. 13. h. t.* ubi Innocentius III. ſcribit ad Regem Galliæ: propoſitum ſibi non eſſe, juriſdictionem Principis ſæcularis perturbare, aut minuere, cùm nec ipſe Rex juriſdictionem Pontificis poſſit, aut velit impedire.

8 Pertinet nihilominus ad Prælatum Eccleſiaſticum per viam denuntiationis Evangelicæ procedere circa peccatum mortale, & quodlibet aliud crimen maximè perjurium & fractionem pacis cognoſcere, corrigere, & ſi opus fuerit per cenſuras Eccleſiaſticas ſubditum ſæcularem ad emendationem compellere, ut deſumitur ex *cit. c. Novit. 13. h. t.* ubi Innocentius III. citat verba Chriſti Matth. 18. *ſi peccaverit in te frater tuus corripe eum inter te, & ipſum ſolum* (ſcilicet monendo, & obſecrando, ut à peccato deſiſtat) *ſi te audierit lucratus eris fratrem tuum; ſi verò te non audierit adhibe unum, vel duos* (teſtes) *& ſi nec hos audierit; dic Eccleſiæ* (ſcilicet Prælato Eccleſiaſtico) *ſi autem Eccleſiam non audierit* (proinde excommunicatus fuerit, ut notat Hoſtienſis hic *V. non audierit*) *ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.* Scilicet ſicut notorius peccator. Quòd verò poſſit Prælatus Eccleſiaſticus de probatis peccatis cognoſcere, & judicare laicum, ex eo liquet, quia ratione peccati ſubjicitur foro, ſeu judicio Eccleſiaſtico, ut colligitur ex *d. c. Novit. 13. h. t.* ut etiam ſi agatur de violatione pacis juratæ, poteſt Judex Eccleſiaſticus etiam inter laicos cognoſcere ratione juramenti, ut notat Barboſa in *collect.* hic *num.* 6.

9 Rurſus Prælati Eccleſiaſtici, vel clerici ex commiſſione Principis ſæcularis poſſunt cognoſcere, & judicare cauſas politicas, & ſæculares, tanquam judices delegati ab Imperatore, vel alio Principe ſæculari *c. inter dilectos 6. §. ſecundo per inſtrumentum de fid. inſtrum.* & id frequens eſt in Germania, ubi Principes ſæculares committunt cognitionem cauſarum civilium etiam Eccleſiaſticis; & licèt aliqui cenſeant, poſſe Eccleſiaſticos à Principibus ſæcularibus conſtitui Judices ordinarios cauſarum civilium: ad id tamen putârim, neceſſariā eſſe ſpecialem diſpenſationem ſumi Pontificis *argu. c. clericis 5. ne clerici, vel Monachi.* Cæterum quoad illa crimina, quæ ſunt mixti fori poſſunt hæc tam à Judice Eccleſiaſtico, quàm ſæculari cognoſci, & judicari, & in iiſdem datur locus præventioni: ſive autē Judex ſit Eccleſiaſticus, vel ſæcularis, ſi reus, & Actor ſint ejuſdem fori regulariter coram eodem judice cauſa poſſeſſionis, & proprietatis tractatur, & deciditur, ut deſumitur ex *c. fin. h. t.*

10 An verò Judex domicilii, & originis poſſit judicare de delictis alibi commiſſis videtur eſſe aliqua difficultas. Verùm ſi inquiſitio debeat inſtitui, communior ſententia eſt, quòd nôn poſſit ex ſe, ſed tantùm ad inſtantiam accuſatoris, ut notat Panormitanus *c. fin. de accuſ.* Bart. in *l. ſi cui §. fin. eod. tit.* alii tamen cenſent etiam per viam inquiſitionis poſſe Judicem domicilii, vel originis cognoſcere ſuper delictis alibi perpetratis; & dicunt in eo caſu teneri remittere reum Judici delicti ante ſententiam, *authent. ut nulli judic. §. ſi verò.* Secus verò poſt ſententiam: quia tunc non datur ampliùs locus remiſſionum, ut notat Alexander in *c. authent. ut nulli §. ſententiam.* Decianus tamen *lib. 4. c. 16.* meliùs procedit cùm diſtinctione, & nititur conciliare diverſas opiniones; ait enim, jure canonico poſſe Judicem domicilii inquirere de quolibet crimine, non verò de jure civili: quia ab hoc non permittitur inquiſitio, niſi ex eodem delicto etiam Judex domicilii, & originis læſus ſit, vel redundet in damnum communitatis. Cæterum nemo ſine accuſatore damnatur *l. reſcripto §. accuſatorem de muner.* & non permittitur inquiſitio niſi in caſibus in jure expreſſis *l. 2. §. ſi publice de adulter.* Et licèt Judex, ſi juridicè procedat, teneatur judicare juxta allegata, & probata, non tamen ſi agatur de innocente damnando: quia tametſi Judex ſit perſona publica, proinde teneatur non propriam ſcientiam ſequi, ſed publicam, quam enanciſcitur in judicio per allegatā, & probata: ſi tamen certò ſciat, reum eſſe innocentem facti, & tantùm nocentem juris non debet illum damnare.

11 Dupliciter poteſt quis eſſe reus, ſcilicet *facto*, ſi verè deliquit; & *jure* ſi in judicio per allegata, & probata ſit convictus; hinc veritas eſt etiam duplex, una facti, & altera juris, ſeu præſumptionis: plura enim quæ de facto vera ſunt, nonnunquam præſumptione juris ſunt falſa ex defectu probationum. Scientia Judicis etiam dupliciter conſideratur, ut eſt ſcientia talis perſonæ privatæ, & quatenus ſcientia perſonæ publicæ, quam acquiſivit in judicio per allegata, & probata; & licèt teneatur Judex ſententiam

ferre,

Digitized by Google

ferre, ut perſona publica, & juxta allegata, & probata in judicio; attamen ſi certò ſciat, aliquem, non eſſe *facto* reum, ſed tantùm *jure*, non cenſerem in hoc caſu eſſe damnandum Innocentem *facto*, & nocentem tantùm *jure*, præſertim ſi agatur de ſententia mortis: & quia nec poſſet ipſum abſolvere, eò quia non poſſet procedere ſecundùm ſcientiam privatam, deberet omnem adhibere modum, quo reûs poſſet periculum evadere, vel fugere, & ſi non poſſet ipſum liberare, adhuc teneretur ipſum tradere judicandum Judici ſuperiori, quia contra conſcientiam non tenetur ipſum damnare: nam etiam confeſſarius eſt perſona publica, & tamen non judicat contra ſuam conſcientiam, & ita credit accuſanti ſe, ut ſibi, cùm evidentem in contrarium notitiam habet, fidem non deroget. Sic nemo poteſt accedere ad non ſuam uxorem, quam certò ſcit non eſſe ſuam, quamvis mille teſtes affirmarent eſſe ſuam uxorem, at poſſe licitè ad eam accedere: ergo neque Judici licitum erit innocentem *facto* morti tradere, ſi certò ſciat, de facto eſſe innocentem, licèt, *jure* ob teſtes aſſerentes eum eſſe nocentem, eum reum eſſe cognoſcat, juridicè,

12 Tum quia eatenus non licet alienam rem ſibi uſurpare, quia eſt intrinſecè malum irrogare alteri injuriam: atqui eſt etiam ſimiliter intrinſecè malum occidere hominem innocentem. Neque obſtat, quòd Judex teneatur ſequi notitiam publicam per allegata, & probata ſibi comparatam: quia id eſt verum, ne ſequendo propriam à veritate, & juſtitia aberret. Cæterum quando certò ſcit, & evidens eſt, accuſatum reum eſſe innocentem, in hoc caſu non debet illum damnare; quia Judex contra ſcientiam ſuam non poteſt pronuntiare ſententiam in grave detrimentum alterius, & hoc procedit etiam de privatione bonorum, famæ, exilio, & aliis id genus, quia cooperari injuriæ alterius eſt ſemper intrinſecè malum.

13 Cæterum Judex inferior ſententiam definitivam ſemel à ſe prolatam, nunquam poteſt mutare *l. Judex de reb. judic. c. in litt. de offic. deleg.* ſiquidem poſt latam ſententiam definitivam extincta eſt poteſtas judicantis, adeo ut non poſſit immutari quidquam, tametſi nova exhibeantur inſtrumenta, ex quibus conjiciat injuſtam eſſe ſententiam à ſe latam. Excipitur tamen niſi ſuperior Judex de novo præcipiat cognitionem cauſæ jam deciſæ, vel ſi abſente altera parte ſententiam pronunciaverit: ſiquidem ſi adhuc ſedente illo pro tribunali acceſſerit, ac ſuas velit rationes exhibere, audiri debet. Ut etiam ſi de negotio principali ſententiam tulerit nulla mentione facta de acceſſoriis, cujuſmodi ſunt fructus, reditus, vel ſi omiſerit damnare ad expenſas adverſarium; in hiſce enim caſibus, licet Judici eadem die ſententiam corrigere, ut deſumitur ex *l. Paulus de re judic.* Excipitur etiam, crimen hæreſis, quia circa illud eſt ſpeciale, ut Judex poſſit minuere pœnam per ſententiam injunctam *c. ut commiſſi §. ult. de hæret. in 6.* Rurſus poteſt quilibet Judex mutare ſententiam interlocutoriam, *c. qualiter 1. de accuſat.* quod verum eſt, ſi ſententia ſit purè interlocutoria, non verò ſi definitiva, ut nec etiam ſi ab interlocutoria ſit appellatum, vel decem dies à lata ſententia effluxerint, quia tunc ad revocandam ſententiam requiritur conſenſus illius, pro quo lata eſt. Cæterum declarare ſententiam ſive definitivam, ſive interlocutoriam cuilibet permittitur Judici, dummodo ſtatim, & ſine mora fiat, & tantùm declaretur, quod eſt ambiguum, ut notat Gloſſa in *c. 1. de poſtul. Prælat.* Poteſt etiam Judex eodem die poſt latam ſententiam ſupplere acceſſoria, ut notat Piaſecius *p. 2. c. 4. num.* 10.

Re judicata ſuam ſententiam debet executioni mandare, ne illuſorium reddatur judicium, 14
& ne victor jure ſuo careat, & conditio victi ſit optabilior: atqui non ſemper Judex per ſe ſententiam exequitur, quam tulit, ſed nonnunquam Provinciæ Præſes rem judicatam exequitur. *l. ordo rei C. de execut. rei judic.* Hinc ſi de contractu lata ſit ſententia, & condemnati bona ſint capienda, id exequuntur alii ex permiſſione ſuperioris. Judex itidem Eccleſiaſticus, ſi per cenſuras nil obtinuit adverſus laicos; pro executione implorat Magiſtratum ſæcularem, qui cogit reum ad comparendum, & ſatisfaciendum *c. pernicioſa de offic. ordinar.* Pari pacto Judex ſæcularis nonnunquam indiget auxilio Eccleſiaſtici contra eos, in quos nullum coërcendi jus habet *authent. ſed hodie C. de adult.* Socinus in *c. cùm ſit generale de for. compet. c. quoniam de offic. Jud. ordinar.* unde judices Eccleſiaſtici, & laici debent ſe mutuò juvare pro executione ſententiarum, ne judicium reddatur illuſorium, ut notant Gallus *lib. 1. obſer.* 115. Myſingerus *dec. 1. reſpon. 6.* hoc tamen intereſt diſcriminis, quòd Judex Eccleſiaſticus poteſt cenſuris judicem laicum compellere ad præſtandum auxilium pro executione latæ ſententiæ: non ita à ſæculari poteſt Judex Eccleſiaſticus cogi, ſed adeundus eſt metropolitanus, vel alius ſuperior, qui inferiorem adigat ad præſtandum neceſſarium auxilium pro executione ſententiæ.

Judex verò ſi legitima adferatur exceptio, 15
recuſari poteſt *c. ſuſpicionis de offic. deleg. c. cùm ſpeciale de appellat. c. quia ſuſpecti 3. q. 5.* ſi enim Judex ſit ſuſpectus, eò quia adverſæ parti ſit conſanguineus, vel affinis, habetur ſuſpectus, ad quantum verò gradum conſanguinitatis, ſe extendat conſanguinitas ingerens ſuſpicionem, aliqui cum Gloſſa cenſent, conſanguinitatem ſe extendere uſque ad ſeptimum gradum: & alii uſque ad decimum, eò quia uſque ad talem gradum cognoſcatur à conſanguineis, proinde duret affectus, vel ſaltem præſumatur durare *c. poſtremo de appellat.* Rurſus poteſt recuſari Judex ſi aliàs contra eundem pronunciavit, & ab ejus ſententia condemnatus appellavit. Eſt etiam ſuſpectus ſi Judex ſit familiaris adverſarii, vel commenſalis, aut amicus, vel alia conjunctione, aut nexu eidem devinctus, ut etiam ſi habeat ſimilem cauſam illius, in qua eſt deputatus Judex. Sunt etiam plura alia, quæ conſtituunt judicem ſuſpectum, & recenſentur à Gaillo *obſer. 33.* & deſumuntur ex *c. 36. de appellat.* Hæ tamen cauſæ ſuſpicionis ceſſent in perſona valdè religioſa inculpatæ vitæ, addicta

juſti-

juſtitiæ, & quæ nunquam permiſit ſe corrumpi muneribus, vel affectione ſpeciali, cùm ſemper adminiſtraverit juſtitiam juxta leges nullo habito reſpectu ad conſanguineos, vel amicos.

16 De ſententia lata à Judice excommunicato, quæri ſolet, an valida ſit? Certum eſt, acta omnia Judicis excommunicati, ac nominatim denunciati, ac publici, nullius eſſe valoris, ut liquet præſertim de ſententia ab. ipſo lata in *c. approbandum de re judic. c. veritatis de dolo, & contumacia.* Hinc ſi plures cum Judice excommunicato ſententiam proferant, nullum hæc ſortitur valorem. Sin autem excommunicatus conſenſu partium delectus fuerit arbiter, licèt non rectè procederet conſentiendo, & agendo negotium, quia tamen arbitrium, & compromiſſum non important actum juriſdictionis, ſed tantùm quandam conventionem, ideo arbitrium erit validum. Rurſus ut ſententia lata ab excommunicato ſit irrita, debet excommunicatus eſſe nominatim denunciatus, & publicus, quia ſi eſſet toleratus, ejus acta cenſerentur valide, quia ſi communicare cum ipſo eſt aliis permiſſum, poteſt etiam ea agere quæ in vita civili ſolent, ut notat Abbas in *c. approbandum de re judic.* Actor itidem ſi ſit excommunicatus, & nominatim denunciatus, ac publicus arcendus eſt à judicio ferendo *c. excommunicamus de heret. in 6.* Primò ratione judicii incompetentis *c. etſi clerici de judic.* & hic defectus dici etiam ſolet omnium maximus. Secundò ratione Actoris, ſi nimirum prohibitus ſit, cujuſmodi prohibentur pupilli, & minorennes *l. properandum C. de judic. l. cùm minores.* Tertiò ratione materiæ, quæ non ſubeſt tali Judici, ut liquet *ex c. decernimus 2. de judic.*

17 Additur etiam defectus in modo procedendi, qui ſi fuerit circa ſubſtantiam, reddit ſententiam nullam. Sunt etiam alii juris modi, quibus ſententia Judicis irritatur, & Maranta *p. 6. §. expedita ſecunda* triginta recenſet modos, quibus ſententia irritatur. Poſito, quòd ſententia nulla ſit ob defectum aliquem ſubſtantialem, ejus nullitas duobus modis in judicio proponi poteſt, principaliter, & incidenter, ut notat Bart. in *l. ſi expreſſim. col. 6. V. nunc aliqua videamus.* Principaliter proponitur, quando ſola, & ſeorſim à quovis alio, implorato Judicis auxilio petitur, ut declaretur invalida. Incidenter verò, quando petitur ex integro pronunciari ſuper negotio principali, quia tunc ſimul cognoſcendum eſt de nullitate.

18 Si quæratur, quænam in judicio ſit cauſa criminalis, & quæ civilis. Reſpondetur, cauſam judicialem aliam eſſe Eccleſiaſticam, & aliam ſæcularem, de quibus in præcedentibus dictum eſt; & utramque bipartiri in criminalem, & civilem. Cauſa criminalis dicitur quando directè agitur de crimine puniendo, vel abſolvendo, ut deſumitur ex *c. etſi clerici, & c. cùm non ab homine de judic. & c. ſuper prudentiam 12. q. 2.* Cauſa civilis dicitur, cùm agitur de rei vindicatione in cauſa præſertim pecuniaria, ut deſumitur ex *d. c. ſuper prudentiam 12.* Rurſus in cauſa criminali nonnunquam proceditur criminaliter, quando ſcilicet agitur de crimine ad publicam vindictam: & nonnunquam tantùm civiliter, quando in judicio agitur ad obtinendum id, quod intereſt partis litigantis. Quando verò pœna pecuniaria applicanda eſt fiſco, tunc communior ſententia eſt, quòd in judicio procedatur criminaliter, ut notat Innocentius in *c. qualiter, & quando 2. de accuſ.* Ratio eſt, quia tunc intenditur publica vindicta criminis per pœnam pecuniariam, perinde ac intenditur per pœnam capitis. An verò dicenda ſit cauſa criminalis, quâ proceditur, ut quis ratione criminis privetur beneficio, vel officio, aut dignitate? communior ſententia eſt, quòd tunc non procedatur niſi civiliter, eò quia non intendatur publica vindicta criminis, ſed bonum communitatis, perinde ac in aliis civilibus cauſis intenditur partis commodum, vel id, quod ſua intereſt.

Rurſus cauſa Eccleſiaſtica dividitur in ſpiritualem, & annexam ſpirituali; illa eſt, in qua agitur de re ſpirituali, ut de matrimonio, conſanguinitate, affinitate, ſacramentis, ſacramentalibus, primitiis, decimis, locis, perſonis, ac rebus ſacris, conſecratis, aut benedictis. Cauſa annexa ſpirituali eſt, quæ annectitur alteri temporali, cùm ſit ipſa ſpiritualis, cujuſmodi eſt jus patronatus, quia licèt ex ſe ſit quid temporale, nihilominus habet adnexum beneficium Eccleſiaſticum, quod eſt ſpirituale; numerantur etiam cauſæ de beneficiis, penſionibus, jure ſepulturæ, legitimis natalibus, ut liquet ex *tit. qui filii ſint legitimi.* Rurſus crimina, alia dicuntur merè Eccleſiaſtica, alia merè ſæcularia, & alia mixti, ſeu communis fori. Prima pertinent ad ſolum Judicem Eccleſiaſticum, quia cùm ſint merè Eccleſiaſtica, exigunt judicari, ac puniri à Judice Eccleſiaſtico: ut ſæcularia à Judice ſæculari. Quæ verò mixti ſunt fori, poſſunt cognoſci, & judicari ab utroque Judice Eccleſiaſtico, & ſæculari, & datur locus præventioni, adeo ut delictum ab eo judice cognoſcatur, qui in judicando, vel cognoſcendo cauſam, alium prævenit. Crimina Eccleſiaſtica ſunt præſertim hæreſis, ſchisma, & quæ ſapiunt hæreſim, vel ſchisma, ut liquet ex *c. ad abolendam, & c. excommunicamus de heret.* Simonia, violatio immunitatis Eccleſiaſticæ, ut etiam quando agitur de ſeparatione thori facienda ob aliquod crimen inter conjuges, vel legitimam cauſam, ut conſtat ex *tot. tit. de divortiis.* Pertinet etiam ad Eccleſiam, quemlibet Chriſtianum peccatorem ad ſacramentalem pœnitentiam licèt reluctantem præcepto compellere, & à communione fidelium repellere *c. prædicandum 22. q. 1.* ut etiam ad communionem in paſchate compellere, & nolentes excommunicare, *c. omnis utriuſque ſexus de pænit. & remiſſ.* Sunt etiam aliæ plures cauſæ, quæ dicuntur merè Eccleſiaſticæ, quas recenſent doctores. 19

Crimina merè ſæcularia ſunt homicidium, furtum, rapina, contumeliæ, & alia à laicis perpetrata. Crimina mixti fori licèt plura ſint dubia, nihilominus ſolent recenſeri uſura, ut patet ex *toto capit. de uſur.* hoc enim crimen Eccleſia ad ſuum traxit forum, quia uſuras aliquas leges civiles permittunt. Rurſus adulterium, quia eſt violatio matrimonii, quod eſt ſacramentum *c. 2. de offic. ordinar.* Concubinatus, ut liquet ex 20

Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. c. 8.* hoc enim crimen etiam Eccleſia ad ſuum pertraxit forum, quia leges civiles aliquem etiam permittunt concubinatum. Tum quia in conjugatis cedit in contemptum ſacramenti matrimonii. Rurſus crimen ſodomiæ, ut liquet *c. clerici de exceſſ. Prælat.* ubi habetur, quòd clerici incidentes in hoc crimen dejiciantur à clero, & detrudantur in Monaſteriis ad agendam pœnitentiam; & ſi fuerint laici excommunicatione feriantur. Blaſphemia in Deum, & ſanctos *c. ſtatuimus de maledicis.* Violatio pacis, eò quia ſit contra vinculum charitatis, ad Eccleſiam enim pertinet, ut pax ſervetur, ut deſumitur ex *c. Novit. de judiciis.* Pertinet etiam ad Eccleſiam cogere, ut fœdera juramento firmata ſerventur. *c. Novit. de judic.* Item ſi coram Judice ſæculari vertatur in dubium de validitate juramenti, an obliget nec ne, vel dubitetur, an illud ſit peccatum, vel non, pertinet etiam ad Judicem Eccleſiaſticum de illo cognoſcere, ut notat Abbas *c. cùm contingat de jurejuran.* Non enim Judices ſæculares poſſunt exactè de peccatis judicare. Pertinet etiam ad Judicem Eccleſiaſticum cognoſcere de quocunque, qui ſacrilegium commiſit *c. 18. q. 4. c. quisquis & c. ſi generale de for. compet.* adeo ut cognoſcat, ſi laicus detinuerit rem alicujus Eccleſiæ, vel quando ſpoliavit clericum *c. ſi clericus laicum de for. compet.* An verò in hiſce criminibus mixti fori poſſit Epiſcopus procedere contra laicos eos capiendo, in carcerem detrudendo, & puniendo, an verò contra ipſos tantùm procedere debeat, per Eccleſiaſticas cenſuras? probabilior opinio eſt, poſſe non ſolùm procedere per Eccleſiaſticas cenſuras, ſed etiam eos capere, in carcerem conjicere, ac punire, ut notat Julius Clarus *lib. 5. in pract. crimin. q. 7. n. 8.*

§. III.

De modo procedendi in judicio per inquiſitionem.

1 TRes ſolent aſſignari modi procedendi in judicio, ut colligitur ex *c. 2. qualiter, & quando de accuſ.* ſcilicet per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem; licèt alii alios etiam addant procedendi modos per exceptionem, evidentiam delicti propter reum deprehenſum in flagranti delicto, per poſtulationem, & querelam unius contra alium: revera tamen Judex criminaliter duobus tantùm modis procedit; quia vel procedit ex officio ſuo, quatenus nullus alius proponit accuſationem, denuntiationem, vel querelam criminis: vel procedit ad poſtulationem, vel inſtantiam alterius, ſeu publici officialis, vel accuſatoris, vel querelam proponentis, vel partis poſtulantis quod ſua intereſt. Quando procedit priori modo, dicitur procedere per inquiſitionem; & quando procedit poſteriori modo, dicitur procedere per accuſationem, vel denuntiationem, aut querelam. Expendemus igitur modum procedendi per inquiſitionem.

2 Inquiſitio, qua Judex ſolet in judicio procedere, duplex eſt generalis, quâ de nullo ſpecialiter, ſed tantùm in confuſo generaliter inquiritur, an leges, ſtatuta, mandata, & alia ejuſmodi ſerventur, ut etiam an ſint facinoroſi homines in Provincia, civitate, vel loco, & de hac inquiſitione habetur in *l. congruit ff. de offic. Præſid. c. 1. de offic. ordinar.* quo pacto etiam Epiſcopus inquirit, an in ſua diœceſi ſint criminoſi, num clerici ſint morigerati, Parochi ſuo fungantur munere, de nulla certa perſona in particulari inquirendo, ſed tantùm generatim. Inquiſitio ſpecialis eſt, quando Judex inquirit ſpecialiter contra aliquem certum malefactorem, ut an Titius furtum commiſerit; & hæc fit ad puniendum malefactorem ob publicam utilitatem: unde differt inquiſitio ſpecialis à generali, quia per hanc licèt crimen ſit notorium, ſi tamen malefactor eſt occultus, Judex nonniſi generaliter inquirit, quisnam commiſerit tale crimen, non deſcendendo ad ullam particularem perſonam; ſecus per inquiſitionem ſpecialem deſcendit ad perſonã particularem, & inquirit, an tale crimen commiſſum fuerit à Titio.

3 Inquiſitio generalis non ſolùm non eſt illicita, ſed etiam præcepta *c. Romana 1. §. ſane de cenſ. in 6. c. perniciosa 1. de offic. jud. ordinar.* ubi dicitur, quòd Epiſcopi ſingularium urbium in ſuis diœceſibus habeant liberam poteſtatem inquirendi, ulciſcendi, judicandi ſcelera, alioquin impunè graſſarentur vitia, peſſundarentur leges divinæ, violarentur humanæ, viri probi opprimerentur, mali triumpharent; hinc Prælati Eccleſiaſtici diligenter invigilant, ne vitia irrepant, ac radices figant, ut illis præcipit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 6. c. 4.* Non tamen in hac generali inquiſitione tenetur quis crimen occultum proximi revelare *c. qualiter, & quando 2. de accuſ.* ne honori proximi detrahatur, & injurioſe ejus fama minuatur. Excipiuntur tamen crimina pernicioſa toti reipublicæ, cujuſmodi ſunt, conſpiratio, proditio, inſidiæ, & alia id generis, ut docet D. Thomas *q. 69. a. 2.* Neque pro generali inquiſitione eſt neceſſaria prævia infamatio, aut clamoroſa inſinuatio, ut notat Abbas in *c. pernicioſa,* & etiam Barb. cum aliis in *c. qualiter, & quando 2. de accuſ.* ubi plures addit limitationes, ut ſi para adverſa non ſe opponat, ſi mandato inquiratur Principis aſſerentis crimen commiſſum eſſe, ſi inquiratur contra officialem, ejùsque familiam, & Miniſtros in ſyndicatu finito officio. Moris tamen eſt, fere ubique locorum, ut Magiſtratus nunc ad crimina punienda procedat, tametſi occulta fuerint, dummodo probari poſſint, tametſi nulla præceſſerit infamia; quod videbatur neceſſariũ in iis delictis, ex quibus reipublicæ perturbatio, & exitium timetur: ſiquidem non minus obligamur ſpiritualibus damnis, ac periculis avertendis ſtudere, quàm corporalibus: & ſicut ut tueamur corporis incolumitatem omnem adhibemus diligentiam, nullam omittimus vigilantiam; quæ poſſunt obeſſe, præcavemus, pericula, quæ imminent, declinamus: ita etiam ad tuendam animæ ſalutem omnem tenemur diligentiam adhibere.

4 In inquiſitione ſpeciali contra certam particularem perſonam non proceditur, niſi præcedat infamatio, aut clamoroſa inſinuatio, quæ habeatur loco accuſationis, ut deſumitur ex *c. qualiter, & quando 24. de accuſ.* deficiente ſiquidem infamiâ non ſunt recipiendæ depoſitiones, tametſi

plures juramento affirment, aliquem deliquiſſe, ipſis videntibus; neque accuſatus eſt puniendus aliqua pœna, neque debet inquiri ad petitionem eorum, qui non niſi in occulto libellum accuſationis porrigunt. Præterea Judicis arbitrio relinqui debet, ut diſcernat, quænam infamatio ſit ſufficiens, & quis rumor frequens conſideratis circumſtantiis, loci temporis, & perſonarũ. Neque requiritur ad infamiam, ut teſtes ſint occulti, ſed ſufficit, ſi a bonis viris fide dignis audierint indicia, vel conjecturas ſufficientes habuerint. Rurſus, non ſufficit, ut quis cenſeatur infamatus, ſi duo, vel tres teſtes deponant, ſe vidiſſe alium in flagranti delicto, ſed neceſſe eſt, ut rumor ad majorem partem communitatis devenerit, & infamia non trahat originem à malevolis, ſed à viris probis, & non ſemel tantùm, ſed repetitis vicibus.

5 Rurſus licèt Judex cognoſcat crimen Rei, & ſciat, eſſe duos, vel tres teſtes conſcios criminis, per quos probari poſſit, non propterea poteſt procedere, ex officio via inquiſitionis, antequam accuſetur. Rurſus teſtis rogatus ſuper infamia tenetur teſtificari, quòd infamatio ſit inter majorem communitatis partem loci, & quòd tale crimen audierit à majori parte, ut notat Maſcardus *de probat. concluſ. 895.*

6 Quamobrem ſtatutum mandans inquiſitionem de non infamato non valet, tametſi Judex plenum haberet arbitrium in procedendo contra delinquentem. Excipitur tamen, ſi crimen occultum vergeret in perniciem ſpiritualem, vel temporalem totius reipublicæ, ut ſi quis vellet patriam prodere, eámque tradere hoſtibus eam obſidentibus; tunc enim ob imminens periculum, in quo tota reſpublica periclitaretur, abſque omni infamia poſſet procedi per inquiſitionem contra ſuſpectum.

7 Ab illa tamen regula, quâ Judex per ſpecialem inquiſitionem non poſſit procedere, niſi præcedat infamia, excipiuntur plura. Primò crimen hæreſis, & Apoſtaſiæ à fide *c. excommunicamus §. adjicimus de hæret. Apoſtatarum 4. C. de Apoſt.* Quia hæc crimina ſunt nimis perniciosa reipublicæ, & Eccleſiæ, ob eandem rationem etiam excipitur crimen læſæ majeſtatis. Secundò ſi delictum patratum fuerit in ipſo judicio, ut ſi teſtis falſum depoſuerit, accuſator calumnietur, vel tergiverſetur, ut notat Navarrus. in *rubric. de judic. n. 88.* Tertiò ſi Author criminis deprehenſus fuerit in generali inquiſitione *l. 2. §. ſi publicè tit. de adult.* Quartò ſi reus occultum crimen coram paucis, Judice ſcilicet, & Notario confeſſus fuerit *c. 1. de accuſat. in 6.* ſiquidem talis confeſſio ſufficit, ut crimen ſit notorium coram Judice, tametſi reus nonniſi incidenter illud fuiſſet confeſſus. Quintò ſi communis ſuſpicio vicem ſuppleat infamiæ, quia tunc non cenſetur deeſſe omnis accuſatio. Sextò ſi dominus occiſus inveniatur domi, nullo authore cædis reperto, tunc enim inquiritur in famulos, qui cum domina erant, ut etiam contra nautas ſubmerſæ navis propter præſumptionem.

8 Conſuetudo itidem poteſt ſupplere, ut Judex abſque infamia procedat ad inquirendum, quia cùm modus procedendi hactenus expenſus non ſit juris divini, nec naturalis, ſed tantùm humani, & poſitivi, ſi conſuetudo prævaleat, ſignum eſt, rempublicam, & cives juri ſuo renunciaſſe. Tum quia ex jure civili, ut teſtatur Clarus *q. 3. & 5. pract. crimin.* permiſſum nunc eſt, ut Judex in quocunque caſu procedat ad inſtantiam, ſeu querelam partis læſæ, vel publici officialis: ſubdit enim Clarus, per conſuetudinem enim hoc tempore receptam, neque ab inquiſitione accuſationem, neque ab accuſatione inquiſitionem excludi, ſed utramque ſimul conjungi.

Judex tamen ſæcularis; & fiſcus tantùm poſſunt inquirere de criminibus intra decem annos commiſſis computando à die perpetrati criminis, non ita poſt tale tempus dilapſum, *l. querela C. ad leg. Cornel. de falſ.* Fit autem præſcriptio contra accuſationem viginti annis, ut notat Panormit. *c. accepimus 14. de purgat. canon.* & Sylveſt. *V. præſcriptio §. 11. num. 2.* Quòd ſi Titius de adulterio infamatus eſſet etiam reus, ſed occultè, furti, non ideo quia eſſet infamatus de adulterio, eſſet contra ipſum inquirendum de crimine furti, cùm de hoc minimè cenſeatur infamatus, quia de illis criminibus, quæ ſunt ignota, non permittitur ſpecialis inquiſitio, quamdiu crimina manent ignota, ut deſumitur ex *c. inquiſitionis de accuſat.* ubi dicitur, quòd inquiſitio ſpecialis de illis tantùm fieri debeat, de quibus clamor præceſſit. Excipitur tamen niſi in delato priori crimine tanquam ſigno contineatur infamatio alterius, ut ſi in eadem domo, & camera deprehenderetur adulter, cum adultera, & mariti occiſi cadaver, quando enim unum crimen eſt causa alterius, & ex circumſtantiis conjicitur, quòd unum fuerit connexum cum altero, tunc infamatus ſuper uno poteſt ſpecialiter inquiri de alio, quod ex circumſtantiis conjicitur, ſe habuiſſe conſecutivè ad primum. 9

Hinc convictus de furto patrato in Eccleſia, poteſt inquiri, num fores confregerit: convictus de nimia familiaritate cum aliqua muliere inquiri poteſt de illius violatione: eo quia hæc delicta videantur inter ſe connexa, & unum ſequi ad aliud, ut ait Navarr. *c. inter verba Corol. 51.* & Sotus *lib. 5. q. 6. art. 2.* hoc idem etiam procedit de ſociis, & complicibus occultis, ut colligitur ex *c. cùm Monaſteriorum de confeſſ.* ubi habetur, quòd ſecundùm juris utriusque ſtatuta de ſe confeſſi ſuper aliis interrogari non debeant, quia nemini licitum eſt occulta aliorum crimina detegere, ac propagare, ne fama, & honor minuatur, Gloſſa tamen in *c. cùm ad Monaſter. de confeſſ.* nonnullas ponit exceptiones, ſcil. in crimine læſæ majeſtatis, in quo perpetrando ut plurimum plures ſunt complices, ut notat Abbas *c. nemini 15. q. 3. l. quisquis ad leg. Jul. majeſt.* In ſimonia cùm SS. Canones illam æquiparent crimini læſæ majeſtatis, ac hæreſi *c. quoties 5. de ſimon.* de latrociniis, quæ etiam à pluribus ſimul committuntur, quapropter etiam in tortura de ſociis interrogantur *l. Provinciar. C. de feriis* Maſcard. *de probat. lib. 3. concluſ. 1311.* De Monetariis *l. 1. C. de falſa monet. l. ſi quis nummos. eod.* 10

tit. eò quia ſolent etiam plures cooperari. De ſtatuto, quod non omnes agnoſcunt exiſtimantes repugnare juri naturali. Solent etiam excipi alia crimina, quæ natura ſua non ſolent perpetrari niſi cum ſociis, adeo ut nemini injuria timenda ſit, ſi de complici interrogetur, ut notat Decian, *conſ. 18.* ut etiam alia crimina, quæ vel maximè reipublicæ ſunt damnoſa, & extremam ejus moliuntur perniciem, ut notat Maranta *par. 6. tit. de inquiſit. num.* 128.

11 Cæterum quamvis in modo inquirendi occultum authorem Judex ut muneri ſuo ſatisfaciat, alios interroget, nemo tamen tenetur prodere authorem, qui nulla infamia laborat, ſi in futurum, nil mali ampliùs timeatur: quia non licet detrahere honori, & famæ alterius, quamdiu delictum latet: neque Judicis poteſtas ſe ad id extendit, ut qui gaudet bono nomine, ſpolietur proprio honore; ſed in eos tantùm poteſt inquirere qui juxta canones laborant infamia, unde neque occultus peccator tenetur ſe ipſum prodere. Neque obſtat, quòd S. Gregorius *Epiſt. 30. lib. 5* ſacram communionem interdixerit cuidam, qui famoſum libellum ſparſerat, niſi ſe proderet. Quia nonnunquam poteſt contingere, ut qui abſolutè loquendo non tenetur ſe ipſum manifeſtare ad id tamen obligetur ex culpa aliqua præcedente: quo pacto præfatus infamator famam alterius læſam eidem tenebatur reſtituere, proinde ſe ipſum detegere, & quia ad id ſe difficilem exhibuit, ideo metu excommunicationis compelli potuit, quia tale medium ad reparationem illati damni videbatur neceſſarium.

12 Quamobrem liquet, quot modis ad inquirendum procedere poſſit Judex præſertim ſæcularis. Primò ſi crimen ſit notorium, & author occultus, non niſi generatim poteſt Judex inquirere, an aliqui notitiam habeant malefactoris, & an adſint indicia. Secundò ſi author delicti ſit notorius, tunc ſpecialis inquiſitio permittitur, adeo ut poſſit Judex ſpecialiter inquirere de tali ſpeciali perſona, eam interrogare, teſtes examinare, ac judicialiter procedere: ut etiam ſi de illo ſit fama, non à malevolis hominibus orta, ſed à viris probis, morum honeſtate commedatis, & vitæ integritate laudatis: ſi enim teſtes adfuerint, Judex rogat reum de veritate criminis aperienda, & ſi reus patratum crimen confeſſus fuerit, punitur, prout meretur; alioquin Judex procedit ad ulteriorem cognitionem: quòd ſi reus abſuerit, citatur à Judice ad comparendum. Tertiò conſtat, ſufficere ad inquirendum indicia judicialiter probata, quia hæc ſtant loco accuſatoris, & æquiparantur infamiæ, ut notat Navarr. *in rubric. de indic. num. 96.* ubi id aſſerit de indiciis, & ſuſpicione non Judicis, ſed populi. Quartò quando probatio eſt ſemiplena, ut ſi crimini notorio accedat unus teſtis omni exceptione major, tunc etiam poteſt Judex procedere ad inquiſitionem. Quintò ſi læſus afferat querelam, & teſtes, vel indicia, quibus cognitio fulciatur, & Judex in pleniorem veniat notitiam patrati criminis, ut notat Julius Clarus, *q. 40.* Sextò quando Syndicus, Stationarius, vel quivis alius officialis denunciat judicialiter, & indicat teſtes, & indicia, licèt nil illis permittatur denunciare, niſi bona fide putent per indicia, & teſtes probari poſſe. Septimò quoties pars crimen objicit teſti, ut adverſus illum excipiat, illúdque probat, licèt non omnino plenè, quia talis probatio, cùm reddat illum ſuſpectum, habetur loco infamiæ, ut aſſerit Julius Clarus *q. 19.* Octavò quando quis intendit actionem civilem, ut ſibi damnum reſarciatur ex delicto, tunc enim poteſt Judex contra illud delictum procedere, utpote jam notorium. Nonò ſi delictum commiſſum ſit in judicio, quia tunc confeſſio inducit notorium juris *c. 1. de accuſ. in 6.* Decimò quando pars, vel teſtis coram Judice etiam incidenter fatetur delictum, quia quamvis ex ea confeſſione tantùm non poſſit reus damnari; nihilominus aperitur via Judici ad inquirendum de tali crimine abſque alia accuſatione prævia, vel querela.

Difficulter tamen aſſignari poſſunt indicia 13
ſufficientia ad ſpecialem inquiſitionem, adeo ut fere totum negotium arbitrio relinquatur boni viri, ſcilicet Judicis, qui diſcernat ſecundùm qualitatem perſonæ, delicti, & circumſtantiarum, ex quibus conjiciat, an indicium ſufficiens ſit, vel non. Cæterum ex indiciis alia ſunt levia, alia gravia, & alia graviſſima: indicia levia ab aliquibus ea dicuntur, quibus plerumque contingit veritatem abeſſe: è contra gravia ea vocant, quibus contingit frequenter adeſſe veritatem; & graviſſima de quibus non dubitatur, adeo ut cenſeantur vera, ut notat Bart. in *l. ex quidem C. de accuſ.* ubi dividit indicium in plenum, & ſemiplenum: illud vocat, in quo animus tanquam in vero quieſcit, nec curat plus inveſtigare. Indicium ſemiplenum vocat, quod facit præſumptionem fortiter moventem animos ad aliquid credendum, aut dicendum. Ad ſpecialem inquiſitionem illa dicuntur indicia ſufficere, quæ publica ſunt, & non levia penſatis omnibus circumſtantiis. Præſertim in illis criminibus, quæ tendunt in damnum animarum, aut reipublicæ; ubi probiſſimus deſideratur Judex, qui rectè diſcernat.

Si quæratur de quibus delictis poſſit inquiri, 14
ex jure communi. Reſpondetur primò de quocunque maleficio delato per denunciationem officialis publici. Secundò de quocunque delicto propter præcedentem incidentem cognitionem, ut in falſo teſte *C. de teſtibus l. nullum.* Tertiò de quocunque crimine propter præcedentem generalem inquiſitionem, ut comperto malefactore fiat ſpecialis inquiſitio, ad eum finem ut condemnari poſſit. Quartò quando maleficiū comittitur coram Judice, ut ſi in charta falſa coram Judice producta *C. de prob. l. jubemus.* Quintò ob criminis atrocitatem, ſeu injuriam clericis illatam, & Eccleſiis; ob crimen ſacrilegii, ob crimen læſæ majeſtatis, hæreſis, latrocinii, aſſaſſinii, falſæ monetæ, proditionis patriæ, conjurationis, conſpirationis plurium ad aliquod malum. Sextò propter evidentiam criminis *l. ea quidem C. de accuſ.* Septimò inquirit Judex ex

officio

officio ſuo contra ſuſpectum tutorem, vel producentem ſcripturam ſuſpectem, & contra teſtes deponentes falſum in judicio, vel ſuſpectos, vel vacillantes. Octavò inquirit de juribus Principia, pecunia fiſco applicanda, de juribus Eccleſiæ contra poſſeſſorem beneficii, ut exhibeat titulum beneficii, & oſtendat, qua ratione illud poſſideat, eodem pecto inquirit de piis cauſis, & de cauſis perſonarum miſerabilium, de bonis eorum, qui fuerunt naufragium paſſi, de injuriis factis ſcholari, & contra habentes copiam annonæ tempore famis, & communis neceſſitatis. Nonò inquirit etiam contra frequentantes cauponas, ludos lege prohibitos, deferentes arma, frequenter rixantes, mercimonia vetita transferentes, contra otioſè deambulantes per plateam, contra vagabundos.

15 De jure communi hi ſunt caſus, de quibus poteſt Judex inquirere, ſed uſus invaluit, ut Judex nunc inquitat de quocunque crimine, & maleficio. Dummodo præcedat rumor contra malefactorem. Cæterùm quando Judex inquirit, ex jure communi debent aliqua præcedere; ſi enim inquiſitio ſit ſpecialis, debet præcedere fama publice orta à viris honeſtis, non ſemel & iterum ſed ſæpiùs. Nunc tamen fit priùs inquiſitio, & examen ſive informatio ſecreta, & ſi Judici conſtet, aliquem eſſe diſamatum ſuper tali crimine præcipit, ut citetur ad comparendum perſonaliter, & eidem præſenti traduntur capitula ſuper iis, de quibus fieri debet inquiſitio Gloſſa *c. 1. de accuſ. in 6.* Idque innititur ipſo jure naturali; alioquin ſi abſque præcedenti infamia inquireretur contra certam ſpecialem perſonam, ejus detraheretur honori, & infamaretur. Non tamen eſt neceſsè, ut præcedat infamia, quando inquiſitio eſt generalis, quia tunc non proceditur contra certem perſonam.

§. IV.

De modo procedendi per accuſationem in judicio.

1 EST accuſatio delatio criminis in libello accuſatoris ad publicam vindictam interveniente legitima ſubſcriptione, ut ex communi ſententia aſſerit Julius Clarus *lib. pract. crimin. q. 12. n. 1.* Libellus verò accuſatoris eſt brevis ſcriptura continens intentionem accuſatoris, vel actoris contra reum, vel eſt charta quædam continens petitionem, cauſam, & actionem accuſatoris. Neque obſtat, ſi nonnunquam accuſator ſolùm intendat perſequi, quod ſua intereſt, & Judex per accuſationem procedat, ut parti læſæ reſtituatur damnum, ubi accuſatiò non videtur fieri ob publicam vindictam criminis, cùm Accuſator tantùm intendat, ut ſibi reſarciatur damnum illatum, & non ultra: nam accuſatio in præfata definitione accipitur propriè, & ſtrictè, prout accuſator diſtinguitur ab actore; ſiquidem actor is propriè dicitur, qui in judicio jus ſuum perſequitur ob privatum ſuum bonum, ut ſibi ſatisfiat de damno illato: ſecus accuſator dicitur, qui eo fine crimen defert in judicium, ſcilicet ob publicam punitionem, & vindictam criminis, non verò directè ob propriam utilitatem.

Si urgeas etiam per denuntiationem, ut diſtinctam ab accuſatione intendi aliquando etiam publicam vindictam criminis, eò quia nonnunquam denuntiatio fiat, ut Prælatus, vel publicus officialis ab officio, vel beneficio removeat denuntiatum ob patratum aliquod delictum: tunc enim intenditur punitio delicti ob publicam vindictã, ut in accuſatione; proinde perperam accuſatio, & denuntiatio in judiciis diſtinguerentur.

Contra eſt, quia accuſatio à denuntiatione diſtinguitur, eò quia illa ſemper, & per ſe ſit ob publicam criminis vindictam, non ita denuntiatio niſi aliquando per accidens: hinc diſtinguitur etiam denunciatio ab accuſatione: quia accuſatio eſt libellus accuſatoris cum legitima ſubſcriptione, quia accuſator ex jure communi tenetur offerre libellum accuſatorium contra reum, in quo ſe ſubſcribit: ſecus denuntiator ad id non tenetur jure communi.

Nec ullum faceſſit negotium, ſi dicas, publicam criminis vindictam etiam intendi, quando proceditur per querelam ab aliquo propoſitam. Nam uſus invaluit, ut querela accuſationi ſuccedat: quia enim accuſatio ut habens juris communia omnes ſolemnitates deſinit eſſe in uſu, ideò loco illius introducta eſt querela verbalis, quæ æquivalet accuſationi. Cæterùm querela ab accuſatione diſtinguitur, quia hæc eſt ſemper & per ſe ob publicam vindictam criminis, non ita querela, cùm perſæpè fiat ob privatum bonum partis læſæ, & ut ipſi reſarciatur illatum damnum. Tum quia accuſatio fit in libello accuſatorio, oblato, & ſubſcripto ab eodem accuſatore: & querela fit tantum nudis verbis: hinc accuſatio rectè diſtinguitur à cæteris modis, quibus ſolet Judex in judiciis procedere; licèt conveniat cum denuntiatione, & querela, differt tamen ab iiſdem, quia per inquiſitionem Judex procedit abſque ulla delatione criminis ſibi facta, ſed ſola præcedente infamia, vel clamore contra reum vel præcedente evidentia criminis patrati à malefactore: qua ratione etiam differt à querela, per quam non porrigitur libellus accuſatorius; nec ſemper fit ob vindictam publicam, cùm plerumque contingat ob ſpeciale bonum partis læſæ.

Cæterùm in libello conventionali explicandum eſt, quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo. Nomen actionis conceptis verbis exprimi debet, licèt iure canonico id non ſit neceſſe *c. dilecti de judic.* eò quia ex cauſa petendi intelligi poſſit: ſed de iure civili exponenda eſt, ſive ſit proxima, ut in perſonali obligatio, & in reali dominium; ſi verò remota qualis in actione perſonali eſt contractus, & in reali factum, ex quo cauſatur dominium, ut quod res ſit vendita, legata. Non tamen libellus eſt neceſſarius, quando ſummariè, & ſine ſtrepitu agitur, ut in cauſis beneficialibus, matrimonialibus, decimarum, & uſuræ *c. diſpendioſa clement. de judic.* Nec eſt neceſſarius, ſi reus libellum non deſideret, imò neque quando cauſæ ſunt leviores, & breviores; vel ſi adſit conſuetudo in contrarium

vel ex aliis cauſis, quas Speculator §. *p. de libello* recenſet, & explicat. Sin autem tradatur libellus non eſt compellendus, qui accuſatur ad ſtatim reſpondendum libello, ſed conceditur illi ſpatium dierum viginti ex jure communi, ut deliberet, an expediat litem inſtituere, vel recuſare Judicem ſi adſint exceptiones *authent. offeratur C. de lit. conteſt.* Imò tale ſpatium temporis non eſt ita fixum, ut ſi adſint juſtæ cauſæ non poſſit extendi, ut notat Bald. *lib 1. conſ. 438.* obſervârunt juriſperiti, libellum accuſationis aliud non eſſe quàm Syllogiſmum juridicum: etenim Petrus accuſator, ita argumentatur: operario debetur merces ſua juxta pacta conventa, ſed Joannes convenit mecum de uno floreno pro opere à me ipſi præſtito: peto igitur, ut mihi det florenum, qui mihi debetur pro opere, quod ipſi præſtiti: in hoc enim argumento, major propoſitio continet regulam generalem, Minor ſpeciem facti: concluſio petitionem. Probatio aſſumptionis incumbit actori. *l. 2. tit. de probat.*

5 Quòd ſi Joannes excipiat à ſe jã pridem factam eſſe ſolutionem, onus id probandi in ſe transfert, ut deſumitur ex *l. in excep. tit. de probat.* ubi Gloſſa ait: quòd ſicut actor tenetur probare ſpeciem facti, ita reus ſuam exceptionem. Parato libello Judex rogatus debet reum citare ad comparendum, & eo præſente actor offert Judici libellum & Iudex reo; quo pacto judicium dicitur inchoare. Lis verò tunc dicitur conteſtata, quando ad petitionem actoris reſpondit reus animo confligendi, ut deſumitur ex *c. dudum Eccleſia §. licèt de elect. c. de lit. conteſt.* Quòd ſi actor libellum ſuum velit emendare, ac in meliùs reformare, id facere debet, ante litis conteſtationem, niſi ipſa mutatio tangat principaliter rem ipſam, vel quantitatem, aut qualitatem in libello petitam. Quòd ſi libellus omninò ineptus fuerit, tenetur Iudex reum abſolvere ab obſervatione judicii, & actorem ad expenſas damnare; & tunc libellus cenſetur ineptus, quando ex illo non concluditur jus agendi, ut notat Gailus *lib. 1. obſer 66.*

6 Quòd ſi libellus fuerit obſcurus, ac dubius, debet ſublevari, ut effectum habeat per legitimam interpretationem menti actoris favorabilem, ut notat Gailus *lib. 1. obſer 61.* Nonnunquam inſtituitur libellus, non ut offeratur Iudici, ſed inſtar paſquilli publicè proponatur, & in quo Iudex requiratur, ut de tali, vel tali crimine inſtituat examen, & puniat omiſſo nomine accuſantis, & denuntiantis. Verùm hic modus non eſt ſufficiens ad Judicem promovendum, aut compellendum, licèt poſt ejuſmodi monitionem procedere poſſit ex officio: imò ſi præceſſit publica infamia, etiam debet procedere, etiam ſi crimen ſit futurū perniciosum reipublicæ, vel ſit de paricidio, de incendio procurando: in his enim caſibus tenetur Iudex inquirere ad eruendam veritatem, ſed tamen debet cautè procedere ad avertenda pericula, ut monet Julius Clarus §. *fin. q. 68.*

7 Licèt ex Jure communi accuſatio ſit remedium ordinarium, & Iudex regulariter debeat procedere præcedente accuſatore; nihilominus conſuetudo invaluit, ut hodie Iudex ſive Eccleſiaſticus, ſive ſæcularis per inquiſitionem procedat ex officio ſuo in quocunque maleficio, ſeu crimine: unde inquiſitio, quæ ex jure communi erat remedium extraordinarium, nunc eſt ordinarium. Solemnitas requiſita in accuſatione ex jure eſt ut accuſatio fiat in ſcriptis, ſeu libello, Salicetus tamen in *l. penult. C. de accuſ.* aſſerit hodiè non requiri hanc ſolemnitatem, ſed ſufficere, ſi Judici offeratur verbalis querela, quam Notarius in ſcriptis redigat, juxta *l. libellor. ff. de accuſat.* Et hæc conſuetudo videtur nunc recepta. Cæterum ad ſolemnitatem accuſationis requiritur, ut accuſator ſe ſubſcribat in libello criminali ex jure communi, ut ait Iulius Clarus, qui aſſerit, hanc eſſe communem omnium opinionem: quia per hanc ſubſcriptionem accuſator ſuſcipiebat in ſe pœnam talionis, ſi delictum plenè, & ſaltem ſemiplenè non probâſſet, & leges hanc ſubſcriptionem exigebant ad coërcendam temeritatem accuſatorum: ſiquidem per hanc ſubſcriptionem accuſator ſe obligabat ad pœnam talionis, id eſt ad ſubeundam ſimilem pœnam, quæ tenebatur reus ſubire, ſi convictus fuiſſet; & promittebat ſe perſecuturum actionem usque in finem, & producturum teſtes ad probationem delicti; ſed nunc ex inolita conſuetudine hæc ſubſcriptio non ampliùs requiritur, & pœna talionis deſiit eſſe in uſu; & quia fiſcus fungitur munere accuſatoris, deputat quoſdam Advucatos, vel Syndicos fiſcales, qui crimina denuntient, & ad eorum denuntiationem Iudices ex ſuo officio per inquiſitionem procedunt ad teſtes, & informationes contra malefactores. Hinc conſuetudo invaluit, ut accuſationi ſucceſſerit verbalis querela per Notarium in ſcriptis redacta, ex qua etiam per inquiſitionem Judices procedunt ad recipiendas informationes contra delinquentes.

Omnibus accuſare, ac denunciare licet, quibus jure non eſt prohibitum. Prohibentur autem excommunicati, infames, publici peccatores, uſurarii, & alii hujus furfuris homines *c. prohibentur 2. q. 1. l. qui accuſare.* Ob indecentiam, vetantur etiam ſubditi accuſare ſuos Prælatos, ſervi dominos, filii parentes *d. c. prohibentur*, ut etiam fratres, & ſorores invicem. *l. ſi ſororem c. de accuſ.* Vetantur etiam clerici accuſare laicos, & illi Clericos. Hæc autem ſuas patiuntur exceptiones, & limitationes: ſiquidem Monachus juxta communem ſententiam apud Barboſam *c. de accuſ.* poteſt Abbatem ſuum accuſare etiam abſque Abbatis licentia, & facultate, quia jure id conceditur: quamvis enim Monachis appellatio ſit prohibita, non tamen defenſio, & reclamatio ad comitia generalia, vel Præſidem, aut Viſitatores, quia ut notat Gloſſa accuſans Abbatem cenſetur utilitatem monaſterii procurare, quod propterea tenetur ſuppeditare expenſas, niſi accuſans habeat peculium, aut ſit ex ordine medicantium, aut ſi non ob monaſterii, ſed propriam utilitatem accuſet. 8

Neque refert, quòd Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. c. 4.* prohibeat religioſis, & ſuis conventibus procedere, etiam prætextu accedendi ad ſuos ſuperiores. Nam ut reſpondet Navarr. in *c. non dicatis n. 12.*, id intelligitur abſque 9

ratio-

rationabili cauſa, ut declaravit ſacra congregatio Cardinalium. Prohibetur etiam accuſatio pupillo, mulieri, magiſtratui, militi, infami, niſi iſti propriam injuriam proſequantur, mortémque propinquorum defeodant, quia tunc ad accuſandum admittuntur, exceptis liberis, libertis, & alumnis, quibus tantùm civiliter permittitur accuſare ſuos parsntes, & patronos *l, qui accuſare. tit. de accuſ l. id tamen. V. liberl.*

10 Jure canonico prohibentur etiam accuſare inimici, eorúmque domeſtici, criminoſi in ordine ad accuſandum alium criminoſum, laici etiam in ordine ad accuſandos clericos, ut deſumitur ex *c. de cætero de teſt.* niſi agatur de propria injuria. Sic poteſt clericus accuſare malefactorem ſuum laicum, dummodo expreſsè profiteatur, ſe non intendere vindictam, ſeu pœnam ſanguinis. Prohibentur etiam ab actione contra clericos aliæ perſonæ viles, dummodo clericus earum conſuetudine non fuerit antea uſus, ut notat Caniſius. *lib.4. tit. 19.* ubi pluribus juribus id probat. Excipiuntur tamen crimina atrocinra, cujusmodi ſunt crimina læſæ majeſtatis, hæreſis, ſimoniæ, proditionis; in iis enim omnes admittuntur ad accuſandum ob periculum, quod imminet reipublicæ, & deſumitur ex *c. penult. C. de iis, qui accuſare c. tanta 7.* Ad accuſandum etiam admittuntur Procuratores habentes mandatum ad lites perſequendas, ut oſtendit Ulpianus *l. 1. & 3. de Procurat.* Imò per deſenſionem etiam agi poteſt, dummodo is, de raro ſatis det. Differt defenſor à Procuratore, quia ille ſine mandato domini illius cauſam tuetur, Procurator verò nonniſi ex mandato Principalis.

11 An verò accuſationi præmittenda ſit frarerna correctio joxta illud Chriſti Matth. 18. *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipſum ſolum.* Reſpondetur, in accuſationib⁹ non eſſe neceſſe, ut præmittatur fraterna correctio, quia manifeſtare alterius delictum Judici ea intentione, ut juſtitiæ ſatisfiat, per ſe eſt licitum: proinde poteſt licitè exerceri absque alio adminiculo. Tum quia officiales juſtitiæ accuſantes reos nunquam adhibent fraternam correctionem, ſed promiſcuè, & abſolutè deferunt ad magiſtratum, quæ comperta habent. Tum quia id videtur deſumi non ſolùm ex jure canonico, ſed etiam ex jure naturali: & quidem ex jure canonico, quia in *c. 2. qualiter, & quando de accuſ.* apertè dicitur; quòd ſicut denunciationem debet fraterna correctio præcedere; ſic accuſationem legitima inſcriptio; unde Pontifex in illo textu apertè docet diſtingui accuſationem à denuntiatione per hoc, quòd denuntiationem præcedere debeat fraterna correctio, non ita accuſationem. Ratione naturali etiam hoc idem ſuadetur: quia accuſatio non eſt ad pœnitentiam, & emendationem criminis, ſed tantùm ad punitionem publicam delicti. Secus denuntiatio directè, & primariò tendit ad emendationem fratris: unde perſpicuum eſt, quòd accuſatio ex natura ſua non exigat præviam fratris correctionem.

12 An verò ex præcepto teneatur quis alios accuſare. Reſpondent noſulli, quòd nemo unquam teneatur alios accuſare, eò quia non poſſit fingi caſus, ubi relicta accuſatione propriè dicta, alia media non ſufficiant; ſiquidem vel agitur civiliter, vel criminaliter; ſi civiliter cùm id vergat in noſtram utilitatem poſſumus cedere jure noſtro, ac remittere debitum, proinde nulla oritur obligatio accuſandi debitorem: ſi criminaliter loco accuſationis adhiberi poteſt querela, vel denuntiatio, quia per ſolam querelam ſufficienter aperitur via Judici ad cognoſcendum, vel puniendum, vel etiam providendum. Et hæc ſententia ſic explicata deſendi poteſt, quia ſi ſermo ſit de accuſatione propriè, & ſtrictè ſumpta juxta formam, & ſolemnitatem in jure civili præſcriptam, nunc nemo tenetur tali pacto accuſare, quia accuſatio cum præfatis ſolemnitatibus deſiit eſſe in uſu, & loco illius ſucceſſit ſimplex verbalis querela.

13 Unde ſufficit nunc, ſi quis deferat crimen ad Judicem per denuntiationem, vel verbalem querelam omiſſa accuſatione. Cæterùm ſunt aliqua crimina, quæ directè tendunt in perniciem reipublicæ, vel Principis, & quæ aliquando impediri commodè non poſſunt, niſi ea quis accuſet; ex charitate enim tenemur impedire, ſi commodè poſſumus, communs damnum reipublicæ, vel proximi innocentis.

14 Clericis non permittitur accuſatio, niſi in ſua ſuorúmque defenſione, ut notat Diaz. in *pract. c. 99.* eò quia per hoc ſacerdotalis candor, ejúsque puritas plurimum contaminetur *c. his, à quibus 23. q. 8.* ubi agitur de criminalibus, adeò ut accuſantes laicos contrahant irregularitatem, imò neque licitum eſt clerico teſtimonium ferre coram Judice laico, niſi cum Epiſcopi conſenſu, & in cauſis civilibus tantùm *c. teſtimonium 11. q. 1.* Quòd ſi apud Judicem ſæcularem in criminalibus clerici aliquem accuſant laicum, cujus crimen ſit dignum morte, proteſtari debent, ut cum accuſato non procedatur ad mortem, aut mutilationem, ut deſumitur ex conſtitutione Bonifacii Papæ, quæ eſt *2. in Tit. de hom l. 6.* quam pluribus annotationibus illuſtrat Diaz; eadem ratione prohibentur clerici in ſæcularibus judiciis exercere munus Advocati, Procuratoris, & Tabellionis *c. poſtulaſtis. de homicid. c. ex litteris de exceſſ. Prælat. c. aliquando. c. ſi quis poſt acceptum. diſt. 51.* Ab aliquibus tamen excipitur, niſi clericus pauper fuerit, quia tunc in utroque foro pro qualibet civili cauſa poſtulare poteſt; ut etiam permittitur Clericis patrocinari perſonis miſerabilibus, eò quia ſit opus charitatis. Ut etiam poſſe domi rationes conquirere, & ſuppeditare advocatis, ut iisdem patrocinentur pauperibus.

15 Dubitari ſolet, quid juris ſit de reconventione? Reconventio idem eſt ac reaccuſatio, & contingit, quando accuſatus excipit contra accuſatorem objiciendo eidem crimen ſimile, aut diſſimile, de quo accuſatur, & conventus eſt, & vocatur retorſio, & mutua petitio, de qua ſunt aliqua notatu digna. Primò, quia reconventio fieri poteſt ante, & poſt conteſtationem litis, Felin. in *c. 1. de mut. petit.* Secundò etiam coram Judice delegato, imò etiam incompetente, Socin. *regul. 1. reconvent.* Tertiò, quia reconventio locum habet in omnibus cauſis nullo jure prohibitis, ut notat Tuſcus *concluſ. 61. V. re-*

conven-

conventio. Quartò quia in cauſis criminalibus criminaliter intentatis non petmittitur reconventio, niſi actor ſuam, & ſuorum cauſam perſequatur, vel niſi crimen objiciendum ſit majus eo, quod Accuſator urget, ut ait Maranta *p. 4. §. Sextan. 39.* Quintò quia utramque cauſam conventionis, & reconventionis idem Judex ſimul expedire debet, niſi quid in contrarium opponatur, ut notat Gemin. *conſ. 139.* Sextò ſi actor nolit reſpondere ad libellum reconventionis, non tenetur reus reſpondere ad ipſius libellum, & poteſt à Judice puniri pœna arbitraria, ut fusè oſtendit Maranta. *p. 4. diſt. 6.* In cauſis civilibus generatim receptum eſt ut actor ſequatur forum rei, ut communiter docent juriſperiti: excipiuntur tamen privilegiati, & ſtudioſi in matriculam relati, & etiam clerici, quando per laicos turbantur in bonis à ſe poſſeſſis, tunc enim Rei coram Rectore ſtudioſorum, & Judice Eccleſiaſtico conveniuntur, ut notat Alexander *lib. 5. conſ. 103.*

§. V.

De modo procedendi per denuntiationem in judicio.

1 DEnuntiatio eſt manifeſtatio delicti facta ſuperiori, vel Judici, ut ſuo munere fungatur, idque ad damnum aliquod corrigendum, vel impediendum, qua ratione differt ab accuſatione, ſcilicet defectu ſolemnitatis, quæ à jure requiritur in accuſatione, & quoad modum procedendi. Tum quia accuſatio non poteſt niſi per litteras fieri, ſecus tamen denuntiatio, ut notat Rodriquez *p. 11. q. 6.* & deſumitur ex *c. licèt in beato de accuſ.* Tum quia accuſationem ſcriptura, & denuntiationem monitio præcedit. Accuſatio ordinariè intendit punitionem, denuntiatio verò mitiùs procedit. Accuſatio depoſitionem, denuntiatio correctionem inducit. Hinc accuſator appellare poteſt, non ita denuntiator, qui non tenetur verificare ſuam denuntiationem, quia finis denuntiationis eſt, ut mores corrigantur.

2 Denuntiatio quadruplex ſolet aſſignari à Canoniſtis in *c. novit. de judiciis* ſcilicet Evangelica, canonica, regularis, & judicialis. Denunciatio Evangelica eſt, quæ fuit introducta per Evangelia juxta illud Chriſti Domini Matt. 18. *Si peccaverit in te frater tuus.* Denuntiatio canonica dicitur, eò quia per canones fuerit introducta, ex qua vel generaliter, vel ſpecialiter facta proceditur ad privationem dignitatum, officiorum, & beneficiorum, ut Clerici, vel laici à criminibus arceantur. Rurſus denuntiatur etiam alicujus promovendi indignitas, ne eligatur, ordinetur, inſtituatur, vel confirmetur. Rurſus denuntiatur etiam aliquod impedimentum matrimonii, ne inter duos, qui volunt nuptias contrahere, matrimonium ineatur, vel, ſi jam contractum fuerit, diſſolvatur. Denuntiatio judicialis eſt, qua Judex procedit contra malefactores, ut crimina pœnâ publicâ puniantur; vel qua procedit Judex, ut perſonæ privatæ congrua detur ſatisfactio. Denuntiatio regularis eſt, qua proceditur in regularibus ordinibus contra religioſos juxta eorum regulas, & conſtitutiones. Alii aliter procedentes triplicem tantùm aſſignant denuntiationem, ſcilicet Evangelicam, canonicam, & judicialem; alii duas tantùm aſſignant denuntiationes, quarum primam vocant pœnitentialem factam Prælato ut privatæ perſonæ: aliam judicialem factam eidem Prælato, ut perſonæ publicæ, ac judici.

3 Alii bifariam etiam dividentes denuntiationem dicunt, unam eſſe charitativam, cujus cauſa efficiens ſit commiſeratio erga proximum, ut à malo præſervetur; alteram judicialem, quam Hoſtienſis definit, criminis alicujus apud Judicē ſine inſcriptione factam delationem ad pœnitentiam agendam, vel aliam legitimā pœnam injungendam. Differunt verò hæ denuntiationes. Primò ratione finis, quia charitativa intendit emendationem Rei; judicialis verò ſatisfactionem, ſeu compenſationem damni, & injuriæ. Rurſus judicialis ſubſcriptionem exigit, & onus probandi etiam cum periculo famæ, & vitæ incumbit denuntianti: ſecus charitativa nullam exigit ſubſcriptionem, nec onus probandi.

4 Rurſus denuntiatio judicialis bipartitur in publicam, & privatam. Illa eſt, quæ fit ob publicam punitionem delicti: hæc ut pars offenſa privatim habeat competentem ſuæ injuriæ ſatisfactionem. Rurſus publica fit ob publicam criminis punitionem, vel ob publicam utilitatem, ut eſt illa, quæ fit ad removendos indignos ab officio, beneficio, dignitate, vel ne admittantur indigni ad officia. Privata eſt, quæ fit, ut quiſque privatim habeat, quod ſua intereſt, ac injuriæ ſibi illatæ reparationem. An verò denuntiatio judicialis ſit remedium ordinarium, vel extraordinarium; plures in ea ſunt opinione, ut cenſeant eſſe remedium ordinarium, eò quia in *c. 2. qualiter, & quando de accu.* dicatur, quòd judex procedat per accuſationem, vel per denuntiationem, vel per inquiſitionem: è converſo Julius Clarus *lib. 5. recept. ſent. q. 7. n. 1.* ait eſſe remedium extraordinarium, eò quia in jure regulariter non procedatur ſine accuſatore: & ſicut nonniſi in certis caſibus in jure permiſſis proceditur per inquiſitionem, ideò inquiſitio dicitur eſſe remedium extraordinarium; ita etiam, quia nonniſi in certis caſibus in jure permiſſis proceditur per denuntiationem, hæc erit dicenda remedium extraordinarium. Verùm, ſi velimus loqui ſecundùm jus commune civile, denuntiatio dicitur remediū extraordinarium cùm per eandem non procedatur, niſi in certis caſibus jure permiſſis: ſi verò loquamur de conſuetudine vel etiam ſecundùm jus recens denuntiatio, perinde eſt remedium ordinariū ſicut accuſatio: ſiquidem conſuetudo invaluit, ut Judex ſæcularis, etiam fiſcus conſtituat quoſdam advocatos, vel ſyndicos fiſcales ut denuntient crimina quæcunq; illa ſint; & ad eorū denuntiationem Judices ex ſuo officio procedant per inquiſitionem recipiendo teſtes, & informationes. Secundùm jus canonicum in *c. qualiter, & quando de accuſ.* etiam Prælati Eccleſiaſtici tam ordinariè procedunt per denuntiationem, quàm per accuſationem: ex quibus liquet, denuntiationem, in jure civili ſecundùm conſuetudinem,

& in

& in [illegible] canonico eſſe [illegible]edium ordinarium.

5 Quod ſi quæratur in quibus caſibus poſſit Judex p[illegible]dere per denuntiationem judicialem, re[illegible] in foro laicali, ſi ſermo ſit de judiciali [illegible]nuntiatione publica, ſecundum jus commune [illegible] procedere Judicẽ ad denuntiationem [illegible]tum [illegible]alium pu[illegible]corum ac de[illegible]torum ad denuntiandũ, [illegible] deſumitur e[illegible] *ea quidem de accuſ.* Secundum [illegible] conſuetudinem poteſt procedere ad denun[illegible]ne propo[illegible] tam à quocunque privato. [illegible] ſermo ſit de privata, vel ſpeciali denuntiatione judiciali, quæ competit parti l[illegible] eo, quod ſua [illegible]eſt, tunc ſecundum [illegible] poteſt procedere Judex, quando is, qui pr[illegible]itur, quod ſua intereſt, nequit [illegible]ere, vel accuſare [illegible] eò quia ſit ſervus, & conqueratur de domino, [illegible] de Patre, & ſic de aliis *l. 1. §. quod autem. ff. de offic. Præfect.* In foro Eccleſiaſtico poteſt Judex [illegible]cedere per denuntiationem judicialem, quando Clerici, vel Regulares conqueruntur de injuſtis oppreſſionibus ſuorum Prælatorum. Secundò quando laicus eſt, qui denuntiatur [illegible] ejus criminis cognitio ex natura ſua pertinet ad forum Eccleſiaſticum, ut eſt ſimonia, hæreſis, ſchiſma. Tertiò etiam in laicis ſi ob defectum Judicis ſæcularis crimen in foro ſæculari non audiatur ex quocunque defectu, quia tunc Judex E[illegible]iaſticus ſupplet. Quartò etiam in laicis procedit per denuntiationem ratione pacis violatæ, vel juramenti non ſervati. Quintò etiam in laicis, quando agitur de miſerabili perſona proponente denuntiationem. Sextò etiam in laicis, quando quis clam eſt de damno affectus, & author damni illati eſt occultus; tunc enim procedunt Epiſcopi per cenſuras, niſi author occultus reſtituerit intra certum tempus: imò etiam contra ſcientes, niſi revelaverint *c. ſi ſacerdos de offic. ordinar.* Hinc ſolent Epiſcopi etiam anathemate co[illegible]ercutere, qui per vim, vel iniquè, aut occultè de[illegible]nent alienum: ratio eſt, quia in h[illegible] duobus c[illegible] cum author [illegible]minis eſt occultus, & c[illegible]en manifeſtum, non poteſt Judex ſæcularis ad pe[illegible]onem parti[illegible] procedere, eò quia pars læ[illegible] po[illegible] probare in judicio ſæculari. Sec[illegible] Judex [illegible]ſiaſticus [illegible] per [illegible]ras pot[illegible] ut author [illegible], & [illegible] læſionem [illegible] [illegible]t ad [illegible], ut qui[illegible] pœn[illegible] peccati, & pœnitentia peccatorum [illegible] niſi fiat [illegible]tio [illegible], quæ cauſa e[illegible] Eccleſiaſtici poſſint per cenſuras laicos [illegible]ere ad reſ[illegible]m, quod cont[illegible] uſ[illegible]runt & [illegible]r. Septimò p[illegible] Ju[illegible] Eccleſi[illegible] contra laico[illegible] cauſa e[illegible] ſpiritualis [illegible]ra[illegible] anne[illegible] cum a[illegible] de matrimonio impedien[illegible] en[illegible] ob al[illegible]quod canonicum impedi[illegible]m, [illegible]m[illegible]tur ex *c. ad d[illegible] [illegible]dum d[illegible] m ub. c. [illegible]na nos de cogn. [illegible] c. cum inhi[illegible]*.

6 C[illegible] ne Syndici, Station[illegible] & [illegible] ent [illegible] bu[illegible] m [illegible] o[illegible] *que. [illegible] de accu* D[illegible]un[illegible] ho[illegible]nes [illegible] pe[illegible] per vicos, & P[illegible] locis, ut magiſtratui denuntient delicta, quæ [illegible]tur, & vocantur etiam ſo[illegible] [illegible]aritores [illegible]. *Præſ. urb. l. 31. C. de Epiſ. & Cler.* Con[illegible]do tamen nunc invaluit, ut quælibet delicta [illegible] am minus certa denuntientur, dummodo apud Judicem probari poſſint. Im[illegible] eandem facultatem denuntiandi ex conſuetudine habet quilibet privatus, adeo ut poſſit quilibet denuntiare delictum ſive [illegible]icum, & notorium; [illegible]atum, & paucis notum; dummodo ſine [illegible]cio falſi denuntietur, ut no[illegible]t Marantà *par. 6. 35. n. 26.*

Cau[illegible] tamen procedendum [illegible] Judici, præſertim quando denn[illegible] perſonas nulla infamia laborantes. [illegible]untiavit al[illegible] falſ[illegible], con[illegible] ut aſſerit Julius Clarus *li[illegible] n. 2.* [illegible] aſſerit, communem e[illegible]. 7

[illegible]us verò *lib. 4 tit. 1.* affirmat, de[illegible] in pr[illegible] omnibus ſuſpendi ab officio, & beneficio, donec ſuam probaverit innocentiam, quod fit p[illegible] ar[illegible]rium Judicis; fides tamen unius teſtis ſu[illegible] ad purgationem; etenim tam denuntiator judicialis, quàm calumniator non inſtructus argumentis, & probationibus p[illegible]ſumitur calumniam machinatus. Excipiuntur tamen Syndici, & ſtationarii, aliique id genus [illegible]ciales, quorum munus eſt, de[illegible]nuentes prodere, quia cum denuntiant ex officio in ipſis ceſſat præſumptio calumniæ. Quod ſi ex odio, vel invidia [illegible]em falſò denuntiaretur, non ſolùm ad expenſas eſſent damnandi, verùm etiam al[illegible] pœna ar[illegible] ia puniendi, ut notat Speculator in *rubr. de denunt.*

Cæterum in denuntiatione non obligatur denuntians ad ſe ſubſcribendum ad pœnam [illegible]is ſubeundam, ſed ſufficit, ſi detegat in ſcriptis [illegible]am denuntiationem, vel eam narret coram Notario, qui dictante denuntiante denuntiationem ſcribat: aliæ verò ſolemnitates [illegible] debent ſervari, ſcilicet expreſſio criminis, manifeſtatio hominis malefactoris, loci, temporis, quo perpetratum eſt crimen, quia ſuper his omnibus aperitur via Judici inquirendi. [illegible] tamen denuntiatio quæ dicitur Evangelica, [illegible] qua del[illegible] [illegible]ertur ad Pr[illegible]m, [illegible] patrem o[illegible] privatam peccatoris pœnit[illegible]m, & em[illegible]nem, non tranſit in judicia[illegible] ade[illegible] u[illegible] q[illegible] o[illegible]s Matth. 18. dixit *ſi peccaverit in [illegible] frater tuus &c. dic Eccleſiæ.* pu[illegible] [illegible] Prælato Eccleſiæ, ade[illegible] denuntiata non poſſit tr[illegible] in judicia[illegible] fiat coram Judice ſæ[illegible]. 8

Quin[illegible] Eccleſ[illegible]us [illegible] peccantem prius [illegible] co[illegible] ſi [illegible], non ultra proc[illegible], q[illegible] reſipiſcat [illegible] denuntiat Prælato, [illegible] contra [illegible]m in judicio procedat, ſed [illegible]tan[illegible]am Pater commodi[illegible] delinquentem e[illegible], cum habeat Prælatus [illegible] efficacia remedia ad corrigendum delinquentem, [illegible] alius privatus. Probabilior tamen ſententia [illegible], denuntiationem evangelicam poſſe [illegible] in judicialem, ad[illegible] Prælatus Eccleſiæ, poſſit contra denuntiatum procedere in judicio eum ſpecialiter excommunicando, vel privando, ſi opus [illegible], officio, & beneficio. 9

Prius tamen quàm hæc denuntiatio tranſeat in judicia- 10

judicialem debet frater delinquens ſecretò corripi, ut reſipiſcat, & eo reſipiſcente non proceditur ulterius: ſi verò non reſipuerit, corripitur coram uno, vel duobus teſtibus, qui delictum noverint, & ſi ſemel ſe emendaverit, non proceditur ulterius: ſin minus denuntiatur Prælato, qui prius tanquam pater ſecretò monet, & curat, ut delinquens emendetur, quòd ſi reſipuerit, nec ipſe ulterius procedit: ſin minus, fit tranſitus ad judicialem denuntiationẽ, quia tunc crimen denuntiatur Prælato, non amplius ut Patri, ſed ut Judici, qui propterea incipit procedere per inquiſitionem contra delinquentem, quẽ anathemate percutit, niſi intra præfixum tempus à peccato deſtiterit & privat etiam cum officio, & beneficio, ſi in excommunicatione inſorduerit: hoc pacto denuntiatio evangelica dicitur tranſire in judicialem, non quidem directè, & primariò; ſed per quandam conſequentiam.

§. VI.

De modo procedendi judicialiter contra Clericos criminoſos.

1 Clericos ob furtum, homicidium, perjurium, aut aliud ſimile crimen privari poſſe ab officio, & beneficio; imò etiam verbaliter degradari colligitur ex *c. cùm non ab homine 10. h. t.* ubi Cœleſtinus III. ait: Clericum in furto, homicidio, perjurio, aut alio ſimili crimine deprehenſum, & legitime convictum, deponendum eſſe ab Eccleſiaſtico Judice, quòd ſi depoſitus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde creſcente contumacia anathematizari, & denique ſi in profundum malorum veniens ſloeci, ac nihili fecerit prædictas pœnas; cùm Eccleſia non habeat ultra, quod faciat, ne alias fit cauſa perditionis per ſæcularem poteſtatem coërceri debet, adeò ut ei exilium deputetur, vel alia legitima pœna inferatur. Non tamen Clericus ob homicidium voluntarium irregularis factus, depoſitus eſt ipſo facto ab ordine, ſed deponendus eſt per ſententiam, imò nec per tale crimen debet abſolute degradari, niſi ſit incorrigibilis, ut notat Imola in *d. c. cùm non ab homine n. 4.* Neque ad deponendum clericum ſufficit, ſi fuerit deprehenſus in crimine, ſed ulterius requiritur, ut de eo ſit legitimè convictus; imò & quòd ipſe Clericus, qui deliquit, ſuum crimen confeſſus fuerit, niſi tamen ſit notorium per evidentiam facti, tunc enim deprehenſus in crimine poteſt condemnari etiam non ſervato judiciario ordine, ut notat Abbas in *d. c. cum non ab homine num. 19.* requiritur tamen, ut ſit legitimè deprehenſus, nec ſit comprehenſus a miniſtris laicis, niſi authoritate Prælati Eccleſiaſtici.

2 Quòd ſi Clericus poſtquam eſt depoſitus, excommunicatus & anathematizatus in contumacia perſeveret, comprehendus eſt per ſæcularem poteſtatem, cùm tunc Eccleſia non habeat ultra, quod faciat quod non ita eſt intelligendum, quod Eccleſia non poſſet adhuc ulterius punire Clericum delinquentem, quidem poſſet ipſum detrudere in monaſterium ad tempus, vel in perpetuum *c. de lapſis 5 cauſ. 6 q 6.* vel in perpetuum carcerem *c. novimus 27. §. pro illo de verb. ſignif.* vel illum verberibus excipere citra ſanguinis effuſionem *c. in Archiepiſcopatu 4. de raptor.* Sed quia propter malitiam clerici incorrigibilis, nun poteſt capi per Judicem Eccleſiaſticum, vel quia captus effringit carcerem, vel quia Eccleſia detracto eum condignè non poteſt punire, cùm non poſſit pœnam mortis inferre, proinde traditur corrigendus Judici ſæculari, ut ab ipſo condignè puniatur, ut notat Abbas in *d. c. cum non ab homine ... h. t. num. 23. & 25.*

Proceditur verò contra clericum criminoſum regulariter. Primò ſi conſtet de delicto meretur depoſitionem, deponitur. Secundo ſi perſeveret in ſua contumacia excommunicatur, non tamen ſolemniter. Tertio creſcente contumacia percutitur anathemate, ſeu excommunicatur ſolemniter. Quartò ſi non reſipuerit, & contempſerit pœnas Eccleſiaſticas traditur poteſtati magiſtratus ſæcularis. Quòd ſi pœna incipiat a contumacia, ſuſpenditur, poſtea excommunicatur, deinde deponitur, & tandem traditur brachio ſæculari puniendus, ut notat Gloſſa in *d. c. cum non ab homine h. t. V. poſtmodum in fin.* 3

Non tamen ob quodlibet crimen, eſt clericus tradendus magiſtratui ſæculari, à quo puniatur, ſi enim crimen commiſſum, non fuerit valde enorme, tametſi tale, ob quod ſecundum leges ſoli laicus afficeretur ultimo ſupplicio, ut in pluribus locis eſt furtum rei magni momenti, & homicidium voluntarium; ſimplex clericus ſi non ſit incorrigibilis non eſt tradendus brachio ſæculari, ſed deponendus, & in monaſterium ad tempus detrudendus ad agendam pœnitentiam, ut deſumitur ex *d. c. cùm non ab homine h. t. & tua 6. de pœnis.* 4

Hodiè tamen hæc pœna detrudendi clericos delinquentes in monaſteriis non eſt amplius in uſu, ut notat Julius Clarus in *pract. crim. §. fin. q. 70. n. 6.* ſed mos eſt, ut clerici criminoſi damnentur ad triremes, vel operi ſervili ad tempus addicantur, vel in arctiorem carcerem detrudantur ad pœnitentiam agendam. Quòd ſi adhuc clericus criminoſus nun corrigatur, & carceres effringar, delicta iteret, tunc anathemate percuti poteſt, quæ eſt maxima, & ultima pœna Eccleſiaſtica medicinalis, quę infligitur ad corrigendum, quòd ſi hue perſeveret in ſua contumacia, & contemnat pœnas canonicas, ac cenſeatur prorſus incorrigibilis, tunc degradatur, & traditur brachio ſæculari, ut deſumitur ex *d. c. cùm non ab homine h. t.* 5

Sin vero delictum clerico perpetratum ſit atrociſſimum, ut parricidium, vel plura commiſerit homicidia qualificata, tunc tradi poteſt brachio ſæculari ſtatim, etiam non expectata incorrigibilitate, ut notat Abbas in *d. c. cùm non ab homine 10 h. t. n. 6. & in c. ut ... 39.* quia tunc publica vindicta ... ad exemplum cæterorum, alioquin ... no publico periculum immineret ... nacius in *d. c. n. 81.* cum Jul. Clar. ... 38. ... id in praxi ſervari ... tum, ut in atrociori delicto ... traditur brachio ſæculari non ... corrigibilitate: addo tamen ... dent Judicis, ut ipſe ... ſis omnibus circumſtantiis judicet ... crimen 6

crimen ſit adcò reipublicæ perniciosum, ut Reus ſtatim debeat degradari, & tradi brachio ſæculari. In his enim caſibus conſultius eſt, cautè procedere, & nonniſi ex conſenſu ſumi Pontificis clericum degradatum tradere Magiſtratui ſæculari, ut monet Covarr *lib 3. reſol. c. 20. n. 7.* ubi addit, clericum etiam ob crimen læſæ majeſtatis non eſſe ſtatim poſt degradationem tradendum Judici ſæculari; ſed in hoc eſſe cautè procedendum, ne injuria fiat ſtatui clericali.

7 Cæterùm quando regulariter leges civiles propter crimen aliquod imponunt pœnam mortis naturalis; ſecundùm canones ob idem crimen imponitur pœna realis degradationis, & traditionis brachio ſæculari, quia Eccleſia non punit pœna mortis corporalia: & alias pœnæ debent commenſurari delictis; adeò ut, quò graviora ſunt crimina, eò acerbiùs debeant puniri, ut ob iterationem delicti pœna augeatur: ſin verò ob homicidium, vel furtum qualificatum, aot iteratum citra incorrigibilitatem delinquentis imponatur eadem pœna depoſitionis, & detruſionis in carcerem, quâ punitur homicidium, & furtum ſimplex, vel etiam unicum tantùm commiſſum à clerico, tunc non punitur graviùs delictum majus, nec pœna commenſuratur delicto juxta exigentiam juſtitiæ: proinde ob delictum enormius magis qualificatum, aut iteratum, vel frequentatum major pœna, ſecundùm canones imponi debet. adeò ut reus actualiter degradetur, ac tradatur brachio ſæculari, etiam non exſpectata incorrigibilitate, ut notat Abbas in *c. at ſi Clerici 4 n. 39. h. t.*

8 Non tamen in omnibus delictis, quæ ſecundùm leges civiles imponitur pœna mortis corporalis; ſecundùm canones imponitur pœna actualis degradationis, ac traditionis magiſtratui ſæculari: in pluribus enim hæc regula fallit: etenim dantur plura enormia delicta, ob quæ lex civilis punit pœnâ ultimi ſupplicii, & nihilominus pro iiſdem jus canonicum non imponit pœnam degradationis, neqoe traditionis brachio ſæculari, ut liquet ex *c. Tuæ 6 de pœn.* Etenim adulterium jure civili punitur pœna mortis *l. 1. C. de adulter.* & nihilominùs clericus propter adulterium ex jure canonico non degradatur actualiter, ſed tantùm deponitur, & punitur carcere *c. ſi quis 13 diſt. 81.* Gloſſa in *c. Lator. 44. V. in corporaliter cauſa 2. q. 7.* Rurſus ob raptum puellæ laicò imponitur pœna ultimi ſupplicii *l. un. C. de rapt. virg.* & nihilominus de jure canonico Clerico ob tale delictum non imponitur pœna degradationis, nec traditionis Judiei ſæculari *c. de puell. 4. cauſ. 36. q. 2.* Imò plerumque quando leges civiles ob aliquod delictum imponunt pœnam mortis, jus canonicum propter idem delictum imponit pœnam perpetui carceris, ut Clericus delinquens ſuſtentetur in pane doloris, & anguſtiæ, absque ſpe deliberationis, & cùm hæc pœna ſit mors civilis, æquiparatur morti corporali *c. novimus 27. § pro illo de verb ſignif* Neque obſtat, quòd Innocentius III. in *c. ut famæ de ſent. excom.* reſpondeat, clericum incorrigibilem eſſe detinendum in arcta cuſtodia: & Cœleſtinus III. in *c. cùm non ab homine 10. h. t.* dicat eſſe comprimendum per poteſtatem ſæcularem. Quia ut rectè notat Layman. in *d. c. cùm non ab homine n. 7.* mens utriusque Pontificis Cœleſtini III. in *d. c. cùm ab homine* & Innocentii *c. ut famæ* non fuit præſcribere generalem modum exterminationis clerici criminoſi, ſed tantum, quòd penitus exterminandus, & abjiciendus ſit, ſi fuerit incorrigibilis, quia uterq; Pontifex reſpondit ad quæſtionem ſibi propoſitam, & quia unus fuerat interrogatus de traditione rei facta poteſtati ſæculari, de illa tantùm reſpondit: alter tantùm fuit interrogatus de intruſione in perpetuum carcerem.

Cæterùm quomodo modus punitionis adhibendus ſit, relinquitur arbitrio prudentis Judicis Eccleſiaſtici. Nam interdum, ut notat Laym. magis expedit ad publicum exemplum, ut reus parricida, aut fur ſacrilegus, & incorrigibilis tradatur magiſtratui ſæculari, præſertim cùm moleſtum videri poſſit Epiſcopo in perpetuis carceribus clericos detinere. Interdum etiam magis expedit, ut clericus, qui ob patratum delictum mereretur realiter degradari, ac tradi brachio ſæculari, damnetur ad triremes, vel perpetuum carcerem, ut deſumitur ex *c. 1. de hæret. in 6.* 9

Imò ſententia ſtatui clericali favorabilior aſſerit, quòd nec etiam ob enorme crimen, cujusmodi eſt homicidium proditorium, vel per inſidias, cædes ſacerdotis, & aliud ſimile, clericus non poſſit ſtatim, & immediatè degradari, nec tradi magiſtratui ſæculari, niſi fuerit incorrigibilis; licèt jus civile ob eadem crimina imponeret mortis pœnâ. Cæterùm non debet procedi ad degradationem, niſi ob caſus in jure expreſſos: ſiquidem Pontificea in ſuis conſtitutionibus inſertis in corpore juris, vel per alias extravagantes, decreverunt in pluribus caſibus clericoa eſſe realiter degradandos, ac tradendos magiſtratui ſæculari, tametſi incorrigibiles non fuerint, ut in crimine hæreſis *c. excommunicavimus 13. §. damnati c. ad abolendam 9. §. 1. de hær.* Secundò in crimine falſationis litterarum Apoſtolicarum *c. ad falſariorum 7. de crim. falſ.* Tertiò ob crimen conſpirationis, vel ob inſidias ſtructas proprio Epiſcopo *c. ſi quis 18. cauſ. 11. q. 1.* Hi tres caſus expreſſi ſunt in jure communi canonico. In aliis verò criminibus, quamvis atrociſſimis nonnunquam clericus tantùm deponitur, non actualiter degradatur, nec traditur poteſtati ſæculari, ſi reſipiſcat, ſed detruditur in perpetuum carcerem, ut tradit Clarus *q. 36. n. 36.* Quartò ob crimen aſſaſſinii Clericus ſtatim degradatur, & traditur curiæ ſæculari non exſpectata ejus incorrigibilitate, ut deſumitur ex *c. 1. de homicid. in 6.* requiritur tamen prævia declaratio Judicis Eccleſiaſtici, à quo pronuntietur, quòd clericus tale crimen commiſerit. Quintò propter crimen oeſandum etiam clerici per Iudicem Eccleſiaſticum degradantur, & puniendi traduntur curiæ ſæculari, ut habetur in conſtitutione Pii V. quæ incipit *horrendum.* Sextò qoi non ſunt promoti ad Presbyteratum, & audent miſſas de facto celebrare, vel ſacramentalem confeſſionem audire etiam ex conſtitutione Clementis VIII. quæ incipit, *etſi alias,* etiam traduntur puniendi magiſtratui ſæculari, ut etiam qui monetas falſificant, vel adulterant ex conſtitutione Urbani 10

VIII. quæ incipit *in ſuprema.* Præter hos caſus in jure expreſſos non ſunt Clerici ob alia delicta tradendi curiæ ſæculari, ut puniantur, quòd ſi delictum fuerit valdè enorme ad ſummum Pontificem pertinet declarare, an clericus ob tale crimen degradandus ſit, & tradendus brachio ſæculari, ut notat Fagnanus in *d. c. cùm non ab homine n.66. & 67.*

§. VII.

Expediuntur nonnulla alia ſpectantia ad Iudicia.

1 PRæter prærecenſitos modos procedendi in judicio ſolet etiam plerumque procedi ſummariè, & de plano, & hic modus procedendi dicitur ſimplex, in quo plures ſolemnitates aliàs requiſitæ omittuntur; ut libelli oblatio, litis conteſtatio, variæ dilationes, multa advocatorum, aut partium jurgia, ſuperfluæ probationes, & alia quæ ſunt de jure poſitivo, quæ omnia habentur in *clement. ſæpè 2. de verb. ſignif.* quæ verò ſunt juris naturalis, & gentium, non ſunt omittenda, ut citatio partis, juramentum calumniæ, aut malitiæ de veritate dicenda, petitio facienda ab Actore; terminus ad exhibendas probationes omnes neceſſarias, ac legitimas defenſiones producendas. Ad hunc ſummarium proceſſum poteſt etiam tempore feriarum politicarum, ſeu civilium, ſcilicet meſſium, vel vindemiarum procedi, & amputandæ ſunt omnes dilationes, ut lis quàm citò fieri poteſt, abſolvatur: hinc expellendæ ſunt exceptiones, & appellationes fruſtraneæ; comprimenda jurgia partium; & quidquid videtur minùs neceſſarium, abſcinditur, quod eſt ſummariè, & abſque ſolemnitate procedere.

2 Duas potiſſimùm ob cauſas ſummarius hic proceſſus inſtituitur. Primò ſi cauſæ celerem exigant expeditionem. Secundò ſi ſint levis momenti, ſeu de cauſis modicis, in quibus de parvo præjudicio facilè reparabili agatur. Cauſæ prioris generis, quæ celerem requirunt expeditionem, ſunt, ut plurimum Eccleſiaſticæ, ut habetur in *clement. 2. h. t.* ut etiam cauſæ incidentes, hæ ſiquidem juxta Gloſſã in *c. ult. V. procedendum. ut lite non conteſtata* ſum̃ariè cognoſci poſſunt, adeò ut ſufficiat, ſi recipiantur teſtes, etiam lite non conteſtata, & procedatur ſum̃ariè. Ut etiam ſolent ſum̃ariè cognoſci lites mercatorum ob frequentiam; in his enim proceditur ex æquitate omiſſis apicibus juris, & ſolemnitatibus: ſolent etiam ſum̃ariè cognoſci cauſæ alimentorum, tributorũ, collectarum, in quibus nullus ordo juris ſervatur, ſed tantùm injungitur præceptum de ſolvendo, ut notat Maranta *dis. 9. n. 65.* cauſæ naufragorum, pauperum, ac miſerabilium perſonarum, cujuſmodi ſunt viduæ, pupilli, orphani, aguntur enim hujuſmodi cauſæ ſummariè, & ſine ſcriptis, ut etiam cauſæ mercedum, & ſalariorum, & aliæ, in quibus agitur de dando tutore pupillis, vel curatore per Judicem, vel de filio emancipando, adoptando. Cauſæ ſecundi generis ratione modici præjudicii facile reparandi cenſentur illæ cauſæ civiles, in quibus agitur de modica quantitate ſolvenda, ſpectatã tamen qualitate perſonarum ſecundùm arbitrium prudentis judicis: ſiquidem 50. floreni reſpectu viri equeſtris, & divitis cenſetur cauſa modica, non ita reſpectu pauperis mercenarii, ut notat Maranta *diſ. 9. n. 73.*

3 Rurſus comprehenduntur in hoc genere etiam cauſæ agitatæ inter perſonas viles, cujuſmodi ſunt ruſtici, ſimplices, pauperes, mercenarii; eorum enim cauſæ ſolent ſummariè cognoſci, & ſine ſcriptis: ut etiam ſi agatur de delictis levioribus, *l. levia 6. ff. de accus.* quo pacto delicta adoleſcentum, religioſorum, quæ non graviter infamant, cognoſcuntur inſpectâ facti veritate abſque judiciali proceſſu. Ut etiam ſi agatur judicio poſſeſſorio, momentaneo, ſive præparatorio ſolùm ad aliud judicium poſſeſſorium, vel petitorium ſubſequens; per quod facilè reparari poſſit cauſa poſſeſſionis, & agatur de parvo præjudicio; non ita quando eſt decidendum ſuper poſſeſſione vel cauſa poſſeſſoria, quæ non poſſit reparari per petitorium, ut oſtendit Maranta *diſ. 9. n. 43. & 4.*

4 Hoc intereſt diſcrimen inter utrumque modum ſummariè procedendi, quia propter levitatem, ſeu parvitatẽ cauſæ ordinariè non requiritur plena probatio, ſed ſufficit ſemiplena per unicum teſtem, vel etiam juramentum, eò quia agatur de modico præjudicio facilè reparabili. Sin autem procedatur ſummariè, eò quia cauſa exigat celerem expeditionem, tunc ſi ſit magni præjudicii non facilè reparabilis, requiritur plena probatio, adeò ut cauſa dicatur ſummariè cognoſci ſolùm quoad alias ſolemnitates judiciales, quæ poſſunt omitti, ut notat Maranta *dis. 9. n. 46.* & deſumitur ex *clement. 2. de verb. ſignif.* ubi expreſſe habetur, quòd in proceſſu ſummario requiruntur probationes, quæ videntur neceſſariæ juxta qualitatem, & gravitatem cauſæ.

5 Solet etiam in judicio procedi ob malefactorem deprehenſum in flagranti delicto, tunc enim Judex poteſt contra ipſum inquirere vocando teſtes, accipiendo informationes: quia ſola deprehenſio in flagranti delicto non facit plenam probationem ad reum condemnandum, ſed duntaxat ſemiplenam ad eundem torquendum, ut proprium fateatur delictum, ut notat Julius Clarus *lib. 5. recept ſent. in pract. crim. q. 8. n. 2.* Hinc deprehenſio Rei in flagranti delicto non ſufficit ad executionem pœnæ ſtatim faciendam, ſed tantùm ſufficit ad examinandum, & interrogandum deprehenſum, ut ipſemet ſuum fateatur crimen, & facta confeſſione fiat contra ipſum executio pœnæ, & ſi nolit confiteri abſq; alio proceſſu, ducitur ad torturam, ut notat Julius Clarus *loc. cit.* qui etiam aſſerit, in gravioribus delictis, & pœnis gravibus imponendis non ſufficere ſolam deprehenſionem in flagranti delicto ad executionem pœnæ; ſed ex conſuetudine ſufficere in delictis levibus, quo pacto deprehenſi cum armis prohibitis ſolent ſtatim ad carcerẽ duci, & compelli ad ſolvendam pœnam præſertim ſi ſint perſonæ viles, & populares. Quando verò reus deprehenſus in flagranti delicto eſt puniendus pœna capitali, tunc debet dari copia indiciorum, & informationum, quæ ſunt contra ipſum, & conceditur etiam terminus ad ſe defendendum, ut notat Julius Clarus *lib. 5. recept ſent in pract. crimin. q. 8. n. 4.* Et ſi reus fateatur ſuum crimen, judex debet ſuam in ſcriptis ſententiam dare à ſe ſubſcriptam, ut executioni mandetur.

Non-

6 Nonnunquam proceditur in judicio etiam per evidentiam criminis, quando ſcilicet ootoriũ eſt, crimen, & etiam notorius maleſactor, & tunc evidentia criminis, & Rei ſtat loco accuſatoris *c. evidentia de accuſ.* quapropter Judex immediatè ut ſuo fungatur officio, vocat teſtes, accipit informationes, & ſi duo, vel tres teſtes deponant contra reum procedit ad eum condemnandum. Illod verò dicitur crimen notorium, quod in jore dicitur notorium per evidentiam facti, & quod nulla poteſt tergiverſatione occultari, eò quia delictum commiſſum ſit coram populo. Ut autem reus condemnetur, debent etiam eſſe notoriæ qnslitates facti, ſeu quòd nulla ſit defenſio, ant accuſatio, quà poſſit reus ſuum delictum tergiverſari: ſiquidem poteſt contingere, ut reus occiderit injuſtum aggreſſorem ob ſui defenſionem, vel quòd aliàs potuerit illum impunè occidere.

7 Quæri ſolet, quomodo judicium finiatur? & reſpondetur, ſpectato jure civili inſtantiam lapſu temporis perire, ac judicium ceſſare, & quidem in cauſa criminali intra biennium, & in cauſa civili iotra triennium enumerandum à litis conteſtatione, debet enim intra id tempus abſolvi, & lis ad ſuum finem perduci, ut habetur in *l. properandum 13. in princ. C. h. t.* & id ne lites perpetuentur, vitàmque hominum excedant. Secus juxta jus canonicum inſtantia judicii non perit per lapſum temporis biennalis, vel triennalis, ſivè cauſæ ſint criminales, ſive civiles, ut notat Gloſſa in *c. venerabilis 20. h. t.* & communiter juris pontificii periti, ubi Honorius III. mandat ſuo delegato, ut ultra tale tempus litem proſequatur, quia licèt ſecundùm jus civile inſtantia judicii ceſſaverit elapſo triennio, non tamen periit jurisdictio Judicis, nec reſcriptum commiſſionis, quia reſcripta juſtitiæ, ſeu ad lites ſunt perpetua *l. 2. C. de diverſ. reſcript.* unde illa conſtitutio, quæ habetur in *l. properandum*, juris civilis, & quæ præſcribit terminum judiciis, in jure Eccleſiaſtico non recipitor, nec approbatur.

8 Verùm jure novo Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. c. 20. de refor.* ſtatuitur, ut cauſæ omnes pertinentes ad forum Eccleſiaſticum tametſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram locorum Ordinariis cognoſcantur, & ſaltem infra biennium à die motæ litis terminentur, & quòd poſt hoc tempus liberum ſit partibus, vel alteri illarum adire ſuperiores judices aliàs competentes, qui cauſam in eo ſtatu, in quo reperitur, aſſumant, ac curent terminare; quod verum eſt, ſi per Judicem ordinarium ſteterit, quò minus intra biennium cauſam definierit; quia ſi per Judicem non ſteterit. non poſſunt partes alium ſuperiorem Judicem adire, ut declaravit ſacra Congregatio Concilii. Tum quia per decretum Concilii non præfigitur cauſis terminus: ſiquidem dilapſo biennio acta non irritantur, nec pereunt, ſed partes, ſi velint poſſunt litem perſequi coram earum ordinario, vel etiam adire Judicem ſuperiorem, unde terminus biennii tantùm imponitur Judici inferiori, ut intra id tempus cauſam abſolvat, ne lites perpetuentur, fiantque immortales, ratione illius, ut notat Zerola in *prax. Epiſc. V. inſtantia. not. 4.*

9 Ceſſat etiam judicium per abſolutionem ab obſervatione judicii, ut ſi progreſſu litis conſtet intentionem, ac petitionem actoris fuiſſe in libello ineptè propoſitam, tunc enim reus abſolvendus eſt ab inſtantia talis judicii, reſervato tamen actori jure iterum agendi, & libellum aptiùs formandi, ut deſumitur ex *c. examinata 35. h. t.* ubi Innocentius III. juſſit, jus patronatûs cujusdam Eccleſiæ, de quo erat controverſia inter duos, ſequeſtrari apud tertium, ut poſtea partes litem proſequerentur. Is dicitur ſequeſter apud quem communi litigantium conſenſu res, de qua controvertitur, depooitur, ut ipſe tanquam depoſitarius illam cuſtodiat, ut notat Gloſſa *in d. c. examinata V. ſequeſtratam:* & non ſolùm res corporales, ſed etiam ſpirituales ſequeſtrari ſolent, & tunc licèt ſequeſter non ſit patronus, eſt tamen loco patroni, ut docet Joan. And. in *c. cùm Bertoldus 18. n. 22. de ſent. & re judic.*

10 Ceſſat etiam judicium, quando irritatur, ac nullum efficitor, quod contingit pluribus modis. Primò ex incompetentia judicis, ſi cauſa cognoſcatur à judice non competente, tunc enim judicium eſt nullum. Secundò ex perſona Actoris, vel rei ſi in judicio agere, vel conveniri non poſſit. Tertiò ratione rei, quæ non poteſt tractari à tali judice; ut ſi res ſpiritualis cognoſceretur à Judice laico, quia hic non habet jurisdictionem in res ſpirituales. Quartò ex defectu citationis ut colligitur *ex § fin. inſtit. de pœn. temp. litig.* Quintò ex defectu, & omiſſione ſolemnitatum ſubſtantialium, quæ neceſſariæ ſunt ad proceſſum ordinarium judiciarium: in his caſibus judicium eſt nullum, & ceſſat.

§. IX.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones pertinentes ad hunc primum titulum.

1 Quæritur primò, an Epiſcopus contumax in comparendo, vel non reſpondendo poſſit à Concilio Provinciali anathemate perenti? Obſervandum eſt, eum contumacem dici, qui tribus edictis propoſitis, vel uno pro tribus, quod vulgò peremptorium dicitur, litteris evocatus præſentiam ſui facere contemnit *l. contempt. ff. de re judic.* Reſpondetur, Concilium Provinciale poſſe contra Epiſcopum Provincialem judicialiter procedere, idque deſumi ex *c. de quodvultdeo 1. h. t.* ubi ſtatuitur, quòd promittens coram aliquo Judice ſuum adverſarium experiri, ſeu ſe defendere: & poſtea non vult ampliùs contumaciter comparere; tunc propter contumaciam poſſit excommunicari; imò nec debeat abſolvi, niſi ſatisfactione præmiſſâ; ex quo textu elaret; Concilium Provinciale poſſe juditialiter procedere contra Epiſcopum Provincialem contumacem; & ratio etiam ex eo deſumitur, quia qui eſt inobediens ſuperiori, eúmque contemnit, mortaliter peccat *c. 2. de major. & obed. c. ſciendum 8. q. 1.* & contra mortaliter peccantem poteſt ferri excommunicatio *c. Nemo 11. q. 3. c. Apoſtol. 24. q. 3.* quo fit, ut Epiſcopus contumax verè potuerit à Concilio Provinciali excommunicari.

Digitized by Google

2 Hoc autem jure novo reſtrictum eſt per Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. c. 5. de refor.* ubi ſtatuitur, quòd cauſæ criminales graviores, quæ merentur privationem, vel depoſitionem ab officio, vel beneficio ſint reſervatæ ſummo Pontifici: & minores cauſæ criminales in Concilio Provinciali cognoſcantur, & terminentur à deputatis per Concilium; ex quo textu Tridenti infertur, jure novo Epiſcopum citatum in cauſa criminali, quæ mereatur depoſitionem non teneri comparere, ac reſpondere, ſi citatus ſit à Judice inferiore Papâ, niſi exhibita ipſi ſit ſpecialis commiſſio, ut notat Barboſa *de poteſtate Epiſcopi alleg. 121.* Non tamen debuit à dicto Concilio Provinciali privari beneficio, ſeu Epiſcopatu, quia ubi una pœna ſufficit, non debet quis duplici pœna affligi *c. At ſi clerici 4. h. t.* Tum quia pœna non debet ex pœna procedere *c. Quia de conceſſ. Prabend.* Hinc quia non omnis lethalis culpa beneficii privationem inducit, ſed tantùm graviora delicta eam merentur *c. Inventum 16 q. 7.* ideo ob talem contumaciam non debuit Epiſcopus privari ſuo beneficio. Tum quia pœna privationis beneficii nunquam imponitur ab Epiſcopo, niſi reperiatur impoſita à jure, ut notat Abbas in *c. conquer. de reſtit. ſpol.* Neque ipſa excommunicatio inducit ſemper privationem beneficii, niſi lata ſit pro delicto, quod privationem mereatur, vel per annum inſorduerit quis in contumacia, unde ob talem contumaciam non debuit Epiſcopus excommunicatus privari beneficio, licèt potuerit privari redditibus beneficii, cùm ampliùs ei non ſerviat, quin imò ſi per annum inſorduerit in illa excommunicatione poteſt etiam contra ipſum procedi tanquam contra ſuſpectum de hæreſi ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. de refor. c. 3.*

3 Quæritur ſecundò, an laici poſſint tractare negotia Eccleſiaſtica. Negotia Eccleſiaſtica dicuntur quæcunque ad Eccleſias, vel perſonas Eccleſiaſticas pertinent, & alia ſunt negotia merè temporalia, alia civilia, & alia criminalia; quo pacto etiam judicium ex diverſitate negotiorum, ſeu cauſarum tripartitur in civile, criminale, & mixtum ex utroque; dicitur enim civile, in quo judicatur de cauſa civili, & agitur civiliter, ſive principaliter in judicio ad commodum privatum actoris, cùm quis proſequitur, quod ſua intereſt; vel quia quod petitur eſt res propria ipſius, vel illi debetur ex contractu, vel delicto, proinde agit ad pœnam ſibi applicandam. Judicium criminale eſt, in quo examinatur judicialiter cauſa criminalis, ſive ex crimine agatur ad commodum publicum, ſivè ad vindictam, aut pœnam publicam, eamque corporalem, vel pecuniariam applicandam fiſco: & huc etiam revocatur pœna privationis officii, vel dignitatis. Judicium mixtum dicitur, quod participat de civili, & criminali, in quo ſcilicet agitur de crimine, & civiliter ad intereſſe partis, vel ad pœnam actori applicandam, & ſimul criminaliter ad pœnam applicandam fiſco, vel etiam agitur ad vindictam publicam, ut notat Julius Clarus in *pract. crimin. fin. q. 1. n. 1.*

4 Difficultas eſt, an cauſæ Eccleſiaſticæ tractari poſſint à laicis in judicio. Et reſpondetur negativè, adeò ut cauſæ criminales clericorum non poſſint committi Judicibus laicis, & deſumitur ex *c. decernimus 2. h. t.* Ratio eſt, quia laicis nulla eſt attributa poteſtas diſponendi ſuper rebus, & perſonis Eccleſiaſticis *c. fin. de rebus Eccleſ. non alienan.* in laicis enim potiùs eſt ſubjectio, & neceſſitas obſequendi Eccleſiaſticis, non verò authoritas imperandi *c. Eccleſia 10. de conſtit.* quia juriſdictio Eccleſiaſtica diverſa eſt à ſæculari, & in ſuperiori ordine, adeò ut nullo modo ei ſubordinetur, ut habetur *in extravag. unic. de major. & obed. inter communes*: hinc Judex laicus non poteſt cognoſcere de cauſis merè ſpiritualibus propria authoritate, imò neque ex commiſſione, ſeu delegatione Prælatorum Eccleſiaſticorum, ſed tantum ex ſola plenitudine poteſtatis Papalis, per quam poſſunt Judici laico hujuſmodi cauſæ committi, ut notat Gloſſa *in d. c. decernimus 2. v. non præſumant h. t.* adeò ut à Prælatis Papa inferioribus non poſſint cauſæ merè ſpirituales laicis delegari, quia ſolus Papa poteſt ex plenitudine poteſtatis conſtituere laicos habiles ad cognoſcendum ſuper cauſis ſpiritualibus, ad quas ex ſe eſſent inhabiles, hinc Judex ſæcularis neque de jure patronatus poteſt cognoſcere, & judicare: quia vel ex natura ſua, ſeu ex ſuo objecto eſt intrinſecè quid ſpirituale, ut plures cenſent: vel ſaltem quod negari non poteſt, eſt quid antecedenter annexum ſpiritualibus, proinde cognoſcere de jure patronatus pertinet ad ſolum Judicem Eccleſiaſticum.

Quæritur tertiò, an cauſæ merè temporales Eccleſiarum, vel perſonarum Eccleſiaſticarum poſſint à laicis tractari? Reſpondetur affirmativè, dummodo cauſæ ſint revera merè temporales, & nulla ſuper ipſos clericos præeminentia, gubernatio, aut poteſtas laicis conferatur, & ita docent Decius *in d. c. decernimus n. 111.* Tuſcus *concluſ. 4. n. 115.* Abbas *in d. c. decernimus num. 10.* Sylveſter *v. laicus q. 1.* Hinc Epiſcopus, vel etiam ſede vacante capitulum poteſt laicum Oeconomum conſtituere tradendo ei curam, & adminiſtrationem proventuum temporalium. Imò poteſt etiam laicus præfici fabricæ Eccleſiæ, ut nimirum annuos redditus recipiat, & expendat cum onere, & obligatione reddendi rationes Prælato Eccleſiaſtico. Quòd ſi collator proventuum non ſit merus Executor, ſed Miniſter habens aliquam præeminentiam, ac poteſtatem ſuper clericus, tunc tale officium non poteſt laico committi, quia laicus non præeſſe, ſed ſubeſſe debet clerico, imò neque poteſt laicus conſtitui generalis adminiſtrator omnium bonorum temporalium, juriúmque ſpiritualium Eccleſiæ, vel perſonarum Eccleſiaſticarum taliter, ut omnia authoritativè gubernet, ut notat Abbas in *d. c. decernimus 2. n. 10. h. t.* imò nec poteſt laicus propria authoritate ut Judex Ordinarius cognoſcere ſuper cauſis judicialibus pecuniariis, hoc eſt merè civilibus, quæ inter clericos, vel contra ipſos, aut Eccleſias moventur, à laicis: ratio deſumitur ex eo, quia ſine juriſdictione; & niſi ex officio proprio habeat quis ſuperioritatem, & poteſtatem, non poteſt ut Judex Ordinarius judicare, & condemnare, quia 5

hi

Google

hi actus ſunt juriſdictionis, & ſupponunt ſuperioritatem in ferente judicium: & cùm laicus nullam habeat in clericos, vel Eccleſias juriſdictionem, poteſtatem, nec authoritatem, ſequitur non poſſe ut Judicem ordinarium cognoſcere, vel judicare cauſas licet civiles clericorum, vel Eccleſiarum, quia laici ſubeſſe, non præeſſe debent clericis, quorum dignitas eſt major *c. duo ſunt 10. diſt. 96.* Poteſt tamen laicus ut Judex delegatus ex commiſſione Prælati Eccleſiaſtici cognoſcere ſuper cauſis judicialibus merè civilibus Eccleſiaſticorum: & ratio petitur ex eo, quia Judex delegatus non procedit propria authoritate, cùm nullam in ſe habeat. Sed tantùm authoritate, & juriſdictione delegantis *l. 1. §. 1. ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdic.* quapropter juriſdictio, quam Judex laicus delegatus exercet in clericos, vel Eccleſias ex delegatione Prælati Eccleſiaſtici cenſenda eſt potius Eccleſiaſtica, quam ſæcularis. Non tamen poteſt laicus conſtitui Judex delegatus ad univerſitatem cauſarum civilium, quæ inter clericos, vel Eccleſias decidendæ ſunt: ratio eſt, quia ut notat Felin. in *d. c. decernimus 2. num. 1. h. t.* juriſdictio delegata ad univerſitatem cauſarum æquiparatur juriſdictioni ordinariæ, quæ laico non poteſt competere ſupra clericos.

6 Quòd ſi dicas, clericum non poſſe conſentire in Judicem laicum etiam ex conſenſu Epiſcopi *c. ſignificaſti 18. de for. compet.* conſequenter neque poſſe laicum eſſe Judicem clerici ex commiſſione Epiſcopi. Contra eſt, negatur conſequentia, quia in priori caſu juriſdictio ordinaria prorogatur in laicum, proinde laicus judicaret clericum jure proprio, quod non poteſt fieri etiam ex conſenſu Epiſcopi, ut liquet ex *d. c. ſignificaſti 18. de for. compet.* Quòd ſi appellatio ab ipſo [illegible], utique appellaretur etiam ad ſuperiorem ipſius laici: at in caſu poſteriori, quia Judex delegatus non utitur jure proprio, cùm nihil [illegible] proprium, ſed tantum jure delegantis, ita etiam procedit juriſdictione Epiſcopi [illegible], non enim delegatus judicat nomine proprio, ſed tantum nomine, & authoritate delegantis, ad quem propterea a delegato [illegible] appellatio. Verum [illegible]mus, laicum [illegible] ut Judicem ordinarium cognoſcere [illegible] civilibus clericorum, id [illegible] feudales, de quibus cognoſcere pertinet [illegible] Dominum feudi, ſive hic [illegible] laicus, ſive [illegible] laicus, & dummodo Aſſeſſor poſſit [illegible] conſequi: alioquin adiri debet Judex [illegible] loci. Q[illegible] [illegible] ſunt [illegible] de jure [illegible], & [illegible] id genus non poſſint [illegible] committi, neque ex delegatione Prælatorum Eccleſiaſticorum excepta plenitudine poteſtatis Papalis, poteſt nihilominus laicus eſſe Conſiliarius, & [illegible]or judicis Eccleſiaſtici, ſeu Epiſcopi.

7 V[illegible] movet A[illegible] in *d. c. decernimus n. 3.* [illegible] Aſſeſſoris [illegible] non eſſe [illegible] *authent. ut defuncti §. [illegible]* ubi Gloſſa ait quòd non poſſit reum [illegible] quærere, ſed debeat ipſemet Judex adeſſe in cognitione cauſæ, cum Aſſeſſor per ſe eam audire non poſſit, nec ferre: alioquin ſi ſententia à ſolo Aſſeſſore ferretur, irrita foret, niſi fortaſſis nudum exhiberet miniſterium legendi ſententiam, quia moris eſt, ut Prælati in ſublimioribus dignitatibus conſtituti mandent ſuo Cancellario laico, ut ſententiam privationis contra clericum ſcriptam alta voce legat: quia tunc Cancellarius utitur authoritate Prælati Eccleſiaſtici; imò poſſunt etiam laici ut Executores Prælati Eccleſiaſtici capere clericos, eoſque in carcerem detrudere. Cæterum laici ex ſe, & propria authoritate non debent ſe immiſcere negotiis Eccleſiaſticis, pertinet enim ad Judicem Eccleſiaſticum cognoſcere de cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus.

Quæritur quartò, ad quem pertineat cognoſcere, & judicare de jure patronatus, & ſepulturæ? Reſpondetur, ad ſolum Judicem Eccleſiaſticum, & id deſumi ex *c. quanto 3. h. t.* Ratio ex eo deſumitur, quia jus patronatus, vel ex natura ſua, ſeu objecto, proinde intrinſecè eſt quid ſpirituale: vel ſaltem eſt quid annexum rei ſpiritualis, proinde ejus cognitio ad judicium pertinet Eccleſiæ, quia quæ Religioſis adhærent, religioſa ſunt, *l. quæ Religioſis ff. de rei vindic.* proinde quæ adhærent ſpiritualibus ſunt etiam ſpiritualia, tum quia magis dignum attrahit ad ſe minus dignum *c. quod in dubiis de conſec. Eccleſ. vel altar.* unde ſi jus patronatus eſt annexum rei ſpirituali ab hac trahitur, fitque ſpirituale, & in cauſis ſpiritualibus laici non poſſunt eſſe Judices: conſequenter, nec in cauſa juris patronatus, quæ ita conjuncta eſt, & connexa ſpiritualibus, ut non niſi judicio Eccleſiaſtico definiri poſſit *c. Relatum de jure patron.* 8

An verò jus patronatus ſit intrinſecè, & ſecundum ſe quid ſpirituale, negat Felinus in *d. c. quanto 3. num. 1. h. t.* ubi aſſerit, eſſe tantum aliquid ſpirituale extrinſecè, eò quia ordinetur ad ſpiritualem beneficii collationem tanquam præambulum, adeò ut dicatur annexum ſpirituali antecedenter *c. de jure 16. de jure patron.* Firmat etiam ex eo, quia laici non poſſunt poſſidere jura intrinſecè ſpiritualia, & jus patronatus poſſidetur a laico, & tranſmittitur ad hæredes. Putamus tamen, jus patronatus intrinſecè, & ſecundum ſe eſſe ſpirituale, ut docet communior ſententia cum Alexandro in *rubric. h. t. num. 20.* quia nil obſtat aliquid intrinſecè, & in ſe ſpirituale ordinari ad aliud ſpirituale dignius, unde ratio Felini non evincit jus patronatus non eſſe intrinſecè ſpirituale: hinc ad ejus confirmationem [illegible] reſpondetur, laicos poſſe jura ſpiritualia poſſidere ex gratia, & conceſſione Eccleſiæ. Ex eo igitur, quod cauſa juris patronatus ſit intrinſecè, & ex ſuo objecto ſpiritualis de illa cognoſcere ad ſolum pertinet tribunal Eccleſiaſticum. Neque obſtat quod Ponti[illegible] ex in textu dicat, cauſam juris patronatus eſſe connexam cauſis ſpiritualibus, proinde non eſſe intrinſecè ſpiritualem, ſed tantum extrinſecè, quatenus ordinatur ad ſpiritualem collationem beneficii tanquam præambulum. Nam contra eſt, quia [illegible] controvertatur inter Canoniſtas, an cauſa juris patronatus ſit intrinſecè ſpiritualis, 9

vel

vel tantùm extrinſecè, ut connexa cauſæ ſpirituali, ideò Pontifex maluit in textu dicere, quod magis certum erat, & ab omnibus concedebatur, nimirum cauſam juris patronatus eſſe connexam cauſæ ſpirituali, proinde pertinere ad tribunal Eccleſiæ, eò quia de connexis, & acceſſoriis debeat eſſe idem judiciũ, ſeu diſpoſitio.

10 Notandum eſt, laicos poſſidere quaſi jus patronatus annexum collationi beneficii ſpiritualis ex ſpeciali conceſſione, & gratia Eccleſiæ, adeò ut ſit gratia, & beneficium, quod Eccleſia concedit laicis, ut poſſint jus patronatus poſſidere, ſeu præſentare clericum ad beneficium: non tamen Eccleſia ita permittit jus patronatus poſſideri a laicis, ut in eos transferat etiam jus cognoſcendi de eadem cauſa: quia hæc ſubjicitur judicio, & diſpoſitioni Eccleſiæ *c. quoniam 3. de jure patron.* Cæterum quamvis laicus non poſſit per ſe, & principaliter eſſe Judex in cauſa juris patronatus; poteſt nihilominus acceſſoriè, & ſecundariò de illa cognoſcere: quia ſicut divendito oppido, vel caſtro cum ſuis pertinentiis acceſſoriè tranſit etiam ad Emptorem jus patronatus adhærens eidem oppido *c. Ex litteris 7. de jure patron.* non quòd vendatur jus patronatus, ſed quia venditur caſtrum, cui inſeparabiliter adhæret, & quatenus acceſſorium ſequitur ſuum principale: ita licèt Judex ſæcularis nequeat per ſe, & principaliter judicare de Jure patronatus, poteſt nihilominus acceſſoriè ferendo ſententiam, quâ condemnatur poſſeſſor caſtri ad tradendum emptori caſtrum venditum unà cum ſuis pertinentiis juribus, & acceſſoriis, proinde quamvis in contractu venditionis nulla facta fuerit expreſſa mentio de jure patronatus (alioquin cenſeretur de illo judicium ferri principaliter,) adhuc tamen ut acceſſorium unà cum caſtro tranſit in Emptorem.

Hoc idem etiam procedit de jure ſepulturæ;
11 ut notat Abbas in *d. c. quanto 3. num. 10. h. t.* ſiquidem jus ſepulturæ, vel eſt intrinſecè, & ex natura ſua ip[illegible], perinde ac jus patronatus, vel ſaltem eſt ſpirituali annexum ad quod ordinatur, nimirum ad locum ſacrum, cœmeterium, vel Eccleſiam, ad eundem enim Judicem pertinet judicare de principali, ac de connexis, conſequenter cognoſcere de jure ſepulturæ pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum. Et [illegible] procedit, non ſolum ſi moveatur actio realis, & quæratur, [illegible] jus ſacræ ſepulturæ in cœmeterio, vel Eccleſia, aut alio loco ſacro competat: verum etiam ſi agatur actione perſonali, ut ſi Petrus Paulo promiſerit [illegible] ut ſe, & ejus hæredes in ſepul[illegible] ſuorum Majorum [illegible]antur, & poſtea [illegible] hujus promiſſionis dubitetur; co[illegible] de hac cauſa pertinet ad Judicem Eccl[illegible]m.

12 Quòd ſi [illegible] tantùm de facto, an Petrus [illegible] permi[illegible]um, ut ipſe, & ej[illegible] hære[illegible] majorum ſep[illegible]ur, nec [illegible] ſa poteſt Judex [illegible] promiſſio licèt [illegible] uid tacitum: unde [illegible] crimen, cu[illegible] verſia eſt de jure [illegible]pulturæ, & [illegible] actione reali, tunc cum res, ſeu ſepultura ſit quid ſpirituale,

cognoſcere, cuinam jus ſepulturæ in aliquo loco Eccleſiæ, vel cœmeterii competat, pertinet ad tribunal Eccleſiæ: ſive etiam actio perſonalis intentetur, ut ſi quis promiſerit alteri jus ſepulturæ in ſuo proprio ſepulchro, & dubitetur, an hæc promiſſio valeat, id tunc decidere pertinet etiam ad Judicem Eccleſiaſticum, eò quia promiſſio facta ſit de ſepultora in loco ſacro. Quòd ſi controverſia ſit tantùm de facto, an Petrus promiſerit Paulo jus ſepulturæ, nec ne; vel etiam de expenſis funeris, poteſt tunc etiam laicus cognoſcere, ut docent communiter cum Alexandro in *d. c. quanto 3. n. 16. h. t.*

Quæritur quintò, an clericus coram Judice ſæculari convictus de aliquo crimine, quod etiam confeſſus fuit, poſſit exinde ab Epiſcopo condemnari, & puniri? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. At ſi clerici 4. h. t.* quia neque ſententia eſt irrita, & nullius valoris, ſi feratur a Judice non competente, ſeu non habente juriſdictionem in judicatum: ita ipſa confeſſio, aut convictio coram ipſo facta, eſt irrita: ſicut enim ſententia a Judice non ſua lata non tenet *c. Ad aud. de conſuet. & l. fin. C. h. t. & non compet. Judic.* ita nec tenet confeſſio facta coram tali Judice *c. fin. de confeſſ.* Rurſus ſicut non nocet ſententia lata a Judice etiam competente non ſervato ordine juris, ut ſi indicia non fuerint ſufficientia ad capturam, vel torturam: ita neque nocet confeſſio, quamvis ratificata coram tali Judice non competente, ut notat Farinac. *lib. 11.* & Legi[illegible] in *l. penult. ff. de quæſt.* Notat tamen in *d. c. At ſi clerici* Decius *num. 7.* quod tametſi confeſſio facta coram Judice non competente nullius ſit efficaciæ, & non præjudicet confitenti in ordine ad condemnationem; poteſt tamen alios effectus non judiciales producere: ſiquidem ex tali confeſſione bonum nomen clerici, & ejus exiſtimatio coram Judice laico graviter læditur, proinde ad removendum ſcandalum eſt [illegible] indicenda canonica purgatio, ut notat Gloſſa hic *v. condemnandi.*

Rurſus ſi clericus non ex metu, ſed ſponte coram Judice ſæculari confiteatur crimen aliquod [illegible] talis confeſſio habet [illegible] confeſſionis extrajudicialis, adeò ut Judice Eccleſiaſtico ob [illegible]ndem confeſſionem capi poſſit, judicialiter examinari, imò & torqueri, ut notat Gloſſa [illegible] communiter recepta in *l. capite 25. ff. ad [illegible] § 1. de adult.* unde clericus convictus, & [illegible]ſus de crimine coram Judice ſæculari ex eo præciſè, quòd ex tali judicio fuerit cond[illegible] non poteſt [illegible], a ſuo [illegible], [illegible] clericus p[illegible] probationes coram [illegible] ce ſæculari [illegible] apparet reus [illegible]ter per easdem tam[illegible]m non eſt p[illegible] piſcopo; ſed debet convinci & c[illegible] foro Eccleſiaſtico ut E[illegible]cop[illegible] pœna debita: eſt [illegible] ſicut de [illegible] s. & [illegible] per[illegible] modi ordinem judiciarium con[illegible]ienter [illegible] tum coram Judice Eccleſiaſtico [illegible] confeſſus apparet reus [illegible] probatum fuerit, erit per [illegible] nenda promerita pœna *c. cum [illegible] de ordin. cognit. c. Offeramus 24. q. 1.* [illegible] pœna [illegible] tali

tali delicto impoſita ſit à jure, tunc ſufficit, ſi declaretur; & clericus convictus, & confeſſus eſt eadem puniendus. Judex enim debet ſententiam ferre juxta allegata, & probata *c. Paſt. §. quia de offic. deleg.* & injungere pœnam juxta præſcriptum juris, niſi cum illo diſpenſetur: quia diſpenſatio eſt relaxatio communis Juris facta cum cauſæ cognitione ab habente poteſtatem diſpenſandi, ut notat Gloſſa in *c. requiritis §. miſſi 1. q. 7.* cæterum pœnæ inſequuntur prout perſonæ, cauſæ, loca, & tempora exigunt *c. fin. de tranſact.* unde ſi cauſa ſubſit, poteſt Epiſcopus in caſibus ſibi permiſſis diſpenſare, miſericordia enim Judicis locum habet in his, quæ ipſius arbitrio relinquuntur: & ad bonum virum pertinet pœnas diminuere, ut docet Ariſtoteles *5. Ethic. c. 10.* ſecus in iis, quæ determinata ſunt juxta legem divinam, aut humanam; non poteſt Judex pœnam diminuere, ſed tenetur pœnam injungere, prout in jure præſcribitur; quia inferior non poteſt tollere, nec abrogare, nec immutare legem ſuperioris *c. cum inferior*
15 *de major. & obed.*

Quæritur ſextò, an ſententia lata in judicio ſæculari fidem faciat in Eccleſiaſtico? Reſpondetur, quòd ſicut ſententia lata à Judice non competente, ſeu non habente juriſdictionem in clericum, nullius eſt valoris; ita nec poteſt fidem ullam facere coram Judice competente in foro Eccleſiaſtico, ut notat Julius Clarus in *pract. q. 36. num. 40.* ubi infert, quòd ſi Judex ſæcularis mittat clericum à ſe captum ad Judicem Eccleſiaſticum; acta cum clerico coram Judice ſæculari, ſeu non competente fidem non faciunt, eò quia ſæcularis nullam habet juriſdictionem in clericum: proinde quæ judicialiter agit in ipſum, ſunt irrita, & perinde ſe habent, ac ſi acta non fuiſſent: ſecus acta coram Judice competente fidem faciunt in altero judicio inter eaſdem perſonas, & in ordine ad eundem finem, & effectum, ut notat Maſcardus *volum. 1. concluſ. 33.* & deſumitur ex *c. 2. de except. in 6.* ubi *juncta rubrica* dicitur, quòd exceptio rei judicatæ per Judicem Eccleſiaſticum ſit admittenda in foro ſæculari, quia ſententia lata à Judice uno competente ſervanda eſt à quocunque alio Judice: idque procedit non ſolùm de ſententia; verùm etiam de ipſis actis, ut docet Maſcardus *volum. 1. concluſ. 33. num. 8.* ubi ait, etiam acta coram arbitris ad inſtructionem cauſæ pertinentia fidem facere in ſequenti judicio, & deſumitur etiam ex *l. ult.* ubi tantùm additur, quòd ſi teſtis adhuc vivat, poſſit reus petere, ut iterum adducatur, & audiatur, idque declaratur exemplo, & doctrina D. Auguſtini in *c. Multi 18. cauſ. 2. q. 1.* ubi Auguſtinus ait: conſuetudinem Eccleſiæ eſſe, ut qui ſponte crimen confeſſus eſt, vel in judicio Eccleſiaſtico, aut ſæculari convictus à communione ſit arcendus, quod intelligitur, donec pœnitentiam egerit: hinc Judex Eccleſiaſticus, & ſæcularis, ſe mutuò juvare debent, adeò ut, ſi Eccleſia aliquem excommunicatione percuſſerit, debeat Judex ſæcularis requiſitus ab Eccleſiaſtico eum compellere ad obediendum Eccleſiæ; & è contra ſi Judex ſæcularis aliquem proſcripſit ob crimen patratum, debet Judex Eccleſiaſticus eum tanquam criminoſum habere; imò & compellere ad parendum Judici ſæculari.

Id tamen inter utrumque Judicem intereſt 16 diſcriminis, quia Eccleſiaſticus perſæpe debet petere, & examinare proceſſum Judicis ſæcularis, priuſquam rogatus ſuum præſtet auxilium, adeò ut Judex Eccleſiaſticus non poſſit compelli à ſæculari: quia coactio quæcunque ſit, ſuperioritatem indicat, & Judex ſæcularis tantùm abeſt, quòd præſit, ut potiùs ſubſit Judici Eccleſiaſtico: hinc Judex ſæcularis, ſi ab Eccleſiaſtico imponatur mera executio, ut jubeat à ſuis ſubditis vitari excommunicatum per ſententiam latam à Judice Eccleſiaſtico, proceſſum nequit petere, ſed tantùm ſimpliciter parere; niſi forìaſſis conſtaret proceſſum eſſe injuſtum. Quinimò ſi judicium ad diverſum finem inſtituatur, modúſque agendi varietur, tunc acta prioris judicis fidem non faciunt, ut notat Decius in *d. c. At ſi clerici 4. n. 15. h. t.*

Hinc ſi coram Judice ſæculari contra crimi- 17 noſum actum ſit ad pœnam legalem, & poſtea ſuper eodem crimine agatur ad pœnam Eccleſiaſticam coram Judice Eccleſiaſtico, acta coram priore Judice fidem non faciunt, quia variatur modus agendi: & id etiam procedit de criminalibus, quæ ſunt mixti fori; adeò ut in caſibus, quibus conceditur Judici Eccleſiaſtico cauſam de novo cognoſcere, licèt jam antea cognita fuerit coram ſæculari; vel etiam vice verſa, non teneatur Judex poſterior actis coram priore Judice fidem præſtare: quia in criminalibus mixti fori utraque reſpublica civilis, & Eccleſiaſtica læditur, proinde ad Judicem utriuſque pertinet proprio jure judicare de crimine, quo ejus reſpublica læditur, conſequenter poteſt quiſque proprium proceſſum inſtituere. Non tamen prohibetur Judex Eccleſiaſticus in favorem Rei, dummodo partes conſentiant, petito ſæcularis Judicis proceſſu ſe illi conformare, dummodò deprehendat, eum carere omni ſuſpicione erroris.

Circa tamen adulteria, & minora delicta 18 poteſt Epiſcopus poſt peractam pœnitentiam cum clericis diſpenſare, & deſumitur ex *c. At ſi clerici 4. § de adulter. h. t.* quis Epiſcopi poſſunt diſpenſare in iis criminibus, in quibus reperitur, eis à jure conceſſum eſſe *c. dilectus* & ibi Gloſſa *de temp. ordin.* atqui jus concedit, ut Epiſcopi poſſint in adulteriis, aliiſque adulterio minoribus delictis cum clericis diſpenſare poſt peractam pœnitentiam, ut habetur in textu *c. At ſi clerici 4. h. t.* Hinc ſi cauſa juſta ſupperat, rectè Epiſcopi cùm clericis ità criminoſis diſpenſant, ut notat Gloſſa in *d. c. At ſi clerici* ubi fusè diſcutit materiam diſpenſationis. Cæterùm adulterium eſt unum ex majoribus criminibus, quæ juxta canones privationem beneficiorum, imò & depoſitionem ab ordine clericali in perpetuum merentur: alia verò minora crimina, quæ tantùm abſolutè gravia ſunt, vel ſcandala inferunt aliis, ſuſpenſionem merentur ad certum tempus, ſeu donec clericus reſipuerit.

Quæ autem dicantur crimina minora adulterio, id arbitrandum eſt per ſuperiorem, ut notat Butrius in *d. c. At ſi Clerici* penſatis qualitatibus delictorum, & an cauſent irregularitatem c. *niſi de renunt.* Pœna autem injungenda eſt juxta gravitatem delictorum, & prout habetur in jure, adeo ut ſi lex canonica, vel conſuetudo Eccleſiæ dictet, Clericum ob crimen eſſe puniendum, nimirum ob adulterium, inceſtum, raptum violentum, eſſe privandum beneficio, hæc eadem pœna ſit ab Epiſcopo injungenda; nec poſſit Epiſcopus ſuo arbitrio talem pœnam remittere, ut notat Menochius *lib. 1. q. 96. num.* 10. & deſumitur ex *l. ſervo C. de vi* ubi dicitur, quòd pœnæ proſecutio, non mandatur voluntati Judicis, ſed legis authoritati reſervatur. Nihilominus ſi juſta cauſa ſuppetat, conceditur Judici etiam non ſupremo rigorem legis temperare, & pœnam minuere, ut notat Farinacius in *prax. crimin. lib. 1. tit. 2. q. 17. n. 7.* quod tamen intelligitur de pœnis non ipſo jure inflictis, quia has inferior non poteſt minuere, nec in illis diſpenſare, alioquin inferior poſſet tollere legem ſuperioris; ſed intelligitur de illis pœnis legalibus, ſeu canonicis, quæ ſunt ſententiæ ferendæ, ut quando à lege mandatur Judici, ut ob tale crimen talem interat pœnam depoſitionis, quam ex rationabili cauſa penſatis circumſtantiis poſſit minuere.

20 Quæritur ſeptimò, an Vaſallus conveniendus ſit coram Domino feudi? Reſpondetur, Dominum feudi habere ordinariam jurisdictionem ſibi à lege conceſſam, ut ſi inter ejus Vaſallos quæſtio orta ſit, quæ feudum ab ipſo acceptum concernat, poſſit de eadem cauſa cognoſcere, ut habetur in *lib. 2. feudor. conſtit. Imper. §. prætererea.* Verùm duo requiruntur, ut Domino feudi jurisdictio competat. Primum eſt, ut controverſia ſit ſuper feudo, ſeu jure feudali, adeò ut ex legibus feudorum debeat cauſa judicari, & lis decidi. Secundum, ut uterque litigantium agnoſcat ſe vaſallum talis Domini, quia ſi non Vaſallus cum Vaſallo contendat, tunc ad ordinarium Judicem, ſi hic diverſus ſit à Domino feudi, recurri debet, ut habetur in *lib. 2. feudor. tit 27. de pace tenenda §. ſi duo.* Quòd ſi Vaſallus cum Domino contendat de feudo, ſeu in cauſa feudali, tunc Pares curiæ cognoſcunt, ut docet Roſenthal. de *feud. c. 12. concluſ.* 2. Ratio igitur, cur Vaſallus conveniendus ſit coram Domino feudi, eſt, quia unusquisque coram ſuo proprio Judice conveniri debet *c. cum ſit de foro compet.* & cùm Dominus feudi habeat jurisdictionem ordinariam ſuper ſuos Vaſallos reſpectu cauſæ concernentis feudum c. *novit. 13. h. t.* & talis jurisdictio utpote data à lege ſit ordinaria, ut notat Innocentius in c. *cum ab eccleſ. de offic. ordin.* & etiam hæc jurisdictio tribuatur Domino feudi privativè ad jurisdictionem ordinariam *c. Ex transmiſſa 6. de foro compet.* ideo antequam appareat de ejus impotentia in ordine ad reddendam juſtitiam, Vaſallus reus non eſt conveniendus coram alio Judice, quàm coram ipſo Domino, ut habetur in textu *d. c. cæterum 5. h. t.* quòd ſi juſtitia apud Dominum feudi impetrari non poſſit, vel propter rebellionem Vaſalli, vel ob negligentiam, vel malitiam Domini; tum de cauſa feudi cognoſcit Judex rei conventi: quia regula generalis eſt, ut ſi inferiori per ſpecialem legem, aut præſcriptionem competat jurisdictio excluſo ordinario, tum ob defectum inferioris, ſive quia nolit, ſivè quia non poſſit juſtitiam exequi, jurisdictio devolvitur ad ordinarium: & quia plerumque Dominus feudi eſt etiam Judex ordinarius, tum ſi hic ſupremus ſit, & negligat juſtitiam adminiſtrare, cognitio cauſæ devolvitur ad Judicem Eccleſiaſticum c. *ex transmiſſo 6. de foro compet.* Sin verò Dominus feudi dependeat ab alio ſuperiore, tum is adeundus eſt, ut defectum, vel negligentiam ſuppleat inferioris, & juſtitiam adminiſtret, vel compellat Dominum feudi ad juſtitiam adminiſtrandam, Roſenthal de *feudo c. 12. concluſ. 2. n. 9.* Id procedit, quamvis Dominus feudi; ſit perſona Eccleſiaſtica, quia tametſi jurisdictio reſpectu feudi data ſit Domino feudi per legem civilem, ſeu imperialem: quia tamen Papa hanc diſpoſitionem approbavit *c. novit. 13. h. t.* extenditur ad Eccleſiaſticos non virtute legis civilis, ſed ratione approbationis Pontificiæ, ut notat Abbas in *d. c. cæterum 5. h. t.*

Quæritur octavò, an pars litigans compellenda ſit, ut exprimat in libello nomen actionis. 21
Notandum eſt, libellum juxta præſens inſtitutum eſſe brevem, claram, & ordinatam ſcripturam demonſtrantem Judici, & parti intentionem Actoris, & ut recto ordine libellus conſtruatur, debet continere, primò facti narrationem. Secundò cauſam inde elicitam, ſeu jus petendi. Tertiò ipſam petitionem, quæ eſt veluti concluſio ipſius libelli, ut notat Bartolus *l. ſi priusquam num. 13. ff. de nov. oper. nuntiat.* propter utrumque libellus offertur, ut nimirum ſciatur, quid petatur, & ex qua cauſa, officium debeat impertiri: ſiquidem Judex in cauſis civilibus, de quibus eſt ſermo, debet juxta Actoris petitionem ordinare formam judicii, & ſecundum hanc formam ſententiam proferre c. *Licet 31.* juncta Gloſſa *de ſimon.* hinc in *l. 3. c. de edendo* dicitur, quòd edita actio ſpeciem futuræ litis demonſtrat: propter adverſarium autem, ſeu reum, ut cognita actione, quâ reus convenitur, deliberare poſſit, an contendere velit, vel malit lite cedere *l. 1. ff. de edend.* Notat Bartolus, contractum, vel delictum eſſe cauſam remotam actionis perſonalis; & jus, ac correſpondentem actionem eſſe cauſam proximam; quia ex contractu, vel delicto oritur quædam obligatio, & ex obligatione actio, ſeu petitio iudicialis.

Difficultas eſt, an ſit pars compellenda ad exprimendum nomen actionis in libello, & reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. Dilectis 6. h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, in iure canonico non eſſe ſubtiliter inquirendum, cujusmodi actio intentetur, ſed ſufficiat inquirere purè factum, & rei veritatem. Ratio deſumitur ex eo: quia expreſſio actionis fuit introducta iure civili, ut nimirum clariùs appareret ius Actoris contra reum *l. 1. ff. de edend.* quia verò experientia deprehenſum 22

poſtea

poſtea fuerat, perſæpe hujuſmodi ſubtilitates in perniciem converti *l. penult. C. ad Trebel.* & ob omiſſum ordinem petendi frequenter jus petentis, qui bona fide procedebat, confundebatur *c. ſæpe de reſtit. ſpol.* idcò ut hæc incommoda declinarentur, ſtatutum fuit in *d. c. dilecti 6. h. t.* ut in cauſis Eccleſiaſticis, in quibus bona fide agitur, hujuſmodi juris civilis rigor, ac ſubtilitas non attendatur, ſed ſimpliciter procedatur ſecundum æquitatem inſpectâ ſolâ facti veritate, ut dicitur in textu *d. c. dilecti* & *c. 1. de dolo, & contum.*

23 Verum licèt in judicio Eccleſiaſtico ex jure canonico neceſſe non ſit proponere expreſsè cauſam, quæ etiam actio dicitur, ſi tamen quis eam proponeret, non tamen rejiceretur, ſed admitteretur, quòd ſi ineptam cauſam proponeret, ſuccumberet: poſſet tamen poſtea aptam, & congruentem proponere, quæ eſſet admittenda *c. Examinata 15. h. t.* Tenetur tamen actor factum ita clarè in libello proponere, ut ex illo jus agendi colligatur, quia nemo ſine actione expeditur *l. ſi pupilli §. fin. ff. de neg. geſt.* ſiquidem actio eſt jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur *inſtit. de action. in princ.* Quamobrem etiam de jure canonico neceſſe eſt, ut volenti in judicio agere competat actio, vel aliquid aliud vicem gerens actionis *c. de offic. Judic.* Unde licèt de jure canonico non ſit quis compellendus ad exprimendum nomen actionis, ſed ſufficiat proponere cauſam, ſeu actionem: cauſa tamen petendi debet ſemper apparere, ut Judex poſſit cognoſcere, in quid debeat reum condemnare *c. fin. de libel. oblat.*

24 Quòd ſi ex ipſa libelli conſtructione, ut etiam ex poſtea deductis in judicium dubitetur, quænam actio intentata ſit, debet tunc Judex eam eligere, quæ actori magis favet, *argum. l. ſi quis 65. de judic.* ad quod etiam vel maximè confert, ſi libello addatur clauſula, quam vocant ſalutarem, ſcilicet: *ſuper his omnibus peto mihi juſtitiam adminiſtrari omni meliori modo*, quia per hanc clauſulam ampliatur petitio actoria, ut omnis actio, omnéque remedium, quod in narratis virtualiter continetur, ſeu poteſt inde reſultare, cenſeatur in judicium deductum, ut notat Gailus *lib. 1. obſerv. 6. num. 11.* ubi addit, per hanc clauſulam implorari officium Judicis, & per eam poſſe etiam in litis progreſſu plus obtineri, quàm in libello petitum fuit. Quia verò in eodem libello plures poſſunt actiones cumulari, ſi ſe mutuò compatiantur, ut actio poſſeſſorii, & actio petitorii, tunc ut notat Gailus *lib. 1. obſerv. 61. num. 9.* tot requiruntur Judicia ſententiæ, quamvis in uno contextu, quot ſunt actiones: quòd ſi actiones contrariæ cumulentur, libellus eſt ſubſtantialiter vitioſus, niſi proponantur actiones alternativè una poſt aliam.

25 Quæritur nonò, an excommunicatus poſſit agere in judicio? Reſpondetur, excommunicatum majori excommunicatione non poſſe in judicio agere, ſeu alterum convenire, idque deſumitur ex *c. Intelleximus 7. h. t.* quia ligatus majori excommunicatione eſt ſeparatus à fidelium communione *c. ſi quem de ſent. excommun.* proinde ſi eſſet actor in judicio, hæc Eccleſiaſtica cenſura haberetur contemptui: ſiquidem contra illam in conſortio fidelium admitteretur ligatus majore excommunicatione *c. cum inter de except.* hinc Eccleſia ſtatuit, ut excommunicatus nequeat in judicio eſſe actor, ut inde magis timeatur Eccleſiaſtica cenſura, & evitetur periculum communionis, ac vitium reprimatur contumaciæ: & ipſe excommunicatus dum ita excluditur, rubore ſuffuſus ad reconciliationis affectum faciliùs inducatur *c. 1. de except. in 6.* Tum quia vel ligatus majori excommunicatione vult agere in cauſa ſuæ excommunicationis, ac probare eam latam eſſe injuſtè; & tunc ad judicium non admittitur, niſi priùs abſolvatur: ſin autem proponat eſſe irritam, tunc ad probandam intentionem admitti quidem poteſt, ſed conſultiùs ſemper eſt, ut priùs ad cautelam abſolvatur, quam audiatur *c. per tuas 40. de ſent. excommun.* vel ligatus majori excommunicatione vult agere in alia cauſa, & tunc repellendus eſt à Judice ex officio: quinimò ſi excommunicatus ſit toleratus poteſt etiam repelli. Verùm ſi nec à Judice, nec ab adverſario repellatur, acta judicii ſuum ſortiuntur valorem, & hæc procedunt de quavis actione civili, & criminali in foro Eccleſiaſtico, & ſæculari, & ſive excommunicatus velit per ſe immediatè agere, vel mediatè per Procuratorem *juxta regulam 77. Quod alicui non licet ſuo nomine, nec alieno licebit.* Præterea quemcunque excommunicatum poſſe per exceptionem a reo excludi, ac repelli, dummodo ſi excommunicatio non ſit notoria, poſſit eam intra octiduum probare, habetur in *c. 1. de except. in 6.* Quòd etiam excommunicatus non vitandus poſſit à Judice repelli, ſi excommunicatio ſit notoria, ex eo etiam deſumitur, quia jure antiquo talis erat repellendus, & poſt Concilii Conſtantienſis extravagantem jure novo id intereſt diſcriminis inter excommunicatum vitandum, & non vitandum; quia ille repelli debet; & hic poteſt; adeò ut nihil de rigore juris antiqui remiſſum ſit in favorem excommunicati.

26 Cæterum licèt excommunicatus non poſſit agere in judicio, ſeu alterum convenire, ut actor; poteſt tamen ipſe ut reus conveniri: & ratio habetur in textu *d. c. intelleximus 7. h. t.* ne ex ſua iniquitate commodum reportet, nemo enim ex proprio delicto debet conditionem ſuam meliorem facere *c. noſ. diſt. 12. l. itaque ff. de furt.* Sin autem excommunicatus vitandus non poſſet conveniri, defraudaretur actor jure ſuo, & reus excommunicatus non ſolvendo, commodum ex proprio delicto reportaret *c. ſi verè de ſent. excommun.* Hinc in odium ejuſdem excommunicati permittitur in jure ut poſſit conveniri, debet tamen per alium in judicio reſpondere *c. excommun. §. cred. de hæret.* Unde cùm excommunicatus dicitur eſſe repellendus à judicio, debent excipi caſus in jure expreſſi *c. penult. & fin. de except.*

Quæritur decimò, an clericus de quovis 27
crimine conveniendus ſemper ſit coram Judice

Eccleſiaſtico? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Clerici 8. h. t.* ubi Lucius III. reſcribit, clericum de omni crimine eſſe conveniendum coram Judice Eccleſiaſtico, & contrariam conſuetudinem non prævalere: habetur etiam in *c. Eccleſia* 10. *de conſtit.* & quia unuaquisque à ſuo Judice habente juriadictionem eſt judicandua *c. ſi diligenti de foro compet.* & proprius Judex clericorum de jure commûni ſit Epiſcopua, ideo ne delicta remaneant impunita *c. ut fama de ſent. excommun.* clericus conveniendus eſt de jure commûni coram ſuo Epiſcopo: vel de jure ſpeciali coram alia perſona Eccleſiaſtica *c. Inolita* 11. *q.* 1. Tum quia ſi clericua eſſet conveniendus coram Judice ſæculari, id in cauſia præſertim criminalibua cederet in grave opprobrium, ac contemptum Ordinia clericalis, quia Judicea ſæculares ſtatu inferiores judicarent clericoa ob eorum crimina, ac punirent contra rectum ordinem rationis præſcribentis, inferiorem à ſuperiore puniendum eſſe, non è converſo ſuperiorem ab inferiore. Tum quia ſententia Judicia eſt quaſi quædam ſpecialis lex in aliquo particulari facto *c. cùm inter de re judic.* & ſicuc lex generalis debet habere vim coactivam, ut docet Ariſtoteles 10. *Ethic. c. fin.* ita ſententia ab illo ferenda eſt, qui eſt ſuperior, vimque habet coactivam, quâ poſſit utraque para adigi ad ſervandam ſententiam: alioquin ut docet D. Thomas 2. 2. *q* 67. *art.* 1. judicium foret inefficax. Imò nec conſuetudine quantumvis immemoriali fieri poteſt, ut clericua conveniendus ſit coram Judice ſæculari, quia talis conſuetudo eſſet contra Eccleſiaſticam libertatem, & ſtatuta Eccleſiæ *c. ad aud. de conſult.* Tum quia per talem conſuetudinem injuria irrogaretur Eccleſiæ, quod procul dubiu iniquum foret *c.* 2. *de foro compet.* hinc quamvia conſuetudo inolita ſit à tempore etiam immemoriali, nunquam poteſt vim ullam obtinere, ſed ut corruptela extirpanda omnino eſt *c. noverit de ſent. excommun.*

28 Præterea quod non poteſt facere lex, nec poteſt facere conſuetudo: ſiquidem conſuetudo inducitur tacito conſenſu *l. de quibus ff. de legit.* lex verò per conſenſum expreſſum, & non tacitum *c.* 2. *de conſtit.* & regulariter validior eſt conſenſus expreſſua, quàm tacitua *c. nullus de elect. in 6.* unde ſi lex emanata à poteſtate ſæculari non poteſt ſtatuta canonum tollere: à fortiori, nec conſuetudo inducta à laicia: ſed lex ſæcularis non poteſt abolere ſtatuta canonum, inter quæ habetur, ut clerici non poſſint trahi ad tribunal laicorum, ut liquet ex congeſtia à Gratiano *cauſ.* 11. *q.* 1. proinde nec conſuetudo à ſæcularibus inducta potia eſt, hanc clericorum exemptionem abolere. Tum quia Magiſtratus ſæcularia cùm ſit ſubordinatus Eccleſiaſtico non poteſt ejus decreta tollere, præſertim ſi diſponant circa materiam propriam, & Eccleſiaſticam, cujusmodi ſunt res ſacræ, & perſonæ Eccleſiaſticæ. Quòd ſi vaſa Eccleſiæ, veſtes ſacræ, & alia, quæ pertinent ad Eccleſiam, eximuntur à poteſtate ſæcularium; etiam ipſæ perſonæ Eccleſiaſticæ à fortiori debent eximi. Neque obſtat, ſi dicas, conſuetudinem derogare legi *c. fin. de conſuet.* quia illud eſt ex legis permiſſione, quæ potuiſſet etiam facere, ut conſuetudo nunquam derogaret legi *c. de conſtit. in 6.*

Quæritur undecimò, ad quem pertineat providere, ut in judiciis debitæ ſerventur ſolemnitatea, quæ ſi omittantur judicium ſit fruſtratorium? Reſpondetur, ex officio id pertinere ad Judicem, & deſumitur ex *c. cauſam 9. h. t.* ratio eſt, quia hæc proviſio non ſolum tendit in commodum partium, ſed etiam in publicum bonum, ne litea ſint perpetuæ, & ne, quæ jam credebantur ſopitæ, iterum ſuſcitentur: & quia promovere publicum commodum præſertim in ordine ad imponendum finem litibus pertinet ad Judicem *c. finem de dolo, & contum.* Ideo Judex tenetur ex officio providere, ut debitæ ſolemnitatea ſerventur in judiciis. Quòd ſi Judex advertat ex defectu requiſitæ ſolemnitatis acta judicii poſſe irritari, tenetur ex officio providere, ut notant communiter Canoniſtæ præſertim Felinus in *d. c. cauſam 9. n. 1.* & Decius *n. 2. h. t.* ubi addunt, Judicem poſſe compellere Procuratorem ad exhibendum mandatum, vel etiam ad cavendum de rato, ſi de eo dubitetur: quia Judex non ad petitionem partis, ſed ex proprio officio, etiam parte non petente poteſt ſupplere, ſi agatur de bono non merè privato, verùm etiam de publico, vel de honore ipſius Judicis: hinc poteſt libellum ineptum rejicere, accuſatorem, vel teſtem jure inhabilem repellere: quia ratione boni publici intereſt, ut litea finiantur, & non perpetuentur. 29

Quæritur duodecimò, quomodo clericus deprehenſus in gravi crimine, & convictus puniendus ſit à Judice Eccleſiaſtico? Certum eſt, clericum ob crimen à clericali ordine depoſitum, adhuc manere ſub jurisdictione Eccleſiæ, ac gaudere privilegio fori, quia per hoc, quòd prohibeatur exercere actua ſui ordinis, non eximitur à jurisdictione Eccleſiaſtica. Reſpondetur ad quæſitum, quòd tametſi ob ſimplex homicidium, vel furtum ſecundùm leges, & ſtatuta locorum laicus puniatur ultimo ſupplicio; clericus tamen non traditur brachio ſæculari, niſi poſt inflictaa pœnas, quaa Eccleſia ſolet infligere, delictum iteret, adeò ut fiat incorrigibilis, videaturque poteſtatem Eccleſiaſticam contemnere, quia cùm tunc Eccleſia non habeat ampliùs modum coercendi hominem, eum tradit curiæ ſæculari puniendum, & tunc clericua ob iteratum crimen actualiter degradatua, & traditus Judici ſæculari efficitur de illiua foro, adeò ut Judex ſæcularis poſſit ſecundùm leges civilea eum punire *c. de pœnis in 6.* ſolet tamen in tali caſu Eccleſia pro tali homine precari, ut Judex velit moderari ſententiam citra mortis periculum *c. novimus 27. de V. S.* Verùm non obſtante hac deprecatione Judex laicus utitur jure ſuo, hinc clericus depoſitua, incorrigibilis, excommunicandus eſt, & ſucceſſivè anathematizandua, quia pœna debet commenſurari delicto *c. diſciplin. diſt. 45.* adeò ut pœnarum varietaa requiratur ſecundùm varietatem delictorum, ne 30

fiat

ſiat inſtar imperiti Medici, qui unico collyrio omnium oculos mederi velit *c. neceſſe diſt. 29.*

31 Rurſus quia incorrigibilitas delictum aggravat *c. unum. diſt. 25.* ſequitur, Clericum qui ob aliquod delictum fuit depoſitus, ob ejus auctam contumaciam eſſe graviori pœna puniendum *c. ut fama de ſent. excom.* Hinc poſtquam fuerit depoſitus, & deprehenſus incorrigibilis, excommunicatur ſine nimia tamen ſolemnitate, ut adhuc detur ei occaſio reſipiſcendi, dum per excommunicationem privatur conſortio, & ſocietate omnium fidelium: quòd ſi hæc pœna non ſufficiat, debet eadam promulgari majori cum ſolemnitate, & ad majorem terrorem & ut difficiliùs abſolutionem obtineat; & hiſce ſolemnitatibus in jure canonico dicitur anathemate percuti: quòd ſi ita percuſſus adhuc ſit contumax, tunc comprimendus eſt per Judicem ſæcularem: quia ne delicta maneant impunita, & ad evitanda peccata, debet una poteſtas alteri oppitulari *c. ſignificavit de offic. ordin. c. Principes 23. q. 5.* & quia ad puniendа delicta graviora aliquando Eccleſiaſticæ pœnæ non ſufficiunt; & pœna eſt infligenda juxra gravitatem delicti *c. Clericus 3. q. 4.* ideò ſi Clericus ad id devenerit, ut eccleſiaſticæ pœnæ eidem ſint contemptui, nec Eccleſia habeat, quid debeat ulteriùs facere, tradit tunc eum Judici ſæculari, ut ſuis pœnis gravioribus eum coërceat *c. ſi quis ſacerdotum 11. q. 1.*

32 Quæritur tertiodecimò, ad quem pertineat cognoſcere ſuper dubiis ortis circa privilegia Sedis Apoſtolicæ. Quæſtio eſt de privilegiis conceſſis à ſede Apoſtolica, ut de privilegiis exemptionis, de quibus interdum dubitatur, an legitimè collata, aut impetrata fuerint, & quouſque ſe extendant? Reſpondetur de dubiis privilegiorum Sedis Apoſtolicæ ſolum Papam per ſe, & non per alios cognoſcere, & deſumitur ex *c. cùm veniſſent 12. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, neminem præter Papam poſſe ejus privilegia interpretari, quod tamen intelligitur de interpretatione neceſſaria obtinente vim legis, ſeu decreti generalis, quia hanc interpretationem ſolus Princeps, qui eſt author legis, & non inferior poteſt facere, ſiquidem ejuſdem eſt interpretari legem, cujus eſt legem condere: hinc ſicut ſolus Papa poteſt interpretari privilegia, quæ conceduntur à Sede Apoſtolica, & poteſt ea condere; ita ſolus Papa, & non inferior Judex poteſt cognoſcere de dubiis ortis circa privilegia Sedis Apoſtolicæ. Quòd ſi partes in judicio contendant non de dubio circa interpretationem privilegii, ſed de dubio incidente circa privilegium conceſſum à Papa; tunc Judex inferior non prohibetur cognoſcere, an tale privilegium conceſſum fuerit, nec ne: ut etiam ſi privilegium ſit clarum in verbis, Judex poteſt declarare illud obſtare, vel non, & tunc interpretatio non præjudicat, nec aliis affert obligationem præterquam partibus contendentibus, niſi velint à ſententia appellare. Quòd ſi Princeps, vel Papa legem, aut privilegium à ſe conceſſum interpretetur, tunc abſolutè ſtandum eſt ejus interpretationi, tametſi diſcrepet à mente illius, qui priùs privilegium conceſſerat, quia tunc Pontifex derogat priori privilegio, & novum concedit juxta ſuam intentionem.

Quid verò dicendum ſi dubium oriatur de 33
privilegio exemptionis, ſeu immediatæ ſubjectionis à Sede Romana, an in tali cauſa poſſit Papa cognoſcere, videtur eſſe aliqua difficultas quia nemo poteſt eſſe Iudex in cauſa propria *l. unic. l. ne quis in propria cauſa judicet.* Verùm dicendum eſt, non habentem ſuperiorem poſſe Judicem eſſe in propria cauſa, & deſumitur ex *l. & hoc 41. ff. de hered. inſtituend.* ubi Tiberius Imparator in cauſa propria ſententiam tulit, Putârim tamen, tunc conſultiùs eſſe ac conformiùs juri naturali, ſi Princeps litem dirimendam committat arbitris, vel conſtituat Judices ordinarios ſuper cauſis inter ipſum, & ſubditos *l. 2. C. ſi adverſus fiſcum*, ubi habetur quòd in controverſia inter fiſcum Cæſaris, & perſonam privatam ſuborta Procurator Cæſaris unà cum Præſide debeat eſſe Judex, quod hodiè etiam fieri ſolet: ſiquidem lites fiſcales cognoſcuntur, & terminantur ab iis, qui cameræ, ſeu fiſco Principis præſident, qui proinde debent eſſe viri probi, timoratæ conſcientiæ, & abſque perſonarum acceptione, ut quod æquum eſt inter Principem, & ſubditos pronuntient.

Sin verò ſermo ſit de Principe habente ſupe- 34
riorem, is in cauſa propria non poteſt Iudex eſſe, niſi injuria ipſi illata notoria ſit, quia tunc eſt potiùs juris executor, quàm Judex cauſæ, ut notat Abbas in *d. c. cùm veniſſent 12. n. 9. h. t.* ubi addit id etiam procedere de Iudice ordinario, ſeu Epiſcopo, Quòd ſi in alia re damnum patiatur, non poteſt procedere contra illud inferentem, ſi hic non ſit ejus ſubditus. Imò ſi injuria directè inferatur ipſi Epiſcopo, non poteſt hic in ea eſſe Judex *c. 1. de pœnis in 6.* quia tunc eſſet Judex in cauſa propria *argum. c. bidui* atenim eſt cauſa propria, quia damnum ad ſe ipſum ſpectat. Excipitur tamen niſi injuria Prælato illata directè notoria eſſet, quia tunc eſſet potiùs executor juſtitiæ, quatenus inferret pœnam non juxta proprium arbitrium, ſed ſecundùm leges.

Cæterùm Prælatus ad defendenda ſua jura, 35
& ſuæ Eccleſiæ, poteſt extrajudicialiter procedere, cenſuras comminari, & etiam inferre, dummodo bona fide ſit in poſſeſſione eorundem jurium, ut docet Innocentius in *c. venerabilis n. 3. de conſib.* etenim ſi Epiſcopus Monaſterienſis contra Hollandos & alios finitimos populos poteſt poſſeſſionem ſuorum jurium armis materialibus defendere, ut pluries contigit, cur non etiam armis ſpiritualibus, & excommunicatione, & anathemate percutere uſurpatores? ſi enim Epiſcopus ſit in poſſeſſione viſitandi inferiores Eccleſias, & eorum Rectores nolent eum admittere ſub prætexto exemptionis, poteſt Epiſcopus poſſeſſionem ſuam tueri.

Quæritur quartodecimò, an Judex Eccleſia- 36
ſticus poſſit procedere contra quemlibet peccatorem etiam laicum: ratio dubitandi eſt, quia cùm poteſtas Eccleſiaſtica, & ſæcularis ſint diverſæ, neutra ſe negotiis alterius debet immiſcere, nec una debet alteram impedire, adeò ut nec ſæcularis ſe immiſceat negotiis Eccleſiaſticis, nec Eccleſiaſticus negotiis ſæcularibus. Nihilominus

reſpondetur, Judicem Eccleſiaſticum poſſe procedere contra quemlibet peccatorem etiam laicum ex *c. Novit ille 13 h.t.* ubi Innocentius III. reſcribit; cognoſcere de quocunque peccato ſpectare ad Papam, & præſertim de perjurio, & fractione pacis publicæ, & corripere quemlibet peccatorem per viam denuntiationis evangelicæ. Ratio ex eo deſumitur, quia Epiſcopus eſt Judex ordinarius omnium, quæ domicilium habent in ſua diœceſi, & ad ipſum ſpectat providere, ut vitia extirpentur, pravæ conſuetudines excludantur, & peccata evitentur *c.1. de offic. ordin. c. duo ſunt diſt. 99.* unde ad Eccleſiaſticum Prælatum pertinet de quolibet peccato mortali ſubditos corrigere, & per cenſuras, ſi opus ſit, etiam detrectantes compellere, ut emendentur, quod tamen intelligitur per viam denuntiationis evangelicæ: quia Judex Eccleſiaſticus non ſe immiſcet ad cognoſcenda, & punienda crimina laicorum, qui ſubjiciuntur alteri temporali jurisdictioni, niſi in certis caſibus: & quamvis denuntians delictum fratris apud Prælatum Eccleſiaſticum ſi ſolam ejus emendationem intendat, non teneatur illud probare, ſed ſufficiat ſi per indicia illud probabile reddat, quia tunc ſuppetit ſufficiens argumentum, ut fides denuntianti prælucat: nihilominus ſi denuntians agat etiam de ſuo proprio intereſſe, ut damnum ſibi illatum compenſetur, aut ablatum reſtituatur, tunc neceſſaria eſt probatio, & requiritur proceſſus judiciarius ſaltem de plano, ut docent communiter Canoniſtæ, & præſertim Abbas in *d. c. novit. 13. n. 21. h.t.* ubi monet, quòd licèt denuntiatio evangelica, quæ eſt merè charitativa, ſi tendat ad ſolam emendationem fratris, vel proximi generatim, & ordinariè admittatur à Judice Eccleſiaſtico, dummodo privata monitio præceſſerit;
37 nihilominus denuntiatio judicialis, ſi denuntians agat de ſuo privato intereſſe inter perſonas laicas ordinariè non admittitur ab Eccleſia, ſed denuntians remittitur ad ſuum Judicem ſæcularem: excipitur tamen niſi Judex ſæcularis nolit juſtitiam adminiſtrare, quia tunc Judex Eccleſiaſticus ſupplet negligentiam laici *c. ex tenore 11. de for compet.* vel niſi cauſa ratione juramenti, vel pacis violatæ fiat Eccleſiaſtica, ut dicitur in textu *d.c. novit. 13. h.t.* vel niſi deficiat Judex, quia reus nullum ſuperiorem Judicem habet, à quo cogi poſſit, ut notat Abbas in *d. c. novit. n. 41.* Neceſſe tamen eſt, ut tum denuntiationem judicialem præcedat privata monitio, & crimen à denuntiante probetur ad hoc ut proceſſus judicialis ſaltem de plano inſtituatur, ut notat Abbas in *d.c. Novit. n. 31.*

38 Hinc oritur difficultas inter Canoniſtas, an denuntiatio, de qua fit mentio in *d. c. Novit.* 13. *h t.* fuerit merè charitativa, & evangelica in ordine ad tantùm corrigendum peccatum proximi, an verò fuerit etiam judicialis. Plures cenſent, fuiſſe denuntiationem tantùm evangelicam, & merè charitativam tendentem ad ſolam emendationem proximi, & ex eo probant: quia Papa in *d. c. Novit.* ſe fundat ſuper authoritate evangelica deſumpta ex *c. 18.* ubi Chriſtus ait, *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum: ſi te audierit lucratus eris fratrem tuum: ſi te non audierit, adhibe tecum unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum; quòd ſi te non audierit dic Eccleſiæ.* Tum quia in *d.c. Novit.* Rex Angliæ paratus erat probare, ſe proceſſiſſe ſecundùm formam, ſeu regulam Evangelicam. Tum quia Pontifex etiam aſſerit, quòd cùm vocatus fuerit ad regimen univerſalis Eccleſiæ debeat procedere ſecundùm formam mandati divini, ex quibus videtur colligi, hanc denuntiationem fuiſſe evangelicam. Nihilominùs communior, & verior ſententia docet, hanc denuntiationem non fuiſſe purè evangelicam, & charitativam, ſed etiam judicialem, laicus enim ratione peccati ſubjicitur foro eccleſiaſtico, ut deſumitur ex *d.c. novit.* & quidem etiam antequam committatur, ut evincit Barboſa in *collect. in d.c. novit. n. 5.* unde Judex Eccleſiaſticus poteſt juridicè cognoſcere de peccato commiſſo à laico, præſertim ſi agatur de violatione pacis juratæ, quia tunc ratione juramenti Judex Eccleſiaſticus cognoſcit de tali crimine. Præterea, quia hæc cauſa commiſſa fuit Judicibus delegatis, ut ab ipſis tractaretur quidem de plano, non tamen ſine omni proceſſu judiciario. Idque deſumitur clarè ex textu in *d.c. novit.* quia ibi mandatur delegatis, ut audiant querelam Regis Angliæ contra Regem Galliæ, & cognoſcant, an cauſa juſta ſit, vel an exceptio Regis Galliæ ſit legitima: proinde Rex Angliæ non ſe fundabat ſimpliciter ſuper peccato; verùm etiam ſuper proprio intereſſe: & quando denuntiatio fit in ordine ad proprium intereſſe, eſt judicialis.

Quòd ſi dicas, in textu allegari authoritatem evangelii. Reſpondetur, id fieri, quia hæc denuntiatio judicialis inducta eſt inſtar evangelicæ, in qua ſicut requiritur, ut monitio præcedat; ita etiam in hac judiciali, tametſi hæc ultra correctionem peccati, eò etiam tendat, ut denuntians ſervetur illæſus. Cæterùm in quæſtionibus ortis circa feuda Principum ſæcularium Papa non ſe immiſcet, quia talis cognitio ſpectato jure communi pertinet ad dominum feudi: id tamen procedit de jure cōmuni; quia per ſpeciale privilegiū poteſt aliter conſtitui, ut quæſtiones de feudo ab aliis poſſint decidi. & fortaſſis, ut notat Innocentius in *d.c. nov. 13. n. 5. h t.* Rex Angliæ habuit hoc privilegium, ut in quæſtionibus ortis ſuper feudo comitatus Pictaviæ, non ad ipſum Regem Galliæ, ut feudi dominum, aut ad Regni Proceres judicium pertineret, ſed communi partium conſenſu Judices, aut arbitri ſtatuerentur: ſiquidem privilegium datum Regi Angliæ à Rege Galliæ, cùm ſit privilegium non datum ſubdito, non eſt ampliùs revocabile, quia ut notat Felinus in *d.c. novit. n. 8.* conceſſio talis privilegii cenſetur juris abdicatio facta. Et hoc etiam procedit, ſi per conſuetudinem tale quid introductum ſit, quia ut notat Gloſſa hîc *V. conſuetudinem* privilegium, & præſcripta conſuetudo paria ſunt, dummodo ſit capacitas in uſucapiente, ut limitat Abbas in *d.c. novit. n. 22* In hoc autem caſu ſi non ſubditus, ut fuit Rex Angliæ controverſiam habeat cum Rege Galliæ, & hæc non poſſit per tranſactionem componi, tunc cognoſcere ſuper hac cauſa pertinet ad Papam, ut etiam ſi controverſia ſit inter Vaſallum, & pares curiæ ſint ſuſpecti

ſpecti, nec lis poſſit aliter componi : & ratio petitur ex neceſſitate, & ad impedienda cruenta bella inter Chriſtianos.

40 Quæritur quintodecimò, an ſi ſententia injuſtè dicatur lata, ejus denuntiatio debeat admitti à Prælato Eccleſiaſtico etiam poſtquam tranſivit in rem judicatam, eò quia intra decendium non fuerit appellatum ? Reſpondetur, quòd ſi injuſtitia expreſſa fuit in ſententia, tum ipſo jure eſt irrita, & retractanda, quamvis ab ea non appelletur *l. 1. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* Sin verò injuſtitia non exprimatur in ſententia, ſed nihilominus lata ſit contra jus partis, ſcilicet non ſecundùm probata, & allegata, vel non ſecundum jura, & receptas conſuetudines, tunc valet plerumque ipſo jure : ſed contra eam appellari poteſt, ut etiam ſi ſententia ſit tantùm materialiter injuſta, eò quia Judex judicaverit quidem ſecundùm allegata, & probata, ſed poſtea detegitur error ob alia inſtrumenta recèns inventa. Hinc ſi ſententia, quæ ipſo jure valida erat, dicatur injuſtè lata, & injuſtitia ſit notoria, & manifeſta ex confeſſione adverſarii, tunc admitti poteſt denuntiatio : cùm is, in cujus favorem ſententia fuit injuſtè lata, non poſſit rem ſibi adjudicatam ſine peccato retinere : ideò ad hoc peccatum avertendum, & ne committatur, ſi aliter impediri non poteſt, denuntiandum eſt Eccleſiæ, ad quam ſpectat peccata impedire, ne fiant : ſic denuntiatio ſententiæ injuſtè latæ, etiam poſtquam hæc tranſivit in rem judicatam, eò quia intra decendium non fuerit appellatum, admitti debet à Prælato Eccleſiaſticò. Quinimò eſt etiam admittenda, quamvis injuſtitia ſententiæ notoria non ſit, neque qui cauſam vicit, eam confiteatur: ſi tamen victus, vel etiam alius ſe offerat ad probandum, quòd ſententia injuſtè lata ſit formalis injuſtitia, & quòd id ſciat victor, qui propterea verſetur in peccato lethali: & ratio deſumitur ex *d. c. novit. 13. h. t.* quia quando Chriſtianus non vult deſiſtere à peccato mortali, in quo verſatur, poteſt Eccleſiæ denuntiari, ut impediat peccatum, & compellat verſantem in illo deſiſtere, ac reſipiſcere: & quia is, in cujus favorem lata eſt ſententia injuſta, ſcit, & cognoſcit, ſententiam injuſtè pro ſe latam eſſe, nequit rem ſibi adjudicatam ſine peccato lethali retinere, ideò ſi eam retineat, denuntiari id poteſt Eccleſiæ, ut hæc tale peccatum impediat.

41 Neque obſtat, quòd etiam ex jure canonico ſententia lata tranſeat poſt decendium in rem judicatam. Nam inde non ſequitur, quòd propterea non poſſit ampliùs retractari. Quia vel Victor fatetur, ſententiam fuiſſe injuſtè latam, vel etiam id eſt per ſe notorium, & tunc quamvis præſumptio juris, & de jure ſit, ut pro juſtitia cenſeatur judicatum, contra quam non admittitur probatio in contrarium ; hæc tamen præſumptio ceſſat, poſtquam de contrario, ſeu de formali injuſtitia conſtiterit, & tunc ſententia lata, quamvis tranſierit in rem judicatam, debet retractari à Judice, qui ſi detrectaret eam retractare, tunc neceſſaria eſt denuntiatio evangelica, ut Eccleſia impediat peccatum injuſtitiæ. Tum quia quando juſtitia non poteſt impetrari à Judice laico, recurrendum eſt ad judicem Eccleſiaſticum : ſin verò notorium ſit, ſententiam eſſe injuſtè latam, tunc adhuc poteſt fieri denuntiatio evangelica, quia denuntians directè non agit, ut reſcindatur ſententia, ſed ut impediatur peccatum, quod non poteſt tolli, niſi fiat denuntiatio evangelica contra latam ſententiam, & tunc petitur etiam reſtitutio contra ſententiam. Tum quia ut notat Felinus in *d. c. novit. 13. n. 5. h. t.* ſicut ad minuendas lites actio ex ſimplici promiſſione non conceditur in foro civili, imò & ſecundùm aliquos, nec in foro Eccleſiaſtico, & tamen denuntiatio admittitur ad impediendum peccatum, in quo is verſatur, qui ſimplicem promiſſionem à ſe acceptatam violat : ita à pari ut lites minuantur, quamvis contra latam à Judice ſententiam poſt decendium ampliùs in judicio, qui cauſâ cecidit, non ſit audiendus, ſi eam velit oppugnare, eò quia poſt decendium ſententia lata tranſierit in rem judicatam ; attamen in jure canonico, & foro Eccleſiaſtico per viam denuntiationis ad tollendum, vel impediendum peccatum admittuntur probationes. Quòd ſi ſententia tantùm materialiter fuerit injuſtè lata ob aliquem errorem, apparente poſtea veritate in inſtrumentis recèns inventis obligationem non inducit. Siquidem hæc ſententia materialiter injuſta interdum retractatur non ſolùm jure ſingulari ſi lata ſit contra minorennem, contra Eccleſiam, vel ſiſcum, verùm etiam ſi contra majorem, tunc enim ſaltem ex Principis gratia ſententia retractatur : atqui Princeps hanc ſententiam non retractaret, ſi parti jus acquiſitum eſſet, non enim poteſt Princeps derogare juri acquiſito alteri.

42 Quæritur ſextodecimò, an principalis perſona teneatur per ſe ſuam cauſam proponere in judicio ? Reſpondetur ea, quæ in facto conſiſtunt eſſe ab ipſa perſona principali in judicio proponenda, & deſumitur ex *c. Paſtoralis 14. h. t.* ubi ſtatuitur, ut principales perſonæ per ſe ipſas factum proponant, & non per alias, niſi ſint exceptæ, cujusmodi ſunt minores, furioſi, prodigi, mulieres luxurioſæ, quibus accenſentur, communitates, perſonæ illuſtres, & excommunicati vitandi, qui per alios debent in judicio reſpondere : quia factum eſt ab iis proponendum, à quibus veritas meliùs ſcitur : & quia indiſcreti ſæpè falluntur *c. dilectus de ſponſal.* & ex alio capite ſimplicitati faveatur *c. cùm pro parvulis de conſec. diſt. 4.* ideò ſi ob ſimplicitatem partis timeatur, ne in proponendo, vel reſpondendo capiatur, tunc ejus defectus de Judicis licentia poteſt per Advocatum ſuppleri *l. clarum C. de author. præſt.* Ratio verò, cur principalis perſona per ſe non per Advocatum debeat factum proponere in judicio, ſi non ſit indiſcreta, ex eo deſumitur, quia quisque præſumitur de ſuo facto meliùs ſcire veritatem, quàm ſciant advocati, & extranei *c. ab excommun.* & ibi Gloſſa de *reſcript. c. videtur qui matrim. accuſ. poſſ.* & quia veritas in judicio inquirenda eſt ab iis, qui eam meliùs ſciunt *c. ſcriptum de elect. c. præſentium de teſtib. in 6.* ſequitur, quòd ea, quæ conſiſtunt in facto, debeant ab ipſa perſona principali, dummodo non ſit indiſcreta, proponi, adeò ut partes teneantur per ſe ipſas immediatè factum proponere, &

Digitized by Google

re, & reſpondere, ut notat Gloſſa in *l.2. C. de juram. calum.* Hinc Principalis debet litem conteſtari, ut in eam conſentiat, quia ipſe principalis eſt, qui ſit Dominus litis, & obligationem contrahit erga adverſarium. Tum quia ad Judicis interrogationes, & adverſarii poſitiones poteſt principalis per ſe immediatè reſpondere, ut notat Gloſſa in *c.1. de confeſſ.*

43 Verùm licèt advocati excludantur in propoſitione, & reſponſione facti, nihilominus non excluditur officium advocati in iis, quæ ſunt juris, & circa quæ verſatur eorum officium; hinc quicquid jus tangit, poteſt pars expedire per ſuum advocatum, ut notat Baldus in *d. l.2. C. de juram. calum.* Quòd ſi Advocatus etiam reſponderat in his, quæ ſunt facti, Judice, & parte non contradicentibus, talis confeſſio tunc præjudicat parti, quia hæc conſenſit in ſui præjudicium, & valet etiam quoad litis conteſtationem, ut notat Joannes Andreas in *c. in præſentia de prob.* Quamobrem quæ ad jus ſpectant, poſſunt ab advocato expediri, quo pacto poteſt advocatus libellum aptum formare, poſitiones, & exceptiones ordinare, quem tamen debet clientulus juvare, eum de facto ipſo, & omnibus circumſtantiis bene informando: ſiquidem ex facto jus deſumi debet, hoc eſt juxta varietatem factorum decent variæ actiones inſtitui, ac varia depromi jura, hac ratione dicitur in *l. unic. C. qua. deſunt.* poſſe Judicem ex officio ſupplere allegando, quæ juris publici ſunt, ſi fortaſſe minùs à parte litigante, vel ab Advocato dictum fuit, non ita poſſe Judicem ſupplere, quæ conſiſtunt in facto, ſi eorum notitiam non habeat, ut perſona publica, ſeu ut Judex.

44 Cæterùm etiam in his, quæ in facto conſiſtunt, poteſt advocatus intereſſe, ut caveat, ne clientulus obſcura poſitione decipiatur, ut notat Joannes Andreas in *d. c. Paſtoralis 14. n. 3. h. t.* Verùm obſervandum eſt in hoc textu, Papam non intendere Procuratores excludere, quia Procurator litem conteſtatur, ut ejus Dominus efficitur *c. 1. de Procurat. in 6.* Tum quia ſententia ferenda eſt in præſentia Procuratoris *l. 1. C. de ſent.* Quòd ſi Dominus juſtior eſſet, quàm Procurator, tunc Judex ex officio poteſt providere, ut ipſe Dominus compareat per ſe ad reſpondendum *l. fin. C. de Procurat.* & notat Gloſſa in *c. 1. de judic. in 6.*

45 Quæritur decimoſeptimò, an ſi intentio, & petitio Actoris inepta fuit, Reus debeat abſolvi ab inſtantia hujus judicii? Reſpondetur affirmativè, idque deſumi ex *c. Examinata 15. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd quando actor proponit ſuam actionem, vel intentionem ineptè, ut ſi velit probare, quòd jus patronatûs poſſidebat tempore, quo Eccleſia juris patronatûs erat apud tertium ſequeſtrata, tunc Reus abſolvitur: ſed ſi Actor iterùm aptè agat, tenetur reus reſpondere. Obſervandum eſt, ſequeſtrum non ſolùm de rebus corporalibus procedere, verùm etiam de incorporalibus, ſeu juribus, quia in textu jus patronatûs erat ſequeſtratum penes Vicarium, ut nimirum ipſe tanquam Depoſitarius interim illud detineret, & ſuo tempore Rectorem, ſeu beneficiatum præſentaret, ut notat Innocentius in *d. c. Examinata 15. n. 1. h. t.* ſiquidem ad hoc communi partium conſenſu ſequeſtrum factum fuit, ut interim quæ ratione juris patronatûs facienda erant, Vicarius expediret.

Neque refert, talem non eſſe patronum, quia ſufficit, ſi ſit loco patroni: ſicut, nec is patronus eſt, ſed loco patroni, qui caſtrum, cui jus patronatûs annexum eſt nomine hypothecæ poſſidet, relictâ ipſi poteſtate præſentandi, ut notat Joannes Andreas in *c. cum Bertoldus n. 22. de ſent. & re judic.* Ratio igitur, cur ſi actio, & intentio ſint ineptæ, imò & ſola intentio, debeat Reus abſolvi ab inſtantia judicii ex eo deſumitur, quia non debet Actor admitti ad id probandum, quod probatum nihil relevat, *c. cum contingat de offic. deleg.* & quia Actore non probante Reus abſolvitur *l. qui accuſare C. de edend.* & unuſquiſque præſumendus ſemper ſit bonus, donec probetur malus *c. unic. de ſcrutin. in ord. facien.* & Judex teneatur ſententiam dicere juxta allegata, & approbata *c. 1. de conceſſ. prabend. in 6.* ideò quando aptè non probatur contra Reum, jura promptiora ſunt & paratiora ad abſolvendum, quàm ad condemnandum *l. favor §. de regul. jur.* Hinc ſi in libello appareat Actoris intentio inepta, tenetur Judex eam pronuntiare ineptam, & reum, ſeu adverſarium ab ea abſolvere *l. 1. in princ. §. ſi mens. falſ. mod. dix.* Idque procedit, quando ab initio libelli ineptitudo non patet, quia ſi pateret teneretur Judex ex officio ſtatim ab initio libellum rejicere *c. 1. de offic. Vicar.* Imò procedit, quando dubium conſiſtit in facto, quia Judex non debet ſupplere de facto, ſed tantum de jure, proinde non debet ſtatim talem libellum rejicere, nec probationes Actoris ſupplere: ſed tenetur expectare, donec per debitos terminos obſervatos ſibi conſtet de ineptitudine ex adductis probationibus, ut notat Abbas in *d. c. Examinata 15. h. t.* quòd ſi dubium conſiſtat in jure, tunc teneretur Judex ex officio ſupplere, ne judicium reddatur deluſorium, ut notat Gloſſa 2. *in c. 1. de elect. in 6.* 46

Quòd ſi Actor ſuam actionem, vel intentionem corrigat, & aptè proponat, tunc eſt audiendus: ratio eſt, quia ſententia, quâ abſolvitur reus ab obſervatione judicii ob libellum malè conceptum ab Actore eſt tantùm interlocutoria, quâ non imponitur finis cauſæ; ſed tantùm perimitur illa inſtantia *l. propter. §. Et ſi quidem* & ibi Gloſſa *c. de judic.* & cùm ex diverſis non fiat illatio *l. Papin. ff. de minor.* ſequitur, quòd per pronuntiationem abſolutoriam factam in hac parte non impediatur Actor, quin poſſit poſtea congruentem, & aptam actionem intentare, ut habetur in *d. c. Examinata 15. h. t.* Hinc res judicata in una inſtantia non præjudicat in alia ex diverſa cauſa, ut notat Bartol. in *l. cum Titio ff. de accuſat.* id autem intelligitur, ſi Judex dicat abſolvo te propter libellum malè conceptum, vel propter abſentiam accuſatoris: ſecus ſi dicat, abſolvo te, quia ſolviſti, vel quia Actor non probavit: & ratio diſcriminis eſt, quia in primo caſu ſententia eſt tantùm interlocutoria, & in ſecundo definitiva, poſt quam non auditur ampliùs Actor 47

obſtante

obſtante exceptione rei judicatæ in tota cauſa, ut notat Abbas in *c. Abbate de re judic. in 6.*

48 Quæritur decimo octavò, an Religioſi habentes adminiſtrationem, vel beneficium poſſint ſuper juribus ſuis agere, & conveniri in judicio? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. cum deputati 16. h. t.* ubi Innocentius III. prohibet Judicibus tam ſæcularibus, quàm eccleſiaſticis, ne repellant præceptores, qui habentur domi fratrum militiæ templi, ſi velint agere, vel defendere ſuas cauſas, nec ſit ex illis requirendum, ex qua ſint natione. Ratio eſt, quia ſemel, quòd quis præficitur alicui adminiſtrationi, facultatem enancifcitur agendi ſuper juribus ejusdem adminiſtrationis, tametſi adminiſtrator ſit manualis, ſeu poſſit amoveri ad nutum ſuperioris *clement. 1. de reſcript.* & quia præceptores templi, de quib⁹ loquitur textus in *d. c deputati* comparantur Inſtitutoribus, qui dominico negotio præponuntur, ut notat Innocentius in *d. c. cum deputati* ideò prohibetur, ne quis in proſecutione cauſarum domorum ſuarum ex defectu authoritatis repellat, vel impediat hos præceptores ab agendo, & reſpondendo *c. Monachi à monaſterio* & ibi Gloſſa *16 q. 1.* neque religio illis obeſſe poteſt, ſiquidem ubi agitur de utilitate monaſterii, poſſunt etiam Religioſi de licentia ſuperioris agere in judicio in *d. c. Monachi 16. q. 1.* & hæc licentia præſumitur, eò ipſo quòd Religioſus præponitur adminiſtrationi, ut notat Gloſſa in *d. c. Monachi*, unde ex eo, quòd ſit Religioſus, non eſt repellendus à judicio, ut non poſſit ſua jura defendere. Verùm ſi loquamur de honeſtate, conſultiùs foret, ſi monaſteria ad ſuas cauſas in judicio agendas conſtituerent ſyndicum ſæcularem, ne Religioſi à choro, & altari vocentur ad ſtrepitus, & tumultus cauſarum *c. unic. de ſyndicis.*

49 Cæterum de jure poſſunt Religioſi habentes adminiſtrationem, aut beneficium ſuper ſuis juribus agere, & non eſt iisdem objiciendum, quòd ſint exteræ nationis: ſiquidem in omni gente, qui juſtitiam adminiſtrat, acceptus eſt Deo *c. Ad decorem de inſtitut.* Tum quia ſemel quòd quis à ſuperiore præponitur ad aliquod negotium, præſumitur ad illud eſſe idoneus *c. Eorum 11. q. 3.* & *l. verius ff. de probat.* unde quamvis exteræ ſint nationis, ſi tamen laudabiliter exequantur ſui Ordinis officium, id ſufficit; nec eſt ulteriùs quærendum.

50 Difficultas tamen eſſe poſſet, ſi Religioſus gerens adminiſtrationem eſſet ſub Prælato ſuperiore conſtitutus, vel commendatarius ſub magiſtro Ordinis militiæ, quisnam eſſet tunc præferendus ſuperior ne? an inferior gerens adminiſtrationem? Reſpondetur cum Innocentio in *c. olim 12. de reſtit. ſpoliat.* cum diſtinctione, vel enim uterque ſimul gerit adminiſtrationem jurium, ac bonorum actu, & tunc inferior poteſt agere, ſi ſuperior id ei permittat: alioquin ſi ipſemet ſuperior velit per ſe agere, ac defendere ſua jura, eſt præferendus inferiori, ut deſumitur ex *clement. 1. juncta Gloſſa V. licere.* & ita communiter docent Canoniſtæ, addentes id procedere etiam in Obedientiariis, hoc eſt in iis, qui ad nutum ſuperioris poſſunt removeri ab adminiſtratione, hi enim pro ſuæ Eccleſiæ, vel beneficii, vel domus ſibi commendatæ tuendis juribus agere poſſunt in judicio. Vel inferior habet adminiſtrationem in actu, & ſuperior tantùm in habitu, adeò ut ordinariè non ſe immiſceat, & tunc præferendus eſt adminiſtrator, ut is potiùs in judicio agat, & conveniatur in cauſis pertinentibus ad Eccleſiam, vel adminiſtrationem, ſuperior enim ordinariè ſe non immiſcet, niſi ad ſupplendum defectum inferioris *c. edoceri 21. de reſcript.*

Quòd ſi controverſia ſit de jure decimarum, potius Parochus agere debet, quàm Epiſcopus, ſiquidem jus decimarum ſpecialiter, & proximè ad Parochum pertinet, qui ſi negligat jura decimarum defendere, vel ad ea tuenda ſit minùs ſufficiens; tunc defendere hujusmodi jura ſpectat ad Epiſcopum, quia hic ex officio tenetur generalem curam gerere omnium jurium ſuæ diœceſis. Quòd ſi aliqua cauſa æquè ad Epiſcopum pertineat, & Parochum, ut ſi quartam partem decimarum percipiat, tum & ipſe agere poterit: & tunc etiam datur locus præventioni, ut notat Joannes Monachus in *c. 1. n. 3. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* Non tamen vacante Eccleſia inferiori, ut parochiali, corrit contra ipſam præſcriptio, quia caret defenſore, ſeu Parocho, ad quem principaliter pertinet ejus jura defendere, nec ſufficit, ſi adſit mediatus, ſeu Epiſcopus, qui poſſit eam defendere, & deſumitur ex *c. 10. de reb Eccleſ. non alien. in 6.* ubi declaratur, quòd alienatio decimarum parochialium non valeat, tametſi facta ſit ab Epiſcopo conſentiente capitulo, ſi alienatio contigit tempore, quo Eccleſia parochialis vacabat. Verùm id limitatur, niſi eidem Eccleſiæ defenſor priùs ab Epiſcopo deputatus eſſet: ſicut enim pupillo, qui caret Tutore, eſt aſſignandus defenſor, ſi bona illius alienentur; ita multò magis eſt conſtituendus defenſor Eccleſiæ collegiatæ, quando vacat, ne damnum eidem inferatur. 51

Quæritur decimo nonò, an Judices Eccleſiaſtici teneantur laicis adminiſtrare juſtitiam, ſi iſti conquerantur de clericis? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. qualiter 17. h t.* ubi ſtatuitur, ut Prælati plenam exhibeant juſtitiam laicis conquerentibus contra clericos non obſtante clericorum ſruſtratoria appellatione: ratio eſt, quia nemini debet juſtitia denegari *l. juſtitia ff. de juſtit. & jure*, & unusquiſque conveniendus eſt coram ſuo proprio Judice *c. cùm ſit 8. de for. compet.* & proprius Judex clericorum eſt Prælatus Eccleſiaſticus *c. 1. de offic. ordin.* ideò ſi laici conquerantur de clericis, tenentur Prælati Eccleſiaſtici plenam juſtitiam iisdem adminiſtrare, & tunc Eccleſiaſticus Judex debet procedere ſecundùm leges fori Eccleſiaſtici, non civilis *c. quod Clerici 9. de for. compet. l. 3. §. teſtes de teſtib.* hinc quamvis ſecundùm leges civiles ante ſententiam definitivam non liceat appellare; quia tamen ſecundùm canones etiam à ſententia interlocutoria licitum eſt appellare, ſi adſit rationabilis cauſa *c. ſuper 12.* & *c. ut debitus 59. de appellat.* ideò id ſervari etiam 52

etiam debet à laiao, ſi in foro Eccleſiaſtico litiget cum clerico.

53 Cæterum tanentur Judiaes Eccleſiaſtici laicis conquerentibus da claricia adminiſtrare juſtitiam non obſtante fruſtratoria appallationa, quia remedium appellationis non fuit inſtitutum ad defenſionam iniqnitatis, ſed in præſidium innocantiæ *c. ad noſtram de appellat.* Tum quia appellatio fruſtratoria eſſet ad ſubterfugiendam juſtitiam in præjudicium partis advarſæ, proinde talis appellatio non debet à Judice Eccleſiaſtico admitti, ut habetur in texta *c. qualiter 17. h. t.* Cæterum quamvis ob defectum juſtitiæ in foro ſæculari poſſit Judex Eccleſiaſticua aognoſcere ſuper cauſis pertinentibus ad fornm ſæcolare, ut habetur in *c. Ex transmiſſa 6. de for. compet.* Non tamen vice verſa Judex ſæcularia poteit ſupplare defectum Judicis Ecclaſiaſtici: ratio diſcriminis eſt, quia clerici nunquam trahi poſſunt à laicis ad ſuum judicium: ſiquidem Judex ſæcularia nullam habet jurisdictionem in alericoa, nea actu, nec habitu, cùm ſit omninò încapax illius *c. cauſam de præſcript.* & *c. ſacerd. 11. q. 1.* Reua autem debet conveniri coram eo, qui ob jurisdictionem poteſt ipſum judicare, proinde ſi Judex Eccleſiaſticus negligat juſtitiam adminiſtrare contra clericũ, non eſt is trahendus ad Judicem ſæcularem, ſed ad ſuperiorem ejusdem Judicis Eccleſiaſtici, ut habatur in *c. fin. de for. compet.* Tum quia minor nonquam ſupplet negligentiam majoris, niſi in caſibua in jure expreſſis, nt notat Innocentius in *c. quia de conceſſ. præbend.* Judex autem ſæcularis eſt ſemper inferior Eccleſiaſtico, ut habetur in *clement. Romani de jurejur.* & in jure canonico nullibi reperitur expreſſum quòd ſæcularis poſſit ſupplere negligentiam Ecaleſiaſtici, imò id reperitur omninò prohibitum in *c. ſignificaſti 18. de foro compet.* & in *c. Inolita 11. q. 1.*

54 Neque obſtat, quòd in *c. ſi quis cum clerico. q. 1.* & in *authent. ut Cler. apud prop. Epiſcop. in princ. col. 6.* videatur aſſeri quòd Epiſcopo negligenta cauſa deferanda ſit ad judicem civilem. Reſpondetur anim, hujusmodi jura fuiſſe poſtea ravocata per textum in *c. qualiter 17.* ut etiam per alia poſteriora iisdem contraria, ut notat Abbas in *d. c. qualiter*, quapropter Judex ſæcularis nullo modo debet ſe immiſcere in nagotiis clericorum; nec ſe intromittere contra alericum, ut habetur in *c. ſignificâſti de foro compet.* Laicus tamen propter negligentiam Judicia ſæcularis, trahitur ad Eccleſiaſticum: quia Eccleſia habet jurisdictionem atiam in laicos, quam ad impediendam injuſtitiam, & peccatum poteſt ſemper exercere *c. ſolita de major. & obed.* Ratio igitur diſcriminis, cur laicua trahi poſſit ad forum Eccleſiaſticum, non vice verſa clericus ad forum Judiais ſæcularia eſt; quia Iudex ſæaularis eſt incapax jurisdictionis Eccleſiaſticæ, adeò ut ſaltem de jure ordinario non poſſit eam exercere: ſecus Iudex Eccleſiaſticus eſt capax jurisdictionis circa ea, quæ da rebua civilibna etiam inter laicos judicialiter aguntur. Hinc moris fuit antiqnitua, ut cauſæ civilea fidelium ad Epiſcopum loci deferrantur cognoſcendæ.

Quæritur vigaſimò, an Iudax, qni ut pri- 55
vatus, habat conſimilem cauſam ei, quam agitat, poſſit recuſari? Reſpondetur affirmative, & deſumitur ex *c. cauſam 18. h. t.* ubi Innocentius III. declarat, quòd quando quis creatur Iudex in aliqua cauſa, ſi cognoſcatur habere ſimilem, vel quaſi ſimilem cauſam cum alio poſſit, ac debeat deponi. Ratio eſt, qnia Iudex debet carera omni ſuſpiaione injuſtitiæ *c. ſuſpicionis de offic. deleg.* & in hoc caſu non careret omni ſuſpicione injuſtitiæ: quia præſumptio eſt, ipſum ita judicaturum ſicuti pro ſe ipſo in ſimili cauſa cupit jndicari, ne ſibi ipſi contradicat, vel ut ao jure utatur erga alios, quo jure cupit agi erga ſe ipſum; & ponitur exemplum: quærebatur enim, an monaſterium ratione viſitationia, & procurationis ſubjiceretur Archidiacono Carnotenſi; & ſimilem controverſiam aum monaſteriis aliquibus hababat Archidiaconua Pariſienſia; qni propterea, ſi Iudex fuiſſet in priori cauſa Archidiaconi Carnotenſia, facilè ſententiam dixiſſet in favorem Carnotenſis, ne ſibi habenti conſimilem cauſam præjudicâſſet: proinde Pontifex mandat, ut tunc Iudex, qui habet conſimilem cauſam cum alio poſſit, ac debeat recuſari: quia videretur nimis favorabilis eſſe ei parti, quæ petit coram ipſo, ut ipſa faciat, quod ipſe petit coram alio: ſiquidem qua ratione putat æquum, quod petit ut pars, putabit etiam æquum eſſe quod judicat ut Iudex; quia conſcientia non poteſt eſſe diviſa in eodem facto *c. penult. de elect. in 6.* & hæc eſt vera ratio, cur tunc talis Iudex poſſit, ac debeat recuſari, ut dicitur in textu *c. cauſam 18. h. t.* & in *l. Prætor. ff. de jurisdic. om. Judic.* pari pacto qui fuit Advocatus, ſen quã dedit conſilium in cauſa, repellitur à judicando ut ſuſpectns *c. tria q. 7.* rurſua à teſtimonio repellitur, qui ſimili laborat morbo *c. perſonas de teſtib.* Quòd ſi quæratur, an quævis ſimilitudo cauſæ ſufficiat ad repellendum Iudicem. Reſpondetur, ſimilitudinem genericam non ſufficere, ſed debere eſſa ſimilitudinem in ſpecie: ut quia Iudex habet ut privatus cauſam ſuper exceptiona, & committitur ſibi ſimilis cauſa ſuper exceptione; tunc quia ſimilitudo eſt in ſpecie; poteſt, & debet Iudex recuſari: non ita ſi ſimilitudo eſſet tantùm in genere reſpactu ejusdem qualitatis, ut ſi quælibet cauſa ſit ſpiritualis, ut notat Gloſſa in *d. c. cauſam 18. h. t.* Regulariter tunc ſimilitudo dicitur ſufficiens ad recuſandum Iudicem, quando ex ſimilitudine cauſæ cauſa Iudicis ut privatæ perſonæ poteſt reddi fortior, nt etiam ſi Iudex uni parti litigantium cenſeatur nimis favere, tunc enim recuſari potaſt ab alia parte ut ſuſpectus, & peti à ſuperiora, ſi ille ſit delegatus, ut aliua vica ipſius ſubrogetur.

Quæritnr vigaſimo primò, an ſi Iudicea de 56
principali, & de axceptionibua præjudicialibus ſimul cognoſcant: poſſit ab iisdem licitè appallari: Reſpond. affirmativè, & deſumitur ax *c. exhibita 19.* ubi Honotiua III. daclarat, qnòd ſi Iudices ſimul cognoſcant de cauſa principali, & ſimul de excaptionibus præjudicialibus, vel ſi teſtes recipiantur

pitur ſuper principali lite non conteſtata, licitè ab iis appelletur, & quidquid tentatur poſt appellationem ſit irritum. Ratio eſt, quia quando Judices ita procedunt, utique pervertunt ordinem juris, ac di[illegible]rſis proceſſibus negotium potiùs implicant, quã explicent, t[illegible] cas miſcentes, & partem aggravantes: [illegible]quidem exceptiones pr[illegible]udiciales à parte propoſitæ eſſent prius a Judice cognoſcendæ, quam negotium principale: quia iis probatis quæſtio principalis eſt perempta *c. tuam* & ibi Gloſſa *de ordine cognit.* Tum quia hic ſimultaneus proceſſus habet quandam repugnantiam, qui[illegible] tales exce[illegible]iones exigunt, ut non procedatur. & Judex ni[illegible]ominus procedit, qui propterea videtur exceptiones illas rejicere; & nihilominus adhuc procedit ſuper ipſis, quo pacto videtur ſibi contrarius, ut notat Abbas in *d. c. Exhibita 19. h. t.* proinde tunc licitè poteſt a tali Judice appellari. Tum quia a quolibet gravamine poteſt pars appellare *c. debitus de appell.* Poſſet tamen contra hanc appellationem objici, quia ubi in cauſa omittitur ordo ſubſtantialis, & neceſſarius, vel pervertitur, non valet ſententia ipſo jure *l. prolatam*, & ibi Gloſſa *c. de ſent. interloc.* atqui à ſententia nulla non datur appellatio *l. certa. C. quam prob. non eſt neceſſe*, proinde hæc appellatio eſt tunc ſupervacanea. Sed contra, quia licèt ordo ſit de ſubſtantia, non tamen perverſio ordinis juſtitiæ ſemper de facto irritat proceſſum; quia nulli[illegible] expreſsè probatur, hunc ordinem eſſe ſet vanitum ſubſtantialiter, ut notat Abbas in *d. c. cauſam 18. h. t.*

57 Cæterum ut notant Canoniſtæ cum Gloſſa in *l. 1. tit. quam prob. non eſt neceſſe*, conſultiùs eſt, ut, qui appellat dicat, ſententiam nullius eſſe valoris, vel ſententiam eſſ[illegible] iniquam, & ab ea ſe propterea appellare. Cæterum ordo judiciorum eſt, ut offeratur libellus, lis conteſtetur, juretur de calumnia, depoſitiones teſtium conſcribantur, & publicentur, ſententia ſcribatur, & à Judice proferatur, quæ tamen omnia non ſunt de ſubſtantia talis ordinis, ut notat Bartulus in *l. ſi expreſſ. ff. de appell. n. 4.* Quod ſi ſuper principali lite non conteſtata teſtes recipiantur, etiam poteſt appellari, quia eſt de ſubſtantia judicii, ut litis conteſtatio præcedat teſtium receptionem, atque ante illam *c. quoniam §. ſunt ut lite non conteſtata non proced. ad teſt. recept.* proinde ſi omittatur talis ordo, [illegible]ars gravatur, & proceſſus eſt irritus, & licèt ſit proceſſus nullus adhuc poteſt q[illegible]is appellare, ad ſcilicet evitandu[illegible] tacti gravamen: quia niſi a[illegible]lletur, ſolent Judices ad ulteriora procedere: hinc datur etiam locus appellationi[illegible] ſententia Judicis ſit ipſo jure nulla, quia id cedit in gr[illegible]vamen ma[illegible]num ſaltem de facto quò Judex [illegible] ſententiam [illegible]rof[illegible]rat [illegible] de ne illam [illegible], pot[illegible] [illegible] [illegible] provocare a[illegible] m ſup[illegible]iot[illegible] & tunc [illegible] ſicit alteri [illegible] [illegible]bare, [illegible] q[illegible] ſenten[illegible] fu[illegible] [illegible] vel [illegible] e pe[illegible] [illegible] ea app[illegible] um fuiſſet, quia in [illegible] ca[illegible] quæ viti[illegible] talis ſententiæ [illegible] [illegible]n re[illegible], ut notat B[illegible]tolus [illegible] *d. [illegible] ſi expr[illegible]. 19. ff. de [illegible] at.* Quæ[illegible] [illegible]tur [illegible]n tur appella[illegible] ſuper [illegible] gravaminibu[illegible] hæ[illegible] [illegible]a cenſenda eſt, ſi vel unum co[illegible] probatum fuerit,

& attentata poſt talem appellationem ſunt irrita.

Quæritur vigeſimo ſecundò, an non obſtante lapſu triennii poſſit Judex delegatus in cauſa ſibi commiſſa procede[illegible]re? O[illegible]ſ[illegible]andum eſt pro ſolutione quæſiti, jure Cæſareo [illegible]atutum eſſe, ut lis ſeu [illegible]is inſtantia, ſi ſit criminalis, biennio finiatur; ſin verò civi[illegible]s triennio, & hoc tempus numerand[illegible]m ſit a litis conteſtatione *l. properandum 13. C. h. t.* excipiantur tamen cauſæ [illegible]ca-les, & quæ pertinent ad publicas exactiones, & tributa. Imò id etiam ampl[illegible]atur quadrupliciter. Primò ut peremp[illegible]o ju[illegible] o per lapſum temporis etiam acta ordi[illegible]ia [illegible], nimirum citatio, libelli oblatio, l[illegible]tis c[illegible] [illegible]o, latiad[illegible]i[illegible], & alia id genus pereant, ac de[illegible]eant de novo aſſumi. Secundò ut ſententia poſt [illegible]pſum tem[illegible]oris lata ſit ipſo jure irrita, quia deeſt ca[illegible]a [illegible]ſficiens, ſeu juriſdictio, & poteſtas jud[illegible]candi, quæ perimitur unà cum tempore, ut notat Glo[illegible] [illegible]cepta in *l. properandum 13. h. t.* Ter[illegible] [illegible] tempus inſtantiæ conſenſu partium prorogari non poſſit, ut notat Gloſſa in *d. l. properandum*, [illegible] tempus definitur ob publicam utili[illegible]tem, & [illegible] lites in infinitum protrahantur: & [illegible]us [illegible]blicum privatorum pactis tolli non po[illegible]t *l. privat[illegible] [illegible] C. h. t.* Quartò ut peremp[illegible]io inſtantiæ c[illegible] [illegible] cadat in cauſis ſummariis, quæ citius expe[illegible]un-tur, ut etiam quando Judex ex mero o[illegible]ſ[illegible]o p[illegible]cedit per inq[illegible]ſ[illegible]ionem.

Limi[illegible]atur autem [illegible]ontra ſi ob neg[illegible] ge[illegible] Judicis cauſa ultra tempus ſtatut[illegible]m p[illegible] [illegible]tur, is enim puniendus eſt, & actor [illegible] [illegible] it, contra lapſum temporis re[illegible]ituitur *l. ſed etſi 26. §. ait Prætor ff. ex quibus cauſis.* O[illegible] [illegible]andum tamen eſt, Judicem non eſſe c[illegible]lpan[illegible] niſi Actor inſtet [illegible]ri, ut notat A[illegible]as in *c. venerabilis 20, n. 19. h. t.* quòd [illegible] ob mul[illegible]tudinem cauſarum, vel aliud legitimum impedime[illegible]tum cauſa non potuit expediri, non videtur tunc tempus peremptum, quia non præſumitur currere, qu[illegible]an-do non poteſt agi. Se[illegible] un[illegible] o[illegible]imit[illegible]tur, [illegible]lo adverſarii, vel alteri[illegible]s perſo[illegible]æ tem[illegible]us e[illegible]tractum fuit, quia tunc datur actio de dol[illegible] ut actor recup[illegible]r[illegible], quanti [illegible]a int[illegible]ſt *l. arbi[illegible] 19. §. dolo ff. de dolo.* T[illegible]rti[illegible] qu[illegible] Judex [illegible]am in perempta inſtantia judic[illegible] non po[illegible] [illegible]are de negotio principali, poteſt ni[illegible]ominus [illegible] acceſſo[illegible]is, ut an culpâ rei fue[illegible] [illegible]us extractum, q[illegible]d ſi ita [illegible]t, reus condemn[illegible]ur ad expe[illegible]as. H[illegible] præmi[illegible]s reſp[illegible]ndetur ad quæſitum, [illegible] [illegible]tiam jud[illegible] [illegible]apſu triennii no[illegible] [illegible]erim[illegible] ade[illegible] ut de jure canonic[illegible] poſſi[illegible] de[illegible]gatus in ca[illegible]a ſ[illegible] [illegible]miſſa proced[illegible]r[illegible]. Ra[illegible], quia de j[illegible]re [illegible]no[illegible] [illegible]o ſemper po[illegible]eſt appe[illegible] in [illegible]auſa a[illegible] [illegible] gravam[illegible] *c. [illegible] de appellat.* [illegible] [illegible]men non [illegible]ce[illegible]t de jur[illegible] [illegible], quia in [illegible]oc [illegible]re nonn[illegible] a ſententia de[illegible]ini[illegible]a appellatur *[illegible] ante ſententia[illegible] cor. appe[illegible] non recip.* E[illegible] quia Judex Eccleſiaſti[illegible]us ob hujuſmodi [illegible]equentes appellationes ab interlocutoriis [illegible] [illegible]ties non poſſet cauſam principa[illegible]m intra triennium expedire, ac terminare, [illegible] poteſt Judex c[illegible]is, cujos juriſd[illegible]o per talem appel[illegible]ationem non impeditur, ut notat Ba[illegible]dus in *c. fin. de dol. & contum.* ideò ne principalis cauſa indeciſa remaneat

Jus civile quoad hoc non fuit approbatum, nec receptum à jure canonico.

60 Cæterum etiam de jure civili ſi pendente quæſtione corã laico excipiatur, quòd inſtrumentũ ſit uſurarium, vel de defectu natalium, & ſimilium, hujuſmodi articulus incidens remittitur ad Judicem Eccleſiaſticum, per quem ſit inhibitio ſæculari, ut interim non procedat in negotio principali *c. tuam de ord. cognit.* Quòd ſi tempus inſtantiæ, ſeu triennium à die litis conteſtatæ fuerit elapſum; vel ita remanſit modicum de eodem tempore, ut non poſſit Judex civilis intra illud ſpatium exiguum, quod ſupereſt, cauſam principalem terminare, conceditur tunc ipſi à jure, ut poſſit cauſam finire etiam poſt elapſum terminũ, ut notat Bartolus in *l. ſi cum ipſo ff. de excuſat. tutor.* ratio eſt, quia cùm talis dilatio non poſſit partibus imputari, nec ipſi Judici; debet terminus recipere interpretationem à jure, quod interpretatur conditionatè, ſi cauſa intra talem terminum expediri poteſt, *argum. l. ut gradatim §. 1. ff. de muner. & honor.*

61 Quæritur vigeſimo tertiò, an ſi actor, & reus pertineant ad diverſum forum, & actor obtineat in poſſeſſorio coram Judice rei, teneatur coram eodem Judice reſpondere ſuper proprietate? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. ſignificaverunt ult. h. t.* ubi Honorius III. reſcribit, quòd ſi actor obtinuit ſententiam definitivam ſuper poſſeſſorio, ſi poſtea agatur de proprietate, non teneatur reſpondere coram eodẽ Iudice, ſi ſit alterius fori: ex quo textu liquet, quòd ſi actor, & reus ſint diverſi fori, non ideò, quia actor in judicio poſſeſſorio egit coram judice rei, eo finito teneatur reſpondere ſuper jure proprietatis coram eodem Iudice, ſi ſit alienus, ſed debet conveniri coram ſuo proprio Iudice: ratio eſt, quia Reus conveniendus eſt coram ſuo proprio Iudice, adeò ut ſi reus ſit clericus, debeat conveniri coram Judice Eccleſiaſtico, & actor tenetur ſequi forum ipſius rei, *c. cùm ſit 8. de for. compet.*

62 Neque obſtat, quòd regulariter, qui cognoſcit de poſſeſſione, debeat etiam cognoſcere de proprietate *c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* idque ne continentia cauſæ dividatur *l. Nulli C. de judic.* Tum quia faciliùs, qui cognovit de poſſeſſione, cognoſcit de proprietate, eò quia ſit jam inſtructus in cauſa *argum. l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. Judic.* Nam contra eſt, quia cauſa naturalis vincit accidentalem *l. qui habet ff. de tutor.* & quòd actor debeat ſequi forum rei eſt naturale, & per accidens ſe habet, quòd Reus obtinuerit in poſſeſſorio coram Judice actoris *l. qui habet ff. de Tutor.* Tum quia ubi duo concurrunt, quæ ſimul ſtare nequeunt, tunc attendendum eſt, quod eſt dignius, & fortius, & illud præferendum imbecilliori: & quòd actor ſequatur forum rei, eſt dignius, & fortius [illegible] quod continentia cauſæ non dividatur, præſertim cum alius Judex nimirum proprius, & naturalis ipſius Rei facilè po[illegible], ut notat Abbas in *d. ſignificaverunt 21.* [illegible]que vel maximè [illegible] cedit, quia n[illegible] habe[illegible] proprietas cum poſſeſſione *l. natur[illegible]ter ff. de acquir. poſſeſſ.* cùm igitur concurrant in præſenti textu duæ regulæ, quæ ſimul ſtare non poſſint, quarum prima eſt, ut actor debeat ſequi forum Rei: & ſecunda eſt de continentia cauſæ non dividenda, & prior ſit naturalis, dignior, & fortior debet ſecundæ præferri: proinde violanda potiùs eſt regula de continentia cauſæ, quam alia de ſequendo forum rei: hinc ubi actor, & Reus ſunt prorſus diverſi fori, non tenetur Actor in poſſeſſorio reſpondere coram eodem Judice in petitorio, ſi non ſit ſuus proprius Judex.

Quamobrem licèt curandum ſit, ſi fieri poſſit, ut cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis ſub eodem Judice terminentur: nihilominus interdum talis neceſſitas urget, ut compellat cauſam dividere apud diverſos Judices. Non enim ob illud commodum accidentale, quia prior Judex eſt meliùs inſtructus in cauſa, cum jam cognoverit ſuper poſſeſſorio; debet inde admitti aliud gravius incommodum; quod contingeret, ſi aliquis ad forum alienum traheretur, ut clericus ad forum ſæculare contra Eccleſiaſticam immunitatem, ut notat Bartolus in *l. incommodata §. duabus ff. commodati*, hinc ſi Magiſtratus ſæcularis præſumat lædere immunitatem Eccleſiaſticam, & trahere Clericos ad ſuum tribunal, poteſt querela deferri ad Papam, ut ipſe tanquam ſupremus Clericorum defenſor remedium adhibeat. Conſtat igitur, continentiam cauſæ eſſe dividendam propter diverſum forum, & in *d. c. ſignificaverunt 21. h. t.* agebatur de Juriſdictione temporali, & Monachi erant actores proinde tenebantur ſequi forum Rei, & ideò Judex ſæcularis potuit ſententiam ferre circa poſſeſſorium. Sed poſteà quia laici agebant de proprietate, tenebantur ſequi forum rei, ſeu Monachorum; quia regula, quòd Actor ſequatur forum Rei, eſt magis digna, generalis, & naturalis, quàm regula de continentia cauſæ non dividenda; præſertim cum alius Judex naturalis Monachorum poterat facilè inſtrui: quòd ſi actor, & Reus fuiſſent ejuſdem fori continentia cauſæ ſuper poſſeſſorio, & proprietate non fuiſſet dividenda. Quòd verò in textu ſermo eſt de juriſdictione, juvat obſervare, quòd rerum incorporalium, ſeu jurium propriè non cenſetur eſſe poſſeſſio, nec dominium, ſed tantùm quaſi poſſeſſio: quamvis de his vocabulorum ſubtilitatibus non multum ſit curandum in jure canonico, eſt tamen conſultius ut pars litigans peritiam juris, & curiæ ſtyli habeat.

Quæritur vigeſimo quartò, an Judex [illegible]gatus poſſit compellere partem, ut perſon[illegible] coram eo compareat? Reſpondetur cum d[illegible]ſtione ſi Delegatus habeat ad id ſpe[illegible] mandatum a P[illegible] nulli dubium, quin p[illegible] tunc partem compellere, ut perſon[illegible] compareat coram eo. quia Princeps, [illegible]pa [illegible]erator, Rex poteſt præcipere, ut pa[illegible] [illegible] ſubſint p[illegible]ſo[illegible]er ſe coram Ju[illegible]e, ſubditus en[illegible] te[illegible] com[illegible] ſuperior ejus cauſam h[illegible], & [illegible] tandum leges concedatur [illegible] mittendi Procuratores, qui vices [illegible] Principalium. Princeps tamen hac lege no[illegible] ligatur. Sin verò Judex de[illegible]atus non [illegible] ad id ſpeciale mandatum à Papa, non poteſt tunc partem

partem compellere, ut perſonaliter ſe coram ipſo ſiſtat: ratio eſt, quia in cauſis civilibus liberum eſt cuilibet per ſe, vel per Procuratorem reſpondere *c. querelam ext. de Procur.* & *l. 1. ff. eod.* adeò ut in cauſis civilibus poſſint partes ordinariè litigare per Procuratorem, nec debeant compelli, ut perſonaliter ſe ſiſtant: ſiquidem Indultum jure beneficium nemini eſt auferendum *c. Indultum de regul. jur.* ideo ſequitur, quod regulariter in cauſis civilibus non poſſit Judex compellere partes, ut perſonaliter coram ſe in judicio compareant *l. in pecuniariis C. de procur.* Cæterum quod in hoc textu dicitur de Judice delegato, procedit etiam de ordinario *l. fin. C. de Procur.* in textu autem ideo exprimitur Judex delegatus, quia de ipſo magis dubitabatur, cum videretur poſſe idem, quod Papa, quoad illam cauſam, ut notat Gloſſa in *c. Juris 1. h. t. in 6.*

65 Id tamen limitatur niſi ſuppetat rationabilis cauſa, quia delegato ordinariè intelliguntur omnia commiſſa, ſine quibus cauſa expediri non poteſt *c. prec. ext. de offic. deleg.* Tum quia ſunt aliqui caſus, in quibus cauſa non poteſt expediri per Procuratores, ſed debent ipſi Principales comparere: etenim in cauſis criminalibus, quibus imponitur pœna afflictiva corporis reus debet perſonaliter ſe ſiſtere coram Judice, & deſumitur ex *l. 3. ff. an per alium cauſ. c. tua 5. de Procurat.* Ratio eſt, quam adfert Julius Clarus *q. 32. num. 3.* quia ſi contra abſentem reum pronuntiaretur ſententia condemnatoria, hæc frequenter illuſoria fieret, nec poſſet executioni mandari: ſiquidem reus conſcius ſententiæ contra ſe latæ ad declinandam pœnam beneficio fugæ ſibi conſuleret.

66 Verum id limitatur niſi reus abſens perſonaliter accedere non poſſit, vel quia aliquo morbo laboret, vel quia ſit jam ſenio confectus, vel valetudinarius, vel ita viribus deſtitutus, ut nec equis, nec rheda vehi poſſit, vel quia capitales inimicitias timeat in loco judicii, vel quia alibi detineatur in carcere, eò quia ſit ære alieno gravatus: in hiſce enim caſibus debet admitti Procurator, ſeu potius defenſor, ut alleget, ac probet cauſam talis abſentiæ, ut notat Gloſſa *c. 4. v. præſentia de Procurator.* Præterea poteſt Procurator in cauſa criminali admitti, ut opponat exceptione contra Judicem, adverſarium, vel teſtes, & etiam, ut recuſet libellum accuſatoris, ut ineptum, vel etiam ut dilationes petat, ut notat Gloſſa in *d. c. 4. de Procurat.* Rurſus ſi univerſitas, vel communitas populi ob delictum vocetur ad judicium poteſt Procuratorem mittere, quia tota communitas non poteſt per ſe comparere, ut notat Ancharanus in *d. c. Juris h. t. in 6.* Quod ſi aliqui de communitate, ut præ cæteris [illegible] perſonaliter citarentur, utique tenerentur ſe perſonaliter ſiſtere coram Judice.

67 Rurſus etiam in cauſis illis criminalibus, quibus pœna relegationis, vel alia minor imponitur, poteſt Procurator intervenire, ut deſumitur ex *l. 1. ff. an per alium* & docet Ancharanus in *d. c. Juris.* Præterea [illegible] quòd in cauſis, in quibus agitur ad pœnam privationis ab ordine, beneficio, aut dignitate, reus poſſit ſe per Procuratorem tueri. Imò etiam accuſatus in cauſa criminali plerumque poteſt vices ſuas committere Procuratori, & Clarus *q. 32. n. 23.* aſſerit, id in praxi obſervari: & ratio deſumitur ex eo, quia hodie nulla eſt neceſſitas, ut accuſator ſit præſens cum ad pœnam talionis non ſoleat amplius ſe obligare. Cæterum ſi cauſa rationabilis ſubſit, ut veritas magis innoteſcat, poteſt accuſator compelli, ut perſonaliter ſuam accuſationem deponat.

Quæritur vigeſimo quintò, an mulieres ſint compellendæ, ut perſonaliter compareant ad Judicium Eccleſiaſticum cauſa teſtimonii ferendi? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. mulieres 2. h. t. in 6.* ratio eſt, quia non convenit, mulieres evagari, nec virorum cœtibus ſe immiſcere *l. Maritus C. de Procurat.* ſiquidem ſexuum commixtio obnoxia eſt periculis *c. diffin. 18. q. 1.* neque eſt juxta honeſtatem, quòd fœminæ cœtus frequentent virorum: lex autem debet eſſe honeſta *c. erit autem diſt. 4.* hinc rectè prohibetur in *d. c. Mulieres*, ne cauſa ferendi teſtimonii, imò nec ex alia cauſa in jure non expreſſa, mulieres ad Judicium perſonaliter evocentur, nec trahantur invitæ *l. ſancimus C. de arbit.* Excipitur tamen niſi mulierum teſtimonium ſit neceſſarium in cauſa. Sed tunc nec neceſſe eſt, ut ipſæ veniant ad judicium, niſi liberè velint perſonaliter comparere; ſed Judex debet vel per ſe, vel per alium ad ipſas accedere, & earum juramentum excipere, idque expenſis producentis, ſeu actoris, quia ubi faciendæ ſunt expenſæ circa modum probandi, tenetur eas ſuppeditare, cui incumbit onus probandi *c. ſtat. §. pen. de reſcript.* 68

Quia verò poſſet talis eſſe conditio Judicis, ut non deceret perſonaliter ad quaſcunque mulierculas accedere, vel quia alia legitima cauſa impediretur *c. 1. de offic. ordin.* ideo in hiſce caſibus conceditur, ut Judex poſſit ſuum officium alicui perſonæ idoneæ committere, quæ expenſis producentis accedat ad tales mulieres pro informatione cauſæ *c. ſi qui ext. de teſtibus.* Quòd ſi Judex fraudulenter ad mulierem accedat cauſa informationis incurrit excommunicationem, alioquin ſi impunè id ageret poſſet perſæpe inſtigare fraudulenter alios, ut aliquam nominarent mulierem in teſtem, ut inde occaſionem ſumeret ad ipſam accedendi, ut notat Gloſſa in *d. c. Mulieres 2. v. non fingatur h. t. in 6.* & quia fraudes ſunt omnino impediendæ *c. Sedes ext. de reſcript.* ideo contra ita fraudulenter accedentes mulieres lata eſt ſententia excommunicationis ipſo facto incurrendæ; Verum quia Papa abſolutionem ab hac excommunicatione ſibi non reſervat, ideo abſolvi poteſt ab Epiſcopo *c. Nuper ext. de ſent. excommun.* 69

Mulieres tamen religioſæ tametſi conſentientes, & volentes nunquam ſunt perſonaliter ad Judicium trahendæ extra ſuum monaſterium, ex quavis cauſa: ſiquidem moniales tenentur ſervare clauſuram, adeò ut nulla earum profeſſa religionem tacitè, vel expreſsè poſſit ex quacunque cauſa monaſterium egredi; niſi fortaſſis 70

conſtaret evidenter earum aliquam tali morbo laborare, ut non poſſet eum aliis abſque gravi periculo infectionis, & ſine ſcandalo commorari: in hoc enim caſu poſſet ei concedi facultas egrediendi, donec ſanitati reſtituatur. Hinc eſt diſcrimen inter mulieres ſæculares, & religioſas, quia illæ volentes, poſſunt comparere in judicio, tametſi ad illud non poſſint invitæ trahi: iſtæ verò, nec volentes poſſunt trahi *c. cum inter §. porro de elect.* & quod in contrarium fit nullius eſt valoris, quia hic apponitur clauſula irritans ipſo jure quicquid in contrarium contigerit attentari: & quando apponitur talis clauſula, quod fit in contrarium, eſt nullum ipſo facto. *clement. 1. de elect.* non eſt neceſſe ut taliter facta annullentur per exceptionem, ſicut contingit in illis, quæ fiunt contra jus non apponens illam clauſulam *c. quia propter 42. ext. de elect.*

71 Quæritur vigeſimo ſexto, an major quatuordecim annis per ſe, vel Procuratorem poſſit agere in cauſis ſpiritualibus, & illis annexis? Reſpondetur, eum qui complevit ætatis annum 14. poſſe in cauſis beneficialibus, aliiſque ſpiritualibus, & iis annexis per ſe, vel per Procuratorem arbitratu ſuo conſtitutum contendere in judicio, & deſumitur ex *c. ſi annum 3. h. t. in 6.* Ratio eſt, quia in tali ætate homo ita viget uſu rationis, & convaleſcit, ut per ſe ipſum poſſit conſiderare, quæ ad ipſius perſonam pertinent, ut docet D. Thomas *3. p. q. 43. art. 2. in addit.* & quia ob hanc rationem jus approbat, ut tales perſonæ ſint habiles, & capaces ad tractandum ſpiritualia extrajudicialiter *c. indecorum extra de ætat. & qual. præfic.* ideo pari pacto approbat, ut ſint habiles ad eadem judicialiter tractanda, tam per ſe, quàm per Procuratores. Verùm ratione læſionis poteſt in iiſdem peti reſtitutio in integrum. Hinc licèt mas pubes ordinariè non habeat perſonam ſtandi in judicio, niſi illi detur curator generalis, vel ſpecialis ad litem *l. In univerſis 11. C. quis dare tutor.* Nihilominus excipitur minor pubes, ſeu qui ætatis annum decimum quartum ſuperavit, quia is in cauſis ſpiritualibus, eiſque annexis per ſe agere, & reſpondere in judicio poteſt, proinde etiam Procuratorem conſtituere, prout ipſi conſultiùs viſum fuerit, eſt enim regula, ut qui per ſe in judicio agere poteſt, is poſſit etiam Procuratorem conſtituere.

72 Verùm ſi maſculus minor 25. annis ſit in judicio læſus, petere poteſt reſtitutionem in integrum juxta Gloſſam communiter receptam in *l. unic. C. ſi de momentanea* ubi ait, quòd minor in iis, quæ gerit, ut major, ſi læſus ſit, debeat reſtitui, alioquin privilegium eidem conceſſum redundaret in ejus damnum. Minori verò 14. annis non permittitur per ſe agere in judicio, quia in tali ætate homo per ſe non videtur ſufficiens ad ea intelligenda, quæ ad ipſum pertinent, proinde ad eadem peragenda, & quia ob id non cenſetur capax tractandi ſpiritualia extra judicium ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 23. c. 6.* ideo neque cenſetur capax in judicio, in quo majus imminet periculum ob tranſitum, qui poteſt fieri in rem judicatam *c. qui generaliter §. licèt de Procur.* Hinc nonniſi per Procuratorem vel curatorem datum authoritate ordinarii Judicis Eccleſiaſtici poteſt cauſam ſuam ſpiritualem defendere, qu[illegible] ad Judicem ſuperiorem pertinet providere, [illegible] perſonæ in judicio remaneant in[illegible] *ff. de poſtul.* & quia cauſa ſpiritualis tractanda e[illegible] coram Judice Eccleſiaſtico: ideo talis deputa[illegible] nonniſi per ſolum Judicem Eccleſiaſticum fie[illegible] debet, & coram quo debet etiam ipſa cauſa a[illegible]tari *c. bene quidem diſt. 96.* Filius tamen f[illegible]lias ſine conſenſu patris agit ſuam cauſam [illegible]tualem: ratio eſt, quia bona acquiſita per cler[illegible]cum accenſentur bonis caſtrenſibus, vel qu[illegible] caſtrenſibus, ut notat Bartolus *conſil. 65.* & qu[illegible] filii familias in peculio caſtrenſi funguntur vi[illegible] patrisfamilias *l. 2. ff. ad Macedon.* ideo in h[illegible] ſpiritualibus non debet pater ſe intromittere [illegible] bonis acquiſitis a filio ſuo clerico *c. quæritur* [illegible] *q. 7.* Quoad jura tamen temporalia filiusfam[illegible]lias tametſi clericus factus manet in poteſta[illegible] Patris, adeò ut bona ejus adventitia, quæ an[illegible] clericatum fuerunt ipſi acquiſita, pater admin[illegible]ſtret, & inde uſumfructum percipiat; non tame[illegible] pater adminiſtrat bona adventitia, quæ filiu[illegible] poſt clericatum acquiſivit.

Quæritur vigeſimo ſeptimò, quomodo pro[illegible]cedatur in cauſis beneficialibus decimarum, m[illegible]trimonialium, & uſurarum? Reſpondetur, poſ[illegible] in hiſce cauſis procedi ſimpliciter, & de plan[illegible] ſine judiciorum ſtrepitu, & figura, & deſumitu[illegible] ex *clemens. c. diſpendioſam h. t.* Ratio eſt, quia e[illegible] obſervatione omnium ſubtilitatum occurrent[illegible]um in ordine judiciario lites plerumque nimiu[illegible] protrahuntur; & quia hæc dilatio in cauſis beneficialibus, & matrimonialibus eſt pluribu[illegible] obnoxia periculis, & præſertim ut conjuges ſe[illegible] parati adulterium committant, & ne Eccl[illegible] vacantes damnum patiantur in ſpiritualibus, & i[illegible] temporalibus detrimentum *c. quoniam §. porr[illegible] ut lit. non conteſt.* & rurſus quia hoc idem per[illegible]culum eſt in cauſis uſurarum, cum uſurarii ten[illegible]antur ad reſtitutionem, & ne inſordeſcant i[illegible] peccatis, *c. quia de uſur.* Imò hoc idem pericu[illegible]lum ſit etiam in ſolutione decimarum *c. perven[illegible] de decimis:* æquitas exigit, ut in his caſibus a[illegible] avertenda pericula malorum lites, quàm citi[illegible] fieri poteſt, expediantur, proinde concedatur Ju[illegible]dici facultas, ut poſſit ſine ſtrepitu, & figura ju[illegible]dicii ſimpliciter, & de plano procedere: & qu[illegible] idem jus eſt etiam de annexis, ac de princi[illegible] *c. Translat. de conſtit.* quod tamen intel[illegible] dummodo ſit eadem ratio *c. 2 de translat.* [illegible] ideo talis facultas datur etiam in aliis cauſis ea[illegible] tangentibus.

Notandum tamen eſt in textu tantum d[illegible] quòd Judex valeat procedere tali modo, hoc e[illegible] ſimpliciter, & de plano ſine judiciorum [illegible] & figura, ideoque non impo[illegible] [illegible] quia verbū valeat non im[illegible] neceſſit[illegible] tantum dat facultatem, ut Judex [illegible] ita procedere *c. conſuluit de off. deleg.* [illegible] Judex pro ſuo arbitrio p[illegible] [illegible] re de p[illegible]no, vel etiam ſervare ordinem [illegible] ſecundùm quod arbitrabitur, con[illegible] *l. Non quicquid ff. de judic.* Rurſus quia [illegible]tutio reſpicit futura, & non præterita, n[illegible] exprimatur *c. 2. de conſtit.* ideo [illegible] in textu exprimitur, ut hæc conſtitutio extendatu[illegible] etiam

etiam ad tales cauſas tunc ineptas, & dependentes. Non tamen inferior Papâ poteſt committere cauſam cognoſcendam ſine figuta judicii, ut nocat Specul. *de legat.* §. *ſupereſt.* & ratio eſt, quia inferior Papa non poteſt immutare canonicam diſpoſitionem.

75 Quæritur vigeſimo octavò, quid ſtatuatur in decretali *c. frequentes Extravag. commun. h. t.* Reſpondetur, per hanc decretalem finem imponi pluribus differentiis, quæ vertebantur inter fratres mendicantes, & Prælatus, ac clericos locorum: ſiquidem in ea ſtatuitur, & declaratur, quid obſervandum ſit in *element. dudum. c. 1. h. t.* & quia diverſi Epiſcopi, ac Clerici conquerebantur, quòd fratres talem conſtitutionem non obſervarent, & parùm prodeſt jura condere, niſi ſerventur *l. 2. §. poſt. ff. de orig. jur.* ideo per hanc conſtitutionem præcipitur ſub diverſis pœnis omnibus Eccleſiaſticis, ut decretalem in *c. dudum* obſervent, & ut ad invicem non ſe injuriis afficiant circa judicia ferenda, ſed omnino ſervent conſtitutionem ſuper cathedram, & ut Judices judicent ſimpliciter, & de plano tales cauſas non obſtantibus privilegiis.

76 Quæritur vigeſimo nonò, quomodo judicium, inſtantia, cauſa, & lis inter ſe differant? Reſpondetur cum Maranta in *ſpeculo aureo p. 5. num. 1. & 2. & ſequent.* id intereſſe diſcriminis, quia judicium ſuam hauriens nomenclationem à Judice, ut à digniore, eſt tota illa cauſæ diſcuſſio, quæ fit à citatione usque ad ſententiam latam incluſivè; adeò ut judicium ita ſumptum perinde ſit, ac proceſſus judiciarius. Inſtantia verò eſt actualis exercitatio judicii incipiens à litis conteſtatione usque ad ſententiam, vel ut alii volunt usque ad finem triennii: quia tunc ſpectato jure civili perit inſtantia exceptis cauſis fiſcalibus, & actionum publicarum *l. properandum* §. 1. *C. de judiciis*, imò Pirhing *tit. de for. compet. n.* 212. putat, hoc eſſe diſcrimen inter inſtantiam, & proceſſum, quia illa propriè incipiat à litis conteſtatione, hic verò à citatione. Lis laxiùs patet, & nonnunquam ponitur pro inſtantia cauſæ *l. properandum C.* de judic. ibi: *properandum nobis viſum eſt, ne lites immortales fiant*, ſeu ne diutiùs durent, ſed promptiùs, & expeditiùs abſolvantur. Interdum non ſolùm inſtantiam, verùm etiam ejus principale, ſeu cauſam in judicium deductam ſignificat *l. litis nomen 36. ff. de verb. ſignif.* ibi: *Litis nomen omnem actionem ſignificat, ſive in rem, ſive in perſonam ſit.* Cauſa in jure propriè vocatur res ipſa controverſa, quæ in judicium deducitur, & differt à lite, quia hæc propriè dicitur poſt litem conteſtatam: cauſa verò ante, & poſt, ut notat Jaſon in *l. poſtquam n.* 10. *C. de pact.* & Pirhing, *h. t. num. 4.* Quæſtio verò alia dicitur juris, & alia facti; illa eſt, quando de facti merito quæritur, ut quid de hoc, vel illo facto, vel patrato homicidio, furto, jura conſtituerint. An Titius jure Cajum occiderit, nec ne? Quâ pœnâ ſit plectendus? Quæſtio facti eſt, cùm de facto ipſo, aut ejus circumſtantiis quæritur, vel lis inſtituitur, ut an Titius Cajum occiderit, & quomodo; quo in loco, gladione, vel ſclopeto? quo tempore, quibus cum complicibus.

Quæritur trigeſimò quibus: modis inſtan- 77
tia causarum dicatur perire? Notandum eſt, quod tametſi poſt latam ſententiam Judicis inſtantia abſolvatur, & ſi à tali ſententia contingat appellari, alia nova inchoetur inſtantia, non tamē propriè dicitur prior perire, quia non fuit, omnibus ſuis deſtituta viribus, cùm effectum obtinuerit judicialis ſententiæ. Hinc reſpondetur, generatim inſtantiam cauſarum duobus modis perire. Primò per fluxum diuturnioris temporis; & tunc contingit, quando inſtantia non abſolvitur tempore à jure præſcripto. Secundò per abſolutionem ab obſervatione judicii, ut notat Pirhing *h. t. num. 144.* ſi enim in progreſſu judicii appareat, quòd intentio, ſeu petitio actoris fuerit in libello ineptè exhibita, eò quia ſtatim appareat actori actionem non competere; eò quia libellus fuerit ineptus ex defectu alicujus ſubſtantialis ſolemnitatis: tum Judex nequit validè ſententiam ferre, & ad ipſum pertinet declarare proceſſum nullum, & reum abſolvere à judicii obſervatione; verùm actori tunc reſervatur jus iterum conveniendi reum, & agendi in judicio, ſi voluerit, dummodo libellum, & petitionem aptè formet, ac proponat, ut notat Marantâ *loc. cit. num. 49.* Solet etiam alius exhiberi caſus, in quo poteſt ferri ſententia abſolutoria ab obſervatione judicii: & eſt, ſi actor lite jam conteſtata velit abeſſe, & non proſequi cauſam: tunc enim poteſt reus, vel pergere in cauſa, ſuáſque probationes, ac exceptiones proponere usque ad ſententiam definitivam: vel petere, ut reſtitutis ſibi ab actore expenſis litis, abſolvatur ab obſervatione judicii *l. properandum §. & ſi quidem C. de judic.* Alios caſus, in quibus poteſt peti abſolutio ab inſtantia judicii exhibet, & explicat Maranta *num. 49. & ſeq.* De jure igitur civili inſtantia dicitur perire in criminalibus ex lapſu biennii, & in cauſis civilibus poſt fluxum triennii: ſi enim cauſa intra id temporis computandi à litis conteſtatione non abſolvatur, dicitur de jure civili perimere, ac perire. Excipiuntur tamen cauſæ fiſcales, & actionum publicarum *l. properandum §. 1. C. de judic.* idque ne litis protrahantur ultra quod par eſt. Sin verò ſpectemus jus canonicum, inſtantia judicii non perit per lapſum triennii, ſed eſt perpetua, ut notat Gloſſa in *c. Venerabilis 20. v. non obſtante h. t.* quia ut notat Abbas in *d. c. venerabilis num. 6.* ut etiam Barboſa *num. 7.* jus civile quoad hoc non fuit in foro Eccleſiaſtico receptum hinc in *cap. cum olim 14. §. Judices de privileg.* facta fuit condemnatio in expenſis per quadriennium, quo judicium perſeveravit. Ratio poteſt etiam aſſignari, quia ſecundùm jus civile poteſt tantùm appellari à ſententia definitiva *l. penult. 6. de appell.* & juxta jus canonicum antiquum appellari poterat à ſententia interlocutoria, & à quocunque gravamine *cap. ſuper eo 12. de appellat.* licèt jure novo ſpectato Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. c. 20. de refor.* non ampliùs hæc appellatio admittatur, quia ob intervenientes plures appellationes vix poſſet Judex intra triennium cauſam principalem decidere: & ne lites diutiùs protraherentur, jus civile quoad propoſitum non recipitur per ſacros canones.

Quæ-

78 Quæritur trigeſimò primò, quænam cauſæ diſcutiendæ ſint à Judice Eccleſiaſtico? Ex cauſis aliæ ſunt merè civiles, aliæ ſpirituales, & criminales aliæ; iſtæ ſunt in quibus agitur de crimine, ut de furto, homicidio. Cauſæ merè civiles, in quibus agitur de rebus purè temporalibus, ut de pecunia, poſſeſſione domûs, vel agri. Spirituales verò, in quibus agitur tantùm de rebus pertinentibus ad animam, & ſalutem æternam, cultúmque Dei, unde res ſpirituales non ſolùm illæ dicuntur, quæ per ſe ſunt tales, ut dona ſupernaturalia, virtutes animi: verùm etiam omnia, quæ ad ſpiritualia pertinent, cujusmodi ſunt ſacramenta conferentia gratiam ſupernaturalem dignè ſuſcipientibus, vel reſpiciunt ſpiritualia ut finem: vel etiam pertinent ad ſpirituale regimen Prælatorum Eccleſiæ, cujusmodi ſunt profeſſio religioſa, votum, juramentum, beneficia Eccleſiaſtica, electiones ad illa, primitiæ, decimæ, & alia id genus, quæ quoquo modo pertinent ad res ſpirituales, de quibus propterea judicare ad ſolos pertinet Eccleſiaſticos judices, ut liquet ex *c. 2. h. t.* ibi: *laici Eccleſiaſtica negotia tractare non præſumant*, & ex Concil. Trident. *ſeſſ. 24. can. 12.* ibi: *ſi quis dixerit, cauſas matrimoniales non ſpectare ad judices Eccleſiaſticos anathema ſit*: contractus autem matrimonialis eatenus accenſetur rebus ſpiritualibus, quia Chriſtus eidem adnexuit ſacramentum, quod eſt ſpirituale. Unde Judex ſæcularis, nequit ſe immiſcere cognitioni cauſæ Eccleſiaſticæ; quia laicis nulla ineſt jurisdictio in Eccleſiaſticos, quia hi ſunt altioris fori, neque laicis ulla eſt attributa poteſtas diſponendi de Eccleſiis, ac perſonis Eccleſiaſticis.

79 Hinc neque incidenter poſſunt laici de cauſis ſpiritualibus judicare, ut notat Gloſſa in *c. contingit in fin. de arbitris* & deſumitur ex *c. cauſam quæ inter 7. qui filii ſint legitimi* ibi enim cum proponeretur quæſtio legitimæ nativitatis coram Judice ſæculari, transmiſſa fuit ad judicem Eccleſiaſticum, quia legitimitas matrimonii adnectitur ſacramento, de quo judicare ad Judicem duntaxat Eccleſiaſticum pertinet Imò nec etiam ex delegatione Prælati cujusvis Papâ inferioris poſſunt laici cognoſcere ſuper cauſa ſpirituali: adeò ut ſolus ſummus Pontifex poſſit hujusmodi cauſas laico delegare. Imò notat Layman *lib. 3. tract. 6. c. 1. n. 2.* neque laicum ſimul cum clerico ſibi per Epiſcopum adjuncto poſſe cognoſcere de cauſa ſpirituali. Et quamvis authoritate Epiſcopi, imò & delegati poſſit de cauſa ſpirituali compromitti in clericum, & laicum, ut in arbitrum *c. per tuas §. fin. de arbit.* Eſt tamen diſcrimen, quia arbitrari de re ſpirituali non eſt actus jurisdictionis ſpiritualis, cujus laicus non eſt capax, quamvis ſibi adnectatur Clericus; & ideo quia per ipſum arbitrari laicus nullum exercet actum jurisdictionis ſpiritualis, rectè poteſt compromitti de cauſa ſpirituali unà cum clerico, licèt de eadem non poſſit judicare. Cæterùm poteſt laicus in cauſis ſpiritualibus diſcutiendis ab Eccleſiaſtico adhiberi, ut aſſeſſor *c. ſtatutum II. §. aſſeſſorem de reſcript. in 6.* quia aſſeſſores nullam habent jurisdictionem *l. 2. C. de aſſeſſoribus.* Et potiùs ſunt Judici à conſiliis, & ad ſupplendam ejus imperitiam, ut notat Abbas in *c. decernimus n. 13. h. t.* Imò neque laicus poteſt cognoſcere de cauſis, quæ ſunt annexæ ſpiritualibus, & deſumitur ex *c. quanto 3. h. t.* ubi cauſa juris patronatus, quia connexa cauſis ſpiritualibus, nonniſi per Judicem Eccleſiaſticum cognoſci, & definiri poteſt, & ita dicendum de aliis cauſis, quæ ſpiritualibus annectuntur: ſiquidem de ſimilibus habetur idem judicium *c. inter corporalia de translat. Epiſc.* Tum quia connexorum idem eſt judicium, ut notat Gloſſa in *c. translat. de conſtit.* & docet Barboſa *axiom. 51. num. 1.*

80 Præterea jus patronatus eſt veluti mixtum ex ſpirituali, & temporali; & in mixtis magis dignum trahit ad ſe minus dignum *c. quod in dubiis de conſec. Eccleſ.* & ſicuti quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt *l. quæ religioſis ff. de rei vendic.* ita quæ ſpiritualibus adnectuntur ſpiritualibus accenſentur. Hac ratione pertinet privativè ad Judicem Eccleſiaſticum, & non cumulativè cum laico cognoſcere, & judicare de jure ſepulturæ in loco ſacro, ut in cœmeterio, quia tunc locus eſt annexus ſpirituali, & ſubjicitur jurisdictioni Eccleſiaſticæ. Cæterum quamvis laicus jus ſepulchri in cœmeterio, vel Eccleſia propriè non poſſideat, nec quaſi poſſideat, cum ſit in loco ſacro annexo ſpirituali: toleratur tamen laicus in tali poſſeſſione, & facultate funerandi ex ſpeciali conceſſione, & gratia Eccleſiæ: ut etiam toleratur in poſſeſſione, juris patronatus, quod adnectitur ſpirituali. Ex eo tamen quòd ex conceſſione Eccleſiæ toleretur laicus in poſſeſſione juris patronatus, vel funerandi, non ſequitur, poſſe laicum etiam de tali jure cognoſcere: quia Eccleſia tantùm ex quadam pura indulgentia, & ſpeciali gratia tolerat laicos in poſſeſſione juris patronatûs, & funerandi: non tamen jus illud laicorum judicio, aut iurisdictioni ſubiecit; ſed ſibi ſubiectum voluit, ac reſervatum. Non enim conceſſio, ſeu gratia illa facta laicis extendenda eſt, nec trahenda ad conſequentiam, quia exorbitat à iure communi, cui propterea eſt odioſa, & reſtringenda, non amplianda, neque retorquenda in præiudicium ipſius Eccleſiæ. Verum cùm laicus dicitur non poſſe cognoſcere de iure patronatûs, id debet intelligi per ſe, & principaliter: quia ſecundariò, & acceſſoriè poteſt cognoſcere de iure patronatus, quatenus poteſt iudicare ſuper caſtro, cui adhæret ius patronatus, ut notat Pirhing *h. t. num. 53.* eodem pacto, quamvis primariò, & per ſe ius patronatus non poſſit divendi: poteſt tamen acceſſoriè per venditionem totius caſtri, cui inſeparabiliter adhæret ius patronatus *c. cum ſeculum 13. de jure patron.*

81 Cæterum laici poſſunt tractare negotia merè temporalia, & cauſas merè civiles Eccleſiarum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum, ita tamen ut nulla eis ſuper Eccleſias, vel Clericos competat poteſtas, vel præeminentia, ut notat Abbas in *c. decernimus.* Hinc laicus poteſt in temporalibus conſtitui Oeconomus Eccleſiæ vacantis, imò & non vacantis, ut notat Pirhing *num 55.* hinc poteſt laicus eſſe Syndicus rerum temporalium ſpectantium ad monaſterium *c. unic. de Syndico,*

de Syndico, imò & Procurator non ſolùm ad gerenda negotia temporalia, ſed etiam ad agendum, vel defendendum in judicio ſuper cauſis ſpiritualibus, & deſumitur ex *c. 1. §. 1. de Procurat. in 6.* quamvis ipſa negotia ſpiritualia non poſſit ipſe tractare *c. decernimus 2. h. t.* quia munus Procuratoris eſt vile, ac oneroſum; non ita poteſtas tractandi negotia ſpiritualia. Tum quia laici ſunt magis inſtructi in gerendis negotiis merè temporalibus; & expedit, ut clerici utpote vocati ſpecialiter in ſortem Domini arceantur à tractandis negotiis temporalibus, ne eorundem prætextu à divinis avocentur: hæcque ratio, cur laici poſſint adminiſtrare negotia merè temporalia Eccleſiarum, & clericorum, ſi in iſtos nullam exerceant poteſtatem, nec præeminentiam, ſed nudum præſtent miniſterium, & nomine Eccleſiarum, vel clericorum res hujuſmodi temporales adminiſtrent.

82 Neque obſtat, quòd in *can. 22. c. 16. q. 7.* expreſsè prohibeatur Epiſcopis, ne laicos conſtituant ſuos Oeconomos, quos propterea ſeligant ex proprio clero. Nam in *d. can.* per Oeconomum intelligitur Vicarius Epiſcopi in rebus divinis ut liquet ex textu ibi: *Indecorum eſt enim, laicum vicarium eſſe Epiſcopi, & ſæculares in Eccleſia judicare,* quâ ratione Abbas in *d. c. decernimus n. 9. & ſequent. h. t.* infert, laicum non poſſe Oeconomum eſſe, ſeu non poſſe habere generalem adminiſtrationem omnium bonorum Eccleſiæ temporalium, & ſpiritualium, ut præſit omnibus; ſed tantùm poſſe eidem committi curam rerum temporalium, in quas habeant purum miniſterium, quo teneantur Eccleſiis, ſvel clericis rationem reddere de propria adminiſtratione, quia tunc tantùm abeſt, quòd habeant poteſtatem, & præeminentiam ſupra clericos, ut potius iiſdem inſerviant, ac ipſis ſubſint, veluti adminiſtri. Hinc nec poſſunt laici ſecluſa ſpeciali delegatione Epiſcopi, vel alterius Prælati Eccleſiaſtici cognoſcere cauſas judiciarias etiam pecuniarias, vel alias merè civiles, quæ inter clericos, vel à laicis contra Eccleſias, vel Clericos intentantur, ut habetur in *c. ſi diligenti 12. de for. compet.* quia laici ſuper Eccleſiis, rebus, & perſonis Eccleſiaſticis nullam habent poteſtatem, nec juriſdictionem *c. Eccleſia S. Mariæ 10. de conſtit.* & nemo authoritate propria ſine delegatione ſuperioris poteſt judicare, niſi de rebus, & perſonis ſuæ juriſdictioni ſubjectis *c. At ſi clerici 4. h. t.* ex delegatione tamen ſpeciali Prælati Eccleſiaſtici, poſſe laicum cognoſcere cauſas merè civiles clericorum, docent plures cum Gloſſa in *c. decernimus 10. §. non præſumant. h. t.*

83 Verùm putârim probabiliùs, non poſſe Prælatum Papâ inferiorem committere laico, ut cognoſcat ſuper cauſis clericorum temporalibus, quia Prælatus inferior Papâ non poteſt laico conferre juriſdictionem in clericos: hinc etiam in cauſis criminalibus clerici nonniſi coram Judice Eccleſiaſtico conveniri poſſunt, quia laicus nullam habet juriſdictionem in clericos gaudentes privilegio fori, qui propterea exempti ſunt à juriſdictione laicorum *c. Eccleſia S. Mariæ 10. de conſtit.* Id enim cederet in grave dedecus, & contemptum ſtatus clericalis, ſi Judices ſæculares cognoſcerent, & judicarent de criminibus Clericorum, quos punirent, quia oſtenderent quandam præeminentiam ſuper clericos: hinc laicus nec principaliter, nec incidenter poteſt clericum de crimine judicare, nec eum punire, ſed conveniendi ſunt clerici, ac puniendi à Judice Eccleſiaſtico, neque conſuetudo etiam immemorialis prævalere poteſt contra libertatem Eccleſiaſticam *c. inter 5. de conſuetud.* id enim eſſet Eccleſiæ injurioſum *cap. 2. de for. compet.* proinde hujuſmodi conſuetudo reprobatur, ut corruptela *cap. noveris 49. de ſent. excommun.* Imò clericus in cauſa criminali eſt ita neceſſariò conveniendus coram Judice Eccleſiaſtico, ut tametſi convictus, & confeſſus fuerit coram Judice ſæculari, adhuc non poſſit à ſuo Epiſcopo condemnari, & puniri *c. At ſi clerici 4. h. t.* quia ſicut ſententia lata à Judice non ſuo nullius eſt roboris *cap. ad noſtram audientiam 3. de conſuetud.* ita neque valet confeſſio facta coram Judice non ſuo *d. c. At ſi clerici 4. h. t.*

84 Verùm ſi confeſſio tunc non fuit extorta per vim, vel metum, nec per errorem; ſed fuit à clerico ſpontè, & ſcienter facta coram Judice non ſuo, habet vim confeſſionis extrajudicialis, & id præſtat, ut inducat præſumptionem criminis, poſſitque propterea à ſuo Judice capi, ac judicialiter examinari, imò & ſubjici torturæ, ut notat Abbas in *d. c. ſi clericus n. 14. h. t.* Tum quia ex tali confeſſione criminis à ſe patrati valdè læditur ejus bona exiſtimatio, & ad delendam hanc notam infamiæ, poteſt eidem indici canonica purgatio, & ſi ſe non purget, poteſt puniri veluti convictus interpretativè, ut notat Gloſſa in *d. c. At ſi clerici 4. v. condemnandi h. t.*

85 Quæritur trigeſimò ſecundò, an religioſi poſſint agere, vel conveniri in judicio? Reſpondetur, regulariter non poſſe abſque ſui Prælati expreſſa licentia; & deſumitur ex *can. Monachi à monaſterio 16. q. 1.* quia religioſi non ſunt ſui juris, & non habent proprium velle, & nolle, *cap. ſi religioſus de elect. in 6.* nec gaudent dominio bonorum temporalium *can. ſi qua mulier 19. q. 3.* proinde nec agere, nec conveniri ſuper iiſdem bonis poſſunt ſine licentia ſuperioris: tametſi id procedat regulariter loquendo, permiſſum tamen eſt Monachis ſuos accuſare Prælatos, ut etiam ſi Monachus de licentia Abbatis maneat extra monaſterium cauſâ ſtudiorum in loco diſſito, ſi læſus fuerit in contractu, vel injuriâ laceſſitus, poteſt contra alium agere, ſeque defendere non petitâ licentiâ à ſuo Prælato, ut docet Gloſſa fin. in *c. cùm dilecta 22. de reſcript.* cui enim conceditur principale, videtur etiam conceſſum acceſſorium, & ex quo Monachus obtinuit licentiam à ſuo Prælato manendi extra ſuum Monaſterium in loco diſſito, tacitè obtinuit etiam licentiam ad acceſſoria, & ea agendi, ſine quibus non poſſet ibi commodè immorari. Præterea ſi religioſus de conſenſu ſui ſuperioris habeat aliquod beneficium, vel parochiam, vel aliam adminiſtrationem in Titulum beneficiarium ſaltem manualem, & revocabilem; poteſt etiam tunc ſuper ejus juribus per ſe agere, vel per conſtitutum à ſe procuratorem *c. cùm deputati 16. h. t.* Imò poteſt etiam Religioſus injuſtè gravatus non petitâ alia Prælati ſui licentiâ agere ſuper juribus ſpiritualibus, quo-

quotum eſt ipſe capax, ut ſuper jure ſibi competente per profeſſionem, vel electionem canonicè factam *argum. cap. cùm dilecta 22. de reſcript.* ut notat Abbas *ibid. num. 13.* Quod verò ad Prælatum regularem attinet, is de bonis Eccleſiæ communibus ſive quoad rem, ſive quoad adminiſtrationem poteſt in judicio agere, & conveniri, etiam ſine conſenſu capituli, ſi cauſa non ſit ex arduis, quia habens legitimam adminiſtrationem poteſt agere independenter à conſenſu alterius *l. & cùm Judices §. quod obſervari C. de jurejur. propter calum.* & Prælatus habet legitimam adminiſtrationem bonorum ſuæ Eccleſiæ *c. cùm nobis 19. §. fin. de elect.* tum quia Procurator conſtitutus generaliter ad negotia poteſt agere, & conveniri in judicio abſque alio ſpeciali mandato, niſi caſus ſit de ſpecialiter exceptis *c. qui generaliter §. 1. de procur. in 6.* proinde potiori jure Prælatus, cùm hic non ſit ſimplex procurator, & habeat liberam ac generalem adminiſtrationem in bonis ſuæ Eccleſiæ, ut notat Gloſſa in *can. quia Epiſcopus 5. q. 3.*

Verùm id non procedit de cauſis arduis, quia
86 in hiſce non debet Prælatus agere ſine conſenſu capituli *cap. quanto 5. de his quæ fiunt à Prælat.* hinc Epiſcopus nequit agros minus utiles ſuæ Eccleſiæ divendere pro emendis utilioribus abſque conſenſu capituli *c. ut ſuper 8. de reb. Eccleſ. non alienand.* Nunquam tamen Capitulum tum regulare, tum ſæculare poteſt in judicio agere, nec reſpondere de bonis Eccleſiæ, vel monaſterii abſque conſenſu ſui Prælati *c. cauſam quæ 9. h. t.* quia procurare negotia Eccleſiæ, vel monaſterii ad Prælatum pertinet, vel privativè, vel cumulativè cum capitulo, non ad hoc privativè. Id tamen limitatur, quando conventus ſolus vult agere contra Prælatum pro rebus ab ipſo malè adminiſtratis, vel alienatis: ſi enim Prælatus, qui malè adminiſtravit, vel alienavit, negligat repetere malè alienata, ut etiam ejus ſucceſſor; poteſt tunc conventus ſolus agere pro recuperandis malè alienatis, & deſumitur ex *c. ſi quis Presbyterorum de reb. Eccleſ. non alien.* & docet Abbas in *c. edoceri n. 7. de reſcript.* Imò quæ geſta ſunt à ſolo Capitulo, vel Conventu, poſſunt à Prælato ratificari, ſi Eccleſiæ ſint profutura, vel monaſterio, ut notat Pirhing *h. t. n. 28. argum. can. ſi qua de rebus 12. q. 2.*

De bonis verò diſcretis, quæ inter Præla-
87 tum, & conventum tam quoad rem, quàm quoad adminiſtrationem ſunt diviſa, poteſt Capitulum, vel conventus privativè agere, ac reſpondere in judicio, ſi cauſa non ſit ardua, nec magni præjudicii, ut notat Pirhing *h. t. num. 6.* & docet Abbas in *d. c. edoceri de reſcript. n. 5.* quia habens legitimam adminiſtrationem poteſt agere ſine conſenſu alterius, ut notat Abbas in *d. c. edoceri n. 6.* & Capitulum, ſeu Conventus de bonis hiſce diſcretis habet legitimam adminiſtrationem, alioquin non eſſent diviſa quoad adminiſtrationem, proinde poteſt agere ſine conſenſu Prælati. Excipitur tamen cauſa ardua, & gravis: quia tunc ſicut Prælatus nequit agere ſine capitulo, ita neque hoc ſine Prælato. Et licèt capitulum non poſſit bona etiam diſcreta alienare abſque conſenſu Prælati, & aliorum ſuperiorum inde tamen non ſequitur, quòd de bonis diſcretis non poſſit agere ſine conſenſu Prælati in cauſis non arduis, quia etiam ſimplex Procurator poteſt in judicio agere, *c. qui generaliter de procurator. in 6.* quamvis non poſſit alienare, niſi habeat liberam adminiſtrationem. Rurſus etiam pater ſuper bonis adventitiis filii poteſt agere, quamvis non poſſit ea alienare. Neque obſtat textus in *l. aut Prætor ff. de jure deliber.* ibi: *Eſt enim abſurdum, ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere.* Nam textus communiter intelligitur, quòd non poſſit agere nomine proprio, non ita nomine alieno: conventus autem, vel capitulum circa bona omnino diſcreta non agit nomine proprio, ſed alieno, ſeu nomine Eccleſiæ, vel monaſterii.

An verò, qui habet actionem contra religioſum, debeat ejus monaſterium convenire, vel ipſum religioſum. Communis reſponſio eſt, in cauſis civilibus eſſe conveniendum monaſterium, ut docet Gloſſa in *can. de perſona 11. q. 1. v. aut Monachum.* quia Religioſus ob emiſſam ſolemnem profeſſionem nil habet proprii *can. non dicatis 12. q. 1.* & quidquid acquirit ratione ſucceſſionis ab inteſtato, vel quovis alio modo, non ſibi, ſed monaſterio acquirit *can. quia ingredientibus 19. q. 3. c. cum ad monaſterium 6. de ſtatu Monach.* quo fit, ut in cauſis civilibus non Monachus, ſed Monaſterium debeat conveniri. In cauſis verò criminalibus ex delicto convenitur ipſemet religioſus, ut notat Joannes Andreas in *c. mulieres n. 2. h. t. in 6.* Verùm id limitatur, dummodo non agatur contra religioſum quoad pœnam pecuniariam, quia cùm religioſus careat proprio peculio, cujus jus ad monaſterium pertinet, non poteſt tunc religioſus conveniri, ſed ejus monaſterium, & tunc ratione pecuniæ cauſa fit potiùs civilis. Cæterum ſi cauſa ſit purè criminalis ex delicto ſolus religioſus convenitur, non monaſterium. Id enim videtur exigere ſanctitas monaſteriorum, quæ ex delicto unius, vel alterius Monachi non tenentur, niſi fortaſſis aliquid inde aceeſſiſſe in utilitatem monaſterii *c. quod quibuſdam de fidejuſſor.*

Quæritur trigeſimotertiò, an poſſit quis eſſe Judex in propria cauſa? Reſpondetur negativè *l. unic. C. ne quis in ſua cauſa judicet*: ibi: in re enim propria iniquum admodum eſt, alicui licentiam tribuere ſententiæ. Ratio eſt, quia Judex debet omni ſiniſtra ſuſpicione carere *can. quod ſuſpectis q. 5.* & talis Judex eſſet ſibi favorabilis. Fallit tamen hæc regula in ſupremis Judicibus, & Principibus non recognoſcentibus ſuperiorem in terris, quia iſti nullo jure adiguntur ſe inferiori ſubmittere. Fallit etiam in notoriis quando crimen eſt notorium, & injuria illata Judici, vel Prælato; poteſt enim tunc is ſine alio proceſſu punire delinquentem, quia in notoriis non eſt opus accuſatore *c. evidentia 9. de accuſ.* Verùm id procedit, quando pœna certa in jure eſt expreſſa, non verò quando imponenda eſt arbitrio Judicis.

TITU-

TITULUS II.

De foro competenti.

Um perſona Judicis non ſolùm ſit inſtituenda, verùm etiam ita conſtituenda, ut ſit competens pro re, de qua inter litigantes eſt controverſia; ideo poſt Titulum generalem de judiciis adjicitur hic præſens Titulus de foro competenti; eſt enim jurisdictio, ſeu fori competentia totius judicii contentioſi fundamentum; adeò ut ſi deſit competentia fori, quicquid agitur in judicio, irritum ſit ex ejus defectu. Hinc eſt, quòd vel maximè præcavendum ſit Actori, ne coram Judice incompetente reum conveniat. Unde cum ante omnem actum judicialem debeat diſcuti fori competentia; ideo præmittitur hic Titulus aliis ſequentibus; in quibus ſinguli actus, & partes judicii explicantur, quia hi actus dependent à competentia fori, à qua deſumunt ſuum valorem. Eſt autem forum juxta præſens inſtitutum territorium cujusvis Judicis, intra quod poteſt jus dicere, & in facinoroſos animadvertere *l. pupill.* §. *territorii ff. de V. S.* quapropter tota Diœceſis dicitur territorium Epiſcopi *c. omnes Baſilicæ 16. q. 7.*

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. SI QUIS 1. h. t. ex Concilio Chalcedonenſi ſtatuitur, ut ne etiam Clericus contra clericum prius debeat agitare apud pro[illegible] Epiſcopum: vel de conſ[illegible] ejusdem apud [illegible], quis utraque pars v[illegible], dummodo hi alii ſint Clerici. [illegible] notandum eſt, per Con[illegible] Epiſcopi hic intelligi ejus [illegible] ſeu licentiam; ut in[illegible] ex [illegible] materia. Rurſus quamvis Clericus ſine conſenſu proprii Epiſcopi non poſſit eligere alium Judicem, non tamen eſt [illegible], ut Epiſcopus [illegible] conſ[illegible] [illegible] [illegible] videat [illegible] ne po[illegible] Judex à cont[illegible] parte recu[illegible]. [illegible] A[illegible] tenetur ſequi forum

C. [illegible] 1. ſtatuitur ex Concilio Pari[illegible] [illegible]

[illegible] ſuram, & de mandato Epiſcopi inſerviant Eccleſiæ, vel [illegible] in ſeminario clericorum, aut in aliqua [illegible], vel in [illegible] ate de licentia ejusdem [illegible] in Clericis con[illegible] jubetur obſervari conſtitutio Bonifacii IX. quæ incepit Clerici ubi [illegible] tantum Clericis conjugatis, qui cum unica, & virginibus contraxerunt, conce[illegible] privilegium [illegible].

C. SAN[illegible] 3. h. t. ſtatuitur ex Concilio Africano, quod [illegible] Epiſcopi d[illegible] Provinciam non habeat [illegible] [illegible] debeat Archiepiſcopus dare Judices [illegible] Epiſcopis [illegible] Diœceſi, in qua eſt [illegible] Ratio hujus decretali[illegible] h. t. ubi ai[illegible], poſſe [illegible] in territorio ſita. [illegible] poſſe Ar[illegible].

C. SI Q[illegible] 4. h. [illegible] qui ha[illegible] Judices à qui[illegible] [illegible] Epiſcopus com[illegible] [illegible] us.

C. [illegible] h. t. declarat Alexander

der III. quòd ſi Clericus velit convenire laicum pro rebus ſuis, & Eccleſia: & laicus negot, res illas pertinere ad Clericum, vel Eccleſiam, ſit tunc laicus conveniendus coram Judice laico, niſi conſuetudo vigeat in contrarium. Ratio eſt, quia negatiò facit rem dubiam, proinde rectè Pontifex declarat, laicum eſſe conveniendum coram Judice ſæculari; quia ex generali regula Actor tenetur ſequi forum Rei. Verùm quod negatio faciat rem dubiam id fallit. Primò ſi id quod negatur eſt notorium c. 3. ſuper eo de teſtit. cog. Secundò in negatione extrajudiciali, ut docet Innocentius in c. venerabili de cenſ. unde ille contra quem negatur non tenetur deſiſtere a ſolito uſu, vel rei poſſeſſione. Tertiò fallit quando negatio habet contra ſe præſumptionem juris communis, ut notat idem Innocentius in c. 1. ex parte de V. S. ubi ait; negationem ſubditi non facere dubiam petitionem Epiſcopi, ſi exigat ſubſidium charitativum; quia hoc innititur juri communi ſecundùm quod debetur Epiſcopo. Quartò fallit, ubi negatio facit rem dubiam in præjudicium ipſius negantis c. 1. de procur. Quintò ubi negatio eſt ſimplex ſine ulla probabili ratione.

C. EX TRANSMISSA 6. h. t. reſcribit idem Pont. quæſtionem feudalem inter Clericum, & laicum eſſe terminandam à Domino feudi, qui ſi malitiosè diſtulerit eam terminare, jubet Pontifex eidem per Legatum Papæ, vel Epiſcopi finem imponi. Quia ut notat Gloſſa per negligentiam laici jurisdictio devolvitur ad Clericum.

C. VERUM 7. h. t. declarat idem Pont. Epiſcopum conſecratum cognoſcere de feudis pertinentibus ad Eccleſiaſticam cognitionem, alioquin relinquit cognitioni imperiali, quia ex generali regula feudorum, feudales cauſæ debent cognoſci coram Domino feudi, habente in his jurisdictionem ordinariam, ſivè fuerit Eccleſiaſticus, ſivè ſæcularis, & ſivè vaſalli fuerint Eccleſiaſtici, ſivè laici. Notat tamen Gloſſa jurisdictionem Epiſcopi ſede vacante non tranſire ad capitulum.

C. CUM SIT GENERALE 8. h. t. Lucius III. declarat, Rectores Eccleſiarum poſſe convenire malefactores Eccleſiarum, ſeu ſacrilegos, tam coram Judice Eccleſiaſtico, quam laico; quia licet ex regula generali Actor debeat ſequi forum Rei. quia tamen ſæculares Judices in exhibenda juſtitia Eccleſiaſticis perſæpe ſunt remiſſi, ideo declarat Pontifex, ut Rectores Eccleſiarum etiam coram Judice Eccleſiaſtico poſſint ſacrilegos convenire. Hinc regula, quæ Actor debeat ſequi forum Rei tametſi jure canonico, & civili ſit communis l. juris ordinem C. de juris l. omn. Judic. Fallit tamen primò in privilegiatis, quales de jure communi ſunt ſtudioſi, quibus datur electio fori, an velint coram Epiſcopo, vel Rectore conveniri authent. habita C. ne filius pro patre. Verùm in hoc ſtandum eſt conſuetudini. Secundò fallit in diffamato civiliter, vel criminaliter, hic enim poteſt diffamatorem convenire coram ſuo proprio Judice L. diffamari C. de ingenuis & manumiſſ. Tertiò fallit in fiſco, qui non tenetur in ſua actione ſequi forum Rei, ſed iſte tenetur ſequi forum fiſci l. defendere ff. de author. tut. Quartò fallit ratione oppreſſionis factæ per laicum [illegible] res Eccleſiaſticas, ut etiam ratione doli commiſſi in contractu inito inter clericum, & laicum, [illegible] etiam ratione juſtitiæ à laicis, vel denegatæ, [illegible] remiſſè adminiſtratæ Clerico; poteſt enim tunc Clericus laicum trahere ad forum E[illegible] cum. Quintò fallit ubi conſuetudo eſt leg[illegible] præſcripta, ut laicus Actor non teneatur ſequi [illegible] rum Rei laici, quia talis conſuetudo non videtur ſimpliciter illicita, ſicut eſſet illicita, ſi laici [illegible] Clericos trahere ad forum ſæculare, quia id rep[illegible] gnat immunitati Eccleſiaſticæ. Sextò falli[illegible] paupere, & perſona miſerabili, ut etiam in vidu[illegible] quæ ratione viduitatis cenſetur derelicta, [illegible] ſunt enim laicos trahere ad Judicem Eccleſia[illegible] cum. Sunt etiam alia plures fallentiæ, qu[illegible] tradunt Doctores in l. conſulta diver. C. [illegible] teſtib.

C. QUOD CLERICIS 9. h. t. declarat Cæleſ[illegible] nus III. cauſas etiam pecuniarias, quas h[illegible] clericus contra laicum, vel etiam laicus con[illegible] clericum, eſſe tractandas ſecundùm jus cano[illegible] cum, & juxta conſuetudines, vel jura muni[illegible] palia. Ubi monet Gloſſa; hoc eſſe ſpeciale [illegible] reſitis in favorem univerſitatum, ubi Epiſco[illegible] habet temporalem jurisdictionem vice-com[illegible] alioquin jure communi laici in cauſis tem[illegible] ralibus debent coram Judice laico conven[illegible] & cauſa tractatur jure civili; vel munic[illegible] pali.

C. LICET EX SUSCEPTO 10. h. t. Innocent. III. mandat Epiſcopo Vercellenſi, ut litteræ [illegible] poſtolicæ à Vercellenſibus laicis ſupra rebus [illegible] cularibus impetratæ, ſublato appellationis ob[illegible] culo cenſeantur nullius valoris, dummodo c[illegible] ſules, & communitas exhibeant juſtitiæ comp[illegible] mentum. Rurſus declarat, licitum eſſe grav[illegible] tis appellare ad Epiſcopum, vel Papam vacan[illegible] præſertim Imperio. Quòd ſi Conſules fuer[illegible] recuſati coram arbitris communiter electis [illegible] beat de cauſa ſuſpicionis agi, quæ ſi juſta fue[illegible] etidem ad Epiſcopum, vel Papam pro juſti[illegible] pateat recurſus. Ubi notandum eſt, quod [illegible] defectu debitæ juſtitiæ adminiſtrationis la[illegible] rum, debent iſti trahi ad Judicem Eccleſia[illegible] cum: unde reſcriptum à Papa impetratum [illegible] in pendenti, donec Judex ſæculari [illegible] ob hanc enim negligentiam Ec[illegible] ſe[illegible] calibus negotiis. Poteſt autem Jud[illegible] ſiaſticus, ſe immiſcere jurisdi[illegible] primò quando non habetur ſuperior: ſe[illegible] quando Judex ſæcularis negligit admini[illegible] juſtitiam: tertiò quando iſt quid amb[illegible] & difficile inter Judices: quarto [illegible] mine Eccleſiaſtico: quinto quando per den[illegible] ciationem criminalis cauſa deferetur ad Ju[illegible] Eccleſiaſticum: ſextò ratione con[illegible] [illegible] dote. Rurſus vacante Im[illegible] ad Eccleſiam, quæ tunc ſu[illegible] Hodie tamen jure germa[illegible] toro tres ſunt Principes de[illegible] qu[illegible] imperii uſque ad electionem novi [illegible] tur, ſcilicet Elector Saxoni[illegible] in u[illegible] Saxonico, Elector Comes Palatinus [illegible] tractum Rheni: Dux Sabaudi[illegible] in Ita[illegible].

C.

C. EX TENORE 11. h. t. Idem Pont. declarat, cauſam viduæ cum laico [illegible] tractandam coram Judice laico: quod ſi laicus [illegible] gens ſit in adminiſtranda juſtitia; tunc [illegible] tur coram Judice Eccleſiaſtico: ubi notat [illegible], cauſam viduarum principaliter non pertinere ad Eccleſiaſticum Judicem, [illegible] agatur de injuria, vel illata violentia [illegible] ellenda, vel niſi it cauſa Eccleſiaſtica.

C. SI DILIGENTI 12. h. t. Statuit idem Pont. Clericum non poſſe renunciare juri ſuo, & conſtituere ibi Judicem laicum, etiam in cauſis temporalibus, & libere, quamvis juraverit acceptare [illegible] cem laicum; quia pacto privatorum juri publico non derogatur. Etenim in Concilio Milevitano, & Carthaginenſi ſpecialiter prohibetur, ne Clerici ad laicos Judices trahantur ſub pœna perdendi cauſam, & incurrenda excommunicationis. * Ex quo textu liquet, Clericos nec invitos, nec voluntarios poſſe paciſci de ſubeundo judicio ſeculari, quia privilegium fori cùm non ſit perſonale, ſed indultum toti collegio Eccleſiaſtico, non poteſt privatus Clericus eidem renunciare: neque juramentum licet poſſe ſe [illegible] contra canones illicitis pactionibus [illegible] prætetur. Hinc pactum privatorum non valet in præjudicium eorum, quæ principaliter ſtatuta ſunt in favorem publicum, ſeu totius communitatis, l. jus gentium §. paciſcar. ff. de pact. C. Ad Apoſtolicam de regul. neque pactum, vel renunciatio juvatur juramento, quia renunciatio alicujus juris, ut valida ſit, debet verſari circa jus, quod eſt in ipſo renunciante, non verò quod [illegible] endeat etiam ab aliis argum. l. id quod noſtrum eſt ff. de reg. l. jur. Et jus publicum non eſt penes privatos, ſed penes totam communitatem. Hinc Clericus non poteſt renunciare privilegio canonis ſi quis ſuadente 16. q. 5. licèt poſſit remittere injuriam, quantum eſt de [illegible]. Imò [illegible] ericus, nec tacitè, nec expreſſe poteſt conſentire in alium Judicem, quamvis [illegible] perſona Eccleſiaſtica, ſine licentia ſui proprii [illegible] piſcopi. Ex quo textu notandum etiam eſt, quod quoties contractus initur lege prohibente, nullius eſt valoris. Neque juramentum eidem adjectum, & quo [illegible] erat firmatum v[illegible], ne[illegible] eſt ſ[illegible] ndum. Rurſus jura civilia quoad Clericos [illegible] cauſas Eccleſiaſticas non [illegible] judicant [illegible] eru can[illegible] nibus, [illegible] potius per iſtos [illegible] vel ſ[illegible] r[illegible] untur.

C. [illegible] V[illegible] AT 13. h. t. Idem Pont. [illegible] Epiſcopo Belluacenſi, quod Clerici [illegible] cujus Ep[illegible] qui inſerviunt Capitulo vel aliis Clericis ejuſdem di[illegible] is ſine conveniendi, debeant conveniri coram [illegible] undem Ordinarium [illegible], qui iis inſerviunt hab[illegible] ant [illegible] alem juriſ[illegible] nem ex [illegible] co[illegible] [illegible]. Quia ut notat [illegible] crimini [illegible] ſ[illegible] p[illegible] tur conſe[illegible] maximè [illegible] del[illegible] tum p[illegible] get[illegible] itur in [illegible] cem.

C. PO[illegible] 14. h. t. Idem Pont. declarat, q[illegible] Clerici [illegible] habe[illegible] Dia[illegible] [illegible] pat[illegible] [illegible] deli[illegible] ſtum ſi privandus bene[illegible] juſtè patrimonio, ubi deliquit, ferre ſententiam contra ipſum: & a ſuo E[illegible] ſ[illegible] opus beneficii [illegible] latam ſententiam exequi quoad beneficium. Ubi notat G[illegible] a: ratione delicti [illegible] ffici delinquentem de foro alterius: & ſententiam latam ab uno debere ab alio Epiſcopo exequi.

C. EX PARTE 15. h. t. Statuit Honorius III. perſonas miſerabiles, & [illegible] duas poſſe convenire laicum coram Judice Eccleſiaſtico, quamvis agatur de po[illegible] ne feudi, ſi feudum ſit [illegible] ceſſi, & laicus non diſtet ultra duas dietas a diœceſi, ubi eſt res litigioſa. Ex quo textu notat G[illegible] a, cauſam feudi quoad petitorium eſſe tractandam coram Domino feudi: quoad poſſeſſorium autem coram Diœceſano, ſi Judex laicus fuit requiſitus, & fuit negligens. Quia verò in textu dicatur ultra [illegible] as dietas: jure novo id reſtringitur ad unam dietam c. ſtatutum de reſcript. in 6. Fit autem ordinarie computatio dietæ, alterius quam ad judicium quis trahi non debeat a loco domicilii Principalis juxta Gloſſam in d. c. ſtatutum de reſcript. in 6.

C. CONQUESTUS 16. h. t. Declarat Gregorius IX. Judicem Eccleſiaſticum poſſe compellere cenſuris laicos vi occupantes jura eccleſiaſtica, ut ceſſent, & ſatisfaciant damnis, & injuriis poſt p[illegible] ita appellatione, eo quia ſint ſacrilegi. Ubi notat Gloſſa, jura incorporalia hujuſmodi ſunt juriſdictiones, & ſervitutes non poſſe [illegible] eri, ſed quaſi poſſideri, & tales invaſores ſeu ſacrilegos poſſe ab Eccleſia conveniri ſub quo voluerit Judice, quia non ſunt [illegible] ſo jure excommunicati, ſed excommunicandi. Et [illegible] non poſſe [illegible] imu[illegible] ſ[illegible].

C. DILECTI F[illegible] 17. h. t. Declarat idem Pont. habentes [illegible] a Papa non poſſe conveniri in cauſis pecuniariis niſi in certo loco; Quòd ſi promittant reſpondere in aliis locis tenentur in illis reſpondere, poſſintque conveniri, ubi habent domicilium, & [illegible] facere licitum intereſſe. Ex quo textu liquet, promittentem ſolvere in aliquo loco, cenſeri in eodem contraxiſſe c. Romana §. contrahentes eod. in 6. & l. contraxiſſe ff. de act. & oblig. quod tamen intelligitur quoad facultatem conveniendi, ut notat Bart. [illegible] l. C. de ſumm. Trin. [illegible] non verò quoad ſubjiciendum [illegible] tra[illegible] ſtatut[illegible] lo[illegible] illius, quia quoad [illegible] atte[illegible] ur locus [illegible] negotium [illegible] ſtum l. ſi fundus [illegible] de [illegible].

C. SIC[illegible] CA[illegible] 18. h. t. R[illegible] id ut Pont. Abbatis Trece[illegible] [illegible] nec aliquem [illegible] reare in ſ[illegible] um pr[illegible] ſu[illegible] eis niſi [illegible] de conſ[illegible] [illegible] tamen notat [illegible] clerici [illegible] [illegible] eſſe [illegible] uſam, [illegible] itum, imò nec [illegible] poſſe co[illegible], ut Cler[illegible] ba[illegible] [illegible]. Cæterùm [illegible] mando [illegible] proprio ſe [illegible] ſubjicit, ac [illegible] prorogare, ſeu ext[illegible] prorog[illegible] Judice [illegible] perſona, in p[illegible] nam de re[illegible] [illegible] juxta [illegible] in l. [illegible] omn. [illegible] autem prorogatio ſit legitima [illegible] primo [illegible] in Judice juriſdi[illegible] ſufficiens, ſ[illegible] ſpirituali ad cau-

ſam ſpiritualem, & non ſolùm civilis, ſed etiam criminalis ad cauſas criminales; alioquin eſſet collatio nova juriſdictionis, non prorogatio veteris. Secundò ut juriſdictio, quæ prorogatur ſit ordinaria, & non delegata; quia hæc eſt delegantis, quæ non poteſt prorogari ſine illius conſenſu. C. P. & G. de offic. Jud. deleg. *Tertiò requiritur utriuſque partis conſenſus* l. 1. ff. de jud. l. 2. C. de juriſd. omn. Judic. *non tamen eſt ſemper neceſſarius expreſſus conſenſus, quia tacitus etiam ſufficit,* argum. c. 2. de judic.

C. *PROPOSUISTI 19. h. t. Declarat idem Pont. eum, qui legitimè fuit citatus a ſuo Judice teneri proſequi cauſam coram citante, licèt forum mutaverit. Ubi notandum eſt, principium judicii eſſe citationem, ſeu in jus vocationem* clement. paſtoral. de re judic. *ubi habetur, quòd citatio ſit adeò neceſſaria etiam quoad abſentem ut nullatenus omitti poſſit; ſiquidem eſt juris naturalis cùm pertineat ad defenſionem quæ nemini neganda eſt: & abſens niſi citetur non poteſt ſe defendere, eſt autem citatio actus judicialis præparatorius reliqui judicii, quo is, quem coram ſe ſiſtere, vel ſiſti opus eſt, Judicis mandato legitimè vocatur, juris experiundi gratiâ; hinc per ſolam citationem perpetuatur juriſdictio in illa cauſa.*

C. *LICET ult. h. t. Idem Pont. declarat, quemlibet Eccleſiaſticum, quamvis non ſortiatur forum Romanum ratione delicti, aut contractus, vel domicilii, vel rei, de qua agitur, poſſe nihilominus conveniri in Curia Romana, eò quia ſit Magiſtra, & mater omnium, niſi pro juſta, & neceſſaria cauſa veniſſet, quâ allata poſſit jure domum ſuam reverti.*

IN SEXTO.

CAP. *ROMANA 1. h. t. Innocentius IV. plura decernit, primò ut Archiepiſcopus, aut ejus Officialis prætermiſſo articulo appellationis, aut aliis de clericorum cauſis, tanquam Judices licèt ab i[illegible] ſponte elec[illegible] ne ſu[illegible]raganeorum conſenſu cogno[illegible] aut etiam [illegible] ſubditis conſentientibus. Secundò ne A[illegible]e[illegible]copus in cauſis ad ſe devolutis compellat ſubditos ſu[illegible]raganeorum, ut ſuſ[illegible]ipiant dele[illegible]ationem, vel exequantur ſententiam, vel ſint teſtes n[illegible] in contrarium ſit conſuetudo. Tertiò ut n[illegible]n poſſit Archiepiſcopus officiales ſuffraganeorum, aut ſubditos (niſi aliud ſit in [illegible]onſuetudine) ſuper ſalariis Advocatorum, & Procuratorum in [illegible]a præſentia cogere ad reſpondendum. Q[illegible]artò ne Archiepiſcopus contrahentes aliarum [illegible]ceſium ſuper contractibus in ſua Diœce[illegible] initis in[illegible]os eorum [illegible] abat. Quod ſi citati nolint compar[illegible]o. vel [illegible]e occu[illegible]ent, po[illegible]t Archiepi[illegible]copus i[illegible]ionem bonorum, quæ ibi habent mitt[illegible]re [illegible] dec[illegible]nere r[illegible]ionem faciendam in bon[illegible]abent al[illegible]i, & mandat Pont. [illegible], ut id e[illegible]natur Diœceſ[illegible]nus. [illegible]intò ne Arch[illegible]iſ[illegible]opus [illegible]tat ſu[illegible]raga[illegible] præ ineundi[illegible] v[illegible]ndis co[illegible] [illegible]us coram [illegible] neque c[illegible]t eorum ſub[illegible]ites ſtare huic jur[illegible]. Sexto ut [illegible] Ar[illegible]opus in ſuffra[illegible]orum ([illegible], & ſ[illegible]b[illegible], pro eo, quod c[illegible] coram ſe, nolint comparere, Eccleſiaſticam ferre cenſuram, Hinc Archiepiſcop[illegible] non poteſt trahere coram ſe illum Clericum, [illegible] contraxit apud ſe, & modò eſt in propria Diœc[illegible]ſi, ſed tantùm poteſt illum citare, & ſi non co[illegible]paret: poteſt agere in bona ipſius, quæ ſunt in [illegible] Diœceſi, vel ſi malitiosè non [illegible] at ſe citari, de[illegible] ut denuntiari Diœceſano, ut faciat miſſionem [illegible] bona, quæ ſunt in ſua Diœceſi. Hinc no[illegible] Gloſſa, ut quis ſortiatur forum ratione contr[illegible]ctus, debere domicilium habere ibidem; vel ſ[illegible]tem ibi exercere negotiationes: unde patet, [illegible]liud eſſe jus de delinquente, & aliud de contr[illegible]hente, & Judicem extra ſuum territorium ta[illegible]tùm poſſe citare verbaliter, non realiter.*

C. *SÆCULARES 2. h. t. Præcipit Boni[illegible]cius VIII. ut ſæculares Judices, qui Clericos [illegible] ſolvenda debita damnabili præſumptione co[illegible]pellunt per locorum Ordinarios eccleſiaſticâ c[illegible]ſurâ compellantur, & coerceantur. Ex quo te[illegible]tu habetur immunitas clericorum a judiciis, [illegible] Judicibus ſæcularibus.*

C. *CUM LAICUS: ult. h. t. Idem Pont. [illegible]clarat, laicum ratione juramenti, ut illud [illegible]vet, debere conveniri coram Judice Eccleſiaſt[illegible] quia ratione juramenti cauſa laicalis devolvi[illegible] ad forum Eccleſiaſticum: ſiquidem cauſa [illegible]ramenti, ut etiam ejus abſolutio de jure canon[illegible] pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum. Plu[illegible] tamen adfert caſus Gaillus* lib. 1. obſer. 25. *q[illegible]bus etiam Judex ſæcularis cognoſcit de juram[illegible]ta. Primò, quando camera Imperialis re[illegible]xat juramentum ad effectum agendi. Sec[illegible]dò, quando non diſputatur de juribus juramen[illegible] ſed de obſervantia, an expediat illud ſervari, [illegible]ne, quia executio juramenti ad utrumque Jud[illegible]cem tam Eccleſiaſticum, quàm ſæcularem i[illegible]differenter pertinet* c. licèt mulieres de jur[illegible] jur. in 6. *Tertiò quando agitur ratione perjur[illegible] ad pœnam violati juramenti liciti, quo caſu t[illegible]lis cognitio ſpectat etiam ad utrumque Judicem ut notat Gaido* decis. 178. n. 1. *Quarto, qua[illegible]do quis juramentum turpe ab alio recipit, pote[illegible] etiam per judicem laicum procedi ad relaxati[illegible]nem* c. 1. de jurejur. *ſed tunc juramentum [illegible] nullum, utpote de re illicita, conſequenter non in[illegible]diget relaxatione. [illegible]intò, hæres ratione ju[illegible]ramenti præſtiti per defunctum non poteſt con[illegible]veniri in foro Eccleſi[illegible]ico, quia jura[illegible] eſt perſonale, & ſolvitur per mo[illegible]em jur[illegible]* c. veritatis de jurejur. *& ibi communis [illegible] Ca[illegible]noniſta.*

IN SEPTIMO.

CAP. *AD REPRIMENDAS 1. h. t. Ma[illegible]tinus V. declarat, nu[illegible]lam laic[illegible] [illegible] pot[illegible] tem in Clericos, & i[illegible] cauſas I[illegible] [illegible]orum eſſe decideadas in foro or[illegible]inariæ juris[illegible]a[illegible] Cum enim plures laicales per[illegible] d[illegible]nem in tempo[illegible]al[illegible] exercent[illegible] non attendent[illegible]tes quò[illegible] laici in clericos, & illorum bona, nu[illegible] ſit [illegible]ri[illegible] a pote[illegible]as & prætex[illegible] quod [illegible]er[illegible] [illegible] ſuis dom[illegible] ad ſe pertinere [illegible]ro[illegible] [illegible], ne vere & ſ[illegible] attentata a[illegible] ur[illegible] etiam in quocunque loco ſacro, vel re[illegible] ſo[illegible] e[illegible] quacunque cauſa, etiam ſi ratione de[illegible] a[illegible]ion[illegible]*

corpo

corporis Chriſti, collationis ſacramentorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, venditionis factarum, aut aliarum rerum, aut bonorum ad Eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas pertinentium quomodocunque, etiam ſi ſola negatione, vel affirmatione facti interveniat, & ad eos recurratur, cognitionem ad ſe ſpectare, pro eo, quòd factum, & novitas, quæ prætenduntur etiam ſine alia violentia, quamvis in loco ſpirituali, & ſacro, eò quod immediatè, ut prætenduntur, ſpiritualiter non exiſtant; ideò Pontifex inhærens ſtatutis Concilii Milevitani, & Innocentii III. ſtatuit, ut omnes, & ſingulæ perſonæ Eccleſiaſticæ, ſæculares, & regulares quacunque exceptione ſuffultæ etiam ſi patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, & alia quavis præfulgeant dignitate, in actione reali, mixta, vel perſonali, civili, vel criminali etiam occaſione cujuscunque ſubmiſſionis etiam juramento vallata ad forum, ſeu judicium laicale nullo modo debeant trahi.

C. *QUIA SICUT 2. h. t. Urbanus VI. declarat, laicos Judices, in ordinis clericalis, ac privilegii injuriam, non poſſe ſine culpa ſacrilegii clericos bannire, aut relegare: & omnes, ac ſingulos talia præſumentes, & ea fieri mandantes, ſeu eorum nomine, vel mandato facta rata habentes, vel in eis faciendis, dantes auxilium, conſilium, vel favorem, ſi ſingulares perſonæ fuerint cujuscunque præeminentiæ, dignitatis, ſtatûs, vel conditionis exiſtant, earum ſingulas; ſin verò communitates, vel univerſitates extiterint, omnes, & ſingulos earum communitatum, & univerſitatum poteſtates, rectores, judices, conſules, & officiales, quocunque nomine cenſeantur, ac conſiliarios, & privatas perſonas, quæ hujusmodi ſacrilegii principales patratores exiſterent declarat, excommunicationis ſententiam incurrere; nec poteſt ab alio abſolvi à tali excommunicatione, quàm à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo. Ex quo prolixo textu liquet, eccleſiaſticos eſſe immunes à jurisdictione laicorum, & à judiciis, ac judicibus ſæcularibus.*

C. *REGIMINI 3. h. t. Leo X. in Concilio Lateranenſi declarat. Exemptionis privilegio abuti canonicos forum Ordinarii ſubterfugientes, & impunitatem ſcelerum ſimulantes; & mandat, eorum cauſas eſſe tradendas jurisdictioni eccleſiaſticæ, in qua diſcutiantur: & rurſus ſtatuit approbante Concilio, ut de cætero illis quibus exemptorum correctio, & punitio à Sede Apoſtolica demandata eſt, circa illam vigilanter intendant, & diligenter officii ſibi commiſſi debitum exequantur, & quamprimùm illis, exemptos ipſos deliquiſſe legitimè conſtiterit: ita eosdem exemptos delinquentes puniant, quòd iidem exempti metu pœnæ à ſuis arceantur inſolentiis, & alii eorum exemplo perterriti proſilire ad ſimilia meritò perhorreſcant.*

C. *ET QUIA 4. h. t. Idem Pont. confirmat, & innovat, conſtitutiones editas contra Principes ſæculares jurisdictionis eccleſiaſticæ libertatem impedientes, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipit, ut omnes cujuscunque ſtatus, & conditionis etiam Imperatores, & Reges, has conſtitutiones diligenter obſervent, faciántque etiam à ſuis ſubjectis inviolabiliter obſervari, non obſtante quacunque conſuetudine contraria; ſi divinam offenſam, & Sedis Apoſtolicæ debitam voluerint ultionem vitare; & declarat irrita, & nullius valoris, quæ fiunt contra prædictas conſtitutiones.*

C. *ROMANUS 5. h. t. declarat Pius IV. Græcos, qui per varias chriſtianæ ditionis civitates morantur, ſubeſſe teneri jurisdictioni ordinariorum, ne licentiores jam dudum recollectis, & excuſſis hæreſibus ſuos inficiant.*

IN CLEMENTINIS.

C. *QUAMVIS unic. h. t. Clemens V. in Concilio Viennenſi ſtatuit, ut quamvis in jure canonico prohibitum ſit, Epiſcopum exercere jurisdictionem in aliena diœceſi: Epiſcopus, qui expulſus ex ſua diœceſi non poteſt per ſe, vel per alium in aliqua parte ſuæ diœceſi reſidere, vel jurisdictionem exercere, poſſit in civitatibus, vel locis inſignibus alienæ diœceſis viciniotibus ſuæ diœceſi, in quibus ſecurè morari poterit, jurisdictionem ſuam exercere contra expulſores, eorúmque conſiliarios, & fautores, valeátque eos citare perſonaliter, vel ad domum, ſi fieri poſſit, vel publicè in Eccleſia cathedrali domiciliis eorundem. Quòd ſi Epiſcopus non audeat prædicto modo eos citare, vel ipſi id malitioſè impediant, præcipit Pontifex, ut citentur in pluribus feſtivis diebus, quando concurſus populi fit ad divina in ſolemnibus Eccleſiis alienæ diœceſis, ut verò ſimiliter citatio ad ipſos perveniat, & tranſacto termino procedat. Rurſus præcipit Pontifex, ut Epiſcopus expulſus, ſi per ſe, vel per alium non audeat, vel non poſſit in propria diœceſi, exerceat jurisdictionem inter ſuos ſubditos in aliena; adeò ut ſubditi, qui non ſunt Expulſores, vel Adjutores, non trahantur extra finem diœceſis ultra duas dietas. Mandat tamen Pontifex, ut Epiſcopus expulſus ante omnia petat licentiam à diœceſano illius loci, & ſi petitam non obtineat, poſſit adhuc jurisdictionem exercere, & convicini Epiſcopi locorum requiſiti faciant ſententias denunciari in propria diœceſi; ita tamen, ut nullum generetur præjudicium ſuperioribus eorundem locorum. Notat Gloſſa, Epiſcopum extra ſuam diœceſin excepto caſu hujus textûs non poſſe exercere ſuam jurisdictionem, niſi inter volentes, & de licentia Ordinarii, de qua fiat mentio in proceſſu. Cæterùm Epiſcopus in aliena diœceſi non poteſt jurisdictionem contentioſam exercere, eò quia reſpectu alterius Epiſcopi ſit tanquam privatus. Poteſt tamen celebrare in altari portatili de privilegio. Rurſus ſi Epiſcopus expulſus poteſt tutus ſedere in loco exempto ſuæ diœceſis, non debet in aliena ſedere.*

COM-

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

De competentia fori, variisque modis, quibus conſtituitur forum competens.

1 FOrum competens propriè eſt tribunal Judicis, cujus jurisdictioni in tali cauſa, de qua agitur, reus ſubjicitur: ſive ubi reus ab Actore conveniri poteſt, ac debet juxta illud, quòd ordinariè forum Rei teneatur actor ſequi: quapropter Judex competens ille dicitur, cujus jurisdictioni Reus ſubjicitur, ſive coram quo actio, & lis proponi, inſtitui, ac finiri poteſt. Unde Judex competens is dicitur, cujus jurisdictioni ſubjicitur reus; & forus, ſeu forum juxta præſens inſtitutum ſignificat locum, in quo lites, & judicia exercentur, & in quo conveniri poteſt reus *c. forus 10. inf. de V. S.* ubi dicitur, quòd forus litium exercendarum ſit locus dictus à Fando, ſeu ut alii cenſent à Foroneo Rege, qui primus Græcis legem dedit, vocatur etiam locus iſte à ſæcularibus tribunal, & ab Eccleſiaſticis conſiſtorium. Significat etiam forum totum territorium, in quo Judex habet jurisdictionem *l. pupillus 239. §. territorium ff. de V. S.* qua ratione tota diæceſis dicitur territorium, ſeu forum Epiſcopi, ut deſumitur ex *c. omnes 10. cauſ. 16. q. 7.* ubi Huſtienſis notat, quòd forus in maſculino ſignificet locum, in quo jus redditur juxta *c. forus in princip.* Forum verò in neutro genere ponatur pro territorio cujuslibet Judicis, intra quod jus dicere poteſt juxta *l. pupillus §. territorium.* hæc tamen differentia fori quoad genus maſculinum, & neutrum eſt potiùs grammaticalis, & non habet fundamentum in jure. Cæterùm forum competens propriè eſt tribunal Judicis, cujus jurisdictioni reus ſubjicitur, ſeu in quo reus ab actore poteſt conveniri: ſiquidem actor regulariter ſequi debet forum Rei. *c. ſi clericus 5. c. cum ſit 8. h. t.*

2 Quamobrem fori competentia potiſſimum ex tribus deduci ſolet principiis; quorum primum eſt perſona Judicis, & ejus jurisdictio; ſecundum perſona Rei conventi; tertium eſt qualitas cauſæ. Ex parte perſonæ Judicis dicitur forum competens, quando Judex eſt ordinarius, vel delegatus, vel compromiſſarius; vel quia prorogata eſt ejus jurisdictio, vel quia habet utrumque imperium merum, & mixtum. Ex perſona Rei, cujus forum actor ſequitur, datur fori competentia, ubi reus habet domicilium; vel res, quæ petitur, eſt ſita, vel ubi initus fuit contractus, vel delictum commiſſum: vel quia reus eſt clericus, vel quia Judex præventus, ſi cauſa ſit mixti fori, in qua datur locus præventioni. Ex qualitate cauſæ competens eſt forum, ſi cauſa ſit eccleſiaſtica, vel ſæcularis, ſive mixta: ſi enim cauſa ſit ſpiritualis, vel annexa ſpirituali, nonniſi coram Judice Eccleſiaſtico agi poteſt: quapropter Eccleſia cognoſcit de legatis, de donationibus, teſtamentis, & aliis quibuscunque relictis ad pias cauſas, & deſumitur ex *c. cùm effect. c. relatum 1. de teſtam.* Rurſus Eccleſia cognoſcit de cauſa feudali, quando laicus feudum habet ab Eccleſia *c. verum de for. compet.* & communiter doctores. Ratione criminis Eccleſiaſtici ſolùm judicat Eccleſia; ſin verò ſit crimen merè ſæculare, coram illo procedit Judex ſæcularis; & ſi ſit communis fori, poteſt laicus conveniri coram utroque Judice Eccleſiaſtico, & ſæculari.

Datur etiam competentia fori apud Judicem superiorem avocantem cauſam à Judice inferiore: eſt enim avocatio, ſeu evocatio translatio litis pendentis coram inferiore Judice citra appellationem facta ad ſuperiorem, à quo inferior poteſtatem accepit, & tunc lis transfertur in eo prorſus ſtatu, in quo reperitur apud inferiorem, ut deſumitur ex *c. ut noſtrum 56. de appellat. l. Judicium ſolvitur 58. ff. de judic.* Hinc ſi lis agatur coram Epiſcopo, poteſt transferri ad ſummum Pontificem, qui eſt Judex omnium ſupremus in Eccleſia: eſt etiam quilibet Judex ordinarius ſuperior reſpectu delegati; non ita iſte reſpectu ſubdelegati, niſi re integra ante citationem revocaverit, quia per ſubdelegationem, qua jam uſus eſt ſubdelegatus, ceſſat jurisdictio in delegato *c. 6. & 7. de offic. deleg. in 6.* Imperator tamen ob ſpecialia pacta inita cum ſtatibus imperii non poteſt ab iisdem cauſas avocare, ut notat Gail. *1. obſ. 41.* Quòd ſi unus Judex ab alio pari, vel ſuperiori ſubditum ſuum incompetenter litigantem avocat, eò quia jurisdictio illius Judicis prorogari non potuit, tunc non habetur propriè avocatio, ſed tantùm exceptio declinatoria fori, quæ, ſi non admittitur, datur appellatio: ſiquidem avocatio propriè non fit à pari, vel ſuperiore, ſed tantùm ab inferiore, cujus jurisdictio aliquo pacto dependet ab avocante. 3

Quia verò actor tenetur ſequi forum competens ipſius Rei, juvat obſervare, pluribus modis poſſe reum ſortiri forum competens, ſcilicet ratione domicilii, contractûs, rei petitæ, delicti, præventionis, & privilegii, quibus ſolet etiam addi forum lædi, & diffamari *C. de ingen. & manum.* Domicilium dicitur locus habitationis, & dividitor in naturale, ſeu originis, & in accidentale, ſeu habitationis perpetuæ, & in quaſi domicilium, ſeu habitationis temporalis: domicilium originis dicitur locus, ubi quis natus eſt: unde ſi reus tempore actionis inſtitutæ ibi moretur, debet apud Judicem ejusdem loci conveniri. Quòd ſi habitationem aliò tranſtulerit, tunc conveniri debet, ubi habet habitationem perpetuam, quia jus conveniendi aliquem in loco originis, ſi reus abſit à tali loco, non eſt ampliùs in uſu, ut notat 4

Matthæus

Matthæus Steph. de *offic. Jud. p.1. lib.1. c.8. n.28.* dicitur do[illegible]um habe[illegible]nis pe[illegible] ut locum, in [illegible] bona, & res [illegible] collocavit animo ibi [illegible] commorandi; q[illegible] quis ad [illegible] ali[illegible] ferat abs[illegible] [illegible] n d[illegible] loci domi[illegible], & [illegible] tan[illegible] hoſtes & peregri[illegible] ut notat Menoc. *de arb. Jud. lib.2. cent.1. caſ.86. n.7.*

5 Unde ut qui conſtituat domicilium, in aliquo loco, in quo non ſit natus in ordine ad fori competentiam requiritur animus perpetuò ibi commorandi, & quod tranſtulerit poſſeſſiones de facto [illegible] talem locum, & a[illegible] habitati[illegible]nem, [illegible] men non ita intelligitur, quaſi non liceat [illegible] [illegible] loco recedere, quia ad rationem domi[illegible] perpetu[illegible] propoſita, ſeu animus ibi [illegible] manendi, tametſi propoſitum po[illegible] tea occ[illegible]ren[illegible]bus al[illegible] circumſtantiis mutetur: quia etiam nuptiæ dicuntur omnis vitæ conſortium *l.1. de rit. nupt.* [illegible] netſi poſtea fiant divortia. Rurſus ad conſtituendum domicilium non requiritur certum temporis ſpatium, ſed ſufficit, ſi quis re ipſa, & facto declaraverit, ſe perpetuò habitaturum in tali loco. Et quia plerumque non conſtat de hoc animo adventantis; ideò ſi per decem annos continuos fuerit in tali loco commoratus, præſumitur ibi d[illegible]ilium conſtituiſſe *l.2. C. de Incol.* *Quaſi domicilium* dicitur locus, in quo quis d[illegible]moratur abſque tamen animo ibi perpetuò manendi: & hoc quaſi domicilium fundat juriſdictionem fori pœnitentialis, adeo ut ſubjiciatur parocho loci circa ſacramenta, & ſufficit ſi adven[illegible] us per majorem anni part[illegible] inerit in loco [illegible] commoratus.

6 Poteſt etiam aliquis in loco quaſi domicilii conveniri de contract[illegible] bus ibidem in[illegible], vel de deli[illegible]s patratis, non verò de actibus a[illegible]bi geſtis, ſi verum [illegible]micilium non multum diſtet. Secu[illegible] ſi multum [illegible]et, & actor deberet magnos ſumptus facere, & plura incommoda ſubire; tunc æquitas ſuad[illegible] [illegible] eus conveniri poſſit etiam in loco quaſi domicil[illegible] *argu. lex placuit C. de jud.* Hinc forenſes, & Advenæ o[illegible] deb[illegible] a[illegible]bi contracta capiantur in loco [illegible] ubi reperiuntur, ac morantur, ac detinentur [illegible] onec ſatis faciant. Qui verò nu[illegible] habent [illegible] domi[illegible] conveniri poſſunt, u[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]enduntur, ut etiam vagi, qui [illegible], nec [illegible], nec quaſi d[illegible]micilium habent; [illegible]

7 [illegible]

[illegible] Advena, [illegible] [illegible] quicun[illegible] [illegible] poteſt in [illegible] Romana, ſi ibi adſit, tamen [illegible] non ſortiatur, ut [illegible] Gregor[illegible] IX. [illegible] qui [illegible] Romam ve[illegible] & [illegible] apud S[illegible] A[illegible] & [illegible] [illegible] Romana [illegible] non poſſunt exceptionem fori

declinatoriam opponere, quia ſummus Pontifex eſt ordinarius Judex omnium fidelium, quia illi com[illegible] poteſtas [illegible] candi de omnibus cauſis præ[illegible] m Eccleſiaſticis *c. cuncta 17. c. ult. cauſ. 9. q.3.* T[illegible] quia omnes Eccleſiæ cenſentur poſitæ in territorio Papæ. *c. cùm omnes 10. cauſ. 16. q.7.* Tum quia etiam antiquitus omnes pertinentes ad Ro[illegible] imperium, & Romæ exiſtentes poterant [illegible] conveniri; quia Roma cenſetur eſſe comm[illegible] nis omnium patria *l. Roma 33. ff. ad municip.* Tum quia Romæ omnes clerici puniri poſſunt etiam [illegible] del[illegible] alibi perpetratum, non tamen pœna ordinaria, ſed extraordinaria Judicis arbitriu, ut notat [illegible]arinac. in *prax. crim. lib. 1. tit. 1. q.7. n.12.*

8 Sortitur etiam quis f[illegible]rum ratione rei petitæ, contra quem actio realis [illegible] ituitur, [illegible] quæ in ſpecie petitur, ſit in ta[illegible] loco, adeò ut [illegible] locum pu[illegible] etiam reus abſens citari, & vocari, ut deſumitur ex *l. fin. C. ubi in rem act.* Idque o[illegible] faciliores probationes tam circa poſſeſſionē, q[illegible] rei proprietatem, & ut promptior in re ipſa habeatur executio. Notat tamen Panorm. in *c. fin. de for. compet. n.43.* quòd ſi res ſit immobilis, ade[illegible] [illegible] in eo loco ſit immobiliter ſita, tunc reus debet conveniri, in loco rei immobilis *argu. text. general. in l. fin.* & *l. litigatur 38. in fin.* & *l. ſed etſi ſuſceperit. 52. §.3. ff. de judic.* ſi verò fuer[illegible] mobilis, & tranſitoria, ait, [illegible]ionem non eſſe in[illegible]truendam in loco rei petitæ, ſed in loco domicilii, eò quia non cenſeatur res conſtituta in loco, per [illegible]uem tranſit *argu. l. generaliter §. vocari ff. de uſufruct.* Poteſt tamen res mobilis, & tranſitoria in loco per quem tranſit ſ[illegible] queſtrari, donec poſſeſſor d[illegible] cautionē, au[illegible] [illegible] [illegible] dej[illegible] urem. hæreditati[illegible] petitio c[illegible] [illegible] in rem *l. ſed etſi 25. §. peti[illegible] 18. ff. de hæred. petit.* ibi pot[illegible] [illegible]tui, u[illegible] bona hæreditaria repe[illegible] iuntu[illegible] Si verò hær[illegible] in pluribus [illegible] locis conſtituta, & tota hæred[illegible] petatur, tunc in domicilio illius qui convenitur, inſtituenda eſt actio; & ſi nemo poſſideat, ubi major pars hæreditatis reperitur agendum erit, ut notat Caſtrus in *l. un. C. ubi de hæred. agi oportet.*

9 Contrahens ratione contractûs, vel quaſi contractûs ſortitur forum competens in eo loco, in quo contractum inivit *c. fin. de for. compet. l. hæres abſens 18. §. ff. de jud.* Excipitur tamen dos, quæ ſolut[illegible] [illegible]rimonio non ex[illegible] in loco, ubi pacta dotalia [illegible] a fuerun[illegible] in domicilio ma[illegible] *l. exigere 65. ff. de judic.* [illegible] legati, qui ad cum locum, ubi al[illegible] contraxerunt [illegible], [illegible] non co[illegible] re[illegible] pondere ſuper contractu durante m[illegible] ſed [illegible] abent exceptionem revocandi dom[illegible] m, ne ab officio legationis abſtrahantur. Rurſus [illegible] peregrini, & viatores, qui aliquando in ali[illegible] lo[illegible] contraxerunt, [illegible] nde ſint receſſuri ab[illegible] que eo[illegible] [illegible] [illegible] pergulam pro diſtrahendis m[illegible] excipiuntur. Poteſt tamen [illegible] in loco ubi contraxit conveniri, [illegible] [illegible] conſuetudo id poſtula[illegible] [illegible] pretium obtulit [illegible] merce, [illegible] datur, [illegible] qui merces in foro [illegible], ſtatim pecuniam ſolvant, ut notat Ab[illegible] *n.33.* & in dubio præſumitur quòd inten[illegible] contrahentium ta[illegible] fuerit, niſi aliter ex circumſtantiis appareat. Si quis verò in alie-

Digitized by Google

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

De competentia fori, variiſque modis, quibus conſtituitur forum competens.

1 FOrum competens propriè eſt tribunal Judicis, cujus jurisdictioni in tali cauſa, de qua agitur, reus ſubjicitur: ſive ubi reus ab Actore conveniri poteſt, ac debet juxta illud, quòd ordinariè forum Rei teneatur actor ſequi: quapropter Judex competens ille dicitur, cujus jurisdictioni Reus ſubjicitur, ſive coram quo actio, & lis proponi, inſtitui, ac finiri poteſt. Unde Judex competens is dicitur, cujus jurisdictioni ſubjicitur reus; & forus, ſeu forum juxta præſens inſtitutum ſignificat locum, in quo lites, & judicia exercentur, & in quo conveniri poteſt reus *c. forus 10. inf. de V. S.* ubi dicitur, quòd forus litium exercendarum ſit locus dictus à Fando, ſeu ut alii cenſent à Foroneo Rege, qui primus Græcis legem dedit, vocatur etiam locus iſte à ſæcularibus tribunal, & ab Eccleſiaſticis conſiſtorium. Significat etiam forum totum territurium, in quo Judex habet jurisdictionem *l. pupillus 239. § territorium ff. de V. S.* qua ratione tota diœceſis dicitur territorium, ſeu forum Epiſcopi, ut deſumitor ex *c. omnes 10. cauſ. 16. q. 7.* ubi Hoſtienſis notat, quòd forus in maſculino ſignificet locum, in quo jus redditur juxta *c. forus in princip.* Forum verò in neutro genere ponatur pro territorio cujuslibet Judicis, intra quod jus dicere poteſt juxta *l. pupillus §. territorium.* hæc tamen differentia fori quoad genus maſculinum, & neutrum eſt potiùs grammaticalis, & non habet fundamentum in jure. Cæterùm forum competens propriè eſt tribunal Judicis, cujus jurisdictioni reus ſubjicitur, ſeu in quo reus ab actore poteſt conveniri: ſiquidem actor regulariter ſequi debet forum Rei. *c. ſi clericus 5. c. cum ſit 8. h. t.*

2 Quamobrem fori competentia potiſſimum ex tribus deduci ſolet principiis; quorum primum eſt perſona Judicis, & ejus jurisdictio; ſecundum perſona Rei conventi; tertium eſt qualitas cauſæ. Ex parte perſonæ Judicis dicitur forum competens, quando Judex eſt ordinarius, vel delegatus, vel compromiſſarius; vel quia prorogata eſt ejus jurisdictio, vel quia habet utrumque imperium merum, & mixtum. Ex perſona Rei, cujus forum actor ſequitur, datur fori competentia, ubi reus habet domicilium; vel res, quæ petitur, eſt ſita, vel ubi initus fuit contractus, vel delictum commiſſum: vel quia reus eſt clericus, vel quia Judex præventus, ſi cauſa ſit mixti fori, in qua datur locus præventioni. Ex qualitate cauſæ competens eſt forum, ſi cauſa ſit eccleſiaſtica, vel ſæcularis, ſive mixta: ſi enim cauſa ſit ſpiritualis, vel annexa ſpirituali, nonniſi coram Judice Eccleſiaſtico agi poteſt: quapropter Eccleſia cognoſcit de legatis, de donationibus, teſtamentis, & aliis quibuscunque relictis ad pias cauſas, & deſumitur ex *c. cùm eſſet. c. relatum 1. de teſtam.* Rurſus Eccleſia cognoſcit de cauſa feudali, quando laicus feudum habet ab Eccleſia *c. verum de for. compet.* & communiter doctores. Ratione criminis Eccleſiaſtici ſolùm judicat Eccleſia; ſin verò ſit crimen merè ſæculare, coram illo procedit Judex ſæcularis; & ſi ſit communis fori, poteſt laicus conveniri coram utroque Judice Eccleſiaſtico, & ſæculari.

3 Datur etiam competentia fori apud Judicem ſuperiorem avocantem cauſam à Judice inferiore: eſt enim avocatio, ſeu evocatio translatio litis pendentis coram inferiore Judice citra appellationem facta ad ſuperiorem, à quo inferior poteſtatem accepit, & tunc lis transfertur in eo prorſus ſtatu, in quo reperitur apud inferiorem, ut deſumitur ex *c. ut noſtrum 56. de appellat. l. Judicium ſolvitur 58. ff. de judic.* Hinc ſi lis agatur coram Epiſcopo, poteſt transferri ad ſumnium Pontificem, qui eſt Judex omnium ſupremus in Eccleſia: eſt etiam quilibet Judex ordinarius ſuperior reſpectu delegati; non ita iſte reſpectu ſubdelegati, niſi re integra ante citationem revocaverit, quia per ſubdelegationem, qua jam uſus eſt ſubdelegatus, ceſſat jurisdictio in delegato *c. 6. & 7. de offic. deleg. in 6.* Imperator tamen ob ſpecialia pacta inita cum ſtatibus imperii non poteſt ab iisdem cauſas avocare, ut notat Gail. 1. *obſ. 41.* Quòd ſi unus Judex ab alio pari, vel ſuperiori ſubditum ſuum incompetenter litigantem avocat, eò quia jurisdictio illius Iudicis prorogari non potuit, tunc non habetur propriè avocatio, ſed tantùm exceptio declinatoria fori, quæ, ſi non admittitur, datur appellatio: ſiquidem avocatio propriè non fit à pari, vel ſuperiore, ſed tantùm ab inferiore, cujus jurisdictio aliquo pacto dependet ab avocante.

4 Quia verò actor tenetur ſequi forum competens ipſius Rei, juvat obſervare, pluribus modis poſſe reum ſortiri forum competens, ſcilicet ratione domicilii, contractûs, rei petitæ, delicti, præventionis, & privilegii, quibus ſolet etiam addi forum lædi, & diffamari *C. de ingen. & manum.* Domicilium dicitur locus habitationis, & dividitor in naturale, ſeu originis, & in accidentale, ſeu habitationis perpetuæ, & in quaſi domicilium, ſeu habitationis temporalis: domicilium originis dicitur locus, ubi quis natus eſt: unde ſi reus tempore actionis inſtitutæ ibi moretur, debet apud Iudicem ejusdem loci conveniri. Quòd ſi habitationem alió tranſtulerit, tunc conveniri debet, ubi habet habitationem perpetuam, quia jus conveniendi aliquem in loco originis, ſi reus abſit à tali loco, non eſt ampliùs in uſu, ut notat

Matthæus

Matthæus Steph. de *offic. Jud. p. 1. lib. 1 c. 8. n. 28.* dicitur do[illegible]um habi[illegible]nis per[illegible] locum, in [illegible]is bona, & res ſuas col[illegible]ca[illegible] animo ibi [illegible]commorandi, quod ſi quis ad locum aliquem [illegible] conferat abſque inte[illegible]ione perpetuò [illegible] an[illegible] n dicitur [illegible]lis loci domic[illegible]arius, & [illegible] tantum hoſpes & peregri[illegible], ut notat Meno[illegible] *de arb. Jud. lib. 2. cent. 1. caſ. 86. n. 7.*

5 Unde ut quis conſtituat domicilium, in aliquo loco, in quo non ſit natus in ordine ad fori competentiam requiritur animus perpetuò ibi commorandi, & quod tranſtulerit poſſeſſiones de facto [illegible]alem locum, & a[illegible] lem habi[illegible]ti[illegible]nem, quod tamen non ita intel[illegible]igitur, quaſi non liceat am[illegible] à [illegible] loco recedere, quia ad rationem dom[illegible] ſuffi[illegible] pe[illegible]petuitas propoſita, ſeu animus ibi ſemper permanendi, tametſi propoſitum poſtea oc[illegible]rren[illegible]bus aliis circumſtantiis mutetur: quia etiam nuptiæ dicuntur omnis vitæ conſortium *l. 1. de [illegible] nupt.* tametſi poſtea fiant divortia. Rurſus ad conſtituendum domicilium non requiritur certum temporis ſpatium, ſed ſufficit, ſi quis re ipſa, & facto declaraverit, ſe perpetuò habitaturum in tali loco. Et quia plerumque non conſtat de hoc animo adventantis; ideò ſi per decem annos continuos fuerit in tali loco commoratus, præſumitur ibi domicilium conſtituiſſe *l. 2. C. de Incol. Quaſi domicilium* dicitur locus, in quo quis d[illegible] immoratur abſque tamen animo ibi perpetuo manendi; & hoc quaſi domic[illegible]lium fundat juriſd[illegible]ionem fori pœnitentialis, adeo ut ſubjiciatur parocho loci circa ſacramenta, & ſufficit ſi adventitius per majorem anni partem [illegible]uerit in loco [illegible] commoratus.

6 Poteſt etiam aliquis in loco quaſi domicilii conveniri de contract[illegible]bus ibidem initis, vel de deli[illegible] patratis, non verò de act[illegible]bus ali[illegible] geſtis, ſi verum [illegible] um non multum diſtet. Secus ſi multum [illegible]ſtet & [illegible]or deberet magnos ſumptus facere, & plura incommoda ſubire; tunc æquitas ſuad[illegible]t, ut reus conveniri poſſit etiam in loco quaſi domici[illegible] *argu. lex placuit C. de jud.* Hinc forenſes, & Advenæ ob debita alibi contracta capiuntur in loco, ubi reperiuntur ac morantur, ac detinentur donec ſati[illegible]ciant. Qui verò nullum habent [illegible] domi[illegible]um conveniri poſſunt, u[illegible]ue [illegible]rehenduntur, ut etiam vagi, qui [illegible] ne[illegible]m, nec quaſi domicilium habent; [illegible] u[illegible] us ſtatui poſſint.

7 A[illegible] dicuntur vagi, e[illegible]jus m[illegible] mulis, [illegible] ve[illegible]niuntur u[illegible] ertum [illegible] n[illegible] a ſtudiis [illegible] ahan[illegible]r cor[illegible] R[illegible]tore conveni[illegible] dveoa[illegible] nu[illegible]quicun[illegible]ue [illegible] conveniri pote[illegible] Romana, ſi ibi adſit, [illegible] al[illegible] ſ[illegible] no[illegible] ort[illegible]atu[illegible], ut co[illegible] *c.* [illegible] *b. c.* [illegible] Grego[illegible] rej[illegible]ueo [illegible] qui [illegible] Romam ven[illegible] & a[illegible] apud [illegible]em Apo[illegible] & E[illegible] nec [illegible] dom[illegible] ne[illegible] de [illegible] a e[illegible] verſa a[illegible] Apo[illegible] [illegible] tu[illegible] on[illegible] x[illegible] ſam cognoſ[illegible] Romæ, und[illegible] leticerque un[illegible] in C[illegible] Romana conv[illegible] non poſſunt exception[illegible]

[illegible] declaratoriam opponere, quia ſummus Pontifex eſt ordinarius Judex omnium fidelium, quia illi competit poteſtas ju[illegible]andi de omnibus cauſis præter[illegible]m Eccleſiaſticis *c. cuncta 17. c. ult. cauſ. 9. q. 3.* Tum quia omnes Eccleſiæ cenſentur poſitæ in territo[illegible]o Papæ. *c. cum omnes 10. cauſ. 16. q. 7.* Tum quia etiam antiquitus omnes pertinentes ad Ro[illegible]num imperium, & Romæ exiſtentes poterant ibi conveniri; quia Roma cenſetur eſſe commu[illegible]is omnium patria *l. Roma 33. ff. ad municip.* Tum quia Romæ omnes clerici puniri poſſunt eti[illegible]m ob del[illegible]tum alibi perpetratum, non tamen pœna ordinaria, ſed extraordinaria Judicis arbitrio, ut notat Farina[illegible], in *prax. crim. lib. 1. tit. 1. q. 7. n. 12.*

Sortitur etiam quis forum ratione rei petitæ, 8
contra quem actio realis in[illegible]ituitur, ſi res, quæ in ſpecie pe[illegible]itur, ſit in ea [illegible]o, adeò ut ad eum locum poſſit etiam reus abſens citari, & vocari, ut deſumitur ex *l. fin. C. ubi in rem act.* Ideo[illegible] o[illegible] faciliori[illegible] probationes tam circa poſſeſſionē, quam rei proprietatem, & ut promptior in re ipſa h[illegible]eatur executio. Notat tamen Panorm. in *c. fin. de for. compet. n. 43.* quòd ſi res ſit immobilis, adeo ut in eo loco ſit immobiliter ſita, tunc reus debet conveniri, in loco rei immobilis *argu. text. general. in l. fin.* & *l. de*[illegible]*atur 38. in fin.* & *l. ſed etſi ſuſ*[illegible]*eperit. 52. §. 3. ff. de judic.* ſi verò f[illegible]t mobilis, & tranſitoria, ait, actionem non eſſe inſtituendam in loco rei petitæ, ſed in locu domici[illegible]ii, eò quia non cenſetur res conſtituta in loco, per quem tranſit *argu. l. generaliter §. vocari ff. de uſufruct.* Poteſt tamen res mobilis, & tranſitoria in loco per quem tranſit ſeq[illegible]trari, donec po[illegible]eſſor d[illegible]t cautionē, aut [illegible] [illegible]. Hæreditati[illegible] petitio e[illegible] [illegible] actio in rem *l. ſ[illegible] defſi 25. §.* [illegible] *18. ff. de hæred. petit.* i[illegible]i pote[illegible] [illegible]itui, ub[illegible] bona hæreditaria reperiuntu[illegible]. S[illegible] n v[illegible] hæ[illegible]itas in pluribus [illegible] locis conſ[illegible]tuta, & tota hæred[illegible]s petatur, tunc in domici[illegible]o illius, qui con[illegible], inſtituenda eſt actio; & ſi nemo poſſideat ubi major pars hæreditatis reperitur agendum erit, ut notat Caſtrus in *l. un. C. ubi de hæred. agi oportet.*

Contrahens ratione contrac[illegible]s, vel quaſi con- 9
tract[illegible] ſort[illegible]ur forum comperens in eo loco, in quo contractum ini[illegible] *c. fin. de for. compet. l. hæres abſens 18. §.* [illegible] *ff. de jud.* Excipitur tamen dos, quæ ſoluto matrimonio non ex[illegible]ur in loco, ubi pacta do[illegible] confe[illegible]a fuerun[illegible] in domici[illegible]o mariti [illegible] *exigere 65. ff. de judic.* Item legati, qui ad eum locum, [illegible] ali[illegible] co[illegible] axerunt m[illegible]untur, i[illegible] non co[illegible]untur re[illegible]ondere ſ[illegible]per cont[illegible]actu durante m[illegible]onis [illegible], ſed habent exceptionem revocandi domum, ne ab offi[illegible]io l[illegible]ationis abſtrahantur. Ruſ[illegible] peregrini, & viat[illegible]res, qui aliquan[illegible]o in [illegible] [illegible]ntraxerunt, [illegible]nde [illegible] receſſuri ab[illegible] ibi pergu[illegible]am pro diſtrahendis mer[illegible] [illegible] [illegible]iuntur. Poteſt tamen ad[illegible] via[illegible] contraxit conveni[illegible] [illegible] confuetudo [illegible] poſt [illegible] [illegible]ium obtulit pro merce, [illegible] tradatur [illegible] am qui merces in foro [illegible] ſtatim pecuniam ſolvant, ut notat Abb[illegible] *lt. n.* [illegible]*3.* & in dubio præſumitur qu[illegible] intentio contrahentium talis fuerit, niſi aliter ex circumſtantiis appareat. Si quis verò in alie-

no loco, obi domicilium non habet, Inſtitorem conſtituat, tunc dominus conveniri poteſt coram Judice illius loci, ubi negotium cum Inſtitore, ſeu factore geritur in iis, quæ ad negotiationem illā pertinent; quia perinde eſt, ac ſi cum domino ibi contraheretur, ut deſumitur ex *l. hæres. §. apud labeonem* juncta Gloſſa *V. defendere ff. de jud.*

10 Cæterum licèt debitor reſpondere debeat in loco contractûs, ſi ibi deprehendatur: nihilominus poteſt actor etiam illum convenire in loco domicilii, vel contractûs, prout ipſi magis libuerit ut notat Abbas in *c. ſi diligenti 17. n.* 10. *h. t.* Generatim qui ſortitur forum ratione contractûs ſub icitur juriſdictioni Judicis, ſeu magiſtratûs illius loci, in quo contraxit, adeò ut contrahens, ſi ibi reperiatur, poſſit a Judice loci citari in illa cauſa, & ſi contumax ſit, etiam compelli à Judice Eccleſiaſtico per cenſuras ad comparendum, & reſpondendum, imò & etiam in carcerem detrudi pro gravitate cauſæ.

11 Sin verò extra tale territorium exceſſerit, non poteſt amplius compelli ad comparendum perſonaliter per citationem, aut cenſuras ſi comparere detrectet, licet poſſit fieri immiſſio in ejus bona, ſi quæ habet in loco contractꝰ, quia qui ratione contractus eſt ſortitus forum, non eſt abſolute ſubditus, ſed duntaxat in ordine ad locum, quamdiu ibi deprehenditur: poſtquam enim egreſſus eſt extra territoriū, non poteſt amplius citari, quia deſinit eſſe ſubditus quoad perſonā, ſed tantum fieri immiſſio in bona, quæ habet in loco contractûs, ut notat Cov. *pract. q. c. 10. n. 4.* & hoc etiam dicitur de illo, qui ſortitur forum ratione delicti. Imò non ratione tantum contractûs nominati vel innominati ſortiuntur contrahentes forū, ſed etiam ratione quaſi contractûs: quia hic ſumitur contractus laxè, non ſolum pro contractu ultro citròque obligatorio, ut eſt venditio, conductio, ſed pro quovis pacto, ſive ex illo obligatio orjatur in utraq; parte, ſive in una tantū, adeò ut ſub nomine quaſi contractꝰ comprehendatur etiā administratio tutelæ, curæ, tranſactio, donatio, & alia id genus, ut deſumitur ex *l. omnem 20. ff. de ju.*

12 Non tamen dicitur quis forum ſortiri in loco, ubi ratificatur contractus, quia confirmatio, ſeu ratificatio in forma communi facta nil innovat, ut notat Gallus *l. 2. obſ. [illegible] n. 4.* Quòd ſi executio contractus, ſeu ejus implementum deſtinetur in alium locum, tunc in loco deſtinati implementi, dicuntur contrahentes forum ſortiri, adeò ut debitor, vel ibi, vel in loco domicilii ſui pro arbitrio actoris conveniri poſſit: quia contraxiſſe quis in eo loco videtur, in quo ut impleret contractum, ſeu ſolveret, ſe obligavit, *l. 21 ff. de oblig. & act.* Si quis verò promiſit ſolutum pecuniam certo loco, & certo tempore, [illegible] Monaſterium S. Jacobi poteſt hic conveniri, imo etiam abſens [illegible] ut notat Covar. *lib. pract. q. c. 10. n. 6. V. decimo* [illegible] comparuerit citatus [illegible] vel alibi bona, dicunt [illegible] effectum, ut actor [illegible] in poſſeſſionem bonorum ex primo decreto [illegible] tamen intelligendum in caſu, quo [illegible] loci [illegible], poſſit qui contraxit legitimè [illegible], ac teneatur comparere, quia [illegible] immiſſio in bona [illegible] contuma-

[illegible] cæ, & contumax non eſt, qui [illegible] non tenetur comparere.

Ratione delicti dicitur quis ſortiri forum, [illegible] ſubjicitur juriſdictioni Judicis, in cujus territorio deliquit, tametſi alias illi non ſubjiciatur [illegible] quia congruit, ſcelera eo in loco pu[illegible], ubi perpetrantur, ut cæteri metu pœnæ [illegible] deterreantur, ſeque à criminibus abſtineant, & ut publica vindicta, ſeu ſatisfactio fiat illi reipublicæ, cui fuit injuria illata per delicti perpetrationem, ut notat Covarruv. *pract. quæſt. c. 11. n. [illegible]* & idem dicitur de clericis delinquentibus extra domicilium, vel locum beneficii, adeò ut puniantur in loco, ubi delictum perpetrant, ut deſumitur ex *c. poſtulaſti 14. h. t.* ubi Innocentius III. ſtatuit, ut in Clericum, qui in aliena diœceſi crimen commiſerat ab Epiſcopo loci, in cujus diœceſi deliquerat, ſententia privationis, vel depoſitionis promulgaretur, & ab Epiſcopo in cujus diœceſi beneficium obtinuerat ſententia executioni mandaretur: adeò ut Epiſcopus, in cujus diœceſi fuit delictum commiſſum, debeat [illegible] ſententiam tantùm ſuper crimine, & Epiſcopus beneficii ſententiam privatoriam ejuſdem [illegible] ſiquidem clericus delinquens in aliena [illegible] ratione delicti ſubjicitur juriſdictioni [illegible] ſcopi, à quo propterea poteſt puniri, ac p[illegible] beneficio, promulgando pœnam privationis [illegible] jure decretam in eundem: & quia poſſeſſionem realem aufferre non poteſt, utpote in aliena diœceſi, in qua non habet juriſdictionem, ideò realis executio ſententiæ debet fieri per Epiſcopum loci, in quo ſitum eſt beneficium.

Cæterum ſi delinquens deprehendatur in loco delicti, poteſt pro qualitate delicti puniri [illegible] Judice ejuſdem loci, imò etiam à Judice Eccleſiaſtico loci illius excommunicari, qui tunc delinquens ratione delicti ſubjicitur juriſdictioni Judicis loci, in quo deliquit, non ſolùm quoad perſonam verùm etiam quoad bona *c. poſtulaſti 14. h. t.* & *l. [illegible] ubi de crimine agi oportet.* Quod [illegible] egreſſus ſit ex territorio, in quo deliquit, [illegible] ratione præventionis [illegible] reverà citatus [illegible] egrediatur, poteſt [illegible] rum citari, in [illegible] & p[illegible] contumacia n etiam excommun[illegible] quia p[illegible] citationem factam in territorio ſubjicitur juriſdictioni Judicis ejuſdem territorii quoad [illegible] cauſam. Quod [illegible] one non [illegible] præv[illegible] adhuc poteſt verbaliter citari per e[illegible] tu delicti pr[illegible] gatio [illegible] [illegible] [illegible] ſu[illegible] loco del[illegible] imo e[illegible] ri [illegible] continuo [illegible] ioris [illegible] *c. [illegible] §. contra[illegible] h. t. in 6.* ſiquidem [illegible] ione d[illegible] manet o[illegible] ad ſatisfaciendum [illegible] ria, aut damno, proinde ejus bona, ubi ſunt, [illegible] poſſunt, ut notat Abbas in *c. ult. n. [illegible]*

Ru[illegible] qui [illegible] ut [illegible] punitur in loco, [illegible] us degat in alieno [illegible] poſſit ad eundem locum, ubi [illegible] tutum eſt, ut id [illegible] ad requiſitionem [illegible] *[illegible] §. fin. ff. de ac. [illegible] & abſbit. [illegible]* [illegible] quinq; requiruntur conditiones. Quo[illegible]

ut remiſſio petatur à Judice per litteras requiſitorias. Secunda ut delictum ſit enorme, & ex gravioribus. Tertia ut litteris inſeratur quædam ſumaria criminis probatio. Quarta ut res adhuc ſit integra, & noodum à Judice capiente cæpta tractari. Quinta denique ut uterque Judex requirens, & requiſitus ſit ſub eodem Principe, à quo requiſitus cogi poſſit, ut notat Covarr. *lib. pract. quæſt. c.11. n.5.* Quòd ſi delictum committatur in confinio duorum territoriorum, adeò ut in uno inchoetur, & in alio conſummetur, tunc utriusque territorii Iudex eſt competens, & habet juriſdictionem in ordine ad cognoſcendum ſuper tale delictum, & datur inter ipſos locus præventioni, ut notat Panormit. in *c. fin. de for. compet. n. 25.* quia utrumque territorium cenſetur injuriâ affectum, proinde habet jus eam vindicandi.

16 Neque id prætereundum, quod notat Abbas in *c. 3. de offic. ordinar. n. 11.* quia ſi clericus delinquat in monaſterio non habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ratione delicti non ſubiicitur Abbati, ſed Epiſcopo, eò quia Abbas habeat tantùm iuriſdictionem in perſonas Monachorum; non veró territorium, quod pertinet ad Epiſcopum, Imò poteſt Abbas clericum graviter in monaſterio delinquentem, & de fuga ſuſpectum capere ea intentione, ut eum præſentet Ordinario, ut notat Abbas in *c. cùm non ab homine de judic. n. 12.* & *c. ut famæ. de ſent. excommun.*

17 Quòd autem dicatur delinquens ſortiri forum in loco delicti, id extenditur ad quodvis delictum, ſive illud ſit publicum, ſive privatum, ordinarium, vel extraordinarium *l. 1.* juncta Gloſſa *V. querela.* Secundò procedit etiam, quamvis delinquens ſit perſona in dignitate conſtituta, ut ſi ſit Epiſcopus in aliena diœceſi, vel Archiepiſcopos extra ſuam Provinciam, quia extra proprium territorium cenſetur perſona privata *argu. l. 3. de offic. præſid.* Tertiò extenditur etiam ad exemptos regulares, & ſæculares, quia ratione delicti commiſſi in loco ſecundum ſe non exempto poſſunt ab ordinario loci citari, ac puniri, perinde ac peregrini, verùm Archiepiſcopi, & regulares habent privilegia Apoſtolica, quibus tamen, quoad regulares attinet, plurimum videtur derogatum per Concilium Tridentinum *ſeſſ. 6. c. 3. de refor.* Hoc tamen eſt certum, eccleſiaſticum non poſſe conveniri, neque puniri à Iudice ſæculari loci, in quo deliquit, ſed debere conveniri coram Iudice Eccleſiaſtico.

18 Supereſt inquirendum, quid dicendum ſit de foro *l. diffamari C. de ingen. & manumiſſ.* Ex ſtylo, & conſuetudine receptum eſt, ut ſi quis alterum in quæcunque cauſa maioris momenti, ſive civili, ſive criminali, ſive in petitorio, ſive poſſeſſorio apud alios diffamaverit, tanquam ſibi obligatum, ac debitorem, vel iniquum rei ſuæ poſſeſſorem; hujusmodi diffamatus authoritate *l. diffamari.* poſſit implorare officium Iudicis, ut diffamanti certum terminũ præfigat, intra quem contra diffamatum cauſam ſuam deducere debeat, alioquin, ſi non ſufficienter deduxerit, aut peremptoriè citatus non comparuerit, perpetuum ei injungat ſilentium: & quamvis regula, ſit neminem eſſe compellendum ad actionem inſtituendam *l. un. C. ut nemo invitus*: nihilominus leges noluerunt, talem regulam procedere, quando agitur de diffamatione, ut bonorum virorum honori, & famæ conſulerent; & contra malignorum obtrectationes rerum pacificas poſſeſſiones conſervarent.

Oritur tamen dubium, quisnam debeat eſſe Judex competens, ſi diffamans, & diffamatus diverſæ ſint juriſdictionis, & reſpondetur, quòd cùm finis *hujus legis diffamari* ſit, ut diffamans tanquam actor contra diffamatum agat, ſuásque probet prætentiones, aut ut eidem perpetuum ſilentium injungatur, & præſertim in cauſa contumaciæ *l. contumacia 58. §. de re jud.* & poſtquam ſententia in rem judicatam tranſivit, omnis ulterior audientia denegetur, ut notat Oldrad. *ad d. l. diffamari n. 13.* conſequens eſt, ut totum negotium apud Judicem diffamati expediatur; ſiquidem actor debet ſequi forum Rei; quia veró citatio extra territorium, & ſacta in non ſubditum nullius cenſetur momenti *l. fin. ff. de juriſd.* ideò ſi citandus ſit diffamans exiſtens in alia juriſdictione, debet Judex diffamati rogare Judicem diffamantis pro executione citationis, ut eidem comparitionem injungat, & alia, quæ ad proceſſum pertinent, ut late oſtendit Murdius *d. l. diffamari §. 3. n. 255.* Ut autem citatio ſtatuatur, debet priùs diffamatus talē exhibere diffamationis probationem, cui probabiliter poſſit in judicio credi. Et quia de jure communi diffamans citatur ad Judicem ipſius cauſæ principalis præmiſſa jam aliqua cognitione ſuper diffamatione, ideò ſtatim tunc terminus ad agendum aſſignatur, ut deſumitur ex *textu in d. l. diffamari.* 19

§. II.

De Extenſione juriſdictionis Iudicis competentis.

JUdicem non poſſe directè juriſdictionem contentioſam exercere extra ſuum territorium, nec in alienos ſubditos, certum eſt ex utroque jure canonico, & civili; & deſumitur ex *c. 2. in fin. de conſtit. in 6.* & *l. ult. ff. de juriſdict. om. Jud.* unde oritur dubium, an ſtatutum reddens perſonam habilem, vel inhabilem ad contractus, vel teſtamenta, extendatur etiam extra proprium territorium. Et communiter docent, quòd ſi ſtatutum particolare Provinciæ, vel civitatis alicujus directè diſponat circa formam actûs, præſcribendo certam formam contractui, vel etiam ut ad ſolemnitatem teſtamenti plores requirantur teſtes, quàm duo, valeat contractus, vel teſtamentum ita confectum in eo loco, ſive ab incola, ſive à peregrino, qui pro tempore ibi moratur, & quidem quoad omnia bona, ubicunque ſita ſint, ut oſtendit Bart. in *l. 1. n. 20. & 27. C. de ſum. Trin.* quia tametſi nequeat directè quidquam ſtatuere de bonis ſitis extra territorium ob defectum poteſtatis, & juriſdictionis, poteſt nihilominus indirectè, quatenus directè tantùm diſponit de contractu, aut teſtamento, quod reddit validum, vel invalidum, vel de perſonis quatenus in hoc territorio contractum celebrant, vel teſtamentum condunt, & quia bona, de quibus ſit mentio in teſtamento, vel contractu, ſunt extra tale territori- 1

um, in quo initur contractus, vel conditur teſtamſotum, ideò jorisdictio Judicis, ſeu Magiſtratûs, quæ directè verſatur circa conſtituendam formam contractûs, vel teſtamenti, indirectè ſe extendit ad ea quæ ſunt extra proprium territorium, & directam jurisdictionem.

2 Quinimò ſi ſtatutum conſtituat perſonas habiles ad contrahendum, vel teſtandum, quæ jure communi eſſent inhabiles, ut ſi conſuetudo loci ſit, quòd filiusfamilias de bonis adventitiis teſtari poſſit: vel èeontra, ſi ſtatutum conſtituat perſonas iuhabiles, quæ jure communi eſſenc habiles, tunc probabile eſt, ſtatutum etiam extendi ad bona ſita extra territotium ſtatuentis, ſive ſtatutum ſit favorabile, ſive odioſum, adeò ut filiusfamilias poſſit teſtamentum condere de illis bonis adventitiis, quæ reperiuntur in alieno territorio, & jurisdictione, ut oſtendit Bald. *l. 1. n. 18. C. de ſum. Trinit.* quia ſtatutum, quod favorem contiue:, eſt laxæ interpretationis, proinde ſe extendit ad omnia bona, ubicunque hæc ſita ſint. Secus ſi ſtatutum ſit odioſum, non extenditur ultra territotium ſtatuentium. Ratio, quæ ſolet aſſignari, eſt; quia ſtatutum directè diſponit de perſonis, quatenus in tali territorio contractum ineunt, vel teſtamentum condunt, & indirecte reſpicit illa bona, circa quæ verſatur contractus, vel teſtamentum.

3 Sin verò ſtatutum, vel conſuetudo conſtituat perſonas habiles ad contrahendum, vel teſtandum, quæ alioquin jure communi eſſent inhabiles, tunc quia ſtatutum ceuſetur favorabile, dicitur ſe extendere etiam ad peregrinos, & advenas, ſi in tali loco contrahant, vel condant teſtamentum, quia ecnſentur gaudere privilegio loci, niſi ſtatutum expreſsè limitetur ad ſolos Incolas. Quòd ſi ſtatutum couſtituat perſonas inhabiles, quæ alioquin jure communi eſſent habiles ad contrahendum, vel teſtandum, tunc tali ſtatuto non cenſentur comprehendi peregrini, & advenæ ibi contrahentes, aut teſtamentum condentes, quia cùm ſit ſtatutum odioſum, cenſetur limitari ad ſolos incolas. Eſt enim diſpar ratio de ſtatuto habilitante perſonas, & inhabilitante, hoc enim eſt odioſum, proinde reſtringitur ad ſolas perſonas, quæ in ipſo exprimuntur: illud verò favorabile, & extenditur etiam ad perſonas non expreſſas: neque obſtat, ſi dicas, magiſtratum loci non poſſe per ſua ſtatuta habilitare perſonas non ſibi ſubditas, cujusmodi ſunt advenæ, & peregrini: quia ex eo, quòd nō ſubjiciantur jurisdictioni Magiſtratûs loci, tantùm ſequitur, quòd Magiſtratus primariò, & per ſe non poſſit habilitare advenas, & peregrinos, & alios non ſubditos ad teſtandum ſimpliciter, & abſolutè; non verò, quòd non poſſit eos habilitare per accidens, & indirectè, quatenus manentes in tali territorio, illis indulgetur, ut ſi velint, poſſint gaudere privilegio loci, quia in favorabilibos exiſtentes in territorio aliquo cenſentur incolæ illius, ſi legibus loci velint ſe accommodare: ſecus in odioſis non obligantur legibus, nec ſtatutis loci, cujus jurisdictioni non ſubjiciuntur, quia revera non ſunt ſubditi talis Magiſtratus.

4 Hinc ſi in aliquo loco prohibeatur, ne quis contrahat ultra ſummam mille florenorum absque facultate magiſtratûs, quia hoc ſtatutum eſt contra libertatem, proinde odioſum, ideò poteſt peregrinus exiſtens in eodem loco, cum altero peregrino contrahere ultra mille florenos, etiam inconſulto, & inſcio magiſtratu: quòd ſi peregrinus talem contractum ineat cum incola loci illius, teneretur contrahere ſecundùm ſtatutum, & conſuetudinem loci, quia incola utpote ſub jurisdictione talis magiſtratûs tenetur ſervare ſtatuta ſuæ patriæ, vel domicilii quoad ſolemnitates, & formam contrahendi: quo pacto etiam mercatores ex locis diſſitis venientes ad nundinas Monacenſes, in quibus aperiunt ſuas officinas, vendere debent ſecundùm leges, & conſuetudines loci, eò quia cives Monacenſes cenentur ſervare ſtatuta, & leges patriæ. Hinc ſi ſtatutum loci inhabilitet perſonas ad donandum, vel teſtandum, tali ſtatuto non poſſent obligari ſubditi commorantes extra territorium etiam ſtudiò, ut effugiant inhabilitatem donandi, vel teſtandi, quia extra territorium non tenentur ſervare ſtatuta territorii, in quo non ſunt, & in quo ſtatutum non viget, neque per hoc cenſentur fraudem committere, quia utuntur jure ſuo, cùm habeant jus exeundi è proprio territorio.

5 Neque obſtat, ſi dicas, præſcriptum ſuperioris per ſe proximè, ac directè tendere in perſonas ſubditas, eàsque comitari, ac obligare quocunque proficiſcantur. Nam licèt id verum ſit, non tamen id valet de ſtatuto, quia hoc non ita directè, & proximè tendit in perſonas, cùm obliget etiam poſteros, ſed potiùs directè, & immediatè afficit territorium, in quo propterea ſtabilitur, ac perpetuam inducit obligationem: & hæc eſt ratio, cur advenæ, & peregrini in favorabilibus gaudeant ſtatutis locorum. Hinc quia ſtatutum afficit locum immediate, directè; & ratione loci indirectè perſonas, fit, quòd incolæ, ſi ſemel egrediantur è territorio, non ampliùs obligentur ſtatuto particulari ejusdem territorii, conſequenter poſſunt alibi contrahere, ac teſtari, ubi ſtatutum inhabilitans non viget.

6 Quòd ſi magiſtratus ſtatutum conderet, quo in Provincia maſculi tantùm ſuccederent in hæreditate excluſis fœminis: vel etiam ex maſculis ſolus primogenitus ſuccedat excluſis aliis fratribus, tunc conſideranda ſunt verba ſtatuti quod ſi directè diſponat de rebus, ſeu bonis, adeò ut poſſeſſiones, & bona morientium perveniant ad ſolos mares excluſis fœminis, quæ ſua dote debeant eſſe contentæ; tunc ſtatutum non cenſetur extendi ad bona extra territorium ſita, quia magiſtratus unius loci non habet jurisdictiunem in alienum territorium; neque poteſt diſponere de fundis, & bonis, quæ in illo reperiuntur; habet tamen vim obligandi extraneos poſſidentes bona in eadem Provincia, in qua fit ſtatutum, tametſi in eadem non morentur: quia ſtatutum, directè comprehendit omnia bona, quæ continentur in toto illo territorio, in quod magiſtratus habet jurisdictionem, ſive bona poſſideantur ab incolis, ſive ab extraneis: quia diſpoſitio ſtatuti per ſe, & directè fit de bonis, quæ in toto illo territorio continentur; & non niſi per accidens, & indi-

indirectè tendit in perſonas, quatenus iſtæ habent jus in talia bona.

8 Quòd ſi ſtatutum abſolutè, & directè diſponat de perſonis, & tantùm conſecutivè de bonis, ut quòd ſuli mares in hæreditate ſuccedant, vel ſolus primò genitus; tnnc ſtatutum non ſe extendit ad obligandos extraneos, quia iſti non obligantur legibus particularibus, & odioſis luci, & hujusmodi eſt ſtatutum excludens ab hæreditare fœminas, & ſecundò genitos, ut notat Felin. in *c. poſtulâſti 14. num. 4. h. t.* quoad incolas videtur ſtatutum non ſe extendere ad bona ſita extra territorium, quia Magiſtratus non diſponit de bonis, quæ ſunt in alieno territorio, cùm non habeat jnrisdictionem in illa.

9 Verùm probabilior ſententia cenſet, tale ſtatutum non quidem per ſe, & immediatè, ſed per accidens, & indirectè comprehendere etiam bona ſita extra territorium, quatenus hæc comprehenduntur in hæreditate, ad quam ſuccedunt juxta ſtatutum ſoli mares, & ex ipſis primo geniti; ſtatutum enim, per ſe, & directè comprehendit perſonas, quæ ſubjiciuntur tali magiſtratui, quòd poſtea pars hæreditatis ſit in territorio proprio, vel alieno, per accidens ſe habet, & perſonæ tenentur ſtare ſtatnto. Quando igitur ſtatutum per ſe, & directè reſpicit bona, tunc non ſe extendit ad ea bona, quæ ſunt in alieno territorio, quia ſtatutum non poteſt plus ſe extendere, quàm jurisdictio, & magiſtratus non habet jurisdictionem in alienum territorium: ſin verò per ſe, & directè diſponat de perſonis, tunc indirectè, & per accidens ſe extendit in alienum territorinm, quatenus perſonæ habent jus in aliqua bona ibi ſita.

10 Hinc Judex ordinariè loquendo nequit ſuam ſententiam pœnalem extendere ultra ſuum territorinm, quia non poteſt Judex per ſententiam inflictivam pœnæ reum condemnare ultra finem ſui territorii, quia ibi tantùm poteſt ſententiam ferre, ubi poteſt exercere jurisdictionem; ſed hanc non poteſt exercere niſi intra limites proprii territorii, quia jurisdictio limitatur cum territorio; proinde extra territorinm non poteſt ſententiam ferre, nec reum condemnare per ſententiam, ut deſumitur ex *c. 2. de conſtit. in 6. ult. ff. de jurisdic. om. Jud.* Qua ratione neque poteſt Judex aliquem relegare ad locum propriæ jurisdictioni non ſubjectum; quia tunc exequeretur ſententiam condemnatoriam extra proprium territorium, ſeu in loco exilii, & quia in illo non habet jurisdictionem: ideo neque poteſt ſententiam exequi, quia executio ſententiæ eſt actus jurisdictionalis, ut notat Bart. in *l. relegatorum. 7. §. eſt & aliud genus. ff. de interdic. & relegat.* Poteſt tamen Judex, qui ſententiam condemnatoriam tulit, petere à Judice, vel ſuperiore habente jurisdictionem in tali loco, ut velit ſuam ſententiam ibi executioni mandare: quo pacto plures Principes, qui ob delicta condemnant reos ad triremes, quas tamen non habent, eò quia eorum jurisdictio non ſe extendat ad loca maritima, mittunt reos condemnatos ad alios Principes, ut in eorum triremibus ſententiam condemnatoriam exequantur ex conſenſu aliorum Principum, ad quos pertinent triremes.

Nonnunquam etiam ſententia Judicis ex præſcripio legis communis ab utroque Judice ſervari debet; & tunc pœnam, quam Judex delicti intulit, Judex dumicilii, vel beneficii, ſi ad eum reus mittatur, exequi debet, quia tunc uterque eſt Judex competens, pruinde poteſt uterque reum punire, ut deſumitur ex *c. Presbyter 12. diſt. 81. c. At ſi clerici 4. c. cùm non ab homine 10.* non tamen unus Judex ſententiam exequitur ex imperio alterius, quia par in parem non habet poteſtatem *c. innotuit 20. de elect*; ſed ex præſcripto legis, & canonis, ut ſtatuitur in *c. poſtulâſti 14. h. t.* Quòd ſi clericus privatus beneficio poſt peractam pœnitentiam eſſet reſtituendus priſtino ſtatui; non poſſet reſtitui niſi ex conſenſu Judicis illius diœceſis, in qua deliquit, quia ad ipſum pertineret, ſententiam à ſe latam relaxare, ſeu remittere: ſiquidem nemo poteſt ſententiam relaxare, niſi qui eam tulit, vel ejus ſucceſſur, aut ſuperior argu. *c. Paſtoralis 11. §. Præterea de offic. Jud. ordinar.*

11 Cæterum ſi ſecundus Judex non ex legis præſcripio, ſed proprio motu clerico beneficiario ob contumaciam infligeret pœnam privationis, vel ſuſpenſionis à beneficio, & officio, hæc ſententia non ſe extenderet ad illud beneficium, quod reus haberet in alia diœceſi, quia talis pœna non extenditur per ſe ad beneficia non ſubjecta Epiſcopo pœnam inferenti: ſiquidem ſententia inflictiva pœnæ eſt actus jurisdictionalis, qui non poteſt exerceri ultra jurisdictionem, & jurisdictio unius Epiſcopi non extenditur ultra propriam Diœceſin: imò nec per accidens, & indirectè, quia beneficia diverſarum Eccleſiarum, & multò magis diœceſium non ſunt inter ſe connexa, adeo ut poſſit clericus privari beneficio ſito in una diœceſi, & non alio ſito in alia diœceſi, ut liquet ex *c. ſi compromiſſarius 37. §. ult. de elect. in 6.* ubi compromiſſarius, ſi eligat indignum, ſuſpenditur per triennium à beneficio, quod poſſidet in illa Eccleſia, cui injuriam intulit per electionem indigni, non verò pœna ſuſpenſionis ſe extendit ad alia beneficia, quæ compromiſſarins poſſidet in aliis diœceſibus.

12 Sin verò ſententia, ſeu præceptum, vel pœna immediatè afficiat perſonam, eam ſequitur etiam in alieno territorio, adeò ut præceptum ſuperioris præcipientis alicui opus aliquod ſe extendat ad loca extra proprium territoriom, quia cùm præceptum directè, & immediatè afficiat perſonas, eas comitatur ubique locorum, dummodo per tale præceptum non inferatur præjudicium alienæ jurisdictioni. Pœna itidem per Judicis ſententiam illata, ſi ſuapte natura afficiat perſonam, abſolutè independenter à determinato loco, tunc etiam ſequitur perſonam, quocunque jerir, ſic excommunicatio ſequitur perſonam in qnocunque loco, adeò ut excommunicatus in una diœceſi, ſit etiam excommunicatus in omnibus mundi partibus, ut conſtat ex *c. ad reprimendum 8. num. 2. de offic. Jud. ordinar.* & ita dicitur etiam de interdicto perſonali, ut ſi alicui interdictus ſit ingreſſus Eccleſiæ *c. is, cui 20. de ſent. excom. in 6.* ita dicendum de aliis pœnis perſonalibus præſertim ſi inferantur ex præſcripto canonum. Si tamen ſententia in-

flictiva pœnæ, quam Judex unius territorii tulit in reum, debeat executioni mandari in alieno territorio; debet Judex hujus ſecundi territorii ex inſtantia, & petitione prioris Judicia id præſtare, niſi fortaſſis uterque Judex eſſet in territorio ejusdem Principis, quamvis in ſeparatis Provinciis, quia tunc mandatum executionis cenſetur emanare à ſupremo Principe, cui utrumque territorium ſubjicitur.

13 Dubitari tamen poteſt, an ſi ex ſtatuto alicujus Provinciæ pœnæ confiſcationis bonorum ſtatuatur ob aliquod crimen, utrum tale ſtatutum pœnale etiam extendatur ad exteros, & non ſubditos, qui tamen poſſeſſiones intra territorium illius Provinciæ, in qua emanavit ſtatutum, obtinent. Aliqui cum Innocentio in *c. poſtulâſti* 14. *h. t.* reſpondent, tale ſtatutum ſe extendere etiam ad extraneos, eò quia ratione confiſcationis bonorum principaliter, & directè reſpiciat res, non verò perſonas, quæ ſunt in tali territorio: unde quia exteri in eodem territorio poſſident bona, ac res; ideo ratione delicti afficiuntur pœnâ confiſcationis. Verùm ſententia oppoſita communior eſt, & probabilior, & deſumitur ex *c. poſtulâſti col.* §. *quid ſi aliquis*: quia ſtatutum illud nonniſi causâ puniendi criminis conditum fuit, ut nimirum ſubditi timore pœnæ ſe abſtinerent à tali crimine perpetrando, proinde eſt ſtatutum pœnale: atqui Judex non poteſt ob crimen patratum in alieno territorio punire extraneos non ſubditos; eo enim ipſo, quòd illi in ſuo territorio non deliquerunt, nullo titulo ſubjiciuntur jurisdictioni talis Judicis, conſequenter non poſſunt ab illo puniri, quia ſtatutum afficit perſonas per ſe, & directè, & eſt odioſum, utpote pœnale, proinde non cenſetur ſe extendere ad extraneos.

14 Dubitatur ſecundò, an reus à Judice competente legitimè citatus, adeòque in cauſa præventus, ſi poſtea forum mutaverit, teneatur nihilominus coram priore Judice reſpondere, & cauſam proſequi; & reſpondetur cum communi ſententia affirmativè, & id deſumi ex *c. propoſuiſti* 19. *h. t.* & ex *l. ſi quis* 7. §. *de judic.* ſiquidem ubi judicium ſemel cœptum fuit, ibi finiri debet *l. ubi* 30. *ff. eod.* & poſtquam aliquis à Judice competente eſt legitimè citatus, inchoatum intelligitur judicium, eò quia citatio ſit initium judicii, ut liquet §. *omnium inſtitut. de pœn. temerè litigantium.* hinc per ſolam citationem reus prævenitur, & perpetuatur jurisdictio, tam ordinaria, quàm delegata. Dicitur reus præveniri, quoties jurisdictio in eum ita ab uno Judice præoccupatur, ut alteri in eadem cauſa ampliùs non competat.

15 Duplex autem eſt præventio, alia, quâ utimur in cauſis mixti fori, & aliis quarum cognitio pluribus judicibus concurrenter poteſt competere, ita ut Judex præventus ſe ampliùs intromittere in tali cauſa non poſſit, eò quia alius Judex pariter competens eam jam incœperit, ſeu præoccupaverit: & alia eſt præventio, quâ reus eatenus alieni judicio obligatur, quatenus licèt forum mutet, teneatur nihilominus cauſam in priori foro inchoatam ad finem perducere, ut deſumitur ex *c. propoſuiſti de for. compet. l. cùm quædam puella ff. de jurisdic. l. ubi acceptum ff. de judic.* Hæc autem præventio ex communi ſententia inducitur per ſolam citationem; neque requiritur, quòd ſit trina citatio, ſed ſufficit una tantùm, tametſi non fuerit peremptoria: requiruntur tamen aliquot conditiones. Quarum prima eſt, ut citatio fiat ad inſtantiam partis, & ex authoritate Judicis, quia non ſufficit, ſi pars parti extrajudicialiter litem denunciet, vel Judex proprio motu partem vocet, niſi in judicio inquiſitionis, ubi proceditur ex officio, ut oſtendit Panormit *c. propoſuiſti.*

Secunda debet hæc citatio ſuum ſortiri valorem, adeo ut non fiat à Judice incompetente *l. penult. C. ne de ſtatu defuncti.* Cæterum citatio invalida dicitur convaleſcere, ſi citatus compareat, & perſeveret in judicio, ut notat Bart. in *l.* 1. §. 1. *ff. de feriis.* Tertia debet citatio pervenire ad notitiam citati, niſi hic ſtudio ſugerit, ne ad ipſum juridica citationis notitia perveniret. Cæterum ſolum decretum citatorium à Judice emanatum, antequam executioni mandetur, licèt in delegato jurisdictionem perpetuet, adeò ut morte delegantis non revocetur, velut re non amplius integra, ut notat Abbas in *c. gratum de offic. delegat.* nihilominus inquam ſolum decretum citatorium non cenſetur ſufficere ad præventionem, ut oſtendit Martha *de jurisdic. p.* 4. *c.* 3. *num.* 14. quapropter ſi diverſi Judices in citando concurrant, qui prior eſt tempore, hic dicitur potior eſſe jure juxta *regul.* 45. *jur.* in 6. Quinimò licèt citatio realis ſimul concurrens cum verbali ſit fortior, & prævaleat, nihilominus ſi citatio verbalis præcedat, infringit realem ſubſequentem, quia per verbalem præcedentem præventa eſt jurisdictio in ordine ad judicium proſequendum; eò quia per talem citationem verbalem ſit jam inchoatum, quapropter altero Judici prævento non competit amplius jus realiter citandi, ut notat Martha *c.* 3. *num.* 19. eò quia non habeat actualem jurisdictionem in tali cauſa devolutâ ratione præventionis ad alium Judicem. 16

An verò clericus in aliqua cauſa criminali, vel civili circa res ante clericatum geſtas, ſi præventus ſit à Judice laico, teneatur, ut clericus poſtea comparere, & ſe ſiſtere in judicio ſæculari. Reſpondent juris periti, re adhuc integra non debere clericum ſuper rebus in ſtatu laicali geſtis conveniri niſi coram Judice Eccleſiaſtico. Sin verò clericus ante ſtatum clericalem fuerit in foro ſæculari præventus, non una eſt omnium ſententia. Alii putant, præventum in foro ſæculari ſuper crimine perpetrato ante clericatum non tantùm non poſſe puniri in perſona, quod plerique fatentur, verùm nec in bonis, eò quia hæc ſequuntur conditionem perſonæ, quæ cùm ſit Eccleſiaſtica, ſubjiciuntur foro Eccleſiæ, tametſi reus diceretur tranſiiſſe ad ſtatum clericalem, ut declinaret judicium fori ſæcularis: excipiunt tamen niſi crimen fuiſſet priùs taliter commiſſum, ut propter ipſum ejus bona fuiſſent ipſo jure confiſcata. Ita videtur docere Martha *de jurisdic. p.* 4. *caſ.* 121. *n.* 27. Verùm exſtat conſtitutio Sixti V. quæ incipit *ad Romanum ſpectat*, ubi ſtatuitur, quòd criminoſi contra quos 17

Digitized by Google

e[illegible] re- [illegible] Ve[illegible] VIII. in [illegible] t[illegible] *in ſupremo Eccleſ.* [illegible] ad terminos juris commun[illegible] [illegible] gus in *additionib. ad Laurentium d[illegible] p. 2. q. 46. n. 8.*

18 [illegible] alii proceduut cum diſ[illegible] ne [illegible] realem, & perſonalem, & dicunt, quod [illegible] cus ant[illegible] clericatum præventus fuer[illegible] in for[illegible] actione reali, debet in eode[illegible] judicium continuare, [illegible] res non per[illegible] cler[illegible], & [illegible] judic[illegible] non ita debet judicium continuare, ſi præventus fuit actione perſonali [illegible] hac di[illegible] *lib. 2. tit. 2. de for. compet. §. 6. n. 54.* [illegible] adfert rationem diſcriminis inter utramque actionem, quia res, in quam a[illegible] re[illegible] ante clericatum inſtituta eſt, nunquam cum e[illegible] tu cenſetur facta clericalis, ut privilegia fo[illegible] Eccleſiaſt[illegible] debeat participare. ſin verò C[illegible] an[illegible] ricatum præventus fueri[illegible] actione per[illegible] judicio ſæculari non debet cle[illegible] continu[illegible] judicium in foro laicali, quia in a[illegible] ne perſonali conv[illegible] enitur principaliter ipſa perſona, [illegible] ſieret [illegible] ſtatus Eccleſiaſtico. Hinc ſi cle[illegible] icus [illegible] tutus hæres a[illegible] us [illegible], & res ſit adhuc integra, poteſt [illegible] conveniri in foro de[illegible], ſed tantum coram Judice [illegible] loci [illegible], quia hæres reg[illegible] in [illegible] foro conveniri poteſt, in quo de[illegible], ſi viv[illegible] conveniri potuiſſet, ut co[illegible] ex *l. hæres abſens 19. ff. de judic.* Q[illegible] is cum def[illegible] in ſæculari judici[illegible] jam [illegible] et, cenſent aliqui apud Covar. *lib. pract. quæſt. c. 8. num. 3.* in tali caſu in[illegible] antiam [illegible] cis [illegible] t anſ[illegible] in hæredem cler[illegible] m. [illegible] de actione reali eſſet concedend[illegible] m, non ita de perſonali. quia clericus non debet [illegible] foro laicali.

§. III.

De Foro competente Clericorum.

1 CErtum eſt clericos exemptos eſſe [illegible] di[illegible], n[illegible] nv[illegible] [illegible] o, ſeu [illegible] q[illegible] Ju[illegible] ce[illegible] clu- m[illegible] ex- emption[illegible] Patres dic[illegible] ſic ord[illegible] x Con[illegible] io L[illegible] *ure* [illegible] & C[illegible] T[illegible] a[illegible] *in 6.* [illegible] rum a[illegible] ce[illegible] n[illegible] en[illegible], & [illegible] perſonal[illegible], pro[illegible] ono[illegible] ſunt cle[illegible] cum [illegible] ſiare, a[illegible] ligat[illegible] ro [illegible] ideo inde [illegible] cauſa criminali perdunt beneficium, ut etiam in-

ct illi tot[illegible] m id, [illegible] fuerit, [illegible] no etiam alia pun[illegible] pœnis [illegible] *ſi [illegible] gitis de for. compet.* & [illegible] es ſæculares, qui clericos in caſibus non permiſſis trahunt ad ſuum forum incurrunt excommunicationem, ut habetur in *c. 4. de immunit. Eccleſ. in 6.* unde clerici debent conveniri coram Judice Eccleſiaſtico, & proprio, quia qui[illegible] is eſt conveniendus coram ſuo proprio Judice, *c. cùm ſit 8. in princ. h. t.* nun[illegible] Judex p[illegible] am [illegible] are, niſi ejus [illegible] ni al[illegible] o [illegible] ſive p[illegible] d[illegible] ordinaria [illegible] & Epiſcopus eſt ordinarius [illegible] clericorum ſuæ diœceſis *c. cum Epiſcopus 7. de off. ordinar. in 6. c. per [illegible] 39. cau[illegible] 1. q. 1.* [illegible] cus tameth conveniatur a[illegible] d[illegible] et [illegible] niri coram proprio E[illegible] o, c[illegible] m ten[illegible] Actor forum rei ſequi *c. [illegible] am [illegible] 8. h. t.* & [illegible] dem in cauſis tam civil[illegible] us quam [illegible] rimi[illegible] bus *c. inolita 42.* juxta Gloſſam *I. Pont[illegible] e.*

Rurſus Epiſcopus, qui dicitur proprius Judex competens, eſt, in cujus diœceſi clericos conveniendo habet domicilium, ſeu habitationem, cum animo [illegible] perpetuo [illegible] forum enim domicilii eſt generale, & univerſ[illegible] lius aliis, cum quibus concurrit *c. dilecti 17.* juncta Gloſſa *V. domicilium h. t.* vel etiam ille Epiſcopus in cujus diœceſi clericus habet ſuum beneficium exigens reſidentiam perſonalem *c. poſtulaſti 14. h. t.* licet Clericu[illegible] it alterius diœce[illegible] *c. cùm nullus 3. de temp. ordinat. in 6.* Quod ſi clericus in aliena diœceſi obtinet [illegible] ant[illegible] m beneficium [illegible] ne reſidentia, tunc tantùm in ordine ad [illegible] pertin[illegible] ad [illegible] ale beneficium poteſt conveniri coram Epiſcopo illius diœceſi[illegible], tamet[illegible] ab [illegible] ſui non [illegible] atur, ut notat A[illegible] as in *cap. 1. num. 6. h. t.* 2

Cæterum Epiſcopus eſt o[illegible] J[illegible] x clericorum [illegible] diœceſ[illegible] tia[illegible] ut omnes clerici etiam c[illegible] ſu[illegible] ſerti[illegible] o [illegible] pituli cath[illegible] dra[illegible] is, au[illegible] aliorum clericorum, [illegible] dem diœceſi, ſi d[illegible] an[illegible] accuſari deb[illegible] nt apud Epiſco[illegible] m illius d[illegible] ceſi[illegible] & coram [illegible] capitulum [illegible] hedrale ex ſp[illegible] ali privilegio [illegible] A[illegible] ve[illegible] ex p[illegible] ta conſuetud[illegible] in eoſdem c[illegible] eri[illegible] juriſdictionem [illegible] de[illegible] e *c. cum contingat* [illegible] m [illegible] pus ſit Judex [illegible] & in quovis loco [illegible] poſſ[illegible] re[illegible] *c. cum Epiſcopus* [illegible] *de off. ordinar. in 6.* 3

Non [illegible] e[illegible] o[illegible] em contentioſam exercere in aliena [illegible] *c. Epiſcopum 7. 8. & 9. cau. 9. q. 2.* quia [illegible] opii extra propriam [illegible] in [illegible] abe[illegible] ur[illegible] d[illegible] onem, & e[illegible] in [illegible] unde [illegible] n[illegible] ot[illegible] us juriſdi[illegible] re, niſi inter [illegible] os volentes, [illegible] onſ[illegible] ceſ[illegible] ſi tamen Epiſcopus ex [illegible] propria diœceſi fuerit expulſus, [illegible] in aliena p[illegible] o [illegible] ſt jus dicere, ſed [illegible] m [illegible] ceſſiis [illegible] nientibus, ut li[illegible] [illegible] p[illegible] r Epiſcopis [illegible] non poſſunt j[illegible] in propria diœceſ, [illegible] eam exerceant in [illegible] circa ſuos ſubditos nomine autem juriſdictionis intelligitur juriſ- 4

diſtio,

dictio, tam ſpiritualis, quàm temporalis, tam Eccleſiaſtica, quàm civilis, imò etiam merum, & mixtum imperium, quando Epiſcopi illo gaudent.

5 Sin verò Epiſcopus expulſus adhuc poſſit in loco exempto ſuæ diœceſis ſecure jus dicere, eò quia a Prælato exempto recipiatur etiam ad ſedendum ibi pro tribunali, tunc non poteſt in aliena diœceſi judicialiter procedere: quia exempti quo ad aliqua ſubjiciuntur etiam ordinariis locorum, in quibus morantur, ut notat Gloſſa hic *V. aut earum parte.* Cenſentur etiam illi Epiſcopi expulſi, qui venientes ad propriam diœceſin non ſunt admiſſi, ut notat Gloſſa hic *V. expulſores.*

6 An verò clericus actor contra laicum poſſit litigare coram iudice ſæculari; affirmant plures, ſi cauſa litis ſit pure temporalis, niſi conſuetudo ſit in contrarium *c. ſi clericus 5. c. cùm ſit 8. de for. compet.* quia Actor debet ſequi forum Rei, quando non adeſt impedimentum, & cauſa eſt mixti fori. Licèt Judex ſæcularis per ſe, & propria authoritate non poſſit iudicare, vel condemnare perſonam Eccleſiaſticam: nihilominus ex conſenſu ſaltem tacito Epiſcopi probabile eſt, quòd poſſit ius dicere, etiam contra Eccleſiaſticum: quia tunc non procedit propria authoritate, ſed ex quaſi ſibi delegata ab Epiſcopo, ratione eius conſenſus, ut colligitur ex *c. ſine permiſſu Pontificis* ſeu Epiſcopi: valet enim argumentum à contrario: quia ſi Judex ſæcularis non poteſt ſine permiſſu Epiſcopi ius dicere in clericum, id poterit præſtare ex conſenſu eiusdem Epiſcopi. Verum Gloſſa ſentit contrarium, quia ex eo, quòd ſæcularis ſine permiſſu Epiſcopi non poſſit clericum coërcere, aut iudicare, non ſequitur a contrario, poſſe in eum ius dicere Epiſcopo permittente, quia argumentum à contrario tantùm valet, quando contrarium non reperitur in iure ſtatutum: & in caſu noſtro certum eſt, Judicem ſæcularem non poſſe ius dicere in clericos etiam ex delegatione, & conſenſu Epiſcopi, & id eſſe ſtatutum in iure canonico *c. ſignificaſti 18. in fin. h. t.* & [illegible] hæc ſententia ſit communior, [illegible] probabilior cæteris: nihilominus ſi agatur de cauſa merè civili, ac temporali, probabile eſt, Judicem laicum ex delegatione Epiſcopi poſſe ius dicere in clericum, quia tunc agit potius nomine Epiſcopi, quàm proprio. Expenſæ tamen contra te[illegible] litigantem clericum de rigore iuris coram Judice Eccleſiaſtico ſunt perendæ, ut notat Mar[illegible] *p. 4. caſ. 136. num. 10.* Cæterum Judex laicus ſi per ſe, & propria authoritate ius dicat contra clericum incurrit excommunicationem, & q[illegible]m probabilius latæ ſententiæ, ſeu ipſo [illegible], ut notat Gloſſa communiter recepta in *c. [illegible]cunque a, V. innodatur de heret. in 6.* [illegible]t etiam ex c. *ſi quis ſuadente 29. cauſ.* [illegible] *q. 4.* [illegible] *ſuper 29. de ſent. excommun.*

7 Rurſus ſi ſententia contra clericum lata ſit à Judice Eccleſ[illegible] & in ſuo [illegible] competente, non pro[illegible] ea p[illegible] M[illegible] ſæcular[illegible] eam exe[illegible] a[illegible] man[illegible] Eccle[illegible], qu[illegible] execu[illegible] ſententiæ e[illegible]na-lis, & Magiſtratus ſæcularis nullam habet iuriſdictionem in clericos, & alias perſonas [illegible] ſticas etiam in cauſis civ[illegible] ctionis; [illegible]nc ſine conſenſu J[illegible] non poteſt Judex ſæcularis [illegible] perſonas Eccleſiaſticas, nec eas iu[illegible] gare; neque earum probat[illegible] ne[illegible] hi omnes actus ſunt iuriſd[illegible] nunt iuriſdictionem [illegible] quam Ju[illegible] habet in clericos *argu. c. At ſi clerici 4 [illegible] judic.* Imò poteſt Judex Eccleſiaſt[illegible] compellere Judicem laicum per cenſ[illegible] ſiaſticas, ne contra clericum i[illegible] in [illegible] li, quia ex eo, quòd ſæcularis exerceat iu[illegible] ctionem in ſubditum Epiſcopi, inter[illegible] ipſi Epiſcopo, ac toti ſtatui clericali, in [illegible] vorem conceditur clericis privilegium [illegible]

Imò neque ex ulla conſuetudine etiam [illegible] poris immemorialis induci poteſt, ut [illegible] in civilibus, ſive in criminalibus cauſis [illegible] niantur coram Judice ſæculari ſine m[illegible] Prælati Eccleſiaſtic[illegible], q[illegible] id repugn[illegible] naturali dictanti, ſuperiorem non debere in[illegible] ri ſubeſſe, ſed præeſſe: alioquin non e[illegible] r or, ſed inferior: repugnat etiam ſacr[illegible] nibus, ut liquet ex *c. clerici 8* iuncta Gl[illegible] *conſuetudine ſup. de judic* & qu[illegible]mvi[illegible] tantum ſermo de cauſa criminali: n[illegible] id extenditur etiam ad cauſam civilem [illegible] ſicut ſæcularis Magiſtratus nequit per l[illegible] rogare ſtatuta canonum, præſertim [illegible] nunt circa res Eccleſiaſticas, & cl[illegible] neque poteſt ad proprium forum re[illegible] nas Eccleſiaſticas trahere, quia Mag[illegible] cularis eſt ſemper inferior, & ſubo[illegible] cleſiaſtico; & cùm ſacri canon[illegible] hibeant ſæculari Magiſtratui iu[illegible] cos, & iubeant, perſonas omne[illegible] conveniri coram Judice Eccl[illegible] evidenter, quòd ſi Magiſtratus ſæcular[illegible] inferior, & ſubordinatus Eccleſiæ co[illegible] teſt tollere, nec abrogare leges E[illegible] neque poteſt perſonas Eccleſ[illegible] um pertrahere forum: quòd ne[illegible] etiam conſuetudine poſſit lex Eccleſiaſt[illegible] a [illegible] giſtratu ſæcular[illegible] etiam p[illegible] quia con[illegible] e[illegible] altera le[illegible] nde [illegible] milem le[illegible] o[illegible] n[illegible], & o[illegible] nem, ſun[illegible] *de quibus 31.* [illegible] *ff. de l*[illegible]

[illegible] m ſe[illegible] e non [illegible] conſu[illegible] poteſt [illegible] tem propria [illegible]ate, ſi [illegible] beat. & cùm [illegible]ratus ſæc[illegible] leges co[illegible]ere Eccleſiaſticas [illegible] eo ne[illegible] conſuet[illegible] poteſt eas abroga[illegible]e, q[illegible] Eccleſ[illegible] non perm[illegible] ſit [illegible] hanc conſuetud[illegible] poteſt indu[illegible] no[illegible] ad [illegible] ſiaſtica[illegible] [illegible] a e[illegible] i[illegible]ionis [illegible] ſ[illegible] e[illegible] [illegible]is eam præ[illegible] e[illegible] i[illegible] a[illegible] endi, eſt e[illegible] b[illegible]ndi *c. cum* [illegible] *m. 7. de pr*[illegible] ſi conſuetudo quamv[illegible] imme[illegible] rat on[illegible], u[illegible] pote [illegible] ſ[illegible]cam, & indu[illegible] am [illegible] proinde foret iuval[illegible].

10 Dubitari tamen ſolet, an clericus tantùm in minoribus conſtitutus gaudeat privilegio fori. Reſpondetur affirmativè, dummodo obtinuerit beneficium aliquod Eccleſiaſticum, quamvis modici proventus, vel ſi habitum, & tonſuram deferens de mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ actu inſerviat: vel ſi clericaliter incedat, & vivat in aliquo ſeminario de licentia Epiſcopi, vel de ejuſdem licentia aggregetur alicui ſcholæ, vel univerſitati, & incedat in habitu, & tonſura clericali, ut deſumitur ex Tridentino *ſeſſ. 23. de refor. c. 6.* Quòd ſi dubitetur, an delinquens ſit clericus, vel ſæcularis, poteſt Judex ſæcularis eum capere: ſi tamen vox communis ſit talem eſſe clericum, tenetur ſtatim Judici Eccleſiaſtico illum reſtituere, eò quia tunc præſumitur clericus, ut etiam ſi conſueverit ante capturam incedere habitu clericali.

11 Quæri ſolet, an clericus à Judice laico vocari poſſit ad teſtimonium dicendum: & communior ſententia eſt, teſtem alienæ juriſdictionis debere adigi à proprio Judice ad dicendum teſtimonium, proinde ſi clericus neceſſarius fuerit pro teſte, tunc ad requiſitionem Judicis ſæcularis, vel à ſuo Ordinario, vel ab alio Eccleſiaſtico eſt examinandus, vel cum licentia Ordinarii etiam à Judice laico, quia tunc illum examinat poteſtate quaſi ſibi delegata à Judice Eccleſiaſtico, cum nonniſi dependenter ab ipſo, ejúsque conſenſu recipiat juridicè, quæ à clerico deponuntur. Quòd ſi clericus falſum deponeret coram Judice ſæculari, non tamen poſſet ab eodem puniri, ſed remittendus eſſet ad Judicem Eccleſiaſticum ut illum puniret. Imò neque poteſt clericus, tametſi dimiſſo habitu deprehendatur deliquiſſe, puniri à Judice laico: quia quamvis dimittat habitum, non tamen amittit privilegium clericale, niſi poſt trinam monitionem ab Epiſcopo factam adhuc non reſipuerit *c. in audientia c. contingit 2. de ſent. excommun. c. fin. de vita, & honeſtate clericorum.*

12 Quòd ſi clericus ſine habitu deprehendatur in flagranti, & gravi aliquo delicto, & timeatur fuga, vel ab ulteriori delicto non poſſit aliter compeſci, tunc plures cenſent probabile, poſſe à Judice laico capi, & perduci ad Judicem Eccleſiaſticum, dummodo non adhibeatur major violentia, quàm exigat reſiſtentia clerici, ut deſumitur ex *c. cùm non ab homine de judic. num. 12.* Quòd ſi clericus, & laicus ſimul ſint in eadem cauſa, tunc ſi cauſa ſit individua, ita ut nullam patiatur diviſionem inter ſocios, uterque conveniendus eſt coram judice Eccleſiaſtico *argu. l. ſi communem 10. ff. quemadmodum ſervit. remitt.* quia tunc magis dignum trahit ad ſe minus dignum; proinde etiam laicus propter clericum conveniri debet coram Judice Eccleſiaſtico: cùm ſit clericus dignior laico, hunc trahit ad ſuum forum: ſecus ſi cauſa ſit dividua, poſſitque ſeparari, quilibet conveniendus eſt coram proprio Judice cumpetente *argu. l. ſi quis 52. §. 1. ff. de furt.* ubi dicitur, quòd in delictis ſocius criminis non gaudeat privilegio ſocii.

13 Dantur tamen aliqui caſus, in quibus poſſunt clerici conveniri coram Judice ſæculari. Primò in ratione fœudi, quia Judices competentes in cauſis fœudalibus ſunt vel dominus fœudi, vel ordinarius, vel pares curiæ, vel etiam arbitri. Unde ſi Eccleſiaſticus fœudum poſſideat alicujus Principis ſæcularis, & cauſa verſetur dumtaxat circa fœudum, non circa perſonam Eccleſiaſticam, tunc conveniri poteſt coram Judice laico, non ut clericus, ſed ut poſſeſſor fœudi laicalis: ſiquidem ratione fœudi perſona alioquin non ſubdita contrahit perſonalem obligationem, quâ ut Vaſallus ſubjicitur domino fœudi. Secundò, ſi bona immobilia ab initio donata ſint Eccleſiæ cum reſervatione juriſdictionis, ſeu cum tali pacto, ut maneant ſub eodem foro ſæculari, tunc ſervanda eſt conditio: & quando cauſa verſatur circa talia bona immobilia conveniri debent partes coram Judice ſæculari, poteſt enim dominus alicujus boni immobilis illud dare Eccleſiæ, vel plenè, vel ſemiplenè, vel abſolutè, vel conditionatè, aut cum reſervatione: ſicut enim habet plenum jus in illud, ita poteſt de ipſo diſponere, prout ei magis libuerit: & ſi acceptetur cum tali reſervatione, vel limitatione, eſt ſervanda conditio.

14 Rurſus ſi contra laicum agatur ad evincendam ab ipſo rem, quam emit à clerico, tunc clericus venditor ad defendendum Emptorem poteſt illi aſſiſtere, vel comparere coram ipſo Judice ſæculari, ſeu Emptoris, contra quem principaliter agitur, & fertur ſententia: quia tunc executio non fit contra clericum, qui ſuo nomine ad judicium non accedit, ſed tantùm ut defenſor neceſſarius emptoris; proinde non poteſt trahere cauſam illam ad forum Eccleſiaſticum, ut conſtat ex *l. venditor 49. ff. de judic.* ubi habetur, quòd defenſor Emptoris nomine evictionis non poſſit allegare privilegium ſui Judicis, ſive ſit ejuſdem, ſive diverſi fori. Quòd ſi ageretur principaliter contra clericum venditorem, ac conveniretur, ut de evictione condemnaretur, tunc eſſet conveniendus coram Judice Eccleſiaſtico. Præterea clericus ratione officii, ut ſi ſit tutor, curator, Procurator alicujus laici, poteſt ſortiri forum coram Judice ſæculari, quia tunc non convenitur ut clericus, nec conſideratur ut talis, ſed ut agens nomine pupilli, vel minorennis, aut domini laici. Si tamen laicus adminiſtret res temporales Eccleſiæ, ſortitur forum coram Judice Eccleſiaſtico.

15 Gaudent privilegio fori Eccleſiaſtici. Primò clerici in ſacris conſtituti; quia iſti propriè ſunt clerici: imò etiam qui in ſolis minoribus, vel tantùm prima tonſura ſunt initiati, ut deſumitur ex *cap. 2. h. t.* ubi præcipitur, quòd generatim nullus Judex ſæcularis præſumat Presbyterum, aut diaconum, aut clericum ullum ad ſuum forum trahere, aut condemnare, & licèt non fiat mentio de conſtitutis in minoribus & initiatis primâ tonſurâ, nihilominus Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. c. 6. de refor.* ſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, vel incedant habitu clericali, aut tonſurâ ſint inſigniti, vel alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviant, vel in ſeminario clericorum de-

gant, aut in aliqua univerſitate cum licentia Epiſcopi, gandent etiam ipſi privilegio fori Ecclesiaſtiei, eò quia ſint in ſtatu Eccleſiaſtico, & in via ad majores ordines ſuſcipiendos. Per beneficium Eccleſiaſticum hic intelligitur etiam penſio, quæ loco tituli conceditur clerico tonſurato, vel minoribus ordinibus initiato, quia penſio licèt propriè non ſit beneficium Eccleſiaſticum, in favorabilibus tamen habetur pro beneficio, nt declaravit ſacra Cangregatio apud Barboſam *de offic. & poteſt. Epiſcopi alegat.* 12.

16 Sufficit atiam, ſi clericus habeat in titulum perpetuum capellaniam, coadjutoriam ſibi à Papa conceſſam cum futura ſucceſſione. Imò ſufficit, ſi beneficium Eccleſiaſticum poſſideat, tametſi non habeat alias qualitates; quia ratione beneficii eſt dedicatus Eccleſiaſtico miniſterio; & ſi careat omni beneficio, ſufficit, ſi incedat habitu clericali, & coronâ tonſuræ. Cæterum ſi clerici in minoribus conſtituti, vel primâ tonſurâ initiati, nec beneficium Eccleſiaſticum obtineant; nec gerant habitum, nec earonam clericalem; ex dacreto Concilii Tridentini cum habitn non diſtinguantur à laicis, nec alio exteriori ſigno, non declinant forum Judicis ſæcularis, licèt eriam ab Eccleſia puniri poſſint, ſi delinquant: ſiquidem ad ſtatum laicalem non omnino ſunt reverſi, & adhuc retinent privilegium canonis: proinde ab utroque ſoro puniri pnſſunt ex declaratione ſacræ Congregationis apud Garziam *p. 1. de benefic. c.2. n. 16.* Barbos. *de jure Eccleſ. c. 39* §. 2. *num.* 22. ut autem in minoribua conſtituti, ſi nullum habeant beneficium, aut penſionem, gaudeant privilegio fori Eccleſiaſtici, debent incedere habitu elericali, ſeu veſte, vel pallio talari, debent geſtare coronam clericalem in capite, ſeu tonſuram, ſaltem ut ex ipſa conjiciatur, quòd ſint clerici; & debent etiam inſervire alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi, vel degere in aliquo ſeminario, vel in ſchola, aut univerſitate: & hæ conditiones ſumuntur copulativè, non disjunctivè, quia non eſt lex pœnalis, ſed conſtitutiva formæ requiſitæ ad tale privilegium, tametſi non deſint, qui dicant, ſufficere disjunctivè.

17 Gaudent etiam privilegio fori Eacleſiaſtici clerici in minoribus conſtituti, vel primâ tonſurâ initiati, ſi cum unica tantùm uxore, eaque virgine matrimonium contraxerint, dummodo clerici iſti conjugati clericalem habitum, & conſuram deferant, ut deſumitur ex *c. unic. de cler. conjug. in 6.* debent tamen etiam ex mandato Epiſcopi eſſe depntati in miniſterio Eccleſiæ, cui inſarviant ex Tridentino *ſeſſ. 23. c. 6.* adeo ut hi clerici conjugati ſint exempti à jurisdictione ſæculari in cauſis criminalibus tantùm, ſive criminaliter, ſive civiliter agatur de delictn, non ita in cauſis merè civilibus, qnia in iſtis ſubjiciuntur foro ſæculari, ut docent communiter juriſperiti cum Covart. *pract. quæſt. cap. 31. num.* 2. Barboſa *de jure Eccleſiaſtico.*

18 Alii tamen probabiliùs cenſent, neque in cauſis merè civilibus poſſe hujusmodi clericos conjugatos conveniri coram Judice ſæculari, neque ab iisdem perſonaliter, vel pecunialiter puniri, & condemnari: quia eo ipſo, quòd quis eſt clericus, eximitur à foro ſæculari, neque eſt major ratio, eur tantùm in criminalibus debeat eximi, & non in cauſis civilibus, cùm in omnibus ſemper ſubjiciatur Judici ſæculari, quod injurioſum eſt ſtatui clericali: hæc ſententia in jure eſt probabilior, ſed prior in praxi videtur communior. Imò non deſunt, qui hoc privilegium extendunt etiam ad uxores clericorum, adco ut iſtæ non poſſint conveniri coram Judice ſæculari ſaltem in cauſis criminalibus, eò quia uxor ſequatur forum mariti, quia non debet uxor eſſe deterioris conditionis quoad forum; negant tamen cōmuniter, uxures clericorum habere privilegium canonis, quia hoc non datur niſi ratione characteris clericalis, quo fœminæ carent.

19 Putârim probabilina eſſe, hoc privilegium fori non extendi ad nxores, neque ad liberos talium clericorum, quia privilegium fori, cùm ſit perſonale, conceditur ſolis perſonis Eccleſiaſticis, qualea non ſunt uxores clericorum conjugatorum, ad quas propterea non extenditur privilegium fori Eccleſiaſtici.

20 Major difficultas poſſet eſſe de nxore clerici conjugati conſtituti in ſacris ordinibus, cujusmodi ſunt ſacerdotea græci Orientalis Eccleſiæ, ut etiam in occidentali uxorea illorum ſacerdutum, qui ſacros ordines ſuſceperunt ex conſenſu uxoris vovencis perpetuam continentiam. Non deſunt, qui cenſeant cum Abbate hic *cap. 2. num. 9.* hujusmodi uxores gaudere privilegio fori: ſed communior ſententia eſt, eas non gaudere, eò quia hoc privilegium ſit perſonale, & conceſſum ſolis clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, cujusmodi non ſnnt tales fœminæ, licèt voverint caſtitatem.

21 Sunt etiam, qni extendunt hoc privilegium ad ſamulos, & ſamulas clericorum, ſed in jure nullo hæc ſententia fundamento nititur, non enim famuli, qui mercède condncti inſerviunt ipſi clerico, dicuntur per hoc præcisè divino obſequio dedicari: proinde non habent, quo debeant excipi à foro ſæculari, & gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici. Secus familia Epiſcopi, ut docent communiter juriſperiti, ex indulto ſpeciali gaudet hoc privilegio, ut notat Abbas in *d. c. 2. num. 6. h. t.* & cum ipſo communiter juriſperiti, & deſumitur ex *cap. Fin. de officio Archidiaconi*, in quo Archidiaconus Senonenſis allegavic quidem conſuetudinem eſſe, ut omnes ſuæ ditionis prius convenirentur coram ſe, exceptis tamen cauſis Archiepiſcopi, & familiæ ipſius; & licèt textus ibi fundetur ſuper conſuetudine quoad jurisdictionem, quam Archidiaconns præſcripſerat; non tamen qnoad axceptionem familiarium Epiſcopi, qui conveniebantur coram ejus officiali; quinimo ibi conceditur, eos remanſiſſe ſub juriadictione Archiepiſcopi ſecundum

cundùm diſpoſitionem juris communis, nec contra eos quidquam præſcripſit Archidiaconus: deſumitur etiam *ex cap. Eccleſiarum ſervos*, & quamvis ibi ſit ſermo de ſervis perpetuis, & adſcriptitiis, nihilominus Jurisperiti ex connexione materiæ inferunt, familiam Epiſcopi gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici.

22 Probat hanc ſententiam Gratianus *tom. 3. c. 340. n. 1.* ex eo, quòd privilegium, quod habet Epiſcopus, trahi debeat etiam ad ejus acceſſoria, & appendices: & cùm famuli Epiſcoporum habeantur tanquam aliquod acceſſorium ad ipſos, ſine quibus non poſſunt Epiſcopi juxta proprium ſtatum conſiſtere, nec proprium ſervare decorem; ideo privilegium Epiſcopi quoad forum rectè extenditur ad ejus famulos ex *c. quantis de privileg. c. licet eod. tit. in 6.* Neque urget, ſi dicas, privilegia eſſe ſtricti juris, & non eſſe extendenda ad alias perſonas, ut deſumitur ex *c. privilegia de regul. jur. in 6.* Nam hoc privilegium comprehendit perſonas connexas ipſi privilegiato ex ſpeciali favore ipſius, ne ſcilicet Epiſcopus turbetur à Judice ſæculari in propria familia: ſi enim Judices ſæculares ad ſuum forum traherent famulos Epiſcopi, utique eſſent eidem gravamini, ac turbarent ejus dignitatem; proinde congruum erat, ut hoc privilegium fori extenderetur etiam ad perſonas, in quas ſi exerceretur juriſdictio ſæcularis, turbaretur ſtatus Epiſcopalis, & inferretur gravamen Epiſcopo: hac ratione Menoch. *arbit. centur. ult. caſ. 562. num 12.* Squillant. de *privileg. cleric. c. 7. dub. 2. n. 57.* & alii aſſerunt, privilegium fori perſonæ exemptæ extendi etiam ad eas perſonas, in quas ſi exerceatur juriſdictio, turbatur ſtatus perſonæ exemptæ, & ipſi infertur gravamen. Imò alii generatim aſſerunt, privilegium extendi, ſeu comprehendere perſonas connexas privilegiato; adeo ut privilegium conceſſum emptori, cenſeatur etiam conceſſum venditori, cùm unus ſine altero eſſe non poſſit, eò quia emptor, & venditor ſint correlativi, ut notat Roman. *cons. 180. n. 4.* Jaſon. *in l. non tantùm n. 12. ff. de re judic.* Hinc privilegium conceſſum marito, intelligitur etiam comprehendere uxorem ob connexionem, quam habet cum marito, ut tradit Bald. in *ſua Margarita v. privilegium.*

23 Præterea Privilegium immunitatis Eccleſiaſticæ eſt favorabile, ut tradit Gratianus *tom. 2. diſp. 340. n. 21.* proinde extenditur ad famulos, ut docet Gambacurta de *immunit. lib. 4. c. 3. n. 7.* Decianus *cons. 80. n. 19.* & alii, quos citat, & ſequitur Farinac. in *appendice de immunit. c. 2. n. 21.* Quamobrem licèt Privilegium perſonale non egrediatur perſonam principaliter; nihilominus acceſſoriè in Epiſcopis propter eorum ſpecialem favorem extenditur etiam ad familiam: adeo ut principaliter afficiat Epiſcopum, & acceſſoriè ejus familiam; neque inde ſequitur, quòd etiam famuli clericorum gauderent acceſſoriè eodem privilegio; nam licèt non deſint doctores extendentes Privilegium clericorum etiam ad eorum famulos, tanquam aliquid pertinens ad ipſos clericos: nihilominus communior, & probabilior ſententia docet, famulos clericorum non gaudere tali privilegio, & eſſe diſcrimen de famulis Epiſcopi, eò quia illis concedatur Privilegium cum extenſione acceſſoria ad famulos; non verò aliis clericis, ut notat Menoch. de *arbit. lib. 2. centur. 4. caſ. 562. num. 13.* ubi ait, hanc acceſſoriam extenſionem procedere tantùm in famulis Epiſcoporum, quibus multa conceduntur, quæ aliis non ſunt permiſſa, ut obſervant jurisperiti cum Tuſcho *tom. 3. litt. E. concluſ. 27. num. 31.* Gozadinus *lib. 1. defenſ. 20. c. 9. num. 23.* Capicius *decis. 12. num. 1.* Calianeus *conſ. 72.* & patet ex *c. fin. de ſentent. rei judic. in 6. c. fin. de privileg. c. quia periculoſum de ſent. excommun.* Præterea hæc extenſio acceſſoria ad famulos Epiſcopi fuit declarata a ſacra Congregatione Cardinalium, & approbata ab Urbano VIII. 21. Auguſti Anno 1638. ubi Pontifex declaravit, hoc Privilegium fori non ſolùm extendi ad familiam laicam Epiſcoporum Diœceſanorum, verùm etiam ad familiam Epiſcopi titularis, ut fuit Archi-Epiſcopus Rodienſis ex familia Gonzagorum, in cujus favorem ſacra Congregatio declaravit, ejus famulos gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici.

24 Objicit tamen Moſcoſus: primò, quia Epiſcopi non poſſunt familiam armatam habere ex Gloſſa in *c. dilecto de ſent. excommun. in 6.* Secundò quia licèt Miniſtri curiæ epiſcopalis gaudere debeant privilegio fori, id tamen debet intelligi quoad delicta communia; neque privilegium ex miniſtris curiæ debet extendi ad familiam domeſticorum. Tertiò quia Pontifex non poteſt eximere laicos à ſæculari juriſdictione inſciis, & invitis Principibus ſæcularibus, proinde neque poſſunt laici ſe ſubmittere juriſdictioni eccleſiaſticæ.

25 Sed contra, ad primum enim reſpondetur, Epiſcopos, etiam in loco ubi non habent dominium temporale, poſſe alere familiam armatam, & proprios habere miniſtros, & Executores juſtitiæ, in ordine ad imponendas pœnas afflictivas corporis, citra tamen ſanguinis effuſionem, adeo ut poſſint finire Judicium abſque recurſu ad brachium ſæculare, ut declaravit ſacra congregatio coram ſummo Pontifice Pio V. ad petitionem S. Caroli Borromæi die 5. Junii 1567. & docent communiter Canoniſtæ, cum Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi p. 3. allegat.* 107. *num.* 1. Mollina *de brachio ſæcul. n.* 1. Tuſcho *litt. M. concluſ. 293. num. 41. & 42.* Felino *controverſ. forens. c. 50. num. 25.* ratio eſt, quia Epiſcopus habet imperium in ſua diœceſi, ut deſumitur ex *c. contra idolorum c. propè vias 26. q. 5. c. attendendum 17. q. 4.* & docent communiter juriſperiti cum Bald. in *authent. ea, quæ, C. de Epiſc. & cleric. num. 6.* Gemin. in *c. cùm Epiſcopus de offic. Ordinar. in 6.* & alii communiter: ex eo autem, quòd habeat imperium in ſua diœceſi, poteſt alere familiam armatam ex *textu in l. illicitas ff. de offic. Præſid. § qui univerſas.* ut notant Godofredus, Albericus, & alii: alioquin ſi non poſſet Epiſcopus familiam armatam habere, inutilis foret ejus ſpiritualis poteſtas: ſiquidem ſi oporteret, Epiſcopum ſemper requirere Magiſtratum ſæcularem loci, ut

hic curaret delinquentes capi, facilè poſſet Magiſtratus cauſam prætexere, & delinquentibus viam ad fugam aperire, quorum propterea delicta remanerent impunita, & Epiſcopi jurisdictio ſuum non ſortiretur effectum, proinde forèt inutilis: unde neceſſe erat, ut Epiſcopi armatam poſſent familiam alere, ne eorum jurisdictio inutilis eſſet *l. licitatio §. quod illicitè ff. de publican. & vectigal.*

26 Idque ex eo etiam firmati poteſt, quia inquiſitiores ſancti officii poſſunt habere familiam armatam ex *clement. 2. §. porro de heret.* ergo etiam Epiſcopi, quia iſti poſſunt etiam contra hæreticos procedere, tam enim Epiſcopis, quàm Inquiſitorib⁹ datur facultas capiendi hæreticos, ut liquet ex *d. element. 2. §. præter quod.* Tum quia conceſſo fine cenſentur etiam conceſſa media, per quæ quis aſſequatur talem finem, ut liquet ex *c. cùm infirmitas de pœnit. c. quoniam de ſent. excommun. in 6.* unde cùm concedatur Epiſcopis jurisdictio, cenſentur etiam concedi media neceſſaria, ut hæc poſſit executioni demandari, ſuúmque ſortiri effectum ex *l. 2 ff. de jurisdic. om. Judic.* Sed ex ſacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. c. 3 de refor.* Epiſcopus ex propria ordinaria jurisdictione cognoſcit cauſas etiam contra laicos per bonorum apprehenſionem, ut ibi dicitur, & perſonarum diſtrictionem, ad quod erat neceſſaria familia armata.

27 Hoc totum confirmatur ex *c. perniciosſam de offic. Jud. Ordinar.* ubi conceditur facultas Epiſcopis inquirendi; quibus verbis comprehenditur totum judicium, proinde quidquid ad judicandum, & ulciſcendum eſt neceſſarium: ad id autem requiruntur lictores, familia armata, carceres, tortura: ergo nulli dubium, quin poſſint Epiſcopi familiam armatam alere, præſertim cum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. c. 3. de refor.* hoc ſupponat pro certo, & dicat in ordine ad executionem juſtitiæ, quòd debeat exerceri *per ſuos proprios, aut alienos Executores*: proprii autem Executores ſine armis non poſſent delinquentes capere, eóſque punire.

28 Ad ſecundam reſpondetur, Miniſtros curiæ epiſcopalis, ut etiam famulos Epiſcopi gaudere privilegio fori Eccleſiaſtici, & id fuiſſe declaratum à ſacra Congregatione Anno 1637. ex occaſione, quòd in Regno Siciliæ emanatæ fuerint aliquæ ordinationes prohibentes, Miniſtros curiæ epiſcopalis gaudere privilegio fori in delictis communibus: unde non poteſt reſponderi, declarationes Cardinalium tantùm procedere in terris eccleſiaſticis, ubi Pontifex habet dominium temporale, cùm factæ declarationes Cardinalium directæ fuerint ad Epiſcopos Regni Siciliæ, quod ſubjicitur id temporalibus Regi Hiſpaniarum. Tum quia congregationes Cardinalium fundatæ ſunt à ſummo Pontifice pro declarandis, ac dirimendis difficultatibus totius reipublicæ Chriſtianæ, & non ſolùm pro ſolo ſtatu eccleſiaſtico. Ad tertiam reſpondetur, Pontificem ex juſta cauſa poſſe eximere laicos à jurisdictione Principum ſæcularium, ut eruditè docet Mancinus *disquis. general. cent. 3. c. 242. num. 1.* quòd ſi poteſt ex juſtis cauſis eximere laicos à poteſtate Principis ſæcularis, ergo etiam familiam Epiſcopi, ac Miniſtros ejus curiæ, quia id videbatur exigere honor debitus dignitati epiſcopali, ac recta adminiſtratio cauſarum in foro eccleſiaſtico. Tum quia Pontifices ſæpè exemptos feciſſe laicos addictos eccleſiaſticis à foro Judicis ſæcularis conſtat ex ſacris Canonibus, & præſertim ex declaratione Urbani VIII. qui ſcripſit ad comitem Novellaræ, ne moleſtiis afficeret famulos laicos, & Miniſtros Archiepiſcopi Rodienſis, cùm non ſint ſub jurisdictione ſæculari, ſed gaudeant foro privilegii eccleſiaſtici: factum autem Pontificis non poteſt in dubium revocari: & liquet *ex c. in memoriam 19. diſt.* ut docet Antonius de Butrio in *c. 2. num. 6. de translat.* Quamobrem ſummus Pontifex ex juſta cauſa poteſt eximere laicos à poteſtate ſæculari, & defacto familiam laicam Epiſcoporum eſſe exemptam.

§. IV.

De iis, qui gaudent Privilegio fori Eccleſiaſtici.

1 QUæritur primò, an familia laica Nuntii apoſtolici gaudeat privilegio fori. Reſpondetur affirmativè, eò quia Nuntius Apoſtolicus in ſua Provincia habet jurisdictionem ordinariam, quam habet Epiſcopus in ſua Diœceſi, ut communiter docent doctores, & præ cæteris Gottieres in *quæſt. can. lib. 1. c. 11. n. 9.* Gonzales in *regul. 8. cancell.* Gloſſa 21. *n. 36.* Azorius *p. 2. lib. 2. c. 27. q. 5.* Gratian. in *diſcept. forens c. 226. num. 2.* Abbas in *c. 1. de offic. legat. num. 2. & 3.* Barbat. de *Cardinal. legat. q. 5. num.* 17. proinde legatus in ſua Provincia exercet omnia, quæ per ordinarios, ſeu Epiſcopos exercentur ratione ordinariæ poteſtatis, ut notat Abbas in *c. quod translat. de offic. legat. num. 9.* Hinc Calder. *conſ.* 11. ait legatum in ſua Provincia poſſe, quidquid Epiſcopus poteſt in propria diœceſi reſpectu jurisdictionis, & cùm conſtet ex præcedente §. familiam laicam Epiſcopi gaudere privilegio fori, ſequitur, quòd etiam familia laica Nuntii Apoſtolici eodem gaudeat privilegio; imò à fortiori cùm legatus ſit ſuper omnes Ordinarios, eò quia vices gerat ſummi Pontificis ex *c. 2. de legat. in 6.*

2 Quæritur ſecundò, an familia laica clericorum gaudeat privilegio fori. Solent juriſperiti diſtinguere ſervos clericorum in venditicios, temporales, conductorios, & in ſervos perpetuos, & iſtos non illos gaudere privilegio fori, docent plures præſertim Menoch. de *arbit. cent. 6. caſ. 562. n. 3.* Squillant. *de privileg. cleric. c. 7. n. 57.* ſiquidem ſervi ſi ſint perpetui, cenſentur eſſe pars patrimonii, & ſubſtantiæ dominorum, proinde privilegium clericorum extenditur ad famulos perpetuos eorundem. Tum quia quando alicui conceditur Privilegium, illud intelligitur etiam conceſſum aliis, ſine quibus privilegiatus non poſſet commodè frui ſuo privilegio *argu. l. 2. §. de jurisdic.* atqui clerici non poſſent commodè frui

privi-

Digitized by Google

privilegio fori, ſi etiam ejus famuli perpetui eodem non fruerentur. Tum quia in *l. 3. C. de ſcholarib. lib. 13.* Scholarium ſervis idem tribuitur privilegium, quod ipſis ſcholaribus; eò quia cum ſtodioſis, & Profeſſoribus concedatur, ut ſecurè ad loca ſtudiorum proficiſcantur, & ibi ſine injuria habitent, ac verſentur, non poſſent hoc frui beneficio, niſi etiam eorum famuli eodem gauderent beneficio: unde Fridericus Imperator concedens Profeſſoribus, & ſtudioſis, ut ſecurè, & tutò habitent, indulget hoc beneficium non ſolùm ſtudioſis, ſed etiam aliis, ſine quibus honeſtè, vel commodè habitare non poſſent, quapropter privilegia, quæ conceduntur Profeſſoribus, & ſtudioſis, cenſentur etiam conceſſa eorundem famuſis, & ſervis, quos habent in ſua familia, quod tamen eſt intelligendum de ſamulis quotidianis neceſſariis, ac perpetuis: ergò hoc idem etiam eſt dicendum de famolis neceſſariis quotidianis, propriis, & perpetuis clericorum, & qui operam ſuam ita clericis addixerunt, ut ad eorum iuſſum adſint, iiſque inſerviant, quia tales famuli cenſentur eſſe aliquid de patrimonio clericorum: quod tamen non valet de famulis non perpetuis, ſed temporalibus, conductitiis, & mercenariis, ſive annua, ſive menſtrua, ſive diurna mercede ſervientibus: licèt non deſint, qui contrarium ſentiant, eò quia nulla diſcriminis ratio habeatur inter ſervum perpetuum, & temporalem: ſiquidem reſpectu temporis, quo ſervus domino ſuo inſervit, eſt quid eidem acceſſorium, proinde ad ipſos etiam extendunt privilegium fori ex *c. quanto de privileg. c. licet eod. tit. in 6.* nihilominus contraria ſententia communior eſt.

3. Quæritur tertiò, an filii clericorum gaudeant privilegio fori, adeò ut Judex laicus non poſſit eos punire. Non deſunt, qui cenſeant, filios legitimos clericorum gaudere privilegio fori vivente tamen Patre, non ita eo mortuo; propugnat hanc ſententiam præſertim Decianus in *tract. crimin. lib. 4. c. 9. n. 49.* cui adhærent Carolus de Graſſis de *effect. cleric. effect. 1. n. 189.* Novarius in *quæſt. forenſ. p. 1. q. 98. n 2.* Squillante de *privil. cleric. c. 7. dub. 2. n. 35.* qui etiam *c. 8. dub. 1. n. 13.* docet, filios clericorum gaudere exceptione gabellarum: ratio, quá hæc ſententia nititur, eſt; quia filius reputatur pars ſubſtantiæ patris, imò una, ac eadem perſona cum patre, *l. fin. C. de impuber.* & filius dicitur perſona corporis patris *l. cum ſcimus §. fin. C. de agricol. & cenſ.* hinc excluſa perſona patris cenſetur etiam excluſa perſona filii, cùm pater, & filius in exiſtimatione reputetur pro uno capite, ac una perſona, proinde mortuo patre filius non ampliùs gaudet privilegio fori, & poteſt conveniri coram Judice ſæculari, ac ab illo puniri.

4. Quæritur quartò, an clerici conjugati gaudeant privilegio fori etiam in civilibus. Negant plures præſertim Pereira ad *man. reg. p. 6. c. 28. n. 10* Correa *rel. de immun. Eccl. p. 2. n. 32.* Diana in *pugna Doctor. c. un. de cleric conjug. n. 13.* & alii aſſerentes, clericos non eſſe exemptos à Judice ſæculari in cauſis merè civilibus. Quòd ſi illis objicias textum in *c. un. de cler. conj.* ubi habetur *aut civiliter ad judicium ſæculare*; ubi clerici conjugati etiam in cauſis civilibus eximuntur à Judice ſæculari. Reſpondent, illud verbum *civiliter*, eſſe ita intelligendum, ut clerici conjugati eximantur à judicio ſæculari de cauſis criminalibus, quamvis civiliter motis. Oppoſita tamen ſententia propugnatur à pluribus aſſerentibus, clericos conjugatos gaudere privilegio fori etiam in civilibus, ut Riccius *p. 3. deciſ. 170. n. 1.* Borellus in *ſpeculo Principum rubric. 11. §. videamus in princ. lit. A.* Francus in *c. un. de cler. conjug. in 6.* Speculator in *tit. de compet. judic. addit. §. 1. n. 24.* Squillant. de *privileg. cleric. c. 7. dub 2. n. 27.* Diana *tract. 2. de immunit. reſolut. 152.* Gavanius in *Enchirid. Epiſc. V. clericus n. 84.* & Diana notat, id præſertim procedere in Regno Neapolitano ex declaratione ſacræ congregationis 27. Februarii 1630. & obſervat, quòd ſacra Cardinalium congregatio conſuit, clericum conjugatum, qui poſt dimiſſum habitum, & tonſuram clericalem pro debito aliquo in curia laicali eſt citatus, & ob contumaciam condemnatus; ſi deinde reaſſumpto habitu, & tonſura Eccleſiæ inſerviat, dummodo id non faciat in fraudem, non poſſe à Judice laico in carcerem conjici, aut perſonaliter adſtringi, ut videtur deſumi ex *c. ſi Judex laicus de ſent. excommun. in 6.*

Quæritur quintò, an Græcus, qui poſt contractum matrimonium promovetur ad minores ordines gaudeat privilegio fori. Quòd non videatur gaudere, deſumi poteſt ex *c. cùm olim de cleric. conjugat.* ubi initiatus minoribus ordinibus, ſi juxta ritum Græcorum uxorem ducat, non cenſetur gaudere privilegio fori. Verùm communior ſententia, quam docent Diana *tract. 2. de immunit. reſolut. 153.* Azorius *p. 5. lib. 5. c. 11. q. 7.* Baldellus *lib. 5. diſp. 41. n. 2.* & alii, aſſerit Græcum illum poſt contractum matrimonium minoribus initiatum ordinibus gaudere privilegio fori, quia poſt ſeparationem Eccleſiæ Orientalis ab Occidentali, & poſt translatum imperium à Græcis ad Germanos ſub Leone III. Clerici Græci in partibus orientalibus degentes non tenentur legibus Pontificis, quæ recens ſanciuntur pro eccleſiaſticis, quia intentio Pontificis non eſt, leges illas extendere ad Græcos, qui cùm in pluribus differant à latinis, nihilominus Pontifices eos non reprehendunt, nec damnant, tametſi pertranſeant loca latinorum, & ibi celebrent ritu græco, unde Azorius notat: Græcos conjugatos poſſe promoveri ad ordines abſque ulla diſtinctione, quòd ſi poſſunt initiari ſacris ordinibus à fortiori etiam minoribus, quia minorem incompatibilitatem habent ordines minores cum conjugio, quàm ordines ſacri, cùm iſtis, non illis ſit annexum votum caſtitatis, cui enim conceditur majus, videtur etiam concedendum minus, ut liquet ex *l. filius §. fin. ff. de don. l. Marcellus ff. de don. cauſ. mort. l. non debet ff. de reg. jur.* proinde qui abſolutè docuerunt, Græcos poſſe poſt conjugium ad ſacros ordines promoveri, non limitarunt ſententiam, niſi ordines minores fuerint ab ipſis aſſumpti ante matrimonium initum, quia ſi poſt contractum matrimonium poſſunt promoveri ad ordines ſacros, poſſunt etiam ad minores, ſiquidem cui licet, quod eſt plus, licet etiam, quod eſt minus ex *c. licet de regul. jur. in 6.* 5

Quamobrem ſi Græcus poſt initum matrimonium fiat clericus, ac initietur minoribue ordioibus, ex jure communi videtur gaudere privilegio fori; an verò teneatur inſervire Eccleſiæ, putârim affirmativè eſſe reſpondendum, eò quia clericus debeat eſſe divino cultui addictus, ac divinis mancipatus obſequiis ex jure antiquo canonico, cui teneotur etiam Græci parere: quia licèt juxta diſpoſitionem Concilii Tridentini teneantur clerici Eccleſiæ inſervire, ut gaudeant privilegio fori, attamen Græci poſt factam ſeparationem à latinis noo teneotur parere legibus Eccleſiaſticis in Conciliis latinorum ſancitis.

6 Quæritur ſextò, an uxores clericorum conjugatorum gaudeant privilegio fori. Seotentia communior eſt, uxores clericorum noo gaudere privilegio fori: eò quia tale privilegium ſit perſonale, & ratione ſtatûs clericalis, àc ordinum eccleſiaſticorum; & quia uxores clericorum ad nullum ſunt promotæ eccleſiaſticum ordinem, nec ſunt in ſtatu clericali: proinde nullo jure videntur gaudere privilegio fori. Nihilominue non deſunt, qui probabile cenſeant, gaudere privilegio fori, eò quia uxor ratione matrimunii ſortiatur forum viri ex *l. cùm quadam ff. de juriſdic. omn. Jud.* adcò ut io quavis diſpoſitione conceſſa viro, cenſeatur eadem uxori concedi ex Gloſſa in *c. admonere p. 33 q. 2* Imò Perez *lib. 1 tit. 3. fol. 57. §. uxor. etiam clerici* addit, hoc privilegio gaudere etiam uxorem clerici mortuo marito, donec alteri nubat, quia dum vidualis vita durat cenſetur, & ipſa perſeverare in priori matrimonio, & his omnibus adhæret Barboſa de *poteſt. Epiſc. p. 2. allegat. 3. n 14.* ubi multis probat, uxores viduas Equitum S. Jacobi Alcantaræ etiam gaudere exemptione gabellarum, & aliis privilegiis.

7 Cæterum uxores Equitom D. Jacobi Alcantaræ, Calatravæ gaudere privilegio fori docent plures ſupponentes, præfatos Equites eſſe religioſos, vel ſaltem perſonas Eccleſiaſticas, proinde gaudere privilegio fori; & hujuſmodi privilegium ſe exteodere ad eorum oxores: quia uxor clerici conjugati, ut ſacerdotis Græci, gaudet privilegio fori, ut probabiliter cenſent plures, quos citat, & ſequitur Diana *tract. 2. de immunit. reſolut. 156.* proinde eodem privilegio debent gaudere uxores equitum D. Jacobi Alcantaræ, Calatravæ, cùm ſit utrinque par ratio de uxoribus ſacerdotum clericorom Græcorum, & horum equitum.

8 Tum quia Imperatores Valentinus, Theodoſius, & Arcadius in *l. ult. lib. 10. C. tit 39.* honores, qui debentur maritis, ad eorundem uxores extendunt, dicentes: *Mulieres honore maritorum eligimus, & genere nobilitamus, & forum ex eorum perſona ſtatuimus*: quia verò ex habitu militari oritur qualitas honorifica, eodem honore etiam afficiuntur eorum uxores, ac forum a viro etiam ſortiuotur, tametſi illud jus ſit perſonale, ut ait Diana *loco cit.* Tum quia *l. penult. C. de fabric.* dicitur, quòd uxor fabricenſis gaudeat aodem privilegio fori, quo gaudet vir, ut etiam dicitur in *l. ne ad diverſa C. de ſilentiariis*, ubi ſtatuitur, quòd uxor ſilentiarii gaudeat eodem privilegio fori, quo ſilentiarius, quamvis officium ſilentiarii non poſſit mulieribus convenire, ſiquidem erat officium palatinum, quo ſilentiarii agebant excubias in palatio: quamobrem licèt mulier nō ſit capax ordinis militaris, adhuc poteſt ſortiri forum viri, eò quia ſufficit, ſi capax ſit honoris, qoo inſignitur maritus: ita licèt uxor clerici non ſit capax ordinis eccleſiaſtici, adhuc gaudere poteſt privilegio fori, eò quia particeps ſit honoris mariti ob correlationem ad ipſum, & quia cenſetur quid unum cum ipſo: qua ratione privilegium perſonale manumiſſoris, ne in jus vocaretur, ejus uxori communicatur in *l. 1. C. de in jus vocan.*

Rurſus uxor conſulis, cujus officium etiam erat perſonale, gaudebat honore, & claritate mariti, ut patet in *authent. de conſul c. 2.* Quòd verò etiam mortuis maritis eorum oxores viduæ quamdiu manent in viduitate, gaudeant eodem privilegio, quo fruebantur earum mariti, dum viverent, docent etiam plures, præſertim Amaya in *commend. ſup. C. lib. 10 tit. 39 n. 16. & ſequent.* Bobadilla in *diſſert. de ſtudioſ. c. 2.* Honoius *c. 1. q. 4.* & alii apod Dianam, quia vidua quamdiu manet in viduitate, retinet nomen uxorium, & dignitatem denari mariti. *l. fœmina ff. de ſenator. l. mulier. C. de dignit. lib. 12.* quapropter ex ſtupro in perſooam ejus commiſſo, cenſetur fieri injuria marito mortuo Gloſſ. in *l. fideicommiſſ C. de fideicommiſſ.* & ibi Bart. notet in ſpecie, eum qui offenditur ex adulterio, in matrimonio, durante viduitate offendi etiam ex ſtupro: hinc vidua committens ſtuprum dicitur amittere dotem, perinde ac ſi adulterium committeret vivente marito, ut notat Cacheranus *deciſ. pedem. 77.* 9

Quæritur ſeptimò, an clericus dimittens aliquando habitum, & tonſuram, amittat privilegium fori. Reſpondetur negativè, quia ad amittendom privilegium fori reqoiritur tanta perſeverantia in amiſſione habitûs, donec publicè, & in communi opinione cenſeatur laicus, ut docet Suarez de *cenſur. diſp. 2. ſec 1. n. 11.* & Bonacina *de leg. diſp 2. q. 2. par. 1. §. 4. n. 14.* ubi addit, ſacram Cardinalium congregationem declaraſſe, clericum, qui dimiſſo habito clericali homicidium commiſerat, & ſine clericali habitu à laica poteſtate captus fuerat, remitteodum eſſe ad forum eccleſiaſticum, eò quia non præſumitur dimiſiſſe habitum animo illum deſerendi, ſed ut commodiùs delictum perpetraret, ut notavit Capiblancus in *tract. de offic. Bar prag. 8. p. 3. n. 34.* An verò requiratur trina monitio, ut clericus incedens ſine habitu, & tonſura amittat privilegium fori ex jure antiquo conſtat, fuiſſe oeceſſariam trinam monitionem, ut liquet ex *c. final. de vit. & honeſt. cleric.* ſed de jore oovo, & ex Coocilio Trideotino non requiritur hæc trina monitio, quia Concilium loquitur cum dictione *niſi*, quæ eſt particula excipiens *l. action. C. de act.* ut notat Decius in *c ſi pro debilitate ff. de offic. delegat.* ut etiam Riccius *p. 4. deciſ. 154. n. 4.* ubi aſſerit, fuiſſe hoc definitum à ſacra Cardinalium congregatione. An verò ut clericus in minoribus conſtitotus tempore delicti, vel capturæ debeat habere tonſuram, vel ſignum aliquod, quo deprehendatur eſſe clericus, ut gau- 10

deat

deat privilegio fori. Reſpondet Squillante de *privileg. cleric. c 7. dub.* 1. *n.* 10. non eſſe neceſſarium tale ſignum, ſed ſufficere, ſi conſuaverat deferre tonſuram, & habitum, quia per accidens depoſuit illa ſigna, ſcilicet pro tempore delicti, cum anim antea ſemper inceſſerit cum tonſura, & veſte clericali, in communi opinione dicitur eſſe clericus, tametſi tempore delicti, vel capturæ deprehenſus ſit abſque ullo clericali ſigno, proinde remittendus eſt ad Judicem Eccleſiaſticum.

11 Sin verò clericus antea inceſſiſſet cum ſolo habitu clericali, & ſine tonſura, probabilior ſententia eſt, non gaudere privilegio fori, ut pluribus oſtendunt Bellettus in *diſquiſ. cleric. p.* 1. *tit.* 3. §. 8. *n.* 7. Riccius *p.* 4. *decis.* 154. *n.* 8. aſſerentes id fuiſſe etiam declaratum à ſacra congregatione Cardinalium; quia Concilium Tridentinum non loquitur disjunctivè, ſed copulativè, ſcilicet ut clerici deferant habitum clericalem, tonſuram, & inſerviant alicui Eccleſiæ, adeò ut hæc tria ſimul requirantur, ut clericus gaudeat privilegio fori. Nihilominus non deſunt, qui cenſeant, ſufficere hæc tria disjunctivè, adeò ut clericus incedens ſine habitu, ſed cum tonſura, vel cum habitu, & ſine tonſura, & alicui Eccleſiæ inſerviat, cenſeatur gaudere privilegio fori, hanc enim ſententiam propugnat Marius Antoninus Maceratenſis *lib* 3. *reſol.* 48. *n.* 5. Capiplancus de *offic. Bar. prag.* 8 *c.* 3 *n.* 28. etiam cenſet, dimiſſionem tonſuræ non eſſe tantæ ſolemnitatis, dummodo cætera concurrant. Et Marius Antoninus addit, quòd licèt Concilium Tridentinum loquatur per copulam exigentem concurſum copulatorum, tamen in *c. ſi Judex de ſent. excommun. in* 6. legitur copula, & circa dictam delationem, ut legitur in Concilio Tridentino: & nihilominus de jure communi ſufficit delatio alterius, & Concilium Tridentinum non induxit correctionem juris communis. Verùm ſententia contraria aſſerens requiri copulativè, habitum, tonſuram, & quòd Clericus inſerviat alicui Eccleſiæ, eſt communior, & probabilior, eique adhærendum. Hinc clerici inſervientes alicui Eccleſiæ, & nondum initiati primâ tonſurâ non videntur gaudere privilegio fori, Bonacina in *Bulla cœna* 3. *diſp.* 1. *q.* 16. *punct.* 3. *n.* 7. Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 9. *c.* 23. *n.* 355. & alii, ex eo probant, quia talis clericus non tonſuratus, non gaudet privilegio canonis: proinde neque privilegio fori.

12 Verùm ex eo, quòd non gaudeat privilegio canonis, adeò ut non incidat in excommunicationem, qui ſuadente diabolo talem clericum non tonſuratum percuteret, non tamen inde ſequitur quòd non gaudeat privilegio fori: ſiquidem in ſententia probabili multorũ plures gaudent privilegio fori, qui non gaudent privilegio canonis, adeò ut ſicut ex poſitione unius non infertur poſitio alterius, ita neq; ex excluſione privilegii canonis inferri poteſt excluſio privilegii fori: quia uxores equitum S. Jacobi Alcantaræ, Calatravæ in ſententia plurium gaudent privilegio fori, & nihilominus non gaudent privilegio canonis; familia laica Nuntii Apoſtolici in ſententia communi, & probabiliori gaudet privilegio fori, & tamen non gaudet privilegio canonis, ſi famuli non ſint clerici, & initiati ſaltẽ primâ tonſurâ.

Rurſus uxores clericorum conjugatorum in 13
ſententia plurium gaudent privilegio fori, non tamen privilegio canonis, ut etiam filii legitimi clericorum, ut etiam eorum famuli ſaltem in aliquorum ſententia in favorem immunitatis eccleſiaſticæ extendentium privilegium clericorum quoad forum etiam ad eorum famulos, qui tamen, cùm clerici non ſint, non gaudent privilegio canonis: ergò ex eo, quòd clerici, qui ſine tonſura inſerviunt alicui Eccleſiæ, non gaudeant privilegio canonis, non rectè infertur, eos non gaudere privilegio fori. Sed ratio, cur privilegio fori non gaudeant, eſt, quia cùm non ſint initiati primâ tonſurâ, non ſunt clerici, proinde ex eo præcisè, quòd inſerviant Eccleſiæ, non cenſentur gaudere privilegio fori, cùm hoc privilegium ſit tantùm pro ipſis clericis, & ad ſummum probabiliter extenditur acceſſoriè in ſententia nonnullorum ad eos, ſine quibus clerici non poſſent commodè uti tali privilegio.

An verò clerici tonſurati, ut gaudeant privi- 14
legio fori, debeant in dominicis diebus cum ſuperpelliceo divinis intereſſe. Plures affirmant, eò quia Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. c. 6. ſtatuerit, ut clerici debeant inſervire alicui Eccleſiæ. Verùm quia Concilium expreſsè non dicit, quòd debeant inſervire ſingulis diebus dominicis, & feſtis, communiter id intelligunt de majore parte anni, adeò ut, ſi clericus negligat inſervire Eccleſiæ pluribus diebus feſtis, non tamen amittat privilegium fori, dummodo aliis feſtis per annum eidem inſerviat; & ita fuiſſe declaratum à ſacra congregatione Cardinalium notat Riccius *p.* 4. *decis.* 154. *n.* 5. Cæterùm clerici in minoribus tantùm conſtituti ſi copulativè obſervent illa tria, quæ requiruntur à Concilio Tridentio, ſeu incedant cum veſte, & tonſura clericali, ac inſerviant alicui Eccleſiæ, gaudent omnibus privilegiis, quibus gaudent clerici in ſacris conſtituti: ſiquidem Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *c.* 6. abſolutè, & ſine ulla diſtinctione aſſerit, præfatos clericos ſervantes illa requiſita, gaudere privilegio fori, perinde ac alii, qui ſacris ſunt initiati. Privilegia autem, quæ ex prima tonſura clericus conſequitur, ſunt. Primum quia in religioſam domini ſortem cooptatur, & ex laicis, & profanis perſonis fit ſacer. Secundùm, quia fit capax beneficii Eccleſiaſtici, & ſacerdotii, dummodo gradatim promoveatur ad alios ordines. Tertium, fit particeps juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſeu poteſtatis excommunicandi, interdicendi, ſuſpendendi. Quartum quia eximitur ab imperio, & jure magiſtratûs ſæcularis, quod eſt propriè gaudere privilegio fori. Quintum, quia nemo poteſt in eum violentas manus injicere, quin in cenſuram incidat excommunicationis, quod eſt gaudere privilegio canonis, *ſi quis ſuadente diabolo*. Sextum, eſt immunitas omnium ſuorum bonorum, ſive illa jure patrimonii, ſive beneficii eccleſiaſtici poſſideat: quapropter clerici minores obſervantes requiſita Concilii Trid. gaudent omnibus privilegiis, quibus gaudent clerici in ſacris conſtituti.

Quæritur octavò. an Novitius in religione 15
approbata ita gaudeat privilegio fori, ut ob delictum

Digitized by Google

lictum ab eo ante religionis ingreſſum commiſſum non poſſit à Judice laico puniri. Certum eſt, Novitios in religionibus approbatis gaudere privilegio fori, quia revera ſunt addicti Dei ſervitio, deferunt habitum religionis, vivunt collegialiter cum cæteris, & cum iiſdem regularibus obſervantiis, ſunt mancipati obſequiis religionis, & vivunt ſub obedientia Prælati, adeò ut ſicut onera ſubeunt religionis; ita privilegio gaudent ejusdem, & habentur ut perſonæ vere eccleſiaſticæ, quamvis ſint in via ad religionem, ſeu ad ſolemnem profeſſionem emittendam: quo pacto participant de ſtatu religionis, & ſecundùm illam participationem ſunt Deo dicati, ac mancipati obſequiis religionis, proinde gaudent privilegio fori: ſed difficultas eſt, an ob delictum commiſſum ante ingreſſum religionis puniri poſſint à Judice laico, ſi in fraudem fuerint ingreſſi religionem, quia juxta Bullam Sixti V. deberent tales Novitii omnibus habitibus religionis ſpoliati, ac puniri à Judice laico, ac ſi non eſſent religionem ingreſſi: quia verò conſtitutionem Sixti V. moderatus poſtea fuit Clemens VIII. ideò ingreſſus religionis dicitur validior ad hoc, ut novitius gaudeat privilegio fori inſtar clerici, qui in fraudem aſſumpſit ſtatum clericalem: & ſicut iſte puniri non poteſt à Judice ſæculari corporaliter, ſed tantùm in pecunia, & bonis, adeò ut Judex ſæcularis, non ſit Judex perſonæ, ſed tantùm cauſæ, ut diſtinguunt Juriſtæ: ita Novitius, ſi in fraudem fuerit religionem ingreſſus, nonniſi in pecunia, & bonis poteſt à Judice ſæculari puniri, non verò in corpore, eò quia quoad perſonam gaudeat privilegio fori, ut aſſerit Barth. de Vecchis in *prax. Novit. diſp.* 12. *n.* 11.

16 Probabile tamen eſt, nec poſſe talem Novitium à Judice ſæculari puniri in pecunia, & bonis, ut oſtendit Martha de *jurisdic. p. 4. cent. 2. caſ.* 121. quia eo ipſo, quòd ingreditur religionem, tranſit ad ſtatum religioſum, & habetur ut perſona religioſa, ſive cum fraude fuerit ingreſſus, ſive non; conſequenter ut perſona religioſa gaudet privilegio fori, & debet judicari per Judicem Eccleſiaſticum etiam de delictis commiſſis ante ingreſſum religionis. Imò neque Novitius dimiſſo habitu religionis poteſt à Judice ſæculari puniri ob delictum commiſſum tempore Novitiatûs, ut docet Layman. in *Theol. moral. lib. 4. tract. 9. c. 8. n. 5.* eò quia non debet conſiderari mutatio ſtatûs, ſed tempus delicti, & quia tunc fuit religioſus, ideò pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum cognoſcere ſuper tali delicto. Juvat tamen obſervare, non poſſe Novitium cogi à Prælato religionis ad luendam pœnam delicto ſuo condignam etiam re integra, ſeu ſi ante inchoatum judicium velit religionem deſerere, ut notat, & probat Barth. de Vecchis *loc. cit.*

17 Quæritur nonò, an equites Novitii D. Jacobi Alcantaræ, Calatravæ, & aliorum ordinum equeſtrium præſertim S. Joannis Jeroſolymitani gaudeant privilegio fori. Hos milites eſſe religioſos, & gaudere privilegio fori, docent ferè communiter Doctores, eò quia pluries fuerit id deciſum, & declaratum à ſacra Cardinalium congregatione: unde difficultas eſt, an eorum novitii cenſeantur etiam, perinde ac profeſſi gaudere privilegio fori, negant plures tales Novitios gaudere privilegio fori, eò quia non ſint verè religioſi ante emiſſam profeſſionem, neque habeantur ut perſonæ Eccleſiaſticæ, ut ſentiunt Socinus in *c. propoſuiſti de for. compet.* Boſſius *eod. tit. n.* 144. Rodriquez in *quæſt regul. tom. 2. q. 62. art.* 14. Giurba in *conſil. criminal. conſ. 77. n.* 1. Verum contraria ſententia videtur communior, & probabilior ex ſuppoſitione, quòd tales ordines equitum fuerint approbati à ſummo Pontifice, & equites profeſſi habeantur, ut veri religioſi gaudentes privilegio fori: quia ſicut Novitii religionum regularium ante emiſſam profeſſionem gaudent privilegio fori, ita etiam Novitii harum religionum militarium: eſt enim utrinque par ratio ex ſuppoſitione, quòd tales equites profeſſi, ſint veri religioſi, & gaudeant privilegio fori: quod enim una religio ſit arctior, vel laxior aliâ, id per accidens ſe habet, ut etiam an una ſit militaris, & alia clauſtralis.

18 Tum quia Riccius in *prax. tom. 4. reſolut.* 249. *n.* 3. aſſerit, fuiſſe declaratum à ſacra congregatione Cardinalium in favorem horum Novitiorum, quòd gaudeant privilegio fori. Neque obſtat, quòd equites nonnunquam per plures annos remaneant in novitiatu, quia per hoc non deperdunt privilegium fori, ut notat Marchinus in *reſolut. pro Novit. dict. ord.* Quòd verò ſpeciatim milites S. Joannis gaudeant privilegio fori, eſt ſententia communior; eò quia cenſeantur veri religioſi, adeò ut Principes ſæculares non poſſint ſine permiſſione Pontificis in illos exercere jurisdictionem, ut notat Barboſa de *poteſt. Epiſc. p. 2. allegat. 12. n.* 45. Squillant. de *privil. cleric. c. 7. n.* 46. & ita eſt dicendum de aliis ordinibus equeſtribus, ut avis in Luſitania, Mantreſæ in Aragonia, S. Stephani Florentiæ ut liquet ex Bulla Pii IV. emanata anno 1560. Sanctorum Mauritii, & Lazari, Taurini & in Sabaudia, eò quia Pius IV. anno 1565. privilegia hujus religionis confirmaverit, eamque exemerit in caſibus omnibus, in quibus eſt exempta religio S. Joannis Hieroſolymitani.

19 Quæritur decimò, an Eremitæ gaudeant privilegio fori. Certum eſt, Eremitas, qui emittunt tria vota ſubſtantialia in aliqua ex religionibus approbatis cujusmodi ſunt Eremitæ Camaldulenſes gaudere privilegio fori, ut etiam eorum laicos converſos, & Novitios, quia ſunt Monachi, & regulares, proinde comprehenduntur in numero religioſorum gaudentium privilegio fori, ut ſumitur ex *c. de perſona 38. cauſ. 11. q. 1. c. clericis 3. de immunit. Eccleſ. in 6.* in quibus locis fit expreſſa mentio de Monachis, & regularibus in *c. non minùs 4. c. adverſus 7. extra eod. & authent. ſtatuimus C. de SS. Eccleſ.* his enim omnibus juribus generatim eximuntur perſonæ Eccleſiaſticæ à poteſtate ſæculari, quo nomine etiam comprehenduntur Eremitæ emittentes tria vota ſubſtantialia in aliqua ex religionibus approbatis *arg. c. duo ſunt 7.* quod etiam extenditur ad eorum Novitios, quia tametſi actu, & in effectu non ſint veri religioſi, eò quia nondum emiſerint profeſſionem, ſunt tamen perſonæ Eccleſiaſticæ, & de foro Eccleſiæ.

20 Rurſus illi Eremitæ, qui vivunt in communi

in

in aliqua congregatione juxta regulam approbatam ab Epiſcopo, quamvis verè nun ſint religioſi, eò quia non emiſerint tria vota ſolemnia, & poſſideant propria bona, de quibus poſſunt liberè diſponere, adhuc cenſentur gaudere privilegio fori, quia ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, & ſubjiciuntur juriſdictioni Epiſcopi diœceſani; quorum aliqui etiam promittunt continentiam perpetuam. Imò gaudent privilegio fori etiam illi Eremitæ, qui etſi non vivant in communi, nec ſint profeſſi alicujus religionis, ſunt tamen authoritate Epiſcopi deputati ad ſervitium Eccleſiæ alicujus, vel Oratorii, & ſunt veri Eremitæ, cùm induant habitum, vivántque ſub obedientia Epiſcopi.

21 Secus eſt dicendum de illis Eremitis, qui tametſi habitum eremiticum geſtent, ad nullum Eccleſiæ ſervitium ſunt addicti, & pro libitu poſſunt habitum deponere, nec vivunt ſub obedientia ullius Epiſcopi, ſed vagantur de loco in locum mendicatò viventes, hi enim non gaudent privilegio fori, quia reverà non ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ſed tantùm apparenter deferunt habitũ illum eremiticum, ut notat Abbas in *c. 2. n. 10. h. t.* Neq; habitus ipſis ſuffragatur, cùm ab ipſis deferatur pro illa tantùm externa apparentia, & non tanquam à cooptatis ad communicandum cum illo habitu cum perſonis religioſis; proinde nullam tribuit ipſis dignitatem perſonalem, ob quam debeant gaudere privilegio fori: ſicut licèt quis ſponte deferat habitum clericalem, ſi tamen non ſit per clericalem tonſuram ab Epiſcopo cooptatus in ordine clericorum, & Dei ſervitio mancipatus, non propterea eſt clericus, cum non aliter conſtituatur quis clericus, niſi per primam tonſuram *c. cùm contingat de ætat. & qualit. ordinan.* Unde deferentes habitum etiam alicujus ordinis religioſi devotionis causâ, ſi in propriis domibus maneant, bona poſſideant, de quibus liberè poſſint diſponere, reputantur ut laici præſertim, ſi non vivant ſub obedientia Epiſcopi, nec alterius Prælati Eccleſiaſtici, ut deſumitur ex conſtitutione 22. Leonis X. quæ incipit, *dum intra mentis* §18. ergò ex eo, quòd quis deferat habitum eremiticum, non propterea eſt cenſendus religioſus, & gaudere privilegio fori.

Quæritur undecimò, an fœminæ Tertiariæ
22 D. Franciſci gaudeant privilegio fori. Plures procedunt cum diſtinctione: ſi hujusmodi fœminæ collegialiter & in communi vivant, & vitam profiteantur virginalem, quam expreſsè voverint, aſſerunt, tunc gaudere privilegio fori, quæ opinio eſt probabilior, & eam propugnant Pontius in *impedimento matrimonii caſ. 27. num. 19. §. 5.* Piaſecius in *prax. Epiſc. noviſſ. p. 2. c. 5. art. 7. num. 11.* Diana *tract. 2. de immunit. reſolut. 175.* Portelius in *dubiis regular. V. Tertiarii num. 7.* Cherubinus in *compend. Bullar. tom. 1. conſtit. 22. Leonis X. Schol. 2.* Tum quia id fuit declaratum à ſacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini interpretum: ſiquidem hac ſuper re conſulta reſpondit, fratres Tertiarios, mantellatos, corrigiatos, aliósque ſimiles, illius ordinis, cujus tertiæ regulæ habitum aſſumpſerint privilegiis potiri, & ab ordinarii juriſdictione exemptos eſſe, dummodo viri collegialiter vivant, ſeu cum claoſtralibus habitent; & mulieres, virginalem, ſeu cœlibem, aut caſtam vitam expreſſo voto, & ſub dicto habitu traduxerint, tametſi alia duo vota paupertatis, & obedientiæ non emittant. Hinc fratres, & ſorores tertii ordinis viventes collegialiter in communi gaudent privilegio fori. Secus reſpondent contingere, ſi non collegialiter vivant, ſed in propriis domibus; nec caſtitatem voveant: quia tunc non comprehenduntur in declaratione facta à ſacra Cardinalium Congregatione, quia cùm non religioſè vivant, poſſintque, prout ipſis magis libuerit nubere, non gaudent privilegio fori: quia habitus illis non ſuffragatur, cùm illum geſtent ex quadam tantùm extrinſeca apparentia, & non ut cooptati ad communicandum in illo habitu cum aliis gaudentibus privilegio fori.

Quæritur duodecimò, an oblati viventes in 23
aliquo monaſterio, ſi incedant cum habitu religioſo, gaudeant privilegio fori. Reſpondetur, quòd ſi hujusmodi oblati requiſitas habeant conditiones, gaudent privilegio fori, nimirum ſi alicui approbatæ religioni per legitimam, & expreſſam dedicationem ſe obtulerint, ac dedicaverint: ſi oblatio ita facta fuerit, ut nullam bonorum reſervationem, nec eorundem uſusfructus ſibi retinuerint, ſed omnia ad monaſteria tranſtulerint: ſi in eorum domibus, & cum uxoribus non commorentur: ſi perpetuò inſerviant religioni, & demum tali incedant habitu, ut à ſæcularibus facilè diſtinguantur: ſi enim hujusmodi oblati has ſervent conditiones, cenſentur perſonæ religionis obſequiis mancipatæ, ac gaudere privilegio fori, ut teſtatur Martha de *juriſdic. p. 4. cent. 2. caſ. 113.* ubi aſſerit, fuiſſe id declaratum à ſacra Congregatione Cardinalium die 26. Januarij anno 1606. Imò Barboſa *de poteſtat. Epiſc. p. 2. allegat. 12. num. 39.* Riccius *p. 2. deciſ. 88.* cenſent, hujusmodi oblatos etiam quoad delicta ante oblationem commiſſa gaudere privilegio fori, ſi tamen ſe, & ſua abſque fraude monaſterio obtulerint: & ſi fraus adfuerit, poſſint à Judice laico puniri pœna pecuniaria non autem temporali. An verò etiam illi homines, qui aſſumpto habitu religioſo adhibentur ad ſervitia, & obſequia monialium præſertim ad petendas pro ipſis eleemoſynas gaudeant privilegio fori, affirmat Martinus Bonacina *diſp. 1. q. 16. ſect. 1. punct 3. n. 18.* & hæc ſententia non caret probabilitate; quia ſi Judices ſæculares exercerent juriſdictionem in hos famulos, inferrent gravamen Monaſterio Monialium, ac turbarent ſtatum illum religioſum, quæ ratio videtur ſufficere, ut privilegium fori perſonæ exemptæ extendatur etiam ad eas perſonas, in quas ſi exerceatur juriſdictio, turbatur ſtatus perſonæ exemptæ, cui propterea infertur gravamen, ut notant inter alios Menoch. de *arbit. cent. ult. caſ. 562. num. 12.* Squillante de *privil. cleric. c. 7. num. 57.* Gratianus *tom. 2. diſcept. forenſ. c. 340 n. 4. & 5.*

Non tamen hujusmodi famuli cenſentur 24
gaudere privilegio canonis, tametſi incedant cum habitu religioſo, quia privilegium canonis, ita ſpeciatim eſt perſonale, ut non extendatur ad

res, neque ad perſonas, quæ conſiderantur tanquam res perſonæ privilegiatæ, quapropter famuli ſæcnlares Epiſcopi, vel Nuntii Apoſtolici licèt gaudeant privilegio fori, eò quia conſiderentur, tanquam res perſunæ privilegiatæ, non tamen gaudent privilegio canonis, quia hoc conceditur tantùm intuitu qualitatis, & dignitatis merè perſonalis, quæ in eo eſt ſita, ut perſona ſit Deo dicata, vel obſequiis religionis approbatæ mancipata, proinde non extenditur niſi ad habentes hanc dignitatem: quia privilegium dignitatis,& perſonale eſt proprium tantùm perſonarum habentium talem dignitatem: cùm igitur hujuſmodi famuli, qui aſſumpto habitu religioſo adhibentur ad ſervitia, & obſequium Monialium, præſertim ad petendas pro ipſis eleemoſynas, non ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, licèt gaudeant privilegio fori, eò quia conſiderentur ut res Monaſterii, ſeu religionis, non tamen gaudent privilegio canonis.

25 Quæritur tertiò decimò, an Rectores hoſpitalium etiamſi laici ſint, gaudeant privilegio fori? Super hac quæſtione ſolet reſponderi cum diſtinctione, ſi enim hujuſmodi Rectores promittant coram Epiſcopo caſtè vivere, ac deferant aliquod ſignum, quo ſecernantur ab aliis, & degant in hoſpitalibus, cenſentur gaudere privilegio fori: Secus ſi non promiſerint coram Epiſcopo caſtè vivere, nec motentur in hoſpitali, nec ullum ſignum deferant, quo diſtinguantur ab aliis, & præſertim ſi ſint conjugati, & utantur conjugio, & poſſideant propria bona, non cenſentur gaudere privilegio fori, ut docet Abbas in *c. 2. num. 11. de for. compet.* Alii tamen probabiliùs reſpondent, hujuſmodi rectores hoſpitalium gaudere privilegio fori, dummodo hoſpitalia, quibus præſunt, erecta ſint authoritate Epiſcopi, & ipſi fuerint deputati ad id munus exercendum ab eodem Epiſcopo, ut notant Barboſ. *de poteſt. Epiſc. p. 2. allegat. 2. n. 40.* Valaſcus *conſ. 1. 5. num. 3.* quia ſi hoſpitalarii, qui ſub eorum obedientia vivunt, gaudent privilegio fori, congruum videtur, ut etiam eorum rectores eodem gaudeant privilegio: fusè de hac quæſtione agit Decianus in *tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9.*

26 Quæritur quarto decimò, an confraternitates laicorum gaudeant privilegio fori, ſi non ſubjiciantur Epiſcopo? Reſpondent plures, hujuſmodi confraternitates à laicis erectas eſſe ſeculares, tametſi denominentur ab aliquo ſancto, vel Eccleſia, præſertim cum non ſubjiciantur Epiſcopo, ut oſtendit V[...]ius in *addit. ad deciſ. 517. num. 4.* & Gabri[...] in *commun. opin. concluſ. 1.* Nihilominus ſi in hiſce confraternitatibus exerceantur opera ch[ar]itatis, & pietatis, & exercitia ſpi[rit]ualia, ſin[...]ue ibi de[st]inata ali[...]a bona ad ſuſtentandos pauperes, & in[...]s, vel ad redimendos captivos, tunc cen[se]ntur [lo]ca pia, & proinde gaudent privilegio fori [...] non [fue]rint erecta ab initio autho[rit]ate [...] q[...] ratione exercitii pi[...] vocantur loca pia [...] locus ut pius ſi in eodem opera non exerceantur pietatis, quia locus pius denominatur ab exercitio [chari]tatis, & privilegium fori non conceditur [...] ſed cauſæ; ſcilicet quia in tali loco ex[...]tur opera pietatis: hinc bona harum co[nfra]ternitatum non poſſunt alienari abſque [conſen]ſu Apoſtolico: & hæc ſententia [...] tur probabilior, & huic adhærent Ricc[ius] in *prax. tom. 3. reſolut. 142.* Novarius *tract. de elect. for. ſect. 2. q. 56. num. 8.* Diana *tract. 2. de immunit. reſolut. 177.* Peregrinus *de immunit. cap. 4. num. 64.* & alii plures, aſſerentes præfatas confraternitates laicorum eſſe loca pia, & ubi ſunt adoptatæ ad pias exercendas cauſas deberi iiſdem reſtitutionem in integrum, tametſi authoritate Epiſcoporum non fuerint erectæ, cùm ſufficiat, ſi in iis opera charitatis, & pietatis exerceantur, ut notat Barboſa de *poteſtat. Epiſcop. pag. 3. allegat. 71. num. 38.* Hinc notat idem Barboſa de *poteſtat. Epiſcop. p. 2. allegat. 78. num. 40.* ad Judicem Eccleſiaſticum pertinere controverſias dirimere, quæ oriuntur inter confraternitates præſertim, ſi agatur extra judicium poſſeſſorium, quamvis ſint controverſiæ [circa] modum procedendi, ac incedendi in proceſſionibus, vel circa habitum, aut aliquid ſimile.

Quæritur quinto decimò, an Mini[ſtri cu]riæ Epiſcopalis gaudeant privilegio fori etiam in delictis commiſſis extra proprium o[fficium], quod exercent in tali curia? Reſpondetur gaudere etiam ipſos privilegio fori, & i[ta] fuiſſe declaratum à ſacra congregatione annuente ſummo Pontifice, ut aſſerit Raus in *dubiis de immun. Eccleſ. fol. 94.* ubi adfert per extenſum declarationem Congregationis. Docent hanc ſententiam etiam communiter Doctores, præſertim Barboſa, Gavantus, Riccius, Gratianus, Squilliante, Bonacina, Alzedus, Aurelius Auguſtinus, Guacinus, Martha, & alii, quos ſequitur, & recenſet Diana *tract. 2. de immunit. ſ[...] 183.* ratio eſt, quia jura tribuentia [Epi]ſcoporum familiaribus privilegium fori [...]tur abſolutè, & abſque ulla diſtinctione perſonarum, aut delictorum, ut liquet ex [...] *c. fin. de offic. Archidiac.* ut notat Imola in [...] *de for. compet.* Miniſtri autem curiæ Epiſcoporum includuntur ſub familia Epiſcopi, ut probant citati authores, proinde & ipſi debent gaudere privilegio fori, idque etiam e[x ju]re civili facile deducitur. [...] in [...] *ſacris C. de proximus ſac. ſcrin.* habetur, quod officiales gaudeant privilegio fori, cujus [...] officiales: ergò etiam in jure canonico præſertim cùm Miniſtri curiæ Epiſcoporum [...] verà ſint familiares eorundem, & comprehendantur ſub familia Epiſcoporum. Tum quia ex textu habetur, e[o]s gaudere p[rivile]gio fori, tam in crimin[alibus], q[uam in ci]vilibus abſque ulla limitatione [...] textus non dicit, eos gaudere tali p[rivilegio] in delictis ſub prætextu officii, [...] communibus, hoc eſt in omnibus cauſis. Tum qu[ia] ut notat [...] na *loc. cit.* duplex ſequeretur inconveniens, ſi miniſtri curiæ Epiſcoporum gauderent 27

[illegible] fori [illegible] in [illegible] pertinentibus ad [illegible] es, in qu[illegible] d[illegible], eo q[illegible] der[illegible] à pr[illegible] & [illegible] fam[illegible] es viri [illegible]les [illegible] pr[illegible], [illegible]m mer cna[illegible] ac [illegible] homines infimæ [illegible] is d[illegible] tari ad c[illegible] rtum servi[illegible] tium quod non [illegible] on[illegible] dendum, [illegible] fa[illegible] re n[illegible] tinc[illegible] oncedatur [illegible] m [illegible] aminari [illegible] p[illegible] copi, tam in causis ci[illegible] libus, [illegible] àm c[illegible] nus [illegible] bus.

§. V.

Qu[illegible] modo privilegium fori amittatur ab iis, qui illo gaudent?

1 CLericos, & R[illegible] ligiosos gaudere privile[illegible] o fori, & canonis o[illegible] tendimus in §. p[illegible] cedente, [illegible] perest inq[illegible] end[illegible] an. & in [illegible]bus casibu[illegible] b[illegible] sdem hoc [illegible] vil[illegible] m amittatur; & [illegible] itat[illegible] d[illegible] re[illegible] o prot[illegible] o, qui le m[illegible] t in crimin[illegible] s enormi[illegible]us, an censeatur am[illegible] e[illegible] m to[illegible], ade[illegible] ut Judex fæcula[illegible] is [illegible] e me[illegible] c[illegible] rarum poen[illegible] con[illegible] p[illegible] oc[illegible] ere. Certum est, cl[illegible] os non pri[illegible] fori, ni[illegible] pro[illegible] ter deli[illegible] ex[illegible] in [illegible] o[illegible] & professum [illegible] gio[illegible] [illegible] em clerico init[illegible] [illegible] uoad pr[illegible] um f[illegible] i[illegible] tiqu[illegible] [illegible] servi[illegible], ad[illegible] s d[illegible] quis r[illegible] gionis, ac d[illegible] ino [illegible] tur & qu[illegible] erpet[illegible] ò, c[illegible] m non po[illegible] t ad statum [illegible] m redire [illegible] t notat Na[illegible] arrus de *priv*[illegible] *num.* [illegible] lem Rel[illegible] pro[illegible] fessum mitte[illegible] privilegium fori, videtur d[illegible] moi ex [illegible] uribus juribus præter[illegible] *perpendi*[illegible] *mus de se*[illegible] *excommun.* [illegible] *de A*[illegible] *c. ex part. de privileg.* ut docent Far[illegible] de *in*[illegible] *quisition.* [illegible] *um 54.* J[illegible] arus in *pr*[illegible] [illegible] *q.* [illegible] *26* [illegible] *49. num. 21.* R[illegible] *lib.* [illegible] *c. ult.* [illegible] *n.* [illegible] *9.* [illegible] *tom. 1. ref. 172. num. 2.* [illegible] *ert,* [illegible] Po[illegible] cem Clemen[illegible] m VI. [illegible] Caro[illegible] V. [illegible] Re[illegible] o ut [illegible] [illegible] abitu [illegible] [illegible] adque [illegible]

2 N[illegible] o, [illegible] religio[illegible] m [illegible] ino m[illegible] us [illegible] ami[illegible] pr[illegible] moni[illegible] nem non [illegible] tumacia[illegible] notat N[illegible] [illegible]

[illegible] pr[illegible] nes [illegible] od no[illegible] a[illegible] bitu [illegible] en[illegible] me bus c[illegible] n[illegible] in eadem [illegible]

quentaverit. Quartò, quod in ipsis fuerit deprehensus. Quint[illegible], quod fuerit monitus. Sextu, quod post monitionem fuerit incorrigibilis: unde supposito quod in tali religioso non fuerint hæ conditiones, non est [illegible] entendus, a[illegible] se privile[illegible] ium fori, ut docent Bach[illegible] in *controver.* [illegible] *b. 9.* [illegible] *28.* Trivilanus *lib.* [illegible] *48. num.* [illegible] *7.* & [illegible] atio de[illegible] itur ex ipso textu in *c. ad a*[illegible] *nt. & in c. contin*[illegible] *at de* [illegible] *ent. excommun.* ub[illegible] ummus Pont[illegible] ex [illegible] tuit Clericum non amitte[illegible] ivile[illegible] ium [illegible] nisi trina præcesserit mon[illegible] tio, & [illegible] us fue[illegible] it in contumacia [illegible] hinc cler[illegible] amet[illegible] cor[illegible] dis adhuc non censetur amittere [illegible] tum f[illegible], nisi ter fuerit præmonitus, & [illegible] detur [illegible] tiam desumi ex d[illegible] cre[illegible] Bon[illegible] fac[illegible] V[illegible] *c.* [illegible] *laicus de* [illegible] *nt. excom. in 6.* [illegible] dem [illegible] occ[illegible] t [illegible] am de religioso professo i[illegible] one app[illegible]

V[illegible] um tamen est, qu[illegible] d hæc trina mo[illegible] tio non sit necessaria in clerico, q[illegible] ando una mo[illegible] tio generalis facta fuit in synodo sub e[illegible] pre[illegible] a comminatione[illegible] ac pœna privationis privilegii fori, qui[illegible] tunc hæc u[illegible] monitio g[illegible] ne[illegible] lis, eo quia facta sit in [illegible] no[illegible] o, ce[illegible] etur h[illegible] bere [illegible] m constitutionis, ad q[illegible] am non requiritur trina, & ip[illegible] s m[illegible] nitio[illegible] q[illegible] x[illegible] emper censetur monere[illegible] ut no[illegible] t [illegible] us *lib. 1. num. 62.* quia vero profe[illegible] us Re[illegible] us non [illegible] nitur præmonitus hac moni[illegible] er[illegible] a in [illegible] nodo, cum [illegible] non [illegible] ccedaut ad [illegible] Ep[illegible] cop[illegible] e non est [illegible] mis[illegible] e[illegible] legum [illegible] x eo præ[illegible] d se m[illegible] in criminibu[illegible] enormibus, n[illegible] adsint pr[illegible] cens[illegible] e conditiones.

Neque citata jura obstant, quia ut ju[illegible] a ju- 4 ribus concordent, debent intelli[illegible] qu[illegible] Religiosus amitta[illegible] priv[illegible] e[illegible] ium [illegible] præcedat trina mon[illegible] o, [illegible] condit[illegible] nes, ut n[illegible] at Al[illegible] de [illegible] *1, disp. 1. lib. 2. c.* [illegible] u[illegible] an[illegible] *pendimus* præce[illegible] nam monit[illegible] nem, & præcedentias con[illegible] s. Ne[illegible] ue ur[illegible] t, q[illegible] respondet Vincentiu[illegible] de [illegible] nchis [illegible] 4[illegible] *num 63.* temp[illegible] s diutur[illegible] t tem[illegible] em o[illegible] ac trinam moni[illegible] nem, quia [illegible] non [illegible] ant[illegible] d[illegible] ab[illegible] olute a[illegible] e[illegible] nt[illegible] ne[illegible] iam [illegible] onit[illegible] nem i[illegible] on[illegible] unt exten[illegible] d[illegible] cum sim[illegible] i[illegible] o[illegible]. Al[illegible] etiam respon[illegible] *in c. cap per*[illegible] antum fer[illegible] de priv[illegible] a o[illegible] fori, ut notat Suarez de [illegible] *r. disp. 2* [illegible] & videtur collig[illegible] ext[illegible] refertur. quod qu[illegible] dam [illegible] omes cutave[illegible] Presbyterum, qu[illegible] ab[illegible] [illegible] ex[illegible] ita erat in po[illegible] [illegible] otes non [illegible] pro[illegible] ad summum Po[illegible] non[illegible] excommuni[illegible] cati [illegible] amit[illegible] rivi[illegible] ium canon[illegible] ob[illegible] ata[illegible] a n[illegible] umin[illegible] quod in [illegible] o[illegible] e[illegible] a e[illegible] pœn[illegible] en[illegible] a, [illegible] pia[illegible] ecca[illegible] nt ul[illegible] ju[illegible] ionem a[illegible] er[illegible] talis sacerdos [illegible] icèt [illegible] pr[illegible] e[illegible] in canoni[illegible], non tamen pe[illegible] d[illegible] ium [illegible] oquin non pec[illegible] ssent in[illegible] o[illegible] ntes juris te[illegible] onem [illegible] quamobrem in [illegible] canone summus Pon-

[illegible] non loquitur de [illegible] ilegio fori, ſed duntaxat de privilegio ca[illegible]

5 Ad ſecundum textum petitum ex [illegible] 1. *de Apoſtatis* reſpondet Suarez, ibi Pontificem loqui de clericis minoribus, vel prima tonſura initiatis, & non beneficiatis, qui [illegible] habitum non deferant, adeo ut publice laici cenſeantur, amittunt privilegium fori, tametſi monitio non præceſſerit. Alii reſpondent, in tali textu non fuiſſe dubium de [illegible] ſtione eccleſiaſtica: ſed an clericus gaudeat privilegio clericali ſine ulla monitione, & Pontifex nolit ei ſuccurrere, eò quia indignum ſe præbuerit, ut ab Eccleſia ſubveniretur, eum conſtaret, fuiſſe Eccleſiæ ſcandalo. proinde in illo textu non dicitur, an comprehendentes talem clericum, & manus violentas in eum injicientes excommunicationem [illegible] currant; ſed quod non opus erat [illegible] ales cl[illegible] os juvare, ex quo non ſequitur, permi[illegible] ſæcularibus facultatem eos apprehendendi, ut carentes omni privilegio clericali, eum adhuc illud retinuerit [illegible] quia non fuerit ter monitus, [illegible] in *controverſ. lib. 8. c.* [illegible]

6 Ad tertium textum [illegible] mptum ex *c. ex parte de* [illegible] reſpondet Suarez *lib. 4. contra Regem Angliæ c.* [illegible] *n. 24.* in [illegible] textu ſummum Pontificem loqui de clericis minoribus, qui ſi non deferant habitum clericalem, adeò ut communiter exiſtimentur laici, amittunt privilegium [illegible] tametſi monitio aliqua non præceſſerit, juxta Concilium Tridentinum [illegible] *23. c. 6. de reforma.* ubi derogavit juri antiquo ſecundum [illegible] monitio erat neceſſaria. Covarruvias *pract. quæſt. c. 42. n. 2.* & Albas in *d.* [illegible] *n. 8.* aſſerunt, [illegible] ioues eſſe pœnales, proinde non eſſe [illegible] ad [illegible] ium caſum [illegible] expreſſum in [illegible] caſus particulares, non eſt ab [illegible] ad alios ea [illegible] majorem, ut etiam notavit Fach[illegible]

7 [illegible] Præs. [illegible] Reſpondetur [illegible] confirmare [illegible] apparet, non [illegible] manus violentas in [illegible] prævus monitionibus. Præterea tale [illegible] p. 2. c. 3. [illegible] qui æquiparantur [illegible]

8 [illegible] hoc idem [illegible]

ribus: ſiquidem nullo [illegible] clericum ſine habitu [illegible] normibus immo[illegible] nitus non debet [illegible] quis ex *cit. c. perpen*[illegible] conſtat, [illegible]

9 Criminoſum, qui [illegible] lem poſt patratum delictum ea in[illegible] ſubtraheret ſæculari poteſtati [illegible] vilegio fori, ac propterea poſſe p[illegible] laico, docent plures, præſertim Meno[illegible] *ſumpt. lib. 6. q. 7. n. 35.* Guttieres *pra*[illegible] Cavallus *tract. de co*[illegible] *p. 2. q. 44. n. 7.* Sed mihi videtur pro[illegible] poſita ſententia, quam docent plure[illegible] cina *de legib. diſp.* [illegible] *q. 2. §.* [illegible] *n. 16.* [illegible] ſæcularis non poſſit procedere contra per[illegible] criminoſi, ſi promotus [illegible] ad clericatum po[illegible] tretum delictum, quia [illegible] confu[illegible] s ad [illegible] am poſt patratum delictum intentione, & [illegible] evaden[illegible] brachium ſæculare g[illegible] im[illegible] tametſi remaneat laicus; & quidem [illegible] ore, quo moratur in Eccle[illegible] m[illegible] re de [illegible] privilegio fori, qui ſe tot[illegible] onem ordinis Deo conſecrat, ut [illegible] famuletur, idque etiam deſumitur [illegible] *in l. qui cum uno §. reus ff. de re militar.* [illegible] tur caſus expreſſus. ſiquidem reos cap[illegible] minis accuſatus, ſi militiæ ſacramento [illegible] bar, non remittitur ſed a judice bel[illegible] militiæ judicatur, quod multò m[illegible] debet de illo, qui poſt delictum cœle[illegible] adſcribitur, ſé[illegible] divinis obſequiis [illegible] mancipat. Deſumi[illegible] etiam [illegible] Concilio [illegible] *c. 4.* [illegible] *23. de reform.* ubi prohi[illegible] eos ad ordines eccleſiaſticos promove[illegible] dulenter, ut ſu[illegible] ſe[illegible] re. [illegible] eos ordines [illegible] hæc [illegible] fruſtra [illegible] oret, ſi fraus [illegible] non [illegible] meret.

10 Neque ex hac ſententia fa[illegible] te [illegible] Eccl[illegible] quitur de[illegible] mentum [illegible] eò [illegible] lures [illegible] ciem [illegible] [illegible]

[illegible] Tavernam, & [illegible]

[illegible] clericalem [illegible] pœnam [illegible] ex ſua [illegible] ſtatude [illegible]

11 [illegible] abſ [illegible] & ſine [illegible] endi brachium ſæc[illegible] pat[illegible] [illegible] ſtum ſuſc[illegible], vel fiat [illegible] tunc cenſendu[illegible] omnino exem[illegible] te ſæculari [illegible] a nec in perſona, [illegible] pot[illegible] ua ſeclula frau[illegible] de pri[illegible] ſupervenie[illegible] generatim illum eximit [illegible] late Magi[illegible] ſæcularis, & gaudet [illegible], tam quoad perſonam, quam quoad [illegible] det ut notant Covarru. [illegible] *qu[illegible] pr[illegible] n. 4.* Farinacius *q. 8. n. 4.* [illegible] *de [illegible] p. 4. cas. 121.*

12 Quòd [illegible] raras [illegible] modo dignoſci p[illegible], quòd crim[illegible] cenſeatur per fraudem promoveri ad ordines [illegible]. Reſpondetur [illegible] [illegible] poſt patratum de[illegible]um inſtanter petat, [illegible] get, ut [illegible] promuve[illegible], vel ſi poſtquam [illegible] atus eſt, ve depre[illegible] ſus, aut a[illegible], & n[illegible] gis jam condemnatus: [illegible] tunc præſ[illegible] ratione pœnæ de[illegible] andæ [illegible] promoveri [illegible] ordines Ec[illegible] [illegible] os *arg. l. ult. in princ. [illegible] bon. cor. qui ante ſententiam mor[illegible]* expreſſe habetur, quòd [illegible] non præſumitur id [illegible] d[illegible] ctum [illegible], niſi priùs fuerit accuſatu[illegible], vel in [illegible] imine deprehenſus, ut notat C[illegible] ar[illegible] *loco [illegible] n. 4. conclu[illegible]* 2. Suarez [illegible] *[illegible] de [illegible] c. 15 n.* [illegible] ait, quo[illegible] ſi [illegible] ario, & infamatus [illegible] clerus, non [illegible] Judex ſæcularis illum [illegible], etiam mu[illegible] pecuniariâ, & cenſet [illegible] m imponendam requiri [illegible] antequam promoveatur ad ordines E[illegible]cos, fuerit præventus à Judice ſæculari, [illegible] per [illegible] nem, quâ perpet[illegible] ur [illegible] quoad illam [illegible] ſam: & [illegible] mihi videtur v[illegible] probabi[illegible], [illegible] noſus [illegible] p[illegible] mation[illegible] aſſu[illegible] [illegible] ure [illegible] [illegible] eſt [illegible] per [illegible] care, [illegible] vel [illegible] [illegible] de [illegible] am agat, [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] in [illegible] p[illegible] rit. [illegible] [illegible] *[illegible] 2. de [illegible]*

13 [illegible] ere [illegible] in [illegible] non [illegible] un[illegible] non ſo[illegible] d ca[illegible]

etiam quoad perſonam, eò quia reus poſt patratum crimen captus fuerit a Magiſtratu, & in carcerem [illegible] truſus, ex quo poſtea evaſit contra datam fidem, tunc enim ut cenſet Covarruvias *loc. cit. [illegible] 32. n. 4. concl. 3.* poteſt Judex laicus contra perſonam Rei procedere, [illegible] tamen nondum fuerit in ſacr[illegible] conſtitutus, quia tunc juxta enormitatem [illegible] ti [illegible] equiritur [illegible] prius degradetur [illegible] Judice [illegible] ecclaſtico, & [illegible] adatur brachio ſeculari [illegible] men ob en[illegible] mereatur pœnam mo[illegible]

14 Qu[illegible] poſt commiſſum delictum non [illegible] præventus p[illegible] ationem, nec quoad capturam [illegible] Magi[illegible] [illegible] ſtatum clericalem vel reli[illegible] ſt ab [illegible] amplius puniri, nec [illegible] ſententiam condemnari corporaliter, imò nec ad mu[illegible] pecuniariam ſolvendam ex ſuis boni[illegible], quia [illegible] clericus, vel religioſus non ſubj[illegible] ni ſæ[illegible] Magiſtratus. & [illegible] non po[illegible] [illegible] minaliter condemnare, niſi eu[illegible], qui ſua [illegible] ciuntur [illegible] di[illegible] ioni: & quando qu[illegible] puni[illegible] mul[illegible] pecuniariâ per ſententiam ob perpetratum flag[illegible] is verè [illegible] iminaliter condemnatur ad ſolvendam pœnam ex ſuis bonis, & cum clericus, vel reli[illegible] ſus non [illegible] ciatur juriſdictioni Magiſtratus ſæ[illegible] non poteſt [illegible] ipſa criminaliter condemna[illegible] [illegible] ſona per mu[illegible] ationem ſtat[illegible] eximuntur [illegible] bona [illegible] Juriſdi[illegible] ione laicali [illegible] quando cr[illegible] noſus non fuit [illegible] Judice præventus ratione ci[illegible] ationis, vel ca[illegible] uræ

15 Porro [illegible] lerici beneficiati in ſacri[illegible] on[illegible] ſi habitum & tonſuram n[illegible] uam deſe[illegible] an[illegible] ut laici communiter cen[illegible] ur, & ab [illegible] ſuo t[illegible] moni[illegible] habitum non reaſſumpt[illegible] cenſentur deperdere privilegium fori [illegible] *[illegible] 2. [illegible] 45. d[illegible] excommun[illegible]* etiam [illegible] propter d[illegible] m, & [illegible] uen[illegible] m [illegible] [illegible] icati, ni[illegible] m [illegible] con[illegible] acia perſeverent [illegible] jure et[illegible] m [illegible] privileg[illegible] quod per ſententiam J[illegible] is Eccleſiaſtici declaretur inc[illegible] & cle[illegible] de[illegible] tra[illegible] pote[illegible] de[illegible] ur ex *c. [illegible] ab homine 10. de [illegible] c. ut [illegible] de [illegible] excommun.* Cæ[illegible] um cognit[illegible] de habitu [illegible] cali [illegible] pe[illegible] net ad [illegible] dicem laicum, ſed ad Eccleſia[illegible] [illegible] uia [illegible] itio [illegible] ſit clericus [illegible] *ſi* [illegible] Judicem Eccleſiaſti[illegible] cum [illegible] ad [illegible] em pertinere cogni[illegible] de h[illegible] e [illegible] tio tendat in [illegible] *[illegible] mpt. lib. 8. q.* [illegible] *L. [illegible] 2. n. 15.* D[illegible] *2. [illegible] n. 19 [illegible] 8. n. 14.* [illegible] *n. tab. [illegible] num. 44.* [illegible] controver[illegible] de facto [illegible] uali [illegible] ordinis, u[illegible] *[illegible] immu[illegible], reſol. 130.* pr[illegible] per[illegible] cel[illegible] m co[illegible] no[illegible] in jure ca[illegible] at privile[illegible] rat [illegible] & [illegible] &c. [illegible] nde ad Judicem [illegible] care, qui d[illegible] cat[illegible] [illegible] & habitum deferre; præſertim cum

 ad

Digitized by Google

[illegible] non loq[illegible] de [illegible] gio fori, ſed d[illegible]ta-xat [illegible] privilegio [illegible]

5 Ad [illegible] und[illegible] m textum per[illegible] ex *c. 1. de Apoſtatis* reſpondet Suarez, [illegible] em loqui de [illegible] minoribus, [illegible] pri[illegible] initia-tis, & non beneficiatis, [illegible] i [illegible] habitum non de-ferant, adeo ut pub[illegible] e laici cenſeantur, amit-tant privilegium fori, tametſi monitio non præcedat. Alii reſpondent, in tali textu non [illegible] dubium de [illegible] ione eccleſiaſtica: ſed an [illegible] us gaudeat privilegio cleric[illegible] ſine ulla [illegible] one, & Pontifex noluit ei ſuccurrere, eò quia indignum ſe præbuerit, ut ab Eccleſia ſub-veniretur, cum conſtaret fuiſſe Eccleſiæ ſcanda-lo, proinde in illo textu non dicitur, ap[illegible] compre-hendentes talem clericum, & manus violentas in eum injicientes excommunicationem [illegible] currant, ſed quod non opus erat tales cl[illegible] os [illegible] vare, ex quo non ſequitur, perm[illegible] ſæcularibus facultatem eos a[illegible] endendi, ut carentes omni privilegio cleri[illegible] cum a[illegible] hoc [illegible] reſ[illegible] inuerit cle[illegible] e, [illegible] non [illegible] ter moni-[illegible] no[illegible] in *co[illegible] lib. 8. c. 3.*

6 [illegible] textu[illegible] tum ex *l. ex par* [illegible] reſpondet [illegible] rez [illegible] *4. contra Regem* [illegible] *c. 2[illegible] n. 24* in [illegible] text[illegible] ſu[illegible] Ponti-fi[illegible] loq[illegible] e cler[illegible] minoribus, qui ſi non [illegible] ant hab[illegible] um cl[illegible] em, adeo ut com-[illegible] er e[illegible] ut[illegible] laici, amittunt privilegi-um [illegible] t[illegible] me[illegible] ali[illegible] ua non præceſſe-[illegible] a Con[illegible] Tridentinum [illegible] *23* [illegible] *de* [illegible]. ubi er[illegible] av[illegible] jure antiquo ſecun-dum [illegible] mon[illegible] er[illegible] ne[illegible] ria Covar-ru[illegible] *qu*[illegible] *c.* [illegible] *n. 2.* [illegible] *in d. per-pend*[illegible] *n 8* [illegible] erunt [illegible] es eſſe pœn[illegible] nd nor eſſ[illegible] s ad [illegible] caſ[illegible] [illegible] m [illegible] m[illegible] tan-[illegible] ar[illegible] ar[illegible], [illegible] h[illegible] u[illegible] lla-[illegible] ad a[illegible] c[illegible] majore[illegible] e[illegible] m nota[illegible] Fac[illegible] *8, n n.*

7 Q[illegible] a[illegible] m [illegible] ad[illegible] reſ-[illegible] R[illegible] u[illegible] con[illegible] m[illegible] n[illegible] q[illegible] a[illegible] a[illegible] aret, non [illegible] Princ[illegible] ſcula[illegible] manus vi[illegible] entas in [illegible] n c[illegible] previis monitionib[illegible] I[illegible] terea tale [illegible] lo-[illegible] tan[illegible] m de c[illegible] is [illegible] *p. 2.* [illegible] *32.* [illegible] qui æqu[illegible] ratur [illegible] itia is [illegible]

8 [illegible] o[illegible] oci[illegible] m [illegible] us dini-[illegible] ſe[illegible] et [illegible]

ribus: ſiquidem nullo jure [illegible] probatur, clericum ſine habitu cler[illegible] m ſæpe e-normibus imm[illegible] t[illegible] ter m[illegible] nitus non deb[illegible] at [illegible] privilegio fori, quia ex *cit. c. per[illegible] mus de ſent. excom.* tantum conſtat, p[illegible] legi[illegible] can[illegible], non verò fori.

9 C[illegible] q[illegible] ſump[illegible] habitum clerica-lem poſt patra[illegible] ea intentione, ut ſe ſ[illegible] ah[illegible] ſæcu[illegible] poteſtate, non gaudere pri-vilegio fori, ac [illegible] ca poſſe puniri à Judice laico, docent plures, præſertim Menoch. de *præ-ſumpt. lib. 6. q.* [illegible] *n. 3.* Guttieres *pract. queſt. lib. 1. q. 5.* Cavallus *tract. de co*[illegible] *per viam violentia p. 2. q. 44. n. 7.* Sed mihi videtur probabilior op-poſita ſententia, quam docent plures cum Bona-cina de *legib diſp.* [illegible] *q 2. §.* [illegible] *n. 16.* adeo ut Judex ſæcularis non poſſit procedere contra perſonam criminoſi, ſi promotus ſit ad clericatum poſt pa-tratum delictum, quia ſi confugiens ad Eccleſi-am poſt patratum delictum intentione, & animo evadendi brachium ſæculare gaudet immunita-[illegible] maneat laicus; & quidem toto eo tempore, quo moratur in Eccleſia; multò magis [illegible] ere debet privilegio fori, qui ſe totum per [illegible] onem ordinis Deo conſecrat, ut illi per-[illegible] mu[illegible] etur, [illegible] q[illegible] e etiam deſumitur ex *text. in l. qui cum uno §. reus ff. de re militar.* ubi vide-tur [illegible] al[illegible] s expre[illegible] u[illegible]: ſiquidem reus capitalis cri-minis accuſatus, ſi militiæ ſacramento ſe adſcri-bat, non remittitur, ſed à Judice belli, & ejusdem militiæ judicatur: quod multo magis procedere debet de illo, qui poſt delictum cœleſti militiæ adſcribitur, ſéque divinis obſequiis perpetuò e-mancipat. Deſumitur etiam ex Concilio Triden-tino *c. 4.* [illegible] *23. de reform.* ubi prohibet Epiſcopis, eos ad ordines eccleſiaſticos promovere, qui frau-dulenter, ut fu[illegible] iant judicium ſæculare, eccleſia-ſticos ordines ſu[illegible] piunt: hæc autem prohibitio fruſtranea foret, ſi fraus illos à laica poteſtate non [illegible] imeret.

10 [illegible] uc ex hac ſententia favente immunitati [illegible] ſequitur detrimentum reipublicæ, eò [illegible] l[illegible] res in perniciem ejusdem, ut declina-[illegible] p[illegible] m u[illegible] i[illegible] lici, [illegible] patrata delicta, [illegible] perent o[illegible] e[illegible] cro[illegible] quo [illegible] o delicta non p[illegible] rentur [illegible] ma[illegible] imo reipu[illegible] æ d[illegible] pendio [illegible] nam ſacri canones ad præcavendum hæc incommoda [illegible] cn[illegible] pos[illegible] ujusmodi criminoſos ſedula [illegible] u[illegible] one examinare, ac [illegible] ſcrutari eo[illegible] e[illegible] mores, & vitam, & in [illegible] ecie Con[illegible] ium Tri-dentinum præcipit non ordinari eos, qui animo de[illegible] nan[illegible] rac[illegible] m ſæcu[illegible] enter p[illegible] t[illegible] promoveri ad ordines ec[illegible] os. Præte-rea nec d[illegible] um om[illegible] imp[illegible] m perm[illegible] tur [illegible]

[illegible]

[illegible] ſtatum clericalem [illegible] puni[illegible] [illegible] ex ſua [illegible] rtet.

11 Quod [illegible] ude & ſine [illegible] vel [illegible] exem [illegible] Magiſtratu ſæculari, & [illegible] Covarru- [illegible] n. 4. Farinacius q. 8. n. [illegible] p. 4. cas. 141.

12 [illegible] dignoſci poſſit, [illegible] per fraudem promo- [illegible]. Reſpondetur id [illegible] tatum delictum inſtan- [illegible] ut promoveatur, vel [illegible] matus eſt, vel depres [illegible] & multo magis jam con- [illegible] ratione pœnæ [illegible] ad ordines Eccle- [illegible] exprelsè habetur, [illegible] non præſumitur [illegible] deprehenſus, ut [illegible] n. 4. conclu., a. Suarez [illegible] 15. n. 171 at erit [illegible] atio, & infamatus [illegible] Judex ſæcularis [illegible] & cenſet [illegible] ut eos, [illegible] ad ordines Eccleſia- [illegible] præventus à Judice ſæculari, ſi item [illegible] juriſdictioni [illegible] criminoſus [illegible] ſtatum clericalem, [illegible] quia tantum [illegible] pœnam Deo [illegible] [illegible] per, citationem reorum

etiam quoad perſonam, eò quia reus poſt patratum crimen captus fuerit à Magiſtratu, & in carcerem detruſus, ex quo poſtea evaſit contra datam fidem, tunc enim ut cenſet Covarruvias *loc. cit. c. 32. n. 4. conclus. 3.* poteſt Judex laicus contra perſonam Rei procedere, ſi tamen nondum fuerit in ſacris conſtitutus, quia tunc juxta enormitatem delicti requiritur, ut priùs degradetur à Judice Eccleſiaſtico, & tradatur brachio ſæculari, ſi crimen ob enormitatem mereatur pœnam mortis.

Quod ſi criminoſus poſt commiſſum delictum non præventus [illegible] onem, nec quoad capturam à Magiſtratu [illegible] ari, ſuſcepit ſtatum clericalem, vel religioſum, non poteſt ab illo amplius puniri, nec judicialiter [illegible] ſententiam condemnari corporaliter, imò nec ad mulctam pecuniariam ſolvendam ex ſuis bonis, quia tunc clericus vel religioſus non ſubjicitur juriſdictioni ſæculari Magiſtratus. & hic non poteſt criminaliter condemnare, niſi eos, qui ſuæ ſubjiciuntur juriſdictioni: & quando quis punitur mulctâ pecuniaria per ſententiam ob perpetratum flagitium, is verè criminaliter condemnatur ad ſolvendam pœnam ex ſuis bonis, & cùm clericus, vel religioſus non ſubjiciatur juriſdictioni Magiſtratus ſæcularis, non poteſt ab ipſo criminaliter condemnari. [illegible] idem [illegible] perſonâ per [illegible] ationem ſtatus eximuntur [illegible] bona [illegible] ione laicali, quando criminoſus non fuit à Judice præventus ratione citationis, vel capturæ. 14

Porrò clerici beneficiati in ſacris conſti[illegible] ſi habitum, & tonſuram nunquam deferant, ac [illegible] ut laici communiter cenſeantur, & ab [illegible] ſuo ter moniti habitum non reaſſumpſerint, cenſentur deperdere privilegium fori *c. in audient. [illegible] contingit 45. d[illegible] excommun.* [illegible] etiam ſi propter delictum, & ſubſequentem incorrigibilitatem excommunicati, nihilominus in contumacia perſeverent, ipſo jure etiam [illegible] privilegium fori. ſed ad id requiritur [illegible] per ſententiam Judicis Eccleſiaſtici dec[illegible] incorrigibilitas, & clericus degradatus tradi poteſt [illegible] ſæculari, ut d[illegible] ex *c. cùm non ab homine 10. de [illegible] ut [illegible] de [illegible] excommun.* C[illegible] de habitu clericali [illegible] pertinet ad Judicem laicum, ſed ad Eccleſiaſticum, [illegible] an aliquis ſit clericus [illegible] Judicem Eccleſiaſticum [illegible] ad eundem pertinere [illegible] de [illegible] cognitio tend[illegible] [illegible] ch. *de præſumpt. lib. 6. q. [illegible]* A[illegible] *immunit. Eccleſ. c. 23. n. 15.* [illegible] B[illegible] *lib. 2. can. 19 q. 8. n. 14.* [illegible] *notab. 6. num. 44.* [illegible] controverſia de facto ſit [illegible] ſpirituali ſcilicet ordinis, ut notat D[illegible] *immunit. reſol. 130.* proinde pe[illegible] Eccleſiaſticum cognoſcere [illegible] quia in jure canoni[illegible] privile[illegible] tonſuram, & [illegible] ad Judicem [illegible] dicatur [illegible] deferens, præſertim cum 15

 ad

Digitized by Google

ad Epiſcopum ſpectet præſcribere formam & modum [illegible] clericalis, ex quibus ſatis exprimè infertur, cognitionem de habitu clericali ſpectare ad Judicem Eccleſiaſticum. Imò hoc idem fuit etiam deciſum à ſacra Romana Rota decis. 202 de ſent. excommun. in 1012.

16 Si quæras, an, & in quibus caſibus Eccleſiaſticæ perſonæ capi poſſint à Judice ſæculari? Reſpondetur, generatim loquendo, clericus non poteſt à Judice ſæculari judicari, ita neque capi, cum laici nullam habeant poteſtatem in clericos defectu juriſdictionis laicalis, quæ non ſe extendit ad Eccleſiaſticos, eò quòd iſti ſunt ſupra laicos in ordine ad dignitatem, & ipſis non ſubjiciuntur. Nihilominus ſunt plures caſus in quibus permiſſum eſt Judici ſæculari perſonam Eccleſiaſticam capere, & in carcerem conjicere, quos refert Farinacius in prax. criminal. lib. 1. tit. 1. q. 8. num. 11, nempe ſi clericus in delicto comprehenſus ſit ſuſpectus de fuga, tunc enim licitè capitur à Judice ſæculari, ut traditur ſuo Judici Eccleſiaſtico, quia intereſt reipublicæ ne delinquentes impuniti evadant, ut notat Abbas in c. cum non ab homine 10. n. 12. de judi. Neque tunc cenſetur violari immunitas Eccleſiaſtica, quia Judex ſæcularis ex tacita voluntate, & commiſſione Eccleſiæ, ac Magiſtratus Eccleſiaſtici cenſetur capere clericum, qui in hoc caſu nequit rationabiliter eſſe invitus, cum ſtatuitur tamen, quod crimen ſit enorme, ac reipublicæ perniciosum, & ut Miniſter laicus in capiendo clericum non excedat modum. Quinimo Abbas in c. cum non ab homine 10. n. 12 de judic. [illegible] non [illegible] in cauſa criminali, [illegible] etiam [illegible] clericus debitor ſi ſuſpectus de fuga [illegible] ſæculari capi, [illegible] tendum [illegible] proprium Judicem, quia in tali caſu [illegible] atus poteſt clericum [illegible] ne [illegible] elabatur, [illegible] etiam id [illegible] ca putem as ſæcularis. Id [illegible] in [illegible], quando non adeſt co[illegible] non [illegible] aditus a[illegible] in mora, [illegible] ſolemnitatem [illegible] ment, adeo u[illegible] per[illegible] clerici, maximum d[illegible] in a[illegible] rat[illegible] ori.

17 Secundò [illegible] de [illegible] ut [illegible] arm[illegible] & [illegible] homicidium [illegible] tunc ne[illegible] t, poſſit [illegible] Judicem laicum [illegible] cum pr[illegible] pot[illegible] co[illegible] ſi enim clerici [illegible] & non [illegible] rei [illegible]

18 [illegible] armamma [illegible] laris [illegible] quæ [illegible] Julius [illegible]

q. 36. n. 26. Pereira de manu reg. p. 2. c. 43. ubi aſſerit, poſſe Principem [illegible] arem legi ſtatuere, ut vigore illius poſſint capi etiam [illegible] clerici abſque metu excommunicationis, eo quod omnium armorum uſus prohibitus ſit laicis, & à fortiori etiam clericis, cum enim arma ſpectato jure canonico clericis prohibeantur, rectè poteſt lex civilis juvare jus canonicum addendo prohibitionem, ne clerici arma prohibita deferant. Tum quia hæc lex ſe [illegible] ob publicum bonum, & commune [illegible] utilitatem.

19 Nihilominus cenſerem, clericos non poſſe capi à Magiſtratu ſæculari, ex eo præcisè, quòd deferant arma prohibita, quia tametſi ex cenſetur lata generaliter ob publicam utilitatem, & propterea ligare etiam clericos, hoc tamen intelligendum eſt directivè, non coactivè, adeo ut privati qui [illegible] poſſint armis prohibitis authoritate Eccleſiæ, non laicali, enim pro, quòd Princeps ex conſenſu Eccleſiæ ob bonum publicum tulit talem legem comprehendentem etiam clericos, ſi hi deferant arma prohibita, debet Judex ſæcularis eos accuſare apud Judicem Eccleſiaſticum, ut ſpolientur talibus armis, & puniantur. Cæterum ex eo, quòd deferre arma prohibitum ſit etiam clericis à jure canonico, non tamen inde ſequitur, poſſe illos ex hac legis transgreſſione à Judice laico puniri, ſed ab Eccleſiaſtico; quamobrem ad declinanda ſcandala ſolent aliqui Epiſcopi facultatem dare laicis ſatellitibus, ut ſi noctu clericos deprehenderint cum armis prohibitis illos capiant, & ad eosdem Epiſcopos ſtatim deducant, quia tunc ſatellites cenſentur etiam Miniſtri Epiſcoporum, & illi cenſentur capere per tales Miniſtros ſuos clericos: hac ratione conſulitur bono publico, & evitantur ſcandala circa læſionem immunitatis Eccleſiaſticæ.

Cæterum clerici nonnisi à Judice Eccleſiaſtico [illegible] ari poſſunt ad [illegible] amb lege, 20 [illegible] lex lata fuerit ob bonum [illegible] cum: proinde [illegible] licentia, & conſenſu ſuperioris Eccleſiaſtici [illegible] armis à Judice laico [illegible] faciat pers[illegible] [illegible] ont [illegible] elarum [illegible] laici [illegible] in verò [illegible] dec[illegible] am oc[illegible] perturbationis [illegible] M[illegible] laici procurare, [illegible] tur per Miniſtros Eccleſiæ [illegible] ex eorundem conſenſu [illegible] tur, [illegible] ut Miniſtri [illegible] non [illegible] docent Barb. de [illegible] 4. n. 4. Menochius tom. 2. [illegible] 4. 3. d. [illegible] n. 6. Baldus [illegible] Bald. [illegible] 8. [illegible] oſtendit, clericos non poſſe per laicos armis ſpoliari.

21 [illegible] quod [illegible] dendum [illegible] N[illegible] ra eſt, quia [illegible] non tenentur directè ſervare leges civiles, quia canones ab quadam limitatione, & [illegible] [illegible] unt, laici [illegible] & [illegible] nis [illegible] cis nullam eſſe poteſtatem [illegible] & pe-

& poteſtas obligandi per leges procul dubio eſt magna poteſtas: ergo hæc non ineſt laicis Principibus in Eccleſiaſticas perſonas; alioquin ſi Princeps ſæcularis poſſet ſuis legibus directè, & ex vi ſuæ poteſtatis obligare clericos; eadem ratione poſſet clericos transgreſſores earundem punire, quia ut docet Ariſtoteles: poteſtas directiva ſine coactiva inefficax eſt, quia non poſſet ſuum finem conſequi. Vel ſaltem poſſet Princeps legiſlator civilis obligare Judicem Eccleſiaſticum, ut clericum transgreſſorem ſuæ legis puniat tali pœna ab eadem lege civili determinata, hoc enim eſt obligare clericos directivè, & pertinet ad bonum commune: atqui Princeps ſæcularis non poteſt Judicem Eccleſiaſticum ita obligare, alioquin exerceret jurisdictionem in illum, quia obligatio ſupponit ſuperioritatem in eo, qui obligat.

22 Quamobrem clerici nonniſi indirectè ex ratione naturali dictante ſervandas eſſe leges ſæculares propter conformitatem cum perſonis ſæcularibus obligantur ad leges civiles ſervandas, quatenus poſita lege civili obligante omnes de communitate ad eam ſervandam, cenſentur etiam Eccleſiaſtici quatenus ſunt partes ejusdem communitatis obligati ad talem legem ſervandam, perinde ac legiſlator poſita lege obligante omnes de communitate, obligatur & ipſe lege naturali ad eandem ſervandam, cùm ſit pars præcipua totius communitatis: non enim eſt minus diſſentaneum rationi, quod caput diſcrepet à ſuis membris, quàm hæc à ſuo capite. Pari modo non minus diſſentaneum rationi eſt, unam partem communitatis diſcrepare à reliquo corpore, quàm caput à membris, aut membra à capite, unde cum perſonæ Eccleſiaſticæ ſint pars civilis ejusdem communitatis poſita lege obligante omnes de communitate, nonniſi indirectè obligantur & ipſi Eccleſiaſtici, non ut Eccleſiaſtici, ſed ut conſtituunt partem communitatis civilis.

23 Præterea Eccleſiaſtici tantùm tenentur ſervare leges civiles, quæ pro omnibus feruntur, quando hæ non ſunt læſivæ immunitatis Eccleſiaſticæ, ac proinde acceptantur, ac approbantur à Prælatis Eccleſiaſticis: eò enim ipſo, quòd lex civilis eſt per poteſtatem civilem ſufficienter promulgata, & à communitate acceptata, cenſetur etiam acceptari, & approbari ab Eccleſia pro perſonis Eccleſiaſticis, quoad vim directivam tantùm, non verò coactivam, ut liquet ex praxi univerſalis Eccleſiæ, ſecundùm quam nunquam perſonæ Eccleſiaſticæ coguntur à Judicibus civilibus, ſed tantùm ab Eccleſiaſticis ad pœnas ſubeundas pro legis transgreſſione. Cùm enim canones eximant à foro ſæculari Eccleſiaſticos, hi eos etiam eximunt ab eorum tribunali quoad vim coactivam, ut dignitas Eccleſiaſtica immunis ſervaretur, & clerici melius à ſuis ſuperioribus, quàm ab aliis judicarentur: unde clerici nonniſi indirectè tenentur ſervare leges civiles laicorum: quia nemo tenetur directè legibus ſolicitus, qui in ipſum non poteſt jurisdictionem exercere, ut conſtat ex *l. fin. ff. de jurisdic. om. Jud.* & Princeps ſæcularis non habet in clericos jurisdictionem, ut patet ex *c. Eccleſiâ* ubi Innocentius III. expreſsè ait: nullam eſſe Principibus laicis tributam poteſtatem ſuper Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis, & Eugenius III. in Synodo Rhemenſi relata *c. decernimus de judic.* expreſsè etiam prohibet, ne Eccleſiaſtica negotia, maximè quæ ſpiritualia ſunt tractentur à ſæcularibus. Hinc plures negant, Principem ſæcularem etiam in politicis, & civilibus eſſe caput clericorum ex defectu jurisdictionis, quam non poteſt in illos exercere, eſt enim de ratione capitis politici exercere jurisdictionem in ſibi ſubditos.

Neque urget, ſi dicas, in aliquibus Provinciis 24
conſuetudinem invaluiſſe, ut clerici criminoſi à Magiſtratu laico capiantur, & detrudantur in carceres, ac puniantur. Nam cùm laici non ſint capaces jurisdictionis Eccleſiaſticæ, nec poſſunt ſe tueri conſuetudine etiam immemorabili, quia hæc nunquam poteſt eſſe legitima ad præſcribendum, præſertim cùm omnis conſuetudo contra Eccleſiaſticam libertatem expreſsè reprobetur in *c. noverint de ſent. excommun.* & *in authent. de ſacroſancta Eccleſ.* Tum quia talis conſuetudo nunquam poteſt quidquam virium enanciſci cum ſingulis annis per Bullam cœnæ reprobetur, ut notat Collegium Bononienſe contra Venetos *n. 59.* Ugolinus in *reſpons. ad juris conſul. Gymnaſii Patavini c. 7.* Vivianus *tract. de libert. Eccleſ. diſp. 2. concluſ. 4. & diſp. 5. concluſ. 1.* Martha *de jurisdic. p. 4. 1. cent. caſ. 7. num. 12.* Hinc nulla conſuetudo quantumvis immemorabilis poteſt prævalere contra privilegium fori, quo gaudent Eccleſiaſtici. Ad particulares conſuetudines quod attinet aliquarum Provinciarum, in quibus à Magiſtratu laico clerici criminoſi capiuntur. Reſpondetur tales conſuetudines non pertinere ad jus, ſed tantùm ad facta hominum, ob quæ non debemus veritatem negare, nec talis conſuetudo eſt vocanda uſus, ſed potius abuſus.

Neque ex tolerantia Pontificis præſuppo- 25
nendus eſt ejus conſenſus, quo Pontifex approbet tales conſuetudines, quia cùm ſummus Pontifex ſingulis annis in Bulla cœnæ anathemate percutiat violatores immunitatis Eccleſiaſticæ, & tollat cum ampliſſimis clauſulis omnes conſuetudines; non poteſt talis conſenſus præſupponi in Pontifice in ordine ad valorandam talem conſuetudinem, cùm ipſe quot annis eidem reſiſtat in Bulla cœnæ. Multò minus prævalere poteſt via præſcriptionis, cùm nunquam nitatur bona fide: quapropter ſummus Pontifex neque expreſsè, neque tacitè poteſt præſumi, quòd aſſentiatur tali conſuetudini, ut notant Ugolinus in *reſpons. ad juris conſ. Gymnaſii Patavini cap. fol. 93.* Fagnanus in *tract. de inſtit. cenſ. Pauli V. p. 4.* Barboſa *in collect. l. 1. de cler. tit. 2. c. Eccleſiâ S. Mariæ de conſtit. n. 25.* Tum quia ut rectè notat Suarez de *leg. lib. 7. c. 13. n. 12.* in præſenti materia ſimplex tolerantia etiam ſuppoſita ſcientia non indicat ſufficientem conſenſum: ſiquidem plura patienter tolerantur, quæ minimè approbantur juxta *c. cùm jam dudum de præben.* præſertim quando Princeps non poteſt commodè providere, nec impedire abuſum, ut deſumitur ex *c. denique diſt. 4.* Hinc rectè obſervat

Digitized by Google

ſervat juris conſultus Surdus *tom.* 3. *conſ.* 301. *n.* 57. circa has conſuetudines lædentes in Eccleſiaſticis privilegium fori tolerantiam Papæ non eſſe approbativam, animo inducendi, vel confirmandi conſuetudinem, ſed potius ut vitetur ſcandalum.

26 Neque Judices, & officiales curiæ ſæcularis poſſunt excoſari, ex eo, quòd ſummus Pontifex ſciat, talem conſuetudinem vigere in ſuis Provinciis, & eam tolerare, nec anathemate percutere Magiſtratum, nec ejus officiales. Quia tametſi nominatim non excommunicentur, non tamen per hoc ſequitur, quòd reveta non ſint excommunicati in Bulla cœnæ Domini. Neque poſſunt allegare tacitum conſenſum ſummi Pontificis cùm iſte quotidie conqueratur cum oratoribus talium Principum, & quot annis in die cœnæ Domini Pontifices publicam, & ſolemnem ſententiam ſerant contra Magiſtratus, Judicea, & officiales curiæ ſæcularis, qui contra privilegium fori lædunt libertatem Eccleſiaſticam, & annullent omnes conſuetudines, præſcriptiones, corruptelas, & abuſus circa hanc materiam irrepentea, ex hac ſiquidem publicatione hujus ſententiæ ſatis apertè oſtendunt; nullam in ipſis eſſe tolerantiam, ut notat Suarez contra Regem Angliæ *lib.* 4. *c.* 32. *n.* 11. ubi ait: ſemper Apoſtolica ſedes per ſententias, vel expreſſa edicta conſuetudinibus contra libertatem Eccleſiaſticam reſiſtit, & ſpecialiter in Bulla cœnæ ſingulis annis eas revocat, vel potiùs irritas eſſe declarat: unde nunquam poteſt præſumi tacitus conſenſus Pontificis. Nam licèt nonnunquam Pontificea nòn ignorent, multa per pravam conſuetodinem fieri contra libertatem Eccleſiaſticam, quæ non puniunt, ſed quodammodo videantur quaſi tolerare: non tamen, quia conſentiant; ſed quia ſine periculo majoris mali non poſſint efficaciter reſiſtere. hactenus Suarez.

§. VI.

An Privilegium fori Eccleſiaſtici ſit de jure divino?

1 Luculenter oſtendimus, perſonas omnes Eccleſiaſticas exemptas eſſe à jurisdictione laicali, & gaudere privilegio fori, ſupereſt explicandum, an clerici jure divino, vel humano ſint exempti à jurisdictione Principum ſæcularium. Prima ſententia aſſerit clericos, & perſonas Eccleſiaſticas eſſe exemptas à jurisdictione ſæculari de jure humano, & citantur pro hac ſententia Salonius *tom.* 2.2. *in* 2.*q.*67. *art.* 1. *concluſ.* 4. Molina *de juſtit. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 32. Leſſius *lib.* 2. *de juſtit. c.* 33. *dub.* 4. *num.* 30. Henriquez *lib.* 10. *c.* 15. *num.* 1. Pereira *in manual. reg. c.* 3. *n.* 3. & plures alii quos enumerat Belletus in *disquis. cleric. p.* 1. *art.* 3. § 1. *num.* 27. Verùm plures, qui citantur pro hac ſententia procedunt cum diſtinctione, & docent, clericos in cauſis ſpiritualibus, & merè Eccleſiaſticis jure divino eſſe exemptos à jurisdictione ſæculari: in rebus verò temporalibus ſive criminales ſint, ſivè civiles, nonniſi jure humano canonico exemptos eſſe.

2 Cæterum fundamenta, quibus nititur hæc ſententia, quoad primam partem ſunt, quia poteſtas Eccleſiaſtica, quoad ſpiritualia fuit immediatè à Chriſto inſtituta, & tradita D. Petro, ejusque ſucceſſoribus, aliisque Eccleſiaſticis Prælatis: & poteſtas civilis, ac ſæcularis nonniſi mediante republica eſt à Deo communicata, ac conceſſa Principibus ſæcularibus, ex quo ſequitur, in cauſis Eccleſiaſticis propriè ſpectantibus ad poteſtatem Eccleſiaſticam Principes ſæculares ex divina inſtitutione nullam habere poteſtatem, proinde jure divino clericos in rebus hiſce ſpiritualibus exemptos eſſe à jurisdictione Principum ſæcularium.

3 Secunda aſſertionis pars etiam evincitur, primò quia nulla poteſt lex divina aſſignari præſertim in novo teſtamento, quæ clericos eximat à jurisdictione ſæculari quoad cauſas criminales, & civiles; ſecundò quia ſub primis Eccleſiæ exordiis clerici ſubjiciebantur Principibus ſæcularibus, quæ ratio fuit, cur D. Paulus appellaverit ad Cæſarem *Actor.* 25. & ad Roman. 13. ſcripſerit, *omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubjecta ſit*, ubi Apoſtolus præcipuè loquebatur de poteſtatibus ſæcularibus: hinc Chriſtus Matth. 22. etiam juſſit, reddi Cæſari, quæ erant Cæſaris: *reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari*, & Joan. 19. ad Pilatum dixit, *non haberes in me poteſtatem ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper.*

4 Secundò, quia lex Evangelica non liberat fideles ab ullo vinculo civili, proindeneque à jurisdictione Magiſtratuum ſæcularium eximit clericos.

5 Tertiò quia clerici cum laicis contractus inire poſſunt præſertim emptionis, locationis: ergo clerici unà cum laicis poſſunt conveniri coram Judice ſæculari.

6 Quartò quia Pontifex poteſt immunitatem clericorum ex juſta cauſa limitare, & ex parte diminuere quoad cauſas criminales, & civiles, quod non contingeret, ſi talis immunitas eſſet de jure divino.

7 Secunda ſententia, quæ probabilior eſt, ac proinde eidem adhærendum, aſſerit, privilegium fori, ſeu exemptionis clericorum à jurisdictione Magiſtratûs ſæcularis fuiſſe à jure divino immediatè conceſſum, & à jure canonico poſtea ſtabilitum; adeo ut perſonæ Eccleſiaſticæ jure divino ſint exemptæ à jurisdictione, & poteſtate ſæculari, ita enim docet Gloſſa in *c. ſi Imperator* 11. *V.* & *diſcenti diſt.* 66. & in *c. quamvis* 4. *V. divino de cenſ. in* 6. ubi allegat plures divinas leges, Innocentius in *c.* 2. *n.* 1. *de majorit.* & *obed.* Abbas in *c. Eccleſia* 10. *n.* 6. *de conſtit.* Fagnanus in *tract. de juſt. cens. Pauli V. p.* 1. Vivianus *de immunit. Eccleſ. diſp.* 4. & communiter etiam Theologi cum Suarez contra Regem Angliæ *lib.* 4. *c.* 9. Filliucio *tom.* 1. *tract.* 16. *c.* 11. *n.* 316. Duardo in *Bulla cœnæ lib.* 2. *c.* 15. *q.* 18. *concluſ.* 2.

8 Probari ſolet hæc ſententia, primò ex lege veteri, in qua ſacerdotes, & Levitæ erant exempti à jurisdictione ſæculari aliarum Tribuum, & à lege ſolvendi tributa, ut liquet ex *levit. c. ult. Numer. c.* 18. & *c.* 41. & ex aliis locis, in quibus legimus, Levitas non alteri, quàm Aaroni, & ejus ſucceſſoribus ſubjectos fuiſſe. Neque obſtat

Digitized by Google

ſtat, leges veteris teſtamenti per introductionem legis Evangelicæ ſuiſſe abrogatas: quia argumentum tantum ex eo deſumitur, quòd ſi in lege veteri perſonæ, quæ erant addictæ divino cultui, ut fuerunt Levitæ, fruebantur privilegio immunitatis, multò magis debent in lege Evangelica eodem privilegio gaudere ſacerdotes, & Miniſtri Eccleſiaſtici, cùm eorum dignitas ſit longè excellentior illâ Levitarum; quemadmodum lex Evangelica eſt longè præſtantior lege veteri.

9 Rurſus in lege Evangelica etiam evincitur ex eo, quòd Chriſtus Matth. 17. ſe ipſum, & Petrum à tributo ſolvando exemit: ſiquidem cùm ab ipſo tributum exigeretur dixit ſtatim Petro: *Reges terræ, à quibus accipiunt tributum à filiis, an ab alienis*? Reſpondit Petrus *ab alienis*, ex quo intulit Chriſtus: *ergo liberi ſunt filii*, ubi ſub filiorum nomine comprehenduntur omnes Eccleſiaſtici, qui Dei ſervitio peculiariter ſunt dedicati, & Eccleſiæ obſequiis mancipati. Unde Chriſtus tantùm ſolvit tributum pro ſe, & Petro, ut evitaret ſcandalum, tametſi aliàs non teneretur illud ſolvere, quia cùm Chriſtus fuerit filius Dei, nulli ſubjiciebatur jurisdictioni Cæſaris, ut nec etiam ejus diſcipuli, qui erant ejus familiares, & domeſtici, ut etiam omnes, qui ſpecialiter divinis obſequiis erant addicti, ut notat Maldonatus in *c. 17. Matth. v. 25.* ubi notat, hoc privilegium non eſſe extendendum ad omnes Chriſtianos, quia tametſi ſint per adoptionem filii Dei, ac gerant Chriſti nomen, non tamen ſunt ſpeciali modo Eccleſiæ obſequiis mancipati, nec cenſentur domeſtici Chriſti ſicut Apoſtoli, & ejus ſucceſſores, ac Eccleſiaſtici; hinc D. Paulus ad Rom. 13. juſſit, Chriſtianos laicos tributum ſolvere Principibus ſæcularibus.

10 Secundò, quia veritas aſſertionis deſumitur etiam ex jure canonico, ſiquidem in *c. quamquam 4. de cenſ. in 6.* habetur: *cùm igitur Eccleſia, & Eccleſiaſtica perſona, & res ipſarum non ſolùm jure humano, quinimo & divino à ſæcularium perſonarum exactionibus ſint immunes*: expreſsè enim perſonæ Eccleſiaſticæ dicuntur jure divino exemptæ, & immunes ab exactionibus, ſeu à jurisdictione Principum ſæcularium. Hoc idem etiam habetur in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. & refertur in *c. 30. nimis de jurejuran.* ut etiam in Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. c. 20. de refor.* ubi immunitas perſonarum Eccleſiaſticarum dicitur conſtituta ex divina ordinatione, ac canonicis ſanctionibus. Ratio itidem id ſuadet, quia cum clerici ſint ſpecialiter divinis obſequiis mancipati, in Dei ſortem electi, & ſegregati à negotiis ſæcularibus, conveniens erat, ut eximerentur à ſæculari jurisdictione, ac poteſtate, quæ propterea nihil juris in perſonas Eccleſiaſticas haberet: etenim, ſi utenſilia Eccleſiæ licèt inanimata cujusmodi ſunt ſacra vaſa, veſtes ſacerdotales, & alia, quæ inſerviunt altari, & templo eo ipſo, quòd ſunt divino cultui, & Eccleſiæ dicata ſecernuntur à profano, & civili uſu, & eximuntur à jurisdictione, & exactione poteſtatis ſæcularia jure divino, multò magis eximi debent ipſæ perſonæ Eccleſiaſticæ, pro quibus inſtituuntur ſacræ veſtes in Eccleſia.

Rurſus ratione naturali perſpicuum eſt, nullam poteſtatem, ac jurisdictionem poſſe ferri propria virtute extra genus, ſeu limites ſui objecti, non enim viſus poteſt ſe extendere ad percipiendum ſonum, nec auditus ad colorem, eò quia ſint objecta extra genus, & ſphœram talium potentiarum: jurisdictio verò, & poteſtas ſæcularis, per ſe ac directè verſatur duntaxat circa perſonas ſæculares, réſque profanas, ac politicas, tanquam proprium objectum, perinde ac potentia viſiva fertur in ſolum coloratum: ſiquidem jurisdictio, & poteſtas ſæcularis per ſe, ac immediatè tantùm ordinatur ad finem temporalem, ac politicum: proinde perſonæ Eccleſiaſticæ, & res ſacræ, cùm ſint addictæ divino cultui, ac divinis mancipatæ obſequiis ſunt extra objectum jurisdictionis ſæcularis: illud enim dicitur ſacrum, quod ad divinum cultum ordinatur, cujusmodi ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, & res ad eaſdem pertinentes, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 99. art. 1. in corp.* & ſicut quod eſt ſacrum, eſt extra genus illius, quod eſt profanum, temporale, & politicum; ſequitur evidenter, quòd cum jurisdictio laicalis verſetur circa perſonas, & res profanas, temporales, & politicas, non poſſit ſe extendere ad perſonas Eccleſiaſticas, perinde ac viſus non poteſt ferri, nec percipere ſonum, eò quia ſit extra ejus genus. 11

Neque fundamenta, quibus nititur prima ſententia, ullum videntur negotium faceſſere; ad primum enim negatur aſſumptum, quia ex dictis liquet exſtare leges divinas in ſacris litteris, quibus perſonæ Eccleſiaſticæ eximuntur à jurisdictione ſæcularium. Tum quia licèt hujusmodi leges divinæ poſitivæ non extarent, adhuc eſſet de jure naturali; ſiquidem contra jus divinum, & naturale eſt, ut ſacra ſubjiciantur profanis, ſpiritualia temporalibus, ſacerdotes laicis, ſuperiores inferioribus; clerici ſiquidem gradu & ordine ſunt in Eccleſia ſuperiores, & laici inferiores. 12

Ad ſecundum reſpondetur, ſub Eccleſiæ initiis, Clericos nonniſi de facto fuiſſe ſubjectos Principibus ſæcularibus, non verò de jure: ſiquidem debuerunt de facto eis parêre, ne Chriſtiana religio extremum pateretur detrimentum: quapropter canones, qui meminerunt hujus ſubjectionis clericorum, loquuntur de clericis exiſtentibus eo tempore, quo magis congruum videbatur Eccleſiæ, ut clerici ſolverent tributa Principibus ſæcularibus, quàm iiſdem obſiſtere, & pacem religionis turbare. 13

Neque obſtat, quòd D. Paulus ad Cæſarem appellaverit. Quia primis illis temporibus Eccleſia non habuit plenum exercitium ſuæ poteſtatis, & juris quoad uſum, ſed tantùm quoad habitum. Tum quia D. Paulus appellavit à Feſto Judice ſæculari, à quo injuſtè gravabatur ad Cæſarem, ut ad ſuperiorem ejusdem Feſti, non verò D. Paulis præſertim cùm Apoſtolus ad Rom. 13. generatim aſſerat, teneri quemque obedire ſuo legitimo ſuperiori, laicum laico, Eccleſiaſticum Eccleſiaſtico: unde quæ contra privilegium fors contigerunt primis illis temporibus non fuerunt de jure, ſed tantùm de facto. 14

Ad tertium reſpondetur, quòd licèt lex Evangelica non liberet Chriſtianos ab omni vinculo; eximit tamen clericos, eò quia ſint divinis obſequiis ſpecialiter mancipati à juriſdictione laicali, eò quia res ſacræ non debent ſubjici profanis, nec ſacerdotes laicis. Ad quartum, certum eſt, clericos poſſe contractus inire cum laicis, ſed tamen inde non ſequitur, quòd debeant unà cum laicis, etiam clerici conveniri coram Judice laico: ſi enim laici graventur ex talibus contractibus conveniri debent clerici coram Judice Eccleſiaſtico, ut ſervent pacta, & ſtent promiſſis. Ad ultimum reſpondetur, Pontificem ex juſta cauſa poſſe quidem uti ſæcularibus tanquam Miniſtris in ordine ad exercendam juriſdictionem Eccleſiaſticam in clericos, quia tunc Magiſtratus ſæcularis non propria authoritate, ſed nomine Eccleſiæ, & præſertim Pontificis agit in clericos; proinde non poteſtate laicali, ſed Eccleſiaſtica ſibi delegata, quod non eſt ſubjicere clericos juriſdictioni laicali, neque privilegium fori minuere.

17 Adhærendum igitur eſt probabiliori ſententiæ aſſerenti, privilegium fori in perſonis Eccleſiaſticis eſſe jure divino invectum, quia hoc idem aſſeruerunt Pontifices, confirmârunt concilia, propugnârunt SS. Patres; etenim Concilium Lateranenſe ſub Leone X *ſeſſ. 9.* ait: cùm à jure tam divino, quàm humano laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innovamus omnes, & ſingulas conſtitutiones. In Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. c. 20. de reſor.* legitur hoc pacto: Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitas DEI ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtituta eſt.

18 Rurſus Concilium Colonienſe *p. 9. c. 20.* ait: immunitas Eccleſiaſtica vetuſtiſſima res eſt jure pariter divino, & humano introducta, quæ in duobus potiſſimè ſita eſt; primùm ut clerici, & eorum poſſeſſiones ac bona à vectigalibus, & tributis, aliisq; muneribus laicis libera ſint. Deinde ne Rei criminis ad Eccleſiam confugientes inde extrahantur. Rurſus Bonifacius VIII. in *c. quamquam 4. de cenſ* ait, Eccleſiæ; & Eccleſiaſticæ perſonæ, réſque ipſarum non ſolùm jure humano, quinimo, & divino à ſæcularium perſonarum exactionibus ſunt immunes, & in *can. ſi Imperator 66.* Joan. Papa VIII. expreſsè aſſerit, Deum exemptionem dediſſe clericis à foro ſæculari, loquens. Non à legibus publicis, non à poteſtatibus ſæculi, ſed à Pontificibus, & ſacerdotibus omnipotens DEUS Chriſtianæ religionis clericos, & ſacerdotes voluit ordinari: ubi Gloſſa notat, quòd antequam eſſet aliqua conſtitutio, clerici non fuerint ſub juriſdictione ſæculari, & conſtitutiones emanatas, ac ſtatuentes, clericos non eſſe judicandos niſi ab Epiſcopis fuiſſe tantùm declarationes ipſius juris: adeo ut ante conſtitutiones Pontificum, & jus canonicum fuerint clerici jure divino exempti à juriſdictione laicorum, quapropter adeſt. *can. Sylveſter 11. q. 1.* ubi cum innotuerit Gelaſio Papæ quoſdam clericos læſos fuiſſe quoad privilegium fori, dixit id eſſe contra leges divinas; ut etiam in *can. relatum ead. cauſ. & quæſt.* Alexander Papa cùm ſciret ab aliquibus violari privilegium fori, dixit taliter prævaricantes prævaricatos eſſe in Deum, & non obediviſſe præceptis ejus.

Neque videntur urgere quæ in contrarium reſpondent propugnantes oppoſitam ſententiam, etenim quòd Sutus reſpondeat, Bonifacium VIII. fuiſſe locutum de cauſis Eccleſiaſticis tantum, & non de ipſis perſonis, ſeu clericis, non videtur congruere cum verbis Pontificis: ſiquidem Bonifacius expreſſè ait, clericorum perſonas, & bona, à ſæcularium Principum exactionibus utroque jure libera eſſe. Neque audiendi ſunt, qui dicunt, in ſupra citatis textibus per jus divinum ſignificari jus canonicum, eò quia in laxa quadam ſignificatione dicatur, & ipſum jus divinum: quia id deprehenditur eſſe contra Concilium Lateranenſe ſub Leone X. & contra conſtitutionem Bonifacii VIII. in qua aſſerit, Eccleſiaſticam immunitatem introductam eſſe tam jure divino, quàm humano Eccleſiaſtico, ubi expreſsè diſtinguit jus divinum à jure canonico, & ait ab utroque jure fuiſſe introductum privilegium fori. Tum quia Concilium Tridentinum etiam expreſsè ait, libertatem Eccleſiaſticarum perſonarum conſtitutam fuiſſe DEI ordinatione, ſeu jure divino, & canonicis ſanctionibus, ſeu jure canonico, adeo ut privilegium fori, ſeu exemptionis clericorum fuerit à jure divino immediatè conceſſum, & à jure canonico poſtea ſtabilitum, hoc enim intendunt omnia præcitata jura, & Concilia.

Neque urget quòd hoc privilegium fori non aſſeratur ex aliquo ſcripturæ teſtimonio, proinde non eſſe de jure divino. Nam ex ſcripturis tum veteris teſtamenti, tum legis Evangelicæ ſatis apertè colligitur hoc privilegium fori. Præterea eſto non poſſet colligi ex ſcripturis, quod eſt falſum, ut paulò ſuperiùs oſtendimus, non tamen inde poſſet ritè inferri, non eſſe de jure divino: ſiquidem poſſunt aliqua eſſe juris divini, tametſi non reperiantur in ſcripturis, dummodò inſtituta ſint à Chriſto, & Apoſtolis tradita, ut per eorum manus ad nos devenirent: plura enim ſunt de jure divino, quæ ſola nituntur traditione Apoſtolorum; ſiquidem, quæ pertinent ad materias, & formas Sacramentorum, ſunt de jure divino, tametſi non omnia habeantur in ſcripturis. 19

Tum quia etiam Rota Romana *decis. 10. in antiquis* & etiam in aliis aſſeruit, exemptionem clericorum quoad perſonas, & bona eſſe de jure divino, adeo ut nec ipſe Pontifex poſſit hoc privilegium fori revocare: quia quæ ſunt immediatè inſtituta à Chriſto, de jure divino manutenenda ſunt, non tollenda à ſummo Pontifice. Tum quia ſummus Pontifex non poteſt in univerſum juri immunitatis Eccleſiaſticæ renunciare; quia ipſe non eſt abſolutus, & deſpoticus Dominus jurium ſuæ ſedis, nec illorum, quæ à Principibus donata ſunt Eccleſiæ: ſiquidem principaliter ſunt donata Chriſto: & ideo non perſonæ Pontificis, ſed ſedi Apoſtolicæ data ſunt, quapropter ſummus Pontifex eſt diſpenſator fidelis, & prudens, & non poteſt pro libitu revocare privilegium immunitatis Eccleſiaſticæ, nec renunciare juribus ſedis Apoſtolicæ, ut docent 20

Surdus

Surdus *tom. 3. conſ. 301. n. 53.* Vivianus de *immunit eccles. diſp. 5. & 6.* Soarez, & alii, hinc à fortiori neque clerici poſſunt privilegio fori renunciare, non ſolùm quoad negotia criminalia, ſed nec etiam quoad civilia, id enim eſt ipſis omnino interdictuin *c. ſignificaſti 18. b. t.* ut commuoiter docent tum Canoniſtæ, tum Theologi, quia privilegium fori non eſt conceſſum ſingularibua perſonis; ſed ſtatui clericorum, & perſooa particularis non poteſt cedere privilegio conceſſo toti communitati, ot liquet ex *c. ſi diligenti 12. de for. compet.* quod etiam procedit licèt clericus etiam de conſenſu Epiſcopi renunciaret tali privilegio, ut notat Martha de *jurisd. p. 4. cent. 2. cas. 152. n. 8.*

21 Neque valet illa communis regula, quòd quisque renunciare poſſit juri ſuo, ſeu privilegio io proprium favorem cooceſſo: nam hæc regula univerſaliter oon eſt vera; ſiquidem vel qui renunciat juri ſuo, renunciat juri naturali, vel poſitivo: ſi naturali non eſt renuntiatio, quia jus naturale eſt immutabile, quo pacto oec poteſt quis renunciare juri ſangoinis, ſeu conſanguinitati *l. jus agnationis 34. ff. de pact.* nec poteſt renunciare neceſſarlis alimentis ſuturis, quæ filiis jnre naturali è parentibus debentur, neque doti oeceſſariæ, ac filiæ debitæ, quæ loco alimentorum ſuccedit. Neque rens innocens poteſt in cauſa criminali rennnciare neceſſariæ ſuæ defenſioni, ut oſtendit Gloſſa in *l. pactum 46. V. cùm liceat. ff. de pact.* quia homo non eſt Dominns ſuæ vitæ, neqoe ſnorum membrorum, ſed tantùm cuſtos *l. licèt homo 13. ff. ad leg. Aquil.* adeo ut quando agitur in quæſtione criminis de pœna capitis, vel mutilationis inferenda, teneatur homo vitam, & membra ſua defendere, ſi absque alterius incommodo fieri poſſit: & licèt Judices jubeant, examinatos, & confeſſos renunciare propriis deſenſionibus, id tantùm exigunt ad declinandam inconſtantiam reorum, qui ſemel, & ſpontè crimen confeſſi in judicio ſolent mutare ſententiam, & excuſationes adducere. Tum quia ex tali confeſſione judiciali oritur præſumptio criminis à reo patrati, cùm reus ore proprio illud fateatur, ut deſumitur ex *d. c. ſi diligenti n. 3.*

22 Quod verò ad jus poſitivum attinet, certum eſt, nec poſſe aliquem renonciare juri divino præcipienti, vel prohibenti aliquid: non enim poteſt qois renunciare præcepto de baptiſmo ſuſcipiendo Matth. 28. Neque vinculo matrimoniali Matth. 19. Juri poſitivo humano ſive civili, ſive Eccleſiaſtico, licèt interdum poſſit renunciari, non tamen ſemper: ſi enim jus præcipiat, ut matrimonium contrahatur præſentibus Parocho, & duobns, vel tribus teſtibus, non poteſt contrahens matrimooium formæ hujus juris renunciare, quia hojnsmodi formæ, ſeu ſolemnitates, quibus adhibentur teſtes in teſtamentis, matrimonio, & aliis, cenſentur pertinere ad ſubſtantiam actûs, ſine qua oon poteſt actus ſubſiſtere. Rurſus ſi jure ſit aliquid ſtatutum principaliter ob publicum favorem, ſeu utilitatem, non poteſt perſona privata ei renunciare, qnia jus publicum privatorum pactis mutari oon poteſt, ut deſumitur ex *l. 38. ff. de pact.* Imò juri introducto in favorem plurium æquè principaliter neque poteſt unus renunciare ſine conſenſu aliorum, & cum eorum præjudicio: ſiquidem juxta *regul. jur. 29. in 6.* quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari. Hinc renuntiatio unius, tametſi juramento firmetur, in præjudicium aliorum non valet, quia joramentum tendens in damnum proximi non obligat, quia ſine peccato non poteſt ſervari, & id liquet ex *c. ea te 22. de jurejur.*

23 Clerici igitur noo poſſunt renunciare privilegio fori Eccleſiaſtici, tametſi ad id adigantur, adeo nt nec volentes, ac ſpontè, nec inviti renunciare poſſint privilegio fori, conſentientes in Judicem ſæcularem. Ratio eſt, quia privilegium fori, ſeu exemptionis à jurisdictione laicali, non privatis, aut ſingulis clericis, ſed toti ſtatui clericorum, ac toti collegio eorondem eſt conceſſum ob publicam, & communem ntilitatem, ac honorem ſtatûs clericalis, proinde pactis privatorum, ſeu ſingularium clericorum oon poteſt ei derogari *l. 38. ff. de pact.* unde licèt clericus expreſsè conſentiret, ac pateretur ſe conveniri, ac damnari à Judice ſæculari, non tamen poſſet renunciare huic privilegio fori; hinc clericus conventus coram ſæculari Judice, & ab eodem condemnatus etiam poſt latam ſententiam poteſt opponere exceptionem fori declinatoriam ad impediendam executionem: ſiquidem exceptio declinatoria fori, quæ reddit judicium ab initio nullum, poteſt ſemper opponi, nec tale judicium poteſt prorogari, nec cenſeri prorogatum.

24 Imò oec clericus amitteret privilegium fori, quamvis conſentiret in ſententiam contra ſe latam à Judice ſæculari, quia ſicut non amittit ſtatum clericalem, ita nec privilegium fori, quia hoc eſt illi adnexum: nec poteſt clericus aſſentiri ſententiæ à Judice laico contra ſe latæ, quia id perinde eſſet, ac renunciare privilegio fori, quod non poteſt privatus clericus. Imò neque poteſt clericus ſibi conſtituere Judicem ſæcularem, quamvis per pactum juramento firmatum in illum conſentiat: ſiquidem juramentum quod eſt contra publicam utilitatem, & non poteſt licitè ſervari, nullius eſt valoris, quia joramentum non eſt vinculum iniquitatis, ſed probitatis *c. quanto 18. de jurejur.* Tum quia ſi juramentum non obligat, quando cedit in damnum tertii *c. cùm contingat 28. de jurejur.* à fortiori neque obligabit, quando per juramentum læditur bonum commune, ut contingit quando clericus interpoſito juramento renunciat privilegio fori Eccleſiaſtici, tunc enim lædit totum ſtatum Eccleſiaſticum, totúmque clericorum collegium, cui tale privilegium eſt conceſſum.

25 Neque obſtat, quòd in *c. pulſatus 3. caus. 3. q. 6.* dicatur, quòd clericus vocatus ad Judicem ſæcularem ooo reſpondeat, niſi voluerit: quia in illo textu non eſt ſermo de Judice ſæculari, cùm ia non exprimatur, ſed tantùm dicitur, quòd clericus vocatus ad Judicem non ſuum: poteſt enim vocari ad Judicem Eccleſiaſticum, qui non ſit proprius Judex talis clerici, & nihilominus ſit Judex eccleſiaſticus, coram quo poteſt reſpondere, accedente conſenſu proprii Epiſcopi, ut notat Gloſſa in *d. c. pulſatus V. ſi voluerit.* Imò in jure aſſignantur pœnæ clerico renuncianti privilegio fori Eccleſiaſtici, ſiquidem ſi clericus actor trahat alium

clericum ad Judicem ſæcularem, perdit cauſam, ſi civilis ſit: ſi criminalis locum ſuum amittit, & deponitur ab officio, & beneficio, tametſi in ejus favorem lata ſit ſententia, ut liquet ex *c. placuit juxta* Gloſſam *V. locum ſuum:* aliæ pœnæ exprimuntur in *c. ſi diligenti 12. h. t.* & in *c. inolita 42. & ſequent. cauſ. 11. q. 1.*

26 Verum tamen eſt, quòd pœna amiſſionis cauſæ ab actore, & reo non incurritur ipſo jure, ſed per ſententiam Judicis, quia pœnæ exprimuntur per verbum *perdant*, quod poteſt applicari ad tempus futurum, & quia hoc tempus favet reo, intelligitur de tali tempore; proinde poſt ſententiam Judicis, quia in pœnis interpretatio benignior ſemper eſt præferenda juxta *regul. iur. 49. in 6.* Rurſus neque clericus Actor incurrit hanc pœnam amiſſionis per ſolam citationem clerici rei, quia ſi ante litis conteſtationem deſiſtat ab actione non incidit in pœnam, ut infertur ex *c. placuit. ſi crimen fuerit intentatum, & civilis cauſa commota.* Secus poſt factam litis conteſtationem non poteſt ampliùs recedere in præjudicium partis, cui jam jus eſt quæſitum, ut notat Gloſſa *in cit. c. ſi diligenti. V. cauſam perdant.* Rurſus pœnam amiſſionis cauſæ etiam incurrit laicus ſi clericum trahat ad judicium ſæculare, ſive in cauſa civili, ſive in criminali, ut liquet ex *authent. ſtatuimus C. de Epiſc. & cler.* ubi etiam Judex, qui judicat cauſam clerici privandus eſt poteſtate judicandi.

§. VII.

Expediuntur aliquot ſelecta quæſtiones de foro competente.

1 Quætitur primò, quomodo Archiepiſcopus poſſit eſſe Judex competens inter ſubditos clericos, vel laicos ſuorum ſuffraganeorum. Reſpondetur, Archiepiſcopum non poſſe cognoſcere cauſas eorum, qui ſunt ſubditi ſuorum ſuffraganeorum, ſi per appellationem à ſuffraganeis ad ſe devoluantur, niſi priùs cognoſat de appellatione, an hæc legitima ſit, id enim deſumitur ex *c. Romana 1. in princ. h. t. in 6.* & ibi Gloſſa *V. prætermiſſo:* ſiquidem Archiepiſcopus regulariter non eſt competens Judex inter ſubditos ſuorum ſuffraganeorum in prima inſtantia *c. paſtoralis de offic. ordinar.* proinde non poſſunt clerici abſque conſenſu proprii Epiſcopi derogare in prima inſtantia juriſdictioni proprii Epiſcopi, & adire Judicem non ſuum, licèt Eccleſiaſticum.

2 Hinc Archiepiſcopus non poteſt querelas audire ſuper ſalariis Advocatorum in cauſis per appellationem ad ſe devolutis, ne videatur jam ſibi in talibus cauſis arrogare inſtantiam. Et licèt poſſit Archiepiſcopus cauſam, vel executionem ſententiæ delegare ſubditis ſuffraganeorum, non tamen poteſt illos invitos adigere ad id, quia non habet juriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorũ, niſi in cauſa appellationis, & aliis caſibus ſpecialibus jure exceptis *c. paſtoralis tit. de offic. ordin.*

3 Poteſt tamen præcipere ſuo ſuffraganeo, ut ſententiam in cauſa appellationis contra ſubditum ſuum latam exequatur, vel ut ſubditum compellat ad ferendum teſtimonium, ſive in cauſa appellationis, ſive in alia, ut notat Gloſſa hîc V. ſubſcribere. Neque poteſt Archiepiſcopus in propria curia cognoſcere cauſas officialium Archidiaconorum, & aliorum inferiorum Prælatorum, qui ſubjiciuntur ſuis ſuffraganeis, ad ſe per viam appellationis devolutas, niſi ſimul admittat, & cognoſcat querelas contra eoſdem propoſitas, ut deſumitur ex *c. 1. §. nec etiam h. t. in 6.* quia Judex, qui cognoſcit de cauſa principali, debet etiam cognoſcere de acceſſoriis *l. properandum 13. §. illo procul C. de iudic.* quod tamen locum habet in Judice ordinario, non in Judice appellationis, ne cauſa principalis diutiùs protrahatur: tum quia expeditâ cauſâ principali, acceſſoris facilè remitti poteſt ad Judicem ordinarium, cum cauſa acceſſoria ſit ſeparabilis à principali.

Cæterum Judex, qui non poteſt adiri per ſimplicem querelam, ſed tantùm per viam appellationis; regulariter non poteſt cognoſcere de cauſa principali, tametſi conſenſerint partes litigantes, niſi priùs cognoſcat de appellatione, an legitima ſit, & admittenda: ſiquidem cùm ſit Judex tantùm, & non ordinarius ſi ad ipſum fuerit appellatum, priùs debet cognoſcere de appellatione, ac e jus juſtitia, quæ ſi fuerit illegitima remittenda eſt ad Judicem ordinarium, à quo fuit appellatum, niſi iſte etiam in appellationem conſenſerit, quia tunc Judex ſuperior, ad quem fit appellatio, poteſt cognoſcere etiam de cauſa principali, ſi velit, tametſi cauſa appellandi minus legitima fuerit. Judex verò delegatus Papæ ex conſenſu partium poteſt cognoſcere de cauſa principali, tametſi prius non cognoverit de juſtitia appellationis, ſi Papa ſimul cauſam appellationis, & principalem delegaverit: quia tunc delegatus habet eandem juriſdictionem in talem cauſam, quam habet Papa, cujus nomine agit, ac vices gerit: ſecus eſt, ſi Papa tantùm delegaverit cauſam appellationis, & non principalem, quia tunc tametſi partes conſenſerint, non poteſt Judex delegatus cognoſcere de cauſa principali, quia generatim clerici non poſſunt prorogare juriſdictionem alterius Judicis ſine conſenſu proprii Epiſcopi: poſſunt tamen compromittere in arbitros, abſque conſenſu proprii Epiſcopi in bonis patrimonialibus, quæ alienare poſſunt, non ita in bonis eccleſiaſticis, ut liquet ex *c. pervenit 3. de arbit.* 4

Quæritur ſecundò, quid ſit prorogatio juriſdictionis in Judicem non ſuum, & quot modis fiat. Reſpondetur, prorogare juriſdictionem juxta præſens inſtitutum nil aliud eſſe, quàm voluntariè alicui Judici ſe ſubjicere, cujus juriſdictioni in illa cauſa aliàs non ſubjicitur: unde prorogare juriſdictionem, perinde eſt, ac alienum, ac incompetentem Judicem ſponte, & liberè facere ſuum Judicem competentẽ, quatenus quis ſe ſubjicit ejus juriſdictioni, & conſentit, ut judicet de ſua cauſa, ut deſumitur ex *l. 1. juncta* Gloſſa *V. ſi ſe* & *l. 2. in princ. ff. de judic.* Quadrupliciter autem fieri poteſt hæc prorogatio, ſcilicet de una perſona ad aliam, de re ad rem, de tempore ad tempus, & de loco ad locum, ut docent communiter cum Gloſſa in *l. 2. §. ſi & Judex V. inhibita* De perſona ad perſonam fit prorogatio, quando ſubditi alicujus Judicis ex mutuo conſenſu ſe ſubjiciunt alteri judici, cujus juriſdictioni aliàs non ſubjiciuntur, 5

tur, ut eorum cauſa per illum cognoſcatur. Protogatio de re ad rem, ſeu de cauſa ad cauſam fit, quando partes litigantes ex mutuo conſenſu ſe ſubjiciunt alicui Judici, ut cognoſcat, & judicet de cauſa, ſuper qua aliàs non puſſet cognoſcere defectu jurisdictionis; ut ſi Judex non poſſet cognoſcere de ſumã excedente mille florenos, & partes litigantes ex mutuo conſenſu ſuper majore ſumma ſe illi ſubjiciant, ut judicet in cauſa decem millium florenorum. Prorogatio de tempore ad tempus fit, quando cauſa intra certùm tempus abſolvenda ex mutuo partium conſenſu, & Judicis prorogatur, ut etiam intra tale tempus definiri poſſit. Protogatio de loco ad locum tunc contingit, quando partes litigantes ex mutuo conſenſu transferunt judicium de uno territorio ad aliud, vel de uno loco ejusdem territorii ad alium ejusdem.

6 Quando verò partes volunt prorogare jurisdictionem ab uno loco ad alium alterius jurisdictionis, ſeu territorii, requiritur conſenſus Judicis loci illius. Ad prorogationem verò faciendam aliquot requiruntur conditiones, quarum prima eſt, ut is, cui partes litigantes ſe ſubjiciunt aliquam habeat jurisdictionem, alioquin partes conferrent illi jurisdictionem, ſi nullam haberet, & conſenſus privatorum non poteſt conſtituere Judicem eum, qui nulli præeſt judicio *l. privatorum 3. C. de jurisdic. om. Jud.* quia privati non habent jurisdictionem, nec poſſunt alteri eam conferre, & prorogate jurisdictionem, perinda eſt, ac illam extendere, ubi jurisdictio non eſt, nec poteſt extendi, & ampliari, ut notat Abbas *in c. ſignificâſti 18. n. 5. h. t.*

7 Secunda conditio eſt, ut Judex, cujus jurisdictio prorogatur, habeat jurisdictionem ordinariam, quia jurisdictio Judicis delegati ad certam cauſam nequit etiam ex conſenſu partium litigantium prorogari de perſona ad perſonam; neque de cauſa ad cauſam non expreſſam, ut deſumitur ex *c. 40. de offic. Jud. delegat.* juncta Gloſſa *V. prorogatio nulla:* quòd ſi jurisdictio delegati eſſet ad univerſitatem cauſarum, tunc poſſet prorogari, eò quia talis jurisdictio æquiparatur ordinariæ, ut notat Gloſſa in *c. cùm cauſam 62. V. delegatus.*

8 Tertia eſt, ut Judex habeat jurisdictionem ſimilem, & ejusdem generis, ſeu ſufficientem ad cognitionem, & deciſionem cauſæ, de qua inter litigantes controvertitur: ſi enim cauſa ſit ſpiritualis, jurisdictio non poteſt prorogari niſi ad Judices Eccleſiaſticos. Sin verò cauſa ſit criminalis, vel civilis prorogatur jurisdictio ad Judices competentes in foro criminali, & civili.

9 Quarta eſt, ut partes litigantes ſcienter, & liberè ſe ſubjiciant alieno Judici: ſiquidem defectu conſensûs liberi inutilis eſſet prorogatio, ut deſumitur ex *l. 2. in princ. ff. de judic.* & *l. ſi per errorem 15. ff. de jurisdic.* ubi dicitur, quòd errantes non conſentiant, cùm id magis opponatur conſenſui, quam error: ſufficit tamen, ſi conſenſus ſit tacitus, qui intelligitur, quando prorogatio de facto fit ab utraque parte litigante. Non tamẽ cenſetur quis in Judicem non ſuum conſentire, neque prorogare ejus jurisdictionem, ſi ab eo tantùm citatus comparea: *l. non videtur 33. ff. de judic.*

Quinta, ut prorogatio non adverſetur legi, 10 quia cùm ſuam à lege trahat originem, non debet legibus eſſe contraria, hinc nulla infertur injuria Judici ordinario, cujus jurisdictio in alium prorogatur, quia cùm beneficium prorogationis ſit à jure conceſſum ſubditis, non poteſt impediri à Judice ordinario: quod jus concedit, non poteſt homo tollere *arg. l. ſi Abrogator 22. §. 1. ff. de adopt.* Præterea cùm poſſint ſubditi absque injuria proprii Judicis ex communi conſenſu compromittere in alium, ac declinare ejus jurisdictionem; pari pacto poſſunt etiam cauſam prorogare in alienum Judicem, neque per hoc Judex Ordinarius cenſetur gravari, quin potiùs relevari ab onere. Neque ullam incurrit dedecoris notam, quia etiam in cauſa appellationis deſeritur Iudex ordinarius, cui non fit injuria *l. un. ff. apud eum, à quo appell.*

Quæritur tertiò, quomodo clerici, ac perſonæ Eccleſiaſticæ prorogare poſſint jurisdictionem alieni Judicis. 11 Reſpondetur, clericus non poſſe ſe ſubjicere alieno Judici, ſeu prorogare jurisdictionem Judicis non ſui ſine conſenſu, & licentia proprii Epiſcopi Diœceſani, ut deſumitur ex *c. ſignificâſti 18 h. t.* quia id videbatur congruere bono regimini, ut clerici ratione ordinis ſuſcepti, vel beneficii accepti, vel ſtatûs clericalis, per quem divinis ſunt mancipati obſequiis, ſuis propriis ſubjiciantur Prælatis, quibus ſpecialiter ſunt adſtricti, & magis, quàm laici ſuo magiſtratui, cùm laici à Magiſtratu non ſuſceperint illa beneficia, & officia, quæ clerici à ſuo proprio Epiſcopo, à quo fuerunt promoti ad ordines Eccleſiaſticos: unde gratitudo videbatur exigere, ut clerici, ſine licentia proprii Epiſcopi non prorogarent jurisdictionem Judicis non ſui. Hinc non poſſunt ſine conſenſu Epiſcopi prorogare jurisdictionem Archiepiſcopi, cujus proprius Epiſcopus eſt ſuffraganeus, ut deſumitur ex *c. 1. in princ. h. t. in 6.* Sufficit tamen, ut conſenſus Epiſcopi ſit tacitus, hoc eſt ſi ſciat, clericum ſibi ſubditum litigare coram Judice Eccleſiaſtico, & non contradicat, ut notat Barbat. in *c. ſignificâſti n. 14.* Hinc clerici absque conſenſu Epiſcopi diœceſani non poſſunt prorogare jurisdictionem metropolitani, neque illi ſe ſubjicere, ut conſtat ex *c. 1. in princ. h. t. in 6.* ubi expreſsè habetur, quòd Archiepiſcopus, vel ejus officialis non poſſit cognoſcere de cauſis ſubditorum ſui ſuffraganei ſine ejus licentia, tametſi partes litigantes conſentiant: & ſicut clerici ſine conſenſu proprii Epiſcopi non poſſunt prorogare jurisdictionem Metropolitani, ita neque Epiſcopi ſuffraganei ſine licentia Metropolitani, ſeu Archiepiſcopi poſſunt prorogare jurisdictionem in alienum Judicem Eccleſiaſticum: quia perinde Archiepiſcopus eſt Judex ordinarius Epiſcoporum, qui ſunt ejus ſuffraganei, ac Epiſcopus eſt Judex ordinarius clericorum ſuæ diœceſis: unde ſicut clerici ſine conſenſu ordinarii non poſſunt prorogare jurisdictionem metropolitani; ita neque Epiſcopi ſuffraganei absque conſenſu Archiepiſcopi poſſunt prorogare jurisdictionem Judicis alieni Eccleſiaſtici.

12 Cæterùm clerici, quia ratione delicti, vel contractûs ſubjiciuntur Judici loci, in quo deliquerunt, vel contraxerunc, ideò tunc absque conſenſu proprii ordinarii prorogant jurisdictionem illius Judicis localis. Quòd ſi clericus in aliis cauſis prorogert jurisdictionem Jodicis alieni eccleſiaſtici ſine conſenſu propriiEpiſcopi, non cenſetur perderc cauſam, ſicuc illam perdit, ſi proroget jnrisdictionem ſæcularis Judicis, quia non ita graviter delinquit, cùm tota cauſa adhue maneat intra ſtatum ordinis elericalis, nec violetur privilegium fori; ſicut violatur, quando clericus pcorogat jurisdictionem Judieis laici; quia cauſa extrahitur à ſtacu ocdinis elericalis: nihilominùs licèt clericus prorogando alienum Judicem Eccleſiaſticum ſine licentia proprii ordinarii non perdat ſuam cauſam, ſive pro eo ſenrentia lata ſit, ſive contra; eò quia tunc ſencentia lata à tali Judiee prorogato ſit irrita; poteſt tamen Epiſcopus proprius ſententiam contra talem clericũ latam ratam habere ad mortificandũ eundem clericum, qui adivit alium Judicem Eccleſiaſticum absqne ejus conſenſo, quia fuic injuria ipſi illata.

13 Quæritur quartò, an clerici ſaltem ex conſenſu proprii Epiſcopi poſſint prorogare jurisdictionem Judicis laici. Reſpondetur negativè, adeò ot cleriei non poſſint ullo pacto etiam ex conſenſu proprii Epiſcopi prorogare jurisdictionem Judicis ſæcularis, cui ſe ſubjicianc in cauſis criminalibus, vel civilibus, vel merè ſpiritualibus, vel eccleſiaſticis, aut temporalibus, ut expreſsè deſumitur ex *c. ſignificâſti 18. h. t.* quia Epiſcopus non poteſt conſenſum ſuum præbere clerico, ut renuntiet privilegio fori eccleſiaſtici, id enim eſſet lædere totum ſtatom Eccleſiaſticum, cui tale privilegium eſt conceſſum: ſin autem Epiſcopus aſſentiretur, nt ejus clerici ſubditi prorogarent jurisdictionem Judicis laici, aſſentiretur ad renuntiationem pcivilegii foti eccleſiaſtici, cùm perinde ſit prorogare jurisdictionem Judieis ſæcularis, ac renuntiare tali privilegio: unde ſicut clericus non poteſt renuntiare privilegio fori, eò quia concedatur in favocem totius ordinis clericalis *c. ſi diligenti 12. h. t.* ita neque Epiſeopus poteſt aſſentiri, ut clericus ſubditus proroget jurisdictionem Judicis laici; ſicnt nec poteſt aſſentiri, ut elericus ab alio ſuadente diabolo percutiatur, cùm id ſit contra pcivilegium canonis: unde cùm protogare jucisdictionem Judicis ſæcularis ſit in clerico contra pcivilegium fori; ita Epiſcopus non poteſt eidem aſſentiri, eſt enim utrinque pat ratio de privilegio canonis, & fori.

14 Solet nihilominus objici argumentum deſumptum à contrario, quod eſt in *c. clericorum 17. cauſ. 11. q. 1.* ubi legitur: *nullus præſumat clericum apud Judicem ſecularem Epiſcopo non permittente pulſare*, ex quo à contrario infertur, quòd Epiſcopo permittente, poſſit quis clericum pulſare apud Judicem laicum. Sed contra, quia in illo textu ſubintelligitur *maximè* apud Judicem ſæcularem; cùm nec de conſenſu Epiſcopi poſſit id fieri, uc communiter explicant Canoniſtæ cum Gloſſa in *d. c. ſignificâſti h. t. in fin.* Tum quia in jure argumentum à contrario non procedit, quando contracium non exprimitur in ipſo jure, ut notat Abbas in *c. clericorum n. 24.*

15 Si dicas, poſſe Epiſcopum delegare laico cauſas civiles præſertim pecuniarias elericorum, etiam non requiſito partinm conſenſu, proinde poſſe etiam prorogare jurisdictionem Judicis laici in ordine ad cognoſcendas cauſas civiles clericorum. Contra eſt, negatur conſequentia, quia ex eo, quòd poſſit Epiſcopus, vel alius Prælatus eccleſiaſticus jurisdictione quaſi epiſcopali prædicus delegare ſuorum clericorum cauſas civiles, non criminales Judici laico; inde non poteſt inferri, quòd etiam poſſit aſſentiri, ut cletici prorogent jurisdictionem Juditis laici in ordine ad cauſas civiles cognoſcendas: ſiquidem aliud eſt delegare jurisdictionem, & aliud illam prorogace; primum poteſt Epiſcopus in otdine ad laicum, non verò ſecundum, ut deſumitur ex *c. ſignificâſti 18. h. t.* ratio diſcriminis eſt, quia delegans retinet ſibi totam jurisdictionem, & Judex delegatus non proprio, ſed delegantis jure, & authotitate judicat: quia delegatus non agit propcia jucisdictione, ſed jurisdictione ipſius delegantis, adeò nt delegatus ſit ſimplex Miniſter delegantis, cujus authoritate, & jurisdictione operatur: & hæc eſt vera ratio, cur laicus poſſit eſſe Judex delegatus Epiſcopi in cauſis civilibus clericorum, quia illas non cognoſcit, nec judicat, ot laicus, ſed ut delegatus Epiſcopi, cujus vices gerit, adeò nt jurisdictio, quam exercet non ſit ſæcularis, ſed eccleſiaſtica, ſeu jurisdictio ipſius Epiſcopi: at prorogare jurisdictionem Judicis laici in ordine ad cognoſcendas cauſas civiles clericorum eſt transferre jurisdictionem Eccleſiaſticam, in laicum, & illi tribuere jurisdictionem propriè eccleſiaſticam: ſiquidem Judex prorogatus cognoſcit, & judicat cauſas proprio jnre, & authoritate; non ita Judex delegatus, qui non proprio juce, ſed tantùm jnre delegantis cognoſcit, & judicat cauſas; quamobrem, ſi clerici pcorogacent jurisdictionem Judicis laici, illi neceſſariò tribuerent jurisdictionem eccleſiaſticam in ordine ad caoſas clericorum, quas ut laicus jure proprio cognoſceret & judicaret, quod nequit eſſe: quia laicus non eſt capax jurisdictionis eccleſiaſticæ proprio jure exercendæ, ut conſtat ex *c. 2. de judic. c. 2. h. t. in 6.* Tum quia ut ſuperiùs innuimus prorogatio jurisdictionis non poteſt fieri niſi ad ſimilem, adeò ut Eccleſiaſticus non poſſic ptorogare niſi jurisdictionem eccleſiaſticam, non verò ſæcularem. Tum quia prorogatio non ponit, ſed ſupponit jucisdictiunem in eo, cujus jurisdictio prorogatnr, ſeu extenditur: delegatio verò etiam ptivato, & illam non habenti communicat jurisdictionem delegantis, adeò ot in delegato non ſupponatur neceſſariò jurisdictio, quia agit jurisdictione non propria, ſed delegantis, ut deſumitur ex *c. Præterea 5. de offic. Jud. deleg.*

16 Quæritur quintò, ob quas cauſas poſſit Judex competens à partibus litigantibns recuſari. Reſpondetur jure civili ſolam ſuſpicionem ſufficere ad recuſandum Judicem delegatum, & deſumitur ex *c. ſuſpicionis 39. de offic. delegat.* non ita ſufficere ad cecuſandum Judicem ordinarjum, quia

quia ſi adſit ſuſpicio non removetur, ſed illi adjungitur ſocius timoratæ conſcientiæ, vel etiam eccleſiaſticus probus, qui unà cum Judice ſuſpecto cauſam cognoſcat, prout habetur in *authent. ſi verò contigerit C. de judic.* & ibi Gloſſa *V. Judicem*. Rurſus licèt delegatus à Principe, vel alio Judice ordinario ad unam, vel plures cauſas particulares recuſari poſſit, ut habetur in *l. apertiſſimi* 16. & *l. fin. C. de judic.* non tamen Judex delegatus ad univerſitatem cauſarum poteſt ita recuſari, quia hic æquiparatur Judici *l. fin. V. cùm ſpecialis h. t.*

17 Ad recuſandum Judicem delegatum ſuſpectum ex jure civili, ſufficit, ſi ſuſpicio allegetur in genere, & requiritur, quòd recuſans præſtet juramentum de calumnia, ſcilicet, quòd calumnioſè non recuſet Judicem, ſed tantùm ex eo, quòd ſuſpectum ipſum habeat: tunc enim adhibetur juramentum loco probationis, & recuſatione admiſſa arbitri ſtatim procedunt ad cognitionem cauſæ principalis omiſſo articulo ſuſpicionis, ut docet Mynſing. *cent. 3. obſervat. 63. n. 2. & 3.* De jure verò canonico non ſolùm Judex delegatus, ſed etiam Ordinarius tanquam ſuſpectus poteſt recuſari, ac removeri, ut deſumitur ex *c. ſi quis contra 4.* & *licèt 10. in fin. h. t.* & in hoc jure cauſa recuſationis eſt ſpecificè exprimenda in chirographo recuſationis, ut etiam probanda coram arbitris electis, ut ipſi cognoſcant, & judicent, prius ſuper cauſa ſuſpicionis, ut deſumitur ex *c. cùm ſpecialis 6. in princ. tuſ. de appellat.*

18 Cauſæ verò recuſandi Judicem plures exprimuntur in jure, ut ſi Judex cum parte litigante odium, & inimicitias moveat, *c. quod ſuſpectis 15. cauſ. 3. q. 5.* Secundò ſi pars litigans habeat controverſiam judicialem cum Judice, vel ſit illi infenſus, quia ex litibus ſolent malæ affectiones oriri *c. cùm ſuper 23. de offic. delegat.* Tertiò ſi Judex nimia familiaritate, aut ſanguinis neceſſitudine addictus ſit alteri parti litiganti; tunc enim rationabilis videtur oriri ſuſpicio, quòd debeat eidem favere *c. accedens 4. ut lite non conteſtata.* Quartò, ſi Judex ſit Dominus adverſarii, cum quo lis inſtituitur *c. cauſam 18. de Judiciis.* Quintò, ſi ſit ejus ſocius, collega, vel amicus.

19 Sunt etiam in jure aliæ plures cauſæ, ob quas poteſt Judex ut ſuſpectus recuſari, quæ omnes reducuntur ad tres principales; ſcilicet ad cauſam gravis inimicitiæ, quam habet Judex cum parte litigante, vel ad cauſam magnæ affectionis ejuſdem Judicis cum parte adverſa litigante, eo quia ſit ejus conſanguineus, affinis, amicus, familiaris, vel ob ſuſcepta beneficia eidem addictus, vel denique, quia Judex ut privatus ſimilem cauſam habeat cum altero in alio tribunali. Cæterùm ex quacunque cauſa etiam non expreſſa in jure, dummodo gravem, & rationabilem ingerat ſuſpicionem, poteſt Judex recuſari, ut docet Innocentius in *c. cùm ſpecialis 64. n. 4. de appellat.* Cæterùm recuſatio Judicis ſuſpecti proponi debet ante litis conteſtationem *c. inter. 20. de ſent. & re judic.* Limitatur tamen, niſi recèns cauſa ſuſpicionis poſt conteſtationem litis ſuboriatur, & recuſans juret, tunc primùm ad ſuam notitiam pervenisse. Licèt ratione ſuſpicionis gravis, & legitimæ, poſſint Judices in jure canonico tam delegati, quàm ordinarii recuſari, id tamen eſt intelligendum de Judicibus inferioribus, quia Princeps ſupremus, qui alium Judicem ſuperiorem in terris non habet in ſpiritualibus, ut Papa, non poteſt, ut ſuſpectus recuſari, ſicut nec etiam Imperator, aut Rex, quia ab hiſce ſupremis Judicibus non datur appellatio.

Quæritur ſextò, coram quo Judice debeat conveniri clericus, ſi agat contra laicum, à quo petat ſibi reſtitui rem, quam poſſidet, eò quia ad ſuam Eccleſiam pertineat; ſi enim laicus id probabiliter neget, tunc clericus poteſt illum convenire, ſed dubitatur, coram quo Judice: & reſpondetur, laicum eſſe tunc conveniendum coram proprio Judice ſæculari, id enim deſumitur ex *c. ſi clericus 5. h. t.* ubi Alexander III. ſtatuit, ut clericus in ſimili caſu conveniat laicum coram Judice ſuo proprio ſæculari, eò quia actor debeat ſequi forum rei; licèt ex inolita conſuetudine pleriſque in locis contrarium ſit in praxi. Si tamen clericus agens contra laicum petendo ab eo rem Eccleſiæ, vel propriam, demonſtret, talem rem propriè eſſe Eccleſiæ, tunc laicus conveniendus eſt coram Judice Eccleſiaſtico, ſi non neget, rem eſſe Eccleſiæ, vel clerici; ſed tantùm, quòd illam poſſideat, eò quia clericus ſit ejus debitor; quia tunc judicium fertur ſuper re eccleſiaſtica: quando verò non conſtat, rem eſſe Eccleſiæ, vel clerici, & laicus neget, rem illam pertinere ad Eccleſiam, vel clericum, tunc conveniendus eſt laicus coram Judice ſæculari, & valet regula, quòd actor forum rei ſequi debeat, imò etiam quando eſt dubium, an res pertineat ad Eccleſiam, vel clericum, & laicus conventus id neget, & aſſerat eſſe ſuam: tunc etiam convenitur laicus coram Judice ſæculari, quia eſt caſus expreſſus in *c. ſi clericus h. t.* Ratio, cur conveniendus ſit laicus coram Judice Eccleſiaſtico, quando conſtat, rem pertinere ad Eccleſiam, vel clericum, & laicus id non negat, eſt, quia tunc ex rei detentione agitur in dubio, & quaſi adeſt præſumptio injuſtitiæ, & veluti quoddam ſacrilegium, de quo judicare pertinet ad Judicem Eccleſiaſticum. 20

Quòd ſi laicus, tametſi non neget, rem illam pertinere ad eccleſiam, adhuc alleget juſtam cauſam eam poſſidendi, eò quia in fœudum, vel Emphyteuſin ab Eccleſia acceperit, vel conductam poſſideat, tunc ceſſat ratio malæ detentionis, & ſacrilegii. Ex conſuetudine tamen, ubi hæc invaluit, convenitur laicus coram Judice Eccleſiaſtico, etiam quoad cognoſcendas cauſas merè civiles, & profanas, ut deſumitur ex *c. ſi clericus h. t.* ubi Gloſſa aſſerit, hanc conſuetudinem introductam eſſe propter negligentiam Judicum laicorum in exercenda, & exhibenda clericis juſtitia, qua ratione ſummus Pontifex, ſi clerici conquerantur de laicis, eò quia non adminiſtrent juſtitiam ſolet ſupra quacunque cauſa, etiam profana concedere contra laicos reſcriptum ad Judices Eccleſiaſticos, & ita nunc ſervatur ex ſtylo curiæ Romanæ. 21

Quæritur ſeptimò, an quando cauſæ principali ineſt qualitas fundans juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici, poſſit laicus conveniri coram Judice 22

dice Eccleſiaſtico. Reſpondetur affirmativè, quia tunc ratione qualitatis cauſa principalis ſubjicitur juriſdictioni Eccleſiaſticæ: ſi enim clericus laicum conveniat, eò quia ſurripuerit rem eccleſiæ, & ad illam pertinentem; tunc quia qualitas inducit rationem ſacrilegii, & fundat juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici, tametſi de ſacrilegio non conſtet, ſed ſit dubium, eò quia reus neget ſe ſurripuiſſe rem illam, tunc etiam cùm ſit cauſa mixti fori, poteſt laicus conveniri coram Iudice Eccleſiaſtico *c. cùm ſit 8. h.t.* & ibi Innocentius *V. ſacrilegos*; debet tamen actor clericus exprimere in libello, quòd agat contra laicum, tanquam ut ſacrilegum poſſeſſorem rei ad Eccleſiam pertinentis, & debet itidem exprimere furtum, & rapinam, alioquin laicus eſſet conveniendus coram Iudice ſœculari: quia ex eo quòd res, quæ antea pertinebat ad Eccleſiam, repetatur apud laicum non debet præſumi furtum, quia laicus poteſt alio juſto titulo rem illam detinere, ſcilicet ratione feudi, conductionis, emptionis, ut notat Imola in *cit. cap. ſi clericus col. ult.* ſi tamen res à laico poſſeſſa eſſet ſacra, ut calix, vel quid aliud ſimile, tunc eſſet laicus conveniendus coram Iudice Eccleſiaſtico.

23 Quæritur octavò, an laici ſpoliantes Eccleſias juribus ſuis poſſint tanquam ſacrilegi conveniri coram Iudice eccleſiaſtico? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. cùm ſit generale 8. h.t.* ubi Papa Lucius III. reſcripſit Rectoribus Eccleſiarum, poſſe malefactores illos coram Iudice eccleſiaſtico conveniri. Imò non ſolùm ob furtum rei ſacræ, ut calicis, veſtis ſacræ, ſed etiam ob furtum, rapinam, & injuſtam occupationem, cujuslibet alterius rei pertinentis ad eccleſiam, vel alium locum ſacrum, vel pium, cujusmodi ſunt Monaſteria, Xenodochia, conſervatoria puellarum, & alia id genus erecta authoritate Epiſcopi: quia tunc furta, & rapinæ redolent ſacrilegium, ſuntque mixti fori, poſſuntque de illis cognoſcere tam eccleſiaſtici, quàm ſæculares, *c. cùm ſit h.t.* juncta Gloſſa *V. malefactores* ſiquidem cùm hujusmodi bona ſint conſecrata ad Dei cultum, habentur ut ſacra, & eorum violatio cenſetur ſacrilegium, ut colligitur ex *c. nulli 3, cauſ. 12. q. 2. c. ſacrilegium 4.* Conſuetudo tamen plerisque in locis invaluit, ut hujusmodi furta ſi commiſſa ſint à laicis, iſti conveniantur coram Judice ſæculari, qui cognoſcat, & judicet ſuper tali furto, & puniat: quinimò in quibusdam locis etiam uſus invaluit, ut Iudex ſæcularis cognoſcat ſuper furto calicis in eccleſia commiſſo à laico, tametſi furtum expreſsè ſit ſacrilegium. Verùm hæc praxis improbanda omninò eſt, eò quia adverſetur juri canonico, ut deſumitur ex *c. cùm ſit h.t.* ubi ſacrilegia cognoſcuntur tantùm, & judicantur à judice eccleſiaſtico.

24 Quæritur nonò, quales ſint cauſæ mixti fori, ratione quarum laici poſſunt conveniri coram Judice eccleſiaſtico. Ex cauſis aliæ ſunt merè eccleſiaſticæ, aliæ merè civiles, & aliæ mixtæ, quatenus participant de utraque cauſa eccleſiaſtica, & civili. Cauſæ eccleſiaſticæ dicuntur, quæ verſantur circa materiam propriè ſpiritualem, & quarum cognitio pertinet ad ſolum Iudicem eccleſiaſticum, tametſi cauſa hæc ſeu crimen ſit in laico, ut eſt hæreſis, ſuper qua Iudex ſæcularis non cognoſcit, ſed ſolùm exequitur ſententiam ad petitionem Iudicis eccleſiaſtici, ut notat Abbas in *c. cùm ſit 8. n. 19. h. t.* Cauſæ merè civiles ſunt, quæ verſantur circa materiam civilem, & politicam, & earum cognitio pertinet ad forum ſæculare, ut cognoſcere ſuper furto rei profanæ, homicidio hominis laici. Cauſæ mixtæ, de quibus poteſt cognoſcere uterque Iudex eccleſiaſticus & ſæcularis, ſunt quæ utroque jure civili, & canonico prohibentur, eò quia non ſolum ſtatui politico, & civili, ſed etiam ſupernaturali fini reipublicæ eccleſiaſticæ, ac religioni ſpecialiter adverſentur.

Reſpondetur, cauſas mixti fori, in quibus datur locus præventioni, adeò ut laicus poſſit conveniri tam coram Iudice eccleſiaſtico, quàm ſæculari, plures eſſe, ut adulterium, quo peccatur contra matrimonium, quod eſt unum ex ſeptem ſacramentis, quòd ſi agatur de ſeparatione thori propter adulterium, tunc de eo ſolus Iudex eccleſiaſticus cognoſcit. Secundò uſura, præſertim ſi dubitetur, an contractus aliquis ſit uſurarius, & tunc de illo ſolus Iudex eccleſiaſticus cognoſcit. Tertiò, blaſphemia, ut deſumitur ex *c. 2. de maledic.* quòd ſi blaſphemia ſit hæreticalis, ſeu cum hæreſi, aut infidelitate juncta, tunc cognoſcere ſuper hoc crimine ad ſolos pertinet fidei inquiſitores. Quartò perjurium, ut notat Abbas in *c. cùm ſit n. 21. h. t.* quia blaſphemia, & perjurium tendunt contra Deum ſupernaturaliter, & ex fide nobis cognitum, proinde cenſentur crimina juncta cum gravi contemptu Chriſtianæ religionis, proinde pertinet ad Iudicem eccleſiaſticum perjurium tollere, ac punire. Quintò ſortilegium, ac divinatio, ſeu magia illicita: ſiquidem eſt crimen eccleſiæ perniciosum ob adjunctum, quod habet, fidei periculum, ac Dei irreverentiam, & indignam frequenter rerum ſacrarum tractationem. Sextò ſacrilegium. Septimò nefandum crimen. Octavò crimen falſi, ſeu falſatio literarum Apoſtolicarum, ut deſumitur ex *c. ad falſariorum 7. de crimine falſi.* Hæc autem crimina dicuntur eſſe mixti fori in ordine ad laicos tantùm, quia in clericis ſuper iiſdem ſolus Iudex eccleſiaſticus cognoſcit, & punit. Rurſus intelligitur in ordine ad Chriſtianos, quia infideles, cùm non ſint baptizati, non ſubjiciuntur poteſtati eccleſiaſticæ, proinde nec poſſunt puniri, nec judicari à Prælatis Eccleſiæ niſi indirectè, quareous Eccleſia prohibet Chriſtianis, ne cum talibus infidelibus contractus ineant, & commercium habeant, priusquam ſatisfaciant injuriam paſſis, ut deſumitur ex *c. poſtulaſtis 14. de Judæ.*

Romæ autem quia Iudæi ſunt ſub juriſdictione Magiſtratus eccleſiaſtici, ab eccleſiaſticis puniuntur eorum crimina, ut notat Farinacius *l. 1. tit. 3. q. 20. n. 41.* Rurſus id intelligitur in quæſtionibus facti, non juris, quia ſi in judicium veniat ſpiritualis quæſtio juris pertinens ad juſtitiam, obligationem, aut valorem actûs, nimirum an talis contractus licitus ſit, nec ne? num talia verba prolata blaſphemiam contineant? num res illa ſit magis naturalis, vel ſuperſtitioſa? in hiſce omnibus cognitio ad ſolum eccleſiaſticum perti- 26

net,

net, quia hujuſmodi quæſtiones propter annexam ſpiritualitatem, & peccandi periculum examinantur à jure canonico, & juxta illud deciduntur. Sin verò accidat quæſtio facti, quia conſtet contractum eſſe quidem uſurarium, ſed dubium ſit, an Paulus re ipſa, talem contractum inierit, tunc de illo poteſt etiam principaliter uterque Judex Eccleſiaſticus, & ſæcularis cognoſcere, punire, ac adigere ad reſtitutionem; & inter hos
27 Judices datur locus præventioni.

Quæritur decimò, an ſi reus criminis mixti fori ſit abſolutus, ac dimiſſus à Judice unius fori, poſſit adhuc judicari, ac puniri à Judice alterius fori? Reſpondetur affirmativè, ſi poſt dimiſſionem factam ab uno Judice, à quo alius præventus fuit, adhuc ſecundùm allegata, & probata deprehendatur nocens, tunc enim ab altero Judice poteſt condemnari, ac puniri. Ratio eſt, quia poteſtates eccleſiaſtica, & ſæcularis ſunt omnino diſtinctæ, ac ſeparatæ; & poſſunt ſeorſim, ac independenter una ab alia cognoſcere ſuper cauſis; adeo ut ſententia abſolutoria lata in judicio unius fori non pariat exceptionem rei judicatæ in altero foro, ut notant communiter juriſperiti Covarr. *l. 2 Reſol. c. 10. n. 6.* Clarus *in pract. criminal. §. fin. quæſt. 51. n. 11.* Hinc ſi Judex fori eccleſiaſtici pœnam tantùm canonicam excommunicationis, vel alterius cenſuræ reo inflixit; non prohibetur Judex fori ſæcularis pœnam propriam ſui fori reo inferre, ſcilicet corporalem, vel pecuniariam, ut docet Farinacius in *praxi criminal. l. 1. tit. 3. q. 20. n. 39.* Ruſſus ſi Judex fori eccleſiaſtici reum puniat longè leviori pœna, quàm mereatur delictum, ſive id fecerit ex ignorantia juris, vel facti, vel quia noluit in homicidio clerici cognoſcere de toto delicto, ſed tantùm judicare, ac punire qualitatem ejuſdem, ſeu ratione ſacrilegii, non verò ipſum homicidium, in hoc caſu Judex fori ſæcularis poteſt iterum in ſuo foro ſuper cauſa illa cognoſcere, & reum judicare, ac punire, ut deſumitur ex *c. fin. §. hoc quoque de pœnis in 6.* Secus ſi reus in uno foro fuerit totaliter, & condignè punitus, pro patrato crimine; adèo ut nulla fraus interceſſerit, non poteſt in altero foro iterum de eodem crimine judicari, ac puniri, quia id adverſatur æquitati; & juriſdictio eccleſiaſtica, & ſæcularis, licèt ſint diverſæ, ſe tamen invicem juvant, ut una alteri conſentiat, prout æquitas videtur exigere *arg. c. 1. de novis. oper. nuntiat.* & communiter juriſperiti

28 Cæterum ſi Judex eccleſiaſticus præventus ſit in crimine mixti fori, ut in furto rei ſacræ, in quo judicialem habet cognitionem etiam contra laicos: non ſolùm poteſt contra reum procedere ad cenſuras, verùm etiam illum citare, capere, in carcerem detrudere, judicare, condemnare, ac pœna pecuniaria mulctare, ut docent communiter juriſperiti Covarr. *quæſt. pract. c. 10. n. 5.* Fel. *in c. cùm ſit 8. n. 10. h. t.* alioquin ſi Judex eccleſiaſticus non poſſet reum perſonaliter punire eum adigendo ad ſatisfactionem, inefficax, & illuſoria eſſet ejus juriſdictio: quia non ſortiretur ſuum effectum totalem.

29 Quæritur undecimò, an in cauſa mixti fori teneatur Judex litem decidere juxta leges, & conſuetudines proprii fori, vel teneatur procedere juxta leges fori ipſius Rei. Reſpondetur quoad præparatoria, & ordinatoria judicii eſſe ſervandas leges, & conſuetudines loci, in quo juriſdictio exercetur, ſeu agitatur cauſa, ſive controverſia orta ſit inter duos laicos, vel inter clericum, & laicum, & hanc eſſe regulam generalem tradit Imola *in c. quod clericis 9. n. 2. h. t.* Ratio eſt, quia ſtatuta pertinentia ad modum procedendi quoad præparatoria, & ordinatoria judicii non concernunt perſonam, ſed ipſam cauſam, quæ ſubjicitur tali foro, ut notat Gloſſa in *clement. 2. V. uſuris de judic.* ubi ait, ſummum Pontificem non tollere judicialem ordinem, niſi quoad ſuum forum: hinc ſi clericus actor ſuum adverſarium laicum conveniat coram Judice fori ſæcularis, quoad libelli oblationem, præſtationem cautionum, obſervationem feriarum, tempus inſtantiæ, & appellationem, ſequi debet modum præſcriptum in foro civili, ut etiam è contra ſi actor laicus reum clericum conveniat coram Judice fori Eccleſiaſtici, ut notat Abbas in *c. quod clericis 9. num. 10. h. t.*

Quamobrem licèt juxta leges civiles ante ſen- 3
tentiam definitivam non liceat appellare, nihilominus quia in jure canonico licitum eſt appellare etiam à ſententia interlocutoria, dummodo legitima, ac rationabilis cauſa ſubſit *c. ut debitus 59. de appellat.* ſequitur, quòd etiam laicus poſſit appellare ſi contra clericum coram Judice Eccleſiaſtici fori litiget: ut etiam clericus poteſt appellare à quolibet gravamine, eò quia in præparatoriis, ſeu ordinatoriis judicii ſervanda ſunt ſtatuta illius fori, in quo cauſa cognoſcitur, ut notat Abbas in *c. quod clericis n. 10.* Imò etiam in deciſoriis cauſæ, ſeu in iis, quæ pertinent ad ejus deciſionem, ſi clericus conveniat laicum coram Judice fori ſæcularis, tenetur Judex definire ſecundùm ſtatuta, leges, & conſuetudines ſui fori ſæcularis, dummodo exemptioni clericorum, ac libertati Eccleſiaſticæ non adverſentur: quia clerici debent ſe accommodare legibus, & ſtatutis locorum, in quibus agunt contra ſæculares, vel contrahunt cum ipſis: ſiquidem tunc debent conſuetudines diſponentes de forma, & ſolemnitate contractùs, qui celebratur in tali loco, ſervare, eò quia laicis ejuſdem loci non ſit licitum aliter contrahere etiam cum ſubditis extraneis, niſi ſecundùm locales conſuetudines diſponentes de forma, & ſolemnitate contractùs: undè etiam ipſi clerici tenentur in contractibus ineundis, eaſdem conſuetudines, & leges diſponentes de forma, & ſolemnitate contractùs ſervare, quia contrahentium par eſt conditio, ut notat Abbas in *c. Eccleſia 10. n. 43. de conſtit.* & id procedit in omnibus cauſis, etiam ſi clericus in foro civili agat contra laicum petendò legata ſibi relicta ex teſtamento imperfecto, ſeu minus ſolemni.

Quòd ſi Eccleſia, vel locus pius ageret contra 31
laicum in foro ſæculari petendo ab ipſo ſibi legata ex teſtamento minùs ſolemni, tunc judicium non eſſet ferendum ſecundùm leges civiles, ſed ſecundùm jus naturale, & canonicum: quia cauſæ piæ pertinentes ad Eccleſias, xenodochia, & alia loca pia ſunt privilegiatæ, & exemptæ, adeo ut nulla lege civili, quæ cum non ſit ſuper jus naturale gentium, reſtringi debeant.

32 Videtur tamen contra hactenus dicta obſtare textus in *c. quod clericis 9. h. t.* ubi Cœleſtinus III. injungit Prælatis eccleſiaſticis, quòd ſi clerici in cauſis civilibus habeant controverſiam contra aliquos, vel aliqui contra ipſos decidantur lites ſecundùm jus canonicum. Verùm huic objectioni variè occurrunt iuriſperiti Gloſſa in *eod. c. Quod clericis V. aliquos* aſſerit, ibi litem fuiſſe da cauſa ſpeciali, quæ per ſpeciale privilegium conceſſum univerſitati Pariſienſi debuit iudicari iuxta leges canonicas. Alii dicunt, præfatum textum eſſe ita intelligendum, quatenus ius cauonicum approbans leges civiles honeſtas, & rationabiles, & non repugnantes libertati eccleſiaſticæ, præcipit easdem obſervari etiam à clericis, adeo ut Judex eccleſiaſticus adigat partes coram ſe litigantes ad obſervantiam talium civilium legum, ut notat Layman in *cit. c. quod clericis h. t. n. 3.* Barboſa *in collect.* hic *n. 5.* ait, diſpoſitionem præfati textus non eſſe intelligendam de laicis, qui conveniuntur à clericis, ſed de cauſis clericorum inſtitutis contra alios clericos, adeo ut ſenſus ſit, quòd non tantùm cauſæ criminales, ſed etiam civiles coram eccleſiaſtico Judice tractari debeant, & ſecundùm ius canonicum decidi: adeo ut citatus textus loquatur de Judice eccleſiaſtico, qui iudicat inter clericos tam actores, quàm reos, cui præcipitur procedere, & iudicare ſecundúm ius canonicum. Alii etiam reſpondent, in præfato textu ſtatui, quòd Judex eccleſiaſticus indiſtinctè in cauſis tam civilibus, quàm crimi nalibus poſſit cognoſcere ſuper cauſis laicorum, & ipſos iudicare, ubi Judex eccleſiaſticus habet etiam ſibi annexam iurisdictionem temporalem.

33 Quæritur duodecimò, quinam ſint Judices competentes in cauſis feudalibus. In hac quæſtione attendenda potiſſimum eſt locorum conſuetudo, quia ius feudale præſertim circa competentiam fori, varium eſt, & regitur iuxta diverſas conſuetudines locorum *arg. text. in princ. & §. 1. de leg. Corad.* Cæterum de iure communi, & iuxta opinionem generatim receptam reſpondetur, in cauſis feudalibus Judices competentes eſſe Domioos feudorum, vel ordinarios, aut pares curiæ, vel etiam arbitros. Si controverſia oriatur inter duos vaſallus eiusdem domini, adeo ut unus petat partem feudi, quam alter poſſidet, tunc Judex competens in ordine ad hanc controverſiam dirimeodam eſt ipſe dominus, ad quem pertinet feudum, ut deſumitur ex *c. 1. §. Præterea de prohibita feudi alien.* & ſi dominus feudi aliquo ſit impedimento detentus, vel ſit impubes, vel non ſui compos, tunc Judices competentes ſunt eius tutores & curatores, ut notat Schrader. de *feud. p. 10. sect. 4. num. 54.* Neque relevat, an dominus, vel vaſallus ſit clericus, aut laicus, quia in cauſis feudalibus etiam clericus coram domino feudi convenitur, & tenetur reſpondere *c. ex transmiſſa h. t.*

34 Sin verò Dominus rogatus negligat iuſtitiam adminiſtrare, vel nolit, vel etiam deprehendatur ſuſpectus à parte litigante, tunc reus convenitur coram ſuperiore domini feudi, & ſi reſpectu domini feudi non ſit ſuperior, cauſa devolvitur ad ordinarium. Non tamen deſunt, qui cenſeant dominum, & pares curiæ tanquam ordinarios Judices in cauſis feudalibus non poſſe recuſari, ſed tantùm illis eſſe adiungendos alios viros probos, qui ſimul iudicent *arg. authent. ſi verò C. de judic.*

35 Verùm ex iure canonico, & iuxta æquitatem, quando Judex tam ordinarius, quàm delegatus deprehenditur ſuſpectus, poteſt recuſari, ut conſtat ex *c. cùm ſpeciali*, & notat Schrader *p. 10. sect. 1. num. 63.* Quòd ſi onus Vaſallus conveniatur ratione plurium fœudorum pertinentium ad diverſos dominos, tunc cum fœuda illa ſint dividua, ac ſeparabilia debent tot controverſiæ inſtitui, & lites, quot ſunt feuda, & quodlibet fœudorum debet cognoſci peculiari actione à Domino proprio illius fœudi, adeo ut tunc adeundi ſint ſinguli domini illorum fœudorum; id enim videtur conſonum æquitati, ut quilibet dominus cognoſcat ſuper ſuo fœudo. Cenſent tamen aliqui, tunc litem eſſe dirimendam à Judice ordinario. Sed prior ſententia eſt æquitati magis conſona. Si lis inſtituatur inter Vaſallum, & extraneum, vel inter dominum, & extraneum, eò quia extraneus fœudi dominium abſolutum petat, tunc cognitio cauſæ devolvitur ad Judicem ordinarium, ut deſumitur ex *c. un. de controverſ. inter Vaſall. & alium.* Sin autem dominus ſit etiam ordinarius Judex loci, tunc ne ſit Judex in propria cauſa adeundus eſt Judex ſuperior.

36 Sin verò lis oriatur inter dominum, & Vaſallum, tunc adhibenda eſt diſtinctio: vel enim agitur de re ipſa feudali, eiúsque proprietate, eò quia Vaſallus neget rem illam eſſe fœudalem; vel agitur de iure aliquo accidentali, quatenus Vaſallus negat domino ſervitia, vel aliam litem, ut Vaſallus, inſtituit agendo contra dominum de evictione feodi, negátque fœudum eſſe commiſſum. In priori caſu Judex competens eſt ordinarius, ad quem pertinet cognoſcere, & iudicare ſuper re controverſa: in poſteriori autem caſu Judices competentes ſunt pares curiæ, hoc eſt alii vaſalli, qui ab eodem domino feuda obtinent, iſti enim debent præſtare iuramentum de rectè iudicando, niſi hoc iuramentum ab initio præſtiterint cum iuramento fidelitatis. Quòd ſi pares curiæ non adſint, tunc cauſa devolvitur ad Judicem ordinarium, vel ad arbitros, qui ex conſenſu partium compromittuntur; ad ipſos enim pertinet litem terminare. Eodem pacto actio perſonalis, quâ agitur ex ſtipulatu de feudo quidem promiſſo, ſed nondum tradito, agitanda eſt coram ordinario, quia ante inveſtituram actor nondum dicitur Vaſallus, proinde non cenſetur habere pares, ut notat Gloſſa in *c. 1. de inveſtituris.*

37 Cæterum, quando controverſia devolvitur ad pares curiæ, non eſt neceſſe, ut omnes pares ſimul iudicent, ſed tantùm illi, quos dominus, & Vaſallus ad iudicandum eligunt, Dominus enim unum eligit, & Vaſallus alterum, vel etiam plures, prout ipſis magis libuerit, ut deſumitur ex *c. de controver. apud pares curiæ.* Ruſsus neq; Vaſalli, qui eliguntur ad litem dirimendã, neceſſe eſt, ut ſint in eodem ordine cum Vaſallo litigante, adeo ut ſi iſte ſit comes, debeant etiam pares iudica-

Digitized by Google

dicatori eſſe comites, ſed ſufficit, ſi ſint Barones, vel etiam inferiores, dummodo ſint Vaſalli, quia jura feudalia hac in re non diſtinguunt, ut notat Panormitan. in *c. cæterùm de judic.* Rurſus quia tam dominus, quàm pares curiæ in cauſis feudalibus ſunt Judices Ordinarii, poſſuntque cauſas feudales delegare; ideò ſolent conſtituere Judicem delegatum, ſeu Vicarium, qui ſuper cauſis feudalibus cognoſcat, & judicet; & ad id Principes Germaniæ adhibent etiam Conſiliarios, qui tam ſuper allodialibus, quàm feudalibus cognoſcant, & judicent, ut notat Schrader *p. 14. ſect. 4.* Appellatio in cauſis feudalibus interponitur gradatim. Primò, ad ſuperiorem dominum feudi, & ſi hic non adſit ad ordinarium, ut liquet ex *c. ſancimus*, etſi Epiſcopus, vel alius Prælatus Eccleſiæ nolit cognoſcere, appellatio fit ad Imperatorem tanquam ſupremum feudi dominum, ut notat Mattha *de jur. p. 4. q. 194.*

38 Quæritur tertio decimò, qualiſnam ſit Judex adeundus, ſi controverſia oriatur de ipſa fori competentia. Super hac quæſtione videntur adeſſe pugnantes textus, ſiquidem in *l. ſi quis ex alienis ff. de judic. l. 2. ff. ſi quis in jus c. ſuper litt. de reſcript.* ponitur tanquam regula generalis, quòd quilibet Judex, ſive Ordinarius, ſive delegatus cognoſcere poſſit, an ſua ſit juriſdictio. E contra in *l. C. ne quis in ſua cauſa judic.* habetur hæc alia regula contraria primæ, ſcilicet neminem eſſe in propria cauſa Judicem. Quamobrem ne jura juribus contradicant, & ut ſatisfiat quæſito, reſpondetur, priorem regulam tantum locum habere circa juriſdictionem in cauſis particularibus, in quibus cognoſcendis plus oneris, quàm commodi hauritur. Quòd ſi agatur de intereſſe pecuniario Judicis, vel de totali fundamento juriſdictionis, ut ſi quæratur, an certus diſtrictus pertineat ad juriſdictionem Judicis, & litigium ſit inter duos Judices, adeò ut ambo non tam Judicis, quàm partis vices obeant, tunc poſterior regula prævalet contra primam; quia nemo tunc eſt judex in propria cauſa ob nimiam affectionem in rem propriam, ſive Judex litem inſtituat contra alium Judicem, ſive non Iudicem, ſemper debet hic convenire coram alio Judice ſuperiore, ne Iudex inferior in cauſa propria ſit ſimul pars, & Iudex.

39 Quòd ſi Iudex ſuperior contra jus commune juriſdictionem exerceat, tunc ſi citatio facta ſit contra jus commune notorium, & regulare, vel contra privilegium clauſum in jure, quale eſt illud clericorum *c. ſi diligenti de for. compet.* non tenetur citatus comparere *l. fin. ff. de juriſdic.* Sin verò citatio ſit contra ipſum privilegium ſpecialiter impetratum, vel contra exceptionem partis, tunc citatus tenetur tantum comparere, ut privilegium ſuum exhibeat, & exceptionem producat declinatoriam fori, ut deſumitur ex *c. cùm perſonis de privil. in 6. l. ſi quis ex alien. ff. de judic.* Sin autem Judex nolit acquieſcere, & pars gravetur, tunc datur recurſus ad proprium Iudicem, ut ſuam juriſdictionem contra alterum incompetentem defendat: vel datur provocatio ad ſuperiorem, & etiam actio injuriarum contra turbantem alienam juriſdictionem, ut deſumitur ex *l. inter Magiſter 20. ff. de injur.* [illegible]

Quæritur quartodecimò, an Judex ſæcularis poſſit capere eccleſiaſticos, & religioſos impedientes, ac reſiſtentes juriſdictioni laicali? Reſpondetur, Iudicem ſæcularem in cauſis, quæ non ſunt mixti fori, non eſſe Judicem competentem clerici, vel religioſi, proinde non poſſe procedere contra perſonam, nec contra res clerici, quia bona acceſſoria cenſentur eſſe perſonæ, quapropter Judices laici non poſſunt punire clericos delinquentes etiam in officio ſæculari pœna pecuniaria. Tum quia hujuſmodi pœnæ pecuniariæ juxta conſuetudinem ſaltem pro aliqua parte ſolent applicari fiſco; & ratione talis applicationis cauſa fit criminalis juxta Gloſſam in *l. 1. ff. de ſequeſt. viol.* & per Bullam cœnæ nullo modo poſſunt laici cauſam criminalem eccleſiaſticorum cognoſcere, quidquid dicant in contrarium nonnulli juris conſulti aſſerentes, in multis caſibus poſſe clericos à Judice laico puniri pœna pecuniaria, aut in ejus bonis; etenim eò ipſo quòd perſona eſt exempta, ſunt etiam exempta ejus bona, quia principale trahit ad ſe acceſſorium. Hinc clerici legum civilium violatores non poſſunt puniri à Judice laico, tametſi clerici teneantur ſervare leges civiles in iis rebus, quæ ſpectant ad regimen civitatis, & ſtatui clericali non repugnant, nec ſacris canonibus: quia ad obſervantiam talium legum non tenentur directè, ſed tantùm indirectè, & non vi coactiva, ſed tantùm directiva: proinde ſi clerici tranſgrediantur tales leges, non ſunt puniendi à Iudice ſæculari, cùm hic non ſit Iudex competens clericorum, ſed conveniendus eſt coram Iudice eccleſiaſtico. Neque à clerico poteſt Iudex ſæcularis exigere pœnas impoſitas ab ipſa lege, quia ut notat Suarez de *leg. lib. 3. c. 4. num. 17.* major coactio fit clerico, quando abſque alia controverſia judiciali exigitur ab ipſo pœna impoſita à lege. 40

Quæritur quintodecimò, quinam ſit Iudex adeundus in cauſis feudalibus agitatis inter vaſallos, clericos, & laicos? Reſpondetur, adeundum tunc eſſe Dominum directum, ut paulò ſuperiùs innuimus: quia is eſt Iudex competens ſuper jure feudi, ſive hoc ſæculare ſit, ſive eccleſiaſticum, dummodo Dominus feudi poſſit, ac paratus ſit juſtitiam adminiſtrare, & deſumitur ex *c. ex tranſmiſſa 6. h. t.* ubi Papa hac ſuper re conſultus reſpondit Epiſcopo Trecenſi: *Per Dominum feudi cauſam jubeas terminari: & ſi ipſe malitiosè diſtulerit, tu ei debitum finem imponas.* Hoc idem etiam declaratur in *c. verum 7. h. t.* adeò ut Dominus feudi poſſit hujuſmodi cauſas etiam coram Iudice Eccleſiaſtico agitatas ad ſe avocare, etiam ipſis partibus invitis, ut colligitur ex *d. cap. ex tranſmiſſa 6. huj. tit.* quiſque enim coram proprio Iudice conveniri debet, & ex regula generali in jure actor ſequitur forum Rei *c. cùm ſit generale 8. h. t.* Dominus autem feudi eſt Iudex proprius, & ordinarius ſuorum Vaſallorum quoad cauſas feudales; ſiquidem habet juriſdictionem ordinariam ex uſibus feudorum, & lex hanc juriſdictionem illis concedit reſpectu cauſarum, quæ feuda concernunt *c. Imperialem lib. 2. feud. tit. 55. de prohibita feudi alienatione per Frideric. §.* 41

fin. ibi : *Præterea ſi inter duos Vaſallos de feudo ſit controverſia, domini ſit cognitio, & per eum controverſia terminetur.* Id autem procedit, ſive intec duos Vaſallos agatur in petitorio de propcietate ipſius feudi, ſive de poſſeſſorio, ſeu de ſola feudi poſſeſſione, ut notat Julius Clarus in §. *feudum q. 90. V. quæ quidem* & Barboſa *lib. 1. jur. eccleſ. univerſ. c. 39. §. 2. num.* 132.

42 Imò procedit etiam ceſpectu eccleſiarum, & clericorum habentium feudum à laico Principe, vel alio Domino, adeò ut ſnper cauſa feudali etiam Clericus conveniendus ſit coram Domino feudi, & non coram Epiſcopo, nec coram Iudice ocdinario loci, in cujus territorio ſitum eſt feudum, & deſumitur ex *c. ex transmiſſa 6. c. verùm 7. h. t.* ex quibus clarè deſumitur, conſuetudines, ac leges feudorum, quia fendis adnectuntur ab initio, locum habere etiã in accleſiis, & eccleſiaſticis perſonis, quæ pcoinde ratione faudorum ſubjiciuntur Domino ſæculari, & directo eorundem; domini enim, à quibus Eccleſiaſtici feuda acceperunt, ſempec cetineut dominium directum in hujusmodi feuda; & perſonas eccleſiaſticas, quæ ea ſuſceperunt, & juramentum fidelitatis iisdem pcæſtitère. Hinc quamvis eccleſiæ, & perſonæ eccleſiaſticæ gaudeant privilegio fori, & cegulariter non poſſinc conveniri niſi cocam pcoptio Epiſcopo; excipiuntur tamen cauſæ ſeudalea, in quibus perſonæ eccleſiaſticæ non quidem viriute legis, ſed ex appcobatione univerſalis Eccleſiæ ſubjiciuntuc quoad cognitionem earundem cauſarum dominis directis ſeudorum : idque ne Eccleſiæ, & Clerici careant emolumentis, quæ ex feudis ſæcularibus percipiunt, ut notat Abbas in *c. cæterùm 5. n. 6. de judiciis.* Tum quia feude ſub ea conditione conceduntur, ut ea cecipientea fiant Vaſalli coocedentis, & fungantur jure pcivatorum: hinc quando clericus à Principe ſæculari accipic feudum, fit ejus Vaſallus, & fungitur juce privati, non tamen inde ſequitur, ſtatum clericalem ſubjici laicali, quia quando clecicus ſuper cauſa feudali convenitur cocamdomino dicecto feudi, non convenitur ut clecicus, ſed ut Vaſallua ratione feudi domini directi, qui licèt ſit laicus, noo tamen procedic contra clericum, & contra perſonam eccleſiaſticam, ſed præcisè ut contra ſuum Vaſallum, Marchionem, Comitem, Barouem. Hinc inolevit etiam conſuetodo, ut convaſelli incer ſe litigantes, ſive alter ſit clericus, & alter laicus, debeant adire dominum directum feudi, imò hæc conſuetudo eſt de natura ipſius fendi, cui ab origine fuit añexa *d. c. Imperialem §. quoniam de prohibita feud. alienat. per Frideric. lib. 2. feud.* Verùm id procedit, dummodo Dominus ſendi paratus ſit juſtitiam miniſtrara; quia ſi malitiosè detrectarec fungi ſuo officio, & in miniſtranda juſtitia negligens eſſet, vel impotens, tunc in defectum Domini feudi jucisdictio devolvitur in alium *c. Ex transmiſſa 6. h. t.*

43 Si quæras, quis ſit illa Iudex, qui in defectum domini directi, ſeu feudi adiri debeat? Reſpondetur, eſſe Iudicem ordinarium Rei, qui convenitur, ut habetur in *c. Imperialem lib. 2. feudor. tit. 55. de prohibita feud. alienat. per Frideric.* cui conſonat textus in *c. ex transmiſſa 6. h. t.* & in *c. ſignificavit 6. de offic. ordin.* obi ob negligentiam, vel malitiam delegati, Index Ordinarius dicitur pcocedere: & ratio ex eo etiam deſumitur, quia res pcomptiùs ad primævam ſuam revertuntuc naturam *l. ſi unus §. pact. ne peteret ff. de pact.* verùm id procedit, quando dominus feudi detrectans adminiſtrare juſtitiam, non habet ſuperiorem in feudo: quia ſi hunc habuerit, tunc vaſellus actor debec ceum trahera ad hunc ſuperiorem, ut notat Gloſſa in *d. c. Imperialem §. præterea.* Tum quia pertinet ad ſuperiocem ſupplere negligentiam inferiocis: quoties enim inferior negligit adminiſtrare juſtitiam, jus devolvituc ad proximè ſuperiocem, ne ſubditi ex dilatione adminiſtratæ juſtitiæ damnum patiantuc.

Quòd ſi Clericus ob patratum crimen puniendus ſit pœnâ privationis feudi; tunc de tali crimine non poteſt cognoſcera Dominus feudi, ſi ſit ſæcularis, ſed ejus cognicio pertinet ad Iudicem eccleſiaſticum clerici delinquentis, ſeu Rei, ut docent communitec Canoniſtæ præſertim Abbas in *c. verùm 7. num. 17. h. t.* Barboſa *lib. 1. jur. eccleſ. univerſ. c. 39. §. 2. num. 135.* quia de omni crimine clericus quamvis Vaſallus non debet conveniri niſi cocam Iudice eccleſiaſtico *c. Clerici 8. de judic.* nbi reprobatur quævis inducta conſuetudo in contrarium: unde ſi agatuc contra clericum Vaſallum criminaliter non civilirer, ſed ſuper crimine ad amiſſionem feudi: ut an clericus ſit ceus proditionis, vel alterius delicti, cui ſic adnexa pœna pcivationis feudi; non poteſt de tali crimina cognoſcere Dominus feudi, ſi ſit ſæcularis, nec alius Iudex laicus, ſed cognitio talis delicti pertinet ad proprium Iudicem Eccleſiaſticum clerici Rei. Neque obſtat, quòd Iudex ſæcularis poſſit cognoſcere ſuper delictis trahentibus poſt ſe feloniam, ut ſi Vaſallus omittat petere inveſtituram tempore ſtatuto, vel ſi feudum irrequiſito Domino alienet: vel ſi Domino periculum non denuntiet, vel illi non ſuccurrat. Nam hæc non tam ſunt delicta, quàm cauſæ privationis feudi deſcendentes ex contcactu ſeudali, & quia hujusmodi cauſæ nonniſi impropriè dicuntur delicta, ideò poteſt de iisdem Iudex laicus cognoſcere, quia principale trahit ſecum ſuum acceſſorium, unde conſentiens in contractum feudi cenſetur etiam conſentire ex conventione in ea, quæ lequuntur ad feudum, ut acceſſoria ejusdem. Hinc patet ratio diſcriminis, cur non poſſit Iudex laicus cognoſcere de criminibus, ſeu delictis propriè dictis à Clerico Vaſallo patratis, cujusmodi ſunt, quæ adverſantur juri naturali divino, & Eccleſiaſtico; & quæ non ſe habent acceſſoriè ad feudum. 44

Cæterùm ſi Iudex Eccleſiaſticus condemnet clericum Vaſallum Domini laici de crimine, ob quod ſit clericus privandus feudo, poteſt tunc Dominus directus laicus, ſi velit privare clericum feudo: non ita ſi clecicus Vaſallus à ſuo Iudice Eccleſiaſtico fuerit à crimine eidem objecto abſolutus, ut notat Ioannes Andreas in *c. verùm 7. num. 4. huj. tit.* ubi citat 45

Ioane

Innocentium, & alios, quia Dominus directus feudi, ſi laicus ſit, defectu juriſdictionis in Eccleſiaſticos non poteſt cognoſcere ſuper crimina clerici, ſed ejus cognitio ad ſolum pertinet Judicem Eccleſiaſticum: quo fit, ut privatio feudi ob crimen ſit regulanda juxta ſententiam Judicis Eccleſiaſtici. Imò licèt Dominus feudi, ſi laicus ſit, poſſit ſententiam exequi Judicis Eccleſiaſtici; non tamen, ſi clericus Vaſallus ei reſiſtat, poteſt in hunc manus injicere, nec vi à poſſeſſione feudi eum repellere, quia ex vi feudi non habet juriſdictionem in clericum, quem propterea poteſt tantùm aliis mediis compellere, ut terrore armorum, vel etiam colonos detinentes feudum pro ipſo clerico vi repellere: alioquin ſi clericus per ſe poſſideat feudum, & nolit illud relinquere, tunc per eundem Judicem Eccleſiaſticum compellendus eſt ad relinquendum feudum, ut notat Abbas in *d. c. verùm 7. num. 23. & ſeq. h. t.* Hoc autem procedit, quando feudum non eſt Eccleſiæ, quia tunc delictum perſonæ non debet redundare in detrimentum Eccleſiæ, cui eſt feudum adnexum, quia cùm Eccleſia non peccaverit, nec eſt punienda tali privatione: unde ad ſummum privatur feudo, quamdiu vixerit clericus Vaſallus criminoſus, adeò ut hoc demortuo revertatur feudum ad Eccleſiam, cui adnectitur; ut ſucceſſor in tali beneficio feudum recuperet, ut habetur in *lib. 2. de feud. tit. 40. de capitulis Corradi §. fin.*

46 Sin verò clericus Vaſallus litem habeat cum extraneo non Vaſallo; tunc ſi lis ſit ſuper cauſis feudum non concernentibus, cujuſmodi ſunt actiones tum civiles, tum criminales à feudo independentes, Dominus feudi de illis non judicat, ſed Judex Ordinarius Rei conventi, quia vi legis Dominus directus feudi non acquirit juriſdictionem ſuper Vaſallos, niſi quando agitur de feudo, cujus dominium directum ipſe retinet; non verò ſi agatur de aliis non ſpectantibus ad feudum ſive criminaliter, ſive civiliter & deſumitur ex *d. c. Imperialem §. præterea.* Rurſus etiam quando non Vaſallus habet litem cum Vaſallo etiam ſuper re feudali, non cognoſcit Dominus feudi, ſed Judex Ordinarius Rei, ut notat Pirhing *num. 150. h. t.* quia jura tantùm tribuunt juriſdictionem Domino directo feudi ſuper ſuos Vaſallos, non autem in extraneos, quamvis controverſia ſit de feudo: alioquin ſi Dominus directus poſſet cognoſcere de tali feudo contra extraneum, cùm habeat dominium directum in tale feudum, eſſet Judex in propria cauſa, quod eſt iniquum. Quamobrem ut Domino directo competat juriſdictio in Vaſallos, duæ deſiderantur conditiones, quarum prima eſt, ut lis ſit ſuper feudo, vel jure feudali, & ſit decidenda ex legibus, vel conſuetudinibus feudorum: ſecunda ut uterque litigantium ſit Vaſallus domini directi ejuſdem feudi, ut deſumitur ex *d. c. Imperialem §. præterea.*

47 Quòd ſi lis feudalis excitetur inter ipſum Dominum directum, & ejus Vaſallum, ſi quæſtio ſit de Dominio directo, ut ſi actor aſſerat, ſe eſſe dominum feudi, & reus id neget, & dicat, rem eſſe allodialem, tunc cognoſcere de hac cauſa pertinet ad Judicem Ordinarium Rei, quòd ſi reus ſit clericus, ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum; ſi laicus ad ſæcularem, ut notat Fagnanus in *c. cæterum 5. num. 13. & ſequent. de judic.* ubi citat Innocentium, & plures alios, & ratio claret, quia ſi cognoſceret is, qui ſe dicit dominum directum, eſſet Judex in propria cauſa, quod eſt iniquum, neque poſſunt cognoſcere pares curiæ: ſiquidem, qui negat Dominum feudi, negat etiam pares curiæ, cum hi nectantur cum Domino feudi. Tum quia ſemel quòd negatur dominium directum, negatur etiam cauſa feudalis, proinde quæſtio eſt examinanda priùs, & terminanda à Judice Ordinario Rei *argum. cap. tua. 3. de ordin. cognit.* quòd ſi is judicaverit dominium directum revera pertinere ad Dominum feudi, tunc cauſa ad ipſum transfertur, & tunc Vaſallus, qui negavit feudum, ſi convincatur, cadit à jure feudi, quo privatur in pœnam ſuæ negationis, ut habetur in *lib. 2. feud. tit. 26. ſi de feudo defuncti §. Vaſallus.*

Verùm id procedit, quando Vaſallus abſolutè negat, feudum pertinere ad dominum, & fuit de contrario convictus: ſecus eſt ſi tantùm oppoſuit dubium, vel dubitanter dixit ſe neſcire, an feudum pertineat ad talem Dominum directum, ut notat Abbas in *d. c. cæterum n. 21. de judic.* Quòd ſi inter Dominum, & Vaſallum oriatur tantùm quæſtio ſuper dominio utili, vel alio jure feudum concernente, ut an feudum ſit devolutum nec ne, utrum ex illo debeatur tributum; cognoſcunt tunc de hac quæſtione pares curiæ, ſi hos Dominus habuerit; ut cum Gloſſa in *d. c. cæterum* cenſent communiter juriſperiti, & habetur expreſsè in *d. c. Imperialem lib. 2. feud. tit. 55. de prohib. feud. alienat. per Frideric. §. præterea* ibi: *Sin verò inter Dominum, & Vaſallum lis oriatur, per pares curiæ à Domino ſub fidelitatis debito conjuratos terminetur:* Hodie tamen non ampliùs pares curiæ, ſed ex inolita conſuetudine plerisque in locis cognoſcit Judex Ordinarius, qui in locum parium curiæ ſucceſſit. 48

Quæritur ſextodecimò, an quilibet fidelis tam clericus, quàm laicus poſſit conveniri in curia Romana ſuper cauſis Eccleſiaſticis, ac ſpiritualibus coram ſummo Pontifice, adeò ut reus conventus careat jure hujus fori declinandi? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *cap. licèt ratione ult. h. t.* ubi dicitur, quòd quilibet Eccleſiaſticus, quamvis non ſortiatur forum Romanum ratione delicti, contractus, aut homicidii, vel rei, de qua agitur, conveniri poſſit in curia Romana, & traditur etiam ratio, quia Eccleſia Romana eſt omnium Eccleſiarum Mater, & Magiſtra. Tum quia ſummus Pontifex eſt Judex Ordinarius omnium fidelium *can. cuncta per mundum 9. q. 3.* adeò ut habeat juriſdictionem quoad cauſas ſpirituales in totum mundum: hinc Chriſtus *Matth. 17.* alloquens D. Petrum, ut ſupremum Eccleſiæ paſtorem ait: *quodcunque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolveris ſuper terram erit ſolutum & in cælis,* & deſumitur ex *cap. ſolitæ de major. & obed.* Neque obſtat ſanctio Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. c. 20. de reform.* ubi decre- 49

Digitized by Google

vit, quòd *cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes etiam ſi beneficiales ſint, à prima inſtantia coram Ordinariis locorum tantùm cognoſcantur*, quia ut rectè obſervat Fagnanus in *c. ult. n. 25. h. t.* per verba illa *coram Ordinariis locorum* Concilium non ſolùm comprehendit Ordinarios loci domicilii, verùm etiam loci delicti, contractus, vel rei litigioſæ, & quemlibet alium cujuſcunque loci, ubi quis forū ſortitur ex reſcripto juris; conſequenter, imò à fortiori ſub eadem clauſula comprehenditur Papa, cùm hic ſit Judex Ordinarius ſingulorum, ut notat Gloſſa in *c. licet ratione 20. h. t.* & ſit etiam Ordinarius cæterorum Ordinariorum; cùm ipſi ſubjiciantur, & ſubordinentur omnes Prælati Eccleſiaſtici. Quamobrem nullus eſt clericus, vel laicus Catholicus, qui in cauſis ſpiritualibus poſſit declinare forum in curia Romana coram ſummo Pontifice.

50 Quæritur decimoſeptimò quid intelligendum ſit nomine *juris revocandi domum*, & quomodo tale jus procedat? Reſpondetur, hoc jus nil aliud eſſe, quàm privilegium ei conceſſum, qui ex cauſa neceſſaria, vel quaſi neceſſaria ſe ad alium tranſtulit locum, ſeu acceſſit Romanam curiam ad eum finem, ut non poſſit ibi conveniri ſuper antea geſtis: adeo ut ſi ab aliquo ibi conveniatur, poſſit excipere, ſe non veniſſe Romam ad id paratum, & petat remitti domum, ut poſſit deliberare, ut declarat Fagnanus in *c. licèt ratione ult. n. 23. h. t.* & Bartolus *l. 2. §. legatis ff. de judic.* hinc liquet, jus revocandi domum differre à jure declinandi forum: ſiquidem cui competit exceptio declinatoria fori, non recognoſcit alterum, ut ſuum Judicem: ſecus eſt de eo, cui competit jus revocandi domum. Hinc dicitur quis forum declinare, quando non ſubjicitur juriſdictioni talis Judicis, ſeu fori: dicitur verò revocare domum, quando illi ſubjicitur eſt, ſed ex aliqua cauſa legitima non tenetur tunc reſpondere, eò quia non venerit præparatus, ut notat Abbas in *c. ult. n. 4. h. t.* Verùm ut jus revocandi domum dicatur alicui competere, aliqua requiruntur. Primò ut utens jure revocandi domum ex cauſa aliqua neceſſaria, vel quaſi neceſſaria ad alium locum acceſſerit, ut ſi quis Romam ſe contulerit, illuc evocatus ferendi teſtimonii cauſâ, vel reddendæ rationis, vel ex alia cauſa neceſſaria: ſiquidem hæ, & aliæ id genus cauſæ accenſentur neceſſariis, eò quia teneatur quis ſuo parêre ſuperiori. Item ſi quis Romam accedat proſequendæ appellationis cauſâ; quamvis de neceſſitate non teneatur hanc proſequi, quia tamen, ſi negligat eam proſequi, ſententia rata manet, ideo d citur is Romam acceſſiſſe ex cauſa quaſi neceſſaria; ac ei propterea debetur jus revocandi domum pro lite ſibi mota, ut notat Gloſſa in *d. c. licet ratione 20. h. t.* Imò non deſunt, qui cenſeant, ſufficere cauſam probabilem itineris ad obtinendum jus revocandi domum, ut ſi quis ob aliquod negotium aliò proficiſcatur *argum. l. nec non & ſi quis ff. ex quibus cauſ. majores.*

51 Verùm ex communiori ſententia ſi quis Romanam curiam accedat ex cauſa merè voluntaria ad ſatisfaciendum propriæ curioſitati, vel pro ſpeciali ſuo negotio, quod erat omnino voluntarium, non gaudet is privilegio revocandi domum; quia in *l. 2. §. legatis ff. de judic.* ad obtinendum jus revocandi domum requiritur expreſsè, ut quis aliò ſit profectus ex juſta, & neceſſaria aliqua cauſa. Imò ſecunda conditio neceſſariò requiſita eſt, ut non ſit periculum in mora, quia in cauſis electionum Prælatorum, & aliis, quæ ſtatuto tempora ſunt abſolvendæ, & quæ ex mora eſſent perituræ, non procedit jus revocandi domum *argum. l. ſed & ſi §. adeum ff. de judic.* & docet Abbas in *d. c. licet ratione ult. n. 49. h. t.* Tertia eſt, ut jus revocandi domum, ita intelligatur, ut qui in loco, in quem ex cauſa legationis obeundæ, vel teſtimonii dicendi, vel ex alia juſta cauſa ſe contulit, nequeat ibi conveniri ſuper delictis, & contractibus antea geſtis: ſecus tamen ſi ibi aliàs deliquerit, vel contraxerit, tunc enim non habet jus revocandi domum, ut notat Abbas in *d. c. licet ratione num. 49. h. t.* ſed quando utitur hoc jure revocandi domum, debet ſaltem cautionem dare de reſpondendo domi coram ſuo Ordinario Judice, ut notat Pirhing *num. 7. h. t.* ubi aſſerit, non eſſe neceſſe ut det cautionem de revertendo ad locum, ubi priùs conveniebatur: notat tamen Fagnanus in *additione fin. ad Abbatem loc. cit. num. 49.* quòd tametſi exiſtentibus in curia Romana pro republica ſpectato jura communi competat jus revocandi domum ex *c. licet ratione ult. h. t.* communiter tamen obſervatur, tales, nec habere ius revocandi domum, ſed adigi in eadem curia reſpondere à ſuis adverſariis, ſi hi præſentes ſint in eadem curia, & ita deciſum etiam fuit à Rota Romana *decis. 824. de for. compet. in antiq.*

Quæritur decimò octavò, an clerici poſſint in ſe prorogare iuriſdictionem Judicis? Reſpondetur non poſſe, & deſumitur ex *c. ſignificâſti 18. h. t.* Idq; procedit, tametſi ſit iuriſdictio Judicis eccleſiaſtici. Neq; obſtat, ſi dicas, laicos poſſe id præſtare: eſt enim diſcrimen inter laicos, & clericos, quia iſti ratione ſuſcepti ordinis, & recepti beneficii Eccleſiaſtici obligantur propriis Epiſcopis, ac Prælatis quodam ſpeciali modo: proinde ſicut non poſſunt clerici ab alieno Epiſcopo ordines ſuſcipere ſine licentia proprii *c. ad aures 5. de tempor. ordin.* ita neque poſſunt alieni Prælati ſubiici iudicio ſine ſpeciali licentia proprii *can. nullum Epiſcoporum 9. q. 2.* ſecus laici, quia non ita obligantur proprio Judici, poſſunt prorogare iuriſdictionem in ſe Judicis non ſui: imò clericus ſi ſermo ſit de Judice laico, nec de conſenſu proprii Epiſcopi, poteſt eius iuriſdictionem in ſe prorogare, ut notat Gloſſa in *d. c. ſignificâſti 18. h. t.* quia privilegium fori fuit introductum in favorem totius ſtatus clericalis, cui per pacta privatorum non poteſt derogari *c. ſi diligenti 12. h. t.* 52

Eſt autem prorogatio iuriſdictionis extenſio iuriſdictionis Judicis de conſenſu partium facta ultra limites, quibus erat alligata, & tunc fit hæc prorogatio cùm quis voluntariè conſentit in Judicem non ſuum, ſeu in ſe, & ad ſe extendit iuriſdictionem Judicis, cui ſaltem in tali cauſa non ſubiicitur, quo fit, ut prorogatio iuriſdi- 53

riadictionia pertineat ad modos extraordinarios ſortiendi forum, & fit quatuor præſertim modis. Primò de perſona ad perſonam, quando litigantes certis concurrentibus conditionibus mutuo conſenſu ſe ſe ſubjiciunt Iudici non ſuo, ſeu cui non ſubjiciuntur defectu jurisdictionis in Judice. Secundò de re ad rem, quando Judex conſtitutus ad certas cauſas ex conſenſu partiū ſuſcipit etiam aliam cauſam dijudicandam quæ quandam cum priori habet convenientiam, quo pacto jurisdictio prorogatur de quantitate ad quantitatem. Tertiò de tempore ad tempus, quando Judici pro ferenda ſententia certum tempus aſſignatur, quod partes de communi conſenſu extendunt, & antequam fuerit delapſum ulteriùs prorogant *l. 2. §. ſi & Judex ff. de judic.* finito tamen eo tempore, cum expiret jurisdictio Judicis non poteſt ampliùs ejus jurisdictio extendi, nec prorogari, ut notat Abbas in *c. de cauſis num. 7. de offic. deleg.* Quartò de loco ad locum, quando Judex extra ſuum territorium, vel ſi eſt delegatus Principis extra locum ſuæ commiſſionis de communi conſenſu partium jus dicit, quod ſine tali conſenſu nil valeret, quia ex *c. ult. de conſtit. in 6.* dicenti jus extra territorium impunè non paretur. Plura de hac prorogatione ſuperiùs diximus

54 Quæritur decimo nonò, an ex *l. diffamari C. de ingenuis manumiſſis* poſſit quisque eſſe Iudex competens? ſiquidem ex vi hujus legis, ſi quis alienum ſtatum diffamaverit, quaſi ſervilis conditionis exiſtat, poteſt diffamatus officium Iudicis implorare, ut diffamatori certum præfigat terminum, intra quem forā diffamatum agere, & ſuam cauſam proponere, ac probare debeat, aliàs Iudex perpetuum ei ſilentium imponat, ne ulteriùs infamet, quòd ſi nolit deſiſtere, mulctatur. Et quamvis lex expreſsè loquatur de diffamatione ſuper ſtatu ſervili, nihilominus ex praxi judiciorum extenditur ad omnes cauſas tum criminales, tum civiles, ſi ſint majoris momenti. Hinc diffamatus ope hujus legis poteſt Iudicem implorare ut diffamanti terminum præfigat, intra quem teneatur probare quæ objicit diffamato, & deficienti in probatione injungitur perpetuum ſilentium, ut notat Gaillus *lib. 1. pract. obſer. 9. n 2.*

55 Reſpondetur ad quæſitum beneficio *legis diffamari*, Iudicem competentem eſſe Iudicem diffamati, quia actor tenetur ſequi forum rei *c. cùm ſit generale 8. h. t.* & ex vi *legis diffamari* diffamans conſtituitur actor, cùm teneatur proponere, & probare in judicio, quæ objicit diffamato, proinde tenetur ſequi forum diffamati, qui eſt reus. Et quamvis diffamatus prior ad judicium provocet, videatúrque propterea eſſe actor, id non obſtat, quia ut notat Gaillus *loc. cit. obſerv. 11. num. 42.* duplex in cauſis diffamationum adeſt judicium, quorum primum eſt diffamatorium, in quo agitur de ipſa veritate factæ diffamationis, & quamvis in hoc diffamatus, eò quia provocet ad judicium, cenſeatur actor. Eſt tamen aliud judicium cauſæ principalis, in quo diffamator jam citatus, ſi ſua intereſſe cenſuerit, intra præfixum ſibi à Iudice terminum, tenetur de jure ſuo docere, & cauſas factæ à ſe diffamationis, ſeu traductionis probare ſub pœna perpetui ſilentii ſibi injungendi: unde in hoc judicio cauſæ principalis diffamator eſt actor, quia diffamando alium ſe tacitè obligavit ad agendum, ſeu probandum, quod alteri obiicit, qua ratione diffamare eſt tacitè ad iudicium provocare, ut notat Alexander *conſil. 52. n. 3. vol. 2.*

Quòd ſi dicas, neminem invitum adigi ad agendum in iudicio *l. unic. C. ut nemo invitus.* 56
Reſpondetur, diffamatorem non agere invitum, quia ſi velit, poteſt non agere, & eligere perpetuum ſilentium ſibi impoſitum, ut notat Gaillus *loc. cit. obſer. 9. num. 6.* Tum quia regula, quâ nemo dicitur agere invitus, fallit plerisque in caſibus, quos recenſet Gloſſa in *d. l. un. C. ut nemo invitus.*

Cæterùm ſi diffamator ſit alienæ iurisdictio- 57
nis proprius eius Iudex requiri debet pro executione citationis, quia citatio facta extra territorium ad non ſubditum non eſt efficax *c. ult. de conſtit. in 6. l. fin. de jurisdic. om. judic.* quapropter ad executionem citationis requirendus eſt Iudex proprius diffamatoris, ſeu rei citati, ut obſervat Gaillus *lib. 1. pract. obſerv. 9. & ſequent.* ubi addit, quòd ſi diffamatus (qui in iudicio diffamationis erat actor, in iudicio actionis verò ſit reus) plures habuerit Iudices, poſſit diffamator eum convenire, coram quo maluerit; eò quia in optione diffamatoris, utpote nunc actoris ſit, unum ex iisdem eligere: neque præventio procedit ex citatione facta in iudicio diffamatoris, ubi diffamator erat reus; & diffamatus actor, quia iudicium diffamationis differt à iudicio actionis, & in ſeparatis ex uno non infertur aliud *l. duobus ff. de teſtam. tutel.*

TITU-

Digitized by Google

TITULUS III.

De Oblatione Libelli.

Conſtituto Judice competenti diſpiciendum eſt, quo ordine debeat apud ipſum agi. Certum eſt, principium cujuſlibet actionis inſtituendæ ab ea parte edicti proficiſci, quâ Prætor edixit de in jus vocando §. *omnium de pæn. & litig.* Et nunc quisque in jus vocatur libello conventionis oblato, Actor enim ſive per ſe, ſive per Procuratorem in judicio compareat, debet exponere in libello, quid petat, & rurſus ſuper quo velit reum convenire, & hunc libellum Actor porrigit Reo per ſcripturam, ut Reus ſciat, quare ad judicium vocetur, & ut deliberet, an cedere velit, vel judicio contendere, & ſuper quo exceptionem, vel defenſionem fundare debeat. Unde cùm Pontifex in præcedenti titulo egiſſet de foro competenti, rectè ſubjicit titulum hunc de libelli oblatione.

SUMMARIUM EXEGETICUM

Trium Capitum, quæ in hoc titulo continentur.

CAP. IGNARIIS 1. h. t. Ex Concilio apud ſanctum Medardum ſtatuitur, ut Judex non admittat Actorem ad litigandum, niſi offerat libellum in ſcriptis. Ratio eſt, ut notat Gloſſa, quia libellus ſcriptus eſt principium litis, quem Judex accipiens tradit reo, ut deliberet. Eſt autem hic libellus brevis ſcriptura continens claram Actoris, ſeu accuſatoris intentionem; ſeu rem, quæ petitur; cauſam petendi, & nomen Actoris, ac Rei, & coram quo Judice; & hic libellus eſt, vel conventionalis, ſeu poſtulationis, & datur in civilibus: vel accuſationis, & datur in criminalibus. Eſt autem hujuſmodi oblatio libelli de ſubſtantia ordinis judiciarii in jure canonico, niſi agatur de levibus.

C. SIGNIFICANTIBUS 2. h. t. Innocentius III. declarat, quòd ſi agatur de vendicatione rei, non ſufficiat generaliter repetere, ſed in libello ſit ſpecificanda cum ſuis circumſtantiis: alioquin nihil dicit. Notat tamen Gloſſa, in cauſa reali licèt res ipſa ſit ſpecificanda, & deſignanda, non tamen eſt neceſſariò apponenda, ſed ſufficit, ſi dicat rem eſſe ſuam; quòd ſi apponat unam cauſam, & ſuccumbat, poteſt eandem rem petere ex alia cauſa: quòd ſi nullam cauſam apponeret, obſtaret ei exceptio rei judicatæ. Sin verò agatur actione perſonali debet exprimi non ſolùm cauſa proxima qualis eſt obligatio, ſed etiam remota, aliter Reus non teneretur reſpondere.

C. DILECTI FILII 3. h. t. Gregorius IX. declarat, in actione perſonali, ut cùm quis dicit, certam pecuniam ſibi deberi, ſi in libello non apponatur cauſa, non teneri reum reſpondere; tenetur enim Actor exprimere in libello cauſam, cur pecunia ei debeatur.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid, & quotuplex ſit libellus, & cui offerendus?

Si Actor per ſe immediatè, vel mediatè per Procuratorem, reum coram Iudice competente in ius vocet, & is ad iurisdictionem Iudicis declinandam non excipiat; libellus continens ſpeciem actionis ab actore offerendus eſt Iudici, & eiusdem copia tradenda Reo, contra quem inſtituitur actio, ut illi innoteſcat quid ab eo petatur, & ut deliberare poſſit, cum velit liti cedere, vel eam inchoare, & proſequi. Unde iis expenſis, quæ pertinebant ad iudicia, & competentiam

tiam fori,ſequitur de libelli oblatione. Eſt enim libellus prout ad præſens pertinet inſtitutum ſcriptura continens ſpeciem futuræ litis, ut colligitur *ex l. 3. C. de edend.* & à Cyno *in Authen. offeratur C. de litis conteſt.* definitur eſſe, brevis ſcriptura, clara, & ordinata continens ſpeciem futuræ actionis, ac demonſtrans Judici,ac parti intentionem actoris. Eſt enim libellus fundamentum totius judicii, eſtque de ejus ſubſtantia; adeout judicium ſit nullum, ſi abſque libello fiat, ut oſtendit Ancharanus *conſ. 33. per ſtatutum num. 3.* & licèt de jure canonico non ſit neceſſe, ut libellus contineat nomen actionis, attamen ut notat Abbas *conſ. 7. fuit quæſitum circa medium lib.* 1. ſi libellus ſit generalis, & poſſit continere plures actiones, tunc Judex poteſt compellere actorem ad exprimendum nomen actionis, aliàs libellus eſt repellendus. Debet itidem nomen actionis exprimi, ubi eſt ſpecialis conſuetudo, ut notat Decius *in cap. dilecti num. 12. de judic.* Licèt non ſit neceſſe,ut exprimatur nomen actionis; debet tamen narrari apta cauſa, ex qua concludi poſſit, ut notat Baldus *conſ. 79. num. 2. V. libellus l.* 1. & *in Auth. ex cauſa C. de Epiſc. & cler.* quia ex medio concludendi demonſtratur cauſa actionis intentatæ.

2 Debet libellus in ſcriptis offerri, ut deſumitur *ex authen. offeratur,& ex cap. 1. h. t.* quia omnia acta judicii ſunt in ſcriptis redigenda per Notarios, vel duos viros idoneos, ne fraus ulla poſſit irrepere *c. quoniam tt. de probat.* unde libellus eſt judici offerendus in ſcriptis, imò cenſent nonnulli, eſſe libellum etiam ſubſcribendum manu propria Actoris, & id deſumunt ex *c. 1. h. t.* verùm Hoſtienſis,& alii aſſerunt, ſubſcriptiunem actoris non eſſe de neceſſitate, ſed tantùm de honeſtate: vel ad ſummum ſubſcriptionem actoris requiri in cauſis criminalibus, ut notat Abbas *in rubric. c. 1. n. 6. h. t.*

3 Cæterum libellus pluribus debet qualitatibus inſigniri. Primò debet eſſe brevis, & tantùm continere, quæ neceſſaria ſunt,ac utilia *l. ampliorem 29. §. in refutatoriis C. de appellat.* Secundò debet eſſe clarus, ac perſpicuus, adeo ut ſi actor petat domum cum maſſariciis teneatur hoc totum exprimere, quia rerum petitarum ſpecificatio eſt neceſſaria, ut notat Specul. *tit. de libell. oblat. §. juxta V. ſi quid pete*, alioquin ſi offeratur cum æquivocatione, aut nimia generalitate, aut petitione alternativa, non apparet determinatè quid Actor petat: ſiquidem alternativa propoſitio obſcuritatem, & incertitudinem invehit. Eſt etiam obſcurus libellus, in quo actor concludit declarari, rem ad ſe pertinere, & tunc ſi non eſt facta ſpecificatio in proſecutione, quæ concludat,eſt reus abſolvendus, ut notat Bald. *conſ. 166. in princ. lib. 4.* ut etiam incertitudinem continet libellus, in quo quis petit centum ſalvo veriori calculo, ut notat idem Bald. *conſ. 238. in fin. volum. 2.* ut etiam eſt obſcurus libellus,in quo mulier petit reſiduum dotis abſque alia ſpecificatione, quia reſiduum poteſt importare totum, & partem, proinde ſententia lata ſuper tali libello eſt irrita, ut ait Caſtr. *conſ. 71. ſup. 1. num. 2. lib. 4.* ut etiam eſt incertus libellus, in quo quis petit pro rata ſua mitti in poſſeſſionem bonorum patris, ſi non ſpecificet pro qua rata, Caſtrens. *conſ. 455. viſo, & examin. n. 2. V. principaliter lib. 1.*

Eſt etiam obſcurus ſi dicat relationem ad 4 inſtrumenta, & ſcripturas non exhibitas,quia ſi non exhibeantur ante litem conteſtatam,vel ſaltem immediatè poſt,non poteſt procedi in cauſa, & actor non eſt audiendus Decius *conſ. 301. & pro tenui in princ.* Hinc libellus generalis,& obſcurus non procedit, nec ſuper eo poteſt lis conteſtari parte opponente, ut notat Signor. *conſ. 185. num. 4. V. nunc. veniamus.* Idque procedit tametſi exceptiones reſervatæ ſint in finem judicii, quia petitio actoris debet eſſe clara, & certa, & contineat rem certam ſaltem per duas demonſtrationes, ut notat Alexander *conſ. 183. in cauſa, & lite num. 17. V. non omitto.* Rurſus etiam libellus conditionalis, tanquam obſcurus rejicitur, præſertim in criminalibus,quia libellus generalis non habens ſpecificationem rerum, & æſtimationis, non procedit,ſed dicitur ineptus etiam parte non opponente Bald. *conſ. 238. V. accuſationes lib. 2. in princ.*

Libellus tamen alternativus in pluribus ca- 5 ſibus procedit, ut ſi contineat plures cauſas alternativas, quarum quælibet de ſe ſit habilis ad concludendum, ut notat Gemin. *conſ. 108. n. 6. V. unde licèt libellus.* Ut etiam quando libellus alternativus concludit in omni parte alternativa Abbas *in cap. ex parte de for. compet.* idque vel maximè in jure canonico,& foro Eccleſiaſtico, quia Vicarius perpetuus agens contra Rectorem nomine Eccleſiæ, vel vicariæ perpetuæ, aut ratione ſuæ adminiſtrationis rectè procedit, & verba libelli,in favorem libellantis debent interpretari, Ægid. *conſ. 2. in princ. num. 3. & ſequent.* Procedit etiam libellus alternativus, quando convenit naturæ obligationis, vel naturæ judicii, vel juris diſpoſitioni, Bald. *conſ. 407. in quæſt. n. 6. & 7. V. & primo de libello.*

Rurſus valet libellus alternativus, quamvis 6 contineat actiones contrarias, ut publicianam, & rei vendicationem: ſi tamen proponantur disjunctivè, & incertitudo proveniat ex parte aliena, ut ſi Petrus in libello dicat: peto talem rem jure dominii, vel quaſi dominii, vel peto me declarari dominum, aut quaſi dominum: quia tunc hæ actiones rei vindicatio, & actio publiciana non ſunt contrariæ, quia tendunt ad eundem finem, ſcilicet ad rem vindicandam. Valet etiam libellus alternativus, quando actor conditionatè petit,ut talis res ſibi reſtituatur,ſi exiſtat, vel ejus juſtum pretium. ſi conſumpta ſit, etſi revera incertum ſit, an exiſtat nec ne: alioquin,ſi conſtaret rem illam exiſtere,eſſet ipſamet petenda, non ejus æſtimatio, quia pretium rei tantùm petitur in ſubſidium ejuſdem rei, quando ampliùs non exiſtit *l. fin. C. de fidei commiſſ.* Admittitur etiam ut validus libellus, quando petitur reſtitutio contra contractum initum, teſtamentum conditum, ſententiam latam, adeo ut poſſit tunc actor alternativè petere, ut talis contractus declaretur nullus, vel ſi forti-

fortitus eſt valorem, reſcindatur, & actor contrà illum reſtituatur in integrum.

7 Poteſt etiam actor in alternativo libello appònere, conditionem, & procedere hoc pacto: proteſtor, ſententiam latam nullius eſſe valoris, vel ſi mero jure aliquid ſortita eſt valoris, contra ipſam appello: valet etiam libellus alternativus in actione hypothecaria, ut ſi actor in ſuo libello dicat: peto Titium condemnari ad tradendam rem oppigneratam, vel ad ſolvendum debitum. *l. ſi fundus. 16. §. in vendicat. ff. de pignor.* ſiquidem in actione hypothecaria poteſt poſſeſſor rem oppigneratam retinere, & offerre creditori æſtimationem litis *l. 2. ff. quib. mod. pignor. vel hypothec. ſolvend.* Pluribus aliis modis libellus alternativus etiam concludit, ut cùm venditor in ſuo libello petit, ut Emptor, vel ſuppleat, quod deeſt de juſto pretio ſpecificando, quantum ſit, vel rem emptam reſtituat *c. dilecti 3. de empt.* Rurſus quando obligatio eſt alternativa, debet & ipſe libellus eſſe alternativus: alioquin non procederet, niſi fortaſſis quod eſt alternatum, periiſſet culpa debitoris: hinc valet libellus in quo actor dicit: dico inſtrumentum nullum, & ſi quod eſt, eſſe reſcindendum; ut etiam dico laudū nullum, & ſi quod eſt, reſcindendū, ut notat Bol. in *addit. ad conſ. Joann. de Anan. 93. col. fin.* Nec libellus alternativus poteſt rejici ratione incertitudinis, quoties incertitudo quoad ſolutionem contingit facto rei. In ſpolio valet etiam libellus alternativus, & quando ſunt omnia probata, quæ ſunt in utroque alternato caſu, poteſt ſequi condemnatio Signor. *cons. 75. n. 6. & ſequent.*

8 Imò libellus contrarius de directo admittitur coram eodem Judice inter actorem, & reum, licèt non ita coram diverſis Judicibus, ut notat Lappus *allegat. 3. in princ.* ubi ait, quòd ſi actor, ut contractus declaretur uſurarius, det libellum, poteſt reus porrigere contrarium libellum, ut declaretur inſtrumentum licitum, quia hæc contraria incompatibilia ſunt in proceſſu in ordine ad eundem Judicem. Cæterum libellus contrarius, & incertus non admittitur, proinde actor intentans remedia contraria repellitur Anchar. *conſ. 383. primo & ante omnia n. 4.* Repellitur etiam actor intentans contraria remedia poſſeſſoria, & tunc dari debet abſolutoria reo à judicii obſervatione, ut ſi quis intentet remedium adipiſcendæ, & remedium reſtituendæ, quia primum præſupponit agentem nunquam poſſediſſe, & ſecundum præſupponit ipſum poſſediſſe, quæ ſunt contradictoria, ut notat Angelus *conſ. 167. [illegible]ſo libello circa medium. V. item eſt ſibi contrarius.* Generatim licèt libellus generalis, & incertus non valeat; in petitione tamen fructuum, expenſarum, & damnorum valet libellus incertus, quia hæc ordinariè non ſunt determinata, donec ſuper iis cognoſcatur, ut notat Borel. in *ſumm. deciſ. 49. n. 65.* valet etiam in civilibus quando adverſarius nil opponit in contrarium: ut etiam in petitione hæreditatis: ut etiam quando libelli incertitudo cauſatur ex parte Rei, quia tunc reus debet id ſibi imputare.

9 Principaliter ab actore libellus offerri debet Judici, ut colligitur *ex c. 1. h. t.* quia Judex inſpecto libello debet ſtatim ſcire, quid petatur, ſeu ad quid, & ex qua cauſa debeat ſuum officium interponere, quia Judex non aliter dicit ſententiam, quàm juxta formam judicii *c. licèt 31.* juncta Gloſſa *V. judicii.* Judex accepto, & inſpecto libello ejus copiam dat parti contrariæ, ut adverſarius ſciat, ob quam cauſam in judicium conveniatur, ut cognita actione, quâ convenitur, poſſit deliberare, ſi velit liti cedere, vel contendere, ſeu litem inchoare, & proſequi: ſubinde ab ipſo actore libellus offertur reo juxtà *auth. offeratur C. de litis conteſt.* nonnunquam etiam cum ipſa citatione tranſmittitur reo libellus, & ejus tenor inſeritur ipſi citationi, & tunc reus non poteſt ampliùs petere dilationem ad deliberandum ſuper libello: ſiquidem per traditionem libelli factam reo inducitur litis pendentia, nec circa rem petitam eſt quid aliud ampliùs innovandum, ut notat Gloſſa in *clement. 2. ut lite pendente*, libellus verò expenſis ipſius actoris tradendus eſt reo, ut notat Gloſſa in *clement. 2. V. oblatos de appell.* ſed circa hoc ſtandum potiùs eſt conſuetudini loci. Eſt autem libellus duplex, unus conventionalis, alius querimonialis; ille offertur in cauſis civilibus, in quibus actor petit rem ſuam ratione dominii, vel alterius juris realis, vel ex aliqua obligatione perſonali. Libellus querimonialis, qui & accuſatorius dicitur, exhibetur in cauſis criminalibus *l. libellorum 3. ff. de accuſ.* Licèt antiquitus jure civili regulariter libellus non eſſet neceſſarius in cauſis civilibus, ut deſumitur *ex l. 1. §. 1. ff. de edend.* nunc autem de jure in judicio ordinario debet neceſſariò ab actore libellus offerri Judici ordinario, vel delegato, ſive procedatur civiliter, ſive criminaliter, adeo ut oblatio libelli requiratur neceſſariò ad ſubſtantiam ordinis judicialis, neque ſine illa judicium ſubſiſtit.

10 Hinc libellus dari debet in omni cauſa, alioquin judicium eſt nullum, cùm ſit libellus de ſubſtantia judicii; & fundamentum illius *c. 1. de libell. oblat.* Zabarella *conſ. 139. in princ. V. ad primum.* In cauſis tamen ſummariis admittitur petitio in actis deſcripta, Fulgos. *conſ. 162. viſis act. in princ.* in cauſa enim quantumcunque ſummaria ſemper requiritur verbalis petitio, quæ redigatur in ſcriptis Gloſſa in *clement. ſæpe in V. pronuntiatio de verb. ſignif.* quia etiam in cauſa ſummaria, quæ procedit ſine ſtrepitu, & figura judicii requiritur petitio aliqua, ſive in ſcriptis, ſive verbo tantùm, ſemper tamen redigenda in ſcripto, ſeu inſerenda in actis, ut notat Bart. in *extravag. ad repriment. in verb. & figur. n. 8.* Quinimo petitio eſt porrigenda per modum libelli, alioquin ſi contineret omnia ſubſtantialia libelli, & porrigeretur non tanquam libellus, ſed ut ſimplex facti narratio, judicium eſſet nullum, utpote factum ſuper libello inepto, vel potiùs ſine libello; quinimo libellus de conſenſu partium poſt litem conteſtatam non poteſt validari, quia quæ ſunt de ſubſtantia judicii, non validantur conſenſu partium: idque procedit, tametſi adſit ſtatutum, quòd in cauſa porrigatur libellus, ſed ſummariè, & procedatur de plano, ut notat Anchar. *conſ. 33.*

Imò

11 Imò in cauſa ſummaria libellus debet continere omnia, quæ ſunt neceſſaria in cauſa ordinaria Bald. *conſ. 229. in primo dubio n. 3. V. tertium capitulum.* Alioquin judicium eſt nullum, & actor tenetur ad expenſas, & abſolvendus eſt reus ab obſervatione judicii. Verùm juxta praxin etiam nullo dato libello in cauſa ſummaria valet judicium, eò quia, quando agitur ſummariè, & ſine ſolemnitate, ipſi articuli habentur locò libelli, ut notat Romanus *cons. 792.* Jaſon *conſ. 105.* Maranta in *prax. p. 4. diſt. 9. num. 15.* Hinc libellus nec requiritur in actione acceſſoria ad primam cauſam jam intentatam, quia tunc etiam proceditur ſummariè, ut notat Lap. *allegat. 55.* neque in cauſis ſpiritualibus Lap. *allegat. 67.* quia ſummariè poteſt procedi, & locò libelli ſufficit ipſa petitio rei.

12 Cæterum libellus in cauſis ordinariis neceſſarius eſt, & debet interpretari in favorem libellantis, adeo ut verba dubia, quæ poſſunt habere plures ſignificationes, debeant laxè interpretari, prout tamen poſſunt adaptari libellanti, ſeu actori, qui libellum obtulit, ne induceatur id, quod ſibi de jure non competit Gemin. *conſ. 67. in fin. V. & maximè,* ubi explicat, quomodo verba ſtatuti ſint intelligenda: hinc præpoſitio *Ex*, quæ poteſt importare cauſam immediatam, & remotam, in libello eſt intelligenda in favorem libellantis, & ſecundùm illam ſignificationem, quæ eſt magis vero ſimilis, ac utilis actori: quia non attenditur verborum inculratio libelli, ſed aptitudo, ex qua reſultat actio, quando verba ſunt ambigua; non ita ſi ſint clara, quia tunc verba attenduntur juxta propriam ſignificationem etiam contra libellantem Anchar. *conſ. 33. per ſtatutum.* Solent tamen verba narrativa libelli declarari ex concluſione, pro ut ſunt apta poſſe declarari, Caſtren. *conſ. 113. n. 4. lib. 2.* Deinde ut ſuſtineatur libellus, fit omnis interpretatio, adeo ut ſi in cauſa ordinarie, in qua non datur executio, actor executionem petat; adhuc ſuſtineatur libellus, ut executio concedenda petatur poſt condemnationem.

13 Generatim ea actio cenſetur ex libello intentata, quæ expedit libellanti, quando commodè ex verbis, & materia libelli poteſt colligi Caſt. *conſ. 123. in cauſa, quæ vertitur n. 2. lib. 2.* quinimo declaratio libelli poteſt fieri ab actore ante ſententiam, & ſemper libellus ſuſtinetur, ſi verba ſint ita generalia, ut per commodam interpretationem reduci poſſint ad congruam agendi formam Alexander *conſ. 38. viſ. petit, n. 2. v. attentato.* Quòd ſi adſint clauſulæ ſalutares, quamvis libellus non expreſſerit, quod aliàs debuiſſet expreſſiſſe, ex eo cenſetur intentatum remedium, quod eſt libellanti favorabilius Caſt. *conſ. 138. lib. 2.* Decius *conſ. 212.* & communiter juris periti docent, verba libelli ſemper debere interpretari, ac aptari, ut inſerviant menti actoris, cui eſt favendum in principio; hinc ſi actor in libello dicat: peto rem, & ejus æſtimationem; quia utrumque non poteſt ſimul petere, ideo illa particula *&* exponitur pro *vel*, & petitio eſt disjunctive non copulativa, & fit interpretatio, quòd actor petat rem, ſi revera extiterit, vel ejus æſtimationem, ſi res non extet, quia hæc interpretatio venit ex veri ſimili intentione libellantis Caſt. *conſ. 199. col fin. in princ. lib. 2.* & extenditur ſingulariter, quia ſi hæredes uxoris in libello contra hæredes mariti dicant, quòd uxor percepit fructus bonorum paraphernalium, & hæredes mariti debere condemnari ad eorum reſtitutionem, ſuſtinetur libellus, ut ipſa perceperit fictè ſcilicet per maritum percipientem, proinde tenetur reſtituere illos, & libellus non eſt ineptus, nec contrarius, neque hæredes mariti debent abſolvi, eò quia ex ſubſequentibus conſtet, quòd ſic intellexit, alioquin non poſſet petere reſtitutionem, ſi ipſa verè percepiſſet, ut notat Caſtrens. *conſ. 199. V. cùm igitur col. fin. lib. 2.*

Hinc verba libelli ſunt aliquando interpretanda in ſenſum minus proprium, ut ſalvetur libellus juxta mentem libellantis, quia concluſio libelli debet ſemper aptari ad illam actionem, quæ utilior, & expeditior eſt libellanti ſalva ratione recti ſermonis Caſt. *conſ. 138. col. 2. n. 3.* 14
Hinc qui in libello dixit narrativè ſe dominum rei, & concluſit, ſibi rem reſtitui ut hæredi, cenſetur intentaſſe, rei vindicationem, & petitionem hæreditatis; proinde ſi proſecutus eſt petitionem hæreditatis, in qua non eſt neceſſarium probare dominium, illam obtinebit, eò quia verba ad favorem libellantis ſint interpretanda. Quòd ſi libellus concludat ineptam actionem, ut ſi hæres intentavit petitionem hæreditatis, quæ non competit, quando habuit ſemel poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, ſi tamen ex aliis narratis poſſit conjici talis actio, ſuſtineri debet, maximè ſtante clauſula *omni meliori modo, & ſuper quibus petit jus, & juſtitiam,* ut notat Antonius But. *cons. 63.*

§. II.

De partibus, quibus conſtat libellus, & de ejus emendatione, ac effectu.

DIximus, libellum nil aliud eſſe, quàm ſcripturam actoris, continentem ejus petitionem, & cauſam, supereſt inquirendum, 1
ex quibus partibus coaleſcat: & quia Juriſtæ vocant libellum argumentum legale, ſeu Syllogiſmum judicialem practicum, ideo ſicut Syllogiſmus logicus conſtituitur ex majore propoſitione, minori, & conſequentia; ita etiam libellus conſtruitur ex tribus partibus, ſcilicet ex narratione facti, medio concludendi, & ipſe concluſione. In præfatione ponitur nomen Judicis competentis, & ejus titulus, poſtea pro prima parte narratur factum cum ſuis circumſtantiis neceſſariis, ut tam res petita, quàm cauſe petendi, ſeu medium concludendi clarè, ac diſtinctè colligi poſſit, & inde ſequatur concluſio, per quam rogatur Judex, ut reum in id, quod petitur, condemnet.

Alii ponunt cauſam petendi, ſeu medium 2
concludendi ex jure deſumptum locò majoris propoſitionis; narrationem locò minoris, in qua ſubſumitur in propoſita ſpecie facti juſtæ petitionis cauſam reperiri; & poſtea concluſionem,

cauſa, & probetur poſtea alia, poteſt ex hac nova cauſa aliud judicium inſtituere, ut deſumitur ex *c. Abbate 3. §. cæterum de ſent. & re judic. in 6.* Abbas in *cit. cap. 3. n. ult. h. t.*

7 Cæterùm ſi in actione perſonali non exprimeretur cauſa remota petendi, ſeu titulus ex quo aliquid debetur, & reus non exciperet, ſed reſponderet, vel Judex exceptionem non admitteret, adhuc judicium procederet, ut deſumitur ex *d. c. 3. in fin. h. t.* ubi Papa præcipit, ut inquiratur, an facta à reo exceptio, & appellatio admiſſa ſit nec ne, ſi enim non eſt admiſſa, Judex procedit in ſuo judicio, quod ſuum ſortitur valorem, ut deſumitur ex *d. c. Abbate §. ſecus de ſent. & re judic.* Quòd ſi cauſa remota petendi ab actore omittatur in libello, tunc reus ſufficit, ſi dicat non teneor reſpondere libello.

8 In actione reali ſufficit, ſi in libello exprimatur cauſa proxima, & actor dicat, ſe dominum vel quaſi dominum rei eſſe, adeò ut non ſit neceſſe, ut exprimatur cauſa remota, ſeu titulus, quo dominium, vel quaſi dominium fuit acquiſitum, quia per expreſſionem cauſæ proximæ remota conjicitur, ut ſi actor dicat, peto talem rem, quæ eſt mea jure dominii, vel quaſi dominii: tunc enim ſufficienter inſtruitur reus, an velit liti cedere; an verò in judicio contendere, quia duo non poſſunt ſimul in ſolidum eſſe domini ejuſdem rei *l. ſi ut certo 5. §. ſi duobus. ff. commodati.*

9 Juvat tamen obſervare, quòd cùm dicitur in actione reali ſufficere, ſi exprimatur cauſa proxima, & actor dicat, ſum dominus, vel quaſi dominus, eſt id intelligendum cum limitatione, niſi jus commune reſiſtat actori: etenim ſi quis liberum hominem vindicat, qui eſt in ejus poteſtate, debet exprimere cauſam, nimirum filius ſi ſit, vel uxor. *l. 1. §. per hanc ff. de rei vindicat.* Rurſus in actione reali, ſeu in re non ſufficit, ſi generaliter res petatur, ſed debet res in libello ſpecificè deſignari, ut appareat, quidnam petatur: & rurſus, ſi non tota res petatur, ſed tantùm pars debet exprimi, quota ſit hæc pars, quæ petitur *l. in rem 6. in princ. ff. de rei vindicat.* & deſumitur ex *c. ſignificantibus 2. h. t.* ubi actor cauſâ cecidit, eò quia ſpeciatim non petierit ab adverſario, qui cùm plures fundos poſſideret, & actor ſpecialiter non nominaſſet talem fundum ad ſe pertinere, nil obtinuit, quia petitio non ſpecificans rem invehit obſcuritatem, & incertitudinem, proinde impedit iudicium, cùm Iudex non debeat ferre ſententiam ſuper incerto. Tum quia quando petitio eſt æquivoca, & generalis, reus non tenetur reſpondere ad libellum, ut notat Abbas *c. 2. num. 4.*

10 Hinc ſi actio verſetur circa quantitatem rei, circa numerũ, menſuram, & pondus, debent hæc omnia exprimi, ut deſumitur ex *l. ſi in rem. ff. de rei vindic.* quia reo convento debet innoteſcere, ſuper quo ſpeciatim ſit controverſia futura, ſi contendere velit, ut etiam Iudex ſciat, ſuper qua re debeat ius dicere. Quòd ſi actor petat fundum ab adverſario poſſidente plures fundos, debet exprimere nomen, locum, ſitum eiuſdem fundi, ut ſpecificè innoteſcat reo, qualis ſit fundus, quem actor petit *l. ſi in rem in fin.* Si tamen fundus, qui petitur, certus ſit, & de illo conſtet, quòd debeatur actori, ut etiam ſi reus conventus non poſſideat niſi illum unicum fundum, tunc nõ eſt neceſſe exprimere circumſtantias loci, & ſitûs, quia quando res eſt per ſe nota, non eſt neceſſe, ut innoteſcat per demonſtrationem, ut notat Abbas in *c. 2. n. 10. h. t.*

Quòd ſi actor non intendat petere totam rem, ſed tantùm eius partem, debet exprimere, quotam partem petat, ut innoteſcat reo convento, ſuper qua re ſpeciatim inſtituatur lis. Rurſus ſi res principalis deſignetur in libello, tunc quæ ſe habent concomitanter, & acceſſoriè, debent exprimi, ut docet Bart. in *l. 1. ff. de edend. n. 10.* ut ſi actor petat ſibi reſtitui fundum unà cum fructibus inde perceptis, vel percipiendis, debet acceſſorios fructus exprimere: tunc enim reus conventus ſcit, de qua re habeatur controverſia, & poteſt ſtatim deliberare, an velit liti cedere, vel contendere in iudicio. 11

In libello iudicii univerſalis, vel generalis non eſt neceſſe, exprimantur res ſingulæ in ſpecie, quando iſtæ comprehenduntur ſub univerſali, vel generali aliqua ratione, ſed ſufficit petitio generalis, quâ actor in ſuo libello dicat, peto totam hæreditatem mihi à Titio ex teſtamento, vel ab inteſtato relictam, ſeu peto iudicialiter, me hæredem declarari Titii; & conſequenter poſſeſſorem bonorum Titii condemnari ad reſtituendum omnia, quæ ex illa hæreditate poſſidet, vel etiam poſt litis conteſtationem cœpit poſſidere *l. ſi hæreditatem 4.* ut etiam ſi actor dicat: peto mihi reſtitui feudum, Eccleſiam, Caſtrum, cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentiis, ut notat Gloſſa in *c. 2. V. ſignificantibus h. t.* illud tamen intereſt diſcriminis inter iudicium univerſale, & generale, quia in illo non ſit neceſſe res ſingulas exprimere in libello, nec in proceſſu cauſæ, neque in ipſa ſententia: quia in iudicio univerſali ſententia tantùm fertur ad declarandum ius actoris, ut in hæreditate, feudo, Eccleſia, Caſtro, ſcilicet quòd tale ius pertineat ad actorem, & reſtitutio rerum fit officio Judicis: proinde ſufficit ſi in iudicio univerſali actor à Iudice declaretur hæres, parochus, vaſallus, dominus caſtri, poſtea officio Iudicis fit executio ſententiæ. Secus in generali Iudicio adminiſtrationis, tutelæ, aut negotiorum geſtorum, quamvis libellus ſub actione generali admittatur; nihilominus poſt litis conteſtationem, & antequam ſententia feratur, res debent ſpecificari, ut ſpecies obligationum ſtatim appareant *l. licet 2. C. de judic.* quia tunc iudicium generale tendit ad condemnandum reum, ideòque in progreſſu cauſæ debet res ſpecificari, ut ſciat Iudex ad quas res reſtituendas debeat reum conventum condemnare. 12

Circa libelli concluſionem diſtingui debet inter libellum civilem, & criminalem: ſiquidem ſi inſtituatur actio civilis, debet neceſſariò in concluſione exprimi, quid, & quantum actor petat. Sin verò ſit actio criminalis in ordine ad vindictam publicam nulla fit in libello concluſio, ſed ſola facti ſpecies narratur: ſiquidem in criminalibus ipſa res concludit, & iniungit pœnam delictis, & non eſt in poteſtate accuſatoris, quid- 13

quam de pœna illa detrahere, ac minuere. Concluſioni tamen libelli civilis plerumque ſolet adjici elauſula ſalotaria ſub hac, vel alia ſimili forma, *ſuper his omnibus peto mihi jus, & juſtitiam fieri omni meliori modo, & forma, qua de jure ſtatuto, vel conſuetudine fieri poteſt:* ſiquidem ſimiles clanſulæ talem producunt effectum, ut per illas actor eenſeatur omne ſuum jus in judicium deduxiſſe, tametſi de omnibus, & ſingulis in particulari non fecerit expreſſam mentionem; alioquin ſi actor ſimpliciter petierit ſibi reſtitui fundum, nil dicendo de fructibus, & expenſis, nec ullam adjiciendo clauſalam ſalutarem; Iudex in ſententia plurinm non tenetur reum condemnare ad fructuum, & expenſarum reſtitutionem; ſecus ſi adjiciatur clauſula ſalutaris beneficio illius tenetur reum condemnare ad fructus, & expenſas.

14 Libellus tametſi iam porrectoa poteſt ab actore tam in cauſis civilibus, quàm criminalibus mutari ante litia conteſtationem *l. edita 3.* & ibi Bart. *n.2. C. de edend.* qnia ante litis conteſtationem iudicium nondum propriè dicitur cœptum, proinde licet ab eo recedere. Quòd ſi qualitas actionis, vel eauſa petitionis mutetur, tunc concedendæ ſant reo convento novæ dilationes, ut deliberare poſſit circa futuram litem, & actor tenetur compenſare expenſas, quas reus maiores facere debuit, ratione ſnpervenientis mutationis; niſi perſonæ id condonetur ob imperitiam, ut ſi mulier, miles, ruſticus non rectè compoſitum libellum mutaverint, ut notat Gloſſa in *d. l. 3. V perpetui.* ſecùs poſt litis conteſtationem nequit ampliùs actor libellum mutare *argu. l. non poteſt. 22. ff. de judic.* niſi fortaſſis inchoata nova inſtantia novum velit libellum porrigere cum onere ſolvendi expenſaa *c. examinata 15. de judic.* ideò enim poſt litis conteſtationem nequit libellus mutari, quia tranſit in quaſi contractum inter partes litigantes.

Quòd ſi libellus minus clarè fnerit compoſitus, poteſt ſemper ab actore explicari, emendari, corrigi, aut alio modo accidentaliter mutari. dummodo ſtatus eanſæ non immutetur, ídque uaque ad ſententiam *argu. l. hæredes 21. §. ſi quid*, & ibi Bart. *n. 5.* Rurſus ſi fortaſſia irrepſerit error in nomine rei petitæ, aut in loco, vel tempore obligationis rei conttactæ, poteſt actor errorem illum corrigere, dummodo eadem qoalitaa actionis permaneat; ut etiam ſi actor omiſit in libello petere aeeeſſoria, ſeu fructus, & expenſas, & poſt Iudicis officium implorare, ut ea conſequatur; ut etiam emendari poteſt libellus quoad detractionem, ſeu diminutionem, ut ſi actor in libello petierit mille florenos, poteſt poſt litis conteſtationem corrigere, & petere nongentoa *arg. l. quidem 21. ff. de reb. cred.* & ibi Abbas *c. 2. n. 24. h. t.* Poteſt etiam libell⁹ mutari per additionẽ, ut ſi actor minns inſto aliqnid petierit in libello, & poſtaa cognoſcens plus ſibi deberi, poteſt in eodem iudicio poſt litis conteſtationem uſque ad ſententiam addere illud plus, quod ſibi debetur: quia tunc ſubſtantia actionis non mutatnr, nec prima petitio deſeritur. Non tamen deſunt, qui aſſerunt in praxi contrarium obſervari, ut litis conteſtatæ inſtaatia in tali caſu ſolvatur, relicta facultate actori alium libellum offerendi, aliúdque petendi iudicium.

Quòd verò ad effectum attinet iudicii, tenetur Iudex ſecundùm petitionem ſactam in libello ſententiam ferre. adeò ut id ſit effectus libelli, ut etiam quòd actor poſt libellum à Iudice reo convento porrectum, cogatur litem proſequi, ut conſtat ex *auth. qui ſemel. C. quomod. & quando Judex*, ſi tamen Rei conventi interſit, ut inchoata lis abſolvatur; quinimò poteſt etiam reus conventus actorem adigere ad eam eauſam proſequendam. Sunt plures alii effectus libelli, quos recenſet Hoſtienſis. *in ſum. n. 13. h. t.* 16.

§. III.

Quid ſit actio juridica, & quotuplex.

ACtio quamvis genericè, & laxè ſumpta plura ſignificet, ad quæ extenditur, in iure tamen, & à iuriſconſultis contrahitur ad eas duntaxat actiones, quæ ad ius pertinent, ſeu ad eos ritus, qui à iuris conſultis excogitati ſunt, ut ad emancipationem, manumiſſionem per vindictam, ceſſionem in iure, teſtamentum, per æs, & libram, & ſi qui ſunt eiusdem generis ritus. Cùm verò hæc omnia certa verborum conceptione fierent, conſuetudo poſtea inolevit, ut actio juridica ſumeretur pro ipſa formula, & conceptione verborum: hinc actio plerumque pro querela in iodicio contra aliquem propoſita uſurpatur, & tunc deducitur ab agere, quod queri ſignificat; verùm queri aliqnando videtur plus eſſe, quàm agere ut in *orat. pro Cælio*: cæterùm agere pro queri, aut poſtulare Cicero pluribus uſurpat in locis. 1

Solent autem in actione iuridica conſiderari, quo authore ſit introducta; ex qua cauſa; cui detur, & contra quem: an extendatur ad hæredes; quid in ea veniat; quamdiu concedatur; quis ſit exitus, quid ſpectandum ſit Iudici, quid litigatoribus; an remedia ſint affinia; quibus uti poſſimus? hæc enim qui ignorat, nequit feliciter ſuam in judicio actionem inſtituere, ad quod requiritur perfecta notitia circumſtantiarum, quæ actionem comitantur; variantur enim circumſtantiæ per omnes actionea: unde nequit quis actorem, ſeu cauſidicum agere, ſi actionis ignoret circumſtantias; & viri eſt ſtupidi abſque hac certa actionis cognitione cauſam producere ad Juditem. Cæterùm etiam nunc variè in judicio uſurpatur actio; interdum pro accuſatione, ſeu petitione, quo pacto accuſator, actor dicitur, ejuſmodi ſunt Ciceronis actiones in Verrem. 2

Quandoque ſumitur actio pro ipſa defenſione cauſæ, vel rei, de qua agitur: communiùs tamen ſumitur actio juridica pro jure agendi, ac judicium intentandi, eſtque perſecutio judicialis, ſeu jus perſequendi, & deſcribitur, *Legitima facultas, vel authoritas permittens perſequi in judicio id, quod ſibi debetur*, quam actionis definitionem fusè explicat Farcatulus in *Necyomancia dial. 96. n. 1.* Apud veteres tamen 3

actio ſumebatur pro formula juris conſultorum, ac pragmatorum ingenio excogitata, adeò ut leges, actiones vocarentur, eò quia leges rerum agendarum formam præſcriberent : erat autem hæc formula apta, & accommodata ſacti apud Judicem propoſitio, ſive expoſitio adeò ut carperentur Cauſidici, qui hac neglectâ actionis formulâ in forum cauſam deducerent, quam nec ſemel cum ſuis circumſtantiis rectè perpenderint.

4 Actionum juridicatum ab Ulpiano duo aſſignantur genera; alia enim eſt actio in rem, quæ & vindicario dicitur; alia in perſonam, quæ condictio vocatur. Actio in rem ea proprie dicitur, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſſidetur, petimus, & ſemper eam inſtituimus contra eum, qui rem noſtram poſſidet. Actio in perſonam eſt, quâ cum eo agimus, qui obligatus eſt nobis ad aliquid præſtandum, faciendum, vel dandum, & ſemper contra talem perſonam inſtituitur *l.25. ff. de oblig. & act.* Rurſus ut notat idem Ulpianus aliæ ſunt actiones ex contractu, quædam ex facto, & aliæ in factum : ex contractu eſt actio, quoties quis lucri ſui causâ cum aliquo contrahit per emptionem, venditionem, locationem, conductionem, cæteróſque id genus contractus. Actio ex facto dicitur, quoties ex eo teneri quis incipit, quod ipſe admiſit, ut ſi furtum, vel injuriam commiſerit, vel damnum dederit. Actio in factum dicitur, quæ datur patrono adverſus libertum, à quo contra edictum prætoris in jus vocatus eſt. Hæ autem omnes actiones, vel civiles dicuntur, vel honorariæ.

5 Actionum ſpecies ob immenſam propemodum negotiorum diverſitatem variantur, & diviſio ex quatuor præſertim rerum cauſis petitur, nimirum ab efficiente, materiali, formali, & finali : & actiones adjectitiæ eæ vocantur, quibus non uno, certóque agendi modo, ſed variis ex cauſis experiri poſſumus : cujusmodi ſunt actiones de peculio, de in rem verſo, & quod juſſu, ita dictæ, eò quia ſint adjectiones, ſeu clauſulæ agendi ex quibuslibet negotiis geſtis, cum iis, qui ſunt de poteſtate alterius : non enim actio de peculio ſpecie diſtinguitur à cæteris, ſed adjectitia duntaxat eſt qualitas aliarum actionum. Rurſus actio ædilitia pluribus competit modis ; Primò ſi res vendita ſit redhibita ob vitium, ſeu morbum, & à venditore non reſtituitur pretium emptori.

6 Secundò competit, quando res vendita non placet, ſi intra præfinitum tempus redhibeatur ; hæc enim conventio rata habetur.

7 Tertiò competit, ſi venditor non vult tradere ſervum, vel mancipium, vel jumentum cum ornamento, cum quo illud oſtenderat tempore venditionis : vel ut fiat redhibitio rei principalis propter acceſſoria, & tunc competit usque ad ſexaginta dies *ff. eod. tit. l. ædiles. in princ. §. vendendi.*

8 Quartò competit cùm quis in eo loco, in quo ſolet populus eſſe, habet quis canem, lupum, urſum, aprum, pantheram, leonem, vel aliud animal, quod nocere poſſit, ſive catenis ſit vinctum, ſive ſolutum, ſi enim homo liber ab iisdem damnum pateretur, vel periret, ſolidi ducenti præſtabantur. Actio ad exhibendum dicitur actio in perſonam, per quam, qui in rem qualicunque actione acturus eſt, ejus rei ſibi in publico poteſtatem, ut experiatur, fieri poſtulat *l. 2. & 3 ff. ad exhib.* Actio æſtimatoria, ſeu de æſtimato eſt etiam actio in perſonam, per quam qui rem aliquam vendendam recepit, vel ipſam incorruptam reddere compellitur, vel ejus æſtimationem, ſeu pretium *l.1. ff. de æſtim.*

9 Actio albi Prætorii in eum, vel eos conceditur, qui album vi corruperunt, vel ſuſtulère : ſicut enim olim edicta proponebantur in albo prætoris; hodie inolevit conſuetudo, ut affigantur ſchedæ publicæ citationis, quæ & edicta dicuntur: alia etiam ſunt edicta, quæ præſcribi, ſeu procul ſcribi debent præ foribus eccleſiæ, vel collegii, aut curiæ ſenatoriæ : actio autem de albo corrupto eſt, quâ quivis de populo agere poteſt contra eum, qui Prætoris edictum corrupit, ut quinquaginta aureorum pœnâ mulctetur *l. 7. de jurisdic.*

10 Actio arbitraria dicitur, in qua exercetur officium mercenarium Iudicis actioni inſerviens ob aliquod extrinſecum præter naturam actionis; ut quando Judex arbiter procedit contra Reum contumacem. Alii verò volunt actionem arbitrariam dici eam, quæ ex arbitrio, & poteſtate Iudicis pendet, ut ſi Judex æſtimaverit rem reſtituendam, vel alio modo ex ſuo arbitrio ſatisfaciendum actori, & Reus obtemperet, tunc abſolvitur : ſin verò parère detrectet, damnatur, perinde ac in actione, quod metûs causâ. In actione de dolo *l. arbitrio. ff. de dolo.* & in aliis id genus, in quibus priusquam Judex negotium definiat, benignè arbitratur interloquendo ; cui arbitrio, ſi pars non acquieſcat, Judex pronuntiat definiendo. In aliis enim actionibus præſertim bonæ fidei, nullum ante definitivam ſententiam interponitur arbitrium, ſed cùm primùm de cauſa conſtat, Judex fert ſententiam definitivam. Actionum tamen quædam bonæ fidei ſunt, in quibus permittitur Judici ex bono, & æquo æſtimare, quomodo actori ſatisfieri debeat.

11 Aliæ verò ſunt ſtricti juris, in quibus Judex eam non habet libertatem, & quædam arbitrariæ, in quibus quomodo actori ſatisfieri debeat, non ex ſola actionis natura pendet, ſed ex Judicis arbitrio, non tamen libero, qualis eſt ea in bonæ fidei judiciis, libera poteſtas: ſed quaſi conditione quadam coarctato, nimirum ſi is, cum quo agitur ad juſſum, & Judicis interlocutionem actori non ſatisfaciat, non reſtituat rem, non exhibeat, non ſolvat.

12 Alii volunt, actiones arbitrarias eas eſſe, in quibus Judex non adſtringitur ad certam formulam, & ſummam, ut in ſtrictis judiciis : ſed ei permittitur ex bono, & æquo ſecundùm cujusque rei, de qua agitur, naturam æſtimare, quomodo actori ſatisfieri debeat. Verùm ita arbitrantes meliùs arbitri audiunt, quàm Judices, arbitrium enim, ut placet Feſto, tamdiu manet, quàmdiu res apud arbitrum geritur.

13 Differt actio arbitraria ab actione bonæ fidei, quia in hac non nominatur ſumma pecuniæ,

ſed

ſed tantùm, quod ex bona fide dari oportet, petitur: ſecùs in actione arbitraria nominatur quidem ſumma pecuniæ, ſed arbitrio, & prudentiæ Judicis committitur. Actiones bonæ fidei dicuntur, in quarum formulis Prætor adjiciebat ex bona fide. In quibus enim id additum non erat, Judici dato non licebat egredi formulam, nec ſummam ſibi à Prætore præſcriptam, ac definitam; ſecus in bonæ fidei judiciis libera poteſtas videtur permitti Judici, ex bono, & æquo æſtimandi, quantum actori reſtitui oporteat.

15 Actio ſtricti juris ea eſt, in qua neque latum unguem licet Judici à verbis formulæ recedere: Judices enim, cùm ſint privati homines nullam judicandi poteſtatem habent, niſi quam à Magiſtratu accipiunt, proinde tenentur judicium ferre juxta formulas à Magiſtratu ſancitas, poteſtates enim, & imperia ſunt tantùm penes Magiſtratus; quapropter ſi tantùm undeviginti debeantur, & viginti petantur, Judex actione ſtricti juris petentem damnat, juxta vulgatum illud in jure, qui plus petit, quàm ſibi debeatur, cauſa cadit. Officium enim Judicis eſt tantùm, & ſimpliciter conſtituere, an debeantur viginti aurei, vel non; cæterùm ad ipſum non pertinet de numero aureorum arbitrari. Actio calumniæ occurrebat actoris malitiæ, & qua non decernebatur citatio, neque ad executionem perducebatur niſi cautione ab actore data, quòd intra duos menſes litem conteſtaturus, vel omne damnum ei, qui conveniretur, reſtituturus eſſet in duplum cautione tamen non transcendente triginta ſex aureos *l. 1. C. de tit. conteſt. novel. de execut.* §. 1. & hæc cautio litis initium reſpiciebat. Hac actione ſi qui calumnioſè alteri litem intenderat, damnatus eſſet, adigebatur ſolvere adverſario decimam partem illius, quod petierat.

16 Actio cautionis judicio ſiſti condictitia ei competit, qui ſtipulatus eſt judicio ſiſti contra ipſum reum, vel fidejuſſorem ejus, qui promiſit *l. 2. qui ſatisdat. cog.* Hæc actio, ſi ſit in promiſſione pœnam perſequitur; alioquin rem ipſam, ſeu id quod intereſt. Actio autem cautionis judicio ſiſti, in factum prætoria, ſemper eſt perſecutoria pœnæ. Si quis non ſit admiſſus ad cavendum, ſicut jure tenebatur, ideóque tractus in cuſtodiam; huic actio in factum conceditur contra eum, qui recuſavit accipere legitimam cautionem.

17 Rurſus ex actionibus aliæ dicuntur civiles: aliæ criminales: civiles ſunt, quibus non agitur ad pœnam, & vindictam, ſed tantùm civiliter. Criminales verò, quando agitur de crimine vindicando, & de pœna infligenda criminoſo, adeò ut is dicatur agere criminaliter, qui de crimine ad pœnam, & vindictam in judicio experitur. Hinc pro injuria alicui illata poteſt in judicio tam civiliter, quàm criminaliter agi. Civiliter quando injuriæ æſtimatio habetur. & quam is, qui injuriam accepit ſibi poſtulat irrogari *§. pœna inſtit. de injur.* Criminaliter verò, quando extraordinaria pœna imponi petitur, & usque ad mortem protendi poteſt. Cæterùm actio civilis, in qua de re familiari agitur, non conſumit criminalem actionem, nec hæc civilem *l. unic. C. quando civilis actio crimin.* quamobrem qui in factum actione ob ſuppreſſum teſtamentum, cùm ſua intereſſet, egit, poteſt poſtea, imò & quivis alius, cùm publicum ſit judicium de falſo criminaliter accuſare. Neque refert, ſi accuſatio priùs, vel actio civilis proponatur: utraque tamen eodem judicio non poteſt proponi: & ubi criminale judicium publicum eſt, præjudicium fit ei per privatum, adeò ut priùs cognoſci debeat de privata, & civili actione juxta Paulum juriſconſult. *l. interdum de publ. jud.* Interdum tamen evenit, ut præjudicium etiam publico judicio fiat, ut in actione legis Aquiliæ, & furti, & interdicto unde vi, & aliis, in quibus agitur de re familiari, ut notat Baldus *ad tit. de leg. Aquil.*

Alia eſt actio commodari, ſeu perſonalis, & 18
eſt, quâ id nobis reſtitui poſtulamus, quod alicui gratis conceſſimus, quo poſſet uti, éſtque hæc actio triplex, directa, quæ ei competit, qui rem aliquam commodavit contra commodatarium ad repetendam ipſam rem, ut ei res, ejúsque acceſſiones reſtituantur ex facto, & expleto uſu, propter quem commodata eſt *ff. commod. l. 1. §. ſicut.* Alia eſt actio commodati utilis, & competit, ubi non eſt verè commodatum, ſed tantùm interpretativè: & hujus commodati plura exempla habentur in epitom. Pacii *diſp. 19. theſ. 26. & ſequent.* Alia eſt actio commodati contraria, & ei competit, qui commodatum accepit, in eum, qui commodavit, & impenſas repetit in rem commodatam factas.

Rurſus alia dicitur actio communi dividun- 19
do, & iis datur, qui res quas, vel voluntate, vel fortuna inter ſe communes habent, per arbitrum dividi debent, petitúrque præſtari, ſi quid alter alteri debet, ut notat Paulus *l. 1. ff. commun. divid.* Hócque judicium ideò neceſſarium fuit, quia actio pro ſocio magis ad perſonales invicem præſtationes pertineat, quàm ad communium rerum diviſionem, ut notat Pacius *loc. cit. diſput. 19. theſ. 16.* Rurſus hæc actio de communi dividundo, ut & familiæ Herciſcundæ mixtam cauſam habet, quia exemplo realium ratione dominii intenditur *l. per hoc. judicium ff. commun. divid.* quod pro parte apud unum eſt, & ſequatur quemlibet rei poſſeſſorem, licèt titulo ſingulari poſſidentem *l. 1. C. commun. divid.* Participat etiam cum actionibus in perſonam, eò quia ex quaſi contractu oriatur hæc obligatio *§. item ſi inter inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract.* habet etiam perſonales præſtationes; quia hæc actio competit ratione fructuum perceptorum, ac ſumptuum neceſſariorum *l. 3. ff. commun. divid.* In eo tamen differt hæc actio communi dividundo ab actione familiæ Herciſcundæ, quia hæc pro univerſalibus dari ſolet, ſecus actio communi dividundo nonniſi pro rebus ſingularibus: rurſus actio familiæ Herciſcundæ datur inter plures cohæredes, ut inter ipſos hæreditas dividatur, & diſtribuatur *l. 1. ff. famil. Herciſc.* ſecus actio communi dividundo non ſolùm datur inter cohæredes, verùm etiam inter alios: ſi una, ac eadem res donata ſit duobus, competit iiſdem hæc actio *l. 2. C. commun. divid.* ut etiam iis, qui ſocietatem inivêre.

Actio

20 Actio condictitia eſt perſonalis, quâ condicimus, & competit agenti contra eum ob repetitionem, perinde enim ei poteſt condici, ſi appareat eum dare oportere, ac ſi mutuum accepiſſet, ut notat Ulpian. *l. ſi quis 24. ff. ſi cert. pet.* Actio itidem ex conducto eſt in perſonam, per quam, qui rem alieno uſui conceſſit, vel opus faciendum conduxit, ſive recepit, ut vel re ſarta tecta utatur, vel operis perfecti mercedem conſequatur, petit in judicio, quod ſibi debetur, proinde competit hæc actio ipſi conductori ex iiſdem fermè cauſis, ut ſi re, quam conduxit, frui ei non liceat, eò quia denegetur ei poſſeſſio rei, vel hæc non reficitur: id tamen intelligitur, ut ſi culpâ locatoris id contingat, debeat ſolvere, quanti intereſt conductoris.

21 Actio confeſſoria dicitur, quoties actor aſſerit in judicio ſibi, vel prædio ſuo ſervitutem deberi: ut etiam quando actor aſſerit, & contendit prædium, vel domum ſuam eſſe liberam ab adverſario, & poſtulat adverſarium moleſtantem compelli, ut deſiſtat, & declarari per ſententiam, ei nullam ſervitutem in prædium illud, vel domum deberi, & hæc ſecunda actio dicitur etiam negatoria, eò quia neget, quod prima aſſeric: prima enim aſſerit, tali prædio deberi ſervitutem; & ſecunda aſſerit, tale prædium eſſe liberum à tali ſervitute, quod perinde eſt ac negare aſſertum primæ. Eſt autem hæc actio confeſſoria duplex, una directa, quæ iis competit, qui directum habent dominium earum rerum, quibus debetur ſervitus contra illos, qui pariter ejus rei, quæ ſervitutem ſuſtinet, directi domini ſunt: altera dicitur utilis ei prodita, qui in prædio dominante utile habet dominium, vel ſaltem jus aliquod in re, unde hæc actio confeſſoria utilis competit creditori, qui rem jure pignoris poſſidet *l. Creditori ff. de nov. oper. nuntiat.* eadem ratione competit etiam Emphyteutæ, Vaſallo, aliiſque id genus.

22 Rurſus alia eſt actio dativa, & alia nativa, & licèt aſſerat Alciatus, nullum in jure reperiri diſcrimen inter utramque hanc actionem, ſed promiſcuè juriſconſultos vocare actionem dativam, & nativam: nihilominus Zaſius in *princ. inſtit. de act. num. 8. & ſequent.* id aſſerit intercedere diſcriminis, quia actio nativa habeat præjacentem materiam, eámque ſufficientem, & efficacem, ut inde actio derivetur, cujuſmodi ſunt contractus, & conventiones legitimæ. Actio verò dativa quamvis præexiſtentem habeat materiam, non tamen idoneam ad actionem producendam, niſi nominatim adjuvetur lege, prætore, conſuetudine. Vel actio nativa eſt, quæ competit de jure ordinario, cujuſmodi ſunt actiones ex contractu, vel delicto deſcendentes. Dativa dicitur, quæ jure ordinario non competit; ſed ſpecialiter à lege, prætore, conſuetudine ex æquitate, vel ratione aliqua datur, ut actio de conſtituta pecunia.

Actio de arboribus ſucciſis ex 12. tabul. competit contra perſonam, & per hanc actio-
23 nem, qui alienas arbores exciderit damnatur æris 25. ut refert Plinius *lib. 17. c. 1.* hinc in jure civili habetur titulus arborum ſortim cæſarum, quæ quidem pecuniaria eſt ex l. 12. tabular. Sancitum ſiquidem fuit per leges, ut coërcerentur, imò & punirentur, ut latrones, qui arbores vel maximè vites cæderent, imò fuit etiam capitale ſupplicium alienas cædere arbores; & actio hæc legitima erat contra eos, qui cæderent, ſcinderent, ſecarent arbores, ut notat Cujacius, imò arborum appellatione contineri etiam ederas, arundines, ſalicta, & ſtirpes notat Ulpianus in *l. 3. ff. eod.* Actio de dote eſt in perſonam, & hæc divortio facto mulieri ad dotem exigendam contra maritum datur, & maritum in id tantum, quod præſtare de præſenti poteſt, damnat *l. maritum 12. & ſequent. ff. ſol. matrim.*

Actio de dolo ei competit, cui damnum 24
dolo malo, à quovis eſt illatum: vel ſi quis contra Cajum doloſè agat conſulendo, vel malitioſè ſua negotia adminiſtrando, tunc Cajo damnum paſſo competit hæc actio contra eum, qui dolo malo damnum intulit. Verùm hæc actio non datur niſi damnum datum duos aureos excedat: nec datur liberis contra parentes: ſiquidem hæc actio odioſa eſt, & per eam condemnatus incurrit infamiam: imò nec datur liberis contra Patronos, neque humili contra eum, qui dignitate excellit, ut neque plebeo contra conſularem receptæ authoritatis: imò neque luxurioſo contra hominem vitæ emendatioris. Cæterùm datur hæc actio in factum contra prædictos, ut fiat mentio bonæ fidei, & tunc inſtituitur verbis temperatis in conditione libelli, in qua nulla ſit mentio doli *ff. de dolo l. ſi oleum 5. fin.* ut notat Pacius *diſput. 20. thеſ. 6.* Datur etiam actio de dolo, & furto eorum, qui ſunt in miniſterio cauponum, ſtabulariorum, & datur contra Caupones, ſtabularios, nautas in duplum obligatione ex quaſi maleficio deſcendente, eò quia ipſis vertatur culpæ, cùm hujuſmodi ſervorum colluviem in ſuum aſciverint contubernium, ut notat Alicatus in *l. ſervus C. de pact.* Quòd ſi aliquid ejus rei nomine præſtiterint ab eo, qui quaſi deliquit facultatem habent recuperandi *argument. l. ſi verò §. cùm autem ff. de his, qui dejec. vel effud.*

Actio de paſtu pecoris ex leg. 12. tabular. 25
inſtituta fuit, cùm in fundo Titii pecus Caij depaſtum eſt. Non enim de pauperie noxalis actio ſufficiebat: quia paſtus pecoris nec pauperies, nec damnum eſt. Datur autem hæc actio ei, cujus glandes depaſcuntur ab alieno pecore immiſſo, ſive in proprio fundo, ſive in alieno contra eum, qui pecus ſuum immiſit ad depaſcendum. Hæc enim eſt prima ratio, ob quam hæc actio fuit lege inſtituta, cùm ſæpè immittatur pecus in alienum fundum cum damno poſſeſſoris fundi: & quia nil fuit corruptum, ceſſat actio directa aquiliæ, & rurſus quia factum intervenit immittentis, ceſſat etiam actio de pauperie. Hinc quamvis in alieno fundo nil corrumpatur; ne-

que contra ſolitum uſum glans conſumpta ſit à pecore, ſi tamen damnum grex adſerat, & nullo jure ſit, tunc utilis actio aquiliæ concurrit cum hac actione de paſtu pecoris. Quòd ſi pecus ſuo motu vel laſcivia fundum alienum ingrediatur, & glandem comedat, ſepes deſtruat, vel quid aliud corrumpat absque ullo immittentis facto, & citra paſtoris culpam, tunc exercetur actio de pauperie. *l. ult. C. ad leg. Aquil.* ut notat Oldrad. Datur etiam actio de tigno juncto, éſtque, qua utitur Dominus tigni, quod injunctum eſt prædiis urbanis, vel ruſticis, contra eum, qui ipſius tignum ædibus, vineiſque ſuis adjunxit: per quam non ipſum tignum, ſed duplum conſequitur, ut docet Ulpianus *l. 1. ff. de tign. junct.* Imò hæc actio non ſolùm datur contra eum, qui injunxit, verùm etiam qui injunctum habet, ut notat Gloſſa in *l. in rem actio §. tignum. ff. de rei vindic.*

26 Alia etiam dicitur actio de peculio, éſtque, per quam qui cum filioſamilias, vel ſervo contraxit contra patrem, vel Dominum, & ita agit, ut quoad profectitium peculium ferre poſſit, damnetur ſolvere, ut habetur in *toto tit. de peculio.* Eſt autem actio perpetua in patrem, vel dominum, ſed mortuo, vel manumiſſo, alienatóve filio, vel ſervo; incipit eſſe annalis, ut notat Ulpianus *l. 1. §. 2.* quia ut cum morte, val alienatione extingueretur peculium, ſatis erat, ſi usque ad annum produceretur obligatio. Non tamen hæc eſt certa quædam ſpecies actionis, quæ per ſe conſtet, ſed potiùs quædam adjectio, qua principalis actio deſignatur. Nam ſi ratione depoſiti, commodati, mandati filinsfamilias obligatus ſit, datur adverſus Patrem actio depoſiti ex peculio, commodati ex peculio, & mandati ex peculio *l. 5. §. qui congruit ff. de pecul. l. depoſiti eod.*

27 Actio depoſiti datur contra depoſitarium, ſeu eum apud quem res eſt depoſita, ut remr eſtituat in diem. Contraria autem depoſiti actio competit Depoſitario ſimul, & hæredi ejus in eum, qui depoſuit nomine impendiorum in rem depoſitam factorum. Datur autem hæc actio depoſiti ad duplum ai, qui in quatuor caſibus aliquid depoſuit, ex imminente periculo, ut in tumultu, ruina, naufragio, incendio, ut notat Zaſius in *d. §. qui congruit. & ſequent.* Eſt autem actio depoſiti duplex directa, & contraria; illa competit depoſitori ad repetendum depoſitum, & acceſſiones ejus, competitque in ſimplum, niſi fortaſſis res fuerint incendio, ruinâ, & naufragio deperditæ, quia in hiſce caſibus, qui depoſitum ita recepit ſi inficietur, & de eo convincatur condemnatur in duplom, Actio depoſiti contraria ei datur, penes quem res eſt depoſita ad petendum impenſas, ſi quas circa rem impenderit, & illas repetit, vel damnum datum per ſervum depoſitum: eſt autem hæc actio depoſiti ſequeſtraria in ſequeſtrum data *l. ſi in Aſia 12. paragraph. 2. ff. eod.* ut notat Pacius *epit. diſputat. 18. theſ. 29.*

28 Actio ex contractu oritur ex pacto, conventione, ſive obligatio naſcatur ex re, ut condictio certi de numerata pecunia; condictio ob cauſam dati, actio commodati, depoſiti pignoratitia: ſive obligatio oriatur ex verbis ſicut in actione ex ſtipulatu, quando res certa in ſtipulationem deducta eſt: ſive obligatio oriatur etiam ex litteris, de quibus condictio odio deſidiæ datur in eum, qui cum ſpe futuræ nominationis ſcribit ſe debere, quod ei non eſt numeratum; numerationa autem non ſecuta poſt biennium non repetit chirographum *l. in contract. C. de non numerat. pecun.* Sive oriatur obligatio ex conſenſu veluti empti, venditi, locati, conducti, pro ſocio mandati, præſcriptis verbis, & actio conſtitutæ pecuniæ, imò etiam actio in factum de jurejurando. Hæ omnes ſpecies actinnum, quæ oriuntur ex contractibus, ſunt in perſonam. Actio enim empti, vel ex empto eſt, per quam, qui rem quampiam emit, venditorem obligari cogit ad rem emptam tradendam, ut notat Ulpianus *l. 21. ff. de act. empt.* ut etiam actio venditi eſt, quæ datur venditori contra emptorem, ut is cogatur pretium ſolvere rei à ſe emptæ. Verùm totus iſte contractus emptionis, & venditionis emptio dicitur; quia utriusque contrahentis voluntas in eo eſt ſita, ut emens acquirat, & venditor accipiat pretium, non verò ut alienet, proinde totus contractus emptio dicitur. Datur etiam actio emphyteutica orta ex contractu planè colonario & quã emphyteuta, ſi quid damni eſt paſſus, petit reſarciri. Ut etiam actio condictitia, quæ ei competit, qui damnum eſt paſſus ex gravamine ſportularum contra actorem, qui per fraudem plus complexus fuit in libello, in triplum; & adverſus executores exigentes aliquid ultra debitas ſportulas in quadruplum *§. triplic. inſtit. de act.*

29 Actio exercitoria vocatur quoties Dominus navis præponit ſervum, vel filium, vel quempiam alium navi vehendæ: tunc quidquid à vectoribus contrahitur cum eo, qui præeſt navi ejus rei datur actio exercitoria in Dominum, qui nominatur exercitor, ut notat Zaſius in *§. actiones inſtit. de action.* Exercitor enim ex Ulpiano is dicitur, ad quem obventiones, ac redditus omnes perveniunt, ſive is Dominus navis ſit, ſive à Domino navem per accerſionem conduxerit, vel ad tempus, vel in perpetuum, & nihili refert, an exercitor mas ſit, ſive fæmella, paterfamilias, an ſervus, ſin verò navem exercens ſit pupillus, tunc requiritur Tutoris authoritas *l. 1. § exercitorem ff. de exercit. action.* Differt verò actio exercitoria ab actione quod juſſu, quia in exercitoria tacita ſufficit voluntas, cum expreſſa requiratur in ea quod juſſu. Eſt autem actio exercitoria in perſonam, quâ exercitor navis, cauponæ, vel ſtabuli dolum, aut furtum, quod in navi, caupona, ſtabulo non per ipſum, ſed eorum aliquem, quorum operâ utitur, factum erit, præſtare compellitur, ut notat Pacius *diſput. 21. theſ. 11.*

30 Actio Faviana, ſeu Fabiana eſt, quæ datur patrono ad revocanda, quæ per Libertum fuerunt alienata: & ſub ea comprehenduntur

henduntur etiam fructus tam ante, quàm poſt litem conteſtatam percepti . *ſdeamus* §. *in Fabiana ff. de uſur.* illud plurimum refert, an libertus in fraudem Patroni inter vivos, an donatione cauſa mortis alienaverit; quia ſi inter vivos non præſumitur dolus, niſi probetur, quòd vendiderit vel locaverit: ſin verò alienatio facta ſit donatione mortis cauſa, ſufficit docere mortis cauſâ factam fuiſſe: quia hujuſmodi donationes mortis cauſâ comparantur legatis, in quibus non quærimus, an dolo malo facta ſint, an non, ut notat Cujacius *tract. 1. ad Africanum*, ubi etiam aſſerit, actionem Fabianam competere Patrono, liberto teſtato, & actionem Calviſianam Liberto inteſtato, & utramque dari Patrono contra eos, quibus libertus bona ſua alienavit dolo malo in necem Patroni, quamvis fraudis conſcii non ſint: vel adverſus eos, quibus mortis cauſâ donavit libertus, vel legavit ſupra ſemiſſe bonorum, tametſi non hoc dolo malo fecerit libertus.

31 Actio familiæ Herciſcundæ dicitur, quæ datur cohæredibus poſtulantibus, ut hæreditas dividatur & ſi quid alter alteri debeat, præſtetur. herciſcere familiam perinde eſt, ac dividere hæreditatem; familiæ ſiquidem nomine relato ad res ſignificatur hæreditas *l. pronuntiatio* §. *11 ff. de V. S.* herciſcere autem antiquitus idem ſignificavit, ac dividere *l. 1. ff. familia herciſcund.* & ejus formula eſt in rem, vis autem, & natura, qualis eſt actionis in perſonam, ut notat Ulpianus *l. 22.* §. *3. ff. familia Herciſcund.* conſtat autem judicium hujus actionis ex duobus, nimirum ex rebus, & præſtationibus, quapropter ut notat Pacius in *epit. diſp. 19. theſ. 11.* hæc actio dicitur mixta: cùm enim hæredes dominium pro parte hæreditatis habeant, videntur in rem agere *l. actionum genera ff. de act. & oblig.* quia verò ex quaſi contractu deſcendit, eſt etiam perſonalis: ſiquidem hæredes adeundo hæreditatem videntur contrahere *l. apud Julianum* §. *ult. quibus ex cauſis in poſſeſſ. eat.* Rurſus habet etiam præſtationes, quæ, ut notat Labeo, ſunt actiones perſonales, dicuntur enim præſtationes, quæ invicem, & utrinque, ſeu ultro, citroque a contrahentibus præſtantur.

32 Actio finium regundorum competit finibus ad dignoſcendum, vel ad judicandum *ff. eod. tit. l. 2.* §. *jud.* & inſtituitur inter eos, qui agros confines habent *inſtit. de act.* §. *item finium regund.* quæ tamen verba textûs ſunt diligenter examinanda, quia initio illic regere idem ſignificat, quod diſcernere, diſterminare, & quaſi in rectitudinem, modumque agere: & hoc modo inſtituitur ad diſcernendos, & conſtituendos agrorum fines, de quorum confinibus eſt controverſia. Rurſus hac actione inter eos agitur, qui confines habent agros, non verò vicinos, quapropter hæc actio locum duntaxat habet in ruſticis prædiis, & non in urbanis, cùm hæc non ſint confinia, ſed vicina, parietibus circumvallata, ac diſtincta. ea enim prædia dicuntur tantum confinia, quæ ita ſunt proxima, ut nullo intermedio pariete diſcriminentur, quatenus nullus paries in medio erigitur.

33 Hinc urbana prædia dicuntur etiam, quæ habent ædificia, muriſque clauduntur, quamvis ſint in villa: & è contra prædia ruſtica, quæ carent ædificiis. Quòd ſi inter duo prædia ruſtica publica mediet via, non habet locum hæc actio. Secus tamen ſi rivus privatus intervenerit, quia tunc actione finium regundorum agi poteſt contra poſſeſſorem rivi *ff. eod. tit. l. ſed & loci* §. *fin. cum l. ſequent.* eſt autem hæc actio duplex, ſeu utrinque directa, quatenus in ea uterque eſt actor, & uterque Reus. Rurſus eſt mixta, cùm quia ſit in rem, & perſonam *inſtit. de actioni.* §. *quædam actiones* & §. *item finium regundorum.* Id etiam habet commune cum actionibus in rem, quia ex dominio actoris proficiſcitur hæc actio *l. ſed & loci* §. *1.* & actor recipit beneficio hujus actionis, quod ſuum eſt: quod enim erat Titii, plerumque per hanc actionem fit Caii, ſeu quod poſſidebatur à Titio, adjudicatur Cajo, qui recipit, quod ſibi debetur *l. ſi irruptione in princ. ff. fin. regund.* Cæterùm ſi vicinus ampliores fines ei, cui ſuum prædium vendit, oſtendat; poteſt tunc emptor præſcribere, & tempus præſcriptionis incipit à tempore, quo poteſt hæc actio intentari: incipit autem poſſe intentari, quando fines cœperunt turbari, ex eo enim oritur hæc actio, ut notat Azon. in *ſum. C. eod. tit.* Conceditur autem hæc actio confinibus prædiorum, ac poſtulantibus, ut quod cujuſque proprium eſt, ab arbitro definiatur, ac reſarciatur, ſi quid ab alterutro commiſſum eſt: quapropter formula hujus actionis eſt eadem cum formula vindicationis, ut notat Pacius in *epit. diſput. 10. theſ. 20.*

34 Actio funeraria eſt, quâ perſequimur, ut ſolvantur ſumptus funeris, ſeu quidquid corporis cauſâ, antequam ſepeliretur, impenſum eſt *l. funeris in princ. ff. de ſumpt. funer.* eſtque actio privilegiaria, quæ propterea præfertur cæteris actionibus, ut etiam negotium defuncti cæteris creditoribus. Cæterùm funus latiùs patet, quàm exequiæ: funus enim comprehendit totam pompam ſepeliendi; cùm exequiæ duntaxat virorum ſolemnitatem, dum funus procedit: unde hæc actio funeraria dicitur, eò quia totam complectatur ſepulturæ rationem, & non ſolùm exequiarum.

35 Actio honoraria à Modeſtino *l. 25. ff. ad ſenatus conſult. Vellejan.* dicitur actio prætoria. Juvat obſervare ex actionibus quaſdam concedi hæredibus; & alias in hæredes, alias etiam hæredibus, ſed non in hæredes, & alias demum neque hæredibus, neque in hæredes §. *non autem omnes inſt. de perp. & temp. act.* & colligitur paſſim ex libris Pandectarum. Hæredibus, & in hæredes competunt actiones ex contractibus, vel quaſi contractibus, civiles, & prætoriæ in rem & in perſonam, dummodo conſtet, hæredem teneri in rem actione non tam quòd hæres, ſed quòd poſſeſſor rei litigioſæ, ut notat Paulus juriſconſul. *l. ſi in rem ff. de rei vendic.* ubi ait: ſi in rem actum ſit, quamvis hæres poſſeſſoris, ſi non poſſideat, abſolvatur:

tamen ſi quid ex perſona defuncti commiſſum ſit, omninò in condemnationem veniet. Idque vel maximè notandum eſt propter formam libelli, ac poſitionum. Etenim qui ab hærede petens rem, nullam faceret mentionem poſſeſſionis ejus, non rectè videretur petere. Hæredibus, & non adverſus hæredes actiones conceduntur ex maleficiis, vel quaſi maleficiis privatis, aut publicis; ut etiam ex contractibus, in quibus teſtator doloſè verſatus eſt, cùm inde nihil ad hæredem pervenerit: ſiquidem ex certa juris regula, ex maleficiis pœnales actiones in hæredem rei non competunt: hinc furtum paſſus habet actionem furti contra furem, quam ejus hæres in eundem furem rectè poteſt exercere, vel inchoatam proſequi: ſed mortuo fure, hæredem illius, nec Dominus rei furtivæ, nec ſucceſſor convenire poteſt, niſi aliquid ex furto perceperit; vel dolo malo fecerit, quominus perciperet: ſiquidem turpia lucra, ut notat Ulpianus etiam ab hæredibus extorquentur, tametſi crimina in iiſdem extinguantur *l. in hæredem in princ ff. de calumniat.* imò hæredis nomine non ſolum proximus hæres intelligitur, ſed etiam alius remotior: ſi enim Titius ſurripuit Cajo mille aureos, competit Cajo actio furti contra Titium, qui ſi deceſſerit, tametſi crimen furti cum ipſo extinctum fuerit, non tamen jus in Cajo petendi ab ejus hæredibus ſibi ſublatas pecunias extinguitur: & debitum eas reſtituendi tranſit ad hæredes.

36 Actio hypothecaria, quæ & quaſi Serviana dicitur, ut etiam pigneratitia, eſt actio in rem, per quam creditores, quibus res aliqua ſive mobilis, ſive immobilis oppignerata eſt, rem illam ſibi vindicant, quamvis in poſſeſſionem alterius inciderit. Secus tamen, ſi creditor poſſeſſori permittat, ut rem vendat, quia tunc extinguitur illa actio: ſiquidem non poteſt eam intendere contra poſſeſſorem, cui remiſit; quia obſtaret exceptio; nec contra debitorem, cùm amplius rem illam non poſſideat. Notat tamen Marcellus *l. 8. §. 10. quibus modis pign. vel hypoth.* non videri conſenſiſſe creditorem, ſi ſciente eo debitor vendiderit, eò quia eatenus paſſus ſit rem dari vænum, quia ſciebat ubique pignus ſibi durare. Sin verò ſe ſubſcriberet in tabulis emptionis, conſenſiſſe tunc videretur, niſi manifeſtè appareret, eum deceptum eſſe.

37 Sunt etiam aliæ actiones, quæ dicuntur impertinentes, vel inanes. Ii dicuntur actiones impertinentes proponere, qui ſine certa facti, & juris ſeu actionis inveſtigatione, illotis (ut vulgo dicitur) manibus ad cauſas tractandas proſiliunt. Actiones inanes in jure vocantur, quæ vel inopia, vel exceptione debitoris excluduntur. Alia eſt etiam actio incerti, quæ ita dicitur, non quòd ipſa in ſeſe complectatur incertos articulos, ſed ob disjunctivam petitionem, ſæpiuſque incerti perſecutionem, ut cum petitur, vel ut Reus præſtet promiſſa, vel ut condemnetur in id, quod intereſt *l. ob eam cauſam ff. de præſcript. l. fin. C. de rerum permut.*

Alia eſt etiam actio inofficioſi teſtamenti, quæ nonnunquam accuſatio, & interdum querela dicitur, & ea eſt, quæ liberis datur (parentibus, aut fratribus iniquè præteritis, vel exhæredatis) ut teſtamenta parentum reſcindant, & à Judicibus poſtulent, ut ſi violatum officium cognoſcant, reſciſſo teſtamento hæreditatem iis, quibus naturæ jure debetur, adjudicent. *l. 1. & paſſ. §. de inoff. teſt.* 38

Actio in rem, & quæ vindicatio dicitur, ea eſt, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſſidetur, petimus *l. 1. ff. de rei vindic.* & ſemper datur contra eum, qui rem poſſidet *l. 2. de inſtit. & act.* ex actionibus autem in rem alia eſt directa in rem, cujuſmodi eſt rei vindicatio, actio confeſſoria, & negatoria. Aliæ ſunt actiones in rem utiles, ſuntque de dominio non directæ, ſed utiles; quæ ex æquitate dantur quandoque non Dominis, ut ſunt actiones publicianæ, quæ ex diverſis cauſis competunt, actio, per quam quæritur, an actor juraverit: actio Fabiana, Calviſiana, & actio in rem, quæ competit inter Dominum tabulæ, & pictorem. 39

Sunt etiam aliæ actiones in rem, in quibus tamen non de dominio, ſed de pignore agitur, ut eſt actio Serviana, vel quaſi Serviana. Cæterùm actio in rem eſt, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſſidetur, petimus: unde debet Dominus rei experiri hac actione *l. in rem ff. de rei vendic.* & quamvis non habeat dominium directum in rem, quam petit, debet ſaltem habere dominium utile, ut emphyteuta, Vaſallus, aut Supervivarius *l. 1. ff. ſi ager vectigal.* Imò hæc actio in rem datur etiam poſſeſſori bonæ fidei, & creditori habenti jus in re; ſed debet itidem eſſe poſſeſſor is, contra quem agitur, vel ſaltem ut dolo deſierit poſſidere *l. ſin autem §. ſed & is, & l. is qui dolo ff. de rei vendic.* quia dolus habetur pro ipſa poſſeſſione *l. qui dolo ff. de reg. jur.* ſed probari debet, dolo deſiiſſe poſſidere, ut ſi poſt oblatum libellum deſiit poſſidere, vel poſt denuntiationem litis factæ alienavit, ut notat Bartolus in *l. qui prætorio ff de re vendic.* ubi etiam ait, poſſeſſoris verbum non coarctamus, ſed laxe accipimus, ut non tantùm naturalem, aut civilem poſſeſſorem, verum etiam eum, qui detinet puta colonum, commodatarium, conductorem, & ſi qui ſimiles ſunt, comprehendat *l. officium ff. de rei vendic.* Hæcque duo ſunt actionis in rem extrema, dominium videlicet ex parte agentis, & poſſeſſio ex parte Rei conventi. 40

Habet etiam hæc actio duas cauſas, unam proximam ſeu dominium, vel quaſi dominium, aut jus in re, & aliam remotam, ſeu titulum dominii, ut ſi actor dicat dominium hujus rei ad me pertinet, quia eam emi, vel ea mihi dono data fuit, vel teſtamento relicta. Cæterùm ſicut datur actio in rem ita etiam in perſonam, ſitque 41

qua

quâ cum eo agimus, qui nobis obligatus eſt ad aliquid præſtandum, faciendum, vel dandum, & hæc actio non egreditur perſonam, quæ nobis eſt obligata, oriturque hæc actio ex contractu, vel quaſi maleficio, & quaſi contractu *l. 1. ff. de act. & obligat.* Ex contractu deſcendit obligatio *l. ex placido C. de rer. permut.* ex qua immediatè oritur actio. Dicitur autem actio in perſonam, quia ſequitur perpetuò perſonam obligati, ex cujus oſſibus dicitur nunquam poſſe evelli. Hinc liquet, actionem in perſonam duas quoque cauſas habere, proximam unam, remotam aliam, illam eſſe obligationem, quæ parit actionem: remotam eſſe contractum, ſeu maleficium, ex quo ipſa actio fluit *l. 1. ff. de act. & oblig.* non tamen immediatè, ſed alio mediante ſcilicet obligatione: de hiſce cauſis proximis, & remotis fuſe agit Coraſ. *l. 6. miſſel. c. 5.* Cæterum actio in perſonam contra eum etiam intenditur, qui ex contractu, vel delicto obligatus eſt, ut damnetur ad aliquid præſtandum, dandum, vel faciendum.

42 Rurſus ex actionibus in rem aliæ dicuntur ſcriptæ, quæ tametſi ex natura, & vi ſint in perſonam; ſimpliciter tamen, & abſolutè abſque ullius perſonæ notatione ſcriptæ, & conceptæ ſunt, ut contingit in actione, quod metûs causâ geſtum erit, ratum non habebo. Pari pacto omnia interdicta præter, unde vi, dicuntur ſcripta in rem: quamvis interdicta omnia natura, & vi ſint perſonalia, videntur tamen concepta eſſe in rem.

43 Excipit tamen juriſconſultus actionem unde vi interdictum, cujus verba ſcripta, aut concepta in rem non ſunt; ſed ad perſonam ſpectant, referuntùrque: ſiquidem dixit Prætor *l. 1. ff. de vi, & vi armat. Unde vi tu eum dejeciſti, aut familia tua dejecit, de eo, quod tunc ille habuit, dummodo intra annum; poſt annum verò de eo, quod ad illum, qui vi dejecit, pervenit, in judicium dabo.* Imò neque videtur abſimile, quod Ulpianus *l. juris gentium §. pactorum ff. de pactis* dixit, pactorum quædam in rem, & quædam in perſonam eſſe: nimirum in rem, ſi generaliter paciſcar, ne rem petam; in perſonam, ne à perſona ut Petro, vel Paulo petam.

44 Actio inſtitoria eſt, quâ Dominus convenit inſtitorem, vel convenitur per inſtitorem; & tunc competit, cùm Dominus filium, vel ſervum, vel alium liberum hominem præponit certæ quæſtuariæ negotiationi, ut emendis, & vendendis libris: is enim, qui præponitur, nominatur inſtitor, & circa id, quod ſecum contrahitur, datur actio inſtitoria. Vocatur hæc actio inſtitoria, quia qui negotiationi præponuntur: inſtitores vocantur, propriè enim inſtitor eſt, qui negotiationi quæſtuariæ præficitur. Hinc ſi quis tabernæ, aut cuilibet negotiationi ſervum ſuum præpoſuit; tum ſi quid cum eo, qui præpoſitus eſt iſtius rei gratiâ contractum fuerit, Dominus in ſolidum actione inſtitoria tenetur, ut notat Pacius *diſp. 21. theſ. 14.* hinc actio inſtitoria eſt in perſonam, quâ quis inſtitoris operâ utitur, & ex contractibus cum eo factis tenetur *l. 1. & tot. tit. de inſtit. action.*

45 Actio legis Aquiliæ dicitur actio damni, & injuriæ, quia verſatur circa damna, quæ culpâ data fuerunt etiam ab eo, qui nocere voluit, contra jus; ut ſi quis culpabiliter alterum occiderit, vel aliud damnum alteri intulerit. Dicitur hæc actio aquilia à ſuo authore, ſeu Aquilio Tribuno plebis, qui eam à plebe rogavit *l. 1. ff. ad leg. Aquil.* eſtque vel directa, vel utilis; directa eſt, quæ datur Domino contra eum, qui ſuis manibus mutilavit alium immediatè, vel pecus, aut equum quovis telo læſit; unde hæc actio directa eſt contra eum, qui damnum per ſe & immediatè alteri intulit. Actio utilis in eum datur, qui aliquo medio cauſam damni præſtitit, ut ſi quis aut impulit corrumpentem, aut pecus fame necavit. Sin verò adeò remota ſit cauſa damni dati, ut quis ſuo corpore non videatur nocuiſſe; tunc quia de tali ſpecie non tractat lex Aquilia, datur actio in factum, quam ea ratione vocant ſubſidiariam, ut notat Pacius *diſp. 19. ad leg. Aquiliam.* Alia etiam dicitur actio legis Agrariæ, & datur in eum, qui terminum ejecit, vel loco movit, ad pœnam quinquaginta aureorum ex l. Agraria, quam Cajus Cæſar tulit *ff. de terra mot.* Numa tamen pœnam conſtituerat capitalem in eum, qui lapides finibus moviſſet, imò impunè occidi poterat. Voluit enim Numa, terminos agrorum haberi ſacros, ac inviolabiles, ut notat Mynſinger. *§. quadam inſtit. de act.*

Actio noxalis eſt in perſonam, & per ipſam 46
is, cujus ſervus noxam aliquam commiſit, aut litis æſtimationem ſufferre, aut ipſum hominem noxæ dedere compellitur, ut docet Imper. *tit. de nox. act.* Alia eſt actio noxalis de pauperie, eſtque actio in perſonam; per quam is, cujus quadrupes de numerò cicurum alicui damnum intulit, compellitur, aut litis æſtimationem præſtare, vel quadrupedem noxæ dedere *l. 2. ff. quadrupes.* Hinc juvat obſervare diſcrimen inter legem Aquiliam, noxalem, & de pauperie: ſi enim damnum à nobis ipſis detur, locum habet lex Aquilia: ſin verò damnum inferatur à noſtris famulis conceditur actio noxalis: ſin verò noſtris quadrupedibus damnum inferatur, actio pauperiei conceditur. Cæterum actio noxalis de pauperie propriè competit, cùm quadrupes contra naturam damnum intulit: alioquin ſi ex conſuetudine naturali damnum inferret; ut ſi bos depaſcatur obvia quæque gramina, non habet locum hæc actio, niſi jure ipſi Domino damnum imputetur, quia tunc tenetur ipſe damnum reſarcire, cùm cenſeatur aliquo modo cauſa ipſius, ut ſi Titius, cùm viderit glandes ex arbore Caji in ſuum fundum decidiſſe, ante triduum (quod temporis ſpatium à lege conceditur Cajo ad glandem in alienum fundum delapſam colligendam *l. 1. ff. de gland. leg.*) dolo immiſit ſuos porcos, ut glandes Caji depaſcantur; tenetur tunc Titius lege Aquilia compenſare damnum illatum Cajo *l. ult. C. ad leg. Aquil.* tenetur Titius ad compenſationem quatenus ex eo paſtu, quo ejus porci glandes comederunt Caji, factus eſt locupletior *l. qui ſervandarum §. fin. ff. de praeſcript.* Quòd ſi oves Titii damnum intulère Cajo ob ſuſceptum in ſuis campis paſtum, vel etiam culpa paſtorum illoc immiſſæ fuerint, tunc

datur actio de paſtu pecoris, in qua, locus non eſt deditioni noxæ, eò quia magis ex delicto Domini, quàm ipſarum ovium agatur.

47 Actio Pauliana inſtituta eſt à Paulo Prætore, & eſt, qua creditores, in quorum fraudem bona ſua debitor alienavit, bonorum poſſeſſione à Prætore impetrata, ea bona perinde ac ſi nunquam à debitore tradita fuiſſent, vindicare poſſunt. Nam præter id agit, ut perinde ſint omnia, ac ſi nihil alienatum fuiſſet. Aliæ ſunt actiones mixtæ, quæ naturam induunt duplicis generis. Aliæ enim ſunt mixtæ quibus rem ſimul, & pœnam ex quibusdam maleficiis perſequimur, ut in actione vi bonorum raptorum legis Aquiliæ, & quæ datur contra eos, qui relicta à teſtatoribus eccleſiis, locisque piis nomine legati, vel fidei commiſſi dare diſtulerint §. *ex maleficiis inſtit. de action.* Quædam verò dicuntur mixtæ, quia in ſe continent naturam actionis in rem, & actionis in perſonam, & uterque eſt actor, & reus *l. action.* §. *ult. ff de oblig. & act.* talis eſt actio familiæ herciſcundæ, de communi dividundo, & actio finium regundorum, quia in iis uterque litigans duplex jus habet actoris, & rei.

48 Actio pigneratitia datur ad pignus perſequendum. Uſurpaturque etiam pro ea, quæ debitori contra creditorem, cui ſua pecunia ſoluta eſt, cauſa repetendi pignoris conceditur: impropriè etiam uſurpatur pro actione hypothecaria, ut notat Pacius *diſp. 20. thes. 21.* Habetur etiam actio pigneratitia contraria, & datur creditori contra debitorem, & quidem ad plura: etenim ſi decipiatur à debitore, vel ipſa re, vel ejus propoſito, quia obligavit ei rem alienam, vel a teri pigneratam, tenetur tunc debitor et actione pigneratitia contraria *ff. de pign. action. l. tutor.* §. *contrariam juncta l. ſi quis in pignore* §. *fin.* Sin verò debitor malitioſè egit, obligavitque æs, vel ſtagnum pro auro, vel argento, & quidem ſcienter tenetur in ſolidum, ſed in totum non ita ſi ignoravit; quia tunc liberatur deditione noxæ, ut ſi debitor obligavit ſervum, per quem damnum intulit, eò quia furtum commiſerit, aut aliud damnum intulerit, ſi debitor id ſcivit, tenetur in ſolidum: ſi ignoravit, ſufficit, ſi det ſervum pro noxa.

49 Rurſus ſi creditor in pignore, vel hypotheca fecit impenſas neceſſarias, & ſine quibus res futura fuiſſet deterior, vel periiſſet, poteſt etiam per hanc actionem expenſas petere, vel retentione pignoris uti. Ex Azone agit etiam creditor actione pigneratitia, ſi ſervos oppigneratos artificiis inſtruxit, vel ſi cœperant imbui, priusquam ſibi oppignerarentur, vel debitoris voluntate rede[illegible] eos inſtruxerit.

50 Actio pigneratitia directa competit debitori poſt ſolutionem totius debiti contra creditorem, à quo exigit ſibi pignus reddi. Vel etiam contra ejus tutorem, vel curatorem, ſi pignora acceperunt, & hæc actio locum habet etiam poſt ſolutum debitum, & [illegible] non fuerit reſtitutum; tunc enim [illegible] habet jus exi[illegible] non ſolum poſt ſolutum de[illegible] etiam ſi quovis alio modo ſatisfecerit creditori, vel hic ſe declaraverit ſatisfactum, tametſi debitum non eſſet ſolutum: quia tunc cenſetur ſibi debitum remittere, & tunc debitor, cum ſit ſolutus ab obligatione ſolvendi debitum, poteſt ſuum pignus repetere. Imò quoties creditor vult recedere à pignore, videtur debitum remittere ſecundum Azonem, licèt in hoc decipiatur ob nimiam facilitatem. Imò hæc actio non ſolùm competit contra creditorem, ſi abſque legitima cauſa pignus retineat, verùm etiam contra eum, qui accepto pignore non numeravit pecuniam, ut etiam contra eum, qui dolo, vel culpâ quacunque damnum dedit in pignore utcunque reſtituto *l. ſi cùm venderet* §. *ult ff. de pign. act*

51 Rurſus datur hæc actio contra creditorem, ſi pluris vendiderit pignus, quàm erat debitum. Hinc juvat obſervare diſcrimen inter actionem pigneratitiam, & hypothecariam; quia pigneratitia proprie datur debitori, ut ſoluto debito pignus recipiat. Hypothecaria datur creditori, ut pignus contra quemcunque poſſeſſorem perſequatur, ut illud teneat, donec ei ſatisfactum fuerit, *l. fundus* §. *in vindicatione ff. de pignor.* Rurſus actio pigneratitia eſt in perſonam *l. ult. de diſtract pign.* Hypothecaria verò in rem *l. ſi rem venditur ff. de evict. l. pign. ff. de pign* hinc actio hypothecaria perpetuò rem comitatur, tametſi ad plures tranſeat: imò nec poteſt debitor rem obligatam niſi cum ſua cauſa in alium transferre *l. ſi convenerit* 2. §. *ſi fundus. ff. de pig. act.* Habet tamen poſſeſſor, contra quem agitur actione hypothecaria jus retinendi rem oblatâ pecuniâ creditori *l. Paul.* §. *fin. quibus mod. pign. ſolu.*

52 Præterea actio pigneratitia eſt bonæ fidei §. *actionum inſtit. de act.* Hypothecaria verò eſt ſtricti juris. Item pigneratitia durat triginta annis *l. ſicut. C. de præſcript. trigint. annor.* Hypothecaria verò non habet tempus ita definitum: interdum enim tertius poſſeſſor bonæ fidei titulo ſubnixus decennio ei præſcribit *l. 1. C. ſi adverſ. credit.* & ſine titulo, ſed bona fide triginta annis præſcribit *l. cùm notiſſimi in princ. C. de præſcript. trigint. annor.* debitor verò, & ejus hæres nonniſi annis 40. *d. l. cùm notiſſimi.* Demum plurimum refert, an agatur actione hypothecaria contra debitorem poſſeſſorem, vel ejus hæredem, vel contra alium rei obligatæ poſſeſſorem: ſiquidem in primo caſu ſufficit probare rem nomine pignoris obligatam, non enim poteſt debitor objicere ſe dominum non fuiſſe *l. rem alienam. ff. de pig. act.* Sin verò agatur contra alium rei obligatæ poſſeſſorem, tunc creditor tenetur probare rem illam oppigneratam tempore contractûs temporis in bonis fuiſſe debitoris *l. ſi ſuperatus*, *l. & quæ nondum* §. 1. *ff. de pignor.*

53 Actio publiciana dicitur, quæ duritiem, & ſummum jus vendicationis attemperat; adeò ut inutilis ſit vendicatio ſine beneficio hujus actionis, quæ publiciana dicitur à Publicio Prætore, qui primus eam introduxit §. *ſed iſte quidem inſt. de act.* & eſt duplex, quarum altera alteri ex adverſo reſpondet. Prior conceditur ei, qui cùm rem alienam ex juſta cauſa, & bona fide aliquamdiu poſſediſſet, poſtea eam caſu amiſit, nam

ſi qui

qui nunc poſſidet rem illam, dominus oon eſt, Prætor æquiùs eſſe cenſet, ad eum pertinere, qui ex juſta cauſa illam acquiſivit, quàm ad eum, qui tantùm caſu eam enactus fuerat: & tunc permittit ei rem illam ita petere, quaſi jam uſu cœpiſſet, ſeu cœptam uſucaptionem complevisſet.

54 Secunda actio publiciana datur adverſo caſu, cùm quis Reipublicę cauſa abſens, aut apud hoſtes per ſubjectas ſibi perſonas rem alienam uſu cœpit: & is cujus res uſu capta eſt, neminem in civitate naociſci potuit abſentis defenſorem, contra quem agendo uſucapionem interrumperet: tunc enim Prætor ei peroiitrit, ita rem ſuam petere quaſi uſucapta non fuiſſet. Hinc beneficio Prætoris hi, in quorum abſentia res uſucapta eſt, pro dominis habentur: nemo eoim videtur re excluſus, quem Prætor in integrum reſtituturum ſe pollicetur *l. nemo videtur ff. de reſtit. in integr.* ut notat Pacius *diſp. 17. thes. 15.*

55 Actio quantò minoris eſt, quâ emptor petit, ut venditor ſolvat id, quantò minoris res tunc valuerit cùm eam emeret *l. 2. C. de ædil. act.* & duplex eſt, una civilis, quanto minoris res eſſet empta; & altera prætoria de tractione ultimæ dictionis quanti minoris eſſet. Cæterum non differunt, quanti res eſt, & quantò minoris empturus quis eſſet, quia nemo exiſtimat pluris rem emere, quàm revera valeat, noo enim præſumitur quiſpiam ſuum jactare *l. cum de indebito de probat.* Hinc inter hæc duo quanti ea res erit, & quanto minoris eam rem eſſe apparet, nihil intereſt, & juris conſulti hiſce verbis quanti res eſt & quanti vænierit, promiſcuè aliquando utuntur.

56 Actio quod juſſu dicitur, quæ contra eum datur, cujus ſervus ipſius juſſu cum aliquo contraxit, ut in ſolidum, quanti ea res eſt, damnetur, quia qui juſſu Domini contrahit cum ſervo, non ſervi, ſed ipſius Domini fidem ſequi videtur *l. 1. & paſſim. ff. quod juſſu.* proinde cum ipſo Domino, & non cum ſervo actio inſtituitur. Actio quod metûs causa eſt in perſonam, & per hanc, is, à quo per vim, vel metum res extorta eſt, quadruplum ab eo, qui rem extortam poſſidet, conſequitur: unde datur ei, qui probabili, vel juſto metu coactus rem ſuam vendidit, tradidit, vel promiſit, contra eum, qui metum intulit, & in eum, ad quem res perveoit: ſed intra annum erit quadrupli ob contumaciam nolentis rem reſtituere juſſu judicis ante litem conteſtatam: poſt annum verò ſimplici: verùm metus debet eſſe juſtè incuſſus *l. 1. ff. quod metûs causâ*, & qui virum conſtantiſſimum percellere poteſt, eò quia vel mortis metum, vel corporis cruciatum contineat *l. interpoſitas C. de transact.* hinc quia Princeps ſævire conſoevit, præceptum ejusdem dicitur juſtum metum incutere *l. 2. C. de his qui met. Jud. non appell.* Cæterum quæ per metum fiunt in jure reſcinduntur. Actio rationibus diſtrahendis eſt, quæ competit pupillo, vel adoleſcenti contra quondam ſuum tutorem, qui ex bonis pupilli aliquid abſtulit ſive doloſè, ſive ſine dolo, & id non retulit in rationes. Diſtrahere rationes perinde in hoc judicio eſt, ac accuſare fraudem, vel culpam tutoris, qui rem ex bonis pupilli abſtulit, nec proinde retulit in rationes, meminit hujus judicii Quint. *lib. 7. c. 4.*

Actio reſciſſoria eſt in rem, & à Prætore ei 57
conceditur, cujus rem adverſarius, dum ex juſta cauſa abeſſet uſu cœpit, eſt enim ea uſurpatio, ſeu uſucapio pro nihilo habita, & res vero Domino reſtituitur, perinde ac ſi uſucapta non eſſet. Quamobrem finis hujus actionis alius non eſt, quàm reſcindere uſucapionem. Actio revocandæ donationis ea eſt, quâ is utitur, qui rem quampiam donavit, contra eum, cui donavit, ſi eum ingratum probaverit: ſiquidem rem donatam per hanc actiooem recuperat *l. ult. C. de revoc. donat.* Verùm fit in hac actione mentio ingratitudinis *l. penult. C. de libert. & eorum libert.* Actio revocatoria contra eos competit, in quos res, & bona debitoris alienata ſunt titulo oneroſo, ſi poſſeſſoribus fraus debitoris innotuerit, quia tunc cenſentur fuiſſe fraudis participes, ut notat Zaſius in §. *item ſi quis inſtit. de act.* Tripartitur hæc actio revocatoria in Paulinam, Favianam, & Calviſianam, eò quia à talibus Authoribus iotroducta fuerit. Verùm ut hæc actio competat tria debent concurrere. Primò ut res revera alienata ſit. Secundò in fraudem creditorum. Tertiò ut bonis poſſeſſis à creditoribus res ſint alienatæ *l. fulcinius ff. ex quibus caus. in poſſeſſ.*

Actio Serviana ita nuncupata à Servio Præto- 58
re, qni primùm eam ſuo edicto propoſuit, datur pro rebus coloni, vel inquilini tacitè obligatis, ei, qui ædes, vel horreum, vel diverſorium; vel aream in civitate, aut prædium ruſticum extra civitatem locavit. Hinc id intereſt diſcriminis inter actionem Servianam, & interdictum Salvianum, quia judicium Servianæ actionis eſt in rem, & ita petitorium *l. ſi cùm venditor, ff. de edict.* & competit contra poſſeſſores rerum invectarum. Secus interdictum Salvianum eſt poſſeſſorium adipiſcendæ poſſeſſionis rerum coloni Dominis rei locatæ tacitè obligatarum *l. 1. & 2. ff. de ſalv. interd.* quando inter creditorem, & debitorem certatur de poſſeſſione pignoris, cùm actio Serviana etiam cootra alios poſſeſſores detur: hinc actio Serviana propriè eſt, quâ domious prædii ejus rei, quam ei colonus pro mercedibus oppigneravit, poſſeſſionem ab eo, qui ipſam tenet, vindicat, ut notat Pacius *diſp. 17. thes. 22. & ſequent.*

Actio ſubſidiaria dicitur, quæ inſtituta eſt 59
contra Magiſtratus, qui aut omnino à tutoribus, vel curatoribus ſatisdari non curaverunt, aut non idoneè paſſi ſunt caveri. Unde hæc actio continet ultimum præſidium, & tunc exercetur, ubi non eſt ſatisfactum indemnitati pupilli excuſſis bonis tutoris; idémque fidejuſſoris ejus, ac collegarum, qui etiam periculum ob conſortium adminiſtrationis ſubeunt: ſicuc olim ſubſidiarii dicebantur Triarii, qui cùm primus, & ſecund⁹ ordo pugnarent, nt ait Feſtus, ſubſidebant: eodem modo in hoc judicio concurrunt primò tutores, ſecundò eorum fidejuſſores; & tertiò res quaſi ad Triarios pupillo redierit, Magiſtratus conveniuntur. Hinc dicitur hæc actio ſubſidiaria, eò quia aliis actionibus deficientibus poſtre-

poſtrema per leges ſubrogatur, & ſuam ſortitur nomenclationem à ſubſidio, quia ſubvenit iis, qui nulla actione ordinaria experiri cum adverſario poſſunt in judicio. Actio tutelæ directa dicitur, quæ competit adulto, qui ſub adminiſtratione tutoris impuberem tranſegerat ætatem contra eum, qui fuerat ejus tutor *l. 3. §. 1. ff. de adminiſt. & perıc. tutor.* ut ſuæ adminiſtrationis, omniúmqua rerum geſtarum rationem reddat ex eo die, quo per deountiationem, vel quomodocunqne cognoverit, ſe tutorem eſſe *l. quıdam decedens §. ult.* Actio verò tutelæ contraria eſt, quæ non ſolùm tutori, verùm etiam ei, qui pro tutore oegotia geſſit, convenit contra quondam pupillum, nunc adultum, vel adoleſcentem legitimæ ætatis factum, cujus tutelam, vel curam adminiſtravit, tametſi ij, quorum tutela eſt adminiſtrata, noluerint tutores, vel curatores convenire, Hæc autem actio contra pupillos inſtituta eſt; quia ſi nullam haberent tutores de adminiſtratione actionem contra pupillum, eſſent ad tutelam cogendi homines pignoribus, aut vinculis.

60 Dantur etiam aliæ actiones, quæ denominantur, vel à ſuis Authoribus, qui eas invenerunt ob bonum publicum, vel à negotiis, rebúſque ad judicium delatis: hinc actio vectigalis denominatur à fundo vectigali, eſtque propterea actio in rem, quæ ei conipetit, qui vectigalem fundum cooduxit adverſus poſſeſſorem, & eos, à quibus eum fundum conduxit *l. 1. ff. ſi ager vectig.* Actio autem venditi eſt in perſonam, quia per hanc actionem, qui rem vendit, pretium exigit ab eo, qui emit, poſt rei venditæ traditionem: & in hoc judicio quatuor concurrunt, nimirum pretium rei, quanti hæc vænit: uſura, eò quia pretium fuerir tardiùs ſolutum *l. Julian. §. ex vendito ff. de act. empt.* Tertiò pœna conventa, ſi ad diem pecunia ſoluta non ſit *l. Julıan. §. idem.* Quartò ſumptus, qui à venditore in re diſtracta facti ſunt *d. l. Julıan. §. præterea ff. de act. empt.* Actio viæ rejectæ dicitur, cùm vicinus ſub prætextu refectionis, vel ſine ædificatione temerè, ac citra oullam neceſſitatem efficit, ut per agrum vicini eundum, & jumentis agendum ſit publicè contra morem, & uſum vetcrem, tantùm fundi ſui dılatandi gratiâ.

61 Demum actio ſervi corrupti competit Domino in duplum ſuper damno ei illato, ſive rerum ablatarum, ſive contumaciæ in Dominium, ſiva diminutione exiſtimationis, quâ minorıs æſtimatur Dominus propter ſervum nequam, ut notat Zaſius *in §. omnes inſtit. de act.* & refertor hæc actio ad tempus ſervi corrupti, vel recepti non ad præſens, & venit in judicium æſtimatio rerum, quas ſecum abſtulit, quia damnum multiplicatur *l. ın hoc judicium ff. de ſerv. corrupt.* & competit etiam contra eum, cujus conſilio, val ope ſervus alienus auffugit, val contumax contra Dominum factus eſt, aut cœpit luxnriosè vivetc, aut quolibet alio modo deterior evaſit.

62 Solent etiam dividi actiones joridicæ per quatuor cauſarum genera. Per cauſam materialem bipartitur actio in realem, & perſooalem; illa eſt, per quam quis rem ſuam, qoæ ab alio poſſidetur, petit coram Judice *l. 25. ff. de oblıg. & act.* Perſonalis eſt, quâ quis cum eo agit, qui eſt ſibi obligatus ad aliquid dandum, vel agendum *d. l. 25.* Ut autem dignoſcatur, num actio realis ſit, vel perſonalis, ſolet hæc regula ſervari: ſi quis enim inſtituat actionem ex cauſa contractûs, vel quaſi contractûs; delicti, vel quaſi delicti eſt actio perſonalis: ſin verò agat ex cauſa dominii, vel quaſi dominii, vel juris in re ſpecifici, eſt actio realis, quâ petimus rem, quæ noſtra eſt, & differt à perſonali, quâ petimus rem, quæ nobis debetur. Id igitur intereſt diſcriminis intar utramque actionem, quia realis ſcoper datur contra poſſeſſorem: perſooalıs verò adverſus debitorem, ſive is rem poſſideat, ſive non: quo fit, ut actio realis vocetur *vindıcatio*; & perſonalis *condictio.*

63 Rurſus ex actionibus realibus aliæ ſuot rerum corporalium, & aliæ incorporalium. Pro corporalibus competunt plures actiones, quarum prima eſt *vindicatio*, quæ definitur actio realis illi ſoli competens, qui rei corporalis, vel jure gentium, ac jure civili eſt Dominus contra eum, qui rem poſſidet, aut detinet, & ejus hæredem, ſi poſſidet: imò etiam contra eum, qui rem dolo poſſidere deſiit, ut rei dominus declaretur, & ea non deteriorata unà cum ſructibua à lite conteſtata perceptis, officio Judicis reſtituatur.

64 Secunda eſt *actio publiciana*, quæ conceditur poſſeſſuri bonæ fidei, quique rem nondum uſucaptam amiſit; imò & ejus hæredi contra quemlibet poſſeſſorem, qui titulum non habet, ut declaretur quaſi dominus, résque ei unà cum fructibus reſtituatur.

65 Tertia eſt *actio reſciſſoria*, quæ illi conceditur, qui ob aliquod impedımenrum, vel ex eo, quòd abſit, oon potuit præſcriptionem interrumpere contra eum, qui præſcripſit; ut præſcriptio reſcindatur, & res unà cum ſuis fructibus extantibus reſtituatur.

66 Quarta eſt *actio Servıana*, & conceditur locatori prædii ruſticı pro rebus coloni in prædium illatis, & de quibus expreſsè conventum eſt, ut ponerentur locò pignoris; hæc actio datur ad eum finem, ut jus pignoris declaretur, & res quoad poſſeſſionem pro ſecuritate debitæ penſionis tradatur.

67 Quinta eſt *actio hypothecaria*, quæ datur creditoribus retinentibus apud ſe hypothecam contra debitores, ut res hypothecata quoad poſſeſſionem extradatur in ſecuritatem crediti; vel debitum ſolvatur. Hæ actiones verſantur circa res corporales.

68 Pro rebus autem incorporalibus duæ etiam ponuntur actiones, quarum prima dicitur confeſſoria, quâ quis ſibi, aut ſuis prædiis ſervitutem in re aliena contra impedientem intendit ad eum fiuem, ut Judex declaret actori competere ſervitutem, & condemuet adverſarium, ut patiatur actorem pacificè uti ea ſervitute. Secunda eſt negatoria, quâ dominus prædii negat prædium ſuum alienæ eſſe annexum ſervituti, illiúdque aſſerit ab omni ſervitute liberum. Omnes hæ

actio-

actiooes realea ſunt; reliquæ enim ſunt, vel perſonales, vel mixtæ, ſeu partim reales, & partim perſonales, & tres aſſignantur, quarum prima eſt actio de communi dividundo, & ei datur; qui rem cum altero communem abſque ſocietate habet contra eum, cum quo habet, ot res, quæ pro indiviſo eſt cum aliis communis, fiat pro parte diviſa, ac præſtationes perſonalea dentur, ſeu fructua, vel expenſæ pro rata dividendis; non enim quid aliud ſunt præſtationes perſonales, quàm hujusmodi fructus, & expenſæ. Secunda eſt actio Herciſcundæ, & conceditur hæredi contra hæredem, nt res hæreditariæ dividantur, ac dentur præſtationea perſonales. Tertia eſt actio finium regundorum ei conceſſa, qui confines habet agros, contra eum, qui ſuum habet agrum immediatè proximum, ue termini utriúsque agri conſtituantur, & præſtetur id, quod poſſeſſor unius poſſeſſori alterius præſtare oportet: hæ autem actiones dicuntor perſonalea, eò quia oriantur ex qnaſi contractu, quatenus præſtationes ſructuum, damni, lucri, & expenſarum continent: hæc enim utrinque communicari æquis partibus natura tacitæ conventionis exigiti ſunt etiam realea, quatenus per ipſas petimus rem noſtram nobis adjudicari, & proinde dicuntur mixtæ, eò quia quandam contineant mixturam otriusque actionis realis, & perſonalis. Hiſce affines ſunt actiones in rem ſcriptæ, nimirum actio quod metûs causâ. Actio noxalia. Actio ad exhibendnm.

69 Verùm hæ actiones ſont potiùs perſonales, quàm mixtæ: ſiquidem earundem cauſa proxima eſt obligatio; & cauſa remora eſt lex fundata in ſpeciali æquitate. Actio itidem, quâ quis petit hæreditatem, licèt videatur etiam eſſe mixta, eſt tamen merè realis, qoia cauſa remota hujus actionia eſt aditlo hæreditatis; & proxima domioium denotans ſimpliciter actionem realem. Cæterum *l. 7. C. de pet. hered.* hæc actio dieitur mixta tantùm ob ſimilitudinem, quam habet cum actionibua de communi dividundo, & familiæ Herciſcundæ; quatenus ratio, quæ præſcriptionem longi temporis impedit, habet etiam locum in hac actione ob præſtationes perſonales, ſive jnra incorporalia, quæ in cadem continentur, & quæ nooooiſi loogiſſimo tempore præſcribuntur.

70 Io ordine ad cauſam formalem actio alia dicitur eſſe in ſimplum, alia in duplum, in triplum alia, & demum alia in quadruplum. In ſimplum datur actio ex mandato, & omnibus contractibus excepto depoſito. In duplum datur actio ex furto non manifeſto, ex lege Aqnilia, ex depoſito miſerabili, ut etiam de ſervo corrupto; & datur hæc actio non ſolùm proprietario, verùm etiam domino uſufructuario adverſus eum, qui ſervum corrupit, ſeu ex bono malum effecit, vel ex malo neqniorem. Hodie in triplum non datur actio. In quadruplum verò datur ex facto manifeſto, & ex eo, quod metu geſtum eſt; eſtque actio in rem ſcriptam ei competens, qui metu inductua aliquid dedit, fecit, vel promiſit, & ejua hæredibos contra eum, qui metum incuſſit, ut etiam adverſus eum, qui rem extortam poſſidet, & quidem iotra annum in quadruplom, poſt annum io ſimplum.

Solent etiam ad cauſam formalem revocari actio bonæ fidei, & ſtricti juris, illa eſt, in qua Judex ad certam rem adjudicandam minime adſtrictus eſt, ſed liberà gaudet facultate judicandi, quantum alteri ab altero præſtare ex æquo, bonóque debeat; tametſi inter contrahentes expreſſum non fuerit; ot habetur *§. in bona fidei inſtit. h. t.* Actio ſtricti joris ea dicitur, in qua Judex verbia conventionis eſt alligatns, adeò ut non poſſit reum condemnare, niſi prout inter partes fuerit expreſaè conventum *l. 99. & 126. §. Chryſogonus de verb. oblig.* Hinc quamvis in actionibus bonæ fideì Jndex uſuras, & fructus à tempore moræ adjudicet, non ita in actionibus ſtricti juris; in iis enim oonniſi à tempore litis conteſtatæ adjudicat, ſi de iis conventum fuerit *l. 3. C. de uſur.* Ut autem actiones bonæ fidei ſtatim dignoſcantur, fiántque faciliùs obviæ, ſolent à Juriſtis quinque comprehendi carmioibus 71

Empti, Herciſcunda, mandati, depoſitique,
Pignora conducti, communi, pro ſocióque
Dotis, & hæredes, tutela, commoda, geſtos,
Præſcriptis verbis permutat, & æſtimat.
Iſta dico bona fidei, ſtricti ſunt cætera
juris.

A caoſa efficiente dividitur actio in civilem, & Prætoriam, illa eſt, quæ ex jure civili, ſeu lege de plebiſcito, ſenatusconſulto, reſponſis prudentum, & placitis Priocipum ortum trahit *§. 3. inſtit. de act.* Actio Prætoria dicitur, quæ à Prætore ſuit introducta ex ſua jurisdictione, ſeu ab edicto Prætoris ex æquis, & naturalibus duntaxat cauſis. Ad dignoſcendum autem, num actio prætoria ſit, vel civilis, attendenda eſt ejus origo: actio ſiquidem commodati, quia deſcendit ex contractu juris gentium, dicitur ex ſua origine actio civilis, & non prætoria; quamvia Prætor de commodato judicet *l. 1. ff. commodati:* dicitor civilis non prætoria, quia Prætor eam non introduxit, ſed tantùm approbavit, & quia approbatio non immutat naturam actionis, dicitur actio comodati eſſe actio civilis; cui ſi Prætor aliquid ſuperadderet, ut contingit in rei vindicatione, quando jure civili contra poſſeſſorem tantùm competit; Prætor etiam contra illum, qui dolo malo poſſidere deſiit, illam extendit, tunc poſſet dici actio mixta ex civili, & prætoria, eò quia aliquid de ùtráque includit. Cæterum plurimi intereſt; num actio prætoria ſit, vel civilis, quia actio civilis ex natura ſua eſt perpetua, & durat annis 30. Prætoria verò plerumque eſt tantùm annua, eò quia Prætoris officium ſit, & ipſum duntaxat annuum *l. in honorariis. ff. de act. & oblig.* Actionibus civilibua accenſentur rei vindicatio, actio confeſſoria, & negatoria. 72

Actiones prætoriæ dividuntur & ipſæ in reales, & perſooales: ad reales pertinent actio publiciana, actio Serviana, actio Hypothecaria, actio Reſciſſoria, ut etiam actio Paulina, quæ dici- 73

dicitur eſſe prætoria realis conceſſa creditoribus, in quorum fraudem aliquid alienatum eſt, eorúmque hæredibus contra debitorem, & ea, quæ in fraudem geſta ſunt, ut omnia priſtino reſtituantor ſtatui, in quo erant ante alienationem factam. Hæc tamen actio ab aliquibus vocatur ſimpliciter perſonalis: ab aliis in rem ſcriptam, eò quia oriatur ex maleficio, ſeu fraude alienantis. Verùm maleficium dat tantùm occaſionem huic actioni, quæ proinde realis potiùs, quàm perſonalis dicenda eſt.

74 Cæterum inter actiones prætorias perſonales recenſetur actio de conſtituta pecunia, quæ ſolet definiri: *actio prætoria perſonalis, qua agimus contra eum, qui per nudum pactum conſtituit ſe ſoluturum id, quod prius ipſe, vel alius quidam ex nudo pacto, vel quacunque alia cauſa debebat.* §. 10. *inſtit. h. t.* Tametſi ex nudo pacto non oriatur actio, bene tamen ex geminato, quod nomine conſtituti venit, & competit: cauſa proxima hujus actionis eſt obligatio; remota prætoris edictum fundatum in hac æquitate, eò quia nimis grave ſit contravenire fidei iteratò datæ, præſertim ſi res ex aliqua præcedente cauſa jam debita nova ſtabiliatur conventione. Debet tamen debitum eſſe vel naturale tantùm; vel naturale, & civile ſimul, quia debito civili ſimplici non accedit conſtitutum, ſed tantùm fidejuſſio, eò quia ſit hæc contractus juris civilis: conſtitutum enim eſt inventum Prætoris, quod reſpicit meram æquitatem, quæ in debito etiam civili reperitur.

75 Accenſetur actionibus Prætoriis perſonalibus etiam actio de peculio, quæ definitur *actio prætoria perſonalis iis conceſſa, qui cum filiofamilias, vel ſervo contraxerunt, contra patrem, vel dominum peculio tenus*, quatenus ratio peculii patitur, ut de peculio profectitio juxta hodiernum jus intelligatur, cum reſpectu adventitii pater conveniatur tanquàm adminiſtrator, & reſpectu caſtrenſis ipſe filius: ſed patri tunc permittitur detrahere, quod ſibi, vel aliis in poteſtate ſua, vel tutela conſtitutis debetur. Alia actio, quæ numerari ſolet inter prætorias perſonales, eſt ex jurejurando in factum, & definitur: *Actio prætoria perſonalis ei conceſſa, qui adverſario ſuo juramentum deferenti juravit, ſibi quid debere, vel rem ſuam eſſe, contra eum, qui detulit, ut præſtet id, quod juratum eſt*, ſiquidem præſtito juramento non ampliùs quæritur, an res debeatur, vel ſua ſit; ſed an ſit juratum ob jurisjurandi religionem, quod vires rei judicatæ habet *lib.* 2. §. *h. t.* Verùm id procedit de juramento deciſivo litis ſive fuerit conventionale, ſeu parti à parte extrajudicialiter delatum; ſive judiciale, quod parti à parte in judicio Judice approbante defertur; non verò de juramento ſuppletorio, quia hoc eſt neceſſarium, & illud voluntarium.

76 Dantur etiam actiones prætoriæ pœnales, quibus accenſetur, *actio de albo corrupto*: dicitur album tabula illa alba, in qua edicta prætoris temporanea, & perpetua proponebantur; & definitur *actio prætoria, perſonalis, pœnalis, annalis, qua datur cuilibet de populo contra eum, qui id, quod in tabula ad hoc deſtinata propoſitum eſt, per ſe, vel per alium dolo malo corrupit, vel amovit ad pœnam 50. aureorum actori applicandam* §. 3. *inſtit. h. t.*

77 Inter actiones prætorias pœnales etiam recenſeri ſolet *actio ex edicto de in jus vocando*, & hac actione condemnatur ſervus, vel filius, qui patronum, vel parentes invitos ſine permiſſu Prætoris in jus vocavit in 50. aureos §. 13. *de inſtit. h. t.* hæcque actio introducta fuit, ne obſequium patrono debitum, & reverentia à filiis parentibus exhibenda læderetur. Imò accenſetur etiam actionibus prætoriis pœnalibus *edictum, ne quis in jus vocatum vi eximat*, eſt enim actio prætoria pœnalis conceſſa actori in jus vocanti contra eum, qui in jus vocatum vi eximit, vel eximi fecit ad veram rei petitæ æſtimationem: eximere autem non ſolùm is dicitur, qui manibus eripit, verùm etiam qui vi impedit, ne aliquid fiat *lib.* 4 *ff. h. t.* Sin verò quis alium non eripuerit, ſed, quò minùs reus compareret, cauſam dederit, vel perſuaſerit, tunc non ad æſtimationem rei, ſed ad id, quod intereſt, tenetur §. *de eo per quem factum eſt.*

78 In ordine ad cauſam finalem dividitur etiam actio juridica in rei perſecutoriam, pœnæ perſecutoriam, & mixtam. Prima eſt, quâ quis petit, quod ſibi ex ſuo patrimonio abeſt, quod ſibi debetur, ſive id actione reali, vel perſonali ex contractu deſcendente debeatur. Pœnalis, ſeu pœnæ perſecutoria eſt, quâ quis petit, quod ſibi ex ſuo patrimonio non deeſt, & qua lucrum proſequitur. Mixta dicitur, quâ utrumque quis petit, ſcilicet quod ſibi abeſt, & ſimul lucrum. Actio rei perſecutoria eſt condictio certi ex mutuo, & iis competit, qui mutuum dederunt, & eorum hæredibus contra eos, qui mutuum acceperunt, ut res credita in eodem genere, ejuſdem bonitatis, & qualitatis reſtituatur. Pertinet etiam huc actio ex ſtipulatu, eſtque actio perſonalis rei perſecutoria, quæ datur illi, cui per ſtipulationem incertum quid promiſſum eſt, & ejus hæredibus contra promittentem, ejúsque hæredes, ut, quod promiſſum eſt, adimpleant; ſi res certa promiſſa ſit, & tunc hæc actio vocatur etiam condictio certi. Pertinent etiam huc actiones commodati, depoſiti, mandati, pro ſocio.

79 Actio pœnalis, ſeu rei perſecutoria Martio de albo corrupto, ut etiam actio injuriarum eſt, quâ injuriam paſſus agit contra injuriantem civiliter; & injuriam certa pecunia æſtimat, eamque loco pœnæ petit ſibi adjudicari §. 10. *inſtit. h. t.* & huic actioni affinis eſt actio ad Palinodiam, vel criminaliter: dum eum petit vel in corpore puniri, vel in pœnam pecuniariam condemnari fiſco applicandam *l.* 7. §. 1. *de injur.*

80 Pertinet etiam huc actio furti manifeſti, & non manifeſti. Actiones mixtæ tam rei, quàm pœnæ perſecutoriæ ſunt præſertim duæ, quarum prima eſt actio vi bonorum raptorum, & definitur actio prætoria mixta com-

petens

cómpetens ei, cujus res eſt, quæ rapitur, ceu cujus intereſt, & ejus hæredibus contra illum, qui rem rapuit intra annum utilem in quadruplum, cui ineſt ſimplum tantum: quadruplicatur autem verum rei pretium, non id, quod intereſt. Secunda eſt actio legis Aquiliæ, quæ dicitur actio prætoria perſonalis mixta ei conceſſa, qui in rebus ſuis damnum paſſus eſt contra eum, qui damnum dedit ad reſarcitionem damni illati, quanti plurimi res, vel intra annum, vel 30. dies proximos retro numerando valuit, ut explicant Juriſconſulti.

§. IV.

De citatione.

QUia Judex poſtquam vidit ſibi ab actore porrectum libellum, & cognovit juſtam continere petitionis cauſam, ſtatim reum conventum citat, ideo iis expenſis, quæ ad libellum videbantur pertinere, ſupereſt aliquid dicere de ipſa citatione. Eſt enim citatio perinde ac in jus vocatio, ſeu actus legitimus, quo quis mandato judicis juris experiundi causâ vocatur in judicium, onde citatio eſt actus judicialis præparatorius judicii, quo qui in judicio ſiſti opus eſt, Judicis mandato legitimè vocatur in judicium juris experiundi causâ, ut citationem definit Weſenbech. *in paratit. ff. de in jus vocand. n. 13.* Hic actus præparatorius judicii, ſeu citatio adeo eſt neceſſaria, ut actus judiciarius contra non citatum celebratus regulariter ſit ipſo jure nullus, quia citatio requiritur, ut reus conventus poſſit ſe defendere, proinde eſt juris naturæ. Dicitur citatio eſſe actus judicii præparatorius, quia judicium communiter dicitur incipere à litis conteſtatione *l. 1.* Gloſſa *V. Judicio cœpto C. de judic.*

2 Cæterum à citatione dicitur etiam quodammodo judicium incipere, quatenus à citatione partes litigantes obligantur inſtantiæ; & poſt litem conteſtatam ordinariè Judex non poteſt ampliùs recuſari, ſed coram eo, ubi judicium fuit inchoatum, debet finiri *l. ubi 30. ff. de judic.* Et non ampliùs admittuntur exceptiones declinatoriæ fori. Dividitur citatio in verbalem, realem, & edictalem. Verbalis dicitur, quando Judex mittit Apparitorem, vel nuntium ad reum conventum, eique ore tenus ſignificari facit, ut ad certum diem in judicio compareat, citatio realis eſt, qua perſona propter delictum, æs alienum, aut aliam juſtam cauſam capitur, & hæc citatio regulariter procedit in criminalibus, licèt aliquando locum habeat in civilibus, ut ſi reus à Judice in jus vocatus nimis contumax ſit in comparendo, vel de fuga ſuſpectus: ſiquidem debitor de fuga ſuſpectus poteſt etiam per ipſum creditorem apprehendi, & Judici tradi, ut deſumitur ex *l. ait Prætor 18. §. ſi debitorem 16. ff. quæ in fraudem creditor.* id tamen procedit, quando creditum eſt liquidum, & contractum eo tempore, quo debitor adhuc eſt locuples, & integræ fidei, ne aliquid poſſit imputari creditori, eò quia contraxerit cum minus idoneo, ut notat Gaillus *lib. 2. obſervat. 44.* Citatio edictalis, quæ fit per publicum edictum affixum in aliquo loco, ſuam ſortitur nomenclationem ab eodem edicto: & hujuſmodi citatio nonniſi in certis caſibus fieri permittitur, ſcilicet quando reus aliter citari non poteſt, adeo ut ſi reus latitet, vel divagetur per diverſa loca, tunc citatur per publicum edictum. Adhibetur etiam hæc citatio per edictum, quando perſonæ citandæ ſunt incertæ, non ita quando ſunt certæ, quia tunc debent nominatim citari, ut notat Roman. *conſ. 410.* Idque procedit, etiam quando agitur de examinandis teſtibus ad perpetuam rei memoriam; quia ſi perſona, contra quam reus petit teſtes examinari, ſit incerta, ſufficit generalis citatio; ſecus ſi eſſet certa: quia ſi non fiant citationes ſpeciales contra certas, & per edictum contra incertas in iis, quæ petuntur officio Judicis expediri, decretum erit obreptitium, quaſi per importunitatem obtentum, conſequenter irritum, eò quia præſumitur factum in gratiam partis petentis, ut oſtendit Caſtrens. *conſ. 303. num. 3. ſed quandocunque lib. 1.* Non tamen excuſatur is, qui eſt cauſa, cur alius citetur per edictum, vel per citationem generalem ſub prætextu, quòd ignoravit poſſeſſorem, quia debuit diligentiam adhibere, meliúſque ſe informare.

Hinc citatio dividitur in publicam, & privatam; illa per vocem præconis, vel tubam, vel per edictum publicum affixum valvis templorum, aut curiarum, vel pagis civitatum fit; hic tamen modus non frequenter permittitur, ſed tantùm in caſibus neceſſitatis, quando alio modo nequit reus citari, ut citatio ad ejus notitiam poſſit pervenire. Citatio privata fit privatim, vel per nuntium viva voce, qua reus vocatur in judicium: vel per apprehenſionem ipſius perſonæ, quando reus per Apparitores, vel Miniſtros publicos apprehenditur, trahitúrque ad judicium. 3

Rurſus citatio alia eſt ſimplex, ſeu dilatoria, alia peremptoria: Simplex eſt, quæ citatum non priùs contumacem conſtituit, quam per tres vices fuerit in jus vocatus *l. tres denuntiationes 9. C. quomodo, & quando Judex*, & tunc inter unam, & aliam citationem ſpatium decem dierum debet intercedere *l. ad peremptorium 68. de duab. leg. ff. de judic. l. properandum 13. §. etſi quidem pars C. eod.* Nunc verò requiritur ſpatium 30. dierum, ut conſtat ex *auth. qui ſemel C. quomodo, & quando Judex.* Quinimo Judex pro qualitate perſonæ, cauſæ, temporis, & loci poteſt ſpatium temporis augere, vel minuere, prout neceſſitas videtur poſtulare. Citatio peremptoria eſt, quæ pro tribus ſimplicibus, & dilatatoriis citationibus decreta eſt, ſed debet adjici verbum peremptoriè *l. conſentaneum, & l. tres denuntiationes C. quomodo, & quando Judex.* Rurſus citatio alia dicitur juris, alia hominis, illa eſt, quando jus, vel lex ſtatuit certum terminum, intra quem debet quis ſe Judici ſiſtere: citatio hominis dicitur, quando quis Judicis mandato vocatur in jus *clement. 2. de pœn.* Citatio juris arctiùs obligat, quam illa hominis, eò quia illa ſit peremptoria, tametſi lex nihil de peremptione dicat. 4

[illegible] tantis. Tertio ex relatione: & hi [illegible] emi actus cùm non ſint jurisdictionales, neque requirunt aliquam cauſæ cognitionem, ideo poſſunt fieri extra jurisdictionem, & in [illegible]ſentia Judicis ut notat Abbas *conſ. 112. illud* [illegible]*re in princ. lib. 2.* Citatio autem ad plures a[illegible] inc[illegible]catos, & habens terminos nimis anguſtos d[illegible]tur nulla, & indiſcreta, proinde nihil operatur, ut notat Affiict. *deciſ. 124. ecce datur in fin.* & ubi citatio eſt nulla, ibi proceſſus non valet, ut nec etiam citatio, quæ prima fronte in ſe con[illegible]net injuſtitiam, eò quia nimis breve tempus ad comparendum præfigitur, ut docet Innocentius in [illegible]*.2. de dilation.* ut etiam quando continet tam brevem terminum, ut impoſſibile ſit in illo comparere: dicitur etiam tunc citatio indiſcreta, & nulla, quæ non afficit citatum Bald. *conſ. 411. incipiamus à principio n. 2. V. deinde venimus lib. 4.* Imò citatio continens impoſſibi[illegible]itatem dicitur iniqua, & nulla. Felin. in *c. quod ad conſultat. n. 3. de judic.* & ſi citatio fiat etiam contra mulierem prægnantem ad comparendum perſonaliter ſub pœna coram Judice eſt etiam indiſcreta, & nulla, ut etiam citatio contra infirmum, ut compareat ad recognoſcendam ſcripturam privatam, quia infirmus excuſatur à comparitione perſonaliter *c. tenor de re judic.*

13 Cæterùm citatio contra impeditum legitimo impe[illegible]mento notorio non præjudicat impedito, ſed debet de novo citari etiam non juſtificato impe[illegible]ento, quando hoc erat notorium Affli[illegible] *de* [illegible]*9.* Neque citatio arctat citatum ad compar[illegible] in loco ubi habitant Notarii ipſius i[illegible] Oldrad. *conſ. 43.* quia citatus ad locum non tutum non tenetur comparere, nec appel[l]are Alexander in *l. de ætat. ff. de Trebell.* Imò cita[tu]s non tenetur ad locum non tutum, etiam cum [ſa]lvo conductu, nec mittere procuratorem, aut excuſatorem propter odium cauſæ, quia citatio eſt nulla, Jaſon *conſ. 86. lib. 3.*

14 Hinc [illegible] quia vocaretur in jus coram ſuo inimico capitali nec teneretur comparere, neque citatio [illegible]et valida, ut notat Oldrad. *conſ. 43. n.* [illegible] *V. idem* [illegible]*detur.* Et ſi citatio eſt nulla, cætera, quæ ind[e ſ]equuntur, ſunt invalida, ut fundata ſuper citatione, quæ eſt nulla, ut notat Bald. in *c. ſi cleri*[illegible] *ol. de pace tenen.* ſiquidem ceſſante f[u]n[d]amento corruit ſtructura fabricæ. E[s]t etiam n[illegible] Judicis ſæcularia contra clericum, e[illegible] n[u]llam, in eo habeat juriadictionem *c. ſi* [illegible] *or. comper.* q[ui]a citatio ſupponit ju[risdictio]nem in citant[e], qua ratione clericus [illegible] n[illegible]iatur juri[s]di[c]tioni Judicis ſæcularis [illegible] coram illo in jus vocari, neque ci[illegible] comparere, neque poteſt contumax [illegible] neque de conſenſu Epiſcopi poſſet [illegible]reſsè conſentire in jurisdictionem [illegible].

15 [illegible] facta ſub nomi[n]e appellativo, ſcilicet [illegible], vel ſi quis velit eſſe hæres, licèt [illegible]is, ſi tamen fiat ad domum al[illegible] verà pertinebat hæreditas, vel a[illegible]ntimata, di[c]itur ſpecialis, & affi[illegible]eru[illegible]e ac ſi eſſet citatus perſonaliter no[illegible]ci[f]icè, ut notat Bald. *conſ. 124.* [illegible]*4.* idque etiam procedit, quando commiſſio Judicis eſſet generalis, tametſi per præconem, vel per generale edictum ſit facta t ſi tamen intimatio facta fuerit in loco particulari ipſius, qui vocatur in jus, tunc perinde valet, ac ſi nominatim facta fuiſſet, ut notat Bald. *d. conſ. 124. lib. 4.* è contra citatio facta contra hæredem creditoris in genere eſt nulla, quia quando hæredes adſunt, & ad ipſos reverà pertinet hæreditas, ut ſunt filii, debent citari in ſpecie *l. prolatam C. de ſent.* Alexander *conſ. 137. in cauſ. & lit. n. 11. V. præterea lib. 2.* Citatio tamen realia non poteſt fieri die feriato in honorem Dei. Verbalia verò valet, quia licèt citatus non teneatur reſpondere die feriato, tenetur tamen venire, ut notat Federic. *conſ. 11. n. 10.* ubi addit, citationem factam tempore feriarum adeò eſſe validam, ut non comparens poſſit excommunicari, licèt, ſi comparuiſſet, facilè potuiſſet Judicem declinare.

Non tamen deſunt, qui oppoſitum cenſeant, 16
aſſerántq; valere citationem factam die feriato in honorē Dei, quòd citatus compareat die ſequenti, & huic ſententiæ adhærent Canoniſtæ *de feriis* Et licèt ſint diverſæ opiniones, an valeat citatio die feriata: nihilominus ſi commiſſio Judicis fiat die juridica, & executio fiat die feſtivo pro die juridica, valet talis citatio ſaltem de conſuetudine pro die juridica, ut notat Caſtrenſ. *d. conſ. 271. ſup. primo n. 3. V. ſuper tertio lib. 1.* Sin autem citatio facta ad certum actum eſt expedienda certo modo, ſi alio modo expediatur, dicitur actus ſine citatione; quia citatio facta pro uno modo, non relevat pro alio, ut notat Socinus *conſ. 195. circa primum n. 7. V. confirmatur lib. 2.* Quinimò ſi citatio facta pro certo die ad certum actum, actua poſtea fiat alia die, non valet, quando dies expreſſa non erat feriata Bart. in *l. qui aliter ff. quod vi, cautelam.*

In multis tamen citatio non eſt neceſſaria: e- 17
tenim contra reum contumacem de jure citatio non eſt neceſſaria: unde qui dixit, ſe nolle venire, non eſt neceſſe, ut vocetur in jus, quia tunc citatio non deberet fieri ad probandam contumaciam, cum de ipſa jam conſtet Oldrad. *conſ. 65. V. venio ad ſecundum.* Si tamen citatus ex juſta cauſa erroneè, vel probabiliter dixiſſet ſe nolle comparere, eò quia non teneatur, tunc eſſet iterum citandus. Hinc Epiſcopus habens collationem communem cum capitulo, ſi vocavit capitulum, & hoc noluit comparere, eò quia habuerit juſtam cauſam non conveniendi, quia crediderit ad ſe ſolum ſpectare collationem, debet iterum vocari. Rurſus contra non reſidentem notorium, non requiritur citatio; quia via judicii non eſt de neceſſitate, & jura non mandant citari, ſed requiri, ut notat Oldrad. *conſ. 195.*

Teſtes itidem examinati pro informatione 18
curiæ ad effectum inquirendi ſuper maleficio, & procedendi ad capturam, probant parte non citata, adeò ut tunc non ſit neceſſe, ut para citetur, ut oſtendit Julius Clarus in *prax. crimin. q. 11. n. 2.* Generatim citatio non requiritur ad declarandum id, quod eſt notorium juris, ut quòd cedens bonis non teneatur ſatisfacere ſuis creditoribus, neque poſſit conveniri Caldet. *conſ. 193.* quia in notoriis non requiritur cognitio cauſæ cum

per ſe jam ſit nota, & cognita: ſecus ſi res eſt dubia, citatio valet Caſtrenſ. *conſ. 412.* ſi tamen agatur de præjudicio abſentis, citatio requiritur etiam in notoriis, quia ut notat Abbas *conſ. 68. n. 4. lib. 2.* quando abſenti poteſt competere defenſio, ſemper debet citari pars, tametſi factum ſit notorium: ſecus ſi conſtet abſenti nullam competere defenſionem. Verùm quando vere rà conſtat, quòd abſenti nulla competat defenſio, tunc non eſt neceſſaria citatio, etiam in iis, quæ non ſunt notoria, ut benè obſervat Tuſcus *conſ. 271. n. 12.* ubi declarat, quòd citatio in notoriis ſit neceſſaria ad ſententiam, non tamen contra quem invitum poteſt ſententia ferri, quia in iis, quæ poſſunt contra invitum fieri, non requiritur citatio *l. 4. §. illud ff. de fideic. libert. l. qui poteſt invitu ff. de regul. juris.*

§. V.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quæſtiones.

Quæritur primò, quid ſit libellus querimonialis, & quid conventionalis, & per quid differant? Reſpondetur, libellum conventionalem eum dici, qui in cauſis civilibus exhibetur: querimonialem verò, qui in cauſis criminalibus porrigitur *l. libellorum 3. ff. de accuſat.* & refertur in *cauſa 7. q. 8.* Differunt autem hæ libellorum ſpecies, quia in conventionali requiritur concluſio, ſeu petitio: ſecus, in querimoniali ſufficit narratio facti, ſeu criminis adjunctis circumſtantiis perſonæ, loci, temporis, quia allegato, & probato crimine Judex, cui conſtat de homicidio patrato, vel furto, tenetur ex officio pœnam proportionatam juxta legem imponere, ſi definita ſit à lege, aliuquin quam ipſe arbitrabitur. Quòd ſi pœna pecuniaria applicanda ſit actori injuriam paſſo, tum ea in libello peti debet. Ut etiam ſi juxta conſuetudinem loci Regni, vel Provinciæ pœna, ſeu mulcta partim fiſco applicetur, & partim parti læſæ, debet tum etiam peti abſolute, ut pœna pecuniaria decernatur, ut poſtea exactâ dividatur inter fiſcum, & actorem, ut notavit Angelus §. *pœnalis V. unum tantùm inſtit. de action.* Quòd ſi pœna ipſo jure ob patratum delictum incurratur, adeò ut ſolùm deſideretur ſententia declaratoria criminis, tunc non eſt neceſſe, ut pœna in libello petatur, ut notat Joannes Tyllmannus in *ſyndromo decad. 4 not. 7. n. 12.*

2 Rurſus libellus conventionalis, qui eſt veluti ſyllogiſmus practicus juridicus tres continet partes, perinde ac ſyllogiſmus logicus conſtat tribus propoſitionibus. Conſtat enim libe[illegible] dicus ex narratione facti, quæ eſt lo[illegible] oris in ſyllogiſmo [illegible] ex cauſa ſeu medio [illegible] dendi, [illegible] loco m[illegible] propoſitionis in ſyllogiſmo [illegible] & [illegible] concluſione, in qua con[illegible] Jaſon in §. *omnium n. 115.* [illegible] Quamobrem ut libellus legitime [illegible] requiruntur. Primò ut factum bene recitetur [illegible] ſecundo ut exprimatur obligatio, quæ ex eodem facto deſcendit: ut etiam exprimatur actio oriens ex obligatione ut notat Goffred. in *libell. p. 1. in rubr. qua debet continere libellus:* & in illo debet exprimi nomen juriſdictionale Judicis, coram quo libellus offertur, ut etiam nomen actoris, & illud rei; & ultra expreſſionem cauſæ, ex qua agitur, debet aſſignari quantitas, & demonſtrari res, quæ petitur ſaltem per duas demonſtrationes, ſeu per duo confinia, ut notat Gloſſa in *c. ſi Contra unum de offic. deleg. in 6.* & *l. 1. in princ. ff. de edend. l. edita C. eod. pract.*

3 Quod verò libellus juridicus dicatur ſyllogiſmum continere, id intelligendum eſt, non quod ſemper formaliter, & explicitè in illo contineatur ſyllogiſmus, quia Oratores, & Cauſidici non ſolent ſyllogiſmos exacte proponere juxta formam præſcriptam à Dialecticis, ſufficit enim ſi in libello narretur ſpecies facti, & appareat medium, ſeu argumentum petendi inde aſſumptum, ad ritè concludendum: quinimò ſicut in dialecticis interdum brevitatis cauſa ſubticetur una propoſitio, quæ tamen virtualiter continetur in alia, quæ explicatur, adeò ut tacitè ſubintelligatur in enthymemate: ita etiam in libello, ſeu ſyllogiſmo juridico poſt narratam facti ſpeciem omiſſo medio petendi ſtatim ponitur concluſio: ut ſi Cajus dicat in judicio, ſe dediſſe Titio mille florenos mutuò, & proinde petat, ut Titius condemnetur ad reſtitutionem; tunc omittitur medium petendi, ex quo reſultat actio, ſeu obligatio, quæ tamen ſubintelligitur: quamvis olim jure ci[illegible] libellus conventionalis non fuerit regulariter neceſſarius, ut deſumitur ex *l. 1. §. 1. ff. de edend.* hodierno tamen jure requiritur neceſſario, ut actor in judicio ordinario libellum porrigat ordinario, vel delegato Judici, ſive civiliter, ſive criminaliter agatur: quia hodiè oblatio libelli requiritur ad ſubſtantiam ordinis judicialis, adeò ut ſine hac oblatione libelli judicium non ſubſiſtat, ut notat Gloſſa in *c. I. narus 1. V. libellum h. t.* & colligitur etiam ex illo verbo *oportet*, quod ponitur in textu, ſiquidem verbum oportet neceſſitatem ſignificat, & non ſolùm honeſtatem. Tam quia Concilium in *d. c.* noluit, clericos, vel Monachos admittere ad agendum in judicio, niſi prius libellum ſcriptum porrigerent.

Hinc neque ex conſenſu partium litigantium expreſſo, vel tacito poteſt omitti libellus in judicio: ratio eſt, quia hæc ſolemnitas introducta eſt, non ſolùm in favorem partium, ſed etiam ipſius Judicis, imò etiam ob bonum publicum, ut nimirum lites clarius procedant, vel omnino ſopiantur, ſiquidem inter [illegible] contingit, ut actione ex libello clarè co[illegible] reus cedat liti: atqui ſolemnitates, quæ o[illegible] [illegible] atem introductæ in jure, partium con enſu tolli non poſſunt *l. jus publicum 38. [illegible] de pactis.* Sin verò partes compromittant in Judicem tanquam in Arbitrum tum remittere poſſunt ſolemnitates, quæ jure po[illegible] requiruntur ad modum procedendi in judicio, nimirum poſſunt remittere, ut procedatur ſine oblatione libelli contestatione litis, & aliis ſimilibus ſolemnitatibus & [illegible] quia tunc Arbiter totam ſuam poteſtatem cognoſcendi ac[illegible] partibus,

Quæ-

5 Quæritur ſecundò, quotuplex ſit cauſa petendi in libello exprimenda? Reſpondetur, eſſe duplicem, remotam, & proximam: & remotam in actione reali eſſe factum, ex quo cauſatur, & acquiritur dominium, vel quaſi dominium, vel aliud jus in re, ut quòd res mihi legata, donata, vel vendita ſit, & in ea ſervitus conſtituta. Cauſa proxima in eadem actione reali eſt dominium, ut in rei vindicatione; vel quaſi dominium, ut in actione publiciana; vel jus in re, ut in confeſſoria. In actione autem perſoneli cauſa remota eſt contractus, vel quaſi contractus in civilibus, & in criminalibus eſt delictum, vel quaſi delictum, & cauſa proxima eſt illud jus, quod inde oritur, & competit actori, vel obligatio ei correſpondens: ſiquidem ex contractu, vel quaſi contractu oritur obligatio, quâ contrahentes obligantur ſtare contractui: & ex delicto, vel quaſi delicto oritur etiam obligatio puniendi delinquentem juxta modum in lege præſcriptum. In libello autem actionis realis, ſeu rei vindicationis ſufficit, ſi exprimatur cauſa proxima, ſeu quòd Actor ſit Dominus, vel quaſi Dominus rei, neque eſt neceſſe, ut exprimatur cauſa remota, qua dominium eſt acquiſitum: ratio eſt, quia per hoc, quòd actor expreſſa cauſa proxime petat rem, quæ ad ipſum pertinet jure dominii, vel quaſi dominii ſufficienter inſtruitur reus, an velit liti cedere, vel potiùs in judicio contendere, quia duo non poſſunt ſimul in ſolidum habere dominium ejusdem rei *l. ſi ut certo 5. §. ſi duobus ff. commodati.*

6 Cæterum rei vindicatio, ſeu actio in rem eſt ſemper uniformis, & ejusdem naturæ ſive actor dominium obtinuerit jure gentium, vel civili, aut titulo oneroſo, vel lucrativo, vel etiam ex contractu bonæ fidei ſive ſtricti juris, adeò ut non ſit neceſſe, ut reus conventus ſciat, ex qua cauſa actor ſit Dominus rei, cujus petit vindicationem, quinimò videtur magis expedire reo, ut titulus dominii in libello non ſpecificetur: ſiquidem tunc actor cenſetur omne jus ſuum deduxiſſe in judicium, quia res nonniſi ſemel poteſt noſtra eſſe, proinde ſi ſuccumbat, exceptio rei vindicatæ ei poſtea obſtat, quò minùs denuò poſſit agere *l. Et an eadem 14. §. actiones ff. de except. rei judic.* Quòd ſi actor certum titulum ſpecificum acquiſiti dominii exprimat in libello, & dicat: peto, ut mihi reſtituatur equus meus, quem ante duos menſes emi 80. florenis, & per contractum emptionis eum mihi acquiſivi: ſi poſtea intelligat ex alio titulo legati, vel hæreditatis ad ipſum pervenisſe, poteſt tunc non obſtante exceptione rei judicatæ eandem rem ex alia cauſa, ſeu titulo petere, ut deſumitur ex *c. 3 de ſent. & rei judic. l. ſi. Mater 11. §. Denique & §. ſi quis autem ff. de except. rei judic.* Verùm id limitandum eſt, quando jus commune reſiſtit actori, quia tunc in actione reali cauſa remota eſt etiam exprimenda, ut ſi quis liberum hominem velit vindicare, qui eſt in ejus poteſtate, tenetur exprimere cauſam, nimirum quia eſt ejus filius *l. 1. §. per hanc ff. de rei vindic.*

7 Quæritur tertiò, an libellus ſit neceſſariò porrigendus in quocunque judicio etiam ſummario? Reſpondetur, libellum eſſe neceſſariò porrigendū, quoties agitur in judicio ordinario, eò quia ſit de illius ſubſtantia, & non poſſit judicium ordinariū ſubſiſtere ſine oblatione libelli, ut notat Bartolus in *authent. offeratur C. de lit. conteſt.* quia ut diximus ſuperius, ſolemnitates actuum ob publicam utilitatem introductæ non poſſunt conventione partium tolli, nec remitti, niſi partes in Judicem tanquam arbitratorem compromittant, ut notat Georgius Everardus *tom. 2. conſil. 29. n. 21.* In judicio verò ſummario non eſt neceſſe, ut porrigatur libellus, quia in ipſo proceditur de plano, & ſine figura judicii, proinde ſufficit, ſi actor petitionem coram Judice faciat, Notario, vel alio in ſcriptum referente juxta *clement. ſæpe de V. S.* & etiam juxta *clement. diſpendioſam de judic.* ubi cautum eſt, ut in cauſis beneficiariis procedatur ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii, idque ad reſtringendam diſpendioſam prorogationem litium, quæ interdum ex ſubtili obſervatione ordinis judiciarii ſolet oriri.

Verùm cùm contigiſſet dubitari de ſignificatione prædictorū verborum, quid ſit procedere ſimpliciter de plano, ſine ſtrepitu, & ſine figura judicii declaratum fuit in *d. clement ſæpe de V. S.* præfata verba importare, ut Judex libellum non exigat, nec poſtulet litis conteſtationem, ſed poſſit procedere ſine iſtis; imò etiam tempora feriarum ob neceſſitatem hominum indultarum, & etiam ut amputet omnem dilationum materiam, litémque ad omnem poſſibilem brevitatem deducat, proinde repellat exceptiones, & dilationes fruſtratorias, coerceat ſuperfluam multitudinem teſtium, & ſolùm admittat probationes neceſſarias, ac legitimas defenſiones; & ne veritas occultetur, admittat citationem, & præſtationem juramenti de calumnia, malitia ſeu de veritate dicenda ab initio recipiat; & pronunciet juxta formam petitionis, ſive actoris, ſive Rei factam initio litis ſive ſcriptis, ſive verbo in actis tamen inſertam, ut poſſit haberi plenior certitudo, ſuper quibus formandæ ſint poſitiones, & articuli: & etiam prout conſultiùs viſum fuerit, etiam aſſignet terminum, ad ponendum, & articulandum, & ad exhibendum omnium acta, quibus partes volunt in cauſa uti. 8

Debet etiam poſt datos articulos alium certum terminum aſſignare, prout etiam conſultiùs viſum fuerit, hac tamen aſſignatione non obſtante, ſi contingat remiſſionem fieri pro teſtibus examinandis poſſunt etiam produci inſtrumenta, ut etiam Judex poteſt partes interrogare, ſive ad earum inſtantiam, ſive ex officio, ubicunque æquitas ſuadebit: imò poteſt etiam ſive ſtans, ſive ſedens ſententiam in ſcriptis tamen definitivam ferre citatis ad id partibus licèt non peremptoriè, & concluſione, ſi ei videbitur etiam non facta, ut fusè habetur, & declaratur in ea *clement. ſæpe de V. S.* ubi in fine etiam additur, quod ſi in cauſis ſummariis ſolemnis ordo judiciarius in toto, vel in parte, non contradicentibus partibus obſervaretur, non propterea proceſſus eſſet irritus. 9

Quæritur quartò, an in Curia Romana neceſſaria ſit libelli porrectio, ut procedatur in judicio? Nomine Romanæ Curiæ intelligitur au- 10

dientia

dientia Papæ, ad quam ex toto terrarum orbe cauſæ devolvuntur, vel per appellationẽ, aut recurſum: & curia dicitur ibi eſſe, ubi Papa reſidet cum ſuis Officialibus, non autem ſi aliò eat ſine familia brevi rediturus, ut notat Ancharanus in *clement. Ne 4. Romani §. ſanè n. 4. de elect.* hinc Felinus in *c. Ego n. 9. de jurejur.* ait, ibi Romam eſſe, ubi eſt Papa cum tota ſua familia, ſeu quoad Curiam & in *c. 2. de præbend. in 6.* ibi dicitur eſſe Romana Curia, ubi eſt Sedes Apoſtolica. Tria autem ſunt Romanæ Curiæ tribunalia. Primum Auditoris Cameræ, cui decem Notarii inſerviunt. Secundùm Auditorum ſacræ Rotæ, quorum Notarii ſunt 40. Tertium tribunal eſt aliorum Judicum Commiſſariorum, quorum unus tantùm eſt Notarius, qui Archiviſta nuncupatur: in hiſce tribunalibus ſoli Curſores citant. Sunt etiam in Curia Romana alia tribunalia; ut illud Vicarii Papæ, Camerarii, Clericorum cameræ, Gubernatoris urbis, Capitolii, & alia inferiora, quæ ex ſtatuto, & ſtylo curiæ habent particulares modos citandi, & procedendi. Auditor cameræ per ſe, vel per ſuos locum tenentes, vel etiam alios ab ipſo deputatos exequitur obligationes in forma cameræ, & cognoſcit ſuper cauſis ſpiritualibus eccleſiaſticis, imò etiam profanis, & cauſis, quæ per appellationem interpoſitam devolvuntur ad ſedem Apoſtolicam.

11 Auditores Rotæ, aliique Judices commiſſarii eas cauſas cognuſcunt, quæ ſibi ſpeciali reſcripto, ſeu commiſſione demandantur cum facultatibus in commiſſione expreſſis: & etiam juxta formam commiſſionis ſibi directæ quiaque ſive Auditor, ſive commiſſarius exequitur. His præmiſſis reſpondetur ad quæſitum in curia Romana in tribunali Auditoris cameræ non offerri libellum, nec explicari petitionem, ſed fieri monitorium contra debitorem, ſeu detentorem, ut ſolvat, ſeu dimittat cum clauſula, ſi quis ſenſerit ſe gravatum, & tum hoc monitorium inſervit pro libello, ut notat Saluſtius Tyberius in *ſua praxi lib. 2. c. 7. n. 11.* Rurſus hoc monitorium per comparationem moniti reſolvitur in vim citationis: Verùm ſi debitor compareat, videtur debitum fateri, ut notat Veſtrios *lib. 3. n. 7.* In tribunali verò ſacræ Rotæ ſufficit commiſſio, & juxta praxin, eadem die, quâ ferenda eſt ſententiâ, formatur petitio ſecundùm allegata, & probata; & ſuper tali petitione fertur ſententia, ut notat Pariſius *volum. 1. conſ. 76. n. 11.* Hinc non poteſt argui, quòd ſententia non ſit conformis libello. Rurſus ſententia etiam de jure poteſt juſtificari ex proſecutis *l. de rebus ff. de arbit.*

12 Cæterùm Judex poteſt pronuntiare ſuper omni eo, quod fuit probatum, & quod ex actis conſtat, ex quibus etiam ſuppletur, quod in libello non fuit petitum, imò ex illis etiam declaratur ipſe libellus ut notat Pariſius *d. conſ. 76. n 12.* In cauſis verò executivis vigore obligationis cameralis, ſi agatur contra abſentem, præmittitur citatio impreſſa, quæ cameralis dicitur & in qua exprimuntur omnes actus in iſto Judicio executivo contingibiles, idque ut abſens citatus fiat contumax in omnibus actibus, & ſervit etiam loco citationis generalis ad omnes actus *c. cum dilecti de dolo & contum.* Judicium igitur Summarium propriè eſt, in quo proceditur de plano, ſine figura, ſine ſolemnitate ordinis judicialis, ſine oblatione libelli, & abſque litis conteſtatione. adeò ut in illo ea tantùm deſiderentur, quæ ad puram rei veritatem cognoſcendam ſunt Judici neceſſaria, & hæc ſunt citatio rei, juramentum de calumnia, aut veritate dicenda: cæterùm probationes ſuperfluæ reſecandæ ſunt, ut etiam rejiciendæ exceptiones, & dilationes. Nihilominus ſi cauſa aliqua poſtulaverit, poteſt Judex etiam ordinarius judicium inſtituere, tametſi abſolutè ſufficeret ſummarium idque partibus etiam invitis, niſi fortaſſis Princeps cauſam delegâſſet adjecto mandato, ut procedatur de plano, ut notat Gloſſa in *d. element. ſæpè V. partibus.*

Quæritur quintò, ob quas rationes inſtituantur judicia ſumaria ſine libello? Reſpondetur, ob duplicem potiſſimum rationem fuiſſe judicia ſummaria inſtituta. Primò quia plerumq; occurrunt cauſæ exigentes celerem expeditionem ob plura incommoda, quæ ex dilatione oriuntur, & tales ſunt cauſæ beneficiales, quæ ſi protrahantur plurimum eccleſiis infertur damni. Tales ſunt etiam cauſæ decimales, & matrimoniales, ut notat Maranta *p. 4. diſt. 8. n. 2.* Hinc etiam exceptiones, & cauſæ, quæ dicuntur incidentes ſummariè cognoſci poſſunt, ut notat Gloſſa in *c. ult. V. procedendum ut lite non conteſt.* Imò etiam lites Mercatorum ſummariè cognoſcuntur ob earundem frequentiam, ut etiam cauſæ tributorum, alimentorum dotis, item cauſæ naufragorum, pauperum, miſerabilium perſonarum, cauſæ mercedum, ſi agatur de tutore dando, vel filio adoptando, aut emancipando, ut notat Maranta *p. 4. diſt. 9. n. 48.* 13

Secunda cauſa, cur fuerint inſtituta hæc judicia ſummaria fuit, quia interdum occurrunt cauſæ modicæ, & in quibus agitur de exiguo præjudicio, quod facilè poteſt reparari: tales ſunt cauſæ civiles, quibus de debito non magno etiam ſpectata perſonarum qualitate agitur: vel etiam inter perſonas rurales, & juris imperitas in pagis, ut deſumitur ex *authent. niſi breves C. de ſententiis ex breviculo recit.* & notat Abbas *in c. Ignarus 1. n. 17 h. t.* Rurſus etiam in delictis levibus, quæ non multum famam lædunt, præſertim inter religioſos adoleſcentes, aliáſque id genus perſonas, proceditur etiam de plano, & ſine figura judicii inſpectata veritate facti *l. levia 5. §. de accuſ.* ubi Bartolus ait in criminibus levibus non eſſe neceſſariam ſolemnitatem proceſſus judiciarii. Demum ſi agatur judicio poſſeſſorio ſolùm præparatoriè ad judicium petitorium ſubſequens ſummariè proceditur, ut notat Farinac. *tract. de teſtib. lib. 2. tit. 6. q. 63. n. 33.* 14

Verùm adeſt diſcrimen inter hos modos procedendi ſummariè, quia ſi ſumarius proceſſus inſtituatur ob modicitatem cauſæ, tunc ordinariè non eſt neceſſaria plena probatio, ſed ſufficit ſemiplena per unum teſtem, aut juramentum. Adeò ut probatio ſemiplena ſufficiat ad informandum Judicem pro deciſione cauſæ: quòd ſi proceſſus ſummarius inſtituatur ob celeritatem expeditionis, tum ſi cauſa ſit alicujus præjudicii non facilè reparabilis, requiritur plerumque plena probatio, ſi haberi poſſit, & deſumitur ex *d. clement.* 15

ment. ſæpe de V. ſig. ubi Pontifex ait, in tali proceſſu ſummario requiri probationes, quæ neceſſariæ videantur conſiderata qualitate, ſeu gravitate cauſæ, proinde etiam dilationes debent dari, quæ ex arbitrio Judicis requiruntur ad tales probationes adornandas, & cum cauſa diu protrahitur. Solet etiam aliud diſcrimen aſſignari, quia cauſæ leves, & parvi momenti, vel quæ controvertuntur inter perſonas rudes, ſolent frequenter expediri in præſentia partium per interrogationem Judicis: ſecus cauſæ graviores, quamvis ſummariè. & ſine oblatione libelli poſſint tractari; exigunt nihilominus, ut poſitiones ex narratione facti formentur, & Reo tradantur.

16 Quæritur ſextò, an quando agitur actione reali, ſufficiat, ſi res generaliter petatur? Reſpondetur negativè, ſed tunc debet in libello ſpecificè res deſignari, adeò ut ex petitione appareat, quidnam petatur, imò debet etiam exprimi, an tota res petatur, vel tantùm ejus pars, & quota, idque deſumitur ex *c. ſignificantibus 2. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd ſi agatur de vindicatione rei, non ſufficiat generaliter petere, ſed res ſit in petitione, ſeu libello ſpecificè deſignanda cum ſuis circumſtantiis, ut appareat, quid petatur. Ratio eſt, quia nomen rei eſt generale, & ad plura ſe extendit *l. 1. ff. ſi cert. pet.* generalitas autem obſcuritatem ingenerat *l. 2. ff. de jure fiſci.* atqui ſicut per obſcuram petitionem non poteſt Reus deliberare, an velit liti cedere, vel in judicio contendere *l. ſi in rem ff. de rei vindic.* ideò non debet Judex ferre ſententiam ſuper incerto *inſtit. de act. §. curare.* Quamobrem ex eo quòd petitio rei ſit ita facienda, ut Reus poſſit deliberare, quid facere debeat, & ut Judex juxta petitionem poſſit formare ſententiam, debet neceſſariò petitio eſſe ſpecifica, & clara, non verò generalis, & æquivoca, ut habetur in *d. c. ſignificantibus 2. h. t.*

17 Hinc conſuetum eſt, ut res, quæ petitur, per circumſtantias loci deſignetur, ut peto, ut mihi reſtituatur domus ſita in tali pago inter domum parochialem, & hoſpitale *argum. l. forma 4. de cenſib.* ubi præcipitur, ut fundi tributarii tali forma deſignentur, & in cenſum, ſeu librum cenſualem referantur, hinc ſi agatur de quantitate rei, debet numerus, menſura, & pondus exprimi *l. ſi in rem ff. de rei vindic.* ut ſcilicet reus conventus ſciat, ſuper quo futura ſit controverſia, ſi nolit liti cedere; ſed velit in judicio contendere, & Judex juxta allegata, & probata tenetur ſententiam ferre. Sin verò petatur fundus, debet neceſſariò exprimi ejus nomen, ſi quod habet, & in loco, ubi ſitus ſit, ac per duos vicinos, ſeu proximos fundos deſignari.

18 Verùm id limitatur; quando res, quæ petitur eſt certa, & de illa conſtat; tum ſubſiſtit libellus, tametſi in ipſo non contineantur tales demonſtrationes, & circumſtantiæ, quia tunc cùm res per ſe ipſam innoteſcat, ſupervacaneæ ſunt circumſtantiæ ejusdem: ſi enim Reus conventus unicum tantùm habeat fundum, qui petitur, non eſt neceſſè, quòd per circumſtantias, & demonſtrationes circumſcribatur, quia ſuperfluæ ſunt, quando conſtat de ipſa re, ut notat Abbas in *d. c. ſignificantibus 2. h. t.*

19 Secundò limitatur, ſi libellus conventionalis, quamvis generaliter, aut obſcurè conceptus à Judice, parte non reclamante receptus ſit, & in litis proceſſu petatur, ut notat Felinus in *d. c. ſignificantibus 2. n. 3. h. t.*

20 Tertiò limitatur etiam, quando re principali deſignata, ſi quæ acceſſoria ſunt, non facilè poſſint deſignari, tunc libellus non irritatur; & acceſſoria concomitanter, ſeu incidenter peti poſſunt, ut quando peto, ut mihi reſtituatur ager unà cum fructibus perceptis, aut percipiendis.

21 Quartò quia licèt in libello exprimi debeat, an tota res petatur, an verò tantùm pars ejusdem, id tantùm procedit, quando Actor intendit petere ſolam partem ejusdem rei: in hoc tantùm caſu debet exprimere in libello, ſeu petitione quotam partem petat: alioquin ſi res ſimpliciter petatur, cenſetur tota peti, nec tunc poteſt impugnari libellus ratione certitudinis.

22 Alii cum Gloſſa in *d. c. ſignificantibus* cenſent, in libello actionis realis, ſeu vindicationis ſufficere, ſi actor exprimat in libello ſe Dominum rei eſſe, adeò ut non ſit neceſſè exprimere cauſam, quâ ſibi dominium comparaverit ejusdem rei, & id eſſe Reo magis conſultum, quia tum actor omne ſuum jus cenſetur in judicium deduxiſſe, adeò ut ſi ſuccumbat, rei judicatæ exceptio illi poſteà obſit, quò minùs poſſit denuò agere, ut notat Bart. *l. Et an 14. §. Actiones ff. de except. rei vindic.* alioquin ſi actor certam dominii acquiſiti cauſam in judicium deduxiſſet, ac dixiſſet, peto mihi equum meum reſtitui, quem ante biennium per contractum emptionis mihi comparavi, & poſtea intelligat ex alio titulo hæreditatis, vel legati ad ipſum perveniſſe, poſſet alio judicio id experiri *c. 3. de re judic. in 6.*

23 Præterea docent Canoniſtæ cum Gloſſa in *d. c. ſignificantibus 2. h. t.* in actione, ſeu judicio univerſali, in quo petitur univerſitas rerum, ſeu aliquid complectens in ſe res plures particulares non eſſe neceſſe, ut res ſingulæ deſignentur, & exprimantur in libello, ut ſi hæres inſtitutus, vel ab inteſtato jus habeat ſuccedendi in hæreditatem, & hanc petat, ſeu velit judicialiter ſe hæredem declarari, & poſſeſſorem ejusdem hæreditatis condemnari ad omnia reſtituenda, quæ ex eadem hæreditate poſſidet, vel etiam poſſidebit poſt litis conteſtationem: tùnc non eſt neceſſe, ut exprimat ſingula in libello, quæ talis hæreditas complectitur, ſed ſufficit, ſi actor petat integram hæreditatem, ad quam ut hæres inſtitutus, vel etiam ab inteſtato habet jus ſuccedendi.

24 Rurſus præter judicia, & actiones univerſales, dantur etiam aliæ, quæ dicuntur itidem generales, ut ſunt actiones ſuper tutelæ adminiſtratione, negotiis geſtis, & ſocietate, in his enim nec eſt neceſſe, ut res ſingulæ exprimantur in libello, ſed ſufficit ſi factum, vel cauſa actionis generatim proponatur, ut ſi Petrus dicat. peto, ut Paulus, qui per ſeptennium fuit meus tutor, tutelæ adminiſtratæ rationē reddat, & reſtituat, quod ſupereſt. Id intereſt diſcriminis inter judicium univerſale, & generale, quia in illius proſecutione non eſt neceſſe, ut res ſpecificentur: & ratio eſt, quia tum ſententia tantùm fertur ſuper jure actoris, quòd hæreditas ob jus ſuccedendi ad ipſum pertineat; ſecus in judicio adminiſtrationis tu-

Digitized by Google

telæ, aut negotiorum geſtorum, antequam ſententia feratur, ſpecies obligationum, ſeu debitorum ſunt neceſſariò explicandæ, ut Judex ſciat, ad quænam debeat Reum conventum condemnare: hinc ſicut in univerſalibus univerſaliter concipitur libellus, ita univerſaliter ſententia fertur, nec cogitur quis res exprimere. In generalibus verò generaliter concipitur libellus, ſed lite conteſtata res exprimuntur. In ſpecialibus verò res exprimuntur tam in libello, quàm in ſententia *l. ſi in rem ff. de rei vindic.*

25 Quæritur ſeptimò, an Reus teneatur reſpondere libello in actione perſonali, ſi non exprimatur cauſa petendi? Reſpondetur negativè ex *c. dilecti 3. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, quòd in actione perſonali, cùm quis dicit, certam pecuniam ſibi deberi, ſi in libello non apponatur cauſa, non teneatur reſpondere: & ratio deſumitur ex eo, quia ut inferatur, juſtum eſſe quod petitur, neceſſe eſt, præcedat cauſa, ob quam illud debeatur *l. hujusmodi §. quam dies l. eod.* ſiquidem libellus porrigi debet reo, ut poſſit deliberare, an in judicio contendere velit, proinde cauſa petendi eſt exprimenda, ut appareat, an illa ſit juſta. Pro quo obſervandum eſt, in utraque actione reali, & perſonali duplicem eſſe cauſam, proximam ſcilicet, & remotam; & in actione reali cauſam proximam eſſe dominium, nimirum quia actor eſt Dominus; & cauſam remotam eſſe ipſam rem, quæ fuit actori legata, donata, vendita, aut alio mndo tradita.

26 In actione verò perſonali cauſa proxima eſt, quia Reus eſt obligatus actori, & cauſa remota, quia actor mutuavit Reo, vel vendidit rem. Quamvis in actione reali non ſit neceſſe exprimere cauſam remotam, ſed ſufficiat exprimere proximam, ut quia actor eſt Dominus rei, quæ petitur: nec ſit neceſſe exprimere, ex qua cauſa, eò quia non poſſit quis eſſe Dominus niſi ex una cauſa *l. Et an eadem §. actiones ff. de except. rei jud.* & utile ſit ipſi Reo, ne alia exprimatur, eò quia ſi actor ſuccumbat, obſtet poſtea ipſi exceptio rei judicatæ, eò quia videatur totum ſuum jus in judicium deduxiſſe *c. Abbate de re judic. in 6.* nihilominus ex alio reſpectu eſt utile, ut exprimatur, eò quia faciliùs poteſt Reus deliberare, an velit liti cedere, an in judicio contendere.

27 In hoc ſenſu verum eſt, non teneri Actorem exprimere cauſam remotam, niſi jus commune ſibi reſiſtat, ut quia vindicat liberum hominem, quia tunc eſt exprimenda cauſa, quia nimirum eſt mihi filius, ut notat Innocentius in *c. conquerente de offic. ordin.* In actione verò perſonali exprimenda eſt cauſa remota, nec ſufficit, ſi ſola proxima exprimatur; quia ex ſola cauſa proxima non poteſt Reus ſufficienter deliberare, an velit liti cedere, an in judicio contendere; ut ſi Petrus dicat; peto à Paulo mille florenos, eò quia ex obligatione debeat mihi eos dare; cùm multæ poſſint eſſe cauſæ obligationis, non poſſet Paulus, à quo petuntur mille floreni, per talem ſolam expreſſionem cognoſcere, an contraxerit obligationem ſolvendi Petro mille florenos, proinde debet Petrus, ſeu actor etiam exprimere cauſam remotam, & dicere in libello: peto à Paulo mille florenos, quos eidem mutuavi cum obligatione, ut intra ſemeſtre eos mihi reſtitueret; tunc enim mutuatio eſt cauſa remota, & obligatio reſtituendi ex illa eſt cauſa proxima: quòd ſi Reus etiam ſine expreſſione cauſæ remotæ reſponderet, judicium eſſet validum *l. fin. c. de annal. except.* Ex hoc igitur textu liquet, ex actionibus alias dici reales, & ſunt, quæ competunt rebus, & non dicunt perſonam obligatam; & alias perſonales, quæ non ad rem, ſed in perſonam diriguntur: etenim ſi ago, ex empto, vel actione ex mutuo: dico perſonam obligatam.

Quæritur octavò, quæ exprimi, vel reticeri debeant in libello accuſationis, ſeu criminali? Reſpondetur, in illo non deſiderari concluſionem, ſeu petitionem, ſed ſufficere ſolam narrationem facti, ut ſcilicet crimen furti, vel homicidii narretur additis circumſtantiis perſonæ, loci, temporis &c. ut notat Felin. in *c. un. n. 10. de lit. cont.* & Gail. *l. 1. obſ. 61. n. 18.* Ratio eſt, quia in criminalibus non petitur, ut ſolvatur aliquid, vel fiat actori; ſed poſtquam cognitum, & probatum eſt crimen, Iudex tenetur ex officio juxta leges pœnam infligere, ſi hæc ſit in jure definita, eámque vel corporalem, vel pecuniariam applicandam fiſco: quòd ſi pœna non ſit à jure definita; tunc Reo injungitur pœna juxta arbitrium Judicis. Sin verò pœna applicanda ſit actori, ſeu parti læſæ vel partim fiſco & partim parti læſæ, tú ea in libello petenda eſt, ut Judex Reum ad illam condemnet, imò abſolutè, ut pœna pecuniaria decernatur dividenda inter fiſcum, & actorem: non tamen eſt pœna in libello acceſſoriè petenda, ſi ipſo jure ſit inflicta.

Quæritur nonò, an libellus ſemel oblatus poſſit mutari, vel emendari? Reſpondetur, poſſe usq; ad litem conteſtatam ab actore mutari, non verò poſt litem conteſtatam: niſi cum refuſione ſumptuum velit actor totaliter recedere à priori inſtantia, & libello, & novum inſtituere, & offerre, ut docent communiter cum Gloſſa in *c. ſignificantibus a. h. t.* Pirh. *n. 18. h. t.* & probari ſolet prior pars ex *l. edita actio C. de edendo.* ibi: *Edita actio* (libellus ſcilicet) *ſpeciem futuræ litis demonſtrat, quam emendari, vel mutari licet, prout edicti perpetui monet authoritas, vel jus reddentis decernit æquitas:* nimirum ut explicat Bartol. *ibid. §. ſed quæro* eſt reo ſalvum jus deliberandi, & defendendi, & quòd ſibi reſtituantur expenſæ, ſi æquũ viſum fuerit Judici: quia ſi ex tali mutatione libelli damnum inferretur Reo ob ſumptus jam factos, teneretur tunc actor expenſas compenſare, ut notat Bart. in *l. edita actio §. quæro quid vult dicere C. de edendo,* & ita docent etiam Fachin. *lib. 11. controv. jur. c. 94.* Menoch. de *arb. jud. in addit. ad caſum 176. n. 66.* ubi expreſsè aſſerit, ſæpè permitti libelli emendationem ante litem conteſtatam, ſi judici æquum viſum fuerit. Quòd ſi actor vellet libellum mutare ad eum finem, ut malitioſè protraheret judicium, tunc quia æquitas non permitteret in damnum rei mutari libellum, Judex non poſſet hanc mutationem permittere *authent. de litigioſis §. omnem collat. 8.* unde ſi actor non intendat malitioſè procraſtinare, ſed ſeriò procedere, poteſt ante litem conteſtatam mutare libellum. Non ita poſt litis conteſtationem *l. non poteſt ff. de jud. l. nemo C. de jurisd. omn. jud.* 29

Ratio petitur ex eo, quia poſt conteſtationem 30
litis

litis, judicium eſt plenè inchoatum : & per actum conteſtationis litis, quidam initur quaſi contractus, per quem obligatur quis principaliter ipſi inſtantiæ, ſeu ad ſtandum judicio, donec fuerit abſolutum, proinde etiam ad præſtandum id quod per ſententiam Judicis fuerit dijudicatum : hinc patet diſcrimen, cur libellus ſit mutationi obnoxiùs ante litis conteſtationem, non verò poſt, etiam de partium conſenſu, quia conteſtatio litis non poteſt tolli partium conſenſu, ut nec alius actus ſubſtantialis judicii, ut notat Gloſſa in *cap. de cauſis V. conſenſu partium de offic. del.*

31 Excipitur tamen niſi velit actor à priore libello ex toto recedere, & reſarcire expenſas, & omnia damna illata reo, & aptiorem intentare actionem per oblationem novi libelli, ut habetur in *c. examinata 15. de judic.* & ratio ex eo videtur petenda, quia tunc actor ſervando indemnem reum per refuſionem expenſarum cedit juri ſuo in perſequenda lite, & ſicut ab initio potuit eam non inſtituere, ita eſt ipſi liberum ab eadem ſemper deſiſtere, dummodo Reus nullum patiatur damnum, & plenè eidem ſatisfiat : & quia non obſtante acceſſione poteſt ex nova cauſa novam intentare actionem ; ita poteſt novum libellum conficere, & offerre Judici, & deſumitur etiam ex *l. eum quem temerè ff. de judic. & §. hac autem inſtit. de pæna temerè litigan.* ubi qui alterum temere provocaverat ad judicium, condemnatur ad expenſas.

32 Poteſt tamen etiam poſt litem conteſtatam actor ſuum emendare libellum, hoc eſt eum declarare, ſi quid obſcurius in ipſo contineatur, ut docent communiter Canoniſtæ Pirhing. *n. 19 h. t.* Sannink *c. 2. n. 12.* Bartolus in *d. l. edita §. quandoque vel e C. de edend.* & deſumitur etiam ex *l. ſi quis intentione §. de judic.* Hinc liquet, hæc duo, libellum mutari, & emendari differre, quia tunc dicitur libellus mutari, quando actio propoſita, vel cauſa petendi expreſſa in eodem commutatur, & alia prorſus diſtincta proponitur : vel etiam mutatur libellus, ſi recedatur à re petita, & alia petatur, vel totaliter mutetur ſactum narratum in libello *argum. l. unic. C. de mutat. nomin.* Secùs tunc tantùm dicitur emendari, quando aliquod ejus vitium tantùm tollitur, ut ſi obſcuritas declaretur ſalva ſemper libelli ſubſtantia, quo pacto ad uberiorem claritatem poſſunt verba aliqua addi *argum. l unic. C. de emend. cod.* Quòd ſi petatur usque ad quem terminum poſſit poſt litem conteſtatam libellus mutari. Reſpondent communiter doctores usque ad ſententiam, ſeu concluſionem in cauſa. Quapropter ſi actor poſt litem conteſtatam velit aliquid detrahere, ſeu diminuere de ſumma rei petitæ eſt audiendus *argum. l. quidem ff. ſi cert. pet.* Imò auditur etiam quando erravit minùs petendo, cùm plura ſibi debeantur; poteſt etiam tunc emendare libellum, & petere omiſſum, quia id æquitas exigit, ut detur cuilibet, quod ſuum eſt. Tum quia non mutatur tunc ſtatus cauſæ, ſed tantùm remanente eadem actione quidpiam additur, vel detrahitur primæ petitioni perſeveranti.

33 Quæritur decimò, quo pacto ſit concluſio adjicienda libello ! Reſpondetur, quòd ſi ſermo ſit de libello actionum civilium, tunc neceſſè eſt, ut exprimatur concluſio, & quid, vel quantum, aut quale ſit, quod actor in judicio petit : idque ut Reo ſtatim innoteſcat intentio actoris, ac poſſit deliberare, & ut Judex ſententiam ferat libello conformem : non enim præcipuum quod in libello attenditur eſt quid, quantum, vel quale narretur, ſed quantum ex narratis concludatur : ſiquidem concluſio in libello coarctat narrata ad ea ; quæ exprimuntur in concluſione ; in qua poteſt actor ſi velit cedere parti quantitatis expreſſæ in narratione libelli, ac eſſe contentus minori ſatisfactione : in hoc enim caſu non attenditur quantitas expreſſa in narratione libelli, ſed in concluſione, quia hæc ſatisfacit utrique parti. Notat tamen Gaillus *lib 1. pract. obſerv. 61. n. 13.* in dubiis libellum eſſe interpretandum in favorem actoris.

Sin verò ſermo ſit de libello in actionibus 34
criminalibus, tunc non eſt neceſſariò concluſio adjicienda libello, quia ſufficit ſola narratio facti: in criminalibus enim non eſt actor, ſed lex, quæ certam pœnam injungit delictis graviorem, vel leviorem, prout magis, vel minus atrocia delicta ſunt : & non eſt in poteſtate actoris quidquam de tali pœna Reo remittere ; ſicut eſt in ejus poteſtate in cauſa civili aliquam debitã quantitatem eidẽ remittere, quia in actione civili id dependet ab actore, qui eſt creditor, quia ſicut poteſt debitori totum debitum remittere, ita etiam partem ejusdem : ſecus in actione criminali pœna non dependet ab actore, ſed à lege communi, ſi ſit determinata ; vel ab arbitrio Judicis, ſi ſit arbitraria. Excipitur tamen etiam in actione criminali pœna pecuniaria, cujus pars applicatur accuſatori, quia tunc libello poteſt adjici concluſio, & accùſator aliquid etiam remittere de pecunia ſibi applicanda Reo; ut notat Gaillus *loc. cit. obſerv 61. num. 39.* Cæterùm in actionibus civilibus concluſio libelli debet ita inſtitui, ut ſi agatur ratione reali, ſeu rei vendicatione res petita ſufficienter explicetur, ſimúlque ſpecificetur, an petatur tota quantitas, vel tantùm ejus pars, & qualis : ſin autem agatur actione perſonali, ſufficit, ſi exprimatur, quantum petatur.

Secus in judiciis univerſalibus non eſt ne- 35
ceſſe exprimere res ſingulas, ſed ſufficit, ſi exprimatur res in ſua univerſitate, ut ſi hæres inſtitutus dicat, peto talem hæreditatem, eò quia ſim illius legitimus hæres, ut notat Gloſſa in *c. ſignificantibus 2. huj. tit.* ubi ait, quòd in univerſalibus judiciis res non ſint neceſſariò determinandæ. Notat Gaillus *lib. 1. pract. obſerv. 66. num. 9.* concluſioni libelli civilis plerumque addi clauſulas quasdam ſalutares : Ut, *ſuper his omnibus peto mihi jus, & juſtitiam adminiſtrari, & quidem omni meliori modo, & forma, quâ de jure ſtatuto, vel conſuetudine fieri poteſt* Ratio eſt, quia beneficio ſimilis adjectæ clauſulæ actor deducit in judicium totum jus ſuum, quod poteſt ei competere, tametſi de omnibus, & ſingulis ſuis juribus

in ſpecie expreſſam non fecerit in narratione libelli mentionem. Si enim actor ſimpliciter in narratione petierit agrum ſibi reſtitui nulla de fructibus facta mentione, ſi præfatam clauſulam, vel aliam ſimilem non adjiciat concluſioni, Judex non videtur teneri, ut cenſent plures, Reum condemnare etiam ad reſtitutionem fructuum, ſecus beneficio adjectæ clauſulæ ſalutaris condemnatur etiam ad reſtitutionem fructuum, ſi reverà actor jus habeat non ſolùm in agrum, ſed etiam in fructus ejusdem.

36 Quæritur undecimò, quomodo teneatur Judex ſe gerere, quando actor non probat cauſam, quam in libello expreſſerat? Reſpondetur, tunc teneri Judicem actorem condemnare etiam ad expenſas, quia quoties in judicio actor ſuam non probat cauſam, quam in libello expreſſerat, ſuccumbit, & causâ cadit, & id procedit, quamvis aliam probet cauſam, quàm in libello expreſſerat, à fortiori id procedit de quavis alia cauſâ, ſi hæc non fuerit in libello expreſſa, & deſumitur ex *c. Abbate ſanè 3. §. cæterum de ſent, & re jud. in 6.* Quia ſententia non aliter eſt à Judice ferenda, quàm juxta petitionem expreſſam in libello: non enim Judex debet ultra petita judicare *argum. l. ult. C. de fideicommiſſ. libert.*. Præterea quia actor, qui ſuam in judicio produxit cauſam, tenetur eam juſtificare, & probare, prout exprimitur in libello judici porrecto: adeò ut ſi eam non probet, cauſâ cadat, quamvis aliam probet, quia in judicium non deduxit aliam cauſam, quàm quæ exprimitur in libello, quam propterea tenetur actor probare, non aliam, alioquin non juſtificaret libellum ex cauſâ in eodem expreſſa, ut docet Innocentius in *c. ex parte de privileg.* & Abbas *in c. dilecti 3. h. t.* Verùm licèt actor causâ cadat in eo judicio, in quo illam non probat, poteſt adhuc eandem cauſam in alio producere judicio, & eam probare, ſeu inſtituere novam interpellationem, ac inſtantiam, ac repetere judicialiter eandem cauſam, ut notat Gloſſa in *c. Abbate §. fin. de ſent. & re judic. in 6.* Neque obſtat exceptio rei judicatæ ob ſententiam latam in priori judicio, in quo actor defectu probationis causâ cecidit: quia hæc exceptio tantùm procedit, quando actor, qui causâ cecidit, nullâ cauſâ expreſſâ egerat generaliter, ac totum jus ſuum deduxerat in judicium, quia tunc ſuccubuit ex toto jure ſuo, non ita quando actor certam duntaxat expreſſit cauſam, quâ defectu probationis ſuccubuit: quia cùm tunc totum jus ſuum non deduxerit in judicium, exceptio rei judicatæ ei non obeſt, ſi velit ex alia cauſa, & alia inſtantia procedere.

37 Quæritur duodecimò, an fides ſit nuntio adhibenda, ſi aſſerat ex Judicis mandato ſe citare, vel affirmet, ſe ritè citâſſe, ſi Reus neget, ſe à tali nuntio citatum fuiſſe? Reſpondetur cum diſtinctione, ſi nuntius ſit tantùm privatus, tunc non eſt ipſi fides adhibenda, ſi non exhibeat litteras citatorias continentes commiſſionem Judicis, ut docet Gloſſa in *c. cùm parati 19. verſ. ſuus nuntius de appellat.* quia nemo tenetur credere privatæ perſonæ, ſi quid agat, quod in proprium vergat damnum. Sin verò nuntius ſit publicus, & juratus, tunc ratione publici muneris eſt ipſi fides adhibenda, ſi aſſerat, ſe Judicis mandato citare, vel citâſſe, & deſumitur ex *d. c. cùm parati*: & ratio eſt, quia in publico, ac jurato nuntio cenſetur eſſe electa induſtria, & fides perſonæ, cui propterea ratione publici officii eſt fides præſtanda, & deſumitur ex *c. prudentiam 21. de offic. deleg.* ibi: *Per certum nuntium, vel Executorem literatoriæ deſtinatum*, ſi enim nuntio, vel executori exhibenti litteras Judicis eſt credendum, potiori jure nuntio publico, cùm authoritate publica ſit ad tale obeundum officium deſtinatus. Hinc tametſi citatus neget, ſe à tali nuntio citatum fuiſſe, adhuc magis creditur nuntio publico, ac jurato aſſerenti ſe legitimè citâſſe in cauſis præſertim civilibus, ut notat Gloſſa in *c. quoniam 11. V. citationes de probat.* Pirhing. *huj. tit. num. 225.* Maſcardus de *probat. concluſ. 291. n. 25.* quia in nuntio publico, ac jurato præſumitur electa induſtria, & fides perſonæ, cui propterea ratione publici muneris, & ob juramenti religionem eſt fides adhibenda, niſi Judex ex aliis circumſtantiis, & conjecturis habito reſpectu ad qualitatem cauſæ, ac perſonarum contrarium arbitraretur.

Hæc autem ratio non procedit de nuntio 38
privato, cùm non cenſeatur in ipſo electa induſtria perſonæ, nec ulla juramenti religio: unde tenetur hic per teſtes idoneos, vel alia legitima documenta probare, à ſe quempiam fuiſſe citatum. Sin verò Epiſcopus, vel alia inſignis perſona neget, ſe fuiſſe citatam, tunc potiùs Epiſcopo, vel alteri inſigni perſonæ credendum eſſet, ſi juramentum præſtaret de non facta ſibi citatione, quia nuntius, cùm habeatur perſona vilis, non præfertur Epiſcopo juranti, ſe non fuiſſe citatum, ut notat Abbas *c. quoniam 11. de probat.* Sin verò perſona inſignis negans ſe fuiſſe citatam non confirmet juramento ſuam negationem, credendum eſt nuntio publico *argument. c. ex litteris 4. de in integr. reſtitut.*

Quæritur tertio decimò, an citatio ſit 39
in judicio ſemper neceſſaria? Reſpondetur affirmativè, adeò ut etiam in abſentem omitti non debeat, ne judicium irritetur *can. omnia 3. q. 9.* & *c. Eccleſia S. Mariæ 10. de conſtitut.* & præſertim ex *clement. paſtoralis de ſent. & re judic.* ubi ſententia contra abſentem, & non legitimè citatum lata declaratur nullius valoris. Hinc non ſolùm in judicio ordinario, verùm etiam in ſummario citatio Rei etiam abſentis eſt neceſſaria *c. quoniam 11. de probat.* ſiquidem citatio pertinet ad naturalem defenſionem, quæ nulli eſt deneganda: æquitas enim exigit, ut Reus audiatur, ſi ad ſui defenſionem aliquid ſit producturus, ne inauditus condemnetur. Hinc citatio dicitur eſſe initium, ac fundamentum, quo nititur judicium *§. final. inſtitut. de pœna temerè litigan.* Hinc Deus ipſe in ipſo mundi exordio poſt patratum à protoparente inobedientiæ delictum, antequam eum condemnaret ad

terræ

ad terræ culturam, & ad veſcendum pane in ſudore vultûs ſui, citare prius voluit in Paradiſo ubi deliquit Geneſ. 3. *Adam ubi es?* Hinc cenſent plures nec immeritò, citationem eſſe de jure naturali, & divino, cui nec Princeps poſſit derogare, ut notat Abbas in *c. 1. n. 6. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ubi Pontifex ait, *nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus definire.* Plures enim ex illis verbis *nec poſſumus definire* inferunt neceſſitatem præmittendæ citationis eſſe de jure naturali, & divino. Verùm id procedit quoad reum abſentem, quia quoad præſentem ſufficit, ſi is etiam caſu venerit ad Judicem, tameſi nulla alia præceſſerit citatio: verùm tunc non tenetur reus ſtatim reſpondere Judici interroganti, ſi cauſa ſit gravis, & indigeat majori deliberatione.

40 Si dicas in *c. cùm olim 12. de ſent. & re judic.* abſentem nulla præmiſſa citatione fuiſſe à Papa condemnatum. Reſpondent aliqui, quos ſuppreſſo nomine allegat Gloſſa, fuiſſe etiam in talem abſentem præmiſſam citationem. Sed quia ex textu id non colligitur, ideo exactiùs reſpondent alii, Pontificem proceſſiſſe in tali textu contra abſentem non citatum, quia de crimine ut etiam de ſubreptione jam plenè conſtiterat, & luce meridiana clarius erat, tali abſenti nullam competere exceptionem, ſeu defenſionem: quando autem evidenter ita conſtat de crimine, ut nulla reo poſſit defenſio competere, tunc non eſt neceſſe, ut reus abſens citetur, *c. cum ſit Romana n. 32. de appell. can. ſcelus 2. q. 1.* ibi: *Quòd ſcelus, quod Lotharius Rex in duabus fœminis commiſit, omnibus manifeſtum eſt*, ubi Lotharius abſens ideo à Papa fuit nulla præmiſſa citatione condemnatus, quia ejus ſcelus, ita omnibus innotuerat, ut nulla poſſet illud Lotharius tergiverſatione eludere, nec ullam producere in propriam defenſionem probationem.

41 Quoties crimen eſt ita manifeſtum, & certum, ut nullo modo poſſit defendi, non eſt tunc neceſſaria citatio, cùm hæc ad eum finem præmittatur, ut citatus poſſit venire ad ſe defendendum: unde quando eſt évidens, quòd non poſſit ſe defendere, non eſt citatio præmittenda *c. cum ſit Romana 5. §. præterea de appell.* ibi: *Niſi fortè manifeſtus raptor, vel fornicator exiſtat, ſicut ille quem abſentem, & irrequiſitum Apoſtolus excommunicavit:* nulla ſcilicet præmiſſa citatione, quia in notoriis non eſt quiſpiam vocandus in jus. ſed debet eſſe certum, & evidens, quòd reo nulla poſſit defenſio competere; alioquin etiam in notoriis præmittenda eſſet citatio ad valorem ſententiæ *can. caveant 3. q. 9. argument. c. ult. de offic. deleg. in 6.*

42 Quæritur quartodecimò, quid ſit citatio edictalis, & quomodo procedat? Reſpondetur, citationem edictalem eam dici, quæ ſit publicè per edictum ad valvas Eccleſiæ, vel curiæ, adeo ut affigatur in aliquibus locis publicis, in quibus ſtatim pateat omnibus citatio. Non tamen hæc edictalis citatio eſt ſemper pro libitu Judicis permiſſa, ſed tunc tantùm quando neceſſitas videtur eam exigere, ut quando reus aliter citari non poteſt, quia doloſè abeſt, & non vult comparere, ut notant Gaillus *lib. 1. pract. obſerv. 37. num. 1.* Pirhing de *for. compet. n. 213.* Maranta *p. 6. ſpeculi aurei tit. de citat. num. 82.* & deſumitur ex *clement. 1. de judic.* juncta *extravag. rem non novam de dolo, & contum.* ubi citatio edictalis tunc tantùm admittitur, quando reus per ſe, vel per alios impedit, ne ad ipſum pervenire poſſit citatio, vel quando ob locorum difficultatem nequit citatio facilè ad eum pervenire hinc in *c. cauſam 3. de dolo & contumacia.* expreſsè ſtatuitur, ut non inchoetur judicium à citatione edictali, ſi in perſonam rei, vel ad domum ipſius poſſit executio fieri citationis: & ratio eſt perſpicua, quia alioquin per Judicem gravaretur citatus.

Quamobrem citationes edictales utpote exorbitantes à jure communi ſunt reſtringendæ non ampliandæ ultra caſus ſpeciales jure expreſſos; quamvis plures dentur caſus, in quibus procedit citatio edictalis. Primò quando reus citandus malitiosè ſe occultat, & impedit, ne citatio ad ipſum perveniat ſive per ſe, ſive per alios *c. quoniam §. porro* juncta Gloſſa *V. impedit ut lite non conteſtat.* imò id etiam procedit, quando reus ita clauſus manet in ſua domo, ut non patiatur ſe ab ullo videri, ne poſſit citari, tunc enim adhibitis teſtibus poteſt edictalis citatio affigi januæ ſuæ domûs, & tunc producit eundem effectum, ac ſi reus fuiſſet perſonaliter citatus, ut notat Maranta *p. 6. ſpeculi aurei tit. de citat. n. 86.* & ſolet etiam id probari ex *l. dies 4. §. prætor ait ff. de damno infect.* Reo ſiquidem invito non debet quis ejus domum ingredi causâ ipſius citandi, ob injuriam, quæ ipſi inferretur *l. plerique* juncta Gloſſa *ff. de in jus vocand.* & hæc eſt ratio, cur tunc citatio edictalis affixa januæ domus ipſius æquivaleat citationi factæ ipſi perſonæ. 43

Secundò adhibetur citatio edictalis, ſi locus, ubi Reus eſt citandus, non ſit tutus ob incurſus hoſtiles, urgentia bella, ſubortas inimicitias, vel alia impedimenta quibus extantibus non poteſt tuto, & liberè adiri ad citandum Reum perſonaliter: tunc enim ſufficit, ſi citatio edictalis fiat in locis vicinis, & affigatur in iis locis publicis, ex quibus veriſimiliter poſſit citatio ad notitiam pervenire Rei citati, ut habetur in *clement. unic. de for. compet.* Quoties enim non poteſt tuto adiri ad citandam perſonam ob pericula, vel ejus potentiam; ſufficit, ſi affigatur in locis vicinis. 44

Tertiò etiam procedit edictalis citatio, quando reus citandus huc illucque vagatur, ne fixum videatur domicilium habere, tunc enim ſufficit, ſi citatio edictalis affigatur in illa civitate, vel loco, ubi vagabundus ſolet converſari *l. dies 4. §. Prætor ait. ff. de damno infect.* cæterum ſi vagabundus alicubi habeat certum domicilium affigenda tunc eſt edictalis citatio januæ ejus domus præſentibus duobus, vel tribus teſtibus, & Notario, ut notat Maranta *p. 6. ſpeculi aurei tit. de citat n. 83.* 45

Quartò adhibetur etiam, ſi contradictor ſit incertus: ratio eſt, quia tunc per citationem edictalem citantur omnes, quorum intereſt, perinde ac in *c. ult. de elect. in 6.* ubi abſoluta electione per generale edictum affixum foribus Eccle-

ſiæ, ubi ſacta eſt electio, jubentur citari quotquot volunt ſeſe electioni ſactæ opponere, ut compareant intra præfixum terminum.

47 Quintò procedit etiam citatio edictalis, quando citantur in genere omnes quorum intereſt *l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pignor.* ibi: *ſi eo tempore, quo prædium diſtrahebatur programate* [ſeu ſcriptura publicè exhibita] *admoniti creditores cùm præſentes eſſent, jus ſuum executi non ſunt, poſſunt videri jus ſuum amiſiſſe:* hinc creditores alicujus, qui vult proficiſci, ſi ſint incerti, citari poſſunt per publicum edictum, ut certo tempore coram legitimo Judice compareant, & ibi ſuum proponant creditum: quòd ſi intra præfixum tempus non comparuerint, cùm facilè potuerint; imponitur ipſis perpetuum ſilentium, ut notat Felinus in *c. cognoſcentes n. 9. de conſtit.* Et Romæ moris eſt, ut Legati Principum cùm ſunt abituri per generalem citationem citent in genere omnes creditores, qui propter præſertim eſculenta & veſtes, aliquid debent recipere. Imò Gaillus *lib. 1. pract. obſerv. 57. n. 7.* ait: hanc eſſe ſingularem cautelam pro emptoribus agrorum, prædiorum, ac caſtrorum ad præcavendam horum evictionem, ut publicis edictis omnes citent, quotquot ſua intereſſe, & aliquid juris ibi ſe ſe habere cenſuerint, idque ſub comminatione perpetui ſilentii, ſi intra præfixum terminum non comparuerint. Eodem pacto ſolet etiã fieri citatio edictoria ratione incertitudinis debitorum, quæ fortâſſis fuerunt à defuncto contracta, ſi quis beneficio inventarii velit ſuſpectam adire hæreditatem, & illi non conſtet de certis creditoribus.

Cæterum hic modus citandi per edictum 48
competit tantùm Judicibus Ordinariis, & delegatis à Principe *authent. qui ſemel C. quomodo, & quando Judex,* & *authent. de Religioſis §. ſi verò collat. 8.* ubi nonniſi Judicibus Ordinariis, ac per Principem delegatis permittitur hæc citatio edictalis, adeo ut alius delegatus nequeat per edictum citare, niſi fortâſſis id ſpecialiter ei concedatur; vel per inolitam conſuetudinem tribuentem jurisdictionem ei permittatur, ut notat Gaillus *obſerv. 57. num. 11.* Hinc citatio edictalis differt à reali, quia illa fit per affixionem edicti in aliquo loco publico: realis verò per capturam, ſeu apprehenſionem perſonæ, ſi ſermo ſit de cauſis criminalibus in criminibus gravioribus, quia regulariter non poteſt quis capi à privato pro criminibus levioribus, ſed tantùm gvavioribus authoritate Judicis, quo pacto dicitur reus citari citatione reali, & deſumitur ex *l. Neminem C. de exhibend. reis:* ibi: *Neminem in judicio exhibendum eſſe præcipimus niſi de cujus exhibitione Judex pronunciaverit,* ubi Gloſſa per *neminem* intelligit privatum, & qui ſine Judicis mandato, & propria authoritate alium detrudit in carcerem: & dicitur privatus alium detrudere in carcerem & plectendus eſt pœnâ ultimi ſupplicii, ut notat Farinac. *lib. 1. crimen. q. 17. n. 8.* Dantur tamen plures caſus, in quibus cuilibet privato ſine Judicis mandato licitum eſt graviter delinquentes capere.

TITULUS IV.

De Mutuis petitionibus.

QUia interdum Reus actione aliqua reali, vel perſonali conventus mutuas actori infert actiones per modum reconventionis, jure merito Pontifex poſt libelli oblationem agit de mutuis petitionibus, quæ nil aliud ſunt, quàm conventio ex parte Actoris, & reconventio ex parte Rei, ſeu mutua accuſatio: quando ſcilicet reus viſo Actoris libello, ejúſque perſpecta petitione, quid aliud viciſſim ipſe petit, & ſuper eo libellum format, ac offert eidem Judici. Hæ mutuæ petitiones proponi debent coram uno, eodémque Judice; & durante judicio conventionis non poteſt Reus Actorem trahere ad alium Judicem, quia hoc eſſet ejus actionem eludere *l. ſi idem §. ſed & ſi ff. de juriſd.* Excipitur tamen niſi genus, & qualitas cauſæ ſit talis, quæ coram tali Judice nullo tempore tractari poſſit, ut cauſa feudalis coram Judice non Domino feudi, & cauſa ſpiritualis coram Judice laico,

SUM-

SUMMARIUM EXEGETICUM,

Duorum capitum in hoc titulo contentorum.

C. EX LITTERIS 1. *h. t. Alexander III. præcipit Judici delegato, ut in caſu reconventionis compellat Actorem reſpondere reo, & auditis utrinque rationibus partes concordet, vel ſententiam æquitati conformem ferat. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi Judex id negligeret, & procederet in propoſita quæſtione, factum non teneret, vel potiùs eſſet appellandum. Ex hoc textu colligitur, quòd non ſolùm coram Judice Ordinario, ſed etiam coram delegato, licitum ſit, Actorem reconvenire, quod tamen limitatur ab aliquibus, niſi Delegatus ad inſtantiam, vel ex utriusque partis conſenſu datus ſit. Cæterum reconventio locum habet in omnibus cauſis etiam ſummariis, in quibus non reperitur expreſsè prohibita. Neque qualitas repugnat cauſæ* clement. ſæpe §. verum de V. S.

C. PRUDENTIAM 2. *h. t. declarat Cæleſtinus III. quòd ſi Actor per reſcriptum appellatione remota conveniat reum, & hic Actorem, non poſſit Actor reconventus appellare, eò quia Actoris, & rei ſit eadem conditio; & uno eodemque jure circa appellationis remedium debeat uterque cenſeri. Unde non debet Actori licitum eſſe, quod Reo non permittitur* l. non debet ff. de regul. jur. *unde ſi Actor contra reum litteras impetravit cum clauſula remota appellationis, vigore cujus non liceat Reo appellare; ſimiliter neque Actori erit licitum appellare, ſi reus eum reconvenerit. Cæterum reconventio proponi debet ante, vel ſtatim poſt litem conteſtatam, ante juramentum de calumnia, ut poſſit utraque cauſa conventionis, & reconventionis eodem judicio terminari, ne res cum diſpendio Actoris differatur. Debet tamen Reus priùs ad libellum Actoris reſpondere; deinde Actor ad libellum ipſius, quo peracto Judex utramque cauſam finire poteſt per ſingulos, vel plures actus judiciales, prout opus fuerit.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid ſint mutuæ Petitiones, & quomodo procedant. Et qui poſſint reconveniri.

1 MUtuæ petitiones juxta præſens tit. dicuntur conventio ex parte actoris, & reconventio ex parte rei, quatenus reus facta petitione, ſeu oblato libello actoris, viciſſim aliquid ab eo petit coram eodem Judice, & in eodem Judicio; unde ſunt duæ petitiones ex utraque parte litigantium factæ, quæ propterea dicuntur mutuæ petitiones, de quibus poſt Titulum de libelli oblatione hic agendum ſupereſt. Contingit plerumque, quòd reus in jus vocatos compareat coram Judice competente, & ipſe quoque actionem aliquam contra ſuum actorem proponat, & eundem ſuper alia cauſa conveniat, adeo ut ambo litigantes coram eodem Judice ſint ſimul actores, & Rei, & Judex teneatur cauſam utriosque cognoſcere, eſt enim æquitati conſonum, ut actor, qui ſponte ſibi elegit Judicem contra adverſarium, viciſſim patiatur, ut adverſarius contra ipſum eundem Judicem ſibi petere, & eligere poſſit: ſiquidem actoris, & rei in judicio æqualis debet eſſe conditio *l. non debet* 4. §. *de R. I.* Tunc hujusmodi actiones dicuntur etiam reconventiones, quia ita unus convenit alium coram Judice, ut ipſe etiam ab alio reconveniatur: hæcque reconventio tam coram ordinario, quàm coram delegato Judice proponi poteſt; & lite pendente prohibetur reus actorem coram alio Judice convenire, ne coram diverſis Judicibus eodem tempore agatur *c. dispendia de reſcript. in 6. l. ſi idem §. ſi mutua ff. de jurisd.* Sin autem actor detrectet reſpondere libello rei in cauſa reconventionis, tunc nec reus tenebitur etiam actori ipſi in ſua cauſa reſpondere.

Cæterum ex perſonis litigantibus ſolus 2 conventus poteſt actorem reconvenire *l. cùm Papinianus V. in eod. negot.* neque poteſt actor reum, à quo fuit reconventus, iterum reconvenire coram eodem Judice, ne mutuæ petitiones multiplicentur ſine fine *c. 2. de reſcript. in 6.* quia reconventio non intelligitur niſi in ordine ad illum, qui priùs fuit conventus. Qui tamen alium vult reconvenire, neceſſe eſt, habeat legitimam perſonam ſtandi in judicio: ſiquidem reconventio eſt jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur, unde qui in judicio non poſſunt agere, iſti nec poſſunt reconveniri. Rurſus excommunicatus nequit actorem ſuum reconvenire, à quo fuit ipſe conventus, quia reconventio non datur ad defenſionem, ſed ad actionem, cùm ſit nova petitio, & excommunicato non permittitur agere in judicio. Cæterum reus poteſt actorem ſuum reconvenire apud quemlibet Judicem, coram quo ipſe convenitur ab adverſario

adeo

adeo ut is, qui eſt Judex ordinarius actoris, poſſit etiam Judex eſſe ipſius rei reconvenientis ſuum actorem, ſi uterque litigans domicilium habeat ſub ejus jurisdictione, ſive ratione contractûs, aut delicti: imò poteſt reconventio etiam fieri coram Judice delegato, ſi coram ipſo reus fuit conventus, quia cum actor elegerit ipſum in Judicem pro ſe, debet etiam pati, quòd ſuus adverſarius eundem Judicem poſſit ſibi eligerè in cauſa ſuæ petitionis.

3 Quòd ſi Judex delegatus datus ſit ad petitionem utriusque partis actoris, & rei, tunc non datur locus reconventioni coram tali delegato Judice, quia ceſſat præfata ratio, & reus debet ſibi imputare, quòd talem Judicem elegerit, & quòd cauſam reconventionis non curaverit exprimi in reſcripto delegationis, ut notat Bart. in *authent. & conſequenter. v. ult.* & propter eandem rationem nec reus poteſt reconvenire actorem coram arbitris compromiſſariis electis ex conſenſu utriusque partis, eſt enim utrinque par ratio. Rurſus neque reconventio locum habet coram Judice delegato, quem Princeps motu proprio conſtituit absque petitione partium: quia etiam tunc ceſſat prædicta ratio. Et quamvis delegatio non extendatur de perſona in perſonam, nec de caſu ad caſum non expreſſum, eò quia ſit ſtricti juris: attamen Judex delegatus, cui commiſſa eſt cauſa conventionis, poteſt etiam cognoſcere de cauſa reconventionis; tametſi hæc illi expreſsè non fuerit commiſſa; & id procedit in utroque jure; quia æquum eſt, ut qui judicem pro ſe impetravit, vel ſpontè elegit, eundem etiam contra ſe ſuſtineat, ut deſumitur *ex l. Papinianus.*

4 Præterea quia cùm reconventio cenſeatur acceſſoria, & connexa cum cauſa conventionis, ideo debet ab eodem judice cognoſci cauſa conventionis, & reconventionis; cui enim delegatur cauſa principalis, cenſentur etiam delegari omnia, quæ ſe habent acceſſoriè, ac incidenter ad talem cauſam, cujusmodi eſt reconventio, quâ reus viſo libello actoris, viciſſim aliud ab eo petit coram eodem judice, & in eodem judicio; tametſi aliàs Judex ille non ſit actoris competens. Immo non permittitur reo durante judicio conventionis actorem convenire coram alio judice, ne in ipſius calumnioſa poteſtate ſit, actorem ad alium judicem trahere, & hac vafritie ejus actionem eludere, actorémque petitionis ſuæ proſecutione diſtrahere *l. 51. idem §. ſed & ſi mutuæ. d. de jurisdict. Authen. & conſequenter C de ſentent. & interlocut.* Excipiuntur tamen caſus, in quibus vel ob controverſiæ naturam, & qualitatem repugnantem, ut ob cauſam feudi, aut rei ſpiritualis actor coram eodem judice nullo tempore poteſt conveniri Bart. *in d. Authent. Et conſequenter num. 3. & 4.* quia tunc ipſa qualitas cauſæ exigit alium judicem.

5 Poteſt etiam reconventio fieri coram judice prorogato, ſi actor conveniat reum in judicem non ſuum, & qui aliàs non eſt Judex competens actoris; tunc enim prorogat ejus jurisdictionem, ſéque illi ſubmittit. Neque poteſt actor ſe tueri per exceptionem fori incompetentis, quò minùs cogatur reſpondere coram eodem judice *l. Papinianus C. de ſent. & interlocut. omniu. judic. l. qui non cogitur. 22. de judiciis.* ubi Ulpianus ait: *qui non cogitur in aliquo locó judicium pati, ſi ipſe ibi agat, cogitur excipere actiones, & ad eundem judicem mitti.* Id tamen debet intelligi de prorogatione jurisdictionis, quæ fit ratione reconventionis erga perſonas jurisdictioni judicis prorogati alias non ſubjectas; & quando actor reconvenitur à reo ſuper cauſa non excedente jurisdictionem ejusdem judicis, adeout hic poſſit ratione propriæ jurisdictionis de illa cognoſcere, quamvis actor reconventus extra cauſam reconventionis non ſit ſub jurisdictione illius *l. cum Papinianus can. Accuſatores §. cujus in agendo 3. quæſt. 8.* Sin verò fiat prorogatio jurisdictionis ratione reconventionis ad cauſas judici alioquin non competentes, ut cùm actor reconvenitur ſuper cauſa, de qua Judex ille non poteſt cognoſcere, etiamſi cauſa illa pertineat ad eos, qui ſuæ ſubjiciuntur jurisdictioni; eò quia excedat jurisdictionem judicis, tunc Maranta *diſ. 6. num. 24.* diſtinguit: vel cauſa, ſuper qua fit reconventio pertinet ad eandem ſpeciem cauſarum, de quibus Judex poteſt cognoſcere; & diverſitas tantùm verſatur circa quantitatem; ut ſi Judex in re pecuniaria non habet poteſtatem judicandi niſi de cauſis non excedentibus mille florenos; & cauſa, ſuper qua actor reconvenitur a Reo, comprehendat florenôs mille quingentos, tunc locum habet prorogatio per reconventionem; adeout Judex poſſit cognoſcere de cauſa excedente mille florenos. *Argu. l. ſi idem 11. §. ſed & ſi ff. de jurisdict omn. Judic.* quia prorogatio, ſeu extenſio jurisdictionis ex mutuo conſenſu partium poteſt fieri à minori, ad majorem quantitatem *l. de qua re 74. §. Judex ff. de judic.* imò ſufficit, ſi conſenſus partium ſit tacitus; & actor cenſetur conſentire eo ipſo, quòd convenit reum coram judice non ſuo, quia tunc prorogat ejus jurisdictionem, & conſentit juxta leges, ut & ipſe poſſit reconveniri coram eodem judice.

Vel cauſarum diverſitas eſt circa ſpeciem, de qua fit reconventio; adeout cauſa, ſuper qua fit reconventio, ſpecie differat ab iis, ſuper quibus poteſt Judex cognoſcere; & tunc prorogatio jurisdictionis ratione reconventionis non poteſt fieri; quia jura tantùm permittunt jurisdictionem prorogari poſſe de cauſa ſimili ad aliam ſimilem; ſeu ejusdem generis, non verò diverſi: unde reus conventus coram judice habente tantùm jurisdictionem cognoſcendi ſuper cauſis civilibus, non poteſt coram eodem judice reconvenire actorem ſuper cauſa criminali. Neque reus conventus coram judice Pedaneo, qui tantùm poteſt cognoſcere de cauſis minoribus, poteſt coram eodem reconvenire actorem in cauſa meri, vel mixti imperii; ratio eſt, quia Judex in ſimilibus cauſis non habet jurisdictionem in proprios ſuos ſubitos; & jurisdictio, quæ non eſt, non poteſt prorogari: ſiquidem prorogatio, ſeu extenſio ſupponit id, quod prorogatur. 6

Neque obſtat, quòd Judex habens limitatam jurisdictionem, quá non poſſit cognoſcere de aliqua cauſa principaliter ob ejus gravitatem; 7

poſſit

poſſit nihilominus de eadem cognoſcere incidenter,ut deſumitur *ex l. quoties C. de judic.* & cauſam reconventionis venire incidenter, & acceſſoriè ad cauſam conventionis: proinde poſſe Judicem pedaneum de qualibet cauſa reconventionis cognoſcere ſaltem incidenter, & acceſſoriè,licèt non abſolutè,& principaliter. Nam huic objectioni occurrit Maranta *diſ. 6. 26*, ubi diſtinguit cauſam acceſſoriam, ſeu incidentem præjudicialem principali; & non præjudicialem, & ait, quòd quando cauſa acceſſoria, & incidens eſt ita præjudicialis principali, ut hæc expediri non poſſit, quin priùs expediatur acceſſoria, & incidens, tunc Judex cognoſcens de cauſa principali poteſt etiam cognoſcere de acceſſoria,& incidente, dummodo non ſit incapax cognoſcendi de cauſa acceſſoria,& incidente: quo pacto Judex ſæcolaris eſt incapax reſpectu cauſæ ſpiritualis incidentis. Sin verò cauſa acceſſoria,& incidens, quæ dicitur cauſa reconventionis, non ſit connexa cum cauſa conventionis, & hæc abſque illa poſſit expediri, tunc vel cauſa acceſſoria oritur ex cauſa principali,ſeu conventionis,& Judex poteſt cognoſcere etiam de acceſſoria reconventionis,quia ſequitur principalem conventionis,licèt acceſſoria ſit diverſæ ſpeciei; quo pacto Judex cognoſcens de crimine principaliter,poteſt incidenter cognoſcere de reſtitutione rei; & reum condemnare ad reſtituendum: ſin verò cauſa incidens non oriatur ex cauſa principali conventionis,& ſit diverſæ ſpeciei, tunc Judex cognoſcens cauſam conventionis non poteſt cognoſcere cauſam reconventionis.

8 Celebris eſt controverſia,an clericus agens contra laicum in foro ſæculari poſſit à laico in eodem foro reconveniri; jura in hac quæſtione videntur favere tam parti affirmativæ, quàm negativæ: etenim *in c.ſi diligenti de foro compet.* expreſsè habetur,quòd clericus non poſſit in ſe prorogare juriſdictionem judicis laici. Tum quia reconventio eſt ſecunda conventio; & ſicut clericus non poteſt conveniri coram judice laico, eo quia hic reſpectu clerici non ſit Judex competens; ita neque poteſt reconveniri. Tum quia quòd in reconventione Judex aliàs incompetens fiat competens, fit ex jure prorogationis,eò quia ob ſuum commodum cenſeantur litigantes ultro in ipſum conſentire, ut ambæ actiones coram eodem judice,& iiſdem propè expenſis expediantur: ſed hæc ratio ceſſat in clerico,quia hic non poteſt juriſdictionem judicis laici in ſe prorogare *d.c.ſi diligenti eod t.* Econtra pro parte affirmativa habetur regula in jure generalis: quòd actor nulla incompetentis fori exceptione ſe tueri poſſit, quò minùs coram eodem judice in cauſa reconventionis debeat reſpondere *l. cum Papinianus eod. de ſent. omn. judic.* & *l. qui non cogitur 22.* & ab hac regula in jure clericus non videtur exceptus. Hæcque ratio,cur hæc quæſtio utrinque à juriſperitis propugnetur; & pro utraque parte ſuos habeat fautores,& Decius *in c. At ſi clerici n. 155. de judiciis* cenſeat, hanc quæſtionem indigere Pontificia deciſione,cui omnes acquieſcerent.

9 Ut autem diſtinctè procedamus,certum eſt, neque clericum,imò neque laicum in cauſis ſpiritualibus,eiſque annexis poſſe reconveniri coram judice laico etiam in cauſis acceſſoriis,& incidentibus, ut liquet *ex c. Tuam 3. de ord. cognit.* quia cùm juriſdictio laicalis non ſit Eccleſiaſtica, nec ſpiritualis; non prorogaretur,ſeu extenderetur, ſed potiùs transferretur de una ſpecie ad aliam diverſam, ſeu de uno genere ad aliud, de temporali ad ſpirituale, & nova judici tribueretur juriſdictio quoad perſonas non ſubjectas.ut notat Abbas *in c. At ſi clerici de judiciis n. 19.* Neque poteſt clericus reconveniri coram judice ſæculari in cauſa criminali,ſive agatur criminaliter ad pœnam corporalem, vel vindictam publicam; ſive civiliter ad pœnam civilem,aut pecuniariam, ut docent communiter juris pontificii periti apud Abbatem *in d.c. At ſi clerici 4. n. 20.* ratio eſt,quia juriſdictio non poteſt prorogari per viam reconventionis ad genus cauſarum omnino diverſum, & de quo Judex non poteſt cognoſcere: & Judex laicus nequit cognoſcere de cauſis criminalibus clericorum, nec incidenter, nec per viam exceptionis, ut docent communiter in *d. c. At ſi clerici*, judicium enim,& juriſdictio de rebus ſacris, & iiſdem annexis; & præſertim de perſonis eccleſiaſticis pertinet ad judicem eccleſiaſticum, qui ſolus eſt Judex competens Eccleſiaſticorum.

Tota difficultas verſatur circa cauſas civiles,& temporales, an clericus in cauſa merè profana poſſit reconveniri coram judice laico;& Panorm. *in c.1. h.t.* Decius *d. c. n. 156.* aſſerunt,in hoc eſſe attendendam conſuetudinem locorum. Putàrim tamen ſpectato jure communi,clericum neque in cauſa profana poſſe reconveniri coram judice ſæculari: quia à generali regula prohibitoria non eſt recedendum,niſi in jure fiat ſpecialis exceptio *c. 1. de translat. Epiſcop. c. 1. de ſupplenda neglig. Prælat in 6* & cùm in jure canonico *can. 11. q. 1.* & alibi paſſim generatim ſit prohibitum, ne clericus in cauſa etiam civili trahatur ad judicium ſæculare, & ne conveniatur coram judice laico; & ab hac generalitate nullus reperiatur exceptus caſus reconventionis, ideo debet ſemper ſervari regula generalis: & licèt jus canonicum approbaverit reconventionem,non tamen coram judice laico,ſed coram eccleſiaſtico inter litigantes, qui ſint perſonæ eccleſiaſticæ: & leges civiles,quæ ſtatuunt, quòd actor litigans coram aliquo judice poſſit coram eodem à reo reconveniri; & teneatur reſpondere,licèt alioquin ab ejus juriſdictione ſit exemptus; loquuntur tantùm de ſolis litigantibus laicis;non verò quòd actor clericus poſſit à reo laico reconveniri coram judice ſæculari, Tum quia Eccleſia non recipit, nec approbat eas leges civiles, quæ ſtatui clericali præjudicant, & adverſantur libertati eccleſiaſticæ *c. quæ 7. de conſt.* unde clerici nec inviti, nec volentes poſſunt ſe ſubjicere juriſdictioni judicis ſæcularis,etiam in cauſa civili; quia clericus non poteſt renunciare privilegio fori *c. diligenti 12. de foro competente*; proinde non poteſt reconveniri coram judice laico. 10

11 Hinc ad generalem illam regulam deſumptam ex *d.l cum Papinianus C. de ſent. omn. jud.* quà actor dicitur poſſe reconveniri à reo coram eodem judice reſpondetur,regulam illam intelligi

ligi de litigantibus laicis;non verò quòd clericus poſſit à laico reconveniri coram judice laico;proinde illa regula oon exteoditur ad ſpecialem illam diſpoſitionem, quâ ſtatuitur, ne clerici à judice laico judicentur: non enim ſub generali diſpoſitione comprehenduntur,quæ ſpecialem exigunt expreſſionem Arg.*l.item apud Labeonem 15. §. Hoe edictum ff. de injur.* Tametſi in utroqne jure ſtatuatur, ut juramentum calumniæ in exordio litis ab omnibus præſtetur *c.1.de juram. calu.* quia tamen clerici excipiuotur, ac prohibentur jurare coram judice ſæculari; ideo elerici nno obligantur ad præſtandum juramentum calumniæ coram judice laico. Ita dicendnm de reconventione clerici coram judice ſæculari; quod tamen limitandum eſt, oiſi in cauſa merè civili,in qua clericus reum laicum convenit coram judice ſæculari,à reo aliquid opponatur per modum exceptionia,ſeu compenſationis: vel niſi quid per modum acceſſorii viciſſim petatur, ut ſi reus ſæcularis recoovenire actorem clericum coram eodem iudice laico, ut ſolveret litis expenſas; quia tunc poſſet idem Judex cognoſcere de clerico reconvento. Imol.*in d.c.At ſi elerici 4.n.5.de iudic.* Non tameo Judex laicus poſſet clericum adigere ad ſolvendas expenſas;& licèt poſſet ſententiam dicere,non tamẽ illam exequi;ſed cogendus eſſet clericus à proprio iudice eccleſiaſtico.

12 Quamvis æquitas naturalis videatur exigere, ut,qui à me petit aliquid coram iudice,pati etiam debeat; ut ego viciſſim petam ab ipſo,quod mihi debet coram eodem iudice;eò quia in iudiciia inter litigantes ſervanda ſit æqualitas: id taotùm valet,quando litigantes ſuot ambo ſub iuriſdictione eiusdem Judicis; non verò quando ſunt ſub diverſo iudice quoad ſtatum ecclcſiaſticum, & ſæcularem; & cauſæ ſunt itidem omnino diverſæ, ut ſi una ſit temporalis, & alia ſpiritualis. Tunc reus ſæcularis poteſt quidem petere à clerico,quod illi debet, cùm id æquum ſit;ſed coram iudice eccleſiaſtico; quia ſicut actor clericus convenit laicum cotam ſuo iudice laico: ita par eſſe videtur,ut laicus conveniat clericum coram ſuo proprio iudice eccleſiaſtico. Neque obſtat, quòd clericus conventus à laico coram iudice eccleſiaſtico poſſit reconvenire laicum coram eodem iudice eccleſiaſtico. Eſt enim diſpar ratio, quia Judex eccleſiaſticns eſt etiam capax iuriſdictionia ſæcularis; & legea civiles non prohibent laicoa iudicari à iudice eccleſiaſtico etiam in cauſis profanis: ſecus iudex laicus ooo eſt capax iuriſdictionis eccleſiaſticæ ſuper clericos, & leges canonicæ prohibent,clericos iudicari à laicis; & oullibi excipitur cauſa reconventionis.

13 Reconventio eſt ſemper permiſſa,niſi reperiatur expreſsè prohibita Lap. *alleg. 67.V. ſed quaro pone* ubi ponit caſum, quo Patochiani, quibus oon ſubminiſtrantur ſacramenta, poſſunt reconvenite rectotem agentem ad decimas ſuper adminiſtratione ſacramentorũ.Poteſt enim fieri reconventio in qualibet parte iudicii,dum̃odo fiat ante concluſionem in cauſa;licèt non habeat tunc privilegium ſimultanei proceſſua Gemin. *conſ. 139.in prin.V.item reconvenire*,& allegat Bartol. *in authen. & conſequenter C. quomodo, & quando iudic.* Id proeedit etiam,quando fit reconventio ad effectum ſimultanei proceſſus,etiam quandocnnque ante concluſum io cauſa, quando reconveniens fuit legitimè impeditus,ut etiam quaodo pars adverſa non oppoſuit; vel commiſſio ſuper hoc obtenta fuit,Gemin. *d. conſ.139.in pr. V.nec obſtat ſi dicatur.*

14 Procedit etiam reconventio licèt cauſa actoris ſit ſummatia,& cauſa reconvsotionis ſit ordinaria, dummodo reus reconveniena ſe offerat incontinenti probare, ac renunciet longioribua dilationibus Lap. *alleg. 3.n.6.V.item ex quo.* Reconventio,ſi fiet ſuper eadem re, & ex eadem cauſa,ſemper admittitur, ſive principalis petitio ſit ſummaria,alia ordinaria; ſive è contra Lap. *d. alleg.3.n.6.v. item dicit.* Idque declarat Gloſſa *in clemen. diſpendioſam de iudic.* ut ſi actor petat debitum via ordinaria, & reus excipiat de uſura, quæ eſt ſummaria, proceditur via ordinaria in omnibua; quia in hoc caſu ordinaria via trahit ſummariam per modum exceptionia: ſi verò reus non exciperet; ſed reconveniendo peteret pronunciari contractum, ſeu debitum uſurarium, tunc ſecna contingeret, quia ſummaria cognitio traheret ad ſe ordinariam Lap. *d.alleg. 3. n.6.V. ad hoc.* Regulariter, & ordinariè recooventio proponitur ſtatim ante litis cooteſtationem, vel immediatè poſt illam antequam ulterius procedatur,ut habetur *in Auth. de executoribus §. ſancimus coll. 7.* ubi dicitur,quòd ſi reus velit reconvenire actorem, id faciat à principio ante litis conteſtationem, vel immediatè poſt illam.

15 Non tamen io omnibua cauſia permiſſa eſt reconventio: ſiquidem prohibetur io cauſis criminalibua, ut docent communiter iuriſperiti eum Gloſſa *in c.2.V. ſuper ſuis h. t.* ſive ſuper pari, ſive ſuper minori crimine fiat reconventio *l.neganda 19. C.de his qui accuſ.non poſſ.* quia crimina noo obiectione, aut relatione aliorum criminum; ſed propria innocentia reua debet purgare; niſi Judex utriusque partis eſſet ordinarius Judex, qui extra reconventionem utrumque punire poteſt; aut conventua reus majus aliquod actori crimen objiciat, vel ſuam aut ſuorum iniuriam perſequatur, vel de crimine tantùm civiliter conventua actorem etiam de crimine civiliter reconveniat coram iudice utrique competente. Licèt criminaliter conventus non poſſit pendente iudicio,actorem reconvenire, oe videantur delicta manere impunita, ſi ad talem civilem actionem diſtrahi poſſent; nihilominus poteſt reus conventus civiliter, pendente iudicio civili actorem recoovenire criminaliter, tam ex cauſa ſeparata, quàm deſcendente ex eodem iudicio; ut ſi reua civiliter conventua reconveniat actorem, quòd falſos teſtes contra ſe produxerit; ſed in hoe caſu ſuſpenditur actio civilis,donec ſuper criminali fuerit ſenteoria lata,ratione præeminentiæ iudicii criminalis, quod præfertur civili.*l.fin C.de ord.iudic.* In cauſia appellationum non datur recooventio, quia Judex appellationis ex neceſſitate quadam aditur propter gravamen,qood appellans cenſet ſibi fuiſſe factũ à iudice ordinario,adeóqne non poteſt coram illo reconveoiri, ſed appellans debet ſe deſendere coram ſuo iudice ordinario. Quod tamen intelligitur de appellatione iodiciali, quia quando appellatur

pel'atur extraindicialiter admittitur reconventio; quia tunc principaliter aditur Judex ille. Item ſpo iatus agens judicio poſſeſſorio non poteſt reconveniri in cauſis executionis, quæ paratam debent habere executionem in bonis ſibi debitis; nec tenetur ſpoliatus reſpondere, niſi priùs reſtituatur *c. fin. de ordin. cognit.* Abbas *in d. c. 1. n. 16. h. t.* Neque admittitur reconventio in cauſis executionis, quæ paratam debent executionem habere in bonis debitoris, ut notat Maranta *diſ. 6. n. 30. & 31.* Neque fit reconventio ſi imploretur officium judicis extrajudicialiter; ut cum petitur teſtamentum aperiri, vel donationem decreto judicis confirmari: ſecus ſi officium judicis imploretur judicialiter; quia tunc admittitur reconventio; modò imploretur principaliter, & non tantùm incidenter.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quæſtiones.

1 QUæritur primò, coram quo Judice fieri poſſit reconventio: ſicut conventio eſt ex parte actoris, ita reconventio ex parte Rei, quâ reus facta petitione, ſeu oblato libello actoris viciſſim aliquid ab eo petit coram eodem Judice, & in eodem judicio, tametſi ille non ſit Judex competens actoris *l. cum Papinianus 14. juncta authent. & conſequenter C. de ſent. & interl. omnium jud.* ſiquidem æquitas exigit, ut actor, qui voluntariè ſibi elegit Judicem contra adverſarium, patiatur, ut adverſarius contra ipſum poſſit ſibi eligere eundem Judicem, quia actoris, & Rei debet in judicio eſſe æqualis conditio, adeò ut non debeat actori licere, quod non permittitur Reo *l. non debet 4. ff. de reg. jur.* Idque procedit non ſolùm in eadem cauſa, adeò ut qui alterum actione mandati convenit, etiam á Mandatario, ſi quid fortaſſis causâ mandati expendit contraria actione mandati poſſit reconveniri, ac teneatur in eadem cauſa reſpondere: verum etiam ſuper diverſis cauſis poteſt reus conventus actorem ſuum ſtatim reconvenire apud eundem Judicem, adeò ut actor reconventus contra ipſum tanquam incompetentem excipere non poſſit, ſed teneatur ſtare judicio ejusdem.

2 Reſpondetur igitur ad quæſitum, reum poſſe actorem reconvenire apud quemlibet Judicem, coram quo fuit ipſe conventus, ſeu coram quo fuit facta conventio principalis, adeò ut reconventio poſſit etiam fieri coram Judice prorogato, quando ſcilicet actor convenit reum coram Judice non ſuo, & qui non eſt propterea Judex competens actoris; tunc dicitur prorogare ejus jurisdictionem, eique ſe viciſſim ſubmittere, quamvis æqualis ſit, vel major, quàm ille cujus jurisdictioni ſe ſubjicit, adeò ut ipſe actor viciſſim poſſit à Reo reconveniri coram eodem Judice, ut notat Maranta *de ord. judic. p. 4. deciſ. 6. n. 14.* Id autem intelligendum eſt de prorogatione jurisdictionis, quæ fit ratione reconventionis erga perſonas alioquin non ſubjectas jurisdictioni Judicis prorogati, quando nimirum actor reconvenitur à Reo ſuper cauſa, de qua alioquin poterat Judex ille cognoſcere, & quæ non eſt ſupra ejus jurisdictionem, quamvis actor reconventus aliàs extra cauſam reconventionis non ſubjiciatur ejusdem jurisdictioni.

3 Quòd ſi prorogatio, ſeu extenſio jurisdictionis fiat ratione reconventionis ad cauſas alioquin non competentes Judici, quando nimirum actor reconvenitur ſuper cauſa, de qua Judex ille non poteſt cognoſcere, nec jus dicere erga ſuos ſubditos, adeò ut cauſa excedat poteſtatem ſuæ jurisdictionis, tunc rectè Maranta *ord. judic. p. 4. diſt 6. n.* 24. procedit cum diſtinctione: ſiquidem vel cauſa, ſuper qua fit reconventio attinet ad eandem ſpeciem cauſarum, de quibus poteſt Judex cognoſcere, & diverſitas tantùm eſt juxta quantitatem ſecundùm plus, & minus, & tunc procedit prorogatio per reconventionem: ut ſi Judex habeat poteſtatem judicandi tantùm de cauſis non excedentibus 500. florenos, poteſt is per viam reconventionis etiam de majori quantitate cognoſcere *arg. l. ſi idem 11. §. ſed etſi ff. de jurisd. om. judic.* ubi dicitur, quòd ſi unus minorem petit quantitatem, quæ eſt intra illam, de qua poteſt Judex cognoſcere, & alter majorem excedentem 500. florenos, de quibus tantùm alioquin poſſet Judex cognoſcere, tractanda nihilominus ſit cauſa coram eodem Judice: ratio eſt, quia cùm talis prorogatio jurisdictionis de minore quantitate ad majorem fieri poſſit expreſſo partium conſenſu *l. de uare 74. §. Judex ff. de judic.* ſequitur quòd poſſit etiam fieri conſenſu tacito: atqui actor conveniendo reum coram Judice non ſuo, ipſo facto prorogat tacitè ejus jurisdictionem, & conſentit, ut & ipſe viciſſim poſſit coram eodem Judice reconveniri.

4 Vel cauſarum diverſitas eſt ſecundùm ſpeciem, eò quia cauſa, ſuper qua fit reconventio, ſit ſpecie diverſa ab illis cauſis, de quibus Judex prorogatus poteſt cognoſcere, & tunc extenſio jurisdictionis, ſeu prorogatio non poteſt fieri ratione reconventionis: ratio eſt, quia jurisdictio ſolùm prorogari, ſeu extendi poteſt de ſimili ad ſimilem cauſam, hoc eſt intra idem genus, non verò de cauſa unius generis, ad cauſam alterius generis: hinc reus conventus coram Judice conſtituto ad ſolas cauſas civiles cognoſcendas, licèt poſſit reconvenire actorem coram eodem Judice in alia cauſa civili, non tamen in cauſa criminali: ratio diſcriminis eſt, quia cauſæ civiles ſunt ſub eodem genere, ad quod extenditur jurisdictio Judicis: cauſa verò criminalis eſt in diverſo genere à cauſa civili, & Judex conſtitutus ad ſolas cauſas civiles cognoſcendas non habet jurisdictionem ad cauſas criminales. Hinc reus conventus coram Judice pedaneo conſtituto ad judicandum de ſolis minoribus cauſis, non poteſt reconvenire actorem coram eodem Judice in cauſa meri, aut mixti imperii, vel in qua agitur de ſtatu hominis, & libertate, vel de aliis cauſis, de quibus talis Judex nequit principaliter cognoſcere, idque defectu jurisdictionis, quia jurisdictio, quæ non extat non poteſt per reconventionem prorogari.

5 Quæritur ſecundò, an ſaltem poſſit actor reconveniri à reo coram Judice habente limita-

tam jurisdictionem, ſi cauſa reconventionis veniat incidenter, & acceſſoriè ad cauſam conventionis, & accidentaliter occurrat in judicio. Ratio dubitandi eſt, quia Judex tametſi habeat limitatam jurisdictionem, & non poſſit cognoſcere de cauſa aliqua principaliter, & abſolutè ob ejus gravitatem; poteſt nihilominus de ea cognoſcere incidenter *l. quoties C. de judic.* ſed cauſa reconventionis venit incidenter, & acceſſoriè ad cauſam conventionis: proinde licèt Judex pedaneus nequeat de aliqu. cauſa principaliter cognoſcere per modum conventionis, poteſt tamen de illa cognoſcere incidenter, & per modum reconventionis quamvis, ſit maior, & diverſæ ſpeciei à cauſa, de qua poteſt principaliter cognoſcere.

6 Reſpondetur ad quæſitum cum Maranta *ord. judic. p. 4. diſt. 6. n. 26.* quòd ſi cauſa, quæ dicitur incidens, ſeu acceſſoria ſit præjudicialis, ſeu talis naturæ, ut niſi illa priùs expediatur, non poſſit decidi cauſa principalis, tum verum eſt, poſſe Judicem cauſæ principalis cognoſcere ſuper incidente, antequam aggrediatur, ac incipiat agere de principali, ſi tamen non ſit incapax cognitionis de cauſa incidente, ut ſi Judex eſſet laicus, & cauſa incidens ſpiritualis, in hoc enim caſu non poſſet Judex laicus cognoſcere de cauſa incidente. Sin verò coram Judice infirmo agatur de hæreditate, & contra petentem hæreditatem per exceptionem opponatur quæſtio ſtatus, ſeu excipiatur, quòd ſit ſervus, aut illegitimus, aut ex alio titulo incapax hæreditatis, in hoc caſu Judex debet priùs incidenter cognoſcere de ſtatu hominis, alioquin non poſſet decidere quæſtionem principalem ſuper hæreditate: & ratio ex eo petitur, quia cui conceditur ordinaria jurisdictio, cenſentur etiam conceſſa ea omnia, ſinè quibus non poſſet talis jurisdictio exerceri, tametſi illud ſit quid majus; alioquin jurisdictio ordinaria fruſtranea eſſet, ſi non poſſet exerceri.

7 Sin verò cauſa reconventionis non ſit neceſſariò connexa cum cauſa conventionis, adeò ut poſſit hæc ſine illa expediri, tunc licèt qui poteſt cognoſcere de cauſa principali, poſſit etiam de incidente, de qua aliàs abſolutè non poſſet: non tamen qui poteſt cognoſcere de cauſa conventionis, poteſt etiam de cauſa reconventionis, ſi ſit diverſi generis, ſeu ſpeciei: quia reconventio non eſt ita annexa conventioni, ſicut cauſa incidens cauſæ principali. Præterea quoties cauſa incidens ſeu acceſſoria oritur ex eodem facto, ex quo procedit principalis, poteſt Judex cauſæ principalis etiam cognoſcere de cauſa incidente etiam diverſæ ſpeciei: hinc qui principaliter cognoſcit de crimine furti, poteſt incidenter cognoſcere etiam de reſtitutione rei furto ſublatæ; & condemnare reum ad talem reſtitutionem, quia tunc obligatio reſtituendi oritur ex eodem crimine furti: cauſa verò reconventionis plerumque non habet originem ex cauſa principali conventionis.

8 Quæritur tertiò, an Judex delegatus poſſit compellere Actorem ad reſpondendum Reo in cauſa reconventionis? Reſpondetur, non ſolùm coram Judice Ordinario, verùmetiam coram delegato poſſe Actorem reconveniri à Reo, adeò ut poſſit Judex delegatus actorem compellere ad reſpondendum reo in cauſa reconventionis, & deſumitur ex *c. Ex litteris 2. h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, actorem poſſe compelli à Judice delegato in caſu reconventionis ad reſpondendū reo; ratio ex eo petitur, quia qui ſponte ſibi elegit Judicem contra alterum, is pati etiam debet, ut alter contra ipſum eundem ſibi Judicem poſſit depoſcere *l penult. c. de ſent. & interl.* qui enim alterum actione mandati convenit, tenetur etiam mandatario in eodem negotio reſpondere: ſiquidem ex quo actor vult ſibi jus reddi coram uno Judice, non debet dedignari eundem habere contra ſe in cauſa reconventionis *l. cum Papin. c. 14. de ſent. & interlocut. omnium Judic.* 9

Tum quia æquum etiam videtur, ut Reus apud eundem Judicem, & non apud alium durante eodem judicio poſſit reconvenire actorem, ne ſcilicet actor in diverſis inſtantiis, & coram diverſis Judicibus perturbetur *c. diſpendia de reſcript. in 6. & authent. & conſequenter C. de ſent. & interlocut. om judic.* & quia indultum a jure beneficium nemini eſt auferendum *l. ſi ſe §. ſi quis ff. de re judic.* ſequitur quòd ſi Actor nollet reo reſpondere deberet Judex ei juſtitiam denegare, nec ipſum audire in ſua cauſa *c. Imperatorum de juram. calum.* quinimò ſi Judex id negligat, & nolit actorem compellere ad reſpondendum in cauſa reconventionis poteſt reus ab eo appellare *l. 1. §. fin. ff. quæ ſent. ſinè appell. reſcin.* Verùm in criminalibus reconventio locum non habet *c. Neganda 3. q. 11.* & ratio eſt quia Reus non relatione criminum, ſed innocentiâ purgatur. 10

Quòd ſi dicas, Judicem ordinarium poſſe quidem actorem compellere ad reſpondendum Reo in cauſa reconventionis, non verò Judicem delegatum, eò quia delegatio ſit ſtricti juris, proinde non extendenda de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum. Contra eſt, quia hæc prorogatio, ſeu extenſio in Judice delegato conceditur utroque jure ob æquitatem: ſiquidem ægrè non debet ferre, ut qui Judicem pro ſe impetravit, eundem etiam contra ſe ſuſtineat *cum delectus 6. de arbit.* non enim actor eò ipſo, quòd vult jus ſibi reddi coram uno Judice, debet dedignari eundem habere etiam Judicem in cauſa reconventionis.

Quæritur quartò, an ex perſonis litigantibus 11 ſolus reus conventus poſſit actorē reconvenire? Reſpondetur affirmativè *l. cum Papinianus 14. juncta auth. & conſequenter*, hinc actor non poteſt reum, à quo fuit conventus iterū reconvenire coram eodē Judice: alioquin ſi actor, & reus poſſent ſemper reconveniri ad invicem, mutuæ petitiones procederent in infinitum *c. 2. de reſcript. in 6.* hinc reconventio in jure tantùm intelligitur de eo, qui primò convenitur; adeò ut reus ab actore conventus, quia ſemel conventus poſſit actorem reconvenire, licèt enim reus conventus non obligetur reconvenire actorem ſuum, eò quia nemo invitus compellatur agere *l. unic. C. ut nemo invitus*; nihilominus ſi velit eum viciſſim convenire id à jure illi conceditur, dummodo reconventio fiat coram eodem Judice, quia durante eodem judicio conventionis, non permittitur reo actorem convenire coram alio Judice, ne ſit in

ipſius

ipſius poteſtate, actorem trahere ad diverſos Judices, ſicque ejus actionem eludere, vel ſaltem diſtrahere Actorem à proſecutione ſuæ petitionis. Excipitur tamen, niſi ob cauſæ qualitatem, ſuper qua actor reconvenitur coram eodem Judice non poſſit à Reo reconveniri.

12 Verùm ut Reus conventus poſſit actorem reconvenire neceſſe eſt, ut habeat legitimam perſonam ſtandi in judicio, quia reconventio eſt actio, & jus proſequendi in judicio, quod ſibi debetur, proinde qui in judicio non poſſunt agere, nec poſſunt reconvenire, Hinc excommunicatus, quia non poteſt agere in judicio, nec poteſt reconvenire actorem, à quo fuit ipſe conventus: & ratio eſt, quia reconventio propriè non pertinet ad defenſionem, ſed ad actionem, quià eſt nova petitio: agere autem in judicio non permittitur excommunicato.

13 Quæritur quintò, quomodo utraque cauſa conventionis, & reconventionis terminanda ſit? Reſpondetur, eſſe utramque cauſam ordine ſucceſſivo terminandam: ſiquidem æquiſſima regula eſt, ut qui priùs appellat, priùs etiam agat, *l. qui prior ff. de judic.* & quia actor priùs vocavit in judicium Reum, debet ejus cauſa priùs cognoſci, deinde illa Rei reconvenientis actorem, quia Reus eſt poſterior in reconveniendo, quia priùs ſupponitur conventus ab actore, ratione cujus ſit Reus, & deſumitur ex *c. 3. de ord. cognit.* & docet Bart. in *dict. auth. & conſequenter:* debet tamen utraque cauſa una ſententia terminari, quia litibus, quamprimùm fieri poteſt, eſt finis imponendus *c. fin. de dolo & contum.* Tum quia debet commodo litigantium conſuli *c. Ut debitus de appellat.* & ipſa æquitas ſuadet, ut ubi de cauſa utriusque ex ſimultaneis actionibus coràm eodem Judice apparet, eodem etiam tempore finis liti imponatur, ne is, qui priùs condemnaretur, indebitè interim gravaretur *l. neque C. de compenſat.* Hinc ex quo Judici conſtat de meritis utriusque cauſæ conventionis, & reconventionis, debet utramque eadem ſententia terminare.

14 Dicitur autem una, & eadem ſententia, non quia verè non ſint duæ ſententiæ diſtinctæ, ſed quia nullo interpoſito actu una fertur immediatè poſt aliam, ut notat Gloſſa in *d. c. Ex litteris v. incontinenti h. t.* quæ enim incontinenti fiunt ineſſe videntur *c. officii de elect.* quòd verò ſint duæ ſententiæ ex eo liquet, quia ſunt duo articuli, quorum quilibet ſuam ſpecialem ſententiam exigit *l. etiam §. ex cauſa ff. de minor.* Quòd ſi Judex in tali caſu ſuper utramque cauſam eodem tempore ſententiam non ferret, tunc is contra cujus jus differret Juſtitiam miniſtrare poſſet appellare *l. 1. ff. qua ſententia ſin. appell. reſcind.* ſin verò conſtaret priùs de una cauſa, quàm de alia, & interim timeretur ſcandalum in differendo, poſſet Judex priùs pronuntiare ſuper illa, de qua illi conſtat, & aliam differre, ut notat Abbas in *c. cum dilectus de ordin. cognit.* nec appellatio tunc obſtabit *argum. l. æquiſſimum ff. de uſufruct* quia tunc Judex neminem gravat, ſed quod cauſa exigit, conſiderat *l. 1. §. quies ff. de offic. Præfect. urb.*

15 Tum quia quod differtur, non aufertur *c. Ancillam 32. q. 2.* Propoſitâ igitur reconventione debet Judex utramque cauſam conventionis, & reconventionis ſimul tractare, & expedire, ita tamen ut ſuper cauſa conventionis fiat priùs litis conteſtatio, & Reus primò conventus reſpondeat ad poſitiones, ſeu articulos actoris, & poſtea viciſſim actor reconventus reſpondeat ad poſitiones Rei, & ſic deinceps usque ad ſententiam, quæ ſimul, ſeu eodem contexto, & ex una eadémque ſcripturâ à Judice eſt proferenda; ità tamen ut priùs ſcripta ſit cauſa conventionis, & poſtea reconventionis, & una poſt aliam immediatè legatur, ac proferatur: alioquin ſi Judex procederet priùs in una cauſa, & de illâ ſententiâ diceret, non verò in utraque; proceſſus quidem, & ſententia lata valeret; ſed ab illa poſſet appellari *l. in fin. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind.* & ratio eſt favor ipſius Rei, ne iſte priùs condemnetur Actori, quam actor ipſi Reo, ut notat Maranta *loc. cit. diſt. 6. n. 6.*

Idque procedit, ſi de utraque cauſa conventionis, & reconventionis liquidè conſtet, 16
quia ſi priùs conſtet de una cauſa, quàm de alia, vel reconveniens non porſequatur reconventionem, poteſt Judex procedere tantùm in una cauſa, & in illa ſententiam ferre, de qua nimirum conſtat aliâ dilatâ: ſi enim conſtet de cauſa poſſeſſionis poteſt Judex in illa procedere, & ſententiam ferre, & differre cauſam proprietatis, de qua liquidè non conſtat, tameſi ſimul de utraque cauſa actum fuerit in judicio, ut notat Maranta *loc. cit. n. 9.*

Id tamen limitatur niſi cauſa ſive conventionis, ſive reconventionis celerem expeditionem exigat, & tunc contingit, quando periculum imminet animarum: quia tunc ea priùs debet decidi, ſive ſit cauſa conventionis, ſive reconventionis ſi de illius juſtitia conſtet; idque ob favorem animarum, nec ex dilatione detrimentum patiantur; & deſumitur ex *c. ex conqueſtione 10. de reſtit. ſpol.* Cæterùm quòd utraque cauſa conventionis, & reconventionis debeat ſimul in eodem judicio tractari, & terminari, eſt privilegium, quod à jure conceditur in favorem Rei reconvenientis actorem, à quo fuerat ipſe priùs conventus; proinde poteſt Reus non reconvenire actorem, & renuntiare huic privilegio. 17

Quòd ſi Reus renuntiet ſuo privilegio, & 18
poſtea reconveniat actorem, tunc utraque cauſa conventionis, & reconventionis non eſt ſimul tractanda, nec decidenda, ſed reconventionis cauſa tractari debet poſt illam conventionis, niſi fortaſſis Reus reconveniat actorem ante litis conteſtationem, vel ſtatim poſt illam, ut notat Bartolus in *authent. & conſequenter. n. 12.* & poteſt nihilominus adhuc dici reconventio, alioquin Judex, coram quo actor convenitur non eſſet competens Judex ipſius, ut notat idem Bartolus *loc. cit.*

Quæritur ſextò, quonam tempore propo- 19
nenda ſit à Reo reconventio? Reſpondetur, Reum intendentem in judicio reconvenire actorem, à quo fuit ipſe priùs conventus, debere reconventionem ſtatim ab initio litis proponere, & quidem incontinenti, ſeu ante litis conteſtatio-

 nem,

nem, vel immediatè poſt illam, antequam ulteriùs procedatur, idque deſumitur ex *authent. de Executoribus col.7.* ubi dicitur, quòd ſi Reus velit reconvenire actorem ſtatim à principio (hoc eſt ante litem conteſtatam, vel ſtatim poſt illam) apud eundem Judicem eum reconveniat, adeò ut oon poſſit apud alium Judicem eum reconvenire, niſi causâ conventionis priùs decisâ, & lite finitâ, ut ootat Gloſſa in *c. Ex litteris 1. V. reſpondere h. t.* & hæc eſt etiam ratio, cur Pontifex poſt libelli oblatiooem, & ante litis conteſtationem ponat titu'um de reconventione, quia nimirum reconventio fieri debet à Reo ſtatim poſt libelli oblationem ſactam ab actore à quo convenitur, & ante litis conteſtationem; ut notat Hoſtienſis in *d. c. Ex litteris 1. h. t.*

20 Obſervandum eſt, quòd tametſi Reus non ſolùm ante litis conteſtatiooem, ſed etiam poſt, & in progreſſu litis usque ad ſententiam definitivam, vel ſaltem concluſionem in cauſa poſſit actorem reconvenire, ut deſumitur ex *c diſpendia 3. §. Reus quoque de reſcript. in 6.* ubi expreſsè declaratur, poſſe Reum actorem reconvenire in toto litis progreſſu, & durante judicio usque ad ſententiam definitivam. Nihilominus oon poteſt reconventio fieri poſt litem conteſtatam, & in progreſſu litis cum privilegio, ut ambæ cauſæ conventionis, & reconventionis pari paſſu ambulent, ſintque ſimul tractaudæ, ſed tunc unâ expeditâ tractanda eſt altera, quia æquum non videtur, ut cauſa conventionis priùs in judicium deducta, & probata, per ſupervenientem reconventionem in medio, vel fine litis ſuſpendatur, ac differatur ejus deciſio cum gravi diſpendio, & incommodo actoris, ut notat rectè Maranta *loc. cit. diſt. 6. n. 5.*

21 Quæritur ſeptimò, an Reus in aliquibus cauſis prohibeatur à jure reconvenire actorem? Reſpondetur, quòd tametſi generatim reconventio locum habeat in omnibus cauſis, in quibus non eſt expreſsè prohibita, ut notat Maranta *loc. cit. diſt. 6. n. 27.* & dummodo Judex, qui cognoſcit de cauſa cuuventionis capax ſit cognoſcendi etiam ſuper cauſa reconventionis, quia ſi Judex eſſet laicus, & cauſa reconventionis ſpiritualis, non eſſet capax cognoſcendi cauſam reconventionis, licèt cognoſceret ſuper cauſa conventionis, ſi hæc temporalis eſſet, & profana. Idque etiam procedit in judiciis ſummariis: etenim ſi una cauſa ſit ſummaria exigens celerem expeditionem, & altera plenaria, ſeu ordinaria exigens longiores dilationes; tum procedit quidem reconventio quoad prorogandum Judicem, ut coram eodem Judice procedi poſſit. Sunt tamen in jure plures cauſæ, in quibus prohibetur Reus ſuum actorem reconveaire. Primò in cauſis criminalibus nequit Reus ſuum accuſatorem reconvenire, ut docent communiter Canoniſtæ cum Gloſſa in *c. Præſentiam 2. V. ſuper ſuis h. t.*

22 Verùm licèt Reus conventus criminaliter non poſſit recoovenire actorem, ſeu accuſatorem criminaliter ſuper pari, vel mioore crimine *l. neganda 19. C. de his qui accuſ. non poſſ.* eò qoia Reus non debeat ſe purgare per objectiones criminum, ſed per probationes ſuæ innocentiæ, adeò ut non poſſit antea accuſare, quàm priùs fuerit ipſe accuſatus *l. is qui Reus 5. ff. de pub. judic.* poteſt tamen Reus reconvenire criminaliter ſuum accuſatorem, ſi graviùs delictum ei objiciat, vel ſuam, aut ſuorum injuriam perſequatur, ut notat Julius Clarius in *pract. crim. §. fin. q. 14. n. 12. diſt. 6. n. 47.* Quòd ſi Judex Rei criminaliter conventi ſit etiam Judex competens accuſatoris, tunc non prohibetur Reus coaventus, ſeu accuſatus criminaliter reconvenire, ſeu reaccuſare actorem, ſeu accuſatorem ſuper alio crimine: & tunc reconventio locum habet in criminalibus, perinde ac in civilibus ob competentiam Judicis in utraque cauſa, & parte, ut notat Maranta de *ordin. judic. p. 4. diſt 6. n. 56.*

Non tamen Reus conventus criminaliter 23
poteſt pendente iudicio accuſatorem reconvenire civiliter: ſiquidem actio civilis cedit criminali, cui propterea poſtponitur *l. adulterii 33. C. ad leg. Jul. de adult.* & ratio deſumitur ex eo, quia accuſator non ſpontè Judicem elegerit, ſed exigente neceſſitate ob injuriam ſibi, vel Reipublicæ illatam, & propterea ceſſat ratio, ob quam inducta fuit in jure reconventio. Præterea accuſator ob actionem civilem non debet diſtrahi à perſecutione judicii criminalis: ſiquidem in cauſa civili agitur de intereſſe particulari, & in cauſa criminali de publico intereſſe, quia intereſt toti reipublicæ, ne delicta maneant impunita, ut notat Julius Clarus in *pract. crim. § fin. q. 2. n. 5.* bonum autem particulare cedit bono publico, proinde accuſator ob actionem civilem non debet diſtrahi à perſecutione judicii criminalis, in quo agitur de publico intereſſe.

E converſo Reus civiliter conventus pen- 24
dente eodem judicio civili poteſt actorem criminaliter reconvenire, idque procedit tam ex cauſa totaliter ſeparata, quàm ex cauſa deſceodente ex eodem judicio: adeò ut ſi Reus civiliter conventus reconveniat actorem, eò quia falſos teſtes contra ſe adduxerit, ſuſpendatur actio civilis, donec ſuper cauſa criminali fuerit pronuntiatum: hinc quamvis in ipſo judicio civili poſſit procedi, usque ad concluſionem in cauſa, non tamen ferri poteſt ſententia, antequam judicatum ſit ſuper cauſa criminali: & ratio eſt etiam evidens, quia tunc cauſa civilis fundatur in cricriminali, hoc eſt in dictis teſtium, qui ſi fuerint falsò producti cauſa civilis corruit, ſeu non ſubſiſtit: ut ſi Petrus conveniat in judicio Paulum, ut reſtituat centum aureos ipſi mutuò datos, & Petrus producat teſtes aſſerentes Paulum accepiſſe tantam pecuniam: & Paulus reconveniat Petrum, & dicat ſe nil mutui ab ipſo accepiſſe, & teſtes à Petro productos eſſe falſos: tum quia Petrus non exhibet ſcripturam, ſed tantùm teſtes, qui redarguuntur falſitatis; debet priùs cognoſci in judicio cauſa reconventionis criminalis, quia ſi teſtes deprehendantur falſitatem depoſuiſſe, cauſa civilis non ampliùs ſubſiſtit.

Præterea Reus conventus merè civiliter de cri- 25
mine poteſt actorem reconvenire civiliter de alio crimine; quia quando civiliter aliquis agit perſequitur ſuum intereſſe: non tamen poteſt Reus conventus rceonvenire ſuum actorem civiliter

coram

coram Judice non ſuo prorogando ejus juriſdi-
ctionem per reconventionem: ratio eſt, quia a-
ctor conveniens civiliter Reum de crimine agit
ex neceſſitate ob injuriam ratione criminis ſibi
illatam, unde quia non ſponte eligit Judicem,
ceſſat reconventio coram alieno Judice, ut docet
Maranta *loc. cit. n. 59.*

26 Secundò, neque in cauſa appellationis ha-
bet locum reconventio: ratio eſt, quia Judex
appellationis aditur ex neceſſitate ob gravamen,
ſeu injuriam, quam appellans putat ſibi à Judice
factam, proinde non poteſt coram eodem Judice
reconvenire, ſed debet qui appellat, reſpondere,
& ſe defendere apud ſuum JudicemOrdinarium,
ut notat Maranta *loc. cit. diſt. 6. n. 15.* Idque in-
telligitur de appellatione judiciali, quia quando
appellatur extrajudicialiter, admittitur recon-
ventio, quia tum ille Judex aditur principali-
ter, ut notat Durandus in *ſpec. lib. 2. p. 1. §. 2.
num. 6.*

27 Tertiò ſpoliatus, ſi agat in judicio poſſeſ-
ſorio, ſive interdicto recuperandæ poſſeſſionis
non poteſt reconveniri à Reo judiciu petitorio
ſuper proprietate, nec poſſeſſurio, niſi reus ſpo-
liatus reconveniat actorem ſuper alia ſpoliatione
contra ſe per ipſum facta: alioquin ſpoliatus non
teneretur reſpondere, niſi priùs eſſet reſtitutus,
ut notat Durandus *loc. cit. n. 2.*

28 Quartò, neque in cauſis executivis, quæ
paratam debent habere executionem, procedit
reconventio: hinc in depoſito non admittitur
reconventio, quia inſtrumentum depoſiti habet
paratam executinnem, ut notat Maranta *loc. cit.
num. 30.*

29 Quintò, neque admittitur reconventio, ſi
imploretur officium Judicis extrajudicialiter, ut
cùm petitur aperiri teſtamentum, vel donatio-
nem confirmari decreto Judicis, vel poſſeſſionem
ſibi armata manu conſervari, ut notat Maranta
loc. cit. n. 28. Secus tamen ſi officium Judicis im-
ploretur judicialiter, tunc admittitur reconven-
tio, dummodo hoc officium imploretur principa-
liter, & non incidenter: ratio eſt, quia tunc ſuc-
cedit in locum actionis, ut notat Durandus in
ſpec. lib. 2. p. 1. §. 2. n. 11.

30 Sextò, nec procedit reconventio in illis cau-
ſis, quæ eam ex propria natura, vel qualitate re-
ſpuunt, & de quibus Judex conventionis non po-
teſt cognoſcere ob incapacitatem, hinc actor non
poteſt reconveniri in cauſa ſpirituali coram Judi-
ce laico. Verùm in hoc caſu admittitur recon-
ventio coram alio Judice competente, ſeu eccle-
ſiaſtico, qui poteſt cognoſcere ſuper cauſis ſpiri-
tualibus.

31 Quæritur octavò, an modus procedendi
datus per reſcriptum in cauſa conventionis, in-
telligatur etiam datus in cauſa reconventionis?
Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Pru-
dentiam ult. h. t.* ubi Cœleſtinus III. reſcribit,
quòd actoris, & Rei eſt eadem conditio, adeò ut
non liceat actori, quod Reo non etiam liceat, *c.
non licet de reg. jur. in 6.* Tum quia in Judiciis
non debet eſſe acceptio perſonarum *c. nov. 13. de
judic.* Tum quia cauſa reconventionis terminan-
da eſt eodem tempore cum cauſa conventionis:
proinde actor debet velle contra ſe pro defenſio-
ne Rei, quod ipſe impetravit pro ſe ad illius Im-
pugnationem *l. 1. ff. quod quiſque jur.* hinc
ſi remota eſt appellatio quoad agentem, eodem
pacto intelligitur etiam remota quoad reconve-
nientem.

Quòd ſi dicas, inducta ad favorem non eſſe 32
retorquenda in læſionem *l. quod favore C. de le-
gib.* Reſpondetur, id procedere, quando Prin-
ceps proprio motu in favorem concedit aliquod
jus Minoribus, vel Eccleſiis: non ita ſi illud
conceſſerit ad inſtantiam partis impetrantis, quia
tunc actoris, & Rei debet eſſe eadem conditio.
An verò actor reconventus poſſit iterum recon-
venire reum ſuper cauſa in ſcripto non expreſſa.
Reſpondetur negativè, quia reconventio non in-
telligitur, niſi quoad illum, qui primò conveni-
tur, idque etiam ad evitandum proceſſum in in-
finitum. Hinc clauſula appoſita in reſcripto
conventionis, *ut procedatur appellatione remota*
obſervari etiam debet in cauſa reconventionis,
etiamſi de hac in reſcripto delegationis nulla ſit
facta expreſſa mentio. Neque obſtat, quòd re-
ſcripta ſint ſtricti juris, & non debeent extendi
ad cauſas non expreſſas; quia id eſt verum de pri-
vilegiis, & reſcriptis non tendentibus in præju-
dicium alterius, ſed tantùm in favorem; non verò
quando ſunt in præjudicium.

Quæritur nonò, an dentur cauſæ in quibus 33
reconventio locum non habeat? Reſpondetur,
quòd tametſi generatim loquendo reconventio
procedat in omnibus cauſis, in quibus non repu-
gnat qualitas cauſæ, vel non intervenit ſpecialis
injure prohibitio. Dantur nihilominus quædam,
quæ excipiuntur, & in quibus reconventio lo-
cum non habet. Primò in cauſis criminalibus
criminaliter agitatis non admittitur reconven-
tio, quia Reus non purgatur, niſi probetur in-
nocens *l. ſi qui Reus ff. de public. judic.* imò pen-
dente accuſatione non poteſt accuſatus alios ac-
cuſare de pari, vel minori crimine, quando non
ſuas, vel ſuorum injurias perſequitur, niſi priùs
ſe purgaverit à crimine, de quo accuſatur, *l. ne-
ganda C. de iis, qui accuſ. non poſſ.*

Limitatur tamen niſi mere civiliter proceda- 34
tur, quia tunc admittitur reconventio civiliter
de crimine, ut docent Maranta *p. 4. ſpeculi aurei
diſt. 6. n. 68.* Abbas in *c. 1. n. 22. h. t.*

Secundò neque procedit reconventio in 35
cauſis executivis, quæ paratam habent executio-
nem. Hinc reconventio, ſeu compenſatio lo-
cum non habet in depoſito *c. ult. de depoſit.* &
l. ſi quis vel pecunias C. depoſiti. nec procedit in
cauſa ſpolii, quia ſpoliatus debet ante omnia re-
ſtitui, adeò ut ſi ſpoliator conveniat ſpoliatum,
non teneatur hic reſpondere, niſi priùs ſibi reſti-
tuatur ſpolium *c. ſuper ſpoliat. de ordine cognit.*
ut notat Barboſa in *c. 1. n. 8. h. t.*

Tertiò neque in cauſa appellationis admit- 36
titur reconventio *argum. l. 1. ff. eum qui appella-
verit*, quia tunc ceſſat ratio, quæ refertur in
l. cum Papinianus n. 5. ſiquidem Judex appella-
tionis non aditur ex mero arbitrio, ſed ex pura
neceſſitate ob gravamen, quòd appellans cenſet
ſibi eſſe injuſte illatum. Verùm id intelligitur
de appellatione judiciali, quia in appellatione
extrajudiciali locum habet reconventio: tunc
enim

enim Judex aditur principaliter, ut notat Pirhing. *num. 16. huj. tit.* Abbas in *c. 1. num. 31. huj. tit.*

37 Quartò, neque admittitur reconventio, quando natura cauſæ adverſatur reconventioni. Hinc ſi ex una parte debitum ſit liquidum, non ex alia; reconventio non admittitur: quia non magis eſt admittenda, quàm compenſatio, cui eſt affinis: & ſicut compenſatio non admittitur niſi in debitis ejuſdem qualitatis, ita neque reconventio niſi in debitis ex utraq; parte liquidis: alioquin injuria fieret parti, cujus cauſa eſt liquida: deciſio enim cauſæ liquidæ retardaretur ob cauſam reconventionis, quæ non eſſet liquida.

38 Quintò, neque quando cauſa conventionis eſt ſummaria, admittitur reconventio cauſæ ordinariæ requirentis proceſſum plenarium: quia tunc reconventio non eſt inter cauſas ejuſdem qualitatis, & injuria inferretur actori, cujus cauſa ſummariè intentata, & exigens celeritatem ſuſpenderetur ad longum ob proceſſum plenarium obſervandum in reconventione ordinaria: niſi fortaſſis cauſa reconventionis trahatur ad naturam cauſæ conventionis, adeò ut etiam cauſa reconventionis ſit ſummariè expedienda *argu. c. prudentiam 2. h. t.*

39 Sextò, neque procedit, quando qualitas cauſæ talis eſt, ut Judex nequeat de ipſa cognoſcere, ut contingit in cauſis ſpiritualibus, ſuper quibus nequit Judex laicus cognoſcere *c. tuam de ordin. cognit.* & tunc ſi aliud non obſit reconventio inſtituenda eſt coram Judice eccleſiaſtico, & nullo modo coram laico.

40 Septimò, neque procedit reconventio coram arbitris *c. cùm dilectus 6. de arbit.* Ratio eſt, quia arbiter non habet poteſtatem judicandi ultra comprehenſa in compromiſſo, & quia reconventio terminos egreditur compromiſſi, nequit coram arbitris inſtitui. Verùm id procedit de arbitris voluntariis electis ex libero partium conſenſu, quia tunc imputatur Reo, ſi cauſam ſuam non fecerit meliorem, debuiſſet enim in compromiſſo expreſſiſſe, ut locus detur reconventioni. Coram arbitro juris admittitur reconventio, quia arbiter juris eligitur ex neceſſitate, & diſpoſitione Juris, proinde poteſt locum habere reconventio, cùm Reus non liberè, ſed ex diſpoſitione Juris, ſeu neceſſitate compromittere debeat. Verùm id procedit, quando arbiter eligitur ſuper tota aliqua cauſa, & non ſolùm ſuper certo articulo ejuſdem, ut notat Maranta *p. 4. ſpec. cum diſt. 6. n. 20*, Abbas in *c. dilectus n. 7. de arbitris.*

41 Octavò, neque reconventio conceditur Reo anathemate ligato: quia tametſi excommunicatus poſſit, ut Reus ſtare in judicio, & ibi ſe defendere, excipere, & appellare, non tamen poteſt ut actor reconvenire, quia eatenus ut Reus poteſt ſtare in judicio, quia defenſio ex naturali æquitate, cuique conceditur etiam excommunicato: at reconventio, quia ſpectat ad reciprocam actionem, & actoris eſt reconvenire, non convenit excommunicato, qui ut actor excluditur à judicio. Sunt etiam alii caſus, in quibus non admittitur reconventio; recenſiti ſunt principaliores; alios refert, & explicat Socinus *reg. 1. V. reconventio actoris*, ubi notat, quòd licèt Reus conventus non adigatur reconvenire actorem, ſi tamen velit ipſum reconvenire, teneatur id præſtare coram eodem Judice ex *l. unic. C. nemo invitus.*

Quæritur decimò, quo tempore reconven- 42
tio ſit in judicio producenda? Reſpondetur, reconventionem ſub litis initio, vel ante litem conteſtatam, vel immediatè poſt, eſſe proponendam: cùm enim conventio, & reconventio ſint mutuæ petitiones debent pari paſſu currere, neque enim mutuæ petitiones aliud ſunt quàm conventio ex parte actoris, & reconventio ex parte Rei, ut notat Abbas in *rubric, h. t.* eſt enim reconventio reciproca conventio, ſeu petitio, quâ Reus viſo actoris libello viciſſim aliquid ab eo petit, ut ſi actor in ſuo libello petat à Reo convento centum aureos ei mutuò datos, & Reus viciſſim petat ab actore duos equos ejuſdem valoris, tunc interveniunt duæ petitiones, quæ dicuntur mutuæ, ſeu reciprocæ; una quâ actor convenit Reum petendo ab ipſo centum aureos, & alia, quâ Reus reconvenit actorem, à quo petit duos equos ejuſdem valoris, unde ſicut conventio proponitur ab initio litis, ita & reconventio, ut notat Felinus in *c. 1. n. 2. h. t.* ubi aſſerit, eſſe ſententiam communem, quæ etiam deſumitur ex *clement. ſæpè contingit §. verùm de V. S.* ibi: *Verùm quia juxta petitionis formam pronuntiatio ſequi debet pro parte actoris, & etiam Rei, ſi quid petere voluerit, eſt in ipſo litis exordio petitio facienda*, ubi Felinus obſervat, verba illa *in exordio facienda* neceſſitatem inducere. Non tamen neceſſe eſt, ut reconventio ſemper fiat ante litem conteſtatam; poteſt enim poſt conteſtatam litem procedere, dummodo immediatè fiat, antequam juretur de calumnia, ut explicat Baldus in *c. cùm veniſſet. n. 10. de judic.*

Ratio ex eo petitur, quia tunc reconventio 43
adhuc cenſetur fieri in ipſo litis exordio, quæ enim incontinenti, & immediatè fiunt, à jure ineſſe dicuntur *l. lecta eſt. ff. ſi cert. petat.* Idque ut conventio, & reconventio dicantur pari paſſu ambulare; cæterùm reconventio quoad effectum prorogandi juriſdictionem Judicis per actorem electi poteſt ſemper proponi durante eodem judicio in quavis ipſius parte uſque ad concluſionem in cauſa, & non ſolùm coram Judice Ordinario, ſed etiam coram delegato *c. diſpendia §. Reus de reſcript. in 6.* ibi: *Reus quoque ſi eodem durante judicio actorem ſibi obnoxium dixerit, reconventionis beneficio de iure ſuo debet apud eoſdē Judices experiri.* Hinc plures aſſerunt, reconventionem propoſitam ſtatim ſub litis exordio non eſſe veram reconventionem, eò quia ſimul cauſa conventionis & reconventionis tractari, ac finiri debeat; & tantùm quoad effectum dici reconventionem, quatenus operatur effectum prorogationis juriſdictionis.

Cauſa reconventionis propoſitæ initio litis 44
tractatur ſimul cum cauſa conventionis, ita tamen, ut priùs tractetur unus articulus actoris in conventione propoſitus, ad quem Reus reſpondere teneatur, & poſtea tractetur viciſſim unus articulus Rei propoſitus in reconventione, & ita ſucceſſi-

ſucceſſivè de aliis hinc inde tractandia; quibus omnibua abſolutia ambæ cauſæ eadem ſententia terminantur, ut habetur in *c.ex litteris 1. h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, ut Judex delegatus in cauſa reconventionis debeat compellere actorem ad reſpondendum Reo, & auditis hinc inde rationibus partes concordare, vel ſententiam ferre juxta æquitatem. Verùm licèt ambæ illæ cauſæ ſimul tractentur, id tamen fit cum prærogativa actoris, quia cùm actor priùs ad judicium provocaverit, meritò eidem competit prærogativa, ut priùs expediatur articulus in ſua cauſa conventionis, quàm Rei in cauſa reconventionis, ut notat Pirhing. *h.t.n.19.* Hinc quòd ambæ cauſæ dicantur eadem ſententia terminari, id non intelligitur, quòd eisdem verbis ejusdem ſententiæ terminentur ambæ cauſæ; quæ ſicut ſunt diverſæ, ita etiam diverſis terminantur ſententiis: hinc Abbas in *c.Ex litteris 1. n.7. h.t.* ait, severa duas eſſe ſententias in cauſa conventionis, & recooventionia, & tantùm dici unam ſententiam propter contiouationem temporis, & contextum prolationis; quatenus una ſtatim poſt alteram terminatur, adeò ut ambæ eodem tempore continuatæ; & ex eadem ſcriptura terminentur.

45 Cæterùm ſi ſententia feratur ſuper una tantùm cauſa, & non ſuper altera, ſuum ſeotentia ſortitur valorem, ſed pars contraria poteſt appellare ob gravamen ſibi illatum, & ob factam transgreſſionem Ordinis de cauſa ad cauſam, quæ tametſi ſententiam non vitiet ipſo facto, poteſt tamen ab ipſa appellari, ut notat Abbas in *c. dilectus n.14. de ord.cognit.* Verùm id ſolet limitari, ſi priùs conſtet de una, quàm de alia cauſa ob plures ambages, quibus implicatur, non enim æquum eſt, ut cauſa, quæ difficultates, non patitur, protrahatur ob aliam pluribus involutam tricis. Limitatur etiam quando cauſa conventionis celeritatem exigit, & imminet periculum animarum in differendo: tunc enim poteſt Judex ſuper una cauſa priùs pronuntiare; & appellatio partis contrariæ nullius eſt roboris *arg. c. ad ultimum de cauſa poſſeſſ. & propriet.*

Quæritur undecimò, qui ſint effectus reconventionis? Reſpondetur, eſſe plures, quorum primus eſt, quòd ſi actor nolit reſpondere Reo reconvenienti, neque Reus teneatur reſpondere actori convenienti. Secundus eſt prorogare jurisdictionem Judicis, quateous extendit ejus jurisdictionem ad cauſam reconventionis contra actorem. Verùm id limitatur in illis cauſis, quarum natura, & qualitas repugnat reconventioni. Tertius eſt ſimultaneus proceſſus cum cauſa conventionis, adeò ut ambæ cauſæ ſint terminandæ eadem ſententiâ. Quartus ut idem modua procedendi, qui ſervatur in cauſa conventionis, ſervetur etiam in cauſa reconventionis *argum.c.Prudentiam 2.h.t.* Unde ſi in cauſa conventionia noo licet Reo appellare, eò quia in reſcripto actoris adjecta ſit clauſula *appellatione remota:* neque in cauſa recunventionis poteſt actor appellare: quia eodem jure uterque cenſetur, nec licet actori, quod Reo non permittitur. 46

TITULUS V.

De Litis Conteſtatione.

QUando Reus, & actor in jure ſe ſiſtunt, & ad vadimonii diem occurrunt, tunc ad conteſtationem decurritur: dicta fuit conteſtatio innuente Feſto, eò quia duo, vel plures adverſarii coram Prætore teſtes advocarent, & ordinato ſolemniter judicio dicerent, teſtes eſtote. Hodie verò fit per petitionem Actoris in jure propoſitam, & Rei reſponſionem. Sunt enim partes, quibus judicium integratur, tres: quarum prima continet citationem, & libelli oblationem, quò etiam referuntur mutuæ petitiones; ſecunda incipit à litis conteſtatione, & durat usque ad ſententiam definitivam excluſivè. Tertia complectitur ſententiam definitivam, ejúsque executionem, & cum in præcedentibus titulis Pontifex abſolverit primam partem; in præſenti agit de ſecunda.

SUMMARIUM EXEGETICUM

Trium Capitum, quæ in hoc titulo continentur.

CAP OLIM unic. h.t. Gregorius IX declarat, litis conteſtationem in aliqua cauſa non fieri per poſitiones factas coram Judice, nec per reſponſiones factas ad eundem, quia talis proceſſus eſt irritus: ſed fieri per petitionem in jure poſitam, & reſponſionem ſecutam. Ex quo textu colligitur, litis conteſtationem non conſiſtere in poſitionibus, & reſponſionibus ſive generalibus, ſive particularibus, id enim Pontifex clarè negat. Tum quia litis conteſtatio eſt unica tantùm; poſitiones verò, & reſponſiones ſunt multæ. Tum quia illa eſt fundamentum judicii; iſtæ verò pertinent ad ejus progreſſum. Tum quia, ut notat Panormitanus *n.6. poſitiones introductæ ſunt ad faciliorem exitum litis per reſponſionem Rei, per cujus confeſſionem Actor relevatur ab onere probandi.*

IN SEXTO.

C. EXCEPTIONIS 1. h. t. Innocentius II. declarat, objectionem exceptionis peremptoriæ ante litem conteſtatam non impedire conteſtationem, niſi excipiat de re judicata, tranſacta, & finita. Unde hic textus tres ſolùm caſus excipit, per quos litis conteſtatio non impeditur, ſcilicet tranſactionis, rei judicatæ, & litis finitæ. Cæterum poteſt opponi ad merita cauſæ, ut notat Gloſſa; & exceptio peremptoria eſt, quæ interimit intentionem agentis, ut pactum de perpetuò non petendo, exceptio doli mali vi.

C. SI OBLATO 2. h. t. Bonifacius VIII. declarat, quòd ſi oblato ab Actore libello Reus excipiat peremptoriè, per hanc exceptionem non conteſtari litem, ſed eſſe conteſtandam, niſi exceptio ſit ex his tribus, quæ impediunt. Nota, exceptionem peremptoriam dici, quæ perimit jus Actoris, & ſemper operibus obſtat. Caſum hujus textus explicat Gloſſa. Cajus dedit mutuos Titio centum aureos Hungaricos, ſuper qua pecunia cum in judicium traxit, & libello oblato ipſum Titium ad ſolutionem compelli petivit. Titius verò contra libellum, & petitionem, exceptionem de non petendo oppoſuit. Pontifex conſultus, an per hujuſmodi exceptionem lis conteſtata ſit, reſpondet, quòd non; ſed hac exceptione non obſtante mandat, procedendum eſſe ad litis conteſtationem, niſi objiciatur aliquid, quod litis ingreſſum impediat, cujuſmodi ſunt tranſactio, lis finita, & res judicata.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid ſit litis conteſtatio, à quibus fieri debeat, & coram quo.

1 POſt libellum ab actore porrectum, & receptum à Judice, & Reo, ſequitur litis conteſtatio, quæ complectitur petitionem actoris coram Judice competente factam, & oppoſitam reſponſionem Rei animo contendendi, & definitur à Gloſſa in *c.un. V. reſponſione h.t.* principalis negotii hinc inde apud Judicem facta narratio, & ſubſecuta reſponſio. Poſt editum ab actore libellum, & productam actionem ſuam in judicio; libellúmque reo convento exhibitum conceditur ei tempus ad deliberandum, & exceptiones ſi velit dilatorias, aut declinatorias opponendum; & eo tempore tranſacto, tenetur ſe ſiſtere coram judice; & niſi cedere velit, ſeu petitioni actoris ſatisfacere paratus ſit, lis conteſtatur eâ formâ, ut actor vel interrogante judice, vel per ſe ipſum narrata, & petita in libello repetat; & viciſſim reus conventus reſpondeat, vera non eſſe, aut ſe non credere vere prout narrantur, aut prout in libello petitur; & hoc pacto cenſetur facta litis conteſtatio, ſuam trahens nomenclationem à teſtatione utriusque partis præſentis coram Judice competente facta. Quamobrem litis conteſtatio debet fieri coram Judice utraque parte præſente, & ſimul eodem tempore teſtante, dicitur enim conteſtatio, ſeu ſimul teſtatio: in praxi tamen etiam abſente actore per reſponſionem Rei conventi ex intervallo ſubſequentem ad libellum actoris priùs oblatum fit litis conteſtatio; quia cùm teſtationes actoris, & rei fiant in ſcriptis coram eodem judice, ſufficienter dicitur lis ſimul teſtari, ſeu conteſtari.

2 Dicitur litem conteſtari tam actor, quàm reus; actor affirmativè proponendo ſuam petitionem, reus verò negativè, eidem contradicendo, ut notat Gaillus *lib.1. obſ 73. n.1. & 2.* Quòd ſi reus conventus affirmativè reſpondeat, fateatúrque ſe debitorem illius, quod petit actor; nulla tunc habetur litis conteſtatio; quia ſi perſeverat in illa confeſſione, nulla inter conſentientea datur lis; proinde nec litis conteſtatio; vel ſi opponat aliquam exceptionem, dicátq; centum aureos, quos petis ex cauſa mutui fateor, me accepiſſe; ſed jam eos ſolvi: vel reciprocè; ſed etiam tu ex alio titulo debes mihi alios centum aureos; in hoc caſu fit litis conteſtatio, ſi actor ſolutionem neget, vel reciprocum debitum; & tunc per talem affirmativã exceptionem reus fit actor, & actor reus, inducitúrque

túrq; litis conteſtatio ſi actor ſolutionem illorum centum, vel reciprocum debitum negaverit, Hinc reus per talem exceptionem affirmativam fit quodammodo actor, eò quia illi incumbit onus probandi ſuam exceptionem. Quòd ſi reus proteſtetur, quòd per ſuam reſponſionem nolit litem conteſtari; tunc licèt proteſtatio actui contraria non relevet.

3 Nihilominus communis ſententia eſt, quòd in hoc caſu conſervet jus proteſtantis, ac impediat litis conteſtationem; idque ne tam prompti ſimus ad litem inſtaurandam; & id procedit, ſi reus adferat rationabilem aliquam cauſam, cur in talibus circumſtantiis nolit litem conteſtari; eò quia certus non eſt de debito, velítque apud alios certior fieri per ſcripturas probatorias. Quòd ſi reus nullam rationabilem adferret cauſam, & per inutiles tergiverſationes deprehenderetur judicium eludere; poſſet Judex illum ad litem conteſtandam cogere, Mynſingerus *cent. 3. obſerv. 39.* Bald. in *l. 1. C. h. t.* Præterea litis conteſtatio eſt fundamentum judicii; adeò ut ea omiſſa proceſſus judicii de rigore juris ſit irritus *c. un. h. t.* hujuſmodi tamen rigor in ſummariis judiciis non attenditur, dummodo aliunde conſtet de meritis cauſæ, ut liquet in *clement. 2. de verbor. ſignificat.*

4 Quamvis judicium latiùs ſumptum dicatur inchoari à citatione. Propriè tamen, & ex communi juriſperitorum opinione à litis conteſtatione incipit *c. ſuper quæſtionum* ubi Gloſſa in *V. litis exordium*, ut fusè oſtendit Gaillus *obſerv 74. n. 2.* adeò ut ante litem conteſtatam actor non dicatur agere, vel petere *l. ampliùs 13. ff. rem ratam haberi.* Idque procedit, tam in cauſa principali, ſeu in prima inſtantia, quàm in cauſa appellationis *l. fin. §. illud eod. C. de temporibus appellationum juncta Gloſſa ibid. in V. Exordium.* Quamobrem ante litis conteſtationem poteſt actor oblatum libellum mutare tam in civilibus, quàm criminalibus. eò quia propriè nondum dicatur judicium inchoatum: non ita poſt litem conteſtatam, ut deſumitur ex *l. non poteſt 23. ff. de judic.* imò neque ex conſenſu partium, quia partes ſubſtantiales judicii, inter quas præcipua eſt litis conteſtatio, quæ eſt baſis, & fundamentum judicii non poſſunt ad arbitrium partium tolli, ut notat Gloſſa in *c. de cauſis 4. V. conſenſu. ſup. de off. judic. del.* Rurſus ante litem conteſtatam poteſt adhuc recuſari Judex *l. fin. C. de recept.* Gloſſ. in *l. & quia ff. de juriſdic. om. Jud.*

5 Rurſus contra actorem poteſt etiam opponi, quòd non habeat perſonam ſtandi in judicio, & poſſunt etiam opponi aliæ exceptiones declinatoriæ fori *l. inter litigantes 60. ff. de judic.* cum Gloſſ. in *c. gratum 20. in V. quaſi ſup. de off. del.* non ita poſt litem conteſtatam, quia per conteſtationem litis cenſentur renuntiari exceptiones. Poteſt etiam ante litis conteſtationem re integra exſtante etiam ſine cauſa Procurator revocari, eò quia nondum factus ſit litis dominus *l. ſi procuratorem §. ſi quid mandaverit ff. mandati.* Excipitur tamen niſi in rem ſuam ſit conſtitutus, vel obtinuerit à Domino poteſtatem ſubſtituendi. Secus poſt litem conteſtatam non poteſt ampliùs revocari *c. 2. de Procurat. in 6 Procurat. C. eod. l. filiusfamilias 8.* quia poſt conteſtationem litis factus eſt ejusdem dominus, proinde poteſt ſibi ſubſtituere alium: pari pacto quia per litis conteſtationem incipit judicium poſt litem conteſtatam non poteſt ampliùs Judex recuſari *l. nemo C. de juriſdic. om. jud.*

6 Hinc litis conteſtaaio obligat partes litigantes per mutuũ conſenſum in ordine ad tale judicium, & habet vim cujusdam quaſi contractus, ut notat Gloſſa. Differt tamen litis conteſtatio ab ipſis poſitionibus, & reſponſionibus, quæ poſt litis conteſtatam fieri debent. Poſitio juxta præſens inſtitutum nil aliud eſt, niſi aſſeveratio alicujus facti, ſuper quo petitur ab adverſario, ſeu reo convento. Inventæ ſunt poſitiones, ut actor relevetur ab onere probationis, ut notat Gloſſa Magna in *c. de confeſſis:* ſiquidem in litis conteſtatione reus generatim contradicit intentioni actoris, negans, verum eſſe, quòd in porrecto libello narratur, & petitur. Verùm ut ſpecialiùs conſtet, quidnam actor probare debeat, ideò dividit, & diſponit libellum per partes, & reo convento offert. Unde propriè poſitiones ſunt partes libelli, & differunt tam à libello, quàm à litis conteſtatione: ſiquidem poſitiones nullam continent petitionem, quam neceſſariò libellus comprehendit, ſed nudas aſſertiones factorum, quæ ſunt veluti confeſſiones actorum, & debent eſſe claræ, diſtinctæ, breves, deſervientes intentioni ejusdem actoris; alioquin ex officio poſſunt rejici à Judice, vel etiam ab Adverſario, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 81.* Si tamen poſitiones fuerint dubiæ, an pertineant ad cauſam, juventque actorem ſi probatæ fuerint, Judex tenetur eas admittere, ut deſumitur ex *c. dilecti 6. de jud.* Differunt etiam poſitiones à litis conteſtatione, eò quia hæc includat non ſolùm totam narrationem actoris, ſed etiam reſponſionem rei conventi.

7 Præter poſitiones dantur etiam articuli, qui propriè ſunt illæ poſitiones, quas reus conventus in libello actoris negat: poſtquam reus conventus reſpondit ad poſitiones libelli ſingulas confitendo, aut negando, omiſſis confeſſis, ſuper quibus non amplius procedit; aſſumuntur poſitiones negatæ, quas iterum actor offert Judici, ut appareat ſuper quibus, ſpeciatim teſtes, & aliæ probationes debeant adduci. Verùm hoc diſcrimẽ inter poſitiones, & articulos in praxi vix obſervatur: ſiquidem ob majorem brevitatẽ, & ad ſcindendas dilationes porrigitur libellus articulatus, qui articuli etiam poſitiones probatoriales dici ſolent poſt litis conteſtationem, & præſtitum juramentum calumniæ. Hinc ſi Petrus hæres Pauli ab inteſtato agat actione univerſali contra Joannẽ poſſidentem hæreditatem ad ipſum non pertinentẽ: ita Petrus, qui eſt legitimus hæres Pauli format articulos. Primò fatetur, & vult probare, quòd Paulus abſque hæredibus neceſſariis, ac legitimis deceſſerit. Secundò ponit, quòd ipſe actor, ſeu Petrus ſit frater germanus Pauli, proinde ejus proximus conſanguineus. Tertiò aſſerit, Cajum bona Pauli defuncti poſſidere, & occupare tanquam ipſius hæredem: ex quo ſtatim apparet, poſitiones, ſeu articulos in libello comprehendere tantùm ea, quæ pertinent ad factum, non verò, quæ ſunt juris: quia quæ nota ſunt Judici, probatione non

indigent. Nihilominus ex conſuetudine ſolet etiã poni ipſũ jus, ut articulus probatorius: ut ſi actor adjiciat in libello privilegiũ competere ſuæ ſtirpi ut maſculi excluſis fœminis ſuccedant hæreditati

8 Quòd ſi agatur in ſummario judicio, ut in cauſis beneficialibus, tunc ſimul cum poſitionibus facti poteſt etiam poni jus agendi: ut ſi Petrus impetravit à ſummo Pontifice beneficium curatum, quod de jure vacavit; per adeptionem alterius beneficii curati acquiſiti à Paulo; tunc contra Paulum poſſeſſorem beneficii Petrus actor coram delegato, vel Executore Sedis Apoſtolicæ format articulos probatoriales hoc pacto. Primò aſſerit, Paulum beneficium curatum poſitum in tali loco, & inſignitum tali titulo canonicè obtinuiſſe, & ejus poſſeſſionem nactum. Secundò aſſerit, eundem Paulum in alio beneficio ſimiliter curato ſe feciſſe inveſtiri. Tertiò ponit, Paulum nullam diſpenſationem pontificiam obtinuiſſe, neque poſſe exhibere pro poſſeſſione duplicis beneficii curati, proinde priùs beneficium curatum ipſo jure vacare, & ſibi deberi, eò quia illud impetravit à ſummo Pontifice. Quartò fatetur, alia narrata in Brevi Apoſtolico, vera eſſe, & ipſum paratum eſſe ad probandum, & quòd ſit clericus Presbyter nullo canonico impedimento irretitus. Juvat tamen hic obſervare, quòd tametſi poſitiones, & articuli probatoriales circa cauſam principalem debeant fieri poſt litis conteſtationem; nihilominus circa cauſam incidentem, ut ſi reus opponat exceptionem dilatoriam, nimirum quòd actor excommunicatus ſit, tunc ſtatim debent poſitiones fieri, ut ex reſponſionibus adverſarii ſtatim appareat, an exceptio probanda ſit, nec ne, ut monet Gloſſa in *c. 1. de confeſſis in 6.*

9 In judiciis verò ſummariis, ac levioris momenti petitiones, & poſitiones, ut etiam reſponſiones Rei conventi poſſunt verbaliter fieri, dummodo à Notario redigantur in acta: & ſi tunc partes in cauſa concludunt, ut nihil probandum ſuperſit, quod negatum ſit, Judex ſententiam illicò profert: alioquin formantur articuli probatoriales, ſuper quibus data competente dilatiòne probatio recipienda eſt, ut etiam teſtes producendi. In cauſis verò ordinariis Judex etiam ante litis conteſtationem, imò nonnunquam etiam ante oblationem libelli ad inſtantiam actoris format interrogationes præparatorias, ut deſumitur ex *tit. ff. de interrogat.* juncta Gloſſa in *rubric. c. penult. de jurament. calum.* ſi enim actor volens aliquem convenire rei vendicatione roget, eum interrogari, an rem illam poſſideat, tunc interrogatus tenetur reſpondere, & ſi neget rem illam poſſidere, & actor eum mendacii convincat, tunc poſſeſſio rei ab illo tollitur ſervato jure petitorio experiendi; ita ut ex poſſidente, & reo convento incipiat eſſe actor, cui incumbat onus probandi rem illam ad ſe pertinere *l. ult. ff. de rei vendic.* Cæterùm poſſeſſor ordinariè non cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis *l. cogi 11. c. de hered. pet.* ſi ex tabulis poteſt oſtendere rem illam ad ſe pertinere. Quando verò Judex procedit contra aliquem ex officio per inquiſitionem, tunc loco petitionum, ſeu articulorum ponuntur capitula, quæ proponuntur inquiſito, ut ſuper illis reſpondeat, ut deſumitur ex *c. qualiter 24. de accuſat. V. debet.* & apud Marantam *diſt. 6. memb. 10. act. 4. n. 2.*

Quia verò per oppoſitas exceptiones inducitur, vel impeditur litis conteſtatio, operæ pretium eſt, quæ, & quot ſint exceptiones, explicare. Ex exceptionibus aliæ tantùm tendunt ad impediendum proceſſum judicii non infringentes juſtitiam cauſæ, & hujusmodi exceptiones propriè dicuntur dilatoriè *c. Paſtoralis 4. de except.* Aliæ ſunt exceptiones, quæ juſtitiam cauſæ infringunt, & perimunt, ac propterea dicuntur peremptoriæ. Inter exceptiones dilatorias, aliæ dicuntur declinatoriæ fori, ut ſi reus conventus opponat, ſe coram tali Judice, aut in hoc judicii loco non poſſe conveniri, & hæc exceptio fori declinatoria debet primo loco proponi, ne alioquin reus conventus videatur, velle prorogare juriſdictionem. Ex parte Tutoris, & Procuratoris dantur etiam exceptiones dilatoriæ, ut cùm quia non habet perſonam ſtandi in judicio, eò quia infamis ſit, vel excommunicatus, aut non conſtitutus in legitima ætate, quæ tamen exceptiones ante litis conteſtationem opponendæ ſunt, adeò ut ſi non non opponantur, cenſeantur perſonæ legitimatæ. Hinc habetur communis regula, quâ dicitur, quòd exceptiones dilatoriæ ante litis conteſtationem opponi debeant, adeò ut poſt litem conteſtatam non ſit ampliùs reus audiendus, ſi opponere velit, ut deſumitur ex *c. paſtoralis l. penult.* ſiquidem cùm hujusmodi exceptiones impediant proceſſum judiciarium, rectè jura ſtatuunt, ut ſtatim initio proceſsûs opponantur, ne fruſtra procedatur in judicio: & quia per litis conteſtationem tam actor, quàm reus conventus cenſentur renuntiâſſe exceptionibus, idcò non eſt ampliùs reus audiendus, ſi velit opponere. 10

Verùm hæc communis regula limitatur in pluribus caſibus: primò ſi exceptio fiat de nullitate proceſsûs, ut ſi quis objiciat, Procuratorem non habere mandatũ, aut Judicem eſſe incapacem juriſdictionis, eò quia ſit homo privatus non publicus; vel excommunicatus, proinde vitandus, vel non ſui compos; vel quia ipſe ſit ſæcularis, & cauſa eccleſiaſtica, aut reus conventus clericus: tametſi hujusmodi exceptiones deberent initio opponi, nihilominus etiam poſt litis conteſtationẽ, & poſt latam ſententiam poſſunt opponi. Secundò ſi reus ſuo conſenſu nequeat impedimentum tollere proceſsûs: ut ſi actor ſit excommunicatus vitandus, tunc etiam poſt litis conteſtationem ante tamen latam ſententiam objici poteſt. Siquidem ſcientia, & patientia, ut etiam expreſſus conſenſus adverſarii non poteſt efficere, ut actor excommunicatus vitandus licitè contendat in judicio, tametſi acta judicii ex defectu oppoſitionis ſuum ſortiantur valorem. Tertiò ſi cauſa excipiendi orta ſit poſt conteſtationem litis, vel ſi antea adhuc probabiliter ignorabatur; tunc enim poteſt excipi etiam poſt conteſtatam litem *argum. inſinuante 25. de eff. del.* Quartò ſi lis taliter fuerit conteſtata, ut reus conventus appoſuerit illam clauſulam *ſalvis omnibus exceptionibus, ac defenſionibus*, quia per hanc clauſulam tollitur præſumptio tacitæ renuntiationis. Sin verò jura prohibeant poſt litis conteſtationem recipi hujusmodi dilatorias exceptiones, tunc adjecta clau- 11

claufola nullô ſortitur effectum, quia proteſtatio contra ſtatota à jure nil operatur. Quintò ſi gravamen ob quod exceptio dilatoria opponi poteſt non ſit momentaneum, ſed ſucceſſivum, quia tunc cauſa exceptionis cenſetur oriri poſt conteſtationem litis, conſeqoenter poteſt exceptio opponi.

12 Exceptiones tamen peremptoriæ, quæ merita cauſæ ſecundùm ſe perimuot, reſervandæ ſunt poſt litis conteſtationem, adeo ut poſſint ſemper opponi usqoe ad ſententiam ferendam, ut ſi Petrus venditor domûs actione ex vendito conveniat Paulum ad ſolvendum pretium domûs venditæ; & Paulus excipiat, quòd Petrus pretium talis domus ei donaverit: hae exceptiona non probata lis poteſt conteſtari ſoper cauſa debiti, & poſt conteſtatam litem venditor, qui prior ad Judicem appellavit, ſuas in libello poſitiones debet formare; & reus conventus excipiendo dicere ſibi pretium fuiſſe dono datum: & tunc reus fit actor, eique iocumbit onus probandi tale pretium fuiſſe ſibi donatom, quia oiſi id probaverit, cùm conſtet de domo vendita, tenetur pretium ſolvere *l. 1. ff. de except.* ubi expreſsè dicitur, quòd reus pet hoc, quòd excipiat, fiat actor ratione exceptionis, quam tenatur probare. Id tameo non procedit, quando notorium eſt, quòd talis exceptio competat reo, vel appareat, quòd reus convenros poſſit ſtatim illam probare: ſiquidem in hoe caſu, ut citius finis imponatur liti, poteſt exceptio admitti, etiam anta litem conteſtatam, præſertim in jure canonico.

13 Secundò ſi opponatur exceptio litis finitæ poteſt hæc ante conteſtationem tractari, ſivè lis finita ſit per ſententiam Jodicis, ſive pet partium transactionam: quia nonnunquam transactio, & juramentum, non minus, quàm Judicis ſententia finitæ litis pariunt exceptiones. Huc etiam pertinet amicabilis partium compoſitio: laudúmque arbitrum, ot etiam exceptio factæ ſolutionis, ut notat Gloſſa *c. 1. h. t. V. finito.*

14 Tertiò quando opponitur exceptio, per quam actio ipſo jure excluditur, opponenda eſt ante litis conteſtationem: ſiquidem nemo ſine actione in judicio contendera permittitur *l. ſi pupillus 6. §. videmus ff. de negt. geſt.* tametſi exceprio perpetua ſit, vel temporalis, ut deſumitur ex *§. appellantur inſtitut. de except.*

15 Effectus litis conteſtatæ plures ſunt, qni in aliis juris locis ſparſim referuntur, fuſiúsque explicantur. Unde litis conteſtatio id primò operatur, ot actor, & reus conventus quaſi per contractum obligentur ad ſtandum tali judicio, adeo ut litis conteſtatio cenſeatur aliquis quaſi contractus initus inter litigantes inducens obligationem, noo ſolùm de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, verùm etiam ut tametſi actor forenſis, ſeu alienigena ſit; oihilominus ſe ſe accommodare debeat ſecundùm ſtatuta illius loci, in quo litigat. Siquidem ob quaſi contractum litis conteſtatæ cenſetur aliquo pacto eſſe de foro, & juriſdictione illius loci.

16 Secundus effectus eſt, ut poſt litis conteſtationem partes, quæ conteſtatæ ſunt litem, oon poſſint amplius à Judice recedere invito adverſario, ne jus ei quæſitum aoferatur; alioquin veluti temerarius litigator damnatur ad omnia damna adverſario reſarcienda, & ad ſolvendas expenſas *§. 1. inſtit. de pœn. temer. litig.*

Tertius, poſt litem conteſtatam nec poteſt 17
amplius Judex recuſari, quia per conteſtationem litis actor, & reus conventus videntur in ipſum coofenſiſſe, ac ejus prorogâſſe juriſdictionem *l. nemo. 4. C. de juriſdic. om. Judic.* excipitur taman, niſi nova ſuſpicionis cauſa ſuperveniret.

Quartos, poſt litis conteſtationem nequeunt 18
opponi exceptiones declinatoriæ fori, nec dilatoriæ: ſiquidem iiſdem cenſentur partes litigantes renuntiâſſe per litis conteſtationem.

Quintus, quia interrumpitur præſcriptio lon- 19
gi temporis 15. vel 20. annorum à reo inchoata *l. mora 26. C. de rei vindicat.*

Sextus, quia per litis conteſtationem actio 20
temporalis extenditur usque ad 40. annos à die litis conteſtatæ numerandos *l. fin. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, l. 1. §. 1. in fin. C. de annal. except.*

Septimus, quia actiones pœnales ex delictis, 21
vel quaſi delictis, excedentes poſt litis conteſtationem tranſeunt in ſolidum ad reorum hæredes *§. non autem in fin. inſtit. de perpet. & tempor. acti.*

Octavus, quia per litis conteſtationem poſ- 22
ſeſſor bonæ fidei conſtituitur io mala fide quantùm ad fructus reſtituendos, eò quia non cenſetor amplius igoorare rem alienam *l. certum 22. C. de rei vindicat.* Rurſus à tempore litis conteſtatæ debent fructus reſtitui à poſſeſſore, vel debitore in actionibus ſtricti juris *l. videamus 38. §. ſi actionem ff. de uſur.*

Nonus, quia litis conteſtatio conſtituit pro- 23
curatorem dominum litis, adeo ut non poſſit ampliùs revocari absque rationabili cauſa *c. 2. de procurat. in 6.*

Decimus, quia poſt litis conteſtationem li- 24
bellus Judici porrectus, & reo convento oblatus non poteſt ampliùs ab actore mutari.

Undecimus, ſi pars litigans poſt litem con- 25
teſtatam contumaciter ſe abſentet, proceditur ad ſententiam definitivam.

Duodecimus, quia poſt conteſtatam litem 26
per mortem principalis oon finitur mandatom, ſecus ſi lis non fuerit conteſtata. Sunt etiam alii plures effectus litis conteſtatæ, qoi ſparſim repetiuntur in jure, & recenſentur à juris peritis.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quæſtiones.

Quæritur primò, an ad litis conteſtatio- 1
nem requiratur, ut fiat coram Judice, præſente utraque parte, & ſimul eodem tempore? Reſpondetur, ſpectato nomine conteſtationis, id requiri, quia conteſtatio dicitur ſimul teſtatio mentis; & partes litigantes non poſſunt ſimul teſtari mente, niſi ſint præſentes, & ſi-

& ſimul eodem tempore conteſtentur, ut notat Maranta *de ordin. judic. p. 6. memb. 10. num. 3.* Sin verò ſpectetur quotidiana praxis, non eſt neceſſe, ut conteſtatio fiat coram Judiee utraque parte præſente, & ſimul ac eodem tempore, ut docet Abbas in *c. olim. t. n. 7. b. t.* ubi addit, quòd etiam abſente actore per reſponſionem Rei ex intervallo ſubſequentem ad libellum actoris priùs oblatum poſſit conteſtatio litis fieri: ratio eſt, quia tam actor per petitionem ſuam in libello ſcripto oblatam, quàm Reus per reſponſionem ex intervallo in ſcriptis etiam factam ſufficienter dicuntur præſentes in judicio in ordine ad ingerendam notitiam cauſæ, quia tam actor, quàm reus ſuam mentem explicant in ſcriptis, quam non mutant: proinde Judex ex iiſdem ſcriptis poteſt cognoſcere intentionem utriuſque partis; ac plenam cauſæ notitiam emanciſci: unde non eſt neceſsè, ut conteſtatio litis fiat coram Judice utraque parte præſente, & ſimul eodem tempore, quia finis, ob quem deſiderantur præſentes partes, eſt, ut Judex ab iiſdem inſtruatur: & partes ſufficienter Judicem inſtruunt per ſcripta, in quibus actor ſuam explicat petitionem, & reus ſuam defenſionem.

2 Neque obſtat, ſi dicas, litis conteſtationem accenſeri quaſi contractibus. Nam contra eſt, quia licèt enumeretur inter quaſi contractus, non tamen regulari debet ſecundùm ſtipulationem exigentem certas ſolemnitates per interrogationem ſtipulantis, & reſponſionem promittentis, ad quod requiritur utriuſque contrahentis præſentia: regulatur igitur litis conteſtatio juxta naturam aliorum contractuum deſcendentium ex jute gentium, quique initi poſſunt etiam inter abſentes per Epiſtolas utrinque miſſas.

3 Quæritur ſecundò, an per ſolam facti narrationem poſſit induci conteſtatio litis? Reſpondetur negativè, quia ad litis conteſtationem requiritur neceſſariò petitio, ſine qua non habetur, adeò ut per ſolam narrationem facti in libello, & per ſolas poſitiones, quæ fiunt ab actore, & ad quas reus reſpondet, non inducatur litis conteſtatio: ratio eſt, quia qui purè tantùm narrat, vel ponit aliquid promiſſum, vel dictum, aut factum, nihil petit ab adverſario; neque per hoc oſtendit ſe velle agere, proinde non poſſet Judex ferre ſententiam condemuatoriam, vel abſolutoriam, eò quia nihil petitum ſit per poſitionem, Judex enim non niſi ad inſtantiam, & petitionem partis ſententiam profert, & quando nihil petitur Judex non procedit ad ſententiam, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 73. num. 8.* Juvat obſervare, dupliciter poſſe fieri poſitiones ab actore, ut etiam reſponſiones ad eaſdem poſitiones à reo. Primò fiunt poſitiones particulares tantùm ſuper quibuſdam articulis, ſeu partibus cauſæ, ad quas Reus reſpondet cauſa præparationis, ſeu informationis, ut nimirum conſtet, ſuper qua re ſit contentio, & lis conteſtetur: & per has poſitiones, & reſponſiones particulares non inducitur litis conteſtatio, ut deſumitur ex *c. unic. b. t.* Secundò interdum fiunt poſitiones ab actore in libello, qui dicitur articulatus, generaliter ſuper tota cauſa; & ſi ad has Reus reſpondeat animo contradicendi, ac litigandi, tunc verè inducitur conteſtatio litis ut notat Abbas in *d. c. Olim. 1. n. 6. b. t.* Ratio eſt, quia tunc poſitiones generales involvunt tacitam petitionem requiſitam ad ſubſtantiam conteſtationis litis; & tunc producti articuli habentur loco libelli. Imò ex parte Rei litis conteſtatio poteſt fieri, tum negativè, & tunc contingit, quando Reus in judicio negat ſimpliciter narrata ab actore, ut narrantur, ut etiam petita, ut petuntur: tum affirmativè per confeſſionem poſitivam, dummodo hæc fiat animo litigandi, adeò ut appareat, quòd Reus nolit liti cedere, ſed malit in judicio contendere, & ut Judex procedat ad ſententiam definitivam ferendam: ratio eſt, quia canones dicunt ſimpliciter per petitionem in jure propoſitam, & ſecutam reſponſionem fieri litis conteſtationem, & non diſtinguunt, an debeat hæc conteſtatio fieri negative, vel affirmativè, unde ſupponunt utroque modo poſſe fieri, ut notat Gloſſa in *d. c. olim. unic. V. reſponſiones b. t.*

4 Quòd ſi confeſſio in judicio fiat à reo, non animo contendendi in judicio, ſed intentione hoc declinandi, non poteſt tunc per talem confeſſionem induci litis conteſtatio, proinde ad talem confeſſionem non ſequitur definitiva ſententia Judicis, ſed ſolùm præceptum ſolvendi *l. ſi debitori 21. ff. de judic.* Quòd ſi confeſſio Rei in judicio fiat cum aliqua contradictione, ut ſi reus dicat: confiteor narrata, ut narrantur; ſed nego petita, ut petuntur, fieri debere, inducitur litis conteſtatio. Imò plures docent ex parte Rei nullam dari litis conteſtationem affirmativam; ſed volunt ad id requiri, ut Reus ſimul reſpondeat, & contradicat, & deſumitur ex *l. rem novam 14. §. Patroni autem C. de judic.* ubi lis dicitur conteſtata poſt narrationem propoſitam, & contradictionem objectam, & id eſt verum, quia lis non conteſtatur, niſi ob controverſiam inter duos litigantes, & ubi non objicitur contradictio, non habetur controverſia; proinde nec ulla litis conteſtatio. Hinc Vulteius *l. 2. juriſpr. Rom. c. 31.* definit litis conteſtationem eſſe judicii conſtitutionem factam affirmatione unius, ſeu Actoris, & contradictione alterius, ſeu Rei.

5 Quæritur tertiò, an litis conteſtatio fieri poſſit extra judicium? Reſpondetur negativè, ſed neceſſariò eſſe faciendam in judicio *argum. l. voluit. 4. ff. de interrog. in jur. facien.* Ratio ex eo itidem deſumitur, quia ſi litis conteſtatio fieri poſſet extra judicium, ſequeretur, quòd quoties ruſticus ab alio extra judicium peteret ſuum bovem, & hic alius negaret bovem ad ipſum pertinere, ſtatim fieret litis conteſtatio, ac conſtitueretur judicium ſine Judice, quod eſt abſurdum, ut rectè notat Abbas in *c. olim. unic. num. 11. b. t.* quinimò requiritur etiam in utroque litigante intentio conteſtandi litem, non qood ſit neceſsè, ut actor in ſua narratione, vel petitione, & Reus in ſua reſponſione expreſsè dicat, habere ſe animum litem conteſtandi: quia hæc intentio ſufficienter declaratur ipſo facto, ſeu per ipſam litis conteſtationem: ſiquidem nemo

Digitized by Google

nemo cenſetur operari aliter, ac velit *l. labeo* §. *ſervius ff. de ſupellect. leg.*

6 Tum quia in dubio actor ſemper præſumitur narrare, ut etiam reus reſpondere juxta intentionem propriam, tametſi hanc ſuam intentionem non exprimat verbis: alioquin neque in contractibus, neque in teſtamentis ſubſiſterent, quæ in ipſis diſponuntur, niſi adderetur expreſſio intentionis, quod eſt contra praxin: quamobrem hæc intentio conteſtandi litem, non eſt neceſsè, exprimatur verbis; niſi ex inolita conſuetudine, vel ſtatuto alicujus loci, talis expreſſio deſideretur.

7 Sin verò Reus verbis expreſsè proteſtaretur, ſe reſpondere quidem in judicio ad petitionem adverſarii, non tamen animo conteſtandi litem, aut litigandi in judicio, ſed tantùm, ad informandum Judicem, tunc non induceretur litis conteſtatio ex defectu intentionis, & voluntatis, quæ neceſſariò requiritur ad litis conteſtationẽ: & ratio eſt, quia conteſtatio litis eſt quaſi contractus inducens obligationem, & nemo ſine voluntate ſe obligandi dicitur ſe obligare: hinc in quovis contractu, vel quaſi contractu requiritur ſemper in utroq; contrahente voluntas ſe obligandi.

8 Quòd ſi dicas, proteſtationem tunc eſſe contrariam ipſi actui, & eſſe contra factum, proinde nil operari, ut habetur in textu *c. cum M. Ferrarienſis.* Contra eſt, quia proteſtatio actui contraria tunc dicitur nil operari, quando agitur de facto uniformi, quod non poteſt diverſimodè intelligi, ut quando proteſtatio tendit ad tollendum factum, & Reus dicat: nego narrata in libello oblato ab actore prout ibi narrantur; ſed proteſtor, me non reſpondere: tunc enim proteſtatio eſſet contraria facto; & ea non obſtante induceretur litis conteſtatio: ſiquidem facta non poſſunt haberi pro non factis: ſecus tamen eſt in facto non uniformi, & quod poteſt diverſimodè intelligi, explicari, ac trahi in varios ſenſus; ut in reſponſione ad libellum actoris; poteſt ſiquidem fieri reſponſio, vel ea intentione, ut per ipſam inducatur litis conteſtatio, vel ad eum tantùm finem ut ſolùm Judex informetur ſuper iniquitate actoris: hinc quando Reus proteſtatur ſe reſpondere ſine intentione, & voluntate conteſtandi litem, perinde eſt, ac ſi diceret, nolle ſe obligare per ſuam reſponſionem ad ſubeundum judicium, ſed tantúm velle informare Judicem de iniquitate actoris, hæc autem proteſtatio, cùm ordinetur ad declarandam intentionem facti, non ad tollendum factum, non eſt facto contraria, & ſortitur ſuum effectum, ut notat Mynſingerus *centur. 3. obſerv. 74. n. 11.*

Id tamen limitatur. Primo niſi Judex priùs
9 juſſerit litem conteſtari, quia tunc habetur caſus neceſſarius, & proteſtatio in contrarium nil relevat, ſed per reſponſionem habetur ſtatim litis conteſtatio, ut notat Maranta de *ord. judic. p. 6. membro* 10. *num. 10.* Imò limitatur ſecundò, niſi poſt proteſtationem Rei nolentis ſuper libello exhibito litem conteſtari, ex intervallo ſimpliciter, & abſque ulla proteſtatione negativè reſpondeat ad libellum in alio termino, quia tunc ex eo, quòd procedat in cauſa, cenſetur ipſo facto litem conteſtari, & animum mutare, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 73. num. 6.* Cæterum poteſt lis conteſtari non ſolùm ab ipſis principalibus litigantibus, verùm etiam ab eorundem Procuratoribus, tutoribus, curatoribus, Syndicis, vel actoribus, ut deſumitur ex *l. rem novam Patroni. C. de judic.* quinimò etiam per reſponſionem Advocati fit conteſtatio litis, niſi ſtatim revocetur *c. cum cauſam 62. de appell.*

Quæritur quartò, an dentur caſus, in quibus ſine litis conteſtatione poſſit judicium ſubſiſtere? 10 Reſpondetur, in certis caſibus poſſe judicium ſubſiſtere, tametſi non præmittatur litis conteſtatio. Primò in judiciis ſummariis ſubſiſtit verum judicium etiam ſine prævia litis conteſtatione, & ſine libelli oblatione, quia ut habetur in *clement. ſæpe de v. ſ.* in judiciis ſummariis Judex procedit ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii, adeò ut Judex libellum non exigat, litis conteſtationem non poſtulet, & procedere poſſit etiam tempore feriarum ob neceſſitatem hominum indultarum. Rurſus ut amputet materiam dilationum, faciat litem breviorem repellat exceptiones, & dilationes fruſtratorias, coërceat multitudinem teſtium; admittat ſolas probationes neceſſarias, ac legitimas defenſiones, & ne veritas occultetur admittat citationem, & præſtationem juramenti de calumnia, vel malitia, ſeu de veritate dicenda, præcipiat, & pronuntiet juxta formam petitionis, ſive actoris, ſive Rei factam in exordio litis, ſive in ſcriptis, ſive verbo, in actis tamen inſertam, unde ex *dict. Clement.* liquet, in judiciis ſummariis non eſſe neceſſariam litis conteſtationem.

Secundò neque eſt neceſſaria litis conteſtatio in cauſa appellationis, ſi à ſententia ſive interlo- 11 cutoria, ſive definitiva appelletur, dummodo in prima inſtantia lis fuerit conteſtata: & ratio eſt, quia effectus litis ſemel conteſtatæ in cauſa principali non extinguitur, nec ſuſpenditur per ſententiam definitivam, ſed extenditur etiam ad cauſam appellationis *c. per tuas 58. de appell.* licèt enim cauſa appellationis ſit diverſa inſtantia, non tamen eſt diverſa cauſa, ut notat Mynſing. *centur. 1. obſerv. 1. n. 2.* ubi tamen notat, hodie in Camera Imperiali in omnibus cauſis per appellationem ad Cameram devolutis requiri conteſtationem litis, ſive appelletur à ſententia interlocutoria, ſive à definitiva.

Tertiò neque in cauſis notoriis, eſt neceſ- 12 ſariò præmittenda litis conteſtatio, quia in ipſis non ſervatur ordo juris *c. Ad noſtram 21. de jurejur.* Quamobrem ſi cauſa nullitatis ſit notoria, & appareat ex actis, non requiritur litis conteſtatio, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 77.* Obſervandum tamen eſt in omnibus caſibus, in quibus litis conteſtatio non requiritur, primum actum, qui aliàs immediatè ſolet fieri poſt conteſtatam litem, vim habere litis conteſtationis: eò enim ipſo quòd Judex incipit cognoſcere ſuper meritis cauſæ, intelligitur judicium inchoatum, ac ſi lis fuiſſet conteſtata.

Quæritur quintò, per quid poſitiones diffe- 13 rant ab articulis, & litis conteſtatione? Reſpondetur, poſitionem litis, conteſtationem, & articulum diſtingui, quia poſitio eſt brevis aſſeve-

ratio

ratio alicujus facti, ſuper quo petitur ab adver-
ſario reſponſio: inventæ enim ſunt poſitiones,
ut actor ab onere probationis relevetur, ut no-
tat Gloſſa in *v. ſtatuimus de confeſſ. in 6.* ſiqui-
dem in ipſa litis conteſtatione Reus generatim
contradicit intentioni actoris, & negat, verum
eſſe, quod in libello narratur, & petitur; verùm
ut ſpecialius appareat, quid debeat actor pro-
bare, tenetur libellum per partes diſponere, ac
offerre Reo, adeò ut poſitiones ſint veluti par-
tes materiales ejusdem libelli: quapropter dif-
ferunt poſitiones à litis conteſtatione, quia po-
ſitiones nullam continent petitionem, ſed tan-
tùm nudas aſſertiones factorum, quæ cenſen-
tur eſſe confeſſiones actoris, ut habetur in titu-
lo de confeſſis, quapropter debet actor curare,
ut poſitiones ſint claræ, breves, ac pertineant
ad rem, ac ſubſerviant ſuæ intentioni, alioquin
Judex ex officio, vel etiam petente adverſario
eas rejicit, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 81.* Sin
verò dubitetur, an poſitiones pertineant ad cau-
ſam, & an juvent actorem, ſi probatæ fuerint,
tunc Judex tenetur eas admittere, & deſumitur
ex *c. dilecti 6. de judic.* Quamobrem poſitio-
nes differunt à libello, quia illæ nullam conti-
nent petitionem, quæ tamen contineri debent
in libello, & litis conteſtatione. Debet ta-
men actor cavere, ne poſitiones adſerat ſuæ in-
tentioni contrarias, ut ſi inſtituens rei vindica-
tionem, diceret, ſe in poſſeſſione rei eſſe, tunc
enim poſitio eſſet contraria intentioni. Diffe-
runt etiam poſitiones ab articulis, quia articuli,
ſunt illæ poſitiones; quas reus conventus negat:
& poſtquam reus reſpondit ad poſitiones actoris,
eas affirmando, vel negando, vel ex illis aliquas
affirmando, vel negando; ſumptis tunc affir-
matis à Reo ſi ex illis ſolis non poſſit actor ſuam
intentionem obtinere; poſitiones negatas ite-
rum offert Judici, ut appareat, ſuper quibus
teſtes, & aliæ probationes ſint adducendæ.

14 Verùm ut dixi in commentario, hæc diffe-
rentia inter poſitiones, & articulos vix in praxi
obſervatur. Sed ad breviorem litium expeditio-
nem libellus articulatus ſolet ab actore offerri:
continet enim libellus articulatus ipſos articulos
qui ſunt poſitiones probatoriales, ut ſi Petrus
hæres Pauli ab inteſtato actione univerſali, ſeu
petitione hæreditatis agat contra Joannem poſ-
ſidentem hæreditatem, ita format articulos in
libello. Primò Petrus qui eſt actor ponit ve-
rum eſſe, & id velle probare, ſcilicet Paulum
absque hæredibus neceſſariis, ſeu legitimis de-
ceſſiſſe. Secundò ponit, verum eſſe, ipſum acto-
rem, ſeu Petrum eſſe germanum fratrem Pauli,
qui deceſſit ab inteſtato, proinde eſſe proxi-
miorem ejus conſanguineum. Tertiò ponit
verum eſſe, quòd Joannes bona omnia, quæ
Paulus usque ad vitæ exitum poſſederat, occu-
paverit, & adhuc, poſſideat, ac ſi eſſet verus
hæres Pauli: hinc liquet, poſitiones, ſeu arti-
culos non eſſe quid juris, ſed quid facti, quæ
enim ſunt juris præſumuntur innoteſcere Judici,
& non indigere probatione, benè tamen quæ
ſunt facti: nihilominos jus ſingulare, quod &
conſuetudinarium dicitur, cum in facto conſiſtat,
ſæpe eſt ignotum *c. 1. de conſtit. in 6.* & tunc
poni poteſt, ut articulus probatorius, ut ſi
ponas, conſuetudinem in tua Provintia talem vi-
gere, ut mares excluſis fœminis ſuccedant.

Quamobrem in eo tantùm articuli dicuntur 15
differre à poſitionibus, quia articuli ſunt tan-
tùm illæ poſitiones, ſeu aſſertiones, quas Reus
conventus negat: proinde qui ponit articulos
tenetur eos probare per teſtes, vel inſtrumen-
ta: neque cenſetur fateri id, quod in illis con-
tinetur; ſecus qui ponit poſitiones fatetur, quæ
in iiſdem continentur: hinc poſitiones præce-
dunt, & articuli ſubſequuntur, adeò ut poſt-
quam Reus reſpondit ad ſingulas quæſtiones per
affirmationem, vel negationẽ; actor tum ſolas po-
ſitiones negatas denuò offert Judici, ut appare-
eant, quænam probari debeant. Differunt etiam
poſitiones ab interrogationibus, quia illæ fiunt
aſſertivè à parte litigante, & iſtæ interrogativè
ab eodem Judice, ut notat Gloſſa in *c. 1. v. ſta-
tuimus de confeſſ. in 6.* Hinc in criminalibus non
fiunt poſitiones contra Reum, ſed tantùm inter-
rogationes à Judice, qui Reum interrogat ſuper
patrato crimine, & circumſtantiis, neque re-
gulariter eſt reſpondendum ad poſitiones crimi-
noſas, niſi crimen ſit notorium, & de quo adſit
infamia, ut notat Durandus in *ſpecul. lib. 2. p.
42. tit. de poſit* §. *7. n. 40.*

Quæritur ſextò, quando, & quomodo 16
poſitiones, & articuli probatoriales ſint in ju-
diciis ordinariis offerendi? Reſpondetur, has
poſitiones, & reſponſiones in judiciis ordinariis
eſſe exhibendas in ſcriptis ipſi Judici, ut videat,
an ſint impertinentes, impoſſibiles, & captioſæ,
ut notat Gloſſa in *d. c. v. ſtatuimus de confeſſ.
in 6.* quinimò debent etiam poſitiones exhiberi
medio juramento, quod vocatur dandorum;
jurat enim actor ſe non animo calumniandi, ſed
juris ſui tuendi causâ exhiberi Judici poſitiones
illas: & pari pacto Reus etiam mediante jura-
mento tenetur reſpondere ad illas poſitiones, &
juramentum à reo præſtitum dicitur reſponden-
dorum, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 79. n. 10.*
Tametſi poſitiones, & articuli probatoriales
circa cauſam principalem non ante, ſed poſt litis
conteſtationem regulariter fieri debeant: nihi-
lominus circa cauſam incidentem, ut ſi Reus
opponat exceptionem dilatoriam, ut quòd actor
ſit excommunicatus, tum poſitiones debent ſta-
tim fieri, ut ex datis reſponſionibus ab adverſario
appareat, an & quatenus exceptio probanda ſit
nec ne, ut notat Gloſſa Magna in *c. 1. de con-
feſſ. in 6.* ubi etiam tradit regulam, quòd quo-
ties probationes ſunt neceſſariæ, tum poſitio-
nes tam ante, quàm poſt litis conteſtationem
fieri poſſunt, ad relevandam probationem, ut in
caſibus, in quibus teſtes recipiuntur lite con-
teſtata, ut etiam notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 79.
num. 4. & ſequent.* Cæterum in judiciis ſumma-
riis petitiones, ac poſitiones, ut etiam viciſſim
reſponſiones Rei poſſunt verbo fieri redigente
Notario eas in acta: quòd ſi tunc partes in
cauſa concludant, ut nihil ſuperſit probandum,
quòd negatum ſit, Judex ſtatim ſententiam pro-
fert, alioquin formantur articuli probatoriales
ſuper quibus data competente dilatione proba-
tio eſt recipienda, ſeu ſunt teſtes producendi.

In

17 In cauſis verò Ordinariis Judex etiam ante litis conteſtationem, imò nonnunquam etiam ante libelli oblationem ad inſtantiam actoris format præparatorias interrogationes, ut notat Tancredus *de ordin. judic. c. ult.* & deſumitur etiam ex *c. penult. de jurament. calum.* quòd ſi actor volens aliquem convenire vindicatione rei, roget Judicem, ut eum interroget, an rem illam poſſideat, tenetur tunc Reus conventus ad hæc interrogata reſpondere, adeò ut, ſi neget rem illam poſſidere, & actor eum convincat mendacii, ſtatim poſſeſſio ipſi aufertur ſervato jure petitorio judicio experiendi, adeò ut ex poſſidente, & Reo fiat actor *l. ult. ff. de rei vendic.* Cæterum poſſeſſor ordinariè non tenetur edicere titulum ſuæ poſſeſſionis *l. cogi 11. c. de hæredit. petit.* Sin verò ex lege duodecim tabularum volens agere quærat, utrum quadrupas, qui damnum intulit, ipſius ſit, reſpondere tenetur *l. ſi quis 7. §. de interrog.* Verùm ſi æquitas exigat, ut poſt litem conteſtatam alterutra pars interrogetur ad inſtantiam alterius, poteſt tunc Judex interrogationem formare, ut notat Gloſſa in *c. penult V. interrogationibus de juram. calum.*

18 Quæritur ſeptimò, quales debeant eſſe reſponſiones Rei ad poſitiones actoris? Reſpondetur, tales reſponſiones debere ſimplices eſſe, puras, abſolutas, ſine conditione, claras, & quæ pertineant ad rem, ut adverſarius certus ſit, quid probare debeat: rurſus hujusmodi reſponſiones moris eſt, ut fiant per verbum *credo*, vel *non credo*, ſcilicet non credo poſitionem actoris, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 82. n. 2.* fit autem reſponſio per verbum credo, ut ſit magis expreſſiva veritatis, & inducat confeſſionem, adeò ut æquè præjudicet, ac confeſſio de veritate, ut notat Durandus in *ſpec. lib. 2. p. 2. tit. de poſition.* §. 6. *n. 11.* Non tamen Reus debet per Procuratorem, vel advocatum reſpondere ad poſitiones actoris, ſed tenetur per ſe ipſum id præſtare, niſi fortaſſis Procurator ſit inſtructus ad reſpondendum, & habeat ſpeciale mandatum, quia tum admittitur.

19 Quòd ſi Reus nolit reſpondere poſitionibus: vel non ritè reſpondeat, tunc ob contumaciam habetur pro confeſſo, & perinde ac ſi eas in judicio confeſſus fuiſſet, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 80. n. 1. & ſequent.* Proceditur enim in judicio hoc pacto. Poſtquam actor libellum, & actionem ſuam in judicio edidit, & libellus fuit exhibitus Reo citato, conceditur illi tempus ad deliberandum ut etiam ad opponendum, ſi velit, exceptiones dilatorias, vel declinatorias; & transacto eo tempore tenetur ſe ſiſtere coram Judice, niſi velit ſtatim ſatisfacere petitioni actoris. Quòd ſi nolit ei ſatisfacere, & neget petitionem, debet litem conteſtari ea forma, ut actor, vel interrogante Judice, vel etiam per ſe ipſum narrata, & petita in libello, repetat, & Reus reſpondeat ad narrata, & petita ſe credere, vel non credere, vera eſſe, prout narrantur, vel petuntur in libello, & tunc cenſetur facta litis conteſtatio: quod ſi Reus convent⁹ nolit reſpondere ad poſitiones actoris, tũ quoad illas habetur pro confeſſo.

20 Quæritur octavò, quænam dicantur exceptiones dilatoriæ, & quæ peremptoriæ, & per quid differant, quia poſt libellum exhibitum Reo citato conceditur illi tempus ad deliberandum, vel ad opponendum exceptiones, ideò quæritur, quot ſint hujusmodi exceptiones? Reſpondetur, eſſe duplicis generis, ſiquidem aliæ ſunt exceptiones dilatoriæ, quæ ſolum tendunt ad impediendum proceſſum judicii, ſeu ad differendum judicium, & cauſæ cognitionem, adeò ut exceptiones dilatoriæ tendant tantùm ad impediendum, vel protrahendum proceſſum judicii *c. Paſtoralis 4. de except.* exceptiones ſecundi generis dicuntur peremptoriæ, eò quia merita, & juſtitiam cauſæ extinguunt, & perimunt, quo pacto ab effectu denominantur peremptoriæ. Inter exceptiones dilatorias præcipuæ ſunt, quæ dicuntur declinatoriæ fori, ut ſi Reus conventus tantùm opponat, ſe non poſſe conveniri coram tali Judice vel in tali loco judicii; & tunc hæc exceptio eſt proponenda primo loco, quia alioquin Reus conventus videretur prorogare jurisdictionem, ut monet Tancredus *lib. 2. c. 5.* §. 1. Aliæ ſunt exceptiones dilatoriæ, quæ ſumuntur ex parte Tutoris, aut Procuratoris eò quia non habeat perſonam ſtandi in judicio, vel quia ſit infamis, excommunicatus, & legitima ætate deſtitutus. De omnibus hiſce exceptionibus dilatoriis, ſive ſint declinatoriæ fori, per quas excipitur, quòd Judex vel locus judicii non ſit competens: ſivè concernant perſonam actoris, eò quia non habeat perſonam ſtandi in judicio, vel Procuratoris, quòd mandatum non habeat, vel non ſit habilis; tendunt ad impediendum proceſſum judiciarium, proinde de ipſis traditur regula, ut ante litis conteſtationem opponi debeant, & poſtea non ſit audiendus Reus, ſi velit opponere, & deſumitur ex *c. Paſtoralis 4. de except.* ratio prioris partis regulæ eſt, quia cùm hujusmodi exceptiones tendant ad impediendum proceſſum judiciarium rectè in jure ſtatuitur, ut ſtatim initio proceſsus opponantur. Ratio poſterioris partis regulæ eſt, quia quoties pars non opponit hujusmodi exceptionem antè litis conteſtationem cenſetur eidem tacitè renuntiare, proinde non poteſt poſtea opponere. Tum quia lex hoc pacto punit eum, qui tempore à lege ſtatuto non excepit, ut poſtea audiendus non ſit.

Cæterum initio litis ſunt primo loco proponendæ exceptiones fori declinatoriæ, & deſumitur ex *l. ult. C. de except.* ut notat Mynſing. *centur. 4. obſerv. 27.* quia ſi alia exceptio prius objiciatur videtur reus conventus conſentire in talem Judicem, ac velle ejus jurisdictionem prorogare, proinde non poteſt ampliùs illum recuſare: verùm id patitur plures limitationes, quas explicuimus in commentario. Exceptiones verò peremptoriæ ſervandæ ſunt poſt litis conteſtationem, & poſſunt opponi usque ad ſententiam *l. penult. C. ſent. reſcind. non poſſ.* adeò ut exceptiones peremptoriæ reſpicientes merita cauſæ; ſeu concernentes ipſam cauſam principalem, de qua agitur, regulariter non poſſint opponi ante litis conteſtationem, & ſi opponantur eam non impediant, nec retardent, ſed probari debeant poſt litem conteſtatam, & poſt quam actor probavit ſuam intentionem, ut ſi venditor equi actione ex vendito emptorem conveniat ad ſolvendum pretium; & Emptor excipiat, quòd pretium ſibi donaverit: hac exceptione non diſcuſſa, aut non 21

probata poteſt lis conteſtari ſuper cauſa debiti: & poſt litis conteſtationem venditor, ut is, qui prius ad Judicem appellavit, poſitiones formabit: ſed Reus conventus excipiendo dicet ſibi pretium eqoi fuiſſe donatum, & tunc Reus excipiens ſuſtinet partes actoris, & tenetur probare ſuam exceptionem *l. 1. ff. de except.* ubi habetur, quòd Reus excipiendo fiat actor. Id tamen limitatur niſi notorium eſſet, talem exceptionem competere Reo, vel appareret, quòd eam incontinenti probare poſſet. Secundò ſi opponatur exceptio litis finitæ, poteſt etiam hæc tractari ante litis conteſtationem, ſive lis finita ſit per ſententiam Judicis, ſive per transactionem partium, & per pactum juratum nihil petendi. Tertiò quando opponitur exceptio, per quam actio ipſo jure excluſa, vel nunquã nota oſtenditur, tunc enim ante litis conteſtationem poteſt opponi: ratio eſt, quia nemo ſine actione permittitur contendere in judicio *l. ſi pupill⁹ 6. §. videm⁹ ff. de nu. geſt.* & id procedit ſive exceptio ſit perpetua, ſive temporalis.

22 Quæritur nonò, an Reus per exceptionem contra intentionem actoris cenſeatur litem conteſtari? Reſpondetur negativè, quia qui litem conteſtatur, debet negare intentionem actoris, & qui excipit, non negat, nec confitetur intentionem actoris *l. Non utique 9. ff. de except. reg. jur. 63. in 6.* ſi enim Petrus petat à Paulo centum aureos ſibi mutuò datos, & Paulus excipiat, quòd fuerint ipſi dono dati; in hoc caſu, quia Paulus tantùm excipit, quòd Petrus ſibi condonaverit omne debitum; unde fatetur intentionem actoris, non adigitur ſtatim talem exceptionem probare, ſed priùs deveniendum eſt ad litis conteſtationem, & Paulus dicere debet, non conſtare, ſe debere Petro ex mutuo centum illos aureos, quòd ſi poſt litis conteſtationem actor in probatione deficiat, Reus abſolvitur, quamvis ſuam exceptionem non probaverit: ſin verò actor probaverit ſuam intentionem: tunc tenetur Reus probare ſuam exceptionem *l. ſiquidem c. 9. de reſcript.* Quòd verò ita excipiens non neget adverſarii intentionem liquet, quia non negat accepiſſe mutuos illos aureos, ſed fatetur ſibi fuiſſe poſtea dono datos: alioquin ſi Reus reſponderet non credo narrata, ut narrantur, lis conteſtaretur.

TITULUS VI.

Ut lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitivam.

Quia litis conteſtatio eſt fundamentum, & principium judicii ordinarii, ſeu plenarii, rectè Pontifex titulo præcedenti de litis conteſtatione adnectit præſentem titulum, ex quo ſumitur regula generalis, ut lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitivam, quia cum ante litis conteſtationem cauſa non ſit perfectè in judicium deducta; nec de utriusque partis animo litigandi conſtet, nihil eſt ſuper quo poſſint teſtes legitimè requiri, ut Judex ſententiam ferat. Adhibentur autem teſtes præſertim in pecuniariis litibus, vel cauſis criminalibus *l. 1. §. 1. ff. de teſtib.* tunc res, ſeu cauſa dicitur lis, quando eſt in controverſia, proinde conſequens eſt, ut lite non conteſtata non debeat procedi ad teſtium receptionem.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Quinque capitum in hoc titulo contentorum.

C. AD HÆC DEUS 1. h. t. Innoc III. reſcribit Abbati ſancti Proculi Bononiæ, quòd ſi cauſa ſit de ſeparatione thori ob adulterium, vel de receptione dotis; & Reus ſit contumax, poſſit excommunicari, ſed teſtes contra ipſum non poſſint recipi, nec poſſit ferri ſententia deſinitiva ante litis conteſtationem. Ubi Gloſſa ait, in cauſa criminali, quæ civiliter agitur, poſſe intervenire Procuratorem: & propter contumaciam Procuratoris non eſſe Dominum puniendum; ſed cùm ſciverit, & non ſe purgaverit, poſſe excommunicari. Sunt autem aliqui caſus, in quibus ſpoliatæ viro non reſtituitur uxor. Primus eſt, quando timetur de ſævitia viri, quo pacto Dominus ſævereus in ſervum, cogitur eum vendere. Secundus, ſi in continenti probetur impedimentum ſaltem in gradu indiſpenſabili. Tertius ſi fuerit virgo, & timeatur corrumpi. Quartus ſi publicè fornicetur. Quint⁹ ſi nolit habitare cum viro ob contumeliam creatoris; aliàs viro eſt facienda reſtitutio, antequam Judex ingrediatur in principalem cauſam præſtita ſufficienti cautione de impunitate perſonæ.

C. ACCEDENS 2. h. t. Innocentius III. declarat, quòd ſi agatur de reſtitutione, & aliquis ſit contumax, ſi lis nondum eſt conteſtata, non poſſit ferri ſententia definitiva contra contumacem, licèt poſſit is excommunicari. Ubi notat Gloſſa, Judicem ſubditum actoris poſſe legitimè recuſari. Rurſus ſi ſuſpicio ſit notoria, & de ea non fiat mentio in litteris; dicuntur hæ obtentæ per veri ſuppreſſionem. Rurſus liquet ex textu, per contumaciam non impediri proceſſum, & poſſe contumacem mulctari, & ad ulteriora procedi per

hunc

hunc textum. Immo nudam contumaciam in non comparendo eſſe excommunicatione dignam. Rurſus litteras ſubreptitias ad lites non eſſe irritas ipſo jure ſed irritandas per exceptionem, ſeu appellationem partis.

C. *TUÆ FRATERNITATIS 3.h.t. reſcribit idem Pont. Epiſcopo Braxienſi, quòd ſi Reus lite non conteſtatâ fuerit contumax in non comparendo, & talis ſit cauſa, ut actor poſſit in rerum petitarum poſſeſſionem induci, ſit in eandem cuſtodiæ causâ inducendus. Sin verò cauſa conditio id non ferat, ſit Reus contumax per cenſuram eccleſiaſticam compellendus, ut juri pareat. Ex quo textu liquet in actione reali pœnam ordinariam contumaciæ eſſe miſſionem in poſſeſſionem rei petitæ. Quòd ſi induci non poſſit, eò quia Reus non habeat bona mobilia, vel immobilia, vel quia rem abſconderit, vel dolo perierit: vel cauſa ſit criminalis; ſive civiliter, ſive criminaliter agatur, vel matrimonialis ſit contumax excommunicandus. Ceterum hæc miſſio in poſſeſſionem fit tantùm cuſtodiæ causâ: & ſi intra annum Reus non ſatisfecerit, actor ſit verus poſſeſſor. Judex tamen ut monet Gloſſa non debet feſtinare ad decernendam hanc miſſionem in poſſeſſionem; alioquin reus deſtitueretur contra illam* argu. l. ſi finita §. ſi fortè ff. de damno infer. *unde debet Judex prius cauſam ſaltem ſummariè cognoſcere antequam procedat ad hoc remedium.*

C. *ACCEDENS AD SEDEM 4. h. t. Innocentius III. declarat, receptionem teſtium factam contra contumacem lite non conteſtata in cauſa matrimoniali eſſe nullam.*

C. *QUONIAM FREQUENTER 5. h. t. Idem Pont. declarat, lite non conteſtata regulariter non recipi teſtes ſuper principali. Quia verò multa dubia incidunt ſuper hac regula, Pontifex plures unit exceptiones, quas prolixè declarat. Primò unit Pontifex duas exceptiones, nimirum ſi mors teſtis timeatur, vel abſentia diuturna; tunc enim in cauſa civili, ne veritas occultetur, aut ſubtrahatur; ſenes, ac valetudinarii, aliique teſtes, de quibus rationabiliter timetur etiam lite non conteſtata admittuntur, ſive reus ſit contumax, ſive etiam abſens ſine malitia. Secundò ſi teſtibus receptis actor non convenerit reum infra annum, ex quo convenire poterit, vel receptionem teſtium ipſi non denunciaverit, atteſtationes iſtæ non valent; nec proceſſu temporis exceptiones legitimæ adverſus teſtes, & aliæ locum non habeant. Tertiò in cauſa matrimoniali, carnali, ſi citatus venire contemnit, vel ſe occultat, vel impedit, ne citetur lite non conteſtata, teſtes ſunt recipiendi, & procedendum ad ſententiam definitivam Quòd ſi reus ſeu maritus abſit ex cauſa, & ſine ſua culpa citari non poteſt, ut ſi ſit in captivitate, debet tunc expectari donec veriſimiliter præſumatur de obitu; & interim conjux quamvis ſine culpa, non tamen ſine cauſa compellitur eſſe continens. Quartò in matrimonio ſpirituali contracto, ut in electione ad Prælaturam, ſi pars eſt contumax præcipit Pontifex, ut procedatur ſecundùm jus. Sin verò ſit abſens, & per ipſum non ſtet, quin citetur, & agatur de promovendo, expectandum ſit per ſex menſes, vel ad arbitrium Judicis. Quintò poſſunt etiam teſtes recipi, ſi fiat inquiſitio exceſſuum, vel timeatur impoſterum ne aliter lis moveatur. Sextò in actione reali, ſi reus ſit contumax actor mittitur in poſſeſſionem. Sin verò reus infra annum revertatur, & det cautionem de ſtando juri, ſolutis expenſis recuperat poſſeſſionem, non ita ſi poſt annum, ſed tunc poteſt agere de principali Septimò ſi quis convenitur ſuper immobilibus. & qui nomine alieno poſſidet Dominum nominet in judicio, & Dominus citetur, ſi non compareat eſt interrupta præſcriptio, & Judex examinat negotium ſummariè, datq; poſſeſſionem Actori. Sunt etiam alii caſus, in quibus lite non conteſtata poſſunt teſtes recipi, quos refert Gloſſa.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Teſtes lite non conteſtata non recipiuntur, neque fertur ſententia definitiva.

1 Litis conteſtationem eſſe judicii fundamentum oſtendimus in præcedenti titulo, adeo ut ante litis conteſtationem, nec cauſa principalis adhuc dicatur in judicium deducta *c. accedens §. cùm igitur h. t.* ut autem compilator juris canonici rectâ procederet methodo poſt litis conteſtationem, addit titulum, qui inſcribitur: *ut lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitivam*: eò quia ante litis conteſtationem cauſa non dicitur in judicium deducta, & nihil adſit, ſuper quo teſtes recipi debeant, nec ſuper quo debeat Judex ſententiam ferre *c. accedens §. cùm igitur. c. unic. tit. præced. c. de cauſis.* juncta Gloſſa *in V. conſenſu ſup. de off. deleg.*

Quòd ſi reus ter legitimis intervallis, vel ſemel peremptoriè citatus in judicio comparere a detrectaverit, & hoc pacto litis conteſtationem impediat, adhuc teſtes recipi non poſſunt ad probandam actoris intentionem, & deſumitur *ex c. 1. & ſequent. h. t* ſed in hoc caſu reus incurrit contumaciam *l. contumacia 53. §. contum, ff. de de re judic.* ubi habetur, quòd ſi reus conventus tribus edictis propoſitis, vel uno pro tribus, quod vulgò peremptorium dicitur, literis evocatus ſui præſentiam facere contempſerit, ob hanc contu-

maciam debeat actor mitti io poſſeſſionem bonorum; ut hoc pacto reus videns adverſarium ſuum in poſſeſſione rerum ſuarum veniat ad judicium reſponſurus *c. quoniam 5. §. in alis h. t.* ex hac autem miſſione in bonorum poſſeſſionem, ſi reus cooventus non compareat ſententia in ejus favorem fertur. Sin verò reus oulla bona habeat mobilia aut immobilia, in quorum poſſeſſionem actor mitti poſſit; vel cauſa ſit talis, in qua hujusmodi miſſio locum noo habeat, tunc poteſt reus cootumax anathemate percuti, ut ſi inter conjuges propter adulterium ageretur de thori ſeparatione *c. 1. in fin. c. tuæ fraternitatis h. t.*

3 Ratio, cur ante litis conteſtationem non poſſint teſtes recipi, neque cauſa definiri ut conſtat ex *hac rubrica & c. ult. in princ. h. t.* eſt, quia ut innuimus, ante litis conteſtationem cauſa nondum cenſetur in judicium deducta: ſiquidem litis conteſtatio eſt exordium judicii, & fundamentum cauſæ *c un. & ibid.* Gloſſ. *V. reſponſiones:* teſtes ſiquidem in judicio non recipiuntur ſupra re noo deducta in judicium: ſiquidem ex eorum dictis Judex debet informari ad ſententiam ferendam: hinc eſt, quòd ante litis conteſtationem, per quam judicium inchoatur, non poſſint recipi teſtes, nec ſententia ferri; cùm nihil ſit, ſuper quo debeant teſtes recipi, aut ſuper quo à Judice ferri ſententia: idque procedit non ſolùm in cauſa laicorum, ſed etiam clericorum, ut ootat Abbas *in c. ult. in princ. n. 2. h. t.*

4 Hæc tamen regula prohibens, ne teſtes recipiantur ante litis conteſtationem, intelligitur ſuper cauſa principali: quia ſuper exceptionibus dilatoriis teſtes debent neceſſariò recipi ante litis conteſtationem *c. exhibita 19. ſup. de jud.* ut etiam ſuper quæſtionibus incidentibus, ſeu de novo emergntib⁹ ante litis conteſtationē, ſunt enim teſtes tuoc adhibendi ut probetur, quòd citatio pervenerit ad reum, vel quòd is contumax ſoerit, *argu. c. interpoſita 70. § ult. de appellat.* Rurſus prohibetur Judex, ne ante conteſtatam litem procedat ad ſerendam ſententiam definitivam: ſiquidem ad interlocutoriam rectè proceditur, etiam lite non conteſtata: dicitur ſententia interlocutoria, quæ fertur ſuper quæſtionibus incidentibus, vel emergentibus inter principium, & finem cauſæ, nt notat Abbas in *præſenti rubrica h. t.*

5 Cæterum ſicut oulla eſt regula ſine exceptione, ita præſens regula plurimas, & quidem notabiles habet limitationes: ſiquidem fallit primò, ſi reus fuerit contumax, & legitimè citatus detrectet comparere, tunc enim adhibentur teſtes contumaciæ ante conteſtatam litem, & reus ob contumaciam poteſt ante litem etiam excommunicari, ac fieri immiſſio in ejus bona. Secondò ſi agatur de valote electioois, aut proviſionis, vel matrimonii carnalis, tunc enim ſi reus cootumax ſit, non ſolùm cenſura poteſt in ipſum ferri, ſed etiã teſtes poſſunt recipi, & ſi de cauſa conſtet etiam poteſt procedi ad ſententiam definitivam: eò quia ob diſpendium eccleſiarum, & periculum incontinentiæ in ſimilibus caſibus grave ſit judiciũ diferre *c. quoniam 5. §. porro h. t.* Tertiò fallit etiam præſata regula in proceſſu inquiſitionis, ſiquidem recipiuntur teſtes, & exsminantur nullo habito reſpectu ad litis cooteſtatiooem, ut deſumitur ex *c. quoniam 5. h. t.* Quartò ſi actor juſtam habeat timendi cauſam, ne inter moras judicii probationis copia ſibi ſubtrahatur, ut ſi teſtes ſint jam ſenio confecti, infirmæ valetudinis, vel ſint brevi profecturi in Provincias diſſitas: in hiſce, & ſimilibus caſibus poſſunt adhiberi teſtes etiam ante litem conteſtatam, imò etiam ante actionem à Judice inſtitutam; & tunc Judex intra annum à receptis teſtibus debet actionem inſtituere, & reo factam teſtium receptionem denuntiare, oe reo convento facultas adimatur opponendi contra teſtes: alioquin teſtium facta receptio irrita foret, ut deſumitur ex *c. quoniam in princ. h. t.*

Quòd ſi teſtes jsm examinati ante litis conteſtationem ob infirmam valetudinem adhuc vivant eo tempore, quo adhuc deberent actualiter in judicio produci, adhuc requiritur, ut teſtes jam examinsti iterum coram Judice ſe ſiſtant, & confirment, quod antea depoſuerunt, ut notat Zoeſ. *h. t. n. 4. per c. præſentata 50. de teſtib. & l fin. C. eod. tit.* ubi teſtes per arbitrum recepti de novo ſunt examinandi. Hoc autem tantùm valet in cauſis civilibus, non verò in criminalibus criminaliter intentatis: ſiquidem in criminslibus teſtes non recipiuntur pro futura accuſatione niſi in favorem rei ad probandam ipſius innocentiam: quia in criminalibus requiruntur probationes liquidæ, præſentes, & ſtricti juris; ut deſumitur ex *l. fin. C. de probat.* & melius eſt nocentem dimittere, quàm innocentem punire, nt deſumitur *ex l. abſentem ff. de pæn.* 6

Poteſt etiam timens ſibi litem moveri, curare examinari teſtes ad perpetoam rei memoriam, & futuram ſui defenſionem, & non tantùm illos, in quibus ob infirmsm valetudinem, aut provectam ætatam eſt periculum mortis, ſed etiam quoscunque alios; quia quoad hoc jura plus concedunt reo, quàm actori: ſiquidem non eſt in Rei poteſtate, quando debeat conveniri coram Judice ſicut eſt in poteſtate actoris agera contra illum, quando ipſi libuerit. Tunc tamen debet reus ita teſtes recipere; ut id denuntiet illis, quos putat aliquam habituros prætenſionem, adeo uc videant teſtes jurare, ut poſſint proponere ſua interrogatoria, ſi velint. Rurſus poteſt etiam reus petere, ut ſuper dictis teſtium ad perpetuam rei memoriam conficiatur publicum inſtrumentum per Notarium, quod ſuo tempore valeat in judicio proferre, ut notat Mynſing. *centur. 4. obſervat. 101.* 7

Cæterum ſi ante conteſtatam litem reus contumaciter ſe abſentet, ne teſtes recipiantur, & lis inchoetur, tunc actor in poſſeſſionem rei petitæ causâ cuſtodiæ mittitur, & ſi talia cauſa non ſubſit, in qua miſſio in poſſeſſionem fieri poſſit, ut ſi agatur de adulterio ad ſeparationem thori, tunc per eccleſiaſticam cenſuram, ut ſupra innuimus reus compellitur. Ut autem reus dicatur cootumax, debet tribus edictis, vel nno peremptorio vice trinm citari, & ſi tunc non compareat contumax habetor *l. contumacia 53. ff. de re judic.* Contomax aiius eſt verus, alius fictus: ille eſt, qui perſonaliter citatus, vel citatione facta ad ejus domum, aut intimata, vel affixa ad valuas poblicas non vult 8

tom-

comparere; fictus dicitur, qui citatus per edictum affixum ad ejus domum, aut velvas, ſed neſcitur, an citatio ad ipſum pervenerit, non comparet; unde hoc eſt diſcrimen inter contumacem verum, & fictum, quia de primo conſtet, quòd citatio devenerit ad ejus notitiam, non verò de ſecundo, ut notet Maranta *de ord. part. 6. memb. 2. n. 36.* ubi notat, hæc eſſe intelligende de citatione cogente ed comparendum, non verò de citatione voluntaria, qua ſignificetur alicui, ut veniat ad judicium, ſi putet ſua intereſſe: ſi enim comparere detrectet, non dicitur tunc contumax, quia poteſt cedere jure ſuo, & ipſo non accedente adhuc poteſt Judex procedere juxta *authent. qui ſemel C. quomodo, & quando.*

9 Contra contumacem io jure plura remedia, ac pœnæ ſtatuuntur, quæ ad inſtantiam alteriua partis inferri poſſunt: ſiquidem contumax poteſt capi, & in carcerem detrudi, ut notat Abbaa in *c. ult. n. 7. h. t.* quod etiam procedit de illo, qui licèt in judicio comparuerit, non tamen voluit reſpondere, & litem conteſtari, tunc enim etiam habetur contumax, ut notat Gloſſa Marginal. in *cit. authent. qui ſemel.* poteſt etiam mulctari, & puniri, ſi ſit verus contumax. Debet ſolvere expenſas, quas actor coactus eſt facere *l. ſancimus 16. C. de judic.* Imò obligatur etiam ad expenſas quando ſemel tantùm citatus abaque legitimo impedimento venire neglexit *argu. c. 2. de procurat.* ubi Gloſſa *V. rationabili cauſa.* Amittit etiam ex vere contumacia jus appellandi *l. properandum 13. §. ſin autem reus C. de judic. l. ex conſenſu §. ult. ff. de appellat.* Poteſt etiem verua contumax excommunicatione edigi, ec miſſio decerni in ejus bona, ut habetur in *c. ult. h. t.*

10 Verùm ex miſſione in poſſeſſionem per primum decretum ob contumaciem Rei, actor noo acquirit veram rei poſſeſſionem, ſed ſimplicem cuſtodiam, & detentionem, ut deſumitur ex *c. 10. de eo qui mittitur in poſſeſſionem.* unde actor per talem miſſionem non lucratur fructus rei detentæ, nec alie poſſeſſionis commoda habet, ut deſumitur ex *l. Fulcinius 7. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſionem eatur.* Differunt tamen actio realis, & perſonalis. Primò quia intentata actione reali actor ob contumaciam rei ebſolutè mittitur in poſſeſſionem rei petitæ; ſed in perſonali non niſi pro quantitate debiti; primò in detentione mobilium, & ſi hæc non ſufficiant etiam in detentione immobilium.

11 Secundò, dilapſo enno poſt decretam miſſionem, ſi reus non compareet, & perſeveret in ſue contumacie, actor fit verus poſſeſſor, & lucratur fructus rei; quinimò etiam ente lepſum anni, ſi Rei contumacia nimia appereat, ſine ſpe conteſtaodi litem, tunc enim poteſt Judex tredere actori plenam poſſeſſionem ſimul cum ſuia commodia. Quòd ſi poſtea reus compareet, & petitorium intentet antequam contra ipſum præſcribetur, tuoc oous probandi incumbit reo, quod entea incumbebet actori: ſecus perſonali actione actor miſſus in cuſtodiam non acquirit veram poſſeſſionem, neque lucratur fructus, niſi interveniat ſecundum decretum Judicis, quod ordinariè poſt dilapſum annum citiùs, vel ſeriùa ſpectata cauſæ qualitate, & contumacia interponitur; & fit ſecundum decretum præcedente cauſæ cognitione ſaltem ſummaria, ratione cujua Judex animum aliquo modo informare poſſit de vero debito, ac formare decretum ſecundùm majorem, vel minorem probabilitatem, ut notet Gloſſa final. & Penormit. *n. 36. h. t.*

12 Tertiò, quia in actione reali actor miſſus io poſſeſſionem poſtquam conſtitutus eſt verus poſſeſſor, incipit rem uſurpare, quia tunc præſumitur bona fide eam poſſidere ut ſuam, ut notat Gloſſa *hic V. reſervata:* ſecus ex actione perſonali miſſus in poſſeſſionem, ut loco pignoris rem teneat, uſu capere oon poteſt, quie eam non tenet, ut ſuam. Quòd ſi per 30. annos debitor oon compareet ed oſtendendum indebitum, tunc agit jure ſuo, quia omnis actio longiſſimi temporis præſcriptione tollitur, ut liquet ex *l. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.*

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones.

1 Quæritur primò, an ſi agatur de adulterio ad ſeperationem thori, & ante litis conteſtationem Reus ſit contumax, poſſit excommunicari? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Ad hæc. 1. h. t.* ubi Innocentiua III. reſcribit, quòd quando cauſa eſt de ſeperatione thori ob adulterium, vel de receptione dotis, & Reus eſt contumax poteſt excommunicari, ſed teſtes contra ipſum non poſſunt recipi, nec ſententia definitiva ferri ante litia conteſtationem, Ratio eſt, quia contumacia erga Judicem, & Prælatum commiſſa, eſt inobedientia, ut notat Gloſſe in *clement. fin. unic. de dol. & contum.* Inobedientia verò eſt peccatum proveniens ex ſuperbia *c. 2. de major. & obed.* & adulterium eſt graviſſimum peccatum *c. quid 32. q. 7.* & *l. cum qui C. de leg. Jul. de adult.* proinde cùm adſit culpa gravis poteſt imponi pœne gravis, cui commenſuretur *c. Nemo 11. q. 3.* quo fit ut reoa contumax poſſit excommunicatione innodari, ut etiam jure novo tradit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de refor. matrim. c. 8.*

2 Quòd verò teſtes contra contumecem non poſſint recipi, nec cauſa definiri ante litis conteſtationem, ex eo itidem liquet, quia tametſi ordo judicierius ſervandus ſit in elíis controverſiis, in cauſis temen matrimonialibus, in quibus agitur de valore matrimonii ſummeriè proceditur *clement 2. de judic.* ſiquidem cauſa matrimonielis, cùm ſit favorabilis, celerem deſiderat expeditionem, ut nimirum, quàm primùm fieri poteſt conjux concedatur conjugi, ſi matrimonium validum ſit; & non concedetur, imò & conceſſa ſeparetur, ſi matrimonium non conſiſtat, ſeu non ſit validum: & hoc eriam procedit de cauſa ſponſaliorum, quia ſponſalia referuatur ed metrimonium, ſuntque fevorabilia, ut notat Gloſſa in *d. clement. 2. V. matrim.*

3 Quòd ſi agatur de crimine adulterii, ſive
crimina-

criminaliter ad pœnam publicam, ſive civiliter tantùm ad thori ſeparationem, tunc opus eſt proceſſu ordinario: quia tum non agitur de fœdere matrimonii, ſed de crimine adulterii, & de gravi præjudicio partis accuſatæ: imò etiam ipſius matrimonii, cujus individua ſocietas diſſolvi petitur; proinde tunc ceſſat favor matrimonii, & agitur de re odioſa, cujusmodi eſt ſeparatio conjugum, proinde ſervandus eſt ordo juris, ut lite non conteſtata non procedatur ad receptionem teſtium, nec ad ſententiam definitivam: à quo tamen ordine receditur, quando agitur de vinculo matrimonii; quia tunc agitur de re favorabili, ut nimirum conjuges ſimul cohabitent, ſi matrimonium ſit validum; vel ſeparentur, & declarentur non conjuges, ſi non ſubſiſtat, ut etiam habetur jure novo in Tridentino *ſeſſ.24. de refor. matrim c.7.* Ex quo liquet, quòd quantò favorabilior eſt cauſa matrimonii, ſi agatur de ejus valore, tantò ſit odioſior, ſi ſuppoſito ejus valore agatur de diſſolutione quoad torum.

4 Quæritur ſecundò, an Procurator agendo vel omittendo, ſibi, vel Domino noceat? Reſpondetur cum diſtinctione, ſi ex legis, vel Judicis præcepto incumbat Domino aliquid agere, quod ipſe Procuratori demandavit, & Procurator neglexit illud agere, tunc damnum inde ortum imputatur Domino, cui incumbebat per ſe, vel per alium hoc idem agere, & in effectu non egit. Quòd ſi Dominus ob negligentiam Procuratoris, vel alterius mandatarii debuit ſolvere, ab illo recuperabit per actionem mandati *l. ſi Procuratorem 8. §. ſi Tutoris ff. mandati* Si enim Dominus miſſo libello à Judice juſſus ſit comparere ſtato die, & Procurator in via ſe detinuit in aliis peragendis, & non acceſſit tali die; tum Dominus condemnatur in expenſas, & damna præſtanda adverſario: excipitur tamen niſi impedimentum fuerit moraliter inevitabile, & quòd etiam ipſum Dominum excuſâſſet; adeò ut Procurator ob tale impedimentum non potuerit ſtatuto die comparere juxta mandatum Domini *argum. l. cum à matribus 8. C. qui petunt Tutores;* ubi excuſatur mater, quæ cum deberet cum filio Tutorem petere, Procuratorem miſit ad petendum, qui in via à graſſatoribus occiſus fuit. Quòd ſi Procurator fuerit in culpa, & neglexerit ſine ullo impedimento comparere tali die, tum Dominus actione mandati poteſt ab ipſo repetere expenſas, qui ſi ſolvendo non ſit, tunc Eccleſia poteſt petere in integrum reſtitutionem.

5 Sin verò Procuratori ex legis, vel Judicis præcepto incumbebat aliquid facere, quod agere neglexit, adeò ut omiſſio eidem detur culpæ, ob quam mereatur pœnam, tunc Domino imputari non poteſt; & ratio deſumitur ex eo, quia licèt mandatum detur generaliter, non tamen cenſetur extendi ad non delinquentem, ut notat Abbas in *d.c. Ad hæc 1.n.18. h.t.* ut ſi Procuratori conſtituto ad judicium Judex mandet litem conteſtari, & Procurator contumaciter recuſet, tum non Dominus, ſed ipſe Procurator contumax ſit obnoxius pœnæ. Verùm id limitatur niſi Dominus principalis id ſciat, & toleraret, quia tunc videtur tacitè conſentire. Limitatur etiam in re modici præjudicii, quia tunc Domino etiam ignoranti præjudicari poteſt, ut ſi propter contumaciam Procuratoris miſſio cuſtodiæ cauſa decernatur. Sin autem quod Procurator omiſit, non cadat in delictum, nec mereatur pœnam; tunc omiſſio Domino præjudicat, ut ſi Procurator intermiſſâ ſententia appellare intra decendium tranſit in rem judicatam in præjudicium Domini, qui ſi velit poſtea appellare, non eſt ampliùs audiendus *l. 1. in fin ff. quando appelland. ſit.* ratio eſt, quia tunc Dominus ſibi imputare debet, quòd miſerit negligentem, ac imperitum Procuratorem *l. tum mandata 23. ff. de minorib.*

Quòd ſi Procurator in culpa fuit, tum Domi- 6
nus contra ipſum id, quod ſua intereſt, poteſt recuperare actione mandati inſtituta, & damna ſibi reſarcire *l. licèt 42. §. ea obligatio. ff. de procurat.* & deſumitur etiam ex *l. A procuratore 13. C. Eodem.* ubi dicitur quòd Procurator teneatur de dolo, & omni culpa. Quòd ſi Procurator non ſit tum ſolvendo, Domino concedenda eſt reſtitutio in integrum *argum. l. delegantes 7. §. penult.* ut notat Gaillus *loc. cit. obſerv. 45. n. 6.* quo pacto nec ſententia lata contra maritum agentem rei vendicatione pro re dotali nocet uxori, ubi ejus Procurator in culpa fuerit, ſed poteſt petere reſtitutionem in integrum, ſi maritus non ſit ſolvendo, quia tum conceditur extraordinarium reſtitutionis remedium, quando ordinarium deeſt *l. In cauſa 16. ff. de minor.* Generatim factum, vel dictum Procuratoris, niſi præſumatur excedere fines mandati procuratorii Domino præjudicat, ut notat Tancredus *lib. 1. c. 11. §. 2.* & ratio ex eo deſumitur, quia Procurator ſemper præſumitur accedere inſtructus cum mandato, ut quæ cum illo acta fuerint jure ſubſiſtant.

Quamobrem confeſſio Procuratoris in ju- 7
dicio, ordinariè Domino nocet, ut deſumitur ex *c. Divi 20. de cenſib.* Idque vel maximè procedit poſt litis conteſtationem, ut monet Abbas in *d.c. Ad hoc 1. n.29. h.t.* Sin verò in ipſo ſtatim ingreſſu in judicium poſt oblatum libellum Procurator ultro fateatur intentionem actoris, tunc confeſſio non præjudicat, eò quia ſine neceſſitate facta fuerit, & abſque mandato ſpeciali; ſiquidem poteſt Dominus Principalis opponere, quod Procuratorem miſerit ad litigandum; non verò ad renuntiandum liti, & condonandum, vel concedendum actori, quod in judicio petit.

Rurſus ex facto illicito, & pœnæ obnoxio 8
Procuratoris non obligatur Dominus, ut notat Felinus in *d.c. Ad hoc. 1. h.t.* quia tum Procurator præſumitur fines mandati excedere, ut ſi Procurator fuerit generaliter miſſus ad eligendum Prælatum; & ipſe perſonam indignam elegit, Dominus non incurrit pœnam ſtatutam in *c. cum in cunctis de elect.* contra eligentes indignos ad Prælaturas eccleſiaſticas. Verùm id limitatur, quia Dominus à Procuratore poteſt obligari ad pœnam conventionalem, ſi hæc pœna communiter adjici ſoleat conventioni.

Quæritur tertiò, an in cauſa reſtitutionis 9
contra contumacem lite non conteſtata proferri poſſit ſententia? Reſpondetur negativè, & deſumitur

ſumitur ex *c. Accedens 2. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd quando agitur de reſtitutione, & aliquis eſt contumax, ſi lis non ſit conteſtate, non poſſit ſententia definitiva ferri contra contumacem, licèt poſſit excommunicari. Ratio aſt, quia in omni poſſeſſorio, antequam deveniatur ad ſententiam, ſervendus eſt ordo judiciarius, ſive agatur de acquirenda poſſeſſione, ſive de retinenda; aut recuperanda, ut etiam notat Bartolus in *l. naturaliter §. nihil. ff. de acquir. poſſeſſ.* idque procedit, quamvis miſſio in poſſeſſionem cuſtodiæ causâ ob ejus minimum præjudicium, fiet etiam lite non conteſtata *c. tua 3. h. t.* ſiquidem ordo judiciarius eſt de neceſſitate, & ut antequam deveniatur ad ſententiam, lis conteſtetur; quo fit, ut ad ſententiam reſtitutionis lite non conteſtata procedi non poſſit *cap. conſult. de offic. deleg.*

10 Ex hoc textu in *c. accedens 2. h. t.* colligitur, quòd ſi Eccleſia per negligentiam omittat exigere eb Eccleſie ſibi ſubjecta jura, quæ ed ipſam pertinent, non propterea hæc conſtituitur in quaſi poſſeſſione immunitatis, quia Eccleſie, quæ neglexit jura ſua exigare, poteſt ſemper petere, ut ex Judicis officio reſtituatur in integram poſſeſſionem, ut notat Archidiaconus in *c. accedens 2. h. t.* ubi aſſerit, quòd ſi Eccleſia poſſeſſionem rei, aut juris ſui amiſerit, per ſimplicitatem juris canonici poſſit petere, ut reſtituatur Judicie officio; dummodo præſcriptio non fuerit bona fide completa. Hinc Gloſſa in *d. c. accedens* cenſet in textu, actum fuiſſe *Interdicto poſſeſſorio unde vi,* & infert, quòd etiam in judicio poſſeſſorio ſi magni, aut non facilè reparabilis præjudicii ſit, lis conteſtari debeet, & obſerveri ordinarius proceſſus.

11 Colligitur ſecundò, litem eſſe etiam conteſtandam, ſi Judicis officium imploretur, ut in hoc textu in *c. accedens 2. h. t.* quia quando ad reſtituendam amiſſam poſſeſſionem actio deficit; officium Judicis eſt loco actionis. Tertiò litteras ſubreptitias cenſeti, ſi in iis reticeatur exceptio dilatoria, ut quòd Judex impetretus ſit ſuffraganeus, aut Vicarius Archiepiſcopi impetrantis. Verùm ſi nihil contre tales litteras excipiatur, proceſſus ſuum ſortitur valorem, ut notat Abbas in *d. c. accedens 2. n. 7. h. t.* Quartò quòd ſi exceptio dilatoria v. c. Judicis recuſatoria cauſem notoriam habeat, neceſſè non ſit, eam ſpecificè objicere in judicio, ſed ſufficiat dicere, ſe non teneti reſpondere, quòd ſi nihil objiciens reſponderet, & fierat litis conteſtatio, tunc proceſſus valeret, nec poſſat poſtea objici exceptio: quia per litis conteſtationem canſeratur renuntiâſſe juri ſuo. Quintò etiam colligitur, quòd ſi Princeps in reſcripto dicet, ſe aliquem actum caſſare, interdum id explicandum aſt ſecundùm ſubjectam materiam, ut tanquam ipſo jure ceſſa, & irrita ſit declarata: quia propriè dicitur caſſari ſententia, quæ aſt valida; ſiquidem quæ nullius eſt valoris, perinde ſe habet ac ſi non eſſet, proinda caſſari non poteſt: quod enim non eſt, nequit caſſari, nec declarari nullum. Cæterùm extincto jure per ſententiam condemnatoriam, aut abſolutoriam, vel per ſolutionem debiti reſtituenda ſunt inſtrumenta; quia hæc nil ampliùs proſunt parti, & ſi apud ipſam maneant, poſſunt alteri eſſe damno *l. 2. C. de condict. ex l. r. eccleſia 4. juncta Gloſſa ut lite pendente,* & docet Abbas in *d. c. accedens 2. n. 11. h. t.*

Quæritur quartò, an ſi lite non conteſtata Reus ſit contumax, mittendus ſit actor, ſi fieri poteſt, in poſſeſſionem cuſtodiæ causâ? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Tuæ fraternitatis 3. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd ſi lite non conteſtata Reus ſe contumaciter abſentet, & cauſa ſit talis, ut actor poſſit in poſſeſſionem, vel quaſi poſſeſſionem rei petitæ induci; tum in eâdem cuſtodiæ causâ mittendus ſit. Sin verò cauſa talis ſit, in qua miſſio in poſſeſſionem non poſſit fieri, tunc Reus contumax debet per eccleſiaſticam cenſuram adigi, ut in judicio compateat, & litem conteſtetur. Ratio eſt, quia per hujusmodi miſſionem in poſſeſſionem rei petitæ cuſtodiæ causâ punitur contumacia Rei, & ſimul conſulitur juri actoris, ut interim fructus non alienentur; & poſt annum efficiatur verus poſſeſſor, ſi Reus non comparuerit: & quia ante litam conteſtatam regulariter non poteſt procedi ad ſententiam definitivam; ideò ſi cauſa talis ſit, ut actor poſſit in poſſeſſionem rei petitæ induci, non debet Judex inquirere extrinſeca remedia: ſed æquitas tunc exigit, ut actori conſulat, Reúmque pro modo contumaciæ puniat, idque fit, ſi actor cuſtodiæ causâ inducatur in poſſeſſionem rei petitæ, ut habetur in textu *c. tua 3. h. t.* 12

13 Verùm id procedit, quando miſſio fieri poteſt: quia ſunt aliquæ cauſæ, in quibus talis miſſio non poteſt adoptari, ut ſi agatur de beneficio eccleſiaſtico, quia tunc ob contumaciam Rei non poteſt actor mitti, nec eſt mittendus in illius poſſeſſionem, na per illam pateat ad tale beneficium vitioſus ingreſſus; ſed tunc ſpeciale eſt in jure, ut liceat Judici etiam lite non conteſtata diligenter examinato negotio ipſum debito fine abſolvere, ac litem terminare *c. un. de eo, qui mittit in poſſeſſ. cautè rei ſerv. in 6.* Rurſus nec poteſt hæc miſſio adoptari in cauſa criminali, ſi Reus ſit abſens, ut notat Gloſſa *fin. in d. c. tua 3. h. t.* Verùm tunc fit indirectè quædam miſſio, quia adoptantur bona contumacis, ut notat Bartolus in *l. abſentem ff. de pœnis.* Alioquin tunc Reus contumax, ſi non comparest, & litam conteſtetur, excommunicatione innodatur, quia relis contumacie, quâ Reus non vult parere Judici legitimè præcipienti, eſt culpa gravis, & contra graviter peccantem poteſt excommunicatio ferri *c. 1. de judic.* & quia ubi non ſunt adaptata alia juris remedia, na contumax de ſua protarvia glorietur, debet per cenſuram eccleſiaſticam adigi ad parendum Judici, & obediendum juri; proinda in cauſis judicialibus mandatur omnibus Judicibus eccleſiaſticis, ut quandoque executio realis, vel perſonalis in quelibet parte judicii propria authoritate ab ipſis fieri poſſit, ſed ſe abſtineant, tam in procedendo, quàm definiendo à cenſuris eccleſiaſticis. Quòd ſi executio realis, vel perſonalis contra Reos fieri non poſſit, & contumacie ſit erga Judicem, tunc eos etiam excommunicatione poterit innodare, ut etiam habetur jure novo in Conc. Trid. *ſeſſ. 25. de ref. c. 3.*

Obſer-

14 Obſervandum eſt contra contumacem plura remedia in jure eſſe ſtatuta, quæ ad inſtantiam altarius partis inſerri poſſunt. Primò poteſt contumax capi, & in carcerem detrudi, ut notat Abbas in *c. ult. n.7. h.t.* & id etiam procedit de ao, qui in judicio comparuit quidem, ſed ad reſpondendum, & litem conteſtandam non poteſt adigi; quia ipſe etiam verè eſt contumax ut notat Gloſſa Margin. in *authent. qui ſemel. C. quomodo & quando:* Secundò poteſt aliter puniri, ſi verus ſit contumax, ut docent Doctores in *l.1. §. ult. ff. ſi quis in jus vocanti.* Tertiò, tenetur reſundere expenſas, quas adverſarius debuit ipſe facere *l. ſentimus 16. C. de judic.* imò licèt ſemel tantùm fuerit citatus, ſi absque legitimo impedimento accedere neglexerit, eciam condemnatur ad expenſas *argum. c.2. de procurat.* ubi Gloſſa *V. rationabili cauſa.* Quartò, privatur etiam jure appellandi, ſi veram incurrerit contumaciam *l. properandum 13. §. ſin autem Reus C. de judic. l. ex conſeuſu §. ult. ff. de appell.* Quintò poteſt etiam verus contumax per cenſuras eccleſiaſticas præſertim excommunicationem adigi ad ſe ſiſtendum in judicio, & deſumitur ax *c. ult. h.t.*

15 Quæritur quintò, an receptio teſtium contra contumacem lite non conteſtata in cauſa matrimoniali ſit irrita? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. accedens 4. h.t.* ubi cum cauſa verteretur inter Guilielmum Viceeomitem, & ejus uxorem propter impedimentum matrimonii ortum ex conſanguinitate, Pontifex controverſiam commiſit Epiſcopo Coriſopitenſi Archidiacono, & M. Petro, qui citârunt Vicecomitem, ſed is excepit, quòd non teneretur reſpondere coram illis, quia Judices ex iſtis cauſis eſſent ipſi ſuſpecti: ſiquidem Epiſcopus erat proximus conſanguineus Comitis Britanniæ, qui erat ejus capitalis inimicus, & detinebat ſuam uxorem, & terram nnotoriè; Archidiaconus etiam erat commenſalis ejusdem Comitis Britanniæ, & M. Petrus oriundus è Regione ſuæ uxoris, cui propterea nimis favebat, præterea quòd Judices citarent præfatum Guilielmum ad terram inimicorum, ad quam ſine periculo mortis non poſſet accedere, idque præſertim cum in litteris citationis de ſalvo conductn nulla fieret mentio: ſed quia Judices adhuc præceſſerunt, & lite non conteſtata teſtes receperunt; præſatus Guilielmus appellavit ad Sedem Apoſtolicam, & Innoeentius III. hanc cauſam remiſit, aliis Judicibus, quibus maudavit, ut vocatis partibus, ſi conſtiterit, quòd ante litem conteſtatam, vel etiam poſt interpoſitam appellationem teſtas ſuper conſanguinitate contra matrimonium ſine contumacia Rei conventi recepti ſnerint, atteſtationes hujusmodi declarent, eſſe irritas, & ante omnia uxorem, & terram præſato Guilielmo reſtituant, & poſt plenariam reſtitutionem factam tam uxoris, quàm terræ, cauſam ipſam ſuper matrimonio andiant, & ſecundùm canones definiant, ex quo textu deſumitur, quòd receptio teſtium facta contra non contumacem lite non conteſtata in cauſa matrimoniali ſit nulla. Ratio eſt, quia cùm non conſtet de malitioſa abſentia hujns conjugis, non debet in ejus præjudicium ſine ſua culpa ordo judiciarius perverti, & quia poteſt contingere, ut contra teſtes habeat legitimas exceptiones ad elidendam contrariam intentioem *c. quoniam 5. §. porro. h.t.* ideò quamvis favore matrimonii recipientur teſtes contra contumacem (qui non comparendo eſt in culpa) lite non conteſtata, non tamen debent recipi contra contumacem, qui non eſt in culpa, ut declarat Pontiſex in *d. c. accedens 4. h.t.* ex quo textu infertur etiam, quòd ſi Judex ſanguine, vel amicitia ſit valdè conjunctus inimico Petri, habeat Petrus juſtam cauſam eum ut ſuſpectum recuſandi, ut notat Abbas in *d. c. accedens 4. n.2. h.t.* Dicitur autem inimicitia capitalis, quæ videcur usque ad hominis necem inclinata: aliæ autem graves inimicitiæ judicantur arbitrio prudentis Judicis. Rurſus ax eodem textu infertur, quòd citatus ad locum non tutum non teneatur comparere, ſad poſſit petere, ut locus judicii aſſignetur tutus: alioquin conceditur Reo appellatio ad ſuperiorem; tametſi in litteris adjecta fuerit clauſula appellatione remota; & deſumitur ex *c. ex parte 17. de appellat.* ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 52.* ubi addit exceptionem loci tuti procedere etiam reſpectu Procuratoris, Advocati, Teſtium, & omnium perſonarum, quæ debent judicio intereſſe. Rurſus colligitur, ad Judicem Eccleſiaſticum pertinere cognoſcere ſuper cauſa dotis, ſi incidenter veniat cum cauſa matrimoniali. Demum inſertur, à marito non poſſe uxorem, quam in facie eccleſiæ duxit prætextu impedimenti dirimentis abjici propria authoritate, & ſi eam à ſe ableget, compellitur eam recipere, donec Eccleſia cauſam cognoſcat, ac definiat, & deſumitur etiam ex *c. 3. de divort.* Hinc ſi quæſtio producatur in judicio, an matrimonium ſit legitimum, & validum, eò quia alligetur impedimentum dirimens tunc teſtes non ſunt priùs recipiendi, nequa procedendum eſt ad ſententiam definitivam, quàm lis fuerit conteſtata præterquam ſi Reus contumax ſit, eò quia legitimè citatus nolit comparere, vel malitioſè lateat, aut ponat impedimenta, ne citari poſſit: alioquin ſi legitimè abſit, & facilè citari, ac venire non poſſit, tunc conjux abiens tamdiu expectari debet, donec de illius obitu veriſimilis præſumptio habeatur.

Quæritur ſextò, an lite non conteſtata poſſint teſtes recipi ſaltem ſuper principali? Reſpondetur lite non conteſtata regulariter non recipi teſtes ſuper priacipali. Ratio eſt, quia lis conteſtata eſt exordium litis, & fundamentum, quo nititur cauſa agitanda in judicio, ut deſumitur ex *c. olim unic. de litis conteſt.* atqui ubi deeſt fundamentum, nil poteſt ſuper ædificari *c. Veniens de Presbytero non baptiz.* ex quo fit, quòd lite non conteſtata non ſit regulariter procedendum ad receptionem Teſtium, ut Innocentius III. declarat in *c. quoniam 4. h. t.* ubi expreſſè reſcribit, regulariter lite non conteſtata teſtes non poſſe recipi, & habetur etiam in *c ſuper §. 1. de offic. deleg.* dicuntur autem teſtes non racipi regulariter ſuper principali; quia ſuper exceptionibus dilatoriis benè recipiuntur; quinimò de neceſſitata debent recipi ante litis 16

conte-

conteſtationem, & non poſt illam, ut habetur in *c. Exhibita de judic.* Imò etiam ſuper incidente, & emergente recipiuntur teſtes, ut nimirum inde probetur, quòd citatio pervenerit ad aliquos; vel quòd Reus fuerit contumax, & citatus noluerit comparere, ut notat Gloſſa in *d. c. quoniam ſ. b. t.* & deſumitur etiam ex *c. Interpoſita §. fin. de appell.* fallit nihil omnibus hæc regula de teſtibus regulariter non recipiendis ſuper principali ante litis conteſtationem in aliquibus caſibus, qui ponuntur in *d. c. quoniam ſ. b. t.* hinc difficulter invenitur regula, quæ non patiatur ſuam exceptionem, ut notat Gloſſa in *rubric. de regul. jur. in 6.* cùm enim lex debeat eſſe rationalis *c. erit diſt. 4.* ideò ab hac regula generali aliquot excipiuntur caſus, in quibus ob ſpecialem rationem lite non conteſtata teſtes recipi poſſunt: quinimò præter duos, qui recenſentur in textu, ſcilicet quando timetur de morte teſtium: vel de eorum diuturna abſentia; alii octodecim recenſentur à Gloſſa in *d. c. quoniam ſ b. t.* & etiam habentur in *authent. ſi omnes C. ſi ut ſe ab hæred. abſtin.*

17 Quæritur ſeptimò, an ſi timeatur de morte, vel diuturna abſentia teſtium poſſint iſti ante litem conteſtatam recipi ſuper principali? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *d. c. quoniam ſ. b. t.* & id eſt etiam rationi, & æquitati conſonum, quia Judices, & Magiſtratus curare omninò debent, ut ſalva ſit rerum probatio *l. cùm ff. de teſtib.* atqui ſi, quando timetur de morte, vel diuturna abſentia teſtium, non reciperentur teſtes etiam lite non conteſtata, ſæpè veritas occultaretur, & probationis copia fortuitis caſibus opprimeretur, ut loquitur Pontifex in textu *d. c quoniam ſ. b. t* quamobrem in hiſce caſibus, quando civiliter agendum eſt, ſenes, & valetudinarii, & etiam alii teſtes, de quibus ex rationabili cauſa timetur, ne poſtea teſtificentur, etiam lite non conteſtata ſunt admittendi, idque ſive pars conventa ſit contumax, ſive abſit ſine malitia, ut conveniri non poſſit; & deſumitur etiam ex *Authent de teſtib. §. penult. col. 7.* unde poſſunt ſpeciales cauſæ occurrere, in quibus ob contumaciam Rei abſentis tum ad receptionem teſtium lite non conteſtata, tum etiam ad ſententiam definitivam procedi poteſt, ſi periculum ſit in mora. Verùm dicuntur tunc teſtes recipi, ſi civiliter agendum ſit: quia in criminalibus nunquam recipiuntur lite non conteſtata, quia in criminalibus ſi agatur ad pœnam, & quæſtio moveatur cum majori præjudicio, requiruntur probationes ſtrictiſſimæ *l. fin. C. de probat.* proinde non debet quidquam fieri inordinatè, & maximè parte abſente: ſed cautiùs, & cum omnimoda circumſpectione in cauſis criminalibus procedi debet. *c. Epiphanium ſ. q. 6.* ſiquidem ſatius eſt, ſcelus nocentis impunitum relinqui, quam innocentem condemnari *l. abſentem ff. de pœn.*

18 Quæritur octavò, quænam requirantur, ut lite non conteſtata teſtes recipi poſſint? Reſpondetur, plura ad id requiri, ut notat Abbas in *d. c. quoniam ſ. n. 3. b. t.* Primò ut ſubſit cauſa rationabilis, quia nimirum timeatur de morte, vel diuturna abſentia: mors enim, & longa abſentia æquiparantur *argum. c. præſentata ſo. de teſtib.* quinimò in ſpecie ob mortis periculum admittuntur ante litem conteſtatam etiam ſenes, & valetudinarii ad dicendum teſtimonium: qui verò juxta præſens inſtitutum dicantur ſenes, id arbitrio Judicis relinquitur determinandum, conſiderata ſcilicet complexione eorundem teſtium: ſiquidem alii aliis citius ſeneſcunt, ac viribus deſtituuntur. Cæterùm homo quilibet ſeptuagenarius, ſive ſit viribus adhuc valens, ſive deſtitutus habetur in jure ut ſenex, ut notat Farinacius in *prax. crimin l. 3. de teſtib. tit. 8. q. 76. n. 84.* Circa tamen Valetudinarios, de quibus timetur mortis periculum remittitur etiam ad arbitrium Judicis, qui debet id arbitrari ex judicio, & conſilio Medicorum, ut notat idem Farinacius: imò id etiam extenditur ad eos, qui proficiſcuntur ad bellum, vel debent Oceanum trajicere, quia in iſtis eſt etiam periculum mortis. Secundò requiritur, ut pars adverſa contra quam teſtes producuntur, citetur, quia debet intereſſe receptioni Teſtium, ac juramento ab iiſdem præſtando, ſi tamen poſſit commodè citari, ut notat Abbas in *d. c quoniam ſ. n. 3. b. t.* quòd ſi periculum immineat de morte, vel abſentia teſtium, citatio tunc non requiritur, ut notat Farinacius in *prax. crimin. lib. 3. de teſtib. tit. 8. q 76. num. 164.* Tertiò, ſi non poſſit Reus citari, debet actor tunc infra annum à tempore, quo poterit conveniri, numerandum, Reum convenire, vel teſtium receptionem, vel depoſitiones ei denuntiare, vel tranſmittere: alioquin hæc teſtium receptio, & eorum atteſtationes nullius ſunt valoris: quia tunc teſtes præſumuntur in fraudem recepti, & examinati, ut nimirum Reus temporis proceſſu commoditatem excipiendi contra teſtes amittat, ut habetur in *d c. quoniam ſ b. t.* imò hæc præſumptio eſt juris, & de jure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, ut notat Gloſſa in *d. c quoniam V. fraudē*, & id procedit ſi Actor potuit convenire Reum, vel ei atteſtationes denuntiare, & id nō præſtitit; tunc enim admittitur probatio in contrarium ob fraudem, alioquin ſi actor vellet probare, ſe non habuiſſe facultatem Reum conveniendi, nec ei denuntiandi atteſtationes, tunc eſſet admittendus ad id probandum. Obſervandum eſt, annum, intra quem tenetur actor Reum convenire, vel eidem atteſtationes teſtium denuntiare, ab initio eſſe utilem, & non currere, niſi ab eo tempore, quo quis potuit experiri, ſeu agere, proinde ad id requiritur ſcientia, & poteſtas agendi: in progreſſu autem eſt annus continuus, & currit etiam diebus ferialibus.

Quæritur nonò, quot modis probetur 19
contumacia Rei? Reſpondetur, Reum dupliciter poſſe in contumacia conſtitui, ut habetur in *c. 3. de dolo t.* Primò ſi poſt trinam citationem, aut unam peremptoriam, quæ ſit vice trium ad judicium vocatus, cùm poſſit, nolit venire. Secundò ſi huc, illúcque vagetur, séque occultet, aut alia ratione impediat, quo minùs poſſit perſonaliter citari; tunc enim debet citatio fieri per edictum ad domum Rei, vel ad valvas Eccleſiæ, vel Curiæ affixum, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 57.* hiſce duobus modis Gloſſa in *c. de illicita 6. V. per-*

emptorio 22. q. 3. addit tertium; ſi nimirum citatus poſt primam citationem dicat, ſe nolle comparere, tunc enim docet Gloſſa, non eſſe iterum citandum, eò quia ejus contumacia ſatis declarata ſit. Cæterùm inſtituta actione, ſeu querela contra electum, ſi is non compareat, proceditur contra pſum ad teſtium receptionem, imò etiam ad ſententiam definitivam: ſi enim agatur contra electionem ob defectum formæ, aut vitium perſonæ, tum citari debet, ſi conſtet, ubi ſit, & deſignatur illi terminus, intra quem teneatur comparere, & eo elapſo, ſi non venit, nec Procuratorem, nec legitimi impedimenti excuſatorem miſit, proceditur non ſolùm ad teſtium receptionem, verùm etiam ad ſententiam definitivam. Et quia hæ cauſæ ſummariè aguntur, non eſt neceſſaria trina citatio, quia trina pertinet potiùs ad ſolemnitatem, & figuram, quæ in ſummariis poteſt prætermitti. Sin verò motâ actione contra electum non conſtet, ubi ſit, tunc expectari debet ſex menſibus, ut dicitur in *d. c. quoniam 5. n. 1.* Excipitur tamen niſi electus ad cathedralem, vel non cathedralem Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjectam intra tempus trimeſtre ad dictam Sedem pro confirmatione, & jure electionis ſuæ defendendo venerit, aut juſti impedimenti excuſationem attulerit: alioquin electio eſt ipſo jure irrita. Quòd ſi contra electum, vel confirmatum inſtituatur actio criminalis ad ejus depoſitionem, tum pôſita etiam contumacia ante litem conteſtatam procedi non poteſt ad teſtium receptionem. Sin verò contra proviſum agatur ad ejus amotionem, eò quia non fuerit canonicè inſtitutus, tum ſi Reus contumax ſit, ſed juſta de cauſa abſens, expectari debet, donec de ejus morte, vel renunciatione, aut contumacia veriſimiliter cognoſcatur.

TITULUS VII.

De Iuramento Calumniæ.

Liti conteſtatæ, vel etiam non conteſtatæ in caſibus, quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria, ſuccedit juramentum calumniæ *c. penult. h. t.* quod ab utraque parte præſtetur: ab Actore, ut teſtetur, ac juret, à ſe calumniæ animo litem non moveri, & à Reo, quòd putet, ſe bona inſtantia uti, & rationem pro defenſionibus ſuis conſtare; & quòd veniat tantùm ad reluctandum actori; adeò ut hoc juramentum ſit magis opinionis, quàm aſſertionis, non enim qui non obtinuit, perjurus dici poteſt. Ab utroque itidem jurari debet, quòd nihil penitus patrocinii gratiâ, alteri cuiquam in cauſa dederit, vel promiſerit, vel etiam daturus ſit per ſe, vel per alium, præterquam Advocato honoraria, & aliis, quæ à jure permittuntur *Authent. præſentes C. eod. juncta l. plebiſcito ff. de offic. Prætor.* Deſideratur hoc jusjurandum, ut auſus, & vehementer litigantium impetus coërceantur, ut Sacramenti religione, & timore, quaſi coërciti viri abſtineant à litibus non neceſſariis, nec pertinaci ſpiritu calumnioſo, aut litem inferant, aut ſuſcipiant. Remittitur verò Clericis, quibus omninò jurare non permittitur *l. 25. C. de Epiſcop. & Cler. can. 1. 2. q. 5.*

SUMMRIUM EXEGETICUM.

Omnium Capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. *INHÆRENTES 1. h. t. Honorius III. ſtatuit, clericum in cauſa ſua eccleſia non debere jurare in judicio juramento calumniæ, nec Epiſcopum inconſulto Papa: ſed Clericos debere hoc juramentum dare per alios actores, ſeu defenſores. Notandum eſt, olim ob reverentiam ſtatus clericalis, qui tantam fidelitatem, ac veracitatem in clericis exigit, ut illorum ſermo in fide facienda non debeat alius eſſe, quàm* eſt eſt, non non *juxta Chriſti doctrinam, adeò ut non minus ipſis injuratis credatur, quàm laicis juratis; hac de cauſa cautum fuiſſe, ne clerici jurare præſumerent; quàm prærogativam etiam Imperatores confirmârunt. Cæterùm graviores quæſtiones, ut notat Gloſſa terminandæ ſunt per Papam* c. quod transactionem de offic. deleg. *Notandum eſt in juramento calumniæ quinque contineri. Primò, quòd jurans credat, ſe bonam cauſam habere: Secundò quòd interrogatus non negabit, quod credit eſſe verum: tertiò quòd non utetur falſa probatione: quartò nec petet dilationem in fraudem:*

ſtandem : quinò nec promittet aliquid prò hac cauſa, niſi quæ jura permittunt. Cæterùm in cauſa criminali juramentum eſt præſtandum de calumnia. Hodiè tamen non ſervatur hoc capitulum : & in cauſa propria perſonaliter quilibet debet jurare, non ita in cauſa ſua Eccleſiæ ; quando litem aliis committit : ſecus enim eſt, quando vult litigare in perſona propria, quamvis ſit Epiſcopus. Immo ſi Clericus etiam juret ſine licentia Epiſcopi, adhuc judicium valet.

C. *LITTERAS 2. h. t. Idem Pontifex declarat, jus canonicum in cauſis eccleſiaſticis, decimis, & rebus ſpiritualibus non ordinare juramentum calumniæ, eò quia hæ cauſæ debeant tractari ex canonum æquitate, & non ex legum diſtrictione. Verùm hic textus eſt correctus* in c. 1. h. t. in 6. *ubi ſtatuitur, quòd etiam in his caſibus præſtetur juramentum calumniæ.*

C. *IN PERTRACTANDIS 3. h. t. Eugenius Papa declarat, juramentum calumniæ poſſe quandoque fieri per principales perſonas, quandoque per Oeconomos, & tunc ſit in animam jurantis. Per Oeconomos autem intelliguntur Defenſores, Syndici, Procuratores, Advocati, qui tenentur cauſæ notitiam habere, ne in periculum ſe conjiciant perjurii ; ſi principalis ipſis inſciis haberet cauſam malam ; proinde deberent jurare in animam illius, non ſuam. Hodie tamen tenentur jurare etiam in animam ſuam ſive ſint inſtructi de cauſa, ſive non, ne ſuſcipiant patrocinium cauſæ iniquæ.*

C. *IMPERATORIUM 4. h. t. Idem Pont. prohibet ne Abbas, & Monachi per ſe litigent, ſed ſtatuant Oeconomum, qui pro eis petat, & accipiat, præſtetque juramentum calumniæ, & ſi ipſi non eligant, debeat Oeconomum idoneum Epiſcopus eligere pro monaſterio ; ne cadat à ſuo jure : quia ut notat Gloſſa, qui de calumnia jurare non vult, cadit à cauſa, & à ſuo jure.*

C. *CÆTERUM 5. h. t. Lucius III. declarat, Clericos in ſuis cauſis debere jurare de calumnia non obſtante conſuetudine. Quia conſuetudo contra legem non eſt ſervanda.*

C. *CUM CAUSAM 6. h. t. Innocent. III. declarat, Priorem univerſitatis habentem mandatum de rate ; debere jurare de calumnia. Notat Gloſſa, excommunicatum conventum poſſe jurare de calumnia. Et. Reum ante litis conteſtationem eſſe interrogandum de quibuſdam, ut an poſſideat rem, de qua agitur : ſi neget, & Actor oppoſitum probet, eſt ei auferenda, & danda Actori.*

C. *CUM IN CAUSA 7. h. t. Gregorius IX. reſcribit Epiſcopo Belvacenſi, teneri Epiſcopum in cauſa pecuniaria ſi per ſe litigare vult, per ſe jurare, propoſitis tantùm, & non tactis evangeliis : ſin verò litiget per Procuratorem, per eundem poſſe jurare de calumnia. Pœna verò recuſantis hoc juramentum eſt, ut Actor ab inſtantia cadat actione ; & Reus habeatur pro confeſſo. Notandum eſt, cum Barboſa, clericos in ſacris conſtitutos non jurare tactis evangeliis, nec ſcripturis aliquibus, ſed tacto pectore : quòd tantùm ſervatur in judiciis ; quia in aliis caſibus, in quibus Epiſcopi, vel Religioſi emittunt profeſſionem, vel quid aliud ; jurantes tangunt evangelia. Rurſus hodiè Epiſcopus jure novo debet jurare in animam propriam, & in animam ſui Capituli. Actor autem qui non vult jurare cadit à cauſa, non tamen ipſo jure, ſed per ſententiam Judicis.*

IN SEXTO.

CAP. *SI DE CALUMNIA 1. h. t. Bonifacius VIII. declarat, juramentum de calumnia, vel de veritate dicenda, non eſſe neceſſe, ut fiat in principio litis, ſed poſſe fieri in qualibet litis parte. Quinimò ſi in tota cauſa juramentum calumniæ tacitè omittatur, adhuc proceſſus legitimè factus non eſt irritus, nec irritandus. Vult etiam Pontifex in cauſis ſpiritualibus jurari de calumnia, de veritate dicenda ; & per hunc textum corrigitur* c. litteras 2. h. t. *quòd in cauſis ſpiritualibus non exigatur juramentum calumniæ.*

C. *IN APPELLATIONIBUS 2. h. t. Idem Pont. ſtatuit, quòd licèt in lite ſit juratum ; adhuc tamen in cauſa appellationis ſit jurandum de calumnia, & veritate dicenda. Secundò, quòd etiam Procurator deputatus poſt juramentum calumniæ factum à principali, debeat & ipſe jurare de calumnia. Tertiò quòd licèt juratum fuerit de calumnia, & de veritate dicenda, adhuc poſſit Judex exigere juramentum malitiæ, quoties expedierit. Notandum eſt triplex in hoc texto diſtingui juramentum, ſcilicet calumniæ, de veritate dicenda, & malitiæ : primum eſt de credulitate quatenus jurans credit, ſe bonam cauſam habere ; ſecundum eſt, quòd jurans velit veritatem ſibi notam, perſpectam fateri ; tertium, quo quis jurat, nolle malitioſè exceptionem proponere, vel dilationem petere. Licèt hæc juramenta non ſint de ſubſtantia litis, poſſunt tamen, imò debent exigi ; & nolens jurare cauſâ cadit.*

C. *NULLAM SIBI 3. h. t. Declarat idem Pontifex, Procuratorem habentem, ſuper hoc ſpeciale mandatum, rectè admitti ad præſtandum juramentum calumniæ.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quomodo Iuramentum calumniæ præſtandum ſit.

1 INchoato judicio per litis conteſtationem immediatè præſtatur juramentum calumniæ, quo actor jurat, non calumniandi animo litē à ſe moveri, ſed quia reverà exiſtimet, ſe bonam cauſam habere; & viciſſim reus jurat, putate ſe valida inſtantia uti ad reſiſtendum actori, exiſtimans ſe jus habere in re illa, quam poſſidet *l. 2. in princ. C. de jurejur. propter calum. præſtan.* Hinc juramentum calumniæ iuxta præſens inſtitutum habetur, quando actor jurat, non calumniandi animo, ſe litem movere, ſed exiſtimando, ſe bonam cauſam habere; & viciſſim reus, quòd reſiſtat actori exiſtimando ſe jus habere. Rurſus calumniari in criminalibus perinde eſt, ac falſa crimina intentare *l. 1. §. 1. ff. eod. ad S. Conſult.* In civilibus autem per meras fruſtrationes negotium protrahere, vel per fraudem alios vexare litibus, & ſic vexantes per fraudem in jure dicuntur calumniatores *l. ſi calumnietur 233. in princ. ff. de V. S.*

2 Plura tamen continentur in juramento calumniæ: ſiquidem uterque litigans tam actor, quàm reus jurare debet, quòd credat, ſe juſtam cauſam habere, *l. 2. in princ. C. h. t.* Secundò, quòd interrogatus candidè veritatem erit reſponſurus ſuper omnibus. Tertiò, quòd falſa probatione non utetur; neque à ſuo adverſario ullam exiget ſuperfluam probationem, & quam non putaverit pro veritate neceſſariam *authent. in iſto juramento C. h. t.* Quartò, quòd nil patrocinii causâ dederit, aut promiſerit, vel ſit daturus, aut promiſſurus per ſe, vel per alios, præterquàm advocatis ordinaria ſalaria, quæ permittuntur dari à jure. Quintò, quòd calumnioſam dilationem non petet animo cauſam protrahendi, ac differendi judicium, ut notat Gloſſa in *c. 1. h. t.* Quæ verò huic juramento annectuntur, Gloſſa his verſibus comprehendit

Illud juretur, quod lis ſibi juſta videtur.
Et ſi quæretur, verum non inficietur.
Nil promittetur, nec falſa probatio detur.
Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur.

3 Differt verò juramentum calumniæ à juramento de veritate dicenda, quia illud præſtatur in cauſis civilibus, & pecuniariis; iſtud in ſpiritualibus, & eis annexis, vel etiam in criminalibus ab accuſatore jurante ſuam accuſationem veram eſſe. Tum quia juramentum de calumnia dicitur juramentum credulitatis, quo quis jurat, ſe credere, quòd bonam cauſam habeat: juramentum verò de veritate dicenda eſt juramentum de ſcientia, & veritate, quam quis ſit dicturus. Quòd verò juramentum de veritate dicenda, dicatur cadere ſuper ſcientiam, & juramentum calumniæ ſuper credulitatem, id in praxi non ſervatur, ſed ſufficit ſimpliciter jurare veritatem, ſive illam ſciat, ſive ſolum credat: ratio eſt, quia litigantes non ſemper habent de omnibus articulis exactam notitiam, ſed perſæpè probabilem tantùm opinionem, unde ne falſum jurent, ſatis eſt, ſi dicant, ſe credere, ita eſſe.

Rurſus differt juramentum calumniæ à juramento malitiæ, quia hoc fit, quandò eſt præſumptio contra partem litigantem, quòd malitioſè proponat exceptionem, aut petat dilationem, & hoc juramentum præſtari poteſt æquè ante, ac poſt litem conteſtatam, & per hoc differt à juramento calumniæ, quod tantùm poſt litem conteſtatam præſtatur; & ſemel tantùm in toto judicio, cùm juramentum malitiæ repetatur, quoties præſumitur aliquid malitioſè dici, aut fieri. Tum quia juramentum calumniæ ex jure antiquo nonniſi in cauſis profanis, & civilibus adhibetur. Secus juramentum malitiæ etiam in eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, ut liquet in *c. cum dilectis 22. ſup. de elect.* ubi præcipitur exigi juramentum de malitia ab iis, qui opponunt contra electionem Epiſcopi jam confirmatam à Metropolitano: ſiquidem tenentur juramentum malitiæ præſtare, quòd non malitioſè litem Epiſcopo moveant *c. litteras 13. §. propterea de reſtit. ſpol.* ubi quando quis uxori petenti reſtitutionem objicit gradum conſanguinitatis divina lege prohibitum, imponitur juramentum, quòd talis oppoſitio non procedat malitioſè. Sunt etiam in jure canonico plura alia exempla, quibus litigantes præſtant juramentum malitiæ: eſt enim hoc juramentum neceſſarium, ne malitioſè proponantur exceptiones, & petantur dilationes. 4

Juramentum calumniæ, ſi ab alterutra parte litigantium exactum fuerit, neceſſariò præſtari debet, quia tunc pertinet ad ſubſtantiam judicii, & ſi omittatur, irritat proceſſum, & ſententiam latam, ut deſumitur ex *l. 2. §. ſed quia veremur C. h. t.* & illud præſtare debet tam actor, quàm reus, & ſi actor recuſaverit, cadit jure ſuo, ſi verò reus noluerit illud præſtare, pro confeſſo habebitur, *l. 2. C. h. t.* ſin autem per Procuratorem agatur, is debet habere ſpeciale mandatum, & jurare. Primò in animam ſui principalis. Secundò in animam propriam, nimirum quòd nec ipſe credat ſe fovere cauſam injuſtam: perſæpè enim 5

pe enim Procurator majorem cauſæ habet notitiam, quàm ſuus principalis *d. l. 2. & c. 2. h. t. in 6.* Quòd ſi Procurator detrectaverit jurare in animam propriam, licèt aliqui cenſeant hanc Procuratoris contumaciam nocere domino, perinde ac ſi ipſe dominus noluiſſet jurare, nihilominus communior, & probabilior ſententia cum Saliceto *in l. cum, qui ff. de Procurat.* cenſet, delicto Procuratoris non debere dominum tam facilè prægravari, ſed ſufficere, ſi eidem Procuratori detrectanti jurare audientia denegetur *argu. l. ſancimus, & l. rem non novam C. de judic.*

Cæterum Gailus *lib. 1. obſervat. 89. num. 4.*
6 cenſet, poſſe hujuſmodi Procuratorem pœna aliqua pecuniaria mulctari, ac ſi temerè auſus ſit litem conteſtari. Tametſi juramentum calumniæ expreſsè remitti non poſſit; poteſt tamen non exigi: ſiquidem expreſſa remiſſio daret occaſionem calumniis, ſi enim ab initio non detur, ſemper partes timere poſſunt, ne durante judicio exigatur, quia omiſſum in exordio in qualibet parte litis peti poteſt, prout Judici magis viſum fuerit *c. 1. h. t. in 6.*

An verò clericis prohibitum ſit jurare; com-
7 munis reſponſio eſt quòd abſolutè loquendo non ſit illis prohibitum præſtare juramentum, eò quia ſit actus religioſus, ſi debitas contineat tres conditiones, veritatem, juſtitiam, & judicium *c. vſ. Chriſtus 26. de jure jur.* Epiſcopi tamen, & in dignitate eccleſiaſtica conſtituti, ut etiam Presbyteri non debent facilè jurare, ſed tantùm urgente magna aliqua neceſſitate. Imò nec clerici gaudentes privilegio fori debent abſque eccleſiaſtici Prælati licentia juramentum præſtare coram Judice laico, ut deſumitur ex *c. penult. 22. q. 5.* ſiquidem juramentum judiciale videtur eſſe coactivum, & neceſſarium, quod cum authoritate Judicis imponitur partibus: & non eſt conveniens, ut Judex laicus utatur propria authoritate in clericos abſque conſenſu Prælati Eccleſiaſtici, ut notat Gloſſa in *d. c. penult. 22. V. laico.* Secus in contractibus cum laico inſtitutis nil vetat, clericum jurare *argum. c. 2. de fidejuſſor.* quia ſicut contractus eſt voluntarius, & omnino liber, ita etiam juramentum eſt liberum, & voluntarium non coactum, adeò ut laicus non dicatur exercere ſuam authoritatem in clericos.

In judicio autem eccleſiaſtico exigente ſupe-
8 riore eccleſiaſtico, tenentur clerici præſtare juramentum calumniæ, malitiæ, & alia judicialia, ut liquet *ex c. in pertractan. c. cæterum 5. h. t.* quòd ſi clerici litem inſtituant coram Prælato non ſuo, licèt eccleſiaſtico, non niſi de licentia proprii ſui Ordinarii ad præſtandum juramentum de calumnia adigi debent *argum. c. 3. inhærenter h. t.* ubi prohibentur clerici litigantes coram Judice ſæculari jurare in propria perſona ſine ſui Prælati eccleſiaſtici licentia. Nihilominus id non ſemper obſervatur, cum in plerisque eccleſiis indifferenter ab omnibus in foro eccleſiaſtico litigantibus juramentum calumniæ exigatur.

Neque obſtat, ſi dicas, utriusque litigantis
9 debere eſſe eandem conditionem, proinde æquè teneri clericum coram Judice ſæculari juramentum præſtare, ac ſæcularem coram Judice eccleſiaſtico. Quia ſi actor clericus conveniat reum laicum coram ſuo Judice, tenetur laicus juramentum de calumnia præſtare, proinde etiam clericus coram eodem Judice videbitur idem juramentum præſtare, cùm ſit utrinque par ratio. Nam contrà eſt quia ab eccleſiaſticis, aliisque perſonis ſacris in judicio ſæculari perſonaliter agentibus non juramentum, ſed fides, & ſponſio, ſeu promiſſio debet exigi, ut liquet ex *c. ſi quis Presbyter,* ubi apertè dicitur, quòd ſi ſponſio exigatur in judicio ſæculari à ſacerdotibus, hujuſmodi interpoſitio fidei non ſit juramentum. Verùm tamen eſt, quòd hujuſmodi ſponſio, perinde ab Eccleſiaſticis ſervari debeat, ac ſi foret juramentum. Quòd ſi eccleſiaſtici per Procuratorem in judicio agant, tunc procedendum eſt cum diſtinctione, ſi enim cauſa Eccleſiæ agatur, non eſt neceſſe, ut ipſe clericus, vel Prælatus Eccleſiaſticus juramentum præſtet, ſed ſatis eſt ſi Syndicus, aut Procurator Eccleſiæ generaliter conſtitutus tale præſtet calumniæ juramentum, ut deſumitur ex *c. Imperatorum c. ult. h. t.* Sin verò agatur de cauſa propria ipſius clerici, tunc clericus poteſt Procuratorem conſtituere cum ſpeciali mandato jurandi in animam etiam ipſius conſtituentis *c. ult. h. t. in 6.* quia id cenſetur minus indecens, quàm ſi ipſemet Eccleſiaſticus coram Judice ſæculari per ſe ipſum immediatè juramentum præſtaret, ut notat Panormit. *hic num. 20.*

Quòd ſi Epiſcopus per ſe ipſum velit litem 10
inſtituere, tunc tenetur etiam ipſe perſonaliter in judicio juramentum calumniæ edere: ſiquidem id eſt neceſſarium ad litis proſecutionem, quia ſine juramento, ſi hoc fuerit à parte petitum non poteſt cauſa expediri. Cæterum ſicut Epiſcopus non tenetur per ſe ipſum litigare, ita neque compelli poteſt ad ſubjurandum ſubeundum: quia poteſt litem inſtituere per Procuratorem, vel per Syndicum, ut ipſemet juret in cauſis tum Eccleſiæ, tum propriis civilibus, ut conſtat ex *c. quia 3. cauſ. 5. q. 3.* ubi etiam ſtatuitur quòd ſacerdotes non per ſe ipſos immediatè, ſed per Procuratorem litigent in judicio: quamobrem licèt Epiſcopus, ſi velit, poſſit in judicio litigare, ac perſonaliter juramentum calumniæ edere, ad id tamen non poteſt compelli.

Tum quia de jure civili perſonæ illuſtres 11
non per ſe immediatè, ſed tantùm per Procuratorem, vel Advocatum in judicio litigant, ut ſtatuitur in *l. penult. junct. authent. hoc jus C. de*
Procurat. ſiquidem cum Judex ſedere debeat in 12
judicio, & actor, ac reus ſtare coram Judice, non decet, perſonas illuſtres ſtare coram Judice ſedente, & à fortiori id non decet Epiſcopos: proinde magis conveniens eſt, ut per Syndicum, vel Procuratorem lites inſtituant juxta *authent. ut ab illuſtrib. §. ſancimus col. 9.* Secus in cauſis criminalibus Epiſcopi nonnihil per ſe comparere debent in judicio, & perſonaliter agere, ac reſpondere, ut deſumitur ex *c. quia 3. cauſ. 5.* quando enim actio eſt criminalis tam Eccleſiaſtici, quàm illuſtres perſonæ tenentur per ſe perſonaliter comparere in judicio, & in illo agere,

& reſpondere. Tametſi juramentum calumniæ regulariter præſtetur tactis evangeliis, nihilominus Epiſcopus ſi per ſe ipſum immediatè litiget, non præſtet juramentum calumniæ tactis, ſed tantùm propoſitis evangeliis, ut liquet ex *c. ult.* Abbas ibid. *num. 3.* ob reverentiam Epiſcopalis dignitatis, ut notat Gloſſa in *cit. c. ult. h. t.* Quòd ſi cauſa fuerit graviſſima, tunc etiam Epiſcopus tenetur tactis evangeliis juramentum præſtare, non ſecus ac alii *c. quoties 9. cauſ. 1. q. 7.* In cauſis verò ordinariis, & minoris momenti Epiſcopi, & ſacerdotes non tenentur præſtare juramentum propriè dictum, ſed ſufficit, ſi promittant per ſanctam conſecrationem, ut colligitur ex *c. ſi quis Presbyter 4. cauſ. 2. q. 5.* ubi dicitur: *Presbyteri vice juramenti per ſanctam conſecrationem interrogentur; quia ſacerdotes ex levi cauſa non debent jurare.*

12 Hæc tamen ſponſio ſervanda eſt ab Eccleſiaſticis, non minus ac ſi eſſet juramentum. Abbas itidem, & conventus cogi non poſſunt, ut ipſi in judicio jurent de calumnia, ſed poſſunt mittere Syndicum idoneum, qui in animam ſuam juret. Non tamen prohibetur Prælatus ipſemet jurare, ſi in judicio velit perſonaliter comparere. Sin verò ſubſtituat Procuratorem, ſeu actorem, is in animam Prælati jurabit, ut etiam in animas conventûs, ſi cauſa pertineat ad totum conventum, & non poſſit in judicio agi ſine convento; debet tamen actor, ſeu Procurator ſpecialis habere ſpeciale mandatum de juramento in animas alienas; & quod dicitur de Monaſterio, intelligitur etiam de univerſitatibus, & collegiis habentibus Syndicum, ſeu actorem generalem; tunc enim ſufficit, ſi Syndicus juramentum præſtet in propriam animam; ſin autem non habeant generalem Syndicum, tunc principaliores univerſitatis, ut conſul, & ſenatores per ſe, vel Procuratorem ſpecialem jurare debent in proprias animas, ut notat Panormit. in *c. Imperatorum 6. h. t. num. 5.* Ad hoc tamen vitandum incommodum, ne multi jurare cogantur, eſt conceſſum univerſitatibus privilegium, ut Syndici agentis juramentum in judicio ſufficiat. Rurſus, Syndicus univerſitatis vocari etiam poteſt Procurator, ut deſumitur ex *c. cùm cauſam 6. h. t.* quia conſtituitur generaliter ad omnes cauſas: & quando Procurator non eſt ſpecialiter conſtitutus ad unam tantùm, vel alteram cauſam, ſed generaliter ad omnes cauſas, tunc juramentum in propriam animam etiam Principali abſente præcipitur, ut ſufficiens *c. petitio veſtra 9. de Procurat.*

13 Quamvis in cauſa principali, ſeu primæ inſtantiæ juramentum calumniæ, ſeu veritatis præſtitum ſit, nihilominus adhuc in ſecunda inſtantia debet iterum præſtari coram Judice appellationis, quia quando fit appellatio ad alium Judicem, tunc mutantur perſonæ judicii, ſcilicet Judex in cauſa appellationis; proinde pertinentia ad ordinem, ſeu ſolemnitatem judicii repeti ſolent, ſcilicet libelli oblatio, litis conteſtatio juramentum calumniæ. Quòd ſi perſona principalis poſt præſtitum juramentum calumniæ Procuratorem ad litem proſequendam conſtituerit, compellitur etiam ipſe Procurator jurare de calumnia, tametſi in cauſa inſtructus venerit, ſeu cum mandato, quid ponere, reſpondere, aut agere debeat.

Hinc præter juramentum præſtitum à Domino in animam ſuam, etiam Procurator compellitur jurare in propriam animam, quia etiam ipſe calumniam infert, ſi ſciens cauſam eſſe injuſtam, aut non credens eſſe juſtam, eam nihilominus defendendam ſuſcipiat, immo etiam patroni cauſarum, ſeu Advocati tenentur de calumnia jurare, ut liquet ex *l. 2. h. t. & l. rem non novam 12. de judic.* ſed id in praxi non obſervatur, ut notat Panormit. in *c. 1. n. 5. extra h. t.* ne ſcilicet perjuriis occaſio præbeatur, ſiquidem nonnunquam advocati oblatis pecuniis adducti cauſas ſuſcipiunt, quas juſtas, aut probabiles eſſe non cenſent, qua in re graviter peccant contra juſtitiam. Et quamvis juramentum calumniæ ſemel tantùm præſtandum ſit, eò quia ſe extendat ad totam cauſam: nihilominus ſi in progreſſu cauſæ ſuſpicio oriatur, quòd reus, vel actor malitiosè aliquid propoſuerit, aut exceperit, vel dilationem aliquam petierit, Judex jubere poteſt, ut de malitia juret, ſeu quod id non faciat malitiosè, ſed exiſtimans juſtam ſe cauſam habere: ſiquidem cauſe ſpecialis plus timetur, quàm generalis; unde quamvis generatim litigans præſtiterit juramentum, adhuc ſuper ſpeciali articulo poteſt juramentum malitiæ exigi, ut notant communiter juriſperiti. Quòd ſi reus, vel actor jurare de malitia contumaciter renuat, tunc præſumptio eſt contra renuentem jurare, & ad illum articulum non admittitur, & quandòque pro confeſſo habetur *argum. c. de confeſſis in 6.*

Cæterum in omnibus cauſis, in quibus probatio eſt neceſſaria, præſtandum eſt juramentum calumniæ, ſive cauſæ ſint civiles, ſive criminales *l. 1.* juncta Gloſſa *V. quidquam V. ſed certum C. de jurejur. propter calum. præſt.* Gloſſa in *c. 1. V. criminaliter h. t.* quia tametſi cauſæ civiles, & criminales inter ſe differant; non tamen quoad proceſſum, ac ordinem judiciarium: ſiquidem in omnibus cauſis ſemper proceditur eodem ordine, ut notat Abbas *in c. 1. num. 12. h. t.* Et licet olim ſpectato jure canonico juramentum calumniæ in cauſis ſpiritualibus non reciperetur, ut liquet ex *c. litteras 2. h. t.* eò quia in cauſis ſpiritualibus præſumeretur ſemper Deus haberi præ oculis, & ſic quòd litigentes non calumniarentur, ut notat Gloſſa in *c. 1. §. quamvis V. juramentum h. t. in 6.* vel etiam quia cauſæ ſpirituales ut pote eccleſiaſticæ non ſecundùm rigorem juris, & ſolemnitates legum civilium, ſed quantum fieri poteſt, ſimpliciter ſunt tractandæ: & juramentum calumniæ plura continet, ad quæ eſt reſpondendum, quòd illa credat eſſe vera, & quòd actor putet, ſe juſtam cauſam habere, ut etiam reus ſe juſtè reſiſtere.

Nihilominus de jure novo etiam in cauſis ſpiritualibus præſtatur juramentum, ut liquet ex *c. 1. §. quamvis h. t. in 6.* in quo habetur, quòd cum obſervatũ fuerit, etiam in cauſis eccleſiaſticis frequenter à litigantibus calumnias irrogari, ideo ſtatutum fuit, ut in dictis cauſis tam de veritate dicenda, quàm de calumnia, juramentum præſte-

præſtetur, ut via calumuiis præcludatur, & quia calumnia poteſt irrogari ab utroque litigante, ideo tam actor, quam reus debet juramentum calumniæ præſtare; adeo ut ambo jurent, non ſolùm quòd vera dicere velint, ſed etiam quòd credant, ſe cauſam juſtam, ſeu probabilem habere; & hoc juramentum etiam præſtatur in ſecunda inſtantia: quia appellatio ad Judicem ſuperiorem, quæ dicitur ſecunda inſtantia, diverſa eſt à prima inſtantia cauſæ principalis: ſiquidem eſt in cauſa appellationis alius Judex, aliud tribunal; & novæ in illa probationes, novæ defenſiones, ac exceptiones afferri, & proponi poſſunt, ut etiam nova libelli oblatio, & litis conteſtatio fieri debet; adeo ut ſit quaſi nova cauſa, in qua Procurator cauſæ principalis non cogitur proſequi ſecundam inſtantiam, ſeu cauſam appellationis.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones.

1 QUæritur primò, an juramentum calumniæ ſi ab alterutra parte litigantium exigatur, debeat neceſſariò præſtari? Reſpondetur affirmativè, adeò ut in hoc caſu juramentum calumniæ pertineat ad ſubſtantiam judicii, & omiſſum vitiet totum proceſſum, reddatque latam ſententiam nullius valoris, & deſumitur ex *l. 2. §. ſed quia veremur. C. h. t.* ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 88. num. 1.* ubi addit, Procuratores cæteris callidiores de induſtria ab initio exigere, ut præſtetur juramentum calumniæ, ſed non multum urgere, ut in fine poſſint proceſſum judiciarium arguere nullitatis ob petitum juramentum, & non præſtitum. Secus tamen eſt, ſi juramentum non fuerit petitum, tunc enim proceſſus judicii valet, & deſumitur ex *c. ſi de calumnia 1. §. propter h. t. in 6.* ubi Bonifacius VIII. reſcribit, quòd ſi in tota cauſa juramentum calumniæ tacitè omittatur, proceſſus aliás legitimè factus non eſt nullus, neque annullandus.

2 Hinc liquet, juramentum calumniæ, aut de veritate dicenda non poſſe à partibus remitti ob pactum expreſſum, quia hoc juramentum fuit à jure introductum ob bonum publicum, ut fraudes evitentur in judiciis, & ne veritas occultetur: & quia privatæ perſonæ non poſſunt, derogare juri communi, ita neque per inita pacta remittere hoc juramentum calumniæ: quia per tale pactum expreſſum videtur concedi facultas calumniandi, quod in jure reprobatur.

3 Cæterum licèt per pactum expreſſum non poſſint partes remittere hoc juramentum, poſſunt tamen illud non exigere negativè, proinde tacitè remittere: quia per hoc, quòd tacitè omittatur, non aperitur via calumniis, nec conceditur facultas calumniandi. Imò nec per conſuetudinem introduci poteſt, ut partes non jurent de calumnia vitanda, adeò ut expreſsè non poſſint remittere juramentum calumniæ, vel illud recuſare; ſi ex officio Judicis exigatur, & deſumitur ex *c. cæterum 5. h. t.* ubi Lucius III. reſcribit, clericos in ſuis cauſis teneri de calumnia jurare non obſtante conſuetudine: & quamvis ibi ſermo ſit de clericis, eorúmque propriis cauſis; textus tamen generaliter intelligitur quod ab utraque parte litigante debeat præſtari juramentum calumniæ, non obſtante contraria conſuetudine, quia conſuetudo, ut partes de calumnia non jurent, non poteſt prævalere contra legem, quod tamen intelligitur, ſi per occaſionem talis conſuetudinis veritas occultaretur, & via calumniis pateret; quia talis conſuetudo eſſet irrationabilis, & repugnans bonis moribus: alioquin ſi ob hominum probitatem, & fidelitatem ſimplex promiſſio non calumniandi, videretur ſufficere, præſertim in cauſis non arduis, tunc conſuetudine immemorabili poſſet tale juramentum abrogari, *l. de juram. calum.* & *c. ult. de conſuetud.* Cæterum commune eſt tam clericis, quam laicis, ad eliciendam veritatem, ut præſtetur juramentum calumniæ, & de veritate dicenda, nun obſtante conſuetudine contraria, quæ foret irrationabilis contra bonos mores, & præjudicaret juri ſcripto, ſeu legi, quæ tale induxit juramentum.

Quæritur ſecundò, an juramentum calumniæ differri poſſit uſque ad ſententiam; adeò ut 4
ſufficiat ſi tantùm in fine proceſſus, & antequam feratur ſententia definitiva, præſtetur? Reſpondetur negativè, nec valere conſuetudinem, ut juramentum calumniæ differatur uſque ad ſententiam: ratio eſt, quia per hoc daretur occaſio peierandi, ſiquidem qui fruſtratorias petiit dilationes, vel etiam falſum repoſuit in judicio, poſtea falſum juraret, aſſerens, ſe vera reſpondiſſe, idque ne fieret obnoxius pœnis in jure ſtatutis, & ne illas ſubiret, facilè induceretur ad jurandum falſum: & nunquam debet juramentum exigi quando veriſimiliter timetur de perjuriu; vel periculum adeſt de illius violatione. Poteſt nihilominus per conſuetudinem introduci, ut non juretur de calumnia, quando partes illud non exigunt, & tunc Judex non tenetur hoc juramentum exigere *argum. c. 1, §. propter h. t. in 6.* poſſunt enim partes non exigere tale juramentum, ſicut & cedere jure ſuo, imò etiam per reſcriptum ſupremi Principis poteſt ſtatui ut juramentum calumniæ à partibus non præſtetur: & ratio eſt perſpicua, quia cum hoc juramentum fuerit introductum jure poſitivo, poteſt ſupremus Prioceps illi derogare; dummodo Princeps in reſcripto addat, & exprimat clauſulam *Non obſtante tali lege*: ſecus Princeps inferior ſicut non poteſt derogare legi ſui ſuperioris, ita neque facultatem dare non præſtandi juramentum calumniæ: imò neque ipſe legatus Principis poteſt hoc juramentum tollere: ratio eſt, quia juramentum calumniæ ſpectat ad ſubſtantiam judicii, & legatus Principis non poteſt tollere, quæ pertinent ad talem judicii ſubſtantiam. Cæterum pars litigans tenetur jurare de calumnia non obſtante appellatione, quam inſtituit in cauſa, & deſumitur ex *c. Cæterum 5. h. t.* niſi tamen juſtam cauſam allegaret, ob quam non teneatur jurare; ratio eſt, quia videtur tantùm inhibita

hibita appellatio fuſtratoria, non verò, quæ interponitur ex juſta cauſa.

5 Quæritur tertiò, an Clericus in cauſa ſuæ eccleſiæ poſſit iuramentum calumniæ alteri committere? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. inhærentes 1. h. t.* ubi Honorius III. reſcribit, quòd Clericus in cauſa ſuæ Eccleſiæ non debeat jurare in judicio juramento calumniæ, nec Epiſcopus inconſulto Papâ; ſed debeant clerici hoc juramentum præſtare per alios actores, ſeu defenſores; quia perſonæ eccleſiaſticæ admonentur, ne ex cauſa levi jurent *c. ſi quis 2. q. 5.* præſertim cùm Chriſtus in evangelio dicat diſcipulis ſuis *Nolite omnia jurare, ſit autem ſermo veſter, eſt eſt; non non; quod autem his abundantius eſt, à malo eſt, Matth. c. 5.* Cæterum ex juſta cauſa etiam ipſi eccleſiaſtici poſſunt jurare, quia non omnia juramenta, ſed tantùm in cauſa, & quæ pro qualibet cauſa temporali in judicio feruntur, eis prohibentur *c. ſi quis 2. verum q. 5.*

6 Præterea quia ex frequenti præſtito à clericis juramento, quidam irrepit in populo error faciliùs jurandi, etiam ubi neceſſitas juramentum non exigit. Tum quia clerici non præſumuntur ádeo claram habere notitiam de cauſa Eccleſiæ, cum beneficia conſerantur ſucceſſoribus extraneis; ſicut quisque habet de re propria, quæ per hæreditariam ſucceſſionem, vel propriam induſtriam acquiritur, ut deſumitur ex *c. cæterum 5. h. t.* ex quibus deducitur, quòd tametſi regulariter juramentum calumniæ per ipſas principales perſonas in primo litis exordio ſit præſtandum; clericis tamen indulgetur, ut hujusmodi juramentum non compellantur ipſimet ſubire, ſed aliis idoneis defenſoribus illud poſſint delegare, ſi expedire viſum fuerit ad majorem ſuæ Eccleſiæ utilitatem *l. cùm clericis C. de Epiſcop. & cler.* & quamvis in effectu ipſi jurent, quando dant ſpeciale mandatum, ut alii jurent, nihilominus cum clerici per ſe noo jurent, nec tangant Evangelia, non videtur tantus error irrepere in populo. Juvat tamen obſervare, quòd ſi clerici coram Judice ſuo, ſeu eccleſiaſtico litigent, tunc exigente ſuperi re tenentur præſtare juramentum calumniæ, & deſumitur ex *c. cæterum 5. h. t.*

7 Sin verò agant, vel ſe clerici defendant coram Judice non ſuo, ſed alieno, quamvis eccleſiaſtico, non poſſunt jurare de calumnia absque ſpeciali licentia ſui Epiſcopi, & deſumitur ex *c. Inhærentes 1. h. t.* ubi generaliter dicitur, quòd clericus inconſulto ſuo Prælato non audeat jurare, eò qnia non poſſit conſentire in Judicem non ſuum: proinde ad id requiritur expreſſa licentia ſuperioris, idque etiam ob majorem reverentiam juramenti, ne clericus ita facilè peieret. Hinc multò minus debent clerici juramentum calumniæ perſonaliter præſtare coram Judice ſæculari ſine licentia ſui Prælari eccleſiaſtici, ſive clerici ſint Actores, ſive Rei *c. Nullus 22.* juncta Gloſſa *v. laico cauſ. 22 q. 5.* Ratio etiam ex eo petitur, qui juramentum judiciale eſt coactivum, & neceſſarium, quod à Judice partibus litigantibua imponitur, & Judex laicus non habec poteſtatem ita coercendi clericos ſine licentia proprii Prælati eccleſiaſtici. Cæterum in contractibus, quos clerici ineunt cum laico, oon prohibetur ipſis jurare etiam ſine conſenſu Epiſcopi, quia tale juramentum eſt voluntarium, quatenus ſuſcipitur libera contrahentium voluntate, ut notat Innocentius in *d. c. Inhærentes 1. num 2. h. t.* Cæterum ſi clerici in judicio coram Judice non ſuo, ſive hic ſit eccleſiaſticus, ſive ſæcularis, præſtant juramentum calumniæ ſine licentia ſui proprii Prælati Eccleſiaſtici, licèt non vitietur proceſſus, poteſt tamen irritari ut notat Barboſa in *collect. in d. c. Inhærentes 1. num. 8. h. t.* Quòd ſi in judicio agatur de cauſa Eccleſiæ, tunc non compellitur ipſe clericus, quicunque ille ſit jurare per ſe ipſum, ſeu perſonaliter de calumnia; ſed ſufficit ſi Syndicus, aut Procurator generaliter conſtitutus ad cauſas Eccleſiæ hoc juramentum calumniæ præſtet, & deſumitur ex *c. Imperatorum 4. h. t.* & ex *c. cum in cauſa ult. eod. tit.*

Secus ſi agatur de cauſa propria ipſius clerici debet tunc ipſemet iurare, vel ſaltem conſtituere Procuratorem habentem ſpeciale mandatum, qui juret in animam Domini principalis, ut deſumitur ex *c. cum in cauſa ult. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, qnòd Epiſcopus in cauſa propria, ſi velit per ſe litigare, debeat per ſe iurare propoſitis, & non tactis Evangeliis: ſi per Procuratorem, poſſit per eundem iurare de calumnia, unde datur optio eligendi, an per ſe, vel per alium velit Clericus in cauſa ſuæ Eccleſiæ præſtare iuramentum calumniæ, proinde ſatisfacit, alterum de duobus faciendo *l. plerumque ff. de jure dot.* & *l. Iusiurandum §. ait. ff. de jurejur.* Quod verò ſtatutum eſt de clericis, id etiam procedit de Religioſis, quia iſti in materia favorabili comprehenduntur nomine clericorum. 8

Poſſet tamen objici, quia utriusque litigantis eſt æqua conditio, proinde ſi laicus Reus coram Judice ſæculari compellitur iurare de calumnia, ſequitur, quòd etiam Actor clericus teneatur hoc idem iuramentum præſtare. Sed contra, & ratio diſcriminis ex eo petitur, quia à ſacerdotibus, & aliis perſonis ſacris perſonaliter agentibus in iudicio ſæculari fides, ſeu ſponſio exigitur, quia licèt hæc ſponſio, ſeu fidei interpoſitio non ſit iuramentum; perinde tamen ſolet à talibus excellentibus perſonis obſervari, ac laici obſervant ſua iuramenta. Tum quia ſi clerici per Procuratorem agant in iudicio, vel tum agant de cauſa Eccleſiæ, & ſufficit tunc ſi Syndicus, vel Procurator Eccleſiæ generaliter conſtitutus præſtet iuramentum calumniæ, ut deſumitur ex *c. ult.* Sin verò clerici agant in iudicio cauſam propriam poſſunt Procuratorem conſtituere cum ſpeciali mandato iurandi in animam ipſius conſtituentis, & deſumitur ex *c. nullam 3. h. t. in 6.* Hodie verò eſt generaliter conſtitutum; ut quilibet poſſit per Procuratorem habentem ad id ſpeciale mandatum præſtare huiusmodi iuramentum, ut habetur in *d. c. nullam ult. h. t. in 6.* ubi Bonifacius VIII. declarat, Procuratorem conſtitutum cum ſpeciali mandato ad iurandum de calumnia in tali cauſa 9

nomi-

nominata poſſe admitti ad præſtandum idem juramentum de calumnia.

10 Quæritur quartò, an in cauſis ſpiritualibus præſtandum ſit juramentum calumniæ? Reſponderur negativè, quia cauſæ ſpiritnales utpote eccleſiaſticæ non ex legum diſtrictione, ſed ex canonum æquitate debitum finem ſortiuntur *c. Dilecti de iudic. c. ſunt. 27. q. 2.* atqui ſacri Canones nullum exigunt juramentum calumniæ in cauſis ſpiritualibus, ut habetur in *c. litteras 2. h. t.* ubi Honorius III. declarat, jus canonicum in cauſis eccleſiaſticis, decimis, & rebus ſpiritualibus non exigere juramentum calumniæ, neque Eccleſiam conſuevisse illud exigere: unde tempore Honorii II. in cauſis ſpiritualibus rejiciebatur iuramentum calumniæ, & quia canon expreſſè non ordinat tale iuramentum, & diſpoſitio legis civilis non fuit moribus recepta, non eſt de neceſſitate ſervanda: ratio verò, cur canones non diſpoſuerint hoc iuramentum, nec diſpoſitionem legis civilis in hoc receperint, ex eo petitur, quia in huiusmodi cauſis homines præſumebantur magis Deum habere præ oculis, quàm bona temporalia, ſicque quòd litigantes in eis non calumniarentur, ut notat Gloſſa in *c. ſi de calumnia 1. v. iuramentum h. t. in 6.* & ſicut magis præſumitur pro hominibus ſpiritualibus, quàm pro aliis *c. In noſtro de Procurat.* ita in iſtis ſpiritualibus erat magis præſumendum *c. 5. de dolo, & contumacia,* hæcque ratio fuit, cur tempore Honorii II. in cauſis ſpiritualibus non præſtaretur iuramentum calumniæ, ſed tantùm de veritate dicenda: quia veritas reſpicit ſcientiam veritatis, & quia ſcientia veritatis ad pauca reſtringitur, facilius eſt ad illam per iuramentum reſpondere.

11 Verùm quia poſtea experientiâ deprehenſum fuit, quòd etiam in cauſis ſpiritualibus non obſtante iuramento de veritate dicenda homines calumniabantur, ideo textus in *c. litteras 2. h. t.* correctus fuit à Bonifacio VIII. in *c. ſi de calumnia 1. h. t. in 6.* non enim malitiæ eſt indulgendum *c. plerumque de reſcript.* & præſertim in ſpiritualibus, quibus debet ineſſe puritas, & abeſſe omnis dolus *c. ſicut diſt. 40.* Quamobrem hodie etiam in cauſis ſpiritualibus præſtatur iuramentum calumniæ, quia ius poſterius, quod habetur in *c. ſi de calumnia 1. h. t. in 6.* & eſt Bonifacii VIII. derogat iuri priori, quod habetur in *c. litteras 2. h. t.* & fuit Honorii II.

12 Quòd ſi petas, per quid iuramentum calumniæ differat à iuramento veritatis. Communior doctrina eſt, quam tradit Innocentius in *d. c. litteras 2. num. 1. h. t.* ubi ait, iuramentum calumniæ in eo differre à iuramento veritatis, quia hoc comprehendat tantùm ſcientiam, ſeu quòd iurans aſſerat, ſe velle dicere, quæ ſcit, vera eſſe: ſed iuramentum calumniæ præter hanc ſcientiã comprehendit etiam credulitatem, ſcilicet quòd iurans velit dicere, quæ vera eſſe ſcit, & etiam credit. Verùm hæc diſtinctio non videtur eſſe magnæ utilitatis: quia tum actor, tùm reus, cùm non poſſit habere ſcientiam exactam de omnibus articulis; ſed frequenter tantùm opinionem, vel credulitatem, tunc ſi Judici interroganti reſpondeat, ita eſſe, veritatem dicit, ſi revera credit, quòd ita ſit; falſitatem verò, ſi non credit ita eſſe, ex quo apparet; iuramentum de dicenda veritate ſe extendere etiam ad credulitatem, unde conſultiùs eſſe videtur, ſi Judex petat iurari, quæ iurans vera credit, & quòd velit vera dicere, ut notat Hoſtienſis apud Ancharanum in *c. litteras 2. h. t.*

13 Quæritur quintò, an præter perſonas principales, ſeu partes litigantes interdum etiam iurare de calumnia teneantur Syndici, & actores generales, ſive Oeconomi Eccleſiarum, Collegiorum, ſeu Univerſitatum, quique generaliter conſtituti ſunt ad quaslibet cauſas, ſi nomine Eccleſiæ, vel univerſitatis in iudicio agant, & quidem in animam ſuam ſine ſpeciali mandato, dummodo cauſa, vel negotium ipſis plenè innoteſcat? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. In pertractandis 3. h. t.* ubi Eugenius Papa reſcribit, iuramentum calumniæ poſſe fieri, quandoque per principales perſonas, & interdum per Oeconomos; & tunc fieri in animam iurantis. Hinc Syndici, ſeu Oeconomi conſtituti ad omnes cauſas univerſitatis agendas; ut etiam tutores, curatores, & aliæ ſimiles perſonæ, quæ alienarum rerum generalem adminiſtrationem habent, ſive à lege, ſive à Judice conceſſam, tenentur iurare de calumnia in propriam animam, tametſi ad id ſpeciale mandatum non acceperint, & eorum iuramentum ſufficit; nec neceſſe eſt, ut tunc ipſa perſona principalis iuret *l. 2. §. quod obſervari C. h. t.* & docet Abbas in *d. c. In pertractandis 3. num. 4. h. t.* Ratio petitur ex eo, quia habentes legitimam, & generalem adminiſtrationem præſumuntur exactiùs ſcire iuſtitiam cauſæ, quàm illi, quorum negotium agunt, réſque adminiſtrant, unde convenientius eſt, ut illi de calumnia iurent, quia hoc juramentum dirigitur ad credulitatem de iuſtitia cauſæ.

15 Quòd ſi Syndicus, vel Oeconomus, aut alius adminiſtrator generalis ſtatum cauſæ ſatis perſpectum non habeat; tunc ad iuramentum calumniæ, priusquam in cauſa ſit inſtructus, non eſt admittendus, & deſumitur ex *d. c. In pertractandis 3. h. t.* ibi, *qui cauſam omnino non neſciant, ſeu non ignorent*, ut notat Hoſtienſis ibid. *v. non neſciant*, & id ne ut anceps videatur periurus. Quòd ſi perſona principalis videatur exactiùs ſcire ſtatum cauſæ, ſeu controverſiæ, quàm Syndicus, vel adminiſtrator, tunc principalis perſona tenetur præſtare iuramentum calumniæ, dummodo per ſe ſtare poſſit in iudicio *argum. l. ult.* & ibi Gloſſa *v. Juſtiores C. de procurat.*

16 Sin verò perſona principalis non ſatis cognoſcat ea, quæ ſunt iuris, & nihilominus cenſeatur meliùs ſcire, quæ ſunt facti. Tum ſi perſonæ principales ſint ex non perfectis, ſed imbecillis diſcretionis, cuiusmodi ſunt Minorennes, prodigi, adhuc admitti poſſunt ad præſtandum iuramentum de dicenda veritate facti ſuper poſitionibus, & interrogationibus Judicis, ut docet Abbas in *c. cum cauſam 6. num. 11. h. t.* Sin verò principalis perſona videatur

hibita appellatio fuſtratoria, non verò, quæ interponitur ex juſta cauſa.

5 Quæritur tertiò, an Clericus in cauſa ſuæ eccleſiæ poſſit iuramentum calumniæ alteri committere? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. inhærentes 1. h. t.* ubi Honorius III. reſcribit, quòd Clericus in cauſa ſuæ Eccleſiæ non debeat jurare in judicio juramento calumniæ, nec Epiſcopus inconſulto Papâ; ſed debeant clerici hoc juramentum præſtare per alios actores, ſeu defenſores: quia perſonæ eccleſiaſticæ admonentur, ne ex cauſa levi jurent *c. ſi quis* 2. *q. 5.* præſertim cùm Chriſtus in evangelio dicat diſcipulis ſuis *Nolite omnia jurare, ſit autem ſermo veſter, eſt eſt; non non; quod autem his abundantius eſt, à malo eſt, Matth. c. 5.* Cæterum ex juſta cauſa etiam ipſi eccleſiaſtici poſſunt jurare, quia non omnia juramenta, ſed tantùm in cauſa, & quæ pro qualibet cauſa temporali in judicio feruntur, eis prohibentur *c. ſi quis 2. verum q. 5.*

6 Præterea quia ex frequenti præſtito à clericis juramento, quidam irrepit in populo error faciliùs jurandi, etiam ubi neceſſitas juramentum non exigit. Tum quia clerici non præſumuntur ádeo claram habere notitiam de cauſa Eccleſiæ, cum beneficia conferantur ſucceſſoribus extraneis; ſicut quisque habet de re propria, quæ per hæreditariam ſucceſſionem, vel propriam induſtriam acquiritur, ut deſumitur ex *c. ceterum 5. h. t.* ex quibus deducitur, quòd tametſi regulariter juramentum calumniæ per ipſas principales perſonas in primo litis exordio ſit præſtandum; clericis tamen indulgetur, ut hujusmodi juramentum non compellantur ipſimet ſubire, ſed aliis idoneis defenſoribus illud poſſint delegare, ſi expedire viſum fuerit ad majorem ſuæ Eccleſiæ utilitatem *l. cùm clericis C. de Epiſcop. & cler.* & quamvis in effectu ipſi jurent; quando dant ſpeciale mandatum, ut alii jurent, nihilominus cum clerici per ſe non jurent, nec tangant Evangelia, non videtur tantus error irrepere in populo. Juvat tamen obſervare, quòd ſi clerici coram Judice ſuo, ſeu eccleſiaſtico litigent, tunc exigente ſuperiore tenentur præſtare juramentum calumniæ, & deſumitur ex *c. caterum 5. h. t.*

7 Sin verò agant, vel ſe clerici defendant coram Judice non ſuo, ſed alieno, quamvis eccleſiaſtico, non poſſunt jurare de calumnia absque ſpeciali licentia ſui Epiſcopi, & deſumitur ex *c. Inhærentes 1. h. t.* ubi generaliter dicitur, quòd clericus inconſulto ſuo Prælato non audeat jurare, eò quia non poſſit conſentire in Judicem non ſuum: proinde ad id requiritur expreſſa licentia ſuperioris, idque etiam ob majorem reverentiam juramenti, ne clericus ita facilè peieret. Hinc multò minus debent clerici juramentum calumniæ perſonaliter præſtare coram Judice ſæculari ſine licentia ſui Prælati eccleſiaſtici, ſive clerici ſint Actores, ſive Rei *c. Nullus* 22. juncta Gloſſa *v. laico cauſ. 22 q. 5.* Ratio etiam ex eo petitur, qui juramentum judiciale eſt coactivum, & neceſſarium, quod à Judice partibus litigantibus imponitur, & Judex laicus non habet poteſtatem ita coercendi clericos ſine licentia proprii Prælati eccleſiaſtici. Cæterum in contractibus, quos clerici ineunt cum laico, non prohibetur ipſis jurare etiam ſine conſenſu Epiſcopi, quia tale juramentum eſt voluntarium, quatenus ſuſcipitur libera contrahentium voluntate, ut notat Innocentius in *d. c. Inhærentes 1. num 2. h. t.* Cæterum ſi clerici in judicio coram Judice non ſuo, ſive hic ſit eccleſiaſticus, ſive ſæcularis, præſtant juramentum calumniæ ſine licentia ſui proprii Prælati Eccleſiaſtici, licèt non vitietur proceſſus, poteſt tamen irritari ut notat Barboſa in *collect. in d. c. Inhærentes 1. num. 8. h. t.* Quòd ſi in judicio agatur de cauſa Eccleſiæ, tunc non compellitur ipſe clericus, quicunque ille ſit jurare per ſe ipſum, ſeu perſonaliter de calumnia; ſed ſufficit ſi Syndicus, aut Procurator generaliter conſtitutus ad cauſas Eccleſiæ hoc juramentum calumniæ præſtet, & deſumitur ex *c. Imperatorum 4. h. t.* & ex *c. cum in cauſa ult. eod. tit.*

8 Secus ſi agatur de cauſa propria ipſius clerici debet tunc ipſemet iurare, vel ſaltem conſtituere Procuratorem habentem ſpeciale mandatum, qui juret in animam Domini principalis, ut deſumitur ex *c. cum in cauſa ult. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, quòd Epiſcopus in cauſa propria, ſi velit per ſe litigare, debeat per ſe iurare propoſitis, & non tactis Evangeliis: ſi per Procuratorem, poſſit per eundem iurare de calumnia, unde datur optio eligendi, an per ſe, vel per alium velit Clericus in cauſa ſuæ Eccleſiæ præſtare iuramentum calumniæ, proinde ſatisfacit, alterum de duobus faciendo *l. plerumque ff. de jure dot.* & *l. Iusiurandum §. ait. ff. de jurejur.* Quod verò ſtatutum eſt de clericis, id etiam procedit de Religioſis, quia iſti in materia favorabili comprehenduntur nomine clericorum.

9 Poſſet tamen objici, quia utriusque litigantis eſt æqua conditio, proinde ſi laicus Reus coram Judice ſæculari compellitur iurare de calumnia, ſequitur, quòd etiam Actor clericus teneatur hoc idem iuramentum præſtare. Sed contra, & ratio diſcriminis ex eo petitur, quia à ſacerdotibus, & aliis perſonis ſacris perſonaliter agentibus in iudicio ſæculari fides, ſeu ſponſio exigitur, quia licèt hæc ſponſio, ſeu fidei interpoſitio non ſit iuramentum; perinde tamen ſolet à talibus excellentibus perſonis obſervari, ac laici obſervant ſua iuramenta. Tum quia ſi clerici per Procuratorem agant in iudicio, vel tum agunt de cauſa Eccleſiæ, & ſufficit tunc ſi Syndicus, vel Procurator Eccleſiæ generaliter conſtitutus præſtet iuramentum calumniæ, ut deſumitur ex *c. ult.* Sin verò clerici agant in iudicio cauſam propriam poſſunt Procuratorem conſtituere cum ſpeciali mandato iurandi in animam ipſius conſtituentis, & deſumitur ex *c. nullam 3. h. t. in 6.* Hodie verò eſt generaliter conſtitutum; ut quilibet poſſit per Procuratorem habentem ad id ſpeciale mandatum præſtare huiusmodi iuramentum, ut habetur in *d. c. nullam ult. h. t. in 6.* ubi Bonifacius VIII. declarat, Procuratorem conſtitutum cum ſpeciali mandato ad iurandum de calumnia in tali cauſa nomi-

nominata poſſe admitti ad præſtandum idem juramentum de calumnia.

10 Quæritur quartò, an in cauſis ſpiritualibus præſtandum ſit juramentum calumniæ? Reſpondetur negativè, quia cauſæ ſpirituales utpote eccleſiaſticæ non ex legum diſtrictione, ſed ex canonum æquitate debitum finem ſortiuntur *c. Dilecti de iudic. c. ſunt. 27. q. 2.* atqui ſacri Canones nullum exigunt juramentum calumniæ in cauſis ſpiritualibus, ut habetur in *c. litteras 2. h. t.* ubi Honorius III. declarat, jus canonicum in cauſis eccleſiaſticis, decimis, & rebus ſpiritualibus non exigere juramentum calumniæ, neque Eccleſiam conſueviſſe illud exigere: unde tempore Honorii II. in cauſis ſpiritualibus rejiciebatur iuramentum calumniæ, & quia canon expreſsè non ordinat tale iuramentum, & diſpoſitio legis civilis non fuit moribus recepta, non eſt de neceſſitate ſervanda: ratio verò, cur canones non diſpoſuerint hoc iuramentum, nec diſpoſitionem legis civilis in hoc receperint, ex eo petitur, quia in huiusmodi cauſis homines præſumebantur magis Deum habere præ oculis, quàm bona temporalia, ſicque quòd litigantes in eis non calumniarentur, ut notat Gloſſa in *c. ſi de calumnia 1. v. iuramentum h. t. in 6.* & ſicut magis præſumitur pro hominibus ſpiritualibus, quàm pro aliis *c. In noſtro de Procurat.* ita in iſtis ſpiritualibus erat magis præſumendum *c. 1. de dolo, & contumacia,* hæcque ratio fuit, cur tempore Honoris II. in cauſis ſpiritualibus non præſtaretur iuramentum calumniæ, ſed tantùm de veritate dicenda: quia veritas reſpicit ſcientiam veritatis, & quia ſcientia veritatis ad pauca reſtringitur, facilius eſt ad illam per iuramentum reſpondere.

11 Verùm quia poſtea experientiâ deprehenſum fuit, quòd etiam in cauſis ſpiritualibus non obſtante iuramento de veritate dicenda homines calumniabantur, ideo textus in *c. litteras 2. h. t.* correctus fuit à Bonifacio VIII. in *c. ſi de calumnia 1. h. t. in 6.* non enim malitiæ eſt indulgendum *c. plerumque de reſcript.* & præſertim in ſpiritualibus, quibus debet ineſſe puritas, & abeſſe omnis dolus *c. ſicut diſt. 40.* Quamobrem hodie etiam in cauſis ſpiritualibus præſtatur iuramentum calumniæ, quia ius poſterius, quod habetur in *c. ſi de calumnia 1. h. t. in 6.* & eſt Bonifacii VIII. derogat iuri priori, quod habetur in *c. litteras 2. h. t.* & fuit Honorii II.

12 Quòd ſi petas, per quid iuramentum calumniæ differat à iuramento veritatis. Communior doctrina eſt, quam tradit Innocentius in *d. c. litteras 2. num. 1. h. t.* ubi ait, iuramentum calumniæ in eo differre à iuramento veritatis, quia hoc comprehendat tantùm ſcientiam, ſeu quòd iurans aſſerat, ſe velle dicere, quæ ſcit, vera eſſe: ſed iuramentum calumniæ præter hanc ſcientiã comprehendit etiam credulitatem, ſcilicet quòd iurans velit dicere, quæ vera eſſe ſcit, & etiam credit. Verùm hæc diſtinctio non videtur eſſe magnæ utilitatis: quia tum actor, tum reus, cùm non poſſit habere ſcientiam exactam de omnibus articulis; ſed frequenter tantùm opinionem, vel credulitatem, tunc ſi Judici interroganti reſpondeat, ita eſſe, veritatem dicit, ſi revera credit, quòd ita ſit; falſitatem verò, ſi non credit ita eſſe, ex quo apparet; iuramentum de dicenda veritate ſe extendere etiam ad credulitatem, unde conſultiùs eſſe videtur, ſi Judex petat iurari, quæ iurans vera credit, & quòd velit vera dicere, ut notat Hoſtienſis apud Ancharanum in *c. litteras 2. h. t.*

Quæritur quintò, an præter perſonas principales, ſeu partes litigantes interdum etiam iurare de calumnia teneantur Syndici, & actores generales, ſive Oeconomi Eccleſiarum, Collegiorum, ſeu Univerſitatum, quique generaliter conſtituti ſunt ad quaslibet cauſas, ſi nomine Eccleſiæ, vel univerſitatis in iudicio agant, & quidem in animam ſuam ſine ſpeciali mandato, dummodo cauſa, vel negotium ipſis plenè innoteſcat? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. In pertractandis 3. h. t.* ubi Eugenius Papa reſcribit, iuramentum calumniæ poſſe fieri, quandoque per principales perſonas, & interdum per Oeconomos; & tunc fieri in animam iurantis. Hinc Syndici, ſeu Oeconomi conſtituti ad omnes cauſas univerſitatis agendas; ut etiam tutores, curatores, & aliæ ſimiles perſonæ, quæ alienarum rerum generalem adminiſtrationem habent, ſive à lege, ſive à Judice conceſſam, tenentur iurare de calumnia in propriam animam, tametſi ad id ſpeciale mandatum non acceperint, & eorum iuramentum ſufficit; nec neceſſe eſt, ut tunc ipſa perſona principalis iuret *l. 2. §. quod obſervari C. h. t.* & docet Abbas in *d. c. In pertractandis 3. num. 4. h. t.* Ratio petitur ex eo, quia habentes legitimam, & generalem adminiſtrationem præſumuntur exactiùs ſcire iuſtitiam cauſæ, quàm illi, quorum negotium agunt, réſque adminiſtrant, unde convenientius eſt, ut illi de calumnia iurent, quia hoc juramentum dirigitur ad credulitatem de iuſtitia cauſæ. 13

Quòd ſi Syndicus, vel Oeconomus, aut alius adminiſtrator generalis ſtatum cauſæ ſatis perſpectum non habeat; tunc ad iuramentum calumniæ, priuſquam in cauſa ſit inſtructus, non eſt admittendus, & deſumitur ex *d. c. In pertractandis 3. h. t.* ibi, *qui cauſam omnino non neſciant, ſeu non ignorent*, ut notat Hoſtienſis ibid. *v. non neſciant*, & id ne ut anceps videatur periurus. Quòd ſi perſona principalis videatur exactiùs ſcire ſtatum cauſæ, ſeu controverſiæ, quàm Syndicus, vel adminiſtrator, tunc principalis perſona tenetur præſtare iuramentum calumniæ, dummodo per ſe ſtare poſſit in iudicio *argum. l. ult.* & ibi Gloſſa *v. Iuſtiores C. de procurat.* 15

Sin verò perſona principalis non ſatis cognoſcat ea, quæ ſunt iuris, & nihilominus cenſeatur meliùs ſcire, quæ ſunt facti. Tum ſi perſonæ principales ſint ex non perfectis, ſed imbecillis diſcretionis, cuiusmodi ſunt Minorennes, prodigi, adhuc admitti poſſunt ad præſtandum iuramentum de dicenda veritate facti ſuper poſitionibus, & interrogationibus Judicis, ut docet Abbas in *c. cum cauſam 6. num. 11. h. t.* Sin verò principalis perſona videatur 16

habet e maiorem notitiam de iuſtitia cauſæ, quàm Syndicus, vel adminiſtrator; ſi legitimam perſonam ſtandi in judicio non habet, tunc non debet admitti ad iurandum niſi de veritate, ſi ſit perſona meliùs informata de facto, ut filius familias, pubes: ſecus ſi principalis habeat legitimam perſonam ſtandi in judicio, ut minor viginti quinque annis in cauſis ſpiritualibus, vel filiuſfamilias in cauſis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, tunc tenetur per ſe, vel per Procuratorem in animam ſuam iurare de calumnia.

17 Quamobrem principalis perſona non relevatur indiſtinctè ab onere iurandi de calumnia, quamvis compareat per Oeconomum, ſed ſibi, vel Oeconomo eſt deferendum inſpecta qualitate cauſæ, & perſonarum: ratio eſt, quia hoc iuramentum ad eum finem præſtatur, ut veritas eliciatur *c. Ex litteris de iureiur.* & etiam ut ejus timore contentioſa litigantium inſtantia coërceatur *l. 1. C. eod. unde verſus*, & quia nemo præſumitur proprium factum ignorare *c. ab. Excommunicato de reſcript.* & *c. quanto de præſumpt.* ideo licèt concedatur, ut Oeconom⁹, qui de cauſa ſit inſtructus, poſſit hoc iuramentum calumniæ in animam ſuam præſtare, quamvis non habeat ad illud à Domino principali ſpeciale mandatum, & hoc quia habet generalem adminiſtrationem; non propterea excluditur, quin & Dominus poſſit tale iuramentum præſtare, ſi per illud ſit præſumptio, quòd faciliùs poſſint ejus fraudes evitari. Quamobrem inſpecta qualitate cauſæ, & principalium perſonarum, interdum per ipſas principales perſonas, & quandoque per Oeconomos, qui cauſam omnino non neſciant, præſtandum eſt hoc iuramentum de calumnia.

18 Quæritur ſextò, an Univerſitas teneatur iurare de calumnia, niſi relevet ſe conſtituendo Oeconomum? Reſpondetur, quòd tametſi Univerſitas ſive Eccleſiaſtica, & regularis, ut Abbas, & Conventus; ſive ſæcularis ut Senatus alicujus civitatis, non poſſit compelli ad præſtandum iuramentum calumniæ in judicio, ſed poſſint mittere Syndicum, qui in animam ſuam iuret, dummodo idoneus ſit, & ſtatum cauſæ perſpectum habeat. Non tamen prohibetur Prælatus iurare, ſi perſonaliter in judicio compareat: vel per ſuum Procuratorem, & actorem ſpecialem, qui in animam tunc Prælati debet iurare, quinimò etiam in animas omnium de Conventu, aut majoris, ſeu principalioris partis, ſi tamen cauſa adeò ſit ardua, aut præiudicialis conventui, ut ſolus Prælatus ſine conventu eam defendere non poſſit, tunc enim debet ſpecialis Procurator inſtitui, qui habeat ſpeciale mandatum de præſtando iuramento in animas alienas, & deſumitur ex *c. Imperatorum 4. h. t.* ubi Eugenius Papa ſtatuit, ut Abbas, & Monachi non litigent per ſe, ſed conſtituant Oeconomum qui pro eis petat, & accipiat, ac præſtet iuramentum calumniæ, quòd ſi ipſi negligant eligere; Epiſcopus ipſe eligat idoneum Oeconomum pro monaſterio, ne hoc cadat à ſuo jure.

Cæterum Univerſitas tenetur jurare de calumnia, niſi relevet ſe conſtituendo Oeconomum, quia principaliores de univerſitate, per quos gubernatur, cenſentur illius facta non ignorare *l. Municipes 1. ff. ad municipal.* Verùm quia communia ordinariè negliguntur; quia quod ad totam pertinet communitatem, nullum videtur in particulari tangere; ideò univerſitati conceditur, ut ad id non cogatur, ſed poſſit id præſtare per Oeconomum, qui ſit de cauſa inſtructus, ſicut poſſunt hoc idem præſtare omnes habentes generalem adminiſtrationem; cujuſmodi ſunt tutores, curatores, Rectores Hoſpitalium, & alii ſimiles: alioquin ſi ipſa Univerſitas per ſuos principaliores, vel per ſuum Oeconomum taliter non iuraret, videretur hac occaſione illicitè detinere aliena iura, quapropter, ne id ſequatur, rectè ſtatuitur, ut ſi ex parte ſua hoc iuramentum non fuerit præſtitum cùm res illud poſtulaverit, decidat à ſua cauſa: etenim qui recuſat præſtare hoc iuramentum calumniæ, ſi eſt actor cadit à cauſa; ſi reus habetur pro confeſſo.

Oeconomus verò is dicitur, cui res Eccleſiaſticæ mandantur adminiſtrandæ. *cap. volumus diſt. 89.* Quòd ſi Univerſitas Eccleſiaſtica non conſtituat talem Oeconomum, tum ſi ſuperior talis communitatis agit, ipſemet iurat, cum habeat legitimam adminiſtrationem *c. edoceri de reſcript.* quòd ſi agat alius, tunc non eſt neceſſe, quòd omnes de communitate iurent, quia id eſſet perquam difficile, eſſétque impedimento negotiorum expeditioni. Tum quia periculum inde immineret, ut plures non bene inſtructi, nec informati forent perjuri: unde tunc ſi univerſitas ſit ſæcularis, iurant principaliores, per quos illa gubernatur *l. municipes 1. ff. ad Municip.* Sin verò ſit Eccleſiaſtica, tunc vel ſolus Abbas conſtituit Procuratorem, ſeu Syndicum ſpecialem, vel iurat ipſemet Abbas, vel etiam Abbas cum Conventu conſtituit Syndicum, vel poſſunt etiam jurare principaliores ipſius conventus. 19

Quæritur ſeptimò, an Clerici in eorum cauſis teneantur jurare de calumnia? Reſpondetur quòd ſi clerici coram Judice ſuo Eccleſiaſtico litigent, debeant adigi ad præſtandum juramentum calumniæ non obſtante contraria conſuetudine, & deſumitur ex *c. Cæterum 5. h. t.* ubi Lucius III. reſcribit clericos in ſuis cauſis teneri iurare de calumnia non obſtante conſuetudine: & ratio petitur ex eo, ut virtute hujus juramenti litigantium fraudes evitentur: quinimò non ſolùm actor tenetur de calumnia jurare, ſed etiam Reus; prius tamen ille, qui ad litem provocavit: nec conſuetudo ut partes de calumnia non jurent, poteſt prævalere contra legem, ſi appareat, ut occaſione talis conſuetudinis veritas poſſit occultari, & via calumniis aperiri: quia eſſet tunc hæc conſuetudo irrationabilis, quæ bonis moribus adverſaretur. Cæterum quia in cauſis Eccleſiarum indulgetur Clericis, ut non compellantur ad illud perſonaliter præſtandum, ſi alteri hoc officium demandaverint, ut habetur in *c. Inhærentes 1. h. t.* ubi Honorius III. reſcribit, Clericos in cauſa ſuæ Eccleſiæ non debere jurare in judicio juramento calumniæ, ſed hoc eſſe præſtandum 20

ſtandum per alios actores, ſeu defenſores: & cùm exceptio firmet regulam in contrarium *cap. Dominus 32. q. 6.* & incluſio unius ſit etiam excluſio alterius *l. cum Prætor. ff. de judic.* ſequitur, quòd in propriis cauſis clericorum, in quibus ipſimet Clerici præſumuntur meliùs informati, quàm in cauſis Eccleſiarum, quæ per extraneorum ſucceſſiones variantur, remanet regula univerſalis, ut ipſi perinde, ac alii principales teneantur ad hoc juramentum.

21 Verùm hodie per jus poſterius poteſt quilibet præſtare tale juramentum per Procuratorem habentem ad id ſpeciale mandatum, & deſumitur ex *c. Nullam ult. h. t. in 6.* ubi Bonifacius VIII. declarat, Procuratorem conſtitutum cum ſpeciali mandato ad jurandum de calumnia in tali cauſa nominata poſſe admitti ad juramentum calumniæ.

22 Quæritur octavò, in quibus cauſis præſtandum ſit hoc juramentum calumniæ? Reſpondetur, in omnibus, in quibus probatio eſt neceſſaria, ſive ſint civiles, ſive criminales, ſive ordinariæ, ſive delegatæ, ſive compromiſſariæ, quæ tractantur coram arbitris *l. 2. §. ſed quia C. h. t.* & ſive parvæ ſint, ſive magnæ, ut notet Weſenbech. in *paratit. C. eod. n. 7.* Olim tamen in cauſis ſpiritualibus ſpectato jure canonico juramentum calumniæ non deferebatur, nec recipiebatur, quia in ſpiritualibus præſumebatur, quòd ſemper Deus haberetur præ oculis, ac proinde litigantes non calumniarentur. Tum quia non decet, ut Clerici præſertim in rebus ſpiritualibus multiplicent juramenta, quia in eccleſiaſticis non debet eſſe ſuſpicio fraudis. Verùm id correctum eſt in *c. ſi de calumnia §. quamvis h. t.* ubi Bonifatius VIII. decrevit, ut etiam in cauſis ſpiritualibus tam de veritate dicenda, quàm de calumnia juramentum præſtetur, ut via præcludatur calumniis, quæ ratio tam procedit de actore, quàm Reo; adeò ut ab utroque exigatur hoc juramentum.

23 Quæritur nonò, an ſi Epiſcopus per ſe ipſum eligat litigare, debeat & ipſe juramentum de calumnia præſtare.? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. cùm in cauſa ult. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, quòd Epiſcopus in cauſa pecuniaria, ſi per ſe litigare velit, debeat etiam per ſe jurare propoſitis, & non tactis evangeliis: ſin verò per Procuratorem, poſſit per eundem illud præſtare: ratio eſt, quia juramentum de calumnia eſt acceſſorium ad litis proſecutionem: ſiquidem ſine illo, ſi fuerit à parte requiſitum, non poteſt cauſa expediri: & quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis *c. acceſſorium de regul. jur. in 6.* ideò Epiſcopus, vel alius, qui per ſe ipſum vult litigare, tenetur etiam hoc juramentum calumniæ præſtare, tametſi Epiſcopus ſit; hoc tamen diſcrimine: quia Epiſcopus jurat propoſitis, ſed non tactis evangeliis, quia evangeliorum præſentia juranti terrorem incutit, & veritati ſuffragium impendit, ut notat Hoſtienſis in *ſum. h. t. §. quis debet*, ſiquidem perjurium tantò magis eſt pœnale, quantò ſacrius eſt id, ſuper quo præſtitum fuit juramentum *c. movet. 22. q. 1.*

24 Nihilominùs quia Clerici gaudent indiſtinctè privilegio in levioribus cauſis, ut locò juramenti per ſanctam conſecrationem interrogentur, ideò ex levi cauſa non debent ſacerdotes jurare, ne manus, per quas corpus, & ſanguis Chriſti conficitur, pollui videantur in vulgi opinione *c. ſi quis 2. q. 5.* hinc congruum erat, ut Epiſcopi hoc gauderent privilegio, ut ſicut in cauſis arduis, caſibúſque gravioribus jurando tenentur evangelia tangere *c. quoties 1. q. 7.* ita in cauſis ordinariis, & caſibus levioribus, in quibus debent jurare, ſufficit, ſi evangelia eis proponantur, & illa non tangant, ſed tantùm jurando elevent manus verſùs ipſa *c. teſtimonium 11. q. 1.* Cæterùm actor, ſi recuſet præſtare juramentum calumniæ ſine cauſa, cadit ab inſtituta actione: quia hoc juramentum fuit inventum ad evitandas fraudes litigantium, proinde actor, qui recuſet illud præſtare, cenſetur improbus litigator, & qui ſemel actionem proponit, vel debet cauſa cadere, vel litem usque ad finem experiri *auth. qui ſemel C. quomodo, & quando de judic.* proinde cum actor nolens jurare, cenſeatur injuſtam cauſam fraudulenter moviſſe, expellitur à tali judicio. Reus autem, ſi etiam recuſet jurare, habetur pro confeſſo, quia tunc cenſetur malitiosè ſubterfugere, ſéque à tali juramento abſtinere, ne peierando peccet: & quia, qui fovet injuſtam partem in judicio, debet, ab ea cadere *c. fin. de dol. & contum.* ideò ſi aliquod jus in cauſa habebat, per hanc præſumptam fraudem illud amittit. Verùm hæc amiſſio non incurritur ipſo jure, ſed per ſententiam Judicis eſt incurrenda.

Quæritur decimò, an juramentum calumniæ præſtari poſſit per Procuratorem, & quomodo? Reſpondetur, poſſe perſonas principales non ſolùm im̃ediatè per ſe ipſas, verùm & per Procuratorem à ſe ſubſtitutum præſtare juramentũ calumniæ, dummodo Procurator ſuper id à Principalibus ſpeciale acceperit mandatum, & deſumitur ex *c. cùm in cauſa 7. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, Epiſcopum in cauſa pecuniaria, ſi per ſe litigare velit, debere per ſe jurare propoſitis, & non tactis evangeliis: ſi per Procuratorem; per eundem poſſit jurare de calumnia: ex quo textu liquet, juramentum calumniæ præſtari poſſe per Procuratorem: & licèt antiquitùs ſolis Epiſcopis permiſſum fuerit jurare per alium, vel etiam Clericis in cauſis tantùm ſuæ Eccleſiæ, hodiè tamen id omnibus permittitur. Neque inde ſequitur, textum in *c. 7. h. t.* ſuperfluere, eò quia nil juris ſpecialis tribuat Epiſcopis, cùm iis tantùm concedat, quòd poſſint jurare de calumnia per alium, quod non ſolis Epiſcopis, ſed omnibus aliis conceditur. Nam contra eſt, quia per talem textum conſtat, quid de jure antiquo potuerint circa juramentum calumniæ principales litigantes, ſive clerici, ſive laici fuerint; & clerici, & Epiſcopi per hoc diſtinguebantur à laicis, quòd illi, non iſti potuerint per Procuratorem à ſe ſubſtitutum præſtare juramentum calumniæ, nunc autem ad id non ampliùs textus inſervit, ut notat Abbas in *c. inhærentes 1. n. 15. h. t.* hodie tamen Procurator habens ſpeciale jurandi mandatum, debet verba concipere in perſonam Principalis, ac jurare in ejus animam, adeò ut ipſe principalis videatur jurare per os ſui Procuratoris 25

toris, veluti per proprium organum; non enim Procurator nomine proprio, ſed nomine ſui Principalis, & in ejus animam jurat, & loquitur, ac ſi eſſet ipſe Principalis, qui juraret.

26 Debet propterea Procurator habere ſpeciale mandatum à ſuo Principali ad jurandum ſuo nomine: non enim ut Procurator poſſit jurare de calumnia in animam ſui principalis, ſufficit mandatum generale ad agendas omnes ejus cauſas, imò nec ſufficit mandatum generale jurandi de calumnia in quacunque cauſa, ſed neceſſarium eſt mandatum ſpeciale jurandi in tali particolari cauſa, quæ exprimi debet à Principali, ut notat Gloſſa in *d. c. Nullam ſibi ult. h. t. in 6.* & ratio ex eo deſumitur, quia Procurator generaliter tantùm conſtitutus, non eſt inſtructus ſpecialiter in qualibet cauſa, proinde ſi malè juraret in aliqua cauſa in animam ſui principalis, non obligaret ipſum principalem ad perjurium. Tum quia in generali mandato non comprehenditur delictum *l. ſi procurator juncta Gloſſa V. quoniam ff. de condi. indeb.* Verùm Abbas in *c. Cæterum 5. n. 7. h. t.* id limitat in caſu, quo principalis plurimum diſtat, nec brevì ſit reverſurus; tunc enim aſſerit, admittendum eſſe procuratorem iam ante litem conteſtatam generaliter conſtitutum: eò quia tunc non ſit imputandum principali, cùm ante ſuum diſceſſum ignoraverit, litem contra ſe fore movendam, unde non potuit ſuo Procuratori dare mandatum ſpeciale in tali cauſa jurandi de calumnia in animam ſuam. Tum quia ratione abſentiæ plura permittuntur, quæ præſentibus minimè conceduntur, *c. ſi Epiſcopus de ſupplen. neglig. Prælat. in 6. l. ſi longius §. de judic.* Gloſſa tamen in *d. c. cæterum 5. V. ab utraque h. t.* mavult, in tali caſu dandum eſſe curatorem bonis, qui poſtea ſit juramentum calumniæ præſtiturus *argum. l. 1. & 2. ff. de Curat. bonis dand.*

27 Cæterùm notat Pirhing. *h. t. n. 12.* Procuratorem ſubſtitutum ad jurandum de calumnia nomine ſui principalis teneri duplex deponere juramentum calumniæ, unum in animam ſui principalis, & aliud in animam propriam, & ſuo proprio nomine, quo dicat, ſe velle calumniam evitare, & ſimul credat, juſtam ſe cauſam fovere, & id deſumitur ex *c. in appellationibus 2. h. t. in 6.* ubi Procuratores deputati poſt præſtitum juramentum calumniæ nomine ſuorum principalium jubentur præſtare ſecundum juramentum, quo jurent, ſe omnem calumniam velle evitare: & meritò hoc ſecundum juramentum videtur exigendum etiam ab ipſis procuratoribus, cùm ipſi plerumque majorem habeant notitiam cauſæ, ac citiùs ejus deprehendant injuſtitiam, quàm Dominus Principalis. Tum quia procuratores etiam meliùs cognoſcunt modum calumniandi, proinde meritò etiam ab ipſis exigitur juramentum calumniæ, tametſi ad hoc non requiratur ſpeciale mandatum Domini Principalis. Imò ſi poſt præſtitum utrumque juramentum conſtituatur novus Procurator; etiam iſte tenetur de calumnia jurare non obſtante priore alterius iuramento; ut etiam ab hoc ſecundo Procuratore recèns ſubſtituto evitetur calumnia, ut deſumitur ex *d. c. in appellationibus h. t. in 6.*

28 Idque non ſolùm procedit de procuratoribus particolaribus ſpectato rigore iuris; verùm etiam de Advocatis, adeò ut teneantur & ipſi iurare de calumnia ab ipſis vitanda *l. rem non novam §. patroni C. de judic.* notat tamen Abbas in *c. Inhærentes 1. n. 5. h. t.* hudie conſuetudinem inolere, ut advocati non præſtent huiusmodi iuramentum, eò quia iam emiſerint iuramentum generale de vitandis calumniis in omnibus cauſis, quibus erunt ipſi patrocinaturi: hinc nec Judex in cauſas ſingulas tenetur hodie iurare de calumnia, eò quia ab initio ſui officii iam præſtiterit generale iuramentum *authent. Jusjurand. quod præſtatur ab his. §. penult. collat. 2.* Verùm licèt ſimplex procurator conſtitutus à particulari perſona nequeat ſine ſpeciali mandato principalis iurare de calumnia; id tamen non procedit de Syndico conſtituto ad cauſas alicuius collegii, vel univerſitatis generaliter agendas: hic enim regulariter iurat in cauſa univerſitatis etiam ſine alio ſpeciali mandato, eò quia ſit ille meliùs informatus de tali cauſa, quàm ipſa univerſitas, ut notat Abbas in *c. cùm in cauſa ult. n. 10. h. t.* & quod dicitur de Syndico, procedit etiam de Tutoribus, Curatoribus, aliiſque habentibus generalem adminiſtrationem rerum alienarum authoritate legitima, quia meliùs præſumuntur ſcire iuſtitiam cauſæ, quàm pupilli, & minorennes *l. 2. §. quòd, obſervari C. de jurejur. prop. calum.*

29 Quæritur undecimò, an ex partium conſenſu remitti poſſit iuramentum calumniæ? Reſpondetur, expreſsè non poſſe remitti, ſed tantùm tacitè, quatenus partes ſi velint poſſunt illud non exigere: quòd non poſſint expreſsè, deſumitur ex *l. 2. §. ſed quia C. de jurejur. propter. calum.* ibi enim dicitur, iuramentum calumniæ fuiſſe introductum pro publica utilitate, & non ob commodum privatorum; ne ſcilicet per calumniam fruſtra Judices fatigentur, & lites in infinitum multiplicentur: per pacta autem privatorum non poteſt derogari ſtatutis, quæ ſunt introdicta pro communi utilitate *c. ſi diligenti 12. de foro compet.* Tum quia per pactum illud expreſſum videretur conceſſa facultas impunè calumniandi, ac utendi fraudibus in iudicio: & quia id bonis moribus adverſatur; ita pactum hoc expreſſum remittendi iuramentum calumniæ, utpote contra bonos mores nullius eſt valoris *c. ult. de pact.* ubi irritantur pacta omnia turpia, quæque bonis moribus contraria ſunt: & licèt *c. tuis 39. de teſtib.* dicatur, iuramentum teſtium poſſe expreſsè remitti, id non obſtat, quia iuramentum teſtium principaliter eſt introductum in favorem partium. Secus iuramentum calumniæ in favorem publicum, cui privatus non poteſt derogare, tametſi poſſit totum ius ſuum verbo alterius, ſeu teſti etiam non iurato relinquere, ut notat Gloſſa in *d. c. tuis 39. V. remittatur de teſtib.* Hinc ſi litigantes pactum inter ſe inierint, & quidem expreſſum de non præſtando iuramento calumniæ, etiam ſi Judex illud præcipiat, quamvis tunc neutra pars perdat ius ſuum, non tamen Judex procedit in cauſa. Si enim procederet in tali cauſa, & ferret

ſenten-

ſententiam, hæc nullum ſortiretur valorem *l. prolatam C. de ſent. & interlocut. omnium judic.* quia privati non poſſunt derogare ſtatuto introducto in publicam utilitatem, cui atiam Judex in ſententiis ferendis tenetur conformari.

30 Quòd verò tacitè poſſint communi conſenſo partes litigantes remittere tale jurameatum calumniæ, ſeu illud non exigere, deſumitur ex *c. ſi de calumnia 1. b. t. in 6.* ubi Bonifacius VIII. reſcribit, quòd ſi in tota cauſa iuramentum calumniæ tacitè omittatur, proceſſus legitimè factus non eſt irritus, neque irritandus. Ratio ex eo itidem petitur, quia præſtatio iuramenti calumniæ poſt conteſtatam litem non eſt de ſubſtantia proceſsûs iodiciarii; proinde ſi omittatur, adhuc perſeverat proceſſus quoad ſua ſubſtantialia, & ſuum ſortitur valorem. Neque ex eo, quòd partes non exigant hoc iuramentum, & illud tacitè remittant, aperitur via calumniis, quia ſi hoc periculum immineret, & id innoteſceret Judici, poſſet hic ſemper in quacunque parte iudicii exigere à partibus litigantibus hoc iuramentum calumniæ, ut enim reſcribit Bonifacius VIII. in *c. ſi de calumnia 1. b. t. in 6.* iuramentum de calumnia, vel de veritate dicenda non eſt neceſsè, ut fiat initio litis, poteſt enim fieri in qualibet parte litis. Secus tamen ſi expreſsè litigantes pepigiſſent remiſſionem talis iuramenti, quia tunc non poſſet ampliùs exigi: & hæc eſt ratio, cur tacitè remitti poſſit, non ita expreſsè.

31 Quæritur duodecimò, an ſaltem per conſuetudinem poſſit introduci, ut partes litigantes etiam à Judice petitæ non teneantur præſtare hoc iuramentum calumniæ? Reſpondetur negativè, & talem conſuetudinem nullius fore valoris, & deſumitur ex *c. conſtitutus 3. de fidejuſſor.* ubi Pontifex reſcribit, teneri Reum non obſtante conſuetudine, quæ eſt legi contraria iuramentum calumniæ emittere. Ratio ex eo etiam deſumitur, quia quoties conſuetudo non eſt rationabilis, imò adverſatur bonis moribus, & viam ſternit fraudibus, & calumniis, non poteſt ullum ſortiri valorem, alioquin induceret obligationem contra bonos mores, contra quos nemo poteſt obligari: atqui conſuetudo, quâ partes litigantes à Judice petitæ non teneantur præſtare iuramentum calumniæ, non eſt rationabilis, quia anſam aperiret calumniandi, & fraudes inveniendi: ad id enim iuramentum calumniæ fuit à iure inductum, ut veritas pateret, & fraudes evitarentur, proinde huiusmodi conſuetudo eſſet abuſus, nec ullum ſortiretur valorem.

Hinc nec valet conſuetudo differendi iuramentum calumniæ usque ad finem litis seu prolationem ſententiæ; adeo ut debeat hoc iuramentum præſtari priùs quàm quis in cauſa audiatur, ut notat Pirhing, *num. 7. h. t.* & docet Abbas in *c. cæterum 5. num. 4. h. t.* quia neque hæc conſuetudo rationabilis eſſet, cùm præiudicaret bonis moribus, & diſpoſitioni iuris communis: ſiquidem præberet occaſionem peierandi, ſi litigantes iam ante reſpondiſſent falſum, vel fruſtratoriam dilationem petiiſſent: facilè tunc inducerentur ad peierandum, ſi à Judice poſtea compellerentur ad præſtandum hoc iuramentum calumniæ: tum enim timore pœnæ facilè iurarent contra proprium dictum: vel factum, unde hæc conſuetudo utpote contra bonos mores non eſſet rationabilis, proinde nulla. Eſſet etiam contra diſpoſitionem iuris communis ſtatuentis iuramentum calumniæ eſſe præſtandum in litis exordio. 32

33 Tum quia iuramentum tunc non debet exigi, quando probabiliter dubitatur de periurio, alioquin daretur occaſio peierandi *argum. can. ille qui 22. q. 5.* Præterea quia ad veritatem eruendam, & fraudes præcavendas plus efficaciæ habet iuramentum præcedens, quàm ſubſequens, quapropter teſtes priusquam audiantur, coguntur iurare *can. ſi teſtes §. juiurandi 4. q. 3.* & meritò etiam exigitur ab initio litis tam ab actore, quàm reo ſuper tota cauſa, quòd nimirum bona fide, & quòd credant ſe iuſtam habere litigandi cauſam; non verò animo calumniandi agere, & reſpondere velint vera per totius litis decurſum: unde iuramentum calumniæ tria continet, primò ut actor credat ſe iuſtam cauſam habere, & reus putet ſe bonâ inſtantiâ uti *l. 2. C. de jurejur. propt. calum.* Secundò quòd nullam petant dilationem calumnioſam, neque probationem ſuperfluam exigant ab adverſario in fraudem *l. 1. juncta authent. in iſto juramento. C. eod.* Tertiò quòd nihil promiſerint, dederint, vel daturi ſint per ſe, vel per alios causâ patrocinii, Judicibus, aliisve perſonis, exceptis propriis advocatis, aliisque perſonis, quibus dari poſſe iura diſponunt. *authent. principales C. eod.*

TITULUS VIII.

De dilationibus.

QUia lite conteſtatâ, præſtitóque utrinque calumniæ iuramento ſolent litigatores dilationes, ſeu inducias petere, Actor ad intentionem ſuam probandam, & Reus ad reſpondendum Actoris petitioni, & ad probandam exceptionem; ſi quam habet; ideo recta procedens Pontifex methodo poſt Juramentum de calumnia agit de dilationibus judicialibus. Extat hic Titulus etiam in ſeptimo decretalium, & in Extravagantibus communibus.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

CAP. DILECTI 1. *h. t. Alexander III. reſcribit Epiſcopis Cantuarienſi, & Vigorienſi, in litibus præſertim rerum eccleſiaſticarum, ſi terminus peremptorius ſit nimis brevis, licitè appellari poſſe; & appellationem tenere. Notat Gloſſa pro tempore peremptorio conſiderandam eſſe conditionem cauſæ, & perſonæ; & in cauſis gravibus non eſſe dandum terminum brevem. Quis autem terminus cenſeatur nimis brevis relinquitur arbitrio judicis, inſpectâ qualitate negotii, & locorum diſtantiâ* c. cum ſit de Appell.

C. PRÆTEREA 2. *h. t. Celeſtinus III. reſcribit, quòd ſi Reus vocatus ad judicium potuit inſtrui ex transmiſſo reſcripto, non debeant ei dari induciæ ad deliberandum; ſed procedi debeat ad examen cauſæ. Quia tunc Reus non habet juſtam cauſam petendæ dilationis ſuper eo, de quo in judicio convenitur.*

C. LITTERÆ TUÆ 3. *h. t. declarat Honorius III. quod ſi in libello repetitur verbum aliquod generale, vel ambiguum, quod deinde declaratur, non ideo petendæ ſint novæ dilationes, neque poſſit Reus appellare, ſi non concedantur. Idque procedit quando per libellum ſatis bene poteſt Reus deliberare. Notandum eſt cum Gloſſa, eum, qui per biennium non ſolvit penſionem rei Eccleſiaſticæ datæ in emphyteuſim cadere à iure ſuo. Poſſe tamen Emphyteutam purgare moram celeri ſolutione.*

C. EXPOSUIT 4. *h. t. declarat Gregorius IX. quòd ſi quis vocetur ad reſpondendum ſuo Adverſario Romæ, cui dantur certæ induciæ: ſi interim vocetur Romam pro utilitate ſedis Apoſtolicæ, non teneatur reſpondere illi cauſæ particulari, ſed poſſit reverti domum; ſintque illi dandæ novæ induciæ; quia æquitas naturalis poſtulat, ne quis compellatur ad reſpondendum extra domum ſuam, ubi habet adiumenta defenſionis* c. fin de foro comp.

IN SEPTIMO.

C. CUM EX MULTORUM 1. *h. t. Clemens VII. ſtatuit, ut impetrantes beneficium ceſſionis, ſeu diſcuſſionis bonorum, vel dilationem quinquennalem, teneantur infra tres menſes cauſam expedire; alioquin dictis gratiis, ſeu beneficiis ipſo iure priventur: neque ex iuſta cauſa poſſit terminus trium menſium prorogari ultra alium menſem.*

C. CUM NUPER 2. *h. t. Idem Pont. extendit præcedens decretum etiam ad diſcutiendas cavillationes ſuffragiorum beneficii* c. Odoardus, c. pervenit, *& declarat, ut impetrantes aliquod dictorum beneficiorum à die impetrationis reſpectivè infra tres menſes, cum poteſtate prorogandi ad alium menſem, inxta, & ſecundùm formam dicti prioris mandati cauſam ipſam omnino expediri facere teneantur.*

C. CUPIENTES 3. *h. t. Pius IV. dignis pœnis occurrit gravibus dolis, quos meditantur, qui alternativas, & dilationes petunt in fraudem creditorum.*

C. POST QUAM 4. *h. t. Pius V. declarat fraudulentos, & doloſos decoctores, luxu, & imprudentiâ rem alienam dilapidantes eſſe habendos pro furibus, & latronibus impunè graſſantibus; ideóque plectendos eſſe pœna ultimi ſupplicii.*

IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS.

C. IN DELICTORUM UNIC. *h. t. Joannes XXII. mandat citandos eſſe, qui falſos florenos cudebant, ut intra tres menſes compareant ad reddendam rationem; alioquin vult eſſe procedendum contra ipſos quamvis abſentes.*

COM-

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid ſint dilationes, & quomodo concedendæ.

1 QUia ante litis conteſtationem ſolent concedi dilationes, ut reus conventus deliberet, an velit liti cedera, vel in judicio contendera: & etiam poſt litem conteſtatam, ac juramentom calumniæ utrinque præſtitum, ſolent litigantes petere inducias, & dilationes ad probandum, & excipiandum, ideò rectè poſt titulos de litis contaſtatione, & juramento calumniæ, ſequitur de dilationibue:& licèt in capitulis hujus tituli tantùm agatur da dilationibus, quæ ſolent concedi ante litis conteſtationem; nihilominùs quia rubrica eſt generalis, & complectitur omnes dilationes, tam præcedentes, quàm ſubſequentes ipſam litis conteſtationem; ideò de hiſce dilationibus in præſenti agont juris pontificii periti.

2 Dilatio nihil aliod eſt, quàm conceſſio, ſeu indultum temporis, intra quod aliquid agi poteſt, ſic enim generatim definiri ſolet dilatio prout complectitor omnes dilationes, quæ concaduntur, ſive hæ ſint judiciales, ſive extrajudiciales. Quod verò ad noſtrum facit inſtitutum, dilatio judicialis: *eſt juſtum temporis intervallum, quod ad aliquem actum judicialem commodiùs expediendum actori, vel reo conceditur.* & alia dicitur lagalis, quæ à lege conceditur, ut ad appellandum intra decendium *c. quod ad conſultationem* 15. *de ſentent. & re judic.* Alia conventionalis, quæ ex conſenſu, ſeu convantione partium concedirur, nt ad ſolotionem faciendam intra annum *l. cedere* 213. *ff. de verb. ſignif.* Alia judicialis, quæ datur à judice in judicio, & hæc eſt arbitraria, ac definienda juxta prudentis Judicis arbirrium, conſideratâ loci diſtantiâ, perſonarum qualitate, ac neceſſitate cauſæ, ut norat Maranta *p.6. memb.2. act.3. n.15.* quamvis enim in jure teperiantur carta dilationum tempora ſtatuta, ut *l.1. C.h.t. c.2. & ſequent. c.3. q.3.* nihilominus poſſunt à Judica tempatari, & ſecundùm exigentiam cauſæ longiores, vel breviores concedi, ur notat Gloſſa recepta communiter in *c.1. h.t.* Debent autem dilationes concedi à Judica ſedente pro tribunali, ſcilicet cognitâ cauſâ, & ntraque perte præſeote, ut liquct ex *l. procedente* 3. *C.h.t.*

3 Quia verò judicium dividitur in tres partes, quarum prima eſt à citatione rei conventi uſqua ad litis contaſtationem axcluſivè: ſecunda à litis conteſtatione usque ad ſententiam definitivam itidem exeluſivè: & tertia à ſententia definitiva uſqua ad ejus executionem incluſivè: ita dilationum judicialium tres daotur præcipuæ ſpecies; aliæ dantur in prima parte judicii, ſeu exordio litis, rationa juſti impedimenti, ob quod reos conventus non poteſt comparara tali modo, vel tempore: & dilationas, quæ conceduntur in exordio litis, aliæ ſunt citatoriæ, quædam deliberatoriæ, & aliæ recuſatoriæ, ſeu delatoriæ. Dilationes, quæ conceduntur in ſecunda parte judicii dicuntur probatoriæ, vel allegatoriæ: & quæ in tertia parte vocantur definitoriæ, & executoriæ, ut notat Abbas in *c.1. n.15. h.t.*

4 Dilatio citatoria eſt, quæ ab initio litis conceditur reo convento, ſeu vocato in jus: ſiquidem in cauſis civilibus non ſtatim reus conventus, ſeu vocatua in jus relictis omnibus ſuis negotiis tenetur comparere; niſi ex gravi cauſâ, vel ob periculum in mora, aut fugæ ſuſpicioem timeatur, ne ſit judicium declinaturus. Immò citra periculum in mora, & fugæ ſuſpicionem, ſi ſemel reus in judicium vocatus non compareat, vocandus eſt iterùm, imò etiam tertiò, & ſingulis citationibus aſſignandus eſt terminus ſaltem decem dierum, nt liqoet ex *l. ad peremptoriam & ſequent. de judic. l. properandum §. 2. C. ejuſd. tit.*

5 Quòd ſi nonnunquam ex rationabili cauſa Judicis arbitrio ponderanda, reus per unicam citationem peremprorie citandus ſit, ut ob diſtantiam locorum, viarum diſcrimina, ſi difficile ſit, plures citatinnes exequi, tunc non debat terminus coarctari, ſed ad minùs concedendum eſt ſpatium triginta dierum: quia tunc talis citatio peremptoria æquivalet tribus ſimplicibus, quibus ſingulis conceditur decendium, ut liquet ex *text. in l. nonnunquam ff. de jud.* & *l. conſentaneum C. quomodo, & quando Judex.*

6 Quamvis enim dilationes ſuperfluæ, & minimæ neceſſariæ amputandæ ſint, terminus tamen earundem præſertim peremptorius non debet eſſe nimis brevis: quia ad id conceduntur dilationes, ut intra tale tempus poſſit quis commodè adimplere id, ad quod citatur *c. de induciis cauſ.3. q.3.* & maximè ſi agatur de rebus eccleſiaſticis, cùm ſint iſtæ favorabiles *l. ſunt perſonæ 63. ff. de relig.* Tum quia in cauſis eccleſiaſticis neceſſariæ ſunt dilationes ad veritatem indagandam; in foro enim eccleſiaſtico veritas, & æquitas præcipuè attanduntur.

7 Cæterùm dilationes citatoriæ ex ſua natura non ſunt peremptoriæ, ſed unâ dilatione conceſſâ, eſt iterum alia concedenda, & demum tertia, quæ eſt paremptoria. Poſſunt tamen dilationes citatoriæ ex variis cauſis abbreviari, ut ſi periculum ſit in mora, eò quia res, de qua agitur, ſit ſtatim peritura, vel jurisdictio Judicis ſit modico tempore doratura, vel ſi ad cauſam requirantur ingentes ſumptos, qnos partes non poſſunt ſolvere, vel ſi dilatio ſit gravis præjudicii, & magni incommodi *argu. authent. niſi brevis C. de ſent. eu periculo recitandis.*

Dile

8 Dilationes deliberatoriæ ſunt, quæ dantur reo, ut viſo libello actoris ſecum poſſit deliberare, an litigare velit, aut cedere, pro quo conceditur dilatio triginta dierum, quæ dilatio dicitur deliberatoria, quatenus includit inducias conceſſas reo convento ad deliberandum, quæ incipiunt à die porrecti libelli actoris juxta authent. *afferatur C. de litis conteſtat.* Neque has inducias poteſt Judex pro arbitrio ſuo abbreviare, ut nec etiam decendium, quod datur à lege ad interponendam appellationem, neque ſpatium integri anni ad illam proſequendam, ut notat Gloſſa ib. *V. decem dierum in fin.* ex graviſſima tamen, & urgentiſſima cauſa tempus etiam à lege præfixum poteſt à Judice produci, vel corripi. Actori tamen ab initio non datur dilatio, quia cùm provocet in judicium, præſumitur inſtructus *l. 2. C. h. t.* Gloſſa in *c. 2. V. plenè.* Quòd ſi reus poſtea excipiat, & actor replicet, tunc etiam actori danda eſt dilatio deliberatoria, quia ſuper illa exceptione non præſumitur veniſſe inſtructus, ut notat Abbas in *d. c. 2. n. 13 h. t.*

9 Cæterum nonnunquam etiam reo denegantur induciæ, ſeu dilationes deliberatoriæ, ſi nimirum per litteras citatorias potuit plenè inſtrui & ſecum deliberare, an cedere liti velit, vel contendere in judicio juxta *c. præterea 2. h. t.* quia tunc nulla ſubeſt cauſa, ob quam reo debeant ulterius induciæ deliberatoriæ concedi; & ſuperfluæ dilationes denegandæ ſunt, ne judicium retardetur abſque rationabili cauſa. Neque datur dilatio deliberatoria reo, ſi in libello ab actore oblato verbum generale, vel ambiguum ſit poſitum, nam ob ejus declarationem non ſunt novæ induciæ concedendæ, ſi ex aliis verbis libelli reus poſſit cognoſcere ſtatum cauſæ, & utrum cedere, vel contendere velit, ut deſumitur ex *c. litteræ 3. h. t.*

10 Quòd ſi libellus ſit ita generalis, & ambiguus, ut reus conventus ſimiliter deliberare non potuiſſet tunc poſt ejus declarationem concedenda eſt alia dilatio ad deliberandum, ac ſi prima data non fuiſſet. Dilationes recuſatoriæ, quæ & dilatoriæ dicuntur, ſunt, quæ conceduntur ad proponendum omnes exceptiones dilatorias priusquam lis conteſtetur *c. Paſtoralis 4. de except.* ut ſi reus vellet Judicem, velut ſuſpectum recuſare *l. apertiſſimi 66. C. de judic.* vel impugnare reſcriptum: vi cujus ad incompetentem Judicem citatus eſt *l. 2. C. h. t.* vel ſi velit actorem ſuum laudare *l. 2. C. ubi in rem actio* ut notat Maranta *p. 6. memb. 5.*

11 Dilationes, quæ conceduntur poſt conteſtatam litem usque ad ſententiam definitivam excluſivè ſunt probatoriæ, & allegatoriæ: illæ conceduntur actori ad poſitiones, & articulos probatoriales formandos, vel reo ad reſpondendum ad illos, vel excipiendum, ut etiam ad teſtes & inſtrumenta quærenda, aut præparanda *c. 1. & 3. h. t.* unde probatoria dilatio eſt, quæ poſt litem conteſtatam, & juramentum calumniæ præſtitum conceditur actori ad ſuam intentionem, & reo ad exceptionem ſuam probandam: habétque pro termino ordinariè tres menſes, & aliquando etiam ſex, ſi ex aliena Provincia probationes ſint adducendæ ex juſta cauſa propter impedimentum incidens, vel novam probationem emergentem, ſolet tunc Judex non priorem terminum promulgare, ſed novam dilationem concedere *c. 1. h. t. l. 1. eod. l. 7. ff. de feriis.* Hoc tamen adeſt diſcrimen inter actores, & reum, quia Judex longiorem dilationem dare poſſit reo, quàm actori, eò quia non perinde reus poſſit ad judicium paratus, & inſtructus venire, ſicut actor.

12 Solent dilationes probatoriæ tantùm ſemel concedi; adeò ut ex hoc capite dicantur peremptoriæ: niſi tamen juſtum impedimentum à parte litigante allegetur, & probetur, quo minùs intra triennium primæ dilationis ſuas probationes inſtruere potuerit; ideóque roget pro alia nova dilatione: tunc enim Judex aliam poteſt concedere, ſed cùm cauſæ cognitione ſaltem modica *l. oratione ff. de feriis, & dilation.* Quinimò ſi impedimentum ſit juſtum, grave, & inopinatum, ſeu recèns emergat, non ſolùm ſecunda, & tertia, verùm etiam quarta dilatio probatoria concedi poteſt à Judice ſervata ſolemnitate juris, nimirum ut petens poſt allegatam, & probatam legitimam petendi cauſam juramentum edat, quòd non malitiosè, & dolosè roget pro tali dilatione, ut liquet ex *authent. de teſtib. §. quia verò collat. 7.* debet tamen Judex priùs cognoſcere, an reverà impedimentum juſtum ſit, ac legitimum, alioquin ſecunda, & tertia dilatio eſt irrita, ut etiam progreſſus judicii.

13 Poſt verò quartam dilationem nunquam dari ſolet quinta, ne lites in infinitum procedant & cauſa plus æquo protrahatur, ut colligitur ex *cit. authent atqui ſemel,* ut tradit Gloſſa in *cit. l. fin. ff. de feriis, & dilation.* In cauſis tamen criminalibus reo tres ſolent dilationes concedi, & accuſatori tantùm duæ, ex quacunque cauſa, & nullo etiam allegato impedimento; dummodo non præſumatur, quòd malitiosè petantur, & priùs ſemper cognoſcitur cauſa *l. fin. de feriis, & dilat.* quia in cauſis criminalibus præjudicium quod infertur reo, eſt maius, & tales cauſæ magis favent reo, quàm actori, proinde plures illi, quàm iſti conceduntur dilationes.

14 Hæ tamen dilationes probatoriæ non conceduntur à Judice niſi ad inſtantiam partis litigantis *l. 1. ibi poſtulatum C. h. t.* tametſi Judex ex officio etiam nemine petente poſſet eas concedere, ſi conſultiùs ipſi viſum fuerit. Datur tamen dilatio probatoria ſemper mediante prævia cognitione cauſæ, nimirum an probatio relevet probantem, ſeu an id, quod probare cupit petens dilationem, ſit pertinens ad cauſam: ſiquidem quæ ad illam non pertinent, excluduntur *l. ad probationem 22. C de probat.* Rurſus quærit, an petens dilationem habeat probationes in promptu, ne magis per calumniam, quàm ex neceſſitate dilationem ad probandum petat. Dilationes allegatoriæ ſunt, quas poſtquam Judex partium probationes, & exceptiones audivit, quærit, an litigantes quid ampliùs allegare velint; & eas concedit: ſi enim pars una allegationibus renuntiet, & altera plura ſibi proponenda eſſe affirmet, tunc conceduntur ei induciæ ad allegan-

gandum, & propriè dicuntur dilationes allegatoriæ, ut deſumitur ex *authent. jubemus* juncta Gloſſa *de induciis.* Dantur igitur dilationes allegatoriæ ad allegandum poſt auditas probationes, & exceptiones partium, antequam Judex procedat ad ſententiam definitivam.

Dilationes poſt ſententiam definitivam dicuntur definitoriæ, & executoriæ: illæ dantur ad cauſam definiendam, & tunc dicuntur peremptoriæ, ſi cum termino peremptorio præfigantur; ut niſi ad eum diem quis compareat ad audiendam ſententiam definitivam, etiam in ejus abſentia procedendum ſit *l. ad peremptorium 68. ff. de judic. c. conſuluit 24. de offic. delegat.* Dilationes executivæ ſunt, quæ dantur condemnato per ſententiam ad ſatisfaciendum intra quatuor menſes *l. 2. & 3. C. de ſent. rei judic.* Verùm hæc dilatio executoria locum non habet in actionibus realibus, & criminalibus, in quibus executio non differtur, niſi ex ſpeciali aliqua cauſa, ut notat Hoſtienſ. *in ſum. de offic. delegat. §. quæ juriſdictio.*

Poteſt tamen tale tempus quatuor menſium à Judice prorogari, aut abbreviari ſi viſum fuerit *l. de Debitor. 21. ff de judic.* Juvat tamen adnotare, quod de jure canonico, & generali conſuetudine omnes dilationes ſunt arbitrariæ, ac relictæ Judicis arbitrio, qui conſideratis circumſtantiis poteſt terminum ampliare, vel reſtringere. Rurſus dilationes fere omnes ex natura ſua non ſunt peremptoriæ: ſecus probatoriæ, ut plurimum ſunt peremptoriæ, adeò ut unâ conceſſâ Judex procedere debeat ad ſententiam tametſi vocem, peremptorium, in conceſſione non appoſuerit, ut deſumitur ex *l. 1. C. de dilat. & l. final. ff. de feriis*, excipitur tamen ſi litigans probet juſtum impedimentum, quo minus intra tempus præfixum potuerit probationes inſtruere, tunc enim ſi petat aliam dilationem, cognitâ cauſâ poteſt Judex illi eam concedere. In cauſis ſpiritualibus non conceduntur, niſi illæ dilationes, quæ neceſſariæ ſunt ad veritatis indagationem, quia in cauſis eccleſiaſticis, veritas, & æquitas præ oculis vel maximè habendæ ſunt.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quæſtiones.

1 QUæritur primò, ad quantum temporis debeat ſe extendere dilatio citatoria cum termino peremptorio? Reſpondetur, hanc dilationem non debere eſſe nimis brevem præſertim quando agitur de rebus eccleſiaſticis, niſi neceſſitas aliud exigat, & deſumitur ex *cap. dilecti filii t. h. c.* Ratio eſt, quia dilationes ita ſunt dandæ, ut intra eas poſſit quis commodè adimplere id, ad quod citatur *c. de induciis 3. q. 3.* & cum per citatoriam dilationem detur citato terminus ad comparendum; & terminus peremptorius dicatur ille, ultra quem ſuper illo actu regulariter, qui fuit citatus aliam non habet dilationem *l. & tertium ff. de judic.* ideò in dilatione citatoria debet tantum temporis aſſignari, quantum exigit citatus ut poſſit coram Judice veriſimiliter ad ſuam cauſam dicendam commodè comparere *l. conſentaneum C. quomodo & quando judic.* Quando verò talis terminus ſit dicendus ſufficiens, ut citatus poſſit commodè comparere ad ſuam cauſam dicendam in judicio; ut etiam quando terminus cenſendus ſit nimis brevis, id in jure non declaratur, proinde relinquitur arbitrio prudentis Judicis conſideratâ locorum diſtantiâ, & qualitate negotii *c. Cùm ſit de appell. & authent. de litig. §. ſi verò collat. 8.* Hæ autem dilationes citatoriæ ſufficientes ad commodè comparendum concedendæ vel maximè ſunt, ubi de rebus eccleſiaſticis agitur: quia Eccleſiæ in rebus ſuis eſt ſemper favor indulgendus *c. Sanctorum de præſcript.*

Tum quia ratio, quæ militat in favorem reli- 2
gionis eſt ſemper plurimi facienda, ac aliis præferenda *l. ſunt. ff. de relig.* proinde quamvis cauſis eccleſiaſticis, quàm citiùs commodè fieri poteſt, ſit finis imponendus, ne ex nimia dilatione damnum Eccleſiæ inferatur, ut habetur in *clement. diſpendioſam de judic.* non tamen debet Judex ita litem abbreviare, ut præcipuæ in ipſa probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ omittantur, ut habetur in *d. c. dilecti 1. h. t.* hinc quamvis dilationes ſuperfluæ ſint omnino amputandæ *l. 2. C. de tempor. appell.* nihilominus earum terminus præſertim peremptorius non debet eſſe nimis brevis, quia ad illum finem conceduntur dilationes, ut intra eas poſſit citatus commodè adimplere id, ad quod citatur.

Cæterum dilationes citatoriæ ex ſua natura 3
non ſunt peremptoriæ, adeo ut conceſſâ unâ dilatione poſſit altera, imò tertia, & quarta concedi *l. ad peremptorium 68. ff. de judic.* Poteſt nihilominus ſi juſta, & rationabilis cauſa ſubſit pro tribus citationibus decerni à Judice una peremptoria *l. conſentaneum C. quomodo, & quando Judex*, dummodo hæc unica citatio tantum temporis contineat, quantum omnes tres citationes, ut notat Gloſſa in *d. c. dilecti t. v. peremptorium h. t.*

Quæritur ſecundò, an ſi dilatio citatoria cum 4
termino peremptorio ſit nimis brevis, ut citatus non poſſit commodè comparere coram Judice, poſſit à tali ſententia appellari? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *eod. c. dilecti t. h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, quòd ſi in litibus præſertim rerum Eccleſiaſticarum ſit terminus peremptorius nimis brevis, licitè poſſit appellari, & appellatio teneat, & deſumitur etiam ex *c. fin. de dolo, & contumacia c. 1. ut lite non conteſtata c. quoad conſultationem 15. de ſent. & re jud. c. conſul. 24. de offic. deleg.* ratio etiam ex eo deſumi poteſt, quia cùm Judex inſpectis circumſtantiis cauſæ perſonarum, & loci, non debeat dilationes nimis longas concedere, ne lites protrahantur, nec ita breves, ut litigantes reperiantur indefenſi, ideò ſi Judex neglectis hiſce rationibus, & contra ſtatuta in jure, nimis breves, aut nimis longas conceſſerit dilationes, rectè à tali ſententia quamvis interlocutoria appellatur ob gravamen irreparabile, quod continet, & damnum quod infert citato.

Poſſet tamen in contrarium objici, quia in ar- 5

Digitized by Google

bitrio Judicis eſt pro qualitate cauſæ, conditione perſonarum, & loci diſtantia dilationes augere, vel minuere *c. ſi Epiſcopus 3. q. 2. c. ſi ægrotans 5. q. 3. c conſul. 24. de offic. deleg. c. quòd ad conſultationem de ſent. & re judic.* quapropter in uſu judiciorum dilationes dicuntur arbitrariæ, conſequenter à ſententia, quâ conceditur dilatio ſive brevis ſive longa, non poteſt appellari. Tum quia licèt reo indulgeatur facultas appellandi à negatione dilationum; non tamen debet actori concedi, quia hic potuit, quando ſuam actionem propoſuit omnibus adminiculis eam in explorato habere, ſecus quia reus vocatur ad judicium invitus, & præter ſpem, jus habet, ut dilationes eidem concedantur *l. penult. C. de temp. in integ. reſtit. l. 5. §. ult. ff. de dol. except.* quapropter non rectè æqualiter conceditur actori, & Reo facultas appellandi à taxatione, ſeu denegatione dilationis.

6 Sed contra quia licèt dilationes dicantur arbitrariæ non tamen tales dicuntur, quia arbitrio Judicis relictum ſit eas concedere, vel non: ſed dicuntur arbitrariæ quatenus pro varietate cauſarum, & earundem circumſtantiis ſpectata etiam qualitate perſonarum, locique circumſtantia, debet Judex eas concedere, non prout ipſi magis libuerit; ſed regulato arbitrio juxta regulas juris, & eccleſiaſticas ſanctiones; quapropter ſi Judex nimis breves, vel longas præſcripſerit dilationes, poteſt tunc appellari. Ad aliud, quod addebatur, reſpondetur, quòd tametſi dilatio uni parti conceſſa ſit utrique communis *l. perinde C de in integ. reſtit.* nihilominus Reis convenientiùs prolixiores ſunt concedendæ dilationes, quam actoribus: & ratio eſt, quia actores præſupponuntur jam inſtructi comparere, quia cùm inſtituant actionem, præſumuntur ſcire, quæ petunt in judicio, & ob quas rationes: ſecus Rei, quia inviti vocantur ad judicium, & præter ſpem ad illud trahuntur prolixiores exigunt dilationes, ut poſſint ſe defendere, ut notat Vulteus *de judic. lib. 2. n. 277.*

7 Quòd ſi dicas in *l. final. ff. de feriis* haberi à Judice non eſſe concedendam niſi ſemel dilationem: proinde ſi una concedatur, & ſecunda negetur, non videtur valida appellatio à tali ſententia interlocutoria. Contra eſt, quia communiter lex illa *fin. de feriis* intelligitur, ut in civilibus judiciis, in ſingulis cauſis nonniſi una concedatur dilatio; adeo ut ſi inſtrumenti producendi causâ conceſſa ſit dilatio, iterum alia non detur, niſi cauſa cognita, & in capitalibus Judiciis Reo tres, & accuſatori duæ aſſignentur dilationes causâ cognitâ, à qua tamen definitione ſolet excipi crimen adulterii *l. In crimen 41. ff. ad leg. Jul. de adult.*

8 Quamobrem licèt à dilatione citatoria eaque peremptoria ſimpliciter non poſſit appellari ſi ſufficiens ſit, ut citatus poſſit commodè, & paratus ſit comparere in judicio; ſi tamen hæc dilatio citatoria, & in ea terminus peremptorius ſit nimis brevis non conceſſo tanto tempore, quod alioquin ad trinam citationem ſufficeret, poteſt validè appellari, ut notat Lanfrancus in *c. Judic. 2. n. 13.* ut etiam è contra à nimis longa dilatione: ratio eſt, quia ſicut pars litigans poteſt gravari ob nimis brevem dilationem, eamque peremptoriam datam: ita etiam poteſt actor gravari ſi lis per longam dilationem abſque neceſſitate protrahatur: Cæterum quando Judex terminum peremptorium, ſeu dilationem abbreviat conſultius eſt, ut cauſam illius exprimat, ac inſerat citationi peremptoriæ, quia tunc magis præſumitur, quòd Judex abbreviaverit dilationem ob juſtam cauſam, & tunc excluditur appellatio.

9 Præterea conſultiùs etiam eſt, ut pars litigans proteſtetur contra Judicem dantem ſine juſta cauſa nimis brevem, vel longam citatoriam dilationem: alioquin niſi ſtatim proteſtetur videtur conſentire; & tunc proteſtatio id operatur, quod tametſi elapſa ſit dilatio, poſſit adhuc, qui fuit proteſtatus aliam novam petere dilationem etiam abſque cognitione cauſæ, eò quia prima dilatio, cùm non fuerit integra, ſecunda non cenſetur nova, ſed potiùs ſupplementum primæ.

10 Quæritur tertiò, quales debeant eſſe dilationes in cauſis Eccleſiaſticis? Reſpondetur in cauſis ſpiritualibus, ſeu eccleſiaſticis amputandas omnino eſſe ſuperfluas dilationes *clement. ſæpe de V. S.* & eas eſſe tantùm concedendas, quæ neceſſariæ ſunt ad veritatis indagationem: quinimò magis etiam in aliquibus, quàm in aliis cauſis debentur: ſiquidem in foro eccleſiaſtico, præſertim ſi agatur de cauſa ſpirituali, æquitas, & veritas præ oculis habenda eſt. Spectatis tamen loci diſtantia, qualitate perſonarum, & aliis circumſtantiis poſſunt dilationes produci, vel breviari, & deſumitur ex *c. dilecti 1. h. t.* ibi: *Niſi neceſſitas poſtulet, ut dies ſeu terminus peremptorius brevietur.*

11 Cauſæ verò juſtæ abbreviandi dilationes citatorias plures eſſe poſſunt, quas enumerat Panormitanus *c. dilecti 1. h. t.* & primò ſi periculum ſit in mora, eò quia res, de qua agitur, peritura eſſet, vel non poſſet conſervari, niſi magnis expenſis: tunc enim poteſt dilatio citatoria ex juſta cauſa abbreviari. Secundò ſi juriſdictio Judicis eſſet modicè duratura, eò quia data fuerit ad breve tempus. Tertiò ſi cauſa eſſet modicæ quantitatis, aut præjudicii, & ejus dilatio magni incommodi, ac grave damnum inferret *arg. authent. niſi brevis C. de ſent. ex periculo recit.* Quartò ſi Reus citatus non multùm diſtet à loco judicii, poſſitque facilè, & brevi inſtrui in ordine ad comparendum, & reſpondendum coram Judice, ſi jam concluſum eſſet in cauſa: quia tum faciliùs poſſet abbreviari dilatio peremptoria ad audiendam ſententiam, ut liti imponatur finis: qua ratione, ob qualitatem perſonæ major dilatio conceditur viro ſeni, quàm juveni, ut notat Abbas in *d. c. dilecti n. 7. h. t.* Sextò ſi ageretur de cauſa alimentorum, ſine quibus non poſſet vita diu ſervari.

12 Quæritur quartò, an induciæ deliberatoriæ ſint denegandæ Reo, ſi per litteras citatorias potuit plenè inſtrui, ac deliberare ſuper eo, de quo quæritur? Reſpondetur, novam dilationem deliberatoriam, non eſſe dandam Reo, ſi ex reſcripto transmiſſo plenè inſtrui poſſit, neque dilatio citatoria ſit nimis brevis, & deſumitur ex *c. Præterea 2. h. t.* ubi Cœleſtinus III. reſcribit, quod quando reus vocatus ad judicium potuit ex reſcripto ipſi trans-

tranſmiſſo ſufficienter inſtrui circa qualitatem cauſæ,& actionis non debeant eidem concedi induciæ, ſeu dilationes deliberatoriæ, ſed procedendum ſit ad cauſæ cognitionē, & ſententiā definitivam. Ratio eſt, quia jura deteſtantur in litibus dilationes ſuperfluas *auth. de litig. §. omnem col. 8.* & quia induciæ deliberatoriæ dantur Reo ad deliberandum ſuper petitis in libello oblato, an velit liti cedere, vel contendere in judicio *c. Induciæ §. offeratur 2. q. 3.* Ideo ſequitur, quòd ſi Reus ad judicium vocatus & ex reſcripto ſibi tranſmiſſo potuit inſtrui ſuper eo, in quo convenitur, deliberatoriæ induciæ non ſint ei ulteriùs indulgendæ, ſed Judex debeat procedere abſque alia mora in negotio ſibi commiſſo *l. 2. C. de tempor. & repar.* Tum quia fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora, & æquè bene *l. ampliorem C. de appell.*

13 Quamobrem ad excludendas inducias deliberatorias, quæ ſolent reo concedi ad reſpondendum, ac deliberandum ſuper contentis in libello, ponitur ad majorem cautelam in citatione copia reſcripti, vel quid aliud, ex quo reus certificatur, ſuper quo eſt conveniendus, & qua actione, ut notat Angel. *conſil. 139.* Verùm terminus in citatione debet ita eſſe præfixus, ut non ſolùm comparere, verùm etiam deliberare poſſit, an velit cedere liti, vel potiùs in judicio contendere: alioquin ſi terminus ad id non ſufficeret, ceſſaret tunc ratio, ob quam ei denegarentur induciæ, proinde deberet habere inducias ad deliberandum. Cæterum induciæ deliberatoriæ nonniſi ſemel ſunt concedendæ, ſivè explicitè, ſivè implicitè concedantur. Id tamen limitatur, niſi ex aliqua legitima cauſa Reus non valuerit deliberare in prima dilatione *c. 1. ut lite non conteſt.* alioquin ſi Reus ex reſcripto, quod Judex delegatus ipſi tranſmiſit, plenè potuit inſtrui, nova deliberatoria dilatio ei non conceditur, ſi dilatio citatoria, ſeu tempus, intra quod debet comparere, tantum fuerit, ut potuerit ſufficienter deliberare ſuper cauſa, & rurſus amicos, advocatos, aliòsque peritos, ſpectata rei gravitate conſulere.

14 Quæritur quintò, an Judex delegatus teneatur reſcriptum delegationis unà cum citatione mittere, ut citatum obliget ad comparendum? Reſpondetur affirmativè cum Panormitano in *d. c. præterea 7. n. 5. h. t.* Ratio eſt, quia niſi delegatus authenticam fidem exhibeat ſuæ delegationis, non tenetur reus conventus ei parêre, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 48. num. 17.* & docet etiam Innocentius in *c. cum jure n. 4. de elect.* id tamen non eſt ita intelligendum, ut Judex delegatus teneatur originale reſcriptum Papæ mittere, ut citatum obliget ad comparendum, quia ſufficit, ſi mittat exemplar ſui reſcripti, manu Notarii tranſumptum. Excipitur tamen, niſi agatur de præjudicio non gravi, quia facilè, & ſine magnis expenſis poteſt citatus accedere, ut videat originale reſcriptum Papæ conceſſum Judici delegato. Quinimò debet Reus citatus acquieſcere tranſumpto manu Notarii ſcripto, ſi Judex delegatus ſit magnæ authoritatis, & cui talia reſcripta frequenter miſſa fuerint, quinimò in hoc caſu cenſet Panormitanus, ſufficere ſolam citationem, tametſi eidem non inſeratur reſcriptum tranſumptum manu Notarii *argum. l. 5. §. de judic.* Sin verò agatur de gravi præjudicio Rei, ut ſi citetur ex loco valde remoto, tunc tenetur Judex delegatus unà cum citatione copiam delegationis ſibi factæ, ſeu exemplar ex originali manu publici Notarii tranſumptum mittere ad citatum, alioquin is non obligaretur ad comparendum: ſin verò agatur de levi præjudicio, ut quia citatur quis ex loco non multum diſito, è quo poſſit ad Judicem venire ſine magnis expenſis: tunc citatus tenetur comparere, tametſi citationi non ſit inſertum ſuæ delegationis reſcriptum, ſeu copia, ſed ſufficit, ſi ſimpliciter Judex inſerat citationi, ſe eſſe inſtitutum Judicem delegatum, ſi tamen ſit perſona magnæ authoritatis, & cui ſit fides adhibenda, alioquin in probabili dubio juriſdictionis citatus non tenetur comparere *argum. l. ſi quis 5. §. de judic.*

15 Quæritur ſextò, quomodo citatio debeat à Judice formari, ut citatus teneatur comparere? Reſpondetur, in citatione eſſe plura exprimenda. Primò nomen Judicis citantis, ut nimirum citatus poſſit ſtatim cognoſcere, an Judex, à quo citatur, ſit competens, & an poſſit eum recuſare. Secundò nomen, & cognomen ipſius citati, exprimendum itidem eſt, ut is determinatè cognoſcat, ſe, & non alium citari. Quòd ſi contingat citari Abbatem nomine Monaſterii, vel Conſules nomine civitatis, tunc ſufficit, ſi in citatorio dicatur, citamus Abbatem talis Monaſterii, ut ſancti Benedicti, citamus conſules civitatis Auguſtanæ. Tertiò exprimi debet etiam nomen, & cognomen illius, ad cujus inſtantiam aliquis citatur, niſi cauſa ſit talis, ut Judex in illa poſſit ex officio procedere, ut notat Felinus in *c. 1. de judic.* Quartò debet etiam exprimi cauſa citationis, adeò ut, qui citatur, ſtatim diſpiciat, qua ratione, & ex qua cauſa citetur, & an teneatur comparere. Quintò debet etiam exprimi locus judicii, idque vel maximè ſi citatio emanet à Judice delegato non habente certum tribunal: alioquin ſi Judex Ordinarius citet, quia is ſtabile plerumque habet tribunal, non eſt neceſſe, ut locus judicii exprimatur, cùm jam innoteſcat citato, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 53.* Sextò debet etiam exprimi dies, in qua citatus teneatur comparere. Rurſus hæc dies non debet eſſe feriata, ſed alia non impedita, & in qua citatus poſſit comparere.

16 Quæritur ſeptimò, quomodo citatio præparatoria fiat in curia Romana? Reſpondetur, quamlibet citationem poſt cœptum judicium in Romana curia concipi per Procuratores in hac forma: ut priùs ponatur nomen Judicis ad effectum, ut appareat, coram quo quis citetur. Ideo ſi citetur quis coram Rotæ Decano, dicitur Reverendiſſimo Domino Decano: ſi coram alio Auditore exprimitur proprium cognomen: ſi coram alio Judice Commiſſario, præponitur etiam ejus cognomen, & additur *Judice Commiſſario*, ſi coram Auditore Cameræ, dicitur Illuſtriſſimo Domino Auditori Cameræ, & ſic de cæteris. Rurſus exprimitur etiam titulus cauſæ per Diœceſin, & materiam, quæ ſit in

ſolis cauſis Rotalibus, & Commiſſariis, ut nimirum una cauſa diſtinguatur ab alia, & ut Judex poſſit eſſe certus de ſua juriſdictione: ſiquidem commiſſiones fiunt cum inſcriptione Diœceſis, & non additur materia, quia hæc ex tenore commiſſionis colligitur. Secus in citationibus inſcribitur Diœceſis, & materia, ut ſciant Procuratores, & etiam Notarii diſtinguere unam cauſam ab alia.

17 In cauſis verò executivis in tribunali A. C. non fit hæc inſcriptio, quia Judex ex ſuis facultatibus eſt certus de ſua juriſdictione: verùm ſi coram eo procedatur in vim commiſſionis, fit eadem deſcriptio, & demonſtratio, prout etiam in cauſis appellationum; præterea ponitur, & exprimitur verbum *citetur*, ut nimirum adverſarius ſciat, ſe citari ad actum nondum factum, ſed qui debeat fieri, quia quando actus eſt factus, pars non amplius citatur, ſed illi tantùm intimetur: in tribunali verò A. C. quando quis ab initio citatur ad totam cauſam, non ponitur verbum illud *citetur*, ſed hoc aliud *moneatur*. Rurſus ſi citetur perſona privata, dicitur ſimpliciter Dominus. Sin verò perſona Eccleſiaſtica; dicitur Reverendus Dominus, ſi Prælatus Reverendiſſimus, ſi Comes Illuſtriſſimus, & cujuslibet citandi nomen dignitatis, & titulus ei conveniens exprimitur, ne aliàs videatur actor citare ſuum adverſarium cum contemptu, Præterea in expreſſione nominis citandi debet explicari, an qui citetur nomine proprio, vel nomine principalis, & an pro ſuo intereſſe, vel alieno, ut etiam an citetur, ut Procurator, tutor, curator, vel ut Prælatus, Rector, Oeconomus, aut Syndicus, imò debet etiam exprimi, & ſpecificari cauſa, ob quam quis citatur, ut nimirum poſſit de ea citatus eſſe plenè inſtructus. Terminus eſt etiam apponendus in citatione, ut citatus ſciat, qua die debeat comparere. Quia verò ſunt in curia Romana plures Notarii, debet etiam exprimi nomen Notarii cauſæ, ut citatus ſciat, in quo officio debeat comparere, & habetur quaſi

18 pro expreſſione loci.

Quæritur octavò, quomodo fiat citatio probatoria? Reſpondetur, in judiciis actorem teneri probare ſuam intentionem, & Reum ſuam exceptionem *l. 1. c. de probat.* probatio autem fit ſive publicis inſtrumentis *l. proprietatis C. de probat.* ſive etiam domeſticis, & privatis ſcripturis cum adminiculis tamen *l. inſtrumenta domeſtica C. eod. de probat.* imò etiam per depoſitiones teſtium *l. in exercendis C. de fid. inſtrum.* Ideo autem fit citatio generalis ad dicendum contra jura, ut produci poſſint cujusvis generis probationes, & ſcripturæ, in quibus conſiſtunt jura partium, & ex quibus poteſt cauſa inſtrui, & hæc citatio eſt neceſſaria, ut contraria pars poſſit contradicere, adeò ut omiſſa hac citatione ad dicendum contra inſtrumenta, & alia jura, nil probent contra Adverſarium Cavel. *deciſ. 433. num. 1.* imò nec jura cenſerentur contineri in actis in ordine ad valorem, ut notat Mantica *deciſ. 32. num. 9.* imò Judex ex officio poſſet talia jura rejicere, & fidem illis non adhibere, & pars oppoſita poſſet opponere, ea eſſe falſa, & alias exceptiones producere, & præſertim quòd citatio non ſit in forma probandi, ut notat Baldus *conſ. 135. num. 2. p. 3.* Verùm tunc citatio non eſt neceſſaria, quando jura ſunt rogata in actis ejuſdem Notarii ex Rota poſt Zachiam *de oblat. cam. deciſ. 44. n. 9.* imò neque eſt neceſſaria coram illis, qui non tenentur judicialiter procedere, ut docet Gratianus in *diſcept. forens. diſcept. 524. n. 10.*

Præterea jura debent produci præſente parte, vel citata *l. properandum §. ſin autem Reus C. de judic.* alioquin ſi producerentur parte non citata nil probarent, ut notat Rota in *nov. decis. 2. de reſcript.* adeò ut non ſufficiat, ſi exhibeantur coram Notario, & teſtibus, ſed requiritur, ut id fiat coram parte præſente, vel citata, ut notat Rota poſt Zachiam *de obligat. cam. deciſ. 136. num. 2.* Nihilominus productio jurium tunc parte non citata valet, quando fit in termino à lege ſtatuto, vel dato à Judice ad probandum, & infra terminum datum ad producendum jura; ut notat Marante in *prax. p. 6. act. 8. v. & producentur ſcriptura num. 45. & ſequent.* Juvat tamen obſervare, quòd productio copiæ, ſeu exemplaris facta in termino ſufficit, quamvis eo tempore non ſit productum originale, quia productio originalium trahitur ad diem productionis exemplorum, ut ex Baldo, & Felino notat Mil. in *ſuo repert. v. producens. fol. 331.* 19

Cæterum productio jurium plures inducit effectus, dummodo facta ſit parte citata; quorum primus eſt, quòd jura fiunt communia, adeò ut productio non poſſit ampliùs per producentem revocari, ut notat Puteus *deciſ. 270. lib. 2.* Secundus eſt, ut producens cenſeatur approbare ſcripturas productas parte citata, ut etiam omnia, quæ in iiſdem continentur, Gregorius *deciſ. 238. num. 5.* nec ea poſſunt impugnari, ex quo inducitur notorium, ut habet Rota in *recent. deciſ. 419. num. 5. p. 1.* & in recentiſſimis *deciſ. 157. num. 4. p. 1.* hinc producens diſpenſationem fatetur omnia, quæ in ea continentur vera eſſe Gregor. *decis. 385. num. 1.* eadem ratione producens catastrum pro ſe tenetur eidem ſtare contra ſe, ut notat Seraphinus *deciſ. 505. num. 1.* eodem pacto producens titulum infectum, cenſetur fateri, non habere meliorem Gregor. *deciſ. 467. n. 7.* Non tamen qui producit ſcripturam cenſetur approbare, quæ in eadem enunciantur, ut notat Cæſar de Graſſis *deciſ. 6. de ſent. & re iudic. n. 2.* Oſach *decis. 38. num. 9.* Imò neque cenſetur approbare, quæ continentur in diſpoſitiva, quando docetur de errore, ſeu de falſitate: quia tunc tacita profeſſio ex productione reſultans poſſet revocari ſtante errore, & falſitate, ut notat Rota in *recent. p. 1. deciſ. 413. n. 7.* & hoc etiam procedit, quando ſcriptura non eſt in forma probandi: ratio eſt, quia productio non nocet, ſi non probat, ut notat Gregorius *deciſ. 432. num. 3.* ut etiam, ſi productio facta ſit in uno judicio, non probat in alio, ut notat idem Gregorius *loc. cit. n. 4.* Imò licèt productio ſententiæ facta ſit ad effectum, ut liberaretur à moleſtiis, ſive de jure, ſive de facto, non noceret ad alium finem, ut notat Rota in *recentiſſimis deciſ. 231. num.* 20

num. 3. p. 1. & in curia Romana regulariter productio non nocet producenti, quia productiones ſiunt cum clauſula per compulſum, & iu parte, ac partibus ſibi favorabilibus, nec alio modo juxta communem praxin, ot notat Gregorius *loc. cit. n. 3.*

21 Verùm hæc cautela non prodeſt, quando ſcriptura producta continet tantùm unum caput, nec quando quia in ſcripturis productis ſe fundat, ut notat Gregorius *deciſ. 238. n. 15. circa fin.* Obſervandum eſt, productionem jurium non nocere producenti, nec inducere ejus confeſſionem, quando actus, qui continetur in ſcriptura producta, eſt invalidus, ut ſi tranſactio eſſet nulla: neque productio jurium nocet prodncenti, quando à parte contraria non ſunt acceptata, ſed impugnata. ut etiam, quando non fuit talis productio per Judicem admiſſa, ut notat Coccinus *deciſ. 217. n. 1.* Cæterùm tam actor, quàm Reus in productione jurium debet eſſe cautus, ne quid contra ſe exhibeat *c. imputari de fid. inſtr.* proinde producens titulum infectum ſibi præjudicat, quia tunc præſumitur non habere meliorem: non ita tamen ſi productio facta ſit ab alio, quia tunc non excluditur præſumptio melioris tituli, ut notat Gregorius *deciſ. 467. n. 7.*

22 Præterea jura, quæ non ſunt in actis cauſæ, debent produci, & quæ ſunt in actis ſive rogata, ſive aliàs producta debent repeti, ſeu reproduci parte citata, ut ſiant de actis, & probent inter partes; ot notat Cavalerius *deciſ. 433. n. 1.* quapropter etiam proteſtatio quamvis facta ſit in actis, non tamen ſit de actis, ut ſuffragetur, niſi repetatur parte citata: quo pacto, ut etiam acta transportata ſiant de actis, requiritur repetitio parte citata, ot notat Cæſar de Graſſis *deciſ. 16. n. 4. de prob.* ubi tamen *n. 5.* addit, quòd quando acta transportata perſeverant in actis parte præſente, vel ſciente; videtur ſufficere ad effectum probandi. Cæterùm iura rogata coram eodem Notario etiam non repetita parte citata probant, quando Judex ea in contradictorio vidit, & non oſtenditur ulla partis proteſtatio, ot notat Camer. *deciſ. 44. n. 9.* ubi etiam addit rationem; quia pars citata debet opponere. Dantur tamen duo caſus, in quibus repetitio jurium parte citata eſt neceſſaria. Primus quando inſtrumentum fuit productum per unam partem, ſi altera pars velit eo uti ad alium effectum, debet tunc illud repetere, & producere, quia productio ad unum effectum facta non nocet quoad alium Greguritis *deciſ. 467. n. 8.* Secundus eſt in judiciis ordinariis, in quibus eſt neceſſaria litis conteſtatio: quia probationes regulariter non poſſunt fieri ante litis conteſtationem *c. 1. ut lite non conteſt.* proinde ſi aliquid ante litem conteſtatam producatur, repetitio eſt neceſſaria poſt litis conteſtationem.

23 Rurſus teſtes examinati ſine juramento nihil probant, niſi à partibus remittatur *c. tuis quæſtionibus de teſtib.* & hoc procedit, quamvis examinentur coram delegato, ut notat Mantica *deciſ. 352. n. 9.* Rurſus inſtrumenta, & ſcripturæ, quæ producuntor, ut probant, debent per teſtes juratos cognoſci, alioquin nil probant, verùm id intelligitur, dummodo pars citata opponat. Quòd ſi jura producta à parte non admittantur à Judice, non dicuntur tunc fieri de actis, proinde nil probant: quapropter quando Judex tempore productionis non vidit jura, ut poſſit judicare, an ſint admittenda, vel non, tunc ſub incerto illa admittit cum clauſula, *ſi & in quantum*, & hæc clauſula importat admiſſionem in ſolo caſu, quo debeant admitti, ut notat Seraphinus *deciſ. 499. n. 2.* quando verò Judex vidit jura, & in controverſia partium dubitat ob aliquos defectus, an ea ſint admittenda, mandat tunc illa poni ad partes, & interim habentur pro non admiſſis: verùm antequam feratur ſententia, pars debet procurare illorum admiſſionem, ut notat Coccinus *deciſ. 217. n. 2.* Cæterùm nemo cogitur originale inſtrumenti, ſeu ſcripturæ dimittere apud acta alterius Notarii, ne fortaſſis amitteretur, unde ſufficit dimittere copiam reſpondentem originali, quia copia cujusvis ſcripturæ non facit fidê, niſi fuerit collationata præſente, vel citata parte, ut notat Marauta *p. 6. act. 10. V. actorum n. 4.*

24 Quæritur nonò, an propter verbum generale, vel ambiguum poſitum in libello oblato ab actore danda ſit Reo nova dilatio deliberatoria? Reſpondetur, ob ſolam ambiguitatem verbi poſiti in libello, & ejus declarationem non eſſe concedendas Reo novas inducias, ſi ex aliis verbis libelli poſſit Reus cognoſcere ſtatum cauſæ in ordine ad cedendum liti, vel contendendum in judicio, & deſumitur ex *c. litteræ 3. h. t.* ubi Honorius III. reſcribit, ob tale verbum ambiguum non eſſe petendas novas dilationes. Ratio eſt, quia ex quo Reus eſt inſtructus de cauſâ per libellum, videretur malitiosè novas inducias petere ad deliberandum ſuper reſponſione illius, pro quo jam habuit competentes inducias, quamvis poſtea in illo aliud addatur ad majorem expreſſionem, quod tamen non immutat naturam negotii. Tum quia jura in litibus deteſtantur ſuperfluas dilationes; proinde ſufficit, ſi Reus potuerit deliberare per inducias ſibi conceſſas in ipſa oblatione libelli: quòd ſi libellus fuiſſet ita obſcurus, vel ambiguus, ut veriſimiliter deliberare non potuiſſet, tunc poſt declarationem ſunt concedendæ Reo novæ induciæ, ut notat Hoſtienſis in *d. c. littera 3. h. t.* quando verò declaratio talis ſit, ut pro ea dandæ ſint ei induciæ, relinquitur arbitrio prudentis Judicis.

25 Quæritur decimò, an citatus in cauſa ardua ex loco remoto, ſi vocatus pro publica utilitate etiam ad locum judicii, ita tamen ut intra terminum citationis non potuerit ſibi comparare neceſſaria, compellatur reſpondere in termino, ſi reperiatur in loco judicii? Reſpondetur negativè & deſumitur ex *c. Expoſuit ult. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, quòd quando quis vocatur ad reſpondendum ſuo adverſario Romæ, cui dantur certæ induciæ: ſi interim vocetur Romæ pro utilitate Sedis Apoſtolicæ, non teneatur illi cauſæ particulari reſpondere, ſed poſſit novas inducias petere. Ratio eſt, quia utilitas publica eſt præferenda privatæ. Hinc ex legitima cauſa debent illi concedi novæ induciæ ad deliberandum.

TITULUS IX.

De Feriis.

POſt titulum de dilationibns rectè Pontifex agit de Feriis, ſunt enim Feriæ etiam quædam dilationes, quas jus, & conſuetudo litigantibus indulget, quibus aures debent litibus vacare, ac contentioſi fori ſtrepitus, & jurgia procul abeſſe: ſicut enim durantibus dilationibus judicia ſilent, ita etiam ſtantibus Feriis, quibus religioni, & cultui divino vacandum eſt, ſunt tunc curæ ſæculares abjiciendæ, ut mens libera Deo impenſiùs ſerviat. Hinc Feriæ dicuntur dies, quibus forenſis ſtrepitus, & exercitium contentioſæ jurisdictionis planè conquieſcere jubetur.

SUMMARIUM EXEGETICUM

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. *OMNES 1. h. t. Ex Concilio apud Compendium ſtatuitur, ut dies dominici à veſpera in veſperam ſerventur, ut in eis non fiat mercatus, placitum, judicium, juramentum, niſi pro pace, & neceſſitate, & ut homines abſtineant ab omni opere illicito. Nota nomine placiti in textu ſignificari litem, jurgium; & cauſam forenſem, quæ in judicio agitur. Rurſus die feſto non fit judicium ad pœnam, ſeu ſanguinis, & præcipuè mortis, nec tractatur alia cauſa, niſi pietas ſuadeat.*

C. *QUONIAM 2. h. t. Alexander III. declarat, feſtorum principium, & finem eſſe ſervandum juxta eorum qualitatem, & conſuetudinem regionis. Item in dominicis, ex præcipuis feſtivitatibus: & inter Paſcha, & Pentecoſtem non fieri genuum flexionem, niſi ex devotione, & in ſecreto, & niſi in ordinationibus. Nota diem incipere in veſperis quantum ad officii celebritatem, & canonicam computationem* c. quod à partibus d. 25. *hinc dies dominici præcipiuntur ſervari à veſpera in veſperam. Quoad actus verò judiciales initium diei eſt mane, & finis ſolis occaſus ante noctis tenebras* c. conſuluit de officio delegati. *quoad contractus finitur dies media nocte* d. c. conſuluit *quoad eſum carnium hodiè durat à media nocte ad mediam noctem. Quoad inducias, ſeu treugam ab ortu ſolis ad occaſum: vel ſervatur conſuetudo* c. utinam d. 76.

C. *LICET 3. h. t. Idem Pont. reſcribit Triburienſi Archiepiſcopo in diebus feſtis, non tamen in majoribus ſolemnitatibus licitum eſſe ob neceſſitatem halecia piſcari; dummodo detur congrua portio pauperibus, vel eccleſiæ. Notat Gloſſa, licitum eſſe piſcari halecia in feſto, eò quia rarò, & certis tantùm diebus appareant: unde ob neceſſitatem permittitur hæc piſcatio, quia alio die non poſſet ampliùs fieri. Portio autem danda pauperibus, vel eccleſiæ ejuſdem territorii eſt quaſi decima prædialis.*

C. *CAPELLANUS 4. h. t. Clemens III. explicat quædam circa celebrationem nuptiarum; & declarat, quæ tempora ſint interdicta pro ſolemnitate nuptiarum. Vide Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 10.*

C. *CONQUESTUS. 5. h. t. Gregorius IX declarat, in diebus feſtis niſi neceſſitas, vel pietas ſuadeat, ita eſſe abſtinendum ab opere ſervili, ut proceſſus factus in his, vel ſententia lata, & pronunciata etiam de conſenſu partium non valeat. Secus in feriis introductis favore hominum, ut ſunt feriæ vindemiarum, vel meſſium de conſenſu partium hæc valent, quia partes poſſunt ſponte renunciare proprio favori; ſed non compelli, niſi res ſit tempore peritura. Ad pietatem pertinent cauſæ debilium, vel miſerabilium perſonarum: quia in operibus miſericordiæ non eſt habenda dierum diſtinctio* argu. c. Utinam d. 76. *Appellatio itidem permittitur in die feſto tanquam juris naturalis, non ita ejus proſecutio. Cæterùm ex hoc textu liquet, poſſe Epiſcopum in ſua diœceſi dies feſtos inſtituere, ut notat Covarruvias* lib. 4. variar. c. 19. n. 4. *neque ad id exigitur conſenſus populi, ſed ſolùm ejus præſentia, vel notitia, ut poſſit proponere Epiſcopo rationes in oppoſitum, eò quia multiplicitas feſtorum impediat, ne pauperes mediante proprio labore lucrentur neceſſaria ad propriam ſuſtentationem. Imò hodiè receptum eſt, ut dies feſti populo non vocato inſtituantur ſolâ Epiſcopi authoritate, cùm Clericorum conſilio in ſynodo, & poſtea populo indicentur. Verùm in feſtis inſtituendis ſervanda ſunt quæ ſtatuuntur, & declarantur à S. Congregatione rituum, approbante Urbano* VIII.

COM-

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid ſint Feriæ, & ad quid inſtituta?

1 PErinde ac perſeverantibus dilationibus officium Judicis in foro contentioſo quieſcit, ita durantibus feriis nil agitur, adeòque rectè titulo de dilationibus ſubjicitur titulus de feriis, cùm hæ ſint quædam dilationes à jure conceſſæ: differunt tamen feriæ à dilationibus, de quibus diximus in præcedenti titulo, quia dilationes dantur ob commodum, & plerumque etiam ad inſtantiam partium, ut valeant ſe ad litem inſtruere: feriæ autem à legibus ſunt inſtitutæ præſertim ob publicum bonum, vel Dei honorem. Tum quia dilationes dantur ſecundùm exigentiam cauſæ ad prudentis Judicis arbitrium: cùm feriæ definitæ ſint, ac ſtabiles, nec poſſint ab ipſo Judice dilatari, vel reſtringi, cùm id pertineat ad ſupremum legislatorem: nihilominùs quia in feriis fora quieſcunt, lites, & cauſæ in judicio ſuſpenduntur, & litigantes nil agunt; ideò feriæ in hoc ſenſu dicuntur etiam dilationes, quatenus actio contentioſa differtur in aliud tempus: quapropter feriæ hic generatim dicuntur dies illi, quibus forenſis ſtrepitus, & contentioſæ jurisdictionis exercitia jubentur quieſcere, ut conſtat ex *l.5. de fer.* proinde olim dictæ ſunt juſtitium, eò quia ſicut ſolis, ita & juris eſſet ſtitium, nec progrederetur, ut notat Gell. *lib.20.c.1.noc.att.* nec durantibus feriis ulla committebatur contumacia. Origo hujus nominis, vel deſumitur à feriendis hoſtiis, ſeu victimis, eò quia diebus feriarũ mactarentur, ſeu offerrentur hoſtiæ, ut cenſet Feſtus *lib.6.* qua ratione, & ipſæ hoſtiæ dicuntur feriæ, ut notat Gellius *lib.4.c.6.* vel à ferendis epulis, quia illis diebus epulæ ferebantur ex pecorum, frugùmque proventibus.

2 Juxta præſens inſtitutum in materia judiciali feriæ propriè dicuntur dies illi, in quibus forenſis ſtrepitus, & contentioſæ jurisdictionis exercitia jubentur quieſcere, & dividuntur in ſolemnes, & repentinæ; illæ quæ etiam ordinariæ dicuntur, ſunt, quæ ſtatis diebus, & anni temporibus recurrere ſolent: ſiquidem ſolemne etiam latinè dicitur, quod præſtari quot annis ſolet. Feriæ repentinæ, quæ & extraordinariæ vocantur, ſunt, quæ non certa, & ſtabili lege, ſed propter ordinarium aliquem eventum conceduntur à Principe, vel Magiſtratu, ut propter victoriam à Principe partam, aut ſi filius ei naſcatur: ad quod alluſit Martialis, cùm dixit: *Natalem colimus, ſilete leges:* quia ob nativitatem filii Imperatoris, jubebatur quieſcere exercitium contentioſæ jurisdictionis, vel ob aliam ſimilem cauſam, & hujusmodi feriæ, quæ in Principis honorem ſunt inſtitutæ, honorariæ vocantur.

Rurſos feriæ ſolemnes aliæ dicuntur inſtitutæ ad divinum cultum, cujusmodi ſunt feſta ſolemnia, quæ notantur in calendario; & aliæ propter majorem utilitatem hominum, ut poſſit quisque ſibi vacare, ut ſunt feriæ meſſium, & vindemiarum, quæ conceduntur ad colligendos fructus juxta cujusque regionis conſuetudinem. Præter ferias recenſitas dantur etiam feriæ nuptiarum, quibus fideles debent abſtinere à nuptiis publicè, vel ſolemniter celebrandis, ut habetur in *c. Capellanus 4. h. t.* & licèt de jure antiquo plura habeantur de feriis nuptiarum, ut conſtat ex *c. non oportet 10. cauſ. 33. q. 5.* nunc tamen ſtandum eſt decreto Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. c.10. de refor. matrim.* nimirum ut ab Adventu Domini usque ad diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum usque ad octavam paſchatis incluſivè nuptiæ non celebrentur: & quia Concilium dicit usque in diem Epiphaniæ, ideò octava Epiphaniæ excluditur ab hac prohibitione, & è contra includitur octava paſchatis, quia apponitur particula incluſiva, quæ ad utrumque tempus refertur *argu. l.1. ff. de liber. præter. & l.fin. ff. de reb. dub.* Prohibetur hiſce feriis primò benedictio nuptialis *c. 1. cauſ. 30. q. 5.* & Trident. *ſeſſ.24. c.*10. Secundò convivia nuptialia prohibentur *c. ne uxorem* 11. *ibi nec convivia facere cauſ.33.q.4.* Tertiò traductio ſponſæ in domum viri, licet nonnulli id limitent ad ſolam traductionem, quæ fit publicè, & cum ſolemnitate, adeò ut cenſeant, traductionem privatam uxoris in domum viri non eſſe prohibitam. Quartò prohibetur conſummatio matrimonii, ut docent communiter Canoniſtæ. 3

Feriæ ſacræ, cujusmodi ſunt dies dominici, 4
vel alii dies feſti de præcepto Eccleſiæ, incipiunt à veſpera præcedentis diei, usque ad veſperam diei ſequentis, ut de diebus dominicis habetur in *c.1. h.t. in princ.* ubi dicitur, quòd dies dominici à veſpera ad veſperam omni veneratione debeant obſervari; ita ut non liceat mercatum, aut judicium inſtituere, vel aliquem condemnare, aut juramentum præſtare, niſi pro pace, vel alia publica neceſſitate. Quod verò hic dicitur de obſervatione diei dominici, & feſtorum à veſpera ad veſperam, id debet intelligi ſecundùm conſuetudinem locorum, & Provinciarum. Verùm ſpectato communi Jure eccleſiaſtico cujuslibet feſti obſervatio incipit à media nocte usque ad alterius noctis medium. Hoc enim temporis ſpatium eſt integer dies naturalis viginti quatuor horarum: quamvis quoad publicam divinorum officiorum celebrationem computatio diei feſti fiat à veſpera diei præcedentis ad veſperam diei ſubſequentis: quia hic modus computandi Romanæ conſuetudini magis accommodatur, &

totus

totus dies dominicus, vel feſtus religioſè obſervatur. Cæterùm in feſtis inchoandis, & faciendis partim ad qualitatem, ſeu ſolemnitatem feſti attendi debet, partim ad conſuetudinem locorum prout habetur in *c.quoniam 2. h.t.*

5 In tota Eccleſia ſolus ſummus Pontifex poteſt dies feſtos, ſeu ſacras ferias populo Chriſtiano indicere, & præter ſummum Pontificem in ſuis diœceſibus ſinguli Epiſcopi conſentiente, & præſente populo, ut deſumitur ex *c.1.diſt.3.* & ex *c.ult.h.t.quos dies ſinguli Epiſcopi in ſuis diœceſibus tum clero, & populo duxerint ſolemniter venerandos.* Quamvis Epiſcopus in iis, quæ pertinent ad jurisdictionem Epiſcopalem, poſſit ſtatuta condere ex conſenſu, vel conſilio Capituli *c. 2. de conſtit. in 6.* Nihilominus quando agitur de diebus feſtis indicendis, debet ex conſenſu populi tales dies ſtatuere: quia vacare ab omni opere ſervili ad populum pertinet, qui licèt non poſſit contradicere, niſi ex legitima cauſa; nihilominùs niſi illo vel conſentiente, vel præſente Epiſcopus non inducit in ſua diœceſi novos dies feſtos. Princeps verò ſæcularis non poteſt ſtatutum facere, vi cujus teneantur ſubditi obſervare diem alicujus ſancti, quia indicere tales dies feſtos eſt actus jurisdictionis Eccleſiaſticæ, quâ Reges, & Principes ſæculares, cùm careant, non poſſunt obligare ſubditos ad obſervantiam alicujus diei, eſt enim hæc poteſtas præcipiendi dies feſtos ſpiritualis, proinde pertinet ad Paſtores Eccleſiæ non ad Principem ſæcularem. Tum quia ſicut conſecratio loci pro cultu divino ad ſolos Prælatos Eccleſiæ pertinet, ita conſecratio temporis, ratione cujus dies feſti efficiuntur ſacri, ac divinis dedicantur obſequiis.

6 Unde quamvis poſſit Princeps ſæcularis ſuis ſubditis præcipere, ut abſtineant ab operibus civilibus, vacent à laboribus, deſiſtant ab actibus forenſibus, ac prorſus ferientur ob regimen politicum, ut in ordine ad ſalutem corporum, vel animi oblectamentum, vel fructuum collectionem; nunquam tamen in ordine ad cultum religioſum Dei, vel Sanctorum: quia tale præceptum eſſet in materia religionis, circa quã Principes laici nullam habent poteſtatem ſine conſenſu ſumi Pontificis, vel Epiſcopi ut liquet ex *c.ult. h.t.*

7 Hinc votum publicum factum à Principe, & populo ſimul ſine conſenſu Prælati eccleſiaſtici celebrandi feſtum alicujus ſancti etiam ab Eccleſia canonizari ob ſuſceptum aliquod beneficium non obligat ex vi ſtatuti, & legis, ſed tantùm ex vi promiſſionis; adeò ut obliget ſolos voventes, quia cùm ſit obligatio voti perſonalis, non tranſit ad alios, ſed extinguitur cum ipſis voventibus: ſi tamen accedat eccleſiaſtici Prælati authoritas, obligatio acquirit vim præcepti, & obligat etiam ſucceſſores. Hinc nec Princeps ſæcularis poteſt per ſtatutum præcipere, ut feſtum aliquod obſervetur in honorem alicujus ſpecialis ſancti ſub certa pœna, quia tale ſtatutum nullum ſortitur valorem ex defectu poteſtatis, quia Princeps ſæcularis, cùm careat poteſtate ſpirituali, non poteſt ſtatutum condere in materia pertinente ad religionem, cujusmodi ſunt dies feſti: unde Princeps, cùm non poſſit obligare ſubditos ſine conſenſu Prælati Eccleſiaſtici, ita neque poteſt à ſubditis tranſgreſſoribus pœnas exigere.

8 Quòd ſi ſubditi non ſervantes dies feſtos inſtitutos ab Eccleſia à Principe puniantur, ex vi ſtatuti ab ipſo emanati, tunc pœna rectè exigitur propter violationem legis ſuperioris, ſeu eccleſiaſticæ, quia ad officium Principum Chriſtianorum pertinet Eccleſiam tueri, & in id incumbere, ut à ſuis ſubditis præcepta eccleſiaſtica obſerventur. Cæterùm ſi Princeps ſtatueret pœnam infligendam ſubditis tranſgreſſoribus alicujus feſti inſtituti ob finem politicum, ſeu civilem, ut ob memoriam reportatæ victoriæ, tunc tranſgreſſores poſſent etiam juſtè puniri ob commiſſam culpam non contra religionem, ſed contra obſervantiam debitam Principi.

9 Cæterùm licèt actus contentioſæ jurisdictionis prohibeantur exerceri in feriis, & ſi celebrentur, regulariter ſint ipſo jure irriti, neque poſſit quis eo tempore in jus vocari *c. fin. h. t. l. 2. C. eod.* Nihilominus excipiuntur duo caſus, in quibus diebus feriatis etiam in honorem Dei, & Sanctorum poteſt judicium inſtitui ſuper qualibet cauſa, tam civili, quàm criminali, tam ſpirituali, quàm temporali: ſcilicet caſus neceſſitatis, & pietatis ut deſumitur ex *c. ult.h.t.* etenim urgente neceſſitate ob publicam utilitatem, vel etiam privatam, poſſunt diebus feſtis expediri illæ cauſæ, quæ moram non patiuntur *l.1. §. ſed excipiuntur*, & *l. ſolet 3. ff. h.t.* ſiquidem urgente neceſſitate leges deperdunt vires, deſinúntque ligare: quapropter dicitur neceſſitas legem non habere *c. 2. de obſervant. jejun.* adeò ut quod aliàs prohibitum eſt, ex neceſſitate toleretur. Numerantur in jure plura delicta, quæ etiam diebus feriatis poſſunt in judicio cognoſci, ut ſi ſit procedendum contra latrones *l. penult. C. eod.* ubi etiam aſſignatur ratio, ne differatur punitio ſceleratorum conſiliorum, ſi delictum ſit atrox, & cum publico ſcandalo commiſſum, nam ſtatim judicari & puniri poteſt etiam die feſto, ſi ob publicum exemplum id expediat ad terrorem cæterorum.

10 Ex cauſa pietatis poſſunt diebus feſtis expediri cauſæ alimentorum, & ea decerni; ut etiam cauſæ carceratorum, pupillorum, viduarum, pauperum, & miſerabilium, quia in operibus miſericordiæ exercendis non eſt habenda diſtinctio temporis, & dierum: actus enim virtutis quovis tempore ſemper licitè exercentur, ut notat Gloſſa in *c. ult. h. t. V. pietat.* Cæterùm in feriis ſacris major neceſſitas requiritur, ut judicium in iis inſtitui poſſit, quàm in feriis ruſticis, ut deſumitur ex *l. publicas 5. C. h. t.* ubi dicitur, quòd publicæ, & fiſcales cauſæ in feriis meſſium, & vindemiarum tractari poſſint, non item in feriis ſacris inſtitutis in honorem Dei, niſi extrema neceſſitas, vel pietas id exigat. Actus tamen voluntariæ jurisdictionis, cujusmodi ſunt emancipare, manumittere, diſpenſare, abſolvere, indulgentias, & privilegia concedere, contractus approbare, inſtrumenta conficere, tutores pupillis deſignare, & alia id genus, quæ recenſentur in *l. 2. ff. h. t.* poſſunt die feſto exerceri: quia quæ ſunt voluntariæ jurisdictionis ad ſtrepitum judicialem, ſeu judicium

Digitized by Google

cium contentioſum non pertinent. Verùm
Abbas id limitat, quia licèt concedat, tales a-
ctus eſſe validos, negat tamen licitè fieri, eò
quia per hujusmodi actus homines abſtra-
hantur ab orationibus, & obſequiis divinis.

11 Alii tamen cenſent, etiam tales actus licitè
fieri, eò quia in jure ſpecialiter non prohibean-
tur, nec ſint opera ſervilia, nec ſint actus magis ex
ſe illiciti, quàm luſus, confabulationes, &
alia id genus, quæ fiunt etiam die feſto: ne-
que ferre ſententiam excommunicationis, aut
aliam cenſuram infligere die feſto est prohibi-
tum. Sunt opera quædam ſervilia, & judi-
cialia, quæ leges permittunt *l. omnes C. de feriis*,
fieri etiam in diebus feſtis, & ſacris; ſed hæc
opera non ideò poſſunt fieri diebus feſtis, quia
leges civiles id permittunt; ſed quia ſacri cano-
nes hujusmodi opera permittunt, ſi gravis neceſ-
ſitas urgeat, ut liquet ex *c. conqueritur de feriis*;
adeò ut ſi neceſſitas non urgeat, abſtinendum ſit
ab iisdem. Opera, quæ permittuntur, recenſet
Gloſſa in *d. c. conqueſtus V. pietas* & comprehen-
duntur his verſibus.

Hæc faciunt cauſas feſtis tractare die-
bus
Pax: ſcelus admiſſum: Manumiſſio: Res
peritura:
Terminus expirans: mora teſtis abeſſe vo-
lentis:
Cúmque poteſtatis patria jus filius e-
xit.

12 Regulariter actus contentioſæ jurisdictio-
nis non exerceantur in feriis, & ipſo jure ſunt nul-
li. Excipiuntur tamen, niſi fiant ex cauſa pieta-
tis: ſiquidem ex hac cauſa tempore feriarum,
etiam ſacrarum poſſunt inſtitui proceſſus ſum-
marii alimentorum, carceratorum, pupillorum,
viduarum, ac aliarum perſonarum miſerabilium,
ut paulò ſuperiùs innuimus. Rurſus cauſâ ne-
ceſſitatis poſſunt etiam cauſæ judiciales tracta-
ri, ut ſi periculum ſit in mora, propter quod
negotium differri non poſſit, ut ſi res, vel a-
ctio intra tempus feriarum fortè ſit peritura: ſi
contra latrones, alióſque de fuga ſuſpectos ſit
procedendum. Et etiam ex cauſa reconventio-
nis ſuſtinetur proceſſus factus tempore feriarum,
ſi partes renuntiaverint, quod eſt intelligendum
de feriis vindemiarum, meſſium, & aliis inſtitu-
tis ad privatam utilitatem à jure civili, non
verò de feriis ſacris inſtitutis in honorem Dei,
& ſanctorum, quia hiſce partes non poſſunt re-
nunciare.

13 Quæritur tamen primò, an libellus ab actore
die feſto offerri poſſit judici, & ab iſto ipſi reo
convento. Communior opinio eſt, poſſe talem li-
bellum offerri, Bart. *l. miles §. 60. ff. ad leg. Jul de*
adulter. eò quia oblatio libelli non ſit actus ju-
dicialis, cùm judicium incipiat à citatione: &
libelli oblatio hanc præcedit. Hinc poteſt etiam
fieri inquiſitio à Judice, antequam reus ſuſpectus
citetur, aut in carcerem detrudatur, eò quia tam
oblatio libelli, quàm inquiſitio de reo ſuſpecto
antecedunt citationem, & ſunt actus extraiudi-
ciales.

Quæritur ſecundò, an citatio die feſto poſ- 14
ſit à Judice fieri. Communior ſententia eſt, ci-
tationem poſſe inſinuari reo die feriato, ut com-
pareat die non feriato, eò quia executio citationis
ſit etiam actus merè extrajudicialis; & non po-
teſt reus conqueri, quòd in jure feriarum ſibi præ-
judicetur, eò quia non tenetur comparere eo ip-
ſo die, quo citationem recipit; ſed alio non feria-
to, ut notat Bald. *in l. fin. C. h. t.* Rota Rom. *de-*
ciſ. 1. n. 1. de fer. in novis. deciſ. Gaillus *lib. 1. ob-*
ſer. 53. n. 5. ubi ait, magis communiter receptum
eſſe, quòd citatio fieri poſſit à die feriata, ad non
feriatam, eò quia ſit actus extrajudicialis, adeò
ut poſſit fieri domi. Nihilominùs ſi ſpectemus
jura, oppoſita ſententia eſt probabilior, quam
defendunt plures cum Panormitano hîc *num. 2.*
quia cùm citatio ſit fundamentum proceſſûs ju-
diciarii, videtur eſſe actus judicialis, qui fit à
Judice præmiſſa aliqua cognitione cauſæ intra
ſe: unde plures, qui citantur pro oppoſita ſen-
tentia, non loquuntur de ipſa citatione, ſed tan-
tùm de intimatione citationis per Nuntium, ſeu
oblatione citatorii, quia hic actus non eſt judi-
cialis, & poteſt etiam fieri extra territorium, &
jurisdictionem Judicis; proinde nil vetat, quin
poſſit fieri die feſto. An verò valeat citatio de-
creta ad diem feriatam; plures juris pontificii
periti affirmant, quos citat Joannes Andreas
hîc *num. 2.* ſi dies ſit tantùm feriatus, & non
ſacer. Verùm communior ſententia eſt negati-
va, ſi dies, qui pro termino comparitionis aſſi-
gnatur, ſit feſtivus in eo loco, ubi citatus habi-
tat, licèt feſtivus non ſit in loco judicii, quia in
ordinatione judicii attenditur conſtitutio loci,
ubi judicium exercetur, non ubi litigantes habi-
tant.

Quæritur tertiò, an diebus feriatis poſſint 15
ſaltem teſtes examinari? Plures reſpondent cum
diſtinctione, ſi die præcedente non feriata præ-
ſtiterunt juramentum, cenſent poſſe examinari,
non ita ſi non præſtiterunt juramentum, ita cen-
ſent plures cum Panormit. *c. 1. n. 6. h. t.* & ea
nituntur ratione, quia examen non ſit actus judi-
cialis, cùm per quemlibet ad id deputatum, & e-
tiam in loco privato fieri poſſit. Verùm ſi ſpe-
ctemus jura, contraria ſententia eſt verior, adeò
ut depoſitiones teſtium in die feſto ſint irritæ
argu. l. ult. C. h. t. ubi habetur: *nulla quempiam*
urgeat admonitio: ex quo inferunt juriſperiti, te-
ſtes in die feſto non eſſe compellendos ad reſpon-
dendum: & ratio eſt, quia Judex tunc non inter-
rogat juridicè, eò quia tali die non habeat jus in-
terrogandi. Quamobrem licèt depoſitio teſtium
ante juratorum non ſit actus judicialis, & ſtri-
cti juris, eò quia non requirat cognitionem cau-
ſæ, eſt nihilominùs aliquo pacto actus judicialis,
eò quia procedit à judiciaria poteſtate plurimúm-
que inſervit ad judiciariam ſententiam: unde niſi
ſit periculum in mora, eò quia teſtis ſit diſceſſu-
rus, & non poſſit poſtea examinari, aut ſit conſti-
tutus in mortis articulo, vel in periculo immi-
nenti, ut tempore peſtis; ſunt teſtes examinandi
diebus non feriatis.

Quæritur quartò, an rei captura fieri poſſit 16
die feſto? Reſpondetur cum communi ſententia
negativè *arg. l. ult. C. h. t.* excipitur tamen, niſi

periculum ſit in mora, vel reus criminis de ſuga ſit ſuſpectus, ut notat Farinac. in *prax. lib. 1. tom. 4. q. 27. n. 107. & 109.* ubi addit, reum gravioris criminis poſſe etiam die feſto capi, *argu. l. 3. C. de epiſcopal. audient.* & *l. actus 8. C. h. t.* ubi habetur, quòd latrones die feſto poſſint tormentis torqueri, ac ſubjici. Imò Gloſſa addit, hujusmodi facinoroſos, & reipublicæ perquàm noxios die dominico, vel alio feſto poſſe etiam capite plecti, & morte puniri; ſed in jure canonico id non permittitur, cùm prohibeatur, ne quis in diebus ſacris ad mortem, vel pœnam judicetur *c. 1. h. t.* ubi tantùm excipitur cauſa pietatis, & neceſſitatis, quæ aliud exigat: unde ceſſante neceſſitate omnia ſupplicia exercenda in reos differri debent in dies non feriatos.

17 Quæritur quintò, an ſaltem executio ſententiæ judicialis poſſit fieri die feſto, quòd ſaltem validè fieri poſſit, affirmant plures cum Panor. *c. 1. n. 22. de jud.* eò quia executio ſententiæ non ſit actus judicialis exigens cognitionem cauſæ. Sed ſi ſpectemus jura, contraria ſententia eſt probabilior, quia ut notat Farinac. in *prax. lib. 1. tom. 4. p. 27. n.* 107. Pius V. pro urbe Roma hanc ſententiam approbavit.

18 Quæritur ſextò, an ſaltem coram arbitro poſſit die feſto judicium agitari, & communis reſponſio eſt, arbitrum juris procedere non poſſe die feſto, eò quia teneatur ſervare judicialem ordinem, & debeat procedere inſtar Judicis, ut habetur in *l. omnes 7. C. h. t.* Arbitratorem tamen, ſeu ſimplicem Compoſitorem partium poſſe quovis die cognoſcere, & arbitrium dicere, ſeu amicabilem compoſitionem indicate, ac conciliare pacem inter partes diſſidentes; ſiquidem reconciliare animos diſſidentes, non prohibetur die feſto, quia eſt actus virtutis.

19 Quæritur ſeptimò, quibúsnam feriis renunciari poſſit; & reſpondetur feriis ſacris inſtitutis in honorem Dei, & Sanctorum, partes litigantes non poſſe renunciare, ut deſumitur ex *c. ult. conſentientibus etiam partibus h. t.* Imò nec feriis repentinis, ſeu extraordinariis, quæ ob publicam cauſam inſtituuntur in honorem Principis: quia pactis privatorum, non poſſunt tolli, quæ ſunt publici juris *l. jus publicum 38. ff. de pactis.* Secus feriis ruſticis inſtitutis pro meſſe, & vindemia, ſeu fructibus terræ colligendis non prohibentur partes renuntiare, ſi velint conſentire, ut judicium in iisdem feriis conſtituatur: ratio eſt, quia feriæ ruſticæ a jure inſtitutæ ſunt in favorem ſubditorum, & partes poſſunt huic favori renuntiare: ſed renunciatione factâ, non poſſunt partes ampliùs eam revocare, niſi fortaſſis cauſa de novo ſuperveniat, quæ non erat tempore renunciationis *c. ult. in fin. h. t.* & ibi Gloſſa *V. quibus* Abbas ibid. *n. 9. &* 11. Imò non ſolùm in judicio, ſed etiam extra illud poſſunt partes prædictis feriis renunciare, vel expreſsè in inſtrumento contractûs; vel tacitè, ſi partes ſcienter recipiant terminum ipſis præſentibus à Judice aſſignatum, & talis terminus ſit dies feriatus; tunc enim per ſilentium, & acceptationem diei feriati cenſentur renunciare exceptioni feriarum, ut notat Gloſſa Marginal. in *c. ult. h. t.*

20 Hinc abſolutè non prohibentur judicia agitari diebus feriatis meſſium, & vindemiarum, ſed tantùm ne quis adverſarium compellat venire ad judicium: ſiquidem acta judicialia citra conſenſum partium facta ipſo jure ſunt nulla *l. ſi feriatis 6. ff. eod.* niſi tamen neceſſitas urgeat, & res ſit brevi peritura, & dilatio peremptura litis inſtantiam *l. 1. §. ſed excipiuntur*, & *l. ſolet. 3. ff. eod.* Rurſus tametſi partes renuncient feriis ruſticis, non propterea tenetur Judex illis jus dicere diebus feriatis extra cauſam urgentis neceſſitatis, eò quia hujusmodi feriæ ruſticæ non ſolùm in favorem partium, ſed etiam Judicis fuerunt à jure inſtitutæ: quapropter neque teſtes poſſunt compelli ad teſtimonium ferendum in feriis ruſticis, ut notat Gloſſa *fin. in l. omnes 7. C. h. t.* quia partes non poſſunt præjudicare Judici, nec teſtibus. Rurſus feriæ ruſticæ non ſolùm conceduntur agricolis, ruſticis, & vinatoribus, ſed etiam viris civilibus, clericis, ac militibus, quia tametſi hujusmodi homines non colligant per ſe fructus terræ, id tamen faciunt per alios colonos. Tum quia quamvis perſonæ principales per ſe non occupentur actibus, & negotiis forenſibus, id tamen faciunt per Procuratores, & Advocatos; quia in talibus feriis ruſticis ſolent propria bona adire, & ſuas res curare, & propterea poſſunt commodo haberi.

Quæritur octavò, an liceat die feſto parti litiganti appellare? Reſpondetur cum communi ſententia, poſſe quidem appellare, ſed non appellationem proſequi, ut ſpeciatim notat Gloſſa in *c. ult. V. quibus utique. h. t.* quod etiam extenditur ad ferias repentinas. Ratio eſt, quia provocatio propriè non eſt actus judicialis, cùm per illam potiùs recedatur à judicio, & appellatio ad ſuperius tribunal pertinet ad naturalem defenſionem, quæ eſt juris naturalis, & favorabilis, proinde ſi absque magno ſtrepitu fiat, permittitur etiam die feſto: quia ſtrepitus, & proceſſus judicialis die feſto non licitè, nec validè fieri poteſt, ut deſumitur ex *c. ult. h. t.* quapropter licet permittatur appellatio, non tamen proſecutio appellationis, cum hæc non fiat ſine ſtrepitu, & proceſſu judiciali. 21

§. II.

De obſervatione feriarum in ordine ad cultum divinum.

QUia ſummus Pontifex in hoc titulo non ſolùm agit de feriis in ordine ad judicium, verùm etiam ad cultum divinum obſervandis; ideò expeditis iis, quæ videbantur pertinere ad ferias in ordine ad judicium; ſupereſt, ut nonnulla adjiciamus de feriis in ordine ad cultum divinum. Præceptum de diebus feſtis obſervandis duplex eſt, negativum unum, alterum affirmativum: illud prohibet, ne die feſto opera ſervilia exerceantur. Præceptum affirmativum præcipit omnibus fidelibus habentibus uſum rationis intereſſe ſacro, ut liquet ex *c. 1. h. t. c. omnes fideles, c. miſſas diſt. 1. de conſec.* Rurſus præceptum negativum ſola opera ſervilia prohibet; & quamvis in veteri teſtamento omne 1

opus

opus in Sabbatho fuerit Judæis interdictum *Exod.* 20. *Deuter.* 5. cùm tamen tale præceptum fuerit partim morale, & partim cæremoniales; & cæremonialia veteris teſtamenti per Chriſti adventum expiraverint *c.un.de purif.poſt part.* ideò Eccleſia ad ſola opera ſervilia præceptum illud reſtrinxit.

2 Opus autem ſervile dicitur, quod corporis commoditati inſervit, & per famulos,ac ſervos ſolet exerceri, prôinde dicitur ſervile, quia ex ſe habet quendam famulatum, & ab illis ut plurimum exercetur, qui aliis inſerviunt, cujuſmodi ſunt fodere terram, arare, nere, ſuere, & alia hujuſmodi, quæ ſervis propriè conveniunt, tametſi nonnunquam etiam per liberos exerceantur, & hæc dicuntur opera mechanica,eò quia artes mechanicas in illis debeant operantes dirigere. Cæterùm ſi opus ex natura ſua non ſit ſervile, non evadit ſervile, ex eo,quòd exerceatur ex intentione, & ſpe lucri, ut docet D.Thomas 2. 2. *q.* 122. *art.*4, ſiquidem operari ob lucrum, quod in die feſto prohibetur, ſupponit opus ſervile; quod tripartitur in religioſum, peccaminoſum, & indifferens: opus ſervile religioſum dicitur, ſi per illud Deus colatur: peccaminoſum, ſi dæmoni inſerviatur, & injuria divino Numini inferatur: opus ſervile indifferens dicitur, quo homini inſervitur in iis,quæ ad corpus pertinent. Opera ſervilia primi generis non ſunt prohibita die feſto, imò potiùs præcepta,cùm in iiſdem poſitus ſit externus Dei cultus, & honor Sanctorum, ut docet D.Thomas *loc. cit. art.* 4.

3 Rurſus nec opera peccaminoſa ſunt ſpecialiter prohibita, quaſi per illa dies feſtus violetur, ut docent communiter cum Suarez *de relig.lib.*2. *c.*18. ratio eſt,quia præceptum divinum, & eccleſiaſticum de colendis diebus feſtis non obligat ſpecialiter ad non peccandum in die feſto, ſed ad non exercendum opus ſervile: & opus peccaminoſum formaliter non eſt ſervile, quamvis materialiter poſſet eſſe ſervile, ut ſi quis ad committendum furtum ſcindat aliena ligna, unde qui peccat die feſto, non videtur duplex peccatum committere, unum in illa ſpeciali materia, quo peccat, & aliud ratione transgreſſionis, ſeu violationis feſti: nihilominus peccatum in die feſto commiſſum contrahit aliquam majorem gravitatem intra eandem ſpeciem, quæ tamen non eſt neceſſariò aperienda in confeſſione.

4 Opus ſervile indifferens eſt veluti quoddam genus, quod complectitur tres ſpecies; quarum prima eſt,ſi opus ſervile ſit neceſſarium ad hominis ſuſtentationem. Secunda ad curandum proximum: tertia ad cultum, & ſervitium Dei. Ex conſuetudine non prohibetur opus ſervile in die feſto, ſi neceſſarium ſit ad ſuſtentationem hominis, quo pacto non eſt prohibitum die feſto parare cibos, coquere carnes, menſam ſtruere, fercula præparare, fructus colligere, occidere animalia, excoriare: coquere tamen panes non permittitur, quando præveniri poteſt, & multi dies feſti non occurunt ſimul. Cæterùm ratione neceſſitatis fiunt panes, & coquuntur: excuſantur etiam Mollitores piſtrinorum, qui utuntur mollendinis fluvialibus, aut venti,in quibus exiguus labor ſervilis impenditur.

Opera neceſſaria ad curandum proximum tametſi in ſe ſervilia ſint, nihilominùs vel non ſunt prohibita, vel ob neceſſitatem excuſantur; qua ratione excuſantur Medici, Chirurgi, & Pharmacopolæ, dummodo conficiant ſolas medicinas ob neceſſitatem illius diei. Opera ſervilia,quæ fiunt in honorem,& cultum Dei,adhuc ſubdividuntur in tres ſpecies; alia enim immediatè pertinent ad Dei cultum, & hæc licitè, & honeſtè fiunt in die feſto, ut pulſare organa, uti muſicis inſtrumentis. Alia ſunt præparatoria ad cultum, & hæc etiam licitè fiunt, ſi conjuncta ſint cum ipſo cultu divino, ut eſt ſonus campanarum, ornatus Eccleſiæ, & altarium. 5

6 Alia ſunt, quæ tantùm remotè, & accidentaliter ad Dei cultum pertinent; & hæc non fiunt licitè die feſto, eò quia fieri poſſunt diebus præcedentibus, ut albare parietes templi, veſtire muros tapetibus, purgare ſcopis muros à telis araneorum,verrere totum pavimentum,& quamvis plura hujuſmodi opera ſervilia ſecluſo contemptu, ſi fiant die feſto,non ſint peccatū mortale, præſerrim verrere pavimentum,veſtire parietes tapetibus, nihilominùs cùm poſſint fieri diebus præcedentibus,quandam contrahunt deformitatem. Secus ſi Aurifices diebus feſtis conficerent calices, & alia vaſa inſervientia Eccleſiæ, ruſtici colerent agros Eccleſiæ, fabrimurarii conſtruerent Eccleſiam, non excuſarentur à peccato mortali, eò quia hujuſmodi opera ſunt per ſe ſervilia, & non niſi remotiſſimè pertinent ad Dei cultum.

7 Opera liberalia dicuntur illa, quæ ſunt digna libero homine, & magis ad excolendum, & oblectandum animum facta ſunt,quàm ad comodum corporis pertineant, & hujuſmodi opera liberalia non comprehenduntur ſub præcepto illo negativo, quo prohibemur exercere opera ſervilia diebus ſacris, & feſtis. Tum quia illud præceptum negativum limitator ad ſola opera ſervilia, quæ ſunt ignobiliora, minúſque digna, ut cum cultu Dei conjungantur. Tum quia plura opera liberalia continent Dei cultum, vel ſaltem ad illum proximè conferunt, ut orario, ſacra lectio, concio, & ſimilia, quæ non ſolùm licita ſunt, ſed etiam commendantur in die feſto.Hinc non prohibentur ſtudia theologiæ, juris canonici, Philoſophiæ.

8 An verò ſcribere ſit opus ſervile, & prohibitum die feſto; reſpondent plures,ſcribere eſſe opus mentis, & locutionem quandam permanentem ordinatam ad inſtructionem mentis propriæ, vel alienæ, proinde recenſeri inter opera liberalia,nec fieri ſervile, ex eo, quòd fiat ob lucrum ſecundùm communiorem ſententiam, quàm docent Cajetan. 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. Navarr, *c.* 13. *n.* 13. Medina *lib.*1. *inſtruct. c.* 14. §.8. Lôpez *p.* 1. *c.* 55. Bonacina *tom.* 2. *diſp.* 5. *q. un. punct.* 2. *n.* 25. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 24. Layman. *lib.* 4. *tract.* 7. *c.* 2. *n.* 3. & alii plures, & ratio eſt, quia Eccleſia non prohibuit operari in die feſto ob mercedem, niſi in quantum prohibuit ipſum opus; proinde ſi ratione feſti non prohibetur opus, nec etiam pro-

hibetur fieri ob mercedem: quamobrem opus liberale ex ſe non cenſetur prohibitum in die feſto, ſi fiat ob lucrum: è contra tamen opus ex natura ſua ſervile ſi gratis fieret die ſeſto, non excuſaretur à culpa, quia tale opus per ſe eſt prohibitum.

9 Transſcribere verò licèt probabile ſit, eſſe opus ſervile, ſi fiat ex officio, quod exercent Notarii, Commiſſarii, & alii officiales Curiæ, qui transſcribunt ex officio, & pacta mercede, nec ad talem ſcripturam ſit neceſſarium opus mentis, ut notant Sylvius *2. 2. q. 122. art.* Toletus *lib. 4. c. 24.* & alii: nihilominus communior ſententia eſt, tranſcribere non eſſe opus ſervile, ſed libetale, eò quia nihil aliud ſit quàm ſcribere, quod ſi licitum eſt die ſeſto, erit etiam licitum tranſcribere. Tum quia actio tranſcribendi ex ſe eſt ſpititualis, & mentalis, & tantùm per accidens ſe habet, quòd ex hac, vel illa intentione fiat ab operante, unde non efficitur actio ſervilis ex intentione lucri, vel metcedis, ut docent communiùs cum Suarez de *relig. tom. 1. lib. 2. c. 24.* Reginald, *lib. 7. c. 2. num. 15.* Rodriquez. *tom. 1. ſum. c. 22. n. 2.*

10 Licita eſt igitur pura ſcriptio die ſeſto etiam lucri gratia; quia eſt opus liberale; debet enim neceſſariò exprimere internos conceptus; & cum non exprimat conceptus ſcribentis, debet exprimere conceptus dictantis; adeò ut ſcriptio non ſit ſeparabilis ab actione exprimendi conceptus; & ſimul cum ipſa computetur pro una, eadémque actione, à qua deſumit determinationem; & cum licitum ſit exprimere proprios conceptus, erit etiam licitum totum, quod concurrit ad talem expreſſionem: conſequenter etiam ipſa ſcriptio, quamvis fiat per alterum; quia ſcriptio in ordine ad exprimendos conceptus ſe habet ut inſtrumentum, eujus actio ſequitur conditionem principalis actionis.

11 Neque obſtat, ſi dicas, ſcriptionem eſſe actionem materialem corporalem, quæ fit ſervilis, vel liberalis juxta determinationem, quam ſortitur. Proinde quamvis, opus liberale ob lucrum exhibitum non evadat ſervile; quando tamen amittit id quod eſt libetale, evadit ſervile. Id autem contingit in ſcriptione, quando eſt pura ſcriptio; quia caret illa ſorma, ob quam eſt liberalis; & tunc deſinit deſervite animæ ſcribentis; quia per ipſam ſcribens non intendit aliquid, quod ad eſſe internum ipſius ſpectet: quapropter ſcriptio tunc eſt mera actio laborioſa, externa, corporalis, & ſervilis. Nam contra eſt: qoia actio ſcribendi nunquam poteſt remanere in ſolo eſſe materiali corporali; quia per ſe, & ex ſua natura eſt eſſentialiter expreſſiva internorum conceptuum, vel ipſius ſcribentis, vel alterius dictantis, à quo determinatur, ut ſit actio liberalis; qoatenus dictans ea utitur ad exprimendos proprios conceptus mentales.

12 Generatim opera animæ, ſeu quæ procedunt à potentiis animæ, súntque earundem exercitia permittuntur die feſto exceptis quibusdam caſibus in jure expreſſis: ſiquidem opera animæ non ſunt opera ſervi lia. Quapropter Advocatus poteſt in die ſeſto dare operam ſtudiis, cauſam litis, quam tractat ſcribere, judices confirmare ſcripto, agere privatim de lite cum Procuratore, referre cauſam ad judicem, ut eâ cognitâ commodiùs ſententiam ferat. Licitum itidem eſt Doctori conficere conſilia diebus feſtis, & conſulere præſertim in cauſis pauperum, quia hoc eſt opus pietatis; & in exercendis operibus pietatis non habetur diſtinctio dierum. Licet etiam conſulere pro cauſis ſorenſibus, ne diutiùs detineantur; ita tamen ait Moditius in §. *Prudentum reſponſa dub. 9. n. 2.* citans Jaſ. in *l. D Trajanus n. 3. ff. de feriis*, ut conſulens de mercede eleemoſynam eroget.

Communior tamen ſententia docet, eſſe ſimpliciter licitum, eò quia licitum ſit exercere opus quod non ſit ſetvile, tametſi ex mercede fiat, ut notat Suatez *tom. 1. de Rel. lib. 2. c. 30. n. 9.* & deſumitur ex D. Thoma *2. 2. quæſt. 122. art. 4. ad 3.* quia conſulere non eſt opus corporale, & ſervile, quod ſolùm fieri diebus feſtis eſt prohibitum *c. 23. Lev.* neque ex eo qnód fiat ex mercede tranſit in ſervile, quia merces eſt illi ptorſus extrinſeca; proinde non extrahit conſilium à ſua conditione. Præterea quia Moditius *dub. 11. nu. 18. in idem §. prudentum reſponſa* fatetur, licitum eſſe Doctori, legere die ſeſto etiam ob lucrum; & nihilominus legere eſt opus ejusdem generis, ac conſulere, de quo propterea debet eſſe eadem ratio. Hinc licitum eſt etiam doctori ſcribere pro civibus conſilia, & eligere ad officia, quia electio eſt opus animæ, licet terminetur ad negotia temporalia, quia hæc ſe habent tantùm materialiter ad electionem, ut docet D. Thomas *2. 2. qu. 122. ar. 4.* Licitum eſt etiam extra neceſſitatem diebus feſtis conficere teſtamenta, ſcripturas donationis, renunciationis, debiti ſoluti; item inſtituere procuratorem ad exigendum, & ſolvendum, ad contrahendum matrimonium; & alia id genus. Ut etiam ſacere inſtrumenta emptionis, & venditionis in iis locis, in quibus vel ex conſuetudine, vel ex permiſſione exercetur mercatus: quia tunc cum emptio, & venditio ſint licitæ, eſt etiam licita ſcriptura. 13

Iure tamen prohibentur quatuor opera non ſervilia, quæ die ſeſto fieri non poſſunt, ot *Mercatus, Placitum, Judicium ad mortem, vel aliam pœnam civilem, & juramentum in judicio interpoſitum*, niſi causâ pacis ineundæ, aut neceſſitatis interponatur. Mercatus ſumitur primò pro nundinis, quæ ſemel, aut bis quot annis fiunt juxta locorum conſuetudines: ſiquidem hæ nundinæ jure communi ſunt prohibitæ diebus feſtis; conſuetudine tamen legitimè præſcripta hoc jus eſt abrogatum: poteſt enim conſuetudo derogare humanæ legi, ex qua habetur hæc prohibitio, dummodo novi Prælati prohibitio non accedat. Secundò ſumitur metcatus pro illis quaſi ſeminundinis, quæ bis, aut ter in hebdomada alicubi fieri conſueſcunt, & in quibus ruſtici, ac vulgares homines deſerunt ad ſorum ova, pullos, fructus: & hic mercatus eſt etism prohibitus diebus feſtis, niſi in aliquo loco conſuetudo contrarium obtinuerit. Tertiò ſumitur mercatus pro quolibet actu emptionis, & venditionis, locationis, & conductionis, & cujusvis alterius ſimilis contractus: & licèt de jure communi nec etiam ſit licitum hoc modo contrahere, nihil- 14

eminus

lominos etiam conſuetudine derogatum eſt huic juri, qoia univerſaliter permittitur, ut panis, vinum, herbæ, fructus, carnes & alia ſimilia ad quotidianum victum neceſſaria diebus feſtis vendantur, & emantur: quinimo in parvia opidia aliæ etiam venditiones fieri ſolent, ut rerum quæ pertinent ad veſtitum, & ornatum, val etiam uſum humanum, eò quia aliàs pauci eſſent emptores defectu ruſticorum ementium, qui diebus profeſtis agrorum culturæ incumbunt: quapropter in hiſce parvis opidis, ſutorea, ſarrorea, ac ſimiles opifices, ſolent excuſari ſi diebua feſtis vendant ruſticis incolis calceos, veſtes, & alia id genus, eò quia diebus profeſtis non ſoleant ruſtici comparere, ut docent communiter. Toletus *lib. 4. c. 24.* Navarrus *c. 13. num. 8.* Bonacina, Suarez.

15 Placitum dicitur ſententia civilis, ac ſtrepitus judicialis Judicum, Notariorum, Actorum, Reorum, Teſtium, Procuratorum, & Advocatorum concurrentiom ad tale judicium: adeo ut quælibet lis, & cauſa fori, quæ agitur in judicio, & omnia quæ pertinent ad acta judicii, & formationem proceſsûs, vel ad prolationem ſententiæ prohibeanrur fieri die feſto, & irritentur, ſi eo tempore fiant, niſi neceſſitas id exigat, eò quia alio tempore teſtes commodè haberi non poſſint: vel pietas id deſideret, quia actus virtutum quovis tempore poſſunt exercari: hinc ex conceſſione Pontificia excuſantur Judicea rurales dicentes jua ruſticia in die feſto, ne perdant diurnum laborem neceſſarium ad ſuſtentandam vitam: quapropter eſt etiam licitum in die feſto judicare cauſas miſerabilium perſonarnm; generatim tamen quævis ſententia exigena ſtrepitum judicialem, vel conjuncta cum judiciali ſtrepitu prohibita eſt in die feſto; non ita aliæ ſententiæ non requirentes ſtrepitum judicialem, ut liquet in abſolutiona ab excommunicatione; in diſpenſationibus, aliiſque actibus voluntariæ jurisdictionis: hinc neque prohibentur in die feſto actus extrajudiciales, adeo ut excuſentur Notarii, & Officiales curiæ, qui domi privatim transferibunr, ut etiam creditores, qui privatim, & extrajudicium exigunt debitum à ſuo debitore. Imò licita eſt etiam appellatio, quia ſaltem ex conſuetudine non videtur comprehendi ſub univerſali prohibitione actuum judicialinm, cùm ſit res favorabilis, ſiatque ſine magno ſtrepitu: non ita licita eſt proſecutio appellationis, cùm hæc fieri ſoleat cum ſtrepitu, nec ſit ita neceſſaria, ut appellatio.

16 Aliud opus non ſervile prohibitum in die feſto eſt judicium ad mortem, vel pœnam; per quod intelligirur ſententia mortia, aut alia quævis corporalis pœna; tametſi ex urgente cauſa poſſet aliquando in die feſto ferri ſententia ad mortem, ut ſi tempus id exigat, vel timeatur, ne aliquis ſit impedimento juſtitiæ; aut malum augeatur, niſi ſtatim reus puniatur, ut etiam tempore belli. Rurſus in *c. 1. de fer.* prohibetur etiam juramentum judiciale fieri in die feſto ſeclusâ cauſâ pacis, aut magnæ neceſſitatis, val cauſæ piæ: juramentum extrajudiciale, nec etiam ſit die feſto, ſi per illud firmentur pacta, & conventa inter homines, & præſertim contractus: ſecus ſi per illud non firmentur pacta, & conventa, nec ſiat in judicio; quia omne juramentum alioquin licitum ex objecto, fine, & circumſtantiis extra tempus feſtivum, ex eo ſolùm, quod fieret in die feſto eſſet peccatum, quod eſt contra prax im Eccleſiæ.

Cæterum ſententia in judicio lata diebus feriatis nullum ſortitur valorem, ſive jus canonicum, ſive civile conſideremus: ſiquidem in *c. ult. de feriis* Gregorius IX. expreſsè ait, *usque adeo convenit ab hujusmodi abſtinere, ut conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia; quam contingit in hujusmodi diebus promulgare,* & *l. ut in die C. de feriis* Theodoſius conſtituit, ut ſi diebus feſtis aliquid in judicio actum fuerit omnibus modis irritetur. Gloſſa tamen in *c. conqueſtus de feriis* annotavit quædam ab hac regula excipi, nimirum ſi res ſit peritura, ſi dilatio ſit actionem peremptura *l. 1. §. ſed excipiuntur,* & *l. ſolet. ff. de fer.* & *c. ſignificaverunt de judic.* Rurſus pro pace ineunda, & concordia promovenda permittuntur etiam quæ in judicio aguntur *l. ult. C. de fer.* cujusmodi ſunt pacta, transactiones, & alia id genus: ut etiam ſi neceſſitas ſubſit *c. ult. de feriis,* ſi res exigat celeritatem *l. 1. ff. de damno infecto.* Si pietas id ſuadeat *c. ult. de fer.* 17

§. III.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones, pertinentes ad opera, quibus eſt diebus feſtis ſuperſedendum.

Quæritur primò, an liceat diebus feſtis pingere, cauſâ addiſcendi. Non licere docent Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. c. 26. num. 4.* Bonacina *diſp. 5. de tertio præcepto q. un. punct. 2. n. 25.* Palaus *p. 2 tract. 3. de obſervat. feſt. diſp. 2. punct. 5. n. 7.* eò quia ars pingendi ſit mechanica, & qui pingit exerceat opus ſervile, ac proinde prohibitum in die feſto; neque opus ſervile evadit licitum ex eo, quia ordinetur ad addiſcendum, qua ratione non eſt licitum addiſcendi gratiâ, colere agros, conſtruere domum, fabricare navim, & alia id genus exercere. Alii tamen inter quos Cajetanus *V. feſtorum violatio.* Medina *1. inſtruct. c. 14 §. 8.* Layman *lib. 4. tract. 7. c. 2. num. 3. V. dico tertiò.* Sanchez *tom. 2. opuſc. lib. 5. c. 2. dub. 6. n. 8.* aſſerunt, & quidem probabiliùs pingere addiſcendi gratiâ non eſſe prohibitum die feſto poſt divina officia, eò quia pingere ſit de actio indifferens reſpectu ſervorum, ac ingenuorum, adeo ut ars pingendi ſoleat exerceri etiam à nobilibus viris recreationis gratiâ; & pictores inſignes ſolent etiam à Principibus honorari iia inſignibus, quibus nobilea viri condecorantur, & intra ordinem equeſtrem collocantur: ex quibus conjicitur, picturam eſſe artem liberalem non mechanicam, & pingere non eſſe opus ſervile, proinde ſi non impediat auditionem ſacri, nec cultum divinum, quem fidelea diebus feſtis ſolent exercere, ex eo, quod aliquis poſt divina officia 1

officia potiùs domi pingat, quàm eat ſpatiatum, non videtur eſſe aliquid deforme præſertim ſi pingat recreationis causâ, vel addiſcendi gratiâ; quinimo eſt potiùs exercitium diſciplinæ, quo perficitur anima, proinde videtur licitum etiam die feſto, cùm ſola opera ſervilia in jure canonico prohibeantur; & quædam alia, quæ exprimuntur in eodem jure.

2 Immo non improbabilis videtur quorundam ſententia aſſerentium: licitum itidem eſſe pingere die feſto poſt divina officia abſoluta, etiam lucri causâ, adeo ut picturæ, quæ die feſto fiunt, divendi poſſint: eò quia pingere ex natura ſua non ſit opus ſervile; unde ex eo, quòd exerceatur lucri causâ, non fit opus ſervile, ut docent Cajetanus 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. §. *in tertio caſu* Sotus 2. *de juſtit. & jure. q.* 4. *art.* 4. *ad* 3. & alii aſſerentes, artem picturæ recenſeri inter opera communia liberis, & ſervis, quatenus ex natura ſua ſunt talia, ut ſine dedecore poſſint à viris ingenuis exerceri; quapropter Cicero 1. *Tuſcul.* aſſerit, laudi fuiſſe datum Fabio nobiliſſimo viro, eò quia graphicè pingeret.

3 Neque obſtat quod reſpondent aliqui, viros nobiles ſubinde ſe exercuiſſe in pictura ob hujus artis excellentiam. Nam ſi adeo excellit, ut non pudeat viros nobiles in illa occupari, ex inde ſatis conjicitur, non eſſe artem ſervilem, cùm non dedeceat virum nobilem. Tum quia vir nobilis ex eo, quòd picturam exerceat, eique continuò vacet; non inde amittit nobilitatem in iis locis, in quibus exercentur opera ſervilia, neque ab aliis habetur ignobilis; ex quo ſatis perſpicuè infertur, picturam non eſſe artem ſervilem, cujus exercitium prohibeatur die feſto. Tum quia pictura non verſatur circa materiam corpoream, quemadmodum opera ſervilia, quibus eſſentialiter convenit terminari ad ipſam: ſed elevatur immediatè, & ex intrinſeca ſua conditione ad animum; cùm ſit ex ſui natura repræſentatio, ſeu imago illius, quod eſt, vel eſſe poteſt, ut docet Vitruvius *lib.* 1. *c.* 5. atqui repræſentatio tametſi fiat mediante viſione, adhuc ordinatur ad animum internum, ſiquidem ordinatur ex ſe ad cognitionem rei repræſentatæ; unde pictura eſt potiùs repræſentatio, ſeu ſcriptio, quâ mediante conceptu Pictoris coloribus expreſſo in tabella repræſentatur res: ſcriptura autem, & locutio non repræſentant res niſi mediante conceptu: & quia quod ordinatur ad animum non eſt ſervile; ideo ſtat, picturam non eſſe opus ſervile. Neque videtur obſtare quod objicit Palaus, picturam nonniſi per accidens excitare memoriam rei repræſentatæ: ſiquidem cùm ſit pictura per ſe repræſentatio; per ſe etiam excitat memoriam rei repræſentatæ. In praxi tamen prima ſententia aſſerens non eſſe licitum pingere die feſto eſt tutior, & cum faveat præcepto eſt eidem adhærendum.

4 Quæritur ſecundò, an opera, quæ in die feſto jure exercentur, reddantur illicita, ex eo præcisè, quòd fiant quæſtûs, ſeu ſtipendii causâ. Affirmant plures ut Ricardus *diſt.* 37. *art.* 2. *in V. feria q.* 8. *n.* 9. Tabiena *V. feria num.* 39. & alii, qui nituntur ex eo, quòd proprium ſit ſervorum aliquid mercedis, & lucri gratiâ efficere, & tripliciter diſtinguunt opus ſervile docentes, unum eſſe tale ratione tantum materiæ, ut ſi quis terram aret, agros excolat, onera deferat, ſegetes metat: aliud ratione formæ tantùm, ut ſi quis in litterarum ſtudio incumbat, alios doceat, ſcribat, pingat, mercede conductus, quia ad hæc facienda ſolent homines opera ſua locare: aliud ratione materiæ, & formæ, quia opus ipſum per ſe ſit ſervile, & ſimul fiat quæſtûs, & mercedis causâ, ut ſi terram quis effodiat, agros excolat mercede conductus, & dicunt opus ſervile primi generis, ſeu ratione materiæ tantùm, non niſi pietatis ſtudio poſſe exerceri die feſto, ut nimirum Eccleſiæ quis inſerviat, vel alicujus inopiam ſublevet: quia tunc, quamvis opus, quod fit, ſervile ſit, finis tamen propoſitus non eſt talis.

Opus ſecundi generis, ſeu ſervile ratione formæ tantùm, dicunt non eſſe ex natura ſua ſervile, ſed fieri tale ratione finis, eò quia fiat ob mercedem, & quæſtum: & opus tertii generis eſſe totaliter ſervile. Probabilior tamen ſententia videtur eſſe, quam docent Cajetanus 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. Sotus *lib.* 2. *de juſt. & jur. q.* 4. *art.* 4. Navarr. *in manual. c.* 13. *num.* 5. & 12. & alii aſſerentes, nullum opus, quod ex natura ſua eſt liberale, fieri ſervile ex eo præcisè, quòd quæſtûs, ac mercedis causâ fiat: ratio eſt, quia quod eſt tale per ſe, non deperdit ſuum eſſe, per id quod ei eſt acceſſorium, ac contingens: quòd autem pictura exerceatur propter quæſtum, vel tantum recreationis causâ, eſt omnino per accidens ipſi picturæ, quæ poteſt exerceri, abſque intentione quæſtûs, & lucri: alioquin ſi ex intentione lucri opera ex natura ſua liberalia fierent ſervilia, utique eſſent opera ſervilia canere, inſtrumentis muſicis ludere, organa pulſare, conſilium dare, theologiam, leges, & jura docere, pilâ ludere, ſi ex intentione mercedis fierent, quod tamen eſt abſurdum.

5 Quæritur tertiò, an opera, quæ corporis miniſterio fiunt, ſint ſimpliciter ſervilia. D. Thomas 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. *ad* 3. aſſerit, hujuſmodi opera ſervilia eſſe, niſi ad Dei ſpiritualem cultum pertineant: ſed ibi non explicat, quæ generatim ſervilia ſint; ſiquidem alia ſervilia opera pertinent ad artes mechanicas, & hujuſmodi opera ſunt ex natura ſua ſervilia, ac prohibita diebus feſtis: alia ad liberales artes, ut lineas ducere, figuras deſcribere, ludere fidibus, canere ad muſicos modulos, & alia id genus, quæ non ſunt ſimpliciter ſervilia, tametſi ſint opera, quæ fiunt miniſterio corporis; & hæc fieri poſſunt diebus feſtis. Alia dicuntur opera communia liberis, & ſervis, ut ſcribere, pingere, piſcari, ire venatum; & iſta neque cenſentur diebus feſtis interdicta, vel ſaltem conſuetudine permittuntur.

6 Quæritur quartò, an opera pertinentia ad animum ſint liberalia. Cajetanus 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. Sotus *lib.* 2. *q.* 4. *art.* 4. & alii reſpondent non eſſe ſervilia, ſed liberalia, ſi præcisè fiant quatenus ſpectant ad animum, adeo ut docere artes mechanicas præcisè, & ſimpliciter non ſit opus ſervile, ſi præcisè ſpectetur quatenus animo fit, non corpore; ſeu ſola ſpeculatione, non opere exteriori: ſed quia artes mechanicæ non

addiſcun-

addiſcuntur niſi opere exteriori, & exercitatione corpotis, ac uſu talium artium; & uſus artium mechanicarum ſit opus ſervile: hinc eſt, quòd in docendis artibus mechanicis opus ſervile admiſceatur, proinde non eſt licitum addiſcere attes mechanicas diebus feſtis.

7 Quæritur quintò, an itineratio ſit opus ſervile? Reſpondetur non eſſe opus ſervile, nec per ſe prohibitum in die feſto, eò quia videtur potius eſſe opus naturale ex ſe ordinatum ad corporis conſervationem, & ad negotia ubique exercenda. Poteſt tamen itineratio ratione circumſtantiæ adnexæ cenſeri opus ſervile, ut ſi ingenti cum labore imponantur jumentis, vel curribus onera, quæ ducantur, vel ſi animalia onuſta, vel corrus onuſti, ac plauſtra ducantur de uno loco ad alium, lucri, & quæſtûs causâ absque urgente neceſſitate: tunc enim ratione ingentis laboris hujusmodi plauſtra onuſta ducere de loco ad locum eſſet opus ſervile; licèt non eſſet ſervile transferre animalia de uno loco ad alium ſine oneribus, vel iter agere comitantibus mulis ſupellectili onuſtis, ſi neceſſitas exigit. Cæterum ob publicam utilitatem, vel etiam ad evitandum grave nocumentum poteſt continnari iter ante diem feſtum inchoatum bona fide cum plaoſtris onuſtis, ut docent communiter cum Suarez *de relig. c. 27. n. 2. tom. 1. lib. 2.* Hinc Curſores ſive pedeſtres, ſivè equeſtres die feſto poſſunt ſuum iter continuare, immo etiam inchoare, quia qoòd fiat currendo, non variat rationem actionis, ſicut nec variat, quòd fiat ex mercede ut notavit Sanchez *tom. 2. opuſc. lib. 5. c. 2. dub. 7. num. 5.* ſaltare itidem, & choreas ducere non eſt opus ſervile, quia eſt actio naturalis, conſiſtens in quadam corporis ſituatione; quapropter non eſt opus illicitum, quod non poſſit exerceri in die feſto, niſi alia ratione depravetur.

8 Quæritur ſextò, an aucupari, & venari prohibeatur die feſto. Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. c. 28. n. 3.* Palaus *p. 2. tract. 3. de feſt. obſer. diſp. 2. punct. 5. num. 9.* & alii cenſent, eſſe opera ſervilia, addunt tamen eſſe ex conſuetudine introducta opera licita, quatenus paſtores Eccleſiæ vident, & ſilent. Cæterum ex eo probant eſſe opera ſervilia, quia ſint actiones corporis pertinentes ad ipſius uſum, & utilitatem, cúm conſiſtant tantùm in avibus capiendis, vel animalibus occidendis. Alii inter quos Sylveſter *V. dominica q. 5.* Toletus *4. ſum. c. 24. num. 3.* afferunt, licitum eſſe aucupati, & venari ſi fiat recreationis gratiâ, non ita ſi queſtûs causâ, quia ſi venatio inſtituatur ob luctum evadit opus ſervile ordinatum ex officio ad quærendam vitæ ſuſtentationem. Alii volunt venari, & aucupati non eſſe opera ſervilia, proinde licita die feſto, dummodo fiant absque magno labore: quia tamen aucupium, & venatus, ut plurimum conjunguntur cum actionibus laborioſis, & ſervilibus; ideo, ratione labotis adjecti cenſent non eſſe licitom venari, & aucupari die feſto.

9 Communior tamen ſententia abſolutè docet, venari, & aucupari, etiam quæſtûs causâ eſſe opus liberale, ac proinde licitum etiam die feſto pnſt auditionem ſacri, ut cenſent Navarrus *in ſum. c. 13. num. 11, §. 6.* Layman *lib. 4. tract. 7. c. 2. num. 4. V. dico ſeptimò.* Sanchez *tom. 2. opuſc. lib. 5. c. 2. dub. 14. n. 2.* Sotus *lib. 2. de juſtit. & jur. q. 4. art. 6. ad 3.* Solet hæc ſententia evinci ex conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres: ſiquidem diebus ſeſtis fere ubique locorum mos eſt, ut ſaltem recreatiouis cauſa exeant homines in campum, eántque venatum. Tum quia venatio, & aucupium non ſunt ex ſe opera ſervilia, ſed communia ſervis, & ingenuls, ut patet ex ptaxi: ſiquidem non ſolùm nobiles, & viri equeſtres, ſed etiam Principes exercentur venationibus, quibus plus aliis indulgent recreationis causâ, & ob corporis exercitationem: eſt enim venatio exercitium innocens dignum etiam viro Principe, hinc Xenophon *lib. 1. Cyriped.* Athenæus *lib. 1. dipnoſoph. c. 20.* aſſerunt exercitationem venandi apud Perſarum Reges, ac nobiles illius regionis celebrem, & frequentem fuiſſe. Et Julius Pollux *lib. 5. Oromaſt. init.* ſuadet Comodo Imperatori, ut ſit ſtudioſus venationis, eò quia ſit exercitium heroicum conſerens ad bonam corporis valetudinem, & animum à curarum moleſtiis liberet: quamobrem cum venatio, & aucupium ſint opera liberalia, quia digna ingenuo viro, non ſunt cenſenda prohibita die feſto, tametſi inſtituantur queſtûs causâ, vel ratione officii: quia lucrum, & officium non immutant naturam operationis, nec faciunt, ut ſit prohibitum, quod aliàs ex ſe non eſt tale.

10 Neque verum eſt, quòd aucupium, & venatio ſe teneant ex parte corporis, cujus utilitatem ptomoveant: ſiquidem ita ad utilitatem pertinent corporis, ut etiam illam promoveant animi: etenim venatio, & aucupium vim habent reficiendi animum, eúmque relaxandi à curis ob delectationem, quam ſecum afferunt hujusmodi exercitia; & cùm hæc delectatio ſit ab ipſis inſeparabilis; ideo tametſi ex officio exerceantur, vel ob quæſtum, adhuc illam cauſant; proinde ſemper cenſentur opera liberalia, quæ perficiunt animum. Neque venatio ſit illicita ratione eorum, quæ eidem annectuntur, ut ſunt portare, & parare retia, eaque extendere in ſylvis, ſiquidem hujusmodi labores poſſunt fieri diebùs præcedentibus. Tum quia ſunt opera acceſſoria venationi, quæ ptoinde cenſentur libera, ac licita ratione principalis, ſeu ipſius venationis, cùm ex *regul. jur. in 6. regula 42.* acceſſoria ſequantut naturam principalis.

11 Uude liquet, venationem, & aucupium non eſſe actiones ſiſtentes tantùm circa corpus, cùm per ſe ordinentur etiam ad animi oblectamentum: præterea licèt ſiſterent circa corpus, quia tamen non ſunt actiones ſerviles, ſed indifferentes, non ſunt cenſendæ prohibitæ, præſertim cùm Prælati Eccleſiæ eas videant, & nihil dicant in contrarium. Quòd ſi non ſint opera ſervilia, neque evadunt talia, tametſi fiant queſtûs causâ, & ordinentur ad vitæ ſuſtentationem: ut liquet ex iis, qui etiam ex officio inſerviunt altari ob lucrum, quo vitam ſuſtentent, & etiam in aliis, qui mercede conducti docent diebus feſtis. Cæterum venatio ob voluptatem, & recreationem, & quæ occupatur in capiendis aviculis proximiùs accedit ad opus liberum.

Quæ-

12 Quæritur ſeptimò, an piſcatio licita ſit die feſto. Videtur reſpondendum negativè, quia in *c. licet de feriis.* Pontifex ex ſpeciali indulgentia concedit piſcationem diebus feſtis quoad Allecias, eò quia nonniſi certis diebus ſoleant comparere, & capi,& cum onere poſt capturam erogandi elemoſynam: hinc ſt ex ſola diſpenſatione conceditur piſcatio diebus feſtis, ſequitur,piſcationem ex natura ſua eſſe opus ſervile, & prohibitum diebus feſtis, ut docent Suarez *tom. 1. de relig. lib. 2. c. 28. num. 3.* Palaus *p. 2. tract. 3. de feſt. obſer. diſp. 2.* Fagundes *lib. 1. in quinque Eccleſiæ precept. c. 11. num. 16.* & alii: qui tamen addunt,piſcationem, quæ fit in fluminibus recreationis gratiâ, & cum arundine non eſſe prohibitam. Alii è converſo aſſerunt, piſcationem eſſe licitam etiam die feſto dummodo non fiat quæſtûs causâ, & ob lucrum: ita ſentiunt Sylveſter *V. dominica q. 4. concluſ. 6. & V. piſcari q. 2.* Tabiena ibidem, Armilla *n. t. V. feſtum. n. 20.* Bordon. *lib. 6. q. 7. e. 6.* & alii, qui nituntur ea ratione, eò quia quando piſcatio non fit quæſtûs causâ,ſed recreationis gratiâ, ordinatur ad levandum animum, & eſt medium ad expellendum otium, proinde ordinatur ad utilitatem animæ, habétque quandam moralem neceſſitatem.

Alii abſolutè docent, piſcationem etiam die
13 feſto eſſe licitam, quamvis fiat lucri causâ, ita Bonacia *diſp. 5. de tertio precept. decalog. q. un. punct. 2. num. 25.* Navarr. *in ſum. c. 13. num. 11. §. 6.* Medina *lib. 1. inſtruct. c. 12. §. 8* & alii plures, quorum aliqui excipiunt piſcationem,cui eſt adnexus magnus labor, cujusmodi eſt piſcatio thumnorum,quia ratione laboris dicunt hanc piſcationem eſſe illicitam die feſto. Paſqualigus *in deciſ. moral. deciſ. 144. n. 5.* aſſerit,piſcationem ex natura ſua non eſſe opus ſervile, ſed indifferens proinde non eſſe prohibitum die feſto; probat non eſſe opus ſervile, eò quia ſit exercitium, quod plurimum adſert recreationis, & quod propterea à viris ingenuis recreationis causâ nonnunquam adhibetur: hinc cùm non pudeat viros nobiles pilcationi vacare, concludit non eſſe opus ſervile,proinde licitum etiam die ſeſto, licèt fiat cum magno labore, & quæſtûs causâ; præſertim ſt agatur de commoditate loci, in quo piſces dantur venum.

Putârim tamen eſſe procedendum cum di-
14 ſtinctione,ſt enim agatur de illa piſcatione, quæ fit ab ſolam recreationem, & animi oblectamentum, & quæ in induſtria eſt poſita, cùm proximiùs accedat ad opus liberum, tunc piſcatio videtur eſſe licita; ſive inſtituatur rete, ſive arundine. Sin verò ſermo ſit de piſcatione, quæ fit magno labore in mari, tunc cenſerem ſtandum eſſe conſuetudini locorum: ſiquidem pleriſque in locis maritimis piſcatores etiam diebus ſeſtis jaciunt retia,& ingenti labore piſcantur quæſtûs causâ, & ob lucrum, præſertim ſi ſequenti die ſit jejunium ex præcepto: ſiquidem conſuetudo cùm ſit optima legum interpres declarat, piſcationem in illis locis non eſſe illicitam etiam diebus ſeſtis, cùm Prælati Eccleſiæ eam videant, & ſileant, & Piſcatores ex conſuetudine quæſtûs causâ illam exerceant diebus feſtis.

Neque ratione laboris piſcatio eſt cenſenda 15
opus ſervile, quia labor tametſi ingens, non mutat naturam operationis, quæ ſemper remanet ejusdem ſpeciei; neque labor corporalis eſt ex natura ſua ſervilis: alioquin omnis labor corporalis de ſe in die ſeſto eſſet prohibitus: unde labor corporalis eſt indifferens, & ſolùm determinatur ad eſſe ſervile ratione operis, cum quo conjungitur, quapropter de ſe non eſt prohibitus. Neque obſtat, quòd labor qui adhibetur in piſcatione ſit ingens: ſiquidem incrementum rei non mutat ejusdem conditionem; & eſſe ſervile, non eſſe ſervile ſequuntur rei naturam, & conditionem. Augmentum enim laboris non mutat naturam operationis, cùm non mutet ejus conditionem. Debent tamen piſcatores in locis illis maritimis,in quibus ex conſuetudine ſolent piſcari diebus ſeſtis, priùs intereſſe ſacro, & implere præceptum ſanctificandi dies feſtos.

Quæritur octavò, an actualis militia ſit 16
opus ſervile prohibitum die ſeſto. Suarez *tom. 2. de relig. lib. 2. cap. 28. n. 8.* Palaus *part. 2. tract. 3. de obſerv. feſt. diſp. 2. punc. 5. num. 11.* & alii cenſent opus ipſum bellandi quoad executionem proximè accedere ad opus ſervile,com ſit actio merè corporalis, ac laborioſa,uſusq; artis mechanicæ; ars ſiquidem militaris inter mechanicas recenſeri ſolet: hinc inſerunt, militiam per ſe prohibitam eſſe die feſto; & tantùm per accidens, & ex juſta cauſa tolerari; eò quia ſit ſemper aliqua utilitas, aut neceſſitas in non differenda pugna in aliud tempus, ſi ſtatim geri poſſit: etenim ſi bellum eſt deſenſivum, omnia quæ geruntur in bello ordinantur ad propriam deſenſionem, quæ ſemper ex ipſo jure naturæ licita eſt: ſin autem bellum ſit aggreſſiuum, adeſt neceſſitas acquirendi victoriam,quando ſe offert occaſio, quæ ſi omitteretur graviſſimum ſequeretur præjudicium; adeóque ratione neceſſitatis fere ſemper licita eſt militia actualis, ſeu opus ipſum bellandi quoad executionem, & deſumitur ex *l. omnes judices C. de feriis,* & *ex l. duces ff. de feriis.*

Difficultas eſt, an non urgente neceſſitate li- 17
citum ſit militibus die ſeſto pugnare. Layman *lib. 4. tract. 7. c. 2. num. 4.* Valentia *diſp. 6. quaſt. 16. num. 4.* Becanus *cap. 25. quaſt. 17.* Medina *de juſt. & jure diſp. 111.* & alii putant, exercitium militiæ non eſſe opus ſervile, idque evincunt ex eo quòd apud Romanos non erat conceſſum ſervis, ſed tantùm liberis,& milites plurimis gaudebant privilegiis, ac prærogativis, quibus oſtendebatur,militiæ exercitium eſſe dignum ingenuo viro. Hinc moris eſt ut etiam nunc Principes non dedignentur militare, acies ducere, hoſtes invadere; & viri equeſtres ut plurimum in Gallia, & Germania militiam profitentur, & ut eam exactiùs addiſcant etiam gregales agunt milites, ut ab illo infimo gradu ad alios aſcendant ſuperiores, ſciantque quid quisque in proprio gradu debeat peragere, & ut benè imperent diſcunt priùs exactiùs parêre, ac ſubeſſe: hinc conjicitur, exercitium militiæ non eſſe opus ſervile, & eos excuſari, qui aggeribus, foſſâ, vallis; arces, urbes, ac oppida muniunt, deſen-

defenſionis cauſâ, ſi hoſtes ſint brevi arcem aggreſſuri. Neque obſtat, quòd milites nunc non gaudeant privilegiis militiæ antiquæ Romanæ, & quòd mercede conducantur, & quòd milites ut plurimum ſint ruſtici, ac homines viles nullius notæ: quia hæc omnia ſunt extrinſeca, & non extrahunt militiam à ſua conditione, neque etiam conſtituunt opus ſervile. Non enim [illegible] nobilium eſt alterius conditionis, quàm [illegible] ruſticorum, ac hominum ignobilium.

18 Mihi videtur probabile, præcipuum actum bellandi, ſeu ipſam executionem pugnæ non eſſe opus ſervile: ſiquidem eſt quædam adminiſtratio Reipublicæ, cujus publica cauſa agitur in bello [illegible] at tueri, ac defendere cauſam reipublicæ non eſt opus ſervile, quia eſt quædam participatio in adminiſtratione Reipublicæ: & milites pugnando exequuntur ipſam adminiſtrationem Reipublicæ, prout à Principe dirigitur. Hinc pugnare non eſt opus ſervile, nec actio purè corporalis, ſed pars quædam adminiſtrationis Reipublicæ: undè non eſt exercitium artis mechanicæ, quamvis utatur artibus mechanicis, ſed eſt pars quædam politici regiminis. Quamobtem exercitationes militares, quibus tempore pacis milites inſtruuntur ad bellum, ac pugnam, licitæ ſunt diebus feriis, non ſolùm ratione conſuetudinis, ac moralis neceſſitatis, ſed etiam quia non ſunt opus ſervile, ſunt enim in ordine ad addiſcendam militiam, ſeu partem adminiſtrationis reipublicæ, quæ ſita eſt in defendendis armorum vi [illegible] juribus. Quamvis hæc omnia ſint p[illegible] [illegible]ùs tamen cenſeo ab exercitiis m[illegible] [illegible]ebus feriis, ſi neceſſitas non u[illegible] & [illegible]odè in alium diem differri poſſint. In[illegible]en, & retroceſſus exercitus die feſto p[illegible] ſacrum non prohibentur; quia i[illegible] ne[illegible] le[illegible]e eſt licita die feſto, ſive e[illegible]o, [illegible]s fiat; quia iter agere non eſt [illegible]o e[illegible] [illegible]morus naturalis, & quædam [illegible]ata ambulatio, quæ non eſt actio ſervilis, [illegible]o[illegible]unis omnibus tam ſervis, quàm [illegible]en[illegible], i[illegible]nobilibus, & nobilibus. Quòd [illegible]ca ambulatio non eſt opus ſervile, ne[illegible] eadem continuata per plures horas, imò [illegible]er totum [illegible]em erit opus ſervile; quia con[illegible]io a[illegible]ionis non variat naturam ejuſdem, [illegible] eam extrahit à ſua propria conditione. [illegible]e [illegible]ſtat, [illegible]ſe proprium ſervorum lon[illegible] d[illegible]re iter arripere, non verò viri eque[illegible]. [illegible]m ſemel quòd itineratio non eſt [illegible]pus ſervile, ſive fiat rheda, ſive curru, ſive equo, vel pedibus, id non variat conditionem, [illegible] naturam itinerationis, quia prætecenſiti modi ſunt extrinſeci, & accidentales itinerationi.

Neque ullum faceſſit negotium, [illegible] in [illegible]ge veteri *Exod.* [illegible] longum iter fieri prohi[illegible]um d[illegible] feſt[illegible] [illegible] inde non ſequitur, eſſe [illegible] [illegible]ge veteri et a[illegible]a[illegible]n [illegible] Præterea in Sabbatho [illegible] quæ in lege e[illegible]an[illegible]a non [illegible] co[illegible]e[illegible] c[illegible] [illegible] e[illegible]e & [illegible]e [illegible] m[illegible]am [illegible] d[illegible]us [illegible] dominos ſuos in [illegible]di-

bus, ac lecticis, ut moris eſt in pluribus locis: quia licèt delatio ſit opus ſervile; quia tamen eſt quid acceſſorium ad itinerationem, ideo cenſetur licita, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, quia itineratio cum commodo itinerantis eſt licita, ita etiam illa delatio in lectica.

Quæritur nonò, an liceat die feſto acu pingere? Reſpondent aliqui eſſe licitum addiſcendi cauſâ: ſed hæc reſponſio non ſatisfacit, quia ſi non eſt abſolutè licitum, neque addiſcendi cauſâ erit licitum, quòd enim opus ex ſe prohibitum ordinetur ad doctrinam, non conſtituit illud licitum. Solutio hujus quæſtionis videtur potiùs dependere ab hac alia, an acu pingere ſit opus ſervile, ac proinde prohibitum. Aliqui cenſent, non eſſe opus ſervile, quia acu pingere non dedecet ſtatum ingenuarum fœminarum, cùm iſtæ in hoc exercitio occupentur, ſerico, auróque ductili, vel argento, plura ad ornatum, vel altarium, vel domûs conficientes. Tum quia in exercitiis propriis mulierum debent dari aliqua, quæ non ſunt ſervilia, ut & ipſæ habeant, in quibus juxta ſtatum muliebrem poſſint ingenuè occupari: ſed hujuſmodi exertitium eſt acu pingere, cùm ſit ex nobilioribus, quæ à fœminis, etiam principibus, exerceantur. Tum quia acu pingere eſt quædam operatio exprimens non vulgare ingenium, perinde ac pictoria ars: quia ſi hæc penicillo, & coloribus; illa acu, & ſerico diſcolori conceptus ingenii videtur prodere. Verum per hoc ſimpliciter non cenſ[illegible]rem eſſe opus liberale, quia etiam qui ſcalpro figuras in ligno, vel lapide ſculpunt, pari pacto videntur conceptus animi exterius prodere, & nihilominus ſculptoria eſt ars ſervilis. Unde probabilius mihi videtur dicendum, acu pingere perinde eſſe opus ſervile, ac conſuere veſtes, & linteamina. 20

Quæritur decimò, an Typographia licita ſit die feſto. In librorum impreſſionibus tria diſtingui poſſunt; cudere characteres, componere, ſeu ordinare literas in ordine ad prælium, & ipſum imprimere folia in torculari. Certum eſt apud omnes primam, & tertiam operationem non eſſe licitam die feſto, quia utraque eſt ſervilis, ſiquidem cudere, ſeu fabricare characteres pertinet ad artem fuſoriam, quæ mechanica eſt, & dicit duntaxat formationem quandam figurarum, quæ non ordinantur ad illuſtrandam mentem: eò quia non habeant ex ſe [illegible]m manifeſtativam conceptuum mentalium; a[illegible] enim requiritur alia operatio, ac diſpoſitio [illegible]iterarum juxta ſc[illegible]a originalia: ſunt enim l[illegible]æ deſ[illegible]vi[illegible]nt[illegible]s typo metallicæ, ſeu æneæ, [illegible]les ex m[illegible]ra plumbi, ſtanni, & æris, & vocantur typi, ſeu formulæ; quæ diſtribuuntur per totidem capſulas, quot ſunt literæ alphabeti; has Typocheta, ſeu compoſitor habens præ oculis exemplar retinaculo fixum e[illegible]promit indidem, ſeu ex eodem loco ſi[illegible]atim [illegible]s componens in verba, verſus, columnas, paginas, Deinde coarctat marginibus ferreis, & claviculis ſtriatis conſtringit, ne nous 21

obex poſſit loco dimoveri. Hinc operæ Typographicæ typos ita incluſos imponunt impreſſores tabellæ ſupernè apertili ad inſerenda folia imprimenda, & eximenda. Mox obliniunt literas, ſeu typos atramento typographico, ſeu fuligineo confecto ex oleo ſeminis lini, gummi juniperino, fumóque reſinæ unà mixtis, & lævigatis, ac percoctis; prœloque, cui cochlea imminet vecte intorquenda, & retorquenda, imprimunt, & exprimunt in humectata papyro, quo pacto momento excuduntur, ac deſcribuntur premendo folia. Hanc itidem operationem imprimendi folia, & exprimendi in iiſdem typos eſſe mechanicam fatentur itidem omnes, eò quia pertineat ad artem ſigillativam, etenim ex ſe importat linire atramento fuligineo characteres, & violento compreſſu imprimere folia, quod eſt quid commune cum arte ſigillatoria. Quòd poſtea reſultet expreſſio conceptuum per litteras papyro impreſſas, non habetur ex vi talis operationis, ſed ab extrinſeco: quia literæ ſint tali ſpeciali modo ordinatæ juxta ſcripturam originalem; adeo ut poſſet tota hæc ultima operatio exerceri, quamvis nulla inde reſultaret expreſſio conceptuum, ſi litteræ non eſſent ita ordinatæ.

22 Tota igitur difficoltas eſt de ipſa compoſitione, ſeu diſpoſitione literarum juxta ſcripta originalia Layman *lib. 4. Theol. moral. tract. 7. c. 2. n. 3.* Homobonus *in conſul. caſuum conſc. vol. 1. p. 2. reſponſ. 43.* Diana *part. 4. tract. 4. Miſcel. reſol. 62.* & alii aſſerunt, licere Typographis diebus feſtis, poſtquam interfuerint ſacro characteres ordinare: eo quia ordinare, ac diſponere characteres in ordine ad impreſſionem non ſit opus ſervile, eò quia ſit quædam manifeſtatio conceptuum, & ordinetur ad illuſtrandam mentem, ſi[illegible]ue veluti quædam tranſcriptio. Quòd ſi dicas, illos characteres poſſe ita componi, ut nullum manifeſtent conceptum, reſpondent hoc idem poſſe contingere in ſcriptura: ſiquidem poſſunt litteræ ita calamo diſponi, ut nihil ſignificent, & tamen hæc non ſignificatio litterarum non transfert ſcripturam ad opus ſervile.

23 Nihilominus probabilius cenſeo, etiam ipſam compoſitionem, ſeu ordinationem litterarum eſſe opus ſervile, nec poſſe die feſto fieri, ut docent Palaus *p. 2. tract. 3. de obſer. feſt. diſp. 2. punct. 5. n. 5.* Paſqualigus *de* [illegible] *149. n. 4.* Suarez *tom.* [illegible] *de relig. lib. 2. c. 25. n. 8.* Cardan. *lib. 6. Theol. moral. q. 7. c. 6.* Ra[illegible] eſt, quia illa characterum ordinatio de ſe non eſt expreſſio conceptuum, nec tranſcriptio expreſſionis conceptuum, ſed etiam quædam fabrica[illegible] inſtrumenti mechanici, quod in[illegible]vire debet ad opus mechanicum, ut notat Paſqualigus: ſiquidem per diſpoſitionem illam litterarum fabricantur, & conficiunt for[illegible] [illegible] quibus folia imprimuntur, con[illegible]re [illegible]tem [illegible]odi formas, eſt conficere [illegible]ſtrumentum mechanicum deſerviens arti mechanicæ, cujuſmodi eſt ipſa impreſſio vi tor-

cularis, non enim hæc ars videtur d[illegible] [illegible] ſigillativa, quæ mechanica eſt: cum formæ illæ, quæ conficiuntur mediante diſpoſitione characterum, ordinentur ad cudendas litteras, ſeu imprimenda folia, ſunt & ipſum inſtrumentum mechanicum quo mechanico modo transferuntur litteræ de exemplari in impreſſum. Quòd autem ex tali impreſſione reſultet manifeſtatio conceptuum mentalium, id non habet à ſe ipſa forma, nec ratione impreſſionis, ſed ratione ſcripturæ, & illius, à quo fuit ſcriptura dictata: hinc patet ſolutio ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ: ſiquidem illa ordinatio characterum non eſt manefeſtatio conceptuum, nec per ſe ordinatur ad illuſtrandum intellectum, præſertim cùm characteres inverſo modo collocentur in typo, ac ponantur in ſcriptura, ex quo liquet, non ordinari per ſe & ſic diſpoſitos, ad manifeſtandos conceptus, ſed tantum ita diſponi, ut ſint congruum inſtrumentum ad cudendas litteras.

Quæritur undecimò, an licitum ſit die feſto 24 rationes ſubducere? Reſpondetur cum Sanchez *tom. 2. opuſcul. lib. 5. c. 2. dub. 11. n. 2.* Paſqualigo *deciſ. 50. n. 3.* & aliis ſubducere rationes ſive ordinarias dati, & accepti, ſive extraordinarias non eſſe opus ſervile, proinde non eſſe prohibitum die feſto, præſertim ſi fiat incidenter, ut ſubducens rationes veniat in notitiam dati, vel accepti. ſiquidem in hac operatione duo conſiderantur, quorum primum eſt ipſa ſuppotatio; ſecundum ſubſcriptio dati, & accepti, ſeu tranſlatio de uno in alium librum; & neutrum videtur opus ſervile, non primum, quia ſupputatio rationum aliud non eſt, quam exercitium artis aritmeticæ, quæ recenſetur inter artes liberales: atqui exercitium artis liberalis eſt etiam ipſum liberale, ſi[illegible] eſt ipſa ars, quatenus actualiter exercetur. [illegible]um quia ipſa ſupputatio eſt opus intellectus conſiſtens in dividendis numeri[illegible], com[illegible] & ſubtrahendis [illegible] iiſque red[illegible]s ad certum ordinem [illegible] corre[illegible]ondeat pecunia [illegible] quod totum opus eſt intellectus, & exercitium liberale. Rurſus de[illegible]o dati & accepti ſeu [illegible] de uno in al[illegible] librum, nec continet ali[illegible] ſervile [illegible] quia includit ſolam [illegible] p[illegible]nem & tranſcriptionem [illegible] quæ non eſt opus ſervile [illegible] ſiquidem [illegible]ribere eſt [illegible] [illegible]tis, & locutio quæ[illegible]m permanens ord[illegible] ad inſtru[illegible]onem men[illegible] & tranſ[illegible]ere eſt etiam ſcribere [illegible] & ope[illegible]o mentis [illegible] perinde ac ſcribere [illegible] [illegible]m eſt nova [illegible] p[illegible] conce[illegible]us mentalis antea ſcripti p[illegible] deſcr[illegible]on m d[illegible] & accepti.

Quæritur duodecimò, an choreæ [illegible] 25 pu[illegible]a, [illegible]tation[illegible] [illegible] ſe[illegible]a publica [illegible]int [illegible] feſtis prohibita. [illegible] *2. 2. q.* [illegible] *a. 1. 3. ſub* [illegible] [illegible] *n.* [illegible]. Sanche[illegible] *tom. 2.* [illegible] *2. d*[illegible] *6. n. 2.* A[illegible]m[illegible] [illegible] velle[illegible] *q. 1. &* [illegible] *ludu*[illegible] & ali[illegible] c[illegible]nt

recen-

recenſitas actiones non eſſe opera ſervilia. Tum quia haſtiludia, torneamenta, ſeu nmbratiles pugnæ, & alii id genus ludi ex ſe, & intrinſeco fine ordinantuc ad relaxandos animos: ſiquidem cùm cauſenc delectationem, animum recreant, & reſiciunt, uc docet, D Thomas 2. 2. *q. 168. art. 2. in corp.* adeo ut in prærsceníitis actionibus ſi moderatè fiant, virtus exerceatur eotrapeliæ, quapropter cum proximus earnndem effectus ſic animum recreare, non ſunt operationes ſerviles, ſed liberales. Neque ratione corporei laboris transferuntur ad operationes ſerviles: quia corporis labor ex ſe eſt indifferens ad ntramque operationem ſervilem, & liberalem; & determinatur ad ipſam operationem, in qua reperitur; unde ſi operatio eſt ſervilis, labor eſt itidem ſervilis; ſi liberalis, & etiam labor eſt liberalis, quia licèt, qui exercent hujosmodi operationes, defatigentur in corpore, recreantur tamen in animo, nec hujusmodi luſus aſſumuntur niſi ad laxandum animum. Verùm cùm diſtrahant à divinis, non conſulerem talia exercitia, quia dies feſti debent ſervari cultu Dco debito; ad id enim ſunt dies feſti inſtituti.

26 Quæritur tertiodecimò, qnænam virtus violetur, quando opus ſervile absque legitima cauſa exercetur die feſto? Reſpondetur, violari v irtutem religionia, ratio eſt, quia lex Eccleſiaſtica præcipiens, ut colamus dies feſtos per abſtinentiam ab operibus ſervilibus, conſtituit talem cultum intra ſpeciem virtutis religionis: quamobrem ſicut qui die feſto ſe ſe ab operibus ſervilibus continet, officium præſtat religionis; ita è converſo, qui die feſto opera exercet ſervilia, virtutem violat religionis.

27 Quæritur quartodecimò, ubi incipiant, & finiantur dies feſti, in quibus prætermittenda ſunt opera ſervilia? Ratio dubicandi eſt, quia in *c. omnes. dies 1. de fer.* habetur dies dominieos à veſpera in veſperam, ſeu ab occaſu ſolis ad alterum occaſum eſſe ſervandos omni veneratione, & teneri fideles ab omni opere illicito abſtinere & in *c. quoniam de fer.* Alexander III. ait: *licèt ſcriptum ſit à veſpera, ad veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra, feriarum tamen principium, & finis juxta eorum qualitatem, & diverſarum regionum conſuetudinem debet attendi, & ſicut magnitudo dierum exigit priùs incipere, & tardiùs terminari.* Hine Roſel. *V. feria num. 5.* cenſuit, eorum opificum conſuetudinem, qui pridie dominicæ diei poſt ſolis occaſum laboranc, jure excuſari non poſſe, eò quia hujusmodi conſuetudo apertè pugnet com jure in *c. omnes dies de fer.* Tum quia ſocietas qoædam ſpecialis hominum, ut ſunt artifices, non ſufficit ad inducendam conſuetudinem, ſed requiritur tota, vel major pars populi. Verùm hæc ſententia communiter rejicitor, quia in *c. quoniam de fer.* habetur, dies feſtos inchoari, ae finiri pro varia conſuetudine regionum, & artifices, quoad fabrilia inchoanda, vel finienda optimè poſſunt conſuetudinem inducere, hinc in una eadémque urbe variæ ſunt conſuetudines pro diverſis opificum ſocietatibus. Uc igitur ſatisfiat quæſito, ſupponendum eſt, omnes dies feſtos eſſe juris canonici, & jure canonico ſpatio 24. horarum eſſe colendos ubique locorum, ut deſumitur *ex c. quoniam de feriis.* Cæterum quòd dies feſti citiùs, vel tardiùs inchoentur, & finiantur, id dependet ex varia locorum conſuetudine: quapropter eùm *in c. omnes 1. h. t.* dicitur, quòd dies dominici debeant celebrari à veſpera ad veſpecam, id verum eſt in illis locis, in quibus hujusmodi conſuetudo viget. Poteſt etiam id intelligi quoad officium Eccleſiaſticum, quod incipit à veſpera prima, & deſinit in veſperam ſecundam. Cæterum quoad opera ſervilia, quæ prohibentur fieri diebos feſtis fere ubique locorum uſu receptum eſt, ut dies feſti à media nocte, usque ad mediam noctem proximè ſequentem colantut.

28 Quæritur quintodecimò, quo tempore dies feſti coli debeant? Reſpondetur, duo eſſe conſideranda in cultu feſtorum, ſcilicet ceſſationem ab operibus ſervilibus, & auditionem ſacri, & quoad hæc dies feſti debent coli eo die, in qnem eorum anniverſaria celebtitas incurrit. Secundò conſideratur divinum officium, & hoc nonnunquam transfertur in alium diem non impeditum, adeo ut dies feſtus alicujus ſancti celebretur uno die; & ejus officium ex more Eccleſiæ transferatur in alium non impeditum. Quando autem contingit fieri hane ſeparationem officii à celebratione feſti, fideles lucrantur indulgentias in ſolo die feſto, quia Pontifices ſolent illas concedere pro tali die, non verò pro alio, in quo recitatur tantùm officium illius ſancti, adeo ut indulgentiæ tantùm ſuſcipiantur eo die, in quem anniverſaria celebritas illius feſti incidit.

29 Quæritur ſextodecimò, an ſi quis audito ſacro ſummo mane totum diem feſtum impendat in otioſis operibua, ſpecialiter peceet contra ſanctitatem diei feſti: & an ſi peccatum lethale committatur in die feſto, induat ſpecialem malitiam ratione violationis diei feſti. Plures cenſent, peccatum lethale perpetratum die feſto eſſe ſpeciale peccatum in ſacramentali confeſſione aperiendum, & citatur etiam pro hac ſententia D. Thomas 2. 2. *q. 122. art. 4. ad 3.* Communior tamcn ſententia aſſerit, peccatum lethale commiſſum die feſto non induere ſpecialem malitiam, eò quia commiſſum ſit die feſto, adeo ut ſi quis die feſto peierec, vel perniciosè mentiatur, vel alium occidat, non ſit neceſsè, quòd aperiat in confeſſione, ſe commiſiſſe tale peccatum tali die feſto, ſed tantùm ſufficere, ſi confiteatur, ſe commiſiſſe tale peccatum: & hæc opinio probabilis eſt, quia per præceptum ſervandi, & colendi dies feſtos ſolùm iubemur intereſſe ſacro, & abſtinere ab operibus ſervilibus; & peccata per hoc præcisè, quòd ſint peccata, non ſunt opera ſervilia, proinde per ipſa ſimpliciter ſumpta non violatur dies feſtus.

30 Si dicas, mentem legislatoris eſſe, ut fideles diebus feſtis ſe abſtineant à laboribus, præſertim ſervilibus, quo liberiùs, & expeditiùs in curam, & ſtudium incumbant rerum divinarum, & hujusmodi ſtudia magis impedire peccatum,

quàm opus ſervile, adeo ut Auguſtinus approbante D. Thoma 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. aſſerat, quòd melius faceret Judæus in agro ſuo aliquid utile, quàm ſi in theatro ſeditioſus exiſteret: & meliùs fœminæ eorum in Sabbatho lanam facerent, quàm quòd tota die in Neomeniis ſuis impudicè ſaltarent. Contra eſt, quia præceptum Eccleſiaſticum ſervandi dies feſtos, non violatur, niſi quis contra ejus ſubſtantiam delinquat, tametſi legiſlatoris mentem, & finem non ſervet, ut notavit Azorius *p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 27. *q.* 10.

§. IV.

De cauſis excuſantibus laborantes in die Feſto.

1 CErtum eſt, peccatum, quo violantur dies feſti per exercitia operis ſervilis, eſſe ex genere ſuo mortale, eò quia ſit contra præceptum divinum ſervandi diem feſtum, contra religionem, & cultum Deo debitum. Nihilominus dantur aliquæ cauſæ, quas recenſet D. Thomas 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. quæ excuſant ſerviliter laborantes diebus feſtis à peccato mortali. Prima igitur cauſa, qua laborantes die feſto excuſantur à peccato lethali, eſt neceſſitas imminens propriæ conſervationis, vel ſuſtentationis propriæ vitæ, aut familiæ; quia jus divinum, & Eccleſiaſticum non obligant cum tanto gravamine. Neceſſitas, vel eſt propria cujusque, vel aliena, privata, vel publica. Rurſus vel eſt neceſſitas corporis, vel animi, & ſi aliqua ex hiſce neceſſitatibus vel maximè urgeat, poſſunt opera ſervilia die feſto poſt auditionem ſacri fieri, quia Eccleſia non tàm ſeverè prohibet opera ſervilia in die feſto, ut velit ea cum ſummo fidelium diſcrimine ab iisdem prætermitti. Quinimo nomine neceſſitatis intelligitur etiam vis nobis illata, aut metus gravis extrinſecè incuſſus, ut ſi quis vi, aut metu mortis in die feſto compelleretur efficere opera ſervilia non in odium, & contemptum Eccleſiæ; ſed in commodum alterius. Hinc primò excuſantur pauperes, qui niſi laborent die feſto, non poſſunt ſe ſuſtentare, dummodo id præſtent ſecretè, & non publicè, alioquin ratione ſcandali, peccarent; & in caſu dubiæ neceſſitatis tenentur pauperes viros doctos conſulere, vel diſpenſationem à Prælato Eccleſiaſtico petere.

2 Secundò excuſantur agricolæ tempore meſſis laborantes poſt auditionem ſacri, ne ſegetes ob pluvias vitium contrahant.

3 Tertiò excuſantur coquentes lateres, aut calcem in die feſto, vel vitrum, eò quia id generis opus, ſi ſemel fuerit inchoatum, non poteſt intermitti ſine notabili damno: debent tamen opifices intereſſe ſacro.

4 Quartò, an excuſentur famuli, ſi juſſu domini opus ſervile efficiant die feſto, videtur eſſe aliqua difficultas: & plures reſpondent cum diſtinctione; ſi enim famuli, niſi domino obediant, ſint grave damnum paſſuri, aſſerunt, poſſe tunc efficere talia opera ſervilia abſque culpa: ſecus ſi ſine damno poſſunt abſtinere à tali opere; quia tunc potiùs præceptum Eccleſiæ, quàm domini tenetur famulus ſervare, ut docet Cajetanus 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. Navarr. *in manual. c.* 13. *num.* 7. hinc famuli hac in parte non videntur ut plurimum peccare, quia niſi domini imperata exequerentur, vel debitum ſibi ſtipendium amitterent, vel à famulatu excluderentur, & alium herum, cui inſervirent, non facilè reperirent. Quòd ſi famuli inherentur à dominis diebis feſtis opera ſervilia efficere in contemptum Eccleſiæ, tunc nullo modo poſſent parère ſuis dominis, tametſi graviſſimum vitæ diſcrimen immineret. Putàrim tamen, nullo modo poſſe famulos parère dominis ſuis præcipientibus opera ſervilia facienda diebus feſtis, niſi parvitas materiæ excuſaret à culpa gravi: quia concurrunt tunc duo præcepta, unum Eccleſiæ prohibentis opera ſervilia die feſto; & aliud heri præcipientis eadem opera; & famuli tenentur potiùs parère Eccleſiæ, quàm hero: præceptum enim Eccleſiæ eſt fortius, & præferendum. Alioquin ſi ob metum heri eſſet licitum tranſgredi præceptum Eccleſiæ; eſſet etiam licitum tranſgredi alia præcepta.

Quintò Satores autumno tempore timentes periculum ex dilatione, & etiam Vindemiatores tempore Vindemiæ excuſantur, ſi die feſto ſimilia exercitia efficiant. 5

Sextò excuſantur etiam milites, ſi die feſto ob propriam defenſionem tempore belli aggeres conſtruunt, foſſas excavent, muros ædificent, terram, lapides, ligna deferant, quia tale exercitium eſt pars adminiſtrationis politicæ ipſius reipublicæ; hinc excuſantur milites, ſi die feſto, foſſâ, vallo, aggeribus, arces, urbes, oppida muniant, præſertim in propriam defenſionem, quia ſe tueri ab injuſto aggreſſore eſt ſemper licitum, & juxta præceptum naturæ. 6

Septimò excuſantur etiam operarii, ex uſu frequentiori, ſeu ex inolita vera conſuetudine. Hinc barbitonſores tondentes barbam, vel capillos die feſto etiam excuſantur præſertim ſi conſuetudo vigeat apud ruſticos, qui diebus profeſtis occupantur in agris excolendis; faciliùs enim in iſtis, quàm in aliis hæc conſuetudo toleratur, tum ratione damni, quod ſubirent, ſi in agris non laborarent, tum ratione lucri ceſſantis. 7

Octavò excuſantur etiam ſartores in multis caſibus, ſi die feſto conſuant veſtes, ut ſi illæ inſervire debeant pro illo die, vel ſint neceſſariæ pro ſtatu congruente, cujusmodi ſunt veſtes ſponſi, & ſponſæ, ut etiam veſtes lugubres, & illorum omnium, qui iis indigent ad ſervandam ſtatûs decentiam, ut etiam ſi ſartores timeant notabile incommodum ſi veſtes non abſolverint pro tali die. 8

Secunda cauſa eſt neceſſitas publica ipſius reipublicæ: ſiquidem multò magis ſubveniendum eſt publicæ neceſſitati, quàm privatæ; quepropter excuſantur reficientes pontes, & vias publicas, & alia, quæ uſui publico deſerviunt, & quæ ſine magno incommodo differri non poſſunt. Ut etiam providentes de re- 9

bua

bus neceſſariis ad victum diei feſti, quod tamen intelligitur quoad ea, qoæ præveniri decenter non poſſunt. Excuſantur etiam artifices conſtruentes tabulata, theatra, & nrnatus prn cauſa publica, ut pro ingreſſu ſolemni Principis, vel ob aliquam communem lætitiam. Excuſantur itidem curſores, eò quia eorum npera perutilis ſit reipublicæ, ut etiam ferratnres equorum accommodantes eorum pedibus ſerreas laminas, ex equorum neceſſitate.

10 Tertia cauſa excuſans laborantes in die ſeſto eſt neceſſitas proximi, ob quam licitū eſt laborare die feſto ad extinguendum accenſum incendium in domum proximi; ut etiam licèt tonſori, pharmacopolæ, chirurgo operari ad curandnm infirmum: ſiquidem prn tuenda ſalute propria, vel proximi à nullo opere ſervili abſtinendū eſt, quia opera miſericordiæ corpnralia, cùm ſint actus virtutis, ſemper ſunt licita, ur viſitare infirmns, eosq; juvate, veſtire nudos. Hinc tradi ſolet generalis regula, qua illa neceſſitas dicitur ſufficere, ut opus ſervile poſſit licitè exerceri die feſto, quæ eſt ob congruentem ſtatum perſonæ propriæ, vel alienæ, ſive quoad animam, ſive quoad corpus, ſive rei familiaris, ſive extraneæ, ut etiam ob congruentem ſtatum cōmunitatis quoad illa omnia, quæ ad enndem pertinent, adeò ut ſine exercitio operis ſervilis non habeatur ſtatus, qui congruat perſonæ, vel reipublicæ.

11 Ratio eſt, quia per tale exercitium operum ſervilium ſubtrahitur Deo tantùm quædam integritas, & externa apperentia ſanctificationis, dummodo quis priùs interſit ſacro: hinc cnncurrente damno gravi quoad congruum ſtatum, quod ſequeretur ex ceſſatione ab opere ſervili, ceſſat obligatio præcepti quoad hujusmodi integritatem: ſiquidem præcepta poſitiva quoad ſubſtantiam non dicuntur obligare cum detrimento notabili: & poſitâ ſubſtantiâ adimpletionia præcepti quoad aliquam integritatem, præſertim quoad auditionem ſacri, non obligat cum detrimento notabili, quod licèt non ſit de aliqun ſubſtantiali, ſufficit tamen, ſi ſit de aliquo pertinente ad congruitatem ſtatûs; adeo ut neceſſitas ſundata in aliqua re circa cogruitatē ſtatus tametſi non ſit de ſubſtantia, ſit nihilominùs ſufficiens, ut conſtituat opns ſervile licitū die feſto.

12 Quarta cauſa excuſans ex Suarez *lib 2. de relig. tract.2. c.32. n.2.* & aliis eſt parvitas operis, ſeu levitas materiæ, adeò ut ex tali cauſa excuſentur, qui modico labore ſervilia exercent die feſto, ſnendo, tondendo, vel reparando aliquid. Hinc tunſur ſi barbam nnius, vel alterius tondeat, vel radat, videtur excuſari, nnn ita, ſi per majorem diei partē barbas tonderet; imò nec excuſaretur, ſi per tres, vel quatuor horas. Item ſutor, vel ſartur diem feſtum graviter non videtur violare, ſi unum pat calceorum, aut veſtium vendiderit: ſecus ſi ſæpiùs id in die feſto faceret. Judicium autem de hujusmodi parvitate etiam in aliis materiis relinquitur arbitrin viri prndentia; à multis reputatur pars temporis notabilis, quo vacans ſervilibus à peccatn mortali non excuſatur, ſpatium nnius horæ. Unde in hac ſententia qui per unius horæ quadrantem, vel etiam duos, vel tres quadrantes opus ſervile efficit, non incurrit peccatum lethale, tametſi à levi, & venisli delicto non excuſetur. Verùm hanc ſententiam, ut nimis rigoroſam rejicit Suarez de *relig. tract.2, lib.2. c.32.* quia reſpectu totius diei pars vigeſima quarta non videtur nimia, nec multum impedire finem ipſius præcepti. Hinc Filliucius *tract.27. n.205.* Granado *1 & 2. controverſ.6. tract.2. diſp. 2. ſect.6. n. 54.* & alii excuſant à culpa lethali ratione parvitatis materiæ laborantem per ſpatium duarum horarum: ſiquidem parvitas materiæ excuſans à mortali non eſt ſumenda abſolutè ſecundùm ſe; ſed ſpectanda eſt reſpectivè ad totam materiam præcepti, ut notat Sanchez. *lib. 1. moral. c. 4. n.* 12. Imò Marcantius *in quæſt. paſtor. c.3. n.2.* cenſer, eum non peccare lethaliter, ſi per tres horas exerceat opus ſervile die feſto, eò quia tres horæ ſint octava pars totius diei naturalis, qui conſtat horis 24. & octava pars reſpectu tntius cenſetur eſſe exigua.

Verùm cenſerem, nnn eſſe recedendum à ſententia aſſerente, eum excuſari à peccato lethali, ſi tantùm per unam vel ad ſummum per ſeſqui horam absque neceſſitate opera ſervilia exercet die feſto, adeò ut ſeſqni hora tantùm habeatur quantitas levis, non verò ultra ſeſqui horam.

Cæterùm in aſſignanda quota pars totius 13
ſit materia notabilis, ut quis incurrar peccatum lethale non eſt aſſignatu facile, cùm Doctores inter ſe non conveniant. Cùm actus diſtinctionem ſumant ab objectis, ad cognoſcendum, an in transgreſſione alicujus præcepti detur parvitas materiæ, quæ conſtituat tantùm culpam veniale; hæc ſulet regula tradi: ſi ex ratione objecti per ſe prima oritur notabilis nppoſitio ad virtutē verſantem circa illud, tnnc in tali objectn non datur materiæ levitas. Sin verò ex ratione objecti per ſe prima oritur oppoſirio ad virtutem, quæ non ſit gravis, neque levis, ita nt fiat deinde gravis ex ratione objecti per ſe ſecunda, tunc datur levitas materiæ, & culpa levis. Hinc quia in furto ratio per ſe prima eſt quòd res, quæ accipitur, ſit aliena, & ex hoc, furtum tantùm habet, ut ſit contra juſtitiam generatim; non verò notabiliter, cum id habeat ſolùm ex eo, quòd res aliena ſit notabilis; ideò ſurtum deſumit ſuam gravitatem, vel levitatem in ordine ad culpam à magnitudine, vel parvitate rei ſublatæ invito domino: è converſo quia in materia infidelitatis ratio per ſe prima eſt, quòd negetur fides Deo aliqnid revelanti, quod ex ſe habet notabilem oppoſitionem ad virtutem fidei; ideò in peccato infidelitatis nnn datur materia culpæ levis. Palaus tamen *tom. 1. tract.2. diſp.2. punct.7. n. 2.* aſſerit, id ex Eccleſiæ, & fidelium ſenſu deſumendum eſſe, eò quia talis ſenſus ſundetur in ipſa rerum natura: ſiquidem aliqua ſunt ita ex natura ſua inordinata, ut in quavis materia ſemper cenſeantur graviſſima, nt idololatria, ſimonia, infidelitas; & aliqna ita levia, ut niſi alia circumſtantia ſuperveniat, ſemper reputentur levia, cujusmodi ſunr verbum otioſum, ſcurrilitas, & alia id genus. Demum alia ex natura ſoa eſſe quidem mala, ſed nec levia, nec gravia, ſed incrementum, vel decrementum ſumere juxta quantitatem materiæ, ut in furto, in præcepto ſervandi dies ſeſtns.

14 Hinc datur levitas materiæ, in primis in juramento promiſſorio, in laboribus ſervilibus, in eſu carnium diebus prohibitis, in jejunio Eccleſiaſtico, in implenda pœnitentia ſacramentali, in acceptatione perſonarum quoad conferenda beoeficia, in executione operum injunctorum pro indulgentiis, in interruptione novitiatûs, in ingreſſu, & egreſſu clauſuræ religioſæ, in recitatione breviarii, tam ex obligatione ordinis ſacri, quàm beneficii, in furto rei etiam ſacræ, in voto, in formis ſacramentorum quoad accidentalia, ejúsque interruptione, & conjunctione cum materia, in lectione, & retentione librorum prohibitorũ, in actione, & auditione miſſæ, in celebratione poſt meridiẽ, in violatione interdicti, percuſſiooe clerici, dimiſſione habitûs religioſi, & tonſuræ clericalis, ut etiam in omnibus excommunicationibus, in caſibus reſervatis, in præcepto correctionis fraternæ; in invidia, judicio temerario, detractione, in patrimonio requiſito ad ordines, in communicatione cum excommunicato: hæc enim iuxta incrementum, vel decrementum materiæ poſſunt eſſe peccata gravia, vel levia. Secus non datur parvitas materiæ in hæreſi, blasphemiis, juramento aſſertorio ratione ſigilli, in ſolicitatione facta in confeſſione. Nec datur parvitas materiæ in rebus venereis, nec in jejunio oaturali requiſito ad communionem, nec in ætate requiſita ad profeſſionem, nec in anno probationis, nec in infidelitate, ſortilegiis, & magia, nec in omiſſione alicujus eſſentialis in forma ſacramentorum.

15 An verò is cenſeatur peccare mortaliter, qui pluribus diebus feſtis diſtinctis aliqua parva opera ſervilia præſtat, quæ ſimul ſumpta materiam gravem conſtituunt, ac notabilem temporis partem occupsnt. Reſpondent Sanchez *lib. 1. moral. c. 4. num. 12.* Navarrus *c. 13 n. 9.* & alii, non peccare lethaliter eum, qui ſingulis diebus feſtis diſtinctis per horam præſtaret opera ſervilia, eò quia modica hæc opera non continuentur, nec integrent unam materiam: ſiquidem obligatio ad cultum diei feſti tranſit cum ipſo die, adeo ut opus ſervile uno die præſtitum ratione obligationis non continuetur cum opere ſervili alterius diei. Quòd ſi hæc opera ſervilia fierent eodem die, tunc ratione obligationis ſimul continuarentur, ac integrarent unam materiam gravem, quia ratione ejusdem obligationis perſeverantis per totum diem feſtum ſimul unirentur parva illa opera ſervilia, & coaleſcerent in materiam gravem. Tunc materiæ leves coaleſcunt in unam gravem, quando pertinent ad idem præceptum, & eandem obligationem, quo pacto, quia omnia furta pertinent ad illud præceptum non furandi, ideo plura furta modica coaleſcunt in unam quantitatem gravem.

16 Quando verò plures illæ materiæ pertinent ad diverſa præcepta etiam ſimul tempore implenda non coaleſcunt in unam gravem: hinc ſi clericus in die feſto, in quo incidit jejunium præſtet paruum opus ſervile, parum comedat, & parum de divino officio omittat, ut etiam de auditione ſacri: tametſi hæc omnia ſimul ſumpta poſſent efficere unam quantitatem notabilem ſufficientem ad peccatum mortale, non tamen talis clericus committeret peccatum lethale, ſed tantum plura venialia, eo quia plures illæ materiæ leves cùm pertineant ad diverſa præcepta non coaleſcunt in unam gravem, & ita dicendum in materia voti, ſi quis enim plura emiſiſſet vota, & parum quid de omnibus omitteret, non cenſerentur illæ omiſſiones in unam coaleſcere, ut docet Suarez *de relig. lib. 5. c. 5. num. 11. & ſequent.* quia licèt omnia vota pertineant ad eandem virtutem religionis, quia verò emiſſa ſunt in honorem plurium ſanctorum, vel reſpiciunt diverſa objecta, ſunt omnino diſparata, in quo caſu eorum parvæ transgreſſiones non videntur coaleſcere in unam: ſi quis autem voviſſet ſingulis diebus recitare ſalutationem angelicam, aut modicam elemoſynam elargiri pauperibus; tunc ſi vota orationis, & eleemoſynæ alligarentur diei, adeo ut ſingulis diebus reſponderent diſtincta vota; tunc qui omitteret recitare ſalutationem angelicam, & elargiri talem eleemoſynam in probabiliori ſententia non cenſeretur peccare lethaliter, eò quia recitatio ſalutaris angelicæ ſit materia parva, ut etiam elargitio modicæ eleemoſynæ.

17 Quòd ſi vota illa non eſſent alligata ſingulis diebus, ſed tantùm eſſet unicum votum quod ſe extenderet ad omnes illos dies, adeo ut ſinguli dies præfigantur, ut termini, ultra quos obligatio differri non debeat; tunc omnes illæ omiſſiones cenſerentur coaleſcere in unam, & illas omittens peccaret lethaliter: ratio diſcriminis eſt, quia in priori caſu votum expirat cum ipſo die, & ſic non poteſt uniri cum aliis obligationibus ad conſtituendam unam partem notabilem: ſecus in poſteriori, obligatio voti non extinguitur cum ipſo die, ac proinde uniri poteſt cum ſubſequentibus: ad dignoſcendum verò quando cenſeatur vovens alligari obligationi voti ad diem, adeo ut ſingulis diebus diſtincta vota reſpondeant, & quando non; habenda eſt ratio ad diverſa motiva: quando enim in ſingulis diebus habetur diverſum motivum, tunc votum intelligitur alligari diei; ſecus ſi ſit idem motivum in omnibus, & ſingulis diebus, tunc cenſetur idem votum ſe extendere ad omnes illos dies.

18 Generatim quando plures materiæ pertinent ad idem præceptum numerò coaleſcunt in unam, & transgreſſio fit mortalis, unde pluries parum comedere in eadem die jejunii, ſi deveniatur ad quantitatem notabilem plures illæ comeſtiones coaleſcunt in unam, & conſtituunt peccatum lethale, ut etiam in materia juſtitiæ parvæ materiæ coaleſcunt in unam gravem, ut ſi quis plura modica furatus ſit, ubi primùm furtum eſt in quantitate notabili, fur lethaliter peccat, quia illæ materiæ ſimul uniuntur, & coaleſcunt in unam gravem. Præterea quotiescunque plures materiæ cenſentur moraliter continuari ratione perſonæ, temporis, effectus, præcepti, vel intentionis, cùm primum devenitur ad materiam gravem graviter delinquitur.

19 Cæterum ſi plures in eodem opere continuatim per totum diem feſtum laborent, ſed ſinguli tantùm per medium horam, noo cenſentur lætha-

lethaliter peccare, quia nullus illorum magis [illegible]olat ſanct[illegible]cationem feſtorum, quam viola[illegible]ret, ſi cæteri non [illegible]borarent in eodem opere. [illegible] idem quod a[illegible] laborent in eodem opere, eſt [illegible] ex[illegible] inſecum reſpectu il[illegible]us, qui jam labo[illegible] [illegible]ræterea præceptum ſanctificationem [illegible] in ordine ad tempus, proinde parum re[illegible] [illegible]t opus ſecundùm ſe magnum ſit, vel exi[illegible] [illegible] modo tempus, non ſit notabile, & [illegible] [illegible]reſſio unius protrahatur ad tempus nota[illegible] [illegible] Tum quia illæ modicæ transgreſſio[illegible] [illegible]m habeantur à diverſis perſonis, non con[illegible] [illegible]tur in ordine ad violationem præcepti, [illegible] [illegible]ligationes præcepti diſtinguuntur juxta [illegible]ionem perſonarum.

20 [illegible]uinta cauſa excuſans laborantes in die feſto e[illegible]t pietas, & charitas in proximum, qua ratione plura Medicis, & Chirurgis ſunt permiſſa, ut [illegible]grotis medeantur. Videtur tamen eſſe dubiæ quæſtionis; an cauſa miſerabilium perſonarum [illegible]el Eccleſiarum indigentium opera ſervilia diebus feſ[illegible]is ſint jure permiſſa. Cajetanus 2. 2. *q.* 22. *art* 4. *in ſum. V. Feſtorum violatio.* Sotu[illegible] *lib.* 2. *de juſt. q.* 4. *art.* 4. & alii negant. S. Antoninus 2. *p. tit.* 9. *c.* 7. §. 5. & alii docent, ea opera jure permitti, quæ ſententia cenſetur probab[illegible]or, ſi revera Eccleſiæ, & miſerabiles per[illegible]onæ indigeant, quia tunc exercetur opus chari[illegible]a[illegible] & a[illegible]ius virtutis quovis tempore poſſunt exerceri, & ſemper ſunt liciti, ut etiam oper[illegible] [illegible]tatis re[illegible]ionis, & aliarum virtutum: hinc [illegible] [illegible]auſtris & curribus ſaxa, & ligna [illegible]fetun[illegible]r diebus feſtis ad ædes ſacras inſtaurandas, ſi ead[illegible]m diebus profeſtis deportari commode non [illegible]int, quia id perinde eſt, ac elargiri eleemo[illegible]am.

21 Sexta e[illegible] [illegible]curſus lucri tranſitorii: ſiquidem Eccleſi[illegible] indulget in die feſto piſcationem [illegible]alliciarum, e[illegible] quia fere uno, eodemque anni [illegible]ore tranſeant, & non poſſint poſtea amplius [illegible] unde eadem ratione videtur dicendum de [illegible] [illegible]liorum piſcium, qui ſimiliter certo [illegible] anni tempore occurrunt; & ſi eorum [illegible]o tunc neg[illegible]geretur, non poſſent amplius [illegible] cum magno piſcatorum det[illegible]imen[illegible] [illegible]nidem l[illegible]rum tranſitorium ceſſans re[illegible] [illegible]ur pro damno, ut docet Cajetanus *V. fe*[illegible]

22 [illegible]ima cauſa eſt abſentia a loco, in quo ce[illegible] [illegible]r d[illegible] f[illegible]ſtus [illegible] enim civis monacenſis [illegible]ſto S. Benonis moretur Auguſtæ Vin[illegible] [illegible]um non [illegible]enetur abſtinere Auguſtæ ab [illegible] [illegible] ta[illegible] dies non ſit [illegible]tus [illegible] [illegible] [illegible]ur le[illegible]ibus ſui domicilii, quæ [illegible] [illegible]n[illegible]o o, ubi pro tempore reperi[illegible] [illegible]m [illegible] [illegible]cent cum [illegible]uarez *de relig.* [illegible] [illegible]t. [illegible] tamen di[illegible]cedit à loc[illegible], ubi dies [illegible] [illegible]r [illegible]ba[illegible] e[illegible] [illegible]eneri [illegible]bi prævenire, [illegible] [illegible]a[illegible] [illegible]uam di[illegible]cedat, ſi ante me[illegible] [illegible] u[illegible]t ad alium locum, ubi dies [illegible] c[illegible] [illegible]bratur, quia præceptum de [illegible] a[illegible] [illegible] homine[illegible] u[illegible] i eos reperi[illegible] [illegible] [illegible]uam prim[illegible] a[illegible] [illegible]mp[illegible]eatu[illegible] [illegible]n [illegible] [illegible]æceptum de au[illegible]endo a[illegible] [illegible] tempore [illegible] usque [illegible] non [illegible] tero ſimplici [illegible] [illegible] labrera

hora matutina, aut pro illo brevi tempore, quo quis diſceſſurus eſt, ac profecturus extra terminos territorii. Verùm prior ſententia tutior eſt, & probabilior.

Octava eſt conſuetudo: ſiquidem ex inolita conſuetudine plura opera ſervilia die feſto jure fiunt, quæ aliàs prohiberentur, ut deſumitur ex *c. licèt de feriis.* Nonnunquam etiam opera ſervilia in die feſto permittuntur, quando ſunt pro bono publico, qua ratione fas eſt pontem reficere, viam munire, ut communi Viatorum commodo conſulatur. Rurſus ea opera in die feſto poſſunt etiam fieri, quæ ſimpliciter, & per ſe ſunt cum ipſo divino cultu conjuncta: ſicut in veteri lege infans in die feſto circumcidebatur, ſi in octavum diem à natali infantis incidebat: Rurſus victimæ immolabantur: arca fœderis humeris importabatur. Eodem pacto in lege Evangelica diebus feſtis, cùm fiunt publicæ ſupplicationes, vexillum crucis geſtatur, ſanctorum imagines circumferuntur, æs campanum pulſatur, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. dantur inter hujusmodi opera quædam, quæ non per ſe divino cultui annectuntur, ſed ipſum potiùs antecedunt, & hæc proximè ante diem feſtum fieri debent, ut coquere panes, mactare animalia, & alia id genus. 23

Nona cauſa excuſans laborantes in die feſto eſt diſpenſatio, quam etiam ſine cauſa poteſt ſummus Pontifex concedere, ut etiam Epiſcopus poteſt diſpenſare in feſto proprio ſui epiſcopatûs, non ita in feſto de jure commun, & univerſali toti Eccleſiæ abſque cauſa; quia tunc diſpenſatio eſſet in lege ſuperioris, & Inferior non poteſt diſpenſare in lege ſuperioris, quia non habet authoritatem in ſuperiorem. Quando verò cauſa eſſet evidenter juſta, & neceſſaria, tunc non eſſet opus diſpenſatione niſi pro foro externo ad evitandum ſcandalum, in dubio verò cauſæ juſtæ, & ſufficientis ad ſerviliter laborandum, adeundus eſt Epiſcopus pro impetranda licentia, ſi commode adiri poteſt: alioquin ob juſtam cauſam ex conſuetudine in aliquibus caſibus particularibus etiam parochus poteſt diſpenſare: ſiquidem ob regimen animarum, crebróſque caſus hæc poteſtas parochis v[illegible]ebatur moraliter neceſſaria: & plus parochis in ordine ad judicandum de cauſis dubiis in hac materia conceſſum eſt, quàm cæteris viris docti[illegible]; adeo ut a parochis præter interpretationem habeatur etiam vera diſpenſatio exigens authoritatem. & quamvis, ut parochus diſpenſet, requiratur ration[illegible]lis cauſa, non tamen eſt neceſſe, quòd hæc ſit evidenter juſta, adeo ut authoritas parochi ſu[illegible]pleat inſ[illegible]fficientiam cauſæ, quod non præſtat ſimplex interpretatio do[illegible]tori[illegible]. R[illegible]rſus hanc licentiam exe[illegible]cendi o[illegible]cr[illegible] [illegible]rvilia die [illegible]ſto non poſſunt date [illegible]ees ſ[illegible]ulares, imo nec [illegible]os punire, qui ex præv[illegible] Ep[illegible]ſcop[illegible] licentia die f[illegible]ſto ſervilibus vac[illegible]runt oper[illegible]bus, ut declaraviſſe ſacram Congre[illegible]ationem Ca[illegible]dinal[illegible]um Conc[illegible] Tridentini [illegible]um [illegible] a *p.* 4. *tract.* 1. *re*[illegible] *ſ* [illegible]*ut.* 94. Q[illegible] [illegible]aroch[illegible]s eſſ[illegible]t vir rudis, au[illegible] [illegible], nim[illegible] [illegible]crop[illegible] [illegible]lus nolletque in cauſa [illegible] [illegible]n [illegible] [illegible]ani exercendi opus aliquod ſerv[illegible]e die f[illegible]ſto, tunc indigens tali opere 24

poſſet

poſſet conſulere viros prudentes præſertim religioſos ſuper eadem neceſſitate, an ſufficiens ſit, ut poſſit ſine culpa laborare.

25 Cæterum Epiſcopus poteſt alicui facultatem ſerviliter laborandi concedere hac conditione, ut aliquid conferat in uſus pios, tametſi neceſſitas non ita videatur urgere, dummodo abſit occaſio ſcandali: quia tunc onus non iniungitur ſimoniacè, ut pretium datæ facultatis, ſed cultus ille religioſus ceſſandi ab operibus ſervilibus die feſto mutatur in aliud opus pium, quod eſt aliquid conferre in ſacrarum ædium uſus, ſi non neceſſarios, ſaltem commodos, quod poteſt licitè fieri, ut deſumitur ex *c. licet de feriis* Cæterum qui exercet opus ſervile in die feſto putans ſe habere legitimam cauſam, quamvis eam revera non habeat, non cenſetur peccare lethaliter, ut notat Navarrus *in manual. c. 23. num. 43.* Sanchez *lib. 1. moral. c. 17. num. 21.* [illegible] tunc adeſt bona fides, ratione cujus o[illegible] illud apprehenditur, ut licitum; adeo ut non a[illegible] ulla intentio ſive directa, ſive indirecta contra præceptum, quia ſi operans bona fide putaret, eam cauſam, quam habet ita operandi, non excuſare, utique ſe abſtineret à tali opere. An verò [illegible]cet dominus iniungens ſervo infideli, ut [illegible]rcæ, opera ſervilia exercenda die feſto Layman *lib.* [illegible] *tract. 4. c. 10. num. 3.* negat, quia ca[illegible]s opera ſervilia prohibentur, quatenus in[illegible]ped[illegible]unt ſanctificationem feſtorum, proinde tan[illegible]m iis prohibentur, qui tenentur dies feſtos ſanctificare. Turcæ autem, & alii infideles, c[illegible]m non ſint baptizati, non tenentur dies feſtos in[illegible]tos ab Eccleſia ſanctificare, proinde iiſdem non prohibetur diebus feſtis exercere opera ſervilia.

TITULUS X.

De Ordine Cognitionum.

Lite conteſtatâ, juramento calumniæ præſtito, dilationibus datis, vel ab homine vel à jure, iiſque lapſis, rectò ordine; vel Actor ob contumaciam Rei eſſet in poſſeſſionem mittendus; vel utrinque ad probationem procedendum: ſed quia interdum quæſtiones in judicium incidunt, de quibus priùs cognoſcendum eſt, quàm in principali cauſa procedatur; ideo Pontifex in hoc titulo declarat, quo ordine ſit de iiſdem cognoſcendum, ne ulla oriatur confuſio. Univerſim quatuor traduntur regulæ. Prima eſt: *quotiescunque una cauſa dependet ab alia, prius cognoſci debet, & pronuntiari ſuper cauſa, a qua altera dependet.* ſive agendo, ſive excipiendo proponatur *l. ſi quis ff. de agnosc. & alend. liberis §. 8.* Secunda *ſi neutra pendeat ab altera, neque alteri præjudicet, & utraque ſit principalis, prius propoſita eſt prius tractanda,* ſi tamen ambæ ſint criminales, debet major prius tractari. Tertia *ſi una ſit civilis, altera criminalis, arbitrio judicis relinquitur, quænam præcedere, vel ſequi debeat:* niſi civilis præjudicet criminali, vel è contra: quia tunc principalis debet præcedere. Quarta: *ſi una ſit principalis, altera incid[illegible] & hæc impediat cognitionem illius, prius tractari debet cauſa incidens.* Secus relinquitur arbitrio judicis. Quamobrem hic titulus docet, quo ordine debeat Judex definire quamcunque actionem, vel exceptionem.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Quatuor Capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. INTELLEXIMUS 1. h. t. Clemens III. reſcribit, exceptionem peremptoriam e[illegible] examinandam ante ſententiam ferendam [illegible] pri[illegible]palis: ut ſi mulier velit probare, Titium eſſe ſuum maritum, & Titius excipiat de conſ[illegible]guinitate; prius co[illegible]o[illegible]endum e[illegible] c[illegible]guinitate: quia hæc perimit princi[illegible]a[illegible]m [illegible] ſionem, qua probatâ reus abſolvitur. [illegible] Gloſſa

Gloſſa, non eſſe neceſſe, ut Judex expreſſè ferat ſententiam ſuper exceptione, ſed ſufficere quod pronunciet ſuper principali, Titium non eſſe matrimonio ligatum: quia hæc quæſtio proponitur quatenus concernit cauſam principalem, & ipſam perimit; proinde ſufficit, ſuper ipſam pronunciari: quia tunc tacitè pronunciatur etiam de exceptione.

C. *CUM DILECTUS 2. h. t. declarat Innocentius III. quòd ſi Titius agit, ut accipiat rem ſuam à Cajo ſpoliatore, & Cajus agat contra Titium, & hic objiciat ſpoliationem, ſi eam objiciat excipiendo debeat priùs audiri, & probata exceptione non ſit Titius compellendus ad reſpondendum, donec reſtituatur: quòd ſi Titius objiciat agendo ſpoliationem; tunc ſtatuit Pontifex, ut utraque cauſa ſit tractanda; ſed illa priùs, qua prior acceſſit ad judicium, & ultimò ſit danda ſententia, nec interim facienda reſtitutio. Hinc notat Gloſſa, quæſtionem ſpoliationis niſi proponatur per modum exceptionis non præjudicare quæſtioni civili, ſed ſemper criminali.*

C. *TUAM 3. h. t. reſcribit Honorius III. Ludovico Francorum Regi, quòd ſi petatur hæreditas, & excipiatur de illegitimitate, priùs determinandum ſit de illegitimitate coram Judice eccleſiaſtico: alioquin ut notat Gloſſa non valeret proceſſus ſucceſſionis, ſi priùs nativitas legitima non probaretur. Hinc quæſtio præjudicialis, quæ incidit in principalem eſt priùs cognoſcenda, quàm principalis; præſertim ſi incidens principalem interimat, ut eſt illegitimitas quæſtionem interimens ſucceſſionis in hæreditate.*

C. *SUPER 4. h. t. declarat Gregorius IX. quòd ſi ſpoliator conventus ſuper ſpoliatione reconveniat petentem ſpoliationem, non debeat audiri, niſi ſuper quæſtione ſpoliationis; bene tamen ſi excipiat de ſpoliatione: alioquin repellit adverſarium ab agendo. Hinc ſuper ſpolio conventus poteſt Actori opponere aliam ſpoliationem, ſive per modum actionis, ſive per modum exceptionis. Ex hoc textu liquet, petitionem reſtitutionis in hoc privilegiatam eſſe, quia ipſam intentans non cogitur ante reſtitutionem reſpondere ſpoliatoribus.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid ſit ordo Cognitionum.

POſt litem conteſtatam, juramentum calumniæ præſtitum, dilationes datas, vel ab homine, vel à jure, & poſt elapſum præfixum terminum, tametſi actor ob contumaciam rei eſſet in poſſeſſionem mittendus, vel utrinque ad probationem procedendum; nihilominus quia perſæpe plures quæſtiones in judicium incidunt, de quibus priùs cognoſcendum eſt, quam in cauſa principali procedatur; ideo inquirendum hic eſt, quo ordine ſint hujusmodi quæſtiones pertractandæ, an priùs de hujusmodi quæſtionibus incidentibus cognoſcendum ſit, an verò de principali cauſa: hoc intereſt diſcriminis inter præcedentem titulum 4. & præſentem quia in ſuperiori de mutuis petitionibus principaliter tractatur, an reus conventus ab actore poſſit eundem viciſſim reconvenire; & coram quo Judice: in præſenti verò titulo generaliter quæritur de ordine cognitiunis, quando plures cauſæ, vel quæſtiones in idem judicium deducuntur, quænam priùs ex ipſis cognoſcenda ſit.

Quotiescunque igitur occurrunt plures quæſtiones, quarum una dependet ab altera, tunc judicanda prius eſt illa, à qua alia dependet. Hinc ſi fœmina petat virum tanquam ſuum ſponſum, vel maritum; & è contra vir dicat, fœminam eſſe ſuam conſanguineam in gradu dirimente matrimonium, priùs de conſanguinitate diſpiciendum eſt, quàm de contractu ſponſalium cognoſcendum: ratio eſt, quia valor ſponſalium dependet à quæſtione conſanguinitatis: & fruſtra probarentur ſponſalia, ſi poſt totam illam probationem deprehenderetur conſanguinitas adeſſe, quæ impediret talia ſponſalia; ſublato enim fundamento ſtructura fabricæ non ſubſiſtit, eò quia hæc ab illo dependeat. Pari pacto ſi filius petat hæreditatem patris, & alii hæredes negent, illum eſſe filium defuncti, vel eſſe illegitimum, ac proinde ad ipſum non pertinere hæreditatem; tunc prima quæſtio ordine cognitionum debet eſſe, an revera ſit filius, & ſi filius, an legitimus, & poſtea proceditur ad cognitionem in cauſa hæreditatis, quia hæc à præcedentibus dependet, quia ſi priùs cognoſceretur cauſa hæreditatis, & judicaretur in favorem illius, qui ſe diceret filium, totus labor eſſet inanis, & cognitio poſterioris cauſæ deſtrueret totum, quod contigit in cognitione prioris. Habetur enim regula, quâ dicitur, quod per minorem cauſam majori cognitioni præjudicium fieri non debeat; & major cauſa, ſeu quæſtio, ait juriſconſultus, minorem cauſam ad ſe trahit *l. per minorem. 54. ff. de judic.* Hinc concurrentibus pluribus cauſis, quarum una dependeat ex alia, primò cognoſci debet de ea, à qua altera dependet, ſive agendo, ſive excipiendo proponatur *l. 5. §. 8. & ſequent. ff. de agnoſc. & alend. liber. l. 16. & ſequent. ff. de*

except. l. 1. §. 1. ff. de rei vindicat. Farinacius *de var. crimin. q. 100. n. 137.* Hinc cauſæ præjudiciales, in quibus de ſtatu perſonæ quæritur ſemper præmitti debent, eò quia cæteris præjudicent; ſeu ſententia ſuper iis lata oſtendit, quid in principali pronunciari debeat, ſeu parit exceptionem rei judicatæ in principali, & jus actoris tollit, vel actorem ab agendo repellit, ut notat Farinacius *d. q. 100. num. 79.*

3 Exceptiones peremptoriæ, per quas actio oſtenditur nulla, ſi opponantur ad impediendum proceſſum, ſunt etiam priùs diſcutiendæ tanquam cauſa principalis: alioquin cognitio cauſæ principalis, & totus labor in ipſa impenſus corrueret, ſi poſtea per exceptiones peremptorias probaretur talis actio nulla; quo pacto in exceptione conſanguinitatis in gradu dirimente priùs agendum eſt de ipſa exceptione peremptoria, quàm de cauſa principali, ſeu matrimonio, ne Judex fruſtra ſuſcipiat probationes actoris ſuper tali contractu matrimonii, ex quo nulla actio competit actori, ſi exceptio exiſtat, & à reo probetur. Cæterum probata exceptione peremptoria, aut incidente, quæ concernit juſtitiam cauſæ principalis, non eſt neceſſe, quòd Judex ſuper ea pronunciet; ſed ſatis eſt, ſi pronuncietur ſuper cauſa principali, quia de hac principaliter agitur, & deſideratur ſententia. Tum quia ex judicio directo cauſæ principalis, indirectè cognoſcitur judicium ſuper exceptione, cum propter exceptionem probatam reus ſit abſolvendus: unde ex eo, quòd reus abſolvatur, vel non, conjicitur, qualénam fuerit judicium ſuper exceptione peremptoria, vel incidente.

4 Quòd ſi Judex non poſſet nec indirectè cognoſcere ſuper exceptione peremptoria, vel incidente, eò quia pertineat ad diverſum forum, tunc Judex non poteſt cognoſcere ſuper cauſa principali, antequam quæſtio incidens, ſeu exceptio cognoſcatur à proprio Judice, ut deſumitur *ex c. 3. h. t.* Hinc ſi cauſa hæreditatis dependeat à valore matrimonii, vel ejus effectu; & excipiatur matrimonium, ex quo filius petens hæreditatem natus eſt propter certum impedimentum canonicum eſſe irritum; diſcutienda priùs eſt exceptio iſta à Judice Eccleſiaſtico, & interim Judex ſæcularis in cauſa principali debet ſuperſedere, donec decidatur quæſtio à Judice Eccleſiaſtico de valore matrimonii. Hoc procedit de omnibus exceptionibus, quæ juſtitiam cauſæ principalis concernunt, eamque perimunt: ſiquidem cùm non opponantur propter ſe, ſed ut perimant cauſam principalem, ideo priùs diſcutiendæ ſunt exceptiones, & poſtea judicium ferendum ſuper cauſa principali. Probata enim exceptione nullum jus competit actori ſuper cauſa principali. Sin autem oppoſita exceptio non tam juſtitiam cauſæ perimat, quàm judicii ordinarium proceſſum impediat, qualis eſt exceptio litis finitæ, & rei transactæ; non tantùm priùs cognoſci debet talis exceptio, quàm cauſa principalis tractetur; ſed priùs ſuper ea pronunciari debet, ut appareat, utrum procedi ulterius debeat, an non.

Quòd ſi reus ſpoliationem objiciat contra actorem ſpoliantem; adeout actor, & reus viciſſim objiciant ſpoliationem, ut habetur *in cap. cum dilectus 2. h. t.* ubi Abbas de Tarentino conqueſtus eſt apud Papam Innocentium III. Quòd nobiles de Artone manu armata, & cum exercitu venientes ad monaſterium animalia prædati ſunt, aliáque damna monaſterio intulerunt, petiitque ſibi juſtitiam adminiſtrari. Sed Nobiles per modum exceptionis lite non conteſtata objecerunt quòd ipſi per dolum, & violentiam Abbatis Caſtrum Sitati amiſerint. Ita habetur in *d. c. cum dilectus* ubi reus contra actorem ſpoliatorem agentem ſuper ſpolio viciſſim objecit ſpoliationem: diſtinguendum eſt, an quæſtio ſpoliationis per modum actionis propoſita fuerit ad reſtitutionem petendam: vel tantùm per modum exceptionis ad repellendam intentionem adverſarii: ſi priori modo per modum actionis, tunc etiam agit actorem, & dantur in eodem judicio mutuæ actiones, ſeu conventio, & reconventio; & cauſa tractanda eſt juxta modum talium mutuarum petitionum; ac terminanda una, eadémque ſententia; idque procedit ſervato ordine cognitionum; ut in ſententia ſemper priorem locum habeat cauſa conventionis, quæ priùs in judicio deducta fuit; & poſteriori loco cauſa reconventionis, cum hæc poſteriùs deducta fuerit in judicium. 5

Sin verò per modum exceptionis à reo convento opponatur ſpoliario ad impediendum, vel differendum proceſſum judiciarium donec reſtitutio facta ſit: tunc prius cognoſci debet de exceptione ſpolii tanquam de dilatoria exceptione; & poſtea de cauſa principali: quia tunc reus non tenetur actori reſpondere, priusquam reſtitutio facta ſit, ut deſumitur *ex cap. ult. h. t.* Tametſi actor condemnari non poſſit ad abſolutè reſtituendum, eò quia reus conventus non excipiat ad impetrandam reſtitutionem; ſed ad excludendam duntaxat actoris petitionem: nihilominus condemnati poteſt conditionatè ad reſtituendum; ſi nimirum ulterius velit agere. Hoc igitur ſpeciale privilegium habet, qui ab alio ſuis bonis ſpoliatus eſt: quia ſi à ſpoliatore ſuper alia cauſa conveniatur, & ipſe excipiat de ſpolio ſibi facto; cauſa ſpolii ordine cognitionis debet præcedere; quia ſpoliatus eſt priùs reſtituendus: neque tenetur priùs in alia cauſa reſpondere ſpoliatori. 6

Sunt tamen plures caſus, in quibus exceptio ſpoliationis objici nequit. Primò ſi periculum ſit in mora, quia cauſa dilationem non patitur, ut ſi agatur de imminente aliquo periculo. Secundò ſi officium Judicis imploretur nulla inſtituta actione contra adverſarium; ut ſi petatur quod electus confirmetur: quia cum exceptio non competat niſi ad excludendam actionem, per quam reus convenitur: quando nulla præcedit actio non poteſt fieri exceptio ſpoliationis; cum exceptio ſupponat actionem tanquam objectum, in quod tertur. 7

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò quando ſpoliatus convenitur in obligatione, vel promiſſione juramento firmata, non poteſt opponi exceptio ſpoliationis contra actorem, ne incidat in periculum perjurii non ſatisfaciendo quod juramento promiſerat: quod procedit, quando ex circumſtantiis apparet, jurantem voluiſſe renunciare beneficio exceptionis. Quartò neque in cauſis matrimonii, & aliis ſpiritualibus admittitur exceptio ſpoliationis rerum privatarum *c. 1. §. ult. de reſtit. ſpoliat. in 6.* Quintò ſi cauſa ſit notoria, non admittitur exceptio ſpoliationis; cum ſit dilatoria, ſive objiciatur ad impediendum proceſſum judicialem; quia in notoriis non eſt neceſſe, ut obſervetur proceſſus judiciarius; ſed poteſt ſtatim procedi ad condemnationem, & executionem *c. de manifeſta 17. cauſ. 2. q. 1.* niſi etiam ſpoliato ſit notoria; quia tunc ſpoliatus non poteſt compelli ad ſatisfaciendum, niſi priùs reſtituatur.

8 Si in judicio incidat quæſtio præjudicialis cauſæ principali priùs cognoſcendum eſt ſuper quæſtione incidente, ſi hæc pertineat ad forum eccleſiaſticum; & cauſa principalis ad forum civile ſæculare; adeout judex ſæcularis nequeat procedere in cauſa principali, quin priùs Judex eccleſiaſticus cognoverit ſuper quæſtione incidente: quia tum cauſa principalis dependet à deciſione quæſtionis incidentis, ut deſumitur *ex c. tuam 3. h. t.* unde juriſdictio judicis ſæcularis quoad cauſam principalem ſuſpenditur, donec à Judice eccleſiaſtico præjudicialis incidens deciſa fuerit. Imò in cauſis per ſe, & ex objecto ſuo ſpiritualibus, ſeu eccleſiaſticis poteſt Judex eccleſiaſticus, vel ex proprio motu, vel ad inſtantiam partis inhibere judici ſæculari, ne in cauſa principali agat aliquid, priusquam deciſa fuerit quæſtio incidens *c. Tuam 3 h. t.* ubi mortuo Campaniæ Comite ſine prole, & regina Cypri peteret hæreditatem, ut proxima conſanguinea; & cum ei pars adverſa objeciſſet, quòd non eſſet ex legitimo matrimonio nata; hæc quæſtio incidens, & præjudicialis principali cauſæ, ſeu petitioni hæreditatis, quia pertinebat ad forum eccleſiaſticum, Papa Honorius III. admunuit Philippum Regem Galliarum, ut ſi forte regina Cypri ſuper ſucceſſione præfati comitatûs coram ipſo quæſtionem proponeret, eandem non audiret, nec [illegible] ejus cauſa cognoſceret, donec quæſtio na[illegible]n, ex qua illa dependebat, a ſe fuerit deciſa.

9 Quando igitur exceptio, ſeu quæſtio incidens, & præjudicialis cauſæ principali pertinet ad forum eccleſiaſticum; de hac exceptione [illegible]us cognoſcendum eſt per judicem eccleſiaſticum: Quia tametſi de cauſa ſtatus, quando inci[illegible]ter venit in judicium cum cauſa principali [illegible]t, & debeat Judex cognoſcere *l. quoties l. [illegible] Cod. de judic. l. 1. eod. de ord. judicii* nihi[illegible]us, quia cauſa natalium, ac legitimationis [illegible]dens ex validitate matrimonii eſt eccleſiaſti[illegible] J[illegible]ex laicus ne quidem incidenter poteſt de [illegible]noſcere *c. Lator inf. qui filii ſint legitimi* [illegible] enim decet laicos tractare negotia eccleſia[illegible] *c. decernimus ſup. de judiciis.* Quòd ſi cau[illegible] principali coram judice ſæculari jam motâ in[illegible] quæſtio præjudicialis pertinens ad forum [illegible]le; poteſt Judex ſæcularis ſuper hac quæſtione incidente cognoſcere, ſi non excedat ejus juriſdictionem: imò priùs debet de illa judicare, quàm de cauſa principali; cum hæc dependeat à quæſtione incidente. Tum quia probatâ quæſtione præjudiciali, cauſa principalis eſt omnino perempta *c. 1. h. t. Gloſ. in d. c.*

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones.

Quæritur primò, an conſultiùs ſit Reo convento non opponere exceptionem peremptoriam prius, quàm audierit probationes Actoris? Reſpondetur affirmativè, adeò ut Reus ſibi meliùs conſulat, ſi exceptionem peremptoriam prius non opponat, quam audierit probationes actoris: ratio eſt, quia ſi actor in ſuis probationibus deficiat, Reus conventus abſolvitur, & liberatur ab onere probandi exceptiones: Sin verò actor probaverit ſuam intentionem, tunc adhuc ſupereſt locus perimendi ejus intentionem objiciendo exceptiones; hinc contra mulierem vindicantem aliquem in maritum admittitur exceptio conſanguinitatis, & deſumitur ex *c. Intelleximus 1. h. t.* quia mulier taliter proponens in judicio non intentat poſſeſſorium, ut petat reſtitutionem conjugis, ſed intentat proprietatem, ut ſibi vir adjudicetur in maritum, ut notat Abbas in *d. c. Intelleximus h. t.* ſed quia exceptio conſanguinitatis perimit petitionem Actoris aſſerentis matrimonium, cùm intra gradus prohibitos conſanguinitatis non valeat *c. Non debet de conſang. & affin.* ideò quamvis, ſi mulier ageret circa poſſeſſorium ad reſtitutionem conjugis, non eſſet admitenda exceptio conſanguinitatis, nec alia concernens defectum proprietatis, *c. Ex conqueſtione de reſtit. ſpol.* nihilominus ſi agat circa petitorium, admittitur ejus exceptio, & prius videndum eſt, an matrimonium ſit validum, ut dicitur in textu; hinc quamvis actor probaverit ſuam intentionem, ſeu matrimonium fuiſſe initum, adhuc poteſt perimi ejus intentio, ſi objiciatur impedimentum conſanguinitatis, ut notat Gloſſa in *d. c. Intelleximus c. de teſtibus 29. V. publicato* ubi monet, quòd publicatis etiam teſtificationibus exceptio peremptoria poſſit objici, & probari, eò quia interdum contineat novum incidentem articulum cauſæ.

Quòd ſi Reus ante productionem teſtium oppoſuiſſet exceptionem conſanguinitatis: Gloſſa in *d. c. Intelleximus 1. h. t.* cenſet, eſſe tunc priùs cognoſcendum de probationibus actoris, quam de exceptione peremptoria Rei conventi, eò quia generatim id dicatur in *l. exceptionem 19. C. de probat.* Verùm ut notat Layman in *c. 1. de lit. non conteſt. in 6. reg. 1. limit. 3.* datur quoddam genus exceptionis peremptoriæ, per quam actio ipſo jure excluſa, ſeu potiùs nunquam nata oſtenditur: & hæc exceptio, ſi objiciatur animo impediendi proceſſum, debet ſtatim de illa cognoſci, alioquin fruſtra probationes acciperentur ſuper eo; quia quamvis probarentur,

non tamen cauſam relevarent, ut conjicitur ex textu in *d. c. Intelleximus.* Siquidem cùm contractus matrimonii inter conſanguineos ſit ipſo jure irritus, & nulla actio circa talem contractum irritum oriatur, fruſtra Judex probationes ſuſciperet ſuper tali contractu poſt oppoſitam exceptionem conſanguinitatis, & id vel maximè procedit, ſi Reus excipiens ſe offerat ad probandam exceptionem; tunc enim Actor non eſt audiendus, ſi priùs velit ſuam intentionem probare, quia ſi exceptio Rei conventi ſubſiſtit, nulla omnino actio competit Actori, proinde fruſtra ſatageret probare ſuam actionem.

3 Cæterum probatâ exceptione peremptoriâ non eſt neceſsè, ut Judex ſuper ea pronuntiet, quia pronuntiando ſuper cauſa principali, ſaltem indirectè fit etiam pronuntiatio ſuper exceptione, & exemplum habetur in præſenti textu *c. Intelleximus 1. b. t.* ubi mulier inſtituit actionem petendo ſibi maritum ex cauſa matrimonii, & cùm objiceretur illi impedimentum conſanguinitatis, eo probato Judex abſolvit virum à petitione mulieris, & per hanc abſolutionem indirectè, & implicitè etiam pronuntiat, ſubeſſe impedimentum, imò & juridicè probatum eſſe. Cùm igitur probata exceptione conſanguinitatis principalis quæſtio matrimonii perimatur, ideo eſt priùs cognoſcendum de exceptione, quàm procedatur ad articulum definitionis, ut nimirum appareat ſtatim, an Reus ſit abſolvendus, vel condemnandus, ut notat Calderinus in *d. c. Intelleximus 1. b. t.*

4 Quæritur ſecundò, an ſi Reus contra Actorem ſpoliatorem opponat ſpoliationem per modum exceptionis, tunc ſit priùs audiendus? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Cùm dilectus* a. *b. t.* ubi dicitur, quòd ſi ego vi accipio rem meam à ſpoliatore, & ſpoliator agit contra me, & ego objicio ſpoliationem; ſi objicio excipiendo, ſum priùs audiendus; & probatâ exceptione non cogor reſpondere, donec reſtituar: Sin verò objicio agendo, tunc utraque cauſa eſt tractanda, & illa priùs, quæ venit prior, & ultimò eſt danda ſententia, nec interim fit reſtitutio. Ex quo textu liquet, multum referre, ſi Reus contra actorem ſpoliatorem agentem ſuper ſpolio, viciſſim ſpoliationem objiciat per modum exceptionis, an verò per modum actionis: quia ſi per modum actionis, hoc eſt, ſi Reus non excipiat, ſed viciſſim contra actorem agat de ſpolio; tunc novam, & propriam litem contra ipſum intendit, adeò ut duæ ſint tunc quæſtiones, ſeu cauſæ principales, quarum una eſt conventio, & altera reconventio, & utraque cognoſci, & terminari debet: & tunc ſi ſpoliatus probaverit ſpoliationem per viam actionis propoſitam, debet abſolutè reſtitui, quamvis non probaverit, ſe Dominum rei eſſe: verum tunc non repellit agentem, quia finis actionis eſt conſequi *princ. inſtit. de action.* non verò repellere,

5 Secus ſi ſpoliatio objiciatur per modum exceptionis ad excludendum proceſſum juditiarium, donec reſtitutio fiat, tunc prius cognoſcendum eſt de exceptione ſpolii, quam de cauſa principali, ſeu de ipſa actione ſpolii, quia exceptio ſpoliationis eſt dilatoria, proinde ante litis conteſtationem proponi debet; ordo enim judiciarius exigit, ut exceptiones dilatoriæ proponantur ante litis conteſtationem *l. exceptionem C. de probat.* proinde antequam Reus teneatur Actori reſpondere ſuper petitis in libello, eſt ipſe Reus ſuper ſpoliationem audiendus: & probatâ ſpoliatione non compellitur reſpondere: quia Judex non judicat, nec ſuum officium impertitur partibus, niſi prout propoſitum, ſeu actum eſt: quia poteſtas judicandi non extenditur ultra id, quod exprimitur in libello, ut notat Gloſſa in *d. c. dilectus* a. *v. reſtitutio b. t.* proinde ſi Reus ſolùm opponat exceptionem contra actionem, & intentionem actoris, eâ probatâ id ſolum conſequitur, ut actor repellatur ab agendo donec reſtituerit.

Quòd ſi Reus poſtquam actorem à petitione excipiendo repulit, velit reſtitutionem petere, tunc novum judicium inſtituitur, & tenetur novas afferre probationes, ut notat Gloſſa in *d. c. cum dilectus 2. §. in modum exceptionis v. ſed quid b. t.* Quinimò poteſt etiam petere reſtitutionem in judicio poſſeſſorio, quamvis in probanda exceptione ſuccubuerit, ut notat Gloſſa *loc. cit. V. ſed pone*, quia exceptio ſpoliationis non fuit oppoſita ad obtinendam reſtitutionem, ſed tantum ad repellendum actorem, unde per ſolam exceptionem non reſtituitur: quia qui excipit, non petit, ſed petentem repellit *l. 2. ff. de except.* & quia Judex tenetur formare ſententiam juxta modum agendi productū in libello *c. qualiter 2. de accuſat.* ſequitur quòd ſpoliatione in modum exceptionis tantùm probata non ſit per hoc reſtitutio facienda ſpoliato *l. fundus ff. commun. divid.* ſicut ſi in modum exceptionis aliquod crimen objiciatur teſti, ut à teſtimonio repellatur; ſi crimen contra ipſum civiliter probatum fuerit, non ideo pœna ei infligitur ordinaria, ſed [illegible] tantùm teſtimonio non creditur; quod ea ratione contingit, quia in ipſum accuſatio non proceditur. Teſtes ſiquidem quorum teſtimonium de jure reprobatur, habentur inter infames quaſi ex falſo teſtimonio, proinde rejiciuntur. 6

Quæritur tertiò per quid in jure actiones præjudiciales & exceptiones itidem præjudiciales differant? Reſpondetur, differre, eò quia actiones præjudiciales propriè ſint illæ, in quibus agitur de ſtatu, & conditione alicujus, & denominantur præjudiciales à maximo præjudicio, & damno, quòd in iiſdem vertitur: hinc ſola cauſa ſtatus; ſeu conditionis dicitur parere actionem præjudicialem *l. adoptatum 5. §. 1. ff. de in jus voc. l. quotiens 28. ff. de probat.* & docent Donellus *lib. 20. comment. c. 8.* Cujacius *lib. 3. obſerv. c. 37.* & *lib. 24. c. 16.* Exceptiones verò præjudiciales non ideo tales denominantur, quia in iiſdem de ſtatu, & conditione tantùm agatur; ſed quia priùs de ipſis tractari debet, quando incidunt in judicium, adeò ut ex natura ſua debeant præcedere exitum cauſæ principalis *c. ſi fortè de elect. in 6. l. 1. §. 1. ff. famil. Erciſ.* & Revardus *lib. 1. de præjudic. c. 11.* Hinc Calvinus in *lexico v. præjudiciales.* notat, exceptiones præjudiciales appellari ordinis perverſi, ſeu præpoſterationes. De his exceptionibus præjudicialibus prius terminandis loquuntur 7

textus

Digitized by Google

textus in *c. Exhibita de judic.* ubi habetur priùs agendum eſſe de excommmunicatione oppoſita contra actorem : & ratio adducitur, eò quia ſit præjudicialis, ut etiam in *l. 1. C. de ordin. judic.* ubi contra hæredem inſtitutum petentem hæreditatem ex teſtamento oppoſita exceptione, ſeu agnatione Poſthumi, docetur fuiſſe receptum. Hinc prius diſcutienda eſt exceptio, ut præjudicialis; eſt enim talis naturæ, ut eâ non deciſâ exitus cauſæ principalis ſuſpendatur *l. penult. ff. de noxal.* & docet Revardus *de præjudic. c. 12.*

8 Quæritur quartò, quomodo agendum ſit in judicio de cauſa incidente, ſi principalis ſit civilis, & incidens Eccleſiaſtica, & è contra; poteſt enim propoſita in judicio cauſa principali incidere alia civilis, vel eccleſiaſtica, & tunc dubitatur, de qua ſit priùs cauſa agendum? Reſpondetur, quòd ſi in cauſa temporali, ſeu profana emerſerit incidenter cauſa Eccleſiaſtica ſpiritualis, non poteſt Judex ſæcularis de ea cognoſcere, ſed tunc dividendum eſt judicium inter eccleſiaſticum, & ſæcularem Judicem: tunc enim eccleſiaſticus cognoſcit de re ſpirituali, de qua etiam ſententiam dicit: & poſt deciſionem cauſæ ſpiritualis incidentis Judex ſæcularis ſuper principali cauſa profert judicium. Quòd ſi cauſa principalis ſit eccleſiaſtica, & incidens ſecularis ſeu profana, tunc Judex eccleſiaſticus poteſt de utraq; cauſa principali, & incidente cognoſcere *c. 2. de conjug. ſervor. c. 1. qui filii ſint legitimi* ubi propoſita quæſtione ſuper legitimitate Judex eccleſiaſticus pronuntiat etiam ſuper hæreditate. Ratio hujus diſcriminis petitur ex natura utriusque juris eccleſiaſtici, & ſæcularis: ſiquidem Eccleſiaſticus reſpectu cauſæ temporalis eſt tantùm incompetens: ſed Judex ſæcularis reſpectu cauſæ eccleſiaſticæ, & ſpiritualis non ſolùm eſt incompetens, ſed etiam incapax : quo fit, ut cum ratione incidentiæ incompetens poſſit fieri competens ; non verò incapax poſſit fieri capax, ſequitur quòd Judex ſæcularis etiam prætextu incidentiæ nequeat cognoſcere de cauſa Eccleſiaſtica ob incapacitatem; ſecus Judex Eccleſiaſticus poſſit pronuntiare de cauſa temporali incidente, quæ tametſi reſpectu cauſæ temporalis ſolitariè ſumptæ ſit Judex incompetens, quia tamen eſt competens reſpectu cauſæ principalis, quæ eſt ſpiritualis fit etiam competens reſpectu incidentis temporalis. Hinc Judex ſæcularis nec per modum incidentiæ, ſeu connexionis poteſt cognoſcere de cauſis, quæ ex proprio objecto ſunt eccleſiaſticæ, licet poſſit cognoſcere de cauſis, quæ ex proprio objecto ſunt profanæ, & tantùm per accidens ratione partis litigantis eccleſiaſticæ; ut ſi quæſtio coram Judice laico incidat de expenſis ſolvendis a Clerico actore, vel ſi Clerico agenti contra Petrum laicũ, hic objiciat, quòd ſit filius ſuus, & filius contra patrem prohibeatur intentare talẽ actionem; de hac enim exceptione dilatoria Judex ſæcularis non prohibetur cognoſcere, ut notat Panormitanus *in c. tuam 3. n. 9. h. t.*

Poſſet tamen in contrarium objici, quia 9
Judex principalis cauſæ cognoſcit etiam de incidente, quamvis reſpectu illius ſit incompetens *l. 3. C. de judic. l. 1. C. de ordin. Judic.* Sed contra, quia eſt diſcrimen, ut diximus, inter Judicem incompetentem, & incapacem: ſiquidem incompetens ratione incidentiæ fit competens; non ita incapax, quia licèt incidentia tollat incompetentiam, non ita incapacitatem: & ratio diſcriminis ex eo petitur: quia juriſdictio Judicis incompetentis reſtringitur ad certum cauſarum genus adjecto impedimento perſonæ, proindè per incidentiam prorogatur juriſdictio ad ſimilem cauſam : ſecus incapacitas dicit negationem juriſdictionis oppoſito impedimento ipſi Judici, & ideò ex incidentia non poteſt fieri prorogatio ad aliam cauſam.

Quæritur quintò, an agens poſſeſſorio recuperandæ teneatur ante reſtitutionem ſuis ſpo- 10
liatoribus reſpondere? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. ſuper ult. h. t.* Ratio eſt, quia petitio reſtitutionis in hoc eſt privilegiata, ut qui illam intendit, non compellatur reſpondere ſuo ſpoliatori antequam fuerit reſtitutus, ut habetur in *c. cum dilectus 2. h. t.* cum nemo ſit privandus ſuo privilegio ſine culpa, *c. diſcretionem de eo qui cognoſc. conſ.* ſecus qui probat ſe ſpoliatũ & petat reſtitui, ſit reſtituendus antequam Spoliator ſuper ſuo jure audiatur, ut habetur in *d. c. ſuper ult. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit quòd Spoliator conventus ſuper ſpoliatione, ſi reconveniat petentem ſpoliationem non ſit audiendus ſuper ſpoliationis quæſtione, quia privilegiatus non utitur ſuo privilegio contra pariter privilegiatum *c. dilecti de privileg.* quod intelligitur, quando quilibet eſt privilegiatus reſpectu ejusdem cauſæ, de qua agitur : & quia eſt regula in jure communi, ut ubi ſunt duæ petitiones diverſæ, qui prior appellat, prior agat, ſequitur quòd tunc debeat conventus reſpondere, antequam ipſe ſuper ſua ſpoliatione audiatur. Poreſt tamen ab agendo repelli per exceptionem ſpoliationis, quia finis exceptionis non eſt conſequi, ſed tantùm repellere.

Digitized by Google

TITULUS XI.

De plus petitionibus.

Quia plerumque contingit, ut Actor plus petat à Reo, quàm æquum ſit, vel ipſi debeatur, & tunc dubitari poſſit, quo ſit ordine procedendum, ideo Pontifex ſubjicit hunc titulum de plus petitionibus. Petitur enim plus quatuor modis. quos Pontifex recenſet, & adjicit pœnas, quibus ſint plus petitores puniendi, & coercendi.

SUMMARIUM EXEGETICUM

Unici capitis contenti in hoc titulo.

C. CONSILIUM. 1. h. t. *Gregorius IX. ſtatuit, ut qui petit plus quàm ſibi debeatur, vel ex alia cauſa, quàm debeatur, & perſiſtit in judicio petendi condemnetur ad expenſas. Rurſus qui petit plus loco, ſeu ratione loci, vel in alio loco, teneatur ad intereſſe; & qui petit ante tempus teneatur ſolvere expenſas duplicatas inducias. Ex hoc textu liquet, quatuor eſſe modos plus petendi, ſcilicet cauſâ, re, loco & tempore. Cauſâ tunc plus petitur, quando aliquid in genere, vel ſub alternatione tantùm debetur, & adverſarius rem in ſpecie, vel unum præciſè petit, ut ſi Titius promiſerit Cajo viginti aureos, vel ſuum equum, & Cajus nolit equum, ſed viginti aureos, vel ſi Titius promiſit Cajo equum in genere, & Cajus petat hunc equum in individuo, eò quia ſit cæteris melior, & fortior: utroque modo petitur, cauſâ plus quàm debeatur. Secundò re plus petitur, ſi cùm tantùm debeantur decem, quis petat viginti, ut etiam ſi quis cum ſit tantum pro parte Dominus rei, totam ſibi rem vendicat. Tertiò dicitur quis plus petere loco, quando alio loco exigit ſolutionem, quàm conventũ ſit, ut ſi Petrus promiſerit ſolvere Monachii Paulo centum florenos, & Paulus petat ut ſibi ſolvantur Viennæ, tunc enim promiſſarius utilitatem adimit promiſſori. Quartò plus tempore petitur, quando feſtinantiùs, quàm par ſit, ante diem ſcilicet. vel conditionem actio intenditur. Utrolibet horum modorum, ſi quis plus petiiſſet cauſâ cadebat omnino, ut teſtatur Paulus* lib. 1. ſent. tit. 10. *poſtea tamen Zeno Imperator eum plus tempore petitum eſſet, hanc tantùm Actoris nimis præmaturè petentis pœnam eſſe voluit, ut induciæ, quas Actor Reo ex pactione conceſſerat, vel etiam ex natura actionis indulſerat duplicarentur.* §. hodie autem inſtit. de except. *Juſtinianus tamen rigorem juris antiqui mitigavit (probato enim eo, quòd ab imperatore ſancitum erat his, qui tempore plus petiiſſent) alius modus conſtituit, eo afficit incommodo Actorem, ut ſi quid damni ea occaſione quocunque modo paſſus fuiſſet Reus, ejus triplum acciperet ab Actore* §. triplici. §. ſed hæc antea inſtit. de act. *Jure tamen eccleſiaſtico ſtatuuntur ſpeciales pœnæ contra plus petentes, quas tamen licet effugere, non ſolùm ſi à plus petitione ante litis conteſtationem ceſſetur; verùm etiam quandocunque. Dummodo ceſſetur ante ſententiam, quia Pontifex in textu dicit generatim plus petentes puniri, ſi in petitione in judicio perſiſtant; ſed judicium durat uſque ad ſententiam, proinde poteſt ſemper ceſſare à plus petitione uſque ad ſententiam incluſivè.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quomodo, & quotupliciter contingat plus peti.

Interdum Actor inter quæſtiones, & exceptiones incidentes, quæ illi objiciuntur ante, vel poſt litis conteſtationem plus petit, quàm ipſi revera debeatur, & cum id iniquum ſit, nec impunè permittendum; ideò in hoc titulo agitur de hiſce iniquis petitionibus, quot modis fiant; & quomodo hæc iniqua actio puniatur. Quatuor modis poteſt actor plus petere, quam ſibi debeatur, ſcilicet re, tempore, loco, & cauſâ. Re plus petit ſi cum ipſi ut creditori debeantur tantum centum, vel mille: vel cum res ad ipſum per ſolam mediam partem pertineat, totam nihilominus petit, ut ſibi debitam. Tempore plus

petit

petit, quando ante diem, vel ante conditionem pactioni, ſeu promiſſioni adjectam petit, quod promiſſum eſt, ut ſi quis promiſit Paulo equum dandum ad proximas calendas Julias; & Paulus petat ſibi dari equum ad calendas Majas. Loco plus petit, ſi quod ſibi dari in uno loco ſtipulatus eſt; illud idem petat ſibi dari in alio; ut ſi Titius promiſerit dare Cajo Munachii centum aureos, Cajus petat ſibi dari Viennæ Auſtriæ; eò quia ſit ipſi magis commodum illos Viennæ accipere. Cauſâ plus petit, quando aliquid in genere, vel alternativè debetur creditori, & hic rem in ſpecie petit; vel unam præciſè; ut ſi Titius promiſit Cajo dare equum, vel duodecim aureos, & Cajus petat tantum, & præciſè duodecim aureos, & excludat equum; ut ſuſè explicant juriſperiti *ad §. plus autem inſtit. de actio.* Idque procedit, tametſi id, quod actor petit, ſit vilius altero, quia plerumque facilius eſt promiſſori ſolvere, quod eſt majoris pretii, quàm quod eſt minoris, & è contra: Tum quia adimit promiſſori facultatem eligendi, quam habet, *§. Præterea inſtit. de Actionibus.*

Antiquitùs qui uno ex quatuor prærecenſitis modis petebat plus quàm ipſi deberetur, cauſâ cadebat, ſeu rem petitam amittebat, ut ſtatuit Juſtinianus *in §. ſi quis agens inſtit de Action.* & liquet ex Paulo 1. *ſent. c.* 10. ubi ait, cauſâ cadimus, vel loco, vel ſomma, vel tempore, vel qualitate; & hæc pœna usque ad Zenonem videtur fuiſſe in uſu, adeo ut eadẽ delinquentes punirentur: nam conſtat ex Hermogeniano *Cod. qui paſſim nunc extat. tit. de calumn. & de plus petendo.* hac de re duas extitiſſe conſtitotiones juri veteri conformes Diocletiani, & Maximini. Verùm hujusmodi pœna progreſſu temporis mutata poſtea fuit: ſiquidem qui plus tempore petit ex conſtitutione Zenonis ſumptus totius litis reſtituit; & dilatio temporis, non quidem totius, ſed illius quod debitori ſupererat ad ſatisfaciendum creditori, ſive ex conventione, ſive ex natura actionis, duplò protrahitur *§. ult. verſ. ſic hodie autem Inſtitut. de except.* quo pacto pœna delicto commensoratur: hinc damnatus ad opus publicum, ſi fugiat, duplicatur illi reſiduum temporis ante quod aufugit, non verò totum tempus ad quod damnatus fuerat, ut ſuum in tali publico opere laborem impenderet. *l. Authent. damnum §. quisquis ff. de pœnis.* Et in hac pœna paris videtur eſſe conditionis fiſcus cum privato, quia fiſcus non ſecus, ac privatus tenetur tempora agendi ſervare *l. juſtus 6. C. de in re fiſci l. 10.* Imò plures putant hac in parte duriorem eſſe cauſam fiſci, quàm privati, *arg. d. l. juſtus.* quâ jubentur dari flammis etiam juſtæ fiſci actiones ob hoc tantùm, quòd ſuis temporibus prolatæ non ſint, quaſi in fiſco adhuc vigeant juris veteris pœnæ.

Quia verò *in c. unic. h. t.* dicitur, quòd actore petente plus tempore induciæ reo duplicentur, neque cogatur poſtea litem excipere, niſi ei ſolvantur expenſæ, quæri poteſt, an per hanc exceptionem; *Tu petis plus tempore*, ſuſpendatur judicium in toto, an nova ferri debeat ſententia definitiva unà cum pœnis appoſitis. Reſpondet Panorm. *in d. c. unic. h. t.* cum diſtinctione vel enim exceptio proponitur dilatoriè ante litis conteſtationem, & tunc ait, impediri judicium ſuper principali: vel exceptio proponitur peremptoriè poſt litem conteſtatam, & tunc aſſerit, non impediri judicium, ſed debere ferri ſententiam de ſolvendo debito, finitis induciis duplicatis; adeò ut ſenſus horum verborum, *neque litem excipiat niſi ei ſolvantur expenſæ*, ſit, quòd non compellatur ſuſcipere judicium, non quidem illud, quod jam per litis conteſtationem ſuſcepit, ſed aliud, quod ex re in hoc judicio judicata, vel per actionem in factũ, vel per implorationem officii judicis quoad executionem inſtituetur lapſo duplicato tempore, & ſolutis expenſis: & quamvis hæc exceptio vocetur dilatoria exceptio ſolutionis, attamen in hoc caſu non retinet naturam ſuam, quia non manet dilatoria. Poteſt nihilominus aliquando ſuſpendere judicium, jam per litis conteſtationem ſuſceptum, veluti ſi pendente judicio demum ſuperveniat, ut ſi pendente judicio ad tempus intervenerit pactum de non petendo, vel ſi reus cauſam ſibi competere ignoraverit, ut ſi non ipſe contraxerit, ſed hæres ſit debitoris, vel ſi alterius contractu conveniatur *c. Paſtoralis inf. de except.* Pœna igitur plus tempore petentis, ſeu ante diem definitam, vel conditionem impletam eſt, ut Induciæ Adverſario duplicentur, neque is cogatur litem ſuſcipere, niſi expenſæ ipſi ſolvantur: quod intelligitur de tempore, quod ſupereſt ab anticipata petitione numerando: ut conventũ eſt, ut debitor intra annum ſolvat creditori quod debet: creditor autem ſi decimo menſe, ſeu duobus menſibus ante tempus conſtitutum petiit ſolutionem, in pœnam hujus anticipatæ petitionis duplicantur debitori reliquã duo menſes; neque tenetur ſatisfacere, niſi intra quatuordecim menſes *Arg. l. aut damnum 8. §. quisquis ff. de Pœnis* ubi dicitur, quòd duplicatio pœnæ damnati ad metalla tantùm fieri debeat ad tempus, quod ſupereſt cum fugit ab opere: ſiquidem æquum eſt, ut non puniatur reus ultra quàm deliquit, & cum agatur de materia pœnali legis interpretatio eſt reſtringenda.

Qui verò plus re, vel loco, aut cauſâ petit ex Juſtiniani conſtitutione condemnatur in omne damnum, quod ſua petitione reo intulit; & rurſus ad ſolutionem tripli ex quantitate in libello conventionis comprehenſa viatoribus, ſeu executoribus litium, ſportularum nomine præſtanda *§. tripli inſtit. de Actionibus.* Imò ex eadem conſtit. Imperatoris: ſi cauſâ plus petatur, reus omninò ab inſtantia abſolvitur, & actor debet novam actionem ſecundùm naturam obligationis inſtituere, quia ex priore actione reus non erat obligatus. Si loco plus petatur, proceditur quidem ad ſententiam, ſed actor condemnatur ad id, quod intereſt Rei, rem debito loco non fuiſſe petitam.

Quòd ſi quæras, an pœna tripli, de qua paulò ante diximus etiam incurratur jure canonico? Communior ſententia eſt, talem pœnam non incurri jure canonico, ut Communiter docent cum Panormit. *in c. un. h. t. n. 9.* quia ſummus Pontifex tantùm ſtatuit plus petentem eſſe condemnandum in expenſas. Tum quia in *d. §. tripli.* Imperator loquitur de expenſis factis no-

mine

mine ſportularum : & cum ſportulæ in foro eccleſiaſtico non præſtentur. *c. tum ab omni inf. de vita, & honeſt. cler.* non poſſunt eo jure triplicari : & hot intelligendum eſt, quando plus re, vel cauſa petitur, quia ſi plue petatur temppore, vel loco incurruntor aliæ pœnæ, ur ſignificatur *in d. c. un. §. punitur, h. t.* ubi dicitur : punitur importunitas plus petentium, ſi ſuper petitione ſua in judicio perſiſtent, ite ut qui re plus petunt, aut cauſâ, adverſarii in expenſas condemnentur : qui autem loco plus petunt ad intereſſe obligentur , quia utilitas adimitur debiroribus, quam haberent , ſi ſtatuto loco ſolviſſent, Ei verò, à quo tempore plus petitur, induciæ duplicantur, nec litem, cogitur ſuſcipere, niſi priùs
6 ei ſolvantur expenſæ.

Juvat tamen obſervare , quòd olim pœna plus petentium fuit, ot cauſâ caderent , ſeu rem amitterent, nec facilè in integrum reſtituerentur, niſi ratione ætatie , aut juſti errorie de facto *§. ſi quis agens inſtit. de action.* Verùm hodie hæc pœna ſublata eſt, excepto uno tantùm caſu , qui exprimitor *in l. odioſas unic. C. de plus petit.* nimirum ſi quis ſuper majore, quàm ipſi debeatur, quantitate per malum dolum cautionem exigat obligatoriam , & its non revocat quod actum eſt, nec tranſigene litem ſit conteſtatus : in hoc enim caſu cadit tota cauſa, ut notat Gloſſa aſſerene id eſſe notandum contra uſurarioe. Sed jure novo qui plus re, cauſa, vel loco petit condemnatur in omne damnum, quod ſua petitione re in-
7 tulit.

Cæterum præfatæ pœnæ non habent locum, ſi actor probaverit , ſe non doloſe, ſed juſto errore ductum plus petiiſſe : ut ſi quis totum legerum perierit , & ex poſt facto exhibeatur alia teſtatorie ſcriptura , ſeu codicillue legetario plenè incognitus, in quo dimidia pare legsti ei adempta & alteri data eſt : quia error facti excuſationē, ſecum trahit , cum etiam prudentioree & optimos poſſir fallere *§. ſi quis agens. 33. inſtit. de action. & in l. fin. C. h. t.* Unde ut incurratur pœna, requiritur , ut plus petene convictue ſit, quòd ex avaritia plus petierir, quàm ſibi deberetur.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quæſtiones

1 QUæritur primò , quænem quantitas requiratur, ot quis dicatur in judicio plue petere, & ut hæc dictio *plus* verificetur? Reſpondetur, Doctores in hac quæſtinne non convenire, plures enim cenſent, illam dictionem *plus* extendi ad modicum exceſſum, ſen ad alios doos ex *l. hec adjectio 194. ff. de V. S.* juncta *lege id eſt 10. juncto §. final. legis præcedentis ff. de dolo.* & Ita videtur etiam docere Bartolue *in l. 2. n. 10. C. de reſcind. vendit.* & Menochius *lib. 2. de arbit. caſ. 143.* Alii illam dictionem *plus* eſſe accipiendam pro quarta parte illius ſummæ , quæ debetur, vel intenditur deberi *argum. l. ſi quis 33. C. de inoffic. teſtam.* Tuſchus verò protrahit illam dictionem *plus* ad ſextam partem, ut docet *in lit. P. concluſ. 372.* Alii verò eandem dictionem extendunt ad quamlibet quantitatē, ſive magnam, ſive parvam *l. quidam 7. ff. tritic. & vino legat. c. quia 22. de privil.* Communior tamen, & verior ſententia eſt, illam dictionem *plus* tam in præſenti titulo, quàm in qualibet alia juris diſpoſitione accipi pro modica quantitate: verùm quæ dicenda ſit modica quantirae , id relinquendum eſt arbitrio prudentis Judicis, niſi de mente diſponentis aliter conſtiterit, ut *in c. ſi oleum §. final. & l. ſequenti ff. de dolo.* An verò ſub hoc modo plus petendi comprehendatur etiam, qui petit omnino indebirum, vel debitum jam ſolutum diſpotant Doctores , ſed parum ad rem; quia talis actor licèt in expenſie damnetur, non tamen poteſt à cauſa cedere, cùm hæc nulla fuerit.

Quæritur ſecundò, quomodo modus plus petendi re differat, à modo cauſâ plus petendi? Reſpondetur, hoe duos modos differre, quia quando re plue petitur, id poſtulatur, quod in obligationem non eſt deductum, nam obligatos ad ſolvendum decem aureoe non eſt obligatus ad viginti , nec obligatus ad partem dimidiam, obligetur ad totam rem præſtandam : ſiquidem totum eſt majue ſua parte , & quantitas minor haber ſe ut pars reſpectu majorie quantitatis; proinde ſive petatur pars major reſpectu numeri, ſive reſpectu alteriue rei , ſequitur quòd ſemper plus petatur , quàm debeatur, & quàm cadat ſub obligationem. Secus quendo cauſâ plus petitur id poſtulatur , quod eſt debitum , ſeu eſt in obligatione ſaltem disjunctivè, ſeu electivè ; ſiquidem in debitis alternativis utraque pars eſt in obligsrione , quamvis ſub disjunctione , ſeu electione, quæ ad debirorem pertinet , perinde ac in debito generie omnee ſpecies ſunt obligatæ, non copulativè, ſed disjunctivè, quatenus quævis ſpeciee ſub eodem genere contenta ſolvi poteſt, adeò ut detur optio debitori eligendi hanc , vel illam prour ipſi megie placuerir : ſiquidem genue nil aliud eſt , quàm omnes ſpecies ſimul collectæ. 2

Quæritur tertiò, qoomodo tempore dicatur quis plue petere in judicio ? Reſpondetur eum dici plus petere tempore , cui debetur in diem, vel ſub conditione, & petit antequā dies venit, vel conditio purificetur *§. ſi quis agens inſtit. de action.* ubi Juſtinianoe utitur eo argumento , dum ait : Quòd ſicur qui tardiùs ſolvit , minus ſolvit, quàm ſolvere debebat, *l. ſi quis 12. §. fin. ff. de V. S. l. ſi mandavero 22. §. 1. ff. mandati.* ita è contra qui præmarurè, & antequem ſolutio ſit illi debita eam petat, plus petit. Tum quia ſicur dies eſt ſumma pars obligationie *l. 1. §. editionis de edendo.* ideo modue iſte plue petendi dicitur petitio plus die *l. ſolitum 85. ff. De ſolut. §. temporales inſtit. de except. §. Fidejuſſores de fidejuſſoribus*, & tempus adjectum in ſtipulatione appoſitum cenſetur pro debitore *l. eum qui 41. ff. de v. ſ. l. cum tempus 17. de reg. jur.* hinc intelligitur quomodo petens ante tempus dicatur plus petere. 3

Videtur tamen obſtare aliqua difficultas : ſiquidem qui ante tempus ſolvit non dicitur plus ſolvere , proinde neque qui ante tempus petit dicendus eſt plus petere. Antecedens liquet, quia ſolvens ante tempus non habet indebiti condi-

tionem

ctionem *l. ſi mandavero 22. §. 1. l. fidejuſſor 51. ff. mandati*, & quamvis donatio, quando continet aliquod lucrum inter conjuges non valeat *l. 1. cum vulgatis ff. de donat. inter.* nihilominus ſi conjux conjugi ſolvat, quod in diem debet, ante diem valet donatio *l. ſed ſi vir §. quòd vir de donat inter.* Ex his igitur juribus is non videtur plus petere, qui ante tempus petit, ſicut nec qui ante tempus ſolvit, dicitur plus ſolvere.

5 Sed contra, quia licèt verum ſit, debitorem in diem certum, & ante diem ſolventem non habere repetitionem: eò quia quando aliquid in diem promittitur, ſtatim debetur, quamvis petitio in diem differatur; attamẽ ſi ſtatim ſolvatur, impeditur repetitio: ſin verò debeatur ſub conditione, aut in diem incertum, ei, qui conditionem facit; ut ſtatim ſolvatur, competit repetitio *l. ſub conditione 16. l. ſufficit. 56 ff. de condict. indeb.* & docet Cuiacius *lib. 8. qq.* Papin. in *d. l. ſufficit 56.* Ad id, quod objiciebatur de donatione inter virum, & uxorem, reſpondetur, verum eſſe, ſolventem ante tempus plus ſolvere propter commodum repræſentationis, proinde talis ſolutio ſacta in fraudem creditorum revocatur *l. ait Prætor. §. penult. ff qui in fraudem credit* Maritus tamen debitor uxori in diem ſolvens rectè ſtatim ſolvit, quia non ita ſtrictè prohibita eſt donatio inter virum, & uxorem, ut dicitur in *l. ſed ſi vir §. ſi quod legaturus. l. ſi id, quod §. 2. ff. de donat. inter.* unde non vitiatur donatio hæc inter virum, & uxorem.

6 Quæritur quartò, quandònam dicatur quis in judicio locô plus petere? Reſpondetur, eum plus petere loco, quando alibi convenitur, quàm ubi conveniendus erat: ut ſi Petrus, qui hîc Monachii ſtipulatus eſt ſibi dari, petit, ut ſibi detur putè Viennæ, vel Venetiis abſque commemoratione loci, in quo ſibi dari ſtipulatus eſt: tunc enim cum actor agat alio loco, quàm deſtinato ſolutioni, tollit commoditatem Promiſſori ſibi per ſtipulationem quæſitam: ſiquidem plerumq; plus intereſt uni loco, quàm alibi debitum tradere *l. 3. §. ſi per venditorem. ff de eo quod certo loco.* Dixi plus petere alio loco agentem purè, hoc eſt ſine commemoratione loci illius, in quo ſtipulatus erat ſibi dari rem illam, quia tunc auſertur debitori utilitas, quam in loco convento habuiſſet, non enim æquè in omnibus locis eſt idem rerum pretium, vel eadem pecuniæ æſtimatio: proinde ſi quis eum, qui promiſit certo loco ſe ſoluturum, alibi conveniat, tenebitur ad id, quod intereſt debitoris ſolutionem in alio loco fieri *l. 1. & 2. in princ. ff. de eo, quod certo loco*, & id oritur ex naturali æquitate, æquum enim eſt, ut ſi debitor cogatur alibi ſolvere, quàm ubi promiſerat, habeatur ejus ratio, quod ſua intereſt, ſolutionem in loco convento non eſſe factam.

7 Sin verò creditor ex juſta cauſa petat ſolutionem in alio loco, quàm ubi conventum erat, eò quia in loco conſtituto fortâſſis debitor non reperiatur, vel non ſacilè poſſit conveniri. Tum ubique locorum poteſt conveniri actione utili, & arbitraria, ſed tunc habenda eſt ratio, tam ex parte actoris, ſeu creditoris, quàm Rei, ſeu debitoris, quatenus eorum intereſt, ut ſolutio alio loco fiat. Ratio poteſt aſſignari, quia ſi non poſſet ſolutio peti in alio loco, quàm ubi deſtinata fuerat; ipſe creditor plerumque fruſtraretur ſua intentione: ſiquidem debitor, vel data opera, vel ex cauſa neceſſitatis poſſet nunquam pervenire ad locum deſtinatum pro ſolutione facienda: id autem eſſet iniquum, quia creditor fruſtraretur ſua intentione: unde ſufficit, ſi tum ſatisfiat debitori de intereſſe; eò quia cogatur alibi id ſolvere: ratione enim incommodi poteſt damnum aliquod pati, quod propterea eſt eidem reſarciendum, cùm per ſe non ſteterit, quin ſolvetit in loco ſtatuto: quòd ſi actor, ſeu creditor non habeat juſtam cauſam petendæ ſolutionis in alio loco; tum non tantùm ad intereſſe, verùm etiam ad expenſas litis condemnatur: quia incurrit pœnam plus petentium. Cæterum quod promiſſum eſt ſolvi certo loco, poteſt etiam peti in alio loco commodo, & idoneo, ut in loco domicilii, in quo debitor habitat *l. hæres 19 §. ult. ff de judic.* ſed tum facienda eſt mentio loci illius, in quem ſolutio deſtinata erat, & habenda eſt ratio utilitatis, ſi debitoris interſit, alibi potiùs ſolutionẽ fieri, ut notat Mynſing. *in §. plus autem n. 14.*

8 Quæritur quintò, quomodo plus causâ dicatur quis petere? Reſpondetur, dupliciter poſſe contingere, ut quis plus causâ aliquid petat. Primò quando quis promiſit alternativè equum, aut decem aureos, & creditor tantùm ad unum agit præcisè præſtandum, tunc plus causâ petitur, quia cum in alternativis regulariter detur optio debitori, cujus propterea eſt electio *l. 2. §. ſcævola. ff. de eo quod certo loco* tollitur ei facultas eligendi utrumlibet, neque refert, rem eſſe utilioris pretii, vel etiam majoris: quia plerumque contingit, ut Promiſſori æquius ſit, ſolvere rem majoris pretii, & id procedit, ſive petatur res ab ipſo Promiſſore alternativè, ſive ab ejus hærede: ſiquidem ad hæredem etiam tranſit electio *l. ſi ſtipulatus 76. ff. de V. O.* Neque intereſt, ſi utraque res ſit in rerum natura, an aliqua periiſſet, quia adhuc una perempta datur locus electioni: poteſt enim debitor alteram rem præſtare, vel pretium peremptæ *l. cum res 49. §. ſed ſi ſtichum ff. de leg. 1.* Sin verò electio actori competat, tunc poteſt hic unum tantùm petere, & ſi ita petat, non dicitur plus petere *l. Lucio 23. ff. de leg. 2.* quia nullam tunc adimit electionem Promiſſori, quam ipſe non habebat. Secundo modo etiam petitur plus causâ, quando quis generaliter ſtipulatus eſt hominem, & ſpecialiter petit Petrum; vel generaliter vinum, & ſpecialiter petit Moſelanum *§. præterea inſtit. de action.* qui enim generaliter tantùm promiſit vinum, habet electionem, ut ſi per errorem Moſelanum ſolvat, poſſit condicere *l. cum 15. §. ult. ff. de condict. indeb.* contrarium tamen procedit in hærede generaliter damnato hominem ſolvere *l. ſi is cui ff. de legat. 2.* & hic modus plus petendi dicitur qualitate plus peti. Ratio autem ex eo provenit, quia ſi petat rem ſpecialiter, privat reum electione, quæ à jure ipſi indulgetur, proinde ſacit ejus conditionem deteriorem *l. ult. ff. de uſu & habit.* Verùm in cauſa ſervi noxalis debet actor damnum petere, non verò ſervum, qui damnum det, quia ipſa noxa non debetur.

9 Quæritur ſextò, cujusnam ſit electio in debitis ex contractu alternativis, ſeu indeterminatis? Reſpondetur, electionem debere eſſe debitoris; adeò ut qui promiſerit dare equum, non ſit compellendus dare bucephalum, ſed quemcunque Promiſſor voluerit *l. plerumque 11. in fin. ff. de jure* quamobrem in alternativis jura concedunt optionem debitori eligendi alterutrum; id tamen limitatur, niſi verba executionis dirigantur ad creditorem, & inde appareat ipſi conceſſam eſſe electionem; ut etiam ſi quis dicat: do tibi facultatem ex meis equis eligendi, quem volueris, hunc, vel illum, quia tunc disjunctio cenſetur adjecta in favorem Promiſſarii, ſi ſermo ſit de debitis ex contractu: quia in ultimis voluntatibus, ſeu legatis electio plerumque eſt legatarii *l. planè 34. §. penult. ff. de legat.* niſi verba executionis dirigantur ad hæredem, ut ſi teſtator dicat: hæres meus fratri meo dabit vineam, vel 500. aureos, tunc enim optio datur hæredi dandi utrumlibet, prout ei magis placuerit *l. ſi. ita*
10 *velit. 43.*

Ratio verò diſcriminis inter contractus, & ultimas voluntates ex eo petitur, quia in ultimis voluntatibus ob earundem favorem fieri debet plenior interpretatio, quàm in contractibus *reg. 12.* juncta Gloſſa *ff. de regul. juris* tum quia in contractibus ſibimet debet ſtipulator imputare, ſi obligationem, quam imponere voluit, non magis expreſſerit *l. veteribus 39 ff. de pactis.* Sin verò Petrus habens duos tantùm equos promiſit dare Paulo alterutrum, & ante promiſſionem impletam ſine mora, aut culpa Promiſſoris, unus moriatur, an tunc teneatur Petrus ſuperſtitem dare Paulo, reſpondent communiter affirmativè ex *l. 12. § ſcævola ff. de eo quod certo loco.* Excipitur tamen, niſi unus ex promiſſis equis ab eo, qui jus eligendi habuit, jam fuerit electus, tum enim eo mortuo liberatur Promiſſor ex *l. ſtichum 95. §. 1. ff. de ſolut.* ſiquidem ſi res caſu pereat, ejus damno perit, cui in ſpecie debetur, id tamen procedit, ſi caſu pereat, ſecus enim ſi culpa, vel mora culpabili creditoris. Excipitur ſecundò, ſi una ex rebus ſub disjunctione debitis (& ſit in Promiſſoris electione alterutram dare) absque ejus culpa pereat; tunc enim ſatisfacit promiſſor præſtando ejus æſtimationem *l. cum rebus 47. §. ſed ſi ſtichus ff. lib. 1.*

Quæritur ſeptimò, quas pœnas jure novo incurrat, qui plus re, vel causâ, vel locò petit. 11 Certum eſt, olim pœnam plus petentium fuiſſe, ut causâ caderent, ſeu rem amitterent, nec facilè in integrum reſtituerentur niſi ratione ætatis. Sed jure novo, qui plus re, vel causâ, aut locô petit, condemnatur in omne damnum, quod ex ſua petitione intulit debitori, quinimò tenetur etiam pendere triplum ejus, quod ob majorem quantitatem libello conventionis comprehenſam viatoribus, ſeu executoribus litium ſportularum, ſeu mercedis, vel ſalarii nomine præſtandum erat. Verùm hanc pœnam tripli non procedere in jure canonico docet Abbas in *c. conſilium unic. n. 9. h. t.* quia hæc pœna tripli ibi non exprimitur, ſed tantùm dicitur, quòd plus petens re, vel causâ ſit condemnandus parti adverſæ in expenſas; & petens plus loco teneatur etiam ad intereſſe. Pœna verò illius, qui tempore plus petit ante diem definitum, vel conditionem impletam eſt, ut induciæ adverſario duplicentur, & is non cogatur litem ſuſcipere, niſi expenſæ ipſi ſolvantur.

Quæritur octavò, an puniatur importunitas 12 plus petentium, ſi in judicio perſiſtant in ſua petitione? Reſpondetur affirmativè, quia tales nonniſi temerè lites inſtituunt reſpectu ejus, quod fuit plus petitum *l. is qui certo ff. de eo quod certo loco:* audacia autem, & calumnia temerè litigantis eſt in ſui pœnam, & in relevamen adverſarii per aliquas pœnas compeſcenda *c. calum. de pæn. & inſtit. de pæn. temp. litig. §. adverſus,* proinde rectè ſtatuitur, ut qui plus petit re, ſive causâ, in expenſis adverſario condemnetur, ut qui plus petit locô ad intereſſe teneatur: & ei, à quo plus tempore petitur, induciæ duplicentur, nec litem inſtituat, niſi ei ſolvantur expenſæ.

TITULUS XII.

De cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.

NOn eſt præſens Titulus de modis, cauſiſque acquirendi rerum dominium, & poſſeſſionem; ſed de lite poſſeſſionis, & proprietatis inſtituenda, inſtruenda, & definienda, cùm enim frequenter in jure, & judiciis occurrant cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis, & de ipſis ſpeciatim dubitari poſſit, quo ordine tractari debeant, ideo rectè Pontifex ſubjicit hunc Titulum, qui etiam extat in Clementinis.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium Capitum, quæ continentur in hoc titulo.

C. SUSCEPTIS 1. h. t. reſcribit Gregorius Duci Siciliæ legali proviſione decretum eſſe, tam momenti, quàm proprietatis cauſam ſub uno, & eodem Judice eſſe cognoſcendam; neque contra inauditam partem aliquid definiendum. Notandum eſt cauſam momenti in textu ſignificare cauſam

cauſam poſſeſſionis, quæ dicitur momentum, non quia ſit brevi duratura, ſed ob defectum probationum, ut notat Panormitanus hic n. 7. vel dicitur momentanea non actu, ſeu aptitudine, quia ex natura ſua poteſt momento, ſeu breviſſimo tempore abſolvi. Rurſus cauſa proprietatis dicitur, in qua principaliter agitur de proprietate rei controverſa, ſeu dominio, vel alio jure diſtincto à jure poſſeſſionis, vel quaſi poſſeſſionis, ut ſi Titius petat ſibi adjudicari rei dominium, vel contendat jus eligendi, præſentandi, vel conferendi ſibi competere, vel agit ad uſum fructum, uſum, vel aliam ſervitutem, vel actione perſonali ad vindicandam rem, & tunc vocatur petitorium rei, & proprietatis: quia licèt judicium poſſeſſorium poſſit etiam dici petitorium, quatenus in illo petitur poſſeſſio: uſus tamen apud juris peritos hanc vocem tranſtulit ad judicium proprietatis.

C. *AD ULTIMUM 2. h. t. Cæleſtinus III. declarat, cauſam poſſeſſionis, & proprietatis poſſe ſimul tractari quoad ſuſcipiendos teſtes, & allegationes, ut parcant ſumptibus partium: his tamen acceptis priùs eſſe expediendam cauſam poſſeſſionis; ſeu pronunciandum eſſe in poſſeſſorio, quamvis petitorium ſimul terminetur. Ratio eſt, quia de jure canonico cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis ſunt ſimul connexæ; proinde debent ſimul tractari, & definiri, ne partes cogantur ad majores expenſas in teſtibus producendis.*

C. *CUM ECCLESIA 3. h t. reſcribit Innocentius III. quòd ſi ſpoliatus ſimul agat de poſſeſſorio, & petitorio, & legitimè probet ſpoliationem. ſed non dominium, vel proprietatem, ſit nihilominus ei reſtituenda poſſeſſio: ſed in petitorio, ſeu proprietate ſuccumbit: ut in præſenti textu contigit Clericis Sutrinæ Eccleſiæ, qui contra Canonicos probarunt tantùm poſſeſſionem, ſed non proprietatem eligendi Epiſcopum. Ex quo textu liquet, eum, qui probat ſpoliationem, eſſe reſtituendum: ſed ſi deficiat in proprietate debet ſuccumbere, & deſtitui. Rurſus quando ſimul agitur de poſſeſſorio, & petitorio eſſe priùs pronunciandum in poſſeſſorio. Item jus eligendi poſſe præſcribi. Ubi etiam notat Gloſſa, quòd ſi Actor non probet, Reus debet abſolvi* l. qui accuſare C. de edend. *Rurſus Actor quamdiu agere poteſt de poſſeſſorio, cautiùs procedit, ſi non agat de proprietate*

C. *CUM SUPER 4. h. t. Innocentius III. confirmat idem quod in præcedenti. Rurſus cùm ſuper electione Bethlehemitanæ Eccleſiæ duo ſe gererent pro electis, Pontifex eum, qui per ſæcularem potentiam erat ſpoliatus reſtituendum quidem decrevit: verùm cum tam poſſeſſorium, quàm petitorium deductum fuiſſet in judicium, & etiam tam reſtitutionis, quàm electionis quæſtione diſcuſſa, utraque minus canonica appareret, utramque dixit irritandam, & fructus reſtituendos. Quia tametſi ſpoliatus per ſæcularem potentiam eſſet reſtituendus probata poſſeſſione; quia tamen defecit in petitorio, & ſuper eo Pontifex cognoviſſet ex officio, tam illum, quàm alterum, cujus electio ex alio capite erat vitioſa damnavit: ex quo deſumitur regula, ut Judex debeat pronunciare de ea re, quam cognoſcit: quæ tamen regula fallit primò in cauſa criminali Epiſcopi* c. quamvis 3. q. 6. *Secundò in ſententia lata à ſuperiore* c. de cætero de re judic. *Tertiò ubi ſola cognitio demandatur* c. cùm olim de teſt. *Quartò in quæſtionibus incidentibus* c. 1. de ord. cognit. *Immo fallit etiam propter appellationem, recuſationem, vel revocationem, quia tunc minor Judex, qui cognovit non poteſt pronunciare,* c. dilectus de appellat.

C. *PASTORALIS 5. h t. Idem Pont. declarat, quòd ſi ſpoliatus inchoans litem maluit agere de proprietate nulla facta mentione de violentia, ſeu poſſeſſione, antequam concluſum ſit de proprietate, poſſit agere de ſpoliatione: ſed poſtquam eſt concluſum, poſſit definitiva ſententia ferri de proprietate, & non poſſit ampliùs agere de poſſeſſione, niſi juſta cauſa Judicem moveat, ut cum clarè arguitur iniquitas invaſoris.*

C. *CUM DILECTUS 6. h. t. Idem Pont declarat, quòd ſi ſuper poſſeſſorio, & petitorio ſit ſimul actum, utrumque debeat unâ ſententiâ terminari. ſed quamvis in pronunciatione ſit poſſeſſio præmittenda, in executione tamen debeat proprietas prævalere: Cæterum cauſa proprietatis eſt ſemper potior cauſa poſſesſionis, quia proprietas eſt fundamentum poſſeſſionis.*

C. *CUM OLIM 7. h. t. reſcribit idem Pont. beneficiatum probantem collatorem fuiſſe in poſſeſſione conferendi tempore collationis ſibi factæ, eſſe relinquendum in poſſeſſione Poſſe tamen adverſarium agere contra collatorem circa proprietatem juris conferendi.*

C. *IN CAUSA 8. h. t. Honorius III. declarat, eum, qui petit aliquam rem, & affert unam cauſam, in qua ſuccumbit, poſſe eandem iterum petere ex alia cauſa non obſtante ſententia lata. Hinc qui rem petit ex una cauſa præſertim in actione perſonali ſi ſuccumbat, non obſtat exceptio rei judicatæ, ſi eandem rem petat ex alia cauſa* l. an eandem §. actiones ff. de except. rei judic.

IN CLEMENTINIS.

C. *CAUSA UNIC. h. t. Clemens V. in Concilio Viennenſi ſtatuit, ut ſi cauſa beneficialis per legitimam appellationem devolvatur ad Curiam, utraque pars poſſit tentare petitorium & poſſeſſorium, & ante concluſionem cauſæ poſſit ſpoliatus proſequi poſſeſſorium ſuſpenſo petitorio ſuo, vel ab adverſario tentato. Notat Gloſſa, neminem debere appellare ad Papam omiſſo medio, ſed ſervandam eſſe formam præſcriptam* in c. de appellat. in 6. *poſſe tamen aliquem in prima inſtantia litigare coram Papa omiſſo medio. Rurſus ſpoliatum tentantem petitorium antequam ſit concluſum, vel renuntiatum, poſſe omiſſo petitorio agere de poſſeſſorio. Notandum tamen eſt, hunc canonem habere locum in beneficialibus, vel præbendis, ſed non in eccleſiis, vel aliis.*

COMMENTARIVS PARATITLARIS.

§. I.

Quid, & quotuplex ſit poſſeſſio.

1 QUia frequenter in jure, & judiciis occurrunt cauſæ poſſeſſionis, & proptietatis, de quibus contingit dubitare, quo ordine proponendæ, & cognoſcendæ ſint, & an ſingulæ ſingulis judiciis tractandæ; ideo hic titulus in præſenti ſubjicitur diſcutiendus. Cauſa poſſeſſionis dicitur, in qua principaliter agitur de poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione, ſive adipiſcenda, ſive retinenda, ſive recuperanda; ut cum actor principaliter contendit poſſeſſionem rei ſibi reſtituendam eſſe, & reus id negat; & hoc judicium in jure vocatur poſſeſſorium *c. cum ſuper 4. h. t.* & cauſa momenti *c. 1. h. t.* non quia ſemper momento abſolvatur, cum id plerumque non patiatur improbitas invaſoris; ſed quia ex natura ſua apta eſt, ut momento peragatur, ſi de vi litigans ſtatim docuerit: & etiam quia à ſententia momentaneæ poſſeſſionis non datur appellatio *l. unic. C. de moment. poſſeſſ.* Gloſſa *in d. c. 1.*

2 Poſſeſſio ſuam ſortitur nomenclationem à pedum poſitione *l. 1. in princ. ff de acquiren. poſſeſſ.* eò quia potiſſimus actus, quo rerum immobilium poſſeſſio apprehenditur, ſit pedum poſitio, ut deſumitur *ex l. 3. §. 1. ff. eod.* Emendatiores tamen codices in *d. l. 1.* dicunt poſſeſſionem denominari à ſedibus, vel ſedium poſſeſſione, ut notat Gloſſa *ibid. V. pedibus*, eò quia moris fuit, ut ſedes in re, ſeu fundo poneretur. Interdum tamen nomen poſſeſſionis tribuitur ipſis rebus poſſeſſis, ut liquet ex *l. quæſtio 115 §. de V. S.*

3 Cæterum poſſeſſio generatim ſumpta ab Hoſtienſ. *in ſum. num. 1. h. t.* definitur detentio rei corporalis, corporis, animi, & juris adminiculo: cui definitioni proximè accedit Covarruvias *in reg. poſſ. in 2. p. relect. in princ. n. 1.* ubi ab eodem definitur poſſeſſio, apprehenſio rei corporalis vera, vel ficta, corporis, animi, jutisque adminiculo. Poſſeſſio dicitur eſſe apptehenſio, quia hæc eſt quædam inchoatio poſſeſſionis, non enim poteſt quis rem poſſidere, niſi illam apprehendat, adeo ut ſaltem cauſaliter poſſeſſio dicatur apprehenſio, quatenus hæc eſt continuata apprehenſio ejusdem rei; per hoc enim quòd quis teneat rem ante apprehenſam, dicitur illam poſſidere.

4 Rurſus dicitur apptehenſio rei corporalis, quia res carentes corpure, cum non tangantur, non apprehenduntur, nec propriè poſſidentur *l. posſideri in princ. cod. tit. & l. ſequitur. §. ſi viam. ff de uſu capion.* Hinc incorporalia cujusmodi ſunt jura, ſervitutes, dominia ab interpretibus utriusque juris civilis, & canonici non dicuntur propriè poſſideri, ſed cum addito diminuente, quaſi poſſideri *l. 3. in princ. de acquirend. poſſeſſ.* Additur *vera*, vel *ficta*, ſiquidem apprehenſio vera fit manibus, ſi res ſit corporea, ac mobilis; vel pedibus ſi ſit immobilis, ut fundus, in quem poſſeſſor ingreditur, ut in rem à ſe poſſeſſam. Apprehenſio ficta habetur ex vi juris, & interventu alicujus actûs, qui ex juris diſpoſitione eſt etiam ſufficiens ad acquirendam poſſeſſionem. Siquidem per talem actum jurisfictione cenſetur res apprehenſa, ſeu occupata. Subjungitur *corporis*, & *animi* ſcilicet adminiculo, quia utrumque requiritur ad acquirendam poſſeſſionem *l. 3. §. 1.* ubi dicitur, poſſeſſionem adipiſcimur corpore, & animo; adeo ut non ſufficiat ad poſſeſſionem acquirendam ſolus animus poſſidendi, ſeu voluntas, vel intentio habendi fundum; ſed ulteriùs requiritur etiam corporalis apprehenſio, ſeu occupatio *d. l. 3. §. Neratius ff. eod.*

Neque ſola corporis poſſeſſione ſine animo 5
poſſidendi acquiritur rei poſſeſſio: ſi enim famulus portet gladium ſui heri, non ideo dicitur poſſidere talem enſem, cùm nullum jus in ipſum habeat. Additur *juris adminiculo*, quia nemo intelligitur juridicè fundum poſſidere, ſi jus prohibeat. Hinc quamvis laicus rei ſacræ poſſeſſionem corpore, & animo apprehendat, non propterea dicitur poſſidere rem illam ſacram, quia talis poſſeſſio prohibetur à jure *l. qui univerſitat §. 1. eod. tit.* Rurſus ſi quis rei immobilis poſſeſſionem abſente domino apprehendat corpore, non dicitur illam poſſidere, quia jus prohibet, ne plures eandem rem in ſolidum poſſideant. *l. poſſideri. §. ex contrario ff. eod. tit.* Jus enim certas ob cauſas ſicut aliquos conſtituit capaces dominii; ita reddit alios incapaces poſſidendi, quo pacto jus impedit, ne detentio rei ſacræ à laico cenſeatur eſſe poſſeſſio. Præterea per illas particulas *juris adminiculo* excluditur omnis poſſeſſio rei manifeſtè injuſta; quia detinere rem alienam invito domino eſt potius iniqua detentio, quàm vera poſſeſſio; præſertim quoad forum conſcientiæ, in quo nullum jus oritur ex injuſta poſſeſſione, vel rei iniqua detentione; licèt in foro externo non ita res procedat.

Poſſeſſio multipliciter dividi ſolet, & primò 6
in naturalem, civilem, & mixtam. Poſſeſſio naturalis eſt, quâ quis corpore, vel manibus, aut pedibus rem aliquam apprehenſam poſſidet, ſed injuſtè, & non juxta rationem juris civilis: ut ſi quis rem alienam inviro domino detineac apud ſe, vel hominem liberum catenis vinciat *l. cùm haredes §. 2. de acquir. poſſeſſ. qui vi poſſeſſionem invaſit l. 5. ff. de vi & vi armorum.* Uxori, cui conſtante matrimonio maritus (quod prohibitum eſt) donavit; dicitur ralis donatio facta, non accommodatè ad juris civilis rationem, ſeu utiliter ad uſu capionem. Item

Coloni

Coloni, Inquilini, Fenctuarii, Depoſitarii, Commodatarii, Feudatarii, Conductores *l. communi §. 6. ff. commun. divid. l. 2. ff pro hered.* naturaliter tantùm, non civiliter dicuntur poſſidere, imò multoties in jure dicuntur non poſſidere, ſcilicet civiliter *l. ſciendum eſt §. creditor. ff. ſi ſatis dare cogantur l. certè ff. de precario.* Civilis poſſeſſio ut ſejuncta à naturali eſt, quæ ceſſante corporali detentione rei ſolo animo res illa detinetur, & accommodata poſſidetur ad finem uſucapiendi; ut is, qui à re, quam poſſidet, corpore diſcedit, nullo ſuo nomine in poſſeſſione relicto, absque tamen animo deſiſtendi ab ejus poſſeſſione, tunc enim civiliter adhuc dicitur rem illam poſſidere *l. clam poſſidere 6. §. qui ad nundinas ff. de acquir. poſſeſſ.* hinc ſi Petro poſſeſſore vero domûs, Paulus domum illam occupet; dicitur Petrus manere in poſſeſſione civili ſuæ domûs, donec re cognita animum poſſidendi, vel poſſeſſionem corporalem recuperandi depoſuerit: dicitur hæc poſſeſſio civilis, quia magis juri civili, quàm naturali convenit, cùm modus poſſidendi naturaliter fiat per corporalem inſiſtentiam rei poſſeſſæ. Demum poſſeſſio mixta eſt, quam quis corpore, & animo juſtè, & conformiter ad jus civile rem aliquam poſſidet.

7 Secundò, dividitur poſſeſſio in vacuam, & non vacuam, illa habetur, quando res nec animo nec corpore tenetur, cujusmodi ſunt poſſeſſiones bonorum vacantium *l. 4. de bon. vac. & deſertor. l. 1. C. de omni agro deſerto. & eorum quæ nullius ſunt, & fiunt primi occupantis l. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Poſſeſſio non vacua eſt, quâ quis tum animo, tum corpore rem poſſidet. Tertiò alia eſt poſſeſſio cum titulo, alia ſine titulo; illa eſt, quâ quis rem poſſidet ex titulo venditionis, permutationis, donationis, teſtamenti, contractûs, vel alio titulo: poſſeſſio ſine titulo è contra eſt, quâ quis rem poſſidet absque titulo. Quartò alia dicitur poſſeſſio cum bona fide, & alia cum mala; prima eſt, quâ quis juſto errore ductus rem poſſidet ea opinione, quâ exiſtimat eſſe verum dominum illius, cum revera ad ipſum res illa non pertineat: è contra poſſeſſio cum mala fide eſt, quâ quis ſciens ſe eſſe dominum rei, adhuc illam poſſidet, & perinde ſe gerit circa illam, ac ſi eſſet verus dominus rei. Quintò alia eſt poſſeſſio colorata, & alia vera: Panormit. in *c. cùm noſtra de conceſſ. præbend.* ait: poſſeſſionem coloratam eſſe, quâ quis beneficium ecclesiaſticum habet ab eo, qui jus obtinet conferendi, ſed adeò non valuit. Poſſeſſio vera eſt, quâ quis jure rem poſſidet. Sextò, alia eſt poſſeſſio violenta, vel clandeſtina, quando quis [illegible], vel clam rem alienam poſſidet.

8 Hinc poſſeſſio dividitur juxta diviſionem modorum, quibus res poſſidetur, juſtè, vel injuſtè. Cæterùm res corporea dupliciter dicitur poſſideri, quatenus quis re ipſa inſiſtit in re illa, quã poſſidet, ut ſi moretur domo, quam poſſidet, dicitur [illegible] illa poſſeſſio naturalis. Civiliter quando animo; & voluntate quis inſiſtit in rei poſſeſſione, hinc abſens à ſuo domo dicitur illam poſſidere civiliter.

9 An verò poſſeſſio naturalis, & civilis ſint duæ poſſeſſiones re ipſa diſtinctæ, vel una tantùm, tametſi modo, & forma videantur eſſe duæ, non conveniunt juris interpretes. Covarr. in *regul. poſſeſſor. p. 1. in princ. n. 4.* putat, unam tantùm eſſe poſſeſſionem, licèt ratione qualitatis, & modi poſſidendi diſtinctam: quia cum quis corpore rem aliquam detinet, uſúmque percipit; habetur pro domino re, vel opinione, nimirum quia dominus eſt, vel quia ſe dominum credit, qua ratione dicitur naturaliter poſſidere rem illam: quòd ſi quis non inſiſtat ipſi rei, nec ejus uſum percipiat, ſed ſolo animo, & voluntate, tunc civiliter ſecundùm leges, & jura dicitur rem illam poſſidere *l. certè §. 1. ff. de precario.* Hinc colonus quamvis naturaliter fundo inſiſtat, non tamen dicitur civiliter poſſidere fundum, quia non proprio nomine, ſed nomine heri eidem inſiſtit *l. 1. §. ult. ff. de oper. nov. nunciat.* Placentinus, & alii docuerunt, unam quidem eſſe poſſeſſionem, ſed duos modos poſſidendi, ſcilicet civiliter, & naturaliter. Aldericus, Ugolinus, & alii exiſtimârunt, duas eſſe poſſeſſiones, unam naturalem, quæ dicitur corporalis, & alteram civilem, quæ jure conſiſtit. Verùm explicatis terminis res non videtur pati difficultatem; utraque enim poſſeſſio eſt legitima, quia utraque legibus conformis. Civilis eſt, quæ provenit ex juſta cauſa acquirendi dominiũ ab eo qui ſe dominum credit; cujusmodi eſt poſſeſſio bona fide apprehenſa: ejus enim dominus dicitur rem illam civiliter poſſidere. Naturalis eſt, quæ ſolo corpore conſiſtit non jure dominii: ſiquidem naturaliter dicitur quis rem aliquam poſſidere, licèt vi, vel clam eam poſſideat; & hujusmodi poſſeſſiones licèt legitimè definiantur juxta leges, prohibentur tamen à legibus.

Cæterùm poſſeſſio differt à dominio, ſeu proprietate *l. naturaliter 12. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* ſiquidem perſæpè contingit, ut unus rem poſſideat, & alter habeat dominium ejusdem rei. Tum quia dominium nonnunquam acquiritur ſolo animo ante apprehenſionem rei *l. cum hæredes 23. in princ.* & ibi Gloſſa *V. addita ff. eod.* Secus poſſeſſio ſolo animo absque apprehenſione vera, vel ficta, non acquiritur *l. 3. §. 1. ff. eod.* & ratio diſcriminis eſt, quia poſſeſſio magis in facto conſiſtit, quàm in jure. Tum quia poſſeſſio ex pluribus cauſis haberi poteſt, cum dominium nonniſi ex una acquiratur *d. l. 3. §. ex pluribus.* Tum quia poteſt contingere, ut per traditionem cum juſto titulo acquiratur rei dominium, non item poſſeſſio; ut ſi quis in poſſeſſione, quamvis injuſtè, exiſtat: ut ſi Petrus ſuam domum, quam Paulus injuſtè occupat, vendat Joanni; Joannes acquirit dominium fundi, vel quaſi dominium, non item poſſeſſionem, niſi accedat ſcientia, & patientia Pauli poſſeſſoris, ut deſumitur ex *d. l. 3. §. de amittend. ff. eod.* quia tametſi dominus rei eam alteri vendat, ſi tamen tertius rem illã naturaliter poſſideat, non poteſt dominus eandem poſſidere, cum duo ſimul eandem rem non poſſint in ſolidum poſſidere, *d. l. 3. §. è contrario.* 10

Commoda poſſeſſionis plura recenſentur; Primò, quia ſi poſſeſſor rei intra tempus à lege præſcriptum poſſeſſionem ejusdem rei cum bona fide continuet, acquirit dominium rei poſſeſſæ, tam- 11

ſæ, tametſi priùs non fuerit ejuſdem rei verus dominus

12 Secundò, ſi poſſeſſori bonæ fidei antequam rem præſcribat, oriatur dubium, an res, quam poſſidet, ſit ſua, nec ne, & poſt diligentem inquiſitionem ſemper hæreat dubius poteſt rem illam ſibi detinere, & illâ uti, donec ipſi conſtet, rem illam non eſſe ſuam, ſed ad alium pertinere, quia in pari cauſa, ſeu dubio poſſeſſor potior habetur, & ejus conditio eſt melior juxta *reg. jur. 170. in ff. & regul. 65. in 6.*

13 Tertiò, quia poſſeſſor bonæ fidei habet jus adminiſtrationis: unde ſi quis ſit in poſſeſſione eligendi, præſentandi, vel conferendi beneficium, vel aliquis ab eodem fuerit electus, præſentatus, vel inſtitutus, tunc electio, præſentatio, & inſtitutio eſt valida tametſi poſtea conſtet non habuiſſe tale jus, ut deſumitur ex *c. querelam 24. de elect.* juncta Gloſſa *V. ſuper jure* quia actus electionis, præſentationis, inſtitutionis, non procedunt ex jure quaſi dominii competentis electori, collatori, aut patrono, ſed potiùs ex aſſiſtentia canonis ei tribuentis talem poteſtatem, qui bonæ fidei poſſeſſionem, & adminiſtrationem habet.

14 Quartò, nec poſſeſſor bonæ fidei tenetur reſtituere fructus, quos alienavit ex re, quam bona fide poſſedit, ſi poſtea deprehendat dominium talis rei ad alterum pertinere, niſi inde factus ſit locupletior *l. item veniunt 20. paragr. præter.*

15 Quintò, poſſeſſor dubius rei, quam poſſidet non tenetur eam petere ab adverſario, ſed hic, qui non poſſidet, debet eam petere à poſſidente, & probare, rem illam ad ſe pertinere, quòd ſi poſt productas probationes, adhuc res dubia maneat Judex tenetur judicare in ſavorem poſſeſſoris.

16 Sextò, qui tempore litis conteſtatæ in poſſeſſione rei reperitur, debet à Judice defendi, & in ea conſervari *l. 1. ff. uti poſſidet l. 1. C. de ſervit,* niſi tamen quis malitioſè vi, & clam, aut precariò rem poſſideat, quia tunc eſſet privandus poſſeſſione, & alter reſtituendus, ſi oſtendat ſe per violentiam privatum fuiſſe poſſeſſione rei *l. 1. & ſequent. ff. quod vi, aut clam.* Septimò, Princeps non cenſetur dare privilegium cum præjudicio alterius in poſſeſſione exiſtentis, niſi id exprimat *c. dudum 32. de priv. cap. 2. de decim.* quia non facilè princeps ſolet alicui gratiam conferre cum damno alterius.

§. II.

Quomodo acquiratur poſſeſſio, & amittatur.

1 POſſeſſio jure acquiri poteſt per actum corporis, ut cum quis manu apprehendit rem aliquam mobilem, vel pedes infert in fundum, vel ingreditur domum, dicitur, rem, fundum, domum poſſidere. Vel juriſfictione, ſine apprehenſione corporali, & multis modis poteſt contingere, ut oſtendit Gloſſa in *cap. ex litteris in verbo ſignum de conſuetudine* Panormitanus *ib. n. 9. & ſeq.* Primò acquiritur poſſeſſio per ſolum aſpectum in *l. quod meo §. ſi venditorem ff. de acquirend. poſſeſſ.* ubi habetur quòd ſi Petrus emptor juſſerit deponi in domo ſua, quod Paulus vendidit, cenſetur Petrus rem illam jam poſſidere, quamvis illam nondum attigerit; ut ſi etiam Paulus venditor oſtendat Petro emptori ex aliqua turri fundum venditum, intelligitur emptor mediante contractu venditionis, & emptionis venire in poſſeſſionem illius fundi, non enim eſt ſemper neceſſe, quòd corpore, & actu, quis apprehendat poſſeſſionem, ſed etiam oculis, & effectu: quo pacto, qui emunt res immobiles tametſi eas non apprehendant corpore, earum tamen poſſeſſionem acquirunt; dummodo eas per ſe, vel per alios videant, ut ſi quis emat columnam, vel ſtatuam marmoream, quæ ob magnitudinem ponderis dimoveri nequeat, per ſolum viſum, ex vi præcedentis contractus eam poſſidet.

2 Rurſus acquiritur poſſeſſio per traditionem clavium præſente re facta, vel vendi[illegible], dummodo claves cuſtodiæ causâ non tradantu[illegible], ut ſi antiquus poſſeſſor præſente horreo, ubi eſt triticum tradat claves alteri, qui emit totu[illegible] triticum, eo ipſo, quòd emptor claves illas accipit, nanciſcitur poſſeſſionem totius tritici, quod in illo horreo continetur: ſiquidem eo ipſo, quòd venditor tritici dat claves horrei emptori, ſupponitur adeſſe voluntas tradendi poſſeſſionem; & in eo, qui accipit claves, ſupponitur etiam voluntas apprehendendi poſſeſſionem rei emptæ. *l. clavibus. ff. de contrahen emt. l. traditionibus C. de pact. & l. 1. §. ſi juſſerit ad fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* Cæterùm neceſſe eſt, ut res ipſa, in qua includuntur res emptæ, ſit præſens, ut etiam quod traditio clavium fiat ex juſta cauſa emptionis, donationis, vel ex alia cauſa, qua rei dominium transferri poſſit: alioquin ſi claves traderentur ſolùm cuſtodiæ causâ illa traditio non indicaret poſſeſſionem rei, ſed tantùm cuſtodiam illius *l. cùm Pater §. Pater pluribus ff. de legat. 2.*

3 Tertiò, per traditionem inſtrumenti, vel ſcripturæ habetur poſſeſſio rei venditæ, donatæ, vel legatæ *l. 1. C. de donat.*

4 Quartò, ſi poſſeſſor antiquus rem vendiderit, donaverit, vel legaverit, & reſervaverit ſibi uſumfructum, eo ipſo videtur proprietatem tradidiſſe *l. quiſquis C. de donat.* quia per ſolam detentionem uſusfructus cenſetur rei dominium translatum in alium.

5 Quintò, ſi quis tradat, donet, leget rem ſuam, & conſtituat poſſeſſorem ejuſdem rei nomine ejus, qui vendidit, donavit, vel legavit, eo ipſo videtur poſſeſſionē tradidiſſe, ſive præſens res ſit, ſive non *l. quædam mulier ff. de rei vendicat. & l. qui bona fide §. 1. & l. ſervi emptor. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Hinc tabelliones ſolent inſtrumentis hujuſmodi cauſam apponere, ut eo ipſo transferatur rei poſſeſſio, & etiam dominium; adeò ut non ſit in poteſtate venditoris alteri rem ulterius vendere, quia jus tranſivit in primum emptorem.

6 Sextò, ſi Petrus rem Paulo commodaverit, locaverit, vel apud eum depoſuerit, & poſtea ipſi vendiderit, donaverit, aut legaverit: eo ipſo incipit Paulus poſſidere rem illam absque ulla

alia

alia traditione *l. denuò facta. l. ſive autem § ſi quis rem ff. de publica. l. ſi certi conditio §. ult. ff. ſi cert. petat.*

7 Septimò, quando venditor, vel donator tradit emptori facultatem, ut rem ſibi venditam cuſtodiat, tunc enim ex eo, quòd concedat facultatem adhibendi cuſtodiam, cenſetur transferre dominium, & ipſa poſitio cuſtodiæ eſt acquiſitio poſſeſſionis per jurisdictionem *l. quarundam ff. de acquiren. poſſeſſ.*

8 Octavò, ſi voluntate venditoris emptor per ſe, vel per alium rem emptam ſignaverit, tunc per poſitionem illius ſigni intelligitur acquirere poſſeſſionem rei illius, ut ſi Petrus tres boves ex pluribus emerit, & conſentiente venditore eos ſignaverit, per poſitionem ſigni emptor acqnirit poſſeſſionem bovum ſignatorum *l. quod ſi neque ff. de peric. & com. rei vendita.* Nonò, ſi poſt contractum venditionis emptor de facto rem emptam poſſideat, cenſetur etiam acquirere poſſeſſionem illius *l. 2. C. de acquiren. poſſeſſ.* Tametſi in his, & aliis modis acquirendi poſſeſſionem rei, non interveniat actus corporis, quo manu quis apprehendat rem, ut poſſidendam; nec pedes inferat in rem illam; nihilominus per jurisdictionem acquiritur poſſeſſio rei illius.

9 Aliquando etiam acquiritur rei poſſeſſio abſque ulla vera, vel ficta apprehenſione, ſed ex ſola legis diſpoſitione, quæ ſtatuit, poſſeſſionem hoc modo transferri in alterum, ut in hæredem, aut ſucceſſorem, ut notat Covarruvias *l. 3. var. reſol. c. 5. n. 6.* quo pacto per ſolam Judicis authoritatem poteſt quis mitti in poſſeſſionem rei ſolo viſu, vel etiam in abſentia rei ſolo verbo, ſi ob aliquod impedimentum acceſſus ad illam non pateat, quod procedit, quando nemo alius eſt in poſſeſſione rei illius, & qui dominium transfert rei illius, ſit verus dominus illius, aut liberam facultatem diſponendi de ea habeat, ut notat Abbas in *c. 2. n. 10. de conſuet.* Hinc Conductor, Depoſitarius, Commodatarius, Creditor, qui rem in pignus accepit, propriè non eſt ejus poſſeſſor, eò quia rem illam non tenet, ut ſuam, ſed ut alienam *l. 3. §. Neratius*, & ibi Gloſſa *V. alienam §. de acquiren. poſſeſſ.* unde qui rem locavit, comodavit, depoſuit, dicitur illam poſſidere juxta generalem illam regulã *quis noſter nomine alterius in poſſeſſione eſt, & per eam poſſidere videmur*, & deſumitur ex *l. generaliter. 9. ff. eod.*

10 Hinc uſufructuarius, emphyteuta Vaſallus dominium directum, ſive proprietstem rei non habent, eò quia nomine Principis, vel domini illam poſſideant: quamvis dominium utile, ſive jus percipiendi fructus ſuo nomine poſſideant, tam naturaliter, quàm civiliter; & ratione hujus poſſeſſionis illis competant omnia privilegia, & commoda poſſeſſionis cum proportione, quæ veris dominis competerent, tametſi non habeant poſſeſſionem perfectam, quæ reſpondeat dominio directo, ſive proprietatis, in quo ſenſu intelligitur textus in *l. certè 6. §. is, qui ff. de precario.*

11 Acquiritur etiam rei poſſeſſio per ſervum, vel filium, qui ſit in noſtra poteſtate, & præſertim poſſeſſio earum rerum, quas peculiariter tenent etiam ignoranter; quia tunc voluntate domini, vel parentis intelliguntur res illas poſſidere. Poteſt etiam per liberum hominem, ſeu Procuratorem poſſeſſio acquiri ignoranti *l. 1. C. de acquiren. poſſeſſ.* Imò poſſumus etiam poſſeſſionem rei acquirere per eum ſervum, quem bona fide poſſidemus, ut talem, quamvis reverà ſit ſervus alterius, vel etiam ſit homo liber *l. acquiritur ff. de acquiren. rer domin.* Quòd ſi mala fide ſervum illum poſſideamus, communior ſententia eſt, per illum non acquiri nobis poſſeſſionem rei. Secus per ſervum, in quo habemus uſumfructum poſſeſſionem acquirimus, ſcilicet illius rei, quæ provenit nobis ex operibus ipſius, vel etiam ex re noſtra, quam ipſum habere permittimus *l. 1. § per eum ff. de acquiren. poſſeſſ.* quia tunc licèt civiliter non poſſideamus ſervum illum, benè tamen naturaliter *l. naturaliter ff. eod. tit.* quia nec filium poſſidemus, & nihilominus per ipſum acquirimus poſſeſſionem poteſtatis in ipſum, ut notat Gloſſa in *l. 1. §. per eum. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Immò per ſervum communem ſinguli domini poſſunt etiam acquirere poſſeſſionem in ſolidum, & deſumitur ex *l. 1. §. per communem ff. eod. tit.*

12 Cæterùm is, per quem poſſeſſionem acquirimus, talis eſſe debet, ut ſit ſui cumpos, & habeat intentionem poſſidendi nomine alterius, unde ſi quis mitteret furioſum, vel mente captum, ut ſumeret poſſeſſionem rei, non videretur mittens apprehendere rei poſſeſſionem. Per eum verò, quem quis juſto errore ductus, filium ſuum, & in ſua puteſtate eſſe putat, non acquiritur poſſeſſio rei *l. per eum ff. de acquir. poſſeſſ.* Neque obſtat, quòd per eum, quem bona fide poſſidemus, tametſi alienus ſit, ut ſervus, vel liber poſſeſſionem acquitamus, ut deſumitur ex *l. 1. §. ſed per eum ff. de acquirend. poſſeſſ.* conſequenter etiam per eum, quem bona fide credimus eſſe filium noſtrum, & in noſtra poteſtate. Nam eſt diſcrimen, ut habetur in *l. juſto ff de uſucapione*, ubi ſic dicitur: *juſto errore ductus* Titium filium meum, & in mea poteſtate eſſe exiſtimavi, cùm adrogatio non jure intervenisſet, eum ex re mea mihi quærere non exiſtimo; non enim conſtitutum eſt in hoc, quod in homine libero, qui mihi bona fide ſervit, placuit. Ibi enim propter aſſiduam & quotidianam comparationem ſervorum ita conſtitui, publicè interfuit: nam frequenter ignorantiâ liberos emimus, non autẽ tam facilis & tam frequens adoptio, vel adrogatio filiorum eſt. ita in *d. l* Quòd ſi petas, quomodo poſſit contingere, ut quis alienũ filium ſuum, & in ſna poteſtate eſſe bona fide putet, tametſi per eum poſſeſſionem, aut dominium non acquirat. Reſpondetur id contingere, quando quis alium ſibi adoptat in filium, & adoptio jure non ſubſiſtit, eò quia non fuerit facta coram Magiſtratu, vel Principe, ut notat Gloſſa in *l. juſto ff. de uſucapion. V. jur* e.

13 Poſſeſſio rei etiam pluribus modis amittitur, ut habetur in *l. ſi id quod. ff. de acquir. poſſeſſ.* etenim primò amittitur, ſi rem, quam poſſidemus, ita perdidimus, ut protſus ignoremus ubi ſit.

14 Secundò amittimus poſſeſſionem partis illius

lius fundi, quam flumen, vel torrens ſecum tapuit *l.poſſideri §. labeo ff. de acquiren. poſſeſſ.*

15 Tertiò, ſi nuncietur domino, à piratis navem occupatam fuiſſe, vel à latronibus equum, & dominus timore contettitus nolit ad illos accedere ad res ſuas recuperandas, tunc enim cenſetur amiſiſſe rerum illarum poſſeſſionem, ut deſumitur ex *l.poſſideri. §.ſi quis nuntiet.*

16 Quartò, quando quis per violentiam à poſſeſſione dejicitur, dicitur etiam eam amittere, *l.rem. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Sin verò qui rem noſtram ſurripuit in noſtra ſit poteſtate, non amittimus poſſeſſionem illius, quamdiu res ſurrepta apud ipſum eſt: quia per hujuſmodi perſonam, quæ eſt ſub noſtro jure, habemus etiam jus in illam rem, quam poſſidet.

17 Quintò, etiam ſolo animo poteſt rei poſſeſſio amitti, licèt non poſſit acquiri, ut deſumitur ex *l.poſſideri §. in amittenda. ff. de acquiren. poſſeſſ.* ubi Paulus ait: in mittenda poſſeſſione aſſectio ejus, qui poſſidet conſideranda eſt: hinc ſi Petrus ſit in ſuo fundo, & nolit eum poſſidere, amittit ejus poſſeſſionem, ſecus ſi quis ſolo animo poſſideat ſuum fundum, licèt alius in illo ſit, adhuc cenſetur illum poſſidere; id tamen non intelligitur, quòd ita ſolo animo amittatur poſſeſſio fundi, utnullo modo debeat fieri ſenſibilis per aliquam actionem externam corporis: hinc ſi Petrus ſit in ſuo fundo, & nolit eum poſſidere, amittit quidem protinus poſſeſſionem, non tamen per ſolam intentionem non poſſidendi, ſed ulteriùs per diſceſſum ab eodem fundo, adeò ut deſinens poſſidere tem immobilem neceſſe ſit, nolit eam poſſidere, & ruſus eadem intentione ab eadem egrediatur: hinc tem mobilem deſinit etiam quis poſſidere, ſi habeat intentionem eam non poſſidendi, & ulterius eadem voluntate illam abjiciat.

18 Animalium poſſeſſio amittitur, quando hujuſmodi animalia non ſunt ampliùs in noſtra cuſtodia: ſicuti enim tamdiu dicimur ea poſſidere, quamdiu ſunt ſub noſtra cuſtodia, eo quia poſſimus illis uti, prout magis nobis libuerit: ita illa amittimus quando deſinunt eſſe ſub noſtra cuſtodia: ſic pecus ſi ita aberraverit, ut ampliùs non inveniatur, deſinit à nobis poſſideri; tametſi fortaſſis à nullo alio poſſideatur. Pari pacto beſtias, quas alimus in ſtabulis; piſces, quos ſervamus in piſcinis, dicuntur à nobis poſſideti, quia ſempar poſſumus eos capere, ut nobis magis libuerit, nec poſſunt diſugere: non tamen piſces, quæ ſunt in mari, vel flumine, nec feræ, quæ ſunt in ſylvis dicuntur à nobis poſſideri, quia gaudent propria naturali libertate:

19 Aves poſſidemus, quas incluſas habemus, ut etiam feras, ſi manſuetæ factæ, ac cicures cuſtodiæ noſtræ ſubjiciantur, quo pacto etiam columbæ, quæ ex tutribus noſtris ita evolant, ut ex conſuetudine redeant, dicuntur à nobis poſſideri, ut eriam apes, quæ ex noſtris avolant alveariis. Hominis tamen poſſeſſio retinetur, ſi ita diſcedat, ut animum habeat revertendi, ut deſumitur ex *l. ſi rem ff. eod tit.* Eſt tamen diſcrimen inter poſſeſſionem rerum immobilium, & mobilium, quia ſi abſente domino alius poſſeſſionem fundi, vel domûs invadat, & occupet, dominus non cenſetur priùs poſſeſſionem fundi amittere, quàm re cognita animum poſſidendi, vel poſſeſſionem corporalem recuperandi depoſuerit, quia poteſt contingere, ut ex timore non ſit auſus accedere ad recipiendam naturalem poſſeſſionem ſuæ domûs, vel fundi; vel ſi acceſſit, fuerit inde violenter repulſus; tunc enim deſinit etiam civiliter poſſidere, quando deponit animum poſſidendi, vel poſſeſſionem corporalem recuperandi *l. 3. §. ſed etſi* juncta Gloſſa *V.poſſides l. clam. 6. §. qui ad nundinas.*

Secus rerum mobilium poſſeſſio etiam ignorante domino, ſeu priſtino poſſeſſore amitti- 20
tur, ut ſi equus inſcio domino abducatur ex ſtabulo prædandi causâ, ut etiam ſi quis equum ſibi commodatum furandi causâ abducat, in utroque enim caſu inſcio domino amittitur poſſeſſio, & acquiritur furi, ac prædoni, *l. ſi rem mobilem 47.* & ibi Gloſſa *V. amiſiſſe ff de acquirend. poſſeſſ.* & generatim ſi perdantur res mobiles, tametſi nullus alius eas poſſideat, amittitur earundem poſſeſſio *l. ſi quod 25. in princ. ff. eod.*

§. III.

De judiciis poſſeſſoriis in genere, & ſpecie.

JUdicium poſſeſſorium eſt triplex, ſcilicet adi- 1
piſcendæ, retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis: ſiquidem omnis controverſia de poſſeſſione inſtituitur, vel ad adipiſcendam poſſeſſionem, quam actor nunquam habuit, vel ad retinendam, quam habet, vel ad recuperandam, quam amiſit. Rurſus judicium poſſeſſorium aliud dicitur ordinarium, aliud ſummarium: illud eſt, in quo ordinarius proceſſus juris obſervatur: Summarium verò, in quo partes jubentur ſummariè, & breviter ſua documenta, ſeu probationes producere: & hoc judicium ſummarium tunc ſolet adhiberi, quando adeſt periculum, ne lite pendente partes adverſus ſe invicem armis pugnent: vel immineat periculum alterius graviſſimi mali; tunc enim expedit, ut Judex ei, qui incontinenti melius probavit ſuam poſſeſſionem eandem interim adjudicet, ſcilicet donec in ordinario judicio poſſeſſorio, vel petitorio exactiùs de veritate conſtet; quapropter hoc judicium dicitur etiam momentaneum ab exiguo tempore, quo feſtut, ne damnum mora inferat, & quia ejus præjudicium poteſt poſtea exactiùs reparari per aliud ordinarium judicium.

Quòd ſi poſſeſſio ita fuerit litigioſa, ac du- 2
bia, ut etiam pendente lite, & expedito ſummario judicio poſſeſſorio, adhuc armorum, ac cædium adſit periculum, poteſt interim Judex poſſeſſionem ſequeſtrare, & utrique adimere, donec alterutet in ordinario poſſeſſorio, vel petitorio victoriam obtinuerit, ut deſumitur ex *l. æquiſſimum & l.fin. ff. de offic.*

Hæc tamen poſſeſſionis ſequeſtratio locum 3
tantùm habet, quando jus poſſeſſionis eſt dubium, quia ſi conſtet unam partem legitimè poſſidete,

dere, & alteram tantùm de facto vexare poſſidentem, non rectè tunc Judex juberet fieri ſequeſtrationem, alioquin injuſtè privaret poſſidentem commodo ſuæ poſſeſſionis contra alterius iniquam contradictionem: unde in illo caſu debet Judex potiùs mandatis pœnalibus turbantem coërcere, ut deſumitur ex *l. 1. §. ſed ſi inter ff. uti poſſidetis*. In cauſa poſſeſſionis variæ dantur actiones, quæ in jure civili vocantur remedia poſſeſſoria, vel interdicta, & reducuntur ad tria prærecenſita judicia poſſeſſoria, adeò ut alia ſint remedia adipiſcendæ, alia retinendæ, & alia recuperandæ poſſeſſionis.

4 Remedia adipiſcendæ poſſeſſionis dicuntur, quibus in judicio agimus, ut poſſeſſionem, quam nunquam habuimus, acquiramus. Ut ſi clericus, cui collatum eſt beneficium eccleſiaſticum, petat, ſe mitti in illius poſſeſſionem. Plura ſunt remedia, ſeu interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis. Primum dicitur interdictum *quorum bonorum*, quod competit ei, cui delata eſt hæreditas ex teſtamento, vel ab inteſtato poſt aditam hæreditatem jure civili, vel bonorum poſſeſſionem agnitam jure prætorio *l. 1. 2. C. quorundam bonorum* ad capiendam poſſeſſionem hæreditatis, quam nunquam habuit, alioquin ſi aliquando habuerit, & amiſerit, non competit illi remedium poſſeſſorium adipiſcendæ poſſeſſionis §. *adipiſcendæ inſtit. de interdict.* ſed tunc debet recurrere ad poſſeſſorium recuperandæ poſſeſſionis, ſeu hæreditatis, quod commune eſt in omnibus judiciis adipiſcendæ poſſeſſionis, ut notat Maranta de *ordin. judic. part. 4. diſt. 7. num. 5.*

5 Secundum interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis dicitur *quorundam legatorum*, & competit hæredi, vel bonorum poſſeſſori ad avocandam poſſeſſionem legati à legatario, qui illud propria authoritate occupavit, ut poſſit ex legato falcidiam detrahere, non enim legatarii ab hærede debent propria authoritate legata capere, ſed petere *l. 1. §. quod legatorum*. Cenſent tamen plures, hoc interdictum competere hæredi non ſolùm ob detractionem falcidiæ, ſeu quartæ; verùm etiam ſi hæreditas alieno ære gravata ſit: eò quia cauſa creditorum potior ſit illâ legatorum.

6 Tertium interdictum vocatur *Salvianum*, & competit domino, ſeu locatori fundi, vel prædii ruſtici contra colonos, ſeu conductores, ut rerum, quæ pro mercede conductionis expreſſè pignori obligatæ ſunt, poſſeſſionem enanciſcantur *l. eo jure 4. in princ. ff. in quib. cauſ. pign. & hypothec.* Imò datur etiam hoc interdictum contra tertium poſſeſſorem *l. 1. ff. de Salvian. interdict.* apud Marant. de *ord. judic. p. 4. diſt. 7. n. 12.* Pertinet etiam ad interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis imploratio officii Judicis facta ab eo, cui collatum eſt beneficium eccleſiaſticum, ut mittatur in poſſeſſionem talis beneficii, & id ſervatur de jure canonico.

7 Remedia retinendæ poſſeſſionis dicuntur, quæ competunt contra illos, qui nos in poſſeſſione jam acquiſita conantur turbare. Et hæc remedia, ſeu interdicta in jure ſunt duo ſcilicet *uti poſſidetis: & utrobique*. Quorum primum datur pro rebus immobilibus, ſecundum pro mobilibus *§. retinend. inſtit. de interdict.* Gloſſa in *cit. c. paſtoralis V. quod recuperanda h. t.* Circa hoc remedium retinendæ poſſeſſionis maximæ ſolent difficultates oriri; præſertim ſi utraque pars probet ſe actus poſſeſſorios exercuiſſe; adeò ut anceps hæreat Iudex, cuinam poſſeſſionem debeat adjudicare, ut ſi utraque pars litigioſa probet, ſe exercuiſſe venationes in ſylva, tunc nonniſi difficulter judicari poteſt, ad quem pertineat poſſeſſio venatoria in tali ſylva. Ad hanc difficultatem ſuperandam ſolet cum diſtinctione aliqua procedi, ut res clarior appareat. Primò ſi aliquis ex litigantibus in probatione defecerit, tunc rea exuit difficultatem, & ſubintrat regula juris; quòd actor non probante, reus abſolvatur *l. 4. C. de edend.*

Secundò, ſi ambo litigantes probent, ſe juſtè, & non vi, nec precariò poſſidere rem illam, hæc illi adjudicatur, qui probat antiquiorem poſſeſſionem illius rei: ſiquidem poſſeſſio recentior in concurſu antiquioris præſumitur vitioſa, cùm duo non poſſint in ſolidum eodem modo ſimul unam, ac eandem rem poſſidere *c. licet cauſam 9. V. ex promiſſis de probat.* Quòd ſi neuter probet poſſeſſionem antiquiorem, ſed uterque parem in tempore, tunc præferendus eſt, cujus poſſeſſio eſt titulo munita; quamvis in poſſeſſorio retinendæ poſſeſſionis non ſit opus probare titulum, imò neque allegare, eò quia quilibet poſſeſſor, eo ipſo quòd eſt poſſeſſor, plus habeat juris, quàm qui non poſſidet *l. 2. ff. uti poſſidetis*: nihilominùs ſi quis titulum probaverit in pari cauſa, poſſeſſio cum titulo prævalet poſſeſſioni ſine titulo, ut deſumitur ex *d. c. licet cauſam 9.* 8

Quòd ſi in titulo etiam fuerit paritas, poſſeſſio adjudicanda eſt illi, qui plures numero produxit teſtes opinione integriores, dignitate clariores, ut colligitur ex *c. in noſtra de teſtib. d. c. licet cauſam V. quamquam.* Quòd ſi utrinque omnia ſupponantur prorſus æqualia, quod in praxi nonniſi rariſſimè poteſt contingere: tunc alii qui cenſent in favorem potiùs Rei, quàm actoris eſſe judicandum juxta vulgatam regulam juris, *quod in dubio faverabiliores ſint partes Rei, quàm actoris*. Verùm quia in judicio poſſeſſorio retinendæ poſſeſſionis uterque eſt ſimul actor, & reus, eò quia uterque contra alterum habeat æquales querelas, ideò illum dicunt eſſe actorem, qui priùs alium in judicium provocavit. Quòd ſi uterque adhuc eodem tempore provocaverit ad judicium, dicunt tunc poſſeſſionem eſſe dividendam, & cuilibet mediam partem adjudicandam. Nihilominus in hoc caſu paris probationis difficile videtur judicium ferre: quia quamvis ex regula juris in dubio potiùs Judex debeat favere reo, quàm actori; nihilominus ſi cauſa fuerit talis, in qua non poſſit rectè inter actorem, & reum diſtingui, non videtur, cur Rei potiùs, quàm actoris habenda ſit ratio: neque illa prior ad judicium provocatio ſuffragatur, cùm perſæpè ex nimia adverſarii importunitate, & violentia, cui quis ampliùs reſiſtere non vult, vel non poteſt; eò aliquis adigatur, ut compellatur ad judicium provocare. 9

10 Quamobrem probabiliùs alii cenſent, in hoc caſu paris probationis, Judicem debere pronunciare ſecundùm formam interdicti, *uti poſſidetis, ita poſſideatis* nimirum ut uterque poſſideat communiter, & pro indiviſo *arg. c. licèt cauſam V. cum commun. de probat.* ſiquidem hoc pacto uterque tantum poſſidet, quantum probat juxta *l. 3. in princ. uti poſſidetis:* hæcque fortaſſis ratio, cur plures domini jus habeant venandi in eadem ſylva, & plures ſimul piſcandi in eodem flumine. Quòd ſi partes adhuc poſt hanc ſententiam à privatis violentiis non abſtineant, tunc Judex poteſt poſſeſſionem ſequeſtrare, donec, vel perpetuam inter ſe transactionem ineant, vel petitorium inſtituant.

11 Remedium, ſeu interdictum recuperandæ poſſeſſionis eſt etiam duplex; unum datur pro recuperanda poſſeſſione rerum immobilium, à qua per vim aliquis dejectus eſt, & dicitur interdictum, *unde vi §. recuperand. inſtit. de interdict.* Alterum datur pro recuperandis rebus mobilibus vi ablatis, & dicitur interdictum *vi bonorum raptorum.* Dicuntur enim remedia recuperandæ poſſeſſionis, quibus poſſeſſionem, quâ injuſtè per ſpoliationem, aut aliam cauſam excidimus, iterùm recuperamus. In hoc judicio poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis plura à jure fuerunt introducta remedia, quæ recenſentur à Maranta *part. 4. diſt. 7. num. 28.* In primis eſt interdictum *Unde vi,* de quo in *tit. de reſtitut. ſpoliatorum:* ſecundum eſt condictio triticaria: tertium condictio incerti: quartum condictio indebiti: quintum actio in factum: ſextum officium judicis: ſeptimum eſt ex æquitate *l. ſi & me, & Titium ff. ſi certum petatur.* octavum eſt condictio *l. ſi coloni 14. C. de agricol. & conſtit. l. 11.* ſunt itidem pleraque alia remedia, de qnibus, & quæ ad ſingula requirantur tradit Maranta *4. p. diſt. 7. num. 28.* ſi quis plura deſiderat, ipſum conſulat.

12 Quæri ſolet quis in judicio poſſeſſorio ſit Judex competens. Sunt qoi cenſent, in poſſeſſorio per ſe, & ſeorſim à proprietate, poſſeſſorium retinendæ, & recuperandæ poſſeſſionis pertinere ad judicem laicum, qui eſt ordinarios loci, in quo res, de qua agitur ſita eſt. Imò etiam tunc cùm agitur de poſſeſſorio beneficiorum, decimarum, ac juriſpatronatûs *Gloſſ. in cap. litteras ſup. de juramento calumnia.* Gaillus *lib. 1. obſervat. 37. n. 5.* Et ſolet hæc ſententia probari per *c. 7. inf. qui filii ſint legitimi;* in verbis. *Nos attendentes quod ad regem pertinet, non ad eccleſiam, de talibus poſſeſſionibus iudicare:* ut etiam *per can. petimus 11. quæſt. 1.* ubi Pontifex videtur indicare adeondum eſſe rectorem provinciæ in cauſa poſſeſſionis rei eccleſiaſticæ, quam aliquis invaſerit. Communior tamen, & verior ſententia aſſerit in judicio poſſeſſorio rel ſpiritualis, vel quaſi ſpiritualis Judicem Eccleſiaſticum eſſe competentem, adeò nt ſi inſtituatur judicium poſſeſſorium adipiſcendæ, detinendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis circa ſpiritualia, vel quaſi ſpiritualia, ut circa beneficia eccleſiaſtica jus decimarum, jus patronatus, & controverſia ſit de jure poſſeſſorio rei ſpiritualis inter duos clericos, vel inter laicum actorem, & clericum reum ob qualitatem rei conventi, tunc judicium debeat à Judice eccleſiaſtico cognoſci, ac judicari, ut docent Butrius in *c. ult. ſup. de judic.* Auguſtinns Bellamus *ad rubric. dict. tit. n. 55.* Covarruvias *pract. quæſt. c. 35. n. 1.* & hæc ſententia de jure eſt verior, præſertim quando agitur de poſſeſſorio rei ſpiritualis inter perſonas eccleſiaſticas, vel à laico perſona eccleſiaſtica convenitur, & probatnr ex *c. cùm ſit generale 8. ſup. de for. compet.* ubi dicitur, in favorem Eccleſiæ eſſe introductum, ut locorum venerabilium rectores, malefactores ſuos poſſint, ſub quo maluerint Judice convenire; eò quia ſæculares Judices in miniſtranda juſtitia perſonis eccleſiaſticis perſæpè in judicio ſunt remiſſi. Deſumitur etiam ex *clemenc. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & *clement. 1. de ſequeſtrat. poſſeſſ.* ubi habetur tam poſſeſſorium, quam petitorium cauſæ eccleſiaſticæ tractandum eſſe apud ſedem Apoſtolicam.

Solet etiam probari ex *c. 2. ſup. de judic* 13
ubi habetur quòd negotia eccleſiaſtica, & maximè ſpiritualia non ſint à laicis tractanda, eò quia Judex laicus nullam in clericos juriſdictionem habeat *c. 1. & 2. ſup. de for. compet.* tametſi non agatur de perſona, ſed de re temporali, quia cùm judicium verſetur circa rem temporalem annexam perſonæ eccleſiaſticæ, hæc trahit laicum ad forum eccleſiaſticum, quia ſolus Judex Eccleſiaſticus habet jnriſdictionem & poteſtatem judicandi de clericis, rebúſque ad ipſos pertinentibus. Neque obſtant fundamenta, quibus nititur oppoſita ſententia; ſiquidem ad primum deſumptum ex *c. 7. qui filii ſint legitimi.* reſpondetur, ibi tantùm eſſe ſermonem de rebus temporalibus, & poſſeſſionibus laicorum. Ad ſecundum petitom ex *can. petimus 11. q. 1.* reſpondetnr, ex illo tantùm colligi, perſonam eccleſiaſticam poſſe ſubſidium, & opem Judicis ſæcularis implorare pro recuperatione, vel defenſione rei ſuæ. Secus in *c. ult. de judic.* cauſa agebatur inter eccleſiaſticam perſonam, & ſæcularem, & eccleſiaſtica trahebat ſæcularem ad forum eccleſiaſticum.

Cæterùm ſi controverſia ſit de dolo facto 14
laici turbantis, aut depellentis clericum à poſſeſſione ſui beneficii, aut jure decimarum, tunc laicus turbator, aut ſpoliator interdicto retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis poteſt à clerico conveniri etiam coram Judice ſæculari, eò quia cauſa ſit mixti fori: tunc enim Judex ſæcularis non cognoſcit de jure, aut titulo poſſeſſionis, ſed de ſolo facto, nimirnm de injuria clerico illata à laico, ut ſi controverſia ſit non de jure, an decimæ debeantur, ſed an debitæ fuerint ſolutæ à laico nec ne? eò quia laicus recuſet eas ſolvere, tunc enim quæſtio eſt meri facti, ut notant Menochius *remed. 3. de retinen. poſſeſſ. n 324. & ſequent.* & *remed. 15. de recuperan. poſſeſſ. n. 23.* Gaillus *lib. 1. obſer. 38. n. 3.* Covarruvias *quæſt. pract.* & alii.

Excipitur tamen niſi cauſæ poſſeſſoriæ ad- 15
mixta ſit quæſtio de jure, ſeu proprietate, ut ſi laicus conventus interdicto retinendæ, vel recoperandæ poſſeſſionis decimarum contendat

dat decimas illas non eſſe clericales, ſed feudales, ſeu laicales, quæ à laicis indulto Pontificis perpetuo jure percipiuntur, & à titulo ſpirituali ſeparantur, tunc cognitio cauſæ pertinet ad Judicem eccleſiaſticum: eò quia laici nequeant poſſidere decimas ſine legitimo titulo, de quo judicare ad Judicem eccleſiaſticum ſpectat, conſequenter etiam de poſſeſſione, quæ eſt acceſſoria cauſæ proprietatis.

S. IV.

Quid ſit proprietas, ut diſtincta à poſſeſſione, & de utriusque cauſis cumulandis.

1 Proprietas, ut ad præſens pertinet inſtitutum, definitur, eſſe jus plenè, & perfectè diſponendi de re pro libitu, & arbitratu; niſi lege, vel conventione quis prohibeatur: quapropter quisque dicitur rei ſuæ moderator, & arbiter, quatenus de ipſa, prout ei magis libuerit, poteſt diſponere. Cenſent tamen plures; inter proprietatem, & dominium hoc pacto non eſſe diſcrimen, ſed promiſcuum eorum uſum: quæ ſententia probabilior eſt: ſiquidem quod de proprietate ſcribit Calliſtratus in *l. ſi de vi 37. ff. de judic.* hoc idem ait de dominio in eadem quæſtione Mittianus in *l. qui cœtu 5. §. 1. ff. ad leg. Jul. de vi public.* & hoc etiam patet ex *l. exitus 35. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. ordinarii 13. C. de rei vindicat.* Secus poſſeſſio, & proprietas, quamvis ſint de eadem re, & utrumque ſit jus incorporale, adhuc diſtinguuntur, adeò ut poſſeſſio ſeparari poſſit à dominio, ſeu proprietate ejusdem rei *l. 1. §. 1. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Immo adeò diverſæ ſunt naturæ poſſeſſio, & proprietas, ut dicat Juriſconſultus in *l. naturaliter 12 de acquir. poſſeſſ.* proprietatem nil habere commune cum poſſeſſione.

2 Cæterùm quòd diſtinguantur, ex eo conjicitur, quia nil vetat, eum eſſe poſſeſſorem rei, cujus non eſt dominus, ut è contra eum eſſe dominum rei, quam non poſſidet *l. exitus 35.* Tum quia dominium, ſeu proprietas non acquiritur ſine titulo *l. nunquam 31. ff. de acquir. rer. domin.* ſecus poſſeſſio in profanis poteſt acquiri ſine titulo *l. clam poſſidere 6. §. qui ad nundinas ff. de acquirend. poſſeſſ.* Rurſus ſimplici, ac nudo animo interdum acquiritur proprietas *l. cum hæredes 23.* Non ita poſſeſſio *l. 3. in princ. eod. tit.* è converſo ſolo animo amittitur poſſeſſio *l. 3. §. in amittenda.* Non ita dominium, *l. ſi quis vi 17. §. 1.* Sunt etiam aliæ plures differentiæ, quas ſuperiùs recenſuimus, & oſtendimus, poſſeſſionem, & proprietatem diſtingui.

3 Nihilominùs cauſa poſſeſſionis, & cauſa proprietatis ab eodem Judice cognoſci poteſt, imò debet, ut conſtat ex *c. ſuſceptus 1. h. t.* ubi Papa Gregorius reſcribit, legali proviſione decretum eſſe, tam poſſeſſionis, quàm proprietatis cauſam ſub uno, eodémque Judice debere cognoſci. & ratio deſumitur ex *l. nulli 10. C. de judic.* ubi ſtatuitur, ne quis cauſæ continentiam dividat, ſive cauſas, quæ connexionem aliquam inter ſe habent, & coram uno, ac eodem Judice cognoſcendæ ſunt, diverſis tractandas tribuat, & illum eſſe puniendum, qui alium Judicem ſuper poſſeſſione, & alium ſuper cauſa proprietatis exoptat, & petat: ſiquidem cùm hujusmodi cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis ſint inter ſe connexæ tum ratione ſubjecti, eò quia verſentur circa eandem rem, tum ratione facilioris cognitionis, ab eodem Judice exigunt cognoſci, ſiquidem qui cognovit de poſſeſſione, facilius poteſt judicare de cauſa proprietatis.

Excipitur tamen, ſi litigantes ſint diverſi fori, ſiquidem clericus actor, qui obtinuit cauſam in judicio poſſeſſorio coram ſæculari Judice Rei, non tenetur coram eodem reſpondere ſuper proprietate, ut deſumitur ex *c. ult. de judic.* ſed debet conveniri coram ſuo Judice eccleſiaſtico: tunc enim neceſſitas adigit ad diviſionem cauſæ, ſeu ad illam deferendam ad diverſos Judices, ut notat Gloſſa in *c. 1. V. ſub uno h. t.* 4
Præterea neceſſe eſt, Judicem de utraque cauſa poſſeſſionis, & proprietatis poſſe cognoſcere, unde ſi judicium poſſeſſorium in cauſa ſpirituali, & mixti fori inſtituatur coram Judice ſæculari, cùm de poſſeſſione ſit mera quæſtio facti, non ideò tamen ad eundem ſpectat definire cauſam petitoriam, ſeu proprietatis, quia de illa Judex ſæcularis non judicat.

Quòd ſi cauſa proprietatis ſimpliciter, & in genere, vel in ſpecie alicui delegata ſit judicialiter cognoſcenda, tunc non ſolùm cauſa proprietatis, verùm etiam poſſeſſoria intelligitur delegari, ut notat Gloſſa in *c. paſtoralis 5. V. requiſitus.* quia cauſæ continentia dividi non debet, & cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis ſunt connexæ, quatenus judicium proprietatis non poteſt commodè tractari ſine prævio judicio poſſeſſorio. Neque obſtat, quòd proprietas dicatur nil habere commune cum poſſeſſione in *l. naturaliter 12. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* Nam licèt non habeant quidquam commune quoad eſſentiam, & quoad acquiſitionem, vel amiſſionem: eò quia ſeparari poſſint, ut in præcedentibus oſtendimus, nihilominus quoad judicialem cognitionem cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis ſimul nectuntur, adeò ut dividi non debeant, neque apud diverſos Judices tractari, ut deſumitur ex *l. nulli 10. C. de judic.* & *c. 1. h. t.* Præterea cauſa poſſeſſionis perſæpè in judicio non poteſt obtineri, niſi exhibeatur jus aliquod, vel titulus proprietatis. 5

Hinc cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis poſſunt in eodem judicio ſimul tractari, adeò ut Judex receptis probationibus ſuper utraque cauſa priùs examinare poſſit probationes ſuper cauſa poſſeſſionis, eámque terminare, & poſtea ſuper cauſa proprietatis, ut deſumitur ex *c. ad ultimum 2. h. t.* ubi Pontifex reſpondet, priùs eſſe examinandas probationes ſuper cauſa poſſeſſionis, & poſtea proprietatis; eò quia in jure civili id expreſſum ſit in *l. ordinarii 13. C. de rei vindicat.* ubi dicitur, eſſe ordinarii juris, ut orta quæſtione ſuper poſſeſſione, & proprietate rei, priùs de poſſeſſione judicetur, & 6

poſtea cauſa proprietatis ab eodem Judice decidatur, & id ne continentia cauſæ dividatur, ut notat Gloſſa ibid. *V. Judice*: ſiquidem judicium petitorium non poteſt procedere, niſi priùs conſtet de poſſeſſione, eſt enim ratio naturalis, ut unus poſſideat, & alius petat à poſſidente *§. retinendæ inſtit. de interdict.* actor eatenus à reo petit rem, quam dicit, ad ſe pertinere, quia reus illam poſſidet, ſi enim eam non poſſideret, actor eam ab illo non peteret, unde judicium petitorium non poteſt procedere, niſi priùs conſtet de poſſeſſione. Poteſt enim Judex priùs cognoſcere de cauſa poſſeſſionis, eámque definire, &
7 poſtea cauſam proprietatis differre.

An verò judicium petitorium, & poſſeſſorium ſimul poſſint concurrere, & accumulari, non conveniunt juris interpretes: ſiquidem in hac quæſtione tres ſunt ſententiæ; prima Joannis, & Azonis, quos refert Bart. *l. 12. §. nihil commun. n. 14.* quam ſententiam junctis viribus propugnant Donellus *in l. 3 C. de interdict.* & Vulteus *lib. 1. de judic. c. 2.* & aſſerunt, judicium nullum poſſeſſorium poſſe concurrere cum petitorio, ſed priùs de poſſeſſione, & poſtea de proprietate cognoſcendum eſſe ex *l. Ordinarii 13. C. de R. V. l. 3. C. de interdict.* Secunda ſententia eſt Petri de Bellapertica, & Cyni *in cit. l. Ordinarii*, ſiquidem aſſeruerunt indiſtinctè, omne poſſeſſorium poſſe cumulari cum petitorio; eò quia nil reperiatur ſtatutum, quod impediat hujusmodi concurſum, cùm proprietas nil habeat commune cum poſſeſſione *l. naturaliter §. commune.* ubi ex eadem ratione admittitur ejusdem concurſus, & in *l. cùm fundum in fin. V. eum ff. de vi, & vi c. ſignificaverunt de teſtibus c. cùm veniſſent de inſtit. clement. unic. h. t. c. querelam de elect. c. ſuborta de re judic.* & paſſim *in tit. de reſtit. ſpoliat.* ubi ſunt plura decreta, in quibus cumulatur poſſeſſorium cum petitorio. Tum quia eatenus concurſus impeditur, quia abſolutoria lata ſententia in uno parit exceptionem rei judicatæ in alio *l. fundi 16. l. fundum 18. ff. de except.* atqui abſolutoria ſententia lata in poſſeſſorio non parit exceptionem in petitorio *l. & an eadem 14. §. final. ff. de except. rei judicat.* Tertia ſententia eſt Martini diſtinguentis inter judicium poſſeſſorium adipiſcendæ, & recuperandæ poſſeſſionis, & inter judicium retinendæ, & docet in primo caſu poſſeſſorii recuperandæ; & adipiſcendæ admitti cumulationem, idque probat ex juribus allegatis pro ſecunda ſententia: in ſecundo verò caſu aſſerit, non dari locum cumulationi, idque probat ex fundamentis, quibus nititur prima ſententia: cum hac diſtinctione procedunt juris periti communiùs, inter quos Innocentius III. *in c. paſtoralis. V. conſultationi h. t.* Bart. *in d. §. nihil. commune. n. 14.* Bolognettus *n. 63.*

8 Judicium poſſeſſorium adipiſcendæ poſſe cumulari cum petitorio deſumitur ex *l. 1. §. quia autem ff. quod de legat. l. 1. C. quorum bonorum c. cùm dilectus 6. h. t.* Menoch. *de adipiſc. remed. 4. n. 317.* Dupliciter poteſt judicium poſſeſſorium, & petitorium cumulari, ſeu ſimul in judicio concurrere. Primò ex parte actoris, ſi is in utroque libello utrumque intentet judicium, petátque tam poſſeſſionem, quàm proprietatem ſibi reſtitui, & tunc cumulari poteſt interdictum adipiſcendæ, & recuperandæ poſſeſſionis cum judicio petitorio, ſeu vindicatione rei in eodem judicio, adeo ut utraque cauſa poſſeſſionis, & proprietatis ſimul tractetur, & una eadémque ſententia definiatur. Liberum tamen eſt Judici receptis teſtibus, & probationibus ſuper utraque cauſa ex legitima, & juſta aliqua cauſa judicium poſſeſſorium priùs expedire, & definire, & poſtea progredi ad petitorium, ut notat Abbas *hic n. 3.* ſecus interdictum retinendæ poſſeſſionis, & judicium petitorium non poſſunt cumulari ut notat Hoſtiens. *in c. 2. V. licitè h. t.* quia cum actor in hoc interdicto fateatur, ſe poſſidere rem, ideo non poteſt petere eandem rem ſibi dari, ac reſtitui, cùm ipſam jam poſſideat, hinc qui agit judicio petitorio, cenſetur renunciare interdicto retinendæ, eò quia judicium petitorium adverſetur interdicto retinendæ poſſeſſionis: qui verò agit rei vindicatione, dicit adverſarium poſſidere, proinde ſaltem tacitè fatetur, ſe non poſſidere; proinde ſi idem actor ſimul inſtitueret interdictum retinendæ poſſeſſionis, & rei vindicationem, utique fateretur, ſe poſſidere, & non poſſidere rem illam, quod eſt contradictorium.

Secundò judicium poſſeſſorium poteſt cu- 9
mulari cum petitorio ſeparatim, adeo ut petente actore poſſeſſionem, reus excipiat, dicátque proprietatem, ſeu dominium ſibi competere: & tunc procedendum eſt cum diſtinctione; quia ſi uterque contendat, ſe poſſidere, & rei proprietatem ad ſe pertinere, ut ſi duo tanquam hæredes poſſideant caſtrum aliquod cum juribus annexis, & ambo dicant, ſe poſſidere caſtrum, & eſſe dominos ejusdem: quia tunc difficulter dignoſci poteſt, quisnam ſit verus dominus, debet priùs ſaltem ſummariè tractari, ac decidi judicium poſſeſſorium, quàm petitorium, ut conſtet, quisnam ſit poſſeſſor, & quis petitor, ſeu in judicio petitorio actor: ſiquidem ſi qui cauſa cecidit in poſſeſſorio, actor ſit in petitorio, tenetur probare dominium, ſi illud in petitorio velit obtinere *l. exitus 35. §. de acquirend. poſſeſſ. l. 13. juncta* Gloſſa *V. ordinarii 6. de rei vindicat. & l. 3. C. de interdict.*

Quòd ſi conſtet reum tantùm poſſidere ca- 10
ſtrum, tunc ſi agatur de interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis, quia actor fatetur quidem poſſeſſionem de facto eſſe penes reum, ſed contendit de jure eam ſibi competere, eò quia reus injuſtè poſſideat pro hærede, vel poſſeſſore; tunc reus excipiens dominium ſibi competere debet admitti, dummodo paratus ſit ſtatim probationes producere, ut notat Abbas *in c. 2. num. 4. h. t.* Quòd ſi agatur interdicto recuperandæ poſſeſſionis contra ſpoliatorem, non poteſt is excipere de dominio ſibi competente, quia actor ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt, ut notat Pirhing. *de cauſ. poſſeſſ. §. 5. n. 26. h. t. argu. l. 3. §. ibid. ff. de exhibenda.* Quòd ſi ſimul fuerit actum in judicio poſſeſſorio, & petitorio, debet utrumque ſimul una, eadémque ſententia decidi, ſi de utroque conſtet, non ita ſi tantùm conſtet de poſſeſſorio, non de petitorio, eò quia for-

taſſis

taſſis teſtes non fuerint recepti, vel ſi recepti non publicati, vel ſi publicati, adhuc atteſtationes non fuerint examinatæ, tunc enim ſententia prius ferenda eſt ſuper poſſeſſione, & poſtea ſuper petitione, adeo ut judicium petitorium differatur, ut deſumitur *ex c. 2. h. t.*

Quòd ſi quis prius egerit ſuper ſola poſſeſſione, & in progreſſu apparuerit, illum etiam rei proprietatem probare, poteſt tunc Judex præter poſſeſſionem, etiam proprietatem eidem adjudicare *c. cùm Eccleſia & cum ſup. h. t.* an verò de jure civili id procedat, non eſt ita certum propter textum *in l. ordinarii C. de rei vindicat. & in l. incerti C. de interdict.* Hinc nonnulli diſcrimen inter jus utrumque ſtatuunt, verùm quia Pontifex in *c. 2. h. t.* videtur indicare, idem eſſe de jure civili, ideo alii nituntur conciliare diſcrepantes ſententias, & dicunt poſſeſſionem eſſe priorem in cognitione, & pronunciatione, ſed petitorium eſſe priùs in executione juxta textum *in c. cùm dilectus.* Alii dicunt, tunc tantum procedere juris civilis diſpoſitionem, ut prius cognoſci debeat de cauſa poſſeſſionis, quando uterque litigans contendit, ſe eſſe poſſeſſorem, & dominum, & neuter vult recipere onus probationis in ſe, ut deſumitur *ex l. 1. ff. uti poſſidetis.* Cæterum extra hunc caſum aſſerunt poſſeſſorium retinendæ poſſe cumulari cum petitorio ſaltem in incorporalibus, & beneficialibus, Menoch. *l. 1. n. 539.* ſed interdictum retinendæ poſſeſſionis, & judicium petitorium non poſſe cumulari, eſt ſententia communior.

12 Sin vero ſimul actum fuerit in judicio poſſeſſorio, & petitorio, utrumque debet unâ, & eadem ſententia terminari, ita tamen ut priùs pronuncietur ſuper poſſeſſione, & in executione proprietas prævaleat, quia ordinariè priùs debet diſcuti cauſa poſſeſſionis, quàm proprietatis, & quia proprietas tanquam dignior trahit ad ſe poſſeſſionem, ideo in exetutione debet proprietas præferri poſſeſſioni.

13 Imò non ſolum cauſa poſſeſſionis, & proprietatis poſſunt ſimul cumulari in eodem judicio, quando unus utrumque judicium intentat, ſed etiam quando diverſi id præſtant, ut quando unus agit contra turbantem alium in poſſeſſione interdicto retinendæ poſſeſſionis, & hic viciſſim excipit, proprietatem ſibi competere, niſi contrarietas obſtet, qualis eſt inter interdictum retinendæ, & petendæ poſſeſſionis: ſiquidem interdictum retinendæ, & judicium petitorium, nequeunt ſimul ſubſiſtere, ut ſuperius oſtendimus.

14 Excipitur tamen, niſi qui agit interdicto retinendæ poſſeſſionis neſciat, ſe in poſſeſſione eſſe, vel quia putet adverſarium poſſidere, cum revera non poſſideat; vel quia per alium, vel famulum poſſidet, in hiſce enim caſibus poſtquam illud [illegible] poteſt cumulare, & inſtituere [illegible] retinendæ poſſeſſionis: ſiquidem non [illegible] agendo ſimul judicio petitorio [illegible] renunciare judicio poſſeſſorio, cum igno[illegible] poſſidere Gloſſa *in l naturali er 12. §. [illegible] commun. l. ſed cert. ff. de acquir. poſſe ſ.* [illegible] niſi intentans judicium petitorium amiſerit poſſeſſionem naturalem, & retineat ſolùm civilem; in hoc enim caſu poteſt etiam conjungi cum judicio petitorio interdictum retinendæ ad ſervandam civilem poſſeſſionem, quia tunc non habetur contrarietas.

Rurſus in juribus, ſervitutibus, aliiſque rebus incorporalibus, quamvis aliquis ſit in quaſi poſſeſſione, ſi tamen ab altero moleſtetur, poteſt unà cum interdicto retinendæ poſſeſſionis cumulare judicium petitorium, per quod petat, declarari à Judice, ſibi jus competere, ut habetur in *§. æquè inſtit. de action. & c. cum ſuper. h. t.* 15

Cæterum non eſt conſuetum, ut actor cauſam proprietatis intentet, quamdiu poteſt temedio aliquo poſſeſſorio agere; quia dominium, & proprietas difficillimè probantur. non enim ex eo, quòd quis prædium emerit, ſtatim ſequitur, prædium eſſe ſuum, quia ſi venditor, non fuit dominus prædii, non potuit emptorem conſtituere dominum illius; cùm nullus plus juris transferre poſſit in alium, quàm quod ipſe habet in ſe: quamobrem in caſu, quo aliquis poſſeſſionem amiſit, & vult contra novum poſſeſſorem petitorium inſtituere, utile remedium de jure prætorio eſt proditum, ſcilicet actio publiciana, in qua non eſt neceſſe probare dominium, ſed ſufficit, ſi actor probet, ſe rem acquiſiviſſe bona fide, ſibique traditum eſſe ex juſto titulo, ut habetur in textu *§. de publiciana in rem actione.* 16

§. V.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones.

Quæritur primò, an ſententia definitiva ſuper poſſeſſione, vel proprietate fieri poſſit in abſentem? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. ſuſceptis 1. h. t.* ubi Gregorius reſcribit, cauſam de poſſeſſione, & cauſam de proprietate eſſe cognoſcendam ab uno eodémque Judice, nec ſententiam eſſe ferendam parte inaudita, neque contra abſentem non contumacem, ex quo textu duo colliguntur. Primum eſt, ut cauſa poſſeſſionis, & proprietatis apud eundem Judicem tractari debeat, & deſumitur etiam ex *l. Nulli 10. de judic.* ubi dicitur, quòd cauſæ continentia, ſeu cauſa, quæ plures in ſe partes continet, ſeu quæſtiones, dividi non debeat, & puniendus ſit, qui alium ſuper cauſa poſſeſſionis, & alium ſuper cauſa proprietatis quæſtione Judicem poſtulavit. Ratio etiam poteſt aſſignari, quia cauſæ habentes aliquam connexionem ad invicem debent coram uno, eodemque Judice tractari, quia tunc facilior cognitio acquiritur a Judice utriuſque cauſæ, & minoribus laboribus, & expenſis partes in uno, eodemque judicio litem inſtituunt, quod ipſis procul dubio eſt commodo, præſertim cùm parcant ſumptibus: verùm id procedit, quando Actor, & Reus ejuſdem ſunt fori *c. fin. & ibi Gloſſa de judic.* quia verò in cauſa poſſeſſionis, & proprietatis datur connexitas ratione ejuſdem ſubjecti: ſiquidem utraque cauſa verſatur circa eandem rem, & quia poſſeſſor mei equi,

debet eum mihi reſtituere, ſi pcnbaverim, equum eſſe meum, & niſi poſſeſſor objecerit aliquam validam exceptionem *l. Officium ff. de re vindic.* ideo cauſa poſſeſſionis ob hanc connexitatem non eſt ſeparanda à cauſa proprietatis, ſed coram eodem Judice utraque eſt terminanda, ut etiam ob connexitatem ratione facilioris deciſionis: ſiquidem qui cognovit de poſſeſſione, faciliùs cognoſcit cauſam proprietatis, ut notat Gloſſa in *d. c. ſuſceptu* 1. *h. t.* hæc enim connexitas ſufficit ad producendam hanc cauſæ continentiam, quamvis per alias rationes ſint cauſæ diſtinctæ, eò quia poſſeſſio ſit jus ſeparatum à jure proprietatis, & non dicantor habere aliquam communitatem ad invicem, quod tamen intelligitur quoad jus utriusque diſtinctum *l. naturaliter §. Nihil ff. de acquir. poſſeſſ.*

a Secundum, quod ex eodem textu deciditur, eſt, non eſſe pronuntiandam ſententiam definitivam contra abſenrem non contumacem: & ratio eſt, quia definire parte abſente, & inaudita, & contra ipſam ſententiam ferre, perinde eſt, ac tollere defenſionem, quæ eſt de jure naturæ *c. Deus 2. q. 1.* naturalia autem jura divina quadam providentia conſtituta incoocuſſa perſeverant firmitate, manentque immutabilia *inſtit. de jure natur. §. penult.* proinde talis defenſio non poteſt denegari, quinimò neque ipſi Principi conceſſum eſt judicare parte abſente, & non cirata; quia jus ſe defendendi, & reſpondendi ad objecta, cuilibet naturali, ac gentium jure competit, ut habetur in *clement. Paſtoralis §. Cæterum de ſent. & de re judic.* quinimò Deua videtur inſtituiſſe citationem, & cognitionem cauſæ, ut deſumitur ex *d. c. Deus* 2. *q.* 1. ubi dicitur, quòd Deus nolit punire peccata Sodomorum, niſi deſcenderet, & videret *Genes. c. 18.* nec Adam dè ſuo peccato, quin priùs eum vocaret, ejúsque andiret defenſionem *Genes. c. 3.* hinc contra abſentes non citatos, non conventos, non confeſſos nihil poteſt in judicio definiri *c. Inter de major. & obed.* Idque ne injuriis, damnisque inferendis pateat via. Poteſt nihilominus lex humana interpretare jus oaturale, nbi ratio id exigit, & publica ntilitas ſuadet, ut notat Innocentins in *c. quæ in eccles. de conſtitut.* hinc licèt *Matth. c. 8.* dicatut, omne verbum ſtare in ora duorum, vel trium teſtium, nihilominus leges eccleſiaſticæ, quandoque plures exigunt teſtes *l. fin. C. de teſtib. c. fin. 2. q. 5.*

3 Quæritur ſecundò, an mandata, quæ dantur ſine clauſula juſtificatoria, valeant in ordine ad axecutionem? Reſpondetur hujusmodi mandata, quæ ordinariè dantur ſine clauſula juſtificatoria, & parti tranſmittuntur, non obligare ad executionem, & ratio eſt: quia Judex non debet ex officio incipere ab executione, ſed ut ordinatè procedat, tenetur præmittere partium citationem, & cauſæ cognitionem *l. c. de execucione rei judic. l nequaquam §. ubi decretum ff. de offic. Procons.* Verùm excipitur factum notorium, quod nulla tergiverſatione celari poſſit, & nulla excuſatione juſtificari: ſiquidem quod præſente invito fieri pnteſt; hoc idem poteſt etiam fieri eo abſente, & ignorante *l. ergo 4. princip. juncta Gloſſa Margin. ff. de fideicommiſſ. libertatibus ff. de reg. jur. reg. 27.* Imò Gaillus *lib. 1. obſerv.* 13. plures alios recenſet caſus, in quibus mandata, quæ dantur ſine clauſula juſtificatoria, poſſint exequi parte abſente, qui tamen caſus fermè reducuntur ad unum, nimirum, ſi periculum ſit in mora, eò quia damnum, quod hîc, & nunc timetur, niſi ſtatim impediatur, poſtea fiat irreparabile, ut ſi inimicus ſylvam arboribus excidendis devaſtet, ſegetes diſſipet, domum flammis comburat, ſi vitæ innocentis inſidietur, alimenta alicui debita neget, ut etiam ſi agatur de religione, & publica tranquillitate ſervanda, ut notat Gloſſa Magna ex Jaſon. in *l. de pupill. 5. §. ſi quis rivos ff. de nov. oper. nunt.* quia quoties periculum eſt in mora, licitum eſt recedere à regulis juris communis.

Quæritur tertiò, per quid mandatum cum clauſula juſtificatoria differat à mandato ſine tali clauſula? Reſpondetur, hujusmodi mandata differre, quia mandatum continens clauſulam juſtificatoriam relinquit parti poteſtatem juſtificandi ſuam cauſam, ſeu dat eidem facultatem producendi ſnas defenſiones intra certum terminum, cur mandato parêre non debeat juxta formam, quam indicat, ut notat Gloſſa *fin. in c. Ex parte 23. de V. S.* ut ſi dentut hæc mandata, & Judex dicat, mando Patro, nt rem ablatam reſtituat, captivum liberum relinquat, à conſtruendo ædificio deſiſtat, à ſodienda terra ceſſet, vel ſi ea re ſe Petrus gravari putet, intra octo dies numerandos ab eo, quo has litteras acceperit, ſe ſiſtat, ſuásqua defenſiones producat, alioquin ſive venerit, ſive non, ſi mandatum non fuerit executus, incidat in talem pœnam. Quòd ſi pars, cui tale mandatum datur, rationes relevantes Judici probavatit, tunc abſolvitur, & mandatum revocatur: ſecus ſi rationes ſuas non juſtificaverit Judici; tum illud priùs mandatum firmum manet, & qui illud non exeqnitur, incurrit pœnam in eodem ſtatutam, niſi obedierit intra terminum ipſi præfixum, vel tunc de novo eidem præfigendum, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv.* 19. Mandatum verò ſine clauſula juſtificatoria aſt, quo aliquid ſub pœna decreta ſtatuitur, vel præcipitur, nulla conceſſa facultate producendi rationes, cur pars non obedierit mandato, ſed tantùm relicta facultate afferendi rationes, cur pœna injungenda non ſit. Ut ſi dicatur, maodo vobis, nt ædificium, quod io alieoo ſolo ſpreta monitione, & denuntiatione à Domioo loci ſacta extruxiſtis, cùm factum veſtrum notoriè ſit injuſtum, & nulla ratione poſſit juſtificari; ſtatim ac has litteras acceperitis, curetis deſtrui ſub pœna mille florenorum: rurſus vocamus vos peremptoriè ad vigeſimam diem Martii, in quo debeatis comparere, fidémque facera de monitione, & obedientia; quòd ſi datrectetis mandato obtemperare, ut conſtet vos in pœnam incidiſſe; aut rationes afferatis relevanres, quare ad declarationem pœnæ procedendum non ſit. Hæc formula obſervatur, ſi aliquid mandetur agi: alioquin ſi mandatum ſit inhibitorium de non offendendo, tunc non requiritur citatio ad oſtendendam paritionem, & obedientiam: ſed poſtquam mandatom contu-

macitet

maciter fuit ſpretum, tum poteſt fieri citatio in ordine ad declarandum, an pœna ſit incurſa: plura de hac re habet Mindanus de *mandat. judicial. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 5. *& ſequent.*

Quæritur quartò, an cauſa poſſeſſionis, &
5 proprietatia quoad teſtes ſuſcipiendos, & allegationes, ut parcatur ſumptibus, poſſint ſimul tractari, & tunc quænam cauſa ſit priùs terminanda? Reſpondetur, quòd ſi actum ſit poſſeſſorio, & petitorio, poſſit Judex receptis probationibus ſuper utraque priùs diſcutere probationes ſuper poſſeſſorio, illudque terminare, & deſumitur ex *c. ad ultimum 2. h. t.* ubi Cœleſtinus III. reſcribit, quòd cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis poſſint ſimul tractari, quoad ſuſcipiendos teſtes, & allegationes ut parcatur ſumptibus partium; his tamen acceptis priùs ſit expedienda cauſa poſſeſſionis, ſeu ſit priùs pronuntiandum in poſſeſſorio, quamvis petitorium ſimul terminetur. Ratio, quæ poteſt aſſignari ex eo deſumitur, quia ordinarii juris eſt, ut priùs de poſſeſſione, quàm de proprietate agatur *l. Ordinarii C. de rei vindic.* ut nimirum hoc ordine ſervato appareat, quia poſſideat, & ille relevetur ab onere probandi de proprietate, & adverſarius teneatur eam probare, ſi velit rem in litem deductam obtinere *l. incerti C. de interdict.* & quia Judex, qui ſimul de utraque cauſa cognoſcit, & teſtes admittit, id non exequitur, ut ab hoc ordine recedat, ſed ut gravioribus partium ſumptibus parcat, ſequitur, quòd tametſi partes egerint poſſeſſorio, & petitorio ſimul, poſſit nihilominus Judex ſuſpenſo petitorio examinare poſſeſſorium, illúdque priùs terminare, & etiam deſumitur ex *c. Paſtoralis 5. h. t.*

Quæritur quintò, an ſi ſpoliatus, poſſeſſo-
6 rio, & petitorio ſimul agens, poſſeſſionem, & ſpoliationem probet, ſed non dominium, ſeu proprietatem; obtineat tunc in poſſeſſorio? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. cum Eccleſia 3. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd ſi ſpoliatus ſimul agat de poſſeſſorio, & petitorio, & rectè probet ſpoliationem, ſed non dominium, ſeu proprietatem, ſit reſtituenda illi poſſeſſio; ſed ſuccumbet in petitorio, ſeu proprietate: & in textu dicitur id contigiſſe clericis Eccleſiæ Sutrinæ, qui contra Canonicos probârunt poſſeſſionem, ſed non proprietatem eligendi Epiſcopum: ratio eſt, quia ſpoliatus ante omnia debet reſtitui, dummodo non conſtet notoriè de non jure ſuo *c. ad decimas*, & ibi Gloſſa *de reſtit. ſpol. in 6.* atqui Judex debet ſententiam pronuntiare de re illa, de qua cognovit *l. de qua re ff. de judic.* qui autem reſtitutionem petit, duo tenetur probare, ſcilicet ſe poſſediſſe, & ſe ſpoliatum fuiſſe *c. Olim.* 1. *de reſtit. ſpoliat.* proinde qui ſufficienter id probavit, reſtitui debet ſuæ poſſeſſioni. Verùm in petitorio ſuccumbit, quia actore non probante, qui convenitur, quamvis nihil præſtiterit, obtinet quod intendit, quia actor ſi nil probet, nil contra reum conventũ poteſt inducere *l. Actor C. de probat.* Hinc quia jus proprietatis eſt diſtinctum à jure poſſeſſionis *l. natural. ff. de acquirend. poſſeſſ.* tametſi cauſa poſſeſſionis, & cauſa proprietatis habeant connexitatem ad cognitionem utriusque faciendam ſub eodem Judice, nihilominus quia ex diverſis non fit illatio *l. Papin. ff. de Minor.* ſequitur, quòd probatio facta in poſſeſſorio tanquam in re diverſa non relevet in petitorio. Cæterum ſententia lata in petitorio eſt efficacior, quàm ſententia lata in poſſeſſorio, unde quamvis poſſeſſorium, & petitorium ſint ſimul intentata, & ſententia ſuper poſſeſſorio debeat præcedere; fortior tamen, & efficacior eſt ſententia ſuper proprietate, adeò ut hæc vincat, & ſuperet poſſeſſionem, ut habetur in *c. Cùm dilectus 6. h. t.* & exemplum habetur in *c. cùm Eccleſia 3. h. t.* ubi quamvis in poſſeſſorio pro clericis judicatum fuerit; nihilominus ſententia poſtea lata contra eoſdem in petitorio in effectu revocat priorem, quia Innocentius ſuper hoc jure indicit Clericis perpetuum ſilentium.

Quæritur ſextò, an quando tam poſſeſſori- 7
um, quàm petitorium fuit deductum in judicium, & tam reſtitutionis, quàm proprietatis quæſtio fuerit plenè examinata, utraque ſit ſententialiter determinanda? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Cùm ſuper 4. h. t.* Ratio etiam ſolet aſſignari, quia de qua re Judex cognovit, tenetur de eadem pronuntiare, ſeu ferre ſententiam *l. de qua re ff. de judic.* quia quando ſimultaneis actibus mutuæ petitiones coram eodem Judice ſunt factæ, utraque quæſtio fuit examinata *c. 1. de mut. petit.* hinc ſequitur, quòd ex quo Judex plenè cognovit de poſſeſſione, & proprietate, debeat ſimul de utraque ſententiam dicere. Quòd ſi quæratur, quem effectum habeat ſententia lata pro ſpoliato in poſſeſſorio, ſi ſubſequens ſententia ſuper petitorio ſit illi contraria. Reſpondetur, quoad principalem effectum ſeparari, & corruere ſententiam poſſeſſorii, ſeu de reſtitutione facienda, quia talis ſententia non debet executioni mandari, & obſtat defectus notorius proprietatis. Rurſus verbalis adjudicatio poſſeſſionis poteſt habere alios effectus ſecundarios, nimirum quoad expenſas, & fructus reſtituendos ſpoliato, ſi in bonæ fidei poſſeſſione fuerat, ut notat Panormitanus in *d. c. cum ſuper 4. n. 7. h. t.* Verùm notat Gloſſa regulam illam, quâ Judex dicitur pronuntiare de ea re, quam cognoſcit, fallere primò in cauſa criminali Epiſcopi *c. quamvis 3. q. 6.* Secundò in ſententia lata à ſuperiore *c. de cætero infra de re judic.* Tertiò ubi ſola cognitio demandatur *c. cùm olim infra de teſt.* Quartò in incidentibus quæſtionibus *c. 1. de ord. cognit. l. Adite C. de ord. judic* Imò fallit etiam regula illa propter appellationem, recuſationem, vel revocationem; quia tunc minor Judex, qui cognovit non poteſt pronuntiare *c. dilectus infra de appellat.* Cæterum regulariter de ea re debet pronuntiare, quæ in judicium deducta fuit, & ab ipſo cognita *l. de qua re 74. de judic.* quia ſententia debet eſſe conformis libello, ac petitioni: de iis verò, quæ in judicium non ſunt deducta Judex non debet cognoſcere, nec pronuntiare, niſi ſit ſupremus, ut limitat Panormitanus in *d. c. cum ſuper 4. n. 9. h. t.*

Quæritur ſeptimò, an qui agit de proprieta- 8
te poſſit agere adipiſcendæ, vel recuperandæ ante concluſionem cauſæ? Reſpondetur affirmativè,

mativè,& deſumitur ex *c. Paſtoralis 5.h.t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd ſi ſpoliatus, qui inchoat litem velit potiùs agere de proprietate non facta mentione de violentia, ſeu poſſeſſione, antequam ſit renuntiatum, vel concluſum de proprietate, poſſit agere de ſpoliatione. Ratio eſt, quia ſicut ab initio cauſæ poteſt quis accumulare petitorium, & poſſeſſorium non contrarium, *c. Cùm dilectus 6. h. t.* ita poteſt accumulare ex poſt facto, cùm nihil reſultet in contrarium, ut notat Abbas in *d. c. Paſtoralis 5. num. 22. h. t.* ſiquidem petitorium competit reſpectu dominii, & poſſeſſorium intentatur reſpectu poſſeſſionis, quam quis non habet, ut notat Bartolus in *l. natur. §. nihil. ff. de acquir. poſſeſſ.* & quia Judex in una ex iſtis cauſis eſt etiam Judex in alia ob connexitatem, quam ſimul habent, ſequitur, quòd ex quo aliquis eſt in termino, adhuc in cauſa non renuntiaverit probationibus facti, ſi in ea non ſit concluſum, proinde non debet impediri, quin tali poſſeſſorio agere poſſit, quamvis ipſe cæperit rem vendicare. Imò è contra à tali poſſeſſorio poteſt ad judicium redire proprietatis; non ita tamen ad interdictum de retinenda poſſeſſione pendente judicio proprietatis primitùs inſtituto, *ad uti poſſidetis* pro retinenda poſſeſſione: neque è converſo poteſt redire ad judicium proprietatis, poſtquam cœpit agere, *ut poſſidetis*, quia tunc ſibi eſſet contrarius: ſiquidem qui proponit rei vendicationem dicit alium poſſidere, *c. Examinata de judic.* & qui agit de retinenda poſſeſſione, dicit ſe poſſidere, ut notat Gloſſa hìc.

9 Verùm licèt hæc procedant ante concluſionem, non ita poſt illam, ut reſcribit Innocentius III. in *d. c. Paſtoralis 5. h. t.* ubi ait, quòd ſpoliatus antequam ſit concluſum, licèt inchoaverit litem de proprietate, poſſit agere de ſpoliatione; ſed poſtquam eſt concluſum, cum definitiva ſententia poſſit ferri de proprietate, non poſſit agere de poſſeſſione, niſi juſta cauſa moveat animum Judicis: ratio eſt, quia proprietas adeo prævalet poſſeſſioni, ut qui obtinet in proprietate obtinere etiam debeat in poſſeſſione *c. placuit. §. quod 16. q. 3.* ſiquidem poſſeſſio ſemper ſequitur proprietatem *l. officium ff. de rei vendic.* cui enim debetur proprietas rei, ſeu dominium eſt etiam debita ejusdem poſſeſſio. Tum quia ſi poſt talem concluſionem (cùm jam poſſit cauſa proprietatis per ſententiam definitivam determinari) poſſet quis poſſeſſorio uti, lites litibus inculcarentur, & fraudibus via ſterneretur; qui enim cognoſceret ſe deficere in petitorio, ſtatim intentaret poſſeſſorium, quapropter rectè in *d. c. Paſtoralis 5. h. t.* actio poſſeſſorii tunc prohibetur; excipitur tamen in textu, niſi juſta cauſa ſubſit: ſiquidem Judex tenetur ſemper æquitatem præ oculis habere *l. quòd ſi ff. de eo quod certo loco:* & ubi jus non eſt manifeſtum, debet æquitas eſſe regula agendi *c. fin. de tranſact.* Hinc ſi Judex, qui de cauſa cognoſcit, id ex juſta cauſa cognoverit expedire, ut ſi ex perſpicuis indiciis conjiciat iniquitatem invaſoris, poteſt tum etiam poſt concluſionem permittere, ut agatur de poſſeſſorio, ſicut dicitur in textu, quia ut notat Gloſſa in *d. c. Paſtoralis* ubi jus non eſt proditum debet Judex procedere ſecundùm æquitatem.

10 Quæritur octavò, an ſi cauſa proprietatis ſit Judici delegata, & actor coram eo velit cumulare poſſeſſorium adipiſcendæ, vel recuperandæ, poſſit delegatus de hoc cognoſcere? Reſpondent plures Juriſperiti negativè in *l. 3. C. ſi autem, non competente informatione.* Communior tamen ſententia id affirmat, eò quia hujusmodi cauſæ ſint ſimul connexæ, adeò ut judicium proprietatis commode tractari, ac definiri non poſſit niſi præceſſerit judicium poſſeſſorii, vel niſi ſimul cum judicio poſſeſſorio. Verùm ſi cauſa poſſeſſorii ſit ſpecialiter delegata, ut nimirum Judex delegatus cognoſcat ſuper moleſtiis, & infeſtationibus, tunc delegatus ex vi ſuæ delegationis non poteſt cognoſcere de cauſa proprietatis: ratio eſt, quia Judex delegatus non habet jurisdictiunem niſi ad ea, quæ ipſi expreſsè delegantur. Cæterum qui agit in judicio petitorio, ſeu rei vendicatione, non ideo cenſetur renuntiare poſſeſſorio adipiſcendæ, & recuperandæ; proinde cumulando poſſeſſorium, priusquam in cauſa concluſum ſit, poteſt ſuſpendere petitorium *l. cum fundum 18. §. cum qui ff. de vi:* hinc ſi Petrus inſtituit contra Joannem actionem vindicationis, & in progreſſu litis animadvertat difficilem ſibi eſſe dominii probationem, poteſt objicere, Joannem poſſeſſionem violenter occupâſſe, & ad hoc probandum, ſi ſe offerat audiendus eſt, ut interim differatur judicium petitorium, quia ſi probaverit ſpoliationem, eſt reſtituendus non probato dominio. Pari pacto in interdicto adipiſcendæ poſſeſſionis ſi quis petitionem hæreditatia intentavit ex teſtamento, ſed poſtea animadvertit, difficulter poſſe valorem teſtamenti probare; poteſt tunc ſummariè, ac de plano petere, ut poſſeſſio hæreditatis ei adjudicetur: hac ratione rejicit onua probandi invaliditatem teſtamenti in eum, qui pro hærede ab inteſtato poſſidet hæreditatem.

11 Quæritur nonò, an ſi ſententia lata ſit in petitorio contra actorem poſſit hic admitti ad poſſeſſorium? Reſpondetur, plures cum Gloſſa in *d. c. Paſtoralis 5. v. cauſa h. t.* reſpondere, eom, qui ſuccubuit in judicio proprietatis, ſeu in petitorio, adhue poſt latam ſententiam poſſe accedere ad poſſeſſorium, & è contra, & nituntur eò quia hæc duo judicia diverſa ſint, & ſeparabilia. Putârim tamen, id eſſe intelligendum, quando Actor ſuccubuit tantùm in petitorio, eò quia non potuerit dominium probare, tunc enim non poteſt illi objici defectus notorius proprietatis repellens à judicio poſſeſſorio: quia ex eo, quòd Actor defecerit in probatione, non ſeqnitur, nullum jus eidem competere. Sin verò Actor ita ſuccubuit, ut pro reo, ſeu poſſeſſore pronuntiatum ſit dominium ei competere, tunc agenti poſſeſſorio adipiſcendæ obſtat exceptio rei judicatæ ſuper proprietate, ſeo defectus notorius proprietatis, ut notat Panormitanus in *d. c. Paſtoralis 5. n. 27. h. t.* ubi ait, quòd hæres poſt aditam hæreditatem petena poſſeſſionem alicujua rei, quæ mortis tempore pertinebat ad defunctum, poſſit à poſſeſſore

repelli

repelli exceptione ſibi competentis dominii, ſi id notorium ſit, vel poſſit ſtatim probari: & ratio ex eo deſumitur, quia cùm Domino ſuæ rei competat ejusdem vindicatio, ideo fruſtra contra ipſum agit alius judicio poſſeſſorio, ut rem ſibi tradat, quando poſt traditionem eſt iterum reſtituenda.

12 Hoc idem etiam procedit de judicio poſſeſſorio recuperandæ, ſiquidem hoc intentari nequit ob notorium defectum proprietatis, quo res judicio petitorio fuit adjudicata ſpoliatori. Quamobrem qui in petitorio ita ſuccubuit, ut Poſſeſſori dominium ſit adjudicatum, non poteſt intentare judicium poſſeſſorium, eò quia proprietas abſolveret poſſeſſorium, adeò ut non poſſit competere ei, quem conſtat non eſſe Dominum; nec contra eum, quem rei Dominum eſſe conſtat. Cæterùm qui agit judicio petitorio in rebus corporalibus cenſetur eo ipſo renuntiare judicio poſſeſſorio retinendæ. Ratio eſt, quia poſſeſſorium retinendæ, & petitorium ſunt duo contraria, quæ ſimul non poſſunt conſiſtere. Verùm id limitatur primò, ſi intentans petitorium neſciat, ſe in poſſeſſione eſſe, eò quia alius officialis nomine ipſius poſſidet, hic enim poſtquam reſciverit, poteſt cumulare poſſeſſorium retinendæ, quia tunc non præſumitur illi renuntiâſſe ob ignorantiam, ut notat Gloſſa in *d. c. paſtoralis §. V. naturaliter h. t.* imò limitatur etiam, ſi non utramque poſſeſſionem naturalem, & civilem retineat; ſed naturalem amiſerit, quam aliquis precariò tenet, nec vult reſtituere, proinde turbat, & impedit civilem. Rurſus ſi Petrus Paulo abſente clam invaſerit ejus naturalem poſſeſſionem, adeò ut civilis poſſeſſio Pauli etiam periclitetur, poteſt tunc Paulus cumulare poſſeſſorium retinendæ cum petitorio, & poteſt petere ſe per Judicis ſententiam confirmari in poſſeſſione civili, ne illam amittat, & ſimul poteſt petere ſibi reſtitui rem à poſſeſſore, qui eam precariò, & clam poſſidet. Demum limitatur, quia in juribus, & ſervitutibus poſſeſſor unà cùm poſſeſſorio retinendæ poteſt cumulare confeſſoriam, aut negatoriam actionem in rem, ut ſi Petrus jure itineris per agrum ſui vicini uno anno tricies uſus fuerit, & Dominus fundi ejus tranſitum velit impedire, poteſt tunc Petrus agere interdicto uti poſſidetis, & tunc non tenetur aliud probare, quàm ſuam poſſeſſionem, tot repetitis actibus acquiſitam cum patientia vicini, & inſuper turbationem ejusdem *l. 1. ff. de itinere actúque.*

13 Quæritur decimò, an ſi ſimul judicio poſſeſſorio, & petitorio actum fuit, debeat utrumque una ſententia terminari? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. cum dilectus 6. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd quando actum eſt ſuper poſſeſſorio, & petitorio, utrumque ſit terminandum unicâ ſententiâ, ita tamen ut in ea formanda priùs pronuntiatur de poſſeſſione, licèt in executione debeat proprietas prævalere. Ratio ex eo deducitur, quia Judex eo ipſo, quòd cognoſcit de aliqua re tenetur ex officio de eadem pronuntiare *c. cum ſuper 4. h. t.* Sin autem non pronuntiaret eodem tempore ſuper petitorio, & poſſeſſorio cum de iisdem ſimultaneis actibus cognoverit, pars illa, pro qua poſtponeret ſententiam ferre, interim gravaretur ex denegata juſtitia *c. 1. de mut. petit.* proinde ut Judex absque acceptione perſonarum juſtitiam adminiſtret, debet per unam, eandémque ſententiam utramque cauſam terminare. Et quamvis revera ſint duæ ſententiæ, nihilominus dicitur una ob unitatem folii, & temporis, eò quia ſit ſimul lata, ſimúlque ſcripta. Præmittitur tamen ſententia ſuper poſſeſſorium, adeò ut priùs pronuntietur poſſeſſorium, quia juxta petitionem libelli eſt ſententia condemnatoria, vel abſolutoria ferenda *c. licèt Heli §. 1. de Simon.* & cùm ſit ordinarii juris ut priùs diſcutiatur de poſſeſſione, quàm de proprietate *c. cum ad ultimum 2. h. t.* ideo ſequitur, ut in ſententia ferenda ſit etiam talis ordo pronuntiandi ſervandus, ut dicitur in textu *d. c. 6. cum dilectus h. t.* In exequendo tamen prævalet petitorium, quia proprietas eſt longe nobilior, quàm poſſeſſio *l. bona fides*, & ibi Gloſſa *§. depoſit.* & quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum *c. quod de conſec. Eccleſ. vel altar.* ſequitur, quòd in executione talis ſententiæ debeat proprietas prævalere poſſeſſioni.

Hoc autem procedit, quando poſſeſſorium, & petitorium poſſunt ſimul cumulari, ſecus quando non poſſunt, eò quia ſint duo repugnantia; ſcilicet poſſeſſorium retinendæ in rebus corporalibus, & petitorium; vel quando petitorio judicio obſtat exceptio rei judicatæ, quia Poſſeſſori dominium adjudicatum ſit. Cæterùm cauſa petitorii, & cauſa poſſeſſorii poſſunt etiam cumulari non ſolùm ſi unus utrumque juditium intentet, ſed etiam ſi diverſi; ut ſi unus contra turbatorem, ſeu moleſtantem agat poſſeſſorio retinendæ, & ille excipiat de competente ſibi proprietate. Imò hæc cumulatio fieri poteſt non ſolùm quando ambæ cauſæ cumulantur in eodem libello, ſed etiam quando in diverſis, antequam in cauſa concluſum ſit, ut docet Panormitanus in *d. c. cum dilectus 6. n. 6. h. t.* 14

Quæritur undecimò, an beneficium ſit illi adjudicandum, qui probavit collatorem ſuum tempore collationis fuiſſe in poſſeſſione conferendi: Reſpondetur affirmativè, & deſumitur *ex c. cum olim. 7. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd beneficiatus, qui probat collatorem fuiſſe in poſſeſſione conferendi beneficium tempore collationis ſibi factæ relinquendus ſit in poſſeſſione; poſſit tamen adverſarius agere contra collatorem circa proprietatem juris conferendi: ex quo textu liquet, electionem, collationem, & præſentationem ad beneficium factam ab eo, qui bona fide erat in poſſeſſione juris eligendi, conferendi, & præſentandi debere ſubſiſtere, tametſi proprietas juris non ad ipſum, ſed ad alium pertineat, & deſumitur etiam ex *c. querelam 24. de elect. juncta* Gloſſa *V. ſuper jure*, ubi dicitur ſufficere, ſi electus probet, eligentem fuiſſe in quaſi poſſeſſione juris, tametſi poſtea appareat, quòd proprietas ad alterum pertineat. Itaque habetur etiam in *c. conſultationibus 19. de jurepatronat.* ubi dicitur, quòd præſentatus ad beneficium ab eo, qui erat in poſſeſſione juris patronatus, poſtquam inſtitutus eſt, non debeat removeri, quamvis jus illud poſtea judicio peti- 15

torio evincatur ſeparatum à poſſeſſione juris patronatus. Ratio deſumitur ax ao, quia eligere, conferre, præſantara ſunt quaſi fructus baneficii, vel dignitatis, & juris confarendi, ut notat Gloſſa in *c. cùm olim de major. & obed.* atqui fructus ſequuntur poſſeſſoram *c. querelam de elect.* proinde quando quæritur de validitate collationis, non attenditur apud quem ſit ajus proprietas, ſed apud quem ſit poſſeſſio conferendi, ut dicitur in *d. c. cum olim. 7. b. t.*

16 Dabet taman eſſa poſſeſſio cum bona fide alioquin collatio non valeret, ut notat Innocentius in *c. 2. de in integr. reſtit.* perinde ac Poſſaſſor malæ fidai non facit fructus ſuos *c. vigilanti de præſcript. l. certum C. de rei vindic.* Panormitanus in *d. c. cum olim 7. n. 7. b. t.* adfart aliam rationem; quia hi actus alactio, & præſentatio non procedunt ax jure quaſi dominii competentis Electori, collatori, aut Patrono, ſed potiùs ex aſſiſtentia canonis dantis illi talem poteſtatem, ſi habeat bonæ fidai poſſeſſionam, & adminiſtrationam; hinc qui titulum ſuæ collationis vult juſtificare, ſatisfacit, ſi oſtendat, collatorem fuiſſa in poſſeſſiona juris, & ejus adverſarius nil obtinet, quamvis oſtandat, collationem illi ab eo factam, ad quem quaſi proprietas juris pertinabat, tunc enim poſſeſſio ſuperat proprietatem, ut notat Maſcardus *tom. 1. conclus. 173. n. 6.* Varùm per hoc non prohibetur ſuccumbans agara de propriatate juris conferendi cum ipſo collatore, quia rea inter alios acta aliis nocere non debet *l. 1. C. res inter alios act.*

17 Quæritur duodecimò, an petenti rem jure dominii ſufficiat probare poſſeſſionam? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. in cauſa ult. h. t.* & ratio eſt, quia nil commune habet proprietas cum poſſeſſiona *l. natur. ff. de acquir. poſſeſſ.* ax diverſis autam non fit illatio *l. Papin ff. de Minor.* & non probat hoc aſſa, quod ab hoc contingit abeſſe *c. tua de ſpons.* proinde ad probandum dominium non ſufficit probare poſſeſſionem, ut habetur in textu, & in *l. officium ff. de rei vindic.*

18 Quæritur tertiodecimò, par quid poſſeſſio juris dicatur differre à poſſeſſione facti? Reſpondetur cum Gloſſa in *regula 3. V. ſine poſſeſſione de reg. jur. in 6.* poſſeſſionem juris, quæ & civilis dicitur, aam eſſa, quæ habetur juris adminiculo: quæ ſi civilis tantùm ſit aliud in re non eſt, quàm ipſummat jus poſſidandi ſolo animo retantum: ut ſi quis à ſuo agro diſcedat, non tamen inde diſcadit animo relinquendi poſſeſſionem, cùm ſit ad ipſum reverſurus, & tunc ager de jura dicitur civiliter ab illo poſſideri, & hæc poſſaſſio vocatur juris, & purè civilis *l. licèt 4. C. de acquir. poſſeſſ.* & hæc poſſeſſio ſamper eſt juſta, utpote juris adminiculo ſobnixa, vocatúrque civilis, aò quia juris civilis diſpoſitiona introducta ſit, ejúſque authoritate fulciatur. Poſſeſſio facti, quæ & naturalis, ſeu corporalis dicitur, aſt ipſe actus poſſidandi, ſeu corporalis datentio rei, quam habet apud ſa, & quia poteſt quis rem apud ſa detinare juſtà, val injuſtè, ideo poſſeſſio facti bipartitur in juſtam, & injuſtam: illa eſt, quâ res juſtè, ſeu cum ejus dominio poſſidetur, & conjungitur cum civili; fulcitúrque etiam ipſo juris adminiculo. Injuſta non connectitur cum civili, & eſt tantùm facti absqua jure, ut cum quis detinat apud ſa re alienam invito Domino, vel furto ſublatam. Alia eſt etiam poſſeſſio juris, & facti ſimul, & ea dicitur, quæ utramqua includit poſſeſſionem juris, & facti, qua ſcilicet res non ſolùm actu poſſidetur, ſed etiam fulcitur adminiculo juris: hæcqua poſſeſſio ſamper aſt juſta, & convenit cuilibet Domino poſſidenti rem ſuam, per corporalem inſiſtentiam. Hæcqua poſſeſſio dicitur naturalis, quia jura naturali primitùs fuit inducta, & apud omnes gentea cuſtodita, adeò ut vim non habeat ſuam ax mera diſpoſitiona legum civilium, tametſi ab iiſdem ob naturalem ſuam æquitatem fuarit approbata; & rationa hujus approbationis vocatur poſſeſſio facti, & juris ſimul, ſeu naturalis, & civilis.

Hinc qui alieno nomina poſſidat, ut Inquilinus, Procurator, talis propriè non dicitur poſſidere; aliud enim eſt poſſidere ram ſuam: & aliud alieno nomine, qui enim alieno nomina rem poſſidet, non ram ſuam, ſed rem alienam alieno nomine poſſidet. *l. quod meo §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. cùm veniſſent 9. §. fin. de reſtitut. ſpoliat.* Hinc ſi Titius parſonaliter diſcedat à ſuo fundo, in quo relinquat ut procuratorem, vel cuſtodem Caium, qui ſuo nomine ſit in poſſaſſiona talis fundi; non Cajus, qui non habet dominium in fundo, dicitur fundum poſſidere, ſed Titius, qui non ſolùm retinet fundi illius poſſeſſionam animo ſuo, varùm etiam naturalem corpore alterius *l. 1. §. non alii ff. de vi, & vi armat.* ubi Titius dicitur retinere poſſaſſionam civilem talis fundi per ſe, & naturalam par Cajum ſuum Procuratorem. Rurſus alia aſt poſſaſſio quæ dicitur civiliſſima, eſtqua, quæ acquiritur ex mara legis diſpoſitione absqua alio actu noſtri corporis, *argum. l. raptores. C. de Epiſcop. & Cleric.* ubi habetur: *Eccleſia verò omnem proprietatem, & plenam poſſeſſionem earundem rerum noſtro habeat beneficio;* verum hæc poſſeſſio non conſtituit novam ſpeciem poſſeſſionis civilis, ſed tantùm importat differentiam in modo acquirendi: utraque habatur beneficio juris, & legis diſpoſitione; cum hoc tamen diſcrimine, quòd poſſeſſio civilis prærequirat apprahenſionem veram, vel fictam rei poſſeſſæ, non ita poſſeſſio civiliſſima, quæ ex ſola legis, vel conſuetudinis diſpoſitione acquiritur ſine alio actu apprahenſionis corporalis, vero, val ficto actu, ut notat Jaſon in *l. poſſeſſ. n. 72. de acquir. poſſeſſ.*

Quæritur quartodecimò, per quid poſſeſſio differat à proprietate? Reſpondetur, quòd tametſi intardum nomen poſſeſſionis ſignificet etiam propriatatam, differt taman poſſeſſio à proprietate. Quòd enim intardum idem ſignificet claret ex *l. interdum ff. de V. S.* ubi habetur: *Interdum proprietatem quoque verbum poſſeſſionis ſignificat: ſicut in eo, qui poſſeſſiones ſuas legâſſet, reſponſum eſt.* Quòd verò differant habetur in *l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.* ibi: *Nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione:* & quamvis hæc 20

jura

jura poſſint intentari, & frequenter intententur in eadem re, adhuc tamen diſtinguuntur, adeò ut ſententia lata in uno non præjudicet in altero, quo fit, ut proprietas nil cenſeatur habere commune cum poſſeſſione, & interdum contingat, ut quis ſit poſſeſſor, qui non eſt Dominus; & alter Dominus, qui non ſit poſſeſſor *l. 1. §. hujus autem ff. uti poſſidetis*; idque patet in rebus mobilibus furtim invito Domino ſublatis; tametſi fur habeat poſſeſſionem rei furto ſublatæ, non ita proprietatem, quia hæc nectitur dominio rei, & fur non eſt Dominus. Is verò, cui res fuit furto ablata, habet proprietatem, ſeu dominium in rem illam clangulò ſibi ablatam, ſed non poſſeſſionem ſaltem naturalem, cùm ab ipſo non poſſideatur: & quamvis tam poſſeſſio, quàm proprietas dicatur eſſe jus quoddam ſpirituale, exinde tantùm ſequitur, quòd conveniant genericè in jure ſpirituali, non verò, quòd in ſpecie, & ſecundùm propriam naturam conveniant. Præterea poſſeſſio eſt jus, quo quis rem ſuam apud ſe detinet: proprietas verò eſt dominium, quo quis habet jus in rem illam, quamvis actù eam non poſſideat: hinc nec à poſſeſſione adproprietatem; neque ab hac, ad illam valet illatio, eò quia ſint duo diverſa *argum. l. Papinianus exul. ff. de minor.* ut notat Tuſchus *litt. A. concluſ.* 150. *num.* 2. idque procedit tam poſitivè, quàm negativè,

21 Cæterum licèt proprietas dicatur, eſſe idem, ac dominium, & accipi pro dominio in *l. 1. §. hujus autem ff. uti poſſidetis* adhuc tamen inter dominium, & proprietatem id ſolet diſcriminis eſſe, quia dominium laxiùs patet, & extenditur ad quodcunque dominium, ſive directum, ſive utile, ut in feudo, cujus dominium directum pertinet ad ſolum Dominium directum feudi, & utile ad poſſeſſorem feudi: ſecus proprietas propriè ſumitur pro ſolo dominio directo, hinc proprietas dicitur quaſi res propriè tua: eò quia in tali jure parem non habeas. Hæcque ratio, cur proprietas nunquam ſumatur pro ſolo dominio utili: & Feudatarii, Emphyteutæ, & alii hujuſmodi non dicantur habere proprietatem rei: eò quia habeant tantùm dominium utile ejuſdem, & proprietas dicatur eſſe apud ſolum dominum directum, ut notat Jaſon in *l. naturaliter §. nihil commune num.* 13. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Præterea differunt poſſeſſio, & proprietas quoad modum acquirendi: illa enim non poteſt acquiri ſolo animo, & abſque omni apprehenſione vera, vel ficta *l. poſſideri ff. de acquir. poſſeſſ.* proprietas verò interdum acquiritur ſolo animo, & ante actualem rei apprehenſionem: etenim beneficio aditæ hæreditatis omnia jura tranſeunt ad hæredem *l. cum heredes ff. de acquir. poſſeſſ.*

22 Tum quia proprietas, ſeu dominium nonniſi ex unica cauſa haberi poteſt *l. non ut ex pluribus cauſis de reg. jur.* quod enim meum eſt, ex alia cauſa meum fieri non poteſt, niſi deſierit eſſe meum, ut ait Pontifex in *c. inter dilectos §. cæterum de fide inſtrum.* poſſeſſio verò ex pluribus cauſis non contrariis haberi poteſt. Rurſus proprietas ſolo animo amitti non poteſt *l. ſi quis vi §. 2. de acquir. poſſeſſ.* Quod tamen intelligitur de ſolo animo, & retenta adhuc poſſeſſione rei, alioquin deperditur dominium, & res habetur pro derelicta, ſi Dominus eo animo illam abjecerit, ut inter res ſuas nolit ampliùs eam recenſere *§. penult. inſtit. de rer. divis.* ſecus poſſeſſio ſolo animo amitti poteſt *l. ſi quis vi de acquir. poſſeſſ.* Præterea proprietas cauſat petitorium, ſeu rei vindicationem, poſſeſſio verò cauſat tantùm interdicta, ſeu remedia poſſeſſoria, adeò ut proprietas, & poſſeſſio differant etiam quoad affectus, quos habent diverſos.

Quæritur quintodecimò, quænam ſint commoda, ſeu privilegia poſſeſſionis? Reſpondetur, plura à juriſtis aſſignari. Primò quia commodius ſemper eſt poſſidere, quàm petere hinc Gloſſa in *lib. feud. tit. de pace tenenda V. acquirat.* vocat poſſidentes beatos, niſi adverſarius probaverit de jure ſuo, quia deficiente probatione res adjudicatur poſſidenti. Secundò quia poſſeſſio relevat ab onere probandi, quod transfert in actorem *c. cùm Eccleſia 3. §. fin. h. t.* ubi Pontifex ait, *actore non probante, qui convenitur, & ſi nihil præſtiterit, obtinebit*: hoc eſt, perſeverabit in ſua poſſeſſione, cui conſonat textus in *l. poſſeſſiones C. de probat.* ubi dicitur: *Non enim poſſeſſori incumbit neceſſitas probandi, poſſeſſiones ad ſe pertinere; cùm actore in probatione ceſſante dominium apud eum remaneat.* Verùm id limitatur, ut notat Gloſſa in *can. accuſator 6. q. 5.* quia ratione præſumptionis ſtantis contra poſſeſſorem interdum onus probandi transfertur in reum, ſeu poſſeſſorem *c. unic. ut beneficia Eccleſiaſtica*, & *c. ult. §. ſanè de jurejur.* ubi ratione præſumptionis contra reum poſſeſſorem, & ſtantis pro actore defertur onus probandi reo poſſeſſori. Imò id etiam contingit, quando actor fundat intentionem ſuam in jure communi, tunc enim jus ſtat pro ipſo, & Reo poſſeſſori incumbit onus probandi *argum. can. contra morem diſt.* 100. Limitatur etiam præfata regula, ubi utraque pars litigantium tenetur probare, & quæ meliùs probaverit ſuam intentionem, inducitur in poſſeſſionem rei, & altera cauſâ cadit. Idque etiam contingit, quando utraque pars contendit, ſe poſſidere.

Cæterum in pari cauſa melior ſemper eſt conditio poſſidentis juxta *regulam 65. jur. in 6.* qui enim in pari cauſa duos titulos habet unum minùs certum, parem tamen titulo adverſarii, nempe quòd proprietas rei ad ipſum pertineat: & alterum certum, ſcilicet poſſeſſionem talis rei, quo titulo caret adverſarius, meritò tunc in paritate cauſæ circa proprietatem præfertur poſſeſſor adverſario: quia fortiùs ſtringunt duo vincula, quàm unum tantùm. Excipiuntur tamen cauſæ favorabiles matrimonii, libertatis, dotis, teſtamenti, in quibus ſi utriusque partis probationes æquales ſint, non judicatur in favorem poſſeſſoris, ſed matrimonii, teſtamenti, dotis, ac libertatis 24

c. ult. de ſent. & re judic. Neque procedit allata regula in ſimonia reali, quia poſſidens aliquid ſimoniacè tenetur illud reſtituere, tametſi par ſit delictum dantis, & recipientis ſimoniacè *c. de hoc 11. de ſimon.*

25 Id etiam affert poſſeſſio beneficii, & commodi, ut pariat præſumptionem bonæ fidei, hinc quilibet poſſideos cenſetur in dubio eſſe poſſeſſor bonæ fidei, ut notat Petrus de Ubaldis io repetit. io *c. ſi diligenti numer. 28. de præſcript.* & Maſcardua *concluſ.* 1007. *de probat. num.* 17. ubi docet, eum, qui rem poſſidet, ceoſeri, eam poſſidere bona fide, oiſi cootratium probetur, quia quisque ſemper ſupponitur bonus, donec probetur malus *c. ult. de præſumpt.* & nemo præſumitur delinquere, imò cenſetur quiaque uti jure ſuo *l. merito ff. pro ſocio*, unde poſſidens, oiſi aliud probetur, præſumitur jure poſſidere. Verùm hæc regola fallit, quando conſtat de antiquiore poſſeſſore; quia poſſeſſio recena præſumitur tunc vitioſa, & clandeſtina, & qui recèna poſſidet, præſumitur, eſſe in mala fide *argum. c. licèt cauſam 9. de probat.* quia tune eontra recentiorem poſſeſſorem poteſt antiquior jure opponere malam fidem, & io eum retorquere illud in *l. ult. C. unde vi.* Quod tuum non erat, ſcire debebas ad alium pertinere. Præterea cùm duo ſimul, & in ſolidum neqoeant rem eandem poſſidere; & antiquior poſſeſſor præſumatur etiam hodie poſſidere, niſi quid aliud in contrarium producatur *argum. l. licet C. de acquir. poſſeſſ.* ideo juniori poſſeſſoti, & actu rem poſſidenti præfertur antiquior, niſi recentior docuerit de jure, quo rem poſſidet: niſi fortaſſia junior poſſideos poſſediſſet rem illam per longiſſimum tempus, ut per 30. annos: quia tune ratione hujus diutornitatia præſumitur eſſe in bona fide. Imò ſuffieit, ſi junior poſſidena probet, ſe per decem annos poſſediſſe rem illam, & antiquiorem deſiiſſe toto eo tempore poſſidere: quia per deſiſtentiam decennii inducitur oblivio, & amiſſio poſſeſſionis ex parte alterius, qui habuit anteriorem, à quo deſtitit per decennium, ut probat Maſcardus *concluſ.* 1200. *num.* 86. Neque procedit regula, quando intervenit denuntiatio, ut ſi Dominus equi denuntiet, ne quis talem equum emat, tune poſſeſſio non patir præſumptionem bonæ fidei, quia talia denuntiatio conſtituit emptorem malæ fidei poſſeſſorem *l. ſi fundum C. de rei vendic.* Neque procedit cùm quis rem acquirit contra jus *l. quemadmodum C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. vel mercatur eontra leges, & earum prohibitionem, quia juxta *regulam* 82. *jur. in* 6. Qui contra jura mercatur, non præſumitur bonam fidem habere.

26 Cæterum poſſeſſio parit etiam præſumptionem dominii *argum. l. penult. C. de rei vendic.* & §. *retinendæ inſtit. de interdic.* hinc is dicitur habere, qui utitur, & jure poſſeſſionis fruitur *l. Prætor ait 2.* §. *habere ff. ne quid in loco publico.* Poſſeſſor enim rei præſumitur, eſſe dominus ejusdem, & opponenti oppoſitum incumbit onus probandi, ut notat Tuſchus *litt. P. concluſ. 427. num.* 13. Verùm id procedit, quando domiolum deducitur in judicium incidenter, ſecus enim ſi principaliter, cùm agitur de rei veodicatione, quia tunc probatio dominii eſt neceſſaria *argu. c. cum Eccleſia 3. h. t.* Rurſus poſſeſſio id etiam adfert commodi, quia ſi duo cauſam habeant ab eodem Domino, melior ſit conditio illiua in detinendo dominio, qui poſſidet *l. quoties C. de rei vendic.* Verùm id fallit in cauſis matrimonialibus *c. tuas 5. de ſponſa duor.* ubi declaratur, eum, qui duas duxit uxorea, quamvis ſecuodam poſſideat, & matrimonium cum ipſa conſummaverit rejectâ primâ, debere in uxorem habere primam, quia cùm validè contraxerit eum illa, ſecundum matrimonium eſt irritum: quia primum eſt indiſſolubile jure divino. Rurſus fallit etiam in beneficiis Eccleſiaſticis, in quibus valet prima collatio non ſecunda, quamvis hæc conjuncta ſit cum poſſeſſione, ſeu actuali receptione talis beneficii *c. eum cui 7. de præben. in 6.*

Sunt etiam plura alia commoda, quæ derivantur à poſſeſſione rei; hæc enim parit conditionem uſucapiendi, imò etiam præſcriptionem, ſi cum bona fide fuerit legitimo tempore continuata. Parit etiam reſtitutionem ſpoliati, ſi violenter fuit à poſſeſſione rei dejectus. Item poſſeſſio bonæ fidei tribuit poſſeſſori jus adminiſtrationis, & lucrandi fructua ex re taliter poſſeſſa perceptos. Rurſua qui tempote motæ litis eſt in poſſeſſione rei, quam nec vi, nec clam, nec precariò poſſidet, debet à Judice defendi, ac in ſua poſſeſſione manuteneri *l. 1. ff. ut poſſidetis.* imò etiam vitioſa poſſeſſio prodeſt poſſidenti contra extraneos, quamvis non contra Dominum rei, hinc Pontifex in *c. in litteris 5. de reſtit. ſpoliat.* reſcribit, ſecundùm rigorem juris, & ipſum prædonem eſſe teſtituendum: unde poſſeſſio id etiam adfert commodi, quia poſſeſſor, ſi à ſua detutbetur violenter poſſeſſione, poſſit vim vi repellere, & rem ſuam tueri cum moderamioe inculpatæ tutelæ. Sunt etiam alia commoda, quæ recenſentor à juriaperitis, quæ tamen minoris ſunt momenti. 27

Quæritur ſextodecimò, quotuplex ſit interdictum. Eſt interdictum, ot ad præſens pertinet inſtitutum, ſolemnis conceptio verborum, quibus Prætor, ſeu Judex jubet aliquid fieri, vel prohibet, maximè ſuper poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione §. 1. *inſtit. de interdict.* ibi: *Erant autem interdicta Forma, atque conceptiones verborum, quibus Prætor, aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat; quod tunc maximè fiebat, cùm de poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione inter alios contendebatur.* Conſuetudo tamen inolevit, ut inter interdictum, & actioeem nullum in effectu ponatur diſcrimen, & interdictum dicatur actio prætoria, ſeu inventa à prætore, 28

tore, & obligans in quantum religioni judicantis æquum viſum fuerit, ſeu eſt interdictum actio extraordinaria in factum, ac poſſeſſionem, vel adipiſcendam, vel retinendam, vel recuperandam *§. fin. inſtit. de interdict.* Hinc reſpondetur, interdictorum varias eſſe ſpecies, ac diviſiones: ſiquidem reſpectu rerum dividuntur in ea, quæ dantur de rebus divinis, & alia de humania; & de iſtia ſubdividuntur juxta rerum humanarum diviſiones, hinc interdicta alia dicuntur competere de rebus, quæ nullius ſunt; & alia de illis, quæ ſunt alicujus, & ſubdividuntur interdicta juxta diviſionea rerum, quæ ſunt, vel publicæ, ut viæ, flumina: vel pertinent ad privatas perſonas, vel ad aliquam univerſitatem.

29 Rurſus ratione effectuum dividuntur interdicta in prohibitoria, quibus Prætor prohibet aliquid fieri. In reſtitutoria, quibus Prætor jubet aliquid reſtitui, ut ſi quis dejectus à poſſeſſione ſui agri fuerit, & mandet Prætor, ut in poſſeſſione ejusdem agri reſtituatur. Aliqua ſunt exhibitoria, quibus Prætor jubet aliquid exhiberi, ut cùm iubet exhiberi, hominem, de cuius libertate agitur, ſi detineatur alicubi invitus. Sunt etiam interdicta, quæ vocantur mixta, & quæ ſunt ſimul prohibitoria, & exhibitoria, cuiusmodi eſt interdictum, *ne vis ei fiat, qui in poſſeſſionem miſſus eſt:* hoc interdictum dicitur mixtum ex prohibitorio, & reſtitutorio, quia ſimul prohibet vim fieri poſſidenti, ſimúlque præcipit amiſſam reſtitui poſſeſſionem.

30 Rurſus alia dicuntur interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis, & ſunt, quæ iis competunt, qui antea non fuerunt poſſeſſionem nacti, & ſubdividuntur in interdicta quorum bonorum, quorum legatorum, & in interdicta Salviana. Interdictum quorum bonorum, dicitur à primis ſuis verbis, quibus incipit, perinde ac reſcripta pontificia interdum ſuam ducunt nomenclationem ab iisdem verbis initialibus. Interdictum quorum bonorum dicitur etiam, quod competit hæredi ad capiendam hæreditatem, quam nunquam habuit contra poſſidentem pro hærede, ſeu putantem ſe hæredem, vel etiam contra eum, qui nullo iure ſcit, ad ſe hæreditatem pertinere, & tamen illam poſſidet. Interdictum quorum legatorum eſt, quod detur hæredi contra legatarium, qui iacente hæreditate apprehendit legatum propria authoritate ad eum finem, ut reſtituat hæredi; quia æquum non eſt, ut quiſpiam ſibi ius dicat, ſed ſibi legata petat ab hærede, ut notat Abbas in *c. paſtoralis 5. n. 12. h. t.* & hoc interdictum etiam dicitur *adipiſcendæ poſſeſſionis* quia locum habet, ſi legatarius occupando præveniat hæredem, qui nunquam habuit poſſeſſionem rei legatæ, ſi enim hanc habuiſſet, & amiſiſſet, competeret illi interdictum *recuperandæ*, ut notat Kling. *tit. de interdict. n. 5.* Interdictum Salvianum ita dictum à ſuo authore Salvo Juliano, accenſetur etiam interdictis adipiſcendæ poſſeſſionis, & competit Domino fundi de pignoribus, ſeu de poſſeſſione rerum coloni tacitè ſibi obligatarum, ne ſuam amittat penſionem *l. 2. ff. de interd.* & *§. ſequens diviſio inſt. eod.* & hoc interdictum procedit etiam contra tertium poſſeſſorem, qui res coloni prædium ruſticum, vel urbanum conducentis loco pignoris fundo illatas, vel alias pro debito occupat *l. 1. ff. de Salvian. interdict.*

Interdictum *retinendæ poſſeſſionis* eſt, quo quis agit, ut poſſeſſionem retineat, quam habet, & ſubdividitur in interdictum *uti poſſidetis*, & tunc procedit, quando agitur de retinenda poſſeſſione rerum immobilium: & in interdictum *utrobi*, & procedit, quando agitur de retinenda poſſeſſione rerum mobilium. Interdictum recuperandæ poſſeſſionis eſt, quod datur pro recuperande poſſeſſione rerum immobilium, ædium, agri, caſtri; qui enim injuſtè à tali poſſeſſione eſt dejectus, reſtituitur beneficio hujus interdicti; quod iis propterea competit, qui à poſſeſſione rerum ſuarum immobilium fuerunt dejecti: virtute enim interdicti recuperandæ poſſeſſionis is, qui alium dejecit à poſſeſſione rei ſuæ immobilis, adigitur reſtituere illi poſſeſſionem. Imò id etiam procedit, quando quis ab eo, qui dejecit antea per intervallum vi, aut clam, aut precariò poſſeſſionem acquiſivit, eſt enim etiam is reſtituendus *c. in litteris 5. de reſtit. ſpoliat.* Pro rebus autem mobilibus in ordine ad earundem recuperandam poſſeſſionem non competit propriè hoc interdictum recuperandæ poſſeſſionis, ſed actio furti, vel actio vi bonorum, aut actio ad exhibendum, quod tamen intelligitur principaliter. 31

Quæritur decimoſeptimò, an lege, vel conſuetudine poſſit introduci, ut acquiratur, vel transferatur poſſeſſio ſine omni corporali rei apprehenſione? Reſpondent communiter juriſperiti affirmativè Bartolus in *l. Raptores C. de Epiſc. & cler.* Menochius *remed. 1. de recuperand. poſſeſſ. n. 404.* Gaillus *lib. 2. pract. obſerv. 152.* & communiter alii vocantes hanc poſſeſſionem civiliſſimam, eò quia nihil facti habeat, ſed totum dependeat à lege, vel ſtatuto, vel conſuetudine longæva, & evinci ſolet ex *c. Ex litteris 2. de conſuet.* ubi approbatur conſuetudo transferendi rerum abſentium poſſeſſionem in Eccleſiam abſque reali earundem apprehenſione; hinc quia talis transmiſſio poſſeſſionis ſine alia apprehenſione corporali revera non eſt prohibita de jure naturali, nil obſtat, quò minus poſſit induci lege, vel ſtatuto. Quòd ſi dicas, id repugnare juri naturali: ſiquidèm naturaliter ad acquirendam rerum corporalium poſſeſſionem requiritur actus naturalis veræ, vel fictæ apprehenſionis *argum l. 1. & l. poſſideri ff. de acquir. poſſeſſ.* Nam contra eſt, quia tametſi de jure naturali neceſſaria ſit corporalis apprehenſio ad acquirendam poſſeſſionem rerum communium, quæ ſub nullius bonis ſunt, ac naturaliter fiunt primò occupantis: non tamen jure naturali requiritur verus, ac proprius actus ad acquirendam poſſeſſionem illarum rerum, quæ prius fuerant à nobis poſſeſſæ, & in noſtris bonis jam extiterint: ſufficit enim, ſi lege, ſtatuto, vel conſuetudine hujusmodi poſſeſſio à nobis acquiratur abſque alia apprehenſione corporali, vera, vel ficta. Tum quia jus naturale exigit ad acquirendam poſſeſſionem rerum veram corporalem apprehenſionem, & non fictã, & nihilominus ex vi legum hu- 32

manarum,&conſtitutionum plerumq; apprehenſione duntaxat ficta acquiritur poſſeſſio: proinde poteſt etiam absque ulla corporali apprehenſione ſola lege, ſtatuto, vel conſuetudine acquiri poſſeſſio. Hinc actor, qui ex lege, vel ſtatuto mittitur in poſſeſſionem bonorum causâ rei ſervandæ; quamvis hanc poſſeſſionem non poſſit intra annum enanciſci ob reſiſtentiam adverſarii, adhuc tamen elapſo anno absque alio actu conſtituitur actor verus ipſius poſſeſſor absque ulla corporali apprehenſione.

33 Quæritur decimooctavò, an ad quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium requiratur bona fides? Reſpondetur, non eſſe opus bona fide, ſed ſufficere, intendere ipſis uti, tanquam jure ſuo, ut notat Pirhing. *h. t. n.* 10. & docet Abbas in *c. cum Eccleſia 3. n. 26. h. t.* quia ſicut in corporalibus; ita etiam in incorporalibus dari poteſt non ſolùm poſſeſſio, ſed etiam quaſi poſſeſſio civilis, quæ ſit juſta, & conjuncta cum bona fide, imò etiam naturalis *argum. c. in litteris 5. de reſtit. ſpoliat.* ibi enim Pontifex reſcribit violenter ejectum de poſſeſſione ſui beneficii eſſe reſtituendum in eodem, tametſi adverſarius probare velit, eum non fuiſſe canonicè inſtitutum. Hinc etiam prædo juxta rigorem juris civilis eſt reſtituendus, quod non procederet, niſi poſſeſſionem ſaltem naturalem acquireret rerum malè ablatarum. Verùm ad validitatem actûs ex tali quaſi poſſeſſione procedentis requiritur, ut quis credat, ſe uti jure ſuo, ut notat Abbas in *d. c. cum Eccleſia n. 26. h. t.* hoc autem perinde eſt ac bona fide poſſidere, quia poſſeſſor malæ fidei non faceret ſuos fructus beneficii, & electio eſt quaſi fructus juris eligendi ut notat Innocentius in *c. cum veniſſent de in integ. reſtit.*

TITULUS XIII.

De reſtitutione ſpoliatorum.

Differt hic titulus à præcedente, quia ille fuit de omnibus interdictis in genere; hic verò tantùm de interdicto *unde vi*, differt etiam à titulo 40. libri primi, qui proponitur de eo, qui vi, vel metu illato rem ſuam licèt coactus tradidit, vel jus ſuum à ſe abdicavit: quia præſens titulus eſt, cum quis nullo ſuo facto, commodo poſſeſſionis ſuæ privatus eſt ab Adverſario, qui eum invitum, & reclamantem vi exſpoliavit: quamobrem interdictum hujus tituli locum tantùm habet in re immobili, vel quæ vice fungitur rei immobilis: & vis hujus interdicti in eo eſt ſita, ut fruſtrationibus amputatis ſtatus ablatæ poſſeſſionis reformetur *l. 14. ſi coloni C. de agric. & cenſitis. lib. 11.* Quamvis igitur in præcedentem titulum omnia ferè incurrant, quæ in pandectis, & Cod. de variis interdictorum generibus, eorúmque uſu proponuntur; nihilominùs rectè illis ſubjicitur hic titulus de reſtitutione ſpoliatorum, quia exigit ſpecialem tractatum ob plura, quæ continet ab aliis diverſa, & ex eo quia ab attrocitate deſcendat facinoris.

SUMMARIUM EXEGETICUM

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

CAP. LICET 1. h. t. Gregorius IX. reſcribit Epiſcopo Conſtantinop. ante omnem litem eſſe reſtituendam poſſeſſionem violenter ablatam: quòd ſi ſpolians cedat juri ſuo, conſentiátque, ut ſpoliatus ante reſtitutionem poſſeſſionis probet proprietatem, tunc omittitur reſtitutio, & expectatur ſententia: ubi notat Gloſſa, violenter ablata eſſe reſtituenda unà cum ſuis fructibus, & ſpoliatorem amittere ſumptus, quos fecit: & quicquid ipſe plantavit, vel ſevit, ſi radices egit cedere loco, & ipſum teneri etiam de eo, quod caſu periit. Sunt tamen reſtituendi ſumptus neceſſarii, ſine quibus res fuiſſet deterior facta. Caterùm liquet ex hoc textu, ſpoliatum poſſe renunciare privilegio reſtitutionis ante omnia facienda

C. SOLICITE 2. h. t. mandat Alexander III. Vigorienſi Epiſcopo ſolicitè inquiri, an Clericus

qui

qui cauſam ſuam ad Sedem Apoſtolicam detulit, fuerit ſpoliatus eo tempore, quo beneficio renunciavit; & ſi deprehendatur, prohibet alterius partis teſtes de juramento, & renunciatione admitti: & è contra teſtes Clerici intendentis probare violentam ſpoliationem recipi. Notandum eſt, ideò Pontificem mandare inquiri de tempore, quo beneficiatus renunciavit beneficio, quia ſi renunciavit juri ſuo antequam apprehendiſſet poſſeſſionem, à qua fuit dejectus, vel ad eam non admiſſus, non potuit ſpoliationem prætendere; quia per renunciationem ſpontaneè factam deperditur dominium, & poſſeſſio l. ſi quis vi §. differentia ff. de acquir. poſſeſſ. *proinde non poteſt agere in poſſeſſorio* c. conſultationibus de offic. deleg. *quod tamen procedit, ſi ſtatim poſt renunciationem fuerit dejectus: ſin verò poſt renunciationem, quis poſſeſſionem retinuerit, vel eam apprehenderit, & fuerit poſtea dejectus; tunc poteſt agere ſuper poſſeſſorio, quia exceptio renunciationis non obſtat, ut judicavit Rota* decif. 151.

C. *ACCEPTA 3. h. t. declarat idem Pont. quòd ſi ſpoliatus agat pro ſpolio, & pars contraria probet ſponte renunciâſſe ſine metu, & vi, ſpoliatum non eſſe audiendum, quia ex tali renunciatione amiſit jus proprietatis ad illam, unde beneficium non eſt illi reſtituendum, ſi tamen renunciatio fuerit facta in manibus ſui ſuperioris, quia tunc præſumitur ſpontanea* argum. l. non eſt veriſimile ff. quod metus cauſa. *Secus ſi renunciatio non fuerit facta in manibus ſui ſuperioris, quia tunc, ut notat Panormitanus hic, non deperditur jus beneficii, imò renunciatio eſt irrita, ut docent Canoniſtæ in* c. quod in dubiis de renunciat.

C. *AUDITA 4. h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi Papa reſcribat ſecundas litteras, ne quid immutetur, ſi per primas litteras fuit lata ſententia, antequam venirent ſecundæ, non revocatur: ſi poſt, ſententia tunc revocatur. Hinc notat Gloſſa, ſententiam latam poſt revocationem litterarum non valere: & Papam per ſuum reſcriptum non intendere derogare juri alicujus. Quòd ſi ſententia non eſt lata, tunc primæ litteræ cenſentur revocatæ per ſecundas* c. cæterum de reſcript.

C. *IN LITTERIS 5. h. t. Idem Pont. ſcribit Epiſcopo Brixienſi, quòd ſi quis dicat, ſe vi ejectũ fuiſſe de poſſeſſione, & adverſarius opponat eum non fuiſſe canonicè electum, debeat priùs agi de violenta ejectione, quàm de canonica inſtitutione: quia ex vi juris etiam prædo eſt reſtituendus. Nota violenter ejectum dici, qui eſt à cujuscunque rei immobilis, vel mobilis, corporalis, vel incorporalis poſſeſſione dejectus. Tunc autem ſi agat interdicto* unde vi, *duo debet probare: primò ſe poſſediſſe tempore ſpoliationis, ſeu habuiſſe poſſeſſionem propriam, non verò nudam detentionem, qualem habet depoſitarius. Secundò ſe fuiſſe ejectum de poſſeſſione ab actore, vel alio ejus nomine. Sin verò agat* remedio recuperandæ per c. ſæpe contingit h. t. *Sufficit, ſi probet, ſe poſſediſſe, & ſpoliatum fuiſſe, & poſſeſſorem eſſe conſcium factæ ſpoliationis, hoc tamen poſtremum non videtur neceſſarium in remedio, quia ſufficit rem aliquando à ſe poſſeſſam probare, & ea ſpoliatum, ſive poſſeſſor modernus conſcius ſit, ſive non, quia eſt actio in rem ipſam.*

C. *ITEM CUM 6. h. t. Idem Pontifex reſcribit Epiſcopo Oxonenſi, quòd ſi ſpoliatus agat unde vi, vel quod vi, aut clam; & adverſarius objiciat crimen; objectio admitti non debeat, neque principalis cauſæ executio retardari; quia ante reſtitutionem eum criminaliter accuſare non poteſt, cum præſumatur eſſe ejus inimicus. Unde obſtat in hoc textu præſumptio juris, quæ militat contra ſuſpectos de inimicitia.*

C. *CONQUERENTE 7. h. t. Reſcribit idem Pont. Epiſcopo Cantuarienſi, eum qui ſpoliat clericum beneficio, non ſervato ordine juris debere priùs reſtituere beneficium, & fructus, deinde agere. Quia ut notat Gloſſa ſpoliatus non tenetur reſpondere de proprietate niſi fuerit priùs reſtitutus. Ex hoc textu liquet, ſpoliatum non ſolùm eum intelligi, qui à privato quocunque ſpoliatur; verùm etiam is, quem Judex prætermiſſo ordine juris compellit beneficio, vel aliis rebus carere, ut fecit Epiſcopus Cantuarienſis, qui clericum causâ non cognitâ extrajudicialiter privavit beneficio. Quòd ſi Judex proceſſiſſet judicialiter, & ſententia allegaretur injuſta, aut nulla ob injuſtam cauſam, vel violatum juris ordinem, tunc ſpoliatus tenetur probare, niſi appellaverit quia ſemper præſumitur pro Judice quando proceſſit in figura judicii, & non fuit appellatum* c. quoniam contra de appellat.

C. *EX TRANSMISSA 8. h. t. Idem Pont. reſcribit, quòd ſi vir probet legitimam diſpenſationem, & copulam, & det cautionem de non inferendo malo mulieri, ſit ei uxor reſtituenda: quòd ſi uxor diffidat viro ob capitale odium, tunc eſt uxor alicui committenda in cuſtodiam, donec cauſa diſcutiatur. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi probetur legitimus conſenſus in facie eccleſiæ, quamvis objiciatur impedimentum, ſit uxor danda viro, niſi impedimentum ſit perpetuum, vel indiſpenſabile, proinde non ſufficit probare ſolam poſſeſſionem.*

C. *CUM VENISSET 9. h. t. reſcribit idem Pont. quòd Clerus poſſidens eccleſiam ſibi conceſſam ab Epiſcopo per alium, à quo poſſeſſionem accipiat poſſit mortuo illo immediato poſſeſſore ingredi poſſeſſionem abſque alio novo conſenſu Epiſcopi, & omnia relicta ab illo poſſeſſore pertinere ad clerum. Ubi notandum eſt cum Gloſſa, quòd tametſi beneficium nondum vacans non poſſit conferri alicui particulari; poteſt tamen conferri collegio, ſeu univerſitati. Quòd ſi quæratur quomodo clerus acquiſierit poſſeſſionem hujus eccleſiæ cùm poſſeſſio non acquiratur niſi animo, & corpore* c. cum noſtris de conceſſ. præbend. *& clerus vivente poſſeſſore non apprehenderit ſaltem corpore, [illegible]ſſionem Eccleſiæ? Reſpondent Canoniſtæ, acquiſiviſſe poſſeſſionem percipiendo primam penſionem authoritate Epiſcopi à Clerico poſſeſſore talis eccleſiæ: fuit enim hæc penſio loco corporalis apprehenſionis.*

C. *EX CONQUÆSTIONE 10. h. t. Lucius III.*

declara

declarat, quòd ſi vir uxorem relinquat, & agat de nullitate matrimonii apud Judices, & mulier petat ſibi reſtitui virum appellando, priùs ſit reſtituendus vir: & omnia acta poſt appellationem ſunt irrita.

C. GRAVI 11. h. t. mandat Cæleſtinus III. eum qui ab aliis rem vi, damno, & injuriâ abſtulit, teneri integrè reſtituere rem, & plenè reſarcire damna, ac fructus non ſolùm perceptos à violento uſurpatore, ſed etiam quos Domini percepiſſent, & rurſus teneri ſatisfacere injuriis. Eſt tamen hæc violentia, ut notat Gloſſa probanda per teſtes. Rurſus bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere fructus extantes, & non conſumptos ante litis conteſtationem: ſed poſt litis conteſtationem debet etiam reſtituere conſumptos poſt eam, adeò ut non ceſſet bona fides ob ſolam denunciationem: poſſeſſor autem malæ fidei tenetur reddere omnes fructus, qui ad eum pervenire probantur ante litis conteſtationem. Violentus verò poſſeſſor tenetur ad omnes, etiam ad eos, quos percepiſſent Domini.

C. OLIM 12. h. t. Reſcribit Innocentius III. quòd ſi Eccleſia ſit promiſſa alicui, & deinde inſcio Domino ſumatur, vel tradatur poſſeſſio ab aliquo cum clauſula ſi placeat Domino, ſi ſtatim vi ejiciatur, non poſſit ejectus agere de poſſeſſorio, & ejiciens ſi modum exceſſit, tenetur ſatisfacere pro modo. Notandum eſt, eum qui poſſidet ſub conditione non dici poſſidere, & acceptam poſſeſſionem non præjudicare domino inſcio: & ideò hanc traditionem conditionatam fuiſſe nullam, quia conditio non fuit impleta, cum Epiſcopus eam ratam non habuerit. Rurſus qui petit reſtitutionem, tenetur probare primò ſe poſſediſſe non ex precariò, vel ex gratia: ſecundò ſe ſpoliatum fuiſſe.

C. PER LITTERAS 13. h. t. cùm mulier Guilelma nomine peteret ſeparari à viro, cui in quarto conſanguinitatis gradu ſe prætendebat eſſe conjunctam, & probationem incontinenti offerret, vir petiit eam ſibi ante omnia reſtitui, eò quia temerè ab illo diverteſſet, & è contra mulier allegaret ſævitiam viri, ob quam non deberet reſtitui Archidiaconus Papam ſuper hoc conſuluit, & quæſivit primò, an in cauſa matrimoniali ſit concedenda reſtitutio, vel neganda, quando opponitur gradus conſanguinitatis, in quo Sedes Apoſtolica non conſuevit diſpenſare, ſi probationes ſint ſtatim promptæ. Secundò, an ſit par ratio de impedimento indiſpenſabili, ac diſpenſabili. Reſcripſit Pontifex, tres eſſe opiniones. Primam affirmare ex c. conqueſtione ſup. quod eſt Lucii III. qui objecta conſanguinitate priùs mandavit virum mulieri reſtitui, quam cognoſci ſuper matrimoniali cauſa. Secundam negare cum textu c. 1. de ordin. cognit. & eſt Clementis III. jubentis, ut objectâ exceptione conſanguinitatis priùs cognoſcatur de ipſa eò quia exceptione probata perimitur principalis quæſtio. Tertiam diſtinguere in caſibus jure divino prohibitis, in quibus Papa non poteſt diſpenſare: & in caſibus jure humano prohibitis: & hac ſententia vult in primis mulierem non eſſe reſtituendam, benè tamen in ſecundis. Hæ tres opiniones non reprobantur.

Sed ad tollendum periculum inceſtûs reſpondet Pontifex, quòd ſi mulier apponens conſanguinitatem præſertim in gradu à lege divina prohibito incontinenti afferat paratas probationes, præſertim ſi fama conſentiat, ſit tunc præcipienda reſtitutio in omnibus præterquàm carnalem copulā, donec cauſa terminetur. Tenetur tamen mulier ad cautelam jurare ſe non objeciſſe malitiosè. Sin verò non habeat in continenti paratas probationes, ſed quærat dilationem tunc mandat Pontifex, ut compellatur cenſuris ad plenam reſtitutionem, quia præſumitur contra eam cum ſua temeritate, & ſine Judice receſſeriſſe à viro: tenetur tamen ipſa ſe abſtinere à toro, & humiliter tollerare cenſuram, donec res probetur, & ipſa abſolvatur: quòd ſi tanta ſit ſævitia viri, ut non ſit mulier apud ipſum tuta, tunc ei non reſtituitur, ſed providetur de ſufficienti ſecuritate.

C. EX PARTE 14. h. t. Reſcribit idem Pont. Epiſcopo Vulterano, quòd quando non præceſſerunt, nec ſunt ſecuta ſponſalia, vel conſenſus legitimus, ſed vir traduxit mulierem in domum ſuam, & mulier diſcedens vult alteri nubere, non poſſit tunc vir petere reſtitutionem mulieris, quia non fuit ſpoliatus, & mulier poteſt agere per Procuratorem.

C. CUM AD SEDEM 15. h. t. Declarat idem Pont. interdictum unde vi non competere contra illum, qui non ſpoliavit, nec mandavit ſpoliare, nec ratam habuit ſpoliationem; quæ ſi non probetur per teſtes, vel partium confeſſionem in judicio, vel per inſtrumenta, vel per evidentiam facti, non caſſatur ſententia, ſi qua lata fuit. Ubi notat Gloſſa, acta in uno judicio fidem facere in alio. Rurſus à ſententia ſuper poſſeſſorio appellari, quamvis legibus contrarium ſit cautum. Rurſus interdictum unde vi dari univerſali ſucceſſori, & non ſingulis.

C. OLIM 16. h. t. Declarat idem Pont. ſpoliatorem, qui poſtea ſpoliatus fuit, nec habet unde reſtituat, non eſſe cogendum ad reſtitutionem, niſi priùs ſit reſtitutus, ut habeat unde reſtituat, & ratio deſumitur ex regula, quæ in textu allegatur, quia inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit, & habetur l. nam 15. ff. de dolo, & qui nihil habet, quod perdat, periculum ejus nihil eſt l. itàque Fullo ff. de furt. C. cum tamen de uſur.

C. OLIM INTER 17. h. t. Idem Pont. declarat, non deberi reſtitutionem parochiæ illi, qui ſe dicit ſpoliatum: & ex eo tantùm probat, quia excomunicavit populum parochiæ qui abſtinuit ab ingreſſu timore excommunicationis. Ubi notat Gloſſa, talem timorem non privare poſſeſſione, quia qui ex timore facit, jam non dicitur facere c. qui timorem de regul. jur. Neque obſtat regulariter facta per metum tenere, quamvis reſcindantur per actionem quod metus cauſa. Nam reſpondet Panormitanus hic n. 10. hunc caſum eſſe de exceptis, in quibus metus facit actum ipſo jure nullum. argum. l. 2. ff. de jud. ubi dicitur quod jurisdictio non prorogetur quando metus intervenit; unde ad prorogandam proinde etiam ad acquirendam juriſdictionem requiritur actus à metu liber.

C. SÆPE

C. SÆPE CONTINGIT 18. h. t. Idem Pont. in Concilio Generali ſtatuit, ut ſpoliator, ſi diſtraxit rem in alterum ſcientem, habeat beneficium reſtitutionis contra retinentem ſcienter. Hinc ſecundùm canones ſubvenitur ſpoliato tum ex officio Judicis contra quemlibet ſpoliatorem argum. c. quia de judic. *Rurſus ſi res diſtrahatur in alterum ſcientem, ſpoliatus habet beneficium reſtitutionis contra retinentem ſcienter, quia jura habent pro eodem auferre, & detinere injuſtè.*

C. PISANIS 19. h. t. Gregorius IX. cùm ad ſopiendam controverſiam ortam inter Piſanos, & Lucanos ſuper quibusdam caſtris, & penſionibus pertinentibus ad Epiſcopum Lucanenſem, cuidam Subdiacono ſuo duo mandâſſet. Primò, ut poſſeſſio, quam habuit Lucanenſis Eccleſia tempore mota controverſia eidem reſtitueretur. Secundò, ut ejusdem poſſeſſionis reſtitutio fieret plenè, & liberè, ſicut eam habuerat antea, quorum primum ad factum, & ſecundum ad modum referebatur; & Subdiaconus modum hunc non ſervâſſet, ut ſcilicet Epiſcopo plenè, ac liberè reſtituerentur penſiones notoriè ab ipſo poſſeſſa (quòd fieri non poterat, niſi dimiſſis caſtris, eò quia illis retentis in poteſtate Piſanorum eſſet, Epiſcopum admittere, vel repellere, Pontifex hunc proceſſum judicavit irritandum. Hinc colligitur, quòd ſi mandetur reſtitutio ſub certo modo; neceſſe eſt, non ſolùm in facto, ſed etiam in modo exequi mandatum alioquin non valet, ſi quid agatur. Qui enim peccat tam in facto, quàm in modo, vel in altero tantùm, factum non valet, ut in electione, quia eadem forma, qua datur, eſt omninò ſervanda. Caterùm juvat obſervare, quod notat Panormitanus in hoc textu n. 1. quòd occupans certum locum, in quo alius liberè ſua jura poſſidebat, ſi per ipſius occupationem non poſſit poſſeſſor ſua jura liberè poſſidere ſicut priùs, poſſit occupator conveniri pro libertate poſſidenda, & non poſſit reſtitutio fieri, niſi dimitcat locum in priſtina libertate.

IN SEXTO.

CAP. FREQUENS 1. h. t. Innocentius III. ſtatuit, ne in civilibus admittatur exceptio ſpoliationis facta ab alio, quàm ab Actore ad colendas dilationes litium in civilibus. In criminalibus autem admittitur facta à quocunque; & ſi autem in civilibus ab Actore, in criminalibus autem à quocunque Reus ſe ſpoliatum aſſerat intra quindecim dierum ſpatium poſt diem, in qua proponitur, hac exceptio probari debet, & ſi diutiùs differat condemnandus eſt ad expenſas; imò ſi aliàs Judici videbitur, poteſt etiam puniri. In criminalibus autem cauſis ille ſpoliatus dicitur, qui tota ſua ſubſtantia, vel majori ejus parte ſpoliatus eſt. Rurſus ſpoliatus à tercio ſi contra ſuum accuſatorem de ſpoliatione excipiat, ſed intra tempus à Judice indultum reſtitutionem non petierit, aut cauſam non terminaverit, non obſtante ſpoliationis exceptione poteſt accuſari. Demum rerum privatarum ſpoliatio agenti ſuper eccleſiis, vel è contra opponi non poteſt. Hinc liquet, plerumque cognitionem cauſa principalis perimi ob nimiam dilationem probandi exceptiones dilatorias, unde quòd in textu cauſa cognitio dicatur perimi, id debet intelligi cum Gloſſa de facto, non de jure: quia de jure exceptio non perimit cauſam, niſi ſit peremptoria. Rurſus liquet, iniquum eſſe reum excipere contra Actorem de ſpoliatione facta à tertio, cum tunc Actor non deliquerit, & factum alterius non poſſit eidem obeſſe l. ſi quis ſuo C. de inoff. teſtam. *Rurſus notandum eſt, quòd inter dies, in quibus oportet ſe ſiſtere in judicio, vel cùm committitur cauſa terminanda intra certum tempus, dies præſentationis litterarum non computatur: quòd ſi ultimus dies eſt feriatus, debet tunc quis prævenire.*

C. AD DECIMAS ult. h. t. reſcribit Bonifacius VIII. Canonicis Sancti Nicolai, quòd ſi clerici petant decimas de prædiis, quæ ſunt in aliena parochia non ſint audiendi, ſi dicant ſe ſpoliatos, niſi probent ſe legitimè poſſediſſe, quia præſumitur injuſtè occupâſſe: ſiquidem prædia in aliena parochia ſita de jure communi ad eandem pertinent, niſi contrarium probetur. Ut enim notat Gloſſa, tenebantur tales Clerici probare titulum, quòd decimas poſſiderent, nec ſufficiens fuit probâſſe poſſeſſionem. Tum quia poſſidens aliquid contra jus præſumitur poſſeſſor malæ fidei. Præterea ex hoc textu liquet, decimas de jure communi pertinere ad illam eccleſiam parochialem, ubi ſunt.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid ſit reſtitutio ſpoliatorum, & quot modis contingat?

Quia nonnunquam contingit, ut duo inter ſe de re aliqua contendentes, antequam litem coram Judice de re illa inſtituant, priùs privatâ violentiâ contra ſe invicem utuntur, ut unus alium violenter privet rebus, quas poſſidet, tunc ſpoliato contra ſpoliatorem competit remedium recuperandæ poſſeſſionis, adeò ut ſpoliatus rectè petat, res ſuas ſibi reſtitui. Hinc poſtquam de cauſis poſſeſ-

poſſeſſoris in genere actom eſt, rectè in præſenti titulo agitur de cauſa reſtitutionis ſpoliatorum, cùm & ipſa poſſeſſoria ſit: ſiquidem pertinet ad interdictum recuperandæ poſſeſſionis.

3 Agitur tamen in præſenti titulo, præſertim de interdicto *unde vi*, quod eſt remedium recuperandæ poſſeſſionis competens ei, qui per aliquem poſſeſſione rei immobilis fundi, vel domûs per vim dejectus, & ſpoliatus eſt *l. 1. in princ. & §. 1. ff. de vi, & vi armat.* Hoc tamen interdictum *unde vi* non concaditnr niſi illi, ſaltem generatim loquendo, qui vi dejectus, ſeo ſpoliatus fuit poſſeſſione rei immobilis, ſive naturaliter, ſive civiliter tantùm rem illam poſſederit.

4 At ſi colonus fundo, vel conductor domo ab altero per vim occupata dejiciatur, tunc interdictum *unde vi* non competit ipſi colono, neque conductori, ſed tantùm ipſi domino: ratio eſt, quia interdictum *unde vi* competit tantùm poſſeſſori; & conductor, ac colonus non dicuntur poſſidere, ſed tantùm tenere rem pertinentem ad alium; prout tamen nomine alterius rem illam tenent, etiam ipſis poteſt competare interdictum *unde vi*, ut etiam ſi ad decennium conductori fundus locatus ſuit, ſi enim intra id tempus per vim fundo ſpolietur, competit ei interdictum *unde vi*, ut etiam Emphyteutæ, & uſufructuario, quia iſti cenſentur eſſe in quaſi poſſeſſione juris, aut dominii utilis.

5 Imò interdictum *unde vi* non ſolùm conceditur illis, qui ſimpliciter, & abſolutè fuerunt rerum ſuarum poſſeſſione ſpoliati, ſed etiam illis, qui liberè poſſidere non poſſunt, ſiquidem quocunque modo ſpoliatus æquum eſt, ut plenè reſtituatur. Secus ſi res ſacræ, vel decimæ ſpirituales eripiantur alicui laico per vim; tunc non competit tali laico interdictum *unde vi*, eò quia res ſacræ non cenſeantur ab ipſo poſſideri ſimpliciter, unde cùm interdictum poſſeſſorium ipſi non competat, ita nec etiam interdictum *unde vi* niſi ex ſpeciali privilegio conceſſa ſit laico poſſeſſio rerum ſpiritualium.

6 Cæterum interdictum *unde vi*, ſeu recuperandæ poſſeſſionis non comperit niſi contra eum, qui alium poſſeſſione ſua dejecit, vel per ſe, vel per alium, dummodo ſpoliatio contigerit, & mandans ſpoliationem talem ſuo nomine factam ratam habuerit, ut deſumitur *c. cum ad ſedem 15. h. t.* quia ſicut mandantes, conſulentes in genere moris cenſentur operati, quod mandant, ſuadent, conſulunt, ita cenſentur ſpoliare, proinda contra ipſos conceditur interdictum *unde vi* recuperandæ poſſeſſionis; & licèt hoc interdictum concedatur etiam hæredi, ac ſucceſſoribus ſpoliati; non tamen competit contra univerſales hæredes, aut ſucceſſores particulares ipſius ſpoliantis, quia cùm ſit remedium pœnale, non debet extendi: & ex alio capite ne hæres ex delicto alterius, cujus hæreditatem obtinet, commodum hauriat; aliam contra ipſum actionem concedunt Juriſtæ, & aliud remedium poſſeſſorium contra ſucceſſorem etiam particularem Canoniſtæ.

Quòd ſi Judex in judicio per ſententiam latam aliquem ſpoliet, privétque poſſeſſione ſua, tunc ſi ſit Judex incompetens, perinde eſt, ac ſi extrajudicialiter, & ut privata perſona ſpoliaret, adeò ut contra talem Judicem agi poſſit interdicto *unde vi*, ut deſumitur ex *c. cùm cauſa 22. de offic. delegat.* ſiquidem non poteſt dici judicium ferri ab eo, qui non haber juriſdictionem, adeò ut ſententia lata à Judice incompetente perinda habeatur, ac ſententia non lata defectu ſcilicet juriſdictionis, hinc ſi Judex laicus contra clericum in cauſa ſpirituali ſententiam dicat, eámque exequatur, ejus ſententia eſt nulla. & habenda, ac ſi non eſſet lata. Quòd ſi Judex ſit competens, habeátque juriſdictionem, qua judicialiter proceſſerit, ſed ordine juris perverterit, ac juſtitiam corruperit, tunc procedendum eſt cum diſtinctione, nam ſi vitium ſit ſubſtantiale, ſeu tale, ex quo ſententia ipſo jure nulla redditur, tunc etiam ejus executio cenſetur ſpoliatio, & contra talem Judicem comperit interdictum *unde vi*, ut deſumitur ex *c. 5. cùm inter 13. de ſent. & re judic.*

7 Sin verò vitium fuerit tantùm accidentale, ob quia Judex ordinem juris immutaverit, non tamen ſubſtantia proceſsûs fuerit vitiata, tunc ſententia lata valet, & mandari poteſt executioni, niſi appelletur, proinde contra ſic procedentem non competit interdictum *unde vi*, eò quia cum juſtitia non fuerit corrupta, nec ſubſtantia proceſsûs immutata, non dicitur violentiam intuliſſe. Sin autem ſententiam injuſtam dixit, tunc debet reus, ſeu ſpoliatus appellare ad reſcindendam ſententiam injuſtam, ut notat Imola in *c. conquerente n. ult.* Facit tamen pro Judice judicialiter procedente, ac ſententiam latam exequente, quòd ſi competens ſit, ac juriſdictione præditus, ſemper præſumitur, quòd juſtè proceſſerit, donec contrarium probetur *argu. c. dilectus 16. de reſcript.* cum Gloſſa recepta in *c. præſentium 3. cauſ. 7. n. 1. in fin.* adeò ut ſi quis velit contra Judicem veluti contra ſpoliatorem agere, teneatur probationes afferre, ac oſtendere ſibi injuriam illatam eſſe, alioquin non eſt reſtituendus. Qui tamen petit reſtitutionem beneficii, non tenetur oſtendere titulum, quo illud poſſidet, ſed ſatis eſt, ſi probet poſſeſſionem, & ſpoliationem.

8 Non tamen interdictum *unde vi* competit liberis contra parentes, neque libertis contra dominos: ſiquidem hoc interdictum continet in ſe atrocitatem facinoris inducentis aliquam infamiam facti apud viros honeſtos: unde locò interdicti tunc datur actio in factum, per quam filius à parente, & libertus à domino, quæ ſibi erepta ſunt, repetere poſſunt, niſi tamen ſpoliatores vi armata uſi fuerint, quia tunc contra illos competit ſpoliatis hoc interdictum *unde vi*. Expirat tamen hoc interdictum *unde vi* ſi intra annum utilem, & non continuum ſpoliatus illud intentaverit, adeò ut hoc interdictum *unde vi* ſive recuperandæ poſſeſſionis, nonniſi intra annum utilem intentari poſſit *l. 1. in princ.* juncta Gloſſa *V. annum.* Nomine autem anni utilis intelligitur, in quo non computatur tempus, quo ſpoliatus agere non poterat propter impedimentum, ſive ex parte actoris, ſive ex parte judicis, ſive rei, ut notat Menoch. *remed 1. recup. poſſeſ.*

n. 405.

n.450. quoad rei tamen perſecutionem de eo, quod ad ſpoliatorem pervenit, etiam poſt annum datur hoc interdictum, imò & per modum exceptionis perpetuò durat: quia quæ temporalia ſunt ad agendum, cenſentur perpetua ad excipiendum.

9 Differt hoc interdictum ab interdicto retinendæ poſſeſſionis, eò quia detur dejecto per vim contra dejectorem, tametſi dejectus vitioſè vi, vel clam, vel precariò ab ipſo dejectore adverſario ſuo poſſederit *l. ſed etſi vi 14.* & quia eſt in odium illius, qui poſterius vi dejecit, ideò non habet hic locum regula juris, quòd Rei ſint favorabiliores, quàm Actores: quòd in pari cauſa potior ſit conditio poſſidentis. Id tamen limitatur, niſi vi dejectus ſtatim dejicientem iterùm dejiciat, ut deſumitur ex *c. olim cauſam 12. h. t.* quia vim vi repellere licet, dummodo non fiat ex intervallo, ſeu aliquid temporis inceſſerit.

10 Quòd ſi de ſpoliatione facta conſtiterit, vel illa legitimè probata fuerit, tùm ſpoliator in judicio non auditur, ſi paratus ſit, ſtatim probare dominium ſibi competere rei illius, de cujus poſſeſſione alium per vim dejecit; ſed ante omnia ſpoliatus reſtituendus eſt *c. Epiſcopi, & c. redintegranda 3. q. 1.* nec compelli poteſt ſpoliatus ad procedendum ad alios eau æ articulos, priusquam reſtitutio ſibi plenè facta fuerit: dicitur reſtitutio plenè facta, quia præter reſtitutionem ſingularum rerum ablatarum, & fructuum, etiam totum intereſſe reſtituendum eſt ſpoliato: quòd ſi ſpoliator neget, res aliquas particulares abſtuliſſe, quas ſpoliatus prætendit, tunc datur ſpoliato in defectu aliarum probationum juramentum in litem hoc pacto, ut pronuntiet valorem, ac intereſſe rerum ablatarum, quam æſtimationem ſi Judex crediderit, eſſe nimiam, poteſt eam ad minorem ſummam moderari, & hac taxatione facta Judex jubet, ſpoliatum jurare, ſe non minus perdidiſſe, quàm per ſe ipſum taxatur, non tamen licebit ultra taxationem jurare *l. ſi quando C. unde vi.* Fructus ſunt etiam reſtituendi non ſolòm illi, qui à die ſpoliationis percepti ſunt, ſed etiam alii, qui interea à ſpoliato percipi potuiſſent, ut habetur in *c. gravis 11. h. t. l. 4. C. unde vi.*

11 Hæc tamen regula de reſtituendo primò ſpoliato habet aliquot limitationes. Primò, ex parte ſpoliati requiritur, quòd antea rem illam, quâ fuit ſpoliatus, poſſederit, fuerítque capax poſſeſſionis, ut deſumitur ex *c. ex parte 14. h. t.* quapropter non reſtituitur laico beneficium eccleſiaſticum, vel rea alia ſpiritualis, qua fuit ſpoliatus, priusquam de legitimo titulo probaverit, quia beneficium ſpirituale, & jura eccleſiaſtica regulariter non conveniunt laicis, nec iſti ſunt capaces talia jura poſſidendi, ut deſumitur ex *c. cauſam 7. de præſcript.*

12 Secundò requiritur, quòd reſtitutio fiat ſine detrimento animæ: hinc ſi mulier ſine judicio Eccleſiæ à proprio viro receſſerit, & contra virum petentem reſtitutionem alleget conſanguinitatem dirimentem matrimonium, dicátque ſine inceſtu non poſſe illa uti: tunc ſi mulier aſſerat, ſe habere paratas probationes ad demonſtrandam conſanguinitatem, & prius ſuper hoc articulo præſtiterit juramentum malitiæ, reſtituetur quidem viro, ſed tantùm in ordine ad gerendam rem domeſticam, non verò quoad thorum: quòd ſi rationes non ſint ſtatim paratæ, ſed tantùm ſperet mulier, producturam probationes, ſi longior ei temporis dilatio concedatur; tunc reſtituitur marito quoad omnia, quia cùm mulier ſine judicio Eccleſiæ receſſerit à viro ſuo, præſumitur contra illam; quòd ſi mulier certò ſciat conſanguinitatem, tunc non debet viro ſuo carnaliter commiſceri, ſed potiùs patienter tolerare eccleſiaſticas cenſuras, quàm lethaliter peccare, ut habetur in *c. litteras 13. h. t.*

In dubio tamen an matrimonium valeat, adeò ut mulier non certò ſciat conſanguinitatem, ſed tantùm eam credat ex aliquibus conjecturis, vel quia id aliqui aſſerant: tunc ſi mulier ex levibus tantùm argumentis id credat, poteſt totum illud dubium ex conſilio Epiſcopi, vel prudentis, & docti confeſſarii deponere, & licitè commorari cum viro quoad debitum reddendum, & petendum: ſin verò ex probabilibus, & gravibus argumentis id credat, poteſt quidem reddere debitum marito, ne illum exiſtentem in bona fide, & poſſeſſione matrimonii jure ſuo privet: non tamen poteſt ipſa à marito debitum exigere, quia in dubio practico non eſt licitum agere, & tutior pars eſt eligenda *c. inquiſitioni de ſent. excommun.* 13

Ob nimiam tamen mariti ſævitiem mulier à viro aufugiens ipſi non reſtituitur, ſi mulier reverà nimiam viri ſævitiem probaverit; ſaltem antequam maritus per juramentum, pignora, aut fidejuſſores, prout Judici magis videbitur, cautionem dederit honeſtè, & mitiùs tractandi uxorem. Quòd ſi auſteritas viri procedat ex odio in uxorem, & mulieri non poſſit ſatis cautum eſſe, tunc non eſt mulier viro reſtituenda, donec maritus odium depoſuerit, ac ſeriò ſe emendaverit, & interim mulier morabitur apud parentes, vel cognatos, aut in alio honeſto loco, ut deſumitur ex *c. litteras c. ex tranſmiſſa h. t.* tenetur tamen in hoc caſu maritus uxori propter ejus ſævitiem fugienti alimenta ſuppeditare, ut notat Gutierez *lib. 1. canon. quæſt. c. 24.* impeditur etiam uxoria reſtitutio, ſi is, qui eam petit, adulterium commiſerit; debet tamen de adulterio tempore petitæ reſtitutionis notoriè conſtare, vel per rei evidentiam, vel per ſententiam, aut confeſſionem judicialem, ut habetur in *c. ſignificaſti de divortiis:* aliqui tamen id explicant, ut verum ſit, quando poſt ſpoliationem commiſſum eſt adulterium, quia ſi commiſſum ſit, antequam maritus eam expulerit; vel uxor ſponte maritum deſeruerit, cenſent, adulterium non poſſe allegari ad impediendam reſtitutionem, idque deſumunt ex *d. c. ſignificaſti*, eò quia ibi textus principaliter loquatur de adulterio commiſſo poſt ſeparationem uxoria à viro. Cæterùm excipiens de adulterio contra reſtitutionem non auditur, ſi ipſe etiam adulterium commiſerit juxta regulam: paria delicta mutua compenſatione tolluntur. 14

Causâ ſpoliationis reſtitutio non datur niſi contra eum, qui ſpoliavit, vel ſpolium ſuo nomine factum ratum habuit, non verò contra tertium poſſeſſorem, qui rem à ſpoliatore ſibi comparavit, 15

ravit, ut deſumitur ex *l. cùm à te 7. ff. de vi, & vi armat.* quod de jure civili rectè procedit: nihilominùs de jure canonico ſpeciale privilegium datur ſpoliato in *c. ſæpè contingit 18. h. t.* unde etiam contra tertium poſſeſſorem, qui rem à ſpoliatore ſcienter ex quocunque titulo accepit, reſtitutionem poſtulare poteſt, tametſi non probet, ſe dominum rei, eò quia id non multum intерſit, quoad periculum animæ, ut ait Pontifex.

16 Poteſt etiam tertius interveniens pro ſuo intereſſe impedire reſtitutionem, ſi ſpoliatus agat contra ſpoliatorem pro recuperanda poſſeſſione, & pendente quæſtione ſpolii aliquis tertius interveniat, qui rem dicat eſſe ſuam, & ad ipſum tantùm pertinere non ad ſpoliatum, nec ad ſpoliatorem, tunc enim ante reſtitutionem audiandus eſt hic tertius ſuperveniens, ut deſumitur ex *l. ſæpe 63. ff. de re judic. c. cum ſuper 17 de ſent. & re judic.* quia cùm pœna ſuos tantùm anthores tenere debeat, reſpectu hujus tertii ceſſat odium ſpoliationis, proinde etiam illa conſtitutio, qua dicitur, ſpoliatus eſſe ante omnia reſtituendos.

17 Quòd ſi clericus, aut Parochus aliquem in re privata ſpoliaverit, deinde egerit contra ipſum ſuper rebus eccleſiaſticis, tunc ei non obſtat ſpolium in re privata factum; ſed illud à ſpoliato particulari actione petendum eſt, ut deſumitur ex *c. 1. in fin. h. t. in 6.* & licèt videatur oppoſitum dici in *c. 2. de ordin cognit.* ubi admiſſa fuit exceptio ſpolii contra Abbatem, qui nobiles ſuper cauſis eccleſiaſticis conveniebat, & dicebatur eos caſtro ſpoliâſſe. Reſpondent plures, conſtitutionem primam ſubire correctionem à poſteriore. Alii dicunt, caſtrum illud pertinuiſſe ad monaſterium, quantum ad jus directi dominii, & tantùm in emphyteuſin fuiſſe nobilibus illis conceſſum, adeò ut utrinque actio fuerit de re eccleſiaſtica.

18 Si quæratur, an de jure canonico valeat lex illa *ſi quis in tantum C. unde vi.* ſiquidem per legem illam ſtatuitur, quòd is, qui propria authoritate poſſeſſionem alterius invadit, ante omnia debeat poſſeſſionem reſtituere, & rurſus ſolvere rei æſtimationem, ſi non fuerit dominus: quòd ſi fuerit dominus, dominium amittat. Communiter reſpondent, legem illam in jure canonico non reperiri immutatam, proinde etiam procedere in illo *argu. l. ſancimus C. de teſtam c. de nov. oper. nunciation.* Cæterùm in cauſis beneficialibus duo reperiuntur ſpecialia. Quorum primum eſt, quòd qui dignitatem, vel beneficium eccleſiaſticum violenter occupaverit, ipſo facto perdat omne jus, quod fortè illi competebat circa tale beneficium, & hoc deſumitur ex *c. eum qui 18. §. fin. de præben. in 6.* Eſt, inquam, id ſpeciale in jure canonico, quia in jure civili noniſi per ſententiam Judicis violentus occupator rei alienæ amittit dominium, ſi quod habebat in illam, ut notat Menoch. de *recuper. poſſeſſ. remed. 8. de recuperat. poſſeſſ. n. 5.* Secundum etiam in jure civili habetur ſpeciale, quòd dominium propter violentiam perditum acquiratur ſpoliato: in beneficialibus verò beneficium per vim occupatum licèt auferatur ab occupante; non tamen pleno jure acquiritur ei, qui poſſidebat, niſi aliunde titulum habeat ad removendum vitioſum ingreſſum ad beneficia: ſiquidem ſine inſtitutione canonica facienda inſpectis priùs qualitatibus inſtituendi, beneficium obtineri non poteſt. Hodiè tamen illa conſtitutio, quæ habetur in *d. l. ſi quis in tantum,* vix habetur in uſu quantùm ad illam pœnam amiſſionis dominii, vel præſtandæ æſtimationis: puniuntur enim hoc pacto delinquentes potiùs pœna arbitraria à Judice infligenda, & præſertim mulcta pecuniaria.

Supereſt tamen explicandus difficilis textus in *c. 2. h. t. in 6.* de reſtitutione ſpoliati, ſi præſumptio juris ſit contra poſſidentem: ibi enim Pontifex dicit, Canonicos à Parocho decimis intra fines ſuæ parochiæ perceptis ſpoliatos, non eſſe reſtituendos, antequam juſtum titulum probaverint; cùm tamen *in c. in litteris 15. h. t.* etiam prædo non habens juſtum titulum de rigore juris dicatur reſtituendus. Ad hanc difficultatem reſpondent aliqui *d. c. 2.* id procedere in cauſis beneficialibus, ne detur ingreſſus vitioſus ad beneficia. Verùm hæc reſponſio non placet, quia in *d. c. in litteris* expreſsè eſt ſermo de cauſa beneficiali. Hinc alii conſtituunt regulam generalem, quòd toties denegetur reſtitutio ante oſtenſum titulum, quoties præſumptio eſt pro ſpoliatore, & contra ſpoliatum, ſeu poſſeſſorem, ut in materia decimarum: ſiquidem decimæ de jure communi cenſantur ad parochum pertinere. Verùm huic reſponſioni videtur obſtare *c. cum Eccleſia 3. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ubi clerici poſſeſſione juris eligendi per canonicos ſpoliati in eandem poſſeſſionem reducuntur, tametſi canonici habuerint præſumptionem pro ſe, quòd jus eligendi Epiſcopum non ad extraneos, ſed Capitulares pertineat. Quamobrem verior, & communior reſponſio eſt Panormitan. & Barboſæ in *d. c. 2. num. 8.* deciſionem illius *c. 2.* procedere, ſi ob anguſtiam temporis præſumptio ſit contra ipſam poſſeſſionem, & econtra propter aſſiſtentiam juris communis pro ſpoliatore: & dicunt, hoc ſatis apertè colligi ex ipſo textu, ubi habetur illud adverbium *aliquamdiu* poſſeſſas eſſe, id eſt per modicum tempus: ſed in facti ſpecie, quæ refertur in *c. 4. de cauſ. poſſeſſ & propriet.* clerici erant ad longum tempus quaſi in poſſeſſione juris eligendi, cùm interfuerint trium Epiſcoporum electioni. 19

Quid verò ſentiendum ſit de tertio, qui rem bona fide emit à ſpoliatore, & ignoraverit ipſum eſſe ſpoliatorem, an teneatur rem illam emptam ante omnia reſtituere ſpoliato, ſi ab ipſo conveniatur. Communior juriſperitorum ſententia eſt affirmativa, licèt ſpoliatus non probet, ſe dominum rei eſſe; & deſumitur ex *cap. ſæpe contingit 10. h. t.* ubi contra tertium ſpolii poſſeſſorem ponitur remedium, ſi fuerit malæ fidei poſſeſſor, & rem ſcienter emerit à ſpoliatore, ex *c. Epiſcopi c. redire cauſa 3. q. 1.* ubi ponitur aliud remedium contra quemlibet etiam bonæ fidei poſſeſſorem, à quocunq; res ſpolio ablata detineatur. Nihilominùs videtur durum, quòd poſſeſſor bonæ fidei, ſi habet juſtū titulum, obligetur ad reſtitutionem 20

tionem præſertim cùm poſſit contingere, quòd ſpoliator fuerit verus dominus rei ablatæ,&ſpoliatus tantùm iniquus poſſeſſor. Unde alii reſpondent, bonæ fidei poſſeſſorem non eſſe ſtatim compellendum ad reſtitutionem,niſi priùs probetur,quis ſit verus dominus rei illius; & aſſerunt, poſſeſſorem malæ fidei,eſſe cogendum ad reſtitutionem, idque ax eo evincunt, quia in *d.c. ſæpe contingit* ſit mentio ſolius poſſeſſoris malæ fidei,nimirum ut is non ſecus,ac ſpoliator ipſe cogi poſſit ad reſtitutionem: aò quia parum intersit, quoad animæ diſcrimen invadere, vel detinere rem alienam: ex eo autem,quòd ibi fiat mentio ſolius poſſeſſoris malæ fidei, inferunt à contrario ſenſu non eſſe ſtatim compellendum ad reſtitutionem poſſeſſorem bonæ fidei, eò quia expreſſio unius ſit excluſio alterius *c. Nonne de præſumpt.* Verùm conſultiùs eſt communiori adhærere ſententiæ, quando ſpoliatus ſummariè docet de bono jure ſuo, adeo ut probet,rem illam ad ſe pertinere, & oſtendat fuiſſe eadem iniquè, & per vim ſpoliatum; ſiquidem videtur id conſonum æquitati, ne ſpoliator per ſuam ſpoliationem iniquam nimis gravet ſpoliatum,ſi nonniſi per probationem dominii poſſit repetere rem ſibi ablatam.

21 Quæritur primò, quænam probanda ſint à ſpoliato, cùm agit ad reſtitutionem rei ſpoliatæ? Reſpondetur, ſpoliatum tunc agentem interdicto *unde vi* ſeu recuperandæ poſſeſſionis duo teneri probare, ſcilicet poſſeſſionem rei tempore, quo fuit illâ ſpoliatus, & ipſam violentam, & iniquam ſpoliationem: unde tenetur probare, ſe poſſediſſe rem illam immobilem tempore ſpoliationis: ratio eſt evidens, quia niſi rem illam poſſediſſet, non potuiſſet eadem ſpoliari; cùm ſpoliatio ſupponat rem poſſideri ab eo, qui illâ ſpoliatur: deinde debet probare, ſe fuiſſe iniquè ſpoliatum, ſeu à juſta poſſeſſione dejectum, ut deſumitur *ex c. conſultationibus 10.* juncta Gloſſa *V. poſſeſſionem, & dejectionem de officio,& poteſtate Judicis delegati.* Quamobrem ſi reus conventus, ſeu ſpoliator probet è contra ſe poſſediſſe eo tempore rem, quâ actor dicit ſe ſpoliatum,eſt reus abſolvendus,quia cum eodem tempore non potuerint reus,& actor rem illam poſſidere, cenſetur reus per probationem ſuæ poſſeſſionis e udere intentionem actoris, ut notat Menoch. *remed. 1. recuper. poſſeſſ. n.107.*

22 Cæterum ſufficit, ſi actor probet, quòd tempore ſpoliationis ſaltem præſumptivè rem illam poſſederit oſtendendo,ſe antea ſemper fuiſſe in poſſeſſione illius, quia qui olim poſſedit,præſumitur poſſeſſionem continuâſſe usque ad tempus ſubſecutæ ſpoliationis,proinde etiam tunc fuiſſe in poſſeſſione rei: etenim qui ſemel poſſedit, cenſetur ſemper poſſediſſe, donec contrarium oſtendatur. *c. olim. 17. h. t.* præſertim ſi paulò ante ſpoliationem actor probet,ſe rem illam poſſediſſe: quia intra tam breve tempus non præſumitur,interveniſſe mutationem, ut notat Abbas *in c. cùm ad ſedem. n. 17.* Cæterum qui vult expediri interdictio *unde vi* ad recuperandam poſſeſſionem,non eſt audiendus, tameſi dicat,ſe paratum ad demonſtrandum jus, proprietatis ſibi competere,niſi priùs id probet,adeo ut teneatur priùs probare,rem illam poſſediſſe, & iniquè ſpoliatum, quia fieri poteſt, ut aliquis habuerit jus in re, cùm tamen nunquam ejus poſſeſſionem acquiſiverit, conſequenter nec potuerit ſpoliari, cùm ſpoliatio ſupponat eſſentialiter poſſeſſionem, qua ſpoliatur; idque deſumitur *ex c. olim. 17. h. t.* In cauſis tamen profanis non eſt neceſſe, ut probetur titulus poſſeſſionis: ſiquidem etiam prædo in his reſtituendus eſt *c. in literis 5. h. t.*

Quæritur ſecundò,quænam iniquus ſpoliator teneatur ſpoliato reſtituere? Reſponſio communis eſt, teneri reſtituere non ſolùm rem unà cum fructibus naturalibus inde perceptis,& qui percipi potuiſſent deductis tamen expenſis, quæ in colligendis, & conſervandis fructibus fieri debebant, ſed etiam reſarcire omnia alia damna,tameſi ſpoliatus illa non petierit. Imò tenetur integrè ſatisfacere pro injuriis illatis,ut deſumitur *ex c. gravis 11. h. t.* Fructus dicuntur, qui deductis neceſſariis expenſis fieri ſolitis in colligendis, & conſervandis fructibus ſuperſunt, has expenſas non ſolùm bonæ fidei, ſed etiam malæ fidei poſſeſſor, imò prædo deducere poteſt *l. 1. C. de fruct. & lite. expenſ.* Gloſſa *hic V. fructus*: ratio eſt, quia reditus, proventus, & obventus denotant lucrum, proinde intelliguntur deductis expenſis neceſſariis *l. fructus 4. ff. de oper. ſervor.* 23

Sunt autem fructus triplicis generis; alii enim dicuntur naturales,quos natura ſua ſponte producit, vel ſaltem cum modica cultura hominis *l. fructus 45. ff. de uſur. & fruct.* Alii dicuntur induſtriales, in quibus comparandis magis operatur induſtria hominis,& labor, quàm natura, cujusmodi ſunt fructus provenientes ex ancupio, venatione, piſcatione. Alii vocantur fructus civiles, qui non proveniunt ex re ipſa, ſed tantùm per uſum rei jure civili percipiuntur, cujusmodi ſunt penſiones prædiorum, & domorum, vecturæ navium,equorum,& aliæ id genus obventiones, quæ verè, & propriè non ſunt fructus, ſed tantùm acceſſiones civiles introductæ jure gentium,ut ſint loco fructuum,ut notat Abbas *c. gravis 11. n. 3. h. t.* 24

Quòd ſi ſpoliator etiam ipſe fuerit ſpoliatus,nec ob inopiam habeat,unde reſtituat omnia, niſi & ipſe reſtituatur, tunc non eſt compellendus ad reſtituendam rem unà cum fructibus,niſi priùs ipſe reſtitutus fuerit *c. olim vobis 16. h. t.* quando enim debitor conventus actione perſonali excipit de inopia,licèt proceſſus, & ſententia non ſuſpendatur, ſi habeat neceſſarios ſumptus ad litigandum: nihilominus ſuſpenditur executio ſententiæ latæ de ſolutione facienda, adeo ut non compellatur ad ſolvendum, quod commodè non poteſt, unde expectandum eſt, donec ad pinguiorem fortunam devenerit: ſiquidem ut ait Pontifex in *d. c. olim. vobis* inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit. 25

Quæritur tertiò,quomodo ſpoliatus agens interdicto recuperandæ poſſeſſionis in cauſis beneficialibus,aliisque ſpiritualibus reſtituendus ſit? Reſpondetur, eſſe attendendum ad titulum,quo beneficium obtinuit: etenim ſi præſumptio ſit, 26

Digitized by Google

cum ſine titulo, vel cum titulo vitioſo obtinuiſſe beneficium Eccleſiaſticum non eſt reſtituendus eidem beneficio, niſi priùs exhibuerir titulum ſuæ inſtitutionis: quia periculum eſt, ne iterum detur ingreſſus vitioſus, ac intruſio in beneficium, in quo ſenſu ait Menochius *remed. 15. recuper. poſſeſſ. n.* 458. ſpoliatum beneficio non eſſe à judice reſtituendum, niſi priùs juſtificato titulo, ac legitimè probato, ſi ſit præſumptio juris contra illum: alioquin ſufficit, ſi coloret poſſeſſionem, allegétque putativum titulum, nimirum oſtendendo, ſe inſtitutum fuiſſe ab eo, qui tunc habuit poteſtatem inſtituendi: vel ſe per plures annos ſciente, & non contradicente Prælato in pacifica beneficii poſſeſſione extitiſſe: & licèt adverſarius non poſſit alium cogere, ut oſtendat titulum beneficii à ſe poſſeſſi *argum. l. cogi 11. C. de petit. hæred.* ſuperior tamen ex officio poteſt ad id illum cogere, ſi præſumptio contra poſſidentem, aut ſpoliatum magna ſit, ut colligitur *ex c. ex inſinuatione 3.* juncta Gloſſa *V. probare potuerit de procurat.*

27 Sin verò nulla adſit præſumptio contra beneficiarium ſpoliatum, is debet priùs reſtitui ſuo beneficio, tametſi inſtitutionis ſuæ titulum non juſtificaverit, aut coloraverit *c. in litteris 5. h. t.* ubi indiſtinctè dicitur, eſſe priùs agendum de violenta ejectione, ſeu ſpoliatione, quàm de canonica inſtitutione, & nihil dicitur de juſtificatione tituli poſſeſſionis, quinimo in fine ejusdem capitis additur, etiam prædonem eſſe reſtituendum, tametſi nullum juſtum titulum poſſidendi habeat, ex quo infertur, à fortiori eſſe reſtituendum illum, de cujus poſſeſſione conſtat, tametſi non conſtet de titulo. Tum quia clericus poteſt obtinere poſſeſſionem beneficii etiam ſine titulo, ſive juſtam, ſive injuſtam, & cùm clericus ſit capax poſſeſſionis beneficii, nec debeat carere omni beneficio *c. cum ſecundum 16. de præben.* præſumendum eſt in dubio, quòd clericus juſtè poſſideat beneficium, quod obtinet, proinde non eſt neceſſe eum adigere ad probandum, quo titulo beneficium illud obtinuerit. Tum quia licèt beneficium obtineri non poſſit quoad proprietatem ſine canonica inſtitutione, adeo ut jus in illo acquiratur; poteſt tamen ſine illo poſſideri beneficium etenim: ſi pacificè per triennium bona fide poſſideatur beneficium abſque alio titulo per viam præſcriptionis jus in illo acquiritur.

28 In aliis cauſis ſpiritualibus, ut in jure decimarum, jure eligendi, & aliis id genus cauſis, ſi jus commune reſiſtat ſpoliato, & aſſiſtat ſpoliatori, non eſt ſpoliatus reſtituendus, niſi priùs titulum, vel præſumptionem tituli probaverit, ut deſumitur *ex c. ad decimas 2. h. t. in 6.* quia tametſi ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, nec ei opponi poſſit exceptio dominii, ut liquet *ex c. in litteris 5. h. t.* id tamen non intelligitur procedere, quando contra ſpoliatum agentem interdicto recuperandæ poſſeſſionis ſtat præſumptio juris, eique reſiſtit, & aſſiſtit ſpolianti, cui favet, quia favorabiliores ſunt partes illius, qui juris habet aſſiſtentiam contra eum, cui jus reſiſtit.

29 Sin verò laicus conqueratur, ſe ſpoliatum beneficio, vel decimis clericalibus, aut alio jure ſpirituali, non eſt reſtituendus, niſi priùs titulum poſſeſſionis probaverit, nimirum jus percipiendi decimas clericales, vel poſſidendi beneficium Eccleſiaſticum fuiſſe ſibi legitimè conceſſum à Prælato Eccleſiaſtico, quia ſpoliatus non reſtituitur, niſi probet, ſe poſſediſſe, & qui poſſeſſio juris ſpiritualis non convenit laico; quia ex ſe eſt incapax talis juris: ideo cùm laicus non poſſit probare, ſe poſſediſſe, niſi exhibito titulo, quo conſtituatur capax juris ſpiritualis, tenetur priùs titulum illum probare, ut rradit Gloſſa *in c. ex parte 14. V. commodo deſtituta h. t.* & Abbas *ibid. num.* 19. unde laicus ſpoliatus non eſt reſtituendus, niſi priùs probaverit titulum ſuæ poſſeſſionis, vel ſaltem exhibuerit titulum coloratum: & nonnulli cenſent probabile, ſufficere, ſi oſtendat, per tempus immemoriale ſuos prædeceſſores poſſediſſe tale jus, quia tempus immemoriale inducit tituli præſumptionem, donec contrarium probetur. Erronea tamen præſumptio orta ex diuturnitate temporis non tribuit jus ſufficiens, quamvis poſſit bonam fidem inducere, ut notat Felinus *in c. accedentes 11. n. 6. de præſcript.*

30 Quæritur quartò, an clericus, qui renunciavit beneficio poſt, vel ante ſpoliationem, ſit priùs reſtituendus? Reſpondetur cum diſtinctione, ſi poſt ſpoliationem ſactam renunciavit beneficio etiam cum juramento, tunc reſtituendus eſt non obſtante exceptione ſecutæ renunciationis poſt ſpoliationem, ut deſumitur *ex c. ſolicitè 2. h. t.* ubi ſummus Pontifex ait, veriſimile non eſſe, poſt talem ſpoliationem renunciationem fuiſſe liberè factam: & cùm juramentum ſequatur naturam actûs principalis, ideo nec ſupponitur liberè factum: & cum præſumptio hæc ſit juris, & de jure, non facilè admittitur probatio in contrarium. Unde reſignatio beneficii facta poſt ſpoliationem cenſetur coacta, ac invalida, qui enim renunciat ſpoliatus, cenſetur invitus, & coactus renunciare; & cùm hæc ſit præſumptio juris, & de jure, contra ipſam non admittitur probatio in contrarium. Tum quia ut notat Pirhing §. 7. *h. t.* renunciatio facta poſt ſpoliationem reſpicit proprietatem non poſſeſſionem, eò quia ſpoliatus rei proprietatem retineat, non ejus poſſeſſionem, cùm ſupponatur ſpoliatus, unde per hanc reſignationem non renunciavit poſſeſſioni, cum hanc non habeat tempore, quo renunciat, unde agenti interdicto recuperandæ poſſeſſionis non poteſt objici exceptio renunciationis factæ poſt ſpoliationem. Quòd ſi renunciatio facta ſit coram Judice competente, qui de cauſa illa juridicè cognoſcit, tunc cenſetur valida renunciatio, quia authoritas Judicis in tali caſu tollit omnem ſuſpicionem violentæ ſpoliationis; proinde ſpoliatus non eſt reſtituendus, quia præſumitur ſpontaneè, ac liberè renunciâſſe, adeo ut ſpoliato petenti reſtitutionem obſtet authoritas Judicis, pro quo præſumitur, quòd legitimè exequatur, quæ illi ex officio incumbunt, niſi actor injuſtitiam oſtenderit. Tum quia ut notat Pirhing. *loc. cit.* cùm manifeſtè conſtet, ſpoliatum non habere tunc jus proprietatis in beneficio

ob

Digitized by Google

ob validam, & legitimam ejus reſignationem, non eſt reſtituendus beneficio. Sin verò renunciatio beneficii poſt-ſpoliationem noo fiat coram ſuperiore, non ſortitur ſuum valorem, & per illam non amittitur proprietas, & poſſeſſio, quia renoocians præſumitur coactè renunciâſſe: ſin verò renunciatio fiat coram eccleſiaſtico non ſuperiore, tanec quidem in præjudicium renunciantis, non autem legitimi ſuperioris, ut notat Abbas *in c. 2. n. 10. h. t.*

31 Quòd ſi certò conſtaret, ſpoliatum liberè, ac ſponte absque ullo metu renunciâſſe beneficio, tunc valida eſt reſignatio etiam poſt ſpoliationem facta, neque reſtituendus eſt renuncians, ut notat Paris. *q. 5. num. 22.* Quòd ſi clericus prinsquam ſpolietur, conſtituerit Procuratorem ad reſignandum beneficium; licèt Procuracor nomine principalis tantùm poſt ſpoliationem renunciaverit, valida eſt reſignatio, & renuncians non debet reſtitui: ſiquidem cùm ſponte conſtituerit Procuratorem, antequam ſpoliaretur, reſignatio ſecuta poſt ſpoliationem præſumitur voluntariè facta, quia retrotrahitur ad tempus dati mandati de renunciatione facienda, quo tempore nulla fuit coactio: idque adhuc certius eſt in caſu, quo intecdicto poſſeſſorio ad beneficium ſibi recuperandum expreſsè renunciâſſet in tali caſu, & in talibus circumſtantiis, ut de coactione nil præſumi poſſit; tum enim clericus non eſt audiendus, ſi de ſpoliatione velit actionem habere. In interdicto autem retinendæ poſſeſſionis in cauſa beneficiali reo extrajudicialiter turbantem poſſeſſorem opponi poteſt exceptio ſpontaneæ renunciationis; ſi probari poſſit, quòd is juramento promiſerit, ſe poſſeſſorem non tucbaturum ſuper tali beneficio, quia tunc cenſetur, liberè ranunciâſſe juri ſuo.

32 Quæritur quintò, an ſpoliato agenti interdicto poſſeſſorio *unde vi* opponi poſſit exceptio criminis? Reſpondetur non obſtante exceptione, & objectione criminis ſpoliatom agentem interdicto *unde vi* non poſſe repelli, ſed aſſe reſtituendum, adeo ut priùs cognoſcendum ſit ſuper ſpolio, quàm ſuper crimine, ut expreſsè habetur *in c. Item cum quis 6. h. t.* qood tamen ita intelligitur, ut crimen non reddat actorem inhabilem ad agendum, ſi enim illi objiceretnc excommunicatio, vel alind crimen, quo fieret incapax beneficii eccleſiaſtici, ut eſt crimen læſæ majeſtatis, tunc non eſſet priùs reſtituendus; ſiquidem excommunicatio reddit actorem excommunicatum inhabilem ad agendum in judicio: & crimen læſæ majeſtatis ipſo jure privat proprietate, & poſſeſſione beneficii; ut etiam ſimonia, ſi notoria ſit in materia beneficiali privat omni titulo, in hiſce enim caſibus non eſt clericus reſtitnendus. An verò exceptio criminis poſſit objici contra agentem interdicto retinendæ poſſeſſionis, negat Beroius *in c. Item cum quis 8. h. t.* verùm licèt ibi ſermo ſit de ramedio recuperandæ poſſeſſionis, id tamen ſtatutum fuit in odium ſpoliatoris, ot ſpoliatus anta omnia ſit reſtituendus, quod ceſſat in remedio retinendæ poſſeſſionis.

33 Quæritur ſextò, an ſi agenti civiliter reus conventus per modum exceptionis ſpoliationem objiciat ab alio factam, eâ non obſtante Judex in cauſa principali poſſit procedere, & eam deſinire. Reſpondetur affirmativè, quia exceptio ſpoliationis propoſita à reo ſpoliato, tametſi ab alio facta ſit ſpoliatio, ſi civiliter agatur, non impedit, quò minus poſſit Judex in cauſa principali procedere: licèt impediat talam proceſſum, ſi ccimioaliter agatur, quia in criminalibus, ſi reus à quacunqne perſona dicat, ſe ſpoliatum fuiſſe, conceditur ei dilatio quindecim dierum ad probandam ſpoliationem, & ſi intra id tempus, ſe probaveric ſpoliacum, non compellitur ita inermis, ac nudus reſpondere adverſario; quòd ſi reus intra illud tempus non probavit ſpoliationem, condemnatur in expenſas taxandas á Judice; vel aliter punitur, prout judici magis viſum fuerit, ut expreſsè habetor *in c. frequens 1. h. t. in 6.* Ubi Innocentins IV. ut finem litibus imponeret, & calumniandi occaſiones amputaret, ſtatoit in Concilio Logdunenſi, ut ſi in cauſa civili reus conventus ſpoliationem objiciat non ab actore, ſed ab alio factam, eâ non obſtante Judex in cauſa principali procedat: ſi verò reus in cauſa civili ab actore, vel in ccriminali ab alio quocunqne ſe ſpoliacum aſſerat, quindecim dierum ſpacium, non computato die, io quo proponituc exceptio ſpoliationis, ei conceditur ad probandam ſpoliationem, quam ſi intra id tempus non probaverit, in expanſas ab actore interim factas præmiſſa damnationa judicis coodemnatur. Pro quo juvat obſervare, quòd cum axceptio ſpoliationis ſit dilatotia, quæ ad proceſſum impediendum opponitur; priùs diſcuti debet, quàm ſuper cauſa principali procedatur *c. exhibita 19. de Judiciis*, & proponanda eſt ante litis conteſtationem, ut notat Gloſſa *hic V. Perimitur:* ſiquidem poſt litem in judicio petitorio conteſtatam ſpoliatus non poteſt amplius excipere de ſpoliationa, ut probat Barboſa in Collectan. *hic c. 1. n. 3. h. t. in 6.*

Rurſus contra agentem civiliter oeque poteſt opponi exceptio ſpoliationis ab alio, quàm ab actore factæ: quia ſi actor non deliqnit, factum alterius ipſi obeſſe non poteſt *juxta regulam juris 22. in 6.* Præterea exceptio ſpoliationis, per quam accuſatus, ſeu conventus criminaliter fit exorbitans à jure communi, debet ſtrictè intelligi, neque extendi ultra caſum accuſationis in jure expreſſum. Quòd verò dicitur, cooventum criminaliter poſſe opponere exceptionem ſpoliationis à quocumque factæ, id limitandum eſt, ſi crimen non fuerit notorium: ſiquidem hujusmodi axceptio conceditnc reo ad ſe defendandom, ne cogatur nudus, & inermis contendere. 34

Cæterum ſi dalictnm fuerit notoriom, nolla competit reo defenſio, nec poteſt reus opponere exceptionem ſpoliationis, quia propter notoreitatem delicti, repellitur quis à petitione reſtitutionis, & tooc non ſervatur ordo juris, ſed citato, & andito reo poſtquam Judex declaravit, delictum eſſe notorium, pcoceditur ad exacutionam, ot notat Laymann *de reſtit. ſpoliator. theſ. 31.* Præterea contra agentem io cauſa Eccleſiaſtica non poteſt opponi exceptio ſpoliationis 35

rei

rei privatæ, neque è converſo agenti in cauſa rei privatæ obſtare debet exceptio ſpoliationis rei Eccleſiaſticæ, ut deſumitur *ex c. 1. §. ad hoc ultimum h. t. in 6.* idque probat Gloſſa *hic V. opponatur* quia agens nomine eccleſiaſtico, non agit jure ſuo proprio, ſed nomine Eccleſiæ, & viciſſim agens nomine privato non agit nomine Eccleſiæ: quepropter ſi procurator agens nomine principalis de jure ſuo non excipit, ſed jure principalis *l. ſi Procurator 9. ff. de doli exception.* ita neque agens de re Eccleſiaſtica excipit de re privata, neque vice verſa agens de privata excipit de Eccleſiaſtica, præſertim cùm res Eccleſiaſticæ cenſeantur eſſe publici juris *argum. l. 1. §. hujus ſtudii ff. de juſtit. & jur.* & publici cum privato non fit compenſatio *l. 2. & 3. C. de compenſat.* nec vice verſa privati cum publico, niſi neceſſitate exigente, vel in pœnam delicti. Nomine rei Eccleſiaſticæ hic non ſolùm intelligitur res purè ſpiritualis, cujusmodi ſunt ſacramenta, & jura ad decimas, & beneficia, ſed etiam ea bona temporalia, quæ ad Eccleſiam quà talem, vel Monaſterium pertinent; non ita quæ ad particulares tantùm clericorum perſonas, quia hæc bona potiùs ſunt patrimonialia, quàm Eccleſiaſtica.

36 Quæritur ſeptimò, an, & quando licitum ſit juſtum ſpoliatorem propria authoritate expellere, nonnunquam contingit, ut dominus alicujus rei, licèt ſit abſens, ſpolietur tali re per adhibitam violentiam, & tunc poteſt ſpoliatus etiam per vim expellere injuſtum invaſorem, dummodo non ex intervallo, ſed ſtatim id fiat, & modus juſtæ defenſionis non excedatur, ut deſumitur *ex l. 1.* juncta Gloſſa *V. ad defendendam poſſeſſionem C. unde vi c. olim 12. h. t.* quia vim vi repellere de jure naturæ eſt licitum, & tunc repulſo non competit interdictum poſſeſſorium contra dominum repellentem ex *d. l. 1.* Quòd ſi petas, quomodo intelligatur, quòd per vim re ſua dejectus incontinenti non ex intervallo injuſtum invaſorem vi repellat per modum juſtæ defenſionis: reſpondetur, tunc cenſeri vim vi repellere per modum juſtæ defenſionis, ſi poſt intellectam ſpoliationem violentam, & injuriam ſibi illatam ſtatim, antequam quid aliud agat, nec ad alios actus divertat, ſpoliatorem ad rem ſuam recuperandam perſequatur, vel media procuret judicialia, vel extrajudicialia ad talem recuperationem neceſſaria, conſtituendo Advocatos, ſibi procurando patronos: tunc enim cenſetur, ſe defendere, & vim vi repellere: alioquin ſi hoc modo non procederet, potiùs cenſeretur vindictam quærere, quam propria authoritate adhibere illicitum eſt. Idque procedit de rebus immobilibus, ſi enim Titius per vim expellat Cajum ex ſuis ædibus, amittit quidem Cajus corporalem poſſeſſionem, cùm ampliùs non ſit in ſuis ædibus; non tamen civilem, quam animo adhuc retinet, & hanc incontinenti poteſt per vim ab injuſto ſpoliatore defendere.

37 An verò etiam procedat de rebus mobilibus, an ſi Titius auferat equum Cajo, poſſit Cajus raptorem Titium perſequi, & ſi neceſſe ſit adhibitis armis per vim equum recuperare? aliqui reſpondent, id licitum eſſe, dummodo fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſeu non inferat damnum Cajo raptori, nec aliam in eum adhibeat violentiam, niſi prout neceſſariò requiritur ad recuperandum ſuum equum: elioquin non licet vim adhibere: quòd ſi Judicis authoritate recuperari poſſit equus, nulla eſt violentia adhibenda in raptorem, ſed debet conveniri coram Judice, ut compellatur ad equum reſtituendum.

Quæritur octavò, an corporaliter poſſit quis propria authoritate capere poſſeſſionem alicujus rei, quam antea non apprehenderit; certum eſt, eum qui poſſidet rem civiliter tantùm naturali poſſeſſione penes alium exiſtente poſſe propria authoritate occupare naturalem poſſeſſionem vacantem per mortem uſufructuarii, vel coloni ut deſumitur *ex cap. cùm venisset 9. h. t.* ſiquidem extincto jure uſufructuarii conſolidatur uſusfructus cum proprietate absque alia apprehenſione, & naturalis poſſeſſio ut acceſſoria accedit civili, & licèt habens titulum rei obtinendæ eò quia ſibi vendita fuerit, non poſſit propria authoritate poſſeſſionem illius rei capere, ſi nondum tradita ſit absque voluntate ipſius, à quo tradi debet, ne fiat prædo, aut ſpoliator: nihilominus præſentatus, vel electus ad aliquod beneficium, & in eodem confirmatus, vel ſaltem verbaliter inſtitutus, adeo ut habeat jus in re, poteſt ſpectato jure communi poſſeſſionem ejus vacantem ſtatim ingredi, & adminiſtrare *argum. c. noſti 9.* niſi tamen aliter ex ſpeciali conſuetudine Eccleſiæ fiat, ut deſumitur *ex c. ad hæc 7. de offic. Archidiac.* Qui verò alieno nomine fundum poſſidet, ut colonus, Vaſallus, Emphyteota uſufructuarius propriè non cenſetur poſſidere, ſed tantùm dicitur poſſidere nomine principalis, ad quem pertinet fundus; debet tamen is, cujus nomine res poſſidetur præter proprietatem habere ſaltem civilem poſſeſſionem rei, ut deſumitur *ex l. quod meo 18. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* 38

Quæritur nonò, quis dicatur ſpoliatus à Judice extrajudicialiter. Reſpondetur Judicem tunc dici aliquem ſpoliare, ſi extrajudicialiter prætermiſſo juris ordine, & absque cauſæ cognitione illum poſſeſſione rei ſuæ, ut beneficii, vel alterius ſpoliet, ac privet; tunc enim ſic ſpoliatus à Judice, perinde ac ſi à privato ſpoliatus fuiſſet, ante omnia reſtitui debet *c. conquerente h. t.* quia Judici, eò quia ſit Judex, non permittitur quidquam contra jus facere, magis quàm ſi eſſet privata perſona *l. nec Magiſtratibus ff. de judic.* unde tunc procedens extra ordinem judicii habetur ut perſona privata, ne inde occaſio oriatur injuriarum. Quinimo permittunt jura, ut judici de facto injurioſè procedenti liceat reſiſtere *l. prohibuit C. de jur. fiſci l. 10.* tametſi reſcripto delegatorio inſerta eſſet clauſula *contradictores compeſcendo.* Hinc ut quis jure ſuo beneficio privetur tria requiruntur; primò ut adſit gravis, & rationabilis cauſa, quæ per ſe mereatur talem privationem *can. inventum 16.* 39

q. 1. c. 1.

q. 1. c. 1. Secundò ut cauſa hæc rationabilis ſit manifeſta, & nntoria, *can. nec in quemquam 2. q. 1.* non enim creditur Judici etiam eccleſiaſtico aſſerenti, aliquem eſſe criminnſum, ſed debet crimen eſſe notorium, & manifeſtè conſtare *can. ſi tantùm, can. placuit 6. q. 2.* Tertiò reqoiritur, quòd privetur in judicio ſervato ordine juris, ut deſumitur *ex c. conquerente 7.*

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quæſtiones

1 QUæritur primò, quænam ſint remedia ſpnliatorum, quibna ſpoliator à jure conceditur, ut recuperet poſſeſſionem rerum ſibi ablatarum? Reſpondetur, generatim remedia recuperandæ poſſeſſionis ſpoliatis à jure conceſſa eſſe plura. Primò interdictum *unde vi.* Secundò condictio ex *c. ſæpe de reſtit. ſpoliat.* Tertiò condictio ex *can. redintegranda 3. q. 1.* Quartò conilictio *ex l. ſiquis in tantam C. unde vi.* Quintò condictio ex *l. extat. §. quod metus cauſa.* Sextò condictio ex *l. invaſor. C. unde vi.* Septimò condictio ex *l. conquerebatur.* Octavò remedium ex officio Judicis: hæc enim remedia recenſet ordine inverſo Menochius in commentariis de adipiſcenda, retinenda, vel recuperanda poſſeſſione, ubi etiam plura alia addit. Cæterum interdictum *unde vi* ita vocatum à primis verbis Prætoris illud proponentis *l. 1. §. 1. ff. de vi & vi armata.* datur ad duo. Primò nt ſpoliatus ante omnia reſtituatnr in priſtinam poſſeſſionem, nec ſit audiendus ſpoliator, ſi velit agere ſuper proprietate rei ablatæ, niſi priùs reſtituerit *c. in literis 5. h. t.* Secundò ut ſpoliatus reſtitnatur ad totam cauſam, ſeu uon ſolùm in priſtinam poſſeſſionem omnino liberam, ut antea, *argu. c. piſanis 19. §. porro h. t.* Sed etiam ad omne id, quod amiſit, quamvis ad ſpnliatorem nihil pervenerit, ut notat Barboſa *in c. 1. num. 4. h. t.* pnſt Romanum *decis. 334. p. 3. diverſ.* idque in odium ſpoliantis: & quia æquitas naturalis id exigit. Verùm hoc interdictum *unde vi* ei tantùm cnmpetit, qui vi ſpnliatus fuit poſſeſſinne rei immobilis. Quia de rebua mnbilibus, utpote quarum poſſeſſio eſt vilis, non competit interdictum *unde vi*: ſed quando contingit, aliquem his ſpoliari, competit ei actio furti, ac bonorum raptnrum. Cæterum quamvia de rebus mobilibus nnn competat interdictum *unde vi* principaliter, poteſt tamen ſecundariò, & acceſſoriè competere tale interdictum: eò quia res mobiles exiſtant in re immobili *l. Idem eſt. §. pertinet. ff. de vi, & vi armata.*

2 Præterea is, cui competit interdictum *unde vi*, debuit verè pnſſediſſe, quando fuit à tali poſſeſſinne dejectus, quia hoc interdictum ei tantùm cnmpetit, qui tempore ſpoliationis pnſſidebat *l. 1. §. interdictum autem hoc ff. eod.* adeo ut non ſufficiat, ſi dejectus à poſſeſſione probet, ſe olim eam poſſediſſe, niſi præciſè etiam probet, eam poſſediſſe tempore ſpolii, ut notat Maranta *p. 4. ſpec. diſt. 7. num. 28.* in dubio autem, qui olim pnſſedit, præſumitnr etiam hodie poſſidere *l. ſive poſſidentes C. eod.* quia nemo præſumitur rebus ſuis ſe ſpoliati *l. cum de indebito ff. de probat.* Rurſus non ſufficit, ſi quomodocunque poſſederit tempore ſpolii, ſed requiritur, ut verè poſſederit, habueritque proprium dominium in rem poſſeſſam, & quâ fuerit ſpoliatua. Hinc interdictum *unde vi* ei nnn competit, qui tantùm detinet, vel poſſidet cuſtodiæ cauſâ, quia is propriè non dicitur pnſſidere, ſed tantùm rem alienam detinere, vel cuſtodire, nnde huic ſubvenitur per alia remedia recuperandæ poſſeſſionis.

3 Competit autem hoc interdictum *unde vi* contra illum, qui alterum vi dejecit à ſua poſſeſſinne *l. 1. §. 1. ff. de vi, & vi armata*, ut etiam contra eum, qui juſſit, vel mandavit, ut aliquis dejiceretur à ſua poſſeſſione, dejectione tamen ſecuta, quia jubens, & mandans ſicut dicitur occidere, Ita etiam dejicere alium à ſua poſſeſſione; imò etiam adverſus eum, qni dejectinnem ſuo nomine factam ratam habnit, quia ratihabitio in maleficiis cnmparatur mandato *c. cum ad ſedem 15. §. fin. h. t.* Imò competit etiam contra eum, qui elam ordinavit dejectionem alterius à ſua pnſſeſſione *l. ſi vi me dejeceris. ff. de vi, & vi armat.* ut etiam contra eum, qui dolo malo perſuaſit, ut quis alius dejiceretur *l. Idem eſt 3. §. hoc interdictum etiam ff. de vi & vi armat.* quia dolo maln ita perſuadens non differt à mandante, vel conſulente dejectionem. Non tamen interdictum *unde vi* propriè datur contra tertium pnſſeſſorem, qni rem à ſpoliatore ſublatam ſcienter recepit, quia tunc contra hunc tertium poſſeſſorem ſubvenitur ſpoliato per remedium condictionis ex *c. ſæpe h. t.* & deſumitur ex *c. cum ad ſedem 15. §. fin. h. t.* ibi enim Pontifex expreſsè aſſerit, cnntra non ſpoliantem, nec mandantem ſpnliari, nec habentem ratam ſpoliationem non procedere interdictum *unde vi.*

4 Hinc præter interdictum *unde vi* dantur plura alia remedia, quibus jura ſuccurrunt ſpoliatis, quorum primum eſt condictio, quæ juxta præſens inſtitutum nll aliud eſt, quàm ipſa actio in perſonam: ſiquidem condicere perinde eſt, ac rem ſuam in judicio petere, pulſando perſonam ſibi obligatam ad aliquid dandum, vel præſtandum, adeò ut condictio propriè ſit actin perſonalis, quâ quis ab alio petit, aliquid & pertinet ad rei vindicationem, ſeu recuperationem: hoc tamen diſcrimine: quia vindicatin eſt rei ſingularis, & actio in rem, quæ vindicatur; condictio verò eſt actio in ipſam perſonam, & in jure dicitur actio perſonalis, & eſt mnltiplex, ut fusè oſtendit Maranta *p. 4. ſpeculi diſt. 7. num. 39.* Secundum dicitur remedium ſpoliatorum, ſeu recuperandæ poſſeſſionis, & habetur etiam condictione *c. ſæpe de reſtit. ſpoliat.*

Cùm enim olim per ſolum interdictum *unde vi* non ſatis conſuleretur ſpoliatis, quan-

Digitized by Google

do nimirum res ſpolio ſublata per ſpoliatorem in alium tranſlata fuit titulo venditionis, vel donationis, aut alio hujuſmodi. Cum tunc poſſeſſori dejecto non poſſet ſubveniri per interdictum *unde vi*, quod contra tertium poſſeſſorem non procedebat; & perſæpe contingeret, ut prior poſſeſſor amiſſo commodo poſſeſſionis, & deficiens in probatione juris proprietatis, quod eſt probatu difficile, causâ caderet, & ipſam rei amitteret proprietatem: ideò Innocentius III. ad præcavenda hæc incommoda in Concilio Lateranenſi ſtatuit, ut per remedium condictionis ſuccurratur tunc ſpoliato, ut habetur in *c. ſæpe* 18. *h. t.* ibi: *Si quis de cætero ſcienter rem talem receperit, cum ſpoliatori quaſi ſuccedat in vitium (eò quia non multum interſit quoad periculum animæ injuſtè detinere, ac invadere alienum) contra poſſeſſorem hujuſmodi ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur*: ex quo textu liquet, ſpoliatum poſſe *condictione* contra quemlibet tertium poſſeſſorem rei propriæ agere, adeò ut teneatur tertius poſſeſſor rem ablatam reſtituere, tametſi ſpoliatus non probaverit ejus proprietatem, ſed tantùm ſpoliationem, imò id procedit, quamvis res ſpoliata per multas jam manus tranſiiſſet, adeò ut quicunque ille ſit, qui rem ſublatam poſſidet, teneatur eam reſtituere, quia ut ait Innocentius in *d. c. ſæpe* parum intereſt quoad periculum animæ injuſtè detinere, & rem alienam rapere, quod tamen intelligitur, dummodo ſciat ſe injuſtè detinere, ac mala fide poſſidere rem alienam: alioquin qui ignoranter, & bona fide hujuſmodi rem alteri ablatam acciperet, non poſſet contra ipſum agi *condictione*, quia textus exigit ſcientiam: ſiquidem ſe fundat in periculo animæ, quod ſecluſa ſcientia non imminet: imò in dubio, an quis ſciverit, præſumitur ignorantia, ſi ſcientia non probetur juxta *reg. 47. jur. in* 6. niſi ſpoliatio fuerit notoriè facta, quia tunc præſumitur ſcientia ob notoreitatem ſpoliationis, niſi probetur ignorantia *argum. cap.* 1. *de poſtul. Prælat.*

6. Aliud remedium dicitur redintegrandæ, & etiam habetur condictione ex *can. redintegranda* 3. *q.* 1. ubi ejectis, & ſpoliatis Epiſcopis jubentur reſtitui omnia, ſive mobilia, ſive immobilia, & quidem in eodem loco, ubi erepta fuerant ante accuſationem, adeò ut ſpoliatus ante factam reſtitutionem omnium ſibi ablatorum accuſari non poſſit, & accuſatus non teneatur in ſynodo reſpondere ſpoliatoribus, antequam omnia ſibi fuerint reſtituta, & licèt textus in *c. redintegranda 3. q.* 1. loquatur de ſpoliatis Epiſcopis, ob paritatem tamen rationis, & favorem religionis extenditur ad alios Clericos, qui ſuas, vel Eccleſiæ ſuæ res injuſtè perdidiſſe cognoſcunt, & iisdem competit contra quemcunque earundem rerum poſſeſſorem, ſive bona, ſive mala fide eas poſſideant, & ſive cum titulo ſive absque titulo, res ad ipſos pervenerint: hinc remedium redintegrandæ inter poſſeſſoria eſt pleniſſimum, magisque generale. An verò æquè competat laicis pro rebus ſuis profanis recuperandis, ac clericis pro rebus Eccleſiaſticis, plures negant cum Gloſſa in *c. cum ad ſedem* V. *interdictum h. t.* eò quia *in d. can. redintegranda* 3. *q.* 1. fit tantùm mentio de Epiſcopis, & perſonis Eccleſiaſticis, & quia à proprietate ſermonis non eſt recedendum, niſi juxta intentionem legislatoris *l. non aliter. ff. de legat.* ideo remedium redintegrandæ non extenditur ad laicos, alioquin ſi fuiſſet generale remedium commune etiam laicis, ſuperflua fuiſſet pontificia decretalis in *c. ſæpe* 18. *h. t.* ubi Pontifex loquitur de ſolis Epiſcopis ejectis.

Communior tamen ſententia vult reme- 7
dium hoc redintegrandæ competere etiam laicis, & ſervari in praxi aſſerunt Maranta *p.* 4. *diſt.* 7. *num.* 58. Menochius *remed.* 15. *n.* 13. Abbas in *c. cum ad ſedem* 15. *n.* 27. *h. t.* Sannig. *h. t. c.* 4. *num.* 2. & ratio ex eo petitur, quia hoc remedium inventum, & datum fuit ad coërcenda peccata, ne quis ex re aliena diteſcat, & ne res aliena invito Domino detineatur: Hæc autem ratio æquè militat de rebus laicorum, ac Eccleſiaſticorum. Tum quia quoties jus canonicum aliquid ſtatuit in ordine ad coërcenda peccata; huc idem ſervandum eſt etiam in foro civili *c.* 2. *de jurejur.* & *c. penult. & ult. de ſecundis nuptiis.* Et quamvis hoc remedium dicatur competere contra poſſidentem bona fide, in quo ceſſat periculum peccati: quia tamen poſtquam reo convento conſtiterit de mala fide ſui Authoris, eò quia per ipſum alius fuerit ſpoliatus re, quam ipſe hactenus poſſedit bona fide; accedente tali ſcientia deſinit bona fides, & ideo ſubintrat ratio peccati *argum. c. ult. de præſcript.* Hinc ad primam rationem in oppoſitum reſpondetur, quòd tametſi textus loquatur ex profeſſo de Epiſcopis, ob identitatem tamen rationis, ſeu coërcitionis peccatorum rectè extenditur ad laicos: ubi enim agitur de favore animæ, extenſio conceditur, ut notat Bartolus *in authent. ſacramenta puberum num.* 19. *C. ſi adverſus vendit.* Tum quia etiam *can. redintegranda* 3. *q.* 1. licèt loquatur de ſolis Epiſcopis, adhuc extenditur ad Clericos inferiores, de quibus non fit mentio: ita à paritate rationis petitæ ex favore animæ extenditur ad laicos, & hac ratione etiam ſatisfit aliis argumentis in contrarium.

Aliud remedium recuperandæ poſſeſſio- 8
nis habetur *condictione* ex *l. ſi quis in tantam C. unde vi.* Et competit hoc remedium ſpoliato contra eum, qui propria authoritate inferendo violentiam perſonæ ingreditur poſſeſſionem conſtitutam apud alium; qui enim vi ita ingreditur poſſeſſionem alterius, tenetur eam alteri reſtituere. Quinimò ſi invaſor fuit dominus illius rei præter poſſeſſionem, quam

quam violenter ingreſſus eſt, tenetur rem illam reſtituere, cujus etiam deperdit dominium; quòd ſi non fuit dominus rei, tunc præter poſſeſſionem reſtituendam, compellitur etiam reſtituere æſtimationem dictæ rei, hæc tamen pœna amiſſionis non incurritur niſi poſt ſententiam Judicis, ut notat Gloſſa *in d. l. ſi quis V. amittat.*

9 Aliud remedium recuperandæ poſſeſſionis habetur etiam condictione ex *l. extat ff. de eo quod vi, metúsve cauſa:* ubi ſtatuitur, ut creditor vim nullam ſuis inferat debitoribus, quòd ſi debitor ſponte recuſet debitum ſolvere, debeat hunc convenire in judicio; creditor autem qui propria authoritate pecuniam ſibi debitam accipit, vel vi illata facit, ut ſibi ſolvatur, quaſi ſibi ipſi jus dicens, compellitur rem eandem reſtituere, ſimúlque perdere jus crediti, & actionem in illud. Hinc remedium hocce ex parte debitorum accenſetur remediis recuperandæ poſſeſſionis, quâ per vim ſibi illatam privantur à ſuis creditoribus. Verùm hæc privatio juris in rem creditam non incurritur ipſo jure à creditore, ſed poſt ſententiam Judicis, ut oſtendit Menochius *remed. 5. recuper. poſſeſſ. num. 67.*

10 Aliud recuperandæ poſſeſſionis remedium competit etiam condictione ex *l. invaſor. C. unde vi*, & datur non ſolùm contra eum, qui per vim probatur loca aliqua invaſiſſe: verùm etiam contra eum, qui per errorem poſſeſſionem occupavit rei alienæ ob incuriam Domini abſque tamen dolo, ut cùm quis occupat agrum forte, jam per plures annos incultum, quem propterea vicinus, ut derelictum ingreditur; tunc poteſt Dominus agri illius agere condictione ex *d. l. invaſor.* & occupator agri non obſtante ſua bona fide tenetur poſſeſſionem reſtituere vero Domino, non tamen tenetur pœna legitima, de qua fit mentio in *l. ſi quis in tantam C. unde vi.*

11 Cæterum hoc remedium poſſeſſorium non ſolùm competit ei, qui tempore invaſionis non erat poſſidens, ſed ob ſuam incuriam poſſeſſio vacabat, ut notat Bartolus *in d. l. invaſor. C. unde vi.* Verum etiam prodeſt ex parte invaſoris conventi, ut pœnam legitimam legibus ſtatutam contra violentos invaſores non incurrat, dummodo errorem ſuum probet, vel Domini edoceat incuriam; quia ubi dolus non præceſſit, nec culpa, pœna non ſequitur, ut notat Menochius *de recuper. poſſeſſ. remed. 7. num. 12. & ſequent.* Aliud remedium recuperandæ poſſeſſionis habetur condictione ex *l. ult. C. unde vi*, & competit contra eum, qui doloſè occupavit poſſeſſionem rei alienæ vacantem, quia tunc poſſeſſor habetur ut prædo, qui non ſolum rem occupatam, & ejus poſſeſſionem tenetur reſtituere; verùm etiam ſubjacet pœnis ſtatutis, in *l. ſi quis tantam C. eod.* & hoc remedium datur intra 30. annos æquè pro re mobili, ac immobili, ut notat Menochius *de recuperand. poſſeſſ. remed. 13.* Dantur etiam plura alia remedia, quæ recenſentur, & explicantur à Menochio *loc. cit.* & aliis juris conſultis.

Quæritur ſecundò, an regula, quâ ſpoliatus ante omnia dicitur eſſe reſtituendus, ſuffragetur etiam prædoni ſpoliato? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. In litteris 5. h. t.* ubi Pontifex aſſerit, etiam prædonem ſecundùm rigorem juris eſſe priùs reſtituendum; quia etiam ipſius prædonis intereſt, ne ab alio ſpolietur, non quia res vi ablatas juſtè poſſideat, ſed quia tenetur eas Domino unà cum omnibus fructibus reſtituere: unde quamvis illicitè prædo rem alienam detineat; non tamen à quovis eſt ſpoliandus, quia tantùm reſpectu veri Domini res illas vi ablatas illicitè detinet, non verò reſpectu tertii ſpoliatoris, à quo propterea non debet ſpoliari, & prædo reſpectu illius ad hoc, ut poſſit ſatisfacere vero Domino, poteſt agere interdicto *unde vi*, ſeu perſonaliter. Quòd ſi prædo concurrat cum Domino proprietario, & uterque petat ab aliquo tertio, qui prædonem ſpoliavit, rem ſibi ablatam reſtitui, tunc probata veritate, ſeu rei proprietate præferendus eſt Dominus, quia proprietas ut dignior trahit ad ſe poſſeſſionem, cui prævalet in executione *c. cùm dilectus 6. juncta Gloſſa V. prævalere de cauſa poſſeſſ.*

Sin verò prædo, ſeu qui vi injuſtè alium ſpoliavit, ſit notorius, & is ex intervallo ſpolietur per verum Dominum rebus ſibi priùs ablatis, non eſt reſtituendus prædo contra ſpoliationem factam à vero Domino, quia tunc in prædone notorio obſtat defectus proprietatis, & ratio deſumitur ex *c. dilectus 6. de cauſa poſſeſſ.* ubi decidítur, quòd ſi conſtiterit de cauſa, ſeu jure proprietatis, debeat hæc in executione prævalere cauſæ poſſeſſionis: & ubi prædo eſt notorius, & ſpoliatus à vero Domino, conſtat de jure proprietatis, cùm proprietas competat vero Domino: proinde hæc in executione debet prævalere, & prædo non reſtitui: & naturalis æquitas videtur etiam id exigere, cùm melior ſit conditio innocentis, quàm nocentis. 12

Poſſet tamen in oppoſitum objici textus in *l. ſi quis in tantam C. unde vi.* Ubi jure cautum eſt, ut in odium ſpoliantis Dominus propria authoritate invadens violenter poſſeſſionem rei ſuæ apud ſpoliatorem, non ſolùm teneatur eam reſtituere, ſed etiam ejus privetur dominio in pœnam adhibitæ violentiæ: unde Dominus ſpolians prædonem, à quo fuerat ipſe antea ſpoliatus, nequit contra ipſum uti exceptione proprietatis, ſeu dominii ſibi competentis; quia in pœnam adhibitæ violentiæ in ſpoliatione ſpoliatoris, à quo fuerat ipſe antea ſpoliatus, amittit proprietatem rerum, quibus fuerat ſpoliatus. 13

Sed contra, quia textus in *d. l. ſi quis* tantùm procedit de prædone occulto, non verò de notorio, de quo dicta lex nullam habet mentionem, ut notat Menochius *loc. cit. remed. 1. num. 128.* jure enim permittitur vero Domino jus ſibi dicere contra manifeſtum prædonem, ut aſſerit Decius in *l. qui juriſdictioni num. 11. ff. de juriſdic. om. Judic.* Tum quia pœna amiſſionis dominii non incurritur ipſo jure, ſed tantùm per ſententiam Judicis, ut notat Gloſſa in 14

in *d. l. ſi quis in tantam V. amittat. ff. eod.* proinde ſpoliatus, eò quia incontinenti propria authoritate violenter invadat ſpoliatorem, quem ſpoliat rebus ſibi ablatis, non amittit proprietatem earundem, ut rectè notat Maſcardus *de probat. concluſ. 1333. num. 14.* Præterea quia ex eo, quòd inferens violentiam ſuper re ſua propria authoritate ad eam recuperandam privetur dominio ejusdem, id non oritur ex natura interdicti *unde vi,* quia virtute hujus interdicti ſolùm adigitur reſtituere rem cum fructibus ex ea perceptis, non verò privatur dominio ipſius, unde oritur ex *d. l. ſi quis in tantam,* vi cujus ſi ſpoliatus velit ſibi rei proprietatem adjudicari, debet agere condictione ex *d. l. ſi quis in tantam C. unde vi,* quia per interdictum *unde vi* tantùm conſequeretur rei poſſeſſionem cum ſuis fructibus, ut notat Gloſſa ibid.

15 Quæritur tertiò, an ſpoliatus poſſit propria authoritate, & adhibita violentia ſpoliatorem repellere, eúmque ſpoliare? Reſpondetur affirmativè, dummodo duæ concurrant conditiones; nimirum ut fuerit ipſe priùs rebus ſuis ſpoliatus à Prædone: & ut hæc violentia, quâ prædo ſpoliator ſpoliatur ab eo, qui fuerat antea ſpoliatus, fiat incontinenti, ſeu ſtatim. Ratio petitur ex eo, quia vim vi repellere licet, ac injuſtum aggreſſorem repellere, ac dejicere in ipſo actu aggreſſionis, proinde etiam ſpolium injuſtè ablatum eidem illicò eripere: id enim pertinet ad licitam rerum ſuarum defenſionem: jure enim naturæ permittitur cuilibet ſe defendere contra violentum invaſorem *c. ſignificâſti 18. de homicid. volunt. l. 1. §. vim vi ff. de vi, & vi armata.* Quòd verò debeat hæc violentia fieri ſtatim, ac prædo ſibi uſurpavit ſpolium, ex eo liquet, quia ſi fieret ex intervallo, non ampliùs cenſeretur juſta ſuarum rerum defenſio, ſed potiùs quædam vindicatio, quæ non permittitur ſine authoritate Judicis: debet enim vis ſibi illata vi repelli, antequam ad alia extranea negotia ſpoliatus divertat, ut notat Gloſſa in *l. 3. V. incontinenti ff. de vi, & vi armata.* ubi id etiam extendit ad aliquod temporis intervallum, ut ſi quis veniens ex villa fuit in itinere ſpoliatus, & ingrediens civitatem rogat amicos pro auxilio in ordine ad recuperandas res ſuas, & in hiſce acervandis impendit biduum, vel etiam triduum, adeo ut tertia die egrediens cum amicis è civitate prædonem aggrediatur, à quo res ſuas repetat: quia ſpoliatus retinuit ſemper per totum triduum poſſeſſionem civilem cum ſpe recuperandi intra breve tempus naturalem.

16 Tum quia ſpoliatus ex eo, quòd fuerit per triduum immoratus in civitate, non tamen tunc temporis aliis incubuit negotiis, cùm totum triduum impenderit in inveniendis, ac rogandis amicis pro rebus ſuis recuperandis: cùmque hoc totum eſſet neceſſarium pro tali negotio, non cenſetur ſpoliatus ad extranea divertiſſe, ut notat Abbas in *c. Olim. cauſam. 12. num. 10. h. t.* & docet Menochius *de arbit. judic. lib. 2. caſ. 11. num. 2. & 3. & de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 385.* Hinc plures hanc ſecundam conditionem, ut vis ſibi illata vi repellatur incontinenti, intelligunt præſertim ratione ſpoliationis, quàm primùm fieri poteſt, ſive biduum fluxerit, vel triduum in colligendis amicis, & defenſoribus, dummodo ſpoliatus non divertatur ad alia negotia, quod judicatur ex qualitate rei ſublatæ, circumſtantiis perſonarum, ſpoliationis, temporis, & loci, quæ omnia arbitrio prudentis Judicis relinquuntur determinanda. Alioquin ſi ſpoliatus ex intervallo ſuum dejiciat ſpoliatorem non notorium, poteſt ab hoc conveniri interdicto *unde vi l. cum fundum ff. de vi & vi armata:* quia ultimum ſpolium tunc eſt purgandum, cùm non conſtet de præcedente ſpoliatione facta à prædone. 17

Quæritur quartò, an ſpoliator violentus teneatur non ſolum rem ablatam, verùm & ejus fructus reſtituere, ac damna illata reſarcire? Juvat obſervare, fructus à ferendo ſuam ſortitos nomenclationem eos dici, quos fundus, vel arbor, vel res quævis alia fert, vel producit: & in hac laxa acceptione nomine fructuum comprehenditur etiam collatio beneficiorum eccleſiaſticorum, quæ computantur inter bona Epiſcopalia, & fructus: qua ratione dicuntur fructus menſæ Epiſcopalis, ſuntque propriè redditus beneficiorum, qui ſingulis annis percipiuntur. In jure verò fructus dicuntur, qui ſuperſunt deductis impenſis, quæ eorundem quærendorum, colligendorum, conſervandorúmque gratiâ fiunt, ut habetur in *l. ſi à Domino 39. §. fin. ff. de petit. hæredit.* Hinc quando injuſtus rei alienæ ſpoliator dicitur teneri etiam reſtituere omnes fructus, intelligitur de fructibus, qui ſuperſunt ſubtractis neceſſariis impenſis, quæ factæ fuerant in fundi cultura, & fructuum collectione? Reſpondetur ad quæſitum, ſpoliatorem violentum non ſolùm teneri rem ablatam reſtituere, verùm etiam ejus fructus, imò & compenſare damna ex ſua ſpoliatione alteri illata, & deſumitur ex *c. gravis 11. h. t.* ubi Pontifex reſcribit, ut qui ab aliis rem vi, damno, & injuriâ abſtulit, teneatur integrè reſtituere non ſolùm rem, ſed etiam fructus, non ſolùm perceptos à violento ſpoliatore, verùm etiam quos Domini percepiſſent.

18 Verùm cùm ſpoliator, ac poſſeſſor malæ fidei dicitur teneri reſtituere illos etiam fructus, qui percipi potuiſſent à Dominis, id refertur ad petitorem ſpoliatum, non verò ad poſſeſſorem violentum, ſeu ſpoliatorem: quia ex qualitate culturæ, quam exercuiſſet, & exercere conſueverat Dominus ſpoliatus, potuit contingere, ut ex re ſpolio ablata plures, ac meliores percepiſſet ipſe fructus, quàm ſpoliator, qui culturam neglexit: quòd ſi è contra ſpoliator ob meliorem culturam majores fructus perciperet, quàm conſueviſſet verus Dominus percipere, non poſſet ſpoliatus intereſſe prætendere, nec illum petere fructuum exceſſum, quia Pontifex in *d. c. gravis 10. h. t.* tantùm loquitur de fructibus, qui per antiquum poſſeſſorem potuiſſent percipi, ut notat Abbas in *d. c. gravis n. 14.*

Tenetur verò ſpoliator reſarcire omnia da- 19
mna ex ſua ſpoliatione alteri illata, & deſumitur

ex

ex *c. ult. de injuriis & damn. dato.* æquitas enim non ſolùm exigit rem alteri violenter ablatam reſtitui, verùm etiam compenſari damna injuſtè illata, & quæ paſſus eſt is, cui res ſua fuit ablata, alioquin adhuc remaneret gravatus, neque reſtitueretur plenè in priſtinum ſtatum. Quòd ſi non conſtet, quantum fuerit damni paſſus ſpoliatus, tunc Judex conſideratâ perſonarum, & negotii qualitate debet illud taxare, ac juramentum petitori ſpoliato deferre, ut aperiat, quantum damni paſſus ſit, & tunc ſtatur ejus juramento.

20 Ad id autem quatuor requiruntur conditiones, & quidem copulativè; quarum prima eſt, ut violentia plenè probetur per propriam ſpoliatoris confeſſionem, vel ſaltem per teſtes, & non per ſolum juramentum ſpoliati, quia juramentum non habetur liquida probatio, & non ſufficit, ubi requiritur legitima probatio. Secunda ut taxatio damni illati fiat per Judicem inſpecta qualitate, tum negotii, tum perſonæ. Tertia ut ſpoliatus juret juxta formam taxatam. Quarta ut ſequatur condemnatio facta à Judice juxta formam illam taxatam, & deſumitur ex *c. ult. de iis, qui vi, metùsve cauſa fiunt.* Cæterùm tametſi poſſeſſor malæ fidei non ſit violentus, adhuc tenetur fructus perceptos ex re aliena reſtituere, quia textus expreſſus in §. *ſi quis à Domino inſtit. de rer. diviſ.* loquitur indiſtinctè de quocunque poſſeſſore malæ fidei. ibi: *Qui alienum fundum ſciens poſſederit, cum fundo etiam fructus (licèt conſumpti ſint) cogitur reſtituere.* Imò non ſolum tenetur fructus reſtituere perceptos, verùm & eos, qui a Domino honeſtè percipi potuiſſent *l. fructus non modo ff. de rei vendic.* & docet Menochius de *recuperand. poſſeſſ. remed. 15. n. 602.*

21 Quæritur quintò, quinam dicantur fructus naturales, & qui induſtriales, ac civiles? Reſpondetur, fructus naturales eos dici, quos natura ipſa per ſe, & ſuâ ſpontè producit, non habito reſpectu ad induſtriam hominis cooperantis, cujusmodi ſunt poma, pyra, nuces, fœnum, ligna, ſylvæ, & alia id genus, quæ magis beneficio naturæ, quam induſtriâ, ac diligentiâ hominum producuntur *argum. l. fructus percipiendo ff. de uſur.* & quamvis in hiſce fructibus colligendis, ut etiam in arboribus plantandis requiratur hominis labor, is tamen eſt adeò modicus reſpectu beneficii à natura præſtiti, ut non conſideretur. Fructus induſtriales dicuntur, qui induſtriâ, curâ, & diligentiâ hominis habentur *l. bona fidei §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Idque intereſt diſcriminis inter fructus naturales, & induſtriales, quia iſti percipiuntur ex induſtria hominis non beneficio naturæ, cujusmodi ſunt ſegetes, vinum, oleum prout diſtinguuntur ab uvis, & olivis; ob enim novam formam, quam iisdem homo ſuâ induſtriâ tribuit, denominantur induſtriales §. *cum ex aliena inſtit. de rerum diviſ.* naturales verò ſunt, quæ beneficio naturæ, non hominis induſtriâ proveniunt, unde uvæ, & olivæ poſſunt dici fructus naturales, cùm naturaliter, & beneficio naturæ producantur à vite, & olea: vinum verò, & oleum, quia hominis induſtriâ ex iisdem exprimitur mediante torculari, aliisque inſtrumentis dicuntur fructus induſtriales; hac ratione ab aliquibus inter fructus naturales recenſentur lac, & lana in pecoribus, eò quia absque hominis induſtria, & magna diligentia lac emungatur, & lana tondatur: & id præſertim procedit in locis illis, in quibus oves ſinuntur in ſylvis, & montibus ſine hominum cura vagari, concipere, & parere, quo pacto etiam agniculi cenſentur fructus naturales. Fructus civiles commodè etiam reducuntur ad induſtriales, eò quia magis induſtriâ hominum, quàm beneficio naturæ proveniant, ut notat Covarruvias *lib. 1. var. reſol. c. 3. n. 6.* Tuſchus *litt. F. concluſ. 485. n. 5.* Imò Baldus in *l. ſi traditio in fin. C. de act. empt.* fructus civiles vocat induſtrialiſſimos, eò quia ex pura hominum induſtriâ proveniant in navibus, rhedis, ædibus locandis, qui fructus ſine hominis induſtriâ non haberentur.

Quæritur ſextò, an poſſeſſor bonæ fidei 22
teneatur fructus induſtriales ex aliena re perceptos reſtituere, ſi nondum ſint conſumpti? Reſpondetur, poſſeſſorem bonæ fidei facere ſuos fructus induſtriales perceptos ex re aliena, ita tamen, ut ſi adhuc extent, teneatur eos unà cum re evicta reſtituere ſupervenienti Domino. Ratio ex eo petitur: quia ſi ſpectemus jus naturæ, omnes fructus, qui percipiuntur ex fundo alieno, ſpectant ad verum Dominum ejusdem fundi, ſiquidem quælibet res fructificat ſuo Domino: atqui poſſeſſor bonæ fidei præſumitur verus Dominus, quamdiu perſeverat bona fides, jus enim civile ob impenſam culturam, & induſtriam juncta bonæ fidei poſſeſſione cenſet verum Dominum hunc poſſeſſorem bonæ fidei, proinde etiam Dominum fructuum, qui ex tali fundo percipiuntur *l. bonæ fidei 48. ff. de acquir. rerum domin.* Quòd verò poſſeſſor bonæ fidei faciat ſuos fructus induſtriales perceptos ex re aliena, ſi conſumpti ſint, deſumitur ex *l. certum eſt C. de rei vindic.* ibi: *Certum eſt malæ fidei poſſeſſores omnes fructus ſolere cum ipſa re præſtare: bonæ fidei verò extantes.* Ponitur enim diſcrimen inter poſſeſſorem bonæ, & malæ fidei, quia ille tenetur tantùm fructus extantes, & non conſumptos reſtituere; ille verò tam extantes, quàm conſumptos. Et id vel maximè procedit de fructibus adhuc pendentibus, & percipiendis, quia iſti adhuc dicuntur eſſe pars fundi, cui adnectuntur, & à quo nondum ſunt ſeparati *l. fructus pendentes ff. de rei vindic.* quapropter unà cum fundo etiam à poſſeſſore bonæ fidei reſtitui debent ſupervenienti domino deductis tamen expenſis, & deſumitur ex §. *ſi quis à non Domino inſtit. de rerum diviſ.* ubi quamvis poſſeſſor bonæ fidei pro cultura, induſtria, cura dicatur facere ſuos fructus perceptos, additur tamen ſtatim: *& ideo ſi poſtea Dominus ſupervenerit, & fundum vindicat, de fructibus ab eo conſumptis agere non poteſt*, unde à contrario ſenſu infertur, poſſe Dominum ſupervenientem agere de fructibus nondum conſumptis, & adhuc extantibus, & à fortiori de fructibus nondum ſeparatis à fundo, ut notat Menochius *de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. n. 596.*

Cæterum ex diſpoſitione legis poſſeſſor 23
bonæ fidei facit ſuos fructus induſtriales perceptos ex re aliena, quamdiu judicialiter nemo

ſe opponit, quia dominium ſupra tales fructus non acquiritur à poſſeſſore bonæ ſidei irrevocabiliter: tamdiu enim durat, quamdiu Dominus ſuperveniens unà cum re evicta urget judicialiter ſibi etiam reſtitui fructus perceptos, & adhuc extantes: dominium enim, quod habuit poſſeſſor bonæ fidei, eliditur per actionem inſtitutam à vero Domino ſuperveniente: quapropter dominium, quod poſſeſſor bonæ fidei acquiſierat in fructus illos perceptos induſtriales, erat imperfectum, & revocabile. Non tamen poſſeſſor bonæ fidei tenetur eos reſtituere rei vindicatione, cùm ipſos fuerit lucratus, ſed ex officio Judicis, eò quia fructus illi emanaverint ex re aliena, ut notat Abbas in *d. c. gravis* 11. *num. 6. h. t.* vel vindicatione ſine cauſa: eò quia fructus provenerint poſſeſſori bonæ fidei ex re alterius, ut notat Covarruvias *lib. 1. variar. c. 3. num. 6. concluſ.* 1. Cæterum hæc fructuum reſtitutio intelligenda eſt, dummodo poſſeſſor bonæ fidei nondum per lapſum triennii fructus illos præſcripſerit, ut notat Menochius *remed. 15. de recuper. poſſeſſ. num. 588.* Quia ſi poſſeſſor bonæ fidei probet, ſe tales fructus conſumpſiſſe, vel nondum conſumptos habuiſſe bona fide per integrum triennium, antequam à vero Domino unà cum fundo repeterentur, cenſetur eos præſcripſiſſe *l. ſequitur §. fructus* juncta Gloſſa *v. non fuerint. ff. de uſucapion.* nec tenetur eos reſtituere.

24 Quæritur ſeptimò, an bonæ fidei poſſeſſor lucretur etiam fructus naturales? Reſpondetur cum diſtinctione, ſi poſſeſſor bonæ fidei poſſideat cũ titulo legitimo, vel ſaltem colorato, ſeu à lege approbato, lucratur etiam fructus naturales jam conſumptos, & quibus non fuit factus ditior, ſin verò poſſideat ſine titulo legitimo, nec colorato, tunc licèt faciat ſuos fructus induſtriales, non ita naturales. Ratio primæ partis deſumitur ex *l. bona fidei 64. ff. de acquir. rerum domin.* ibi: *Bonæ fidei emptor non dubiè percipiendo fructus ex aliena re ſuos interim facit non tantùm eos, qui diligentiâ, & operâ ejus provenerunt, ſed omnes: quia quod ad fructus attinet, loco Domini penè eſt:* & cùm lex includat illam clauſulam *ſed omnes*, comprehendit fructus omnes, ſive induſtriales, ſive naturales, quia particula *omnes* nihil excipit *c. ſolitæ §. nobis de major. & obed.* Neque urget, quòd aliqui cum Gloſſa ibid. *V. ſed omnes* intelligant præfatam clauſulam *ſed omnes* de omnibus fructibus, qui diligentiâ alterius provenerunt, ut ſenſus ſit, talem poſſeſſorem bonæ fidei non ſolùm lucrari fructus induſtriales, qui ſuâ propriâ induſtriâ, ſed etiam qui diligentiâ alterius provenerunt: ſiquidem contra eſt, quia illa clauſula *ſed omnes* non refertur ad ipſos operantes, & ad quos fructus pervenerunt ſuâ propriâ induſtriâ, vel diligentiâ, & induſtriâ alterius, ſed refertur ad ipſos fructus, proinde debet intelligi de omnibus fructibus, ſive naturales ſint, ſive induſtriales, idque etiam clarè deſumitur ex generali illa ratione, quæ additur in textu; *quia quod ad fructus attinet* (poſſeſſor bonæ fidei, ſive fructus ſint naturales, ſive induſtriales, cùm textus non diſtinguat) *loco Domini penè eſt.* Quòd ſi poſſeſſor bonæ fidei quoad omnes fructus eſt loco Domini, facit eos ſuos.

25 Secunda pars evincitur ex *l. fructus percipiendo 45. ff. de uſur.* ibi: *Fructus percipiendo uxor, vel vir ex re ſibi donata ſuos facit illos tantùm, quos ſuis operis acquiſivit (veluti ſerendo), nam ſi pomum decerpſeris, vel ex ſylva cæciderit, non fit ejus, ſicut nec cujuslibet bonæ fidei poſſeſſoris: quia non ex facto ejus is fructus naſcitur.* Ex quo textu, in quo nulla fit mentio de titulo legitimo, vel colorato poſſeſſor bonæ fidei tantum facit ſuos fructus induſtriales, quos ſuis operis acquiſivit, non verò naturales, ut ſunt poma decerpta, ligna e ſylvis cæſa: eò quia hujusmodi fructus ſint naturales, qui non naſcuntur ex ejus facto, ſeu induſtria, & diligentia. Neque obſtat, quòd in textu fiat mentio de titulo donationis factæ inter virum, & uxorem, habetur enim *fructus percipiendo uxor, & vir ex re ſibi donata ſuos facit illos tantùm, quos ſuis operis acquiſivit*, quia titulus donationis factæ inter virum, & uxorem non eſt legitimus, quia per leges non approbatur, quin potiùs per easdem reprobatur, adeò ut donatio facta inter virum, & uxorem de jure non ſubſiſtat *c. ult. de donat. inter vir. & uxor.* atqui habere titulum à jure improbatum, & nullum habere titulum, perinde ſunt, quia titulus a lege non approbatus, non habetur pro titulo *l. quoties ff. quò ſatisdare cogantur.* Hinc patet diſcrimen inter poſſeſſorem bonæ fidei cum titulo legitimo, vel ſaltem colorato, & ſine titulo quoad fructus naturales, quia ille ſuos facit, non iſte.

26 Quæritur octavò, an poſſeſſor bonæ fidei teneatur reſtituere fructus ex re aliena perceptos, ſi illi jam fuerint conſumpti, & poſſeſſor ſit factus ditior? Reſpondetur, non tenere reſtituere fructus conſumptos ante litem conteſtatam, ſi ditior ex iisdem non ſit factus, & id procedere tam de fructibus induſtrialibus, quàm naturalibus, ſive cum titulo, ſive ſine titulo rem quis poſſederit, & ita docent communiter cum Gloſſa *in c. gravis* 11. *v. fructus h. t.* & præſertim Covarruvias *lib. 1. var. reſol. c. 3. num. 6.* De fructibus induſtrialibus liquet ex *§. ſi quis à non Domino inſtit. de rerum diviſ.* ibi enim fructus induſtriales dicuntur pertinere ad poſſeſſorem bonæ fidei pro cultura, & cura fundi, & ibi expreſsè dicitur: *Ut ſi Dominus ſupervenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo conſumptis agere non poſſit:* nec quoad pretium; adeò ut poſſeſſor bonæ fidei non teneatur fructus, nec eorum pretium reſtituere.

27 Idque ex eo etiam evincitur, quia obligatio reſtituendi ex duplici tantùm oritur capite, ſcilicet vel ex parte rei poſſeſſæ, quæ ſuo Domino eſt reſtituenda: vel ratione injuſtæ detentionis: & ex neutro capite reſtituendi ſunt fructus, ſive induſtriales, ſive naturales conſumpti, ſi ex iis poſſeſſor bonæ fidei non ſit factus locupletior: non ex primo; quia nec res, neque quidquam rei apud talem poſſeſſorem bonæ fidei remanet, cùm ſupponatur omnia conſumpſiſſe, & non fuiſſe factum locupletiorem, conſequenter non tenetur quidquam reſtituere.

Neque

Neque ex ſecundo, quia cùm fuerit poſſeſſor bonæ fidei, illa retentio non fuit injuſta. Quòd nec etiam teneatur reſtituere fructus naturales, deſumitur ex *l. ſed & loci 4. §. poſt litem ff. finium regundorum*, ubi abſque ulla diſtinctione inter fructus induſtriales, & naturales perceptos à poſſeſſore bonæ fidei, ſive cum titulo, ſive ſine titulo habetur: *Nam aut bona fide percepit, & lucrari eum oportet, ſi eos conſumpſit.* Idque etiam evincitur ex *l. Item veniunt. §. eos autem ff. de petit. hæred.* & ex *l. ſed & ſi lege §. conſuluit. ff. eod.* ubi ſtatuitur, quòd poſſeſſores bonæ fidei de fructibus conſumptis, eos tantùm teneantur reſtituere, quibus facti ſunt locupletiores, non verò alios conſumptos, & quibus non ſunt facti ditiores. Et tunc tantùm ex re aliena dicitur quis ditior factus, quando acceſſione talium fructuum bona ſua fuerunt aucta. Cæterum poſt litem ſemel conteſtatam poſſeſſor bonæ fidei re per Dominum in judicio evicta, tenetur reſtituere fructus, quos etiam conſumpſit poſt talem litem conteſtatam, & deſumitur ex *l. certum eſt C. de rei vendic.* ubi habetur, quòd poſſeſſor bonæ fidei ſoleat cum ipſa re præſtare fructus etiam ante litis conteſtationem perceptos, dummodo adhuc extent, ſeu non fuerint conſumpti; & poſt litis conteſtationem omnes fructus perceptos à tali tempore litis conteſtatæ, ſive adhuc extent, ſive conſumpti fuerint.

28 Quæritur nonò, an poſſeſſor bonæ fidei teneatur reſtituere fructus induſtriales conſumptos ante litis conteſtationem, ſi ex iiſdem ditior factus ſit: difficultas eſt de ſolis fructibus induſtrialibus, quia quoad naturales, qui ſuperſunt deductis omnibus expenſis, & ipſa mercede culturæ, & curæ impenſæ pro iiſdem colligendis, reſtituendi ſunt quoad illum exceſſum, quo poſſeſſor bonæ fidei factus eſt locupletior? Reſpondetur ad quæſitum, poſſeſſorem bonæ fidei teneri etiam reſtituere fructus induſtriales conſumptos, ſi ex ipſis factus ſit ditior, ut docent Covarruvias *lib. 1. var. reſol. c. 3. num. 6. concl. 3.* Jaſon, *l. ſi me & Titium num. 1. ff. ſi cert. petat.* cum pluribus aliis: & ratio videtur deſumenda ex ipſa naturali æquitate, quia illud incrementum divitiarum, quo Cajus factus eſt locupletior ex fundo Titii, ex nullo titulo pertinet ad dominium Caji, neque ulla ſubeſt ratio, cur apud ipſum debeat remanere: quia ſicut fundus pertinuit ad Titium, ita etiam fructus fundi, cùm quælibet res fructificet ſuo Domino, unde licèt Cajus cum Titio nullum inierit contractum, adhuc æquitas exigit, ut illud divitiarum incrementum à Cajo reſtituatur Titio, ut vero Domino, ut habetur expreſsè in *l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. petat.* Præterea quia poſſeſſor bonæ fidei tenetur vero Domino supervenienti reſtituere fructus etiam induſtriales adhuc extantes, idque vel officio Judicis, vel condictione ſine cauſa.

29 Neque obſtat, ſi dicas, hujuſmodi fructus eſſe conſumptos, quia tametſi quoad ſubſtantiam fuerint conſumpti, quoad æquivalentiam tamen adhuc perſeverant in illo augmento, per quod poſſeſſor bonæ fidei factus eſt ditior; unde æquitas exigit, ut deductis expenſis, quod ſupereſt ex tali augmento, reſtituatur vero Domino fundi, cui fundus fructificavit: æquum enim eſt, ut nemo cum alterius detrimento fiat locupletior *l. Nam hoc natura ff. de condict. indeb.* Tum quia cùm res aliena ſit reſtituenda ſuo Domino, debet etiam reſtitui, quod ipſa fructificavit, quia res nonniſi ſuo Domino fructificat. Unde eſt diſpar ratio de fructibus conſumptis, & quibus poſſeſſor bonæ fidei non eſt factus ditior, & de conſumptis, quibus eſt factus ditior; quia iſti æquivalenter remanent in augmento divitiarum, non illi.

Quæritur decimò, an ſi adſit conſenſus ſpoliati, poſſit non fieri reſtitutio ſpolii ante omnia? Reſpondetur affirmativè, & poſſe tum ſpoliatorem in judicio audiri ſuper proprietate rei ſibi competente, & deſumitur ex *c. licèt h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, quòd ante omnem litem ſit reſtituenda poſſeſſio violenter ablata: ſed ſi ſpoliatus cedit juri ſuo, & conſentit, ut ſpoliator ante reſtitutionem poſſeſſionis poſſit probare proprietatem, omittitur tunc reſtitutio, & expectatur ſententia. Ratio eſt, quia quòd reſtitutio ſpolii debeat fieri ante litem, eſt privilegium à lege conceſſum in favorem ſpoliati: atqui poteſt quilibet juri ſuo renuntiare *c. ſi diligenti 12. de for. compet.* Tum quia exceptio factæ ſpoliationis, cùm impediat cognoſci ſuper proprietate ante factam ſpolii reſtitutionem, eſt exceptio dilatoria, cui poteſt renuntiari *c. inter monaſterium 20. de ſent. & re judic.* Imò non eſt neceſſe, quòd ſpoliatus expreſsè, & formaliter conſentiat, ſed ſufficit, ſi tacitè, vel virtualiter; ſi nimirum permittat, ut ſpoliator poſſit probare jus proprietatis ante factam ſpolii reſtitutionem, non opponendo, nec reclamando; quia eo ipſo, quòd non excipit, nec reclamat, nec contra reum ſpoliatorem opponit dominium, nec appellat à Judice volente cognoſcere ſuper dominio, cenſetur tacitè in totum illud conſentire, ut notat Sperellus *deciſ. 18. for. eccleſ. num. 12. & ſeq.* ubi aſſerit, actorem teneri tunc excipere remedio recuperandæ, ac debere inſtanter proteſtari de non cumulando petitorium cum poſſeſſorio, alioqnin ſpoliatus non eſt reſtituendus ante omnia, quia actio non excluditur, neque impeditur, niſi exceptio expreſsè opponatur *c. inter monaſterium de ſent. & re judic.* proinde etiam in propoſito non impeditur actio ſpoliatoris, ſi velit probare proprietatem rei ſpolio ſublatæ ad ſe pertinere. Cæterum ſi conſtet de conſenſu ſive expreſſo, ſive tacito ſpoliati, non poteſt Judex ex officio tunc ſupplere, ut ante omnia reſtituat ſpoliatum, quia Judex non interponit ſuum officium, niſi petatur *argum. c. innotuit 20. §. fin. de elect.* Id tamen procedit, dummodo non immineat periculum animarum, quia tunc reſtitutio debet fieri. 30

Quæritur undecimò, an non obſtante notorio defectu proprietatis ex parte ſpoliati, adhuc ſit iſte ante omnia reſtituendus? Reſpondetur 31

nega-

negativè, ſi conſtet, proprietatem, ſeu dominium ſpolii ſpectare ad ſpoliatorem ex propria ſpoliati confeſſione, vel ex actis judicii, ut notat Abbas in *c. licet.* 1. *num.* 3. *h. t.* Menochius *de recuper. poſſeſſ. remed.* 1. *num.* 215. *& ſeq.* ubi citat Rotam in novis deciſionibus *oit. de reſtit. ſpoliat. deciſ.* 16. *& ſeq.* quia quando notoriè conſtat de dominio ſpoliatoris, & proprietatem rei ad ipſum pertinere non ad ſpoliatum; fruſtra ſpoliatus interdicto recuperandæ mitteretur in poſſeſſionem illius rei, cùm deberet ſtatim eam reſtitoere ſpoliatori, ut vero Domino. Tum quia ſpoliatus tunc eſſet repellendus, ut doloſus.

TITULUS XIV.

De dolo, & contumacia.

INterdum contingit, ut aliquis judicio poſſeſſorio, ſeu petitorio, quamvis per decretum Judicis miſſus ſit in poſſeſſionem rei, quâ fuerat ſpoliatus, eam nihilominus non poſſit conſequi ob dolum, vel contumaciam adverſarii: unde titulo præcedenti, qui fuit de reſtitutione ſpoliatorum, rectè adnectitur hic alius inſcriptus *de dolo, & contumacia.* Dicitur contumacia à contemnendo, quia ſi pars litigans non obſequatur legitimo juſſui Judicis, cenſetur hic contemni. Dolus perinde eſt ac fraus, fallacia, & machinatio, & duplex eſt, bonus, & malus; ille dicitur ſolertia, quâ quis machinatur aliquid contra hoſtes, vel adverſarios, aut latrones præſertim publicos, ut eorum injurias excludat *l.* 1. *§. non fuit ff. de dolo. c. dominus* 2. *cauſ.* 23. *q.* 2. ubi habetur, quòd ſuſcipiens juſtum bellum, ſive apertâ pugnâ, ſive per inſidias vincat, nihil ad juſtitiam intereſſe, juxta vulgatum illud effatum: *dolus, an virtus vincat, quis in hoſte requirat?* & hic dolus in jure non prohibetur; ſed tantùm dolus malus, qui à juriſconſulto deſcribitur eſſe calliditas, fallacia, vel machinatio adhibita ad circumveniendum, fallendum, vel decipiendum alterum: hoc tamen eſt diſcrimen inter calliditatem, fallaciam, & machinationem, quia calliditas committitur tacendo, vel diſſimulando; fallacia decipiendo mendaciis: machinatio per occultas inſidias, ut oſtendit Hoſtiens. *in ſum. h. t. §. quid ſit dolus.* Quamvis hîc tantùm agatur de dolo, quatenus ſpecialiter adhæret contumaciæ, eò quia ceſſante dolo, vel culpâ, nemo cenſeatur eſſe contumax *l. contumacia* 13. *ff. de re indic.* quia tamen plures Canoniſtæ agunt hîc de dolo generatim ſumpto, ideo non abs re erit nonnulla hîc de dolo præmittere.

SUMMARIUM EXEGETICUM

Capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. *AD HÆC* 1. *h. t. reſcribit Alexander III. quòd ſi reus, qui ſpoliavit, ſit abſens, & non obediat Judici in danda poſſeſſione; quinimo per dolum, & potentiam impedit ingreſſum ad poſſeſſionem, ſi tamen in fine anni offerat cautionem ſtandi in judicio, ſit patienter admittendus, & non privandus; quia in perſonis, & negotiis eccleſiaſticis non requiritur diſtrictio, & rigor juris, quando juſtitia non periclitatur: unde in hoc textu rigor juris civilis à Pontifice temperatur in eccleſiaſticis perſonis, & negotiis, ut non puniatur qui juſſioni de admittendo*

tendo Actore in poſſeſſionem non paruit judici, niſi juſtitia periclitaretur, dummodo offerat cautionem debitam de ſatisfaciendo. Notandum eſt cum Gloſſa, quòd qui in poſſeſſionem mittitur per primum decretum, efficitur tantum cuſtos, & non poſſeſſor.

¶ EX LITTERIS 2. h. t. declarat idem Pont. poſſe Judicem ob contumaciam partis rem petitam ſequeſtrare, & condemnare contumacem in expenſis partis. Rurſus litteras Apoſtolicas ſecundas ſi mentionem non faciant de primis in eadem cauſa, vel non contineant nomina particularium, qui erant in primis, non præjudicare primis, eò quia dolus, & fraus nulli debeat patrocinari; ubi notat Gloſſa per litteras generales non revocari ſpeciales. Et enim qui malitiosè trahit alium ad judicium debere condemnari ad expenſas. Rurſus quamvis de jure communi ob contumaciam partis non debeat poſſeſſio ſequeſtrari, niſi in caſibus in jure proprio expreſſis, Judices tamen mitiùs [in] canonicis egerunt: ſiquidem durius eſt, ſi adverſarius mittatur in poſſeſſionem rei alterius, quàm ſi illam Magiſtratus ſua authoritate cuſtodiat, vel tradat tertio cuſtodiendam, uſque ad finem litis.

¶ CAUSAM 3. h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi reus ſit contumax, ſeu citatus non obediat, vel non vult parere judici, vel ſe abſentat: ſi pars inſtet, debeat Judex vocare ejus Procuratorem, qui ſi non veniat, vel non inveniatur, debeat mittere denuntiationes ad ejus domum, & teſtes accipere alterius partis contra Actorem abſentem, & proferre ſententiam. Ex quo textu liquet, poſſe contra actorem, non item contra Reum contumacem procedi etiam lite non conteſtata, quia major eſt contumacia Actoris, quàm rei: ſiquidem ut notat Panormitanus hic num. 15. ab initio fuit in poteſtate Actoris non agere, non item in poteſtate Rei, qui compellitur reſpondere. Secundò quia inde magis præſumitur contra Actorem contumacem, eò quia ipſe provocaverit. Tertiò quia Reus ſi fugiat, inſtinctum ſequitur naturæ; ſed Actor facit contra id, quod debet facere, quia Rei ſunt ſemper favorabiliores, quàm Actores c. ex litteri de Prælat. Quintò demum quia niſi procederetur contra Actorem etiam lite non conteſtata, eſſet in ipſius poteſtate vexare Reum, prout ei magis placeret; proinde jura voluerunt [Act]orem compelli, & eo contumace etiã procedi ad ſententiam. Notandum eſt, legitimam citationem fieri trinis edictis, vel uno peremptorio pro trinis: & hanc decretalem procedere, quando Actor abeſt, & Reus adeſt.

¶ PR[illegible] NOBIS 4. h. t. ſtatuit Urbanus III. quod ſi lite conteſtata Reus vocatus ſit contumax, & conſtet de cauſa, debeat ſententia definitiva ferri; ſi non conſtet, petens debeat poni in poſſeſſione, & ſervari pro abſente quæſtio proprietatis: ubi notat Gloſſa, quòd ſi cauſa [illegible] ſit, ut Actor non poſſit mitti in poſſeſſionem [deb]eat Reus excommunicari.

¶ [CUM] [EX] LITIBUS 5. h. t. Innocentius III. [li]tes citius finiendas præſertim in beneficialibus ſtatuit, ut poſt intentionem unius partis

fundatam, ſi altera velit legitimas exceptiones opponere, quas tamen nolit, vel non poſſit ſtatim probare, ad ſolvendas alteri parti moderatas expenſas condemnetur, ſi intra inducias ad probandam exceptionem conceſſas in probatione defecerit: quòd ſi ſolvendo non fuerit, debeat aliter ſecundùm arbitrium Judicis puniri. Siquidem eſt vulgata regula, ut qui non eſt ſolvendo alio modo puniatur 14. q. 6. c. ſi res l. 1. ad fin. ff. de pœn. Ceterum in hac decretali continetur jus novum, proinde Pontifex dicit ſtatuimus. Rurſus loquitur de exceptione peremptoria.

C. CUM DILECTI 6. h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Prænestino, quòd ſi citatus intra certum terminum per ſe, vel per alium non compareat in illo termino, vel paulò poſt, dummodo non ſit legitimè impeditus, licet nuntium miſerit ad ſe excuſandum, ſit habendus contumax, & condemnandus ad expenſas à tempore contumaciæ. Unde quando mandatur alicui, ut ad certum tempus compareat, duo mandantur. Primò ut ad Judicem veniat, ſecundò ut ad diem præfixam accedat; & ſi per ſe ipſum non poſſit venire, teneatur alio die ſe præſentare: ſicut quando mandatur alicui ut ad certum diem ſolvat, ſi non poſſit ea die ſolvere, eâ elapſâ tenetur nihilominus ad ſolvendum. Notat ex hoc textu Gloſſa, quòd in cauſa communi ejuſdem litis, ſi unus poſt litem conteſtatam vult agere pro alio, admittitur etiam ſine mandato, dummodo præſtetur cautio de rato.

¶ CUM OLIM 7. h. t. declarat idem Pont. quòd in cauſa beneficiali poſt latam ſententiam poſſit Papa cognoſcere. Rurſus quòd contumax, & condemnatus, ut ejus malitia convincatur, debeat iterum ex abundanti citari ad cauſam defendendam. Quòd ſi ſit intra Provinciam, & intra tres menſes non compareat: vel ſi extra intra annum; confirmatur poſtea prima ſententia, & interim eodem anno ille ſit adminiſtrator: ubi notat Gloſſa, quòd Pont ſe juſſiſſe per annum expectari abſentem non quod id fuerit factum vi juris communis, ſed ex miſericordia ab eo qui poteſt omnia.

¶ VERITATIS 8. h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi contumax ſit abſens ex malitia, poſſint teſtes recipi, & contumax poſſit excommunicari, deponi, privari officio Pontificali, vel ſacerdotali, & alia poſt has ſententias ſint irrita. Ex quo textu colligitur, in cauſa denunciationis licèt lite non conteſtata poſſe recipi teſtes contra contumacem, & ferri ſententiam à poſſe contra contumacem abſentem. Rurſus in enormi crimine clericum deponi per denunciationem.

C. CONTIN[G]IT 9. h. t. [Ide]m Pont. in Concilio generali ſtatuit, quod ſi a[cto]r, cui ob contumaciam partis adverſæ adjudicatur cauſâ rei ſervanda poſſeſſio, illam propter Rei potentiam, vel dolum, infra annum non poſſit acquirere, vel acquiſitam amittat, decernit Pontifex, ut in præmiſſo caſu, ne contumax ſit melioris conditionis quam abſens [illegible] conſtituatur elapſo anno verus poſſeſſor. Ex quo textu claret, cuſtodem rei ſervandæ infra annum jure canonico non eſſe poſſeſſorem, ſed ſimplicem cuſtodem,

Digitized by Google

& elapſo anno ipſo jure fieri verum poſſeſſorem, & erectum poſſe petere reſtitutionem.

C. *VENERABILIS* 10. *h. t. reſcribit Gregorius IX. quòd ſi citandus non inveniatur, poſſit citatio figi in valvis ſua Eccleſia, & tunc citatio ſuum ſortitur valorem* c. propoſuiſti 19. de foro compet. *Hinc notat Gloſſa, juxta jus canonicum inſtantiam Judicis elapſo triennio non finiri ſicut in civilibus.*

IN SEXTO.

C. *ACTOR* 1. *h. t. declarat Innocentius IV. quòd ſi Actor in termino, ad quem citari fecit adverſarium, non compareat, veniente Reo, in expenſis ob hoc factis legitimè condemnatur, neque ad aliam citationem admittitur niſi caverit, quòd in termino ſit compariturus, unde Actor tunc tenetur ſolvere expenſas factas à Reo, nec ampliùs eſt admittendus ad aliam citationem, eò quia in termino fideliter non comparuerit. Ubi notat Gloſſa, quòd cum Reus ad inſtantiam actoris citatur à Judice (qui non debet interponere officium ſuum ob privatam utilitatem, niſi requiſitus à partibus* l. 4. ff. de dam. infect. c. 1. de judic.) *ad certum terminum, Actori etiam eundem aſſignari; licèt id non dicat Judex, proinde Actor non comparens ut contumax punitur.*

C. *EUM QUI* 2. *h. t. Bonifacius VIII. ſtatuit, eum qui in ſententia interlocutoria, vel gravamine appellat à Judice, non eſſe ampliùs citandum ad ea, qua poſtea ſunt facienda in judicio, vel ad ſententiam audiendam; niſi ſponte renuntiet appellationi. Notat Gloſſa id intelligi in caſu, in quo appellatio non impedit executionem.*

IN SEPTIMO.

C. *QUONIAM* 1. *h. t. Pius IV. ſtatuit, defenſiones damnatorum in contumaciam non eſſe admittendas, niſi infra ſex menſes, faciendas, videlicet a die condemnationis computandos; quoad verò jam factas condemnationes à die publicationis hujus decretalis; nec alibi, quàm in loco ubi condemnatio ſecuta eſt; vel in curia generali provincia, ubi delictum fuit commiſſum: & acta omnia in contrarium declarat nullius roboris.*

C. *DUDUM* 2. *h. t. Pius V. extendit ad annum, præfatum decretum Pii IV. conceſſum contumacibus ad exprimendas cauſa defenſiones; adeout ſemeſtre Pii IV. per hanc decretalem Pii V. prorogetur, & extendatur ad annum; ita tamen ut ſponte comparentibus duntaxat; non verò captis, hoc ſpatium indulgeatur: captis enim ſufra annum hac decretalis non favet.*

IN CLEMENTINIS.

C. *SI ANTE UNIC. h. t. Clemens V. in Concilio Viennenſi declarat, quòd ſi quis ante ſententiam definitivam appellet, Judex non deferens ejus appellationi debeat in cauſa procedere, & ferre ſententiam definitivam: quòd ſi prima appellatio non fuit manifeſtè frivola, poteſt ab illa ſententia definitiva intra tempus debitum appellare. Notandum eſt cum Gloſſa de jure canonico poſſe aliquem appellare à ſententia interlocutoria à quocunque gravamine, non ita de jure civili, niſi tale eſſet gravamen, ut non poſſet reparari à definitiva; quia tunc etiam jure civili conceditur appellatio ab interlocutoria. Rurſus quando appellatur ab interlocutoria, poſſunt à Judice concedi Apoſtoli refutatorii, ſeu littera teſtimoniales, & ipſe poteſt interim procedere ad ulteriora, ſi cauſa appellationis non ſit rationabilis: non ita in ſententia definitiva. Eſt enim ſententia alia definitiva, qua judicialiter finem imponit liti principali, & hanc ſemel latam non poteſt Judex revocare: alia eſt interlocutoria, qua fertur in medio cauſa, non tamen ſuper principali, ſed ſuper emergenti, & incidenti quaſtione, ut de libello, vel dilatione danda, vel de teſtibus ſuſcipiendis, & hac dicitur ſemiplena, quam quilibet Judex poteſt revocare: alia dicitur conventionalis, eſtque amicabilis compoſitio, & contingit, quando Judex monet litigantes, ut inter ſe conveniant. Alia eſt ſententia per errorem lata, & hac ſemper revocatur. Praterea appellans debet petere Apoſtolos à Judice, à quo appellat: Dicuntur enim Apoſtoli littera data appellanti, in quibus continentur allegationes, & proceſſus cauſa: hinc Apoſtoli ſunt vel conventionales, vel teſtimoniales de appellatione facta, vel dimiſſorii, quando apparet, Judicem detuliſſe appellationem: alii etiam dicuntur reverentiales, quando ſcilicet ob reverentiam ſuperioris defertur appellationi. Tempus autem debitum eſt ſpatium decem dierum à tempore notitia.*

IN EXTRAVAGANTIBUS COMMUNIBUS.

C. *REM NON NOVAM UNIC. h. t. ſtatuitur, quòd ſi citandi à ſede Apoſtolica per ſe, vel per alios impediant citationes ad ſe pervenire, vel affigi in eorum domibus, vel alio modo ne tutus pateat ad ipſos acceſſus: tunc ſi citationes fiant in audientia litterarum Apoſtolicarum, aut in aula palatii, ſunt poſtea affigenda in valvis majoris Eccleſia loci, ubi Romana Curia reſidet: ſin verò fiant citationes extra dies ſolemnes, declarat Pontifex, ita ligare poſt lapſum terminum proportionatum illis, ac ſi perſonaliter eſſent citati non obſtantibus privilegiis generalibus, & ſpecialibus.*

COM-

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

De dolo quid ſit, & quid operetur?

DOlus eſt calliditas ad decipiendom alium, & verſari poteſt vel circa ſubſtantiam rei, vel circa accidentia e usdem; ſi verſetur circa ſubſtantiam contractùs, adeo ut hic fuerit doloſè initus, ipſo jure eſt irritus ex defectu ſubſtanrialis conſenſùs, quia tunc exceptor, vel contrahens decipitor, & ſi dolus abeſſet non contraheret, ut ſi Titius emat fruſtulum Chryſtalli pro adamante, non emeret Chryſtallum tanto pretio, ſi ſciret non eſſe adamantem; quapropter in tali contractu deeſt ſubſtantialis conſenſus, quia emens non aſſentitur emptioni Chryſtalli, cùm putet adamantem emere: & quia errat, ideo non cenſetur conſentire; ſiquidem errantis nullus eſt conſenſus *l. 9. C de juris, & facti ignorantia.*

2 Sin verò dolus verſetur circa accidentia rei, tunc dupliciter poteſt in contractu contingere: primò, ut dolus det cauſam contractui, qui aliàs ſecluſo dolo non celebraretur, quatenus deceptus non contraheret. Secundò ut incidat duntaxat in contractum, adeo ut deceptus etiam cum tali dolo contraxiſſet. Qui contrahit dolo dante cauſam contractui, ſi inducatur ad contrahendum ab alia parte ponente dolum, quamvis ſpectato rigore juris civilis teneretur ſtare contractui: nihilominus ex Prætoris æquitate competit illi exceptio doli contra doloſum petitorem ad reſcindendum contractum tali dolo initum. Quòd ex rigore juris teneretur ſtare contractui deſumitur *ex §. 1. inſt. de except.* quia quamvis dolo circumventus, aut vi compulſus non conſentiat in ipſum dolum, & verum ſit, quòd nemo cenſeatur conſentire in id, quo decipitur: conſentit tamen in contractum, qui de facto initur: proinde quamvis dolus, qui dat cauſam contractui faciat involontarium ſecundum quid; non propterea tollit voluntarium ſimpliciter: ſiquidem relinquit conſenſum circa ipſam ſubſtantiam contractùs, & cùm ſit ipſe contractus, qui parit obligationem, ideo cenſetur etiam obligari, ac cenſetur voluntariè contrahere.

3 Quòd verò ex prætoris æquitate competat decepto exceptio doli contra doloſum petitorem ad reſcindendum contractum dolo initum deſumitur *ex l. ſi dolo 5. C. de reſcind. vendit.* ubi habetur, quòd qui dolo inductus eſt, poteſt excipere dolum malum contra doloſum: & ratio etiam deſumitur *ex l. 1. §. de dolo mal. excep.* ubi habetur, quòd præter hanc exceptionem Prætor propoſuerit, ne dolus contra naturalem æquitatem doloſo proſit per occaſionem juris civilis: ſiquidem iniquum eſſet ſi ſtipulatori propria vafrities, & calliditas eſſet luctoſa, & promiſſori ſimplicitas damnoſa *l. 1. in princ. ff. de dol. mal.*

Quòd ſi dolus non det cauſam contractui, ſed tantùm incidat in contractum, eò quia contrahens adhuc contraxiſſet, & emiſſet rem illam, ſi deceptus non fuiſſet, licèt non tanto pretio, tunc contractus non irritatur, neque per exceptionem doli reſcinditur; quia tunc dolus non tollit conſenſum circa ſubſtantiam contractus, qui propterea jure naturali eſt validus; præſertim cùm talis dolus non ſit cauſa contractus, nec ſit ratio reſcindendi contractum, ſi dolus cognoſcatur: nihilominus competit decepto actio contra decipientem, non ad reſciſſionem contractûs, ſed ad ſolutionem pretii excedentis, ad hoc ut pretium reducatur ad æquitatem, ac reſpondeat rei venditæ juxta pretium, quo communiter venditur. Quòd ſi contrahens per dolum non ſit deceptus ab alio contrahente, ſed à tertia perſona, quæ adfuit tali contractui, tunc contractus eſt abſolutè validus, & non poteſt reſcindi per oppoſitam exceptionem, eò quia contrahens nullam injuriam alteri contrahenti decepto intulerit. Actio tamen de dolo competit decepto contra tertiam illam perſonam, quæ decepit contrahentem. 4

Immo non ſolùm jure civili, ſed etiam jure canonico, & in foro conſcientiæ probabile eſt, dolum verſantem circa qualitates contractûs, tametſi à contrahente ſit commiſſus, adeo ut cauſam illi dederit, non irritare ipſo jure contractum, tametſi per exceptionem doli reſcindendus ſit, ſi poſſit reſcindi, ſive ſit contractus ſtricti juris, ſive bonæ fidei: & ſi ſermo ſit de contractibus ſtricti juris, certum eſt, eos eſſe validos ipſo jure, ut deſumitur ax *l. dolo 5. C. de inutil. ſtipul.* ubi de ſtipulatione, quæ eſt ſtricti juris, dicitur, quòd ſi dolo facta fuerit, adhuc tenet, licèt per exceptionem doli petitio poſſit reſcindi. Sin verò contractus ſit bonæ fidei, eſt etiam validus, & colligitur *ex l. ſi dolo 5. C. de reſcin. vendit.* ubi dicitur, quòd præſes iubebit venditionem dolo factam reſcindi, quòd ſi jubet reſcindi, debet eſſe validâ, quia illud tantùm reſcinditur, quod ſubſiſtit: unde ſi venditio non eſſet valida, non eſſet reſcindenda. 5

Ratio generatim eſt, quia dolus, qui verſatur circa accidentales circumſtantias contractus non tollit conſenſum in ſubſtantiam ipſius contractûs, proinde nulla eſt cauſa, ob quam ſit irritus. Neque obſtat textus *in l. 3. in fin. ff. pro ſocio* ubi habetur, quòd ſocietas dolo malo, & fraudandi causâ inita ipſo jure ſit invalida, quia id tantùm intelligitur reſpectu decipientis, quatenus talis ſocietas ad petitionem decepti poteſt reſcindi; & etiam 6

poteſt cogere deceptorem, ſi velit ad implendum contractum, tametſi ipſe deceptus efficaciter non obligetur ex tali contractu, ſed poſſit ab ipſo reſilire; quo pacto etiam contractus bonæ fidei ex dolo alterius partis contrahentis dicitur irritus non abſolute quoad ſubſtantiam, ſed tantùm qnoad effectum, quatenus ex anthoritate Judicis poteſt reſcindi, ſi à decepto excipiatur dolus, aut inſtituatur actio de dolo contra doloſum: unde talis contractus bonæ fidei dicitur tantùm irritus in favorem decepti; quatenus hic cognito dolo poteſt contractum irritare per exceptionem doli; dicitur etiam irritus contractus reſpectu decipientis, quatenus hic nullum jus ex tali contractu irrevocabiliter acquirit, niſi deceptus talem contractum ratificet. Tum quia in jure aliqui actus dicuntur irriti non defacto, nec ipſo jure, ſed quia non ſunt firmi, eò quia ad arbitrium alterius contrahentis poſſint irritari, ut notat Gloſſa *l. 1. V. irritanda C. de reſcinden. vendit.*

Juvat obſervare diſcrimen inter contra-
7 ctum bonæ fidei, & ſtricti juris, quia ſpectato jure civili non datur actio ad reſcindendum contractum ſtricti juris, neque exceptio, ſicut datur in contractibus bonæ fidei: ſecus in jure canonico, & in foro conſcientiæ in omnibus contractibus, tam bonæ fidei, quàm ſtricti juris ſemper competit, vel exceptio, vel actio de dolo ad reſcindendum contractum, & reſtituendum in integrum; ſi contractus per traditionem rei ſit completus: ſiquidem æquitas exigit, ut talis contractus poſſit reſcindi, ne dolus & malitia proſit doloſo. Quòd ſi dolus non ab altero contrahente, ſed tantùm à tertio ignorantibus contrahentibus ſit commiſſus, & contractus completus ſaltem ex altera parte; tunc licèt deceptus non poſſit contra alium contrahentem excipere dolum ad reſcindendum contractum, poteſt tamen inſtituere actionem de dolo contra tertium deceptorem ad id, quod intereſt, ſeu ad lucrum ceſſans, vel damnum emergens; & ut reſtituat, quod ex tali deceptione deceptus eſt paſſus: quia cùm neuter contrahentium alteri injuriam intulerit, uterque cenſetur ſe obligare ad ſtandum contractui; ſed datur actio contra tertium, ne deceptus quidquam damni patiatur. Cæterum dolus ex propoſito adhibitus ab altero contrahente, ſi ſit contra ſubſtantiam contractûs operatur nullitatem ejusdem.

In dubiis tamen dolus non præſumitur,
8 neque verba, quæ poſſunt importare dolum, quia ſemper debent interpretari in bonam partem, ut notat Abbas *conſ. 68. V. videtur primò.* Nec dolus præſumitur, niſi probetur *l. quoties §. qui dolo ff. de probat.* & *l. dolum. C. de dolo* Bald. *conſ. 250. in quaſt, col, 2. lib. 1.* Neque doli cauſa præſumi debet, quando nulla cauſa doli veriſimiliter poteſt intelligi, Aret. *conſ. 65. num. 3.* Neque ſine cauſa, & animo lucrandi committitur dolus. Cornel. *conſ. 63. & conſ.* 217. Nec præſumitur dolus in impubere, eò quia non præſumatur capax doli, niſi probetur, ut notat Calderin. *conſ. 15.* Rurſus probatio doli debet eſſe clara, & non ſufficit præſumptiva, ut notat Fulg. *conſ. 25. num. 3. & ſequent. V. an autem dolus.* Hinc tametſi pater non poſſit legare filio ſpurio, ſi tamen leget uxori, vel alteri capaci, licèt ille capax donet ſpurio, non præſumitur ex tacito fidei commiſſo prohibito, niſi probetur, ut oſtendit Bald. *conſ. 91. §. videtur quod electio in princ. lib. 1.* Tum quia in dubio non præſumitur interpoſita perſona ad decipiendum, neque dolus; proinde mulier, quamvis præſumatur acquirere de pecunia mariti, hoc tamen eſt falſum, ſi frater mulieris pro ea acquirat, quia non præſumitur dolus, ut notat Fulg. *conſ. 199.* niſi probetur.

Cæterum ubicunque quis intentat dolum, 9
tenetur illum probare, alias debet ſuccumbere, ut oſtendit Bald. *conſ. 178. num 3. V. illud non omitto lib. 1.* & Abbas *conſ. 68. n. 2.* ait, hanc eſſe regulam juris, quòd dolus non præſumatur. Nonnunquam tamen dicitur dolus reſidere in arbitrio Judicis, quando dubitatur, an quis dicatur feciſſe aliquid ex dolo, nec ne, & tunc attenditur bona, vel mala fama illius, qui dicitur dolum commiſiſſe, ut etiam ſcientia, vel ignorantia; item qualitas delicti: & ſecundùm hæc omnia Judex procedit in judicio, ut aſſerit Bald. *conſ. 155. lib. 3.* quòd ſi in caſu notabili concurrat præſumptio pro dolo, & alia pro non dolo, ſemper attendenda eſt præſumptio excluſiva doli, quia dolus non præſumitur, & qui eum allegat, debet eum probare, ut oſtendit Maſcard. *concluſ. 531. V. dolus regulariter,* ubi centum, & novemdecim modis limitat regulam illam, quòd dolus non ſit præſumendus, & qui dolum allegat, debeat illum probare.

Cæterum dolus præſumitur in eo, qui fa- 10
cit id, quod ſcit, & ſcire debet, ſe facere non debere, ut notat Dyn. *conſ. 24. §. quaſtio talis eſt, quidam cepit. num. 2. verſ. præterea in eo qui facit.* Non tamen ſufficit, ſi dolus probetur tantùm conjecturis, & veriſimilitudinibus, quia probatio doli debet eſſe clara, & non præſumptiva; præſertim quando à lege requiritur dolus pro imponenda pœna capitali, ut notat Burſat. *conſ. 152. num, 22. lib. 2.* quia cum dolus non præſumatur, ſicut præſumptio transfert onus probandi in alium, ita probatio contra præſumptionem juris debet eſſe plenior; unde qui reddidit ſemel rationem, non probatur dolum adhibuiſſe, niſi plenè conſtet, quia præſumitur pro redditione, ut notat Menoch. *de arbit. caſ. 209. in fin.* Dolus Judicis probatur ex verbis ejusdem, ſi ſententiam ferre velit odio, vel amicitia, vel per evidentem injuſtitiam, vel ex capitali inimicitia, vel ſi juris ordine non ſervato fert ſententiam, & declarat non procedere, quando ex actis novis, non autem ex antiquis injuſtitia detegitur, ut notat Maſcardus *concluſ. dolus Judicis.*

Dolus multa operatur contra adhibentem
dolum; ſiquidem dolus adhibitus per non ſer- 11
vantem pactum nudum, & allegantem liberationem ſibi factam, operatur, quòd ex primo contractu poteſt creditor agere, & ſi excipiatur de deliberatione ipſo jure, poteſt replicari de dolo ob non ſervatum pactum nudum, ut notat Bald. *conſ. 199.* & deſumitur ex textu *in l. tres fratres ff. de pact.* & id ampliatur in actum miſſio-

nis

nis ex [illegible] decreto in contumaciam obtentæ ab eo, qui ſciebat poſſe exceptione repelli: quia dicitur in dolo, & non valet miſſio, quæ ceſſante dolo valeret. Romanus *conſ. 454 n. 9.* ampliatur etiam in habente priorem hypothecam ex dolo, ut qui emit in fraudem; quia prout excipit de prioritate, poteſt ſibi replicari de dolo Bald. *conſ. 149.*

Rurſus offerens ſe liti tanquam poſſeſſor
12 rei, cùm non ſit, non præjudicat aliis poſſidentibus in communione; quia dolus unius aliis non debet præjudicare, ſed tantùm ipſi, qui doloſè egit, ut contra eum poſſit actio inſtitui ad damna, & intereſſe. Ampliatur hoc in Procuratore, qui ſi generaliter liberatus de adminiſtratis, & adminiſtrandis, dolum adhibeat, non poteſt allegare liberationem, ut comprehendat dolum: Bald. *conſ. 186. Ad evident. l. 2.*

13 Imò in minorenne, qui ſi liberet ſuum tutorem, vel Procuratorem generaliter ab adminiſtratione, eum non liberat ab alienatione bonorum immobilium facta inſcio minorenne: ratio eſt, quia dolus non venit in genere, niſi expreſsè nominetur, ut notat Bart. *conſ. 162. in q. circa fin. lib. 1.* In tutore, & curatore, quem pater liberavit à confectione inventarii, & à redditione adminiſtrationis, quia patris liberatio non cenſetur comprehendere doloſam tutoris, vel curatoris adminiſtrationem, cum hæc non fuerit expreſſa Angel. *conſ. 174.* In domino, qui ſi obligetur conditionaliter quatenus contraveniat ad certam pœnam; ſi non ipſe poſtea, ſed procurator contraveniat, non obligatur dominus, ſed procurator, quia delictum debet nocere delinquenti, non enim dolus, & delictum debent prodeſſe doloſo, & delinquenti Caſt. *conſ. 52. num. 3. lib. 2. V. concludo ergo*, nemo enim ex ſuo dolo, vel delicto debet commodum, & lucrum reportare. Rurſus in hærede cum beneficio legis, & inventarii, quia tametſi non teneatur de proprio ultra vires hæreditarias, ſi tamen doloſè ſe gerat, vel delinquat, faciatque hæreditatem deteriorem, tenetur de ſuo ultra vires pro quantitate. Angel. *conſ. 329. per tot.* Rurſus in ſociis, quia quamvis damnum, & lucrum ſit commune; ſi tamen damnum proveniat ex dolo, vel culpa unius tantùm, ipſe ſolus tenetur reſarcire damnum, ut notat Angel. in *d. conſ. 329.*

R[illegible]ſus in colono, quia licet, ſi ex incurſu,
14 & irr[illegible]ione hoſtium amittat fructus, conſequatur remiſſionem mercedis; non ita tamen, ſi dolo [illegible] roceſſit. In marito quia non poteſt conve[illegible], niſi in quantum facere poteſt: ſiquidem [illegible] ex [illegible]olo bona uxoris in perniciem tranſmi[illegible], exigitur in ſolidum, ut notat Angel. in *d. conſ. 329.* ubi ponit plures ſimiles caſus. Rurſus dolus committitur non ſolùm delinquendo, ſed etiam in contractibus, teſtamentis, & legibus *l. fin. §. ff. eodem.* In contractibus ut ſi quis alterum doloſè inducat ad contrahendum, vel [illegible]mittendum, In teſtamentis, ſiquis ea ſup[illegible] [illegible]t [illegible]blitteret, deleat, quæ in iiſdem expri[illegible] [illegible]r. In legibus ſi quis ſalvis verbis ejus ſen[illegible] [illegible]rcumveniat, & id fit, quod lex fieri no[illegible] [illegible] *[illegible]tra 29. & l. ſequent. ff. de legib.* ut etiam [illegible] leges corrumpat, mutilet, vel falsò interpretetur, imò exceptio doli tam latè patet, ut cum omni alia exceptione doli concurrat. Et datur exceptio mali doli contra omnes exigentes aliquid contra naturalem æquitatem, ut etiam contra pupillum, minorennem, furioſum, prodigum ſi iſti pecuniam ſine tutoris, vel curatoris authoritate mutuò accipiant, iteratò exigant, & ex tali pecunia facti ſint locupletiores, tunc enim contra ipſos poteſt de dolo excipi. *l. apud Celſum 4. §. ſi quis pupillo*, quia tametſi pupilli, & minorennes ab initio dolo caruerint, non tamen cenſentur ſine dolo, ſi poſtea malitioſè petant fieri locupletiores ex rebus alienis.

Excipiuntur tamen parentes, & patroni, ſi- 15
quidem contra ipſos filii, & liberti non poſſunt objicere exceptionem doli ob reverentiam, quæ ipſis debetur, & ut parcatur eorum famæ; ob dolum a tamen filiofamilias, vel ſervo commiſſum in peculio ipſis conceſſo poteſt contra patrem, & dominum objici exceptio doli; non tamen extra peculiarem cauſam, niſi dolus in ipſo negotio ſit commiſſus *l. 4. §. in hac exceptione* quia non eſt æquitati conſonum, ſervi dolum amplius domino nocere, quàm quatenus operâ ejus uſus eſt; ſed quidquid filiusfamilias, vel ſervus habens peculium, facit in peculio, id cenſetur facere voluntate patris, vel domini ut notat Gloſſa marginal in *d. l. 4. §. in hac exceptione* proinde exceptio poteſt illis obſtare.

Actio verò de dolo generatim competit 16
contra committentem dolum, & decipientem *l. 1. in princ. ff. de dolo.* eſt enim actio prætoria, & perſonalis, perinde ac actio orta ex delicto: eſt enim dolus fons quaſi omnium delictorum, proinde eſt actio perſonalis contra ipſum decipientem. Dicitur etiam actio arbitraria, quia in ipſa jubetur etiam fieri reſtitutio arbitrio Judicis, eſt tamen hujusmodi actio ſubſidiaria, quia non datur niſi deficiente alia actione ſpeciali *l. 1. §. item prætore ff. de dolo.* Non ſolùm hæc actio de dolo contra decipientem competit ipſi dolum paſſo, ſed etiam hæredibus *l. plures 17. in fin. & l. in hæredem 26.* quia hujusmodi famoſa actio de dolo ne nimium evagetur, fertur contra perſonam decipientem, & quæ dolum facit, in hæredes verò ſolùm datur, quatenus ad eos pertinet ne alieno ſcelere locupletiores fiant, proinde ex hoc ſolo capite obligantur etiam hæredes, quamvis aliàs perſonales actiones transeant ad hæredem: eò quia hic in jure cenſeatur una, ac eadem perſona cùm defuncto: non tamen in actione de dolo, quia iniquum eſſet, aliquem ultra id, quod ad eum pervenit, obligare ex alieno delicto: ſiquidem quod ultra eſt reſpectu hæredis eſt pœna, cum ad eum non pervenerit, nec factus ſit locupletior: & pœnales actiones non tranſeunt in hæredem *l. 1. ff. de privat. delict. l. un. C. ex delict. defunct.* Non tamen actio de dolo datur, niſi cauſa priùs fuerit cognita *l. 1. §. 1. ff. de dolo* quia cùm ſit gravis, & in damnum alterius non debet permitti, niſi priùs conſtet de dolo, qua ratione prætor requiſivit præviam cauſæ cognitionem *l. ſi quis 9. § fin. ff. eod.* Hinc de rebus parvi momenti non datur hujusmodi actio, res autem parvi momenti cenſentur, quarum pretium non excedit duos aureos, ut notat We-

 ſen.

Digitized by Google

ſenbec. in *l. ſi quis. §. fin. n. 6.* ratio eſt, quia pœna debet commenſurati delicto, & duo aurei non habent proportionem cum infamia quoad gravitatem damni: & per actionem da dolo, qui dolum commiſit, detrimentum patitur in ſama; neque famoſa hæc actio datur ob reverentiam, adeò ut non cadat in perſonas, quibus debetut reverentia: hinc non datur hujusmodi actio intat maritum, & uxorem; patrem, & filium; dominum, & ſervum; intar Principem, & vaſallum.

17 Quamvis actio de dolo olim utili tantùm anno daretut; hodiè tamen conceditur per continunm biennium numerandum à die commiſſi doli, intra qnod incipi, & finiri debet, ſive abſens ſoerit, ſive præſens is, qui conqueritur da dolo, quem paſſus eſt, ut deſumitur ex *l. fin. C. de dolo*, unde actio doli biennio præſcribitur etiam ignorantibns officialibus, læsiſque ex dolo, Paris. *conſ. 199. n. 91. lib. 4.* Attamen mala fides doloſi non impedit doli præſcriptionem duorum annorum, ut nntat Covarr. in *epit. de ſponſal. p. 2. c. 6. §. 8. n. 16.* Quòd ſi petatur, quis propriè doloſus dicatur. Reſpondet Cravett. *conſ.* 500. *n. 9.* eum dici doloſum, qui promiſſa non obſervat, proinde ſocius habens liberam adminiſtrationem ſocietatis, ſi promittat alus ſociis in aliquo loco ſe ſolutnrum pecunias pro mercibus, & ſocii illuc mittant pro pecuniis, & nihil accipiant, tenetur, qui non ſtetit promiſſo ad omnia damna reſarcienda etiam ad lucrum ceſſans inter mercatores; nec illi prodeſt, quòd dicat, ſe promiſiſſe pacto nudo, neque quòd cum haberat liberam adminiſtrationem potuiſſet ipſum pœnitere, quia debuit re integra pœnitentiam ſignificare: ſiqnidem cum alieno damno non venit diſſipatio in libera adminiſtratione, ut notat Alexander *conſ. 41. viſo puncto per tot lib. 3.* Quinimò tametſi non ſervet promiſſum ex pacto nudo, eò quia hoc non parit actionem, ſi tamen damnum eſt paſſus ille, cui pactum nudum non ſervatur, poteſt actionem inſtituere de dolo Alaxand. *d. conſ. 41. n. 2. V. Præterea.* ubi Apoſtilla in *V. de dolo lib. 3.* Mendax etiam doloſus dicitur, quia in mendace præſumitur dolus, ut notat Alexand. *d. conſ. 41. n. 7.* Qui contra jura mercatur, præſumitur etiam doloſus Abbas *conſ.* 109 *circa factum col. 2. V, ex his clariſſimè lib. 2.* Ut etiam is, qui contemnens denunciationem ſibi factam ex mandato Judicis detrectat ipſi parêre, tonc anim dicitur etiam doloſè ſe gerere, ut notat Alexander *conſ. 73.* quia doloſus dicitur, qui id facit, quod facere non debet, & generatim qui decipit alium ex calliditate, & malitia dicitur doloſus, cum aliud non ſit dolus, quam calliditas ad decipiendum alium, ut notat Abbas *conſ. 77 in quæſt.* Hinc Notarius deſcribens ſe feciſſe certiorem mulierem de eo, quod ipſa ignorat, dicitur doloſus; quia decipit, ut notat Caſt. *conſ. 412 viſo facto lib 1.*

18 Imò dicitur atiam doloſns, qui nimia ſolicitudine filiam ſeduxit, vel alium ad ſibi remittendum jus ſuum, vel ad tranſigendum cum læſione alterius in ſuum proprium commodum, ut fusè probat Caſt. *conſ. 174. contra ſuperiùs conſulta in princ. lib. 1.* quia falſæ perſuaſiones factæ filiæ, ut ranunciaret bonis paternis pro tanta dote, tametſi bona fuarint litigioſa, nihilominùs ex parte ſuadentis inducunt dolum, proinde ſi filia eſt decepta, renunciatio non valet, ut notat Caſtrens. *conſ. 386 ſive dicamus col. 2. V. item propter aliud lib. 1.* Imò etiam qui tacet in fraudem alterius doloſus dicitur, ut etiam qui à Judice aliquid ſubrepit, præſumitur id ex dolo facere, quia licèt factum Judicis excuſet à dolo, id tamen intelligitur de facto legitimo, non ita ſi proveniat ax dolo partis, ut notat Abbas *conſ.* 109. *col 2. V. ex his clariſſimè lib. 2.* Doloſus aſt etiam, qui id petit, quod tenetur reſtituere, quando reſtitutio debet fieri tempore præfixo. Cæterum dolus bipartitur in generalem, & ſpecialem; dolus ſpecialis tunc habetur, quando aliquis adhibuit dolum cum effectu, ut ſi inducat aliquem ad aſſerendam numeratam pecuniam, quæ de facto non fuit numerata: dolus generalis tunc contingit, quando effectus non ſequitur, ut ſi concordes fuerint partes ſic confitendi, ut notat Salicatus in *l. ſi ex cautione n. 5. & 6. C. de non numer. pecun.*

§. II.

De Contumacia.

1 Contumacia io jure dicitur inobedientia commiſſa erga Judicem, à quo litigator legitimè vocatus comparere detrectat, unde contumax dicitur litigator, qui tribus edictis, vel uno peremptorio citatus, & nulla juſta cauſâ impeditus non comparet, vel ſi ad Judicem accedit, detrectat taman parère ejus juſſui, vel atiam ſine Judicis licentia recedit, ut deſumitur ex *c. cauſam h. t. l. contumacia ff. de re judic. l. un. ff. ſi quis jus dicenti non obtemperat.* An verò contumacia ſit delictum Bald. in *l. ſi filio ff. ſolut. matrim.* aſſerit, eſſe delictum fictum, eò quia ſtatutum ſit, quod contumax habeatur pro confeſſo, quod tamen intelligitur de delicto ficto, non vero. Communior tamen ſententia docet; contumaciam per ſe non eſſe delictum, ut notat Felin. in *c. ex litteris de conſtit.* quod tamen eſt intelligendum, quando contumacia inducit probationem delicti, tunc enim contumax habetur pro confeſſo, non tamen dicitur contumacia delictum, ſed probatio delicti. Hinc contumacia dividitur in veram, & fictam, ſeu interpratativam, aut præſumptam, ut notat Maranta de *ordin. judic. p. 6. tit. de contum. num. 8.* contumacia vera tunc habetur, quando quis peramptoriè, ac perſonaliter citatus, vel ſi ad ejus domum, aut publicas valvas facta ſit citatio, adeò ut hæc intimata fuerit, & ad ejus notitiam ſufficienter parvenerit, nullóque legitimo impedimento detentus non comparet: tunc citatus non comparens dicitur verus contumax.

2 Contumacia ficta, ſeu præſumpta, aut interpratativa tunc habetur quando non parſonaliter citatur quis, eò quia non inveniatur; ſed per edictum affixum ad ejus domum, vel ad valvas Eccleſiæ, aut Curiæ, adeò ut licèt dubium ſit, an citatio ad ejus notitiam pervenerit, nec ne, ſi perſonaliter non compareat, nec ſufficientem procu-

procuratorem in termino præfixo mittat: habetur enim contumacia ficta, eò quia tunc citatus non comparuerit. Alia dicitur contumacia evidens, & tunc habetur, quando perſonaliter citatus, & inventus apertè dicit, ſe nolle comparere coram tali Judice licèt competente; hæc tamen contumacia comprehenditur ſub ſpecie contumaciæ veræ.

3 Multipliciter poteſt contumacia committi; primò ſi reus tribus edictis, vel uno vice trium peremptoriè citatus, & nulla juſta cauſa impeditus non comparet *l. contumacia 53. §. 1. l. unoquoque 41. §. 1. ff. de re judic.* ſive malitiosè lateat, ſive declinet omnem modum, quo citatio poſſit ad ipſum pervenire, ſive ſi comparet negotio infecto recedit, & non revertitur. Secundò conſtituitur contumax actor ſi veniens ad judicium actionem, ſeu libellum non producit, tunc enim reus abſolvitur è citatione: vel ſi actor initiata actione, & lite conteſtata non proſequitur litem, tunc enim reus etiam abſolvitur è judicii obſervatione. Reus itidem è converſo conſtituitur contumax, ſi non reſpondeat libello actoris, & articulis in eodem contentis *c. 2. ut lite non conteſtata.* ut etiam ſi non cathegoricè reſpondeat, vel ſi cathegoricè tantùm ad unum, vel alterum non ad omnes; & tunc habetur reus ac ſi confeſſus fuiſſet omnes illos articulos, quibus ex hac tergiverſatione tacitam quandam confeſſionem præſumit. Tertiò item actor, quam reus conſtituitur contumax, ſi non probet allegata, & producta; ſi non pareat mandatis Judicis, nimirum ut præſtetur juramentum calumniæ, exhibeantur inſtrumenta, & alia inſervientia ad cauſam. Quartò etiam incurritur contumacia quando partes litigantes recuſent obtempere executioni ſententiæ, ut notat Hiltrop. in *proceſſ. Judic. p. 2. tit. 6. in quibus committitur contumacia n. 22. & 23.*

4 Contumacia delinquentis tunc probat delictum, quando in contumaciam condemnetur tanquam delinquens, ut notat Fulg. *conſ. 71. mulier maritum n. 2.* & Bert. in *ſua quæſt. 3. incipit Peruſina in princ. n. 6. V. ſexto ſic.* ubi arguit à ſufficienti; quia ſi conſtet de delicto, jam contumacia delictum probet, ſi non conſtet de delicto etiam probatur delictum, eò quia ipſa contumacia delictum ſit *l. 1. ff. ſi quis jus dic. non obtemper.* Hinc ſi donatarius Principis aufugiat, imputetur de ingratitudine ex ſola contumacia, unde contumacia, ex qua oritur ficta confeſſio ita præjudicet contumaci, ut probet delictum contra eum: neque admittitur revocatio talis tertiæ confeſſionis, quando ſumus in delictis, in quibus ipſo jure quis punitur, ut in criminibus hæreſis, & læſæ majeſtatis, ut notat Bartol. in *l. Imperatores §. ſi ii ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam mortem ſibi.*

5 Non tamen contumacia contra unum nocet alteri, cui delictum eſt commune; tunc enim Judex non debet procedere contra non contumacem ob contumaciam ſocii, ut notat Menoch. de *arbit. caſ. 474. n. 4.* Cæterum contumax in quo ut de delicto citatus perſonaliter ad totam cauſam, & ſententiam non comparuit probatur delinquens, & ſententia lata contra ipſum juſtificatur; imò etiam citatus ad domum pro delicto, de quo inquiritur ad ſententiam, ſi eſt contumax probatur delinquens, præſertim ſi adſit ſtatutum, quo delictum per contumaciam probetur, tunc enim contumax habetur pro confeſſo; quod tamen procedit quoad alias pœnas, non quoad infamiam: quia dato, quòd condemnatus pro crimine efficiatur infamis, non tamen condemnatus ex contumacia de jure communi, quia non eſt plenè probatum delictum: neque efficitur infamis, quamvis ex forma ſtatuti habeatur pro confeſſo, niſi ipſum ſtatutum imponat pœnam infamiæ, ut oſtendit Bart. *conſ. 111. quæritur n. 6. V. hoc promiſſo lib. 1.*

Licèt de rigore juris civilis puniri poſſit, qui in jus vocatus non comparuit, nihilominus in jure canonico contumax non eſt puniendus, ſi poſt decretum primæ miſſionis comparens cautionem offerat de parendo juri; adeò ut jus adverſarii integrum perſeveret, idque ob æquitatem, & benignitatem juris canonici, tum juxta rigorem juris civilis puniri poſſit, quicunque in jus vocatus non comparet *l. un. ff. ſi quis jus dicenti non obtemperaverit.* Bart. *in explicat. 7. l. 2. de in jus vocan.* Quòd ſi quæratur, quomodo maneat integrum jus actoris, ſi prohibitus fuerit ingredi rei poſſeſſionem cuſtodiæ cauſâ. Reſpondetur, manere jus actoris integrum quoad juris effectus, eò quia perinde ſit ſecundum fictionem juris, ac ſi poſſeſſionem ſit ingreſſus juxta *leg. quamvis 13.* juncta Gloſſ. *V. perinde habetur ff. de rebus authorit. Jud. poſſidend.* & deſumitur etiam ex *c. contingit h. t.* Cæterùm quoad expenſas, & quantum intereſt actoris, reum contumacem non fuiſſe, ſed in tempore comparuiſſe, id omninò eſt ipſi præſtandum, quia id non pertinet ad pœnam, ſed ad compenſationem damni illati, ut notat Innocentius in *c. ad hæc h. t. 1.* Cæterùm poſitâ contumaciâ ex parte rei poteſt nonnunquam Judex ſpectatis circumſtantiis actorem non mittere in poſſeſſionem rei petitæ, ſed eam ſequeſtrare, ut notat Innocentius in *c. 2. ex litteris h. t.* ita tamen ut ſi reus poſtea comparuerit, cautionemque obtulerit de parendo juri, ſéque exhibuerit paratum ad reſtituendas expenſas parti læſæ poſſeſſionem recipiat *argu. c. ult. §. in aliis. ut lite non conteſtata* Panormit. *in c. ex litteris 2. n. 13.*

7 Quia verò non tantùm reus; ſed etiam actor poteſt contumax eſſe; ideò pœnæ, quibus coërcetur contumacia, aliæ conſtituuntur contra actorem, & aliæ contra reum. Juvat tamen animadvertere, quòd Judex in civilibus cauſis non poteſt contra peremptoriè citatum, & non comparentē in contumaciam procedere, niſi ad inſtantiam, & petitionem adverſarii *l. properandum 13. §. 2. ibi. ex una parte actoris abſentiam incuſante C. de judic.* Secus in criminalibus, in quibus Judex ex officio inquirit, imò & manualiter jubet reum reluctantem comprehendi.

Poteſt tamen Judex illam contumaciam 8
tanquam contemptum ſibi illatum ex officio coërcere, non ſolùm ſi poſt tertiam citationem, verum etiam ſi poſt primam citatus abſque legitima cauſa non comparuerit, quia talis inobedientia omitti poteſt tam ab actore, quàm reo;

Ideò

ideò ſi actor poſt oblatum libellum contumaciter abſit, & legitimè citatus non compareat, ut proſequatur inchoatam litem, poteſt Judex de jure canonico auditis, & receptis teſtibus rei præſentis, & id petentis, ſi cauſa illius ritè probata fuerit ad ſententiam definitivam procedere: vel ſi non conſtet de cauſa Rei, hunc abſolvere à tali inſtantia, ut deſumitur ex *c. cauſam 3 b. t.* ne actor ex contumacia ſua poſt litem conteſtatam commodum hauriat: ſiquidem cum ad litem provocaverit, meritò contra ſe pati debet Rei probationes, & Judicis ſententiam, licèt hoc de reo non procedat: eò quia hic invitus ad litem trahitur: ita enim ſtatuit Alexander III. in *c. cauſam 3. b t.* juncta Gloſſa *V. ad domum.*

9 In jure tamen civili juxta quod conceduntur plures dilationes, indulgetur actori annus integer ad comparendum, quo finito ſi in contumacia perſtiterit; eſt in arbitrio rei, an velit petere ſe ab inſtantia abſolvi cum refuſione expenſarum, & damnorum; vel negativè conteſtari, & onus probandi in ſe recipere; & ita usque ad ſententiam definitivam etiam abſente actore procedere. Hoc idem obtinet, ſi poſt litem conteſtatam actor fiat contumax, adeò ut tametſi annus non effluxerit, poſſit Judex procedere in cauſa principali usque ad ſententiam, & actorem contumacem condemnare in expenſas *l. properandum C. de judic. novella 112. c. 3.*

10 Verùm quia authores circa modum procedendi contra contumaciam actoris, non conveniunt, & valdè obſcurè loquuntur; ideò conſultius eſt hac in parte ſtare ſtylo, & conſuetudini locorum, ac particularium judiciorum. Oritur tamen difficultas non levis momenti, quomodo procedi poſſit contra actorem incontumacem? cum regula juris ſit, quòd nemo invitus agere compellatur *l. un. C. ut nemo invitus.* Communiter reſpondent, & quidem probabilius, regulam illam procedere, quando actor nondum incepit agere, cæterùm ſi ſemel actionem inſtituerit, debet illam proſequi, & ad finem perducere, ne reus inaniter circumveniatur, & fruſtra vexetur: unde poſt conteſtatam litem poteſt reus actorem cogere, ut proſequatur litem, & etiam petere, ut abſens citetur, ut deſumitur ex *authent. qui ſemel C. quomodo, & quando Judex.* Cæterum re adhuc integra valet regula quòd nemo invitus cogatur agere, quia actor poteſt à judicio recedere, ut notat Abbas *hic n. 16.*

11 Quòd ſi reus exigat proſecutionem litis, & actor abſit, debet hic perſonaliter citari per litteras, vel nuntium ſi reperiri poſſit: ſi verò neſciatur ubi ſit, tum vel ipſe reliquit procuratorem, ut loco ſui ageret, & is citandus eſt, ſi cauſa per procuratorem agi poſſit: vel non reliquit, vel non conſtat, an Procuratorem reliquerit, & tum ſi non perſonaliter poteſt citari, vel ſaltem qualitas cauſæ non permittit, eum ex loci diſtantia citari, citandus eſt per edictum affixum ad ejus domum, vel ad Eccleſiam, aut Curiam, ut notat Maranta de *ord. judic. p. 6. de citation. n. 82.* ſiquidem nimis durum foret, & laborioſum, ſi inquiri deberet ſive intra, ſive extra Regnum, ubi ſit. Quòd ſi actor poſt litem conteſtatam contumaciter abſit, & legitimè citatus comparere detrectet, tunc Judex ad petitionem rei præſentis poteſt procedere ad ſententiam definitivam, præſertim ſi reus aſſumat in ſe onus probandi, nullum actori competere jus in re, quam petit: & in hoc caſu Judex ex officio tenetur ſupplere partes actoris inquirendo veritatem, citando, & examinando teſtes pró cauſa, & in favorem abſentis vocando in ſubſidium conſanguineos, & amicos ejusdem.

Notandum tamen eſt, quòd ſi actor contumaciter abſit; attendendum eſt, an lis conteſtara ſit, vel non, quia ſi fuerit conteſtata citandus eſt actor tribus edictis per intervalla viginti dierum, & ſi non comparuerit, indulgetur ei annus, etſi intra annum venerit, non priùs auditor, quàm reſtituat expenſas reo: ſin verò intra annum non comparuerit Judex auditis allegationibus, receptisque teſtibus, ac cognita rei veritate poteſt ferre ſententiam ſuper cauſa principali, ut deſumitur ex *c. cauſam 3. b. t.* ſin verò lis conteſtata fuerit, actor contumax citandus eſt ad petitionem rei tribus edictis, quorum quodlibet debet eſſe dierum decem; licèt moris nunc ſit, ut ſit trigiata dierum, ut deſumitur ex *auth. de litigioſ. § omnem verò collat. 8.* Ut ſi conſtet de cauſa, Judex ſecundum ejus merita proferat ſententiam definitivam in favorem illius, cuî cauſa favet. Quòd ſi Judex ex actis non ſit plenè inſtructus, nec poſſit plenè inſtrui, tum abſolvit reum præſentem ab obſervatione judicii; adeò ut actor nullum regreſſum habeat ad cauſam: & in omnem eventum cauſæ ſive vincat, ſive vincatur, ſemper actor condemnatur ad expenſas ut deſumitur ex *l. properandum §. & ſi quidem C. de judic.* hæc tamen procedunt de jure civili, non verò de jure canonico; in quo tales dilationes ex conſuetudine fori eccleſiaſtici non ſervantur, ſed ſtatim actore, vel ejus procuratore non comparente, poſtquam legitimè vocatus eſt in jus receptis teſtibus proceditur ad ſententiam definitivam, ut liquet ex *c. cauſam 3. b. t.* Imò contra actorem contumaciter abſentem etiam lite nondum conteſtata ſuſcipiuntur teſtes, & fertur ſententia definitiva juxta *c. cauſam 3. b. t.* ne actori pro libitu detur occaſio conveniendi, & vexandi reum, nec licitum ſit illi prout magis libuerit à lite jam cæpta recedere, proinde tenetur actor inchoatum judicium ad finem perducere, ſi ita reus exigat. 12

Neque obſtat, quòd id, non procedat in *c. ult. §. in aliis ſup. ut lite non conteſt.* ſiquidem 13 eſt diſcrimen inter actorem, & reum; eſt enim major contumacia actoris, cùm ab initio fuerit in poteſtate illius non agere, quàm rei, qui invitus convenitur *l. judicium 58. ff. de judic.* Hinc magis præſumitur contra actorem ſi poſtquam provocavit reum, non comparuit, licèt vocatus in jus: ſiquidem actor præſumitur non comparere, quia diſiſus de jure ſuo cognoſcit, ſe bonam cauſam non habere, & reum è contra paratas ſuas defenſiones habere, & ideò actor contumaciter abeſt, ut interim teſtes moriantur, vel probationes pereant, & hæc eſt ratio, cur magis præſumatur contra actorem quam contra reum, ſi uterque abſit, & vocatus in jus non comparuerit.

Tum

T[illegible], & non compareat, facit [illegible] pro[illegible]m eſt reorum, ut deſumitur ex *l. properandum ff. & ſi quidem.* Secus ſi actor vocatus in jus non compareat, facit, quod illi non convenit: hinc jura magis favent reo, quàm actori, & proniora ſunt ad abſolvendum, quàm condemnandum, quapropter mitiùs agitur cum reo contumace, quam cũ actore, adeo ut lite non conteſtata non recipiantur teſtes, nec feratur ſententia definitiva contra reum contumacem; ſicut contra actorem detrectantem comparere, ſi fuerit in jus vocatus.

15 Quòd ſi actor, qui reum ad certum temporis terminum voluit vocare in judicium, reo poſtea veniente, ipſe non comparuerit intra tempus citationis; ſi poſtea advenerit condemnat[illegible]r ad legitimas expenſas, quas debuit ob ſuam abſentiam reus facere; & ſi iterum petat reum citari non auditur, niſi ſufficienter prius caveat, ſe in termino conſtituto eſſe compariturum, ut habetur *in c. actor 1. h. t. in 6.* quia in judicio eſt æquitati conſonum, ut damna omnia reſarciantur, quæ parti præſenti propter contumaciam abſentis inferuntur, ut deſumitur *ex l. Sancimus 15. C. de judic.* ſiquidem æquum non eſt ut damnum quis patiatur ob alienam culpam.

16 Quòd verò ſi actor reum iterum citet, non ſit audiendus, niſi priùs ſufficientem dederit cautionem ex eo deſumitur, quia ſemel malus ſemper præſ[illegible]tur malus in eodem genere mali juxta *re[illegible]lam juris 8. in 6.* hinc contra actorem [illegible]acem oritur præſumptio, quòd ſicut in [illegible]mo [illegible]ermino, ad quem ipſo petente citatus fuit reus, non comparuit; ita neque in alio novo termino præſumitur compariturus, niſi ſufficientem dederit cautionem *argum. l. ſi cui 7. eidem ff. de accuſ.* ubi habetur, quòd qui ſemel alicui in judicio calumniam intulit, iterum ad accuſandum non debeat admitti, eo quia credat[illegible]r [illegible]erum calumniaturus. Excipitur tamen, ni[illegible] juſtum impedimentum cauſa fuerit, quo minus a[illegible]or in termino praefixo in citatione [illegible]paruerit, quia juſtè impedito tempus non [illegible]it, proinde reus poteſt iterum citari ſinè cautione [illegible] actor probaverit ei interveniſſe im[illegible]mentum leg[illegible]um per teſtem, vel jura[illegible] juxta arbitrium Judicis, ſpectatâ tamen qua[illegible]ate perſonæ. Cautio autem, quam actor contumaciter non comparens in termino citationis præſtare debet, ſi iterum petat reum citari debet e[illegible]e pignorat[illegible]ia, vel fidejuſſoria juxta *l[illegible]. mandato 59. §. ff. mandat.* ſi hæc cenſeatur idonea, & debitor eam præſtare poſſit, al[illegible]in ſuffic[illegible]t ſola cautio juratoria, vel fide[illegible]ria.

17 Quod verò ad contumaciam rei pertinet [illegible]dendum eſt cum diſtinctione, vel enim [illegible] eſt contumax ante litem conteſtatam, vel [illegible] ſi ante tum poteſt actor petere immiſſionem in bona [illegible] ex primo decreto; vel ſi bona non habeat, ut [illegible]altem citetur [illegible], aut ana[illegible]e percutiat[illegible] *[illegible] non conte[illegible]. l. conſ[illegible] C. quo[illegible] & quando Judex.* Quoad ex[illegible]em autem nunc ſervatur conſtitutio Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. de reformat. c. 3.* nimirum ut ad illam non deveniatur, niſi poſtquam conſtiterit, alia remedia adhibita fuiſſe fruſtranea; ſiquidem experientia conſtat, quod ſi temerè, & frequenter hæc cenſura incutiatur, magis ſit contemptui, quàm formidini. Quòd ſi poſt litem conteſtatam reus contumax fuerit, tunc datur electio actori, an velit uti aliquo ex recenſitis remediis, vel potiùs velit in inchoato negotio principali procedere, teſtes, aut inſtrumenta producere, eò quia confidat meritis ſuæ cauſæ, & ſi hoc poſterius elegerit, tenetur Judex ejus electionem ſequi, & ſi cognoverit cauſam eſſe ſatis per ipſum probatam, poterit pro ipſo actore ferre ſententiam definitivam: ut etiam è converſo pro reo licèt contumace, ſi cauſam ejus noverit eſſe meliorem, eò quia Rei abſentiam tenetur Judex supplere, ut deſumitur *ex l. properandum C. de judic.*

Quòd ſi reus poſt litem conteſtatam ſit contumax, & liqueat de juſtitia cauſæ, ferenda eſt ſententia definitiva, quia major eſt contumacia, quæ committitur poſt litem conteſtatam, quàm ante illam; hæcque ratio eſt, cur propter contumaciam ante litis conteſtationem non immittatur actor in veram poſſeſſionem, ſed tantum cuſtodiæ cauſâ, & reus illam recuperet intra annum, ſi ſuam purget contumaciam: ſecus ſi contumacia committatur à reo poſt litis conteſtationem, datur actori vera poſſeſſio: quia Judex, qui cognovit de cauſa, debet etiam de eadem ſententiam ferre juxta exigentiam juſtitiæ; tametſi ante litis conteſtationem ex contumacia rei non procedatur ad ſententiam definitivam, ut notat Vivianus *in ration. jur. pontif. h. t.* Quòd ſi non liqueat de cauſa, tunc non poteſt procedi contra reum ad ſententiam definitivam, quia Judex nequit ſententiam ferre de cauſa ipſi ignota, tum judicium non feratur in incognitum: quia verò reus tunc eſt magis contumax, quàm eſſet ſi lis non fuiſſet conteſtata, ideo adjudicatur actori poſſeſſio rei; licèt non privetur reus per ſententiam dominio ejuſdem rei, de qua Judex non cognovit: unde ſi reus poſtea probaverit, rem illam ad ſe pertinere erit illi reſtituenda poſſeſſio. 18

Quòd ſi actor, cui ob Rei contumaciam per primum decretum adjudicata eſt poſſeſſio bonorum rei ſervandæ, vel cuſtodiendæ causâ ob potentiam, vel dolum adverſarii non valeat bona cuſtodienda intra annum conſequi, vel ſi fuerit conſecutus, ea poſtea amiſerit: tunc ne reus ex ſua ma[illegible] commodum hauriat; Innocentius III. in [illegible] generali Lateranenſi, ut refertur *in c. contingit 9. h. t.* ſtatuit juxta canonicam æquitatem, ut [illegible]lapſo anno actor fiat verus poſſeſſor, ne contumax ſit melioris conditionis. Eſt tamen d[illegible]imen inter jus canonicum, & civile quoad imm[illegible]nem ex primo decreto causâ rei ſervandæ, quia [illegible]xta jus civile [illegible] actione reali, ſi actor mi[illegible]t in poſſeſſione[illegible] rei ex primo de[illegible]re [illegible]o effi[illegible]r [illegible]m verus poſſeſſor *l. ſi quis 8. §. penult.* revocab[illegible]iter tamen, quia ſi reus intra annum compareat recuperat poſſeſſionem, ut liquet *ex l. ult. §. in aliis V. lite non conteſt.* Verum is nonniſi impropriè dicitur immiſſus rei ſervandæ causâ, hoc eſt, ut conſervet fructus 19

reſtituendos unà cum re ipſi reo venienti intra annum. In jure verò canonico actor miſſus intra annum in poſſeſſionem ex primo decreto, propri[illegible] dicitur immiſſus causâ ſervandæ rei, quia intra annum non eſt verus poſſeſſor rei, ſed tantùm Cuſtos ejusdem. In perſonali actione ex communi ſententia miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto non eſſ[illegible]ur verus poſſeſſor rei, ſed tantùm cuſtos *l. 3. § ult. & l. ſi quis ante 10. §. 1. V. denique ff. de acquirend. poſſeſſ.*

20 Cæterum poteſt Judex nonnunquam ob Rei contumaciam conſideratis circumſtantiis non mittere actorem in poſſeſſionem rei petitæ, ſed hanc ſequeſtrare, & interim condemnare contumacem in expenſas à tempore citationis factas ab adverſario, ut deſumitur *ex c. ex literis 2. h. t. & c. cum dilecti 6. h. t.* non tamen usque ad exitum cauſæ, quia reus, quamvis ſit contumax, non propterea tenetur ante ſententiam ſpoliari commodo ſuæ poſſeſſionis, ſed donec deponatur contumacia in vicem miſſionis in poſſeſſionem ex primo decreto ſuccedente ſequeſtratione. Immo contumacia rei ſubinde punitur ſuſpenſione ab officio, & beneficio, & ſi contumacia incrementum ſubeat etiam excommunicatione: & quando per viam inquiſitionis, aut denunciationis proceditur contra abſentem contumaciter, etiam lite non conteſtata poſſunt teſtes recipi, & ferri ſententia definitiva, ut deſumitur *ex c. veritatis 8. h. t.* In cenſuris tamen ferendis procedendum eſt gradatim, adeo ut priùs juxta exigentiam cauſæ inferatur interdictum ab Eccleſia, aut ſuſpenſio, poſtea creſcente contumacia reus excommunicetur.

21 Quòd ſi adſit denunciator, ſeu promotor inquiſitionis faciendæ de Prælato ad ejus depoſitionem, & reus in jus vocatus contumaciter abſit, contra eum receptis teſtibus, probatisque criminibus procedi poteſt etiam lite non conteſtata, ut notat Joannes Andreas *n. 4. hic*, & Panormit. *num.* [illegible]

22 Tripl[illegible]er contra Prælatum criminoſum procedi pot[illegible]mò jure criminaliter per modum accuſat[illegible] ut [illegible]iminoſus pœna condigna criminibus puniatur, & in hoc caſu requiritur litis conteſtatio, adeo ut ſi hæc non fiat, ob contumaciam rei a[illegible] poſſi[illegible] procedi ad ſententiam condemn[illegible]tor[illegible]m. Se[illegible]dò ex mero puro Judicis officio c[illegible] pr[illegible] clamoroſam inſinuationem p[illegible], ſeu p[illegible]cam infamiam; & tunc quia nul[illegible]is adeſt, qui inquiſitionem ſuo, vel aliorum nomine peti[illegible] aut impet[illegible] locum non habet oblatio libelli, nec lit[illegible] conteſt[illegible]o; proinde ſine [illegible] citat. [illegible] con[illegible]x, proce[illegible] poteſt ad teſ[illegible]m receptionem, & condem[illegible] [illegible] ſi a[illegible] denunciator, a[illegible] [illegible] in ordi[illegible] [illegible] in [illegible]ua[illegible]ibus & [illegible] definat [illegible] Ecc[illegible] [illegible]mit [illegible] qu*ſiter 24. V.* [illegible] *at.* & in hoc caſu libel[illegible] o[illegible] & [illegible] ont[illegible] denunciat[illegible] [illegible]iat, [illegible] co[illegible] ur ex [illegible] *19. de iudic.*

23 Quòd ſi contumac[illegible] a[illegible] etiam lite non conteſtata receptis teſtibus & habitis [illegible]

probationibus ſufficientibus proceditur ad ſententiam definitivam, ut d[illegible] *quali-ter 24.* quia cum agatur d[illegible] peri[illegible] animæ, [illegible] publico, Eccleſiæ detrimento, proce[illegible] contra abſentem contumacem etiam lite n[illegible] n[illegible] conte[illegible] *c. ult. §. porro.* Sin vero præcedente in[illegible] aliis indiciis Prælatus den[illegible]ncit[illegible]ur, [illegible] bonorum Eccleſiæ dilapidato[illegible], aut in gravibus criminibus perſiſtens, contra i[illegible]lum cont[illegible]macem procedi poteſt lite non conteſtata, [illegible]atem amotionem ab officio, ut notat Panormi[illegible] *num.* 2[illegible].

Quòd [illegible] quæras, an actor ſi ſemel elegerit in cauſa pr[illegible]ali procedere poſſit variare, [illegible] petere imm[illegible]ionem bonorum aut rea[illegible] tationem. Nonnulli negant. [illegible]rum c[illegible] nior, & probabilior ſententia affirmat [illegible] lum *lib. 1. obſer. 60. n. 4.* non tamen [illegible] gra ſit, ſed debet eſſe inchoata, quia hæ[illegible] dantur ſub alternatione, proinde pote[illegible] variationi, ut notat Bart. *in l. conſentan[illegible] l. edita C. de edend.* Tum quia ex notori[illegible] diſpoſitione actor, qui ſemel intenta[illegible] [illegible]torium poteſt variare, & omiſſa quæſtione proprietatis, poſſeſſorium inſtituere; proinde etiam omiſſa quæſtione principali petere poterit immiſſionem in bona, vel realem citationem, aut excommunicationem. Præſertim cum immiſſio in bona pertineat ad poſſeſſorium, ut habetur *in tit. de eo qui mittitur in poſſeſſorium.* 24

Denique quia per talam petitionem actor non intendit intermittere principalem quæſtionem, ſed præſente reo eam proſequi. An verò contra eum, qui in prima citatione expreſſe, & in faciem dixit citanti ſe non comparitur[illegible], poſſit ſtatim nullo termino exſpectato procedi in contumaciam? Communior ſententia eſt negativa, quia exſpectandus eſt terminus citationis; ſi enim citatus mutata voluntate in eo comparuerit, ob ſolam illam locutionem reſpectu cauſæ non cenſetur contumax, tametſi Judici aliquam intulerit injuriam ſuo non obtemperans juſſui; unde per ipſum Judicem pœna aliqua extraordinaria puniri poteſt. 25

Quod ſi in jus vocatus non ſol[illegible]m dixit, ſe non comparituru[illegible], verùm etiam de facto non compar[illegible]it intra tempus præfixum, tunc procedendum eſt cum diſtinctione; [illegible] enim extra judicium nuntio citanti d[illegible]it, ſe non comparitu[illegible]rum, be[illegible]ior, & prob[illegible] ſententia eſt, non habendum eſſe ſtatim pro vero contum[illegible]ce, [illegible] quia jura ad veram contumaciam expreſſ[illegible] requirunt [illegible] citationem, vel una[illegible] peremptoriam, antequam in contumaciam procedi po[illegible]t, ut habe[illegible]ur *in l 7. & 9. C. quomodo, & quando* [illegible] *ex* Si verò [illegible] ipſi Judici dixit, ſe non c[illegible] par[illegible] tunc, proceditur contra i[illegible]m [illegible] [illegible]ra[illegible] contumacem, ut d[illegible] [illegible]r ex *vene[illegible] [illegible]ibus [illegible] §. porro de ſent. excom. in 6.* [illegible] *c.* [illegible] ap[illegible] noc[illegible] con[illegible] judicialis, [illegible]m ex[illegible] [illegible]cia[illegible]; ut notat Gloſſa *in d. §. porro in V* [illegible]. 26

Q[illegible] petatur, quomodo citandus ſit reus abſens [illegible] contumaciam, ſi non reperiatur. R[illegible] detur quod ſi citandus perſonaliter rep[illegible] poteſt, [illegible] citationis debet affigi valvis [illegible] publi[illegible] 27

publicis Eccleſiæ, vel curiæ, vel ad domum ipſius, ubi conſueſcit habitare, ut colligitur *ex c. venerabilis* 10. *& ult. h. t.* Immo ſufficit una tantùm citatio peremptoria, tametſi non contineat tres dilationes, ut *ex d. c. venerabilis* notat Abbas *num. 3.* etſi tantùm ſemel citatus non comparuerit, adhuc reputatur contumax ſaltem ut condemnari poſſit ad expenſas, non ita quoad immiſſionem in bona, vel excommunicationem, niſi reus citanti dicat ſe non compariturum, & defacto non compareat in termino, quia tunc præſumitur contumax, & contra illum poteſt procedi absque alia citatione. Quia verò *in d. c. venerabilis* 10. *h. t.* quærit Gloſſa *V. proximè* ſi in citatorio terminus quadrageſimæ poſitus fuiſſet, an intelligi debuiſſet de proximè ventura; reſponderunt affirmativè *ex l. 41. §. de verb. oblig.* ubi dicitur, eum qui calendis Januariis ſe daturum reſpondit, intellexiſſe de proximis, niſi ex adjunctis aliud colligi debeat: in dubiis enim intelligendum eſt de primis ut notat Gloſſa *hic V. proximè.*

28 Poteſt etiam Papa alicui Epiſcopo demandare, ut alterum Apoſtolica ſibi commiſſa authoritate Romam citet, ut patet *ex d. c. venerabilis* 10. *h. t.* non tamen poteſt hoc munus alteri delegare *argum. c. ult. §. ult. de offic. delegat.* ubi habetur, quòd nudum miniſterium alicui delegatum ſit gravis momenti, & proinde alteri non poſſit committi. Cæterum quòd *in fin. d. c. venerabilis* addatur, quòd edictum citationis per ipſos commiſſarios, vel alios poſſit publicari, id non refertur ad ipſam authenticam citationem, ſed ad publicationem, ſeu affixionem edicti, quæ ſine dubio per quoscunque officiales, ac Miniſtros fieri poteſt, quamvis in commiſſione id non exprimatur: ſiquidem parum intereſt, an affixio edicti per ſe immediatè fiat, vel per alium tanquam per miniſtralem executorem.

§. III.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones.

1 Quæritur primò, an Reus, qui non admiſit, ad mandatum Judicis, mittendum in poſſeſſionem, debeat mulctari de canonica æquitate, ſi intra annum caveat ſtare juri? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. Ad hec 1. h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, Reum, qui non paret Judici in danda poſſeſſione; imò per dolum, & potentiam impedit ingreſſum ad poſſeſſionem, ſi in fine anni offerat cautionem ſtandi in judicio, eſſe patienter admittendum, & non privandum; eò quia in perſonis, & negotiis Eccleſiaſticis, non requiritur diſtrictio, & rigor juris, quando juſtitia non periclitatur. Hinc jus canonicum quoad hoc non conſentit cum jure civili, quia de rigore juris civilis puniri poteſt, qui in jus vocatus, non venit, ut etiam qui mittendum in poſſeſſionem ad mandatum Judicis non admiſit: quia juſſus mitti in poſſeſſionem habetur pro miſſo, ſi impediatur per potentiam adverſarii; ſeu dolum, ut habetur in *c. contingit* 9. *h. t.* unde ex rigore juris civilis puniri poteſt, quicunque in jus vocatus non venit, vel non admittit mittendum in poſſeſſionem ad mandatum Judicis *l. unic. §. ſi quis jus dicenti non obtemperaverit.* ut notat Bartolus *in explic. 7. & l. 2. de in jus voc.* ſecus ſecundùm jus canonicum, & in foro eccleſiaſtico mitiùs proceditur: quia tametſi de rigore juris civilis iſte reus ob ejus inobedientiam à principio, quamvis poſtea veniret, eſſet puniendus *l. 2. §. ſi quis in jus voc. non ier.* de æquitate tamen canonica, quando juſtitia ob hoc non periclitatur patienter admittitur talia Reus ſine alia pœna, ſi intra annum comparear, & præſtet cautionem; ſed tum condemnatur ad expenſas factas ab actore. Quòd ſi petatur, quâ ratione maneat tunc integrum jus actoris, ſi prohibitus fuit ingredi rei poſſeſſionem euſtodiæ causâ? Reſpondetur, manere integrum jus actoris quoad juris effectum, ut perinde ſecundùm fictionem juris ſe habeat, ac ſi poſſeſſionem ingreſſus ſit *l. quamvis 13.* juncta Gloſſa *perinde habetur ff. de rebus authoritate Judicis poſſidendis.*

Quæritur ſecundò, an ob contumaciam Rei, poſſit interdum Judex ſpectatis circumſtantiis non mittere actorem in poſſeſſionem rei petitæ, ſed eam ſequeſtrare? Reſpondetur affirmativè ex *c. Ex litteris 2. h. t.* ubi Alexander III. declarat, quòd Judex propter contumaciam partis poſſit rem petitam ſequeſtrare, & condemnare contumacem in expenſas, quas actor ob ejus contumaciam fecit. Hinc tametſi regularitèr ob contumaciam Rei debeat fieri immiſſio in poſſeſſionem rei petitæ, etiam quoad religioſos, ut liquet ex *d. c. Ex litteris 2. h. t.* Judex tamen, ſi conſultius ipſi viſum fuerit, poteſt rem petitam ſequeſtrare, & loco miſſionis in poſſeſſionem decernere ſequeſtrum, ut notat Innocentius in *d. c. Ex litteris 2. v. ſequeſtrari h. t.* quia licèt ob contumaciam Rei non poſſit res petita ſequeſtrari usque ad exitum causæ, eò quia regulariter talis ſequeſtratio ſit prohibita; quia non eſt æquum, ut poſſeſſor lite pendente privetur commodo ſuæ poſſeſſionis, tametſi contumax fuerit, dummodo paratum ſe exhibeat reſpondere in judicio, & purgare contumaciam: nihilominus poteſt talis ſequeſtratio fieri, quæ non duret usque ad exitum causæ, ſed ſolùm quamdiu contumacia durat; adeò ut ſi Reus poſt factam rei ſequeſtrationem compareat, & refuſis expenſis, præſtet cautionem de parendo juri, ceſſet ſequeſtratio, & Reus poſſeſſionem recipiat *arg. c. ult. §. in aliis ut lite non conteſt.* Hinc ob contumaciam Rei quandoque poteſt Judex ſpectatis circumſtantiis Actorem non mittere in poſſeſſionem rei petitæ, ſed eam ſequeſtrare; ita tamen ut ſi Reus poſtea compareat, & cautionem offerat de parendo juri, & paratus etiam ſit expenſas reſtituere parti læſæ, poſſeſſionem recipiat. 2

Ratio etiam ex eo deſumitur, quia eſt in poteſtate Judicis contra contumacem mitiùs, vel duriùs procedere, prout ex circumſtantiis ipſi magis viſum fuerit expedire, & ut pœna infligenda magis timeatur *c. quoniam in fin. ut lit. non conteſt.* & quia quando quis convenitur reali 3

reali actione regulariter mittendus eſt actor in rei petitæ poſſeſſionem, ut Reus tædio affectus accedat reſponſurus *d. c. quoniam §. in altis ut lit. non conteſt.* Ideo ſi ex aliquibus circumſtantiis Judex viderit conſultius eſſe, rem petitam ſequeſtrare, ut ſic nec actor videatur nimis cupidus in detinendis rebus alienis; & etiam Reus, qui removetur à poſſeſſione tædio affectus, veniat reſponſurus, poteſt tunc Judex per hunc mitiorem modum procedere, & locò miſſionis decernere tale ſequeſtrum *c. tua ut lite non conteſt.* Cæterum per ſequeſtrum, ſi fiat non usque ad exitum cauſæ, ſed quamdiu contumacia perſeverat, minus incommodi, ſeu præjudicii affertur poſſeſſori, quàm ſi ipſe adverſarius, ſeu actor mitteretur in poſſeſſionem rei cuſtodiæ causâ: & tunc dicitur Judex mitiùs agere.

4 Quæritur tertiò, an actore contumace poſſint teſtes recipi; & ſententia ferri debeat etiam lite non conteſtata inſtante Reo? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Cauſam 3. h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, quòd ſi actor ſit contumax, ſeu citatus non compareat, vel non vult comparere in judicio, vel ſe abſentet; ſi pars inſtet, Judex vocet ejus Procuratorem, qui ſi non veniat, vel non ſit, mittat denuntiationes ad domum ejus, & accipiat teſtes alterius partis contra actorem abſentem, & proferat ſententiam. Ex qoo textu liquet, quòd ſi actor poſt oblatum libellum non compareat, debeat à Judice citari, hoc eſt perſonaliter per litteras, vel per nuntium, ſi poſſit reperiri: qui ſi legitimè citatus noluerit comparere, tunc debet citari ejus Procurator, & ſi nec iſte veniat ad judicium, tunc publica denuntiatione, ſeu edicto affixo ad ejus domum citandus eſt actor, qui ſi contumax ſit in comparendo, & litem proſequendo, recipiuntur teſtea alterius partis, ſeu Rei etiam lite non conteſtata in ordine ad proferendam ſententiam definitivam.

5 Hinc quamvis nemo regulariter cogatur agere, ut liquet ex titulo *C. ut nemo invitus*: nihilominus poſt litem inchoatam per libelli oblationem poteſt Reus cogere Actorem ad proſequendam litem, & etiam petere, ut abſens citetur, *authent. qui ſemel. C. quomodo, & quando Judex.* Ratio eſt, quia ſi non procederetur contra actorem etiam lite non conteſtata poſtquam ipſe rem deduxit in judicium, eſſet in ſua poteſtate vexare Reum quandocunque ſibi videretur *dict. authent. qui ſemel*, & quia hominum malitiæ non eſt indulgendum; ideò ne actori detur occaſio Reum ad placitum vexandi rectè fuit ſtatutum, ut actor poſſet tunc compelli, negotium ab eo inceptum ad finem perducere, ut habetur in textu *d. c. cauſam 3. h. t.* debet tamen judicium eſſe inchoatum ſaltem per libelli oblationem: alioquin re adhuc integra, & quando tantùm emanavit citatio, poteſt actor à judicio recedere.

6 Debet autem tunc actor, ſi abſit citari perſonaliter per litteras, vel nuntium, & ſi non compareat citandus eſt ejus Procurator, qui ſi etiam nolit comparere, poteſt tunc Judex ad petitionem rei præſentis quamvis lis non fuerit conteſtata, procedere ad recipiendos teſtes partis præſentis, ſeu Rei in ordine ad ſententiam definitivam.

Neque obſtat, quòd in contumacia Rei lite non conteſtata non procedatur ad teſtium receptionem, neque ad definitivam, ſed tantùm ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto, vel ad mulctandum ipſum contumacem per cenſuras, vel alio modo, ut in *c. quoniam §. in altis c. tua ut lite non conteſt.* Nam contra eſt, quia contumacia actoris eſt major, quàm contumacia Rei, ſiquidem ab initio fuit in arbitrio, & poteſtate actoris non agere, & non inchoare judicium quæ poteſtas non fuit in Reo, quia hic convenitur invitus *l. judicium ff. de judic.* unde ſequitur, quòd plus actori, quàm Reo contumaci ſit imputandum *l. pura ff. de dol. except.* Tum quia magis præſumitur contra Actorem, qui Reum provocavit, ſi poſtea non compareat, quam contra reum, qui invitus fuit vocatus ad judicium, & neceſſitate coactus ad comparendum: nam quòd actor poſtea nolit comparere, & ſe abſentet: ratio forſan poteſt eſſe, quia cognoſcit Reum paratas habere ſuas defenſiones, & forſan expectat, ut pereant *c. quoniam in princ. c. ſignificavit de teſtibus*, & hæc eſt ratio, cur quandoque ex causa præfigatur Actori tempus ad agendum *c. frequens de reſtit. ſpol. in 6. l. diffamari ff. de ingen. manumiſſ.* Tum quia Reus fugiendo facit ſecundùm ſuam naturam non ita Actor, qui potiùs debet uti ſolicitudine, ut procedatur ad ſententiam definitivam: ſiquidem Reorum tantùm eſt fugere, non Actorum *l. properandum §. etſi C. de judic.* proinde parcitur Reo fugienti, non verò Actori, idcoque contra ipſum contumacem magis proceditur. Tum quia Rei ſunt favorabiliores, quàm Actores, & jura promptiora ſunt ad abſolvendum, quàm ad condemnandum *c. Ex litteris de probat.* unde non mirum ſi mitiùs agatur cum Reo, quàm cum Actore contumace *l. Arianus ff. de action. & oblig.* 7

Hinc quamvis lite non conteſtata non procedatur ad teſtes recipiendos, nec ad ſententiam contra Reum contumacem, ut habetur in *d. c. quoniam §. in altis c. tua ut lite non conteſt.* bene tamen proceditur contra contumacem actorem *dict. authent. qui ſemel C. quomodo & quando judic.* ubi datur de jure civili modus in tali caſu procedendi, quamvis de conſuetudine in foro Eccleſiaſtico illæ dilationes non ferventur, ut notat Butrius in *d. c. cauſam 3. h. t.* ſiquidem dilationes breviantur ex conſuetudine fori, ut notat Bartolus in *dict. authent. qui ſemel.* hinc neque obſtat textus in *c. ut nemo invitus* ubi dicitur, quòd nemo ſit compellendus invitus agere, quia id procedit regulariter, antequam Actor producat libellum. Cæterum poſt oblationem libelli, & inchoatum judicium, cùm jam inceperit agere, non poteſt ampliùs ipſum pœnitere ſuæ actionis *dict. authent. qui ſemel.* 8

Quòd ſi dicas, Actore non probante Reum eſſe abſolvendum, quamvis nihil probaverit *c. fin. de jurejur.* proinde non videri eſſe procedendum contra Actorem, ſed tantùm ad Reum abſolvendum. Contra eſt, quia hæc regula, qua actore non probante dicitur Reus abſolvendus, tantùm procedit, quando uterque Actor, & 9

Reus

Reus eſt præſens, & quando omnes dilationes
datæ fuerunt actori ad probandum, & nihil pro-
bavit: quia tunc conſtat, Actotem non potuiſſe
probare ſuam intentionem, proinde Reus abſol-
vitur: ſecus tamen eſt antequam fuerint dati
Actori debiti termini, & dilationes *l. propter* §.
etſi C. de judic. ut etiam quando Actor per con-
tumaciam abeſt, ut habetur in *c. cauſam 3. h. t.*
ubi dicitur, quòd ſi Actor poſt porrectum libel-
lum ſit contumax in comparendo, & proſequen-
do litem, etiam ea non conteſtata, ſi Reus petat,
procedâ poſſit ad receptionem teſtium, & ſen-
tentiam definitivam; idque duobus modis, ut
notat Panormitanus in *d. c. cauſam num. 17.* Pri-
mò ſi Reus aſſumat onus probandi injuſtitiam
Actotis; tum Judex ex officio ſupplere debet par-
tes actoris eum citando, & examinando teſtes, &
alias probationes aſſumendo pro cauſa abſentis,
vocatis etiam in ſubſidium ejus amicis, & con-
ſanguineis, ut docet Bartolus in *dict. authent.*
qui ſemel. num. 13. Secundò ſi Reus ſuſcipiat
in ſe onus probandi jus, ac dominium rei petitæ
ſibi competere; adeò ut non tantùm abſolvatur
ab impetitione actotis, verùm etiam affirmativè
pronuntietur dominium competere ſibi Poſſeſ-
ſori, & deſumitur ex *l. properandum* 10. §. *&*
ſiquidem C. de judic.

10 Quæritur quartò, an ſi Reus poſt litem con-
teſtatam ſit contumax, & aliàs conſtet de cauſa,
procedi poſſit ad ſententiam definitivam? Re-
ſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. prout*
nobis 4. h. t. ubi Urbanus III. declarat, quòd ſi
lite conteſtata Reus vocatus ſit contumax, ſi li-
quet de cauſa, feratur ſententia definitiva: Sin
verò non liquet, petens ponatur in poſſeſſione,
& pro abſente ſervetur quæſtio proprietatis. Ex
quo textu deducitur, quòd poſt litem conteſta-
tam, ſi Reus ſit contumax; vel tum liquet de cau-
ſa, & procedi debet ad ſententiam definitivam:
vel non liquet, & Actor immitti debet in ve-
ram poſſeſſionem reſervata Reo abſenti quæſtio-
ne proprietatis. Ratio verò, cur Reus ſi poſt
litem conteſtatam ſit contumax, ſi tum liqueat
de meritis cauſæ ferenda ſit ſententia definitiva,
ex eo deſumitur, quia eſt major contumacia,
quæ committitur poſt litem conteſtatam, quàm
antea *l. conſent. C. quomodo, & quando judic.* hinc
ob contumaciam ante litis conteſtationem non
immittitur Actor in veram poſſeſſionem, ſed
tantùm cuſtodiæ causâ, & Reus illam recuperat
intra annum, ſi propriam purget contumaciam:
ſecus ſi contumacia contingat poſt litis conteſta-
tionem, tunc datur actori vera poſſeſſio ut notat
Abbas in *d. c. prout 4. num. 8. h. t.* & quia Judex
qui cognovit de cauſa debet etiam de illa ſenten-
tiam ferre, ſive pro Reo, ſive contra illum, prout
juſtitia exigit; ideo quia properandum eſt, ne
lites protrahantur in infinitum *l. propter C. de*
judic. & juxta culpam contumaciæ pœna con-
tra illam committentem poſſit aggravari *c. quo-*
niam in fin. ut lite non conteſt. ſequitur quòd
quamvis Reo contumace ante litis conteſtatio-
nem non ſit procedendum ad definitivam, bene
tamen lite conteſtata poteſt ad talem ſententi-
am pro Reo, vel contra Reum procedi, prout
juſtitia cauſæ apparuerit.

Quòd ſi non liqueat de cauſa, tum actor 11
inducitur in veram poſſeſſionem, quia cùm ad-
huc non fuerint Actori aſſignatæ omnes juridi-
cæ dilationes ad probandum, non poteſt dici,
quòd ipſe defecerit in probationibus, & quòd
per hoc Reus ſit abſolvendus, ut notat Bartolus
in *l. propter C. de judic.* & cùm non liqueat con-
tra Reum, nec dici poteſt, quòd ipſe Reus ſit
condemnandus *c. fin. de jurejur.* quia verò Reus
eſt tunc in majori contumacia, quàm fuiſſet ante
litem conteſtatam: nec dici poteſt, quòd ſuffi-
ciat contra ipſum miſſio in poſſeſſionem ex pri-
mo decreto causâ cuſtodiæ, & quòd veniens in-
tra annum ad purgandam contumaciam debeat
recuperare poſſeſſionem *l. 2. C. ubi in rem act.*
& quia major contumacia majorem pœnam me-
retur *l. conſent. C. quomodo & quando jud.* & cum
Judex non ferat ſententiam de re, quam non co-
gnovit *l. illic. ff. de offic. Præſid.* ſequitur, quòd
adjudicando actori in hoc caſu veram poſſeſſio-
nem, punitur major contumacia Rei, quàm pu-
niretur ante litis conteſtationem, & reſervando
ei quæſtionem ſuper proprietatem non privatur
per ſententiam dominio rei, de quo Judex non
cognovit, quin ſi poſtea veniat, poſſit ipſe proba-
re rem illam ad ſe pertinere.

Quæritur quintò, an poſtquam actor proba- 12
vit ſuam intentionem, ſi Reus opponat exceptio-
nem peremptoriam per contumaciam, & mali-
tiam, & illam incontinenti non probet, ſed petat
inducias ad eam probandam, ſit compellendus
ad ſolvendas expenſas actori? Reſpondetur
affirmativè, & deſumitur ex *c. finem 5. h. t.* ubi
Innocentius III. reſcribit, quod cùm expediat
finem litibus maturè imponi, ne partes nimium
laboribus, & expenſis graventur; præſertim
quando lites inſtituuntur de beneficiis eccleſia-
ſticis, quæ ſine detrimento Eccleſiarum vacare
non poſſunt, ideo ait Pontifex: *ſtatuimus, ut*
poſtquam una pars litigantium intentionem ſuam
fundavit, ſi altera pars exceptionem perempto-
riam opponat, quam incontinenti nolit, aut ne-
queat probare, ad moderatas expenſas adverſæ
parti ab eo tempore, quo ipſi induciæ ad proban-
dam exceptionem ſunt conceſſa, adeòque parti ſol-
vendas, ſi in probatione defecerit, condemnetur.
Ex quo textu liquet, exceptionem peremptori-
am opponi poſſe, poſtquam probationes ab
actore allatæ fuerunt, ſuper cauſa principali, &
teſtes publicati, quia aliàs non poſſet conſtare,
an actor probaverit ſuam intentionem, ut notat
Gloſſa *d. c. fin. V. exceptionem.* Id autem proce-
dit de exceptionibus, quæ ſunt compoſſibiles
cum intentione actoris probata, & fundata:
ut ſi Actor probavit matrimonium initum in fa-
cie Eccleſiæ; alter conjux objicere poteſt im-
pedimentum conſanguinitatis *c. 1. de ordin.*
cognit. Item ſi Actor probavit equum ad ſe per-
tinere titolo emptionis, Reus conventus poteſt
objicere legitimam uſucapionem, & ea probata
obtinere cauſam in judicio: ſimiliter ſi Actor
conveniat Reum, & probet, eum ſibi debere
mille florenos mutuò illi datos; ſed Reus con-
ventus excipiat, & probet, debitum hoc ſibi re-
miſſum eſſe à Titio per pactum de non petendo,
tunc ſi Reus conventus id probet, cauſam ob-

tinet. Ratio deſumitur ex eo, quia in ſimilibus caſibus poſt publicationem atteſtationum non eſt ſuſpicio, teſtes ſubornatos, vel corruptos fuiſſe, eò quia depoſuerint de eo, quod ſtare poteſt cum probata intentione Actoris. Secus tamen eſſet, ſi objiceretur Actori exceptio peremptoria incompatibilis cum ejus intentione; ut ſi contra Actorem, qui probat, dominium rei ad ſe pertinere, Reus excipiat, & directè probet contrarium, ſcilicet ipſi non competere dominium rei; tunc poſt publicatas atteſtationes, non admittitur ampliùs exceptio propter ſuſpicionem, & periculum ſubornationis teſtium.

14 Hinc ut diſpoſitio in hoc textu ab Innocentio III. poſita procedat requiruntur duo. Primò ut Reus objiciat exceptionem peremptoriam poſtquam Actor probavit ſuam intentionem: ſecundò ut Reus nolit, vel non poſſit oppoſitam exceptionem incontinenti probare, ſed petat inducias ſibi dari ad illam probandam; adeò ut ſi alterutrum ex his deſit; vel quia Reus excipiat nondum fundata, & probata intentione Actoris; vel quia ea probata illicò aſſumat in ſe onus probandi exceptionem: tum ceſſat pœna hujus conſtitutionis, ſeu ut Reus condemnetur in expenſas Actori: ratio eſt, quia tunc ceſſat præſumptio exceptionis malitioſè oppoſitæ, & ſervanda eſt proviſio juris communis, quæ eſt, ut in fine cauſæ, ſeu litis, victus condemnetur in expenſas Victori *c. calumniam 4. de pœn.* Quamobrem juxta præſentem textum, ſi Reus fundata intentione Actoris objiciat exceptionem peremptoriam, quam non probet incontinenti, ſed accipiat inducias, ſi deficiat poſtea in probando, condemnatur incontinenti non expectata ſententia definitiva in expenſis, quia litibus eſt finis imponendus, ut citiùs expediantur, ne partes ultra modum graventur laboribus, & expenſis *l. properandum C. de judic.* & quia ad impediendum, vel differendum proceſſum, hujuſmodi exceptiones peremptoriæ frequenter ex malitia opponuntur *l. ſiquidem C. de except.* & præſumptio, quòd malitioſè opponantur oritur, quando objiciuntur fundata jam intentione Actoris, & incontinenti non aſſumitur onus probandi, ſed ad id petuntur dilationes: ideo ſi exceptiones peremptoriæ objectæ non probentur, apparet, fuiſſe oppoſitas ex malitia, & ut puniatur Reus, non expectatur ſententia definitiva in tota cauſa, ſed ſtatim condemnatur ad præſtandas expenſas adverſario per ſententiam interlocutoriam.

15 Quòd ſi Reus non ſit ſolvendo, adeò ut ob inopiam, mulctam ex delicto non poſſit ſolvere, tunc punitur in corpore *l. 1. in fin. ff. de pœn.* unde ſumitur vulgatum illud, *qui non habet in ære, luat in pelle, ſeu corpore,* quia ne delictum remaneat impunitum, ubi quis ex maleficio conventor ad pœnam pecuniariam, ſi non habeat in ære, debeat luere in corpore, quia cùm exceptiones non probatæ præſumantur malitioſè oppoſitæ; ideo ſi Reus, qui eas objecit, defecit in earundem probatione juxta arbitrium diſcreti Judicis, eſt puniendus in corpore, ut ſaltem hoc timore perterritus non facilè audeat quis in gravamen alterius falſas objicere exceptiones *l. quicunque C. de ſerv. fugit.*

Quæritur ſextò, an citatus ad totam cauſam aſſignato ei termino ad comparendum teneatur comparere tali tempore? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Cùm dilecti 6. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd ſi citatus intra certum tempus per ſe, vel per alium non compareat in illo termino, vel paulò poſt, ſi non eſt legitimè impeditus, quamvis nuntium miſerit ad ſe excuſandum, habendus ſit contumax, & condemnandus ſit ad expenſas à tempore contumaciæ: & ratio eſt, quia qui non comparet intra terminum peremptorium ſibi aſſignatum à Judice eſt contumax *c. 1. de judic.* & quia de longinquo poteſt citatio fieri ad totam cauſam, & in prima vice poteſt mitti peremptorium cum ob diſtantiam non poſſint facilè citationes iterari *c. fin. de dilat.* & *l. Nonnunquam ff. de judic.* ſequitur, quòd ſi citatus ad comparendum tali die velit culpam evadere contumaciæ, debeat tali die in judicio comparere: vel per ſe, vel per Procuratorem, quia mandatum de comparendo certo die continet virtualiter, & implicitè duo in ſe mandata, unum principale, & primarium, & eſt, ut citatus compareat; alterum ſecundarium, & eſt, ut compareat in termino præfixo: quòd ſi citatus non poſſit comparere ob legitimum impedimentum die præfixo, debet poſtea comparere quàm citiùs poteſt poſt terminum ceſſato impedimento: ratio eſt quia in omni termino aſſignato ad aliquid faciendum legitimum impedimentum ſemper intelligitur exceptum *l. quæſitum ff. de judic.* ſiquidem ad impoſſibile nemo tenetur *l. impoſſ. ff. de reg. jur.* & quia mandatum qualificatum, quod recipit diſtributionem, ſi non poteſt impleri in una parte, debet impleri in altera *c. fin. de reſtit. ſpol.* ſequitur, quòd ſi citatus non poſſit comparere die aſſignato, adhuc teneatur, quàm citiùs poteſt coram Judice ſe poſtea ſiſtere *c. ſuper de offic. deleg.* ſicut quando mandatur alicui, ut tali die rem alteri ſolvat, non propterea eſt ſolutus à mandato, ſi tali die non poſſit ſolvere, quia ſemper tenetur ad ſolutionem etiam elapſo die ſolutioni præfixo. Cæterum ſi Reus citatus non compareat, condemnatur in expenſis à tempore emiſſæ citationis, adeò ut ſint expenſæ ſolvendæ à contumace, non ſolùm quæ factæ ſunt à tempore contumaciæ; ſed etiam à tempore emiſſæ citationis: ratio eſt, quia in judicio debent omnia damna reſarciri, quæ propter contumaciam partis abſentis, præſens ſuſtinuit *l. ſancimus C. de judic.* proinde ex quo iſte non comparet, contumax reputatur, & condemnatur ad legitimas, & moderatas expenſas, quas adverſarii à tempore emiſſæ citationis fecerunt *l. Sancimus 13. C. de judic.*

Quæritur ſeptimò, an ſententia in cauſa 16
beneficiali tranſeat in rem judicatam reſpectu ſuperioris? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. cum Olim. 7. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd in cauſa beneficiali poſt latam ſententiam Papa poſſit cognoſcere, & quòd contumax, & condemnatus, ut convincatur ejus malitia, debeat iterum ex abundanti citari ad cauſam defendendam, & ſi ſit intra Provinciam, & intra tres menſes non comparet; ſin verò ſit extra Provinciam intra annum, poſtea confirmatur prima ſen-

ſententia, & interim in illo anno idem ſit admi-niſtrator. Ratio cur ſententia in causâ beneficiali non tranſeat in rem judicatam reſpectu ſuperioris eſt, quia Authoritas ſuperioris non debet per aliquam actionem ſubditorum impediri, ne ei videatur lex imponi *c. veniens de transact.* Tum quia ad ſuperiorem pertinet invigilare, ut electiones ad beneficia ritè à ſuis ſubditis peragantur ad peccata evitanda *c. 1. de offic. ord.* Tum quia beneficium eccleſiaſticum ſine canonica inſtitutione licitè obtineri non poteſt *c. 1. de reg. jur. in 6.* ideò quamvis reſpectu partis evictæ, & proinde reſpectu præjudicii privati, etiam in re beneficiali ſententia tranſeat in rem judicatam *c. cum dilecti de elect.* Non tamen reſpectu ſuperioris tranſit in rem judicatam *c. conſtitutus de appellat.* ſicut nec tranſit reſpectu illius, pro quo fuit injuſtè lata, ſi immineret peccatum non remiſſibile per partes, ut notat Innocentius in *c. inter dere judic.* quapropter Judex poteſt ex officio inquirere contra vincentem non obſtante ſententia *c. oblata de appell.* Idque vel maximè procedit, ſi ſententia lata fuerit contra abſentem licèt contumaciter, & indefenſum, quia merita cauſarum aſſertione partium panduntur *l. 2. C. ſi per vim.* & quia abſens per contumaciam verè, & realiter non fuit auditus, quamvis in ejus pœnam præſumantur vera, quæ contra ipſum ab Adverſario in cauſa dicuntur *l. de ætate §. qui tacuit ff. de interrog. act.* ideò, quia tunc non fuerunt verè audita merita utriuſque partis, poteſt ſuperior inquirere, eò quia adſit periculum, ne pars vincens ſine canonica inſtitutione cauſam obtineat. Tum quia ubi majus periculum imminet, cautiùs eſt procedendum *c. ubi de elect. in 6.*

17 Quæritur octavò, an ſi procedatur per viam inquiſitionis contra abſentem contumaciter, etiam lite non conteſtata poſſint teſtes recipi, & ſententia definitiva ferri, etiam per viam depoſitionis, ſi delictum id mereatur? Reſpondetur affirmativè ex *c. veritatis 8. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quod ſi contumax ſit abſens ex malitia, poſſint teſtes recipi, & contumax poſſit excommunicari, deponi, privari officio Pontificali, vel ſacerdotali, & facta poſt has ſententias eſſe irrita. Ratio eſt, quia nunquam proceditur per viam inquiſitionis contra aliquem, niſi clamoſa inſinuatio præcedat contra ipſum *c. qualiter de accuſ.* & quia contumacia non modicam addit præſumptionem contra non comparentem *c. Nullam de præſumpt.* adeò ut in ſui præjudicium habeatur pro præſente *c. 2. de arbit. in 6.* & quia publicè intereſt, ne crimina remaneant impunita *c. ut fama de ſent. excommun.* & *l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil.* & ſuperior juxta Apoſtolum *2. ad Corinth. c. 10.* debeat eſſe promptus ad ulciſcendam inobedientiam: ideo licèt quando agitur de crimine in modum actionis lite non conteſtata ad teſtes recipiendos non procedatur, neque ad ſententiam definitivam contra Reum contumacem *c. 1. ut lit. non conteſt.* nihilominus quando proceditur per viam inquiſitionis, ex quo eſt magis aggravata ejus fama, & Judex procedit ex officio ob publicum bonum; ſi ſit delictum, ob quod imponitur etiam pœna exequibilis contra abſentem, qualis eſt depoſitio; tametſi ſit pœna gravis, adhuc poteſt procedi contra ipſum ab initio, quamvis etiam lite non conteſtata, perinde ac ſi verè eſſet præſens, ut habetur in *d. c. veritatis 8. h. t.* & *c. quoniam §. ſinis ut lit. non conteſt.*

Quæritur nonò, an Actor miſſus in poſſeſſionem bonorum cuſtodiæ causâ, ſi ab adverſario per dolum impediatur, per lapſum anni fiat verus poſſeſſor? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. contingit 9. h. t.* ubi Innocentius III. declarat, quòd quando Actor ex decreto Judicis debet poni in poſſeſſione rei cuſtodiendæ, & ob dolum, vel potentiam Rei conventi impeditur, ne admittatur, vel etiam admiſſus rejicitur, elapſo anno fit verus poſſeſſor; & additur etiam ratio, ne ſcilicet contumax ſit melioris conditionis. Hinc miſſus in poſſeſſionem bonorum cuſtodiæ causâ, ſi ab adverſario per dolum impediatur, fictione juris habetur pro miſſo, adeò ut elapſo anno fiat verus poſſeſſor talium bonorum in ordine ad effectus juris, ſi interea Reus contumax non comparuerit. Imò ſimile quid etiam ſtatuitur jure Cæſareo in debitio perſonali; ſi enim creditor à Judice juſſus ſit poſſeſſionem bonorum capere, quamvis bona poſſeſſa non ſint, perinde habentur, ac ſi poſſeſſa eſſent *l. quamvis 14. ff. de reb. author. judic. poſſidendis.* Cùm enim ſubinde contingeret, ut Actori ob contumaciam partis adverſæ adjudicaretur causâ rei ſervandæ poſſeſſio; & ob Rei conventi potentiam, ſeu dolum Actor intra annum non poſſet rem cuſtodiendam adipiſci, & propterea Reus ob ſuam malitiam commodum reportaret, eſſetque melioris conditionis, quàm obediens; ideò de canonica æquitate ſtatuitur, ut tunc Actor elapſo anno conſtituatur verus poſſeſſor, perinde ac ſi rem illam ſibi cuſtodiæ causâ decretam in effectu detineret *l. quamvis ff. de bon. Author. jud. poſſid.* Poſſet tamen objici; quia cùm poſſeſſio ſit quid facti, non acquiritur ſolo animo, ſed opus etiam eſt corporis apprehenſione *c. licet 4. de acquir. poſſeſſ.* proinde ſine apprehenſione reali non videtur quomodo Actor poſſit fieri verus poſſeſſor ſecundum juris diſpoſitionem. Sed contra, quia licèt in dicto textu dicatur quòd elapſo anno fiat verus poſſeſſor, non tamen id intelligitur abſolutè; ſed tantùm in ordine ad effectus juris, quos perinde participat, ac ſi propriè, & verè poſſideret. 18

Quæritur decimò, an ſi Reus non inveniatur, ſufficiat, publicè citationem ad eccleſiam ſuam proponi? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. venerabilis ult. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, quòd ſi citandus non inveniatur, poſſit citatio figi in valvis ſuæ eccleſiæ, ut valeat: ratio eſt, quia ubicunque quis tenetur adeſſe, & abeſt, ut Clericus, qui tenetur reſidere in ſua eccleſia, ſi legitima cauſa ſuæ abſentiæ non appareat, præſumitur malitiosè abeſſe *c. Ex tua de cleric. non reſid.* & quia providendum eſt, ne quis ſe occultet ad declinandum judicium in alterius præjudicium *l. Fulcinius ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat.* ſequitur, quòd tametſi regulariter requiratur, ut ab initio cauſæ quis perſonaliter citetur, & poſtea in ſubſidium ſufficiat citatio fa- 19

cta

Digitized by Google

ẽta ad domum, cùm ampliùs ille non poſſit ignorantiam cauſa allegare *l. Ex poſt edictum ff. de judic.* nihilominùs quando quis præſumitur ſe occultare, & ſugere judicium in alteriua præjudicium, ſufficit etiam prima citatio facta in loco, ubi quia tenetur habitare, quia tunc præſumitur ad ejus notitiam pervenire: & id vel maximè ſervatur in cauſia eccleſiaſticia juxta Concilium Tridentinum *ſeſſ.24. de refor, c.20.*

30 Quæritur undecimò, quomodo Reua eitari debeat ab Inquiſitoribua contra hæreticam pravitatem? Reſpondetur, quomodocunque contra Reum procedatur, ſive viâ accuſationis, ſive denunciationis, ſive inquiſitionis, eſſe Reum eitandum *verbaliter*; quia cum ejus bona, honor, imò & vita perielitentur, debet poſſe ſe defendere; eſt quippe defenſio euique ab ipſa natura conceſſa; *c. quiſque Epiſcopus 4. quæſt. 5. c. venerabilis de dolo, & contumacia.* Quòd ſi per hanc citationem verbalem Reus compareat, nec de illo ſoga timeator, citanduaeſt abſque expreſſione cauſæ, & ſolùm (ne occaſio ad fugam ei detur) citari debet in genere, & illi proponi, quòd Inquiſitores velint aliquid ab eo ſcire, ut notat Pegna *3. part. direct. comment. 33. n. 131.* ſin verò ex hac verbali citatione generali fuga timeretur; reus capi debet omiſſâ verbali citatione *ex textu in l. nullus Cod. de exhibendis Reis, & in l fin. Cod. de cuſtodia Reorum.* ſin autem facta hac verbali, & generali citatione inquiſitus non comparet, tum capi debet, ſi poteſt; ſin minùs citari debet cum expreſſione cauſæ (ſcilicet ut de fide reſpondeat) *c. cum contumacia de hæret. in 6.* Imò ſuſſicit una citatio, quæ tribua æquivaleat, ſignato termino competente, & peremptorio ad comparendum; quia nullibi in jure habetur, quòd in hac cauſa requiratur trina monitio; præſertim eum in crimine hæreſia Inquiſitores non arctentur ſolemuitatibus à jure aliàs requiſitis. Quamvis ex recepta conſuetudine contra abſentem contumacem trina eitatio fieri conſueverit, ſignato in qualibet earum termino competente, ut ſic proceſſus, & ſententia magis juſtificentur, ut norat Umbertua in *prax. Inquiſ. 11. ſententia n.25.* Formam in hac citatione ſervandam exhibet Pegna *3. part. direct. comment. 33. n. 130.* Eſt autem hæc citatio neceſſaria non ſolùm ad litem conteſtandam, & proceſſum formandum; verùm etiam ad ſententiam validè pronnneiandam: non enim validè poteſt ſententia proferri, quin prius reus ad illam audiendam expreſsè citetur *clement. ſæpè de V. S.* & docet Paramua de *orig. inquiſ. l.3. q.4.*

TITULUS XV.

De eo qui mittitur in poſſeſſionem causâ rei ſervandæ.

Quia ob Rei contumaciam perſæpè devenitur ad miſſionem in poſſeſſionem, ideò rectè Pontifex poſtquam egiſſet in titulo præcedente de contumacia, ſubnectit præſentem titulum, qui exequitur latiùs titulum præcedentem. Tametſi rubrica ſolùm mentionem faciat de eo, qui mittitur in poſſeſſionem causâ rei ſervandæ; textus nihilominùs extenditur etiam ad interpoſitionem ſecundi decreti, per quod transfertur vera poſſeſſio, & quod ut plurimum conſtituitur contra eos, qui contumaces ſunt, ſive ante, ſive poſt litem conteſtatam. Et quamvis in ſuperiori titulo dicatur, quòd Actor aliquando ob contumaciam Rei ſit mittendus in poſſeſſionem bonorum, ſeu rei petitæ; hic tamen docetur quid juris ex hac miſſione Actor conſequatur.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium Capitum, quæ continentur in hoc titulo.

C. CONSTITUTIS 1. h. t. Alexander III. ſtatuit, ut miſſus ex primo decreto in poſſeſſionem causâ rei ſervandæ, ut eccleſia, ſi pars contraria, licèt hoc velit facere, non tamen intra annum ſuâ culpâ faciat, nec præſtet cautionem, acquirat poſſeſſionem incommutabilem illius rei ſalvo jure partis pro proprietate. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi pars contraria non poſſit habere Iudicem, debeat cautionem coram publicis, & honeſtis viris offerre, & proteſtare, ne annali

præ-

præſcriptio currat. Quòd ſi non poſſit Iudici præſtare cautionem, ſufficit, ſi eam præſtet parti coram honeſtis perſonis.

C. *CUM SICUT 2. h.t. Clemens III. reſcribit, ei, qui paſſus eſt miſſionem in poſſeſſionem, ſi infra annum offerat cautionem Iudicibus, vel uni ex eis, licèt Iudices eam non capiant, non currere annum præſcriptionis, immo eſſe poſt annum reſtituendum, cùm per ipſum non ſteterit. Ut enim ait Gloſſa, quod per me non ſtetit, non debet mihi imputari.*

C. *CUM VENISSENT 3. h. t. Innocentius III. ſtatuit, ut qui paſſus eſt miſſionem in poſſeſſionem ſecundum jus, & ſecundum laudabilem conſuetudinem ſi appellet, præſtitâ cautione, debeat reſtitui in poſſeſſionem, & differri ſolutio expenſarum neceſſariarum, donec conſtet fuiſſe contumacem, vel conſuetudinem non fuiſſe laudabilem: ſecus teneatur ad ſolvendas expenſas. Quia verò non explicatur in textu qualis fuerit hæc conſuetudo veriſimiliter cenſent plures, per hanc conſuetudinem fuiſſe derogatum juri communi, ne fortaſſis miſſio in poſſeſſionem in illo loco ſecundùm rigorem juris communis locum haberet, quod potuit induci ex rationabili cauſa. Nota expenſas neceſſarias dici ſine quibus deterior res eſſet, ſi non fierent, vel etiam periret* l. impenſæ ff. de. V.S.

C. *SI ADVERSARIUS 4. h. t. reſcribit Gregorius IX. quòd ſi adverſarius legitimè per edictum citatus ad remota loca ſe transferat, nec aliquis pro eo compareat: debeat agens mitti in poſſeſſionem cauſâ cuſtodiæ. Secus tamen ſi non fuit perſonaliter citatus.*

IN SEXTO.

C. *EUM QUI unic. h.t. Innocentius IV. declarat, in beneficiis eccleſiaſticis ob contumaciam abſentis non mitti quemquam in poſſeſſionem petitis, ſed diligenter examinato negotio etiam lite non conteſtata eſſe ſententiam ferendam, ac terminandam debito fine. Ubi notat Gloſſa, quod ſi mitteretur in poſſeſſionem ex primo decreto, haberet vitioſum ingreſſum in beneficium, quia careret titulo, ſeu inſtitutione. Rurſus cum conſtet de intentione abſentis, quòd ſit deliberatus non venire, ideo non eſt citandus, quia citatio ſit ad explorandum animum, an velit venire.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quomodo ob contumaciam Rei Actor mittatur in poſſeſſionem.

Nonnunquam ob contumaciam Rei actor mittitur in poſſeſſionem rei petitæ, ac bonorum debitoris, quapropter poſtquam de contumacia dictum eſt, congruenter ponitur hic titulus, qui habetur etiam in 6. Decretalium. Dupliciter poteſt quis in judicio mitti in poſſeſſionem bonorum, ac rerum. Primò ex vi primi decreti Judicis. Secundò, ex vi ſecundi decreti ejuſdem. Miſſio ex vi primi decreti habetur, quando Judex primò jubet partem præſentem ob contumaciam abſentis mitti in poſſeſſionem bonorum ejus cuſtodiæ causa; & per hanc miſſionem in actione reali non acquiritur Actori dominium, nec vera, & ſtabilis rei poſſeſſio; ſed tantum cuſtodia, ſeu detentio: ita tamen ut ſi Reus intra annum ſua culpa de ſe ſiſtendo in judicio cautionem non præſtiterit, tametſi voluntatem [illegible]erit eam præſtandi, dilapſo anno miſſus in poſſeſſionem ex actione reali conſtituatur verus poſſeſſor irrevocabiliter, ſalvo manente jure proprietatis parti adverſæ abſenti, ut deſumitur ex [illegible] *conſtitutus* [illegible] *h.* [illegible] quia ad evitandam pœnam contumaciæ non ſufficit quod Reus h[illegible] voluntatem [illegible] præſtandi cautionem intra annum de [illegible]endo [illegible]: ſed debet effectu [illegible] præſtare; ſiquidem ubi factum requiritur non ſufficit voluntas faciendi ſine effectu, etiam ad pœnam evitandam.

Quòd ſi reus contumax paſſus miſſionem in rem cuſtodiæ causâ factam intra annum cautionem offerat Judici, & is nolit eam recipere, tunc reus non amittit poſt elapſum annum veram poſſeſſionem; proinde reſtituendus eſt poſt præſtitam cautionem, eò quia per ipſum non ſteterit, quo minùs fecerit, quod debuerit, proinde non eſt illi imputandum; ut notat Gloſſa hic *V. non ſteterit arg. c. plerumque 23. de reſcript.* & habetur expreſſius in regula 41. ſexti, ubi habetur, quòd imputari non debeat ei, per quem non ſtetit, ſi non fecerit, quòd per eū faciendum fuerit; ubi enim non eſt culpa, non eſt pœna infligenda. Quòd ſi dicas, Judicē delegatū non poſſe ſine ſuis collegis recipere cautionem à reo *c. cauſam 16. C. penult. de offic. deleg.* proinde cùm in caſu ſecundi capitis hujus tituli Judex fuerit delegatus à Clemente III. & non potuerit ſolus recipere cautionem, quam actu obtulit reus: ideò debuiſſet hic adire Judicem ordinarium juxta *c. paſtoralis* [illegible] *præterea de offic. ordinar.* vel ſaltem debuit ipſi actori, vel alteri perſonæ honeſtæ cautionem offerre de parendo juri, ut docet Gloſſa in *c. conſtitutus 1. h.t.* ubi ait, ſi, non poteſt Judex haberi, cautio præſtetur parti, & ſi neu-

ter poteſt inveniri, præſtabitur alteri perſonæ honeſtæ, quæ recipiat cautionem nomine adverſarii. Reſpondetur tamen, quòd tameti Judex ille fuerit delegatus, & non potuerit ſolus recipere cautionem à reo, ſi abſque clauſula *ſi non omnes*, delegatio facta fuerat, attamen potuit cautio à reo offerri Judici, ut eam reciperet, non tanquam Judex, ſed ut perſona honorata, quæ verſata ſit in iſta cauſa: unde poſtquam Judex delegatus recuſavit cautionem recipere à reo, ut perſona honorata, cenſetur reus ſatisfeciſſe ſuæ obligationi, neque opus eſt accedere Judicem ordinarium hac ſuper re, vel aliam perſonam, ut docet Panormit. hic *n. 5.*

3 Cùm miſſio in poſſeſſionem bonorum ſit remedium contra contumacem; ſi reus contra actorem actione reali cautionem offerat, ſufficit ad declinandam pœnam. Actio nil aliud eſt juxta præſens inſtiturum, quam jus proſequendi in judicio, quod ſibi debetur *inſtit. de action. in princ.* & eſt ſumpta ſpecialiter duplex, realis, & perſonalis; hæc eſt actio in perſonam, ſeu perſonalis proſecutio, vel condictio: actio realis, ſeu in rem eſt ipſa petitio rei. Et ab utraque ſpecie actionis ſegregantur proſecutiones, & extraordinariæ petitiones *l. actio 28. de action. & oblat. l. 178. de verb. ſignif.* quapropter actio, petitio, proſecutio diſtinguuntur in formula Aquilinæ acceptilationis *l. 18. §. 1. de acceptilatione.*

4 Quòd ſi agatur actione reali contra reum peremptoriè citatum, & contumaciter non comparentē, tunc actor ex primo decreto Judicis immittitur in poſſeſſionem rei petitæ, ſupra qua eſt controverſia causâ rei cuſtodiendæ; ita tamen ut ſi intra annum reus contumax comparuerit, & refuderit expenſas ab actore factas ob ejus contumaciam, & cautionem præſtiterit, debeat ipſi poſſeſſio rei reſtitui: dilapſo autem anno actor immiſſus abſolutè, & irrevocabiliter fit poſſeſſor, adeò ut ex re ipſa fructus percipiat, ut etiam alia commoda, quæ ratione poſſeſſion[illegible] poſſunt ipſi contingere, ut deſumitur ex *c. ult. §. in aliis* juncta Gloſſa *V. effectus*, & *c. paſtoralis* [illegible] *§. præterea in fin. de offic. jud. ordin.* & non ampliùs auditur reus ſuper poſſeſſione rei, ſed tantùm ſuper proprietatem ejusdem, cujus probandæ onus ipſi incumbit tanquam actori, ut deſumitur ex *c. conſtitutus* t. *h. t.* Et licèt ſit difficultas non modica inter juris conſultos, an ſi agatur actione reali miſſus ex primo decreto in poſſeſſionem rei, verè poſſideat, an etiam intra primum annum: ſiquidem communiter aſſerunt, poſſidere, non tamen irrevocabiliter, eò quia ſi reus cautionem præſtiterit, debeat ei poſſeſſio reſtitui, ut liquet ex *c. ult. §. in aliis*; & probant hanc ſententiam ex eo, quòd reus contumax, ſi compareat & offerat cautionem, recuperet poſſeſſionem rei, ſed id tant[illegible] recuperatu[illegible], quod fuit amiſſum, proinde poſſe[illegible] ſui amiſſa, & actor [illegible] verè admiſſus in poſſeſſionem ejusdem rei.

5 Nihilominus oppoſita ſententia [illegible] probabilior, quam docent commu[illegible] Canoniſtæ aſſerentes, etiam in actione reali actorem immiſſum non conſequi veram, ac ſtabilem rei poſſeſſionem, eò quia poſt annum effi[illegible] verus poſſeſſor, ex quo inferunt, intra annum non fuiſſe verum poſſeſſorem, ſed tan[illegible] cuſtodiæ causâ retinuiſſe apud ſe rem illam, ut liquet ex *c. ult. § in aliis*, & *c. paſtoralis in fin.* & ex aliis juncta Gloſſa *V. cuſtodiæ causâ c. 4. h. t.* ex quibus liquet, actorem miſſum in poſſeſſionem bonorum intra annum non eſſe verum poſſeſſorem rei illius, ſed tantùm cuſtodem, neque habere jus in fructus, eò quia eos teneatur reſtituere venienti reo intra annum, ut notat Abbas in *citat. §. in aliis n. 5.* Neque ullum faceſſit negotium fundamentum, quo nititur oppoſita ſententia; nimirum reum venientem intra annum recuperare poſſeſſionem, & id non recuperari, niſi quod fuerat amiſſum, ex quo inferunt, actorem fuiſſe immiſſum, ut verum poſſeſſorem: nam illud verbum recuperare quid in illo loco ſignificet, explicat Gloſſa in *citat. §. in aliis. V. poſſeſſionem.* ait enim recuperare perinde eſſe, ac recipere retentionem poſſeſſionis, quam actor habebat, unde reus recuperat poſſeſſionem, ſeu retinet veram poſſeſſionem, adeò ut recuperare, & retinere idem ſint.

6 Cæterùm propter contumaciam rei poteſt fieri immiſſio ex primo decreto Judicis rei cuſtodiendæ causâ in juribus ſpiritualibus, niſi agatur de jure beneficiali, ut deſumitur ex *c. conſtit. t. h. t.* ex quo liquet, in juribus ſpiritualibus, ut ſi agatur de jure ſubjectionis, jure patronatûs, jure inventandi, aut de Eccleſia propter contumaciam rei, poſſe fieri hanc immiſſionem, excipitur tamē, ſi agatur de jure beneficiali *c. 1. h. t. in 6.* unde ſi agatur de Eccleſia tanquā de beneficio, non habet locum miſſio in poſſeſſionem, benè tamen ſi agatur de Eccleſia, tanquam de proprietate, ut notat Abbas in *c. cùm ſicut 2. n. 2. h. t.* unde in ſpiritualibus miſſus in poſſeſſionem ex reali actione poſt annum fit verus, & irrevocabilis poſſeſſor: non ita ſi agatur de jure, ſeu titulo beneficiali, quia tunc non poteſt fieri hæc miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto cuſtodiæ causâ.

7 Poteſt etiam reo contra proceſſum Judi[illegible] appellante actor mitti in poſſeſſionem cuſtodiæ causâ, ſi nullius momenti Judici videatur eſſe Rei appellatio; qui tamen, ſi poſtea offerat cautionem, reſtituendus eſt, dummodo appellatio appareat fuiſſe rationabilis, quia ſi poſtea re meliùs conſiderata Judex cognoſcat, appellationem non fuiſſe irrationabilem, rei poſſeſſio, præ[illegible] cautione reſtituenda eſt; imò neque [illegible] ſolvere expenſas, quia purgata contumacia [illegible] penſæ remitti debent *c. venerabilis §. idem eſt de ſent. excommun. in 6.* condemnatur tamen contumax ad expenſas, quas expectando adverſa[illegible] us c[illegible] ſolvere; ad[illegible] ut ob contum[illegible] am re[illegible] æ ſin[illegible] enſæ, non tamen ſuperfluæ ſed [illegible] neceſſariæ, & [illegible] æ moderatæ [illegible] cuntur ut habetur in [illegible] *de dol.* unde in æſtimatione expenſarum [illegible] et neceſſa[illegible] o pr[illegible] dere [illegible] meot[illegible] partis [illegible] ſerentis, ſe tantas ex[illegible] [illegible] contumaciam fec[illegible] a[illegible] b[illegible] ur [illegible] *ncemus 4. C.* [illegible] & [illegible] *cùm* [illegible] *ent 3 h. t.* hanc [illegible] am Ju[illegible] ele[illegible] gati non [illegible] ſed [illegible] ip[illegible] eum juxta petitionem actoris [illegible]

Innocentius III. reſcripſit, malè eos proceſſiſſe, ut tradit Gloſſa *c. cùm veniſſent 3. h. t. V. reſtituere.*

8 Quòd ſi reus poſt citationem ſe transferat in aliam Provinciam, & non reliquerit, nec inſtituerit procuratorem idoneum ad litem inſtituendam, tum publico edicto affixo ad domum citati Rei, ſi nullus compareat, qui illum defendat, poteſt actor petere, ut mittatur in poſſeſſionem rei petitæ cuſtodiæ causâ. Verum ut miſſio in bona alterius juridicè fiat, non ſufficit, ſi ſemel tantùm reus citetur; ſed debet iterùm, ac peremptoriè citari, ſaltem per edictum publicum ſi non poſſit perſonaliter citari; neque Procuratorem, qui vices ſuas ageret, inſtituerit, ut deſumitur ex *c. 4. de dolo.* Si tamen aliquis conſanguineus, vel amicus comparuerit in judicio defenſurus reum abſentem præſtitâ cautione de rato, admittendus eſt, ut declinetur miſſio in bona Rei abſentis, ut deſumitur ex *c. ſi adverſarius ult. h. t.* unde pro praxi notat Panor. hic *n. 14.* conſuetum eſſe, ut in edicto ad valvas Eccleſiæ, vel publici palatii affixo addatur clauſula: ſi quis conſanguineorum, vel amicorum abſentem defendere velit, in judicio compareat ad diem definitam.

9 Quòd ſi nullus comparuerit, miſſio in bona Rei an debeat fieri, videretur negandum par argumentum ex contrario ſenſu ſumptum ex *c. ſi adverſarius*; ſed probabiliùs reſpondetur, miſſionē fieri poſſe ex primo decreto, ſcilicet cuſtodiæ causâ ut notat Gloſſa communiter recepta *V. citation.* & deſumitur ex *l. ignorare 4. C. de reſt. militum.* Ut autem ſubveniatur etiā actori, curator conſtitui ſolet, qui curam gerat bonorum Rei abſentis, & qui propterea in judicio reſpondeat, ſuppleátque vices abſentis, & Procuratoris non conſtituti, & talis curator conſtituitur ab ipſo Judice, ut deſumitur ex *l. ab hoſtibus 15.* juncta Gloſſa *ff. ex quib. cauſ. majores*, ſic enim conſulitur reo abſenti, & ſimul ſatisfit actori præſenti.

10 Contra verò abſentem, qui ante citationem diſceſſit, & poſt edictum non comparet, nec ab alio defenditur, non debet ordinariè loquendo immiſſio fieri ex ſecundo decreto Judicis, nec bonorum venditio, ut deſumitur ex *l. Item ait* [illegible] *ff. ex quib. cauſ. majores. l. Fulcinius 7. §. a*[illegible] *de ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ eatur* ubi habetur, [illegible] l propter malitioſam latitationem bona abſen[illegible]s poſſidentur, & diſtrahuntur: qui autem [illegible] quam citatus eſt, cùm credatur, inſtitutam [illegible]tra ſe actionem ignorare, non cenſetur abſens [illegible]itioſè latitare; neque obſtat *l. ſi finita 15. §.* [illegible]*tè ff. de damno* nam ibi eſt ſpeciale, ut ſi da[illegible]um ex ædibus timeatur, actor ob abſentiam domini mittatur in poſſeſſionem, quia ipſa cauſa [illegible]nc celeritatem exigit, cùm dilatio periculum [illegible]cum trahat.

11 Quòd ſi reus poſtea comparens oſtendat, ſe [illegible] de cauſa abfuiſſe, debet in integrum reſti[illegible] *l. 1. ff. de damno infecto.* Excipitur tamen, [illegible]eneatur quis ſolvere certo tempore, aut lo[illegible] quia tunc ſi ibi non compareat nullo relicto [illegible]uratore, præſumitur malitioſè latitare; pro[illegible] contra ipſum procedi poteſt ad ſecundum decretum, & bonorum venditionem, ut notat Innocentius *c ſi adverſarius ult. h. t. n 4.* & Panormit. *num. 13.* quinimò nonnunquam proceditur etiam ad definitivam ſententiam, ſi cauſa ſit ex natura ſua talis, ut litis conteſtationem non exigat. Unde ſi beneficiarius, qui teneretur in loco beneficii reſidere, inde diſceſſerit, & ignoretur, ubi ſit, & publico edicto peremptoriè citatus non compareat, tunc Judex eccleſiaſticus acceptis probationibus poteſt illum beneficio privare, & deſumitur ex *c. tua 11. de clericis non reſidens.*

12 Si quis tamen contra poſſeſſorem beneficii eccleſiaſtici judicium petitorium intentet, & poſſeſſor ſe contumaciter abſentet, & ignoretur, ubi ſit, non debet petitor mitti in poſſeſſionem beneficii, ſed lite etiam non conteſtata, receptis teſtibus, aliiſque probationibus, quæ ſuppetere poſſunt pro utraque parte, procedi poteſt ad ſententiam definitivam, quia ut habetur in *c. eum, qui unic. h. t. in 6.* tametſi conſtet de contumacia poſſeſſoris, non tamen conſtat de jure, ac titulo actoris, unde niſi ejus titulus priùs examinetur, adeſt periculum vitioſi ingreſſûs, ſeu miſſionis in poſſeſſionem beneficii: ſiquidem abſque canonica inſtitutione beneficium eccleſiaſticum licitè non obtinetur *ex regul. in 6.*

13 An verò id procedat etiam de beneficio obtento; Gloſſa, Ancharanus, & alii negant, eò quia præſens conſtitutio Innocentii IV. ſuper dignitate perſonatûs, vel alio eccleſiaſtico beneficio, ut habetur in *c. eum qui unic in 6.* exorbitat à jure communi, juxta quod conceditur actori propter contumaciam rei ſaltem ordinariè miſſio in poſſeſſionem bonorum: quapropter cùm Innocentius tantùm ſtatuerit de beneficiis obtinendis, trahi non debet ad obtenta. Nihilominùs alii Canoniſtæ oppoſitum docent, & nituntur ratione, quam textus ſuggerit; ſcilicet ne detur vitioſus ingreſſus, quæ ratio etiam procedit, ſi quis petat, ſe mitti in poſſeſſionem beneficii obtenti abſque examine, & oſtenſione tituli.

14 Verùm alii meliùs procedunt cum diſtinctione, ſi enim actor agat ad recuperandum beneficium per interdictum *unde vi*, aut ex *can. redintegranda 3. q. 1.* tunc ordinariè deducendus eſt in veram poſſeſſionem, etiam non probato, nec oſtenſo titulo, ídque ex eo videtur verum, quia in hoc caſu, ſive novus poſſeſſor præſens ſit, ſive contumaciter abſens; proceditur tamen in cauſa beneficiali; quapropter ſi actor probaverit ſpoliationem, vel antiquiorem poſſeſſionem, reſtituendus eſt in veram poſſeſſionem ex vi definitivæ ſententiæ. Quòd ſi actor, qui jus in beneficio prætendit, agat contra poſſeſſorem, quem dicit intruſum ob commiſſam ſimoniam, & poſſeſſor contumaciter abſit, tum non poteſt fieri miſſio in poſſeſſionem beneficii; ſed non obſtante abſentia rei debat Judex exactè totum negotium examinare, & ſententiam ferre, eámque exequi, ſeu mittere actorem in veram beneficii poſſeſſionem, ſi in ejus favorem jus dixerit: ita enim communiter docent Canoniſtæ cum Panormitan. in *c. penult. n. 6. de dolo.* ſi enim aliquis proviſus ſit

beneficio, altero in poſſeſſione ejusdem exiſtente, is agere debet ad illud obtinendũ, & ſi poſſeſſor contumax ſit, non mittendus eſt actor in poſſeſſionem cuſtodiæ causâ, ſed debet procedi ad teſtium receptionem, ac ſententiam.

15 Tum quia talis miſſio in poſſeſſionem cuſtodiæ causâ traheret ſecum periculum, eò quia alius ſit jam in poſſeſſione beneficii; unde facilè poſſet diſſidium oriri, & pugna, ut notavit Durandus in *ſpeculo de ſecundo decret. §. videndum n. 12.* Quòd ſi beneficio competat juriſdictio in foro externo, aut pœnitentiali, aut jus eligendi, præſentandi, conferendi; hæc omnia validè non exercerentur ab habente titulum, quamdiu alius eſt in poſſeſſione. Quamobrem cum per primum decretum miſſus non fiat verus poſſeſſor, ſed tantùm cuſtos rei, ſequitur nil eorum efficere poſſe, donec examinatâ cauſâ, & latâ ſententiâ pro actore in veram poſſeſſionem mittatur; quapropter notat Anchar. in hiſce majorem eſſe effectum poſſeſſionis, quàm proprietatis, ante latam ſententiam pro proprietate.

16 Dubitari etiam ſolet, an quando deveniri poteſt ad ſententiam definitivam, lite non conteſtata ceſſare debeat miſſio cuſtodiæ causâ. Plures affirmant, quia hæc miſſio eſt remedium extraordinarium, quod debet ceſſare, quoties ordinarium poteſt commodè adhiberi. Verùm in cauſis beneficialibus, & matrimonialibus quotiescunque eſt periculum in mora omittitur miſſio cuſtodiæ causâ; & ut citiùs judicium expediatur, ſi reus contumax ſit, ad ſententiam devenitur, ut monet Gloſſa *marginal.* In aliis verò cauſis decimarum, uſuræ, & aliarum ſimilium conceditur miſſio contra contumacem abſentem, adeò ut priùs concedatur miſſio, quàm ad ſententiam deveniatur; non ſolùm quia ſententia ferri non debet lite non conteſtata, ſed etiam, quia dedecet, eam ferri contra abſentem, niſi neceſſitas urgeat, & grave aliquod periculum immineat.

17 Neque obſtat, quòd remedium extraordinarium debeat ceſſare, quando ordinarium poteſt adhiberi *l. in cauſa ff. de minorib.* quia id tantùm eſt verum, quando utrumque remedium tendit ad eundem effectum; miſſio autem, & ſententia definitiva tendunt ad diverſa, miſſio ad puniendam contumaciam, & ſententia ad declaranda merita cauſæ: imò miſſio, ſeu compulſio cùm ſit quædam pœna, poteſt ut medium deſervire ad rectiùs ferendam ſententiam, ſi depoſitâ contumaciâ, reus ſe præſentet coram Judice, pareâtque juri, ut notat Panormitanus in *cap. penult. n. 16. h. t.* Quòd ſi procedatur in cauſa parte abſente, tenetur Judex ſupplere, & adducere non ſolùm illas probationes, quæ juris ſunt, ſed etiam, quæ ad factum ſpectant, cujusmodi ſunt teſtes, inſtrumenta: non ita præſentibus actore, & reo, vel ejus Procuratore Judex illa tenetur ſupplere, ſed tantùm, quæ juris ſunt agit *l. 1. ff. ut quæ deſunt Advocatis*, quod intelligitur ordinariè, ut rectè notat Franc. hìc *num. 3.* quia in cauſis beneficialibus, ubi adeſt periculum animæ, aut boni publici, poteſt Judex ſupplere, etiam quæ facti ſunt, ut veritas cauſæ magis innoteſcat *argu. cap. cùm nobis 19.* juncta Gloſſa. *V. ex officio de elect.*

Supereſt ſolvendum dubium, cur in actione perſonali, ſi reus fuerit contumax, mittatur cuſtodiæ causâ ex primo decreto in poſſeſſionem rerum mobilium, vel etiam immobilium, ſi mobilia nulla ſint, vel non ſufficientia; & non in actione reali interponatur ſecundum decretum. 18
Reſpondetur, in actione perſonali concedi miſſionem cuſtodiæ causâ ex primo decreto, ut contumacia puniatur, & ut faciliùs cogatur reus ad comparendum, & diſtinctiùs cauſa cognoſcatur. Quòd ſi reus in contumacia perſtiterit, tunc arbitrio Judicis (qui nonnunquam ſolet interſtitium unius anni obſervare) fit miſſio ex ſecundo decreto, ex quo actor fit verus poſſeſſor rei petitæ, & nonnunquam etiam obtinet licentiam, eam alienandi, ut ex pretio rei venditæ ſibi ſatisfaciat, ex ſuppoſitione tamen, quòd actor ſuum debitum ſufficienter probaverit *l. Fulcinius 7. §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eatur*, & *l. cum perſonas juncta authent. C de bonis authorit. Judic. poſſidend.* ſecus in actione reali non interponitur ſecundum decretum, quia in reali actione actor dicit rem eſſe ſuam, & propter contumaciam rei præſumitur, verum eſſe: in actione autem perſonali actor non dicit rem eſſe ſuam, ſed tantùm allegat debitum, non verò jus ullum circa poſſeſſionem rei, quapropter opus eſt ſecundo decreto, quo actori poſſeſſio rei alienæ, quæ ſibi nunquam competiit, adjudicetur; ita enim docent communiter Canoniſtæ propter textus, qui habentur in *c. 1. & 2. h. t.* ut etiam in *c. fin. § in aliis* ut fusè probat Panormitanus. Secus periti juris civilis, plerumque circa actionem realem aliter docent, quia ex primo decreto cenſent, veram poſſeſſionem acquiri, ſed per comparationem rei commutabilem: & ex primo decreto immiſſum dominum declarari ut notat Gloſſa in *l. prætoris*, & *l. finita §. Julianus ff. de damn. infect.* Quæ verò ex hiſce ſententiis reducenda ſit ad praxin, dependet ex ſtylo Curiarum.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones

Quæritur primò, an qui mittitur in poſſeſſionem rei ex primo decreto poſt elapſum annum acquirat veram, & immutabilem illius rei poſſeſſionem? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. conſtitutis 1. h. t.* ubi Alexand. III. reſcribit, quòd miſſus ex primo decreto in poſſeſſionem cauſâ rei ſervandæ, ut eccleſiæ, ſi pars contraria, tametſi velit id facere, nihilominus intra annum ſuâ culpâ non præſtet cautionem, acquirit poſſeſſionem incommutabilem illius rei, ſalvo jure partis pro proprietate. Ratio eſſe poteſt, quia cùm lite non conteſtata non poſſit procedi contra abſentem ad ſententiam definitivam *c. 1. ut lite non conteſt.* neceſſe tamen fuit, ut per 1
alium modum provideretur contra contumacem 2
ne hic injuſtè privaret Actorem re petita in judicio *c. paſtor. §. 2. de off. ord.* unde ob id duæ fuerunt viæ introductæ ad procedendum contra contumaces, quarum una eſt per miſſionem in poſſeſſionem, & alia per excommunicationem *c. quoniam §. fin. ut lite non conteſt.* & quia ſtatutum erat,

quòd

quòd quando contumax convenitur actione reali Actor miſſus in poſſeſſionem cuſtodiæ causâ ex primo decreto poſt elapſum annum conſtituatur verus poſſeſſor, niſi intra id tempus Reus præſtaret cautionem, judicio ſiſti, & congruam ſatisfactionem exhiberet expenſarum *c. quoniam ut lite non conteſt.* ſequitur, quòd in actionibus realibus ſecundum decretum non habeat locum, ſed ſolus tranſcurſus anni ſufficiat, ut miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto fiat verus poſſeſſor; licèt ad cautelam ſoleat illud quandoque impetrari, quamvis non ſit neceſsè: ſecus in actionibus perſonalibus miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, ſi velit poſt annum effici verus poſſeſſor, debet neceſſariò impetrare ſecundũ decretũ, alioquin nõ intelligitur poſſidere *c. Ex litteris de pro.* quia non fuit ſtatutum, ut per lapſum anni fiat ipſo facto ver[9] poſſeſſor; & hoc, quia erat illi priùs obligata perſona, quàm res. Cæterùm ex hoc textu colligitur, quòd etiam in juribus ſpiritualibus, ut ſi agatur de jure patronatûs, de jure ſubjectionis, vel de eccleſia, ob contumaciam Rei poſſit miſſio fieri in poſſeſſionem; & ſolùm excipitur, niſi agatur de jure beneficiali *c. eum qui unic. h. t. in 6.*

2 Cæterùm licèt paſſus miſſionem habuerit intra annum voluntatẽ cautionem præſtandi, quam tamen non præſtitit in effectu, non tamen declinat pœnam contumaciæ, quia ubi factum requiritur, non ſufficit voluntas faciendi ſine affectu *c. Non ſatis diſt. 86.* & *l. Promiſſor §. conſtituto ff. de conſtit. pec.* & quia hæc cautio requiritur realiter pro aſſecuratione judicii, & ſatisfactione Actoris *c. quoniam ut lite non conteſt.* ideò hæc voluntas per ſe ſolam non ſufficit ad impediendam hanc poſſeſſionem poſt annum, ut dicitur in *d. c. conſtitutis 1. h. t.* Quòd ſi non ſteterit per Reum, nec ex ſuo effectu; ſed tantùm per Judicem, vel adverſarium illi non imputatur, quia non eſt imputandũ ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum *c. imputari de reg. jur. in 6.* Hinc non ſufficit ad declinandam pœnam contumaciæ, quòd aliquis habuerit voluntatem præſtandi cautionem de parendo juri, ſi eam in effectu non præſtitit, quia ubi requiritur factum, voluntas faciendi non ſufficit, etiam ad pœnam declinandam; quod tamen intelligitur, dummodo facultas voluntatem implendi non deſit: quia voluntas pro facto reputatur, ubi neceſſitas factum excludit, ſeu ubi habetur impedimentum neceſſarium, ut ſcribit D. Bernardus *epiſt. 77. ad Hugonem de ſancto Victore.*

3 Quæritur ſecundò, an ſi per Reum abſentem non ſtet, quò minùs intra annum cautionem præſtaret, & poſſeſſionem reciperet, quia ſcilicet occurrerit impedimentum, quo non potuit ſe ſiſtere, nec cautionem præſtare, vel etiam quia cautio tametſi oblata, non tamen à Judice fuit acceptata, debeat tum poſt annum cautio recipi, adeò ut tempus annale non currerit miſſionem paſſo? Reſpondetur affirmativè ex *c. cum ſicut 2. h. t.* ubi Clemens III. reſcribit, quòd qui paſſus eſt miſſionem in poſſeſſionem, ſi infra annum offerat cautionem Judicibus, vel uni ex his, ſi Judices eam non acceptant, añus ei non currit, & proinde poſt annum reſtituitur. Ratio eſt, quia quando non ſtat per eum, ad quem pertinet, quò minùs conditio impleatur, perindè haberi debet, ac ſi impleta fuiſſet *l. jure civili ff. de cond. & demon.* quoties enim per me non ſtat, quò minùs faciam, quod debeo, non eſt mihi imputandum, ut expreſsè habetur in *reg. jur. 41. in 6.* ubi enim non eſt culpa, ibi non debet eſſe pœna, unde cùm Reus abſens in hoc textu *c. cùm ſicut 2. h. t.* non tantùm voluerit, verùm etiam in effectu cautionem obtulerit, & defuit, qui eam acceptaret, non debet ei imputari culpæ; & licèt talis cautio ſit præſtanda Judici *c. paſtor. de off. ord.* quamvis poſſit etiam præſtari parti, & alicui perſonæ honeſtæ, quæ eam recipiat nomine Adverſarii, ut notat Gloſſa in *d. c. cùm ſicut.* non tamen ad id pars neceſſariò tenetur, ne cogatur circumire extra judicium: ſequitur, quòd ex quo ſufficientem diligentiam quis adhibuit in cautione præſtanda, quia nimirùm adivit unum ex pluribus Judicibus, non valens aliorum præſentiam habere; & realiter coram eo cautionem obtulit, licèt non fuerit acceptata, debet hic paſſus miſſionem ex primo decreto contra lapſum anni conſervari indemnis *c. dilecto de V. S.*

Quamobrem ſi Reus contumax paſſus miſſionem in rem cuſtodiæ causâ factam intra annum offerat cautionem Judici, ſi iſte eam nolit recipere, non amittit poſt elapſum annum veram poſſeſſionem, proinde reſtituendus eſt poſt præſtitam cautionem, quia non debet imputari ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum. Quòd ſi dicas, hunc Judicem in *c. cùm ſicut 2. h. t.* fuiſſe delegatum, proinde ſine ſuis collegis non potuiſſe cautionem ab eo recipere *c. pen. de off. del.* proinde debuiſſe Reum adire Judicem ordinarium *c. Paſtoralis 11. §. præterea de off. ord.* Contra eſt, quia tametſi Judex iſte non potuerit ut præcisè delegatus recipere cautionem ſine clauſula *ſi non omnes*: potuit nihilominùs eidem cautio offerri, ut perſonæ honeſtæ, & Judex delegatus non ut Judex, ſed ut perſona honeſta inſtructa in tali cauſa potuit cautionem recipere; unde quia recuſavit eam recipere; cenſetur Reus ſuæ ſatisfeciſſe obligationi; neque ei opus erat Judicem ordinarium adire aut aliam perſonam, quia quando in jure dantur plura remedia, in arbitrio cujuſque eſt eo uti, quod eidem magis placuerit *l. pen. ff. ad leg. Aquil.*

Quæritur tertiò, an paſſus miſſionem, & repetens poſſeſſionem, ſi alleget, ſe contumacem non fuiſſe, ſit reſtituendus in priſtinum ſtatum præſtitâ cautione? Reſpondetur affirmativè ex *c. Cum veniſſet 3. h. t.* ubi Innoc. III. reſcribit, quòd qui paſſus eſt miſſionem in poſſeſſionem ſecundùm jus, & ſecundùm laudabilẽ conſuetudinẽ, ſi appellet præſtita cautione, debeat reſtitui in poſſeſſionem, & differtur ſolutio expenſarum neceſſariarũ, donec probetur, quòd fuerit contumax, vel conſuetudo non laudabilis; alioquin tenetur expenſas ſolvere. Ratio eſt, quia miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto fit in odium contumacis, ut nimirum tædio affectus deſiſtat à contumacia, & veniat reſponſurus *c. quoniam §. inaliis ut lite non cont.* & quia parum deperdit, qui poſſeſſionem cuſtodiæ causâ aſſignatam reſtituit; ex quo adverſarius paratus eſt ſtare juri; cùm illa poſſeſſio ei nullum jus tribuat, quinimò potiùs expediat illi, ut ita fiat, eò quia aliter poſſet tan-

tùm differri cognitio cauſæ, donec ſuæ probationes à rerum natura caderent: ideò ſeqnitur, quòd paſſus miſſionem volens recuperare poſſeſſionem ſit audiendus præſtita tantùm cautione, dummodo alleget, ſe oon fuiſſe contumacem, & poſtea cognoſcitur de viribus contumaciæ, ut dicitur in *d.c. cùm veniſſent 3. h.t.* non ita tameo, ſi de contumacia apertè conſtaret, quia tunc non eſſet aodiendus, niſi priùs expenſas reſtitueret, *auth. gener. C. de Epiſc. & Cler.*

6 Verùm hanc condemnationem ad expenſas evitat, ſi poſtea conſtiterit, eum non fuiſſe contumacem: ratio eſt, qnia condemnatio ad expenſas eſt pœna reſpectu ſolventis, quamvis reſtitutio reſpectu recipientis *c. cùm dilecti de dol. & contu.* & ubi conſtar, non adeſſe culpam, ibi non debet ob contumaciam condemnari ad expenſas, quæ infliguntur pro eadem culpa. Cæterùm ex *d. c. cnm veniſſent 3. h.t.* ioſertur, quòd ſi Reus contra proceſſum Judicis appellet; ſed appellatio ſit frivola, vel illegitima, tunc poſſit Actor immitti in poſſeſſionem rerum petitarum cuſtodiæ causâ non obſtante tali appellatione. Quòd ſi poſtea conſtet, appellationem non fuiſſe frivolam, ſed legitimam, tum poſſeſſio debet Reo reſtitui mediante prævia cautione præſtita; non enim tunc poteſt cogi ad expenſas ſolvendas, quia ſi non conſtet, Reum fniſſe contumacem, noo tenetur ratione contumaciæ expenſas ſolvere *c venerabilibus 7. §. idem eſt de ſent. exc. in 6.* rurſus colligitur contumacem non eſſe condemnandum in expenſas neceſſarias ſolvendas parti contrariæ, niſi priùs Actor juraverit, ſe tantas expenſas ob contumaciam rei feciſſe, & poſtea accedat Judicis taxatio *l. ſanc. 15 C. de jud.* Quamobrem in æſtimatione expenſarum debet oeceſſariò præcedere juramentum partis aſſerentis, ſe tantas expenſas facere debuiſſe ob contumaciam adverſarii; & ſubſequatur etiam taxatio Judicis *l. ſancimus 14. C. de jud.* & quia in *d. c. cùm veniſſent 3. h.t.* Judices delegati hanc formam non ſervârunt, ſed ex præcipitatione Reum juxta petitionem actoris coodemnârunt; ideò Pontifex declarat, eos malè proceſſiſſe in ſuo reſcripto, ut notat Gloſſa in *d. c. V. reſtituere.*

7 Quæritur quartò, an contra abſentem, qui non reliquit Prucuratorem facta citatione domi, nullo defendente fiat miſſio? Reſpondetur affirmativè ex *c. ſi adverſarius 4. h.t.* ubi Innoc. III. reſcribit: quòd ſi adverſarius citatus non compareat, nec aliquis pro eo, debeat agens mitti in poſſeſſionem cuſtodiæ cauſa; ſecus tamen ſi oon fuit citatus perſonaliter. Ratio eſt, quia miſſio ex primo decreto eſt modici præjudicii, & tantùm fit ot Reus tædio affectus accedat reſponſurus; & quia priusquam miſſio concedatnr debet per Judicem fieri ſummaria cognitio ſuper cauſa *c quoniam §. pen. ut lite non conteſt.* & qui ſe abſentat non conſtituto Procuratore ad ej⁹ res defendendas, & adminiſtrandas eſt in aliqua culpa *l. ignorare C. de reſt milit.* ſequitur, quòd pro tali culpa inferatur illi hoc modicum præjudicium, ut, ex quo abeſt, & citatus oon comparet, nec alius illum defendit; adverſarius mittarur in poſſeſſionem rei petitæ (cùm jam aliquo pacto oſtenderit ad ſe pertinere) cuſtodiæ causâ. Quòd ſi ſe abſentaverit poſt citationem ſibi factam, & non reliquit Procuratorem, quia tunc præſumitur malitioſè abeſſe *c. cauſam de dolo & cont.* non ſolùm poteſt contra illnm protedi ad miſſionem ex primo decreto, verùm etiam ex ſecundo *c. fin de dol. & cont.* quòd ſi poſtea probaverit ſe abſentâſſe ex juſta cauſa reſtituitur ei poſſeſſio *c. cùm Bartold. de re jud. l. finita §. ſi fortè ff. de da. infect.* ex hoc textu igitur conſtat, quòd quando Reus poſt citationem perſonalem ſe abſentavit, & nullum reliquit Procuratorem, qui res ſuas defenderet, præſumitur malitioſè, vel ſaltem ex aliqua culpe abeſſe *c. cauſam 3. de dol. & cont.* proinde poteſt adverſarius, ſeu actor mitti ex primo decreto in poſſeſſionem rei petitæ, ſeu cuſtodiæ causâ: non tamen hæc miſſio ex primo decreto poteſt fieri ex mero officio Judicis, ſed requiritur, ut fiat ad inſtantiam, ſeu petitionem actoris, alioquin ſi Judex ſine juſta cauſa eam deneget, poteſt tunc actor appellare.

Rurſus non ſufficit, ſi Reus contomaciter abſens ſemel fuerit perſonaliter citatus, ſed debet iterum citari ad actum immiſſionis in poſſeſſionem decernendam, & quidem peremptoriè ſaltem per publicum edictum, ſi non poſſit perſonaliter citari, neque ullum conſtituerit Procuratorem. Cæterùm licèt Reus, qui poſt citationem ſe abſentavit nullum reliquerit Procuratorem, ſi tamen aliquis ſive conſanguineus, ſive amicus ipſius veniat in judicium eũ defenſurus, is debet admitti præſtando priùs cautionem de rato: & tunc non poteſt actor im̃itti in bona Rei abſentis, quia tunc ceſſat cauſa im̃iſſionis, quæ eſt, ut Reus tædio affectus compareat reſponſurus *c. fin. §. in aliis ut lite non cont.* qnia tunc conſanguineus, vel amicus loco Rei abſentis accedit reſponſurus, ut notat Abbas in *d. c. ſi adverſarius ult. h.t.* 8

Quòd ſi Reus ante citationem ſe abſentavit 9
& neſcitur, ubi ſit, nec ullum reliquit Procuratorem, nec ullus amicus, vel conſanguineus accedat pro ipſo reſponſurus, adhuc poſt affixum publicum edictum citationis, poteſt fieri im̃iſſio actoris ex primo decreto, ſeu cuſtodiæ causâ *argu. l. ignorare 4. C. de reſt. mil.* ubi dicitur, quòd qui Reipublicæ causâ abſunt ſine fraude, & abſq; malo dolo, & abſentes non defenduntur, Actor ſit mittendus io poſſeſſionem bonorum ex primo decreto, dilata venditione bonorum illorum in tempus, quo cauſa reipublicæ abeſſe deſierint; ſin verò Reus ante citationem diſceſſit, nec poſt affixum odictum citationis ſe præſentavit, nec nllum habet defenſorem, tum actor immittitur in bona Rei abſentis ex ſecundo decreto, nec fit bonorũ venditio *l. item ait Prætor 21. ff. ex quib. cauſ. maj.*

Quamobrem quando Reus fraudulenter, & 10
malitioſè latitat ejus bona poſſidentur, & venduntur ex ſecundo decreto: ſin verò malitioſè non latitet, quamvis non defendatur, tunc actoe immittitur in bona Rei abſentis ex primo decreto cuſtodiæ cauſâ, & qui nunquam fuit citatna non cenſetur fraudulenter, ſeu malitioſè latitare, ſed potiùs præſumitur ob abſentiam ignorare actionem contra ſe intentatam. Excipitur tamen quòd ex cauſa damni infecti, ut ſi ex ædibus damnum timeatur actor mittendus ſit in poſſeſſionẽ ex ſecundo decreto, tametſi Dominus ædium abſens nec malitioſè, nec fraudulenter latitet: verũ ſi Reus poſtea compareat, & oſtendat, ſe ex juſta cauſa abfuiſſe, debet ei poſſeſſio reſtitui *l. finita* 15.

Digitized by Google

15 § *ſi fortè ff. de dam. infect.* Excipitur ſecundò, ſi quis obligatus ſit ad ſolvendum certo loco, & tempore, quia tunc, ſi non compareat, præſumitur malitiosè latitare.

11 Quæritur quintò, an miſſio in poſſeſſionem bonorum ſit ſententia diffinitiva, ſed tantum interlocutoria? Reſpondetur talem miſſionem eſſe tantùm ſententiam interlocutoriam, ut docet Abbas in *c. conſtitutis* 1. *h. t.* quia per hujuſmodi miſſionem non imponitur finis controverſiæ principali, quia adhuc reus, ſi accedat, debet audiri ſuper proprietate; unde cùm Judex tantùm pronuntiet ſuper aliquo emergente inter principium, & finem cauſæ ob contumaciam Rei abſentis, talis ſententia eſt tantùm interlocutoria non diffinitiva. Differt autem ſententia interlocutoria à diffinitiva, quia illam poteſt Judex revocare, non iſtam *l. quod juſſit ff. de re judic.* Tum quia per ſententiam interlocutoriam non imponitur finis controverſiæ principali bene tamen per diffinitivam. Hinc ex eo, quòd Judex interponat primum, vel ſecundum decretum, non eſt neceſſe, ut ſervet eas omnes ſolemnitates, quæ neceſſariæ ſunt ad ſententiam diffinitivam, quia hujuſmodi decreta, ſi regulariter loquamur, accenſentur ſententiis interlocutoriis, non diffinitivis.

12 Quæritur ſextò, quænam requirantur ad miſſionem ex primo decreto? Reſpondetur generaliter plura requiri, quorum tredecim enumerat Tuſchus *litt. M. concluſ. 283.* Quatuor tamen ſunt principaliora, quæ requiruntur, quorum primum eſt, ut ad miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto requiratur, ut cauſa ſit intentata & actor accuſatâ Rei abſentis contumaciâ poſtulet à Judice, ut mittatur in poſſeſſionem: ſi enim actor id non peteret, non poſſet emanare à Judice primum decretum *l. dies §. hoc autem judicium ff. de dam. infect.* Secundum ut præcedat trina citatio, vel ſaltem una peremptoria, quia reus debet eſſe contumax; & ſine citatione non eſſet contumaciæ redarguendus, nec miſſio in ſua bona facienda *can. de illicita 24. q.* [illegible] Non tamen requiritur nova citatio ad videndum, decerni primum decretum, quia ſufficit [illegible]ptorium eſſe emanatum, & ſi Reus ſit contumax, quia in peremptorio jam citatur Reus [illegible]: compareas tali die, & peremptoriè [illegible] procedetur contra te, ut notat Tuſchus *litt. M. conclus. 283. num. 29.* Tertium ut cauſa, ob [illegible] miſſio, ſit vera, quia ſi falſa ſit, miſſio [illegible] at Romanus *conſil. 96. n. 9. verſ. quinimò.* Hinc [illegible] debitum, pro quo [illegible] miſſio, non [illegible], primum decretum non ſortitur ſuum [illegible]em, ut notat Tuſchus *loc. cit. num. 5. & ſequent.* ubi citat Baldum *conſil. 26*[illegible] *lib. 5.* Quar[illegible] ge[illegible]ur ſummaria ſaltem cognitio cauſæ, [illegible] debet, facta per præſumptiones, & [illegible]ntu[illegible] actoris, quia tamen, ut co[illegible]la[illegible] [illegible] d[illegible]etum, non eſt neceſſe, ut plenè [illegible] de[illegible]o, ſed ſufficiat, ſi ſummatim, vel [illegible]ame[illegible] ma[illegible]ori probetur, ut [illegible] Ma[illegible] *n. 6.* [illegible] *aures tit. de contumacia n. 2.* [illegible] Judex debet feſtinare ad tale[illegible] miſſionem [illegible]ndam [illegible] executioni, quia debet [illegible] [illegible]at[illegible] expendere, & examinare negotium, ac obſervare, an adſint pro actore aliquæ præſumptiones, ne calumniosè petat; & exigat ab ipſo juramentum calumniæ, quod non eſſet petendum, quapropter pertinet ad Judicem ſedulo examinare, an Reus habeat juſtam cauſam ſuæ abſentiæ, vel non, ut notat Tuſchus *loc. cit. concluſ. 283. n. 13. & ſequent.*

Quæritur ſeptimò, quandònam miſſio procedat in actionibus realibus? Dicuntur actiones reales, quæ feruntur in rem, cui adhærent, & quam vendicant, ut actio in fundum, quem Actor Reo negante dicit eſſe ſuum. Reſpondetur, poſt litem conteſtatam miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto non procedere in actionibus realibus, tametſi Reus poſtea contumaciter abſit, quia ſi poteſt conſtare de cauſa, ejúſque meritis per inſtrumenta, vel teſtes receptos, vel recipiendos, aut confeſſionem propriam; tunc Judex poteſt ſtatim procedere ad ſententiam definitivam, & abſolvere, vel condemnare Reum abſentem juxta exigentiam meritorum cauſæ: & ſive pro reo contumaciter abſente, ſive contra eum pronuntiaverit, ſemper hic condemnatur ad expenſas, nec poteſt Reus contumaciter abſens appellare à ſententia lata contra ipſum, ut notat Speculator *tit. de calumnia §. ſequitur num. 2.* Sin verò non conſtet de cauſa, nec de ejus meritis, eò quia actor pro ſe non producat idoneos teſtes, nec alia documenta, quibus plenè probet de jure ſuo; tunc ob præſumptionem, quâ præſumitur contra Reum ſe contumaciter abſentantem poſt litem conteſtatam, & quòd id fecerit, eò quia diffideret de jure ſuo; ratione hujus præſumptionis, & in pœnam contumaciæ poſſeſſio bonorum petitorum transfertur in actorem præſentem cui propterea adjudicatur vera ipſorum poſſeſſio, ſolâ quæſtione proprietatis reſervatâ Reo abſenti *can. decernimus 3. q. 9.* reſervatur quidem Reo ipſa quæſtio proprietatis, quia illud præjudicium, quod Reus abſens culpabiliter incurrit in amiſſione poſſeſſionis, poteſt reparari in judicio petitorio, ſi Reus acceſſerit, ac probaverit de proprietate ipſorum bonorum. 13

Poſſet tamen in contrarium objici regula illa generalis, quâ actore non probante Reus dicitur abſolvi *c. cum Eccleſia §. fin. de cauſ. poſſeſſ.* Sed contra quia præfata regula procedit, quando utraque pars eſt præſens, non verò quando Reus eſt contumaciter abſens, ut notat Gloſſa in *can. decernimus q. 9. V. Manifeſtum* ſpecialiter enim ſtatuitur in jure, ut ſi lite jam conteſtata Reus contumaciter abſit, privetur poſſeſſione bonorum petitorum, tametſi Actor jus ſuum plenè non probaverit ſola quæſtione proprietatis reſervatâ Reo abſenti *l. conſentaneum C. quomodo, & quando.* 14

Cæterùm in actionibus realibus lite nondum conteſtatâ, ſi Reus contumaciter abſit, non proceditur ad receptionem teſtium, neque devenitur ad ſententiam definitivam, neque Actori adjudicatur poſſeſſio bonorum petitorum: ſed Actor tantum mittitur in poſſeſſionem rei petitæ, ſeu cuſtodiæ causa ex primo decreto Judicis, ut reus tædio affectus comparcat in judicio ad reſpondendum; ſi enim infra 15

annum

annum comparuerit, & reſarcierit expenſas ab actore factas, ac idoneam cautionem in judicio ſiſti præſtiterit, tunc recuperat ſuam poſſeſſionem una cum fructibus; adeò ut Actor non amplius cenſeatur in poſſeſſione bonorum petitorum, neque habere eorundem detentionem. Sin verò Reus intra annum neglexerit comparere in judicio, & offerre debitam cautionem tunc Actor poſt dilapſum annum abſque alio Judicis decreto fit verus poſſeſſor dictorum bonorum, adeò ut incipiat gaudere omnibus commodis poſſeſſionis reſervatâ Reo ſolâ defenſione ſuper quæſtione proprietatis, ut notat Menochius *de retinend. poſſeſſ. remed. 3. num. 206.* Abbas in *c. contingit. 10. de dol. & contum.*

16 Quæritur octavò, an annus, quo elapſo Actor in actionibus realibus conſtituitur verus poſſeſſor, incipiat à die editi primi decreti, vel potiùs à die factæ actualis miſſionis in bona Rei contumacis? Reſpondetur, quòd ſi mediet tempus inter primum decretum Judicis, & actualem miſſionem ex culpa ipſius Rei, ut ob ejus malitiam, dolum, vel reſiſtentiam, tunc annus incipit ſtatim currere à die primi decreti poſiti, ut notat Abbas in *c. quoniam num. 47.* ut lite non conteſtata quia actor per malitiam, vel præpotentiam Rei impeditus, ne inducatur in poſſeſſionem Rei ſibi authoritate Judicis decretam cuſtodiæ causâ, eo ipſo fictione juris habetur pro immiſſo, & deſumitur ex *c. contingit 9. de dolo & contum.* Cæterum quando actori ob contumaciam Rei adjudicatur poſſeſſio rei ſervandæ causâ; & ob Rei præpotentiam, vel malitiam infra annum non poteſt eam acquirere poſſeſſionem, vel acquiſitam amittit: Actor poſt dilapſum annum ſine alia poſſeſſionis apprehenſione fit ſtatim verus ejusdem rei poſſeſſor, ut habetur in *d. c. contingit. 9. de dolo, & contum.* ubi etiam additur ratio, quia Reus contumax non debet ex ſua malitia commodum reportare: ſin verò actor dilapſo anno non fieret ſtatim verus res poſſeſſor, id pro rei dolo, eſſet in commodum Rei contumacis; & ne hoc commodum ſortiatur, annus incipit ſtatim currere à die interpoſiti primi decreti rei ſervandæ causâ, quando in primo hoc decreto interpoſito, & in actuali miſſione in poſſeſſionem interme[illegible] tempus, quia Reus punitur contumacia Rei, qui impedivit, ne actor adiret poſſeſſionem rei ſervandæ causâ.

17 Sin verò Reus nun ſit in culpa, nec impedivit actorem, quin ex vi primi decreti adiret poſſeſſionem rei cuſtodiæ causâ [illegible] annus [illegible] incipit [illegible] die actualis miſſionis, [illegible] in *c. contingit 9. de dolo, & c*[illegible] [illegible] ante annum [illegible] Actore [illegible], & [illegible] ſum Rei [illegible] [illegible] decretam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] die [illegible] etiam ſtatutum de [illegible] ſpeciali caſu, ne contumax [illegible] ciam fiat melioris conditionis, & commodum

reportet de ſua malitia. Quòd ſi nulla ex parte Rei malitia præceſſerit, tunc annus incipit tantùm currere à die actualis miſſionis.

Quæritur nonò, an ſi Reus conventus actione perſonali contumaciter abſit lite nondum conteſtata ſit actor ex primo decreto mittendus in poſſeſſionem bonorum Rei cuſtodiæ causâ? Reſpondetur, eſſe mittendum pro modo debiti expreſſi in libello Actoris, & quidem primò in poſſeſſionem bonorum mobilium, quibus ſi Reus careat, in poſſeſſionem bonorum immobilium; ea tamen conditione, ut ſi Reus intra annum, vel etiam poſt annum ante interpoſitionem ſecundi decreti venerit, & ſatisfecerit Actori pro expenſis, caveritque de judicio ſiſti, audiendus ſit, & ſimul recuperet res ſuas, ut habetur in *c. quoniam § fin, ut lite non conteſtata.* Hinc licèt Reus etiam poſt annum perſiſtat in ſua contumacia non tamen Actor poſt lapſum anni, vel etiam longioris temporis acquirit ipſo jure poſſeſſionem illorum bonorum, in quæ juxta menſuram debiti expreſſi in ſuo libello miſſus fuerat ex primo decreto cuſtodiæ causâ: ad id enim requiritur ſecundum decretum Judicis, ut notat Zoëſius *h. t. num. 1.* cum Gloſſa in *c. contingit V. conſtituatur de dolo, & contum.* quia nullibi jura in actione perſonali tribuunt Actori poſt miſſionem ex primo decreto, & lapſum unius anni veram poſſeſſionem bonorum pro modo debiti petitorum, ſicut fit in actione reali.

Tum quia in actione perſonali Reus non ſolùm intra annum, verùm etiam poſt annum, recuperat res ſuas, ac earum poſſeſſionem, ſi actori ſatisfaciat pro expenſis, ſimulque præſtet cautionem, quòd velit, ſe in judicio ſiſtere, *l. cum proponas & authent. ſeq. C. de bonis authorit. Judic. poſſid.* Id autem non contingeret, ſi Actor in actione perſonali ſtatim poſt elapſum annum ſine interpoſitione ſecundi decreti acquireret veram, & incommutabilem eorundem bonorum poſſeſſionem: ex quo patet diſcrimen inter actionem realem, & perſonalem, quia in reali mittitur ex primo decreto prætendens jus in re, & contendit rem eſſe ſuam, in cujus poſſeſſionem ob Rei contumaciam miſſus fuit, & ideo jura poſt elapſum annum attribuunt actori veram & [illegible] poſſeſſionem. Secus in actione perſonali, [illegible] actor non dicit ſe habere jus in re; [illegible] Reum eſſe [illegible] aliquid, vel ſolvendum, [illegible] ex vi primi decreti [illegible] rei non ſuæ, [illegible] [illegible] veram & in [illegible] [illegible] rei, [illegible] [illegible] [illegible] decretum Judicis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ſa Reo [illegible] fecerit expenſas Actore fa[illegible] & cautionem præſtiterit, quod velit ſe in judicio ſiſtere.

Quæritur decimò, quo [illegible] [illegible] decretum Judicis interponi. R[illegible] [illegible] id dependere ex arbitrio Judicis, [illegible] eum hujusmodi tempus non reperiatur ſtatu- 20

ſtatutum remittitur arbitrio Judicis, ut notat Gloſſa in *l. cum proponas V. tempore*, & Bart. ibid. *C. de bonis authorit. Judic. poſſid.* Hinc Abbas in *c. conſtitutis* 1. *num.* 6. *h. t.* expreſsè ait, ſecundum decretum poſſe interponi arbitrio Judicis etiam ante elapſum annum, & quidem in utraque actione reali, & perſonali in ordine ad transferendam ante dilapſum annum veram poſſeſſionem, ut etiam docet Menochius *lib.* 2. *de arbitrar. Judic. caſ.* 6. *num.* 13. ubi ait, hanc ſententiam procedere in utroque jure civili, & canonico: quia cùm tempus interponendi ſecundum decretum non ſtatuatur in jure, ſubintrat regula deſumpta *ex l.* 1. *§. fin. ff. de jure deliberan.* ibi: *Cùm Prætor dicit tempus, nec adjicit diem, ſine dubio oſtendit, eſſe in jus dicentis poteſtate, quem diem præſtituat.* Quamobrem Judex non adigitur ſemper integrum annum expectare, præſertim ſi nimia Rei interveniat contumacia, ut cùm dicit, ſe nolle comparere, vel quòd velit venire pro ſuo arbitrio, proutipſi magis commodiùs viſum fuerit.

TITULUS XVI.

Ut lite pendente nihil innovetur.

QUamvis hic titulus videatur præcedenti contrarius, cùm in illo dicatur, quòd Actor ob Rei abſentis contumaciam poſſit mitti in poſſeſſionem bonorum, quæ petuntur: & hic ſubjiciatur regula generalis contraria; ſcilicet quòd lite pendente nihil ſit innovandum, quo vel Actoris, vel Rei perſona, aut conditio, vel litis pendentis qualitas, ac ſtatus aliquo modo immutetur in præjudicium alterius; nihilominus præſens titulus non adverſatur præcedentibus, qui obtinent, ut cum judicium agitur, & pervicax Rei contumacia æquitatem Judicis movet ad aliquid ſtatuendum, tunc rectè procedat immutatio ad coërcendam contumaciam: in præſenti verò titulo cùm agitur judicium, nihil innovatur, quia nulla præſumitur contumacia, & utraque pars parata eſt judicio ſtare. Tum quia in hoc titulo proponitur, ut nihil immutetur, nihilque lite pendente innovetur: adeò ut in eadem poſſeſſione, ac quaſi poſſeſſione quiſque manere debeat, quam initio litis habuit, maximè ſi is, qui poſſidet, dolo careat, ſeu nec vi, nec clam, nec precariò ab Adverſario poſſideat. Quamobrem hic titulus rectè continuatur cum præcedente, ne quis putet, ex eo quòd ob partis contumaciam poſſit Actor mitti in poſſeſſionem circa ipſa cauſæ merita, arbitretur licitum etiam eſſe aliquid innovari uſque ad ſententiam definitivam, immo etiam ulteriùs, ſi ab ea fuit appellatum, ut notat Gloſſa *in clement.* 2. *V. lite pendent.*

SUMMARIUM EXEGETICUM

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. *A MEMORIA* 1. *h. t. reſcribit Alexander III. Archiepiſcopo Eboracenſi lite pendente nihil eſſe innovandum, neque ulli auferendam poſſeſſionem: adeo ut, ſi Titius obtineat litteras, quibus Cajus ſine cauſa cognitione privetur ſua poſſeſſione, litteræ obtentæ à Titio cenſendæ ſint ſubreptitiæ, & invalidæ, donec conſtet, an juridicè poſſideat. Ubi notat Gloſſa, Papam tunc revocare, quod injuſtè fecit, vel ſi juſtè, illud revocat, quia illud incipit eſſe occaſio mali. Notandum itidem ex hoc textu eſt, quòd hodie de jure poſſunt Archiepiſcopi crucem*

ante ſe portare per quævis loca etiam exempta ſua Provincia, non obſtante quovis privilegio contrario per clement. ult. de privil. *ſiquidem jure antiquo ſolùm conceſſum fuit quatuor ſedibus Patriarchalibus præterquam Romæ, vel in præſentia Papæ, aut ejus Legati* c. antiqua de privil.

C. *LAUDABILEM* 2. *h. t. reſcribit Clemens III. accuſatum de adulterio pro ſeparatione tori ante probationem accuſationis non eſſe privandum poſſeſſione conjugali. Ubi notandum eſt, matrimonium impropriè dici accuſari, quando propter adulterium agitur ad ſeparationem tori: non enim tunc matrimonium accuſatur ſecundùm ſe, ſed ratione inceſtûs, qui committitur data matrimonii invaliditate, vel ratione adulterii prætenſi, ſi agatur ad ſeparationem tori.*

C. *ECCLESIA* 3. *h. t. Innocentius III. reſcribit Abbati, & Conventui Sancti Sylvestri lite pendente rem litigioſam non eſſe in alium transferendam: & ſi de facto transferatur, ut non poſſit recuperari, eſſe tunc rem aliam reſtituendam locò illius, quæ cenſetur litigioſa, & quidem eodem iure, quo prima, adeò ut non poſſit alienari. Hinc notat Gloſſa, pœnam ementis rem litigioſam ſcienter eſſe amiſſionem pretii, quòd applicatur fiſco, & etiam ipſius rei: ſin verò ignoranter, tunc recuperat pretium, & tertiam partem plus. Excipiuntur tamen aliquot caſus ut dotis, donationis ante nuptias tranſactionis, & diviſionis rerum hæreditariarum in ſpecialibus judiciis, quia in univerſalibus, cùm agitur de hæreditate, poſſunt fieri alienationes.*

C. *ECCLESIA SANCTÆ MARIÆ* 4. *h. t. Idem Pont. ſtatuit hoc, quod in præcedente. Notat tamen Gloſſa, quòd ſi ſuperior revocet ad ſe negotium, quidquid temat inferior, non teneat. Rurſus ſi res non poteſt eadem reſtitui, fiat reſtitutio in æquivalenti. Præterea ex eo, quòd reſtituatur pignus, non intelligitur, debitum eſſe remiſſum, ſed tantùm quando reſtituitur Syngrapha, ſeu Chirographum, quia ex chirographo nulla alia habetur utilitas niſi remiſſio debiti, & ex pignore habetur alia.*

C. *DILECTUS* 5. *h. t. declarat Honorius III. quòd ſi, cùm litigatur de aliqua re, obtineatur privilegium favorabile, in quo non fiat mentio de lite, vel indulgentia, privilegium non valeat. Hinc colligitur univerſalis regula, quòd privilegium ſuper re litigioſa tacito vitio litigij impetratum ſit nullum* c. cauſam 2. de teſtib. *Ut etiam non valet privilegium tacita compoſitione obtentum* c. ex multiplici de Decim. *Imò neque poſt ſententiam ſuper re judicata impetratum* l. 1. c. ult. lite pendent. *Immo nec valet confirmatio ſuper re litigioſa* c. 1. de confirm. util. vel inutil. *Nota vitium litigii eſſe, cum quis rem litigioſam deducit in judicium, de cujus dominio movetur quæſtio inter Actorem, & Reum.*

IN SEXTO.

C. *DISPENDIIS* 1. *h. t. Boniſacius VIII. declarat, quòd ſi duo electi litigent de Eccleſia ſuper electione, & unus moriatur, vel cedat juri ſuo, vel cadat, vel excludatur à proſecutione, lite pendente non fiat alia electio: & ſi fiat, ſit nulla, donec conſtet, an ſuperſtes ſit legitimè electus. Ubi notat Gloſſa, ſecundam electionem tunc eſſe irritam, quamvis primus non fuiſſet legitimè electus.*

C. *SI HI* 2. *h t. Si hi contra quos ſuper beneficiis, quæ poſſident, litigatur, lite pendente cedant, vel decedant, ſtatuit Boniſacius VIII. ut beneficia, donec contra ſuperſtites lis finita ſit, nullatenus aliis conferantur; nec ad ea quiſpiam eligatur, vel præſentetur, & ſi ſecus fiat, eſt irritum, quod factum eſt. Sin verò ad defenſionem litis aliqui, quorum intereſt, petant admitti, mandat Pontifex, eſſe admittendos in eo tamen ſtatu, in quo litem invenerunt. Hodie tamen, ut notat Gloſſa, impetratur à Principe, ut fieri poſſit ſubrogatio, quando tamen poſſeſſor moritur; non ita quando petitur. Rurſus hæc decretalis procedit, quando lis eſt inter duos, & quæritur, ad quem ſpectet beneficium.*

IN CLEMENTINIS.

C. *SI DUOBUS* 1. *h. t. declarat Clemens V. quòd ſi duo litigent ſuper beneficio ipſis collato, & decedant in curia, collatio beneficii pertineat ad Papam: ſin autem moriantur extra curiam, ſpectet ad Ordinarium, dummodo jus beneficii fuerit penes defunctos, non penes tertium. Sin verò unus moriatur in Curia, & alter extra; ſi qui in curia poſſidebat beneficium, ejus collatio pertinet ad Papam: ſin verò qui extra, ad Ordinarium: ſin verò neuter poſſidebat & moriantur unus in curia, & alter extra, tunc præfertur Papa in collatione facienda: ſin verò unus tantùm moritur, alter proſequitur litem; & interim beneficium non confertur; ſi poſtea cognoſcatur, beneficium ſpectaſſe ad defunctum mortuum in Curia, ejus collatio pertinet ad Papam; ſi extra curiam, ad Ordinarium: ſi ad neutrum tunc Ordinarius confert. Procedit tamen textus de beneficiis ſimplicibus, non verò de perſonatibus, & dignitatibus Eccleſiaſticis, de quibus ſolus Papa diſponit. Liquet ex hoc textu, collationi Papali reſervari omnia beneficia in Romana Curia vacantia.*

C. *CUM LITE PENDENTE* ult. *h. t. declarat idem Pont. quòd cùm lite pendente nihil debeat innovari, quid ſit litem pendere, & ait, litem tunc incipere pendere, quando à Judice competente citatio emanavit, & ad citatam partem pervenit, vel per eam factum fuit, quò minus ad eam perveniret, & durare pendentiam litis uſque ad ſententiam definitivam. Ubi notat Gloſſa, Judicem competentem dici, qui habet juriſdictionem in exercitio ante exceptionem; licèt poſſis excipi contra juriſdictionem, vel perſonam Judicis.*

COM-

Digitized by Google

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid ſit pendentia litis, & quomodo impediat aliquid innovari.

1 Cum in titulo præcedenti dixerimus, actorem mitti poſſe in poſſeſſionem bonorum, de quibus lis inſtituitur; ſi reus citatus detrectet contumaciter comparere; ideo ne libera eſſet licentia lite pendante mutationis inducendæ, ſtatim attexitur præſens titulus, ne quis exiſtimet, regulariter aliquid poſſe licitè pendente lite innovari, quo ſtatus cauſæ pendentis in judicio immutetur in alterius præjudicium, quod æquitati minimè eſſet conſonum. Lis pendere dicitur ex parte Actoris per judiciariam conventionem, ſeu oblationem libelli: ex parte vero Rei dicitur pendere, poſtquam citatio à Judice competente emanavit, & legitimè pervenit ad ipſum, vel per eum ſtetit, quo minus perveniret, dummodo unà cum citatione libellus tranſmiſſus ſit; vel in ipſa citatione intentio actoris clarè exprimatur, ut habetur *in c. 1. h. t.* & ibi Gloſſa *in V. indiſtinctè de ſequeſt. poſſeſſ.*

2 Quamobrem lis in ordine ad præſens inſtitutum, & ad non innovandum quidquam, tunc cenſetur pendere, poſtquam citatio à Judice competente emanavit, ac pervenit ad partem citatam, vel per illam ſtetit, quo minus ad ejus notitiam perveniret: unde lis pendere incipit à citatione uſque ad ſententiam definitivam, ſi ab ea non fuit appellatum, vel ſi illa tranſiit in rem judicatam, ut notat Barboſa *in collect.* Non tamen per ſententiam interlocutoriam cenſetur lis finita, ſed adhuc pendere, niſi per talem ſententiam interlocutoriam Judex pronunciet, ſe eſſe incompetentem: quia tunc ob Judicis incompetentiam cum lis ceſſet, non dicitur ampliùs pendere, quia ſine Judice lis non inſtituitur. Rurſus lis dicitur finiri per ſententiam definitivam latam in favorem rei, eò quia hic abſolutus fuerit ab actione intentata ab actore, non ita ſi in ejus favorem lata ſit. Judex competens, ut facit ad præſens inſtitutum, dicitur, qui in cauſis jurisdictionem habet cum exercitio, tametſi per oppoſitam exceptionem elidi poſſit, ſive exceptio ſit contra perſonam Judicis, eò quia ſuſpectus habeatur; ſive contra jurisdictionem, eò quia reſcriptum, in quo delegata fuit illi jurisdictio, ſit ſubreptitium: in his caſibus proceſſus valet in cauſa principali, ſi non excipiatur à parte litigante, ut deſumitur *ex c. inter 10. de ſent. & re judic.* proinde ante exceptionem oppoſitam Judex cenſetur eſſe competens, ut notat Gloſſa *hic V. competenti.*

3 Rurſus citatio ut inducat pendentiam litis fieri debet cum ſufficiente inſtructione cauſæ, proinde debet actor inferere citationi ipſum libellum, per quem pars citata poſſit plenè inſtrui, ſuper quibus conveniatur in judicio, vel ſaltem debent in citatione exprimi omnia, per quæ citatus plenè inſtruatur. Hinc poſtquam citatio emanavit, & ad notitiam citati pervenit, quatenus eidem intimatur, nihil eſt ulterius innovandum, per quod litis qualitas, vel ſtatus cauſæ patiatur mutationem in præjudicium Rei citati, vel etiam actoris; unde lis dicitur propriè pendere poſt ipſam citationem, & oblationem libelli; & pendente lite, ſeu durante, uſque ad ſententiam definitivam, omnia ſunt relinquenda in eodem ſtatu, in quo erant tempore litis inchoatæ, ſeu citationis intimatæ, & libelli oblati; neque impetrandum eſt jus novum cum præjudicio alterius partis litigantis, ne ulli fiat injuria, nec damnum inferatur; unde quæ de novo attentantur poſt citationem, & lite pendente, revocantur, ut omnia reſtituantur in priſtinum ſtatum *l. 2. C. de litigioſ.* & *in clement. cum lite h. t.* Quòd ſi poſſeſſor lite pendente utatur ſua poſſeſſione ut antea, non propterea dicitur aliquid innovare, ſed tantùm uti jure ſuo antiquo: fieret tamen innovatio ſi poſſeſſor poſt citationem, & ante ſententiam definitivam privaretur ſua poſſeſſione, aut res litigioſa alienaretur, vel ſi privilegium tacitâ litis pendentiâ ſuper cauſa impetraretur, ut notat Gloſſa *in cit. clement. 2. V. innovari.*

4 Hinc ex hac regula, quòd lite pendente nihil innovari debeat, plures notabiles habentur effectus, nimirum quòd non debeat poſſeſſor commodo ſuæ poſſeſſionis privari; ſed æquè durante lite fructus ex re poſſeſſa poteſt colligere ſicut antea, ut deſumitur *ex c. 1. h. t.* ubi declaratur, quòd Archiepiſcopus, cui ſuper jure præferendæ crucis mota erat lis, poſſit durante lite facere ante ſe crucem deferri, donec cauſa per ſententiam definitivam terminetur.

5 Secundò, quòd ſi matrimonium alicujus accuſetur invalidum, vel ſeparandum quoad thorum ob adulterium, pendente accuſatione non debeat conjux accuſatus privari poſſeſſione juris petendi debitum, dummodo conſummatum fuerit matrimonium; ſiquidem ante conſummationem, cùm non fuerit in poſſeſſione petendi debitum, neque lite pendente debet ea uti.

6 Tertiò, quòd ſi aliquid lite pendente innovetur, debeat irritari, ut omnia in priſtinum reſtituantur, ac in ſuo primo ſtatu maneant.

7 Quartò, reſcripta, aut privilegia lite pendente in præjudicium alterius impetrata abſque expreſſa mentione litis pendentis cenſentur eſſe ſubreptitia; quia lite pendente ſuper validitate conceſſi privilegii Princeps non facilè alicui aufert uſum illius, quamvis ex plenitudine po-

teſtatis auferre poſſit: qua propter, ſi litteræ revocatoriæ ad inſtantiam partis emanaverint, cenſentur obrepritiæ, quia Princeps non intelligitur velle alterius juri præjudicare, vel ſtatum litis immutare, ut deſumitur *ex c. fin. h. t.*

8 Quintò pendente lite prohibetur alienatio actionum, ac rerum litigioſarum, & ſi fiat ipſo jure irritatur, immò qui eas accepit, non ſolùm compellitur alienanti reſtituere, ſed etiam ſi ſciens rem litigioſam emerit, pretium amittit, quod fiſco acquiritur: ſin vero ignarus; pretium ejusdem, aut veram æſtimationem, ſi pretium non extet, unà cum alia tertia parte pretii, vel æſtimationis, ab alienante ob ejus dolum, & ſui deceptionem recuperat, ut deſumitur *ex c. 3. & 4. h. t.* & *l. fin. cum ſua authent. C. de litigios.*

9 Ut autem inducatur pendentia litis, quoad prærecenſitos effectus ſex requiruntur: primò citatio emanata: ſecundò quòd emanaverit à Judice competente, ſeu habente jurisdictionem in tali cauſa: tertiò, quòd citatio pervenerit ad Reum conventum, vel ſaltem per eum ſteterit quo minus ad ipſum perveniret: quartò quòd ex tenore citationis reus conventus potuerit plenè inſtrui, de qua re futura ſit controverſia: quintò quòd citatio ſit apta, legitima, & non vitiata: ſextò quod nuntius eam legitimè, ac ſufficienter inſinuaverit reo convento, ut notat Myſing. *centur. 4. obſer. 26.*

10 Quòd verò poſſeſſor lite pendente non ſit privandus commodo ſuæ poſſeſſionis, videtur pati difficultates: quia ſi id verum eſſet nunquam lite pendente daretur ſequeſtratio poſſeſſionis *argum. textus in l. unic. C. de prohibita pecunia ſequeſt.* atqui in utroque jure paſſim habetur, quòd lite pendente poſſeſſio rei penes tertium ſequeſtretur *c. 2. & 3. de ſequeſt. poſſeſſ. c. examinata 15. de judic. c. quoties l. ſi fidejuſſor. 7. §. final. ff. qui ſatiſd. cog. l. Imperatores 21. §. final. ff. de appellat. l. ab execut. 5. C. quorum. appell.* ex quibus, & aliis juribus conſtat, poſſe pendente lite poſſeſſorem privari commodo poſſeſſionis. Præterea ex eo quòd dicatur conjux pendente lite ſuper matrimonio privari non debere jure, quod habet in alium conjugem, patitur etiam difficultatem: ſiquidem maritus non tenetur cohabitare cum uxore adultera, nec compellitur eidem reconciliari *c. ſi vir. 3. de adulter.* quinimo ſi cohabitaverit abſque reconciliatione, cenſetur faviſſe turpitudini adulterii, habeturque conſcius ſceleris, & tanquam leno puniri poteſt, ut deſumitur *ex c. ſi vir. 3.* unde ſi in præſenti accuſatio de adulterio præceſſerat, etiam lite pendente non tenetur maritus recipere uxorem adulteram.

11 Demum quod *in c. Nonne 8. q. 4.* adducitur in confirmationem de Epiſcopo accuſato, qui non ſtatim privandus eſt propria Eccleſia, patitur etiam ſuas difficultates, quia contrarium deciditur in pluribus juribus præſertim, *in c. accuſatus 4. 2. q. 4. c. quotiens. 15. de ſimon.* ubi habetur, quòd ſacerdos accuſatus de crimine ſimoniæ ſtatim ſuſpenditur ab officio, & beneficio, rurſus *in c. venerabilis 37. de offic. delegat. c. final. de accuſat.* Accuſatus de dilapidatione ſtatim ſuſpenditur ab adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ *in c. ſane 16. q. 7. c. ſi quis 81. diſt. c. nullus 32. diſt.* & etiam ante ſententiam poteſt ſubditus à ſuperiore accuſato diſcedere, eique obedientiam denegare.

Nihilominus vera eſt regula, quâ in præſenti 12
titulo dicitur, quòd pendente lite nil ſit innovandum, & ſi quid fuerit innovatum, debeat irritari, ut omnia in eo ſtatu, quo fuerunt, cùm lis moveretur, reducantur, & in eodem permaneant, donec cauſa definitivè terminetur: cùm enim hæc regula orationem perfectam contineat jue indo. it, ut docet Donellus *lib 27. comment. c. 18.* & deſumitur *ex c. 1. & 2. h. t. & l. 1. C. ut lite pendente l. Divus ff. de petit. hæredit. c. cùm teneamur. 17. c. ſignificante 69. de appell.* & ratio ſuffragatur, quia utriusque juris principium eſt: ex alieno facto, alterius conditionem deteriorem fieri non poſſe, ne in poteſtate adverſarii ſit, non delinquentis conditionem deteriorem facere *l. 2. ff. quod vi, aut clam. l. 1. ff. de alienat. judic.* hoc autem contingeret, ſi pendente lite aliquid innovaretur, vel circa rem, de qua agitur, vel circa ejus poſſeſſionem, aut circa jus quod eo tempore vigebat: hæc enim omnia pendente lite debent integra, & illæſa permanere, adeo ut nec poſſeſſio mutari poſſit; nec novum acquiri privilegium. Hæcque ratio, cur lite pendente nil debeat innovari, neque privari quis commodo ſuæ poſſeſſionis, neque in accuſatione matrimonii pendente lite poſſit conjux privari uſu conjugii, quia lite pendente ſuper matrimonio, præſumptio ſtat pro ipſo, & præſumitur, quòd conjux licitè eo utatur *c. ex transmiſſa de reſtit. ſpoliat.* Quamobrem quando notoriè non conſtat de defectu proprietatis, unusquisque lite pendente eſt in poſſeſſione ſuorum jurium conſervandus *c. in litteris de reſtit. ſpoliat.* unde conjux pendente lite ſuper matrimonio non eſt privandus commodo ſuæ poſſeſſionis, ſi ante ſententiam Judicis non poſſit notoriè conſtare de defectu proprietatis, ut deſumitur ex *c. veſtra de cohabitatione cleric. c. ſi Judex de offic. delegat. in 6.*

Hinc ad primum quod in oppoſitum objiciebatur, reſpondetur, quòd tametſi regulari- 13
ter poſſeſſio rei litigioſæ non debeat ſequeſtrari: ſunt tamen nonnulli caſus, in quibus ob peculiares rationes ſequeſtratio admittitur, ut videbimus in titulo ſequenti: unde ex eo, quòd detur aliqua exceptio, non ſequitur, regulam non eſſe veram, cùm vix detur regula ſine exceptione. Neque quod ſecundò objiciebatur de marito contra uxorem opponente exceptionem prætextu adulterii infringit præfatam regulam, ſiquidem communiter docent Canoniſtæ, & Theologi cum D. Thoma *in 4. diſt. 35. q. un. art. 3.* nil eſſe innovandum, donec controverſia decidatur. Tum quia conjux innocens non debet propria authoritate repellere conjugem nocentem ſine judicio Eccleſiæ, quapropter textus *in c. ſi vir* tantùm procedit, quando judicio Eccleſiæ ob adulterium divortium jam eſt factum. Tum quia in præſenti non agitur de accuſatione matrimonii propter adulterium, ſed propter conſanguinitatem, vel alium ſimilem defectum. Neque urget, quòd

tertiò

tertiò objiciebatur ex variis Juribus, nam textus in *d. c. accuſatus* cum aliis ſimilibus procadit in erimina ſimoniæ, de quo non ſolùm accuſatio, verùm etiam diffamatio præceſſerat; quapropter ob publicam diffamationem, & gravitatem ſceleris ſuſpenditur ſimoniacua etiam lite pendente: ſiquidem ob attrocitatem facinoris, plura admittuntur contra regulas juris, & dicuntur caſus excepii *c. ſanta de ſimon. c. 1. de confeſſ. c. veniens 10. de teſtib.* Plures enim dantur caſus, qui a communibus regulis excipiuntur, vel ob attrocitatem delicti, vel ob aliquam inſignem circumſtantiam.

14 Superſunt adhuc explicandi aliquot difficiles textus; quorum primus habetur in *c. tenor. 10. de re judic.* ubi pendente lite ſuper matrimonio vir aliam duxit uxorem, & illi jubetur ſub pœna excommunicationis, ne ad ipſam accedat, donec liti finis imponatur; hoc idem etiam habetur in *c. veniens 19. de regul.* ſiquidem is, qoi cauſam divortii prætextu conſanguinitatis in judicio propoſuit, & cum alia matrimonium contraxit, jubetur ab ea ſeparari, donec controverſia abſolvatur: ex quibus infertur etiam lite pendente poſſe conjugem privari uſu matrimonii. Verùm huic difficultati occurrit Cujacius in *c. a. h. t.* ubi rectè oſtendit io præcitatis textibus non ſuſpendi carnala commercium, ſed potiùs ſtatui diſſolvendum eſſe ſecundum matrimonium contractum lite pendente ſuper primo; unde tantùm abeſt, quòd præallegati textus obſint noſtræ aſſertioni, ut potiùs illi proſint: etenim ſi non diſſolveretur ſecundum conjugium initum lite pendenta prior conjux privaretur jure matrimonii, ſuper quo fuerat lis inſtituta.

15 Solet etiam objici aliua difficilis textus deſumptus ex *c. litteras de reſtit. ſpoliat.* ubi pendente lite ſuper matrimonio, & oppoſita exceptione conſanguinitatis prohibetur uſus matrimonii; ex quo textu expreſſiùs habetur, poſſe conjugem lite pendente privari uſu matrimonii. Verùm reſpondent Canoniſtæ cum Gloſſa *hic in V. incontinenti* ideò in eo taxtu negari reſtitutionem ad uſum matrimonii conjugi, quia alter paratus erat incontinenti probare conſanguinitatem dirimentem matrimonium, & quia imminebat periculum inceſtùs, ideò ad hujuſmodi peccatum præcavendum conſultiùs fuit denegata conjugi raſtitutio ad uſum matrimonii. Neque obſtat, textus in *c. ex conqueſtione 10. eod. tit.* ubi exceptio conſanguinitatis ſuper cauſa matrimonii rejicitur, & conjux reſtitoitur uſui matrimonii: ſiquidem in illo textu tantùm objiciebatur ſimplex conſanguinitas, nō verò probabatur: proinde ſpoliatus agens interdicto recuperandæ reſtituitur ad uſum matrimonii, ut notat Abbas hìc *num 3.* Anchar. *num. 7.* cum Gloſſa in *d. c. ex conqueſtione.*

16 Si dicas in *c. cum locum 14. de ſponſal.* haberi, quòd cum accoſaretur matrimonium ob metum invaliditatia, jùbetur, lite pendente uxorem deponi, & cuſtodiri apud honeſtas fœminas: ex qno textu videtur conſtare etiam lite pendente poſſe conjugem privari uſu matrimonii, cùm uxor ſequeſtretur. Contra aſt quia in dicto caſu nondum acquiſita fuit inter conjuges poſſeſſio uſûs matrimonialis; ſeò quia matrimonium nondum fuerat conſummatum: unde rectè lite pendente deponitur uxor cum nondum acquiſita fuerit poſſeſſio. Cæterùm lite pendente ſuper matrimonio conjox non privatur ſua poſſaſſione, ſi hanc jam acquiſiverit per matrimonii conſummationem, in qno ſenſu procedit aſſertio.

Hinc pendente lite non poteſt res litigioſa alienari, ut deſumitur ex *c. ult. 11. q. 1. c. volumus 16. q. 4. l. 1. authent. litigioſa C. de litigioſ.* quia lite pendente non eſt quid innovandum. Sunt tamen aliqui textus in jure, qoi videntur contrarii, præſertim in *l. alienationis verbo ff. de V. S. l. ſi fundus ff. de fundo dotali,* & *l. alienationis* ubi habetur, qoòd poſt judicium inceptum poſſit res litigioſa uſucapi, ut etiam deſumitur ex *l. ſi poſt acceptum 18. ff. de R. V. l. 2. §. pro donato,* ex quibus expreſsè infertor, alienationem rei litigioſæ non prohiberi. Tom quia ſi rei litigioſæ alienatio prohiberetur in jure, id procul dubio eſſet, ne illuſorium redderetur judicium, hæc autem ratio non vidatur ullius momenti: ſiquidem qui ſe obtulit rei defenſioni, condemnatur, quemadmodum etiam qui ab initio poſſidebat, & dolo deſiit poſſidere *l. is, qui ſe obtulit 35. l. qui petitorio 36. ff de R. V.* unde cum non obſtante rei alienatione perſona condemnetur, judicium non redditur illuſorium. Præterea ſi alienatio rei litigioſæ à jure prohiberetur, utique irrita foret: atqui hujuſmodi alienatio non eſt irrita, ut deſumitur ex *l. final. ff. de litig.* ergò rei litigioſæ alienatio in jure non prohibetur. Tum quia ſi ob vitium litigii res litigioſa non poſſet validè alienari, ſequeratur, quòd neque rea ipſa, neque actio in judicium deducta poſſent alienari; ſiqnidem videtur eſſe utrinque par ratio: atqui non obſtante vitio litigii actio perſonalia, ut probant juriſperiti poteſt alienari, quinimò reus delicto accuſatus, poteſt res proprias alienare *l. poſt contractum 15. ff. de donat.* ex quibus omnibus infertur, alienationem rei litigioſæ in jure non prohiberi. 17

Verùm præcitata jura noſtræ non obſunt aſſertioni. Res enim litigioſa juxta præſens inſtitotum eſt, de qua habetur controverſia, & illud tantùm dicitur litigioſum, de cujus dominio lis eſt mota inter petitorem, & poſſeſſorem, ea adhibita diſtinctiona, ut ſi actione reali expediator, à tempore controverſiæ motæ res vitio litigii laboret; ſi tamen actione perſonali ad rem agatur, nonniſi poſt litis conteſtationem: neque rei litigioſæ nomine intelligitur ſola res mobilis, ſed etiam actio, ſeu nomen debitoris in judicium deductum *l. 3. C. de litig.* Quòd ſi lis non inſtituatur de dominio rei, ſed de ſola poſſeſſione, tunc rea propriè non efficitur litigioſa, proinde poteſt validè alienari, cùm proprietas nil habeat commune cum poſſeſſione *l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ.* idqoe probatur ex *authent de litigioſ. §. ad hoc.* ut docent Panormit. *n. 5. de confirm. util.* Rebuff. *in prax. tit. de pacif. n. 100.* Gomezius *de triennal. quæſt. 53. n. 8.* Imò etiamſi non actione reali, vel publiciana dominium, val quaſi dominium vindicetur, ſed tantùm actiona perſonali res petatur 18

Digitized by Google

teſtatis auferre poſſit: qua propter, ſi litteræ revocatoriæ ad inſtantiam partis emanaverint, cenſentur obreptitiæ, quia Princeps non intelligitur velle alterius juri præjudicare, vel ſtatum litis immutare, ut deſumitur *ex c. fin. h. t.*

8 Quintò peudente lite prohibetur alienatio actiunum, ac rerum litigioſarum, & ſi fiat ipſo jure irritatur, immò qui eaa accepit, non ſolùm compellitur alienanti reſtituere, ſed etiam ſi ſciens rem litigioſam emerit, pretium amittit, quod fiſco acquiritur: ſin verò ignarus; pretium ejusdem, aut veram æſtimationem, ſi prerium non extet, una cum alia tertia parte pretii, vel æſtimationis, ab alienante ob ejus dolum, & ſui deceptionem recuperat, ut deſumitur *ex c. 3. & 4. h. t.* & *l. fin. cum ſua authent. C. de litigios.*

9 Ut autem inducatur pendentie litis, quoad prærecenſitos effectus ſex requiruntur: primò citatio emanata: ſecundò quòd emanaverit à Judice competente, ſeu habente jurisdictionem in tali cauſa: tertiò, quòd citatio pervenerit ad Reum conventum, vel ſaltem per eum ſteterit quo minus ad ipſum perveniret: quartò quòd ex tenore citationis reus conventus potuerit plene inſtrui, de qua re futura ſit controverſia: quintò quòd citatio ſit apta, legitima, & non vitiata: ſextò quod nuntius eam legitimè, ac ſufficienter inſinuaverit reo convento, ut notat Myſing. *centur. 4. obſer. 26.*

10 Quòd verò poſſeſſor lite pendente non ſit privandus commodo ſuæ poſſeſſionis, videtur pari difficultates: quia ſi id verum eſſet nunquam lite pendente daretur ſequeſtratio poſſeſſionis *argum. textus in l. unic. C. de prohibita pecunia ſequeſt.* atqui in utroque jure paſſim habetur, quòd lite pendente poſſeſſio rei penes tertium ſequeſtretur *c. 2. & 3. de ſequeſt. poſſeſſ. c. examinata 15. de judic. c. quoties l. ſi fidejuſſor. 7. §. final ff. qui ſatisd. cog. l. Imperatores 21. §. final. ff. de appellat. l. ab execut. 5. C. quorum. appell.* ex quibus, & aliis juribus conſtat, poſſe pendente lite poſſeſſorem privari commodo poſſeſſionis. Præterea ex eo quòd dicatur conjux pendente lite ſuper matrimonio privari non debere jure, quod habet in alium conjugem, patitur etiam difficultatem: ſiquidem maritus non tenetur cohabitare cum uxore adultera, nec compellitur eidem reconciliari *c. ſi vir. 3. de adulter.* quinimo ſi cohabitaverit abſque reconciliatione, cenſetur faviſſe turpitudini adulterii, habetúrque conſcius ſceleris, & tanquam leno puniri poteſt, ut deſumitur *ex c. ſi vir. 3.* unde ſi in præſenti accuſatio de adulterio præceſſerat, etiam lite pendente non tenetur maritus recipere uxorem adulteram.

11 Demum quod *in c. Nonne 8. q. 4.* adducitur in confirmationem de Epiſcopo accuſato, qui non ſtatim privandus eſt propria Eccleſia, patitur etiam ſuas difficultates, quia contrarium deciditur in pluribus juribus præſertim, *in c. accuſatus 4. 2. q. 4. c. quotiens. 15. de ſimon.* ubi habetur, quòd ſacerdos accuſatus de crimine ſimoniæ ſtatim ſuſpenditur ab officio, & beneficio, rurſus *in c. venerabilis 37. de offic. delegat. c. final. de accuſat.* Accuſatus de dilapidatione ſtatim ſuſpenditur ab adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ *in c. ſane 16. q. 7. c. ſi quis 81. diſt. c. nullus 32. diſt.* & etiam ante ſententiam poteſt ſubditus à ſuperiore accuſato diſcedere, eique obedientiam denegare.

Nihilominus vera eſt regula, quâ in præſenti 12
titulo dicitur, quòd pendente lite nil ſit innovandum, & ſi quid fuerit innovatum, debeat irritari, ut omnia in eo ſtatu, quo fuerunt, cùm lis moveretur, reducantur, & in eodem permaneant, donec cauſa definitivè terminetur: cùm enim hæc regula orationem perfectam contineat jus inducit, ut docet Donellus *lib 27. comment. c. 18.* & deſumitur *ex c. 1. & 2. h. t. & l. 1. C. ut lite pendente l. Divus ff. de petit. hæredit. c. cùm teneamur. 17. c. ſignificante 69. de appell.* & ratio ſuffragatur, quia utriusque juris principium eſt: ex alieno facto, alterius conditionem deteriorem fieri non poſſe, ne in poteſtate adverſarii ſit, non delinquentis conditionem deteriorem facere *l. 2. ff. quod vi, aut clam. l. 1. ff. de alienat. judic.* hoc autem contingeret, ſi pendente lite aliquid innovaretur, vel circa rem, de qua agitur, vel circa ejus poſſeſſionem, aut circa jus quod eo tempore vigebat: hæc enim omnia pendente lite debent integra, & illæſa permanere, adeo ut nec poſſeſſio mutari poſſit; nec novum acquiri privilegium. Hæcque ratio, cur lite pendente nil debeat innovari, neque privari quis commodo ſuæ poſſeſſionis, neque in accuſatione matrimonii pendente lite poſſit conjux privari uſu conjugii, quia lite pendente ſuper matrimonio, præſumptio ſtat pro ipſo, & præſumitur, quòd conjux licitè eo utatur *c. ex transmiſſa de reſtit. ſpoliat.* Quamobrem quando notoriè non conſtat de defectu proprietatis, unusquisque lite pendente eſt in poſſeſſione ſuorum jurium conſervandus *c. in litteris de reſtit. ſpoliat.* unde conjux pendente lite ſuper matrimonio non eſt privandus commodo ſuæ poſſeſſionis, ſi ante ſententiam Judicis non poſſit notoriè conſtare de defectu proprietatis, ut deſumitur ex *c. veſtra de cohabitatione cleric. c. ſi Judex de offic. delegat. in 6.*

Hinc ad primum quod in oppoſitum obji-
ciebatur, reſpondetur, quòd tametſi regulariter poſſeſſio rei litigioſæ non debeat ſequeſtrari: ſunt tamen nonnulli caſus, in quibus ob peculiares rationes ſequeſtratio admittitur, ut videbimus in titulo ſequenti: unde ex eo, quòd detur aliqua exceptio, non ſequitur, regulam non eſſe veram, cum vix detur regula ſine exceptione. Neque quod ſecundò objiciebatur de marito contra uxorem opponente exceptionem prætextu adulterii infringit præfatam regulam, ſiquidem communiter docent Canoniſtæ, & Theologi cum D. Thoma *in 4. diſt. 35. q. un. art. 3.* nil eſſe innovandum, donec controverſia decidatur. Tum quia conjux innocens non debet propria authoritate repellere conjugem nocentem ſine judicio Eccleſiæ, quapropter textus *in c. ſi vir* tantùm procedit, quando judicio Eccleſiæ ob adulterium divortium jam eſt factum. Tum quia in præſenti non agitur de accuſatione matrimonii propter adulterium, ſed propter conſanguinitatem, vel alium ſimilem defectum. Neque urget, quòd tertiò

tertiò objiciebatur ex variis juribus, nam textus in *d. c. accuſatus* cum alius ſimilibus procedit in crimine ſimoniæ, de quo nun ſolùm accuſatio, verùm etiam diffamatio præceſſerat, quapropter ob publicam diffamationem, & gravitatem ſceleris ſuſpenditur ſimoniacus etiam lite pendente: ſiquidem ob attrocitatem facinoris, plura admittuntur contra regulas juris, & dicuntur caſus excepti *c. ſanta de ſimon. c. 1. de confeſſ. c. veniens 10. de teſtib.* Plures enim dantur caſus, qui à communibus regulis excipiuntur, vel ob attrocitatem delicti, vel ob aliquam inſignem circumſtantiam.

14 Superſunt adhuc explicandi aliquot difficiles textus; quorum primus habetur in *c. tenore 10. de re judic.* ubi pendente lite ſuper matrimonio vir aliam duxit uxorem, & illi jubetur ſub pœna excommunicationis, ne ad ipſam accedac, donec liti finis imponatur; hoc idem etiem habetor in *c. veniens 19. de regul.* ſiquidem is, qui cauſam divortii prætextu conſanguinitatis in judicio propoſuit, & cum alia matrimonium contraxit, jubetur ab ea ſeparari, donec controverſia abſolvatur: ex quibus infertur etiam lite pendente poſſe conjugem privari uſu matrimonii. Verùm huic difficultati occurrit Cujacius in *c. a. h. t.* ubi rectè oſtendit in præcitatis textibus non ſuſpendi carnale commercium, ſed potiùs ſtatui diſſolvendum eſſe ſecundum matrimonium contractum lite pendente ſuper primo; unde tantùm abeſt, quòd præallegati textus obſint noſtræ aſſertioni, ut potiùs illi proſint: etenim ſi non diſſolveretur ſecundum conjugium initum lite pendente prior conjux privaretur jure matrimonii, ſuper quo fuerat lis inſtitute.

15 Solet etiam objici alius difficilis textus deſumptus ex *c. litteras de reſtit. ſpoliat.* obi pendente lite ſuper matrimonio, & oppoſita exceptione conſanguinitatis prohibetur uſus matrimonii; ex quo textu expreſſiùs habetur, poſſe conjugem lite pendente privari uſu matrimonii. Verùm reſpondent Canoniſtæ cum Gloſſa *hic in V. incontinenti* ideò in eo textu negari reſtitutionem ad uſum matrimonii conjugi, quia alter paratus erat incontinenti probare conſanguinitatem dirimentem matrimonium, & quia imminebat periculum inceſtus, ideò ad hujusmodi peccatum præcavendum conſultiùs fuit denegata conjugi reſtitutio ad uſum matrimonii. Neque obſtat, textus in *c. ex conqueſtione 10. eod. tit.* ubi exceptio conſanguinitatis ſuper cauſa matrimonii rejicitur, & conjux reſtitoitur uſui matrimonii: ſiquidem in illo textu tantùm objiciebatur ſimplex conſanguinitas, nõ verò probabatur: proinde ſpoliatus agens interdicto recuperandæ reſtituitur ad uſum matrimonii, ut notat Abbas hic *num 3.* Anchar. *num. 7.* cum Gloſſa in *d. c. ex conqueſtione.*

16 Si dicas in *c. cum locum 14. de ſponſal.* haberi, quòd cum accoſaretur matrimonium ob metum invaliditatis, jubetur, lite pendente uxorem deponi, & cuſtodiri apud honeſtas fœminas: ex quo texto videtur conſtare etiam lite pendente poſſe conjugem privari uſu matrimonii, cùm uxor ſequeſtretur. Contra eſt quia in dicto caſu nondum acquiſita fuit inter coojuges poſſeſſio uſûs matrimonialis; eò quia matrimonium noodum fuerat conſummatum: unde rectè lite pendente deponitur uxor cum nondum acquiſita fuerit poſſeſſio. Cæterùm lite pendente ſuper matrimonio conjux non privatur ſua poſſeſſione, ſi hanc jam acquiſiverit per matrimonii conſummationem, in quo ſenſu procedit aſſertio.

Hinc pendente lite non poteſt res litigioſa alienari, ut deſumitur ex *c. ult. 11. q. 1. c. volumus 16. q. 4. l. 1. authent. litigioſa C. de litigioſ.* quia lite pendente non eſt quid innovandum. Sunt tamen aliqui textus in jure, qui videntur contrarii, præſertim in *l. alienationis verbo ff. de V. S. l. ſi fundus ff. de fundo dotali,* & *l. alienationis* ubi habetor, quòd poſt judicium inceptum poſſit res litigioſa uſucapi, ut etiam deſumitur ex *l. ſi poſt acceptum 18. ff. de R. V. l. 2. §. pro donato,* ex quibus expreſsè infertur, alienationem rei litigioſæ non prohiberi. Tum quia ſi rei litigioſæ alienatio prohiberetur in jure, id procul dubio eſſet, ne illuſorium redderetor judicium, hæc autem ratio non videtur ullius momenti: ſiquidem qui ſe obtulit rei defenſiooi, condemnetur, quemadmodum etiam qui ab initio poſſidebat, & dolo deſiit poſſidere *l. is, qui ſe obtulit 35. l. qui petitorio 36. ff de R. V.* unde cum non obſtante rei alienatione perſona condemnetur, judicium non redditur illuſorium. Præterea ſi alienatio rei litigioſæ à jure prohiberetur, otique irrita foret: atqui hujusmodi alienatio non eſt irrita, ut deſumitur ex *l. final. ff. de litig.* ergò rei litigioſæ alienetio in jure non prohibetur. Tum quia ſi ob vitium litigii res litigioſa non poſſet validè alienari, ſequeretur, quòd neque res ipſa, neque actio in judicium deducta poſſent alienari; ſiquidem videtur eſſe utrinque par ratio: atqui non obſtante vitio litigii actio perſonalis, ut probant juriſperiti poteſt alienari, quinimò reus delicto accuſatus, poteſt res proprias alienare *l. poſt contractum 15. ff. de donat.* ex quibus omnibus infertur, alienationem rei litigioſæ in jure non prohiberi. 17

Verùm præcitata jura noſtræ non obſunt aſſertioni. Res enim litigioſa juxta præſens inſtitotum eſt, de qua habetur controverſia, & illud tantùm dicitur litigioſum, de cujus dominio lis eſt mota inter petitorem, & poſſeſſorem, ea adhibita diſtinctione, ut ſi actione reali expediator, à tempore controverſiæ motæ res vitio litigii laboret; ſi tamen actione perſonali ad rem agatur, nonniſi poſt litis conteſtationem: neque rei litigioſæ nomine intelligitur ſola res mobilis, ſed etiam actio, ſeu nomen debitoris in judicium deductum *l. 3. C. de litig.* Quòd ſi lis non inſtituatur de dominio rei, ſed de ſola poſſeſſione, tunc res propriè non efficitur litigioſa, proinde poteſt validè alienari, cùm proprietas nil habeat commune cum poſſeſſione *l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ.* idque probatur ex *authent de litigioſ. §. ad hoc.* ut docent Panormit. *n. 5. de confirm. util.* Rebuff. *in prax. tit. de pacif. n. 100.* Gomezius *de triennal. quæſt. 53. n. 8.* Imò etiamſi non actione reali, vel publiciana dominium, vel quaſi dominium vindicetur, ſed tantùm actione perſonali res petatur, 18

adhuc poſt petitionem res videtur dicenda litigioſa, nt deſumitur ex *l. 2. C. de litig.* ſiquidem rei litigioſæ alienatio ideò prohibetur, quia inde præjudicium infertur actori, cujus cooditio deterioratur, ut notat Faber in *ſuo codice tit. de litig. definit. 1.* quæ ratio æquè militat, ſive agatur ratione reali, ſive perſonali, ut docent Covarruvias *pract. quæſt. c. 10. num. 6.* Lopez *in l. 13.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidianarum c. fin. §. 5.* Imò Lancellotus *2. p. c. 4. in fin.* aſſerit, temerarium eſſe in judicio recedere ab hac ſententia.

19 Quamobrem res tunc dicitur litigioſa, quoties ſuper ea eſt controverſia mota, tunc enim dicitur non poſſe alienari, ſi tamen controverſia vera ſit, non verò calumnioſa. Hinc prohibetur omnis illa alienatio lite pendente, per quam dominium rei litigioſæ de uno tranaſertur in alium, ut contingit per venditionem, pignorationem, donationem, & aliam ſimilem *l. Julianus 17. l. ſi poſt 18. ff. de R. V.* Juvat tamen obſervare, qnòd licèt *in l. XII. Tabul.* Imperatores ex donatione, emptione, & quovis alio contractu alienationem provenientem expreſsè interdixerint, non tamen ex omni cauſa: ſiquidem ea, quæ eſt neceſſaria, aut ex qua cupiditas vexandi adverſarium non poteſt argui, non comprehenditur in prohibitione, ut ſi res litigioſa ex causâ transactionis, vel diviſionis in alium transferatur *l. ult. C. de litig.* qoia ut notat Juſtin. in *Novell. III.* hujusmodi diviſio non videtur eſſe alienatio, cùm res hæreditaria dividenda ſit. Idem valet, ſi res litigioſa dotis, aut donationis propter nuptias in alium tranaſeratur *l. ult. C. de litig.* quia tunc alienatio eſt potiùs affectio nuptiarum quàm animus vexandi adverſarium.

20 Cæterùm quia rei litigioſæ alienatio jure prohibetur, oritur difficultas non modica, an uſucapio rei litigioſæ procedat: pro quo juvat obſervare diſcrimen inter perfectam uſucapionem ab ipſo poſſeſſore, & uſucapionem cæptam ab eo, qui emit, vel accepit à Poſſeſſore: ſiquidem uſucapio jam cæpta ante litis conteſtationem adimpleri poteſt a poſſeſſore, cui acquiritur dominium *l. Iulianus 17. §. ult. l. 2. §. final. ff. pro emptore l. 1. §. final. ff. quæ res pignor.* ut notant Cujacius *lib. 22. de obſer. c. 19.* & *lib. 27. c. 28.* Faber *lib. 19. conject. c. 10.* Poſt litem conteſtatam, licèt rei litigioſæ uſucapio adimpleri poſſit, non tamen tanto emolumento ſicut perfecta prodeſt poſſeſſori, quia ſi condemnatus ſit, tenetur rem reſtituere, tametſi per uſucapionem eſſet dominus effectus *l. ſicut 8. §. etſi quidem ff. quemadmodum ſervit. amitt.* quia jus actoris principaliter attenditur, tempore, quo lis conteſtatur, & cum tunc eſſet dominus, ideò vindicatio ei competit.

21 Cæterùm quando ex rei litigioſæ alienatione conditio partis contrariæ fit deterior, tunc prohibetur alienatio *l. 2. ff. quod vi, aut clam l. 1. ff. de alienat. judic.* ſiquidem durior fieret conditio actoris per novum ſubſtitutum adverſarium fortaſſis potentiorem, cum quo teneretur iterum litem inchoare, ut ab eo rem alienatam poſſet repetere. Tum quia in judiciis finitur quaſi contractus *l. 3. §. idem ff. de peculio.* proinde res ſunt ita conſtituendæ, ut erant tempore conteſtationis litis *l. Iulianus 17. §. 1. l. Præterea 30. ff. de R. V. l. cum fundus 31. ff. de rebus credit.*

Hinc patet ſolutio ad rationem in contrarium adductam de uſucapione, & ad ejus primam confirmationem, in qua dicebatur, quòd non obſtante alienatione rei litigioſæ non inferatur damnum actori, eò quia is, qui ſe obtulit liti, perinde teneatur, ac ſi dolo deſiiſſet poſſidere: quia non parùm intereſt actoris, ſi rem ipſam conſequatur, erga quam poterat affectionem habere, ut communiter datur ex pluribus cauſis *l. ſi in emptionem 35. ff. de minor. l. cum ſervus 54. ff. mandati l. libertus 36. ff. de bonis liber.* & generatim nemo eſt compellendus amittere rem propriam etiam accepto pretio, eò quia poteſt talem in rem illam habere affectionem, ut non curet ejus pretium, cui præferat rei poſſeſſionem; adeò ut grave ſit ei eam vendere *l. tutor 8. ff. de in litem jur. l. Nec emere C. de jur. delib.* Tum quia tutiùs, ac utilius eſt actori, ſi res litigioſa permaneat in eodem ſtatu *l. plus cautionis 25. ff. de R. I.* tum quia neceſſum foret inſtitui ab actore novum judicium contra tertium poſſeſſorem, quod eſſet illi grave *l. minor 40. ff. de minor. l. 4. §. aut Prætor ff. de re judic.* 22

Ad aliud, quod addebatur, reum poſt reatum commiſſum, & accuſationem propoſitam prohiberi bona propria alienare, reſpondetur, reum in judicium poſtulatum criminis capitalis non poſſe bona propria alienare, quia creditur timore futuræ pœnæ bona illa alienare, & in fraudem fiſci: proinde venditio, & alia quævis alienatio tunc jure irritatur: ſecus in criminibus levioribus, ſi in fiſci fraudem res alienatæ non ſint, alienatio ſuum ſortitur valorem: ratio eſt, quia bona, quæ alienantur, non ſunt tunc litigioſa, cùm lis non cenſeatur pendere ſuper rebus, ſed ſuper crimine, ob quod debet reus mortem ſubire. Cæterùm circa alienationem factam poſt contractum crimen capitale, ſed ante accuſationem emanavit conſtitutio Hadriani in *l. poſt contractum*, quam explicat Cujacius *lib. 12. reſponſ. papin. in l. donationes 31. §. 1. ff. de donat.* 23

An verò quælibet lis decidenda ſit ſecundùm jura exiſtentia tempore controverſiæ, vel juxta privilegium impetratum lite pendente. Reſpondetur, Honorium III *in c. fin.* decreviſſe, eſſe litem decidendam ſecundùm jura exiſtentia tempore controverſiæ, & deſumitur ex *c. 1. h. t.* Neque obſtat, quòd privilegia non ſolùm futura, ſed etiam præterita, & multò magis etiam præſentia reſpiciant ex *c. ad audientiam el. 2. de Eccleſ. ædif.* ergò tametſi privilegium impetretur poſt litis conteſtationem, adhuc prodeſſe debet, & juxta privilegium lis eſt decidenda. Tum quia reſcripta etiam lite pendente concedi ſolent, ut acta, vel rationes reddantur, aut lis citiùs terminetur *l. 2. C. h. t.* & ſecundùm reſcripta debet lis mota terminari, proinde etiam juxta privilegium impetratum poſt litis conteſtationem. Verùm hæc non videntur obſtare, quia privilegium impetratum lite pendente non habet efficaciam ad invertendum ordinem judicii, quia privilegium 24

legium ſuperveniens ad cauſam jam motam non extenditur, niſi ſpecialiter, & expreſſè de eadem cauſa in illo agatur, proinde cauſæ pendenti privilegium impetratum poſt litem conteſtatam non poteſt officere.

25 Tum quia ſi privilegia impetrata poſt conteſtatam litem obeſſent liti jam motæ, ſequeretur talia privilegia concedi in damnum alterius contra concedentis voluntatem, quæ ſemper ſupponitur eſſe, ut nolit ulli nocere *l. nec avunſ. C. de emancipat. liber. c. ſuper, de reſcript.* quapropter Honorius III. decrevit, quamlibet litem decidendam eſſe ſecundùm jura tempore controverſiæ exiſtentia, non verò juxtà privilegium impetratum lite pendente. Neque obſtat, quod dicebatur, privilegia extendi ad præterita, proinde à fortiori ad præſentia, & ad cauſam in judicio adhuc pendentem: ſiquidem communiter juriſperiti aſſerunt, privilegia non trahi ad præterita, neque oppoſitum probari ex *præcit. cap. ad audientiam*. Neq; urget, quod addebatur de reſcriptis, qoæ concedontur etiam lite pendente, & ſecundùm ea lites jam motæ terminantur; quia præſens quæſtio procedit de privilegiis, aut reſcriptis ambitioſis ad gratiã conceſſis, quib⁹ præſcribitur forma judicandi, aut mutatur jus partis; non verò de illis reſcriptis, & privilegiis, quibus ad litem finiendam Judices invitantur; hæc enim libentiùs admittuntur: eò quia nullum parti afferant præjudicium, ut rectè oſtendit Cujacius *in Novel. 113*. Ad ſummum ex ſuperveniente privilegio differri poteſt judicium per conceſſionem dilationia, non verò jus mutari.

26

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quæſtiones.

1 Quæritur primò, an privilegium impetratum à Principe, & per quod quis privatur ſine cauſæ cognitione lite pendente uſu poſſeſſionis ſit validum? Reſpondetur, tale privilegium non valere, ac eſſe ſubreptitium. & deſumitur ex *c. A memoria* 1. *h. t.* ubi dicitur, quòd lite pendente nil ſit innovandum, nec alicui auferenda poſſeſſio; adeò ut ſi Titius obtineat litteras, quibus Cajus ſine cauſæ cognitione privatur uſu poſſeſſionis, litteræ Titii ut ſubreptitiæ non valeant, donec conſtet, an ſit juridicè poſſidens. Ratio eſt, quia commodum poſſeſſionis eſt magni momenti *c. 1. de reſtit. ſpol.* quia tametſi res non pertineat ad ipſum poſſeſſorem, ſi actor non potuerit probare eſſe ſuam, remanet in ſuo loco poſſeſſor, quia abſolvitur ab impetitione Actoris *inſtit. de interdict. §. retinendæ* atqui Princepa per ſuum privilegium alicui conceſſum non intendit grave præjudicium alteri inferre, nec præjudicare tertio inaudito, niſi nominatim hoc exprimat *c. ſuggeſtum de decimis* & *l. 2. §. ſi quis ff. ne quid in loc. publ.* proinde ſequitur, quòd privilegium conceſſum à Principe in præjudicium poſſeſſoria lite pendente, ut ille nimirum privetur poſſeſſione rei, non valeat tanquam ſubreptitiè impetratum *c. 2. de reſcript.* quapropter cùm præſumatur falſum, & ſubreptitium, & non emanâſſe ex certa ſcientia Principis debet de eodem Princeps certior fieri, & expectanda eſt ſecunda ejus voluntas præmiſſa tali notitia *c. tum adeò de reſcript.* quia lite pendente ſuper validitate conceſſi privilegii Princeps non facilè alicui aufert ejus uſum, tametſi ex plenitudine poteſtatis poſſit auferre, quapropter ſi tales litteræ revocatoriæ ad inſtantiam alicujus impetrentur, cenſentur ſubreptitiæ, ut notat Imola in *d. c. A Memoria 1. n. 1. h. t.* Cæterùm id procedit in caſu quo jus Poſſeſſori reſiſtit ob præjudicium alterius *argum. c. ex tuarum 4. de authorit. & uſu pallii.* Unde poſſeſſor niſi exhibeat titulum, ſeu privilegium, cenſetur ejus poſſeſſionem ſibi uſurpâſſe, & rurſus privilegium non debet eſſe ſubreptitium, & tale ſemper præſumitur, quando eſt impetratum pendente lite in præjudicium poſſeſſoris, quia tunc præſumitur, non emanâſſe ex certa ſcientia Principis.

2 Quæritur ſecundò, an accuſatus de adulterio ad ſeparationem thori, debeat lite pendente privari poſſeſſione conjugali? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. laudabilem 2. h. t.* ubi Clemens III. quæſitus, ſi contingat matrimonium accuſari, an ſtatim commercium conjugale ſit ſuſpendendum authoritate Judicis, reſpondit, quòd conjux accuſatus ante probatam accuſationem non debeat privari jure, quod habet in alterum. Ratio deſumitur ex eo, quia ex quo litis pendentia reperit iſtos in quieta poſſeſſione conjugali, præſumptio eſt pro conjuge, qui præſumitur licitè poſſidere jus ſuum *c. Ex tranſmiſſa de reſtit. ſpol.* & quia ubi notoriè non conſtat de defectu proprietatis, unuſquiſque eſt lite pendente in ſua poſſeſſione manutenendus *c. in litter. de reſt. ſpol.* & ante latam ſententiam pendente accuſatione non poteſt dici, de defectu rei deductæ in judicium notoriè conſtare *c. Judex de offic. deleg. in 6.* ideò ſequitur, quòd ante finem cauſæ neuter conjux ſit privandus jure. & commodo poſſeſſionis, quòd habet in alterum *c. litteras de reſtit. ſpol.* Hæc autem procedunt quoad privationem faciendam per Judicem, cui adhuc non conſtat de delicto, quia Judex tenetur judicare juxtà allegata, & probata *c. Illicitas ff. de offic. Præſid.* Verùm quoad partes ea, quæ habet certam notitiam impedimenti, non debet exigere, nec reddere debitum *c. litteras de reſtit. ſpol.* ſed potius debet excommunicationem ſuſtinere, ne peccatum incurrat *c. inquiſitioni de ſent. excommun.*

3 Verùm licèt conſcius impedimenti non poſſit debitum exigere. Putârim tamen, teneri reddere alteri petenti, ſi ſit innocens, & procedat bona fide, quia innocens ob culpam ab alio commiſſam non eſt privandus jure ſuo. Cæterùm textus in *d. c. laudabilem 2. h. t.* videtur continere caſum accuſati matrimonii ob adulterium; & Pontifex, declarat quòd niſi crimen de conjuge probatum ſit, adeóque lite pendente non ſit permittenda ſeparatio alteri conjugi, nec divortium, & in hoc caſu procedit, innocentem non eſſe privandum jure ſuo ob delictum nocentis. Non tamen deſunt, qui intelligant hunc textum de accuſatione matrimonii ob impedimentum

dirimens,

Google

dirimens, & adhuc dicunt, non eſſe ſeparandum matrimonium, neque uſum conjugii interdicendum, donec de impedimento per legitimas probationes conſtiterit, quæ doctrina vera eſt, quia accuſatus non debet privari commodo ſuæ poſſeſſionis, donec plenè probata fuerit cauſa privationis.

3 Quæritur tertiò, an qui rem litigioſam alienavit, adhuc per utilem rei vindicationem poſſit conveniri ? Reſpondetur affirmativè, quamvis conſultum etiam ſit, ut ex Judicis præcepto res æquivalens alienatæ ſubſtituatur, & deſumitur ex *c. eccleſia 3. h. t.* ubi Clemens III. reſcribit, quòd lite pendente res litigioſa non debeat in alium transferri, quòd ſi defacto transferatur, & non poſſit recuperari, reſtituenda ſit alia res loco illius, quæ cenſetur litigioſa, eodem jure ut prima, nec poſſit alienari. Ratio, cur res litigioſa prohibeatur alienari, eſt, ne per talem alienationem conditio adverſarii fiat durior *l. fin. ff. de litig.* & quia ſi ſemel fuerit alienata, eſt providendum, ne adverſarius intra annum laboret, ſed ut habeat, quod evincere poſſit, ſi in judicio cauſam obtinuerit *l. 1. ff. de alien. jud. mut. cauſ. fact.* ſequitur, quòd ſi res non poſſit rehaberi, debeat ipſa ad hunc effectũ ſervari, cùm præter alias pœnas alienatio de illa facta ipſo jure ſit irrita *l. fin. C. de litig.* Quòd ſi non poſſit ampliùs recuperari, tunc pro aſſecuratione adverſarii ſubſtituenda eſt alia æquivalens, ut habetur in *d. c. Eccleſia 3. h. t.* & hæc non poteſt alienari, quia ſubrogatum aſſumit naturam illius, in cujus locum ſubrogatur *§. fuerat. inſtit. de action.* & cùm res litigioſa pendente lite nun poſſit alienari, ſequitur, quòd etiam irrita ſit alienatio rei ſubrogatæ in locum illius, quæ fuerat alienata, ut dicitur in *d. c. Eccleſia 3. h. t.*

4 Verùm in aliquibus caſibus res litigioſa licitè alienatur nimirum ex cauſa dotis, vel transactionis, vel donationis propter nuptias, vel ex cauſa legati, vel diviſionis rerum hæreditariarum *l. fin. C. de litig.* vel ſi ſit res, quæ ſervando ſervari non poſſit *l. alienationes ff. hereiſc.* Cæterùm res litigioſa illa dicitur, de cujus dominio, vel quaſi dominio litigatur inter petitorem, & poſſeſſorem, vel judiciaria conventione, aut precibus oblatis Principi, aut Judici inſinoatis. Quamobrem liquet ex hoc textu, quòd ſi res litigioſa alienata fuerit, & non poſſit ampliùs recuperari, conſilium eſt, ut ex præcepto Judicis alia res æqoivalens ſubſtituatur, prohibitâ ejus alienatione : dicitur antem id conſilium eſſe, eò quia per talem ſpecificam ſubrogationem magis conſulitur petitori : alioquin qui rem litigioſam alienavit, poteſt etiam conveniri per vindicationem utilem rei, perinde ac ſi poſſideret, quia habetur pro poſſeſſore, qui dolo poſſidere deſiit *l. ſin autem 27. §. ſed et ſi ff. de rei vindic.* ubi Bartolus ait, qui dolo deſiit poſſidere, convenitur ut poſſeſſor.

Quæritur quartò, an cauſa ſit decidenda ſecundùm jura exiſtentia tampore controverſiæ, & non ſecundùm privilegium impetratum lite pendente ? Reſpondetur, eſſe decidendam ſecundùm jura exiſtentia tempore controverſiæ: ratio eſt, quia jus commune recèns emanans non extenditur ad cauſam tunc pendentem, ſed tantùm futuris dat formam negotiis *c. fin. de conſtitut.* quia privilegium utpote jus ſpeciale, & exorbitans à communi juris diſpoſitione eſt odioſum *c. ſanè de privileg.* ac propterea debet extendi ad cauſam tunc pendentem, ſi tempore impetrationis nullam impetrans fecerit de illa mentionem, ut habetur in *d. c. dilectus ult. h. t.* Tum quia non videtur veriſimile, Principem in præjudicium litis motæ voluiſſe contra [?]ra ſua jam poſita privilegium concedere nullâ facta mentione de pendentia litis *c. ſuggeſtum de decimis* : quia verò privilegia, & reſcripta ſuum ſortiuntur effectum ex mente reſcribentis *c. ſuper de reſcript.* ſequitur, quòd privilegium impetratum ſuper re litigioſa nulla facta mentione de pendentia litis ſit irritum, nec propterea poſſit cauſa juxta formam privilegii decidi *c. cauſam 2. de teſtib.*

Sin verò mentio fiat de pendentia litis, privilegium ſuum ſortitur valorem, quia ubi fit mentio de obſtantibus, non poteſt circa illa imputari ſubreptio *c. nonnulli de reſcript.* quia Princeps tunc ex certa ſcientia concedit tale privilegium *l. Idem Ulpianus ff. de excuſat. tut.* & quia poteſt Princeps concedere privilegium uni, quamvis præjudicet alteri *c. dudum de privil.* & beneficium conceſſum à Principe decet eſſe manſurum *c. decet de regul. jur. in 6.* ſequitur, quòd ſi in privilegio fiat mentio de pendentia litis ſit tunc in negotio procedendum juxta formam à Principe traditam *l. bene à Zenone C. de quadrien. præſcrip.* Ex hoc igitur textu deducitur conſtitutionem etiam juris communis recèns emanantem non extendi ad cauſam litis jam motæ, & adhuc pendentis, & hanc eſſe decidendam ſecundùm jura antiqua : & ratio eſt, quia lex tantùm futuris negotiis dat formam, non præteritis *c. fin. de conſtit.* proinde multò magis jus ſpeciale, quale eſt privilegium, quod exorbitat à diſpoſitione juris communis, ac proinde eſt odioſum, ac reſtringendum ita ſumi debet, ut non deroget cauſæ litis pendentis, quia Princeps non præſumitur voluiſſe contra jus commune privilegium concedere in præjudicium litis adhuc pendentis, quin de ipſa pendentia litis mentionem feciſſet in ſuo privilegio. 7

Quinimò tametſi Princeps motu proprio, ſeu ſponte, & non ad inſtantiam, ſeu petitionem partis tale privilegium conceſſiſſet nullâ in eodem factâ mentione de pendentia litis, adhuc tale privilegium non præjudicaret adverſario, ut notat Joannes Andreas in *c. cauſam 19. n. 6. de teſtib.* ſiquidem Princeps motu proprio concedens privilegium non cenſetur velle derogare juri alterius ſive in re, ſive ad rem : quia tametſi motus proprius tollat ſuſpicionem obreptionis, non tamen ampliat privilegium, ſeu gratiam ultra voluntatem concedentis, tunc probabiliter præſumptam : & quia veriſimile eſt, quòd ſuperior non conceſſiſſet privilegium in præjudicium alterius lite adhuc pendente, ſi hæc litis pendentia ei innoteſceret, ideò quamvis privilegium fuerit conceſſum motu proprio, adhuc ſi in ipſo non fiat mentio pendentiæ litis, cenſetur ſubreptitium. 8

Quæritur

9 Quæritur quiotò, an ſi ex duobus litigantibus electis alter decedat, vel renuociet, aut excludatur à proſecutione cauſæ, ſi lite pendente cum reliquo fuerit alia electio facta, hæc teneat? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. diſpendiis 1. h. t. in 6.* ubi Boniſacius VIII. reſeribit, quòd ſi duo electi litigent de eccleſia ſuper electione, & unus moriatur, vel cedat juri ſuo, vel excludatur à proſecutiooe, lite pendente noo ſiat alia electio, quæ ſi fiat, ſit irrita, donec conſtet, an ſuperſtes ſit legitimè electus. Ratio eſt, quia ob diverſas electiones ſactas in diſſidiis, plerumque eccleſiis inferuntur non modica damna: ſiquidem interim pendente proceſſu nullus ex electis confirmatur, nullus poteſt adminiſtrare *c. dudum 2 extra de elect.* & quia eſt providendum, ne ob longam vacationem eccleſiæ patiantur detrimentum, rectè ſtatutum fuit in *d. c. diſpendiis 1. h. t. in 6.* ut ſi aliquibus apud Sedem Apoſtolicam, vel alibi litigantibus de electionibus de ſe in diſcordia celebratis, aliquem ipſorum decedere, vel ſuo juri renunciare, aut à proſecutione litis contigerit, vel quoquo modo excludi, nullatenus procedatur ad aliam electionem, quamdiu lis pendet ſuper electione electi ſuperſtitis.

10 Hoc autem procedit, quando res deducta eſt in litigium: quia ſi nondum ſit facta litigioſa, poteſt interdum fieri ſecunda electio valida *c. auditis extra de elect.* & interdum non eſt ipſo jure nulla, ſed per exceptionem annullanda *c. conſid. ext. de elect.* & in tali caſu ferenda eſt ſententia ſuper jure ſuperſtitis, ut etiam ſuper illo, quod erat defuncti; quia tametſi defuncto nil ampliùs debeatur, non inde ſequitur, beneficium deberi ſuperſtiti viventi. Tum quia talis ſententia ferenda eſt ob eligentes, ut ſciaot, an penes ipſos omnes, vel aliquos ex ipſis remaneat electio, vel an ad ſuperiorem ſit devoluta *c. cùm Vintonienſis 25. de elect.*

11 Hæc autem diſpoſitio etiam procedit in poſtulatiooe, & præſentatione, quia in jure æquiparantur in pleriſque electioni: ſi enim Patronus unum præſentavit ad eccleſiam, vel beneficium, eique ſit lis mota ſuper habilitate ipſius, oon poteſt Patronus etiam laicus pendente lite alium præſentare *argum. c. 2. h. t. in 6.* quia tametſi jure ordinario Patronus laicus intra tempus quatrimeſtre poſſit alium præſentare *c. cùm autem 24. de jure patron.* Id tamen non procedit, ſi contra priùs præſentatum exceptom ſit de ipſius habilitate, quia tuoc hac lite pendente ſuper præſentatione priùs facta oon poteſt alius præſentare: quia lite pendente nulla fit mutatio.

12 Quæritur ſextò, an ſi duo litigantes ſuper beneficio moriantur, ſi uterque in curia, vel ſolus poſſidens, vel neutro poſſidente, alter tantùm in curia, & alter alibi decedat, collatio ſpectet ad Papam? Reſpondetur, quòd tametſi generaliter collatio beneficiorum pertineat ad Papam, ut habetur in *clement. c. ſi duobus h. t.* ratione plenitudinis poteſtatis; ſpecialiter tamen, & privativè collatio beneficiorum vacantium in Curia Romana pertinet ad ipſum Papam, adeò ut nullus alius poſſit beneficia illa conferre ſine ipſius ſpeciali mandato *l. 2. de præbend. in 6.* ſecus alia beneficia vacantia extra curiam romanam de jure communi poſſont Ordinarii conferre, & concurrunt cumulativè cum Papa, imò poſſunt prævenifſe Papam, niſi Papa inhibuiſſet, ne couferrent *c. præpoſuit extra de conceſſ. præb.* Verùm in hiſce reſervationibus, & collationibus beneficiorum hodiè ſpecialitet attenduntur regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ, quæ à ſingulis ſumis Poutificibus innovantur, ut notat Simoneta de *reſerv. benef. p. 26.* quia verò regulariter melior eſt conditio poſſidentis *c. in pari de reg. jur. in 6.* ideò qui poſſidet, præſumitur legitimè poſſidere, niſi jus ei reſiſtat *c. cum olim de priv.* pari pacto ſtatuitur, ut melior ſit couditio illius collatoris, apud quem moritur ille, qui erat Poſſeſſor beneficii, quia ibi dicitur beneficium vacare, ſiquidem per mortem omne jus abdicatur a defuncto *auth. de nupt. §. deinceps col. 4.* & quia cæteris paribus is præfertur, qui majoris eſt authoritatis *l. 4 C. de nat. lib* ſequitur, quòd ſi neuter talium litigantium poſſideat beneficium, collatio devolvatur ad ſummum Pontificem *c. ſi à ſede de præb. in 6.* ſin autem alter tantùm moriatur; & ſuperſtes, vel alius, cujus intereſt, litem proſequitur, tunc ex futuro eventu inſertur, ad quem collatio pertineat, ut habetur in *d. clem. ſi duobus h. t.*

Quæritur ſeptimò, quomodo res dicatur fieri litigioſa? Reſpondetur in *auth. de lit. §. 1. col. 8.* 13
rem tunc dici litigioſam fieri, quando de ejus dominio cauſa inter petitorem, & poſſidentem movetur, vel per judiciariam conventionem, vel preces Priucipis oblatas, & inſinuatas Judici, & per eum adverſario interpellatoris expreſſas. Gloſſa tamen breviùs, & clariùs ait, rem tunc eſſe litigioſam, quando de ejus dominio, vel quaſi dominio cauſa movetur, & deſumitur etiam ex *c. 2. h. t.* ubi etiam Pontifex ait, tunc litem juxta præſens inſtitutum pendere dici, quando citatio à Judice facta pervenit ad citatum, vel per ipſum ſtetit, quò minùs perveniret, dummodo in citatione ea fuerint expreſſa, per quæ citatus plenè potuit iuſtrui de eo, ſuper quo convenitur. Cæterùm ut res fiat litigioſa, & non poſſit alienari, ſufficit, ſi quæſtio judiciaria moveatur ſuper ejus proprietate, dominio, vel quaſi dominio. Non ita tamen quando agitur de aliquo ooere rei, ſi enim agatur actione hypothecaria, actor dicit, rem ſibi jure hypothecario obligatam eſſe, quia tunc res non fit litigioſa, ut notat Abbas in *c. eccleſia 3. n. 7. h t.* ut etiam ſi agatur tantùm de poſſeſſione rei, per hoc res non efficitur litigioſa, ut notat Abbas ibid. *n. 5.* quia proprietas nil habet commune cum poſſeſſione *l. naturaliter §. 2. ff. de acquir. poſſeſſ.* unde mota duntaxat controverſia ſuper poſſeſſione ipſa proprietas non fit litigioſa, ſed tantùm ipſa poſſeſſio, ſuper qua movetur cootroverſia, ut notat Fagnanus *n. 10. de confirm. util.* ubi aſſerit, id etiam fuiſſe deciſum in Rota, quia ubi principaliter agitur ſuper poſſeſſiooe, hæc tuoc ſe habet inſtar proprietatis, quia poſſeſſio eſt, de qua controvertitur.

Cæterùm res fit litigioſa non ſolùm per li- 14
tis conteſtationem, verùm etiam per libelli oblationem ſecuta Rei citatione, & facta ſufficienter inſinuatione contentorum, & deſumitur etiam ex *clement. 2. h. t.* Et licèt de jure antiquo requireretur etiam litis conteſtatio, ut res fieret litigioſa,

gioſa, hodiè tamen hæc conditio non ampliùs requiritur, & jus antiquum corrigitur per *authent. de litigioſis collat. 8.* ut ootat Abbas in *c. Eccleſia 3. n. 7. h t.* Plures tamen probabiliùs cenſent, ad hoc, ut actio tam perſonalis, quàm realis fiat litigioſa, nec poſſit in alterius dominium transferri per ceſſionem, venditionem, & donationem ſine virio litigioſi, requiri litis conteſtationem, ut præ cæteris docet Joannes Andreas in *c. dilectus ult. n. 12. h. t.* quia ut res, vel actio fiat litigioſa, neceſſaria eſt litis conteſtatio ſpectato jure anriquo *l. 1 §. 2. ff. de litig.* ſed de jure novo in præfata *authent de litig. collat. 8.* nil reperitur immutatum quoad actiones, quia textus ibi tantùm loquitur de rebus, non verò de actionibus, proinde quoad actiones ſtandum eſt juri antiqno, ſicut etiam hodiè, ut actiones fiant litigioſæ, requiritur litis conteſtatio, ſine qua incurritur vitium litigioſi, ſi res alienetur.

15 Quæritur octavò, an ſaltem, antequam lis inchoetur, poſſit actio in alium cedi, vel alienari? Reſpondetur, quòd ſi actio liquida ſit, & non patiatur difficultatem, poſſit liberè vendi, vel cedi alteri, vel etiam quovis alio modo alienari, ut notat Gloſſa in *c. 2. V. ſanctiones de alienat. judic. mutand cauſ* Sin verò actio ſit dubia, & utrinq; controverſa, donari quidem tunc poteſt, antequam lis conteſtetur, non tamen vendi *l. ab Anaſtaſio C. mandati* alioquin ſi actio controverſa vendatur pretio minori, adeò ut ex parte venditur, & ex parte donetur, in quo caſu donatio præſumitur eſſe ſimulata, tunc, qui actionem emit, ſi cauſam in judicio vincat, non in plus Reus conventus ipſi condemnabitur, quàm is pro actione illa expendit: & interim vendens privatur actione. Idque ſtatutum fuit, ne alioquin ſi aliquid lucri poſſet emptor actionis acquirere, facilè alienæ lites redimerentur, non enim deeſſent quærentes prædam, & lucrum ex aliorum diſſidiis, iurgiis, & litibus; quinimò non absque incommodo Reipublicæ lites jam dudum ſopitæ iterum excitarentur lucri capiendi cauſâ.

16 Quæritur nonò, quomodo attentata, lite pendente ſint revocanda. Dicuntur attentata lite pendente omnes illi actus, qui inſtituuntur circa rem litigioſam in præjudicium partis contrariæ quidpiam innovantes? Reſpondetur, omnia hujusmodi attentata, ut etiam quidquid per ipſa innovatur, lite pendente ante omnia eſſe revocanda in ſtatum priſtinum, & deſumitur ex *c. Eccleſia 4. h. t.* Quidquid enim fit contra leges, meretur per leges diſſolvi *can. Vides diſt. 10.* & quia hujusmudi attentata, quibus lite pendente quidpiam innovatur, ſunt lege prohibita, ita eadem lege diſſolvuntur, & irritantur. Imò etiam parte opponente impeditur proceſſus ad ulteriora, niſi priùs omnia innovata fuerint revocata, ut notat Hoſtienſ *in ſum. h. t. n. 3.* Imò qui lire pendente aliquid innovat, condemnatur ſuo adverſario ad expenſas *argum. c. de dolo, & contum.* Hinc ſi res ipſa litigioſa lite pendente alienetur, reſtituenda eſt in priſtinum ſtatum, quòd ſi res ipſa reſtitui ampliùs non poſſit, debet in eius locum, ac jus ſubrogari quid aliud æquivalens: quia alienatio rei litigioſæ ipſo jure, vel eſt irrita, vel irritanda, adeò ut non ſubſiſtat, proinde cùm alienatio perinde ſe habet, ac ſi non fuiſſet res alienata, vel per ſe, vel per æquivalens, quando non ampliùs exiſtit, debet reſtitui, ac poni in ſtatum priſtinum, alioquin per hujusmodi alienationem gravaretur pars adverſa, cujus conditio deterior fieret: & ratio etiam indicatur in *c. Eccleſia 3. h. t.* quia niſi res litigioſa poſt alienationem reſtitueretur per ſe, vel per quidpiam aliud æquivalens, fruſtraneè Actor laboraret; quia tametſi vinceret in judicio, non tamen haberet, quid evinceret, cùm res litigioſa non ampliùs exiſteret, nec ejus æquivalens: unde ne judicium ſit fruſtratorium, meritò jura injungunt, rem alienatam eſſe reſtituendam in priſtinum ſtatum, vel ſaltem ea non ampliùs exiſtente ſubſtituendum aliquid æquivalens locò ipſius. Imò non ſolùm in ejus locum debet res alia æquivalens ſubſtitui, verùm etiam in jus ipſius: quia quoties res in locum ſuccedit alterius, cenſetur eodem jure cum ipſa *argum. c. cum tu 5. §. fin. de uſur.* ut enim notat Barboſa *axiom. 113. num. 1.* res ſuccedens in locum alterius cenſetur eodem iure cum illa.

Hinc ex eo, quòd res litigioſa lite penden- 17
te non potuit alienari, neque locari ſaltem in tempus diuturnum, ne deterior fiat conditio Actoris, imò nec oppignorari, ut notat Abbas in *d. c. Eccleſia 3. num. 9. h. t.* ita neque res ſubſtituta locò ipſius alienari poteſt, nec locari, neque oppignorari: quia ſubrogatum naturam ſapit illius, in cujus locum ſubrogatur. Imò ſi res litigioſa, & indebitè alienata lite pendente erat libera, ſeu abſoluta ab onere pignoris; etiam res in ejus locum ſubroganda libera eſſe debet à tali onere, & deſumitur ex *c. Eccleſia 4. huj. tit.* ubi Clemens III. poſſeſſiones, quæ in locum rei litigioſæ alienatæ ſubrogantur, & erant alicui oppignoratæ, ante omnia injunxit, ut à tali onere liberarentur: quia ſubrogatum naturam debet ſapere ejus, in cujus locum ſubrogatur: & obligatus ad rem aliquam tradendam, tenetur eam tradere liberam, & abſolutam ab omni onere pignoris *argum. l. 2. ff. de action. empt.* alioquin actor poteſt tranſire ad vitium litigioſi, ſi quid innovatum fuerit inſtituto petitorio ſuper rei vindicatione, & deſumitur ex *c. Eccleſia 3. h. t.* obi datur optio, vel de vitio litigioſi, vel de proprietate experiri, ut notat Abbas ibid. *num. 4.* quia ſicut pendente iudicio petitorio poteſt Actor eo ſuſpenſo tranſire ad poſſeſſorium *c. paſtoralis de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Pari pacto pendente petitorio tranſire poteſt ad vitium litigioſi, idque in odium alienantis rem litigioſam contra ſtatuta legis, & ut notat Gloſſa in *d. c. Eccleſia 3. h. t.* pœna ementis rem litigioſam eſt, ſi ſcienter, amittit pretium, quod applicatur fiſco, immo & rem ipſam. Sin verò ignoranter eam emit, non ſolùm recuperat pretium, ſed etiam ſupra ipſum tertiam partem obtinet, hócque procedit non ſolùm

ſolùm de dante, & ſed etiam donatario ſcienter vel i noranter.

18 Quæritur decimò, an Patronus laicus, ſi præſentaverit duos clericos pro beneficio obrinendo, poſſit variare non obſtante litis pendentia inter duos priùs præſentatos? Ratio dubitandi ex eo petitur, quia Patrono laico conceſſum eſt à ju e, ut poſſit variare intra quadrimeſtre, non quòd totaliter poſſit recedere à priore præſentato, ſed cumulativè alium præſentando *c. paſtoralis 29. de jure patronat.* Reſpondetur, patronum laicum lite pendente non poſſe variare, ut deſumitur ex *c. diſpendiis 5. h.t. in 6.* & probat Riccius *reſol. 170. n. 4.* & ait, ita fuiſſe deciſum à Rota *deciſ. 10. de jure patron.* quia tametſi permittatur Patrono laico poſſe variare, hæc tamen variatio in hoc caſu ei non permittitur ob pendentiam litis, ne variatio recèns intentata præjudicet eccleſiis: etenim in earundem damnum contingeret litas prorogari per novos adverſarios, qui plerumque dolosè ſuccederent præcedentibus: ex quo habetur regula generalis, ut lite pendente nihil ſit innovandum.

19 Quæritur undecimò, an ſi contrahentes ignorent, rem eſſe litigioſam, adhuc ſi contrahant ſuper rem illam in ſe litigioſam, & ignoratam ut talem, contractus ſuum ſortiatur valorem? Contractus tunc dicitur litigioſus, eò quia ineatur circa rem litigioſam in præjudicium partis adverſæ lite pendente ad aliquid iñovandum, quatenus res ipſa controverſa per venditionem, donationem alienatur, & tunc hujusmodi contractus dicitur etiam laborare vitio litigioſi? Reſpondetur ad quæſitum, quòd ſi ambo contrahentes ignorent, rem eſſe litigioſam, non incurrunt pœnas injunctas contrahentibus ſuper re litigioſa; ſed contractus ab iiſdem initus nullius eſt valoris. Quia tametſi ignorantia excuſet à culpa conſequenter etiam à pœnis incurrendis, non tamen dat valorem contractui ex ſe invalido, quia quod in ſe non eſt tale, per ignorantiam nequit tale fieri: quia ignorantia eſt quid extrinſecum, & adſcititium, quod non immutat naturam intrinſecam rei ignoratæ. Quòd vèrò à contrahentibus ignorantet non incurratur pœna injuncta à jure deſumitur ex *c. cognoſcentes 2. de conſtit.* ibi: Rem, quæ culpâ caret, in damnum vocari non convenit.

20 Verùm in alienante per venditionem, vel quovis alio modo difficulter aſſignari poteſt hæc ignorantia rei litigioſæ, quia ſemper moris eſt, ut fiat denuntiatio, & notificetur qualitas rei litigioſæ: & tantùm ignorantia poſſet contingere, ſi unus ſuccederet alteri, qui probabiliter ignoraverit, ejusmodi denuntiationem et factam fuiſſe, & tunc pœnæ ceſſant, ſed contractus nullum ſortitur valorem, ut notat Abbas in *c. Eccleſia 3. n. 10. h. t.* Sin verò ſolus emptor ignoraverit, rem à ſe emptam eſſe litigioſam, quam propterea ignoranter emit, tunc ſolutum à ſe pretium talis rei repetit; immo & ultra illud lucratur etiam tertiam partem æſtimationis rei à venditore ſibi dandam: emptor enim bonæ fidei non debet abſque culpa damnum ſubire, proinde repetit pretium. Imò etiam tertiam partem ſupra ſolutum pretium, quia jura hanc ipſi concedunt in pœnam doli à venditore præſtiti, debuiſſet enim venditor manifeſtare emptori, rem illam eſſe litigioſam. Qui enim ſcienter vendit rem litigioſam, tantum de ſuo dare debet, quantum eſt pretium rei venditæ, & applicatur fiſco. Quòd ſi venditor emptorem circumvenit, tunc una tertia pars conceditur emptori ob illatam eidem injuriam; & cæteræ duæ tertiæ, quæ ſuperſunt, applicantur fiſco *l. ult. C. de litigioſ.*

21 Sin verò ambo contrahentes ſciant, rem eſſe litigioſam, tunc contractus ab iiſdem initus nullum ſortitur valorem, & factâ reſtitutione rei litigioſæ, procedit actio, acſi contractus non fuiſſet initus. Sed qui ſcienter emit rem litigioſam, amittit ejus pretium, & qui eam vendidit ſcienter, tantundem etiam dat de ſuo, & utraque hæc quantitas applicatur fiſco *l. ult. C. de litig.* ut notat Pirhing. *h. t. n. 14.* & hoc etiam procedit de donatione, & quovis alio contractu circa rem litigioſam ſcienter, vel ignoranter inito. Imò qui rem litigioſam ſcienter ſacris dedicaverit, punitur in duplum applicandum adverſario, ut notat Zoëſius *tit. de litig. n. 6.* & habetur in *l. ult. ff. de litig.* Idque ob contumeliam in Deum, & damnum adverſarii.

TITULUS XVII.

De ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuum.

REctè hic titulus ſubnectitur præcedenti, in quo cùm Pontifex dixiſſet, lite pendente nihil eſſe innovandum, dubitari poterat, an per hoc etiam actus ſequeſtratio-[illegible]ohibitus, cui dubitationi ſatisfit in præſenti titulo, qui etiam extat in Septimo, & Clementinis.

SUMMARIUM EXEGETICUM,

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

CAP. AD HOC 1. h.t. Reſcribit Innocentius III. Archiepiſcopo Mediolanenſi, continentiam cauſæ non eſſe dividendam, & proinde commiſſâ cauſâ intelligi commiſſum poſſeſſorium, & petitorium: neque ſequeſtrationem debere fieri, & non dantem cautionem, ſed reaſſumentem poſſeſſorium rei teneri parti ad expenſas interim factas. Hinc notat Gloſſa, quòd ſi alicui committatur tantùm cauſa poſſeſſionis, non poſſit cognoſcere de proprietate. Rurſus cauſam poſſeſſionis, & proprietatis non eſſe uno eodemque tempore diverſis committendam Judicibus. Demum notat, rem ſequeſtratam à nullo litigantium poſſideri, niſi dicatur, quòd cuſtodia gratiâ ponatur in ſequeſtro.

C. DILECTUS 2. h.t. Honorius III. reſcribit, eum, qui cuſtodiæ cauſâ eſt miſſus in poſſeſſionem non poſſe fructus diſſipare, & ſi diſſipet, eſſe revocandos, & ſequeſtrandos. Ubi notat Gloſſa, miſſum in poſſeſſionem cauſâ cuſtodiæ, infra annum non facere fructus ſuos, ſed teneri, eos cuſtodire, & reddere Reo, ſi infra annum recuperat poſſeſſionem deductis expenſis factis pro iiſdem colligendis: ſin verò infra annum eam non recuperat, tunc ipſe omnes lucratur.

C. AB EO QUI 3. h.t. Gregorius IX. declarat, poſſeſſorem appellantem à ſententia contra ipſum lata, & diſſipantem fructus lite pendente amittere fructus, qui propterea poſſunt rationabiliter ſequeſtrari, quia dilapidatio, vel ejus metus, aut periculum præbet juſtam cauſam ſequeſtrationis. Cæterùm cùm juſta cauſa ſubeſt, quatuor ſunt ſervanda. Primò ut Judici ſaltem ſummariè conſtet de jure illius, qui ſequeſtrum fieri poſtulat. Secundò ut adverſarius, in cujus præjudicium ſit ſequeſtratio, citetur. Tertiò ut petens ſequeſtrationem id non faciat calumniæ cauſâ, ſed ad juris ſui conſecutionem. Quartò ut is in cujus præjudicium petitur ſequeſtratio, præbeat ſufficientem ſuſpicionem.

IN SEPTIMO.

CAP. SANCTISSIMUS 1. h.t. Pius IV. concedit Judicibus facultatem decernendi ſequeſtra fructuum beneficiorum lite pendente; & declarat, reſignantes beneficia litigioſa in Romana Curia, vel extra; vel cedentes eorum juri ſimpliciter, vel in favorem tertii, in memorialibus eum parvi datis, & conſenſibus deſuper præſtitis & nihilominus lites proſequuntur, nullum jus habere in hujuſmodi beneficiis litigioſis.

C. CORDI 2. h.t. Pius V. declarat, lite pendente fructus, & diſtributiones beneficiorum eccleſiaſticorum eſſe deponendos fidei ſequeſtro.

IN CLEMENTINIS.

C. AD COMPESCENDAS unic. h.t. decernit Clemens V. in Concilio Viennenſi, quòd ſi contra poſſeſſorem definitiva ſententia ſuper beneficio a ſede Apoſtolica in petitorio, vel poſſeſſorio promulgata fuerit, beneficium (ſi tamen triennio pacificè antea ab eo poſſeſſum fuerit) per loci ordinarium apud perſonam idoneam debeat ſequeſtrari, & fructus illi poſtea reſtitui, in cujus favorem ſententia lata fuerit. Rurſus Pontifex declarat, excommunicationem ipſo facto incurrere impedientes hujuſmodi ſequeſtrationem, nec eſſe abſolvendos, niſi poſt ſatisfactionem, & reſtitutionem. Quòd ſi ipſe litigans id fecerit, jure ſuo, ſi quod in beneficio habet, cadit. Ut autem hæc ſequeſtratio locum habeat, requiritur, ut beneficium ſit triennio poſſeſſum, imò etiam pacificè nulla interim mota lite. Neque ſufficit tertius annus inchoatus, aut major illius pars, ſed debet triennium eſſe conſummatum, & continuum, adeò ut ſi quis per unum tantùm, vel alterum diem infra triennium non poſſederit, locum non habeat ſequeſtratio.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid ſit ſequeſtrum, & quomodo fiat.

1 TAmetſi lite pendente nihil innovandum ſit, nihilominùs miſſio in bona fieri poteſt ob contumaciam litigantis, ut in præcedentibus oſtendimus. Quamobrem ſupereſt nunc dicendum, an lite pendente poſſeſſionum, & fructuum ſequeſtratio fieri poſſit. Sequeſtratio iuxta præſens inſtitutum eſt rei litigioſæ apud tertium depoſitio, & ſequeſtrum eſt ipſa facta depoſitio rei controverſæ, vel fructuum ejus apud eundem tertium, qui eſt medius inter litigatores, & deſumitur ex *l. licèt 17 in princ. §. depoſiti.* ut notat Barb. *in collect, in pr. n.7* hinc ſequeſtratio eſt ipſa depoſitio rei litigioſæ apud tertium; ſequeſtrum eſt ipſa res jam depoſita, ſeu depoſitio jam facta: & ſequeſter eſt ille tertius apud quem actor, & reus rem illam, de qua eſt controverſia, deponunt, & dicitur ſequeſter, eò quia ejus fidem partes contendentes, & Judex ſequantur, dum res litigioſa ejus cuſtodiæ committitur, ut lite finita

ei

ei reſtituatur, qui in cauſa vicerit, unde ſequeſter dicitur, apud quem plures rem, de qua controverſia eſt, deponunt *l. 109. de V. S. l. 1. §. 1. l. 6. & 7. de depoſ.* hinc Tertullianus in *lib. de reſurrectione carnis* ait: hic ſequeſter Dei, atque hominum appellatus ex utriusque partis depoſito commiſſo ſibi. Rurſus in *lib. de patientia* ait, *Adhuc ſatis idoneus patientiæ ſequeſter eſt Deus, ſi injuriam depoſueris penes eum, ultor eſt.* Invenitur etiam hoc verbum apud Plautum in *mercatore act. 4. ſcena 3.* & apud Quintil. *lib. 12. c. 8.* Ab eo autem ſequeſter dictus, quòd occurrenti, aut quaſi ſequenti, qui contendunt, rem litigioſam concredunt aut, quòd ejus fidem, qui deponunt ſequantur, ut ait Gell. *lib. 20. c. 11.* quæ tamen ethymologis nimis dura videtur eſſe locutio: unde Iſidorus *lib. 11.* ait, ſequeſter eſt, qui certantibus medius intervenit, & ad quem pignora deponi ſolent, dictus a ſequendo, eo quia utrsque pars ejus fidem ſequatur.

2 Hinc differt ſequeſtrum à depoſito, quia hoc ab uno tantùm fieri poteſt, ſequeſtrum verò nonniſi à pluribus *l. propriè 6. l. licèt 17. in princ. ff. depoſitum.* Tum quia depoſitum fit de re non controverſa, ſequeſtrum verò de re, de cujus dominio controverſia inſtituitur, ut liquet *ex d. l. licet.* Tum quia, qui deponit non ſolùm proprietatem, ſed etiam poſſeſſionem retinet, quia in depoſito res cuſtodienda traditur *l. 1. in princ. ff. eod.* quando verò apud ſequeſtrem communi partium conſenſu res deponitur, tranſit rei poſſeſſio in ſequeſtrem, licèt non ita ſi auctoritate, ſeu juſſu Judicis res ſequeſtretur invito poſſeſſore, niſi inter eos expreſsè dicatur, quod tantum cuſtodiæ causâ res apud ſequeſtrem deponatur *l. licèt §. rei, & l. intereſſe 39. §. de acquir. poſſeſſ.* Contraria tamen ſententia, quam docet Feliuus *in c. examinata num. 10.* videtur probabilior, & aſſerit, ſequeſtrum etiam voluntarium, ſeu ex communi partium conſenſu factum non transferre poſſeſſionem in ſequeſtrem, ſi non de poſſeſſione, ſed de proprietate lis fuerat; niſi expreſſe conveniant partes, ut penes ſequeſtrum ſit vera poſſeſſio rei.

3 Ratio eſſe poteſt, quia per ſequeſtrationem traditur res alteri cuſtodienda: ſed per traditionem rei non transfertur poſſeſſio, ſi non accedat titulus habilis ad transferendum dominium, qualis non eſt ſequeſtratio, quia per ipſam fit traditio rei cuſtodiæ causâ *l. propriè 6. ff. depoſitum.* Tum quia non eſt veriſimile, poſſeſſorem velle amittere commodum ſuæ poſſeſſionis, ut deſumitur *ex l. licèt ff. de acquir. poſſeſſ. in fin.* Tum quia ſequeſter eſt veluti depoſitarius, cui res traditur cuſtodienda, & depoſitarius non poſſidet *l. 17. §. 1. l. videamus 38. V. ſi poſſeſſionem ff. de uſur.*

4 Ad conciliandas diſcrepantes ſententias diſtinguunt juris periti ſequeſtrum, in voluntarium, neceſſarium, & mixtum: ſequeſtrum voluntarium, ſeu conventionale fit conſenſu utriusque partis litigantis, & tunc contingit, quando ambo litigantes ultrò conveniunt de re litigioſa ſequeſtranda, tametſi ad id regulariter cogi non poſſint: ſequeſtrum neceſſarium, ſeu judiciale fit authoritate, ſeu mandato Judicis, utraque parte litigante, vel alterutra invita: ſequeſtrum mixtum fit Magiſtratus imperio, & legis authoritate ad partis petitionem, vel etiam ſine illa; quando bona, quæ non ſunt litigioſa, neque ſuper illis orta eſt controverſia inter partes, dilapidari timentur in alicujus detrimentum: tunc enim pro ſecuritate Judex mandat bona illa ſequeſtrari. Inter ſequeſtrum voluntarium, & neceſſarium id habetur diſcriminis, quia voluntarium nullo caſu à jure prohibetur: ſecus neceſſarium regulariter in actione perſonali inhibetur *l. unic. C. de prohibita ſequeſt.* quia poſſeſſor lite pendente non eſt privandus poſſeſſione rei. Tum quia in judicio non debet Judex incipere ab executione, antequam reus de debito convincatur; non enim pendente lite privari debet commodo ſuæ poſſeſſionis.

Alii aliud aſſignant diſcrimen, quia ex ſequeſtro neceſſario poſſeſſio non intercidit poſſidenti; ex voluntario verò transfertur poſſeſſio in ipſum ſequeſtrem, & hæc diſtinctio à forenſibus communi calculo recipitur. Verùm ſecundùm juris rationem videtur aliter diſtinguendum inter ſequeſtrum ſimplex rei, & ſpeciale, ut cùm actum eſt, ut ſequeſtretur, vel deponatur ipſa poſſeſſio; de ſequeſtro ſimplici habetur *in l. intereſſe 39.* & de ſpeciali in *l. licet 17. §. 1. c. 2. de dolo.* Hac diſtinctione poſitâ facile conciliantur diſcrepantes ſententiæ, ſiquidem in ſequeſtro ſimplici non transfertur dominium in ſequeſtrem, quia ſolùm cuſtodiæ causâ res traditur: in ſequeſtro autem ſpeciali transfertur ipſa poſſeſſio: ita docent Corraſius *lib. 3. miſcel. c. 2. n. 2.* Cojacius *lib. 9. obſer. c. 33.* Donellus *lib. 5. c. 13.* Pacius *de depoſ. ſect. 19. num. 118.* Connanus *lib. 3. comment. c. 10.* Bucerus *tom. 1. claſſ. 2. c. 11.* 5

Hinc ſequeſtratio voluntaria, quæ fit conſenſu partium, non eſt prohibita, ſed regulariter permiſſa, quia eſt ſpecies quædam depoſiti, & quaſi legitimus contractus *l. licet ff. dep.* & licèt ſequeſtrum ſit voluntarium, & ex conſenſu partium; ſemel tamen facto ſequeſtro, non licet ampliùs ab eo recedere partibus contrahentibus; nec ipſi ſequeſtri recipienti rem in cuſtodiam, niſi ex juſta cauſa *l. ei apud quem 5. §. ſi velit. ff. depoſ.* Sequeſtratio verò neceſſaria, quæ fit authoritate Judicis etiam parte invita regulariter utroque jure civili, & canonico eſt prohibita, adeo ut ordinariè non ſit a Judice impetranda lite pendente: quia nemo pendente judicio eſt à propria poſſeſſione dejiciendus, aut ejus commodo privandus *c. 1. & 2. ut lite pendente;* hinc à ſequeſtratione incipiendum non eſſe in judicio ſtatuitur *in l. unic. C. de prohibitione ſequeſt. c. volumus 16. q. 4. c. nonne. 8. q. 4. l. 1. & 2. tit. 9. partit. 3.* ubi enim conſtat, alterutrum poſſidere, ille ſervandus eſt in ſua poſſeſſione, neque in ejus præjudicium ſequeſtratio admittitur *l. ult. ff. de offic. procurat. l. illicitas 6. §. Nec potentiores ff. de offic. præſid.* & docent communiter juris periti hic, Menoch. Pacius, Lancellotus, Guttieres, Funtanella. 6

7 Quamvis regulariter ſequeſtratio prohibita ſit, eô quia debitor primò conveniendus ſit,

& licèt condemnatus compelli debeat, ut ſolvat, *l. negantes 9. C. de O. & A.* interim tamen pendente judicio non eſt ab eo auferenda poſſeſſio, ne judicium ab executione incipiat *l. 1. C. de except. rei judic.* Nec lite pendente privandus eſt commodo ſuæ poſſeſſionis *c. 1. ut lite pendente.* Nihilominus juſtis de cauſis dantur plures caſus, ſive exceptiones in jure expreſſæ, in quibus poteſt licitè à Judice fieri ſequeſtratio. Primò ſi actor fructus rei, in cujus poſſeſſionem ex primo decreto cuſtodiæ causâ miſſus eſt, pro arbitrio ſuo diſtrahat, & diſſipet; tunc enim fructus etiam pendente lite, & ante ſententiam definitivam ſequeſtrari poſſunt, ut habetur *in c. dilectus 2. h. t.* ſiquidem qui miſſus eſt in poſſeſſionem rei cuſtodiendæ causâ, ſive agatur actione reali, ſive perſonali, intra annum non acquirit dominium fructuum, ſed tenetur eos cuſtodire, & non diſtrahere, quia ſi infra annum reus contumax compareat, & recuperare velit poſſeſſionem, ſunt ei reſtituendi fructus deductis expenſis neceſſariis factis in iiſdem percipiendis.

8 Secundò ſi præſumptio ſit contra poſſeſſorem, vel adſit periculum, quòd rem ſit conſumpturus, unde judicium poſſit reddi fruſtraneum; vel quòd litiget ad differendum judicium, & protrahendam cauſam, ut interim illi ſuppetat tempus percipiendi fructus: eò quia res, de qua eſt controverſia, ſit ab ipſo reſtituenda, ſi in judicio victus ſit, tunc etiam authoritate judicis poteſt fieri ſequeſtratio, ut etiam generatim quoties ſubeſt timor, ne res dilapidetur, vel intereat lite pendente, tunc etiam res immobilis, vel alia, quæ ſervando ſervari poteſt, ſequeſtrari poteſt, ne judicium reddatur illuſorium, & executio fruſtranea: res verò aliæ, quæ moram non patiuntur, & quæ ſervando ſervari non poſſunt, implorato officio Judicis lite pendente divendi poſſunt, & pretium locò rei poteſt ſequeſtrari, ut notat Gaillus *lib. 1. obſer. 148. num. 2. & 3.* Subinde tamen ſufficit ſi poſſeſſor idoneam præſtiterit cautionem de fructuum reſtitutione; tunc enim per ſatisdationem declinatur ſequeſtratio; quinimo ſi poſſeſſor ſit vir probus, moribus commendatus, ac probatæ vitæ per ſolam juratoriam cautionem poteſt ſequeſtrum tollere ut notat Gaillus *loc. cit. num. 6.* unde ſi periculum ſit, ne res inter moras judicii intereat, vel ſaltem deterior fiat, conſultiùs erit implorato officio Judicis eam dare venum, & pretium locò rei ſequeſtrari *l. litibus C. de agricolis.*

9 Tertiò ſi reus condemnatus ad petitam poſſeſſionem rei cedendam actori appellavit à ſententia contra ſe lata, & adhuc pendente appellatione fructus diſſipet, etiam in hoc caſu poſſunt fructus ſequeſtrari, donec cauſa appellationis abſolvatur, ut habetur *in c. ab eo 3. & ult. h. t. & l. Imperatores 21. §. fin. ff. de appellat.* quia tametſi regulariter appellatione pendente non ſit quid innovandum *l. unic. ff. nihil innovari. appell. interpoſ.* nihilominus eſt æquitati valdè conſonum, ut ſi fructus temerè diſſipentur ad evitandum damnum alterius partis, apud tertium ſequeſtrentur; quia ſi ſententia confirmabitur per Judicem, ad quem ſit appellatio tenetur reus appellans reſtituere fructus perceptos à tempore litis conteſtatæ, cum ipſa re, & quia fructus non poſſunt apud poſſeſſorem rei conſervari, eò quia ab ipſo diſſipentur; ideo æquitas exigit, ut apud tertium ſequeſtrentur, ſeu cuſtodiantur *l. ortum 22. C. de rei vindic.* Immo ſufficere ad ſequeſtrandos fructus probabilem timorem dilapidationis eorundem, tametſi actu non dilapidentur, cenſet Bart. *cit. leg. Imperatores §. fin. de appellat.* eò quia probabilis timor periculi idem operatur ac ipſum periculum.

10 Quartò ſi ſit periculum, ne pendente lite litigantes ad arma deveniant, ut vi, & armata manu poſſeſſionem occupent; tunc enim poteſt Judex ex ſuo officio ad impediendas rixas, & ſanguinis effuſionem apud tertium rem illam ſequeſtrare uſque ad ſententiam definitivam, & à partibus exigere probationes ſuper poſſeſſione, ſi per tranſactionem non poſſit res componi, ut notat Abbas *in c. 2. num. 12. h. t. argu. l. ſi cujus 42. §. ſed ſi,* ubi habetur non debere Judicem pati, ut partes litigantes ad arma procedant. Quintò ſi maritus diſſipet res domeſticas, & periculum ſubſit, ne dotem uxoris dilapidet, poteſt hæc ſequeſtrari *l. cùm dotem 22. §. ſin autem V. ſin verò dotem ff. ſoluto matrim.* ut etiam quando timetur de ſævitia viri, & non poteſt ſatis uxori caveri, tunc etiam ſequeſtranda eſt dos, ne in damnum uxoris dilapidetur *c. litteras 13. de reſtit. ſpoliat.* ut etiam ſi ſponſa adhuc virgo timeatur à marito pendente lite corrumpi, cùm tamen ipſa dicat, ſe non liberè contraxiſſe, tunc enim debet uxor ſeparari à viro, & quodammodo ſequeſtrari apud honeſtas fæminas, donec cauſa finiatur *c. cum locum 14. de ſponſal.* Generatim pendente lite fructus rectè ſequeſtrantur, ſi reus non ſolùm actu dilapidet, verùm etiam ſuſpectus ſit de dilapidatione: quæ verò potiſſimum ſuſpectum reddunt, ſunt tria, paupertas, mali mores, & facta præcedentia, ut notat Gloſſa in *l. ſi fidejuſſor §. fin. qui ſatis dare coguntur.*

11 Rurſùs in cauſis beneficialibus ſi reus conventus contumax ſit, poteſt beneficium ſimul cum fructibus ſequeſtrari; ſiquidem cum actor non ſupponatur jus ſuum oſtendiſſe, non poteſt mitti in poſſeſſionem, ne intrudatur in ipſum *c. eum, qui de eo qui mittit. in poſſeſſ. in 6. argum. c. olim. 25. de reſcript.* Quòd ſi duo contendant de beneficio, quorum neuter illud poſſideat, poteſt etiam tunc Judex lite pendente fructus talis beneficii ſequeſtrare, donec lis decidatur, ne una pars cum alterius præjudicio in beneficium ſe intrudat, ejúſque poſſeſſionem accipiat: tunc enim ceſſat ratio prohibens ſequeſtrationem, ne quis privetur commodo ſuæ poſſeſſionis *argum. l. ſi qua 5. ff. familia hercisc.* ubi dicitur, quòd ob diſcordiam conſortium, vel cohæredum eligatur amicus, ſive ſequeſter, apud quem deponatur hæreditas: cum enim res ſit dubii juris, & à neutra parte adhuc poſſideatur, ideo nemini ſit injuria, ſi ſequeſtretur, ſeu tradatur alteri in cuſtodiam.

12 Quòd ſi cauſa abſolutè, & ſimpliciter committatur Judici, tunc cenſetur tam petitorium, quàm poſſeſſorium judicium ei commiſſum, adeo ut ſi actor, qui impetravit delegationem in judicio

cie poſſeſſorio vincat, eique poſſeſſio adjudicetur; reus coram eodem Judice delegato movere poſſit petitorium, ac oſtendere ſibi competere rei dominium; & tunc proprietas ipſi adjudicata vincit, & elidit præcedentem ſententiam de poſſeſſione, ut deſumitur ex *c.cùm dilectus 6. de cauſ. poſſeſſ.* Cæterum regula illa, quòd Judex delegatus, ſi ſemel ſenteotiam dixerit, ſuo cenſeatur defunctus munere, nec aliud ultra agere poſſit, niſi curare, ut ſeotentia executioni mandetur, intelligitur, ſi Judex ſecundùm totam ſuam cauſam pronunciaverit, non verò ſi tantùm ſecundùm partem, ut notat Peoormit. *in c. ad hoc* 1. *h. t. num.* 11. An verò Judex, ſi ſeotentiam dicendo functus ſit ſuo officio, poſſit poſtea condemnare victum ad expenſas litis, reſpoodet Panormit. *loco cit. n. 27.* duobus modis poſſe Judicem agere; primò ut in ipſa ſeoteotia ſuper cauſa principali geoeratim, ac indeterminatè condemoet victum ad expenſas litis, & poſtea ees juramento præcedente determinet. Secundò ſi ſpectata qualitate perſonæ, & aliis circumſtantiis ouo adſit periculom, ut is, contra quem in cauſa principali pronuociandum erit, prolationem ſententiæ impediat; poteſt tunc Judex priùs cogooſcere de quantitate expenſarum, & eas mediante prævio juramento
13 taxare *l.Sancimus 15. juncta authent. C. de judic.*

Juvat obſervare, quòd miſſus in poſſeſſionem booorum cuſtodiæ causê oon propterea cenſendus ſit lucrari fructus eorundem bonorum: ſiqoidem teoetur eos reſtituere deductis ſumptibus, ot etiam laboris, & induſtriæ æſtimatiooe, ut notat Gloſſa *in c. ult.* §. *in aliis V. affectus.* Rurſus Judex non debet lite pendente ſequeſtrare poſſeſſiooem, niſi io caſibus à jure expreſſis, quia de ſequeſtratione poſſeſſiooum, ac fructuum regulariter dari debet regula negativa, quapropter pendente lite non eſt è Judice impetranda ſequeſtratio *l. unic. C. de probib. ſequeſt.* quia reus poſſeſſor habet pro ſe præſumptionem, ut poſſeſſione etiam per modum cuſtodiæ privaodus oon ſit, ſed manutenendus, dooec ſententie contre ipſom lata fuerit, ut explicat Cardinalis Tuſcus *V. ſequeſtrum concluſ.* 202. Limitetur tamen primò, ſi neuter litigentium poſſideat, quia tune Judex in cauſa præſertim beoeficii poteſt beneficium ſequeſtrare usque ed litis deciſionem, ne alioquin una pars cum elterius præjudicio accipiat poſſeſſionem talis beneficii, ac io illud ſe intrudet.

14 Secundò ſi quando utraque pars poſſeſſionem ſibi vindicat, periculum adeſt, ne ad arma, & ſanguinis effuſionem deveniator, tuoc Judex ſequeſtrum indicit, *argum. l. ſi cujus 53. §. ſed ſi ff. de uſufruct.* quod etiam velet, quando alter non videtur poſſeſſionem legitimè eccepiſſe, & alter eidem per vim armatam auferre velit, niſi traosactiooe res compooatur; tunc enim Judex ſequeſtrum imperat, dooec res decidatur.

15 Tertiò, ſi præſumptio ſit contra poſſeſſorem: eò quia ſit res eſſumpturus, aut litem nimis producturus cum fructuum conſumendorum periculo; vel rem, de qua eſt controverſia, non reſtitucurus, ſi in judicio ſit victus.

16 Quartò, ſi apud maritum bona ſua dilapidantem periclitetur dos uxoris, ut ſuperiùs innuimus.

Quintò ſi aliquis non præſtet, quod ra- 17
tione certæ rei teneretur præſtare, ut ſi canonicus, qui propter fructus beneficii reſidere in Eccleſia deberet, ſe abſcoiet, tunc etiam fructus ſequeſtreri poſſunt, donec lis decidatur *argum c. pervenit. 28. de appellat.* ut tradit Panormitanus *hic num. 13.*

Sextò, ſi ob contumaciam rei actor ſit mit- 18
tendus in poſſeſſionem bonorum; tunc enim etiam poſſunt ſequeſtreri usque ad cautionem de parendo juri, ut tradit Gloſſa *in c. olim. 25. V. ſequeſtrari de reſcript.*

Septimò, io ceuſis beneficialibus, quibus 19
actor ob contumaciam rei mitti non poteſt io poſſeſſionem beneficii ob periculum vitioſi ingreſſus *c. 1. de eo qui mitt. in 6.*

Obſervandum eſt itidem ſecundò, quòd 20
nonnunquam per ſequeſtrum poſſeſſori auſertur poſſeſſio, & conſtituitur penes tertium, donec lis decidatur, & tune contingit, quendo contentio verſatur circe ipſem poſſeſſionem, & dubium ſit, ed quemnam illa pertineat, tunc ſiquidem verum eſt, quod ait juris cooſultus *in l. licet 17. ff. depoſiti per depoſitionem rei penes ſequeſtrum* ſcilicet id agi, ut epud neutrum litigantium poſſeſſio ſit. Aliquaodo conſtituitur ſequeſter, tantùm ut cuſtos, qui pro poſſeſſore poſſideat, donec cauſa decidatur. Secundò ſequeſtrum neceſſarium non poſſe fieri niſi à ſolu Judice non in omnibus caſibus, ſed tantùm in illis, qui à jure exprimuntur, adeo ut petens ſequeſtrum fieri, teneatur probare, ſe petere ſequeſtrum in caſu à jure expreſſo.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quæſtiones.

QUæritur primò, an ſequeſtratio facta 1
locò miſſionis ob ſcandalum vitandum debeat revocari? Reſpondetur oblata cautione, & reſtitutis expenſis eſſe tele ſequeſtrum revocandum: ratio eſt, quia ſubrogatum inducit naturem illius, in cujus locum ſubrogatur *c. Eccleſia 4. ut lite pened. nil innov.* & quia miſſio ex primo decreto revocatur oblata cautiooe, & reſtitutis expeoſis *c. quoniam §. in aliis ut lit. non conteſt.* ſequitur, quòd debeat etiam revocari hujusmodi ſequeſtratio ei ſubrogata *c. 2. de dol. & contum.* fit autem ſequeſtratio locò miſſionis, quando ad impediendum, vel declinandum aliquod ſcaodalum, quod veriſimiliter poterat contingere, ſi Actor in rei petitæ poſſeſſionem mitteretur, Judex arbitratur eſſe mitiùs procedeodum contra Reum contumacem, ut nec ipſe, nec Actor ſit interim in poſſeſſione, ſed illa transferatur io ſequeſtrum apud tertium, ut habetur in *c. Ad hoc 1. h. t.* hinc ſequeſtratio poſſeſſiooum, quandoque ob circumſtentias perſonarum, & rerum Judicis arbitrio fieri ſolet locò miſſionis in booorum poſſeſſionem, & tuoc ſortitur ejus naturam, & conditiones, adeò ut ſeque-

Digitized by Google

queſtrum poſtea revocetur, ſi Reus comparens caveat de ſiſtendo ſe juri, & velit expenſas moderatas præſtare, quas adverſarius debuit facere à tempore abſentiæ contumacis usque ad oblatam cautionem, quia ſubrogatum debet ſapere naturam illius, in cujus locum ſubrogatur *argu. c. Eccleſia 3. ut lit. pend.*

2 Quæritur ſecundò, an ſi Judex poſt latam ſententiam functus ſit ſuo officio, poſſit poſtea condemnare eum, qui causâ cecidit, ad expenſas litis? Reſpondetur negativè, quia eo ipſo, quòd per latam ſententiam functus eſt ſuo officio, illi non ſupereſt jurisdictio, proinde non poteſt condemnare victum ad expenſas litis, quia condemnatio ad tales expenſas eſt actus jurisdictionis, quæ cùm tunc non ſupponatur in Judice, non poteſt hunc actum legitimè exercere. Sin verò ante ſententiam ſuper cauſa principali Judex incipiat cognoſcere ſuper expenſis, & periculum ſubſit, ne pars, quæ ſe victam eſſe inde conjicere poteſt, prolationem ſententiæ malitioſè impediat, reſpondet Panormitanus in *d. c. Ad hoc 1. num. 27. h. t.* duobus modis poſſe tunc Judicem agere. Primò ut in ipſa ſententia ſuper cauſa principali generatim, & indeterminatè condemnet victum ad refundendas expenſas litis, & poſtea eas determinet præcedente juramento. Secundò ait, poſſe Judicem hoc alio modo agere, ſi nimirum, ſpectata qualitate perſonæ, aliisque circumſtantiis periculum non ſubſit, ut is, contra quem in cauſa principali erat pronuntiandum, non ſit ſententiæ prolationem impediturus; tunc poteſt Judex priùs cognoſcere de quantitate expenſarum, & eas præcedente juramento taxare *l. Sancimus 15. juncta authent. C de Iudic.*

3 Quæritur tertiò, an qui tantùm ſimpliciter deponit rem ſuam apud alium, retineat proprietatem, & poſſeſſionem ejusdem rei? Reſpondetur affirmativè, & ratio eſt, quia per ſolam ſimplicem depoſitionem res traditur alteri cuſtodienda *l. 1. in princ. ff. de depoſ.* & per hoc differt ſimplex depoſitio à ſequeſtro, quia per depoſitionem, qui deponit poſſeſſionem, proprietatem rei depoſitæ retinet: ſecus quando apud ſequeſtrem communi partium conſenſu res deponitur, tranſit poſſeſſio in ſequeſtrem. Excipitur tamen, ſi authoritate, & juſſu Judicis res ſequeſtretur invito Poſſeſſore, niſi inter eos expreſsè probetur, quòd tantùm cuſtodiæ causâ res apud ſequeſtrem ſit depoſita. Verùm per ſequeſtrum etiam voluntarium, & ex communi conſenſu partium factum non transferri poſſeſſionem in ſequeſtrem, ſi non de poſſeſſione, ſed de proprietate lis fuerat, videtur probabilius, ut docent Felinus in *c. Examinata 15. num. 10. de judic.* Zoëſius in *comment. §. depoſiti num. 15.*

4 Excipitur tamen, niſi actum ſit expreſsè, ut penes talem ſequeſtrem ſit vera poſſeſſio rei, alioquin poſſeſſor poteſt apud illum rem litigioſam deponere; non ut apud ſequeſtrem propriè ſumptum, ſed ut apud cuſtodem, qui alieno nomine id poſſidet: & hoc in dubio eſt præſumendum: ſiquidem voluntas amittendæ poſſeſſionis non eſt præſumenda, niſi aliqua ratio id ſuadeat: nemo enim præſumitur velle ſpoliari rebus, quas poſſidet. Tum quia per ſolam traditionem rei non transfertur poſſeſſio ſine titulo habili ad transferendum dominium, qualis non eſt ſequeſtratio, unde tunc traditio præſumitur facta cuſtodiæ causâ *l. propriè 6. ff. depoſit.* & in hoc ſenſu intelligitur *l. licèt ff. de acquir. poſſeſſ. in fin.* ubi dicitur *ſed & poſſeſſio niſi apud ſequeſtrem depoſita eſt; nam tum demum ſequeſtrum poſſidet.* nimirum depoſita poſſeſſione, hoc eſt, ſi res tradita ſit ſequeſtri ex intentione, ut illam poſſideat: cum enim partes poſſint juri proprio præjudicare, ſequitur, quòd poſſint tradere ſequeſtri rem propriam ea intentione, ut illam poſſideat. Hinc nunquam Poſſeſſor per ſequeſtrum privatur poſſeſſione rei, quæ conſtituitur penes tertium, donec cauſa fuerit deciſa, ſi nimirum lis ſit de ipſa poſſeſſione, & controvertatur, quisnam poſſideat, vel debeat poſſidere, tunc enim per depoſitionem rei apud ſequeſtrem, id agitur, ut apud neutrum litigantium maneat poſſeſſio talis rei, quia cùm controverſia ſit de ipſa poſſeſſione, neutri litigatori eſt danda, donec lis decidatur, alioquin unus litigantium interim poſſideret id, de quo controvertitur.

5 Quæritur quartò, an miſſus in poſſeſſionem cuſtodiæ causâ lucretur fructus? Reſpondetur, eum, qui mittitur in poſſeſſionem bonorum cuſtodiæ causâ, ſive agatur actione reali, ſive perſonali, intra annum non facere fructus ſuos, ſed teneri eos cuſtodire, & non diſtrahere, adeò ut ſi infra annum Reus voluerit recuperare poſſeſſionem, ſint ei fructus illius reſtituendi *c. Quoniam §. in aliis ut lit. non conteſt.* & deſumitur etiam ex *c. dilectus 2. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd qui cuſtodiæ causâ eſt miſſus in poſſeſſionem, non poſſit fructus diſſipare, & ſi diſſipet, diſſipati revocentur, & omnes fructus ſequeſtrentur, ex quo texto liquet, miſſum in poſſeſſionem cuſtodiæ causâ non lucrari fructus, ſed teneri eos reſtituere deductis expenſis, adeò ut expenſæ neceſſariò factæ pro fructibus excipiendis, debeant priùs deduci, quia illæ in nullo caſu prohibentur *l. fundus ff. famil. Erciſc.* & quia per fructuum diſſipationem poſſet reddi judicium fruſtratorium; ſiquidem in aliis eſt illa actio, quam inopia debitoris excludit. *c. Odoardus de ſolut.* & conſultius ſemper eſt prævenire, ne damnum ſequatur, quàm poſt cauſam vulneratam remedium quærere *l. fin. C. in quibus cauſis in integ. reſt. non eſt neceſſ.* ſequitur, quòd ſicut ad puniendam contumaciam Rei, ipſe à fructuum perceptione removetur, ita ad conſulendum ejus indemnitati, ſi intra annum acceſſerit reſponſurus, rectè ſtatuitur ut cùm primùm apparet, fructus percepti ſequeſtrentur apud tertium, ſi apud Actorem diſſipentur, tametſi Actor fuerit priùs miſſus in poſſeſſionem rei petitæ ex primo decreto.

6 Quamobrem tametſi ſequeſtratio regulariter prohibeatur *l. unic. C. de prohib. ſequeſt.* adeò ut præſumptio ſit pro Poſſeſſore, qui eſt manutenendus *c. Ex litteris de prob. & l. fin C. de rei vend.* ſiquidem lite pendente non prohibetur quis uti ſua poſſeſſione, ſi lis non ſit de

ipſa

ipſa poſſeſſione, ſed de ipſa proprietate *c. 1. ut lit. pend.* nihilominus interdum oritur aliqua æquitas, quâ Judex debet moveri ad ſequeſtrationem faciendam, & tunc contingit, quando timetur de conſumptione rei: quia judicium poſſet eſſe fruſtratorium, ut in caſu hujus textus in *c. Dilectus 2. h. t.* vel quia oritur aliquâ præſumptio contra Poſſeſſurem, quòd nimirum litiget causâ differendi judicium, ut interim fructus capiat. Quamobrem ſi præſumptio ſit contra Poſſeſſorem, & periculum ſubſit, quòd ſit rem abſumpturus, & judicium futurum fruſtratorium; & generatim quando timetur, ne res dilapidetur vel interat lite pendente res immobilis vel alia, quæ ſervando ſervari poteſt, rectè ſequeſtratur, ne judicium reddatur eluſorium, & executio inanis: res verò mobiles, quæ moram litis non ferunt, ſed tempore fiunt deteriores, vel omnino perire poſſent lite pendente, implorato Judicis officio vendi poſſunt, & pretium locò earundem rerum ſequeſtrari, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 148. n. 2.* Verùm nonnunquam ſufficit, ſi Poſſeſſor idoneam cautionem præſtet de rei, vel fructuum reſtitutione, quinimò etiam per juratoriam cautionem poteſt ſequeſtrum tolli; dommodo perſona, quæ offert cautionem, ſit integræ, & probatæ vitæ.

7 Quæritur quintò, an reus Poſſeſſor præſumptionem pro ſe habeat, ut poſſeſſione etiam cuſtodiæ causâ non ſit privandus? Reſpondetur affirmativè, quia pendente lite ſuper rei proprietate, & non ſuper poſſeſſione, Poſſeſſor, quia habet pro ſe præſumptionem, eſt manutenendus, donec ſententia contra ipſum feratur, ut explicat Tnſchus *v. ſequeſtrum concluſ. 202.* Verùm id limitatur mulripliciter. Primò ſi neuter litigantium poſſideat, tum Judex præſertim in cauſa beneficii poteſt ſequeſtrare beneficium usque ad litis deciſionem, ne interim una pa[illegible]um præjudicio alterins poſſeſſionem accipiat, vel ſe in beneficium intrudat, quia tunc ceſſat ratio, ne quis ſua poſſeſſione privetur *l. ſi quæ 5. ff. famil. herciſc.* ubi dicitur, quòd ob diſſidia conſortium, qui eodem jure videntur gaudere, perveniri poſſit ad ſequeſtrum. Secundò limitatur, ſi quando utraque pars poſſeſſionem ſibi vindicat, periculum immineat, ne partes arma capiant, poteſt tunc Judex indicare ſequeſtrum, ut etiam ſi alter videatur non accepiſſe legitimè poſſeſſionem, & alter ei per vim armatam eam auferre velit, niſi per transactionem res poſſit componi, Judex ſequeſtrum ex officio poteſt indicare, donec lis decidatur, ut notat Monarchus in *regul. locupletari 48. n. 8. in 6.* Tertiò ſi præſumptio ſit contra Poſſeſſorem, ut ſit res abſumpturus, vel litem nimis producturus cum periculo, ut fructus conſumentur, ac deſtruantur, vel non ſit reſtituturus rem, de qua controvertitur, ſi ejus cauſa in judicio cadat; verum plerumque ſufficit cautio de ipſa reſtitutione rei, aut fructuum, ut notat Panormitanus in *d. c. dilectus 2. n. 86. h. t.* Quartò ſi dos uxoris periclitetur: eò quia poſſideatur à marito dilapidante ſua bona, tunc enim poteſt etiam dos ſequeſtrari *l. ſi cùm dotem 22. §. ſin autem ff. ſolut. matrim.* Quintò ſi quis non poteſt id, quod ratione certæ rei deberet præſtare, poteſt tunc id ſequeſtrari, ſi enim canonicus, qui ob fructus beneficii tenetur reſidere, ſe abſentet, puſſunt tunc fructus ſui beneficii interim ſequeſtrari; donec cauſa deciſa ſit *arg. c. pervenit 28. de appell.* & docet Panormitanus *in d. c. Dilectus 2. n. 13. h. t.* Sextò ſi ob contumaciam Rei Actor ſit mittendus in poſſeſſionem bonorum, interdum poſſunt ea ſequeſtrari usque ad cautionem de pareudo juri: ut docet Gloſſa in *c. olim. 25. V. ſequeſtrari de reſcript.* Septimò etiam in cauſis beneficialibus; in quibus Actor ob contumaciam Rei non poteſt mitti in poſſeſſionem beneficii: eò quia ſubſit periculum vitioſi ingreſſus *c. 1. de eo qui mittitur in 6.*

Quæritur ſextò, an ſi Reus Poſſeſſor appellet à ſententia contra eum lata, debeant fructus ſequeſtrari, ſi ab eo diſſipentur? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Ab eo ult. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd ſi Poſſeſſor appellet à ſententia contra eum lata; & diſſipet fructus, lite pendente poſſunt fructus licitè ſequeſtrari, quia ſi ſententia confirmabitur à Judice *ad quem*, tenetur tum Reus, qui appellavit, reſtituere fructus perceptos cum ipſa re; & quidem à tempore litis conteſtatæ *l. certum C. de rei vendic.* & quia plus eſt aggravata conditio Rei Poſſeſſoris ob præſumptionem ſententiæ latæ contra ipſum, quam eſſet in prima inſtantia, ubi nulla fuit ſententia lata, *c. quoties 2. can. 2. q. 6.* ſequitur, quòd tametſi appellatione pendente regulariter nihil ſit innovandum, *l. unic. ff. nil. nov. appell. 2. q. 6.* nihilominus æquitas interdum ſuadet, ut in cauſa appellationis, ſive Reus Poſſeſſor ſit ſolvendo ſive non, eò ipſo quòd diſſiper fructus, debent iſti apud tertium ſequeſtrari, ut in *d. c. ab eo 3. h. t.* & *l. Imperatores ff. de appellat.* Verùm in prima inſtantia ſit etiam ſequeſtrum lite pendente, ſi appareat de diſſipatione fructuum; verùm id intelligitur, quando Reus non eſt ſolvendo, adeò ut ſi cauſam amittat, non poſſit ſolvere æſtimationem: alioquin ſi poſſit ſolvere, cùm non ſit adhuc aggravata ejus conditio per aliquam ſententiam contra ipſum latam, ideo cum majori cautela procedendum eſt ad cuſtodiam fructuum. 8

Cæterum ordinariè loquendo fructus ob poſſeſſoris appellationem non poſſunt ſequeſtrari, niſi etiam acceſſerit eorundem diſſipatio, quia juxta communem regulam pendente appellatione nil debet innovari *l. 1. ff. nihil innov. appell. pendente.* nihilominus ſi quis contra executorem appellet, poteſt ſtatim ſequeſtratio fieri, ſi res mobilis ſit, aut ejus fructus, ſive immobilis *l. Ab executione 5. C. quorum appellat. non recipiuntur*, quia cùm ab executore ordinariè non poſſit appellari, ſed tantùm ſi per modum ſententiæ judicatæ videatur excedere, ſequitur, præſumptionem eſſe, quòd malitioſè appelletur. Cæterum quòd dicatur à ſententia definitiva ordinariè non poſſe fieri ſequeſtrationem, ſi Poſſeſſor appellet, excipitur caſus in *clem. unic. h. t.* de quo in ſequent. quæſt. 9

Quæritur ſeptimò, an ſi ſuper beneficio contra ipſius Poſſeſſorem, qui triennio non poſſedit, in petitorio, vel poſſeſſorio una ſententia definitiva feratur in curia, etiam ſi nulla fore dicatur, ſequeſtratio ipſius beneficii fieri debeat per loci Ordinarium? Reſpondetur affirmativè, in *clem.*

Digitized by Google

c. unic. ad compeſcendas h. t. ubi habetur, quòd quando in curia Romana fertur ſententia definitiva in petitorio, vel poſſeſſorio contra poſſeſſorem, qui tamen per triennium non poſſedit pacificè beneficium, Ordinarius ſequeſtrat beneficium, & ſi ſit curatum, vel dignitas apud idoneam perſonam, quæ plenam, & debitam curam gerat de tali beneficio, & fructus, qui ſuperſunt ſolutis oneribus, reſtituantur ei, qui in cauſa finalem victoriam obtinebit. Ratio eſt, ut compeſcantur malitiæ litigantium, ne aliàs eccleſiaſtici beneficii Poſſeſſores de jure ſuo parum confidentes malitioſis cavilationibus, ac dilationibus prolongent lites beneficiales, & interim percipiant fructus beneficiorum cum periculo animarum, & detrimento eccleſiæ, quæ ſi diu vacet, plurimum patitur detrimenti tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus.

11 Quæritur octavò, quot modis contingere poſſit ſequeſtratio neceſſaria? Diximus ſequeſtrationem aliam eſſe voluntariam, quæ fit mutuo partium conſenſu, ad quam partes non coguntur, ſed mutuo conſenſu, & propria voluntate in id conveniunt ratione ſcandali vitandi, vel alia ex cauſa, ob quam rem ſequeſtrant, ſeu deponunt apud tertium, qui ſequeſter dicitur, ut eam interim cuſtodiat, & extradat poſtea vincenti, eſt enim ſequeſtratio, ut ad præſens pertinet inſtitutum rei controverſæ, vel fructuum ejus apud tertium facta depoſitio, hinc ſequeſter, ſeu depoſitarius officium ſuum, quod ſemel ſuſcepit, ampliùs ſua ſponte deponere non poteſt, niſi juſta de cauſa, & interveniente authoritate Judicis *l. ei apud quem §. fin. ff. depoſiti.* Sequeſtratio verò neceſſaria eſt, quæ fit authoritate Judicis, unde dicitur neceſſaria reſpectu contrahentium, quatenus ſine communi, eorúmque conſenſu, imò etiam ipſis invitis fit, ac debeant propterea partes litigantes neceſſariò ſtare tali ſequeſtro, quo fit, ut dicatur ſequeſtratio neceſſaria.

12 Reſpondetur ad quæſitum, hanc neceſſariam ſequeſtrationem generatim fieri dupliciter, ſcilicet vel motu proprio, ſeu ex officio nobili Judicis, vel ad inſtantiam partis, nimirum ex officio Judicis mercenario. Tunc fit ex officio nobili Judicis, quando hic ex legis authoritate ita ſuadente bono communi facit ſequeſtrationem, quamvis nemo eam petat: eò quia cognoſcat, utramque partem contendere de ipſa poſſeſſione, & vi armata etiam procedere ad eam manutenendam: & quia tunc officium Judicis eſt conſulere quieti Reipublicæ, & communi civium tranquillitati, & mala impedire, quæ aliàs imminerent, poteſt ex officio ſuo nobili rem ipſam ſequeſtrare apud tertiam perſonam, quæ ſequeſtris dicitur, donec partes ſuas depoſuerint probationes, ut notat Abbas in *c. Delectus 2. n. 12. h. t.* & docet Joannes Andreas in regula locupletari *num. 6. & 7. de regul. jur. in 6.* Ad inſtantiam partis, ſeu officio mercenario Judicis multipliciter poteſt ſequeſtratio fieri. Primò ad inſtantiam ipſius ſequeſtri, quatenus hic producta legitima, & juſta cauſa deſiderat liberari à ſuo officio, & ob id enixim Judicem rogat, ut ex ejus mandato res apud ſe ſequeſtrata deponatur apud alium ſequeſtrem, ſeu aliam tertiam perſonam *l. ei apud quem §. fin. ff. depoſiti.*

Fit etiam ad inſtantiam partis, idque vel de re litigioſa, vel de non litigioſa. Hocque vel ad conſervationem ſui juris, ſeu illius, qui petit à Judice fieri hanc ſequeſtrationem ad declinandum aliquod onus, vel præjudicium, quod aliàs ſibi immineret. De re litigioſa poteſt etiam variis modis fieri, quia poteſt peti pendente adhuc principali negotio; vel pendente negotio appellationis, ut explicat Joannes Andreas in *d. reg. locupletari n. 8. de reg. jur. in 6.* Regulariter tamen hæc ſequeſtratio neceſſaria prohibetur, ut notat Gaillus *lib. 1. pract. obſerv. 148. num. 8.* quia judicium non eſt inchoandum ab executione, ſed in illo debet Actor antea de ſuo jure docuerit: & Reũ ſuper debito convincere, alioquin donec Actor non docuerit de ſuo jure, præſumptio ſtat pro reo *l. ult. C. de rei vendic.* unde non eſt dejiciendus Reus à ſua poſſeſſione, & ejus uſu per ſequeſtrationem factam ex mandato Judicis, præſertim cùm lite pendente nihil ſit innovandum. 13

Sunt tamen aliqui caſus, in quibus ex æquitate permittitur ſequeſtratio neceſſaria, ut ſi Reus, apud quem eſt rei poſſeſſio, diſſipet ejus fructus, quos deberet ſervare *cap. ab eo ult. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd ſi poſſeſſor appellet à ſententia contra eum lata, & diſſipet fructus lite pendente, poſſint fructus ſequeſtrari, alioquin Actor, ſi pro ſe ſententiam finalem reportaret, privaretur ſuo jure, ſeu fructibus ab adverſario jam dilapidatis: & ne incurrat hoc damnum, jura ex naturali æquitate permittunt, fieri hanc ſequeſtrationem naturalem, ut etiam quando petitur res mobilis, & ſuſpicio oritur, quòd ejus poſſeſſor poſſit eum ea fugere, tunc enim authoritate Judicis res illa deponitur apud officiales, donec vel ſufficiens detur ſatiſdatio, vel ſententia finalis feratur *l. ſenatusconſult.* juncta Gloſſa *v. & deponatur. ff. de offic. præſid.* alioquin ſi Reus cum ipſa re mobili litigioſa aufugeret, ejus judicium redderetur illuſorium, quia non poſſet ampliùs rem illam obtinere, præſertim ſi perſona ſuſpecta de fuga non poſſideat bona immobilia, vel adeò exigua, ut reſpectivè inopia dicatur laborare *l. ſi creditores ff. de privil. credit.* Suſpicio autem tunc habetur de perſona, ſi aliàs fugerit, ſi non ſit vir probus, & ſoleat alios decipere: ſi res malè adminiſtraverit, quia juxta *regul jur. in 6.* ſemel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, ſeu fugæ in caſu noſtro. Imò fit etiam hæc ſequeſtratio, ſi timeatur dilapidatio ob eoſdem pravos mores perſonæ, & quia conſueverit ante hac dilapidare. In re etiam dotali procedit hæc ſequeſtratio neceſſaria, ut ſi maritus ita bona ſua dilapidet, ut è pingui fortuna ruat in egeſtatem, tunc enim dos uxoris, ne diſſipetur à marito nullius frugi, nobili officio Judicis ſequeſtratur *c. per veſtras 7. de donat. inter vir. & uxor.* alioquin uxori innocenti graviſſimum inferretur præjudicium ex ſocordia, & malitia mariti, niſi ejus dos ſequeſtraretur. Imò fit etiam hæc ſequeſtratio, cùm quis de poſſeſſione ſervitutis proclamat in libertatem, 14

tunc

tunc enim ſequeſtrantur res illæ, quas ſupponitur ipſe habere, ne res ipſæ diſſipentur: debet enim priùs examinari, an hujusmodi res ſint Heti, vel ſervi proclamantis in libertatem *l. 1. §. ſuper peculio. ff. de aſſert. tollend.* & docet Gloſſa in *c. Dilectus 2. v. ſequeſtrari h. t.*

15 Procedit etiam ſequeſtratio, ſi appelletur ab executione ſententiæ definitivæ, eò quia executor modum excedat executionis, & ſententiæ; & tunc ſi lis fuerat de re mobili, hæc aufertur Reo, & deponitur apud ſequeſtrem idoneum; ſin verò de re immobili ſequeſtrantur ejus fructus tradendi poſtea ei, cui cauſa adjudicabitur *l. ab executore C. quorum appell. non recip.* Procedit etiam, ſi colonus neget locationem, & litiget contra Dominum ſuper dominio fundi, quia tunc Colonus tenetur ſatisdare de fructibus reſtituendis, ſi ejus cauſa ceciderit, unde usque ad deciſionem cauſæ ſequeſtrantur fructus talis fundi *l. litibus C. de agricol.* Ut etiam ſi pendente lite ſuper validitate matrimonii timeatur, ne mulier malè tractetur à viro, tunc ut ejus conſulatur ſecuritati, ſequeſtratur mulier in loco, in quo non poſſit vir in illam ſævire *c. litteris 13. §. fin. de reſtit. ſpoliat.* Ut etiam quando ſponſæ infertur à ſponſo violentia, vel juſtè timetur, ne inferatur; tunc etiam ſequeſtratur ſponſa in loco honeſto, ut in monaſterio, donec cauſa fuerit in judicio terminata *c. cauſam 14. de probat. c. cum olim 14. de ſponſal.* & Riccios *p. 1. praxis matrim. reſol. 227. num. 1. & ſequent.* addit, poſſe tunc puellam ſequeſtrari etiam in domo materna pro exploranda ſua voluntate, niſi fortaſſis ejus mater inſtaret pro diſſolutione matrimonii, & ait id fuiſſe decitum à Rota in una Romana matrimonii 29 Aprilis 1579. coram Blanchetto. Id etiam procedit de ſervis quoties conqueruntur de ſævitie, & tyrannide ſuorum Dominorum *arg. l. 1. §. quod autem ff. de offic. præfect. urb.* Imò etiam de Religioſis, ſi conquerantur de ſuis Prælatis: debet enim Judex lite pendente hos omnes ſervare illæſos, & ſi opus ſit etiam ſequeſtrare *ar. c. olim 26. de accuſ.* Sunt etiam alii plures caſus, in quibus procedit ſequeſtratio neceſſaria, qui recenſentur, & explicantur ab Authoribus.

16 Solùm juvat obſervare, quòd ſequeſtrario beneficii eccleſiaſtici, fructuumque beneficialium, pendente lite debet fieri per Ordinarium loci, neque reddendi ſunt niſi ei, in cujus favorem judicati fuerint, & deſumitur ex *c. ad compeſcendum unic h. t. in 6.* ubi declaratur, quòd quando in curia Romana fertur ſententia diffinitiva in petitorio, vel poſſeſſorio contra poſſeſſorem, qui tamen per triennium non pacificè poſſederit beneficium, Ordinarius debeat ſequeſtrare beneficium: & ſi ſit curatum, vel dignitas; apud idoneam perſonam, quæ plenam, & debitam curam gerat de beneficio: & fructus, qui ſuperſunt ſolutis oneribus debeant ei reſtitui, qui in cauſa finalem victoriam erit habiturus: & etiam excommunicatur, qui impedite ſequeſtrationem præſumpſerit, vel occupare fructus ſequeſtratos, neque poteſt abſolvi niſi facta priùs reſtitutione, & amoto impedimento.

17 Quæritur nonò, an detur aliquod remedium juris, cujus beneficio poſſit ſequeſtratio declinari in caſibus ſuperiùs recenſitis? Reſpondetur affirmativè, regulariter enim ſufficiens cautio hoc ſuppetit remedium, nimirum ſatisdatio de reſtituenda re litigioſa unà cum fructibus, ſi pars contraria vicerit in judicio, deſumitur ex *l. ſenatusconſulto ff. qui ſatiſdare cogantur*, & ex *c. dilectus 2. h. t.* & docet Felinus in *c. Examinata n. 10. de judic.* Imò per hanc ſatisdationem, ſeu ſufficientem cautionem non ſolùm evitatur ſequeſtratio, ne fiat; verùm etiam ſi facta fuerit tollitur, dummodo detur idoneus Fidejuſſor, ut notat Tuſchus *lit. S, conclus. 212. n. 1.* & deſumitur ex *l. ſi fidejuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur.* Verùm id fallit, quando per ſatisdationem non ſufficienter providetur incommodis.

Quæritur decimò, an poſſeſſio rei ſequeſtratæ tranſeat in ſequeſtrem? Reſpondetur quòd ſi ſermo ſit de ſequeſtratione neceſſaria, quæ fit authoritate Judicis, per eam non transferri poſſeſſionem in ſequeſtrem, ut communiter docent juriſperiti: & ratio id etiam ſuadet, quia ſequeſtratio neceſſaria ſit tantùm rei cuſtodiendæ cauſâ *l. intereſſe puto. ff. de acqu poſſeſſ. c. dilectus 2. h. t.* quando autem res traditur alteri ſolius cuſtodiæ cauſâ ejus poſſeſſio non mutatur, nec tranſit de una perſona in aliam, & tunc ſequeſter, ſeu perſona, quæ cuſtodit rem illam non nomine proprio, ſed illius, cui cauſa adjudicabitur, poſſidet. Imò etiam in ſequeſtratione voluntaris probabilius videtur non tranſire poſſeſſionem rei ſequeſtratæ in ſequeſtrem, ſi lis non moveatur ſuper ipſa poſſeſſione, ſed tantùm ſuper rei proprietate, & aliud ſpecialiter non fuerit expreſſum, ut notat Pirhing. *h. t. n. 2.* & Gloſſa *in c. 1. v. ſequeſtrari h. t.* Ratio ex eo itidem deſumitur, quia ſequeſtratio rei ex conſenſu partium poteſt dupliciter fieri, primò cuſtodiæ cauſâ tantùm: ſecundò animo amittendi poſſeſſionē *l. intereſſe puto. ff. de acquir. poſſeſſ.* ſin verò dubitetur, an facta fuerit animo amittendi poſſeſſionem; vel cuſtodiæ cauſâ, tunc extante tali dubio cenſetur tantùm facta cuſtodiæ cauſâ, quia non præſumitur quis velle amittere poſſeſſionem rei, niſi expreſſè id ſignificet *d. l. intereſſe puto ff. de acquir. poſſeſſ.* 18

Tum quia nemo præſumitur res ſuas alteri indebitas effundere *l. cum de indebito v. qui enim ſolvit. ff. de prob.* & docet Maſcardus *conclus. 555. n. 1. & ſequent. de probat.* conſequenter neque præſumitur ſe privare comodo poſſeſſionis, niſi id exprimat, alioquin ſecluſâ hac expreſſione procedit textus in *l. propriè ff. depoſiti* ibi: *Propriè in ſequeſtre eſt depoſitum, quod à pluribus in ſolidum certa conditione cuſtodiendum, reddendúmque traditur:* textus loquitur de voluntaria ſequeſtratione, ut conjicitur ex verbis illis: *quod à pluribus cuſtodiendum traditur*, quibus ſatis clarè ſignificatur, quòd res nonniſi cuſtodiæ cauſâ alteri tradatur, & non animo transferendi poſſeſſionem: Tum quia pignus conventionale licèt detur in favorem creditoris, & pro ejus ſecuritate, non tamen dicitur transferre poſſeſſionem à debitore in creditorem *l. qui pignoris ff. de acquir. poſſeſſ.* proinde multo minus ſequeſtratio voluntaria transfert hanc poſſeſſionem, niſi exprimatur: quia per ſequeſtrationem res 19

tantùm deponitur apud tertium, ut ſimplicem miniſtrum in commodum alterius ſine ullo reſpectu ad proprium favorem; qui tamen reſpectus attenditur in pignore.

20 Quòd ſi objicias textum in *l. licèt ff depoſiti*, ibi: *Rei depoſitæ proprietas apud deponentem manet, & poſſeſſio: niſi apud ſequeſtrem depoſita eſt: nam tunc demum ſequeſter poſſidet.* Contra eſt, quia textus procedit in caſu, quo apud ſequeſtrem depoſita eſt poſſeſſio, ut liquet ex verbis textûs, idque propter incertitudinem poſſeſſionis, quælibet enim pars contendebat de tali poſſeſſione, quæ propterea ex conſenſu partium tranſivit in tertiam perſonam, apud quam fuit ſequeſtrata: unde ex conſenſu partium in ſequeſtratione voluntaria, poſſeſſio tranſivit in ſequeſtrem. Tum quia poteſt quilibet renuntiare juri ſuo etiam certo *c. ſi diligenti 12. de foro compet.* ergo multò magis juri incerto poſſeſſionis.

TITULUS XVIII.

De confeſſis.

IN præcedentibus titulis ordine cognitionum actum eſt de iis, quæ præter principalem cauſam in judicium incidunt: quia verò in ipſa principali cauſa poſt litem conteſtatam ad probationes utrinque procedendum eſt; ideo meritò Pontifex præmittit hunc titulum titulo ſequenti de probationibus, quia ubi propria confeſſio habetur, non eſt neceſſaria alia probatio. Cum præcedentibus titulis bene etiam præſens continuatur: actum eſt enim in ſuperioribus de contumacia, nunc de modo agitur procedendi contra contumaces. Extat hic titulus etiam in ſexto, & ſeptimo.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium Capitum, quæ in hoc titulo continentur.

CAP. CUM MONASTERIUM 1. h. t. Clemens III. declarat, quòd ſi Sacerdos confiteatur ſe commiſiſſe crimen ſuggeſtione aliorum; ſi aliter veritas non probetur; illi, qui dicebantur ſuggeſſiſſe non ſint puniendi, quia ſecundùm jus de ſe confeſſus non debet interrogari de conſcientiis aliorum, nec talis confeſſio eſt admittenda contra aliquem excepto crimine læſæ Majeſtatis: ſed ſi illi de hoc eſſent infamati; mandat Pontifex, ut ſingulis injungatur purgatio cum tribus aliis ſociis ſui ordinis. Quia ut notat Gloſſa, nulli de ſe confeſſo credendum eſt in præjudicium aliorum c. 1. veniens de teſtib. *quod generale eſt, præter quàm in crimine læſæ Majeſtatis. Infamatus verò tenetur ſe purgare per honeſtos viros, qui illum cognoſcant, & ſi deficiant puniendus eſt, ut convictus.*

C. CUM SUPER 2. h. t. Innocentius III. declarat, ſimoniacum eſſe deponendum per ſententiam Judicis ab omni beneficio, & officio eccleſiaſtico. Rurſus ſi quis incidenter confiteatur aliquod crimen contingens cauſam principalem, mandat Pontifex, ut Judex poſſit novum inchoando proceſſum illum punire pænâ ordinariâ; tametſi directè contra ipſum non agatur. Ubi notat Gloſſa, confeſſionem factam coram non ordinario Judice non præjudicare quantum ad pœnam, ſed quantum ad ſuſpicionem.

C. EX PARTE 3. h. t. Gregorius IX. reſcribit, quòd ſi negotium nondum ſit finitum error facti nemini noceat: quo facto cauſâ non finitâ confeſſio Oeconomi ex errore facti, ſi conſtet, non præjudicat Eccleſiæ, & concordat c. ſacro de ſent. excomm. *Secus error juris non excuſat; valet enim hic* regul. jur. in 6. Ignorantia facti, non juris excuſat.

IN SEXTO.

C. STATUIMUS 1. h. t. Innocentius IV. in Concilio Lugdunenſi ſtatuit, ut poſitiones negativæ (quæ probari non poſſunt, niſi per confeſſionem Adverſarii) poſſint à Judice admitti, ſi ipſi videatur expedire. Sunt poſitiones, aſſertiones particulares rei ad cauſam pertinentes, & fuerunt inventæ, ut Actor relevetur ab onere probandi per confeſſionem Adverſarii, qui tenetur reſpondere ad ſingulas per verbum credit verum *eſſe, vel* non credit *mediante juramento calumniæ. Unde quando poſt libellum porrectum, & reſponſum acceptum Actor conteſtatâ lite deducit ſuum factum, quod* con-

continetur in libello per articulos ; illi articuli dicuntur poſitiones.

C. *SI POST PRÆSTITUM 2. b. t. Boniſacins VIII. ſtatuit, quòd ſi poſt præſtitum juramentum veritatis, vel calumniæ Reus vel ejus Procurator interrogatus, & juſſus à Iudice non vult ſine cauſa rationabili reſpondere poſitionibus ab Adverſario ſibi factis ; vel non ſe præſentat, habendus ſit circa illas pro confeſſo : ſin verò antequam juſſus ſit reſpondere contumaciter ſe abſentat, non habetur pro confeſſo, ſed procedi poteſt contra ipſum, tanquam contra contumacem.*

IN SEPTIMO.

C. *LICET 1. b. t. Paulus IV. ſtatuit, ut confeſſi crimen, aut probatiſſimis indiciis quæſtione torquendi carcerati non relaxentur fiſco inſcio, quamvis præſtita fuerit cautio.*

C. *CUM SICUT 2. Pius V. animadvertens impunitatem ſcelerum eſſe incentivum malorum, prohibet, ne Rei homicidii, ac aliorum delictorum capitalium, niſi in caſibus à jure expreſſis liberentur è carceribus.*

C. *IN CONFESSOS 3. b. t. decernit idem Pont. ut Judices poſſint procedere contra confeſſos non obſtantibus appellationibus, & inhibitionibus, & aliarum pœnarum incurſu. Ubi notandum eſt, in cauſis criminalibus confeſſos non poſſe appellare.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid ſit Confeſſio, & quomodo facienda?

1 QUæ hactenus diximus, ad formam pertinent, & modum ordinandi judicii : quæ verò ſequuntur ad inſtruendum judicium per merita cauſæ, ſeu probationum, tam in genere, quam ſpecie ſpectant. Hinc cùm omne genus probationis ſuperet propria judicialis confeſſio, adeò ut ſi reus proprio ore fateatur, ſe reum eſſe, hæc confeſſio validior ſit quavis alia probatione, & hæc una ſufficiat : ideò ante titulum de probationibus rectè ponitur titulus de confeſſis, eò quia ſi habeatur confeſſio, non ſint ampliùs probationes neceſſariæ.

2 Eſt confeſſio, prout ad præſens pertinet inſtitutum manifeſtatio illius, quod ab adverſario intenditur in judicio, vel extra judicium, adeò ut aſſeveratio rei, quæ ab adverſario intenditur, ac petitur, ſit confeſſio, quæ duplex eſt, judicialis una, alia extrajudicialis ; illa ita denominatur: quia fiat in iure, ſeu iudicio : extraiudicialis etiam dicitur, quia fiat extra iudicium. Ad confeſſionem verò in iudicio factam requiritur primò, ut fiat coram Judice competente, alioquin ex tali confeſſione non poſſet reus condemnari *c. at ſi Clerici 4. in princ. ſup. de judic.* ſiquidem confeſſio extraiudicialis, cùm plenè non probet, non ſufficit ad condemnationem rei. Secundò debet etiam fieri coram Judice competente, & ſedente pro tribunali in cauſis requirentibus plenam cauſæ cognitionem, ut notat Maranta in *ord. judic. p. 6. tit. de confeſſ. n. 3.* uſu tamen receptum eſt, quòd Judex non ſolùm in præparatoriis; verum etiam in deciſoriis poſſit extra iudicium reſponſiones partium excipere, licèt ſententiam non poſſit ferre niſi in loco iudicii.

Confeſſio tamen facta extra tribunal in judicio ſummario valida eſt. Si verò fiat coram Notario extra iudicium, non obtinet vim iudicialis confeſſionis, ſi Judex abſit, tametſi præſens ſit adverſarius ut notat Gloſſa in *l. cùm ſcimus 21. V. confeſſio C. de agricol. & cenſ. l. 11.* quia Notarius ſine mandato, & commiſſione Judicis non habet poteſtatem recipiendi actus iudiciales, ut notat Maranta in *cit. l. num. 30.* Uſus tamen invaluit, ut confeſſio apud protocollum coram Notario recepta habeatur iudicialis: quia plures actus legitimi, qui in iudicio coram Judice expediuntur, hodiè etiam coram Notario publico poſſunt expediri, & ſortiuntur eundem valorem. Confeſſio verò, ſi fiat coram arbitro, cenſetur iudicialis, & ſuum valorem ſortitur, ſi arbiter proceſſit ſervato ordine iuris, & ad inſtar Judicis, quia arbitraria redacta ſunt ad ſimilitudinem iudiciorum *l. 1. ff. de recept. arbit.* Non ita ſi confeſſio fiat coram arbitratore, quia tunc eſt extraiudicialis, ut notat Maſcardus *de prob. tom. 1. concl. 348. n. 14.*

Secundò ad confeſſionem judicialem requiritur, ut ſit de re certa *l. certum 6. in princ. ff. de confeſſ.* Non tamen confeſſio incerta præiudicat confitenti, ut notat Gloſſa *ibidem V. certum.* 4
Tertiò ut ſit de re, quæ non adverſetur rerum naturæ, neque iuri : tunc enim confeſſio adverſaretur naturæ, ſi Petrus quinquagenarius aſſereret, Paulum ſexagenarium eſſe ſuum filium, vel ſi quis in iudicio interrogatus fateretur, ſe occidiſſe hominem, qui adhuc vivit *l. confeſſionibus 14. ff. de interrogat. injur. faciend.* Quartò ut fiat præſente adverſario, vel ſaltem eius procuratore *cit. l. qui certum ſi quis abſent. ff. h. t.* Quidam tamen putant, confeſſionem factam abſente adverſario effectum ſuum ſortiri, ac præiudicare confitenti ex ſuppoſitione, quòd à Judice nomine adverſarii acceptetur, tametſi mandatum non habuerit ad acceptandum, dummodo adverſarius

Digitized by Google

abſens acceptationem illam ratam habeat, ut cenſet Maſcardus *tom. 1. de probat. concluſ. 348. n. 43.* non tamen eſt neceſſe, quòd confeſſio fiat etiam in iudicio cum expreſſione cauſæ, quia ſine hac expreſſione etiam valet; ac inducit plenam probationem; ſiquidem in iudicio quaſi contrahitur *l. 3. ff. de pecul.* & confeſſio in iudicio præſumitur ſpontè facta. Weſenbec. in *paratitl. ff. h. t. n. 5.* Lanfranc. in *prax. c. 7. n. 26.* & alii putant ad confeſſionem iudicialem cauſæ expreſſionem requiri neceſſariò, quæ ſententia eſt tutior. Quintò, ut fiat ſpontè liberè, adeò ut non ſit vi, aut metu extorta, quia confeſſio coacta fidem non facit *c. 1. cauſ. 15. q. 6.* hinc confeſſio, quæ fit in iudicio metu tormentorum, ſi nulla præceſſerint legitima indicia, ut etiam in ipſis tormentis, vel a detento in tenebricoſo, & duro carcere non præiudicat confitenti, quia non eſt valida, nec digna, ut illi præſtetur fides *l. 1 §. ſeverus. & §. quæſtioni, & §. ſi quis ultro ff. de quæſtion. l. qui in carcerem 22 §. quod metûs cauſâ;* ſi tamen confeſſus in tormentis eandem confeſſionem confirmaverit extra tormenta, vel eam non revocet, nec appellet, tunc acquirit vim, ut notat Maſcardus de *probat. concluſ. 353 n. 9. & 10.* Sextò ut confeſſio fiat in iudicio ex certa ſcientia, alioquin ſi ignorans aliquid confiteatur, poteſt illud revocare usque ad ſententiam, dummodo ſit error facti *c. ex parte 3. & ult h. t.* quia tametſi error iuris ordinariè non excuſet, error tamen facti in iudicio commiſſus à quolibet etiam privato revocari poteſt, dummodo ante latam ſententiam error facti probetur, ut deſumitur ex *c. 2. de integ. reſtit. in 6.* ſiquidem qui errat, non fatetur, niſi ius ignoret *l 2.* iuncta Gloſſa *V. qui errat ff. h. t.* & *l. error 7. C. de jur. & fact. ignor.* ubi habetur, quòd error facti nondum finito negotio per transactionem, aut ſententiam, vel iuramentum nemini noceat, niſi probetur contrarium.

5 Error facti in iudicio commiſſus multipliciter probari poteſt, ſi enim velit quis revocare confeſſionem ſui procuratoris, ſatis eſt, ſi probet, rem aliter ſe habere, & tunc locum habet *regula illa juris 47. in 6* quòd ibi præſumatur ignorantia, ubi ſcientia non probatur; excipitur tamen niſi error facti talis ſit, de quo ex officio tenebatur inquirere, tunc enim non ſufficit probare, quòd res aliter ſe habeat, præſumptio enim ſtat contra ipſum *argu. c. innotuit. 20.* vel ſi velit revocare propriam confeſſionem, tunc ſi confeſſio facta fuit circa factum alienum admittitur probatio, quâ oſtenditur res aliter ſe habere; vel facta fuit confeſſio circa factum proprium, & tunc ſi extra judicium debet allegare, ſe per errorem confeſſum eſſe, & probare, rem aliter ſe habere in judicio in facto proprio ante litem conteſtatam; ſi agatur de præparatoriis judicii poteſt confeſſio revocari, tametſi non probetur error; dummodo probetur, quòd res aliter ſe habuerit. *argu. l. de ætat. 11. §. qui juſto ff. de interrog.*

6 In deciſoriis verò probari debet error, quia hic non præſumitur in facto proprio niſi adſint circumſtantiæ, quibus præſumatur, confitentem reverà erraſſe *argu. l. 1. §. fin. ff. quando act. de pecul.* Attamen confeſſio judicialis, ut valida ſit debet fieri à majorenne, qui attigerit annum ætatis 25. quia confeſſio pupilli, vel impuberis, ſi fiat ſine authoritate tutoris ipſo jure irritatur *l. certum 6. §. in pupillo ff. h. t.* & multò minùs valet confeſſio facta ab infante, nondum ſeptenne, quia tenella illa ætas in judicium vocari non poteſt *l. 4. ff. de in jus vocand.* Confeſſio tamen minoris, qui nondum 25. ætatis annum attigit, ſi fiat ſine Curatoris authoritate valet quidem, ſed læſus intra quadriennium debet in integrum reſtitui *l. certum §. in pupillo ff. h. t.*

Confeſſio in judicio poteſt fieri expreſſè, vel tacitè: priori modo fit, quando quis verbis expreſſis, & voce propria confitetur crimen: tacitè ſi ipſo facto, & cum quis inſtrumentum coram Judice producit, cenſetur confiteri omnia in eo contenta, quia cùm totum producat, totum approbat, ut aſſerit Innocentius in *c. cum venerabilis 6. n. 3. & 4. de except.* Abbas *in c. cum super n. 7.* Rurſus pertinet ad tacitam confeſſionem, quando quis ex juris interpretatione, ſeu diſpoſitione habetur pro confeſſo, tametſi non reſpondeat, quia tacens interrogatus eo loco, & tempore, quo tenetur reſpondere, cenſetur confiteri, quæ illi objiciuntur à Judice; adeò ut ejus taciturnitas habeatur loco conſensûs juxta *reg. juris 43. in 6.* Non ita ſi interrogetur loco, & tempore, quo non tenetur reſpondere, quia tunc habet locum *regula juris 44. in 6.* qui tacet, non fatetur, ſed nec negare videtur. 7

Rurſus confeſſio interdum fit ſimpliciter, & nonnunquam adjecta qualitate: priori modo fit, cum Reus confitetur ſimpliciter debitum, vel crimen absque ulla qualitate reſtringente, vel excuſante, quando verò adjicitur aliqua qualitas, & dubium eſt, an poſſit ex parte acceptari, & pro parte negari, tunc proceditur cum diſtinctione: ſi enim contra adjectam qualitatem eſt præſumptio juris, tunc poteſt acceptari pro parte, ut ſi reus confiteatur, ſe quidem occidiſſe hominem adjectâ poſtea hac qualitate, ſed in propriam defenſionem, ſeu cauſâ ſe defendendi ab injuſto aggreſſore; tunc acceptatur confeſſio, ex qua parte eſt contra reum, non verò ſtatim illi creditur quoad adjectam qualitatem, ut ſe defenderet ab injuſto aggreſſore, quia contra talem qualitatem adjectam ſtat præſumptio juris, quæ propterea probanda eſt; ſin autem contra adjectam qualitatem nulla ſit præſumptio juris, tunc ſi confeſſio qualificata contineat unum tantùm articulum, eſt tota acceptanda, vel repudianda: ſin verò plures comprehendat articulos, ut ſi Petrus fateatur ſe accepiſſe mutuos centum aureos à Titio, ſed cum pacto ab eodem adiecto de non petendo debito; tunc acceptatur confeſſio quoad primam partem, ſeu quoad debitum ex mutuo; ſecundam verò partem, ſeu pactum de non petendo, tenetur reus probare, alioquin condemnatur. 8

Cæterùm reus, qui confeſſus eſt delictum proprium non eſt interrogandus de ſociis, & ſi eos fateatur, non ideò illis iniungitur pœna, ut deſumitur ex *c. ult. §. liberi 4 q. 3. c. nemini § final. cum ſequent 15. q. 3. c. 1. & 3. q. 11. l. quoniam 14. C. eod. tit. l. Seia 28. ff. ad Vellej.* ubi Barboſa *in c. veniens de teſtib.* Donellus *in l. quoniam.* Cuiacius in *c. 1. de confeſſ.* Fachinæus *lib. 3. controverſ. c. 88.* & ratio adducitur à Paulo *l. 2. ſentent. tit. 12.* & firmatur in *l. de-* 9

ferre

ferre §. 1. ff. ne jure fiſci ; ne ſcilicet alienam ſalutem in dubium deducat, qui de ſua deſperavit. Tum quia ut habetur in l. ult. §. ſi autem ff. de bonis eorum. qui ſibi non pepercit, nec cenſendus eſt aliis parcere, quod etiam firmat Quintil. declamat. 292. inquiens nec credibile eſt, eum pepercisſe hoſpiti,qui ſibi non pepercit. Tum quia ſocius criminis, eo ipſo eſt criminoſus & criminoſis prohibetur teſtimonium dicere c. ſuper eo 13. Tum quia cenſetur laborare eodem morbo, & eandem affectionem habere ad cauſam ſocii, & proprium crimen minùs culpabile haberetur,unde habentes ſimilem cauſam ſolent à teſtimonio ferendo repelli c. perſonas de teſtib. perinde ac non poſſunt eſſe Judices habentes ſimilem cauſam c. cauſam 18. de judic.

10 Neque urget, ſi dicas, intereſſe Reipublicæ, ne delicta maneant impunita, proinde ſaltem tunc eſſe inquirendum de veritate, & an reverà ſocius ille fuerit complex : nam Judex non poteſt procedere ſpecialiter ad inquiſitionem, niſi præceſſerit diffamatio rei, ut liquet ex c. veniens 15. de accuſat. accuſatio autem ſocii, niſi præceſſerint alia indicia, non cenſetur ſufficiens ad inquirendum contra ſocium : quænam autem debeant eſſe hujuſmodi indicia, in jure non determinatur, ſed relinquitur arbitrio Judicis,ut aſſerit Farinac. de judic. q. 73. ſolent tamen in quibuſdam criminibus de ſe confeſſi interrogari etiam de ſociis, ut notat Ca us in l. qui ultimo 29. ff. de pœnis. ſiquidem in illis caſibus ob gravitatem ſcelerum permittitur interrogatio, ne ex defectu probationis remaneant impunita, vel etiam ſunt crimina, quæ non ſolent ſine ſociis patrari, ut in crimine læſæ majeſtatis c. in fidei de hæret. in 6. c. litteras de præſumption. ut etiam in maleficiis l. final. C. de maleficio ; in crimine conjurationis l. final. de teſtibus cogend. vel falſæ monetæ l. t. in princ. C de falſa moneta. In crimine ſacrilegii c. inprimis 2. q. 1. c. qui autem 14. q. 4. In viarum graſſatoribus l. Provinciarum C. de feriis. l. Dives ff. de accuſat. ut etiam in aliis pluribus delictis, & cauſis, quæ ſunt difficilis probationis, & plures exigunt complices, ut notat Farinacius de indiciis q. 73. n. 107. Cæterum in aliis criminibus ob confeſſionem ſocii in eodem delicto non eſt imponenda aliqua pœna, niſi fortaſſis reus infamiâ laboraret, quia tunc indicenda eſſet illi canonica purgatio juxta textum expreſſum in c. veniens 10. de teſtib. Uſus tamen in pleriſque regionibus nunc invaluit, ut de ſe confeſſi, etiam de ſociis interrogentur, ut notat Julius Clarus in prax. q. 21. Paris. in tract. de ſyndicatu c. 4.

11 Nihilominus contra communem aſſertionem videtur obiici poſſe, quia in quovis negotio ſive civili, ſive criminali, illi potiſſimùm interrogandi ſunt,qui rem,de qua agitur, meliùs ſcire poſſunt, ut liquet ex c. ſuper prudentia 14. q. 2. & hi potiſſimùm aſſumi debent, qui eadem negotia tractârunt c. 3. de teſtibus. & c. veniens 38. eod. tit. atqui nemo meliùs poteſt cognoſcere de crimine, quàm qui fuit ſocius in illo, proinde hic debet juridicè interrogari, ut manifeſtet ſocios. Tum quia omnia crimina cenſentur difficilis probationis, & quæ juxta propriam naturam per idoneos teſtes probari non poſſunt, probantur per inhabiles l. conſenſu §. ſervus C. de rep. pud. c. tertio loco de probat. Alciatus de præſumpt. p. 2. præſumpt. 47. in fin. unde ſi crimen per alios non poteſt commodè probari, ſaltem per ſocios erit probandum. Tum quia id videtur evinci ex pluribus juribus ut ex c. ſi quis 2. 79. diſt. c. in primis 2. q. 1. c. 1. h. t. in 6. l. Provinciarum C. de feriis l. 1. C. de falſa moneta. Verùm hæc non obſtant: quia procedunt,quando teſtes ſunt idonei, & omni exceptione majores : ſocius autem criminis contra ſocium in jure non eſt teſtis idoneus ; proinde licèt ſit conſcius delicti, non propterea de eo debet interrogari. Unde textus omnes præcitati tantùm referuntur ad caſus in jure expreſſos, & in quibus reus de ſe confeſſus interrogatur contra ſocium, ut rectè notat Fachinæus lib. 9. controverſ. c. 88. vel procedunt de illis criminibus, quæ ut paulò ante diximus, non committuntur ſine ſociis, cujuſmodi ſunt crimina læſæ majeſtatis,conjurationis,ſacrilegii, aſſaſſinii, falſæ monetæ.

Videntur tamen contra aſſertionem adverſari aliquot textus, quorum primus deſumitur ex can. 14. Concil. Salegunſt. ubi habetur : ſtatuit quoque ſancta ſynodus, ſi duo de adulterio accuſati fuerint, & ambo negaverint ; & orant ſibi concedi,ut alterum illorum,utrùſque divino purget judicio,ſi unum in hoc deciderit, ut ambo Rei habeantur. ut refert Burchardus in ſuo decreto. Ex quibus infertur ex perſona unius Rei, qui propter defectum in purgatione habetur pro confeſſo, alium condemnari. Secundus textus deſumitur ex c. quoniam 3. de teſtib. ubi mulieres ſociæ criminis admittuntur ad dicendum teſtimonium contra clericos in eodem delicto, adeò ut confeſſio de ſe crimen contra ſocium fides adhibeatur. Tertius habetur in c. propterea 12. de ſponſ. ubi ad impediendum matrimonium, quando impedimentum ortum eſt ex propria turpitudine, ſufficit confeſſio alterius ſocii deponentis de propria turpitudine. 12

Verùm hi textus non adverſantur noſtræ aſſertioni ; ad primum enim relatum à Burchardo in fin. ſui decreti. reſpondetur, illum canonem Concilii Salegunſt. procedere in adulterio, quod neceſſariò inter duos perpetratur, quapropter deficiente uno in purgatione, etiam alter condemnari debebat, cùm in eo canone ambo conſenſerint, & uni pro utroque injungeretur purgatio, unde hoc uno deficiente in purgatione rectè utrique pœna injungitur. Ad ſecundum reſpondetur,mulieres illas in ſpecie talis textus fuiſſe emendatas,proinde potuiſſe contra clericos teſtimonium dicere juxta textum in c. per tuas 32. de ſimonia. Alii fortaſſis meliùs cum Innocentio ibid. reſpondent, in illa ſpecie mulierum teſtimonium quidem admitti, non tamen illis credi, nec fidem adhiberi, ut in eodem textu notat Cujacius. Ad tertium reſpondent communiter juris periti, matrimonium in illo textu inhiberi non ſolùm ob teſtimonium unius ſocii in turpitudine, verùm etiam, quia quò minùs cognatus rem illam palam proponeret, & teſtibus probaret, reſtitit illi potentia mulieris, proinde ne inceſtûs periculum adeſſet, prohibetur, ne matrimonium 13

monium in ea ſpecie contrahatur, ut docet Cujacius in eo textu.

14 Quòd ſi quis confiteatur crimen in judicio incidenter, & ſequatur poſtea inquiſitio, poteſt ordinariâ pœnâ puniri, ut decidit Innocentius III. in c.2. *b. t.* quia cùm confeſſus in jure habeatur pro convicto, & proprio ore ſe condemnet, adeò ut in tali condemnatione nullæ ſint partes Judicis *l. proinde ff. ad leg. aquil. c. præterea El.2. de tranſact.* ſiquidem confeſſus proprio ore damnatur juxta illud Lucæ c.19 *De ore tuo te judico*, & *c. nunc autem* 20.& delicta quocunque modo innotuerint, ſint punienda *c.Eccl.* 24.*q.*3. præſertim ſi ſit crimen ſimoniæ, quod eſt valdè exoſum in jure, ideò Innocentius III. in *præſenti cap. cum ſuper* 2. *b. t.* canonicum ſimoniæ crimen confeſſum officio, & beneficio privavit, ſiquidem hæc pœna eſt propria clerici ſimoniaci *c. per tuas.* Oritur tamen difficultas, quia ſine legitimo accuſatore nemo debet pœnâ ordinariâ puniri *c. de manifeſta* ubi Gloſſa 12.*q*.1. *c.unic. ut Eccleſ. benef.* ſiquidem Judex debet juxta formam libelli producti in judicio ſententiam dicere, non tam in cauſis civilibus, *l. ut fundus ff. communi divid.* quàm in criminalibus *c.qualiter el.2. de accuſat. c. licet de ſimon.* atqui ubi crimen incidenter detegitur, ut in præſenti ſpecie nulla intervenit accuſatio, proinde pœna ordinaria injungi non debet, & quia in præſenti caſû agebatur civiliter in ordine ad irritandam electionem, ideò ſi imponeretur pœna ultra intentionem actoris, ſequeretur condemnatio contra *l. non omnes* 19. *ff. de reb.credit. c.final. de jurejur. in* 6. verùm ad hanc difficultatem reſpondet Gloſſa in præſenti & in *c.* 1. *de except.* eſſe diſcrimen inter eum caſum, in quo crimen incidenter in judicio confeſſum attingit negotium principale, ac in eo involvitur, ac in caſu, in quo negotium principale non attingitur; & ait in primo caſu pœnam ordinariam imponi poſſe, tametſi crimen incidenter innotuerit, eò quia ut acceſſorium, & annexum in eodem judicio deducatur, proinde debet ab eodem Judice puniri, ſiquidem de connexis, & acceſſoriis eſt idem judicium *c. translato de conſtit. c. quanto de judic.* & quia in præſenti ſpecie crimen ſimoniæ attigerat principale negotium, ideò potuit canonicus ille pœnâ ordinariâ plecti; non ita valet, quando crimen incidenter in judicio confeſſum non attingit negotium principale.

15 Alii verò probabiliùs reſpondent, Innocentium III. in præſenti ſpecie inſtituiſſe judicium per viam inquiſitionis contra ipſum canonicum ad vindictam ſimoniæ, & quia conſtabat, eum fuiſſe ſimoniaca labe infectum, ideò officio, & beneficio eum privavit: quamobrem non tantùm ex confeſſione incidenter facta in judicio; verùm & formato proceſſu per viam inquiſitionis damnatus fuit pœnâ ordinariâ; adeò ut ob confeſſionem in judicio factam minor pœna non fuerit injuncta ob gravitatem ſimoniaci delicti, ob cujus odium plura in jure admittuntur, quæ in aliis delictis rejici ſolent, ut de ſocio interrogando in *c. ſocii.*

16 An verò poſitio ſuper facto negativo, quæ nequit aliter probari, niſi per confeſſionem adverſarii, ſit tunc admittenda, dubitatur. Agitur de hoc dubio in *c.* 2. *b t. in* 6. & reſpondetur, poſſe tunc eas poſitiones admitti à Judice, ſi ſuadente æquitate viſum fuerit ita expedire: ſiquidem ſtricto jure illud ſolùm poni poteſt, quod poteſt probari; & poſitio negativa, ſi non ſit per circumſtantias loci, & temporis determinata licèt non poſſit directè per teſtes probari, poteſt nihilominùs evinci quando Judex ſuadente æquitate cognoverit id expedire, ſeu admittere poſitiones tales negativas, ut ſi clericus abſque privilegio, & diſpenſatione habeat plura beneficia curata, tunc reus tenetur ad talem poſitionem negativam reſpondere, vel confitendo, & tunc alia probatio non erit neceſſaria, vel negando & tunc poteſt Judex reum compellere ad producendam probationem illius, quod negavit, nimirum ſe obtinuiſſe privilegium, & diſpenſationem pontificiam ſuper pluralitate beneficiorum, quia tunc reus quaſi excipit contra poſitionem actoris, proinde tenetur hanc exceptionem probare, alioquin ſi nolit reſpondere, poſitio habetur pro confeſſa. Non tamen Judex debet indiſtinctè admittere omnes poſitiones, ſed cum clauſula *ſalvo jure pertinentium, vel non admittendarum*, & ſuper illis etiam ferre interlocutoriam ſententiam, quòd tales poſitiones ſunt admittendæ, & impertinentes rejiciendæ, ut notat Gloſſa hìc *in princ.*

Quæritur primò, qualis ſit pœna injungenda reo, ſi contumaciter detrectet reſpondere ſuper poſitionibus, vel articulis? Reſpondetur, pœnam eſſe, quia tunc articuli habentur pro confeſſis *c.2. b.t. in 6.* verùm ut hæc pœna locum habeat, debent primò articuli eſſe magni momenti, & pertinentes ad cauſam ſaltem indirectè; alioquin ex officio Judicis ſunt rejiciendi: in dubio autem, an ſint relevantes nec ne, tenetur Judex eos admittere, quia tutiùs eſt ſuperfluum admittere, quàm omittere neceſſarium. Secundò, qui porrigit articulos, debet juramentum præſtare, quod vocatur juramentum *dandorum*, ſcilicet tenetur jurare, quòd nihil calumnioſè poſuerit. Tertiò ſi actor inter poſitiones attigerit aliquod crimen occultum rei, tametſi ad rem faceret, non tamen tenetur reus ſe ipſum prodere, & infamare Gloſſa in *c. cum cauſa* 27. *V. de cauſa extra de teſt.* Quartò requiritur, ut poſitiones, ſeu articuli ſint de facto, & quidem proprio ipſius rei, non verò de iure, alioquin non teneretur reſpondere; ſiquidem quæſtiones juris Judici relinquuntur. 17

Quæritur ſecundò, qualis ſit effectus confeſſionis factæ in judicio? Reſpondetur, præcipuum ejus effectum eſſe non ſolùm plenè probare, ſed etiam facere, ut, qui confeſſus eſt, habeatur contra ſe pro Judice, adeò ut talis confeſſio vim habeat ſententiæ, & rei judicatæ in cauſis civilibus quoad ipſum confitentem *l. unic. C. de confeſſ.* ratio eſt, quia nemo præſumitur contra ſe temerè confiteri: ſecus ſi in proprium favorem confiteatur, quia tunc fides illi non habetur Gloſſa in *cit. l. unic. V. ſolvere.* ſiquidem nulli in propria cauſa, & in favorem ſui creditur *l. de ætat.* 11. §.1. *de interrogat. actor.* Immo ex probationibus nulla poteſt major aſſignari, quàm 18

proprii

proprii oris confeſſio, quæ propterea à juris peritis dicitur probatio firmiſſima ſuperans omne genus probationis etiam per teſtes, & inſtrumenta factæ; non tamen hæc vera ſunt, ſi confeſſio fiat in ſavorem confitentis. Hinc licèt poſtquam ſemel concluſum eſt in cauſa, non admittatur alia probatio, nihilominus admittitur probatio per confeſſionem partis, ut notat Maranta *p.6. tit de confeſſ. n.21.* Rurſus eſt etiam effectus judicialis confeſſionis, quòd quamvis proceſſus nullus ſit ob non ſervatum juris ordinem, nec ſententia validè ferri poſſit; attamen confeſſio coram Judice facta valet, ut ex illa ferri poſſit ſententia, ut notat idem Maranta *loc. cit. num. 24.* Eſt etiam effectus judicialis confeſſionis, quòd reus convictus, & ſimul confeſſus in judicio non poſſit ampliùs appellare *l. 2. C. quorum appellat. non recip.* Quinimò etiam ſpontè tantùm confeſſus, & propria voce, tametſi convictus non ſit, regulariter nequit appellare in cauſis ſive civilibus, ſive criminalibus, ut aſſerit, Covarr. *pract. quæſt c.23. n. 5. concluſ.* a.

19 An verò confesſio judicialis exigat neceſſariò ſententiam definitivam Judicis contra ipſum confeſſum in judicio. Alii negant, eò quia confeſſus habeatur pro judicato, ac propterea ſit condemnandus. Alii è contra affirmant, quia judicium ſemel cæptum nonniſi per ſententiam finiri debet, & Judex, qui cognovit de cauſa, debet ſuper eadem pronunciare *l. de qua re 74. ff. de judic.* Alii procedunt cum diſtinctione, & reſpondent, quòd ſi confesſio facta ſit ante litis conteſtationem, non requiritur ſententia definitiva, ſed ſufficit præceptum Judicis de ſolvendo juxta *leg. un. C. h. t.* ſin verò confesſio facta ſit poſt litem conteſtatam, dicunt requiri ſententiam Judicis juxta *leg. de qua re ff. de jud.* idque propter authoritatem judicii incipientis à lite conteſtata. Alii aliter diſtinguunt, ſi enim ordine judiciario contra confeſſum procedatur in judicio: tunc dicunt, ſententiam eſſe ferendam: eò quia ordo judicii præcipuè conſiſtat in ipſa ſententia ferenda ſuper confesſione *l. 3. ff. h. t.* Sin verò procedatur ſine forma judicii ut in cauſis ſummariis, tunc dicunt, non requiri ſententiam poſt confesſionem, & in hoc ſenſu intelligunt *l. poſt rem 56. ff. de re jud.* & *l. certum 6. §. fin. h. t.* Verùm communiùs dicunt, in cauſis civilibus ſufficere præceptum Judicis de ſolvendo, adeò ut reus, quod in judicio confeſſus eſt, debeat intra tempus lege præſcriptum ſolvere juxta *l. ſi debitori 21. ff. de jud.* Secus in cauſa criminali contra ſpontè confeſſum requiri ſententiam definitivam, ſive confesſio præceſſerit litem conteſtatam, ſive non; quia in criminalibus confeſſus non habetur pro condemnato ob maximum præjudicium, ac periculum, quod in iis vertitur, ut notat Abbas in *c. at ſi clerici 4. n. 16 de jud.* Tum quia ad pœnam ipſo jure inflictam ante ſententiam nemo dicitur obligari.

20 Quæritur tertiò, an omnis confesſio facta coram Judice, ſeu in judicio habenda ſit pro judiciali? Reſpondetur affirmativè, ſi confesſio fiat in figura judicii. An verò talis confesſio facta à parte litigante revocari posſit, communior reſponſio eſt affirmativa, ſi tamen revocetur ſtatim, & confesſio ab adverſario nondum expreſsè fuerit acceptata, alioquin cùm per acceptationem adverſarius acquirat jus quæſitum, non debet eo invito privari: ante acceptationem autem poteſt revocari, quamvis nulla cauſa erroris aſſeratur, dummodo non ſit præſumptio iterum vacillantis mentis confitentis *argu. c. Præterea 7. de teſtib. cogend.* ubi habetur, quòd teſtis posſit in continenti ſuum errorem corrigere. Sin verò confesſio revocetur ex intervallo, tunc regulariter non admittitur, niſi priùs probetur error, antequam ſententia lata ſit *c. ult. huj. tit.* & *l. erroris 7. C. de juris, & facti ignor.*

21 Quæritur quartò, an confesſio judicialis abſente adverſario plenè probet. In jure civili pars negativa videtur probabilior *l. certum §. ſi quis ff. h. t.* & *l. fin. de interrogat.* In lege verò canonica talem confesſionem plenè probare aſſerunt Joannes Andreas apud Panormitanum in *c. fin. h. t. n. 16.* Joan. Honor. *eod. tit. n. 10.* & alii aſſerentes, quòd quamvis, ut alicui ex confesſione alterius obligatio quæratur, ejus præſentia ſit neceſſaria, eò quia confesſio ſit implicitum factum, & tacita promisſio; nihilominùs aſſerunt, aliter rem ſe habere, ſi præcisè de probatione per confesſionem agatur, quia tunc iniquum videtur, quòd confesſio Judici ſcienter, & deliberatè facta revocetur, ex eo præcisè, quia adverſarius præſens non fuerit. Quòd ſi reus non tantùm ore tenus, verùm etiam in ſcriptis patiatur ſuam confesſionem inſeri protocollo, cujus tenor adverſario poſtea communicetur, tunc nulli dubium, quin etiam de jure civili talis confesſio plenè probet: quia cùm ſcriptura ſemper dicatur loqui, ideò non ſolùm Judici, ſed etiam adverſario facta eſſe cenſetur, ut docet Panormit. in *c. ex parte 3. h. t. n. 15.* & cum ipſo, ferè omnes Canoniſtæ.

22 Quæritur quintò, an confeſſio facta coram Judice incompetente, vel etiam competente, ſi poſtea deleta ſint acta propter non ſervatum ordinarium proceſſum, valida ſit? Certum eſt, confesſionem factam coram Judice non competente, ſeu non ſuo, non haberi pro judiciali, quapropter non eſt judicialis confesſio facta à clerico coram Judice laico *c. at ſi clerici 4. de judic.* ſed tantùm haberi pro confesſione extrajudiciali: quia cum Judex incompetens nullam vim addat tali confesſioni, nec etiam ullam adimit. Tum quia nulla ſuppetit ratio, cur hujusmodi confesſio facta coram Judice incompetente minùs valere debeat, quàm ſi fieret omninò extra judicium, & nullo præſente Judice: quamobrem illa confesſio habet eandem vim, ac confesſio extrajudicialis. Immo docent Canoniſtæ, quòd Judex competens posſit compellere confeſſum coram Judice non ſuo, ut vel perſiſtat in confeſſione, vel doceat de errore, & cauſa variandi, ut notat Felinus in *c. at ſi clerici 4. de judic.* Sin verò confesſio fiat coram Judice competente, & ob non ſervatum ordinem juris judicium non ſit validum, nihilominùs adhuc confesſio illa habetur pro judiciali, quia confesſio ante litem conteſtatam facta in judicio cenſetur judicialis; proinde talis confesſio facta in judicio habet eandem

vim, ac confeſſio facta ante litem conteſtatam, ut notat Bart. in *l. ſi confeſſus de cuſtodia reor.*

23 Quæritur ſextò, quænam requirantur, ut confeſſio per metum, ſeu tormentum extorta aliquid probet. Reſpondetur, ad id tria requiri; primò quòd conſtet de corpore delicti, ſeu quòd illud delictum, da quo aliquis arguitur, reverà ſit factum: quapropter ſi Raus in tormentis ſateatur, ſe alibi homicidium perpetrâſſe, inquirendum eſt, an in eodem loco aliquando tale homicidium commiſſum fuerit. Secundò quòd contra reum tormentis torquendum habeantur gravia indicia de patrato crimine ab ipſo. Tertiò, quòd qui conteſſus eſt in tormentis, vel metu tormentorum perſiſtat in tali confeſſione etiam poſt tormenta. Dicitur autem perſiſtere in confeſſione, ſi poſt horas 24. à tormentis, vel metu eidem incuſſo confeſſionem ſuam adhuc repetat, ut notat Farinacius *opor. crimin. q 1. de judic. & tortur.*

24 Quæritur ſeptimò, an confeſſio ſubſtituti, vel vicem gerentis noceat principali? Reſpondetur, confeſſionem Procuratoris, vel Advocati absqua ſpeciali mandato obtento à principali ſemper poſſa ab aodem revocari, tametſi non probaverit errorem, aut ſalſitatem, quia ſemper major fides adhibetur atteſtanti de facto proprio, quàm de alieno, proinde magis creditur principali neganti factum proprium, quàm procuratori confitenti factum alienum, quod ignorare poteſt *l. 6. §. de confeſſ. l. ſi defenſ. 10. de interrogat. action.* Tum quia ex regulis juris habetur, quòd non debeat alteri per alterum iniqua conditio inferri: & factum cuique ſuum non alteri nocere debeat. Confeſſio adminiſtratoris, vel Prælati ſi ſpontè fiat extra judicium, non cenſetur præjudicare Monaſterio. Secus tamen ſi in judicio per viam contentioſæ jurisdictionis: ratio diſcriminis eſt, quia ſpontè facta confeſſio eſt aliqua donatio, quæ rei alienæ adminiſtratoribus prohibetur. Et in ſpecie de confeſſione Prælati, etiam in judicio facta dicitur, quòd duplici via revocari poſſit, nimirum vel de jure communi, ſi Prælatus paratus ſit docere errorem: vel per viam reſtitutionis in integrum, ubi non requiritur probatio erroris, ſed tantùm læſionis, quòd Eccleſia ex tali confeſſione detrimentum paſſa fuerit.

25 Quæritur octavò, an reus de crimine interrogatus à Judice teneatur illud confiteri? Reſpondetur cum diſtinctione, ſi enim Judex non ſit competens, vel non habeat jus interrogandi, eò quia reus non ſit de tali crimine infamatus, nec aliis indiciis ad ſemiplenam probationem gravatus, tunc non tenetur reus interrogatus confiteri, tametſi ex negatione confeſſionis Judici, vel accuſatori imputetur calumnia: quia tunc raus non confitendo ſuum crimen, utitur jura ſuo: verùm in hoc caſu licèt damnum, quod oritur Judici, vel accuſatori, ſit per accidens, eò quia reus illud non intendat, ſed tantùm prætendat uti jure ſuo; nihilominus ut conſulat famæ tam Judicis, quàm accuſatoris, poſſet aſſerere, ex probabili errore eos fuiſſe deceptos. Sin verò raus interrogetur à Judice competente, & habente jus interrogandi, tunc duæ extant ſententiæ, quarum prima affirmat, reum teneri ſuum crimen in judicio fateri, quia ſi Judex habet jus interrogandi, reus habet obligationem ad reſpondendum, & ad veritatem dicendam, ſunt enim corralativa jus interrogandi, & debitum reſpondendi. Tum quia intereſt reipublicæ, ut ſcelera puniantur *c. ut fama de ſent. excommun.* ita enim docent cum D. Thoma 2. 2. *q. 69. art. 1.* omnes Thomiſtæ. Alii verò reſpondent, quòd ſi agatur in cauſa capitali, & de damno vitæ, non teneatur reus confiteri ſuum delictum, ea innixi ratione, quia præceptum humanum, quale eſt illud Iudicis, non ſoleat obligare cum tanto damno; immo id probant à minore ad majus, quia ſi conſanguineus de jure non poteſt compelli, ut veritatem dicat contra alium ſuum conſanguineum *l. 4. ff. de teſtib.* à fortiori nec contra ſe ipſum. Hanc ſententiam tuentur Canoniſtæ cum Innocentio in *c. dudum 2. de elect.* apud Panormit. in *c. 2. h. t. n. 28.*

Quòd ſi dubitetur, an Judex legitimè in- 26
terroget, tunc reum non teneri ſuum fateri criman, docent communiter: eò quia in dubio melior ſit conditio poſſidentis. Non tamen reus inſamatus de uno crimine eſt interrogandus de aliis etiam in eodem genere, niſi fortaſſis etiam de frequentia ſit diffamatus, ratio generatim eſt, quia nullus poteſt in iudicio interrogari, an commiſerit tale delictum, niſi ſufficientia præceſſerint indicia, hinc neque reus debet interrogarà de ſociis, ut ſuperiùs innuimus, niſi crimen ſit tale, quod ſina ſocio perpetrari non poſſit, vel niſi crimen exceptum ſit. Quòd ſi reus ſpontè indicaret complices, & eſſet perſona vilis, non faceret ſemiplenam probationem, ſed tantùm præberet occaſionem ad inquiſitionem, niſi alia adminicula concurrerent.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones.

QUæritur primò, an Reò confeſſo, val 27
convicto dari debeant defenſiones? Reſpondetur, duas circa hanc quæſtionem eſſe ſententias, prima enim negat, has deſenſiones concadendas eſſe Reo confeſſo, & convicto, & ita docent Campegius in *addit. ad Zanch. tract. de haret. c. 9. V. judiciorum verò copiam.* Carer *tract. de haret. n. 131.* Eymericus *3. p. direct. n. 117. in princ.* & alii, qui nituntur: quia deſenſiones ad eum tantùm finem conceduntur, ut delictum defendi poſſit: quando autem Reus per propriam confeſſionem, vel per teſtium probationem eſt de patrato delicto convictus, non poteſt delictum deſendi: proinde deſenſiones non ſunt ai concedendæ, quia ceſſante fine ceſſant media conducentia ad ipſum. Præterea quia in notoriis, & manifeſtis non dantur deſenſiones, & nihil eſt magis notorium, vel manifeſtum, quàm id, quod propria Rei confeſſiona, vel teſtium

vel teſtium probatione eſt io iudicio probatum, conſequenter ſemel, quòd delictum eſt manifeſtum eò quia Reus ſit illud confeſſus, vel teſtes plenè ipſum probaverint, non ſunt Reo concedendæ defenſiones. Firmatur, quia in crimine hæreſis ex ſola Rei confeſſione condemnetur Reus, oec illi conceduntur defenſiones. Secunda ſententia, quæ mihi videtur probabilior, docet, eſſe concedendas defenſiones Reo etiam confeſſo, adeò ut ſive delictum per propriam Rei confeſſionem, ſive per teſtium probationem fuerit io judicio probatum, adhuc Reo confeſſo debeant defenſiones concedi. Primò, quia id eſt rationi magis conſonum, ac conveniens, ne ſcilicet Reus ullo tempore conqueri poſſit, ſe iniuſtè fuiſſe damnatum. Secundò, quia plura opponi poſſunt etiam contra propriam Rei confeſſionem (ſiquidem dici poteſt, quòd ex timore facta fuerit) proinde non obſtante teſtium probatione, vel propriâ Rei confeſſione, adhuc dari debent Reo defenſiones. Tum quia defenſiones ſunt ſemper de iure naturæ, & colligitur ex *clement. Paſtoralis §. cæterùm de ſent. & re judic. clement. ſæpè de V. S. l. ut vim ff. de juſtit. & jur.* & docent communiter Doctores præſertim Calderinus *tract. de hæres. rubr. de mater. proceſſ. n. 3.* Farinac. *q. 185. n. 210.* Pegna 3. *p. direct. comment. 28. V. ad defenſiones juris.*

28 Imò defenſiones ſunt concedendæ Reo, tametſi ipſe eas non petierit, idque ex officio Judicis iuxta textum in *l. Etſi non defendantur §. de pæn.* & *in authent. qui ſemel C. quomodo, & quando Judex.* ratio eſt, quia Judex tenetur ex officio Reo defenſiones concedere: ſiquidem ex officio tenetur hæreditatem inveſtigare, & nulla alia via ad inveſtigandam hæreditatem eſt aptior, quàm conceſſio defenſionum, quæ iure debentur, ut ootat Farinac. *lib. 1. prax. tit. 5. q. 39. n. 97.* Idque procedit non ſolùm ante latam ſeotentiam, ſed etiam poſt ipſam, quia ſententia lata ſine præviis defenſionibus Rei non tranſit in rem iudicatam, proinde procedi poteſt, ac ſi ſententia data oon fuiſſet: hinc Reo dari debet copia iudiciorum, & adverſariorum (tacitis tamen eorum nominibus) probationum: alioquin non poſſet ſe defendere, cùm præcipua Rei defenſio conſiſtat in purgandis contrariis indiciis, & infirmandis adverſariorum depoſitionibus, ut notat Farinacius *q. 39. n. 154.* Hinc ad rationem primæ ſenteotiæ reſpoodetur, confeſſionem factam à Reo poſſe infirmari ab eodem, quia poteſt probare ſe ex timore talem confeſſionem feciſſe. Ad ſecundam reſpondetur, ootoreitatem profectam ex confeſſione Rei, vel etiam ex probatione Teſtium noo eſſe tantam, ut ſine defenſionibus conceſſis Reo debeat hic damnari: quia Reus audiendus eſt, an habeat exceptiones circa teſtes, ut eorum probationes poſſit infirmare. Ad aliud; quod addebatur de crimine hæreſis, reſpondetur, eſſe itidem interrogandum Reum, ut ſe defendat ab hoc crimine, de quo accuſatur. Præterea eſt diſcrimen, quia cùm crimen hæreſis conſiſtat in ſolo animo; ideò per ſolam Rei confeſſionem videtur ſufficienter probari, ut notat Pegna 3. *p. direct. comment. 28. n. 117.* quod non procedit de aliis criminibus, in quibus uon ſufficit ſola rei confeſſio, niſi conſtet etiam de corpore delicti *l. 1. §. item illud ff. ad Senat. conſult. Sil.*

Quæritur ſecundò, quónam tempore debeat fieri, ut Reus ratificet coofeſſionem factam in tormentis? Certum eſt, poſt inflicta tormenta, & confeſſionem in eis erutam, Reum adhuc non poſſe condemnari, quin priùs coofeſſionem factam in tormentis ratificet, ut docent Gloſſa in *l. Servos C. ad leg. Jul. de vi publ.* Symanch. de *cathol. inſtit. tit. 65. n. 67.* Suarez de *Paz. in prax. tom. 1. p. 5. c. 3. § 12 n. 23.* & alii communiter. Difficultas igitur eſt, quandónam debeat Reus ratificere confeſſionem à ſe io tormentis factam, quia in iure id non definitur, proinde plures cum Bartolo in *l 1. §. Divus. Severus ff. de quæſt.* cenſent, id relinquendum eſſe arbitrio Judicis. Alii verò cum Antonio Gomez *tom. 3 var. c. 13 n. 24.* putant, hanc confeſſionem eſſe ratificaodam poſt ſpatium unius diei naturalis 24. horarum. Alii verò volunt, hanc ratificationem eſſe faciendam, poſt duos, vel tres dies à tempore, quo fuit inflicta tortura, ne adhuc tormentorum dolor, & vehemens animi perturbatio videatur durare, & ita docent Symancha de *cathol. inſtit. tit. 65 n. 71.* & Miranda in *ord. judic. tom. 2 q. 26. art. 17. concluſ. 5.* ubi etiam notat, Inquiſitores ſolere in tertiam diem differre Rei ratificationem. Præterea ſicut Reus, ut virtute ſuæ confeſſionis poſſit condemnari, requiritur, ut eam extra locum tormentorum ratificet, ita dicendum eſt de confeſſione, quam Reus fecit ex realis tormenti propinqua comminatione; quamvis verbalis territio remota hanc ratificationem noo exigat, ut docent plures apud Souſam in *aphor. inquiſ. lib. 2. c 39. n. 41.*

His præmiſſis reſpondetur ad quæſitum, modum habendi à Reo hanc ratificationem (prout hodiè ſervatur) eſſe, ut Reus ad effugiendam ſuggeſtionem non lecta ſibi confeſſione, moneatur ad repetendum in ſubſtantia, quod in ſua coofeſſione per torturam, vel quid aliud ſimile eruta realiter, & io effectu dixerit, & ut repetita ab ipſo præfata confeſſione in ſubſtantia, legatur poſtea eadem confeſſio per extenſum, & petatur ab ipſo, an quæ ipſi lecta ſunt, eadem illa ſint, quæ confeſſus fuit per torturam, vel per quid aliud ſimile, & an velit eadem tanquam vera coofirmare, & inteodat ea ratificare. Quòd ſi Reus tortus fuit confeſſus in tortura, vel alio ſimili, & poſtea confeſſionem revocaverit: ſi poſt revocationem adhuc ſponte fuerit iterum confeſſus aſſerendo ea, quæ dixit in tortura, vel alio ſimili loco realiter, & in effectu vera eſſe; tunc confeſſio facta io tortura adhuc valet, & ſubſiſtit, eò quia corroboretur per confeſſionem ſpontaneam, proinde ex vi illius poteſt Reus condemnari ad pœnam ordinariam. Cæterùm confeſſio in torturâ, vel alio ſimili facta, adhuc extra torturam, quamvis ex intervallo legitimè ratificata poteſt ex allegatione erroris ut etiam ex erroris probationis oblatione revocari, ut docent plures cum Caballo io *reſol. crim. cent. 2. caſ. 186. n. 4.* Et licèt non deſint, qui putent, hoc ooo procedere, quando indicia urgentia, ut confeſſio extrajudicialis, & alia id genus torturam præceſſerunt. Verior

tamen ſententia eſt, quòd probato errore confeſſio revocetur: quòd ſi error probatus non fuerit, tunc non iterum ad torturam, ſed ad condemnationem definitivam deveniendum eſt.

31 Quæritur tertiò, an Reus tortus, ſed negativus puniri poſſit pœna aliqua ſaltem extraordinaria? Reſpondetur cum diſtinctione, vel enim tortura fuit ſufficiens ad purganda omnia indicia ſecundùm qualitatem delicti, & indiciorum, & tunc non poteſt puniri pœna aliqua, nec extraordinaria, ſed debet abſolvi: vel tortura non fuit ſufficiens, & tunc puniri poteſt pœnâ aliquâ extraordinariâ arbitrio Iudicis, id enim ob qualitatem criminis ſervatur in hæreſi, in qua quando indicia ſunt gravia, & valdè urgentia, quamvis purgentur per torturam, quoad pœnam ordinariam, non tamen purgantur etiam quoad pœnam extraordinariam, niſi fortaſſis acris aliqua tortura cenſeretur evacuâſſe ſufficienter omnia illa indicia, quæ fuerant contra Reum, ut docent Rictius *p.1. deciſ.73. n.8.* Boſſius *tit. de inquiſ. n. 30.* Julius Clarus *q. 64. n. 38.* ubi ait: *Apud nos autem quandoque etiam poſt gravem torturam, & Rei perſeverantiam in negatione, ubi indicia ſunt valdè urgentia, ſolet Senatus Reos condemnare non quidem ad pœnam ordinariam, ſed extraordinariam ſcilicet triremium ad tempus.* Idque præcipuè debet procedere in crimine hæreſis propter ejus enormitatem: alioquin Reus, quamvis in tormentis negaverit, & per tormenta indicia evacuaverit, ſi poſt torturam iterum de delicto interrogetur, & reperiatur varius; non poteſt iterùm torqueri, quia cùm omnia indicia, quæ contra ipſum proceſſerant fuerint per torturam purgata, hæc variatio non videtur ſufficere, ut Reus iterùm torqueatur, quinimò neque ut amplius interrogetur, ut notant Doctores, quos ſequitur Antonius de Bellis in *tract. var. lib.1. q.17. n.12.*

32 Quæritur quartò, an confeſſio extrajudicialis ſufficiat ad inferendam Reo torturam? Reſpondetur affirmativè, ſi Reus extra judicium ſaltem apud duos de patrato crimine ſe jactaverit, vel ſe authorem criminis dixerit, & ita docent Gloſſa, Bartolus, Baldus, & communiter alii, quos citat, & ſequitur Gomez *tom.3. var. c. 13. n.8.* & præ cæteris docent Felinus in *c. Olim de reſcript. n. 5.* Clarus *q. 21. n. 31.* Binsfeld. in *comment. de malef.* & *de indic. §.9.* Miranda in *ordin. judic. n.2. q. 26. art.7. concluſ.1.* Farinac. *q.37. n.47.* Menoch. de *præſumpt. lib.1. q.89. n. 14.* Verùm tunc teſtes coram quibus ſe Reus jactavit, debent eſſe omni exceptione majores; quia debet omninò hujusmodi judicium conſtare, quia cùm crimen ex tali indicio non certè concludatur, ſi etiam ipſum judicium non conſtaret per teſtes omni exceptione majores; æquitas non pateretur, ut Reus ob tale indicium non certum, ſed dubium torqueretur ad eliciendam criminis confeſſionem, & id etiam procedit de confeſſione facta coram Judice incompetente, ſcilicet non habente poteſtatem cognoſcendi cauſam, eò quia Reus non ſubjiciatur ejus juriſdictioni, vel quia cauſa ab ipſius tribunali ſit exempta *c. at ſi Clerici de judiciis*: licèt enim tunc non poſſit condemnari à proprio Judice, poteſt tamen torqueri tanquam ex indicio, quod infert magnam criminis præſumptionem; quamvis talis confeſſio non debeat eſſe extorta metu tormentorum, ſed duntaxat metu probationum, vel debeat eſſe prorſus ſpontanea, ut docent Genuenſis in *prax. Archiepiſc. Neapol. c.8. n.3* Miranda *in ordin. judic. to. 2. q. 26. art 7. concluſ.2.* Pegna in *direct. inquiſ. p.3. comment.118. in append.* Non tamen id procedit de confeſſione facta ſacerdoti in ſacramento Pœnitentiæ, quia tametſi iniquus ſacerdos talem confeſſionem divulgaret, & crimen manifeſtaretur, adhuc talis manifeſtatio nullum operaretur effectum ad torturam, neque ad inquiſitionem, imò neque ad ullam informationem *argu. c. ſi ſacerdos de offic. ord.* quia, quòd pœnitens in hoc ſacramento confitetur ſacerdoti, ei non manifeſtat ut homini ſed ut Deo, proinde nihil poteſt ſacerdos de auditis in confeſſione teſtari ut homo: alioquin ejus revelatio, & quidquid ex vi talis revelationis fieret, cederet in Dei injuriã, & ipſius ſacramenti, quod perquàm odioſum redderetur. Cæterum confeſſio facta in tortura ex præcedentibus indiciis, ut valeat, penitùs exigere ratificationem, quia confeſſio extrajudicialis facta coram uno, vel altero teſte non eſt efficacior, quàm ſemiplena probatio: atqui ſi Reus poſt ſemiplenam probationem torqueatur; & in tortura delictum, de quo fuerat accuſatus, confiteatur, adhuc poſt torturam requiritur ratificatio, ut docent Miranda in *ord. judic. tom.2. q. 26. art.7. concl.1.* Gomez *tom.3. var. c.13. n. 8.* Symancha de *cathol. inſtit. tit. 65. n. 70.* Suarez de *Paz. in prax. tom.1. p.5. c 3. §. 12. n. 26.* Cæterùm ob hanc confeſſionem extrajudicialem adhuc poteſt Reus condemnari ad aliquam pœnam extraordinariam, quia ut notat Abbas in *c. quàm ſit grave de exceſſ. Prælat.* videtur Reus in alterius injuriam ſe de crimine jactâſſe.

Quæritur quintò, an confeſſio unius criminoſi facta in judicio præjudicet aliis, adeò ut admittenda ſit, & probet contra alios ſocios criminis? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. cum Monaſterium 1. h. t.* & ratio eſt; quia qui confitetur crimen in judicio; efficitur infamis *c. teſtimonium de teſt.* atqui infami in alterius præjudicium regulariter non eſt credendum *c. infamis §. porrò 3. q. 7.* proinde ſecundùm juris utriusque ſtatuta de ſe confeſſi ſuper aliorum conſcientiis interrogari non debent, adeò ut, regulariter, & ordinariè non ſit licitum, ſed prohibitum utroque jure, quando ſocii criminis ſunt occulti, & quorum nulla præcedit infamia, nulla adſunt indicia, nec ulla probatio, interrogare Reum tortum, & confeſſum de complicibus, ſeu ſociis criminis. Tum quia ad id proni ſunt homines mali, ut peroptent habere ſocios delictorum, & pœnarũ. Tum ne fortè ipſi Rei veniã ſperantes à Principe ob favorem, & privilegium alterius accuſent Innocentes, vel ex odio, vel inimicitia, vel ex alio reſpectu, ut & ipſi eodem afficiantur ſupplicio, ut notat Farinac. in *prax. crim. p. 1. lib.1. tit.5. q.43. n.8.* & quia fraudibus eſt obviandum *c. plerumq; de reſciſſ.* ideò præſertim in criminalibus requiritur, ut teſtis ſit omninò vitâ innocens, actu integer: quia ſi vita bona deſit, jam fide caret, quia non poteſt juſtitia cum homine ſce- 33

lerat-

ſerato habere commercium *c. ſorus de V. S.* Hæc tamē doctrina limitatur, ut non procedat de criminibus à jure exceptis, & in quibus jus ſtatuit, ut poſſint de ſe confeſſi interrogare de complicibus, ſeu ſociis criminis: & hæc crimina ſolent etiam vocari excepta, eò quia in ipſis non debeant neceſſariò obſervari, quæ aliàs jure poſitivo ſtatuta ſunt circa inquiſitionem aliorum criminum. Hæc autem crimina excepta, ſunt quæ reipublicæ maximum inferunt detrimentum, bonúmque publicum graviter lædunt, ut crimen læſæ Majeſtatis *c. Cùm Monaſterium 1. h. t.* crimen hæreſis *c. in fidei 5. de hæret. in 6.* crimen Veneficii *l. fin. C. de maleſ.* crimen latrocinii, & graſſationis per vias publicas *l. Divus 6. ff. de cuſtod. Reor. l. penult. C. de feriis.* Crimen ſacrilegii ut notat Menochius *de arbit. Iud. caſ. 474.* Crimen ſimoniæ, in quo etiam ſocius criminis, & non muneris, teſtis admittitur, ſi non agatur criminaliter, ſed civiliter *c. 1. de teſtib.* Menochius *loc. cit. num. 31.* crimen falſæ monetæ, eò quia accenſeatur criminibus læſæ Majeſtatis *l. 2. C. de falſ. monet.* In his omnibus Reus poteſt de ſociis interrogari ob enormitatem criminum, ut etiam excipitur crimen furti non tamen ſecundùm jura, ſed per conſuetudinem Judicum ſecularium, apud quos uſus invaluit, ut deprehenſum in uno furto examinent de aliis furtis alibi commiſſis, tametſi de illis nulla habeant indicia, idque ob magnam frequentiam hujus criminis, cui ſæviùs obviatur: hinc auditur confeſſio unius latronis contra alium, & contra Receptatorem *l. Provinciarum C. de fer.* ut notat Julius Clarus in *pract. crimin. § fin. q. 64.*

34 Rurſus limitatur in delictis occultis, & quæ difficilis ſunt probationis, & proinde plerumque de veritate in iiſdem conſtare non poteſt niſi per ſocios criminis, tunc enim admittuntur ſocii criminis in teſtes, ut notat Farinacius *loc. cit. n. 68.* ubi ait, hanc eſſe doctrinam communiter receptam, tale eſt crimen conſpirationis contra Principem, vel Epiſcopum, in hoc enim crimine etiam admittuntur ut teſtes, ſocii conjurationis *c. ult. de teſtib. cogend.* Excipitur etiam homicidium commiſſum domi, vel per venenum, furtum commiſſum de nocte, crimen ſuppoſiti partûs, & generatim omne aliud occultum crimen; ut docet Farinacius *loc. cit. num. 74.* ubi tamen notat, hoc non procedere in omni caſu, in quo veritas aliter haberi non poteſt; nec de omni delicto occulto, aut difficilis probationis, ſed tantùm de eo crimine, quod vel ex ſua natura committitur cum pluribus, ut eſt conjuratio contra Principem; vel quando ex particularibus indiciis, vel aliis circumſtantiis veriſimile eſt, Reum habuiſſe ſocios. Rurſus nec procedit doctrina tradita de delictis, quæ non committuntur principaliter in alterius injuriam, & odium, ſed in commodum ipſius delinquentis, ut eſt falſare monetam, furari, tunc enim poteſt Reus interrogari de ſociis; non verò quando delicta principaliter committuntur in alterius injuriam, vel odium. Hæc tamen limitatio non videtur ſubſiſtere, quia ex jure certum eſt, in homicidio ſervos poſſe interrogari de ſociis *l. 1. §. fin. ff. de quæſt.* & nihilominus homicidium principaliter committitur in alterius injuriam.

Quæritur ſextò, an confeſſio facta in judicio à parte litigante poſſit revocari? 35 Reſpondetur cum diſtinctione, ſi talis confeſſio revocetur incontinenti, antequam acceptata ſit expreſsè à contraria parte, tunc poteſt revocari; ſin verò acceptata ſit expreſsè à parte contraria, tunc non poteſt ampliùs revocari: ratio eſt, quia per acceptationem jus acquiritur adverſario; & jus quæſitum non debet eripi alteri invito: cæterum confeſſio facta in judicio à parte litigante revocari poteſt incontinenti, tametſi nulla cauſa erroris afferatur, vel oſtendatur; dummodo alia contra confitentem mentis vacillantis non ſit præſumptio *argum. c. Præterea 7. de teſtib. cogend.* ubi dicitur, quòd teſtis poſſit errorem ſuum incontinenti corrigere. Quòd ſi confeſſio revocetur ex intervallo, tunc revocatio non admittitur, niſi error probetur antequam ſententia lata ſit *c. Ex parte ult. h. t. l. Errorū 7. C. de jur. & fact. ignorant.* hinc etiam teſtis ex intervallo non poteſt ſuum errorem corrigere. Cæterum ſi error probetur confeſſio quamvis deliberatè facta, imò & jurata fuerit, poteſt revocari: ut notat Zoëſius *ff. h. t. num. 12.* quia errans, & qui fallitur, non poteſt dici perjurus *c. homines 3. cauſ. 22. q. 1.* 36

Quæritur ſeptimò, quid requiratur, ut Judex Reum de ſe confeſſum poſſit juridicè interrogare de ſociis in illis criminibus, quæ in jure excipiuntur, & de quibus poteſt Judex interrogare? Reſpondetur, plura requiri. Primò, ut Reus confeſſus crimen in judicio, interrogatus, & denuntians ſocios criminis fidem faciat contra illos, interrogari debet à Judice non in ſpecie, ſeu in individuo de certa aliqua perſona, adeò ut Judex non debeat interrogare Reum, an habuerit in eodem delicto ſocium Franciſcum; ſed tantùm in genere; an habuerit ſocios criminis neminem ſpeciatim nominando: alioquin ſi de aliquo in individuo fieret interrogatio, eſſet potiùs ſuggeſtio, quàm inquiſitio *l. 1. §. qui quæſtionem ff. de quæſtion.* Excipitur tamen niſi adſit legitima præſumptio contra aliquam perſonam, ob quam ſit ſuſpecta de crimine, eò quia adſint publica indicia particularia contra ipſam; quia tunc de illa etiam in particulari poteſt interrogari, ut docent Maſcardus de *Probat. concluſ. 1311. num. 39.* Farinacius in *prax. crimin. p. 1. lib. 1. tit. 5. q. 43. num. 132.* & ratio eſt, quia cùm Judex in hoc caſu poſſit ſpecialem inquiſitionem facere, poteſt etiam id inquirere ex ipſo reo. Quòd ſi Reus jam in judicio confeſſus eſſet, ſe cum ſociis in genere deliquiſſe, tametſi eorum nomina non expreſſerit; tunc poteſt ulteriùs Judex petere, ut ſocios ſpeciatim nominet, ne denuntiatio ſociorum facta in judicio fruſtranea ſit, ut notat Farinacius *loc. cit. n. 132. in fin.*

Secundò requiritur, ut Reus, qui ſocios 37 criminis denuntiavit, ultrò ante tormenta, vel in ipſis tormentis, cùm etiam de ſe confiteretur; eandem denuntiationem poſteà confirmet in tortura, quia non eſt ipſi fides habenda, niſi ſuper eadem denuntiatione poſtea torqueatur, ut nimirum conſtet, ſe in illa perſiſtere, & varium

non eſſe; & id ſtatuitur in favorem denuntiati, ne fortaſſis innocens periculum incurrat pœnam non debitam ſubeundi *l. ob carmen* 21. §. *ſi ex ff. de teſtib.* Ratio itidem eſt, quia ſemel, quòd Reus confitetur delictum à ſe perpetratum, eſt infamis; & infamis non admittitur in teſtem, nec illi creditur contra alium ſine tortura, ut notat Farinacius *loc. cit. n.* 134.

38 Tertiò requiritur etiam, ut Reus juramento confirmet denuntiationem ſocii criminis, quia cùm in civilibus non credatur teſti deponenti ſine juramento, ut habetur in *tit. de teſtib.* §. & *Cod. eod.* multò minùs in criminalibus credi debet non jurato in præjudicium alterius ob majus damnum, quod alteri infertur, ut notat Julius Clarus *q. 21. num.* 10. ubi addit ſufficere interdum, ſi interveniat juramentum, ſive ante torturam, ſive poſt, in confrontatione facienda coram denuntiato, contra quem à jurato deponitur. Quòd ſi dicas, deponentem contra ſocium criminis eſſe Reum, & Reo etiam non jurato credi. Reſpondetur, quòd tametſi ſit Reus quoad ſe, & ipſi etiam non jurato credatur, quatenus de ſe confitetur, non tamen eſt Reus quatenus deponit contra alium, quem denuntiat, quia tunc gerit vicem teſtis, cui propterea non creditur ſine juramento ex juris generali doctrina, ut notat Julius Clarus *loc. cit.* adeò ut aſſerenti aliquid in alterius præjudicium non ſit fides adhibenda, niſi juramento confirmet, quod aſſerit. Addit tamen Clarus, praxim in aliquibus locis eſſe, ut criminoſis de ſe confeſſis, ſi ſocios criminis denuntient, ſit fides habenda etiam ſine juramento, eò quia non ſit ſatis tutum perſonas aliquas præſertim veneficas, & ſagas adigere ſub juramento ad veritatem ob periculum perjurii.

39 Quartò, requiritur etiam, ut conſtet, denuntiantem ſocium criminis nullam cum denuntiato inimicitiam fovere, nec ullam adeſſe vindictæ ſuſpicionem, alioquin non eſſet ei fides habenda, nec in ipſis criminibus exceptis, ut notat Farinacius in *prax. crim. p. 1. lib. 1. tit. 5. q. 43. num.* 179. ſiquidem inimicus capitalis nec in criminibus exceptis admittitur ad teſtificandum, ut liquet ex *c. Per tuas 32. juncta Gloſſa V. inimicitia de ſimonia.*

40 Quintò, requiritur etiam, ut criminoſus in ſuis depoſitionibus contra ſocios criminis non ſit varius, ſed conſtans in ſemel denuntiatis: alioquin non eſt ipſi fides habenda, etiam ſi variet, ſitque ſibi contrarius poſt juramentum.

41 Sextò, ut Reus de ſe confeſſus præter defectum criminis non ſit aliunde infamis, nec aliis notatus criminibus, ob quæ inhabilis eſſet ad teſtificandum.

42 Septimò, ut denuntiatio facta à Reo criminoſo contra ſocios criminis non ſit nuda, ſed adminiculata, hoc eſt adjuta aliis conjecturis, ac indiciis patrati criminis, quæ indicia ſunt infamia perſonæ denuntiatæ, locus, tempus, modus, & aliæ circumſtantiæ, ex quibus ſocietas criminis veriſimiliter appareat, ut notat Farinacius *loc. cit. n.* 145.

43 Quæritur octavò, quid requiratur, ut fides adhibenda ſit Accuſatori? Reſpondetur, ad id requiri, ut Accuſator unius Rei, vel ſocii criminis accuſet eum talibus conjecturis, ut poſſit fides eidem præſtari, adeò ut denuntiatio, ſeu accuſatio non debeat eſſe nuda, ſed adminiculata, ſeu adjuta alio indicio veriſimili criminis: quia tunc poteſt Judex ſtantibus indiciis inſtituere ulteriorem ſpecialem inquiſitionem, ut notat Farinacius *loc. cit. q. 43. n.* 129. ſiquidem jus naturale, & gentium dictet, nullam eſſe fidem habendam Accuſatori, vel denuntiatori in alterius præjudicium, niſi veriſimile indicium, vel præſumptionem criminis offerat: quia niſi ita cautè procederetur, poſſet quislibet pro ſuo arbitrio alium accuſare, ejus famam lædere, & ejus perſonam in diſcrimen adducere: unde jura rectè exigunt, ut neque ad inquirendum ſufficiat nuda denuntiatio, niſi aliud indicium ſaltem leve concurrat. Verùm id procedit, quando perſona vilis, & ſuſpecta, ac de ſe crimen confeſſa denuntiat talem perſonam honeſtam ſine ullo alio indicio patrati criminis: alioquin ſi vir honeſtus, & integræ famæ, & de quo præſumi non poſſit, eundem mentiri, vel alterum in diſcrimen adducere velle, denuntiet, tunc ſimplex hæc denuntiatio ſufficit ad inquirendum. Hæc autem indicia, quibus denuntiatio adminiculatur, varia ſunt, ut publica infamia perſonæ denuntiatæ, circumſtantiæ, loci, temporis, perſonæ, ſocietas, ut ſi denuntiatus frequentem ſocietatem habuerit in crimine denuntiantis, poſitis enim hiſce indiciis poteſt Judex ex officio ad ſpecialem inquiſitionem faciendam contra laicum procedere, imò etiam ad capturam, ſi indicia allata à criminoſo deprehendantur probabilia, ut notat Farinacius *loc. cit. n.* 145.

44 Imò ſi denuntiationi non adminiculatæ accedat alia denuntiatio alterius criminoſi, ſeu ſocii criminis, habetur ſæpe ſufficiens indicium, ut procedatur ad ulteriorem inquiſitionem ſpecialem faciendam de perſona denuntiata. Ratio eſt, quia denuntiatio quamvis nuda unius criminoſi fit adminiculata ex denuntiatione alterius criminoſi, ſeu ſocii criminis, ut notat Farinacius *loc. cit. q.* 143. *n.* 34. ubi ait, quòd ſi plures denuntient contra aliquem, probent ad inquirendum. Verùm in caſibus exceptis, in quibus Reus de ſe confeſſus poteſt à Judice interrogari de ſocio criminis; denuntiatio criminoſi ex alterius ſocii conſentiente denuntiatione non accipit tale adminiculum, ut in talibus criminibus ſufficiat ad capturam, & torturam perſonæ denuntiatæ, niſi acceſſerint alia indicia, ſeu præſumptiones, ut notat Farinacius *loc. cit. n.* 155. ſecus in criminibus, quæ non ſunt excepta, ſeu in quibus non poteſt Judex Reum de ſociis interrogare, denuntiatio ſocii adminiculata non dat ſufficiens indicium ad torturam, ſed Judex ex aliis circumſtantiis, & præſumptionibus debet id conjicere, adeò ut cùm non detur certa, & generalis regula, pertineat ad Judicem ex circumſtantiis perſonarum judicium inferre de hiſce denuntiationibus.

45 Quæritur nonò, an ſuper facto negativo per partem improbabili, ſi Judici videbitur, ſit poſitio admittenda? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. ſtatuimus t. h. t. in 6.* ubi Innocentius IV. reſcribit, quòd ſi Judex æquum, & ex-

Digitized by Google

& expediens judicaverit, ſit admittenda poſitio negativa, quæ non poteſt probari niſi per confeſſionem Adverſarii, ubi notat Gloſſa, hoc procedere de æquitate, quia de rigore juris nulla poſitio admittenda eſt, quæ probari non poſſit. Eſt aurem poſitio, quando poſt libcllum porrectum, & reſponſum acceptum actor conteſtatâ lite deducit ſuum factum, quod continetur in libello per articulos; illi enim articuli dicuntur poſitiones, qnibus contraria pars interrogata reſpondet, credo, vel non credo. Imò hæ poſitiones poſſunt fieri ante litem conteſtatam. Ratio verò, cur ſuper facto negativo per partem improbabili poſſit admitti poſitio, ſi Judici videbitur, ea eſt, qoia poſitiones ad id ſuerunt inveotæ, ut ponens relevetur ab onere probandi per confeſſionem Adverſarii *l. Eum qui ff. de jurejur.* Cùm enim pars contraria teneatur perſonaliter reſpondere ſuper ipſis depoſitionibus per verbum credo, vel non credo mediante ſuo juramento; & ſicut Judex oon debet admittere poſitiones captioſas, & imperrinentes, ita debet favere poſitionibus probabilibus, & quæ faciant ad cauſam *c. Præſentium §. præterea de teſtib.* & quia ad Judicem pertinet inquirere veritatem omnibus modis, quibus poteſt *c. Judicantem 30. q. 5.* ne ſcilicet ob defectum probationis veritas facti pereat *c. dilecto de teſt.* non debet copia ad probandum arctari *l. fin. C de probat.* & quia negativa non poteſt per teſtes directè probari *l. Actor C. de probat.* ſed tantùm per confeſſionem Adverſarii *c. Dilectus de temp. ordin.* idcò ſequitur, quòd cùm ſuper facto negativo non detur directè niſi una ſpecies probationis, ſeu confeſſio Adverſarii, æquitas videatur exigere, ut in tali caſu per Judicem magis ſuceurratur ponenti ad adigendum Adverſarium, ut ſuper tali poſitione reſpondeat *l. ubicunque ff. de interrogat. act.* Notandum tamen eſt, Judicem non debere indiſtinctè admittere omnes depoſitiones, ſed cum clauſula *ſalvo iure pertinentium, vel non admittendarum:* & rurſus debet ſuper illis ferre interlocutoriam ſententiam, quòd poſitiones utiles ſint admittendæ, & impertinentes rejiciendæ.

40 Quæritur decimò, an ſi de crimine contingente cauſam principalem conſtet contra aliquem per ejus confeſſionem, ſit puniendus pœnâ ordinaria, etiam ſi directè contra ipſum non agatur? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Cùm ſuper 2. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd ſi qnis incidenter confiteatur aliquod crimen contingens cauſam principalem, Judex poſſit novum inchoando proceſſum eum punire pœnâ ordinariâ, tametſi contra eum non ageretur directè. Ratio eſt, quia ob contingentiam videtur in judicium deductum crimen contingens, ſicut id, de quo principaliter agitur *c. 1. de except.* & *l. 2. §. ſi publ. ff. de adult.* atqui nulla eſt major probatio, quàm propria confeſſio *c. nos 2. q. 1.* & *l. Inde §. fin. ff. ad leg. Aquil.* & cum partes Judicis nullæ ſint in confitentem, niſi in condemoaodo *l. 1. ff. de confeſſ.* ideo quoties per propriam confeſſionem alicujus conſtat de delicto contingente cauſam, poteſt imponi pœoa delicti ordinaria, quamvis directè non fuerit actom contra illum, ut habetur in *d. c. cum ſuper 2. h. t.* Quòd ſi crimen cauſam oon contingat, non poteſt Judex in illa inſtantia per accuſationem Actoris procedere contra Reum taliter confeſſum *c. licet Heli de ſimon.* ſiquidem Judex procedendo ad petitionem Actoris ad nihil poteſt Reum condemnare ultra petitionem libelli *l. fin. C. de fideicom. libert.* quia verò crimina ſunt punienda, ſi de ipſis conſtiterit *c. Ecce 24. q. 3.* ideo ſequitur, poſſe Judicem ex officio inchoare novam inſtantiam, & conficere novum proceſſum, procedendo contra illum per viam inquiſitionis, imò poteſt etiam Judex adducere eam confeſſionem ad probationem delicti *c. ſi quis de elect. in 6.*

Quæritur undecimò, an confeſſio facta in jure per Oeconomum Eccleſiæ noceat ipſi Eccleſiæ? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Ex parte 3. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, quòd causâ non finitâ confeſſio Oeconomi ex errore facti, ſi conſtet, non præjudicet Eccleſiæ: onde à ſenſu contrario infertur, quòd confeſſio Oeconomi ſine errore facti noceat Eccleſiæ. Ratio eſt, quia Oeconomus intervenit in judicio ut Procurator Eccleſiæ *c. Imp. de jur. cal.* & quia confeſſio Procuratoris, qui non tranſgreditur fines mandati, præjudicat Domino *c. ſubortæ de re jud.* ſequitur, quòd ſimiliter noceat Eccleſiæ confeſſio Oeconomi, eò quia de conſenſu Prælati, & Collegii cenſetur confiteri, ut habetur in *d. c. Ex parte 3. h. t.* Quòd ſi ante oegotium finitum doceatur, talem confeſſionem emanâſſe per errorem facti, poteſt tunc confeſſio revocari: ſiquidem qui in facto errat, non cenſetur fateri *l. 2. ff. de confeſſ.* quia ita ex errore confitens non videtur conſentire *l. nihil conſenſui ff. de reg. jur.* & quia propria confeſſio ante abſolutum negotium poteſt revocari, ſi qois ſcilicet probet, rem aliter ſe habere, quàm fuerit ipſe confeſſus, vel ſi probet, ſe per errorem fuiſſe ita confeſſum *l. error. ff. de jur. & fact. ignor.* proinde à fortiori poteſt revocari confeſſio Oeconomi, qui non confitetur de facto proprio, ſed de alieno, quod magis præſumitur ignorari, ut dicitur in textu *d. c. Ex parte 3. h. t.* Tum quia falſa confeſſio non immutat veritatem, proinde probata veritate non præjudicat confitenti *l. cùm falſa ff. de jur. & fact. ignor.* Secus ſemel finito negotio non ampliùs admittitur talis exceptio, ne per hujusmodi velamentum cauſa deciſa inſtauretur, & ne lites protrahantur in infinitum. 41

Quæritur duodecimò, an deponi poſſit à beneficio, & officio, qui ſimoniacum ſe in judicio confeſſus eſt, non ſolum à ſummo Pontifice, quamvis tantùm incidenter hoc crimen cognoverit; verùm etiam à Judice inferiori, ſi de hoc crimine, quod incidenter priùs in judicio cognoverat ſpecialem poſtea fecerit inquiſitionem? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Cùm ſuper 2. h. t.* quia crimen ſimooiæ eſt unum ex enormibus, quæ depoſitionem merentur *c. At ſi clerici 4. §. de adult. de judic.* licèt poſſit Epiſcopus penſatâ qualitate perſonæ, & cooſideratis circumſtantiis criminis pœnam mitigare. Cæterum poſſe pœnâ ſuſpenſionis eum affici, qoi crimen ſimoniæ ſponte confitetur, colligi- 42

tur

tur ex *c. quàm ſit de exceſſ Prælat.* Quamvis tamen inferior Prælatus ſpectatis circumſtantiis perſonæ, & cummiſſi delicti poſſit pœnam moderari, ſummus tamen Pontifex quandocunque judicialiter cognoverit per modum accuſationis, vel inquiſitionis ſive principaliter, ſive incidenter poteſt ex plenitudine poteſtatis punire crimen ſimoniæ pœna ordinaria, ut docet Gloſſa in *d. c. cum ſuper 2. V. confeſſus h. t.* Quamobrem ut Papa hoc crimen puniat pœnâ ordinariâ ſufficit, ſi crimen ſit cognitum incidenter, præſertim cùm non per accidens ejus cognitio acquiratur, ſed per ſe, & ſecundùm requiſitionem cauſæ.

49 Quæritur tertiodecimo, quænam conditiones neceſſariæ ſint, ut confeſſio judicialis ritè, & validè procedat? Reſpondetur cum Gloſſa in *c. ex parte 3. v. confeſſus h. t.* plures requiri, quæ duobus comprehenduntur carminibus:

Major, ſponte, ſciens, contra ſe, ubi jus ſit, & hoſtis
Certum, liſque, favor, jus, nec natura repugnet.

Dicitur *Major* quia confeſſus debet ætate eſſe Major 25. annis, adeò ut confeſſio à pupillo facta ſine authoritate Tutoris ipſo jure ſit invalida *l. certum §. in pupillo ff de confeſſis.* Secunda eſt *ſponte* quia confeſſiu non denet eſſe coacta, ſed ſpontanea, & libera. adeò ut ſi quis ob tormentorum acerbitatem confiteatur, ei non noceat talis confeſſio, niſi eam ratificaverit, ſeu perſeveraverit in ea, poſtquam ceſſaverint tormenta *l. 1. §. D. Severus* juncta Gloſſa *v. pro exploratis ff. de quæſtionibus*, & fusè id declarat Maſcardus *concluſ. 353. n. 1. & ſequent.* Tertia eſt *ſciens*, quia confeſſus ſcire debet, quid agat, hinc confeſſio amentis, furioſi, phrenetici, à mente alienati nil habet roboris *c. ult. de ſucceſſorib ab inteſtato.* Imò Riccius in *prax. p. 2. reſol. 583. n. 4.* id extendit ad confeſſionem, & accuſationem factam ex calore iracundiæ, quia tunc ob effervescentiam caloris non eſt homo omnino ſuæ mentis compos, ut notat Maſcardus *conclus. 346. n. 20. & ſeq.* Quarta conditio eſt ut ſit *contra ſe* in ordine ad ſe obligandum alteri, quia quoties confeſſio fit in favorem confitentis nullam præſefert vim, niſi aliunde probetur *l. nullus ff. de teſtib.* Imò id etiam procedit imminente mortis periculo, ſi enim moribundus dicat, certam pecuniæ quantitatem, aut etiam res certas ſibi deberi, ei non creditur, niſi aliunde probetur debitum *l. rationes C. de probat.* & generaliter confeſſio unius non probat in præjudicium alterius, alioquin poſſet quisq; dicere, quid magis vellet, ac jus alteri quæſitum pro ſua prava voluntate auferre: hinc qui confitetur crimen non probat contra ſocium criminis *c. cum Monaſterium 1. h. t.* ubi Clemens III. reſcribit, quod ſi unus ſacerdos confiteatur ſe commiſiſſe crimen ſuggeſtione aliquorum, ſi aliter veritas non probetur, illi, qui dicebantur ſuggeſſiſſe. non ſint aliqua pœnâ caſtigandi, & tsntum ibi excipitur crimen læſæ Majeſtatis. Hinc neque confeſſio mariti aſſerentis à ſe receptam fuiſſe dotem uxoris, non probat in præjuditium creditorum, quò minùs poſſint iſti proponere exceptionem dotis non numeratæ, dunec ſolutio ejusdem dotis aliter probetur *l. aſſiduus* juncta Gloſſa *v. dote C. qui potior. in pignor.* & docet Maſcardus *conclus. 362. num. 1.* Quinta conditio eſt, quòd confeſſio fiat in judicio, & eam indicant illa verba ubi *jus ſit.* Sexta ut fiat præſente adverſarii, & ſignificatur hæc conditio per illa verba, *& hoſtis*, Verùm hæ duæ poſtremæ conditiones, non ſemper, & pro omni eventu cenſentur neceſſariæ. Septima ut confeſſio ſit certa, quia incerta nihil probat, & interrogatus in judicio adigendus eſt, ut certum confiteatur *l. certum ff. de confeſſ.* alioquin ſi in confeſſione probetur error, non præjudicat confitenti, tametſi fuerit ſæpiùs repetita, & jurata, ut notat Maſcardus *conclus.* 378. *n. 1.* Octava ut confeſſio ſit de re litigioſâ, & deſumitur ex *l. confeſſionibus ff. de interrog. action.* Nona ut ipſi *favor* nun repugnet, quia non valet confeſſio contra valorem matrimonii *c. ſuper eo 5. de eo qui cognovit conſang. uxor. ſuæ.* Cauſa enim matrimonialis eſt favorabilis *c. directa. 39. de appell.* & confeſſioni factæ contra valorem matrimonii repugnat favor juris communis: ſecus ſi in favorem matrimonii fiat confeſſio ſtatur eidem *c. 2 de clandeſt. deſpons.* Decima conditio eſt, ut ei nun repugnet jus, nec natura, hinc ſi Chriſtianus confiteatur ſe contraxiſſe matrimonium cum infideli, quia huic confeſſioni repugnat jus canonicum ponens inter impedimenta dirimentia matrimonium etiam diſparitatem cultûs, ideo talis confeſſio non admittitur, ut nec etiam ſi illi repugnet natura, ut ſi Petrus confiteatur ſe occidiſſe Paulum, qui tamen adhuc vivit.

50 Quæritur quartodecimò, an confeſſio judicialis in cauſis civilibus induat efficaciam ſententiæ, ac rei judicatæ? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *l. 1. ff. de confeſſ.* ibi: *Confeſſus pro judicato eſt, quia quodammodo ſua ſententia damnatur:* hinc Bartolus in *l. unic C. de confeſſ §. tertio nota.* ait: *Judicialis confeſſio habet executionem paratam.* Verùm hoc procedit tantùm in cauſis civilibus, non verò in criminalibus, quia in iſtis præſertim majoribus ob rei magnitudinem, & quia agitur de humanæ vitæ periculo, Reus confeſſus non habetur pro judicato; ſed ulteriùs requiritur exacta cauſæ cognitio cum ſententia Judicis, quæ ſit conſona legibus, ut notat Bartolus in *l. unic. §. opponitur. ff. de confeſſ.* quia ante Judicis ſententiam nemo tenetur pœnam etiam ipſo jure inflictam ſubire: eſt enim regula generslis, quâ in pœnis ipſo jure inflictis quoties requiritur exterior executio, nemo teneatur eas ſubire ante ſententiam Judicis: quinimò tantùm abeſt, quòd ſufficiat confeſſio Rei, ut hic ex propria ſua confeſſione non poſſit condemnari ad mortem, niſi priùs deprehendatur, quòd conſtet de corpore delicti, nec ſufficiat, ſi Titius in judicio confiteatur, ſe Cajum occidiſſe, niſi conſtet de homicidio Caji, quia poteſt interdum hujusmodi confeſſio potiùs ex quadam deſperatione, ac tædio vitæ procedere, quàm ex conſcientia crimi-

criminis, ut habetur in *l. 1. §. Divus*, & *§. ſiquis ultro ff. de quæſtion.*

51 Cæterum ſi cauſa non ſit criminalis, ſed tantùm civilis confeſſio facta in judicio plenè probat, & relevat Actorem ab onere probandi, imò etiam conſtituit rem manifeſtam, inducitque notorium juris *c. cum olim 24. de V. S.* ut notat Maſcardus *conclus. 348. num. 1. & ſequent.* Verùm id procedit de confeſſione judiciali in cauſis civilibus, dummodo veſtita ſit omoibus requiſitis, & niſi debitè revocetur, vel deprehendatur erronea. Quinimò ſi concurrant omnia requiſita, convalidat etiam nullitatem proceſſûs, adeò ut ubi habetur propria confeſſio, non attendatur defectus ordinis judiciarii, ut notat Innocentius in *c. qualiter, & quando num. 7. de accuſ.* Imò excludit etiam appellationem, non enim confeſſus admittitur ad appellationem in cauſis civilibus *c. cùm ſpeciali 61. §. porro de appell.* ubi expreſsè habetur: *ſi ejus exceſſus evidentiâ rei, vel ipſius confeſſione fuerit manifeſtus, non eſt provocationi hujusmodi deferendum.*

52 Id verò limitatur, niſi quis velit probare errorem, ut notat Gloſſa io *d. c. cum ſpeciali 61. c. porro v. confeſſione de appellat.* Limitatur etiam, quando appellaus inſerit in appellatione aliquam cauſam obſuſcantem ipſam confeſſionem, ut notar Abbas in *d. c. cum ſpeciali n. 5. de appell.* & Pirhing. *num. 19. h. t.* ſecus in criminalibus, ut excludatur appellatio, plura requiruntur, ut quòd Reus non ſolùm couſeſſus ſit, ſed ſimul & convictus, & quidem cumulativè, adeò ut altero deficiente procedat appellatio *argum. l. 2. C. quorum appellat. non recipian.* Rurſus ut Reus dicatur convictus, debent concurrere teſtes idonei, inſtrumenta probata, & indicia indubitata *l. ſciant cuncti. C. de probat.* ut notat Baldus ibid. *in ſum.* Rurſus limitatur, ut regula tantùm procedat de verè cooſeſſo, non de convicto ratione contumaciæ, non obſtante ſtatuto, quòd contumax habeatur pro confeſſo, & convicto.

53 Quæritur quintodecimò, an contra confeſſum in judicio ferenda ſit ſenrentia definitiva? Reſpondetur, non ſulùm in cauſis criminalibus requiri ſententiam diffiuitivam Judicis, ſed etiam in civilibus; & quidem de criminalibus eſt ſententia communis, & deſumitur ex *l. confeſſus ff. de cuſtodia, & exhibit. Reor.* ubi dicitur, *ſi confeſſus fuerit Reus, donec de eo pronuntietur, in vincula publica conjiciendus eſt*, & deſumitur etiam ex *c. cum ſuper 2. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, ſimoniacum eſſe deponendum per ſententiam Judicis ab omni beneficio, & officio eccleſiaſtico, ex quo textu conſtat, contra clericum ſimoniacum ferri ſententiam diffinitivam depoſitionis, tametſi ſimoniacus ſuum in judicio fuerit crimen confeſſus.

54 Quòd verò etiam in cauſis civilibus ſit poſt rei confeſſionem ferenda ſententia diffinitiva, docet Gloſſa in *can. nos in quemquam 2. q. 1. V. confeſſum*, quia ordo judiciarius principaliùs conſiſtit in ipſa ſententia, ad quam ut ad finem tendunt omnia, quæ inſtituuntur in judicio: unde etiam in cauſis civilibus ordo judicialis principaliùs includit ſententiam, quam propterea tenetur ſemper Judex ferre poſt litem conteſtatam, tametſi præceſſerit confeſſio judicialis, quia judicium, ſi ſemel inchoatum fuerit, finiendum eſt per ſententiam *l. ubi acceptum ff. de judic.* Hoc autem procedit poſt litem conteſtatam, & quando ſervatur ordo judiciarius, quia ſi confeſſio ſponte fiat ante litis conteſtationem, non requiritur alia ſententia, ſed ſufficit, ſi Judex injungat confeſſo, ut ſolvat ſuo creditori argum. *l. ſi debitor. ff. de judic.* quia ante litem conteſtatam judicium ordinarium nondum cenſetur eſſe inchoatum *c. unic. de litis conteſt.* Imò etiam in judicio ſummario de plano inſtituto ſufficit, ſi Judex injungat præceptum de ſolvendo, ut habetur in *clement. ſæpe contingit. de V. S.*

55 Quæritur ſextodecimò, an confeſſio in judicio ſemel facta poſſit revocari? Reſpondetur, poſſe quidem, ſi revocatio fiat incontinenti, quia cùm quis videt, ſe erráſſe, poteſt incootinenti ſe corrigere, & retractare, quod dixit *c. Præterea 7. de teſtibus cogend.* & tuoc oon eſt neceſſe probare errorem, neque oſtendere rem aliter ſe habere, ſed ſufficit ſimpliciter revocare, & allegare errorem. Ex intervallo tamen regulariter confeſſio ſemel facta in judicio non poteſt revocari, eò quia confeſſus in jure habeatur pro judicato *l. unic. C. confeſſ.* ubi de quodam cupiente recedere à ſua propria confeſſione facta in judicio dicitur: *Quare ſine cauſa deſideras recedere à confeſſione tua, cum & ſolvere cogeris.* Verùm hæc regula limitatur, quando confeſſus probare poteſt per errorem facti, ſe fuiſſe confeſſum *argum. c. Ex parte* juncta Gloſſa *fin. h. t.* ubi ait: poſſe confeſſionem factam in judicio revocari, dummodo ante ſententiam error probetur, hoc idem docet Tuſchus *lit. C. concluſ. 649. num. 1.* poſt Federicum de ſenis *conſil. 98. num. 4.* Neque regula procedit in minorenne, quia hic, ſi ex propria confeſſione fuerit graviter læſus, reſtituitur in integrum ob imbecillitarem judicii *l. certum confeſſus §. in pupillo ff. de confeſſ.* Imò & majorennes ratione probabilis erroris poſſunt gaudere hoc extraordioario remedio reſtitutionis in integrum, ut notat Tuſchus *loc. cit. conclus. 649. num. 5.*

56 Quæritur decimoſeptimò, quænam iu jure dicatur confeſſio qualificata, & quomodo procedat? Reſpondetur, confeſſionem qualificatam eam dici, quæ emanat circa unum capitulum, ut certa affectum qualitate, vel circa plura, ſed quatenus ſunt inter ſe connexa. Confeſſio enim interdum fit ſimpliciter, ſeu abſolutè, ut cum quis abſolutè confitetur debitum, vel crimen abſque adjectione ullius qualitatis. Nonnunquam confeſſioni adjicitur qualitas ſub eadem conſtructione, vel ſaltem apponitur incontinenti, & tunc confeſſio dicitur qualificata, cujus exemplum exhibet Gloſſa magna in *l. ſiquidem C. de except.* ſi enim actore aſſerente Reum ſibi promiſiſſe 50. florenos, Reus reſpondeat, ſe quidem promiſiſſe 50. ſed conditionatè, ſi tale ſervitium præſtiterit, hæc Rei con-

confeſſio dicitur qualificata ob appoſitam incontinenti qnalitatem, ſeu adjectam conditionem, quæ enim incontinenti dicuntur, ineſſe cenſentur *l. lecta eſt. ff. ſi cert. petat.* Quòd ſi conditio non incontinenti apponatur, ſed ex intervallo, quia tunc non cenſetur ineſſe confeſſioni, non conſtituit eam qualificatam. Hinc Bartolus in *l. Aurelius §. eidem quæſivit ff. de liberat. legat.* ad dignoſcendam confeſſionem qualificatam generalem ponit regulam, nimirum quòd confeſſio tunc dicatur qnalificata, ſi fiat circa unum capitulum, ſeu unum factum cum ſuis qualitatibus, ut ſi Reus confiteatur, ſe promiſiſſe 50. ſub conditione alicujus obſeqnii præſtandi, quia tunc habetur unicum capitulum cum ſua qualitate, conſequenter una confeſſio qualificata. Vel ſi confeſſio fiat circa plnra connexa, ut ſi Reus dicat fateor, me promiſiſſe tibi centum aureos ſub pacto incontinenti appoſito, quòd eas pro me Romam, agáſqua tale negotium: hæc enim ſunt plura capitula inter ſe connexa, quæ quia incontinenti dicuntur, videntur ineſſe. & confeſſio dicitur qualificata, alioquin ſi capitnla non eſſenr connexa, non diceretur confeſſio qualificata; & dicuntur ſeparata, quando fiunt diverſis temporibus, & unum non ſequitur ad alterius demonſtrationem, nec dependet ab alio, ac proinde poteſt unum acceptari, non alind *l. ſcire debemus ff. de V. O.*

17 Quæritur decimooctavò, an etiam confeſſio qualificata poſſit ex parte acceptari, & ex parte negari? Reſpondetur in cauſis civilibus ubi præſumptio juris non ſtat contra qualitatem adjectam, confeſſionem qualificatam debere vel totam recipi, vel totam reſpui; niſi recipiens partem talis confeſſionis ſibi favorabilem, velit aliam partem, ſeu qualitatem adjectam per rationes impugnare, ut notat Gaillus *lib. 1. de pace public. c. 17. num. 2.* quia quando Actor rem purè, & abſolutè petit, ſi Reus emittat confeſſionem qualificatam, hæc cenſenda potiùs eſt negativa, quàm affirmativa reſponſio; ut ſi Actor petat 50. vi factæ ſibi promiſſionis; & Reus qualificatè confiteatur illa 50. promiſſa à ſe, non tamen abſolutè, ſed tantùm ſub conditione; tunc ſi actor non probet, vel promiſſionem fuiſſe ſibi abſolutè factam, vel fuiſſe à ſe conditionem purificatam, Reus abſolvitur *c. cum Eccleſia §. fin. de caus. poſſeſſ.* Tum quia in judicio quoties ambiguâ quis utitur propoſitione, id, quod eſt ſibi utilius, poteſt accipere *l. ſi quis intentione §. de judic.* & quia emittens confeſſionem qualificatam in judicio interdum loquitor obſcurè, & ambiguè, poteſt ſuam propoſitionem interpretari in eam partem, quæ ſibi utilior viſa fuerit: & tunc Actori incumbit onus probandi qualitatem illam non fuiſſe adjectam, & centum florenos fuiſſe ſibi abſolutè promiſſos.

18 Id autem procedit, quando præſumptio juris non ſtat contra qualitatem adjectam. Alioquin etiam in civilibus, ſi præſumptio ſtet contra confitentem, & adjectam per ipſum qualitatem, tunc ejuſmodi qualificata confeſſio poteſt ex parte acceptari, quatenus facit contra confitentem, & ex parte reprobari, prout reprobanti favet, donec Adverſarius oppoſitum doceat, & præſumptionem juris elidat *c. cum veniſſent* juncta Gloſſa *V. probatum de inſtit.* ubi cùm Archiepiſcopus confeſſus fuiſſet, ſuos anteceſſores certis Archidiaconis perſonaliter commiſiſſe inſtitutionem, & cuſtodiam Eccleſiarum: ſtante hac præſumptione pro Archidiaconia, quòd illa conceſſio realis fuerit, & deſumpta ex continua poſſeſſione, & aliis rationibus ibi recenſitis: Pontifex pro Archidiaconis ſententiam tulit interlocutoriam, donec legitimè probaretur, ex adverſo libertates ipſas Archidiaconis fuiſſe perſonaliter conceſſas ab Archiepiſcopis prædeceſſoribus: quo pacto Pontifex ſcidit confeſſionem qualificatam, quatenus partem unam acceptavit, & alteram, ſeu qualitatem adjectam reprobavit propter præſumptioes in contrarium, donec Archiepiſcopns qualificatè confeſſus legitimè eam evinceret.

Quæritur decimononò, an in criminalibus 19 poſſit confeſſio qualificata dividi, & ſine qualitate adjecta acceptari, donec hæc per allegantem ritè, ac legitimè probetur? Ut ſi Titius confiteatur in judicio ſe occidiſſe Cajum, non tamen abſolutè, ſed adjecta qualitate nimirum pro ſua neceſſaria defenſione; an tunc hæc confeſſio poſſit dividi, & acceptari quoad primam partem de patrato homicidio non quoad adjectã qualitatem neceſſariæ defenſionis, adeò ut hæc relinquatur probanda per allegantem. Reſpondetur affirmativè cum Julio Claro *p. 5. criminali. §. fin. q. 55. num. 15.* Farinacio *q. 81. num. 110.* ubi aſſerit, eſſe ſententiam communem, & pro eadem allegat plures. Ratio itidem eſſe poteſt, quia in delictis, cùm ſint de genere prohibitorum, præſumitur dolus, & præſumptio ſtat contra delinquentem, omne enim delictum præſumitur pravè patratum, ut etiam omne maleficium pravè factum *l. 1. C. ad leg. Cornel. de ſickar.* & *l. ſi non convitii C. de injur.* ubi autem præſumptio ſtat contra confitentem, poteſt confeſſio qualificata ſcindi, nimirum accipi delictum, & rejici adjecta qualitas neceſſariæ defenſionis, donec per allegantem probetur, quòd ſi allegans non probet hanc ſuam adjectam qualitatem, ſeu homicidium fuiſſe à ſe patratum ex neceſſaria defenſione, poteſt ut confeſſus condemnari, non tamen ad pœnam capitalem, ſed tantùm ad extraordinariam, vel aliam mitiorem pro Judicis arbitrio infligendam, ut notat Felinus in *c. Auditis num. 30. de præſcript.* Maranta *p. 6. tit. de confeſſ. num. 39.* Julius Clarus *§. fin. q. 55. num. 16.* quia ad inferendam pœnam capitalem debitam homicidio requiruntur probationes, quæ ſint luce meridiana clariores *l. ſciant cuncti C. de probat.* atqui confeſſio, qua Titius fatetur in judicio fuiſſe à ſe occiſum Cajum additâ qualitate ob neceſſariam defenſionem, non eſt probatio luce meridiana clarior, quia Titius non confitetur fuiſſe à ſe abſolutè, & ſimpliciter commiſſum homicidium, ſed cum adjectione qualitatis, nimirum ob neceſſariam defen-

dcfenſionem, & cùm hæc qualitas non probetuc, probatio oon eſt luce meridiana clarior, neque Titius eſt morte damnandus, licèt præſumptio juris ob non probatam qualitatem ſit contca ipſum: quia ex præſumptione atiam vehementi ooo debet quis de gravi ccimine, ac pœna capitali damnari *c. litteras 12. de præſumpt.* In civilibus tamen poſſet condemnari ad reſtitutionem rei, val ad compenſaoda damna illata *arg. c. Afferte 2. de præſumpt.*

60 Quærituc vigeſimò, an ſi quiſpiam in apocha ſcripſit, ſe commiſiſſe grave delictum, & poſtea in judicio ſateatur apocham illam fuiſſe quidem à ſe manu propria ſcciptam, ſed duntaxat calami experiuodi gratiâ, vel pec jocum; ſibi præjudicet? Proponit hunc caſum Farinacius *lib. 1. conſil. crimin. conſil. 25. num 1. & ſequent.* ubi narrat de quopiam Clerico, qui apocham manu propcia ſcripſerat, ex qua conſtabat de crimine, quod in pœnam ſecum trahebat privationem beneficiorum: & quia in judicio interrogatus, num manu pcopria ſcripſiſſet apocham illam, & Clericus ceſpondiſſet, fuiſſe quidem à ſe ſcriptam, ſed causâ calami experiundi, & quia in hæc ſua confeſſione perſiſtens torturam ſuſtinuit: fuit dubitatum, an clericus ille ex vi talis confeſſionis potueric judicialiter privari beneficiis eccleſiaſticis. Reſponſum fuit ad hanc quæſtionem, ſtante tali confeſſione Clerici aſſerentis apocham illam, ſau ſcripturam privatam, fuiſſe à ſe ſcciptam propcia manu, potuiſſe Clericum puniri pœna civili, ſeu privari beneficiis, non verò pœna corporali, ut refert Facinacius *conſil. 25. num. 11. & ſequent.* & ſimilem quæſtionem habet Covarruvias *lib. 2 var. reſol. c. 11. num. 4.* Ratio eſt, quia talis confeſſio facta in apocha pcimò, deinde in judicio fuit qualificata, & quia erat criminalis potuit dividi, ſeu priore parte judicialitec acceptâ, potuit celinqui altera probanda Clarico; nimirum, quòd cauſa calami expeciundi; vel per jocum apocham illam ſcripſerit, quia Judex non debet ſtare ſimplici aſſertioni Rei, prætertim io delictis prohibitis, in quibus ſempec pcæſumituc dolus, donec contrarium avincatuc. Tum quia præſumptio erat contra Clericum, quia nemo ſanæ mentis præſumitur causâ calami experiundi velle tam turpem apocham ſcribere *argum. l. milites. C. de quæſtion.* & docet Baldus in *l. 1. C. de ſerv. fugitiv.* citatus à Farinacio *d. conſil. 25. num. 55.* potuit enim clericus calamum experiri, tameſi non ſcripſiſſec apocham illam tucpem. Non tamen potuiſſet clericus puniri pœna corporali, quia ad hanc inferendam requiritur pcobatio, quæ ſit luce meridiana clarioc, unde tantùm potuit puniri privatione beoeficiorum Eccleſiaſticorum, quia hæc pœna cenſeeur eſſe civilis, ut notat Maranta *p. 4. diſt. 1. num. 32. & 33.* & deſumitur ex *c. ſuper his num. 4. de accuſat.* Verum id limitatur, niſi fortaſſis ſtatutum pro tali crimine injungeret talem pœnam.

61 Quæritur vigeſimoprimò, quid ſint poſitiones, de quibus fit mentio in *c. 1. & 2. h. t.* in 6. etenim in *c. ſtatuimus* Innoccotius IV. reſcribit, quòd ſi Judex æquum, & expediens judicaverit, admittenda ſit poſitio negativa, quæ non poteſt probari niſi per confeſſionem adverſarii. Et in *c. ſi poſt præſtitum* Bonifacius VIII. declarat; quòd ſi poſt præſtitum juramentum veritatis, aut calumniæ, Reus vel ejus Procuratoc interrogatus, & juſſus à Judice, non vult ſine cauſa rationabili reſpondere poſitionibus ab adverſario ſibi factis, habeatur circa illas pro confeſſo. Reſpondetuc, poſitiones eſſe ſpeciales propoſitiones, plerumque ab Actore factas poſt litis conteſtationem, quas ex ſuo libello extractas offert Reo ad reſpondendum præſtito priùs juramento *dandorum*, ſe nihil calumnioſè poſuiſſe in ipſis. Imò poſſunt etiam hujuſmodi poſitiones fieri à Reo contrad centi intentioni Actoris, ut notat Gloſſa in *c. ſtatuimus 1. h. t. in 6.* & licèt hujuſmodi poſitiones fuerint prius inventæ, ac inductæ ex uſu, & conſuetodine hominum, ſuecunt tamen poſtea per canones firmatæ, ut notat Scacia *lib. 1. de judic. c. 6. n. 1.* idque ob claciorem litium expeditionem, & ob partium confeſſiones, quia ponens cenſetur confiteri ultrò omne id, quod poſuit in ſuo libello; & Adverſarius interrogatus ſub juramento à Judice non tam facilè poteſt negare ſingulares partes libelli, ſicut totum libellum; eò quia in hoc fortaſſis aliquid falſi admiſceatur, quod io pluribus partibus oon ceperitur.

Unde poſitio, ut ad præſens attinet inſtitutum, eſt ſimplex aſſertio facti pertinentis ad cauſam exhibita in ſcriptis mediante jucamento ad eum finem, ut per reſponſionem adverſarii ad Judicis interrogationem pars relevetur ab onere probandi, ut notat Fagnanus in *c. olim, num. 55 de litis conteſt.* Dicituc autem ſimplex aſſertio, quia poſitio debet eſſe affirmativa, noo negativa, quia negatio nil ponit. Rurſus debet eſſe poſitio ſimplex, non æquivoca, nec captioſa: alioquin alteca pars non teneretur eidem ceſpondere. Ruſus debet eſſe aſſertio facti pertinencis ad cauſam, quia poſitio juris oon admittitur, ſeu illa, quæ facta eſt de mente legis, ut notat Bartolus in *l. ornamentorum ff de aur. & argent. legat.* tunc enim eſt in poteſtate ceſpondentis interpretari dubia juris: & jus certum variari non poteſt. Excipitur tamen jus conſuetudinarium, quia valet poſitio, & confeſſio de conſuetudine alicubi vigente, eò quia hæc ſit quid facti *c. 1. de conſtit. in 6.* ſin verò poſitio ſit impertinens ad negotium, oon admictituc, quia cenſetur inutilis: ſin verò veniat in auxiliom cauſæ piæ, cenſetur pertinens, & admittitur in favorem cauſæ piæ, imò ſufficit, ſi qualecunque adminiculum præſtet, etiam ex levi præſumptione, ut notat Gloſſa in *c. cùm cauſam V. adminicula de probat.* 62

Quæritur vigeſimoſecundò, quid requicatur, ut Reus non reſpondens poſitionibus habeatur pro confeſſo? Reſpondetur, ad id pluca requiri. Primò ut Reo lectæ, ac declaratæ fuerint poſitiones. Secundò ut fuerit à Judice monitus, & juſſus reſpondere, & hæ duæ conditiones deſumuntur ex *c. ſi poſt præſtitum 2. h. t. in 6.* ubi Bonifac. VIII. declarat, poſt præſtitum juramentum calumniæ 63

Reũ, vel ejus Procuratorẽ interrogatum, & juſſũ à Judice habendum eſſe pro confeſſo, ſi nolit ſine rationabili cauſa reſpondere poſitionibus ab Adverſario ſibi factis: ſpectato tamen jure communi requiritur juſſio Judicis in faciem, & ut Judex ſtatuat terminum Reo ad reſpondendum poſitionibus, ut notat Speculator *tit. de poſitionibus* §. *9. n 3. & ſeq.* Hinc tertiò requiritur, ut præceſſerit juramentum veritatis, vel calumniæ, & deſumitur etiam ex *d. c. 2. h. t. in 6.* Quartò ut absque rationabili cauſa recuſet reſpondere poſitionibus. Quintò, ut à parte adverſa fuerit accuſata contumacia Rei, quia Judex non debet ſuum interponere officium, niſi fuerit rogatus *argum. l. dies §. hoc autem. ff. de damno infect.* Sextò, ut Reus recuſans reſpondere etiam habeatur pro confeſſo, requiritur ſententia declaratoria Judicis, ut notat Gloſſa in *d. c. ſi poſt præſtitum à. V. pro confeſſo h. t. in 6.* quia ſi Reus ex cauſa rationabili recuſet reſpondere ad poſitiones ſibi oblatas, non poteſt haberi pro confeſſo.

TITULUS XIX.

De probationibus.

Rectè titulo præcedenti præſens additur, quia ſicut per confeſſionem alterius, Adverſarius relevatur ab onere probandi: ita eadem parte negante compellitur recurrere ad probationem: ſi enim Reus non confiteatur de intentione Actoris, incumbit Actori neceſſitas probandi: ſiquidem Actore non probante is, qui convenitur, tametſi nihil præſtet, à judicio abſolvitur *l. 4. C. de edend.* hinc dicitur negantis, ſeu Rei nullam eſſe directam probationem *l. Actor C. h. t. cap. ſuper eo 12. de elect.*

SUMMARIUM EXEGETICUM

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

CAP. EX EPISTOLA 1. h. t. Gregorius rogatus à Tancredo Rege Vinceſtriæ, ut ſcriberet Imperatori, quatenus inquireret ſuper pactis conventis inter Juſtinianum Principem, & Regem Viſigothorum, indéque colligeret, quæ ſervanda eſſent; reſcribit Pontifex, vehementer obſtare, quia nulli dicendum eſt, quæ contra ſe ſunt, ſed quiſque apud ſemetipſum debere documenta requirere, & in medium proferre. Hinc colligitur, eos, qui volunt accuſare debere probationibus eſſe munitos, cum neque juris, neque æquitatis ratio permittat, ut debeat poteſtas fieri alienorum inſtrumentorum inſpiciendorum c. nimis grave C. de teſt. *non enim Reus tenetur dare Actori ſua inſtrumenta contra ſe, nec Actor tenetur dare Reo inſtrumenta defenſionis: benè tamen communia inſtrumenta tenetur alteri dare.*

C. SICUT 2. h. t. Alexander III. cùm alicubi conſuetudo invaluiſſet, ut illi, qui intentionem ſuam inſtrumentis, aut teſtibus probavit, juramentum nihilominus deferatur, eóque recuſante fides probationibus non habeatur: reſcribit Pontifex, quòd in defectu aliarum legitimarum probationum ſolùm ad juramentum ſit recurrendum. Proinde reprobat, talem conſuetudinem; eò quia ſit irrationabile, juramentum exigere ſine neceſſitate, aut juſta cauſa, quæ non intercedit, quandò producuntur ſufficientes probationes. Tum quia cùm initio litis juretur de calumnia, non eſt deveniendum ad aliud juramentum ſine manifeſta, & rationabili cauſa.

C. EX LITTERIS 3. h. t. Lucius III. reſcribit Epiſcopo Ciſtrenſi, quòd ſi litigetur de confinibus, utraque pars agit perſonam Actoris, & Rei, proinde utraque pars debet probare teſtibus, & Judex debet eos admittere, quos excellere intellexerit. Quòd ſi ambarum partium teſtes ſint æquè idonei, tunc declarat Pontifex, eſſe præferendos teſtes poſſeſſoris; quia jura ſunt promptiora, & paratiora ad abſolvendum poſſeſſorem, quàm ad condemnandum; quemadmodum ſi agatur de libertate, ſemper jura favent libertati. Rurſus dari poſſeſſori in cauſa præſcriptionis probationem, manifeſti eſt juris: objiciens enim præſcriptionem longiſſimi temporis (quam nemo rectè objicit, niſi qui poſſidet) ſi eam probaverit, cauſam vincit. Notat Gloſſa in hoc judicio utrumque litigantem teneri præſtare juramentum calumniæ, eò quia uterque ſit ſimul Actor, & Reus, verùm principaliter is ſemper dicitur Actor, qui primus provocavit ad judicium alioqnin dirimendum.

C. PROPOSUISTI 4. h. t. Gregorius VIII. reſcribit

ſcribit Præpoſito S. Cataldi, quòd ſi mulier dicat, ſe non fuiſſe à viro cognitam, nec potuiſſe cognoſci, & hoc probetur juramento, & teſtimonio ſeptem mulierum, quæ ipſam aſpexerunt, & invenerunt virginem, eſſe mulieri, non viro credendum; tametſi vir juret, eam cognoviſſe. Secus ut notat Gloſſa, ſi mulier eſſet corrupta, & diceret, virum eſſe impotentem; vir autem juraret eam cognoviſſe, tunc creditur viro favore matrimonii, ut etiam ſi mulier non probaret ſuam virginitatem per aſpectum aliarum mulierum.

C. *TERTIO LOCO* 5 *h. t. cùm Regularis quidam ſigillo capituli amico cuidam ſignificaſſet inſtrumentum, quo continebatur alienatio rerum quarundam Eccleſiæ immobilium, & illo in judicio exhibito negaret Procurator monaſterii, id de aſſenſu conventus fuiſſe confectum, quod fratres in teſtimonium producti juramento confirmârunt aſſerentes, ſe in hanc alienationem nunquam conſenſiſſe, contra quæ, cùm pars contraria nihil probaret, reſcr. ipſis Clemens III. judicandum eſſe juxta aſſertionem teſtium. Ubi notat Gloſſa, teſtes prævalere inſtrumento, & negativam indirectè probare; & Monachos, vel Clericos poſſe pro Eccleſia teſtificari.*

C. *IURAVIT* 6. *h. t. Declarat idem Pont. in matrimonio contrahendo, ſi aliquod impedimentum ſit ſufficienter probatum juramento, & partibus publicatum, ſi alius velit oppoſitum probare non ſit admittendus; ſed ſtandum ſit primæ probationi. Quia habetur inſtar regulæ generalis, quòd ſemel publicatis teſtibus, & atteſtationibus ſuper eodem articulo nunquam ſunt, ſive ab eo, qui illos induxit; ſive ab alia parte teſtes ulteriùs inducendi, niſi ſuper novo emergente quod pendet ex priori Unde publicatis teſtibus in cauſa matrimoniali ſuper eodem articulo, non ſunt alii teſtes admittendi in contrarium, vel in favorem.*

C *POST CESSIONEM* 7. *h. t. Declarat Innocentius III. quòd ſi per litteras Judicis ordinarii probetur; aliquem, quando aſſumpſit officium Procuratoris fuiſſe excommunicatum, non ſit ut Procurator admittendus, donec probetur contrarium, & tunc ſtandum ſit litteris ordinarii. Hinc infert Gloſſa, excommunicatum non poſſe Procuratorem conſtitui, & conſtitutum non valere etiam poſtquam fuit abſolutus: ratio eſt quia tempus procurationis factæ attenditur, perinde ac tempus electionis.* c. dudum de elect. *unde ſi ab initio electio fuit nulla; ſemper manet irrita. Hodie tamen litteris Epiſcopi creditur circa ea, quæ non faciunt in figura Judicis ordinarii, & circa excommunicationem, non verò circa alia, niſi litteræ habeant teſtium ſubſcriptionem.*

C *IN PRÆSENTIA* 8 *h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi pater moriens in teſtamento inſtituat heredem ſuum filium ſimulque præcipiat, ut ſi filius ſine liberis moriatur, bona devolvantur ad patrueles: & interim filius ingrediatur monaſterium, cui ſe offerat, & ſua; & deinde egrediatur; & poſtea iterum revertatur offerens ſe, & ſua cum juramento, & moriatur, bona cedant monaſterio, quod eſt locò filii primi heredis, & non nocere, ſi patrueles objiciant, filium obtuliſſe ſe, & ſua in minoribus; eò quia ſit æquivocum, an fuerit minor in prima, vel ſecunda oblatione: ſi enim probaretur, fuiſſe minorem in ſecunda oblatione, tunc patrueles obtinerent bona filii. Hinc notat Gloſſa, ſubſtitutionem factam cum clauſula:* ſi ſine liberis moriatur, hæreditas perveniat ad talem *evaneſcere; ſi filios habeat naturales. Ut etiam ſi filius ſit in utero, & ille præmoriatur. Rurſus probationem in genere factam non prodeſſe, quando non qualibet ſpecies idonea eſt ad effectum, cujus gratiâ proponitur. Hinc cùm fratres teſtatores defuncti generatim probaſſent, ejus filium fuiſſe minorennem tempore oblationis factæ monaſterio; & ſit duplex ſpecies minorennitatis, una infra annos 14 altera infra annos 25. ideò in hac poſteriori ſpecie probatio non concludebat, quia minor 24 annis, & major 14. poteſt religionem ingredi* c. 1. de regul. in 6. *ut etiam bona ſua donare monaſterio, vel aliter alienare ſine curatore, & decreto Judicis, quia fictione juris ingrediens monaſterium moritur tempore ingreſſus* c. placuit 17. q. 1. *& pubes, ſeu major 14 annis tempore mortis ſine alia ſolemnitate poteſt diſponere de rebus ſuis* l. qua ætate ff. de teſtam.

C. *LICET CAUSAM* 9 *h. t. Idem Pont reſcribit Epiſcopo Ariminenſi, quòd ſi partibus detur terminus trium menſium ad producendos teſtes, vel pro cauſa principali, vel ad confutandos teſtes contrariæ partis; ſi tranſacto termino una pars velit teſtes producere, non ſit admittenda: niſi objiciat, teſtes fuiſſe corruptos, & depoſuiſſe falſum, tunc enim admittitur, & aſſignatur terminus unius menſis, & parti adverſæ conceditur etiam alter menſis ad producendos teſtes, qui primos reprobent. Rurſus acceptis teſtibus, & reprobatis reprobandis, cujuſmodi ſunt, qui ſe contradicunt, vel ſunt ſingulares, vel malæ famæ, vel levis opinionis; adeò ut nulla, vel modica fides ſit adhibenda, vel qui non probant totum, ad quod inducuntur; tunc ſi ex una parte ſunt plures teſtes, & teſtantur veriſimiliora; ſi cauſa ſit de poſſeſſione, non poteſt interdici, ut poſſideant, ſicut poſſidebant ſed qui habet potiores teſtes, debet poſſidere, & altera pars non moleſtare eum in poſſeſſorio. Ratio eſt, quia cum duo non poſſint eandem rem in ſolidum poſſidere, pars, quæ ſuccumbit, videtur ſine titulo, & inique egiſſe aliquos actus poſſeſſionis, quos probat. Hinc monet Panormitanus quatuor ex hoc titulo colligi, quorum quodlibet diſtributivè ſufficit, & à fortiori, ſi ſimul concurrant, ut probata poſſeſſione altera pars obtineat ſecundùm ſe pronunciari ex interdicto uti poſſidetis. Primò eſt teſtium pluralitas, ut ſi una pars plures teſtes producat benè qualificatos* c. noſtra de teſt. *Secundò dictorum qualitas, eò quia ſint veriſimiliora* c. auditis de præſcript. *ubi Innocentius docet,* quòd data ex utraque parte paritate teſtium deponentium contraria, quorum dicta plus conſonant juri communi, illi præferuntur. *Tertiò poſſeſſionis prioritas, quod non ſolùm procedit in corporalibus, ſed etiam in in-*

corporalibus quoad hunc effectum. Quartò probatio tituli præſertim melioris.

C. *PER TUAS 10. h.t. Idem Pont. declarat, quòd ſi concubina dicat, ſuum filium eſſe Titii, & Titius acceptet, & cognoſcat publicè eſſe ſuum filium, ſitque proinde communiter habitus ſuus filius, ſi poſtea mulier contrarium dicat, & etiam juret, illi non creditur. Hinc notat Gloſſa, ſtandum eſſe dicto alicujus, quamvis poſtea velit per juramentum illud infirmare: quia nimis indignum eſt, ut quod quis dilucidè ſua voce proteſtatus eſt, in eodem caſu proprio valeat teſtimonio infirmare. Quod tamen procedit, ut notat Panormitanus* n. 10. *quando quis confitetur, vel negat in facto proprio, ſeu aſſerit ſecundò, quod priùs negaverat: ſecus autem quando aſſumitur in facto alieno; tunc enim creditur teſti, qui in judicio juratus affirmat, quod extra judicium negaverat.*

C. *QUONIAM 11. h.t. Idem Pont. in Concilio generali ſtatuit, ut tam in ordinario judicio, quam extraordinario Judex ſemper adhibeat, aut publicam, ſi poſſit habere perſonam, aut duos viros idoneos, qui fideliter univerſa judicii acta conſcrivant, nimirum citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, reſponſiones, interrogationes, confeſſiones, teſtium depoſitiones, productiones inſtrumentorum, interlocutiones, appellationes, renunciationes, concluſiones, & alia id genus, quæ occurrunt competenti ordine conſcribenda, deſignando loca, notando tempora, & perſonas, quæ ſic conſcripta partibus tribuuntur manentibus originalibus penes ſcriptores, ut hoc pacto cognoſci poſſit, ſi quæ naſcatur dubitatio in proceſſu. Rurſus Judex negligens obſervare prædicta, ſi ob ſuam negligentiam difficultas oriatur; punitur à ſuperiore, nec præſumetur pro ipſius proceſſu, niſi in cauſis conſtiterit legitimis documentis. Ubi notat Gloſſa plus credi libello tabellionis, quàm ſcripturæ Epiſcopi circa judicia.*

C. *AD NOSTRAM 12. h.t. Honorius III. declarat, quòd quando affirmativè probari poteſt, aliquem deliquiſſe, non ſit admittenda probatio negativa, quòd non deliquit, quaſi velit ſe purgare. Ubi notandum eſt, conſuetudinem contra ordinem juris nullum ſortiri valorem, & affirmativam prævalere negativæ. Probato autem crimine affirmativè, ſi Reus velit probare negativè indirectè auditur. Rurſus ex hoc textu liquet contra probationem teſtium; non eſſe admittendam purgationem.*

C. *CUM CAUSAM 13. h.t. Idem Pont. mandat, ut finis diœceſium litigantium probetur per antiquos libros, vel teſtes, aut famam, vel alia adminicula, & ſic procedatur in cauſa, quia ut notat Gloſſa ſcriptura librorum antiquorum fidem facit, ut etiam inſtrumentum productum ex archivio antiquo etiam ſine ſubſcriptione.*

C. *CAUSAM MATRIMONII 14. h.t. Idem Pont. declarat. Matronas, quæ in cauſa matrimonii ſeparandi teſtantur, puellam eſſe virginem, poſſe reprobari à viro per alias probationes, quæ ſint recipiendæ: & per novas Matronas eſſe meliùs inſpiciendum ſuper virginitate, & interim puellam eſſe cuſtodiendam in loco tuto, ne violentiam patiatur, ex quo textu colligitur, ſententiam contra matrimonium latam non tranſire in rem judicatam. proinde inducuntur aliæ mulieres ad probandum.*

C. *CUM BONÆ MEMORIÆ 15. h.t. Gregorius IX declarat, acta originalia, quæ remanſerunt apud primos Judices, habere vim, ſi transferantur ad ſecundos Judices. Ubi notat Gloſſa, primos Judices poſſe compelli, ut dent acta ſecundis. Rurſus conteſtationem litis poſſe conſtare per confeſſionem partium.*

IN CLEMENTINIS.

CAP. *LITTERIS unic. h.t. Clemens V. in Concilio Viennenſi declarat, verba narrativa in litteris Papæ, ſuper quibus fundatur gratia, vel intentio Papæ fidem facere, adeò ut non liceat dubitare de veritate ipſius narrativæ ad hoc, ut detur executioni intentio Papæ. Ut ſi narret, ſe reſervare talia beneficia Sedi Apoſtolicæ; ideóque illa conferre alicui, vel recepiſſe reſignationem beneficii, vel alicui commiſiſſe poteſtatem recipiendi, vel aliquem excommunicaſſe, aut ſuſpendiſſe, vel aliquem fuiſſe ſuum Capellanum. Etenim æquiſſimum eſt, ut credatur atteſtationi litterarum Vicarii Chriſti, niſi ſub- vel ob-reptitio deprehendatur.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid ſit probatio, & quotuplex, & cui onus probandi incumbat?

1 QUia Reus conventus plerumque actoris intentionem, ac poſitiones non confitetur; neceſſariò tunc deveniendum eſt ad probationes; unde poſt titulum de confeſſis rectè agitur de probationibus, quibus innocentia ab inſidiis, & fraudibus contra malignas impetitiones, & accuſationes jure ſacro, & profano defenditur, ac protegitur. Eſt autem probatio generatim ſumpta *Rei dubiæ per argumenta aſſenſio.* Ut autem ad præſens pertinet inſtitutum, probatio judicialis

dicialis definitur eſſe *demonſtratio, ſeu oſtenſio dictorum, factorúmve Judici facienda de cauſis apud illum dubiis cognoſcendis.* Dicitur *demonſtratio*, quia per probationem debet res monſtrari, & oſtendi, adeò ut de ipſa conſtet: adduntur illæ particulæ *dictorum, factorúmve*, quia quæ juris ſunt, præſumuntur nota Judici, & non indigent probatione, benè tamen facta probanda ſunt actori, tametſi illa priùs innotuerint Judici, quia debent ei innoteſcere, non ut privatæ perſonæ extra judicium, ſed ut publicæ in judicio ſedenti pro tribunali: unde etiam ſibi nota debet cognoſcere, ut Judex, ſeu perſona publica *c. de manifeſt. c. ſi ſacerdos de offic. ordinar.* ſiquidem Judex gerit perſonam publicam *l. 1. §. jus publicum de juſtit. & jur.* Imò neque poteſt ſecundùm ſcientiam propriam quidquam ſtatuere, ſed tenetur procedere juxta allegata, & probata in judicio, ut notat Gloſſa in *§. pubertatem V. ex habitu tit. quib. mod. & c. judicet 3. q. 7. c. ſubmovere 11. q. 3. l. rem non novam C. de judic. l. nemo. c. de ſent. & interloc. om. Judic. 3.* Rurſus additur *judici facienda*, ſiquidem pertinet ad Judicem judicare de momentis rationum, & argumentorum, quæ adferuntur à litigantibus *l. quingenta tit. de probat. l. 1. C. de condict. ob turp. cauſ.*

2 Regulam hanc procedendi in judicio Deus ipſe ſupremus omnium Judex homines edocuit: tametſi omnia ipſi perfectiſſimè innotuerint, nihilominus dixit Geneſ. 11. *deſcendam, & videbo*, quæ verba expedens Evariſtus Papa in *c. Deus omnipotens 2. q. 1.* non ob aliud, ait, ſapientiſſimus Deus hæc, & alia multa per ſe inquirere dignatus eſt, niſi ut nos edoceret, ne præcipites in diſcutiendis, & judicandis negotiis eſſemus, & ne mala quorumque priùs quisquam præſumat credere; quàm probare. Quòd ſi contingat, in judicio ea proferri, quæ falſa eſſe Judici innotuerit, tunc non actori, ſed propriæ conſcientiæ fides eſt adhibenda, proinde erit reus à Judice monendus de ſuo errore.

3 Cæterùm poteſt Judex etiam ſupplere allegationem juris omiſſam, non ita factum, vel ejus probationem *l. unic. tit. ut quæ deſunt.* ſiquidem tam factum, quàm probationes facti tenetur Judex à litigantibus accipere cum eo delectu, ut neceſſaria, & utilia in ordine ad cauſam tantùm admittat, & non relevantia rejiciat *l. ad probationem C. de probat. c. cùm contingat de offic. deleg. c. dilecti de except.* quamobrem Judex debet ſedulò libellum examinare, & ſecundùm ejus poſitiones, articulos, probationes, & exceptiones jus dicere, ut deſumitur ex *c. ſignificaverunt de teſt.* Rurſùs probationes fieri debent coram illo, cujus intereſt, & regularirer poſt conteſtationem litis, quando propoſita aſſerta, vel negata ſunt exceptis cauſis, de quibus habetur in *tit. ut lite non conteſtata.* Demum adduntur particulæ de *cauſis dubiis cognoſcendis*, quia quæ notoria ſunt, perſpicua probatione non indigent *c. evidentia de accuſ. c. manifeſta 2. q. 1.* Hinc notorium non probatur, ſed tantùm allegatur. Tum quia allegatio notorii in jure dicitur probata probatio, eò quia ipſa allegatio vicem gerat probationis, & ipſum notorium ſit res probata.

Superſunt tamen declaranda aliquot dubia, 4
quæ proponit Mynſing. *centur. 6. obſer. 5.* quorum primum eſt, an notorium Judici probandum ſit, quoad hanc qualitatem quòd ſit notorium: ſecundum, an factum ipſum ſubjectum notorio probandum ſit. Quoad primum dubium reſpondent communiter, proceſſum valere, tametſi non habeatur informatio de ipſa qualitate notorii, dummodo verum ſit, quòd ſit notorium, & quòd poſtea conſtet. Quoad poſterius dubium habetur pro regula, quod notorium probatione non indigeat, tametſi allegari debeat: unde licèt relevet ab onere probandi, non ita ab onere proponendi illud in judicio, ut oſtendit Mynſing. *d. centur. 6. obſervat. 5.* Quòd ſi tam actor, quàm reus æqualiter probet, adeò ut dubium ex animo Judicis non tollatur, tunc inſtituenda eſt nova inquiſitio ad tollendum dubium; quòd ſi adhuc res appareat Judici dubia, tunc ſubintrat regula illa juris: *cùm ſunt partium jura obſcura, reo favendum eſt potiùs, quàm actori;* quia reus debet abſolvi à petitione actoris, quando jura partis utriusque ſunt obſcura, & tunc jura cenſentur obſcura, quando non probant quidquam actor, & reus, tunc enim abſolvitur reus *c. de edend. l. qui accuſare inſtit. de interdict. §. commodum.*

Probationes aliæ dicuntur artificiales, aliæ 5
inartificiales: illæ ſumuntur ex ipſa cauſa, vel argumentis, aut indiciis: inartificiales quæ deſumuntur extra cauſam, vel à legibus, vel à teſtibus, vel tabulis, vel confeſſione, vel juramento, aliiſque ſimilibus; ut habetur in *l. admonendi tit. de jurejur.* Rurſus probationes inartificiales dividuntur in ordinarias, & extraordinarias, ſeu quod in idem recidit in regulares, & irregolares. Regulares ſunt, quarum uſus eſt fraquentior, cujusmodi ſunt aſpectus, monumenta, notoria confeſſio, juramentum, præſumptio, fama, tortura, teſtes, inſtrumenta. Probationes irregulares ſunt indicia, revelationes, quæ ſerviunt torturæ, ut etiam purgationes vulgares, & canonicæ. Alii cum Sylveſtro dividunt probationes in tres ſpecies; quarum prima dicitur evidentiſſima per privilegia, & inſtrumenta indubitata *c. pia de except. in 6* Secunda evidens, & clata, éſtque, quæ fit per teſtes, aut facti evidentiam *c. tua de cohabit. cleric.* Tertia eſt minus evidens, quæ fit per conjecturas *c. afferte 2. de præſumpt.*

Cæterùm in ſpecie probationes habentur 6
per aſpectum, per teſtes pluras, per inſtrumenta, per confeſſionem, par ſcripturam antiquorum librorum, per violentam præſumptionem, pet famam cum aliis præſumptionibus, & per juramentum. Canoniſtæ tamen, & juriſperiti attendentes præſertim vim probationum, illas dividunt in plenas, & ſemiplenas; probatio plena illa dicitur, quæ tantam fidem facit, quanta ad defenſionem cauſæ ſufficit, adeò ut Judex ſecundùm eam litem decidere, & ſententiam ferre poſſit; adeò ut quid aliud non requiratur: & in jure canonico probatio ut plurimùm ſumitur hoc modo, ſiquidem præſumptiones nonniſi laxè dicuntur probationes, ut notat Gloſſa in *clement. de elect.* Probatio ſemiplena, quæ etiam imperfecta dicitur

dicitur, eſt, per quam rerum geſtarum fides aliqua fit Judici, non tamen tanta, ut eam in definiendo ſequi debeat, quia adhuc requiritur quid aliud. Tum quia non omnis ſemiplena probatio eandem vim habet; ſed una eſt aliâ fortior, una aliâ clarior.

7 Plenæ probationis ſpecies ſex enumerantur; prima habetur per teſtes omni exceptione majores, & ſufficientes ad plenam probationem. Secunda per confeſſionem ipſius Rei, quæ probatio eſt cæteris evidentior, & firmior, quando reus teſtatur contra ſe ipſum. Tertia per oculorum inſpectionem, cui non ſubeſt falſum. Quarta per inſtrumenta authenticè, & à jure laudata. Quinta per juramentum, cujus apud omnes gentes magna ſemper religio fuit, & quod violare nefas, ut habetur in *c. in his diſt.* 11. Sexta tandem per præſumptiones melioris notæ, de quibus in proprio titulo diſſerendum erit.

Species ſemiplenæ probationis quatuor à nonnullis recenſentur, quarum prima habetur per unum teſtem *l. jurisjurandi 6. de teſtib.*

8 Secunda in cauſis civilibus per conſtantem famam unius teſtis deponentis de veritate, dummodo rumor jam adſit, & fama quæ confirmetur unius teſtis teſtimonio de veritate deponentis, ut docet Gloſſa in *c. veniens de teſtib.* quia fama inconſtans non probat, ſed tantùm conjecturam facit *l. ult. de hæred. inſtit.*

9 Tertia, per ſcripturam privatam, vel per comparationem litterarum : ſiquidem ſimplex ſcriptura, non poteſt facere majorem probationem, quia ſcriptura progreſſu temporis mutat formam, & ſimilitudinem, quæ cauſa fuit, ut antiquitùs in Æneis tabulis leges, & fœdera ſcriberentur.

10 Quarta per præſumptiones, quæ indubitatam fidem licèt non faciant, nihilominùs contemnendæ non ſunt ; ex quibus liquet, probationes ſemiplenas non eſſe omnes ejusdem rationis, ſed alias majores, clariores, & fortiores ; ſiquidem probatio, quæ fit per unum teſtem omni exceptione majorem, & per aliqua indicia non ſufficientia ad plenam fidem, eſt major illâ, quæ tantùm fit per unicum teſtem; ſic etiam litteræ privatæ, & confeſſio extrajudicialis eſt minor probatio, quàm confeſſio judicialis, & litteræ publicæ.

11 Quia verò probationi ſemiplenæ aliquid deeſt ; ideò notat Barboſa in *c. ſicut de probat.* ob defectum probationis ſemiplenæ ſive actori, ſive reo poſſe in ſupplementum deferri jusjurandum. Rurſus ſemiplena probatio modico defectu impediri poteſt, & ſi ſemiplena probatio elidatur per præſumptionem, non ſufficit, ut ob eam deferatur parti juramentum, quo ſuppleatur defectus. Hoc juramentum adhibendum in ſupplementum ſemiplenæ probationis vocari ſolet ſuppletorium, ac neceſſarium, & poteſt deferri etiam poſt concluſionem cauſæ, dummodo petitum ſit ante concluſionem, ut oſtendit Maranta *p. 2. §. Nonus actus :* ſiquidem ſemiplenæ probationes dicuntur, quæ ſunt minùs perfectæ ; nec merentur omnimodam fidem, cujusmodi ſunt, unius tantùm teſtis depoſitio : confeſſio extrajudicialis : inſtrumentum privatum, ſeu annotationes, & rationes in privatis libris conſcriptæ, litterarum comparatio, fama, & fuga, & alia id genus.

Quòd verò ad onus probandi pertinet, certum eſt, regulariter actori incumbere onus probandi ſuam intentionem; adeò ut niſi eam legitimè probaverit reus, quamvis nihil in contrarium attulerit, ſit abſolvendus, & dimittendos: ſiquidem certi juris eſt, onus probandi incumbere actori *§. commodum inſtit. de interd. l. 2. tit. de probat.* hinc Paulus juris conſultus ait, ei incumbere probationem, qui dicit, non qui negat, *l. actor. C. eod. l. qui accuſare C. de edend. §. & verius eſt.* Hinc proponens actum qualificatum tenetur etiam ipſam qualitatem probare *c. licèt cauſ. de probat.* & actore non probante reus abſolvitur, tametſi nil præſtiterit, non ſolùm in jure civili *l. actor. C. de probat l. res alienas C. de rei vindic.* ſed etiam in jure canonico *c. juramentum de except. c. cum Eccleſia de cauſa poſſeſſ.* ut ibidem notat Barboſa : quia verò cuilibet actori incumbit onus probandi ſuam intentionem, ideò ſi reus excipiat, & aliquid affirmet, quia tunc ratione exceptionis fit actor, incumbit & etiam ipſi reo probare, quod affirmat, & excipit; hinc vulgò reus excipiendo dicitur fieri actor, quia excipiendo induit perſonam actoris *l. 1. tit. de except.* & eò ipſo quòd excipit, ſuſcipit in ſe onus probandi *l. fin. C. eod.* quod verum eſt ſive neget, ſive affirmet, ut notat Pacianus de *probat. lib. 1. c. 7.* 12

Neque obſtat, quod neganti videatur non incumbere onus probandi, quia hoc effatum fallit in pluribus caſibus: primò quando quis fundat ſuam intentionem in negativa, ſive agendo, ſive excipiendo, ſive ſit negativa juris, ſive facti, vel qualitati, ut notat Maſcardus de *probat. concluſ. 1092. n. 1.* Tum quia univerſim non admittitur factum negantis, nullam in rerum natura paſſionem eſſe, nullas non entis eſſe qualitates *l. ejus qui tit. ſi certum petat.* ſed reſtringi debet ad negativam puram, & indefinitam, interminatam, abſolutam, & ſimplicem, quæ ſine determinatione loci, temporis, vel alterius circumſtantiæ proponitur, talis enim negativa nec directè, nec indirectè probati poteſt, ut ſi quis neget, ſe in jus fuiſſe vocatum. 13

Secus quando negativa talis eſt, ut expreſſè vel tacitè contineat affirmativam, onus probandi tunc illi incumbit qui eam allegat, quia tunc conſtituit ſe actorem *l. optimam C. de contrah. & committ. ſtipul.* Hinc qui negat inſtitutionem & electionem alicujus canonicam fuiſſe tenetur id probare. Secundò etiam negativam exceptionem probare debet, qui ejus probationem ſponte in ſe ſuſcepit *c. 1. de reſtit. ſpoliat l. circa h. t.* ſin verò ſuſceptâ ſponte probatione defecerit in eadem probanda, tunc actore non probante abſolvitur. Tertiò in judiciis duplicibus de communi dividundo familiæ Herciſcundæ, & ſimilibus, uterque ad probandum obligatur, quatenus uterque viciſſim actoris, & rei perſonam ſuſtinet ; & tunc ille cauſâ cadit, qui minùs probatione ſtat : in paritate verò probationum poſſeſſor abſolvitur *l. in tribus tit. de judic.* 14

Quod

15 Quòd verò in eadem lege dicatur in duplicibus actionibus eum eſſe actorem, qui priùs ad judicium provocat, & ipſum provocatum inducere perſonam rei, ita communiter explicatur, quòd in ipſo exercitio provocans ea faciat, quæ actoris ſunt Judicem adeundo, proponendo, allegando: cæterùm re ipſa ſi multa agit provocatus, cui par eſt jus, & agendi neceſſitas, tunc uterque in communi cauſa agere, & reſpondere tenetur, ut notat Cardinalis Tuſchus *concluſ. 769.* Quòd ſi præſumptio juris ſtet pro agente, vel excipiente, tunc relevatur is ab onere probandi, quia præſumptio juris transfert onus probandi in adverſarium, ut ſi parochus petat decimas intra fines ſuæ parochiæ exiſtentes, nil tenetur probare, quia habet fundatam intentionem in jure, quòd decimæ talis loci præſumantur pertinere ad parochum, niſi contrarium oſtendatur *c. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6.*

16 Ut conſtituatur probatio, & eliciatur à reo confeſſio, actori permittitur, ut poſitiones formet, inferátque, & urgeat reum ad reſpondendum, & ſi detrectet reus reſpondere ad poſitiones actoris, habetur pro confeſſo. Poſitio juxta præſens inſtitutum eſt aſſertio alicujus particularis rei, pertinentis ad cauſam, ut notat Bart. in *l. 2. §. quod obſervari C. de jurejur.* Hinc differunt poſitiones ab articulis, quia poſitiones ſunt extra ſubſtantiam cauſæ, & breves ſunt, nec ab Actore probantur, & poſſunt negativè fieri, & ad illas tenetur Reus reſpondere *c. 1. de confeſſ. in 6.* ſecus articulus non poteſt negativè concipi. Differunt etiam poſitiones à libello, quia libellus concluſionem continet, & qui libello reſpondet, litem cenſetur conteſtari *c. 2. de conf. in 6.* ut notat Maranta *p. 6. pag.* 200. Cæterùm cùm dicitur, quòd reus nolens reſpondere ad poſitiones, habeatur pro confeſſo, id limitatur multipliciter; & primò niſi poſitiones ſint notoriè falſæ. Secundò niſi articuli ſibi invicem contrarientur, quia tunc nemo tenetur reſpondere ad poſitiones, ut notat Covarruvias *lib. 2. variar. quaſt. c. 2. n. 3.* Tertiò ſi cauſa ſit criminalis, quia nemo tenetur propriam turpitudinem detegere, neque ſe ipſum prodere, ut notat Mynſing. *centur. 6. obſervat. 26.* Quartò, ſi libellus ineptus ſit, quia tunc poſitiones de jure non admittuntur, ut aſſerit Maſcardus *concluſ. 1170. num: 76.* Quintò etiam limitatur in cauſa fractæ pacis non ſolùm criminalis, ſed etiam capitalis. Sextò quoad uxorem, ſi maritus noluit deponere in cauſa ſuper bonis immobilibus, hæc enim mariti confeſſio non præjudicat uxori.

17 Cæterùm tenetur reus per ſe reſpondere poſitionibus, niſi rudis omninò, ac imperitus habeatur, & ſaltem per verbum *credo*, aut *non credo c. paſtoralis 14. de judic.* quia ſi eſt omninò imperitus, facilè circumveniri poteſt, proinde ſolet ipſi concedi, ut per peritum Procuratorem, vel advocatum reſpondeat, ad quod requiritur mandatum ſingulare, & in individuo. In abſentia tamen principalis ſufficere generale mandatum obſervat Gaillus *l. 1. obſer* 82. Solet à Judice etiam præfigi terminus pro exhibendis probationibus, quòd ſi actor, & reus contraria allegent, utrique aſſignatur unus, ac idem terminus ob metum ſubornationis. Secus quando reus non directè negat intentionem actoris; ſed excipit, tunc primo actori terminus præſcribitur ad probandam ſuam intentionem, quâ abſolutâ aſſignatur etiam terminus reo ad fundandam ſuam exceptionem *l. fin. tit. de fer. l. ſiquidem C. de except.* Et ſi nemo contradixerit, tunc abſque ullo certo terminu licet actori probationem inſtituere, non tamen ante litem conteſtatam, quia ante illam non poteſt ſciri, quò dirigenda probatio ſit, ſed intelligitur ex reſponſione accuſati *l. 1. de litis conteſtation.*

§. II.

De qualitate, & efficacia probationum.

CErtum eſt probationum omnium efficaciſſimam eam eſſe, quæ ex propria confeſſione deſumitur, ut aſſerunt communiter utriusque juris periti Innocentius in *c. propoſuiſti de for. compet.* Bald. in *rubric. C. de probat.* Hinc ſpontanea confeſſio nocet etiam ſine adminiculis, ut notat Ancharan. in *clement. 1. de homicid.* & eandem ob cauſam recipitur in judicio confeſſio extrajudicialis, ſi geminata, vel jurata ſit: hæc enim geminatio eſt majoris præſumptionis, præſertim ſi fiat ex intervallo, & diverſo tempore, ut notat Socin. *conſ. 15.* Jaſon. *in rubric. de verb. oblig.* Tum quia qui proprio ore ſuum fatetur crimen, condemnatur abſque ulteriori examine juxta illud *ex ore tuo te judico.* ut notant communiter iuris conſulti Mynſing. *decad. 1. reſponſ. 1. & 7.* Menochius *caſ. 89.* Gaillus *lib. 2. obſervat. 195.* 1

Secunda probatio cæteris fortior eſt ocularis inſpectio, ſiquidem non minor fides debetur oculis, quorum beneficio ſtatim tolluntur dubia, & quævis obſcuritas evaneſcit. Habetur autem ocularis inſpectio, cùm Judex rem ipſam, de qua controvertitur, vel per ſe ipſum im̃ediatè inſpicit, vel per commiſſarios, aut alias perſonas ad id deputatas: & hujusmodi ocularis inſpectio adhibetur in omnibus cauſis, & negotiis, de quorum exiſtentia oritur dubium non facilè expediendum abſque oculari inſpectione. Ut ſi quæſtio ſit de novi operis nunciatione, vix poteſt ſine inſpectione oculari decidi, quia ſi adverſarius neget, ſe in præjudicium actoris ædificâſſe, ad eruendam veritatem nequit efficacius remedium inveniri, quàm ocularis inſpectio. Si Petrus vereatur, ne ruinoſæ ædes Pauli ſint ſuis ædibus vicinis damnum allaturæ, & propterea petat cautionem damni infecti, ut nimirum idoneè caveat, quòd omne damnum ex ruina ædium Pauli inferendum ædibus Petri reſarcire velit: ſi Paulus neget, ſuas ædes eſſe ruinoſas, ad id probandum nulla melior, & tutior probatio quæri poteſt, quàm ipſa ocularis inſpectio. Rurſus quando controverſia oritur circa termi- 2

nos agrorum, vel jurisdictionis, ſunt ipſi termini oculariter inſpiciendi *l. de modo, & paſſim ff. finium regund.*

3 Si quis etiam accuſetur de lethali vulnere actori inflicto, tunc incumbit Judici, ut inflictum vulnus per medicos, & chyrurgos peritos inſpici curet, quia poteſt contingere, quòd vulnus ab initio non lethale ob incuriam chyrurgi lethale fiat, ut notat Gaillus *lib. 2. obſer.* 111. Regulariter tamen ad ocularem inſpectionem requiritur citatio utriusque partis, niſi fortaſſis Judex ex officio clam ad ſuam tantùm informationem permiſerit ocularem inſpectionem ſuſcipi: ſiquidem quilibet vocari debet ad illum actum, de quo vertitur ejus præjudicium, & de quo debet ſe tueri. Rurſus ad inſpectionem ocularem adducendi ſunt etiam teſtes producti ab alterutro litigantium; quia teſtes meliùs, & exactiùs poſſunt Judicem informare. Rurſus ocularis inſpectio debet fieri per teſtes, qui ſint periti in re inſpicienda, ſi enim quæſtio ſit de limitibus agrorum, vocandi ſunt agri menſores; ſi de ædibus ruinoſis Architecti, ſi de vulneribus chyrurgi, & hiſce debet juramentum deferri, niſi jam in ſuſceptione proprii officii jurârint, ut moris eſt, & tunc teſtes quidquid reverà in propria conſcientia deprehenderint, tenentur Judici nunciare, nonnunquam locorum inſpectiones fiunt etiam per ipſum Judicem, qui res controverſas ſuis objicit oculis *l. ſi irruptione finium regund.* Cæterùm ex teſtibus de viſu, non ſuſpecti, & integri aliis præferuntur.

4 Alia probatio deſumitur ab ipſis inſtrumentis, quorum alia ſunt publica, & alia privata *l. 5. C. de probat.* Inſtrumentum publicum dicitur illa ſcriptura, quæ publicæ perſonæ tabellionis, vel Notarii publici, vel alterius, ad cujus officium pertinet, conficitur juxta conſuetam juris formulam ſitam in eo, ut fiat à Notario publico, vel alio ex mandato Judicis, cum expreſſione anni indictionis, menſis, diei, & loci, in quo fit contractus, vel actus, qui inſtrumento continetur. Rurſus exprimenda ſunt nomina teſtium, unà cum nomine, & ſubſcriptione Notarii ut deſumitur ex *c. inter dilectos de fide inſtrument.* Imò ſolet etiam apponi nomen Regis, Imperatoris, aut Principis, in cujus ditione ſit: & hoc pacto confecta inſtrumenta plenam fidem faciunt, donec contrarium probetur, ut deſumitur ex *l. generalis. C. de de non num. pecun. c. cum dilecti de donat.* ut notat Gaillus *lib. 2. obſer. 71.* Imò eandem vim, & authoritatem obtinent inſtrumenta aliquo ſigillo publico, & authentico munita *c. poſſeſſionem de probat.*

5 Inſtrumentum privatum generatim eſt omnis ſcriptura confecta à privata perſona, ſive authentica ſit, ſive non. Diſcrepant inſtrumenta publica, & privata in ordine ad probandum in judicio, quia publica fidem merentur; privata verò aſſumuntur pro arbitrio Judicis, conſiderata qualitate, & dignitate actorum. Recipiuntur tamen multipliciter, & primò ſi trium teſtium ſubſcriptione munita fuerint. Secundò ſi temporis diuturnitate interpartes ſervata ſint. Tertiò ſi agatur de ſumma modica. Quartò ſi accipiant aliunde robur, aut fiant authentica. Quintò ſi ſint juramento firmata. Sextò ſi partes convenerint, ut inſtrumentum privatum plenè probet. Septimò ſi ab adverſario mediante ſubſcriptione approbatum fuerit. In delictis tamen, & pro delictis ob metum falſi non producuntur inſtrumenta, quorum uſus præcipuus habetur in contractibus *c. cum in Eccleſia de major. & obed.* ut notat Julius Clarus *§. fin. q. 54.*

6 Non tamen tenetur reus propria inſtrumenta actori edere, ſiquidem ad id non poteſt cogi, ut deſumitur ex *l. de minore 10. §. non debet ff. de quaeſt. l. in ſpeciali 73. ff. de R. V. l. nimis grave C. de teſtib.* Verbum *edere* inſtrumentum actori ſecundùm præſens inſtitutum idem eſt, ac in publicum producere, ac exhibere, in quo ſenſu dicitur edere munus in *l. publicis 36. ff. de condit. & demonſtration.* In judiciis autem magis preſsè ſumitur edere, ac exhibere, adeò ut ſignanter diverſi habeantur tituli tam in Pandectis, quàm in codice: ſiquidem habetur titulus *de edendo* diſtinctus à titulo *ad exhibendum*, ſiquidem editio ad actiones, rationes, inſtrumenta, & acta publica refertur *l. 1. §. de edenda l. Prætor 4. l. ſi quis 6. l. quidam 9.* Secus *exhibere* eſt facere in publicam poteſtatem apprehendendi, ac videndi rem, nimirum ut actor copiam ejusdem habeos, eam vindicare poſſit *l. 2. ff. ad exhibend. l. 3. §. ait Prætor. ff. de libero homine exhib.* ſiquidem qui exhibet, quodammodo deſinit habere, dum rem in medium profert, & ponit quaſi extra ſe, ſecus qui edit, non deſinit rem habere ut notavit Cujacius *lib. 10. obſerv.* 14. Hinc quamvis reus non teneatur actori edere inſtrumenta, tenetur nihilominùs rem exhibere: eatenus non tenetur inſtrumenta edere, ne arma contra ſe ipſum videatur adverſario commodare: exhibere autem compellitur, quia tunc non præbet arma contra ſe, ſed tantùm oſtendit rem, quæ vindicatur, ut cognoſci, & tangi poſſit, ceſſetque omnis fraus, & teſtes deponant, an res illa ad actorem pertineat, vel non.

7 Sermo tamen eſt de reo convento, qui dicitur non teneri propria inſtromenta edere actori ad fundandam ejus intentionem, quià alia ratio eſt de actore, is enim petenti reo tenetur ſua inſtrumenta dare, ex quibus reus conventus ſuam defenſionem, ſeu exceptionem poſſit elicere: ratio diſcriminis eſt: quia cum actor provocet in judicium, præſumitur venire inſtructus ad cauſam *l. qui accuſare 4. C. eod.* propterea non cenſetur indigere inſtrumento rei conventi: ſecus quia reus, vel invitus trahitur ad judicium, non præſumitur ita inſtructus, & nimis grave foret, ſi provocatus ſuas probationes, quibus poſſet ſe defendere, provocanti concederet, ut ipſas adhiberet contra provocatum: id autem non debet actor ægrè ferre, ſi omnia inſtromenta, ex quibus veritas intelligi poteſt, jubeatur edere.

8 Verùm in contrarium videtur obſtare, quia non debet probationibus via præcludi, neq; earum facultas coanguſtari *l. quoniam 21. in fin.*

C. de

C. de hered. l. neque quid 7. §. de his ff. de incendio, quapropter Judicibus commendatur inquiſitio veritatis omnibus modis *l. indicantem 30. q. 5. l. illicitas §. veritas. ff. de offic. Præſid.* atqui veritas non poteſt clarius conſtare, quàm per inſtrumenta exhibita *l. 1. C. de edend.* ergò non ſolùm actor reo, ſed etiam reus actori tenetur inſtrumenta edere. Firmatur primò, quia reus compellitur reſpondere poſitionibus actoris *c. 1. de confeſſ. in 6. clement. ſæpè. §. & quia poſitiones de V. S.* & cogitur etiam ſcribere, ut per comparationem litterarum poſſit actor probare chirographum confectum manu propriâ rei conventi *Novel. 73.* Juſtin. *c. 2. §. ſi quis igitur collat. 6.* & quia reus ad petitionem actoris tenetur hæc omnia præſtare, ideò compellitur etiam inſtrumenta edere. Firmatur ſecundò: quia inſtrumenta communia promiſcuè eduntur *l. 4. §. final. l. ſi quis 5. ff. familiæ Herciſc.* unde in *c. G. perpetuus de fide inſtrument.* licitè appellatur a Judice, qui ad petitionem partis non juſſit Reum inſtrumenta edere. Firmatur tertiò, quia reus in exceptionibus fit actor *l. 1. ff. de exception.* ſed reo excipienti tenetur actor inſtrumenta edere: ergò etiam reus compellitur inſtrumenta edere.

9 Sed contra eſt, quia licèt facultas probationum non ſit coanguſtanda, imò & propter ejus inopiam plura in jure permittantur, hoc totum verum eſt, & locum habet, quando legitimis remediis purgatio fit, & modis à jure ſtatutis; adeò ut nulli inferatur damnum, hinc teſtes inhabiles arcentur à judicio; *l. quoniam C. de heredit.* & in minoribus tantùm cauſis juramentum defertur in ſupplementum probationis *l. in bona fidei* ſiquidem ob augendam probationis copiam non debet Judex à legitimo judiciorum ordine deviare, neque propterea cogendus eſt reus inſtrumenta edere, ut cauſam actoris inſtruat; id enim adverſatur æquitati, ac legitimo ordini judiciorum.

10 Ad primam confirmationem petitam ab exemplo poſitionum reſpondetur, poſitiones, & earum reſponſiones, uſu, & conſuetudine fuiſſe introductas, ut liquet ex *clement. ſæpè.* & quamvis earum jus jam approbatum ſit in *c. 1. de litis conteſt.* adhuc reſpondetur, eas ex jure non ſcripto provenire: ſiquidem conſuetudo, tametſi poſteà ſcribatur, quia ab initio non fuit lex ſcripta, ſemper dicitur jus non ſcriptum; perinde ac teſtamentum nuncupativum ſcripturæ mandatum, non ſcriptum dicitur *l. Pamphilo 39. ff. de legat. 3.* & quamvis interrogationes in jure, ſeu judicio, jure Pandectarum cognoſcerentur *l. 2. l. 3. l. ubicunque ff. de interrogat. in jure.* & ex illis actio oriretur, quæ interrogatoria vocatur *l. ſi quis in jure l. de ætat. 21. §. 5.* nihilominùs valdè differebant à poſitionibus, quia poſitiones ad merita cauſæ principalis comprobanda ordinantur; proinde idem articuli, quorum probationem actor ſuſcipit, offeruntur reo, ut ſuper his veritatem proferat, ut habetur in *c. 2. de confeſſ.* Ut notat Maranta *6. p. de ord. judic. act. 4.* Interrogationes autem tantùm verſantur circa præparatoria, an reus hæres ſit, an poſſideat rem, *l. 1. l. ſi quis in fin. l. aliena. 10. ff. de interrogat.* imò nec poſitiones habent quid commune cum juramento ab actore reo delato in judicio *l. non erit 5. §. dato l. cum qui 30.* His prænotatis ad primam confirmationem, in qua dicebatur, quòd reus teneatur reſpondere poſitionibus, ab actore propoſitis, reſpondet Vela *differt. 32. n. 30.* eſſe diſcrimen de inſtrumento, & poſitionibus: ſiquidem reus compellitur contra ſe inſtrumentum edere; quia ex illo tantùm condemnabitur, & ſi jam ſolviſſet, ſi ſolutio probari non poteſt, aut quia vitâ jam functi ſunt ſolutionis teſtes, vel quia ipſe reus, cum penes ſe haberet inſtrumentum obligationis, parùm curavit Apochæ; unde tametſi verè ſolviſſet, adhuc ex defectu probationis propter inſtrumentum à ſe editum condemnaretur, & ita contra ſe arma concederet adverſario. Secus in poſitionibus ſi ſolutionem verè factam probare non poſſit, licitè, cum realiter ſolverit, adhuc poſitionem, prout ponitur, negare poteſt, ut notat Covarruvias *lib. 1 variar. c. 2. n. 3.* Hinc eſt, quòd reus compellitur poſitionibus reſpondere, cum exinde nullum damnum injuſtum experiri poſſit; non ita cogitur inſtrumenta edere, quia ex ipſis injuſtè tantùm damnari poſſet.

Quamobrem nec juris, neque æquitatis ratio permittit, ut actor ad fundandam ſuam intentionem poſtulat, exigátque à reo ſibi dari inſtrumenta ſua: ſiquidem Actore non probante Reus, tametſi nil præſtiterit, abſolvi debet *l. qui accuſare 4. C. de edend.* Tum quia non eſt juxta æquitatem, ut conventus, ac provocatus ab alio, eidem contra ſe, ac in propriam perniciem arma miniſtret; & adverſarium, à quo laceſſitur, contra ſe inſtruant *l. ult. in fin. C. eod.* nimis enim grave foret, ſi provocatus probationes contra ſe, hoc eſt arma, quibus oppugnatur, teneretur adverſario ſuppeditare: quiſque enim debet in judicio proprias adferre probationes; & non eas petere ab adverſario, quibus utatur contra ipſum *l. Nimis C. de teſtib.* de Actore autem non eſt eadem ratio, quia is Reo petenti tenetur ſua exhibere inſtrumenta ad fundandam, ac probandam ex illis defenſionem ſuam, ſeu exceptionem, & excludendam intentionem actoris *d. l. fin. C. de edend.* 11

Ad ſecundam confirmationem reſpondetur, inſtrumenta communia ratione dominii eſſe à Reo actori edenda, quia talia inſtrumenta pertinent ad utrumque actorem, & Reum; ſuntque inſtrumenta non ſolùm Rei, ſed etiam ipſius actoris, alioquin non eſſent communia ratione dominii *Jure communi 26 ff. de ſervit. prædior. urban.* Non ita inſtrumenta communia ratione utilitatis, quia hæc non ſunt à Reo edenda actori, ut fusè probat Pacianus *lib. 1. de probat. c. 64. num. 94.* quia tametſi utilitas eorum, quæ in inſtrumento continentur, communis ſit actori, & Reo; ſi tamen ipſa inſtrumenta, de quibus agitur, ſeu de quorum aditione controvertitur, ſunt propria Rei; ſi ea ipſe edere cogeretur, utique ſubminiſtraret arma contra ſe ipſi adverſario, quod nimis grave foret, cum poſſet actor à Tabellione, à quo inſtrumentum confectum fuit 12

illud petere. Hinc ſi originale (quod protocollū dicitur) perierit, & Reus habeat authenticum, vel ſimile exemplar; tunc compelli poteſt ad illud edendum Notario, ut ex illo aliud tranſcribat exemplar, quod habeatur inſtar protocolli; imò ob eandem rationem inſtrumenti communis tenetur Reus Actori edere ea inſtrumenta, quibus ipſe in judicio utitur *l. 1. §. Edenda ff. de edendo c. contingit 5.* juncta Gloſſa *ad finem de fide inſtrum.* ſiquidem inſtrumentum, quod antea erat proprium producentis, poſt ipſius editionem in judicio fit publicum, & commune utrique; proinde tenetur Reus illud Actori petenti edere; ut notat Covarruvias *pract. quaſt. 20. num. 7. V. 2.* Ad ſecundam confirmationem reſpondent communiter juriſperiti, Actorem teneri Reo inſtrumenta edere ad fundandam ſuam exceptionem, eò quia invitus in judicium trahatur; unde quando Reus fit Actor per exceptionem, tenetur inſtrumenta exceptionis adverſario petenti edere; quia ſicut Actor intentionem ſuam debet probare; ita Reus debet ſuam exceptionem implere. *l. in exceptionibus 19. ff. de probat. l. 1. C. eod. tit.*

13 Circa replicationem ex parte Actoris, an teneatur tunc Reus edere inſtrumenta Actori, diſcrepant juriſperiti. Bartolus in *leg. final. C. de edendo*, & fere omnes antiqui docent, teneri Reum Actori replicanti edere inſtrumenta; nituntur. Primò quia replicatio eſt quædam exceptio proveniens ex parte Actoris *l. 2. ff. de exception. inſtit. de replic.* & ſicut ad exceptionem fundandam tenetur Actor edere inſtrumenta Reo: ita Reus Actori ad probandam replicationem. Secundò quia Actori non poteſt tunc imputari, cur inſtructus non venerit in replicationibus ad elidendas exceptiones, quia replicationes tunc oriuntur ex facto alieno poſteriore, unde earum ignorantia æquè ſupponitur probabilis, ac exceptio *l. final. ff pro ſuo l. qui in alterius ff. de R. J.* Tertiò quia in *l. penul. §. ult. ff. ad leg. falcid.* Scævola replicantibus legatariis, contra hæredem objicientem Falcidiam, edenda eſſe omnia inſtrumenta docet: ex quibus inferunt, teneri Reum Actori edere inſtrumenta ad probandam ſuam replicationem.

14 Contrarium nihilominus docent alii nominatimque Salicetus *in l. ult. num. 9.* Donellus *in di. l. fin. num. 9. C. edendo* & alii plures Recentiores: & videtur juri, & æquitati magis conſonum: quia Actor in replicationibus adhuc agit Actorem, cujus perſonam per replicationem non exuit: ſed Actor ex generali regula utriusque juris non debet probare intentionem ſuam ex inſtrumentis Rei, quia hic Actore non probante abſolvi debet *l. Actore C. de edendo.* Præterea quia replicatio eò tendit, ut exceptione rejecta roboretur actio, quæ alias elidebatur *l. 2. ff. de exception.* unde eadem æquitas, quæ vetat petitionem Actoris ex inſtrumentis Rei fundari; etiam prohibet ipſam editionem fieri ad muniendam replicationem. Quòd ſi dicas, replicationem eſſe exceptionem, reſpondetur, eſſe exceptionem talis conditionis, ut Actor per ipſam intendat impugnare Reum; eúmque adigere ad ſolutionem; proinde actor per replicationem hanc non exuit perſonam Actoris.

Tametſi Reus non poſſit compelli ad edenda Actori propria inſtrumenta, quibus ſuam valeat intentionem fundare: id tamen multipliciter limitari ſolet. Primò ſi inſtrumenta ſint utrique parti communia præſertim ratione dominii: tunc non ſolum Actor, ſed etiam ipſe Reus tenetur illa edere, quia tunc Reus edit inſtrumentum Actori, ut proprium ejuſdem Actoris; nam quod eſt commune, meum quoque eſt: *l. Jure communi 26. ff. de ſervit. prædior. urban. l. illud 46. ff. de ritu nuptiar.* Inſtrumenta alia dicuntur communia ratione proprietatis dominii; ut ſi duo ſint heredes, ad quos omnia hæreditatis jura ſunt devoluta; proinde etiam ipſa inſtrumenta, quæ ſervari ſolent apud hæredem digniorem, vel natu majorem: vel ſi heredes non poſſunt inter ſe convenire, eligitur tertia perſona amica, apud quam tutè ſerventur: vel etiam deponuntur in æde ſacra *l. cetera 4. §. fin. & l. ſeq. ff. famil. hercisc.* Hæc inſtrumenta communia quoad proprietatem dominii edenda ſunt cuilibet heredi petenti, ut communiter docent juriſperiti cum Gaillo *lib. 1. obſerv. 106. n. 7.* 15

16 Alia dicuntur inſtrumenta communia ratione cauſæ, vel contractus emptionis, venditionis, locationis, conductionis: hæc inſtrumenta originalia à parte, à qua ſervantur, edi debent alteri parti contrahenti, ea petenti; quia hujusmodi inſtrumenta cùm ſint confecta utriusque partis causâ, utrique ſunt communia, & edi debent alteri parti petenti *l. Prætor. 4. § 1. ff. de edend.* Quòd ſi Reus proprio ſumptu curaverit à publico Notario inſtrumentum confici, tunc enim cenſeatur proprium ipſius, non tenetur illud parti petenti edere ut notat Pacian. *l. 1. de Probat. c. 64. num. 94.* quòd ſi Actor ſine ſua culpa proprium perdidit inſtrumentum, tunc poteſt Judex Reum compellere, ut proprium inſtrumentum edat Actori *l. 1. §. fin. ff. de edend.*

17 Quædam inſtrumenta dicuntur communia, quia communiter fiunt pro cautione plurium, ut ſunt rationes, & inſtrumenta Tutorum, Curatorum, Procuratorum; & hæc debent itidem edi *l. quædam 9. in princ. ff. de edend.* Alia dicuntur inſtrumenta communia ratione perſonæ conficientis, eò quia facta ſint à perſona ex publico officio *l. Argentarius 10. ff. de edend.* hac ratione Notarius publicus utrique parti petenti tenetur protocollum edere, quia hoc eſt utrique parti commune, Judex itidem publica acta tam civilia, quàm criminalia exhibere debet, ſi petantur *l. 2. C. de edend.* Libri etiam Mercatorum, in quibus notantur accepta, & expenſa, veluti ex officii obligatione edi debent petenti *l. quædam 6. §. Nummularios* debet tamen priùs ſaltem ſummariè cognoſci intereſſe illius, qui petit inſtrumentum *l. 3. §. ſciendum ff. ad exhibend.* quia ſoli aſſertioni petentis inſtrumentum non creditur, ut notat Gail. *l. 1. obſerv. 106. num. 2.*

18 Compellitur etiam Reus Actori edere inſtrumenta, quando Actor habet fundatam intentionem, quòd ipſi venditus ſit fundus, & neſciat, quo pacto, & ex quibus conditionibus fuerit contracta

tractus initus, tunc Actori petenti compellitur Reus edere inſtrumente; ad adjuvandam intentionem Actoris; quia tunc Actor oon petit à Reo inſtrumenta ad illum impugnandum; ſed principaliter ad dignoſcendas conditiones contractûs. Hinc ait Baldus *in l ult. num. 7. de edend.* colonum cenſualem, vel Emphytauticum, vel vaſallum teneri ſua inſtrumenta edera; eò quia non ſit quæſtio de ſubſtantia obligationis, cùm fateantur ſe obligatoa eſſe; ſed de modo, & quantitata. Ruſus quando Reus utitur inſtrumentis aa producendo in judicio, tunc tenetur illa edere Actori petenti, tametſi ea, quibus uſuros non eſt, non compelletur edere *l. 1. §. edenda ff. de edend.* quia tunc intentio Rei fundatur in ipſo inſtrumento, vel privilegio, proinde Actor petere poteſt, ut ſibi adatur, quo deliberare poſſit, an valit agere, val cedere, ut notat Pacian. *l 1. cap. 63. n 130.*

19 Poteſt etiam Actor petere à Reo inſtrumenta ad probandam ſuam replicationem: ut ſi Reus conventus excipiat Actori pactum de non petendo; & Actor replicet eliud contrarium pactum ſibi factum eſſe; tunc Reus tenetur edere inſtrumentum Actori, ot probet ſuam replicationem fundatam in inſtrumento: quia eadem æquitas, quâ Actor debet Reo edere inſtrumenta ſua ed fundandam ejus exceptionem favorabilem, ut notat Bartol. *in l. fin num. 1. C. de edend.* compellit viciſſim Reum ed edenda ſua inſtrumenta Actori ad fundandam ſuam replicationem: ſiquidem replicatio eſt exceptio quædam Actoris contra exceptionem Rei *l. 2. ff. de except. Bart. l. c. 1. num. 2.* Compellitur itidem Reus edere ſua inſtrumenta fiſco agenti contra illum ex ſpeciali privilegio fiſci *l. 2. §. D Adrianus* Id tamen non niſi in cauſa civili procedit non in criminali, ſaltem capitali *c. l. 2. §. Item D. Fratres* quia cum graviſſimo præjudicio Rei non tenetur ta contra ſe ipſum ſua inſtrumenta fiſco adere, nimis enim id dorum eſſet.

20 Secùs eſt de cauſa civili, & pœna pacuniaria, quia tunc edenda ſunt inſtrumenta fiſco proprio. & primo, non alteri fiſco; quia fiſcua coutra fiſcum privilegium non habet; & privilegiatus utitur jure ſuo contra æquè privilegiatum; hócque privileginm extenditur ad loca pie, & Eccleſias, quibus à Reo edenda ſunt inſtrumenta ad fundandam intentionem agentia loci pii, ut tradit Abbaa *in c. 1. num. 19 b t.* loce enim pie in materia favorabili æquiparantur fiſco! hinc privilegle conceſſa fiſco extenduntur ad loca pia, quie utrinque habetur publice utilitas. Imò hoc privilegium axtenditur atiam ad cauſam matrimonielem, in qua etiam verſetur periculum animæ, & ad cauſas dotis, libertatis, alimentorum, pupillorum, ae miſarabilium perſonarum; ut notat Abbas *l. c. n. 19.* Uſurarii itidem, ſi conveniantur, ad reſtituendas uſuras compellendi ſunt ad edendos libros ſuos, ſeu inſtrumenta rationum ſuarum ad probandam intentionem Actoris, eò quia uſurarii ſint de frande ſuſpecti *Clem. ex gravi §. caterum de uſuris:* idque extenditur ad ſimiles perſones, quæ frequenter fraudea committunt in contractibus ineundis, cujusmodi ſunt Judæi, publicani, nummularii, nautæ, ſtabularii, ut notat Decius *in c 1. b. t. num. 20.*

§. III.

De Probationibus Juramento firmandis.

PRobetionia defectum ſuppleri per juramentum docear communiter juriſperiti; & quamvia non ſit probatio; alt tamen relevatio ab onere probandi Alexand. *conſ. 59. in cauſa appellationis in fin lib 7.* Hinc juramentum in ſupplementum plenæ probationis debere deferri parti meliùs informatæ de veritate negotii juxta arbitrinm judicis gerentis in hoc caſu officium teſtis aſſerit Gem. *conſ. 197. in fine n. 4. V. ſi dominus Auditor;* peti tamen debet juramentum, quamdiu durat terminus ad probandum, quia cenſetur eſſe ſpecies quædam probationis: proinde ſi petatur poſt concluſum, non relevat. Fulg. *conſ 11. Emphyteuta in fin.* Juramentum enim, quod defertur ad probationem, debet in termino probatorio peti, & non ante litem conteſtatem Alex. *conſ. 2. col. antepen. l. 2.* Judex tamen poteſt illud deferre poſt concluſum, quando priùs fuit petitum Jas. *in repe. l. admonendi num. 318. ff. de jurejur.* Regula in jure habetur, quòd ubi ſemiplene probatio tantùm ſuppetit, tunc locus ſit juramento in ſupplementum Alexand. *conſ. 53. n. 6. lib. 1.* Et quando duo teſtes facerent plenam probationem, unus facit ſemiplenam, & datur locus juramento in ſupplementum Imol. *conſ. 141. in cauſ.* 1

Difficultas eſt, an Actor, quando plenè probavit, compelli poſſit ad jurandum; & reſpondetur negativè, adeout is, qui in judicio intentionem ſuam plenè probavit, non poſſit adigi, ut illud idem inſuper juramento proprio confirmet, non obſtante conrraria conſuatudine, & deſumitur *ex c. ſicut conſuetudo 2 b. t.* ubi dicitur: quòd cùm in quandam loco conſuetudo eſſet, ut poſtquam Actor ſuam intentionem in judicio fundavit; ſeu plenè probevit per teſtea, vel inſtrumenta id, quod intendit, ei nihilominus ſacramentum, ſeu juramentum deferretur: quod ſi præſtare nollet, fides nulla haberetur probationibus ipſius. Sed Papa Alexander III. talem conſuetudinem reprobavit, propterea quod ad juramentum non ſit recurrendum; niſi quando aliæ légitimæ probationes deſunt. 2

Ex quibus liquet, eum non teneri jurare, qui plenè probavit intentionem ſuam, tametſi conſuetudine contrarium introductum ſit. Duas habet aſſertio partes, quarum prima aſſerit, non teneri Actorem præſtare juramentum, quando plenè probavit id, quod intendit. Secunda eſt hoc juramentum neque eſſe licitè præſtandum, tametſi conſuetudina contrarium introductum ſit. Prior pars ex eo probetur, quia juramentum utpote remdium periculoſum nonniſi ex neceſſitate adhibandum eſt *cap. ita ego V. quapropter 22.*

§. 1. cap. etſi Chriſtus de jurejuran. l. 8. ff. de condit. inſtit. ſed ubi habetur plena probatio, ibi juramentum non aſt nacesſarium; quia hoa tantùm adhibetur in ſupplamentum probationis, cujus defectum juramentum ſupplet, & ubi probatio aſt plena, ibi non habatur defectus probationis; alioquin hæc eſſet, & non eſſet plena, quod eſt luculenta contradictio: illud dicitur plenum, cui nihil deeſt in ea ratione, in qua eſt plenum: unda cùm ſine neceſſitata nequaat juramantum licitè adhiberi, ſaquitur manifeſtè, Actorem, qui plenè probavit ſuam intentionem, non teneri, imò neque poſſe licitè juramentum adhibere. Secundò quia jusjurandum adhibetur litis non jam deciſæ, ſed decidendæ causâ *l. 1. ff. de jurejur.* factâ autem plenâ probatione lis habetur pro daciſa, & Reus condemnatur *l. negantes 9. C. de oblig.* argo cùm per plenam probationam lis ſupponatur deciſa, non poteſt licitè ab Actore, qui plenè probavit ſuam intentionem, adhibari juramentum. Sicut Actore plenè probante, Reus eſt condemnandus: ita Actore deficiente in probationibus, Reus aſt abſolvendus *c. fin. de jurejur.* Tertiò quia tunc tantùm poteſt adhiberi remedium juramenti ſuppletorii, quando deficiunt aliæ legitimæ probationes *c. 2. h. t. & l. Bona 3. C. de reb. credit.* ſed ubi habetur plena probatio, ibi non deficiunt legitimæ probationes, quia ad pleoam probationem nil amplins deſideratur; ergo qui plenè probavit ſuam intentionam, non poteſt licitè adhibare juramentum.

4 Probatur ſecunda pars, ſcilicat etiam inſtante conſuetudina in contrarium non debere aum, qui plenè probavit ſuam intentionam, adhibera juramentum: ſiquidem talis conſuetudo eſt irrationabilis, ac injuſta, quando ſtantibus quibuscunque perfectis probationibus per inſtrumenta, aut teſtes, quibus partes legitimam ſuam probant intentionem, compellitur actor juramentum præſtare absqua cauſa, & neceſſitate, quod eſt iniquum, cum juramentum nonniſi ex cauſâ, & inopia probationum poſſit in judicio axigi: eſt autem plena probatio, quæ omnibus ſuis partibus conſtat, & quæ tantam fidem facit, quanta ad cauſæ definitionem deſideratur: unde conſuetudo exigens juramentum ſina neceſſitate eſt omnino irrationabilis, quia aſt conſuetndo de re illicita: juramentum enim, quod præſtatur absque neceſſitate, eſt illiaitum, quod ſine peccato fieri nequit *c. etſi Chriſtus 26. de jurejur.* quando autem actor in judicio plenè probavit ſuam intentionem per inſtrumenta, & teſtes, nulla adeſt neceſſitas id confirmandi per juramentum, quod foret omnino ſuparfluum, & non neceſſarinm conſequenter illicitum, ex quo liquat, conſuetudinem exigentem juramentum, ultra plenam probationem eſſe illicitam, conſequenter nullius valoris in ordina ad obligandum, cùm ad illicita non poſſit dari obligatio.

5 Tum quia hujusmodi conſuetudo obligans ad præſtandum juramentū ſine neceſſitate adverſatur juri naturæ, & divino, & quod eſt contra jus naturæ, & divinum, nullo unquam tempore præſcribi poteſt; quapropter talis conſuetudo licèt eſſet immemorialis; non tamen ullam poſſet obligationem inducere, quia ad agendum contra jus naturala, & divinum, non poteſt dari obligatio: & quod eſt ex ſe illicitum, cujusmodi aſt juramentum præſtitum abſque neceſſitate, contrariatur utique juri naturali, & divino. Tum quia hujusmodi conſuatudo eſt contra ordinem judiciorum, quorum ordo id exigit, ut ſemel quòd actor plenè probavarit ſuam intentionem, reus dabeat condemnari, cui procul dubio repugnaret hæc conſuetudo, ſi reus non poſſet condemnari niſi præſtito ab actore juramento poſt plenam probationem exhibitam. Neque obſtat quod *in c. ſicut conſuetudo 2. h. t.* dicatur hæc conſuetudo præſtandi juramentum ab actora, etiam poſtquam plenè probavit ſuam intentionem, eſſe introducta: ſiquidem per errorem juris introducta fuit, eò quia fortaſſis tuna putabant juramentum indiſtinctè deferendum eſſe etiam ei, qui plenè probavit, quo ducti errore talem fortaſſis induxerunt conſuetudinem, quæ propterea extirpanda eſt *l. quod verò 14. ſ. de leg.* & de facto Alexander III. illam reprobavit, & abolevit; poteſt enim Papa tollera irrationabilem conſuetndinem etiam à laicis introductam præſertim ſi peccatum nutriat, ſitque contra jus divinnm, ut notat Abbas *in cap. 2. h. t. num. 1.*

Objici tamen poteſt contra hactenus dicta, 6
quia manifeſtæ videtur eſſe turpitudinis, ac confuſionis nolle in judicio jurare *l. manifeſtè 38. de jurejur.* Immo non ſolùm vartitur turpitudini reo renuenti jurare *l. ait Prætor in princ. l. ſed etſi in princ. & l. jusjuradum 40. ff. de iurejur.* Sed etiam actori retrectanti jurare *l. Nam poſtea 9. §. ſi petitor l. quidam 22. l. eum, qui 30. in princ. ff. de iureiur.* argo tametſi actor ſuam probaverit intentionem teſtibus, & inſtrumentis, adhua ſi ei deferatur juramentum, tenetur illud præſtare. Firmatur, quia tamatſi actor plenè probavarit ſuam intentionem, in quacunqua parte litis, compellitur jurare de calumnia *c. 1. de iuramento calum. l. 6.* proinde etiam tenetur præſtare juramantum ſupplatorium, ſi à Judice exigatur.

Præterea difficilior videtur ſeconda pars 7
aſſertionis, nimirum conſuetudinem in contrarium introductam nullius eſſe valoris in ordine ad præſtandum juramentum in judicio: ſiquidem in jura canonico conſuetudo introducta circa actus judiciales maximæ aſt authoritatis, cùm juxta illam cauſæ decidantur *c. cum cauſa de re iudic.: c. quod à clericis de for. compet. c. cùm veniſſet de eo qui mittitur. c. ſuper eo de cognat. ſpiritual. c. ad hæc de teſtam. c. delecti de arbit.* Proinde conſuetudo quæ *in c. 2. h. t.* inoleverat præſtandi juramentum ab actore, tametſi plenè probsverit ſuam intentionem, erat admittenda, præſertim cum conſuetudo prohibens præſtare juramentum in judicio improbatur *in c. cæterum §. de iurament. calum. c. conſtitutus de fideiuſſore:* unda conſuetudo, de qua agitur in hoc textu *c. 2. h. t.* ut juri conſona videbatur obſervanda. Firmari ex eo potaſt, quia quod poteſt fieri lege, poteſt conſuetudine introduci *l. de quibus ff. de leg.* atqui poteſt lege ſtatui, ut juramentum præſte-
tur

Google

tùr ab actore, tametſi plenè probaverit ſuam intentionem: ergo conſuetudine potuit introduci hoc juramentum præſtandum etiam poſt plenam probationem. Minor ex eo evincitur, quia quamvis numerus duorum, vel trium teſtium ſufficiat in omni actu *c. in omni 4. de teſtib. l. ubi numerus ff. de eod. tit. c. Novit. de iudic.* Nihilominus perſæpe à lege major numerus deſideratur, ut in cauſa Cardinalis *c. Præſul. 2. q. 4.* in probatione ſolutionis debiti, de quo conſtat per ſcripturam, ubi quinque teſtes requiruntur *l. teſtium C. de fidei commiſſ.* quinimo *l. ſervilia in quæſtione repetundarum* centum, & viginti hominibus teſtimonium dicere licuit, ut ex Valerio Maximo *lib. 8. c. 1.* referunt Briſonius *lib. 2. ſelect. c. 17.* Gottofredus *in l. 1. §. final. ff. de teſtib.* unde nil mirum ſi conſuetudine introduci poſſit; ut ultra probationem legitimam etiam juramentum ab actore præſtetur. Firmatur ulteriùs, quia uſus poſitionum jure canonico approbatur; & nihilominus ſuam à ſola conſuetudine trahit originem *c. dudum el. 2. de elect. c. præſentium de teſtib. l. 6. c. ſtatuimus de confeſſis*: ergo conſuetudo poteſt etiam introducere, ut poſt plenam probationem præſtetur juramentum ab actore.

8 Sed contra, non enim, quæ objiciuntur, ſunt tanti momenti, ut communem evertant aſſertionem. Juvat adnotare, tria dari genera jurisjurandi litis decidendæ gratiâ comparata, ſcilicet juramentum voluntarium, neceſſarium, & judiciale ut deſumitur *ex l. ult. §. de iureiur. l. 1. ff. de iureiur.* ut notat Barboſa in *tract. de probat. per iuramentum.* Voluntarium eſt, quod ex conventione apertè defertur parti extra judicium, ſeu ante conteſtationem litis *l. iusiurandum 17. §. de iureiur. l. quoties. 21. §. Prætor. ait, & §. ult. de noxar. act. l. illud 25. §. 1. de conſtit. pecun. l. ſi quis uxori 53 §. ſi quis iuraverit de furtis l. penult. quib. mod. dignus l. 1. § ſi quis argentum 40. ff. depoſiti.* Juramentum neceſſarium, dicitur eò quia in judicio ob defectum, ſeu inopiam probationum in cauſis dubiis defertur à Judice uni ex litigatoribus alio invito: Et dicitur hoc juramentum neceſſarium, eò quia ſine illo non poſſet cauſa aliter expediri, & etiam quia pars, cui defertur præcisè compellitur illud præſtare *l. admonendi 31. ff. de iurei. l. 3. C. de rebus creditis.* Attamen juramentum judiciale, prout pertinet ad præſens inſtitutum, dicitur, quod lite conteſtata, & petente altero ex litigatoribus, qui diffidit de probatione ſuæ intentionis, ut ipſo ſe abſolvat, vel condemnet. Judex alteri defert *l. 1. l. iusiur. 34. §. ait Prætor 6. l. tutor. 35. l. manifeſtè 38. ff. de iureiur. l. delata 9.* & hoc juramentum judiciale eſt tantæ efficaciæ, ut illo præſtito nil ulteriùs quæratur; quia tale juramentum deciſorium habetur pro re judicata *l. 2. ff. de iureiur. l. poſt rem. 56. de re iudic. l. 1. de confeſſ. §. item ſi quis inſtit.*

9 Rurſus juramentum, ut deferatur in judicio tria exigit, quorum primum eſt, ut præſtetur in ſupplementum probationum; ſi enim cauſa non laboret probationum inopiâ, ac defectu, non debet juramentum præſtari: ſiquidem actori tantùm incumbit onus probandi, quod intendit *l. qui accuſare 4. C. de edend. l. 2. ff. de probat.* unde non eſt onerandus ſuperfluis probationibus, ſeu juramento, quod eſt probatio tantùm ſubſidiaria *l. final. §. final. de iureiur.* Quamobrem juramentum nonniſi in ſupplementum probationum admittitur in judicio. Secundum, quod requiritur eſt, ut nonniſi in cauſis dubiis deferatur juramentum: quæ verò cenſendæ ſint cauſæ dubiæ in ordine ad juramentum præſtandum, non conveniunt juris periti: plures cenſent, cauſas dubias eas dici, in quibus par eſt utrinque probatio, in quo caſu poſſe deferri jusjurandum docent Antonius Faber *lib. 19. coniect. c. 1.* Donellus *de iureiur. c. 11. n. 4.* & alii, qui nituntur, quia vel actor probat, vel non: ſi primum reum vincis *l. 9. C. de O. & A.* ſi ſecundum reus abſolvitur *l. 4. C. de edend.* Tum quia paria ſunt non probare, & non perfectè probare *l. 6. ff. qui ſatisd. cog.* ſiquidem cùm lex exigat probationem illam, requirit juſtam, & legitimam *l. ult. C. de probat.* quapropter ſi probationes ſint utrinque pares tanquam nullâ præcedente juramentum deferri poteſt.

Verùm huic ſententiæ adverſantur alii præ- 10
ſertim Merula *lib. 4. diſ. ſect. 4. tit. 23.* Vinius *lib. 1. ſelect. c. 44* & alii, quorum ſententia eſt probabilior, docent enim cauſas dubias exigentes juramentum non eſſe eas, in quibus pares utrinque ſunt probationes: ſiquidem in hoc caſu dicunt, reum eſſe abſolvendum, cùm actor non ſit melioris conditionis in ordine ad probandam ſuam intentionem: ſiquidem cæteris paribus rei in judiciis ſunt favorabiliores *c. ex litteris §. ult. de probat. l. Arianus 47. §. de O. & A. l. inter 38. ff. de re iudic.* ſed generatim eas vocant cauſas dubias, in quibus Judex eſt dubius ob minus plenas probationes delatas, ut ſi actor unum tantùm afferat teſtem omni exceptione majorem: vel adſit comparatio ſcripturarum *l. comparationes C. de fid. inſtrum.* Hinc corruunt fundamenta, quibus nititur contraria ſententia; ſiquidem ad primum reſpondetur, dari medium quoddam, quando ſcilicet actor, nec omnino probat, neque nihil, ſed tantùm ſemiplenè, quo caſu juramentum ſupplet defectum probationis. Ad ſecundum non aſſerit imperfectam, & ſemiplenam probationem ſufficere ad proferendam ſententiam, ſed potiùs quia ex illa Judex non poteſt verum judicium formare, ac propterea juramentum defert, quo ſuum formet judicium, eſt enim juramentum hoc ſuppletorium, veniens in ſupplementum probationis. Tertia tamen conditio eſt, ut hoc juramentum non præſtetur, niſi cauſâ cognitâ, ſeu quòd Judex illud non deferat, niſi in cauſis, quæ illud admittunt, ut notat Fachin. *lib. 1. controverſ. c. 25.* Covarruvias *de matrim. 2. p. c. 4. §. 1. n. 8.* Cæterum cauſæ criminales probationes exigunt non ſolùm plenas, ſed etiam luce meridiana clariores *l. ult. in fin. C. de probat.* Nec propter earum inopiam ſunt admittendæ probationes præſumptivæ, cujusmodi eſt ſuppletoria probatio per juramentum *l. 5. ff. de pæn. l. ante penult. ff. de quæſtion.* Rurſus Judex debet plura examinare, antequam exigat juramentum, ut fidem, conditionem, qualitatem perſonæ, quantitatem rei, de qua agitur.

Hiſce prænotatis ad primum argumentum 11
in

in oppoſitum reſpondetur, aliud eſſe juramentum à parte parti delatum extra judicium, quod deſert dominus litis, vel is, cui libera adminiſtratio concreditur *l. iusiurandum 17. cum ſequent. l. tutor 35 in princ. & §. 1. ff. de iureiur.* & quando extra iudicium ex ſimplici conventione deſertur iuramentum impunè à parte recuſatur *d. l. iusiur. 17.* Et aliud iuramentum iudiciale, quod ex decreto Judicis pars defert parti, quod neceſſarium eſt ad ſupplendum defectum probationis, & ut Judex formare poſſit rectum judicium, & tunc huc juramenrum præſtari debet, & de illo loquuntur præcitata jura; non verò de juramento præſtando ab eo, qui plenè probavit ſuam intentionem, is enim non conſtituit Judicem dubium in ordine ad formandum judicium, proinde non poteſt Judex ei injungere hoc juramentum præſtandum: quamobrem omnes præcitati textus, ex quibus deducitur eſſe manifeſtæ turpitudinis, & confuſionis nolle jurare in judicio, non aliter poſſunt intelligi, quàm de judicio, in quo ex defectu probationum Judex eſt dubius, & non poteſt certum iudicium formare, tunc enim actor, qui tantùm ſemiplenè probat ſuam intentionem, debet in ſupplementum probationis addere juramentum; non ita ſi plene probaverit ſuam intentionem. Ad primam confirmationem reſpondetur, actorem etiam probantem intentionem ſuam inſtrumentis, & teſtibus adhuc debere jurare de calumnia, ut deſumitur *ex c. 1. de jurament. calum. in 6.* Neque tale juramentum cenſetur ſuperfluum, quia non præſtatur in ſupplementum probationum, ſed ad removendam calumniam, eò quia actor falſos teſtes potuit induxiſſe, qua ratione etiam accedente plena probatione præſtandum eſt juramentum calumniæ, quod non eſt contra noſtram aſſertionem, quâ volumus actorem plenè probantem ſuam intentionem non teneri exhibere juramentum in ſupplementum probationum, non verò ad tollendam calumniam.

12 Ad id quod objiciebatur contra ipſam conſuetudinem, reſpondetur, præallegata in præcitatis textibus tantùm procedere, quando conſuetudo eſt rationabilis, ac legitimè præſcripta; non ita ſi ſit injuſta, & irrationabilis, ac contraria bonis moribus; quia tunc rejicitur, ut erat conſuetudo, de qua agebatur *in c. 2. h t* & ab Alexan. III. fuit deleta, & quamvis *in c. cæterum, & in c. conſtitutus* damnetur conſuetudo, quæ prohibebat juramentum calumniæ præſtari, id non officit, quia tunc prohibebatur juramentum, quod erat juſtum, proinde non erat prohibendum. Ad primam confirmationem, in qua dicebatur, poſſe introduci per conſuetudinem, quod poteſt fieri per legem, ad quod adferebatur numerus teſtium; reſpondetur plures teſtes poſſe extra judicium invocari, etiamſi probatio neceſſaria facta ſit per duos teſtes *argum. text. in l. final. C. de fideicommiſſ. c. extra conſcientiam 64. diſt. c. prudentiam 22. in fin. princ. de offic. deleg.*

13 Cæterum ſi probatio ſit plena non compellitur actor in judicio jurare propter juramenti religionem; ſiquidem juramentum ſine neceſſitate non eſt adhibandum: hinc liquet diſcrimen inter juramentū, & teſtes, quia teſtes non neceſſarii non prohibentur adduci; ſed juramentum nonniſi neceſſario præſtari debet ab actore. Ad aliam confirmationem deſumptam à poſitionibus reſpondetur, reum jure compelli reſpondere poſitionibus; quia poſtquam cognita actione maluit contendere, quàm cedere, exiſtimans ſe juſtam cauſam fovere, curavit litem ſuſcipere, & ſæpe contingit hoc pacto litem dirimi, eò quia eidem reus ſua confeſſione finem imponat. Quamobrem cum ob defectum probationis actor petat, ut reus poſitionibus cum juramento reſpondeat, adeo ut ſua confeſſione lis decidatur, rectè approbatur uſus poſitionum, ut per ipſum faciliùs lites abſolvantur, quod fit in reipublicæ commodum.

14 Supereſt difficultaa, an ſicut actor legitimè probans ſuam intentionem, teneatur jurare; ita non probante actore reus, cui ab ipſo deſertur jusjurandum jurare debeat, & ſi nolit habeatur pro confeſſo. In hac quæſtione non conveniunt iurisperiti; ſiquidem negant cum Gloſſa *in l. 3. C. de reb credit.* Maſcardus *de probat. volum 2. conclus. 957. n. 7.* Faber *in ſuo cod. tit. de reb. credit. definit. 23* Jaſon *in l. admonendi n. 31.* Menoch. *lib. 1. de præſumpt. q. 81. n. 2.* & [illegible]ntur, eò quia actore non probante reus ſit abſolvendus, tametſi nil præſtiterit, ut habetur *in c final. § 1. de iureiur. c. unic. ut Eccleſ benef. l. qui accuſare. C. de edend. l. 7. tit. 3. p. 7.* Tum quia actor, & reus ad imparia teneri non debent *l. final. C. de fruct. & lit.* atqui reus actore probante ſuam intentionem condemnatur, adeo ut non poſſit illum provocare ad jurandum, unde reus actore non probante ſuam intentionem non eſt compellendus ad præſtandum iuramentum, ſed debet abſolvi. Tum quia adverſarius non debet arma petere à ſuo adverſario, quem laceſſit, ac provocat ad pugnam; hinc actor, qui ad iudicium Reum provocat, & trahit, debet propriis probationibus reum convincere *l. Lucio 29. ff. de O. & A.* Hinc ſi actor deficiat in ſuis probationibus, non debet ſuppetias petere ex iuramento ipſius rei conventi.

15 Alii aliter ſentiunt, cenſéntque, permiſſum eſſe actori, tametſi nil probaverit, deſerre iuramentum iudiciale ipſi reo, adeo ut illud reſerre, ac ſubire compellatur, ita cenſent Fachin. *lib 1. controverſ. c. 19.* Cuiacius *lib. 22. obſer. c. 28.* Dunellus *in tit de iureiur. c. 12. n penult.* Vinius *lib 1 ſelect. c. 42.* & hæc ſententia probari ſolet *ex l. tutor 25. ff. de iureiur. l. cum de indebito 25. §. penult. ff. de probat.* ubi illi, cui onus probandi incumbit, conceditur facultas deſerendi iusiurandum pro adverſario abſque ulla diſtinctione. Rurſus hæc ſententia ſolet itidem probari iure divino, quia *Exodi c. 22.* oſtenditur: ibi poſſe teſtem provocari ad Deum, ſeu ad exhibendum iuramentum, ubi deſunt teſtimonia, adeo ut deficientibus probationibus actor metu Numinis divini veritatem à reo extorqueat. Verùm hiſce oppoſitis ſententiis ſatius præfertur media, quæ nititur diſtinctione; ſi enim actor nil probare tentavit, ſed ab initio petiit, ut ſibi, vel reo deferatur iuramentum, tunc locus eſt delationi: ſiquidem poteſt actor acquieſcere iuramento

præ-

præſtito ab adverſario, & litem non inſtituere, quia ut docet Jaſon *in l. admonendi n. 166.* poteſt actor renunciare probationibus, & reo deferre juramentum, & in hoc caſu docetur *in d. l. manifeſtæ §. de jurejur.* eſſe manifeſtæ turpitudinis nolle jurare, nec juramentum referre. Quod ſi actor tentavit jurare, & id non præſtitit, tunc reus eſt abſolvendus juxta prioris opinionis fundamenta, ut oſtendit Pacianus *de probat. lib. 1. c. 70. n. 4.*

IV.

Cuinam competat onus probandi in judiciis duplicibus?

1 IUditia dicuntur, quæ ſunt communia pluribus, & quia hæc communio ſæpè diſſidia parit *l. cùm Pater 77. § dulciſſimus ff. de legat. 2. l. ſancimus , nc autem C. de donation. l. inter communes 26. ff. de ſervit. urb præd. c. ex tenore in fin. de ſent. excommun.* ideo nemo compellitur ad hanc communionem *l. ſi non ſortem 26. § ſi centum 4. ff. de condict. indeb. l. 1. ff. familiæ Herciſc.* Hinc ad diviſionem rerum communium ſcitè inventa ſunt remedia, ſeu judicia, quæ in jure dicuntur familiæ Herciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum. Ex hiſce remediis judicium, ſeu actio familiæ Herciſcundæ competit hæredibus pro dividenda hæreditate *l. 1. ff. familiæ Herciſc. §. ſi familiæ inſtit. de offic. Jud.* ut docet Vinius *lib. 1. ſelect. c. 35.* ſiquidem Herciſcere idem apud veteres ſignificavit, ac verbum dividere *c. deinde 28. diſt. 10. ibi utrum ſint appellandi fratres, an habeant herciſcendæ hæreditatis conſortium.* Non tamen hæreditas dividi poteſt quatenus eſt ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit *l. hæreditas 24. ff. de reg. jur.* ſiquidem non poteſt dividi, nec pro diviſo poſſideri *l. Pomponius 8. l. per hoc judicium ff. communi divid.* quia cum ſit ſuper corporis *l. 3. ff. de bonor. poſſeſſ.* non patitur diviſionem, ſed in ſolo jure conſiſtit, quod ſine ullo corpore juris intelligitur *l. hæreditas 50. ff. de petit. hæred.* Immo nec ipſa hæreditatis nomina dividuntur *l. 2. § final. l. 4. ff. famil. Herciſc.* Quamobrem quæ dividuntur, ſunt ipſæ res hæreditariæ, quia appellatione familiæ intelliguntur tam res, quam perſonæ *l. pronunciatio 195. §. familiæ ff. de V. S.* Ad hoc judicium familiæ herciſcundæ pertinet textus in *l. Pomponius 35. ff. famil. Herciſc. cuncta leg. 20. ff. de collat. bonor. l. 2. ff. quib. mod. pignus ſolvitur. l. final. ſi quatuor l. penultim. inſulam. ff. de legat. 2. l. qui Romæ §. hæredes ff. de V. O.*

2 Judicium, quod dicitur communi dividundo illi competit, inter quos habetur aliquod commune dividendum *l. 1. per tot. ff. commun. divid. §. quædam inſtit. de action.* differt autem hoc remedium, ſeu judicium à judicio familiæ herciſcundæ, quia actio familiæ herciſcundæ tantum datur cohæredibus quibus competunt res hæreditatis; ſecus judicium communi dividundo competit ex quacumque cauſa, ratione cujus res ſit pluribus communis, ſive res communis ſit ratione emptionis, donationis acquiſitionis. Differt etiam ab actione pro ſocio, quia illa actio magis reſpicit perſonales præſtationes, quam rei communis diviſionem *l. 3. ff. commun. divid.*

3 Judicium finium regundorum, de quo in præſenti ſpecialiùs agitur, ſuam haurit nomenclationem à terminis dividendis, & regundis, ut tradit Iſidorus *lib. 5. orig. c. 25.* ubi dicitur, quòd actio finium regundorum dicatur ex eo, quia per eam regantur fines utrinque, ne diſſipentur, dummodo non anguſtiore quinque pedum loco. Hinc judicium finium regundorum eſt actio in perſonam, quamvis habeatur pro vindicatione rei *l. 1 ff. finium regundor.* Dicitur etiam actio finium regundorum, quia per ipſam fines vindicentur, quapropter rectè cauſæ finali dicitur inhærere cauſa proprietatis *l. 3. C. finium regundor.* Dicitur tamen actio in perſonam, non quia per eam nobis perſonam adjudicetur, quod noſtrum eſt, ſiquidem non per eam actionem intenditur, ſed ex arbitrio Judicis proficiſcitur, §. *quædam 20. inſtit. de action.* Sed dicitur actio in perſonam; eò quia per eam actor intendat ſibi præſtari quanti intereſt, ſeu quod ei abeſt ob id fortaſſis, quia adverſarius arborem finalem excidit, & lapides ſuſtulit, ac proinde fines agrorum perturbavit, confuditque §. *ſi finium 6. inſtit. de offic. Jud.*

4 In hiſce judiciis communibus, ſeu duplicibus, ſeu familiæ herciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum uterque litigantium tam actoris, ſeu petitoris, quam Rei conventi perſonam ſuſtinet, quapropter hæc tria judicia diviſoria vocari ſolent duplicia; eò quia in illis quilibet litigantium ſit ſimul actor, & reus *l. 2. juncta Gloſſa V. duplicibus judiciis ff. de commun. divid.* quilibet enim & agit, & convenitur *l. judicium 10. ff. fin. regund.*

5 Actio finium regundorum competit pluribus, & præſertim dominis fundorum confinium, non ſolum ſi directum habeant dominium, verum etiam ſi utile: quapropter habentes fundos vectigales, & emphyteuticarios, hoc poſſunt judicium exercere *l. 4. §. finium ff. finium regundor.* ſicut & utilem duntaxat actionem liquet dari communi dividundo. Rurſus competit hæc actio creditori præſertim pignoratario *l. 4. § ſi finium 9.* ſed fortaſſis competit actio utilis tantum, quia utilis duntaxat rei vindicatio pro hypotheca, & ſervitute illis datur *l. ei qui pignori 16. ff. de ſervitute l. unic. §. final. ff. de remiſſ.* Cæterum in judicio finium regundorum in quo uterque litigans probare debet, ille abſolvendus eſt, qui melius probaverit; quòd ſi litigantes æquè probant, tunc abſolvitur poſſeſſor ut deſumitur *ex c. ex litteris 3. h. t.* ex quo infertur, quòd ſi ad beneficium aliquod fundus jure perpetuo ſpectat, tunc beneficiatus pro defendendis, vel recuperandis juribus illius poteſt agere, & convenire in judicio, ut deſumitur ex *d. c. ex litteris*

dummodo etiam ipſi poteſtas adminiſtrandi ex conſuetudine, vel ſtatuto conceſſa fuerit, ut docet Innocentius *hic in princ.* Et quamvis beneficiatus non habeat proprietatem fundi pertinentis ad beneficium, ſufficit tamen, ſi habeat quaſi uſumfructum illius; quia uſufructuarius pro juribus fundi poteſt agere judicio finium regundorum *l. ſed & loci 4. §. finium ff. fin. regund.* Et quia ex communione bonorum, ac finium fundorum oritur, quòd uterque poſſeſſor contra alterum petat, ſibi aliquam dari partem, vel hæreditatis, vel rei communis, vel termini antiqui agrorum, ideo in judiciis duplicibus, ac diviſoriis uterque litigans eſt actor, & reus, ſeu agit, & convenitur, & termini præſertim agrorum ſi nunquam conſtituti fuerunt, vel non appareant, ponendi ſunt de novo, & conſervandi, ad pacem inter vicinos fovendam, ut notat Decius *in cit. cap. ex litteris 3. n. 12. h. t.*

6 Illud tamen juvat obſervare, quòd tametſi in hiſce judiciis duplicibus utriusque partis litigantis cauſa communis eſſe videatur, & uterque agere, & convenire poſſit; nihilominus qui prior in judicium provocavit, magis actoris, quàm Rei cenſetur perſonam agere, adeo ut ipſe prius de calumnia jurare teneatur *l. in finibus 13.* juncta Gloſſa *V. videri actorem ff. de jure.* Sin autem ſciri nequeat, quis priùs provocaverit, ſorte id eſt dirimendum, ut innoteſcat, quis principalis ſit actor *l. ſed cum ambo 14. ff. de judic.* quod eſt intelligendum, ut in hiſce judiciis duplicibus is actor dicatur, qui prius ad judicium provocavit quoad ordinem judiciarium: ſiquidem in judicio, ut ordo ſervetur, debet unus actoris perſonam agere, & alter rei, ne inducatur proceſſus confuſio; cæterum quoad effectum, & deciſionem cauſæ uterque eſt actor, & reus, agit, & convenitur, ac uterque jurare debeat de calumnia, & probare, ac ſatisdare de ſe judicio ſiſtendo, ut notat Barboſa *in collect. in d. c. ex litteris n. 19.*

7 Rurſus in hiſce judiciis duplicibus illi adjudicatur victoria, qui intentionem ſuam probat altero non probante, vel ſi uterque probet, ad Judicem pertinet, quisnam veriſimilius probaverit, ſeu cujusnam teſtimonia fuerint magis idonea; quòd ſi utriusque partis teſtimonia, & probationes æquales eſſe videantur, tunc judicatur in favorem poſſeſſoris, quia jura ſunt promptiora ad abſolvendum, quàm condemnandum ut liquet ex *d. c. ex litteris.* Tum quia in pari cauſa conditio poſſidentis eſt potior, ac melior *ex regula juris 65 num. 6.* Excipitur tamen, niſi actor cauſam favorabilem foveat; ſi enim agatur de libertate hominis, & utriusque partis probationes utrinque ſint æquales, ſententia proferri debet pro libertate etiam contra reum, & poſſeſſorem ut deſumitur *ex d. cap. ex litteris* juncta Gloſſa *in V. in liberali*; ubi hoc idem extendit ad cauſas pias, & favorabiles, cujusmodi ſunt matrimonium, dos, teſtamentum.

8 Quod verò in hiſce judiciis duplicibus videtur difficilius, eſt, an detur actio ſocio contra ſocium, nimirum ſi Petrus fundum proprium habeat confinem alteri fundo communi inter Petrum, & Paulum, tunc enim oritur dubium, an, ſi controverſia ſit de finibus, poſſit Petrus Paulum convenire judicio finium regundorum, vel Paulus poſſit cum Petro agere, videbatur id non debere impediri, ſicut *in l. ſed ſi inter 27. in princ. ff. de ſervit. urban. præd.* ſicut enim ſi ex agro privato aqua communis noceat, vel è contra agi permittitur ſocio contra ſocium *in l. ſi tertius 6. §. inde quæritur 2. & in l. ſuprà 11. §. penult. ff. de aqua, & aqua*, ita etiam datur actio ſocio contra ſocium in hoc judicio finium regundorum. Nihilominus contraria ſententia probatur *ex l. 4. §. ſi communem 7.* ubi ex Pomponio dicitur: ſi communem fundum ego, & tu habeamus, & vicinum fundum ego ſolus, an finium regundorum judicium accipere poſſimus? & reſpondet Pomponius, non poſſumus accipere nos, eò quia ego, & ſocius meus in hac actione non poſſumus eſſe contrarii.

Neque obſtat, quòd judicium communi 9 dividundo detur ſocio contra ſocium *l. ſed inter 27. ff. de ſervit. urban.* quia in aliis caſibus ideò datur judicium communi dividundo, quia utilitas exigit ſocio contra ſocium actionem dari, quia niſi daretur actio, amitteretur jus, quod ſocius habebat ad impediendum, ne aqua noceret, quod jus facile amitti poterat per ſocii uſucapionem. Secus in judicio finium regundorum contingit, ſiquidem cum finium uſucapio non detur, timeri non poteſt, ne ſocius jus ſuum amittat, tametſi non agat durante communione, ut rectè docet Cujacius *in l. 4. & lib. 22. obſer. c. 38.*

Judex in hoc judicio jure civili antiquo fuit 10 Prætor, vel præſes, ad ipſos enim pertinebat cognoſcere, an fines regi, & an ab alterutro confinium præſtari aliquid oporteret, hoc enim cognito aſſignabantur arbitri, ſeu agrimenſores, per quos fines regerentur, & id, quod oporteret, reſtitueretur, ut habetur *in l. ſi finalis 3. C. Theodoſiam finium regund.* juxta conſtitutionem Conſtantini Imperatoris *in l. 3. C. h. t.* & in hoc ſenſu intelligunt communiter Ulpianum *in l. ſi irruptione 8. §. 2. ff. finium regund.* ubi ait: ad officium Prætoris, & Præſidis pertinere Menſores de finibus mittere, & per eos dirimere quæſtionem finium. De agrimenſoribus plura eruditè ſcribit Gibalinus *tom. 2. de negot. lib. 4. c. 4. conſect. 5.* Judex igitur in hiſce actionibus duplicibus, & in judicio finium regundorum curare debet, ut fines determinet, ſeu eos conſtituat juxta vetera monumenta, & antiquam formam *l. in final. 11. ff. h. t.* idque deduci poteſt ex finalibus lapidibus, aut alia ſignis terminalibus. Immo olim agrorum limites tabulis æreis inſcribi conſueverant, ne delerentur, ut liquet ex *l. qui tabulam 8. ff. ad leg. Julian.*

Videtur tamen contra hactenus dicta adverſari textus *in l. ſi quis ſervum. 7. §. ſi inter duos. ff. de legat.* ubi habetur, quòd poſſeſſori nunquam incumbit onus probandi. Tum quia 11 ex poſſeſſione præſumitur titulus in poſſidente *c. 1. ut lite pendente:* & illud dicitur commodum poſſeſſionis, ut poſſeſſor transferat onus

onus probandi in actorem §. *commodum inſtit. de interdict.* atqui in præſenti judicio finium regundorum unus poſſidet, ergo illi non eſt injungendum onus probandi. Sed contra, ut ut quòd onus probandi non ſit injungendum poſſeſſori, id procedit regulariter in omnibus illis judiciis, in quibus unus ex litigatoribus eſt reus, & alter actor: non ita valet in judiciis duplicibus, & diviſoriis, in quibus quælibet pars eſt actor, & reus; agit, & convenitur: hinc in judicio finium regundorum uterque ex litigatoribus ſe in poſſeſſione eſſe allegat; proinde utrique incumbit onus probandi, cum non ſit potior ratio de uno, quàm de alio. Supereſt etiam reſpondendum illi difficultati, quæ ſolet objici contra aſſertionem, in qua diximus, quòd ſi in judicio finium regundorum litigantes pariter probent, abſolvendus ſit poſſeſſor: ſiquidem videtur obſtare judicium Salomonis, quia cum quæſtio dubia eſſet, & probationes pares, rem eſſe dividendam cenſuit Salomon in caſu relato *lib. 3. Regum c. 3. & in c. Afferte 2. de præſumpt.* verùm id non obſtat, quia Salomon ſententiam illam ſectionis, & diviſionis protulit non definitivè, ſed comminatoriè, nimirum ut ex tali comminatione erueret præſumptionem, ut rectam ſententiam proferre poſſet; aliàs in eo caſu filius erat adjudicandus mulieri eum poſſidenti, ut notat Abulenſis *lib. 3. Regum c. 3. q. 17.*

11 In interdicto retinendæ poſſeſſionis quando uterque litigans contendit, ſe in ſolidum poſſidere eandem rem, adeo ut uterque ſit actor, & reus, quia uterque petit, ut tota poſſeſſio ſibi adjudicetur, & alter deſiſtat ab occupatione; tunc Judex ex utraque parte teſtes, & alias probationes non ſolùm ipſius poſſeſſionis, ſed etiam tituli, ſi offerantur, recipere debet, ut inde conjiciat, pro qua parte ferenda ſit ſententia, ut deſumitur *ex c. licet cauſam 9. h. t.* Ex quo habetur, quòd orta controverſia inter Archiepiſcopum Ravennatenſem, & communitatem Faventinam ſuper juriſdictione, honore, & diſtricto in Villa S. Petri, & Caſtro Arioli, quòd dicta Eccleſia ad ſe pertinere dicebat, Pontifex Innocentius III. mandavit Epiſcopo Placentino, ut atteſtationes tam ſuper negotio principali, quàm ſuper perſonis teſtium intra trimeſtre reciperet. Deinde utriuſque partis procuratores unà cum ſignatis atteſtationibus ad ſedem Apoſtolicam deſtinaret.

12 Ad pleniorem hujus textûs intelligentiam juvat obſervare, tria eſſe, quæ alicui in civitate, vel oppido, aut caſtro poſſunt competere, ſcilicet juriſdictio, honor, & diſtrictus. Juriſdictio nonnunquam latè ſumitur, adeo ut imperium ſit ejus ſpecies; nonnunquam ſtrictè *in l. 3. de juriſdic.* ubi juriſdictio diſtinguitur ab imperio mero, quod jus gladii continet. Mixtum enim imperium dicitur, cui non tantùm imperium, ſed etiam juriſdictio, ineſt, ut dare tutores, in bonorum poſſeſſionem mittere, ut deſumitur *ex l. 3.* Juriſdictio verò cui imperium non ineſt, ſed tantùm mercenario Judicis officio exercetur, dicitur ſimplex, ut explicat Bartol. *in l. 1. ff. de juriſdic.* Honor dicitur quando quis in eo loco tanquam dominus cognoſcitur, cui obſequia, & officia præſtantur. Diſtrictus ſignificat illud terræ ſpatium munitum, & armatum juriſdictione; ut ex Bald. definit Felinus *c. Rodolphus num. 18. de reſcript.* & nonnunquam dicitur juriſdictio territorialis.

Rurſus tripliciter poteſt quis in judicio verſari. Primò ut actor latè ſumpto vocabulo, exigendo publicam vindictam ob delictum accuſati. Secundò aliquid exigendo ab adverſario ob jus, ſeu privatam obligationem. Tertiò exigendo aliquid à Judice ob utilitatem privatam. In priori caſu agens in criminali judicio ad publicam vindictam contra malefactorem tenetur proponere crimen commiſſum in libello; non tamen eſt neceſſe, ut concluſionem adjungat, quia Judex nobili ſuo officio tenetur pœnam publicam decernere, ſi crimen in judicio deventum fuerit *l. 3. ff. de accuſat.* In ſecundo caſu agens pro privata utilitate contra adverſarium, debet in libello concludere, ſeu petere id, ad quod reus obligatus eſt *l. 1. ff. de edend.* In tertio caſu petitio dirigenda eſt ad Judicem, ut ejus officium imploretur, ſcilicet ad dandum tutorem, ad reſtituendum in integrum, vel aliud beneficium conferendum. 13

Præterea poteſt quis habere proprietatis jus in fundo etiam junctum cum uſu fructu, tametſi non habeat juriſdictionem ullam, quo pacto dicitur poſſe quis habere territorium, & non diſtrictum, ſeu juriſdictionem territorialem, quia territorium definitur univerſitas agrorum intra fines utriuſque loci. Quòd ſi duo contendant de poſſeſſione, adeo ut uterque petat eam ſibi totam adjudicari, tunc ille eſt alteri præferendus quoad poſſeſſorium, qui meliores, & validiores probationes attulerit, ut ſi plures teſtes, ſi evidentiores rationes, ſi para una poſſeſſionem ſuam antiquiorem probaverit *c. licèt 9. h. t.* Quòd ſi duo æquali modo probent, tunc in favorem poſſeſſoria adjudicandum eſt, quia ſola probatio anterioris poſſeſſionis in cauſa citata *c. licet 9. h. t.* ſufficiebat, ut Eccleſia Ravennatenſis obtineret in judicio ſententiam pro retinenda poſſeſſione. 14

Cæterum duobus modis agi poteſt interdicto retinendæ poſſeſſionis. Primò ſi actor tantùm contendat ſe poſſidere, & petat, ut tota poſſeſſio ſibi adjudicetur, & adverſario præcipiatur, ut deſiſtat à moleſtia, & in poſterum non ampliùs turbet, quin & damna compenſet; & in hoc caſu Judex pro actore pronunciat, ſi actor probet, ſe poſſidere, & in poſſeſſione turbatum fuiſſe. Secundo poteſt agi interdicto retinendæ poſſeſſionis, ut non negetur, partem adverſam nullo modo poſſidere, ſed uterque litigans contendat ſe poſſidere eandem rem, licèt diverſo modo, vel ſecundùm diverſas partes; vel quia unus poſſidet civiliter, & alter naturaliter, unus ut proprietarius, alter ut uſufructuarius; & tunc Judex debet pronunciare in favorem utriuſque dicendo, *uti poſſidetis, ita poſſideatis deinceps.* Quod tamen procedit, ſi neuter ab altero poſſideat vi, vel 15

clam, aut precariò. Quòd ſi uterque litigans dicat, ſe in ſolidum poſſidere rem, ſcilicet fundum naturaliter, & civiliter, & uterque id probet, tunc ſententia ferenda eſt pro illo, qui antiquiorem poſſeſſionem probavit, vel titulum oſtendit. Quòd ſi probationes utriusque partis ſint æquales, tunc Judex non debet pronunciare hoc pacto *ut poſſidetis, ita poſſideatis deinceps*, quia id impoſſibilitatem continet: ſiquidem impoſſibile eſt, ut duo eandem rem ſimul, & eodem modo in ſolidum poſſideant, ſed tum Judex compellere debet partes, ut ſeſe componant, vel communi conſenſu arbitros eligant, qui controverſiam dirimant.

§. V.

Quomodo in judicio adhibenda ſit Probatio, & quis ſit ejus finis.

1 CErtum eſt, probationem debere fieri in formam libelli, cum ſecundum probationem pronunciandum ſit, & Judex ſententiam dicat ſecundùm formam libelli. Non tamen ſunt in libello inſerendi articuli inanes, ne litigatores adigantur ſine neceſſitate ad ſumptus fruſtraneos. Debet igitur probatio eſſe utilis, clara, & certa, quia debet neceſſariò concludere, ac movere animum Judicis ad aſſenſum: hinc probatio obſcura, & ambigua non relevat probantem, ut colligitur *arg. in præſentia 8. juncta* Gloſſa *in fin. h. t.* Rurſus in quæſtione ſpeciei fieri debet probatio in ſpecie, adeo ut non ſufficiat, ſi ſit probatio generis *argum. c. conſtitutus 8. de relig. domib. c. tam venerabilis 21. de cens.* unde ſi quis probaret aliquem eſſe ſibi ſubditum, eò quia tributum ſibi ſolverit, id ſufficienter non probaret; eò quia ſolutio tributi poſſit aliud deſignare, quàm ſubjectionem *c. recepimus. 8. de privileg.* Tum quia non omnes, qui ſubſunt Romanæ Eccleſiæ aliquem cenſum annuatim ſolvunt: neque omnes, qui ſolvunt, exempti cenſentur à juriſdictione Ordinarii, quia poſſunt ſolvere non ratione perceptæ libertatis, ſed ratione inducendæ protectionis, ut habetur *in d. c. recepimus.*

2 Quia probatio alia eſt judicialis, alia extrajudicialis, ideo probatio judicialis fieri debet poſt litem conteſtatam, quia tum dicitur cœptum judicium, & ante neſcitur, an reus ſit negaturus, vel confeſſurus, quod intenditur: ſiquidem id fit per litis conteſtationem *l. 1. C. de litis conteſtat.* & per conſequens nequit ſciri quid probandum ſit, vel non: proinde probatio judicialis facienda eſt poſt litis conteſtationem, Judice, cui ea fieri debet, decernente per ſententiam interlocutoriam, exceptâ tamen probatione exceptionum dilatoriarum, quæ regulariter ſicut ante litem conteſtatam tanquam litis ingreſſum impedientes proponi ſolent; ita etiam regulariter ab initio probari debent. Unde probatio generatim producenda eſt ſuper articulis in judicium deductis, & negatis.

In cauſis criminalibus præſertim capitalibus ob maximum præjudicium, quod inde inferretur Reo accuſato debent probationes eſſe omnino certæ, ac claræ, quæ difficultatem non patiantur *l. ult. C. eod. can. ſciat, 2. q. 8* Satius enim, ac conſultius eſt nocentis facinus impunitum dimittere, quàm innocentem admittere in judicio, & condemnare, ut nocentem *l. 5. in princ. ff. de pœnis.* Poſt publicatas atteſtationes, & concluſam cauſam; non debent ſuper iiſdem articulis admitti alii teſtes ad probandum oppoſitum: ſed ſententia ferenda eſt juxta probationes priorum teſtium, quia per concluſionem in cauſa cenſentur partes renunciâſſe probationibus; proinde ordinariè loquendo non admittuntur novæ probationes ſuper iiſdem articulis *Authen. qui ſemel cod. h. t.* niſi in criminalibus ad innocentiam Rei probandam; quo caſu etiam poſt ſententiam, & rem judicatam recipi debent novæ probationes. 3

Quod ſi legitimè probari poſſit, reum deliquiſſe, non valet conſuetudo, per quam introducitur, ut ad eum liberandum purgatio admittatur per negativam probationem, id probant plures textus *in cap. Bona 23. de elect. cap. cum ſuper. de renunt. c. final. 6. quæſt. 5. c. 1. de confeſſis in 6 l. 2. ff. de probat. l. actor C. h. t.* & communiter juriſperiti. Pro cujus declaratione juvat obſervare, quæſtionem, quæ inter partes moveri poteſt, aliam eſſe juris, aliam facti; quæſtio juris habetur quando conſtat, factum eſſe id, ſuper quo lis vertitur; unde tantùm quæritur de jure. Quæſtio facti habetur quando non conſtat de re ipſa, ſuper qua eſt controverſia, an facta ſit, nec ne, & ideo quæritur de ipſo facto, quo pacto in quæſtione facti una pars aſſerit, quod alia negat, proinde onus probandi incumbit aſſerenti, quia actor abſque probatione ſuum non poteſt intentum obtinere *l. qui accuſare C. de edend.* ex quo liquet, probationes in judicio deſiderari ex neceſſitate ſaltem cauſativa, ut obtineat ille, qui probaverit: alioquin reus abſolvendus eſt *l. quotiens 18. d. verſus 21. l. ante omnia ff. de probat. l. actor 23. C. eod.* & docent communiter juriſperiti cum Menochio *de præſumpt. in præfat. n. 3.* & ſi actor non probaverit, ſtatim fit reus abſolvendus ut habetur *in l. negantis C. de O. & A. l. qui accuſare C. de edend.* ex quibus infertur, ſolas quæſtiones facti eſſe objectum probationis, non ita juris allegationes, quia cùm jus ſit certum non indiget probatione, ſed ſufficit, ſi allegetur *l. 2. ff. de juris, & facti ignorant.* quæ enim certa ſunt, allegari, non probari debent *c. evidentia de accuſat.* hinc ſolæ quæſtiones facti ſunt in poteſtate Judicis *l. 1. §. 4. in fin. ff. ad turpil.* quia quæ ſunt facti, non ſemper innoteſcunt, proinde indigent probatione *v. inde conſtat. in 6.* Quamobrem quæſtiones facti probari debent poſt litem conteſtatam, non quæſtiones juris, quia iſtæ ſupponuntur innoteſcere Judici. Quando verò jus dicitur non indigere probatione, id debet intelligi de jure ſcripto, quia non ſcriptum, ut eſt conſuetudo allegari, & probari debet *l. cum de conſuetudine 34. ff. de leg.* Excipitur tamen, niſi conſuetudo certa, & notoria fuerit, quia hæc probatione non indiget, cùm tunc ex ſe conſtet. 4

Rurſus

5 Rurſus in *l. 2. ff. h. t.* habetur regula dignoſcendi, cuinam incumbat oous probandi, dicitur enim *ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat*, ſive actor ſit, ſive reus, quia iſte non ſemper negat, ſed aliquando etiam dicit, & affirmat, ut cùm exceptiooes opponit, & tunc induit perſonam actoris, cui propterea iocumbit onus probandi *l. in exception. 19. ff. de probat.* ut ſi Petrus dicat, ſe centum aureos dediſſe mutuos Franciſco, & iſte neget ſimpliciter accepiſſe à Petro tales pecunias; tum onus probandi tantùm incumbit Petro dicenti dediſſe illi tales pecunias mutuas, ſed ſi Franciſcus fateatur, ſe accepiſſe pecunias illas, ſed excipiat, non teneri illas ſolvere, eò quia eas jam ſolverit, tunc quoad hanc exceptionem Franciſcus, qui erat reus, modò ſit actor, quia aliquid dicit nempe ſe ſolviſſe, proinde onus probandi ſolutionem incumbit Franciſco dicenti. Nonnunquam tamen difficulter dignoſcitur, an quis dicat, vel neget: ſiquidem nonnunquam videtur eſſe negatio, quæ revera eſt affirmatio, ut illa quæ refertur à Papiniano in *l. 1. ff. h. t.* ubi quæritur, an quis gentem, ſeu gentilitatem habeat? qui allegat, probare debet, ut notat Cujacius *lib. 3. qq. Papin. in eod text.*

6 Ratio, cur neganti ſimpliciter non incumbat onus probandi, ex eo deſumitur, quia per rerum naturam factum negantis non eſt probatio, quia teſtis nullam poteſt probationem producere, quæ probet, quòd non eſt factum: hinc ſi Titius dicat, ſe dediſſe Cajo mutuam pecuniam, & Cajus abſolutè, & ſimpliciter id neget, tametſi adveniat Sempronius teſtis deponens pecuniam illam non fuiſſe mutuò datam, eò quia non adfuerit tempore numerationis pecuniæ, nil probat; quia etiam ipſo abſente potuit Titius talem pecuniam mutuò dediſſe Cajo; hinc habetur vulgatum illud effatum in jure plus credi duobus affirmantibus, quàm mille negantibus, quod eſt intelligendum de ſimplici negatione, Cæterùm ſi factum, quod negatur, ſit loco, & tempore circumſcriptum poteſt tunc negatio probari, quia plerumque affirmatio eſt, quæ videtur eſſe negatio, & tunc an affirmatio ſit, vel negatio, magis ex ipſa re apparet, quàm ex verbis prolatis conjiciatur *l. inter ff. de verb. oblig. l. ſi priusff. de nov. oper.* Ut ſi Petrus dicat, Paulum eſſe in ſua poteſtate, eò quia ſit ſuus filius, & Paulus neget eſſe in poteſtate Petri, eò quia ſit emancipatus, ac ſui juris, tunc probatio incumbit filio. Hinc neganti ſimpliciter, & abſolutè non incumbit onus probandi, ſed tantùm dicenti, ſeu affirmanti, ſi tamen reus vellet probare negativam, non quidem directè, ſed tantùm circumſcriptâ certo loco, & tempore, quia tunc eſſet audiendus, quia ratione circumſtantiarum aliquid affirmat, ratione cujus induit perſonam actoris.

7 Videtur tamen obſtare textus in *c. 1. de clandeſt. deſponſ.* ubi habetur: *ſi quis clam deſponſaverit aliquam, & mulier, vel vir negat hujuſmodi deſponſationem, viro incumbit probatio*: unde ſi viro neganti talem deſponſationem incumbit nihilominus onus probandi, clarè conſtat ex hoc textu contra hactenus dicta, neganti incumbere probationē, conſequenter poſſe negativam probari. Hic textus adeò viſus eſt aliquibus difficilis ſolutionis, ut Tancredus putaverit delenda eſſe ob hoc capite verba illa *vel vir*, & legendum eſſe: *ſi quis clam deſponſaverit aliquam, & mulier neget hujuſmodi deſponſationem, viro incumbit probatio*, & addit verba illa *vel vir*, neutiquam poſſe in illo textu ſuſtineri, eò quia certum ſit actori affirmanti, non reo neganti incumbere onus probandi *l. 4. C. de edend. l. 2. C. de probat. c. ult. 6. q. 5.* Tancredo adhærent plures alii juris periti.

Alii tamen probabiliùs dicunt, præfatum textum ſervandum eſſe cum tota ſua integritate, & procedere ex ſpeciali ratione, eò quia clam contracto matrimonio ſive vir, ſive mulier neget; ſemper præſumptio juris ſtat pro muliere ſive neget, ſive affirmet; neque enim credi poteſt, quòd mulier negaret matrimonium hoc, ſi contractū eſſet; aut aſſereret eſſe contractū, ſi reverà illud non contraxiſſet, cùm mulieris potiùs interſit verum dicere hoc in negotio, quam viri, quia hic faciliùs poteſt alias nuptias invenire. Quamobrem eò ipſo quòd præſumptio juris ſtat pro muliere, ſive affirmet, ſive neget, ſemper onus probandi incumbit viro; quia mulier ſive ſit actrix, ſive rea, ex juris præſumptione ſemper cenſetur fundatam habere intentionem, donec maritus contrarium probaverit. 8

Finis probationis eſt Judici fidem facere *l. quingenta 12. in fin. ff. h. t.* ideò enim requiruntur probationes; ut Judex poſſit ex iiſdem conjicere, qualem debeat ſententiam ferre *l. cum 79. §. 1. ff. de judic.* quapropter probatio exhibenda eſt Judici non adverſario, quia hic ſemper negaret, debet tamen probatio produci præſente adverſario, ut poſſit ſe defendere. Hinc effectus probationis præcipuus eſt, ut Judex ſecundùm allegata, & probata ſententiam ferat *l. ſi ſeriptam 12.* debet enim Judex ſententiam ferre in favorem illius, qui ſuam intentionem probavit, alioquin ſi eam ſufficienter non probaverit; debet reus abſolvi, tametſi nil præſtiterit *l. qui accuſare 4. C. de edend. cap. ult. 6. ſanè de jurejur.* Semiplena probatio licèt non ſufficiat ad probandam intentionem, interdum tamen facit aliquam fidem; ut deferatur juramentum neceſſarium parti adverſæ, vel transferatur onus probandi in adverſarium, vel etiam juramentum purgationis illi injungatur. Alius probationis effectus eſt, quod purgatio canonica contra illam non admittatur; per quam cùm affirmativè probari poſſit, aliquem deliquiſſe, alius probare nititur eum non deliquiſſe, ut deſumitur ex *cap. ad noſtram 12. h. t.* Hinc ſi poſſit per teſtes legitimè probari crimen eſſe commiſſum, non debet reus infamatus de crimine ad ſe canonicè purgandum admitti, neque permitti, ut juret, ſe crimen non commiſiſſe, & adducat compurgatores jurantes ſe credere, ipſum verum juràſſe, ut deſumitur ex *cap. quoties 5. §. porrò de purgat. canon.* ſiquidem purgatio canonica per juramentum rei ſuſpecti de crimine, & compurgatorum jurantium de credulitate non admittitur, niſi in ſubſidium aliarum legitimarum probationum; his enim deficientibus, tunc tantùm purgatio admittitur per juramentum *cap. accedens 21. inf. de accuſ. c. nos inter 6.* 9

10. Imò neque per conſuetudinem, aut ſtatutum introduci poteſt, ut ſi crimen legitimè probari poſſit, reus per juramentum ſe purget, quia id adverſatur juri divino naturali, & poſitivo, & crimina hoc pacto relinquerentur impunita, quia reus faciliùs juramentum præſtaret, quàm pateretur condemnationem; hinc occaſio præberetur delinquendi: plures enim in ſcelera, ac delicta laberentur ſcientes, ſe facilè poſſe pœnam evadere, ſéque per juramentum innocentes probare. Præbetur etiam occaſio perjuriis, quia multi per falſum juramentum mallent ſe purgare, quàm pœnam condemnationis ſubire, ac notam infamiæ incurrere. Rurſus hæc purgatio juri adverſatur naturali, quia quod legitimè, & plenè per duos teſtes probari poteſt, non debet reus per juramentum proprium ſe à tali crimine purgare; eſſet etiam contra jus divinum, cùm hoc dicat. *In ore duorum, vel trium teſtium ſtare omne verbum Matth.* 18. unde quotiès poteſt affirmativa propoſitio legitimè probari, non debet quis admitti ad probandam negativam, & ſe non deliquiſſe per modum purgationis, tametſi compurgatores ſint bonæ famæ, quia hujuſmodi purgatio non admittitur niſi in ſupplementum, & ſubſidium legitimæ probationis.

§. VI.

De iis, quæ probanda ſunt in genere, & in ſpecie.

2 CErtum eſt, probationem verſari tantùm circa quæſtiones facti, & non juris, adeò ut illæ, non iſtæ ſint objectum probationis: ſiquidem juris allegationes non indigent probatione, cùm jus ſit certum *l.* 2. *ff. de juris, & facti ignorant.* & jura ſupponuntur innoteſcere Judici, cui cùm ſint certa, & notoria allegari tantùm debent, non probari *c. evidentia de accuſat.* Tum quia jus non ſupponitur eſſe ignotum Judici, cùm ſecundùm illud debeat judicare *l. unic. C. ut quæ deſunt advocatis*: quamobrem ſolùm quæ ſunt facti, Judici ſunt ignota, nec poſſunt ipſi innoteſcere, niſi per probationes *c.* 1. *de conſtit. in* 6. Hoc eſt diſcrimen inter quæſtiones juris, & facti, quia quæſtio juris tunc tantùm haberi poteſt, quando conſtat jam factum eſſe id, de quo lis vertitur; unde tantùm quæritur de jure, ut ſi conſtet, reum commiſiſſe aliquod delictum, & quæratur, quali pœna ſit puniendus juxta leges, hæc quæſtio dicitur juris, quia ſupponit factum id, ſuper quo lis vertitur, & tantùm quærit de jure, quomodo ſit plectendus reus ob ſuum delictum: quæſtio facti eſt, quando non conſtat, an factum ſit id, de quo ambigitur, adeò ut una pars aſſerat eſſe factum, & alia neget, & tunc requiritur probatio, & onus probandi incumbit dicenti. Quamobrem facta probanda ſunt, vel directè, vel per conjecturas, cujuſmodi ſunt, quæ ſuapte natura occultè, & clam remotis arbitris fieri ſolent: illa verò facta, quæ nullam recipiunt probationem, non debent probari, cujuſmodi ſunt facta merè negativa, & quæ non ſunt coarctata, ſeu determinata certo tempore, vel loco, ut notat Weſenbec. in *paratit. n.* 7. *ff. eod.* Quamobrem in genere probatio verſatur circa facta incerta, de quibus dubitatur, tunc enim ut Judex poſſit formare judicium, ac jus dicere, probari debent, ut per probationes, quæ priùs erant incerta, fiant certa: ſi enim facta ſint notoria, non indigent probatione *cap. ſuper eo* 3. *de teſtib. cogend.*

In ſpecie ſi dubitetur de ætate alicujus, tunc fundans intentionem ſuam ſuper ætate; is tenetur eam probare, ſive actor ſit, ſive reus, ut notat Bartol in *l. de ætat.* 44. *n.* 12. *ff. de minorib.* Gloſſa in *cap. Presbyter* 4. *V. ante* 30. *diſt.* 78. ubi ait, quòd petens ordinem teneatur ætatem probare requiſitam, ut initietur in tali ordine, & in *l. cum te* 9. *C. h. t.* habetur, quòd aſſerens ſe minorem 25. annis teneatur ætatem probare, unde eſt communis regula, quâ ille dicitur ſemper debere ætatem probare, qui eam allegat, ſive actor ſit, ſive reus, ille ad fundandam ſuam intentionem, iſte ad firmandam ſuam exceptionem, & habetur ex *l. ſi minorem* 4. *C. de in integ. reſtit.* niſi ex corporis conſtitutione, & aſpectu Judex conjecturam capiens onus probandi transferat in alium *l. minor* 32. *ff. de minor.* quia cùm ætas hominis ſemper varietur, ſitque in continuo fluxu temporis, jus non præſumit pro majore nec pro minore ætate, nec ulla certa poteſt de hominis ætate præſumptio fieri. Hinc minor quatuordecim annorum religionem profiteri non poteſt *cap.* 1. *de regular. in* 6. major annis quatuordecim, ſeu qui eſt ingreſſus annum quintum decimum poterat olim profiteri, & beneficio profeſſionis omnia bona ſua in Monaſterium transferre, ſi hoc capax eſſet ſucceſſionis bonorum *authent. ingreſſi C. de SS. Eccleſia cap. quia ingredientes c. ſi qua mulier. cauſ.* 19. *quæſt. ultim.*

Hodie tamen, & poſt Concilium Tridentinum ad profeſſionem emittendam in utroque ſexu requiritur ætas annorũ 16. & ut qui profeſſionem emittit per integrum añum poſt ſuſceptũ habitum in religione permanſerit in probatione ejuſdem, ut habetur in *Conc. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 15. *de regular.* Quamvis jure Cæſareo conſtitutum ſit, ut minor 25. annis, ſi curatorem habeat abſque ejus conſenſu, & authoritate obligari non poſſit §. *admonendi inſtit. quib. alien. licet.* & *l.* 3. *C. de in integ. reſtitut.* Sin verò curatorem non habeat, tunc obligatur quidem ex contractu, ſed ſi damnum ex ipſo paſſus eſt, in integrum reſtituitur ex *d. l.* 3. Cæterùm ſive habeat curatorem, ſive non, non permittitur bona immobilia, & mobilia pretioſa, quæ ſervari poſſunt, abſque Judicis decreto alienare *l. lex quæ* 22. *C. de adminiſt. tutor. l. ſiquidem in l. ſi prædium* 16.

Verùm hæ conſtitutiones locum non habent ſi minorennes religionem profeſſuri bona ſua in Monaſterium transferant, ut docet Panormit. in *cap. in præſentia* 8. *h. t. n.* 10. ſiquidem profitendo in religione in ordine ad ſua bona cenſentur mori, quia poſt profeſſionem emiſſam non poſſunt ampliùs de iiſdem bonis diſponere, proinde profeſſuris religionem conceditur, ut de bonis omnibus poſſint liberè diſponere

nere, dummodo ſint puberes *argu. l. qua ætate 5. ff. qui teſtamentum facere poſſint*, & *authent. de Mon. cb. §. illud quoque*. Imò plures ſunt, qui ſentent valere teſtamentum conditum ante religionis profeſſionem, tametſi minùs ſolemne ſit, & ea utuntur ratione, quia tale privilegium militibus terrenis conceſſum eſt *l. 1. & ſequent. ff. de teſtament. milit.* ita cenſent Panormit. in *c. in præſentia 8. h. t. n. 49.* Clarus. *V. teſtament. q. 28. n. 2.*

5 Nihilominus contraria ſententia eſt vera, quia nullus textus juris afferri poſſit, quo probetur, hanc facultatem teſtandi abſque ſolemnitatibus Novitiis, aut ingreſſuris religionem conceſſam eſſe. Neque eſt par ratio de milite, neque ſpecialia jura, aut privilegia unius transferri poſſunt ad alterum abſque fundamento in jure. Præterea quamvis ſolemniter teſtari debeat religionem profeſſurus, tamen liberè teſtari poteſt, adeò ut non adigatur inſtituere monaſterium, unde non rumpitur teſtamentum per profeſſionem religionis, ſicuti rumpitur per ſupervenientem nativitatem filii: quia nullo jure oſtendi poteſt, Monaſterium habendum eſſe locò filii.

6 Cæterùm tam actor, qui intentionem ſuam principaliter fundat in ætate, tenetur illam probare, quam ipſe reus; ſi ætas ſit fundamentum ſuæ exceptionis, ut notat Pacianus *lib. 2. de probat. c. 24. n. 33.* hinc petens reſtitutionem in integrum ratione minoris ætatis tenetur probare, ſe minorem fuiſſe 25. annis tempore contractus: & ſi reus, contra quem petitur reſtitutio, excipiat, actorem exceſſiſſe tempus quadriennii, intra quod conceditur minoribus reſtitutio, debet ætatem majorem probare *l. ſi minorem 4. C. de in integ. reſtitut.* Sin verò ætas non ſit cauſa, nec fundamentum principale intentionis alicujus, ſed acceſſoriè tantùm, ſeu extrinſecè ponatur; in tali caſu, qui opponit ætatem eſſe illegitimam, tenetur eam probare, ſive is actor ſit, ſive reus, ut notat Bart. in *l. de ætat. 44. n. 13. ff. de minor.* ut ſi actori principaliter ad ſua aliquid obtinendum agenti a reo opponatur, ipſum non poſſe agere abſque curatore, eò quia nondum attigerit 25. ætatis annum, aut è converſo ipſe actor opponat reo, ipſum eſſe minorem natu, proinde non poſſe ſolum ſtare in judicio, tunc opponens defectum legitimæ ætatis tenetur eum probare, ſive actor ſit, ſive reus; non ita alleganti ætatem etiam principaliter incumbit onus probandi, ſi præſumptio juris ſtet pro allegante: quia tunc præſumptio transfert onus probandi in adverſarium.

7 Probari autem ſolet ætas, vel verè, vel præſumptivè, priori modo probatur per teſtes deponentes de tempore nativitatis, vel per obſtetrices aſſerentes ſe interfuiſſe tempore partûs, vel per aliquod tempus certum, ut quòd fuerit factus ſacerdos tali anno, cùm non poſſit quis ad ſacerdotium promoveri, niſi attigerit 24. annum, vel per diſpenſationem 23. ſ[illegible] conjici poteſt à tempore ſacerdotii, quot effluxerint anni. Ætas probatur præſumptivè per indicia, & conjecturas, per aſpectum, ſive Judicis, quando is ex conſtitutione, & aſpectu corporis judicat aliquem eſſe majorem, vel minorem natu; ſive teſtium, quia & ipſi ex aſpectu teſtimonium ferre poſſunt de ætate alicujus ut notat Pacianus in *cit. cap. 24. n. 62.*

8 Quomodo verò probanda ſit virginitas, deſumitur ex *c. propoſuiſti 4. h. t.* ubi Gregorius VIII. ſtatuit, quòd ſi uxor per proprium juramentum, & inſpectionem matronarum probaverit, ſe virginem eſſe, ſtandum ſit ejus probationi, licet vir contrarium juramento firmaverit, idque etiam colligitur ex pluribus textibus præſertim in *c. quod autem cauſ. 27. q. 2. c. 1. de frigid.* cohærenter ad capitula Carol. Magni *lib. 5. capitul. 55. l. 8.* & docent communiter juris pontificii periti Barboſa in *collect. & ſelect.* Covarruvias *ad tit. de frigid. c. penult.* Gentilis de *nupt. lib. 7. c. 9.* Cujacius, & alii. Ratio eſt: quia juramentum unius non eſt integra, ſeu plena probatio *c. licèt 23. de teſtib. l. jusjur. 9. C. eod.* ergò ſi ex adverſo pro muliere producatur plena probatio, debet hæc prævalere, quia plena probatio eſt fortior ſemiplenâ, & fortiora prævalent minus fortibus *argu. l. admonendi 31. ff. de jurejur.* in concurſu enim probationum illa, quæ plenior eſt, ſemper prævalet, *l. ob carnem 21. §. fin. ff. de teſtib. c. in noſtra 32. eod. tit.* ut docet Jaſon in *l. admonendi n. 267. ff. de jurejur.* Gilkemius in *l. jusjurandi. n. 35. C. de teſtib.* & in *c. propoſuiſti 4. h. t.* probatio mulieris fuit plenior, quia ultra juramentum confirmavit ſuam aſſertionem etiam teſtimonio ſeptem matronarum, quarum judicium plurimi deferendum erat.

9 Debent tamen matronæ, quæ aſſumuntur ad inſpiciendum de virginitate, habere debitas conditiones, peritiam ſcilicet, & honeſtatem, adeò ut matronæ, quæ dant teſtimonium de virginitate uxoris, non poſſint à marito per alias mulieres honeſtas, & bonæ famæ, ſeu probatæ vitæ reprobari, ut liquet ex *c. cauſam 14. h. t.* unde mulieres debent eſſe omninò honeſtæ, & probatæ vitæ, adeò ut non ſufficiat ſola peritia, ſed ulteriùs requiratur honeſtas vitæ, & morum, ut earum teſtimonium admittatur, alioquin tanquam criminoſæ & malæ famæ reprobari poſſunt, ut deſumitur ex *l. Magiſtros 7. C. de Profeſſorib. lib. 10.* Quòd verò requiratur etiam peritia deſumitur ex *l. penult. C. de judic.* ubi habetur, quòd in quacunque arte ejus peritis ſit fides adhibenda ad quæſtiones definiendas etiam in judicio, ſicut enim de pictore, & ſculptore, niſi artifex judicari poteſt, ita neque de ſapiente, niſi ſolus ſapiens, ſic de eruditione advocatorum juriſperiti *l. nemini C. de advocat.* de vulnere Chyrurgus *c. ſignificaſti de homicid.* de morbo Medicus *l. ſemel 6. C. de re militar. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu hom.* de corporis habitu obſtetrices, quæ ex aſpectu judicium proferunt, an mulier gravida ſit, vel virgo *l. 1. in princ. ff. de ventre inſpic.*

Verum contra aſſertionem videtur obſtare 10 *c. ſi quis acceperit 33. q. 1. c. 1. de frigid. c. continebatur de ſponſal. impub.* ubi habetur, quòd ſi maritus juret, ſe cognoviſſe uxorem, & uxor juramento contrarium affirmet, marito ſit fides potius adhibenda, quàm uxori, eò quia maritus caput ſit uxoris, ut notat Tiraquel. in *l. 1. connub. n. 21.* ergò non rectè dicitur, præferendum eſſe juramentum

ramentum uxoris, iuramento viri. Tum quia non videtur fides præſtanda iuramento mulieris petentis nullitatem matrimonii ob impotentiam viri, quia dum illa novas nuptias appetit, facilè peierat *l. 2. C. de indict. viduit. novel. Juſtin. l. 2. c. 93.* præſertim cùm mulieribus iurantibus generatim non ſemper ſit credendum iuxta parœmiam Græcorum relatam à Tiraquel. in *l. 9. connub. n. 55. muliere jurante vides cœlum.* Neque præſtanda eſt fides obſtetricibus, eò quia virginitatis iudicium ſit perquam difficile iuxta ſapientis teſtimonium, qui tria dixit difficilia volatum aquilæ in cœlo, ſerpentis viam in terra, navis in mare, & quartum dixit penitus ignorare, ſcilicet viam viri in adoleſcentia, eò quia incertæ ſint, & fallaces omnes hæ inſpectiones; hinc Cyprianus relatus in *c. quod ſi 27. q. 1.* ait: *nec aliqua putet, ſe poſſe hac excuſatione defendere, quòd inſpici, & probari poſſit, an virgo ſit, cùm & manus obſtetricum ſæpè fallantur.* quapropter D. Ambroſius *lib. 8. epiſt. 64.* acriter reprehendit Siagrium Epiſcopum, qui talem inſpectionem fieri iuſſerat: ait Ambroſius; *quid quod ipſi Archiatri dicunt, non ſatis liquidò comprehendi inſpectionis ſidem, & ipſius medicinæ vetuſtis doctoribus id ſententiæ fuiſſe; nos quoque uſu hoc agnovimus, ſæpè inter obſtetrices obortam varietatem, & quæſtionem excitatam, ut plus diſputatum ſit de ea, quæ inſpiciendam ſe præbuerit, quàm de ea, quæ non fuit inſpecta*: unde nec obſtetricum iudicio eſt fides præſtanda.

11 Verùm hæc ratio non eſt tanti momenti, ut noſtram evertat aſſertionem, quia præcitata iura intelliguntur, quando contra iuramentum viri tantùm proponitur ſola iurata uxoris diſpoſitio, tunc enim verum eſt, quòd marito ſit potius fides adhibenda, quàm uxori, eò quia maritus ſit caput uxoris, & hæc ob novas nuptias, quas appetit facilius poteſt peierare; at in caſu noſtro præter iuramentum uxoris habentur etiam alia teſtimonia mulierum teſtantium de virginitate uxoris, & quia atteſtatio mulierum, quæ inſpexerunt de virginitate addito iuramento uxoris pleniorem facit probationem, quàm ſolum iuramentum mariti, ſiquidem uxor, & maritus in iuramento ſunt pares, & mulier ad firmandum ſuum iuramentum addit atteſtationem mulierum honeſtarum, & peritarum, quæ de virginitate uxoris inſpexerunt, proinde cùm probatio uxoris ſit plenior, & fortior, prævalet probationi mariti.

12 Neque obſtat, quòd ius pontificium dicat, fallacem eſſe inſpectionem obſtetricum, quia licet falli poſſint, & etiam fallere, non tamen ſemper, præſertim ſi ſint plures matronæ peritæ, & honeſtæ, quia ſi illæ teſtentur de virginitate, tametſi poſſint falli, nihilominus propter indicia, & conjecturas, quæ ex tali inſpectione facta à peritis oriri poſſunt, deferri [illegible] debet aliqua fides, quapropter probatio mulieris ſemper eſt plenior, & fortior. Neque obſtat authoritas D. Ambroſii, quia [illegible] fuit [illegible] de moniali, quæ non eſt inſpicienda per obſtetrices, ne fortè cum eius dedecore, & infamia aſſeratur [illegible] iam eſſe corruptam, quæ ratio ceſſat in muliere nupta, in qua propterea decernitur hæc inſpectio.

Poteſt tamen adhuc opponi, quia contra iuramentum ab una parte in iudicio præſtitum non debet admitti probatio in contrarium, eò quia lis per iuramentum decidatur, quapropter iuramentum iudiciale vocatur deciſorium litis. 13
Sed neque id ullum faceſſit negotium; quia vel in iudicio Judex detulit iuramentum reo, & tunc actor poteſt oppoſitum probare, ſi nova adinvenerit inſtrumenta, ut colligitur ex *c. propoſuiſti 4. h. t.* ubi contra iuramentum mariti admittitur probatio uxoris aſſerentis, ſe virginem eſſe. Vel actor detulit reo iuramentum conſentiente Judice, & tum contra hoc iuramentum non admittitur probatio ad oſtendendum oppoſitum, quia iuramentum delatum conſentiente actore, & Judice habet ſpeciem cuiuſdam tranſactionis, proinde dicitur tunc eſſe litis deciſorium, eò quia plenam deciſionem litis inducat, ut habetur *l. admonendi 31. in fin. ff. de jure jur.* quod tamen limitatur, niſi vertatur periculum animæ, ut in matrimonio carnali, ſi agatur de valore matrimonii, eò quia mulier contraxerit cum viro impotente.

Oritur tamen dubium de numero matronarum inſpicientium de virginitate, an debeant eſſe ſeptem, quæ teſtificent de inſpectione. Plures affirmant cum Paciano *lib. 2. de probat. c. 2. n. 26.* eò quia in *c. propoſuiſti 4. h. t.* habetur, quòd iuramento puellæ, & teſtimonio illarum ſeptem mulierum ſit potius fides adhibenda; ex quo inferunt, requiri neceſſariò ſeptem mulieres. Secundò quia quando adeſt ſuſpicio contra mulierem prægnantem, requiruntur quinque obſtetrices *l. 1. §. ſi omnes. vel plures V. mittantur autem mulieres ff. de ventr. inſpic.* juncta Gloſſa ibidem *V. quinque.* ergò multò magis ad teſtificandum de virginitate cum regulariter id contingat, vel in ordine ad diſſolvendum matrimonium, vel ad diſpenſandum ſuper aliquo impedimento matrimonii. 14

Nihilominùs non requiri hunc ſeptennarium numerum matronarum docent ferè omnes cum Gloſſa *c. nec aliqua V. obſtetricum 27. q. 1.* Bald. *c. propoſuiſti de probat. n. 4. V. item quia* & hæc ſententia eſt probabilior: quia nullo iure requiritur numerus iſte ſeptenarius, & ab inde inferimus, quòd ſive ſe gerant, ut teſtes, ſive ut Judices, non ſit neceſſarius numerus iſte ſeptenarius, proinde non videtur aſſerendus, ut neceſſarius, cum ſit in præiudicium puellæ, quæ inſpicitur; ſiquidem eſt contra naturalem honeſtatem ſe inſpiciendam præbere pluribus, & ideò quando ſe exhibet inſpiciendam iis, quibus non tenetur ſe exhibere, patitur præiudicium; imò & etiam ipſæ fœminæ, quæ inſpiciunt, præiudicium patiuntur quoad veracitatem. Neque obſtat, fœminas inſpicientes non eſſe peritas, aut non eſſe veraces, quia ſi carent conditionibus requiſitis peritia, veracitate, honeſtate, non debent delegari ad inſpiciendum, quia tunc non poſſunt totum luvare & ex alio capite præiudicatur naturali honeſtati puellæ, quæ inſpicitur, quod eſt illi damnum inferri in re gravi contra iuſtitiam. 15

Quòd ſi mulieres, quæ delegantur, habent omnes conditiones ſicuti ſeptem, ita duæ vel tres 16

tres de eadem veritate teſtari poſſunt, & iſtæ videntur ſufficere. Neque præcitata jura quidquam obſunt, ſiquidem in illo *c. propoſuiſti h. t.* narratur factum, in quo ſeptem fœminæ fuerunt inſpectrices, non verò ibi ſtatuitur, quòd ſeptem matronæ ſint neceſſariæ, qoia cùm id alibi non ſtatuatur, non eſt aſſerendum, nec neceſſarium. Ad ſecundum ſundamentum petitum ex *l. 1. § ſi omnes, vel plures.* negatur conſequentia, quia illa lex tantùm ſtatuit de caſu illo ſpeciali, & non debet ſieri extenſio ad alios caſus ob ſingularem rationem illius: etenim lex illa procedit de fœmina ſe ingerente in hæreditate, & aſſerente, ſe aſſe prægnantem, quod cùm ſit in præjudicium hæredum, & fœmina ſit ſuſpecta, ideò non mirum ſi plures obſtetrices adhibeantur ob periculum ſubornationis: ſecus quando mulier non ſe ingerit in hæreditatem, quia tunc non adeſt ſuſpicio, ſufficiunt tres obſtetrices.

17 An verò ad inſpiciendum, & teſtificandum de virginitate ſufficiat una tantùm matrona, quæ ſit perita, honeſta, verax, affirmant plures, præſertìm ſi in illo oppido, vel pago non reperiantur plures hujusmodi qualitatis mattonæ, ut docent Mafcardus de *probat. concluſ.* 1174. *n.* 21. Decius in *c. propoſuiſti de probat. n.* 218. Felin. ibidem *n. 7. V. fallit tertio.* Pacian. *lib. 1. de probat. c. 47. n. 135.* Ancharanus *c. laudabilem n.* 1. *notabili 6. de frigid.* Imò ex iſtis cenſent plures, ſimpliciter, & abſolutè ſufficere unicam matronam ad inſpiciendum de virginitate, dummodo ſit perita, honeſta, & verax, & nituntur: quia omnes in arte periti, qui de aliqua re deponunt, ſe habent ut Judices, quibus committitur, ut judicent de tali re ſecundùm artis peritiam, ut notat Bart. in *tract. de teſtim. num.* 12. Bald. *l* 2. *num. 4. ff. de feriis* Pacianus *lib. 2. de probat. c. 47. num.* 15. Garzias *de expenſ. c. 24. num.* 18. Et ita dicendum de matrona perita, honeſta, & verace, idque etiam conſtat ex facto, quia à Judice delegantur matronæ, ut judicent, an fœmina ſit virgo, vel non, undè ſuper hac re ferre debent propriam ſententiam, ut deſumitur ex *c. quia indicante de præſcript.* Tum quia licèt contra fidem teſtium poſſit objici, non tamen poſſunt teſtes recuſari; quia recuſatio eſt declinatio juriſdictionis, & teſtes non habent juriſdictionem: mattonæ autem deputatæ ad inſpiciendum poſſunt recuſari *c. cauſam matrimonii de probation.* cùm igitur omnes illæ matronæ ſint Judices, poteſt una tantùm delegari.

17 Verùm quidquid ſit de probabilitate hujus ſententiæ mihi videtur probabilior ſententia aſſerentium requiri ad inſpiciendum, & teſtificandum de virgioitate ſaltem duas, vel tres matronas peritas, honeſtas, & veraces, ut tradit Gloſſa in *c. nec aliqua 4. V. obſtetricum cauſ. 27. q. 1.* Abbas *c. propoſuiſti n. 5. de probat.* Quia in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum *c. cùm in omni 4 de teſtib.* Tum quia unius teſtificatio quamvis dignitate præditi non facit integram fidem *l. jurisjurandi in fin. C. de teſtib. & c. licèt univerſis de teſtib.*

18 Præterea, quia cauſa, in qua teſtificandum eſt de virginitate eſt valdè difficilis, & ut plurimum eſt in ordine ad diſſolvendum matrimonium, & concedendam facultatem tranſeundi ad alias nuptias, quod eſt in præjudicium matrimonii; unde cautè procedendum aſt, neque innitendum eſt unico tantùm teſtimonio, præſertim cum agatur de periculo animarum, tutiſſimè procedendum eſt, quod meliùs ſit per duos, vel tres teſtes petitos, honeſtos, & veraces, quàm per unicum tantùm, quamvis petitum, quia ſemper majores conjecturæ ſtant pro tribus, quàm pro unico tantùm teſte. Neque obſtat, quòd illæ mulieres propriè non ſint teſtes, ſed tantùm impropriè, quatenus ſuam ſententiam deſerunt in judicio, ut deſumitur ex *c. finali de frigid.* quia ſaltem deponunt de qualitate rei judicatæ, & Judex format proprium judicicium, & ſententiam juxta judicium matronarum; proinde cùm ſententia Judicis fundetur in judicio matronsrum debent iſtæ eſſe ſaltem duæ, vel tres, ut validiùs ſententia Judicis fundetur. Tum quia in hac inſpectione poteſt facilè contingere deceptio, qua ratione textus habet, *quòd ſæpè manus, & oculus fallitur;* ideò ne deceptio contingat, conſultiùs, & ſatiùs eſt, plures delegare.

Quæritur quomodo probanda ſit legitima 10
filiatio. De hac quæſtione agitur in *c. per tuas 10. h. t.* ubi quidam Tiburtinus civis Cajam per ſeptennium habuit ut concubinam, ſed prolem toto tempore non procreavit, poſtea Caja receſſit à Tiburtino, & poſt aliquot menſes reverſa in domum peperit aſſerens, Tiburtinum eſſe patrem prolis, is tametſi ab initio negâſſet eſſe filiom ſuum, poſtea eum recognovit ut ſuum, cui nomen dedit Raphaëlem, qui cum adoleviſſet Sophiam Tiburtini ex ſorore Neptem uxorem voluit ducere, & quia parentes Sophiæ ob conſanguinitatem nuptiis ſe opponerent, tunc Caja mater Raphaëlis cum juramento teſtata eſt, ſe non ex Tiburtino, ſed ab alio viro ſuſcepiſſe Raphaëlem. Super hac quæſtione conſultus Innocentius reſpondit, præſumendum eſſe, Raphaëlem eſſe conſobrinum Sophiæ, proinde non debere eidem nubere. Ratio hujus præſumptionis habetur in eodem textu, quia Caja primò conſtanter aſſeruit Raphaëlem ex Tiburtino natum eſſe, & ob mulieris aſſeverationem Tiburtinus eum cognovit ut ſuum filium, proinde credendum non eſt contrariæ mulieris aſſeverationi quamvis juratæ; tum quia Raphaël communiter ſemper vocatus eſt filius Tiburtini, & pro tali ſemper habitus à Caja.

Hinc infertur, quòd filiatio legitima probe- 21
tur per nominationem parentum, & non credatur illis contrarium poſtea aſſerentibus etiam cum juramento; quæ aſſertio fundatur in utroque jure, & per argument. probatur ex *c. Michaël* juncta Gloſſa *V. conſtiterit de filiis Presbyt. c. tranſmiſſa t. per tuas qui filii ſint legitimi l. filii ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alieni, l. quia ſemper. ff. de in jus vocand. l. 1. §. ult. ff. de liberis agnoſcend.* Et fundatur in pluribus aliis juribus, & docent aſſertionem Mynſing. in *hoc text.* Barboſa in *collect. & ſelect.* Donellus *lib. 2. commene. cap. 20.* Borellus

tom. 2. deciſ. tit. 2. Giurba *conſtit. Meſ.* Gloſſa *3. n. 1.*

22 Filiationis probatio duplex eſt, una vera, alia præſumpta; illa eſt certa, ac indubitate; ſed non poteſt dari, niſi ex parte ſolius matris *l. quia ſemper ff. de in jus vocand. l. ſi ſpurius ff. unde cognati l. ſi quis à liberis 5. verſ. demum ff. de lib. agnoſc.* ſola mater poteſt probatione vera, certa, ac evidente probare filium eſſe proprii mariti, eò quia poteſt verè ſcire, ſe carnaliter non cognoviſſe alium virum. Excipitur tamen unus ſolus caſus, quo vir, & uxor ſoli detinerentur in carcere per annum, vel ultra appoſitis duobus, vel tribus cuſtodibus ad jenuam carceris; tunc illi poſſent teſtificari, quòd filius, quem poſt añum carceris mulier illa peperit, eſſe filium genitum à teli viro marito fœminæ. Probatio teſtium rectè, ac evidenter procederet, ſi aſſererent alium virum non fuiſſe carcerem illum ingreſſum; nec potuiſſe ingredi, quia ipſi vidiſſent: hæc probatio ita foret indubitata, ut negari non poſſet, ut notat Maſcard. de *probat n. 18.* Probatio præſumpta eſt ex parte patris, cujus ratione filiatio teſtibus clarè probari non poteſt, ut cecinit Homerus *lib. 1. Odiſ. Nondum aliquis ſuum genitorem ipſe novit*: eò quia nullus ſit, qui poſſit certò effirmare ſe eſſe filium ejus, cujus ſe filium dicit, ut notavit Paulus Zachias *qq. Medico-legal. conſ. 6.*

23 Quamobrem filiatio præſumpta probatur conjecturis, & præſumptionibus *c. Præterea de teſtib l. ſi quis ex Argentariis §. de hæred. ff. de eden.* Pacienus de *probat. lib. 2. c. 6. n. 25.* Farinacius *deciſ. 28. p. 1.* Paleottus de *nothis c. 21. n. 6.* Oritur autem præſumptio ex variis indiciis, & cauſis, quas refert Hunnius ad *Treutl. vol. 1. diſp 2. theſ. 21.* quarum aliquas recenſet Innocentius III. *in cap. per Tuas* 10. *h. t.* & ſunt cohebitâtio, nominatio, & tractatio. Hinc à jure naſcitur præſumptio, ſi filius nominatus ſit ab uxore, cum qua maritus cohabitat, tum filius præſumitur à teli marito genitus *l. filium de his qui ſunt sui l. ſi vicinis C. de nupt.* hæcque juris præſumptio adeò in jure eſt efficax, ut non admittatur probatio in contrarium, ut notat Acoſta in *§. eſſe quid ſi tantùm l Gallus ff. de lib. & poſth. 2. t.* edeò ut ſi meritus probaret tunc temporis, quo ipſe uſus eſt matrimonio cum uxore, hanc etiam fuiſſe adulteram, edhuc filius cenſendus ſit mariti cum ea cohabitentis, & non adulteri *l. miles §. defuncto ff. ad l. Juliam de adult.*

24 Imò etiam ſi mulier ipſa profiteretur, filium illum ex adulterio ſe concepiſſe, fides non eſſet illi adhibenda *l. ult ff de probat. l. ſi inſtituta* 27. §. 1. *ff. de inoffic. teſtam.* Ratio eſt, quia negatio parentis non poteſt mutare juris præſumptionem; tum ex regula leg. *nemo poteſt ff. de legat. 1.* & ex regule legis *neque profeſſio C de teſtamentis* Idque tametſi mater in extremo vitæ diſcrimine, ac jamjam imminente morte fateretur: quia licèt in illo extremo vitæ nemo præſumetur immemor propriæ ſelutis; non tem in præjudicium tertii illi creditur *l ſi quis in gravi §. ſi quis moriens ff. ad ſyllan.* Tum quia mater non poteſt illis præjudicare, quibus in probanda filiatione per juris præſumptionem eſt jus quæſitum, argument. textus in *l. id quod noſtrum* 11. & *in l. non debet 75. ff. de R. J.* Hinc etiam in foro conſcientiæ non tenetur filius ſtantibus juris præſumptionibus credere matri aſſerenti, eum non ſuſcepiſſe à proprio marito; ac propterea ſuadenti cedere hæreditate, et majoratu, ut notat Barboſa in *cap. officii de pœnit.* Covarruv. in *regul. peccatum 1. p. num. 3.* Tum quia pater eſt ſingularis teſtis, & ſi deponat de propria turpitudine, ei non creditur, argumento textus in *c. licèt de teſtibus.* Demum quia quoties dubitatur, an filius ſit genitus ex adulterio, vel ex legitimo marito, tunc præſumitur potius genitus ex legitimo marito, quàm ex adulterio, quia in tali dubio debet judicari in favorem matrimonii: & generatim in dubio benignior, et favorabilior interpretatio facienda eſt *c. Eſtote 2. inf. de R. J.* Imò extenditur etiam in caſu, quo uxor habitaverit extra domum mariti; dummodo maritus conſueverit uxorem ſuam accedere; quia tum uxor præſumitur ex legitimo marito concepiſſe. Imò tametſi ambo conjuges aſſerant, filium non eſſe legitimum quamvis domi natum, ſi conſtet de vero matrimonio, non illis creditur, quia non poſſunt præjudicare filio, ſed ſtandum eſt juri præſumenti filium eſſe legitimum, donec contrarium probetur, vel per diuturnam abſentiam mariti, vel impotentiem coëundi.

An verò hæc juris præſumptio æqualiter 25 procedat in filio nato ex concubina retente in domo, affirmant Gloſſe in *c. Michaël de filiis Presbyter. V. conſtiterint.* Panor. *in cap. transmiſſ. qui filii ſint legitimi.* Alii negant, eò quia præſumptio juris à lege approbata non detur in ea probroſa conjunctione, in qua ceſſat favor matrimonii, quo nititur prædicta præſumptio juris, argumen. textus *in cap. ult. de re judicata.* Aſſerunt tamen, dari quandam præſumptionem hominis, quâ hic filius natus credetur ex concubinatu: hinc Innocentius III. in *præſenti cap. per tuas* 10. *h. t.* ultra nativitatem in domo concubinarii recenſet recognitionem illius, nominationem, & tractatum, quæ ſi neceſſaria non fuiſſent, Innocentius ſolam recenſuiſſet nativitatem in domo concubinarii.

Neque obſtat, quod reſpondent hîc Abbas, 26 Felinus, & alii, nimirum Pontificem in hoc textu mentionem feciſſe profeſſionis, nominationis, et transactionis, quia concubina receſſerat à domo concubinarii; alioquin ſola nativitas in domo concubinarii ſuffeciſſet. Nam contra eſt, quia abſentia mulieris brevis fuit, ut liquet ex ipſo textu, & cum parum pro nihilo reputetur, hæc abſentia perinde eſt cenſenda, ac ſi nunquam receſſiſſet argumen. *textus in leg. 3. ff. de divort.* unde talis receſſus per tam modicum tempus non potuit minuere juris præſumptionem. Verùm quia favorabilior eſt nativitas ex legitimo matrimonio, quàm ex naturali, ac illegitimo concubitu; ideò ſi quis eſſe poſſit etiam filius alterius, & mater alium nominet patrem ad Judicem pertinebit examinare, an mulieri credendum ſit; nec ne: cum quæſtio filiationis ſit difficilis probationis, Judicis arbitrio relin-

relinquitur examinare omnes circumſtantias perſonarum, temporis, loci.

27 Secunda iuris præſumptio deſumitur ex nominatione parentum, quia per hanc filius conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis; adeò ut verè filius præſumendus, ac cenſendus ſit, donec contrarium probetur, ut notat Gloſſa in *cap. per tuas 10. h. t.* Ubi tamen rectè notat, ſolam, ac ſimplicem nominationem filii non facere filium; idque colligitur ex textu in *d. c. Per tuas.* ubi Innocentius III. ultra nominationem alia etiam recenſet, ac conſiderat adminicula; & colligitur etiam ex *l. non epiſtolis. l. non nudis C. h. t. l. neque profeſſio C. de teſtamentis*, & docent Decius *ibid. n. 7.* Menochius *caſu 86. n. 69. & 77.* & communiter alii, qui eo nituntur, quia filiatio à natura proveniat, quam ſola, & ſimplex nominatio efficere non poteſt. *l. Cajus ff. de jure patronat. l. aſſumptio 6. in princip. ff. de mancip.* quod tamen fundamentum non videtur poſſe ſubſiſtere: quia hic non quæritur de conſtituenda filiatione; ſed de illa probanda, vel præſumenda: tametſi reverà non habeatur filiatio, neque ſit; ſufficit tamen ſi probetur, vel præſumatur. Tum quia ſequeretur, quòd neque ſufficeret etiam ut aliis adnexa adjunctis, quod eſt contra textum: ſiquidem neque connexa cum aliis adminiculis nominatio naturam efficit: Tum quia probatio, ut notat Maſcardus *nu. 32.* debet neceſſariò concludere juxta *c. in præſentia 8 h. t.* & nominatio non concludit neceſſariò filiationem, cùm pluries non principaliter, & directe, ſed incidenter, & in alium finem habeatur, & multoties tantùm blandiendi gratiâ, & non veritatis inducendæ cauſâ ſoleat quis filium nominare, quem non genuit, argumento legis *liber 220. ad finem. ff. de V. S.* hinc per ſolam nominationem fratris, ſororis, conſobrini non probatur conſanguinitas, neque affinitas ut notat Tiraquel. de *retract. tit. 1. §. 1. glo. 16. nu. 1.*

28 Hinc ut nominatio filiationem probet debet pluribus veſtiri adminiculis, ut quod Pater in iudicio fateatur, aliquem filium ſuum eſſe; vel ſi extra iudicium velit probare aliquem eſſe ſuum filium, debet datâ operâ filium præſentare, vel exhibere librum nativitatis ſi quem habet, & oſtendere ſcriptum nomen, diem, & alias circumſtantias nativitatis: & tunc nominatio neque ſufficit ad plenam probationem, ſed tantùm ad conſtituendum nominatum in quaſi poſſeſſione filiationis; adeò ut onus probandi contrarium transferatur in adverſarium juxta *l. quidam ff. h. t.* & *cit. leg. non nudis.* Quamobrem quando iura docent, ex nominatione probari filiationem, debent intelligi de nominatione veſtita ſupradictis adminiculis juxta hunc textum: vel quòd per nominationem conſtituatur quia in quaſi poſſeſſione filiationis, ut onus probandi oppoſitum transferatur in adverſarium.

29 Alia iuris præſumptio filiationis oritur ex tractatione parentum, etenim ſi quis appelletur ab alio filius, & in ejus domo educetur, tractetur, & omnia fiant, ut ſolent veris filiis concedi; tunc conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis, adeò ut verus filius præſumatur, ac credatur, donec contrarium probetur, ut notat Abbas in *c. per tuas n. 9.* quinimò ſi tantùm tractetur, & communiter reputetur, ut filius, quamvis non nominetur, probata cenſetur filiatio, ut docet Felinus in *d. cap. per tuas n. 13.* Hinc ſi agatur in judicio petitorio, ut ſi quis petat hæreditatem ſibi adjudicari tanquam filio, tenetur probare titulum, ſive jus proprietatis: at ſi quis exiſtens in quaſi poſſeſſione filiationis intentionem ſuam fundet ſuper eadem filiatione, & petat hæreditatem patris, ut filius, & ejus ſucceſſor; tunc ſufficit ſi probet quaſi poſſeſſionem filiationis, & levatur ab onere probandi filiationem, adeò ut hoc onus adverſario incumbat, ſi neget ipſum eſſe filium *arg. l. circa eum 14. ff. h. t.* quia filiatio quoad patrem directè, & neceſſariò probari nequit, ut ſuperiùs innuimus, & ex jure ſufficit probatio præſumptiva per conjecturas, & quaſi poſſeſſio filiationis, quæ fundetur in conjecturis, ſeu in eo, quòd fuerit à patre nominatus filius, tractatus ut talis, educatus in propria domo, qui has conjecturas probat, ſufficienter probat quaſi poſſeſſionem filiationis, & quaſi præſumptivè ipſam filiationem. Hiſce conjecturis alii addunt etiam communem famam, & opinionem, præſertim domeſticorum, conſanguineorum, & vicinorum, quòd talis fuerit communiter nominatus, habitus, agnitus, tractatus ut filius. & deſumitur ex *c. per tuas 10. h. t. & l. ſi mater 6. C. ne de ſtatu defunctorum.*

Hanc communem opinionem viciniæ ſufficere ad probationem filiationis docuit etiam Menoch. *caſ. 89. n. 86.* & fundatur in *c. transmiſſæ qui filii ſint legitimi.* eò quia Pontifex in illo viciniæ famam rejiciat; ex eo quia contra illam ſtaret negatio viri, & mulieris: hinc Menoch. à contrario ſenſu argumentatur, & remota hujuſmodi negatione viri, & mulieris concludit per famam Viciniæ legitimè filiationem probari. 30 Verùm contraria ſententia videtur probabilior, eò quia in nullo juris loco habeatur, quòd ſola fama ſufficiat ad probandam filiationem: quapropter ſtandum eſt regulæ juris, quæ docet ex fama ſemiplenam inſurgere probationem *l. 3. §. l. V. ſicut ff. de teſtib. c. ſi teſtes §. ſæpè 4. q. 3.* ut notat Maſcard. *de probat. conclus. 753.* & hanc regulam procedere in his, quæ difficilis ſunt probationis, deſumitur ex *c. præterea 27. de teſtib.* Tum quia non videtur rationi conſonum, ut in hac ſpecie plus operetur fama, quàm nominatio, vel tractatio parentum, ex quorum neutro habetur plena probatio, ſed tantùm ſemiplena, unde hoc idem videtur dicendum de famâ, ſeu communi opinione viciniæ.

Quando igitur ad probandam filiationem concurrunt omnia ſupra dicta adminicula, ſcilicet nativitas filii in domo, nominatio filii, agnitio pro tali, tractatio filii, non creditur matri ſi poſteà aſſerat, non eſſe filium ſuum, cùm antea agnoverit ut ſuum, tractaverit ut ſuum; quia nimis indignum eſt, ut quod ſua quiſque voce dilucidè proteſtatus eſt, id poſteà neget *l. generaliter 13. C. de non num. pecun. c. final. de confeſſis cap. cùm dilecti de accuſat.* Contra tamen aſſertionem videntur obſtare difficiles textus ſiquidem ex *l. Lucius 33. ff. de condit. & demonſtr.* nec nominatio per ſe, aut reputatio probat filia- 31

tionem, quæ propterea cenſetur probatu impoſſibilis *l. non epiſtolis. l. non nudis C. de probat. l. nec profeſſio C. de teſtament. l. ſi pater 4. C. de hæred. inſtit.* Sed contra quia jura non dicunt probationem filiationis eſſe impoſſibilem, ſed tantùm difficilem *l. 3. l. 14. §. final. ff. de lib. exhib.* quia in jure per expenſas relatas præſumptiones, & conjecturas probatur filiatio, eò quia præſumptiones juris ſunt liquidiſſimæ probationes *l. Imperator 77. ff. de legat. 2. l. ſi tutor.* ideò evincunt ſufficienter filiationem, ut quis cenſeatur habere jus ſucceſſionis ad hæreditatem. Neque *cit. lex Lucius* 83. adverſatur noſtræ aſſertioni, quia in illo textu probatio requirebatur per viam conditionis; proinde non ſufficiebat præſumptiva, ſed requirebatur vera probatio, ut notant Garzia de *nobil.* Gloſſa 20. *n. 3.* Maſcard. *concl. 877.* Decius in *hac rubric. n. 153.*

32 Verùm alii hanc ſententiam rejiciunt, eò quia licèt filiationis probatio requiratur à teſtatore per modum conditionis, ſufficit tamẽ, ut ipſa probatio fiat per conjecturas legitimas, & præſumptiones, qualis eſt, quæ refertur in *cit. leg. filium*, cum ſimilibus; non enim creditur, quòd teſtator reſtrinxerit ſuam diſpoſitionem ad caſum, in quo inutilis redderetur *l. 3. ff. de milit. teſtam.* ideò cenſendus eſt teſtator, ſe conformâſſe cum juris diſpoſitione *argu. leg. Gallus §. quidam rectè ff. de liberis, & poſthumis l. ſi duo 38. ff. de acquir. hared.* Quamobrem alii præſertim Alciatus *de præſumpt. 3. p. in princ. n. 4.* Coſta *in l. Gallus §. & qui ſi tantùm 5. p. n. 41.* & alii putârunt, illam adjectam conditionem à patre teſtante, *ſi probaveris filium meum eſſe* ſufficienter adimpleri per juris præſumptiones, & non ſufficere in ea ſpecie, quia cùm teſtator apponens conditionem ſciret, filium eſſe in quaſi poſſeſſione filiationis, & præſumptionem ſtare pro illo, non adjeciſſet illam conditionem, nec injunxiſſet onus probandi filium ſuum eſſe. Verùm hæc reſponſio non videtur accommodata textui *d. l. Lucius* 83. quia ex illo non conſtat, filium fuiſſe in quaſi poſſeſſione filiationis, & teſtatorem ſciviſſe juris præſumptiones favere filio. Præterea dato etiam, & non conceſſo, patrem ſciviſſe tales præſumptiones juris, & eas ſtare pro filio, adhuc juſtis de cauſis potuit voluiſſe, ut quod ipſe agnoverat in conſcientia privata, illud idem redigeretur in acta publica.

33 Quamobrem probabiliùs reſpondent alii, in *d. l. Lucius* non affirmari conditionem, *ſi probaverit filium meum eſſe*, impoſſibilem, nec poſſe probari præſumptionibus juris; ſed filium non potuiſſe inſtitui hæredem ſub ea conditione, quæ tametſi per juris præſumptiones impleatur, adhuc non eſt poteſtativa, quia non dependet à mero facto ipſius filii, ſed potiùs eſt mixta ex facto, & voluntate tam filii, quàm teſtium, per quos Judex moveri debet, proinde ſub ea conditione utpote non poteſtativa, non potuit inſtitui *l. ſunt 4. ff. de hæred. inſtit.* ut notant Caſtrenſ. *in d. l. Lucius* 83. Baldus *in l. ſi Pater, nu. 10. C. de inſtit.* & alii.

34 Urget tamen alia difficultas, quia ex *c. de teſtibus 29. c. de tuis 39. c. nuper 51. de teſtib. c. inquiſitionis 21. §. tertia de accuſat.* deponenti in judicio cum juramento eſt potiùs credendum, quàm alteri aſſerenti ſimpliciter, ſed in præſenti ſpecie, quamvis mater aſſereret ſimpliciter, filium eſſe ſuum, poſtea id negans non ſimpliciter negat, ſed cum juramento deponit, non eſſe filium ſuum, proinde huic ſecundæ depoſitioni: cui adjicitur juramentum eſt fides adhibenda. Sed contra quia præcitata jura ſolùm procedunt, quando proponitur prior aſſertio extrajudicialis non jurata; & poſterius teſtimonium judiciale & cum juramento, in hoc enim caſu citata jura ſunt vera; quia poſterius dictum prævalet priori. Verùm in præſenti ſpecie non ſolùm aderat prior aſſertio matris non jurata, & extrajudicialis, ſed etiam cum ipſa proponebatur plena probatio filiationis ex additis adminiculis conſideratis ab Innocentio III. in *c. per tuas 10. h. t.* proinde ad elidendam probationem filiationis, poſterius matris teſtimonium etiam juratum non potuit prævalere priori aſſertioni juxta regulam textûs in *cap. licèt V. ex præmiſſis h. t. c. in noſtra 32. de teſtib.*

§. VII

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quæſtiones.

QUæritur primò, quomodo in probationibus procedatur per famam, & qualem hæc habeat efficaciam in ordine ad probandum. 1 Nomine famæ juxta præſens inſtitutum intelligitur communis hominum de re aliqua ſermo, & opinio, & differt *à rumore* quia *fama* ſit inter homines etiam graves ex veriſimilibus indiciis, & *rumor* ſit tantum inanis, ac temeraria vulgi vox; & ſuſpicio carens certo authore, aut fundamento, quæ propterea ut notat Mynſing. *ad rubric. h. t.* eſt potiùs pœnis compeſcenda, quam in judicio adducenda. Cæterùm allegans pro ſe famã tenetur eam in judicio probare; & quamvis opiniones ſint diverſæ, per quot teſtes fama probetur, cõmunior tamen ſententia eſt, quòd ſufficiant duo teſtes, ut notat Bart. in *l. de more §. plurimum n. 19. ff. de quæſt.* neque deſideratur, ut illi teſtes deponant, ſe audiviſſe in eodem prorſus loco, & ab iiſdem perſonis, ſed ſufficit, ſi nominent diverſos, à quibus in diverſis locis illud idem audierint. Rurſus teſtes deponentes de fama, ut aliquid probent, debent rationem ſui dicti reddere: & tunc dicuntur reddidiſſe rationem ſui dicti, quando cauſas, ſeu indicia, & conjecturas ex quibus famam ſuam traxit originem ſpecificè, & nominatim exprefſerunt: ſiquidem famæ regulariter nil tribuitur, niſi conſtet de authoribus, & ejus fundamento radicato in cauſis, & indiciis, ex quibus viri prudentes permoti ſunt, ut ſibi certò perſuaderent, quòd vox publica aſſerit, ut notat Maſcardus de *probationibus 2. volum. 2. concluſ. 750. num. 11.*

2 In factis tamen pervetuſtis, & excedentibus ætatem, ac memoriam hominum non compelluntur teſtes ad reddendam rationem ſui dicti, ſed ſufficit, ſi ſint omni exceptione majores, aſſerántque ſe ita à ſuis majoribus intellexiſſe; ſiquidem

in

Digitized by Google

in factis antiquis excadentibus ætatem hominum non ſemper poteſt conſtare de fundamento. Rurſus ut fama in judicio probet; debent teſtes deponere, quod aliquid dicatur non ſolùm à multis, verùm etiam à majore parte populi, & per viros ſpectatæ opinionis, quos etiam expreſsè nominent, & affirment, ſe ab iiſdem illud idem audiviſſe; quod procedit in negotiis arduis, & magni momenti; ſiquidem in aliis minoribus negotiis, & quæ ſunt parvi ponderis communiter docent juris periti, ſufficere famam viciniæ, ſeu plurium hominum, tametſi iſti non conſtituant majorem partem populi loci illius, in quo aſt fama de tali re. Rurſus debet fama eſſe conſtans, & uniformis non varia, & contraria, quapropter ſi de quo eſt aliqua controverſia plures negent, & alii affirment, nullis eſt credendum, quia ſicut præſumptiones præſumptionibus eliduntur, ita duæ famæ ſi ſint contrariæ inter ſe, ac invicem pugnent ſe ipſas enecant, & extinguunt. Si tamen in loco illo, ubi res, de qua quæritur, reperitur, habetur fama conſtans, & in alio contraria vigeat, tunc prior fama cenſetur vero ſimilior, utpote in eodem loco, ubi eſt res, de qua controvertitur, proinde eidam præſtatur fides.

3 Juvat tamen obſervare, quòd fama in cauſis civilibus regulariter nonniſi ſemiplenam inducit probationem *argu. l. 3. §. ejusdem quoque* & communiter juriſperiti *ff. de teſtibus*: quia ibi dicitur, quòd fama conſentiens rei geſtæ fidem nunquam confirmat: hæc enim verba tantùm poſſunt congruere ſemiplenæ probationi, quia ſi non confirmat, non plenè probat: ſiquidem confirmatio ſemper præſupponit aliquid, quod ſit confirmandum, & plerumque habet modum acceſſorii. In criminalibus verò ſi agatur de gravi pœna infligenda, ut plurimum ſola fama nec ſemiplenam probationem inducit, imò nec indicium ad torturam, ſed ad ſummum movere poteſt Judicem, ut diligentius ſuper crimine diſquirat, ut deſumitur ex *c. qualiter, & quando de accuſat.* idque procedit regulariter, quia juriſperiti communiter excipiunt facta antiqua excedentia hominum memoriam, in quibus putant, famam propter difficultatem, & defectum aliarum probationum plenè probare, & Judicem poſſe pro fama ſententiam ferre, ut notat Maſcard. *tom. 2. concluſ. 94. n. 8.*

4 Hoc tamen ſpecialiter habatur de jure canonico, quòd ad diſſolvenda ſponſalia de futuro ad impediendum matrimonium ſola fama de affinitate, & conſanguinitate deſponſatorum ſufficiat, idque ob periculum ne matrimonium invalidè contrahatur, & illicitus fiat concubitus, & quia ſcandalum pareret, ſi matrimonium inter duas perſonas, quæ publica exiſtimatione affines, & conſanguineæ cenſantur, contraheretur *c. 2. de conſanguinit. affinit.*

5 Quæritur ſecundò, an probationes ſemiplenæ diverſi generis ſimul conjungantur ad conſtituendam unam plenam probationem, adeò ut ex pluribus ſemiplenis probationibus coaleſcat una plena probatio. Reſpondetur in cauſis criminalibus plures probationes ſemiplenas diverſi generis non coaleſcere in unam, quæ ſit plena, adeò ut hæc commixtio probationum non admittatur, nec Judex poſſit procedere niſi ex probatione pleniſſima in eodem genere probationis, ſcilicet vel per teſtes ſufficientes ad plenam probationem inducendam, vel per inſtrumenta, vel per confeſſionem in judicio; debet enim pleniſſima probatio produci intra idẽ genus, vel teſtiũ, vel inſtrumentorũ, non verò deſumi debet ex diverſis, ſi in quolibet genere nonniſi ſemiplena probatio habeatur: quo pacto unus teſtis, fama, & extrajudicialis confeſſio, quia ex ſe non conſtituunt plenam probationem in ſuo proprio genere, ita nec poſſunt in unum coaleſcere ad conſtituendam pleniſſimam probationem. Secus in civilibus duæ ſemiplenæ probationes etiam diverſi generis ſufficiunt, ut Judex poſſit procedere: imò cenſetur etiam conſtituere plenam probationem, ut docent juriſperiti in *l. admonendi ff. de jurejur.*

6 Quæritur tertiò, quomodo probandi ſint limites locorum? Reſpondetur, probari per antiquas ſcripturas; quia libri, & ſcripturæ antiquæ; & præſertim memoriæ marmoreæ fidem faciunt in cauſis, in quibus non agitur de præjudicio alterius; ut quòd inſans baptizatus ſit in Eccleſia conſecrata, ut docent Innocentius in *rubric. de conſecrat. Eccleſ.* & Panormit. in *cap. cum cauſam 15. h. t.* quia in tali caſu præſumptio non eſt, quòd aliquis fallere velit; proinde jura aſſerunt, habendam eſſe fidem etiam unico teſti. Cæterùm quod libri, & ſcripturæ antiquæ aliquid denunciantes factum, vel non factum fidem mereantur, ex eo conjicitur, quia antiquitas ſcripturæ aliquid confert ad probationem, ut notat Menoch. de *arbit. lib. 2. cap. 3.* ipſa enim antiquitas venerationem conciliat, & authoritatem tribuit ſcripturæ, cui propterea eſt fides adhibenda, præſertim cum antiqua facta excedentia memoriam hominum difficulter probari poſſint. Verùm ſi agatur de alterius præjudicio, ſolam antiquam ſcripturam non mereri plenam fidem docent Panormit. in *cap. cum cauſam 13. h. t.* Maſcardus *concluſ. 975.* & communiter juriſperiti, alioquin daretur anſa fingendi antiquas ſcripturas, vel illis addendi plura cum præjudicio tertii. Quamobrem neque publico inſtrumento ſolet fides præſtari niſi confactum ſit ex conſenſu illius, in cujus præjudicium cedit *argu. l. cenſualis 6. C. de donat.* ut oſtendit Felinus in *cap. cum cauſam 13. h. t. n. 3.* Quòd ſi inſtrumento antiquo ex conſenſu duorum confecto aliquid adjectum ſit, quod cedat in præjudicium tertii, ut locum aliquem eſſe ſub juriſdictione, aut diœceſi hac, vel illa, tum magnam veritatis præſumptionem facit, ſi plura talia inſtrumenta non ab uno, & eodem Notario reperiantur confecta, & quæ omnia idem aſſerant, imò Felinus *loc. cit. n. 4.* aſſerit, talia inſtrumenta inducere plenam probationem.

7 Cæterùm cùm dicimus libris, & ſcripturis antiquis eſſe præſtandam fidem, debet id intelligi de ſcriptura antiqua, quæ aſſervata reperiatur in archivio, ſeu loco publico, in quo nonniſi authenticæ ſcripturæ aſſerventur, quia tunc tali archivio fides adhibetur *arg. cap. ad audientiam 19. de reſcript.* & habetur expreſſius in *au-*

thent. ad hæc, C. de fide inſtrum. ut docet Bart. in *l.1. ff. ſi certum petatur.* Panormit. hic *num.1.* requirunt tamen plures, quòd archivium publicum habeat cuſtodem, cui ex publico officio incumbat, ut in archivio non reponantur niſi ſcripturæ, quæ fidem mereantur. Rurſus debet ſcriptura talis eſſe, cui ab antiquis communiter fuerit creditum, ut colligitur ex *cap. cum cauſam 13. h.t.* & tradunt Panormitanus, & Felinus, ad quod confert etiam, quod tradit Innocentius in *cap. venient n.6. de verb. ſignif.* ſcilicet in excedentibus hominum memoriam, communem famam, & perſuaſionem fidem facere: ex quo infert Bartolus in *l.1. n.22. ff. ſi certum* eſſe credendum hiſtoricis, chronicis, & aliis ſimilibus antiquis ſcriptis, dummodo ex traditione authoritatem habeant, quia communiter cum alii ipſis crediderint, debemus & nos iiſdem credere, ut infert Bart. & confert hoc dictum ad convincendos hæreticos: ſiquidem licèt Patres antiqui ſinguli, & ſeorſim errare potuerint; ſi tamen aliquid docent, quod ex traditione conſtet, pro vero communiter habetur, alioquin non ſine pertinacia, ac intellectûs ſtupiditate poſſet fides negari. Si tamen cauſa modica fuerit, tunc ſufficit ſola ſcriptura antiqua, quia ut notat Decius hic *n. 1.* in cauſis modicis minor probatio ſufficit, quæ autem cenſenda ſit cauſa modica, relinquitur arbitrio Judicis ſpectatis omnibus circumſtantiis.

8 Quæritur quartò, an litteris Epiſcopi, vel alterius Judicis ordinarii præſtanda ſit fides, donec contrarium probetur? Reſpondetur affirmativè, & id deſumi ex *cap. poſt ceſſionem 7. h.t. cap. cura 11. q.3. c. ſtatuimus 27. q. 3. c. cum Eccleſia 10. de majorit. & obed. & l. ſi qua 22. §. præterea C. de Epiſc. & cleric. l. 14. tit. 5. p.3.* ut docent Barboſa in *collect.* Cujacius, & Mynſing. in hoc textu. Ratio eſt, quia ceſſante fraudis ſuſpicione in his, quæ pertinent ad officium Epiſcopi, vel alterius Judicis Ordinarii credendum eſt ejuſdem Epiſcopi, vel Ordinarii litteris ſigillo munitis, donec contrarium judicio probetur, tametſi teſtes in illis non ſint adjecti, ut deſumitur ex *d. c. poſt ceſſionem 7. huj. tit. c. cum dilecta V. ſub ſigilis de confirmat. util. c. ſi canonici V. petentibus litteris de offic. ordin.* quia inſtrumentum publicum, & litteræ authenticæ ſi muniantur ſigillo ordinarii æquiparantur *c. ſcripta 2. de fide inſtrument.* ut docet Decius in *præſenti n. 10.* Litteræ autem Epiſcopi, vel Ordinarii, ſi proprio ſigillo muniantur in iis, quæ pertinent ad ejus officium cenſendæ ſunt authenticæ *c. cum in Eccleſiis de majorit. & obed.* proinde hujuſmodi litteris adhibenda eſt plena fides maximè ſtante conſuetudine Romanæ Eccleſiæ adhibendi hujuſmodi litteris plenam fidem teſte Archidiacono in *c. cura 11. q.3.* Tum quia regulariter ſemper præſumitur pro Judice donec contrarium probetur *l.1. C. de offic. Jud.* quapropter Innocentius III. in *d.c. poſt ceſſionem 7. h.t.* ſtatuit, ut litteris Epiſcopi, vel alterius Judicis ordinarii, perinde ac publico inſtrumento fides adhibeatur. Neque obſtat, ſi dicas, in hoc texto nullam fieri mentionem ſigilli, ſed tantùm litterarum Epiſcopi; reſpondetur, deciſionem hujus dubii dependere ab alio dubio, quomodo debeant eſſe litteræ Epiſcopi, ut ipſis fides præſtetur, & communiter reſpondent, requiri, primò ut ſint ſigillo clauſæ, ut non fuerint apertæ. Secundò, ut ſigillum iiſdem imponatur rebus pertinentibus ad officium publicum ipſius Judicis: ſi enim hæ duæ conditiones adſint abſque Notarii, vel teſtium ſubſcriptione [illegible] ipſis fides adhibenda, donec contrarium non probetur, ut docet Baldus in *rubric. C. de fide inſtrument. n. 40.* Tum quia ex conſtitutione Arcadii, & Honorii uni Epiſcopo atteſtanti ob honoris, & gradus apicem creditur, quod etiam fuit confirmatum à Carolo Magno *lib.6. capitul. c.281.*

Verùm in oppoſitum urget textus *authen. de fide inſtrum. §. ſi verò collat.6.* ubi habetur, quòd major fides ſit adhibenda vivæ voci, quàm mortuæ: atqui Epiſcopo, ſeu Judici ordinario aliquid viva voce deponenti non creditur *c. ſi tantùm 2. c. placuit 36. q. 2. c. quoniam 11. h. t.* unde litteris Epiſcopi, vel alterius Judicis ordinarii non videtur adhibenda eſſe plena fides. Firmari etiam ex eo poteſt, quia hoc eſt ſpeciale in ſummo Pontifice, ut propter ejus ſummam authoritatem ſtatutum ſit, ut ejus litteris plena præſtetur fides, in quibus aſſerit, ſe aliquem excommunicâſſe, vel aliqua cenſura innodâſſe, ut liquet ex *clement. unic. h.t.* ex quo conjicitur Epiſcopis, & aliis Judicibus inferioribus etiam ordinariis non eſſe æqualiter credendum. Firmatur ſecundò ex *c. cum dilectus V. ſuper de fide inſtrum.* ubi generatim dicitur, quòd inſtrumento regio ſit fides adhibenda, dummodo conſuetudine id ſit introductum, ergò litteris Epiſcopi, & inferioris Judicis non aliter debet fides præſtari, niſi ex conſuetudine id introductum ſit. 9

10 Sed contra, quia ut notat Gloſſa in *præſenti Verſ. ſed contra* eſt diſcrimen inter teſtimonium vivæ vocis Epiſcopi, vel alterius Judicis ordinarii, cui integra fides non adhibetur juxta *cap. cum a nobis 28.* & litteras ejuſdem Epiſcopi, vel Judicis ordinarii proprio ſigillo munitas, quibus plena adhibetur fides: ſiquidem Ordinarius, ſeu Epiſcopus in hujuſmodi litteris proprio ſigillo munitis quoad ſpectantia ad ejus officium loquitur ut perſona publica, ac ratione publici officii, quod exercet: ſecus quando teſtatur viva voce loquitur ut perſona privata: quamobrem ſicut inſtrumento Notarii creditur ſine ulla teſtium ſubſcriptione, non verò ejus privatæ depoſitioni *c. quoniam 11. h. t. c. ad audientiam 13. de præſcript.* ita pari pacto dicitur de Epiſcopo, & Judice ordinario cujus litteris ſigillo proprii officii munitis fides præſtatur, non verò ei æqualiter fides adhibatur, ſi viva voce loquatur, quia priori modo loquitur ut perſona publica, cujus authoritati eſt fides præſtanda; poſteriori ut perſona privata, cui non adhibetur tanta fides. Ad primam confirmationem reſpondetur in litteris Pontificum plura alia ſpecialia concurrere, quæ non habentur in litteris Epiſcopi, etiam ſigillo proprii officii munitis: in litteris ſiquidem Pontificis non ſolùm adhibetur fides, donec contrarium non probetur, ut contingit in litteris Epiſcopi, vel alterius Judicis ordinarii; verùm etiam

contra

Digitized by Google

contra ipſas probatio non admittitur. Secundò quia litteris pontificiis non ſolùm præſtatur fides in ipſa diſpoſitione, ſed etiam in narrativa; quapropter non ſunt æqualis authoritatis litteræ Epiſcopi, vel alterius Judicis ordinarii, & litteræ Pontificiæ. Ad ſecundam confirmationem deſumptam *ex c. cum dilectus de fide inſtru.* reſpondent communiter, conſuetudinem eatenus in ejus ſpecie attendi, quia non agitur de litteris Principis ſigillo ſignatis, ſed de inſtrumentis ab eo confectis, & quæ non pertinebant ad regiam dignitatem, quapropter neceſſe fuit, ut conſuetudo accederet, cujus virtute fides adhiberetur litteris illis.

11 Quæritur quintò, quomodo propoſitio negativa probanda ſit. Propoſitio alia dicitur purè negativa, quatenus nullam in ſe continet affirmationem, ut *non fui mentitus*, & alia dicitur propoſitio tantùm negans, & ſolet etiam dici propoſitio mixta ex negatione, & affirmatione, ut ſi quis dicat: *non conſenſi ſpontè*, tametſi includat negationem liberi conſenſûs, includit tamen etiam affirmationem conſenſûs per vim, aut metum, adeo ut ſenſus ſit, non conſenſi ſpontè, ſed conſenſi per metum, & coactè: ex his propoſitionibus merè negativæ directè non poſſunt probari: ſecus negantes, ſeu mixtæ ex negatione, & affirmatione poſſunt directè probari: qui enim negat, ſe ſpontè conſenſiſſe probare poteſt directè, ſe conſenſiſſe coactè *c. 5. de renunciat.* Secus merè negativa, ut ſi reus in judicio crimen confeſſus non fuerit, per ſe directè probari nequit; ſed tantùm indirectè per alium, hoc eſt, ſi oſtendatur, Judicem teſtium allegationes pro defenſione Rei accepiſſe usque ad concluſionem in cauſa.

12 Rurſus juvat animadvertere, quòd omnia acta judicii conſcribi debeant à Judice, vel aliis duobus viris idoneis ſupplentibus vices Notarii: eatenus acta judicii ſcribuntur, ut veritas locum habeat in judiciis, & ne propter aſſertionem iniqui Judicis innocens litigator lædatur, ut habetur *in c. quoniam 11. h. t.* Immo non ſolùm in judicio ordinario, ſed etiam in delegato ſunt acta conſcribenda, ut habetur *in eod. cap. quoniam 11. h. t.* ſive judicium plenarium ſit, in quo ordinariè proceditur ſervato ordine juris: ſive ſummarium, in quo absque ordine, & figura judicii proceditur; & ſive procedatur per accuſationem, inquiſitionem, vel denunciationem, ut notat Gloſſa *in d. c. quoniam* 11. *h. t. V. extraordinario.* Immo etiam ſi agatur coram arbitris compromiſſariis, quia ii tenentur etiam procedere in ſimilitudinem Judicum ſervato ordine juris, ac forma judiciorum *l. 1. ff. de recept. arbit.* Non tamen hoc procedit in cauſis exiguis, & levioribus, quæ neceſſariò non ſunt ſcribendæ, ſed in illis creditur ſimplici Judicis aſſertioni, ac relationi absque ſcriptura, ut deſumitur *ex authent. niſi breves.* ibid. *ſine ſcriptis*: quæ verò dicenda ſit cauſa levis, prudentis Judicis arbitrio relinquitur.

13 Cæterum Notarius juratus, & approbatus ob publicum ſuum officium majorem fidem meretur, quàm mereatur in aliis, quæ non pertinent ad tale publicum officium, ut notat Menoch. *in arbit. caſ. 99. n. 2.* confeſſio etiam duorum teſtium æquivalet teſtimonio Notarii, ut notat Gloſſa *hic V. duos Viros & in c. cum Joannes 10. §. quodlibet de fide inſtrum.* Quòd ſi ſuper exemplis, ſeu transſumptis ſcripturis duorum oriatur, debet recurſus haberi ad originale, ſeu ad protocollum ſcriptum manu Notarii publici, quod ſolet aſſervari apud Judicem, vel Notarium ob majorem fidem, veritatisve cuſtodiam. Cæterum proceſſui, & actis judicii non habetur fides, niſi conſtiterint in ſcriptis, ut communiter docent cum Bart. *in l. ne in arbitris* quod ſi acta judicii amiſſa fuerint, tunc ſufficit, ſi duo teſtes deponant, ſe acta illa inſpexiſſe, ac legiſſe *argum. l. teſtium 18. C. de teſtibus.* Ad probanda verò acta judicii præter Judicem, & Notarium publicum non deſiderantur alii teſtes, ſed iis fides eſt adhibenda absque ulteriore probatione, quia officium Judicis eſt publicum, ut etiam illud Notarii: conſuetudo tamen invaluit, ut in ſententia definitiva ferenda adhibeantur teſtes.

14 Quòd ſi cauſa devolvatur ad alium Judicem, debent eidem exhiberi acta proceſſûs, ac prioris judicii, ut deſumitur *ex cap. cum bona 15. & ult. h. t.* ſiquidem acta prioris judicii exhibita poſteriori Judici valent, ac fidem faciunt etiam in altero judicio inter eaſdem perſonas; & in eadem cauſa, ut notat Gloſſa *in d. cap. cum bona 15. V. Judices h. t.* Hinc atteſtationes receptæ in uno judicio valent in alio, in quo propterea produci poſſunt; quod procedit, ſive acta ſint ordinatoria judicii, ut citatio, libelli oblatio, juramentum calumniæ, conteſtatio litis, terminus datus dilationum: ſive ſint acta probatoria, ſeu inſtructoria cauſæ, & ſpectantia ad merita litis, ac ejus deciſionem, cujusmodi ſunt atteſtationes, inſtrumenta, confeſſiones partium usque ad ſententiam excluſivè: ſiquidem hæc omnia faciunt fidem coram Judice ſubrogato, dummodo inſtantia judicii non fuerit perempta. Et idem dicitur de Judice appellationis, aut remiſſionis *argum. clement. 2. de teſtib.*

15 Quæritur ſextò, an ad torturam inferendam Reo ſufficiat ſemiplena probatio? Reſpondetur affirmativè, ut docent communiter Doctores cum Julio Claro *q. 21 num. 2.* ratio eſt, quia tortura non eſt introducta in pœnam commiſſi delicti, ſed in ſubſidium probationis: ſiquidem crimen, cùm nondum ſit plenè probatum, puniri non poteſt; & cum plena probatio, quæ ſufficiat ad Reum puniendum, nondum habeatur, ideo ut Reus ipſe ſuppleat veritatem confitendo, torquetur, ſi adſit ſemiplena probatio, ut docent communiter apud Covarruviam *pract. qq. q. 23.* hinc tortura non poteſt Reo inferri, niſi crimen ſit ſemiprobatum, vel niſi urgeant indicia vehementia, adeò ut ſit ferè moraliter certum, Reum torquendum perpetrâſſe tale crimen: quia ſi in hoc caſu Reus non poſſet torqueri, anſa daretur improbis hominibus audaciùs delinquendi, cum crederent, quòd teſtibus, vel externis indiciis non poſſint facilè convinci: ſecus ſi noverint, quòd ex indiciis, imò vel etiam ex uno teſte poſſint torqueri, tunc fortiùs coërcentur à delictis perpetrandis.

16 Verùm ut teſtis unicus ſufficiat ad ſemiplenè pro-

probandum, requiritur, ut ſit teſtis omni exceptione major, contra quem ſcilicet nulla ſit exceptio; & qui deponat, ſe audiviſſe, hunc tali loco, & tempore blaſphemantem, vel ſe vidiſſe propriis oculis homicidium commiſiſſe: alioquin ſi non ſit teſtis omni exceptione major, ſed minor viginti annis, vel infamis, vel excommunicatus, inimicus, aut mulier, vel non audierit eum blaſphemantem, nec viderit eum occidentem, ſed id audiverit à fide dignis, tunc ejus depoſitio non eſt indicium ſufficiens ad torturam inferendam Reo: & peccaret Judex, ſi ex tali indicio ſine ullo alio probationis adminiculo Reum torqueret: quia illi contra jus gravem inferret injuriam. propterea teneretur ad compenſandum damnum illatum. Eſt nihilominus tale judicium ſufficiens ad capiendam informationem de Authore delicti, & id ſervatur in praxi. Cæterum quando dicitur ad torturam inferendam Reo ſufficere ſemiplenam probationem, id intelligitur conditionatè, ſi Reus torqueri poſſit, quia de jure ſunt aliqui, qui prohibentur torqueri, ut impuberes, qui nondum 14. expleverunt annum *l. 1. §. impuberes ff. ad ſenat. conſult. Sil.* poſſunt tamen impuberes excipi virgis, & terreri verbis. Imò de jure prohibentur etiam torqueri ſenes, vel gravi morbo laborantes, ut febri quartana, vel morbo gallico *l. ſi quis in gravi §. ignoſcitur ff. eodem*, ſed iſti poſſunt etiam terreri verbis, imò & aliquando verberibus leviter caſtigari.

17 Rurſus prohibentur torqueri ob periculum abortus mulieres prægnantes, quæ nec etiam poſt partum torqueri poſſunt, niſi poſtquam plenè recuperaverint vires. Imò etiam ex privilegio torqueri non poſſunt Doctores, Conſiliarii Principis, viri Illuſtres, & ex ordine equeſtri, imò neque in dignitate conſtituti, neque eorum filii, neque milites, ut notat Clarus *q. 64.* quinimò neque leviter torqueri, vel terreri poſſunt, tametſi contra ipſos habeatur ſemiplena probatio, niſi in criminibus exceptis, ut hæreſis, proditionis, læſæ Majeſtatis, veneficii, & aliorum *l. etſi excepto C. de maleſ. & Math.* & docet ibi Gloſſa *v. demonſtrantur*, & Clarus *q. 64. n. 19.* Imò quamvis in aliis criminibus non exceptis torti fuerint, & confeſſi, & poſtridie confeſſionem ſuam ratificaverint, non poſſunt condemnari: eò quia eorum confeſſio utpote per injuriam extorta irrita ſit, & nulla; & quod eſt irritum, non poteſt ratificari, ut validum ſit *l. non dubium C. de leg.* & *l. penult. ff. de quaeſt. à paritate rationis*, ibi: *Confeſſio facta in tormentis non præcedentibus indiciis eſt nulla, etiam ſi ſequatur ratificatio.* Hinc confeſſio facta invalidè extra tormenta, poteſt per ratificationem validari, eò quia tunc ratificatio ſit novus contractus: non tamen ſi confeſſio facta in tormentis ſit irrita, per ratificationem extra tormenta ſit valida.

18 Hinc ex vi talis confeſſionis factæ in tormentis non poteſt inſtitui inquiſitio, ut notat Navarrus *rubr. de indic. num. 86.* Poſſunt tamen ita confeſſi terreri verbis, quòd ſi confeſſi fuerint, eorum confeſſio tanquam ſpontanea valida eſt *l. Item apud Labeonem §. quaeſtionem ff. de injur.* ibi: *Quaeſtionem intelligere debemus, & tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem*; non tamen interrogatio, & levis territio pertinet ad hoc edictum, ut ibi docet Gloſſa, quam ſequuntur communiter Doctores apud Gomez *c. 13. num. 3.* Quòd ſi dicas, torturam, & comminationem, ſeu terrorem torturæ in jure paria cenſeri *argum. l. Noviſſimè ff. quod falſ. tutor. Author.* proinde confeſſionem per talem comminationem extortam non cenſeri validam. Contra eſt, quia id intelligitur de terrore proximo, ut cùm quis ſpoliatur, & ligatur, ut liquet ex *d. l. Item apud Labeonem*, non verò de terrore remoto, qui in ſolis verbis conſiſtit, quia tunc ex citatis juribus confeſſio præſumitur ſpontanea, niſi ex circumſtantiis moraliter conſtet, fuiſſe per metum extortam, & niſi ſecuta ſit libera ratificatio, quæ ſufficiat ad condemnandum Reum. Hinc ſequitur, torturam non poſſe Reo inferri, niſi quando crimen eſt ſemiprobatum, vel niſi quando urgent vehementia indicia, quibus appareat ferè moraliter certum, Reum fuiſſe criminis Authorem; quia ſi in hoc caſu Reus non poſſet torqueri, homines nefarii, & improbi audacter delinquerent, credentes non facilè poſſe externis indiciis, & teſtibus convinci.

Quòd ſi dicas, nonnunquam indicia fallere, & innocentem torqueri. 19 Reſpondetur, id non obſtare, quia interdum etiam fit, ut innocens damnetur juxta allegata, & probata in judicio, & tamen inde non ſequitur, tollendum eſſe omne judicium, quia id per accidens ſe habet, & præter intentionem: non enim in rebus humanis poſſunt omnia incommoda ſemper vitari; ſed ſufficit, ſi ea media adhibeantur, quibus majora incommoda declinentur, quamvis iiſdem mediis interdum minora incommoda per accidens admiſceantur. Rurſus neque poteſt Reus torqueri, niſi propter ſemiplenam probationem circa delicta graviora, quæ pœna corporali mortis, mutilationis, vel triremis, puniuntur, non verò propter alia delicta leviora, quæ puniuntur exiliô, vel pecuniâ; ut notat Clarus *q. 64. num. 4.* & ratio eſt, quia Reo nondum convicto non poteſt tanta, vel major pœna inferri, quàm inferretur, ſi de delicto eſſet convictus; proinde à tortura iniquè Reo delata poteſt Reus de jure appellare, ut notat Abbas in *c. cùm Monaſterium 1. num. 2. h. t.*

20 Neque poteſt tortura Reo inferri ad extorquendam delicti confeſſionem, tametſi nolit illud confiteri, ſi Reus legitimè per teſtes de delicto fuerit ita convictus, ut de illo poſſit condemnari *l. Divus ff. de quaeſtionib.* & *l. quoties C. eod.* ut notat Clarus *q. 64. num. 8.* ratio eſt, quia cum tortura introducta ſit in ſubſidium ob defectum plenæ probationis fruſtra inferretur Reo per teſtes jam legitimè convicto, quia confeſſio non eſt neceſſaria ad condemnandum Reum niſi in caſu, quo de delicto per teſtes non fuerit legitimè convictus, niſi fortaſſis reus malitiosè juſtæ ſententiæ executionem impediat per appellationem ad ſuperius tribunal; quia tunc ſi delictum ſit atrox, ut latrocinium, vel ſacrilegium, & expediat, ut Reus ibi puniatur, poteſt tunc ad impediendam ejus iniquam appel-

latio-

latronem torqueri ad eliciendam confeſſionem, & Julius Clarus *q. 64. num. 7.* notat hic, moris eſſe in plerisque locis.

21 Quæritur ſeptimò, quot modis crimen hæreſis probetur? Reſpondetur, tribus modis, ſcripturâ, verbis, & factis; ratio eſt, quia his tribus modis poteſt crimen hæreſis committi; probatur enim ſcripturâ, ſi probetur, quòd aliqua ſcriptura continens hæreſin fuerit à Reo dictata, vel propria manû ſcripta, vel ſubſcripta, non quidem per jocum, ſed ſeriò, & accuratè, quia ſi ſcriptura dictata, ſcripta, vel ſubſcripta fuiſſet in chartulis, ſeu memorialibus indigeſtis, & inemendatis, quibus non ſit ultima manus impoſita, non eſſet ſufficiens probatio, quia tunc ut notat Farinacius *q. 107. n. 11.* cenſendum eſſet, id proteſtiſſe potiùs ex ignorantia, quàm ex animo errandi. Verbis probatur hæreſis, ſi probetur, quòd verba hæreſin exprimentia fuerint à Reo prolata ſeriò, & ex animo, quia tunc verba exteriùs prolata manifeſtant conceptus internos. Debent tamen verba exteriùs prolata clarè, & expreſsè continere hæreſin, quia ſi verba eſſent dubia, deberent interpretari in ſanum ſenſum, & ut delictum potiùs excluderetur, quàm includeretur; eò quia in dubiis nemo præſumitur malus, ut notat Royas *de hæret. p. 1. n. 200.* ubi addit, id eſſe intelligendum, quando proferens non eſt aliàs ſuſpectus. Factis probatur crimen hæreſis, ſi oſtendatur, quòd reus exercuerit facta hæreſin manifeſtè continentia, & quæ non poſſunt in ſanum ſenſum interpretari, ut ſi Chriſtianus ſe circumcideret, ſi communionem ab hæreticis more ſuo reciperet, Machometo reverentiam exhiberet, vel Idolo: quia cùm hæreſis conſiſtat in animo, qui factis potiùs, quàm cogitationibus declaratur *c. dilecti de appell.* rectè per facta hæreſis probatur, ut notat Farinacius *q. 187. n. 16.*

22 Quæritur octavò, quomodo probationes dentur in contrarium adverſus ſcripturas, verba, & facta continentia hæreſin. Certum eſt, has probationes in contrarium, non poſſe ex alio capite deſumi, niſi probetur, quòd non ex animo, neque voluntate aſſentiendi talibus erroribus ſcripta, vel ſubſcripta fuerit talis ſcriptura, vel prolata verba, vel facta executioni mandata, ſed tantùm ex quadam ignorantia, vel ſimplicitate ob lucri deſiderium, vel mali imminentis timorem, vel ob alium reſpectum humanum. Cæterùm hæc probatio eſt perquam difficilis, quia intentio cùm ſit interna, ſoli Deo innoteſcit. Hinc ad quæſitum reſpondetur, has probationes in contrarium nonniſi conjecturaliter haberi poſſe, ut ſi qui ex timore verba continentia hæreſin protulit, vel ſcripſit remoto timore ſtatim reſipuit, & receſſit ab illa iniquitate, tunc conjicitur, quòd verè ex timore pœnæ verba illa protulerit, vel ſcripturam ſubſcripſerit, cùm ceſſante timore ipſum pœnituerit ſta[illegible] facti, & verè reſipuerit. Cæterùm extra hunc caſum contra hanc vehementem, & violentam præſumptionem non poſſunt probationes veriſimiles adhiberi, quia in talibus verbis, & factis contra fidem tam manifeſtis rariſſimè præſumitur ignorantia, ut notat Farinacius *q. 187. n. 16.* & Royas *tractat. de hær. p. 1. num. 226.*

23 An verò, qui confitetur verba, vel facta hæreticalia, & negat intentionem, poſſit condemnari tanquam hæreticus negativus, ac tradi curiæ ſæculari? Reſpondetur, quòd ſi ſponte priuſquam denuntiatus ſit, compareat, non ut hæreticus, ſed ſolùm ut vehementer ſuſpectus de hæreſi, tunc in pœnam extraordinariam, ſcilicet abjurationis de vehementi, & etiam pecuniariam condemnari debet: ratio eſt, quia qui ſic ſe manifeſtat, præſumitur integrè manifeſtare veritatem, cùm ex ille confeſſione ſpontanea nullam poſſit utilitatem conſequi. Quòd ſi jam citatus compareat, & fateatur quidem ſe protuliſſe verba hæreticalia, non tamen ex animo, & intentione; tunc ſi nullam rationabilem cauſam hujus negatæ intentionis afferat, cenſent plures præſertim Symanch. *de cathol. inſtit. c. 65. n. 52.* Cantera *in quæſt. crimin. rubric. de hæret. c. 1. dub. 6.* Decian. in *tract. crim. lib. 5. c. 26. n. 19.* & alii, tunc Reum eſſe torquendum, qui ſi perſiſtat in negativa, tunc tantùm ſit condemnandus, ut ſuſpectus de hæreſi, & nituntur ea ratione, quia cùm de mala intentione requiſita ad hæreſin non videatur convictus, nec confeſſus, non eſt ut hæreticus puniendus. Verior tamen, & communior ſententia docet, Reum in tali caſu negantem intentionem, & confitentem ſe hæreticalia verba protuliſſe, vel facta hæreticalia exercuiſſe, puniendum eſſe ut hæreticum negativum, ac relaxandum curiæ ſæculari, ut docent Royas *tract. de hæret. p. 1. n. 276.* Graſſius *lib. 4. deciſ. c. 18. n. 28.* Albert. *tra. de agn. aſſer. in cathol. quæſt. 8. n. 12.* Torreblanc. *de Magia lib. 3. c. 5. n. 49.* Joſeph Seſſe in *deciſ. Reg. aragon. tom. 4 deciſ. 441. n. 3.* ubi etiam teſtatur, id in praxi ſervari.

Ratio etiam deſumitur, quia convictus de hæreticali verbo, vel facto ſpontaneo ſatis convincitur de mala intentione: ſiquidem verbum, & factum malum ex ſua natura ſupponitur prolatum, vel factum ex mala intentione *c. 1. de præſumpt.* unde quamdiu Reus non probat contrarium, ſtandum eſt huic claræ, ac manifeſtæ probationi: alioquin ſi ex ſola negata intentione caſſaret probatio hæreſis ex verbis, vel factis hæreticalibus, cuilibet hæretico via ſterneretur ad declinandam condemnationem: ſiquidem poſſet facilè quilibet hæreticus ad evitandam condemnationem ſe excuſare negando intentionem, quod eſt abſurdum. Tum quia in contraria ſententia Reus in tali caſu debet condemnari ad abjurationem de vehementi, & ad aliam pœnam extraordinariam exilii, pecuniæ, ſuſſigationis, vel triremis, ſi poſt torturam perſiſtat in negativa, eò quia per torturam non ſufficienter purgetur tam vehemens ſuſpicio pravæ intentionis, quæ ex verbis, vel factis hæreticalibus provenit; ex quo clarè ſequitur, Reū in tali caſu non eſſe torquendum, ſed condemnandum ut hæreticum negativum: ratio eſt, quia tortura aſſumi ut ad purganda indicia; unde ſi per nullam torturam purgantur, non debet tortura adhiberi, ſed ſtatim procedendum eſt ad condemnationem. 24

25 Hinc ad fundamentum, quo nititur contraria ſententia, reſpondetur, verba, & facta hæreticalia non eſſe præſumptiones delicti, ſed legitimas illius probationes; ſiquidem præſumptio duplex

eſt, una juris; altera juris, & de jure, ſeu ab ipſo jure approbata: quamvis contra præſumptionem juris poſſit in contrarium probatio admitti, non tamen contra præſumptionem juris, & de jure, ut communiter docent Doctores apud Gomez *3. variar. c. 12. rub. de probat delict. n. 25.* ubi expreſsè ait, Reum habentem contra ſe præſumptionem juris, & de jure non eſſe torquendum, ſed ad pœnam ordinariam condemnandum: ſecus tamen ſi contra ſe habeat tantùm præſumptionem juris, vel hominis. Quòd verò, quando proferuntur verba hæreticalia, vel etiam exercentur facta, habeatur præſumptio juris, & de jure, ex eo liquet, quia jus reputat hæreticum eſſe eum, qui verba, vel facta hæreticalia exercet *c. hæreticus 24. q. 3.* ibi: *Hæreticus eſt, qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatûſque ſui gratiâ falſas, vel novas opiniones, vel gignit, vel ſequitur:* & meritò quia nullâ aliâ viâ poteſt hæreſis evinci ab hominibus, cùm intentio ſoli Deo ſit nota: hinc qui habet contra ſe hanc præſumptionem juris, & de jure, ſeu ab ipſo jure approbatam, non eſt torquendus, ſed ut impœnitens negativus tradendus curiæ ſæculari.

Quæritur nonò, an crimen hæreſis debeat
26 plenè, & concludenter probari; an verò ſufficiant præſumptiones juris? Reſpondetur ad condemnandum hæreticum, ut talem requiri plenam, & concludentem probationem: ſecus ad eum condemnandum, ut tantùm ſuſpectum de hæreſi ſufficere præſumptiones juris. Prima pars deſumitur ex textu in *c. litteras de præſumpt.* ibi: *Quo circa mandamus, quatenus cùm propter ſolam ſuſpicionem quamvis vehementem nolumus illum de tam gravi crimine condemnari:* quòd ſi ſuſpicio vehemens non ſufficit, jam requiritur plena probatio: idque ex eo deſumitur, quia crimen hæreſis eſt valdè grave, & ponitur pœnis valde gravibus; proinde æquitas exigit, ne quis ex ſola ejus præſumptione declaretur illud commiſiſſe, ſed ad id requiratur plena, & totalis probatio. Tum quia in reliquis criminibus requiruntur probationes, quæ ſint luce meridiana clariores, ut communiter docent Doctores in *l. ſciant cuncti c. de probat.* & in *c. ſciant cuncti 2. q. ult.* ergo à fortiori ad convincendum aliquem de crimine hæreſis, debent requiri probationes, quæ ſint luce meridiana clariores. Quòd vero ad Reum condemnandum ut ſuſpectum de hæreſi ſufficiant ſolùm præſumptiones juris, ex eo probatur, quia cùm Reus per ipſas præſumptiones reddatur ſuſpectus, nullà afficitur injuriâ, ſi ita ſuſpectus declaretur, & ut talis adigatur abjurare, & puniatur pœnâ extraordinariâ *c. Accuſatus in princ. de hæret. in 6.* ibi: *licèt ante abjurationem ſuam hæreſis crimen plenè probatum non fuerit contra ipſum.*

Quæritur decimò, an duæ probationes ſemi-
27 plenæ jungantur in ordine ad conſtituendam plenam probationem in crimine hæreſis, ut ex inde Reus poſſit ad pœnam ordinariam condemnari? Obſervandum eſt, quæſtionem procedere de pœna ordinaria, quia certum eſt, poſſe tunc Reum condemnari ad extraordinariam, & non ſolùm ad torturam, ſed etiam ad alias pœnas extraordinarias, idque non ſolùm ex duplici imperfecta, ſeu ſemiplena probatione, ſed etiam ex præſumptionibus, ac indiciis *c. Accedens de accuſ. c. Ad hoc de ſimon. c. Afferte de præſumpt. c. ſignificaſti de adulteriis*? Reſpondetur ad quæſitum, plures docere tunc ſemiplenas probationes jungi in ordine ad efficiendam unam plenam probationem in crimine hæreſis, quando ambæ ſemiplenæ probationes tendunt ad eundem finem, ut in præſenti materia, ubi omnes actus hæreticales conveniunt in hoc, quòd delinquentem removeant ab unitate Eccleſiæ; adeò ut ratione hujus finis duæ ſemiplenæ probationes jungantur in ordine ad efficiendam unam plenam ſufficientem ad condemnandum Reum de crimine hæreſis. Nihilominus contraria ſententia eſt probabilior, quam cum Gloſſa in *c. veniens 1. de teſt.* docent Farinacius de Reo confeſſo, & convicto *q. 86. n. 22.* Gomez *tom. 3. c. 12. n. 25.* quia duæ ſemiplenæ probationes nunquam videntur poſſe conjungi ad unam plenam, & integram probationem efficiendam, & quâ Reus ad pœnam ordinariam poſſit condemnari.

Ratio etiam ex eo deſumitur, quia cùm quæli-
bet ex ſemiplenis probationibus in ſuo ordine ſit 28
diverſa, non apparet, quomodo poſſit cum altera ſemiplena conjungi ad unam integram, ſeu plenam probationem efficiendam, ut exinde Reus poſſit ad pœnam ordinariam condemnari. Hinc nec teſtes ſingulares regulariter probant, ſi diverſa teſtentur, niſi aliquo modo fiant conteſtes, adeò ut ſemper, quando admittuntur, reperiantur conteſtes ſuper eo, de quo articulatur proceſſus. Tum quia in crimine hæreſis procedendum eſt cum magna cautela, ne innocens condemnetur unde in *c. ut officium §. verum quia de hæret. in 6.* habetur: *In tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi (ne in Reos ſine ullo errore proferatur duræ, ac digna ultionis ſeveritas)* ex quo textu infertur, in hoc crimine hæreſis rigoroſiores potiùs requiri probationes, quàm minus ſufficientes, quod etiam habetur in *c. ubi periculum de elect. in 6.* Tum quia in hoc crimine conceduntur Reo defenſiones valde diminutæ, proinde ſubeſt periculum, ne innocens condemnetur.

Quòd ſi dicas, id verum eſſe, quando crimen
majus æquali facilitate probari poteſt ac minus, 29
non ita, quando eſt occultum, & difficilis probationis, cujuſmodi eſt crimen hæreſis. Contra eſt, quia textus ſuperiùs allatus loquitur in ſpecie de hæreſi, in qua vult eſſe adhibendam multam cautelam. Tum quia licèt ratione difficilis probationis admittantur aliqua, quæ non ita certè probant, non tamen admitti poteſt probatio ex genere ſuo inſufficiens: ſiquidem hæc nunquam ſit ſufficiens; cùm nunquam ſit in illo genere certitudinis, quæ poſſibilis eſt circa hujuſmodi crimina.

Quæritur undecimò, quomodo error facti
commiſſus in judicio probetur? Reſpondetur 30
cum diſtinctione, quia vel quis vult revocare confeſſionem ſui Procuratoris, vel Adminiſtratoris, & tunc ſufficit ad revocandam confeſſionem illius probare rem aliter ſe habere: eò quia Procurator, vel Adminiſtrator confeſſus fuerit de alieno facto, tunc valet *regula jur. 47. in 6. ibi præſumitur ignorantia, ubi ſcientia non probatur:* & error in alieno facto probabilis eſt, ut notat Gloſſ. in *l. 2. v. qui errat ff. de conf.* & notat Lu[illegible] in *præ-*

de Pa.

c. 7. n. 32. excipitur tamen, niſi ſit tale factum, de quo ex officio renebatur inquirere, illúdq; noſſe debebat, quia tunc non ſufficit probare rem aliter ſe habere, quia præſumptio ſtat contra ipſum *argum. c. innotuit* 20. & ibi Gloſſa *v. ignorantiam de elect.* Vel intendit quis revocare propriam confeſſionem, & tunc, ſi confeſſio facta ſit circa factum alienum, admittitur probatio, per quam oſtenditur rem aliter ſe habere: ſin verò erronea confeſſio facta fuit circa factum proprium, ut circa contractum à ſe initum, tunc ſubdiſtinguitur, quia vel hujuſmodi confeſſio eſt extrajudicialis, ſeu facta extra judicium; & tunc ſi is, qui allegat, ſe per errorem fuiſſe confeſſum, certat de damno vitando, & adverſarius de lucro captando, ſufficit probare, rem aliter ſe habere; ſed debet tunc error probari, quia hic in facto proprio non præſumitur. Vel erronea confeſſio facta eſt in judicio in facto proprio, & tunc ante litem conteſtatam, quando agitur de præparatoriis judicii, poteſt confeſſio revocari etiam non probato errore, ſufficit enim tunc probare, rem aliter ſe habere *argum. l. de ætate* 11. §.

30 *qui juſto ff. de interrog. Act.* Sin verò agatur de deciſoriis cauſæ, probari debet error, quia hic non præſumitur in facto proprio; niſi concurrant circumſtantiæ, ex quibus conjici poſſit, confitentem erràſſe, ut ſi confeſſus probet, ſe ſuaſione, vel metu inductum fuiſſe ad talem confeſſionem promendam *argum. l. 1. §. fin. ff. quando act. de pecul.* vel ex diuturnitate temporis *argum. l. peregrè 44. ff. de acquir. poſſeſſ.* ut etiam ſi negotium ſit valde perplexum, ut notat Imola in *c. ult. n. 15. de confeſſ.*

31 Quæritur duodecimò, an neganti aliquid incumbat onus probandi? Reſpondetur, negantem abſolutè aliquod factum regulariter non teneri illud probare *l. 2. ff. h. t. l. Actor. 23. C. eod.* ibi: *cùm per rerum naturam factum negantis nulla ſit probatio.* Obſervandum eſt, triplicem eſſe negativam poſitionem unam facti, aliam juris, & tertiam qualitatis. Poſitio negativa facti dicitur, quæ negat aliquid factum fuiſſe, & hæc vel eſt merè, ſeu purè negativa indeterminata; vel negativa determinata; vel prægnans, ſeu quæ implicitè continet affirmationem: purè negativa, & indeterminata dicitur, quæ non habet determinationem loci, temporis, vel alterius circumſtantiæ, & per ſe, ac directè per teſtes, vel inſtrumenta non poteſt probari *c. Bona 23. de elect.* ubi dicitur, quòd negantis factum per rerum naturam, hoc eſt ſecundùm curſum naturæ nulla ſit probatio, ut ſi quis dicat: non contraxi, non mutuavi, ita enim abſolutè neganti nulla poteſt probatio ſuppetere, quo fit, ut onus probandi incumbat affirmanti: & ratio etiam ex eo deſumitur, quia negationis, ſeu non entis nullæ ſunt cauſæ, nullæ differentiæ, nullæ proprietates, à quibus ſicut definitiones, ita & probationes deſumuntur; non enim eſt aliud probatio, quàm vera alicujus facti definitio, ſeu demonſtratio; vel oſtenſio rei dubiæ per legitimos modos Judici facienda in cauſis apud ipſum Judicem controverſis. Tum quia teſtes debent deponere, ac teſtari de viſu, vel alio ſenſu, ut ſe vidiſſe Caium vulnerantem, vel audiviſſe eum blaſphemantem: & factum merè negativum abſtrahens ab omni loco, tempore, & aliis circumſtantiis ſub nullum poteſt ſenſum cadere, proinde nullo modo per teſtes probari poteſt, quia ſi teſtes non dicant, ſe non vidiſſe Caium verberantem, vel non audiviſſe blaſphemantem, non propterea probant, Caium non verberàſſe, vel non blaſphemàſſe, quia tametſi tales teſtes non viderint, nec audierint, adhuc potuit Caius verberàſſe, & blaſphemàſſe, unde factum negativum, ſeu quòd Caius non blaſphemaverit, non poteſt directè probari. Verùm licèt poſitio ſuper facto negativo non poſſit directè probari per teſtes, poteſt tamen probari per confeſſionem Rei *c. 1. confeſſ. in 6.* ubi dicitur, quòd poſitiones negativæ non poſſint probari niſi per confeſſionem adverſarii; vel etiam per juramentum à Judice delatum Reo *c. fin. §. ſane de jurejur.* hæc tamen confeſſio Rei propriè non eſt probatio; ſed tantùm revelatio probationis ad id inducta, ut Actor liberetur ab onere probandi. Poteſt tamen negativa poſitio probari per præſumptionem, adeò ut onus probandi contrarium rejiciatur in Adverſarium.

Cæterum poſitio negativa probanda eſt ab allegante, ſi is ſuper eam fundet ſuam intentionem, quia juxtà regulam generàlem, quisque tenetur probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis; & ſi probare non poteſt, debet ſibi imputare. Poſitio negativa facti determinata dicitur, quæ eſt limitata certo loco, tempore, aliisve circumſtantiis, & probari poteſt ſaltem per accidens, ut ſi negatio per modum entis negativi non minus ſub ſenſum cadat, quàm affirmativa, ut ſi teſtis deponat, ſe non vidiſſe Titium geſtantem gladium, tunc enim indirectè probatur, quòd tunc gladio non occiderit alium. Ut etiam ſi teſtis deponat de facto affirmativo, quod ſenſu percepit, & ex quo neceſſariò ſequitur poſitio negativa: hinc ſi Caius dicatur matrimonium contraxiſſe cum Lucretia tali die, & loco, & id probetur per teſtes, & Caius neget ſe cum Lucretia contraxiſſe, poteſt hæc negatio probari indirectè, ſi teſtes deponant, Caium tali die fuiſſe in alio loco adeo diſtante, ut impoſſibile ipſi fuerit contrahere cum Lucretia in loco, in quo dicitur contraxiſſe *c. Ex tenore 35. de teſtib.* & *l. optimam 14. C. de contrah. ſtipul.* Gloſſa *fin. in d. c. Bona.* Poſitio negativa facti prægnans dicitur, quia virtualiter, & implicitè continet in ſe propoſitionem affirmativam, quæ directè poteſt probari, qui enim aſſerit, ſe non ſponte renuntiàſſe beneficio, implicitè dicit, ſe coactè renuntiàſſe, ſeu fuiſſe ſibi vim illatam in renuntiatione beneficii, quæ affirmatio directè probari poteſt *c. ſuper hoc 5. de renunciat.*

Secunda ſpecies principalis negationis dicitur negativa juris, quando negatur aliquid poſſe de jure fieri, vel de jure factum eſſe, ut ſi quis neget, Caium poſſe eſſe Judicem competentem, teſtem, vel Procuratorem, tunc qui negat, tenetur ſuam propoſitionem negativam probare *l. Ab ea parte 5. ff. h. t.* ſiquidem omnia præſumuntur de jure eſſe licita, niſi probentur eſſe prohibita, verùm propriè tunc non probatur ne-

gativa, ſed affirmativa. Verùm quando dicitur, quòd omnia de jure ſint licita, niſi probentur non eſſe licita, id procedit, quando negantur ea, quæ ſunt de genere permiſſorum, non verò quando negantur, quæ ſunc de genere prohibitorum, ſiquidem ſi negetur, tale homicidium eſſe permiſſum de jura, tunc non neganti, ſed affirmanti incumbit onus probandi, ut notat Pacian. *lib. 1. de probat. c. 36. n. 27.* qnia in materia communiter prohibita habetur regula, ut id, quod non reperitur conceſſum, cenſendum ſit eo ipſo prohibitum: proinde aſſerenti aliquid eſſe permiſſum, quod tamen de jura communiter eſt prohibitum ut homicidium, incumbit onns probandi: quia præſumptio ſtat contra ipſum. Tertia demum principalis ſpecies negationis eſt negativa qualitatis, & contingit, quando negatur aliqua qualitas in ſubjecto contra præſumptionem juris comunis, ut ſi negetur aliqnis eſſe idoneus ad beneficinm eccleſiaſticnm, tunc enim neganti incumbit onus probandi id, quod allegat, quia quilibet præſumitur idoneus, niſi contrarium probetur, vel de eo conſtet *c. fin. de præſumpt.* & notat Pacianus *lib. 1. de prob. c. 36. n. 29.*

34 Quæritur tertiodecimò, an Reo incumbat onus probandi ſuas exceptiones affirmativas? Reſpondetur affirmativè, quia tunc Reus excipiendo vices ſubit Actoris *l. in exceptionibus 19.* & ibi Gloſſa *v. intentionem ff. de probat.* & Actor tenetur ſuam affirmationem probare. Tum qnia is videtur agere, qui exceptione utitur *l. 1. ff. de except.* ut ſi Petrus dicat, ſe mutuas dediſſe pecunias Paulo, & hic id neget, tunc Petro utpote Actori incumbit onus probandi pecuniam Paulo mutuatam, quia Petrus allegat, & affirmat: quòd ſi Paulus fateatur pecunias à ſe mutuò acceptas, ſed excipiat, ſe jam illas ſolviſſe, tunc onus probandi hanc ſolutionem incumbit Paulo excipienti, quia per talem exceptionem fit Actor, & id procedit, quando per exceptionem affirmatur aliquid, ut notat Gotofredus in *l. 1. ff. de except. litt. G.* quia ſi Reus excipiendo neget, tenetur Actor numeratam pecuniam probare, non Reus *l. ſi ex cautione 3. C. de num. pecun.* Rurſus id procedit, tametſi conſtet, Reum nullum jus habere in re, ut qnia res, quam poſſidet, ſit aliena, in hoc etiam caſu Actor, qui ſe dicit Dominum talis rei, tenetur dominium rei illius probare, ſi velit obtinere rem illam, *l. fin. C. de rei vindic.* quia non curatur de jure Poſſeſſoris, niſi conſtet de jure petitoris, ut notat Pacianus *loco cit. c. 7. n. 52.* ubi etiam addit *num. 55.* quòd quamvis Reus injuſtè poſſideat, non tamen debeat moleſtari, niſi Actor ſuam intentionem probaverit. Regula tamen illa, quâ dicitur, onus probandi incumbere Actori affirmanti, limitatur primò, niſi ob præſumptionem juris pro Actore onus probandi transferatur in Adverſarium, quia tunc reo neganti incumbit onns probandi: exemplum ponitur in *l. cùm de indebito 25. ff. de probat.* ſi quis enim pecuniam ut indebitè ſolutam repetat, & Reus conventns neget, ſolutionem factam eſſe, & eam Actor probaverit; tunc onus probandi, pecuniam fuiſſe debitam, imponitur neganti, ſe pecuniam accepiſſe: & additur ratio, quia abſurdum eſt, eum, qui ab initio negavit, ſe pecuniam accepiſſe, poſtquam fuerit convictus, quòd illam acceperit, non teneri id probare.

Quòd ſi Reus conventus ab initio confeſ- 35
ſus fuit, ſe pecuniam accepiſſe, & dicat non indebitam, ſed debitam ſibi ſolutam fuiſſe; tum præſumptio eſt pro eo, qui accepit, proinde onus probandi, fuiſſe indebitè ſolutam, incumbit Actori, Rurſus limitatur ſecundò communis regula, niſi Reus ſpontè recipiat in ſe onus probandi, qnia tunc Actor affirmans relevatur ab onere probandi *l. circa eum 14. juncta Gloſſa v. juris ff. de probat.* & in hoc caſu, ſi Reus deficiat in probatione, adhuc eſt abſolvendus, ſi actor non probet ex alia regula, Actore non probante Reus abſolvitur, licèt exceptionem non probet. Limitatur tertiò, ſi Judex transferat onus probandi in Reum, cui deferat juramentum in judicio, debet Reus illud ſuſcipere *l. manifeſta 38. ff. de jurejur.* & tunc juramentum præſtitum habetur locò probationis.

Quæritur quartodecimò, an in communi
judicio Actor, & Reus ſimul probent? Re- 36
ſpondetur affirmativè, qnia commune judicium eſt tale, ut in eo utraque pars habeat vices duorum Actoris ſcilicet, & Rei: ſiquidem quilibet agit, & convenitur *l. judicium 2 ff. fin. regund.* & quia Actori incumbit onus probandi *l. qui accuſare C. de edend.* ideo quando is, qui eſt Reus, perſonam agit Actoris, tunt illi atiam incumbit onus probandi, & utrinque poſſunt teſtes produci ad inſtruendam cognitionem Judicis, qui ex examinatis teſtibus, quos præcellere intellexerit, ad fidem ſibi faciendam admittit *c. Ex litteris 3 h. t.* Quamobrem in judicio communi quilibet debet probare de poſſeſſione, & jure ſuo, & per hoc differt judicium commune à ſingulari, & ſimplicibus judiciis, in quibus Reus non tenetur quidquam probare, niſi velit, *c. 1. de ord cognit.* & *l. circa ff. de prob.* Quòd ſi in judicio communi Actor, & Reus æqualiter probent, Reus abſolvitur, quia jura ſunt promptiora ad abſolvendum, quàm ad condemnandum, ſatiùs enim eſt ob miſericordiam reddere rationem, quàm propter crudelitatem. Tum quia ubi Paterfamilias eſt munificus, & liberalis, diſpenſator non debet eſſe tenax. Deus autem eſt benignus, & munificentiſſimus, proinde Judex eccleſiaſticus non debet eſſe auſterus *c. alligant. 26. q. 7.* Tum quia unusquisque ſemper præſumitur bonus, donec probetur malus *c. unic. de ſcrut. in ordin. faci.* hinc ſi utriusque partis teſtes ſint æquè idonei, teſtes poſſeſſoris præferuntur *l. Arianus ff. de Actor. & oblig.* niſi tamen favorabilis ſpecialis cauſa faveat Actori, quia favor ſpecialis præfertur generali *c. 1. de reſcript.* Tum quia ſunt aliquæ cauſæ, quæ ob earum excellentiam, & commune bonum, quod ex illis ſequitur, eſt deſiderandum, ut tales cauſæ effectum ſuum ſortiantur, cujusmodi ſunt cauſæ matrimonii, libertatis, dotis, & teſtamenti *c. fin. de re judic.* in hiſce enim cauſis ſpecialiter receditur à regula generali, quâ Reus abſolvitur, ſi æquè probet cum Actore.

Quæ-

17 Quæritur quintodecimò, an ſi probetur, quòd Reus deliqnerit, ejus probatio, qnòd non deliquerit, ſit admittenda? Reſpondetur negativè, ratio eſt, qnia in judiciis eſt providendum, ut veritas facti habeatur *c. ſi teſtes 4. q. 3.* & deſumitur etiam ex *c. Ad noſtram* *t 2. h. t.* ubi Honorius III. reſcribit, quòd ſi affirmativè probari poſſit, aliqnem deliquiſſe, non admittitur probatio negativa, qnòd non deliquerit, quaſi vellet ſe purgare: quia veritas melius probatur per affirmationem, quàm per negationem: qnia negantis factum per rerum naturam nulla eſt directa probatio: proinde quandiu poteſt probari affirmativa, non debet quis admitti ad probandam negativam, quia onus probandi incumbit ei, qui affirmat, non illi, qui negat, *l. 2. ff de probat.* nihilominus ſi probato crimine vellet poſtea Reus probare negativam indirectè eſſet audiendus *c. Ex tenore cap. ſeries de teſtib.* ſed contra probationem teſtium non admittitur ejus purgatio. Hinc apparente probatione ſuper affirmativa, ſi Reus velit negativam probare per ſuum juramentum, vel aliorum compurgatorum jurantium ſolùm de credulitate juxta formam *c. quoties. §. porrò de purg can.* non admittitur, quia hæc non eſt ſufficiens probatio, ubi poteſt conſtare de veritate per legitimas probationes. Quòd ſi velit probare negativam indirectè per teſtes deponentes de veritate, tunc debet admitti, ſi non appareant legitimæ probationes ſuper affirmativam.

TITULUS XX.

De Teſtibus, & Atteſtationibus.

Continuatio hujus tituli liquet ex præcedente, in quo Pontifex egit de probationibus generatim ſumptis: nunc enim deſcendit ad probationes in ſpecie, quarum præcipua eſt illa, quæ habetur per teſtes, quorum authoritas eſt ſumma, ut propè fidem ſcripturæ habeatur *c. 10. §. porrò inf. de fide inſtrum.* Quamvis probationes variæ ſint, ſcilicet per teſtes, per inſtrumenta, per præſumptiones, per juramentum; nihilominus probatio per teſtes cum fiat viva voce eſt cæteris efficacior *c. cum Joannes de fide inſtrum.* proinde præmittitur hic titulus, qui etiam extat in ſexto, ſeptimo, & Clementinis.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium Capitum, quæ in hoc titulo continentur.

CAP. PLACUIT. 1. h. t. Ex concilio Matercenſi ſtatuitur, ut teſtes non conducantur pretio, & aſſumantur idonei, & fideles. & rurſus ut nullus teſtimonium dicat, niſi jejunus. Ubi notandum eſt, teſtes non eſſe pretio conducendos; poſſe tamen rogari, ut teſtimonium perhibeant veritati, proinde non debere ſe teſtes ingerere, nec poſſe recuſari, ſi ſine alia citatione precibus partis inducti veniant ad judicium teſtimonium ferendi causâ. Ratio autem cur poſſint preces admitti, non pretium, eſt; quia faciliùs pretio quis corrumpitur, quàm prece. Rurſus notandum eſt, teſtem eſſe reputandum idoneum, quamdiu per exceptionem non repellitur; quia quilibet præſumitur idoneus, niſi probetur contrarium.

CAP. IN NOMINE DOMINI 2. h. t. reſcribit Gregorius Joanni Defenſori in Hiſpaniam proficiſcenti, ut priusquam teſtes recipiantur, debeat pars citari, vel ejus defenſor, ut veniat, & audiat teſtes: quòd ſi noluerit venire, nec eſſet excuſatus aliqua inevitabili neceſſitate; tunc recipiendus ſit, ac ſi veniſſet: & ſi ſecus fiat receptio eſt nulla. Quæ verò requirantur in teſtibus ſunt, conditio, nimirum ut teſtes ſint liberi, & non ſervi c. ſi teſtes §. liberi 4. q. 3. *Sexus, ut teſtis ſit maſculus, non fœmina; niſi in certis caſibus* c. forus de V. S. *ætas ut ſit major annis 14. ſi deponat in civili, ſi verò in crimininali ſit major 24. annis* c. ſi teſtes 24. q. 3. *Diſcretio, ut ſit mentis compos, & ſani judicii* c. infames §. tria. 3. q. 7. *Fama, ut non ſit infamis. Fortuna ut non ſit pauper. Fides, ut non ſit infidelis, qui per hunc textum excluditur à teſtimonio dicendo contra fideles. Excipiuntur tamen caſus contra Chriſtianos* de hæreticis in 6.

C. QUONIAM 3. h. t. Idem Pont. reſcribit Sabino Defenſori Sardiniæ, mulierem eſſe admittendam ad deponendum contra Clericum; quando agitur de crimine. Ex quo textu liquet, de jure canonico mulierem poſſe eſſe teſtem in cauſa civili, & etiam criminali civiliter tamen contra eccleſiaſticum mota; ſed eo ſolùm caſu, quando non eſt ſufficiens copia integrorum teſtium, vel aliarum probationum: non ita in cauſa criminali criminaliter motâ c. mulierum 34. q. 5. *de jure verò civili mulier*

non prohibetur eſſe teſtis in cauſa civili, vel criminali, niſi ſit infamis. Cæterum mulieres, cum quibus delinquitur tantùm inducuntur ad præſumptionem non ad plenam probationem, ut etiam ſocij criminis, & ſervi c. ſi teſtes. §. item ſervi 4. q. 3.

C. IN OMNI NEGOTIO 4. h. t. Paſchalis Papa declarat, principalem perſonam, quæ verum dicit, eſſe habendam pro uno teſte, adeò ut ſi alium ſecum ducat, ſint duo teſtes, & ſi duo ſint teſtes, cum principali perſona compleant numerum ternarium juxta denuntiationem poſt correctionem fraternam Matth. 18. Hinc infertur etiam in actibus graviſſimi præjudicii duos teſtes facere plenam fidem, ſeu probationem.

C. QUOTIENS 5. h. t. Eugenius III. reſcribit, quòd ſi agatur de ſeparando matrimonio ob conſanguinitatem debeant eſſe duo, vel tres teſtes de eadem conſanguinitate, qui ſi non ſint, totidem debeant aſſumi meliores & ſeniores eiusdem loci, qui jurent, ſe non fuiſſe inductos ad jurandum aliquo commodo, vel incommodo. Rurſus ut jurent quòd ipſi dicunt ita accepiſſe à ſuis majoribus. Verùm hodie hic textus non ſervatur, quia teſtimonium de auditu, vel credulitate non valet; ſed teſtis debet dicere ſe vidiſſe conſanguineos deſignando perſonas ab utroque latere, vel ſaltem aliquas; & debet poſtea addere ſe ita credere, & à ſuis majoribus audiviſſe, ut dicitur in textu.

C. INSUPER 6. h. t. Idem Pont. reſcribit Priori, & fratribus SS. Trinitatis, licitum eſſe Prælato, & Clericis in cauſis eccleſiæ ſuæ ferre teſtimonium, dummodo unus, vel duo ex illis ad agendum, vel reſpondendum inſtituantur, quorum teſtimonium in illis cauſis, in quibus ſunt inſtituti Actores vel reſponſales, non debeat admitti. Ex quo textu liquet, in cauſa eccleſiæ poſſe clericos, & Prælatos eſſe teſtes exceptis Procuratoribus, idque poſſe etiam Regulares in cauſa ſuæ Eccleſiæ. Non tamen in eadem cauſa poteſt quis ſimul eſſe procurator, & teſtis: & hæc decretalis etiam extenditur ad cauſam cujuscunque univerſitatis, adeò ut ſinguli ex ea poſſint teſtes adhiberi argum. l. in tantum ff. de rerum divis. Ratio eſt, quia tunc tales non ferunt teſtimonium in cauſa propria, quia aliud eſt jus univerſitatis in communi, & aliud ius ſingulorum de univerſitate in particulari l. ſed ſi §. qui manumittitur ff. de in jus vocan. & hoc procedit quamvis ſinguli de univerſitate aliquod commodum inde participent.

C. EX PARTE 7. h. t. Reſcribit idem Pont. quòd ſi impetratis literis à Papa reus conveniatur coram Judice volente teſtes accipere, contra quos reus excipit, non eſſe idoneos, & vult probare eſſe latrones, raptores manifeſtos vel convictos de perjurio: ſi Iudex non obſtante appellatione adhuc teſtes recipiat, feràtque ſententiam contra reum, eúm ue ſpoliet ſuo beneficio, quod tradit alteri, ſi id conſtiterit ſententia non eſt ullius valoris, & beneficium eſt reſtituendum ſpoliato, non obſtantibus Apoſtolicis literis confirmationis; Nec deinceps eſt amplius moleſtandus. Quòd ſi e res aliter ſe habeat, auditur cauſa, & moneantur teſtes de veritate dicenda. Ex quo textu liquet, teſtes infames contra Clericos non eſſe recipiendos, immo ut notat Panormitanus hic n. 5. neque laicum ad accuſandum in beneficialibus, eò quia ipſius non interſit; niſi fortaſſis ſit patronus, vel parochianus, quorum intereſt habere Rectorem bonum; hi enim admittuntur ſaltem ad denuntiandum c. alijs 16. q. 6. Rurſus ex hoc textu conſtat, ſententiam latam poſt appellationem eſſe caſſandam non obſtante confirmatione, & exceptiones poſſe fieri contra teſtes, & appellantem teneri probare cauſam ſuæ appellationis, ut notat Gloſſa hic in V. teſtes idoneos.

C. SI QUI 8. h. t. Idem Pont. declarat, Judicem teneri mittere perſonas idoneas, & diſcretas ad recipiendos teſtes, quando hi non poſſunt ad ſedem Apoſtolicam ire, eò quia ſint ſenes, infirmi, vel pauperes. Idque plures extendunt etiam ad perſonas egregias, & honoratas, tametſi non exprimantur in textu, ſi tamen cauſa talis ſit, in qua teſtis debeat deponere in præſentia Iudicis, ut ſi cauſa ſit criminalis, vel civilis ardua, tunc enim etiam perſona egregia, & honorata debent comparere coram Judice. Quòd ſi cauſa non ſit talis, ut non exigat deponi in præſentia Judicis, tunc Judex debet mittere ad tales perſonas, & Bartolus in l. ad perſonas egregias §. de vi. cenſet, tunc in caſibus, quibus mittitur ad domum teſtium eſſe partem contrariam citandam, ut ſe conferat ad domum teſtium, ut videat eos jurare, quia jura loquuntur generaliter.

C. SICUT 9. h. t. Alexander III. reſcribit Epiſcopo Belluacenſi, quòd ſi teſtes pecuniâ corrupti teſtentur conſanguinitatem, & per ſententiam Judicis fiat divortium: ſi poſtea privatim dicant Iudici, ſe fuiſſe pecuniâ corruptos, ac falſum depoſuiſſe; ſi ſeparati contraxerunt ſecundò cum alijs, imponenda ſit teſtibus pœnitentia pro perjurio, & adulterio: ſin verò ſeparati nondum tranſierunt ad ſecundas nuptias; debeat tunc diligenter quæri, coram quibus fuerit facta corruptio, quæ ſi probetur, ſententia debet revocari, quia teſtimonium perjuri non admittitur. Ubi notandum eſt, quòd ſi in hoc caſu aliquis conjugum tranſiret ad ſecundas nuptias, & interim probaretur non ſolùm corruptio, verùm etiam falſitas teſtium, eſſet ſecundum conjugium ſeparandum, & primum reſtaurandum: ſed tunc cum majori diſcuſſione eſſent teſtes recipiendi, quia difficiliùs ſententia retractatur.

C. VENIENS 10. h. t. Reſcribit idem Pont. Antinenſi Archiepiſcopo, confitentem per ſe crimen in materia ſimoniæ, non poſſe teſtificari contra ſuum ſocium negantem idem crimen: nec ſufficere unum teſtem ad condemnandum: adeò ut, ſi duo dicant, aliquod debitum fuiſſe remiſſum utriſque ab obtinente beneficium; & alter dicat, præceſſiſſe pactum, nihil probent. Ubi notat Gloſſa, in materia ſimoniæ remittere debitum perinde eſſe, ac dare pretium pro re ſpirituali. Rurſus ad dictum unius nullum eſſe condemnandum præſertim ſi ſit ſocius criminis: ſiquidem eſt veluti regula generalis, ſocium criminis

non

non eſſe in teſtem adhibendum l. quoniam C. de teſtib. quia eo ipſo quòd confitetur ſe ſocium criminis, allegat propriam turpitudinem, ratione cujus ſit infamis, & non eſt fide dignus. Alij tamen dicunt, ſocium criminis poſſe in teſtem admitti in criminibus exceptis; cujuſmodi ſunt hæreſis, crimen læſæ Majeſtatis, & alia crimina, quæ non poſſunt ſine ſocio committi, ut proditio contra Rempublicam. In his poteſt criminoſus examinari de ſocijs, ſed ejus teſtimonium non facit majorem fidem, quàm teſtimonium alterius hominis vilis; infamis, & ſuſpecti.

C. CAUSAM QUÆ. 11. h. t. Reſcribit idem Pont. Priori S. Crucis, unum Judicem poſſe uti atteſtationibus ſuſceptis ab alio Judice in eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas. Ex quo textu colligitur, atteſtationes receptas coram primo Judice valere etiam apud alium Judicem, cui eadem cauſa committitur. Verùm Judex ad quem cauſa transfertur, debet habere omnia acta coram primo Judice facta, quæ ſunt valida.

C. CUM NUNCIUS 12. h. t. Idem Pont. reſcribit Archiepiſcopo Cantuarienſi, Clericos non eſſe à ferendo teſtimonio in cauſa propria eccleſiæ repellendos, niſi alia rationabilis cauſa id impediat. An verò poſſint Clerici compelli ad teſtificandum contra eccleſiam, ſi adverſarius petat? probabilior ſententia affirmat, quia cauſa eccleſiæ non eſt propriè cauſa Clerici, & tacere veritatem non excuſat à culpa c. quiſquis 11. q. 3.

C. SUPER EO 13. h. t. Idem Pont. declarat, teſtes quamvis de crimine non convictos eſſe repellendos à teſtimonio tam in cauſa criminali, quàm civili, ſi poſtea convincantur. Ubi notat Gloſſa, confeſſos, & convictos eſſe repellendos ſi deinde in crimine perſeverent. Hinc teſtes, quibus in cauſa criminali, vel civili ab adverſa parte crimina opponuntur, quamvis priùs de illis non fuerint convicti, vel confeſſi, dummodo inde convincantur, non debent admitti in teſtimonium.

C. DE CÆTERO 14. h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Salernitano, laicos in accuſationem, vel teſtimonium contra Clericum in cauſa criminali nullatenus eſſe admittendos, niſi fortaſſis ſuam, vel ſuorum injuriam perſequantur: & tunc declarat Pontifex, non ad teſtimonium, ſed tantùm ad accuſationem poſſe admitti. Ex quo textu ſtatuitur regula generalis; quòd laicus, ubi agitur de crimine criminaliter, ſeu per modum accuſationis contra clericum, non ſit admittendus ſecundùm canones ad teſtificandum c. cum P. Manconella inf. de accus. quia laici clericis plerumque ſunt infeſti. Tum quia indecens eſt, ut in cauſa criminali, qui eſt inferior ſtatu teſtimonium ferat contra ſuperiorem in eodem ſtatu. c. laicos 2. q. 7. In criminibus tamen exceptis notorijs, vel ſcandaloſis, vel ſi Clericus infamatus ſit, eò quia crimen à clerico fuerit commiſſum, vel etiam cùm de crimine agitur civiliter, ut ad reſtitutionem injuſte a[illegible]orum, ut etiam ſi agatur de crimine per modum denunciationis, vel inquiſitionis, ad depoſitionem, ſeu privationem beneficij poteſt etiam laicus contra clericum teſtimonium deponere.

C. IN CAUSIS 15. h. t. Idem Pont. reſcribit, in cauſis eccleſiaſticis, vel civilibus infra tres productiones, ſeu dilationes, poſſe teſtes produci: poſt tertiam productionem verò, non poſſe amplius produci, niſi cum quadam ſolemnitate legum. Rurſus ſuper teſtium dictis, poſtquam ſunt publicata poſſe publicè diſputari. Ex quo textu liquet, quòd finita prima dilatione, infra quam poſſunt ſemper teſtes produci, Judex poteſt ex juſtâ cauſâ allegatâ dare ſecundam, & tertiam dilationem; non verò quartam niſi cum ſolemnitatibus juris. Quinimo Judex, ut notat Gloſſa poſt productos ſufficientes teſtes ad evitandam effrænatam multitudinem teſtium; poteſt non ſolùm quartam, ſed etiam tertiam, & ſecundam dilationem negare; ſi tamen id ſine cauſa præſtet, legitimè ab illo appellatur.

C. CUM TU 16. h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi quis probet, ſententiam excommunicationis latam fuiſſe poſt appellationem, & pars contraria probet, fuiſſe latam ante, credendum ſit dicenti fuiſſe latam poſt appellationem, quo pacto excommunicatio eſt nulla, quia nemo præſumitur perjurus. Ubi notat Gloſſa, interpretationem eſſe ſemper faciendam in partem benigniorem: & cum delictum non facilè ſit præſumendum, multò minus puniendum eſt, niſi manifeſtè de illo conſtet c. eſtote de regul. jur.

C. FRATERNITATIS 17. h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Placentino in cauſa appellationis ſi nova contingat emergere capitula, ſuper quibus aliqua pars voluerit novos teſtes inducere, vel per jam receptos aliquid comprobare, poſſe eos recipi ſuper novis duntaxat capitulis receptos priùs ab ipſis ſecundùm formam recipiendorum teſtium juramentis; non verò ſuper alijs jam probatis. Hinc notat Gloſſa, poſt teſtificationes publicatas, ſive renuntiaverint, ſive non, teſtibus, non poſſe ampliùs teſtes recipi. Rurſus à teſtibus priùs recipiendum eſſe juramentum, niſi a partibus relaxetur. Hinc ſi idem teſtis iterum in eadem cauſa producatur; ſed ſuper novis articulis, debet iterum jurare; quia ad hos articulos primum juramentum non ſe extendebat. Hinc ſi priùs teſtis juraverit ſuper cauſa totam veritatem dicere; & tantùm fuerit interrogatus de aliquibus, poteſt iterum produci, ut interrogetur ſuper alijs ſpectantibus ad cauſam; non tamen eſt neceſſe, ut iterum juret argum. c. cum dilecti inf. de accuſ. quia tale juramentum non eſſet neceſſarium.

C. INTIMAVIT. 18. h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Exonienſi, eum, qui juravit non teſtificari contra aliquem, poſſe, ſi neceſſitas exigat, adigi ad jurandum, dummodo teſtificationes non fuerint probatæ, nec fuerit renunciatum teſtibus. Quamvis in hoc textu videatur eſſe aliqua contrarietas, eò quia primò dicatur quòd iſti teſtes erant juramento adſtricti; & poſtea præſupponitur ipſos jam depoſuiſſe. Sed Gloſſa hic V. ideo injungimus, reſpondet, id eſſe intelligendum de dictis aliorum teſtium,

non

non verò iſtorum, qui juraverunt, non velle teſtificari. Quamobrem ſi dicta aliorum teſtium fuiſſent publicata, non potuiſſent recipi iſti, qui juraverant. Cæterum hoc juramentum non teſtificandi contra aliquem eſt illicitum; proinde non erat ſervandum.

C. *CAUSAM* 19. *h. t. Idem Pont. declarat publicationem, & renuntiationem teſtium in certis capitibus non præjudicare parti volenti teſtes producere in alijs capitibus: & litteras impetratas à ſede Apoſtolica, poſtquam cauſa fuit commiſſa, non facere præjudicium parti ſuper novis capitibus. Ex quo textu liquet, privilegium lite pendente impetratum in præjudicium partis, non facta mentione de lite, non valere, & Iudicem procedere eo non obſtante.*

C. *PERSONAS* 20. *h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Noviceuſi, quòd ſi aliquis certe, & legitimè convincatur laborare conſimili morbo, non debeat admitti ad teſtificandum. Pro ſimili morbo intelligitur, ut notat Gloſſa, idem delictum, & ſenſus eſt, ut laborans eodem delicto ſit repellendus à teſtimonio ferendo pro illo, qui ſuper tali delicto accuſatur: & ratio eſt, quia poteſt eſſe fundata ſuſpicio colluſionis, aut affectiùs ad cauſam propriam tantò facilius propugnandam. Neque obſtat, quòd inc.* Teſtimonium *iuſ. generatim crimincſus etiam diſſimili crimine laborans, repellatur a teſtimonio. Quia Pontifex ob periculum colluſionis excludit etiam laborantes ſimili morbo.*

C. *IUDÆI* 21. *h. t. Idem Pontifex in Concilio Lateranenſi ſtatuit, teſtimonium Chriſtianorum contra Iudæos in omnibus cauſis (cum illi contra Chriſtianos teſtibus ſuis uti præſumant.) eſſe recipiendum: & Pontifex anathemate percutit omnes, qui Iudæos Chriſtianis in hac parte voluerint præferre. Textus tamen, ut notat Gloſſa, intelligendus eſt de facto; non verò de jure, quia nullus infidelis de jure admittitur in teſtem contra fidelem,* c. ſi hæreticus 2. q. 2. *unde hic textus tantùm procedit de facto; non ita de jure; idque etiam clarè colligitur ex verbis Pontificis clauſis parentheſi (cum illi adverſus Chriſtianos teſtibus ſuis uti præſumant) ſiquidem præſumere ſumitur in malam partem* c. 1. de vita, & honeſt. cleric. *Hinc plura præſumuntur, ſeu fiunt de facto, quæ de jure non licent.*

C. *SUPER EO* 22. *h. t. reſcribit idem Pontifex Matthæo Cardinali, quòd ſi vir neget, ſe contraxiſſe cum aliqua, & mulier probet, virum contraxiſſe per matrem ſuam, & aliam mulierem; ſi vir eſt dignior honore, teſtimonium matris puellæ ſit ſuſpectum; proinde non admittendum. Rurſus an mulier ſit conjungenda viro, ſi ſola mater alterutrius dicat eſſe conſanguineos, reſpondet idem Pontifex, non eſſe conjungendos, ſi matrimonium non ſit confirmatum, quia eſt magna præſumptio: ſin verò ſit confirmatum, non debeat ſine plurium juramento diſſolvi. Ex quo textu liquet, quod ſi ex contractu cum filio, vel filia honor, & incrementum non accreſcat filiæ, vel filio, poſſit mater teſtificari in cauſa eorundem, quia tunc ceſſat cauſa ſuſpicionis: ſecus tamen eſſet, ſi ageretur de nobilitate, divitiis, quia immoderatus affectus parentum erga liberos in tali caſu facit ſuſpectum, non ſolùm matris, ſed etiam patris teſtimonium. Rurſus ex eodem textu liquet, ad matrimonium conjungendum, vel ſeparandum ſufficere duos teſtes, etiamſi feminæ ſint: quia Pontifex non rejecit matrem abſolutè, ſed tantùm in caſu ſuſpecti incrementi.*

C. *LICET* 23. *h. t. Idem Pont. ſtatuit, ut qualibet cauſa maximè inter Chriſtianos, & Iudæos terminetur ad minus duorum teſtimonio, vel trium bona vitæ. Ubi notandum eſt, Iudæos non debere gaudere majori Prærogativa ſuper Chriſtianos. Rurſus textum procedere de jure canonico; quia jure civili requiruntur ſeptem teſtes ad teſtamentum, cum de jure canonico ſufficiant duo, præſertim in cauſis pijs. Cæterum quod in* c. præſul 2. q. *ad Cardinalem Epiſcopum condemnandum requirantur 72. teſtes; ad Presbyterum Cardinalem 44. ad Diaconum Cardinalem 24. ad ſubdiaconum, Acolythum, Exorciſtam, Lectorem, Oſtiarium ſeptem. Hoſtienſis & Panormitanus id intelligunt de teſtibus, qui non ſint omni exceptione majores: quia ſi ſint duo teſtes omni exceptione majores, probant contra quemvis conſtitutum in quavis conſpicua dignitate, eò quia hic numerus fundatur in verbis Chriſti, quibus non poteſt diſpoſitio juris poſitivi præjudicare.*

C. *IN LITTERIS* 24. *h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Firmano; volentem probare uxorem ſibi fuiſſe affinem, non poſſe producere teſtes ſuæ familiæ, ſed alios probatæ vitæ, & opinionis, de quibus non ſit dubium pejerare. Ex quo textu colligitur, teſtes productos ex domo, ſeu familia patrisfamilias, quibus ille poteſt aliquo modo imperare, poſſe repelli tum in cauſis civilibus, quàm criminalibus. Ratio eſt, quia tales perſonæ ſibi perſuadent, quòd debeant obſequi omnibus juſſis Domini, aut patrisfamilias, proinde excluduntur a teſtimonio ferendo ut ſaltem ſuſpecta* c. ſi teſtes 4. q. 3. *Hinc contra matrimonium nec familiares ſunt admittendi, quia præſumptio eſt contra eos.*

C. *CUM VENISSET* 25. *h. t. Urbanus III. declarat, eum qui poſt appellationem producit teſtes, vel ſtat juri; tacitè renuntiare appellationi, & ſententiam poſtea latam valere. Rurſus ſtatuit, ut quæſtio, ſuper qua fuerunt teſtes producti, & publicatæ depoſitiones, vel fuit renunciatum teſtibus, ſit terminanda ſecundùm tenorem, & diſpoſitionem; adeò ut non ſint alij teſtes admittendi. Quòd ſi teſtes non ſint producti, nec iiſdem renuntiatum, poſſint tunc novi audiri, & res terminari. Demum declarat, Delegatum mortuo Mandatore, & re integra, non poſſe procedere etiam de conſenſu partium. Ex quo textu apparet, poſt canonicam promulgationem non eſſe licitum, novos teſtes producere ſuper iiſdem articulis, niſi per beneficium ſpeciale reſtitutionis in integrum, ſi ſit Eccleſia, vel minor. Et id procedere etiam in cauſa appellationis, adeò ut coram Iudice ad quem appellatur, novi teſtes non ſint producendi,*

Digitized by Google

di, niſi ſuper novis articulis, vel ſuper iiſdem per beneficium reſtitutionis in integrum.

C. *SERIES* 26. *h. t.* Clemens III. reſcribit, quòd ſi conjux probans matrimonium non valere, producat teſtes pro conſanguinitate, & hi erant recepti, & publicati; ſi pars adverſa vult poſtea probare per alios teſtes, illos primos falſum dixiſſe, ſint admittendi non obſtante contraria conſuetudine. Ubi notat Gloſſa, in cauſa matrimoniali poſt publicatas atteſtationes, poſt latam ſententiam admitti teſtes ad probandum contrarium, ſeu Eccleſiam fuiſſe deceptam. Ratio eſt, quia cauſa matrimonialis non tranſit in rem judicatam. Verùm caſus in textu poſitus non eſt contra jus, eò quia non fit de eodem articulo; ſiquidem prima probatio fuit de conſanguinitate, & ſecunda de falſitate teſtium.

C. *PRÆTEREA* 27. *h. t.* Cæleſtinus III. reſcribit, quòd ſi ſuper carnali copula ab aliquo cum aliqua habita teſtimonium conveniens de viſu producatur, vel etiam de auditu, & fama conſentiens ſubminiſtret violentam præſumptionem; & alia etiam legitima adminicula ſuffragentur; ſtandum tunc ſit teſtimonio juratorum; & Judex diſcretus debeat ſe regere teſtimoniis, & argumentis aptioribus. Ex hoc textu notat Gloſſa, ex pluribus præſumptionibus, & famâ fieri ſufficientem probationem. An verò teſtes de auditu, & fama ſufficiant ad ſeparandum matrimonium, non videtur ita certum: ſed ſufficiunt ad impediendum, ne contrahatur.

C. *CUM A NOBIS* 28. *h. t.* Innocentius III. inhibet, ne unius Judicis quantacunque authoritatis verbo credatur in cauſis, ſeu ſuper teſtamentis, ſeu ſuper quibuslibet aliis contractibus; nec ſcriptum illius, niſi corroboretur teſtium adminiculo, eam obtineat firmitatem, quin eidem debeant duorum, vel trium teſtium proborum teſtimonia prævalere. Quod tamen declarat Pontifex, non eſſe intelligendum de dicto, vel ſcripto Papæ. Ubi notat Gloſſa, quòd quando ſcripto adeſt manus tabellionis, requiruntur quatuor, vel plures teſtes ad illud reprobandum: ſecus in litteris Papæ non requiri ſubſcriptionem teſtium, neque contra eas admitti probationem, niſi eſſent ſub- vel ob-reptitia.

C. *DE TESTIBUS* 29. *h. t.* reſcribit idem Pont. quòd ſi teſtes ſolùm ſint inducti ad probandam exceptionem dilatoriam, cùm ſuper cauſa tantùm juraverint de veritate dicenda, non ſint audiendi ſuper principali, neque compellendi teſtimonium ferre, quia ſuper illo deponerent non jurati. Quòd ſi inducantur ad peremptoriam exceptionem probandam ab altera partium, & petente parte juramentum de veritate dicenda præſtiterint, tunc compellendi ſint ad teſtimonium ferendum ſuper principali; niſi fortaſſis ſufficiens teſtium productio ſuper principali jam facta fuerit; vel renunciatum teſtibus, vel fuerint publicata teſtium depoſitiones. Hinc notat Gloſſa, dictum teſtis ſuper re, de qua non juravit, nullam habere efficaciam. Rurſus exceptionem peremptoriam poſſe opponi, etiam poſtquam eſt renunciatum teſtibus, & poſt publicatas denunciationes teſtium.

C. *CONSTITUTUS* 30. *h. t.* Idem Pont. reſcribit, quòd ſi primi Judices teſtes acceperint tranſlatâ cauſâ, debeant ſecundi Judices uti iiſdem atteſtationibus in eadem cauſa: quòd ſi non eos acceperunt, iterum de novo admittuntur. Rurſus dicta teſtium non eſſe publicanda ad petitionem tertii; quòd ſi tertius comparet pro intereſſe ſuo, admittitur ad judicium c. veniens 2. ict. c. cum ſuper de ſe judic.

C. *PRÆSENTIUM* 31. *h. t.* Idem Pont. declarat, quòd ſi quis poſt teſtium depoſitionem jam publicatam velit contra illos excipere, ſeu opponere, id ſit illi licitum, dummodo priùs juret, ad hoc non procedere ex malitia, niſi ante publicationem fuerit proteſtatus, ſe id facturum; vel poſtea primùm compererit id, quod objicit contra perſonas teſtium. Cæterum ſi quis ante publicationem, de teſtibus poſtea repellendis fuerit proteſtatus, præcipit Pontifex, ut ſi quid pro ipſo dixerint de facili non ſit credendum. Ex hoc textu deſumitur regula generalis, ſcilicet poſt publicationem teſtium non poſſe contra illos excipi: & id eſt rationi conſonum; quia præſumitur malitioſè tunc poſt publicationem velle eos reprobare, cùm jam intellexerit illos contra ſe teſtimonium dixiſſe: unde quaſi in vindictam videtur ipſis poſtea objicere falſum. Excipiuntur tamen tres caſus, qui recenſentur in textu; quorum primus eſt, ſi quis poſt publicationem juret, quod malitioſè id non faciat. Secundus ſi ante publicationem de teſtibus poſtea repellendis fuerit proteſtatus. Tertius ſi abſque proteſtatione vult nunc aliquid opponere, quod primò illi occurrit, & ante publicationem ignorabat.

C. *IN NOSTRA* 32. *h. t.* reſcribit idem Pont. Epiſcopo Londonenſi, quòd ſi utraque pars producat teſtes deponentes contrarium, non ſit numerus teſtium conſiderandus; ſed dicta, & qualitates perſonarũ: quia ſi teſtes unius partis ſint magnæ authoritatis, & præeminentiæ, ut ſint multitudine præferendi, tunc prævalent: quòd ſi utriuſque authoritas ſit æqualis præfertur multitudo. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi teſtes ſint omnino pares, ſententia debeat ferri pro Reo. Cæterum data contrarietate inter teſtes, non judicatur indiſtinctè pro Reo, quamvis ejus cauſa ſit favorabilior, ſed recurrendum eſt ad qualitates teſtium, & ad numerum. Hinc teſtes præferuntur primò ex authoritate, ſi ſint majoris honeſtatis, & exiſtimationis; ſecundò ex qualitate depoſitionum, eò quia hæ ſint juri magis conſona, vel negotio aptiores c. ſi teſtes 4. q. 3. Tertiò ex multitudine.

C. *TAM LITTERIS* 33. *h. t.* Idem Pont mandat, ut in electione alicujus ad probandam irregularitatem ex eo ortam, quia nupſerit vidua, admittantur laici, & fœminæ ad teſtificandum, & mandat excommunicari ſolemniter impedientes hos teſtes. Quòd ſi non probetur hæc irregularitas debeat electus ſe canonicè purgare per ſeptem canonicos Cathedralis Eccleſiæ, vel Priores Eccleſiarum bonæ famæ intra terminum. Quòd ſi probetur irregularitas, vel canonicè non ſe purget, ſit alius eligendus. Demum ſtatuit, ut qui ſubreptitiè obtinuit litteras contra electum, ſit ſuſpenſus ab officio, vel bene-

ficio juxta arbitrium Judicis. Ex quo textu *liquet, mulieres admitti ad ferendum teſtimonium ſuper irregularitate probanda clericis; & purgationem canonicam poſſe indici non ſolùm in cauſa delicti, verùm etiam ſuper irregularitate proveniente ex ſolo defectu ſine ullo delicto; quia potuit hic electus licitè nubere viduæ, antequam ſusciperet ſacros ordines; tametſi contraxerit irregularitatem bigamiæ interpretativæ.*

C. *CUM OLIM* 34. *h. t. Idem Pont. reſcribit, quòd ſi agatur de libertate Eccleſiæ, & pars ſit contumax impediendo litem conteſtari, poſſint recipi teſtes lite non conteſtata, poſſitque ferri ſententia etiam definitiva, & non ſolùm interlocutoria. Hinc ſi Reus ſit præſens, & nolit litem conteſtari, poteſt procedi contra ipſum, tanquam contumacem; perinde ac ſi eſſet citatus, & non comparuiſſet, ut notat Bartolus in* l. c. conſentaneum C. quomodo, & quando Judex. *Felin. hîc num. 1.*

C. *EX TENORE* 35. *h. t. declarat idem Pont. poſt publicationem atteſtationum poſſe partem ſuccumbentem producere teſtes ad probandum contrarium ſuper novo articulo orto ex publicatis atteſtationibus. Ubi notandum eſt, quòd licèt teſtes ordinariè non debeant recipi poſt publicatas atteſtationes, niſi ſuper novo emergente; fuerunt tamen in hoc textu recepti teſtes mulieres ſuper eodem quidem articulo; ſed ſuper nova circumſtantia loci, & temporis.*

C. *SIGNIFICARUNT* 36. *h. t. declarat idem Pont. poſt inchoatam litem de petitorio poſſe ſuſpenſâ hâc lite agi de poſſeſſorio. Rurſus poſſe itidem peti quartam per productionem teſtium cum ſolemnitate juris, & non poſſe, hanc denegari à Judice, niſi ad declinandam effrænatam teſtium multitudinem; vel ex alia honeſta cauſa. Rurſus declarat Pontifex, poſſe partem appellare infra decem dies quòd ſi pars deficiat in probatione appellationis debeat condemnari in expenſis legitimis. Demum præcipit, Judices priùs debere determinare de poſſeſſorio, quòd ſi petitorium verò ex probationibus conſtabat, teneri tunc terminare utramque cauſam ſimul. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi ab interlocutoria, non appelletur infra decem dies; tranſit in rem judicatam.*

C. *CUM CAUSAM* 37 *h. t. Idem Pont. reſcribit, teſtes eſſe diligenter examinandos tum ſuper negotio principali, tum ſuper ipſorum perſonis quærendo de ſingulis circumſtantiis, ſeu de cauſis ſcientiæ, de perſonis, loco, tempore, viſu, auditu, credulitate, fama, certitudine, & præſumentes impedire hos teſtes eſſe excommunicatione coërcendos. Rurſus ad compeſcendam effrænatam teſtium multitudinem prohibet Pontifex, ne hinc inde quadragenarius eorundem numerus excedatur. Notat Gloſſa, teſtes eſſe examinandos ſingillatim per ſe, ſeu ſeorſim, & ob hanc cauſam Danielem in judicio Suſannæ* Daniel. 13. *ſeparâſſe duos illos ſenes, & ſeorſim interrogatos deprehendiſſe falsò illos dixiſſe teſtimonium contra Suſannam.*

C. *VENIENS* 38. *h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi diverſo modo agatur ſuper eodem articulo etiam poſt publicatas atteſtationes, poſſint iterum teſtes produci. Rurſus declarat, alia in capitulo eſſe probanda per canonicos, tanquam per teſtes, ad quem effectum ſi opus ſit debent etiam ab excommunicatione abſolvi. Ubi notat Gloſſa, ſententiam eſſe ſtatim mandandam executioni niſi probetur exceptio, vel jus alterius partis lædatur.*

C. *TUIS QUÆSTIONIBUS* 39. *h. t. reſcribit idem Pont. Archiepiſcopo Biſontino, Religioſos in cauſis monaſterii non poſſe teſtificari, niſi jurent: poſſe tamen partem adverſam, ſi velit, juramentum relaxare. Ubi notat Gloſſa, poſſe quidem à parte contraria remitti juramentum teſtium; ſed non item juramentum calumniæ. Ex hoc textu liquet, nulli teſti etiam religioſo eſſe credendum, niſi juret: & tam clericos, quàm Monachos poſſe teſtificari pro ſua Eccleſia.*

C. *DILECTO FILIO* 40. *h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Atrebatenſi, quòd ſi delegatus cognoſcatur eſſe neceſſarius ad teſtificandum pro aliqua parte, ſit removendus à delegatione, & alius ſubſtituendus. Ratio eſt perſpicua, quia in eadem cauſa non poteſt quis eſſe Judex, & teſtis* c. 1. 4. q. 4. *& quia officium teſtificandi eſt magis neceſſarium, quàm officium judicandi; ideo removetur quis à munere judicandi, ut poſſit petente parte exercere illud teſtificandi. Tum quia notat Panormitanus hîc, faciliùs eſſe, reperire centum Judices, quàm unum teſtem idoneum.*

C. *SIGNIFICAVIT* 41. *h. t. Idem Pont. ſtatuit, quòd ſi timeatur, ne proceſſu temporis deſit copia probationis, & teſtium, debeat Judex citata parte adverſaria, ut interſit, examinare teſtes idoneos oblatos ab altera parte, & redigere eorum dicta in publica inſtrumenta: & ſimiliter conficere inſtrumentum ſuper denunciatione facta parti adverſæ, ut interſit. Ubi notat Gloſſa, multiplicem differentiam inter hanc acceptionem teſtium, & illam, quæ fit, quando timetur de morte teſtium, vel de diuturna abſentia: nam hic recipiuntur omnes juvenes, & ſenes; ibi tantùm ſenes, de quorum morte timetur, ſtatim publicantur, perpetuò valent, licèt non timeatur lis in præſenti; ſed ibi contra.*

C. *CUM CAUSA* 42. *h. t. Idem Pontifex reſcribit Archiepiſcopo Beneventano, poſſe teſtes qui fuerunt pro una materia in uno capitulo iterum recipi in eadem materia pro alio capitulo: ut qui teſtificati ſunt exceſſum deceptionis, poſſint teſtificari quantitatem valoris. Ubi notat Gloſſa, aliud eſſe probare deceptionem ultra dimidium: & aliud probare, quanta fuerit deceptio, proinde poſſe utrinque eſſe eoſdem teſtes.*

C. *ALBERICUS* 43. *h. t. ſtatuit idem Pont. ut ſi ſententia lata à Judice non appareat per ſcripturam, debeant teſtes recipi, & in publicam ſcripturam redigi, ut in caſu textûs ſententia divortii inter Albericum militem, & C. mulierem lata, cùm non eſſet in ſcriptis red-*

acta metuens miles, ne inde liberis ex legitima uxore natis præjudicium naſceretur, ſupplicavit Pontifici, ut teſtes, qui interfuerant ſententiæ, mandaret recipi, quod Pontifex ſtatim juſſit fieri. Ubi notat Gloſſa, eſſe ſpecialem favorem matrimonij, adeò ut in cauſa matrimonii ſententia non ſcripta valeat, ſi probetur per teſtes.

C. *CUM IN TUA* 44. *h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Belnacenſi, quòd ſi ſit fama, quòd contrahentes ſint conſanguinei, & ad tollendum ſcandalum duodecim propinqui jurent nullam eſſe conſanguinitatem; ſi poſt contractum matrimonium tres, vel quatuor teſtentur eſſe conſanguinitatem; tunc ſi primi teſtes iterum jurant, vel alii, non eſſe conſanguinitatem, prævalere debent. Seu verò primi, vel alii non teſtificentur: debeant ſecundi prævalere. Ubi notat Gloſſa, poſſe tertium impetere matrimonium contractum inter aliquos ratione conſanguinitatis, vel alterius impedimenti, quamvis nullum habeat privatum intereſſe, ſed ſolùm reſpectu peccati impediendi, vel boni publici promovendi id faciat. Hinc Impetitor non dicitur propriè accuſator, quia agit ſolùm ad impediendum peccatum, non verò ad publicam vindictam. Ratio verò, cur in hoc caſu publicatio teſtium non impediat, quin de novo ſumantur, eſt, quam aſſignat Gloſſa, quia ante matrimonium procedebatur per modum denunciationis, & poſt matrimonium per modum accuſationis: ſic erat diverſus modus agendi. Rurſus notat Gloſſa, hunc textum non procedere in cauſa criminali, quia partes didicerunt teſtificata. Cæterum textus loquitur de quacunque cauſa, & non ſolùm de matrimoniali.*

C. *CONSTITUTIS* 1. 45. *h. t. ſtatuit idem Pont. eos poſſe excommunicari, qui præſumunt impedire aliquem in teſtibus producendis. Rurſus eum, qui jurat veritatem non fateri, non teneri juramentum ſervare, quia juramentum de non teſtificanda veritate eſt illicitum, & non tenet, licèt qui ſic juravit, poſſit admitti ut teſtis. Rurſus ſi conſanguinei Rei præſumantur aliquem impedire, ne teſtificetur contra Reum, declarat Pontifex, eſſe Reum puniendum, qui ſi ſit Archiepiſcopus, ſuſpenditur à Pontificalibus, quando ejus conſanguinei impediunt, ne quis teſtificetur ipſius ſimoniam, quia præſumitur impedimentum non dari Reo invito, proinde ſuſpenditur, donec parentes deſiſtant à tali præſumptione.*

C. *CONSTITUTIS* 2. 46. *h. t. declarat idem Pont. quòd ſi impediatur ingreſſus ad Judicem, poſſit appellari à ſententia, quæ fertur. Rurſus ſi parentes adhuc non didicerunt teſtificata, nec renunciârunt teſtibus producendis, declarat Pontifex, poſſe iterum eoſdem, vel alios teſtes produci in alio judicio. Ex quo liquet, ante publicationem atteſtationum poſſe eoſdem teſtes ſæpiùs produci, dummodo pars teſtificata non didicerit. Immo etiam poſt teſtium publicationem; niſi renunciatum ſit productioni, quamvis pars teſtificata didicerit, ut cenſet Speculator h. t. §. ſatis utiliter, quod Joannes Andreas cenſet, poſſe etiam procedere quando Index inſcià, vel invità parte fecerit Productionem.*

C. *LICET.* 47. *h. t. Idem Pont. in Concilio Generali ſtatuit, ne ſuper gradibus conſanguinitatis, & affinitatis computandis, de cætero recipiantur teſtes de auditu, cùm jam quartum gradum prohibitio non excedat, niſi ſint graves perſonæ, quæ ante litem conteſtatam teſtificata didicerint, non ab uno tantùm; ſed duobus ad minimum antiquioribus fide dignis; omnique exceptione majoribus. Neque tamen ſi unus à pluribus, vel infames ab hominibus bonæ famæ acceperint, quod teſtantur; tanquam plures, aut idonei teſtes debeant admitti. Rurſus debent hi teſtes jurare, ſe ſincera intentione abſque ullo ſiniſtro affectu teſtari, & perſonas expreſſis nominibus debent ſufficienter deſignare, ut etiam ab utroque latere ſingulos gradus clarè diſtinguere. Rurſus debent jurare, ſe accepiſſe à ſuis majoribus, quod deponunt, & credere ita eſſe, & vidiſſe perſonas, vel ſaltem in uno prædictorum graduum conſtitutas pro ſanguineis ſe habere. Notandum eſt, hodie teſtimonium de auditu non admitti in cauſis matrimonij, immo neque admitti teſtem, cujus auditor repellitur, ut infamis.*

C. *PER TUAS* 48. *h. t. Honorius III. reſcribit, quòd ſi pars poſt publicationem teſtium petat iterum interrogari, non ſit audienda, niſi ex malitia, vel negligentia Examinatorum non fuiſſet interrogatum ſuper certis articulis. Ex quo textu colligitur, regulariter poſt publicatam atteſtationem non eſſe ampliùs teſtes interrogandos ob periculum ſubornationis.*

C. *LICET* 49. *h. t. Mandat idem Pont. teſtes eſſe admittendos contra perſonas teſtium in negotio principali, ut etiam ſecundò teſtes contra teſtes, non tamen ultra eſſe licitum admittere quartos teſtes reprobatorios, ne lis diutiùs protrahatur. Ubi notat Gloſſa, duas tantùm probationes teſtium poſſe fieri non ultra ab utraque parte. Cæterum probabile eſt, hanc decretalem non ſolùm procedere de perſonis teſtium, ſed etiam de dictis contra teſtes; eorumque ſive perſonas, ſive dicta poſſe fieri primam reprobationem, & contra illam ſecundam, non autem ulteriùs, ne lites nimium protrahantur.*

C. *PRÆSENTATA* 50. *h. t. Statuit idem Pont. quòd ſi poſtquam Arbitri acceperunt teſtes, & publicaverunt atteſtationes, contingat, arbitrium diſſolvi ob mortem, vel abſentiam arbitrorum, debeant ſcriptura ſigillo clauſa deferri ad judicem Ordinarium, qui debet optionem dare, ut vel admittat contra ſe teſtificationes receptas eorum, qui adhuc vivunt: vel ſi id nolit, conſentiat, ut iterum de novo iidem teſtes recipiantur; ſalvo ſemper jure, quod parti competit excipiendi in perſonas, vel dicta teſtium. Ex quo textu colligitur, poſt mortem unius Arbitrorum, ut etiam per abſentiam longævam, ac diuturnam expirare compromiſſum; vel ſaltem poſſe aliam partem impunè recurrere ad Judicem ſuperiorem arg.* l. pen C. de Arbit.

C. *NUPER* 51. *h. t. reſcribit idem Pont. nulli teſti etiam Religioſo eſſe credendum in præjudi-*

ſtium alterius, niſi juratus depoſuerit. *Notat tamen Gloſſa poſſe partem adverſam ſpontè juramentum remittere. Debet tamen remiſſio eſſe expreſſa, ut notat Hoſtienſis hic, adeò ut tacita non ſufficiat,* l. qui vos §. vetare ff. de furt.

C. *VENERABILI* 52 *h. t. mandat idem Pont. teſtes, tametſi agatur de vita, & miraculis alicuius canonizandi, eſſe recipiendos ſigillatim, hoc eſt ſeparatim, & ſecretò: alioquin non valent. Idque generatim faciendum eſt in omnibus cauſis, proinde multò magis in cauſa canonizationis alicujus Sancti, cum ſit res ardua, nec ſufficit inquirere de ſolis miraculis, verùm etiam inquirendum eſt de vita, & virtutibus ejuſdem; quia miracula Deus facit, & aliquando etiam per reprobos, ſi velit.*

C. *CUM CLAMOR* 53. *h. t. ſtatuit Pontifex, quòd ſi Iudex poſt teſtium publicationem inveniat, eos obſcure depoſuiſſe, ſint iterum examinandi iidem teſtes, vel alii. Ex quo textu colligitur, poſſe Iudicem ſi procedat ex officio per inquiſitionem & maximè in crimine ſimoniæ teſtes non ſolùm, quando obſcurè depoſuerunt, ſed etiam quando ſibi viſum fuerit, rurſus interrogare* c. judicantem 30. q. 5. l. ubicunque ff. de interrog. actor.

C. *TESTIMONIUM* 54. *h. t. Sive in cauſa civili, ſive criminali, ſi obiiciatur crimen teſti, & hic in eodem crimine perſeveret, declarat idem Pontifex, eius teſtificationem non valere; ſin autem ſit emendatus de crimine, nec ſit infamis, & crimen non erat perjurium, eſt tunc recipiendus in cauſa civili, immo etiam in criminali, ſed civiliter inſtituenda. Rurſus in cauſa criminali, ſi teſtis fuit in alio judicio accuſatus, & de crimine convictus, vel confeſſus, ut etiam ſi nunc per exceptionem convincatur; vel eius opinio fuerit gravata ex eo, quòd quandóque fuit tali modo repulſus; mandat Pontifex, eſſe eundem removendum à teſtimonio quamvis pœnitentiam egerit, tametſi in civilibus repulſus admittatur. Panormitanus ex hoc textu colligit plures caſus, in quibus ob crimen quis excluditur à teſtimonio dicendo in cauſa criminali, & civili. In criminali numerat ſeptem. Primò ſi perſeveret in crimine: ſecundò ſi ſit infamis infamiâ juris. Tertiò ſi ſit periurus. Quartò, ſi alias inſtitutâ actione contra ipſum fuit de crimine convictus. Quintò ſi fuerit confeſſus de crimine in alio judicio. Sextò, ſi poteſt modò per exceptionem convinci de crimine alias commiſſo. Septimò ſi gravata ſit eius opinio, quòd tali modo, ſeu per viam exceptionis fuerit aliàs repulſus. In his caſibus ſemper repellitur à teſtimonio dicendo in cauſa criminali, & civili. Rurſus caſus, per quos criminoſus in cauſa civili, aut criminali civiliter mota excluditur, ſunt tres. Primò ſi perſeverat in crimine. Secundò ſi ſit infamis. Tertiò ſi ſit periurus. Demum ex hoc textu liquet, emendatum de crimine non haberi omnino integrum, neque frui generali præſumptione, quâ quisque præſumitur bonus; quia in rebus magis arduis manet præſumptio contra illum. Et emendatus hic habetur idoneus in cauſa civili, non in criminali.*

C. *ULTRA TERTIAM* 55. *h. t. reſcribit idem Pont. petenti quartam productionem, ſeu dilationem ad producendos teſtes non eſſe concedendam, niſi cum ſolemnitate juret, quòd nec per ſe, nec per alios ſubtraxerit teſtificata, vel percunctatus fuerit; ut etiam quòd nec per dolum, vel artem petat quartam productionem: Sed ſimpliciter quia hos teſtes antea non potuit habere. Ubi notat Gloſſa, hoc juramentum eſſe diſtinctum à juramento calumniæ, quia juramentum calumniæ eſt, quod jurans credat verum, quod jurat, & hoc juramentum eſt de veritate dicenda.*

C. *NON DEBET* 56. *& ult. h. t. reſcribit idem Pont. accuſatum de crimine, pendente ſua accuſatione non poſſe teſtem eſſe in alia cauſa criminali, immo neque poſſe accuſare, neque ordines ſuſcipere, niſi ſe priùs probaverit innocentem. Ex quo textu liquet, ex pendentia accuſationis criminalis gravari opinionem accuſati, ut non dicatur integri ſtatûs. Et ob hanc rationem cenſet Panormitanus, taliter accuſatum eſſe repellendum in omni actu, ubi requiritur integritas ſtatûs.*

IN SEXTO.

C. *MEDIATORES* 1. *h. t. Gregorius IX. in Concilio Generali Lugdunenſi ſtatuit, ut Mediatores ſimoniæ contra ſceleris ejuſdem Authores in deteſtationem criminis admittantur, ſi tamen non agatur criminaliter, ſed tantùm civiliter, & emolumentum ex inde non fuerint aſſecuti. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi agatur, ut ſimoniacus privetur beneficiis, tunc dicitur agi civiliter: ſin verò ut privetur ordinibus, criminaliter. Ex hoc textu liquet, quòd tametſi regulariter teſtis non admittatur contra ſocium criminis; ſpecialiter tamen admittitur in hoc crimine ſimoniæ, ſi ſit ſocius criminis, & non muneris, & agatur civiliter. Hoc idem eſt etiam ſpeciale in aliis criminibus exceptis, ut læſæ Majeſtatis, & hæreſis.*

C. *PRÆSENTIUM* 2. *h. t. Reſcribit idem Pont. ut Iudex in cauſis ſpiritualibus aſſumpto juramento de calumnia, & veritate ab utraque parte, jubeat Reum reſpondere ſigillatim poſitionibus ſibi traditis: quòd ſi altera pars velit producere teſtes reprobatorios contra teſtes productos in principali ab altera parte eos recipiat, & examinet. Quòd ſi altera pars velit ſuſtentare primos teſtes ſuper principali productos, eos etiam recipiat, & examinet juxta articulos, & partium interrogatoria. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi cauſa principaliter ſpectet ad Prælatum, & non ad Conventum, tunc ipſe Prælatus tenetur jurare: ſin verò cauſa principaliter ſpectet ad Conventum, tunc ad ipſum ut Principalem debet recurri, in quo computandus eſt etiam Prælatus, qui poterit pro ſe jurare. Sin verò cauſa communiter ſpectet ad Prælatum, & conventum, tunc tenetur uterque jurare, ut Principalis. Rurſus quamvis Titius poſſit teſtes reprobatorios repro-* [illegible] *hare,*

bare, non tamen Cajus poteſt ulterius reprobare teſtes Titii, ne procedatur in infinitum.

C. *ROMANA ECCLESIA 3. h. t. Innocentius IV. in Generali Concilio Lugdunenſi ſtatuit, ut qui fuit Advocatus, vel Procurator in cauſa principali, non poſſit eſſe teſtis in cauſa appellationis. Rurſus ut appellanti cùm præſumptio faciat pro ipſo, non detur indiſtinctè juramentum, niſi Iudex ex circumſtantijs conijciat, eſſe dandum. Ubi notandum eſt, quòd tametſi talis Advocatus, & Procurator non recipiatur pro appellante, ut notat Gloſſa, bene tamen poteſt recipi pro appellato, quia tunc ceſſat ratio prohibitionis, ſeu ſuſpicio immoderati affectus.*

IN SEPTIMO.

C. *LICET UNIC. h. t. Pius V. declarat, detegentes ſua authoritate Iudicis dicta teſtium tam in cauſis civilibus, quam criminalibus eſſe habendos Reos perjurii, falſi; & ut tales eſſe puniendos ultra pœnas eis à jure, vel ſtatuto inflictas, etiam pœnâ relegationis in perpetuum, vel ad tempus ad triremes; vel ſi qualitas facti id exegerit, etiam ultimi ſupplicii.*

IN CLEMENTINIS.

C. *CUM IUDÆI 1. h. t. Clemens V. ſtatuit, Iudæos, & Saracenos poſſe convinci per teſtes Chriſtianos non obſtantibus privilegijs Regum in contrarium, & ſi præſumpſerint Iudæi & Saraceni uti talibus privilegijs, ſubſtrahitur illis commertium Chriſtianorum.*

C. *TESTIBUS ULT. h. t. Decernit idem Pont. quòd teſtibus ritè receptis, & eorum atteſtationibus publicatis, ſicut non licet ſuper iiſdem, vel directè contrariis alios, vel eoſdem teſtes in principali cauſa producere; ita nec debeat in appellationis cauſa eſſe licitum. Ubi notandum eſt, quòd cùm in c.* fraternitatis *dicatur, non licere in cauſa principali poſt publicationem novos teſtes producere ſuper iiſdem articulis, id extenditur nunc ad cauſas appellationis. Quia ut ait Pontifex, non minus in appellationibus, quam principali cauſa ſubornatio timenda eſt.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

De qualitate Teſtium.

CUm in præcedenti titulo diximus de probationibus generatim ſumptis, velut è genere nunc deſcendimus in ſpecies; ſunt enim probationum ſpecies plures; quarum præcipua deſumitur ex teſtibus, & atteſtationibus, de quibus propterea in hoc titulo agendum eſt. Dicitur teſtis à teſtando, ſeu ſententiam exponendo, quatenus quæ de re geſta ſentiunt, in judicio dicunt, & proferunt, ut notat Iſidorus. Sicut varii ſunt teſtes, ita varias ſortiuntur nomenclationes, alii enim dicuntur teſtes locupletes, & claſſici, ut notat Gellius *lib. 16. c. 10.* qui hodie dicuntur integri, & omni exceptione majores *l. optimam 14. C. de contrah. & committend. ſtipul.* Dicebantur teſtes claſſici ii, qui ſignandis teſtamentis olim adhibebantur, & moris fuit, ut nonniſi locupletiſſimi quique adhiberentur, ut illi majoris eſſe fidei cenſerentur, nec propter egeſtatem in ipſa teſtamenta falſi quidquam commiſſuri; & hi apud Latinos vocantur teſtes claſſici, locupletes, & aſſidui, qui ſunt integræ opinionis, ac fidei; vocantur etiam teſtes omni exceptione majores, qui nulla penitus exceptione ſubmoveri poſſunt *l. opinionum C. de contrab. & committen. ſtipul.* Alii dicuntur teſtes ſuſpecti non majores omni exceptione, & hi ſunt teſtes impropriè dicti ut notat Gloſſa *in l. 2. §. eadem labeo de aqua pluvie arcenda.* Et ex iſtis ſuſpectis teſtibus alii dicuntur viles, redempti, corrupti, mercenarii, falſi, injurati, ſingulares, domeſtici, varii, vacillantes, contrarii, inſtabiles, & reprobatorii, quibus cùm res aliter oſtenduntur, neceſſe eſt, priores teſtes reprobari, quod ſicut ab adverſario convento excipiendo, ita rurſus ab actore replicando fieri poteſt; & tunc dicuntur reprobatorii reprobatoriorum. Teſtis corruptus eſt, qui non tantùm pecunia, ſed etiam prece, vel alio pretio præſumitur falſum dixiſſe *l. Divus Adrianus ff. de re judic.* Teſtis incertus dicitur, qui tantùm audivit, ſiquidem qui rem vidit, certus teſtis eſt, & qui tantùm audivit incertus; hinc authore Plauto *pluris eſt teſtis oculatus unus, quàm auriti decem.* Teſtes jurati dicuntur, qui jurârunt, ſiquidem à Judicibus teſtes jurejurando adſtringuntur, ſe nihil contra quod verum eſſe ſciant, dicturos; idque moris fuit apud Græcos, qui cùm teſtimonium dixiſſent jurandi causâ ad aras accedere conſueverunt, eò quia priùs teſtimonium dicerent, & poſtea jurarent. Teſtes idonei quando reipublicæ intereſt, etiam inviti compelluntur ad ferendum teſtimonium, tametſi advenæ ſint, ac peregrini. Quinimò in hunc finem interdum mulcta indicitur, & aliquando pignora capiuntur. Cæterum teſtes, qui ſpontè ſe ingerunt, ſolent haberi ſuſpecti, ut notat Weſenb. *lib. 22. tit. 5.*

2 Omnes quotquot uſum habent rationis poſſunt teſtes eſſe, dummodo jure non ſint prohibiti. Septem autem perſonarum genera prohibentur, quæ in hiſce continentur verſibus

Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama,
Et fortuna fides in teſtibus iſta requires.

Ad conditionem reducitur ſervus manens in ſervitute, ſiquidem ſervitus habet adnexum timorem dominationis *l. quoniam liberi C. de teſtib.* Ad ſexum reducitur mulier *C. mulierum 33. q. 5. l. qui teſtamento ff. de teſtam.* ſiquidem mulier jure canonico propter ſexûs fragilitatem repellitur in cauſis criminalibus: jure verò civili ſolùm rejicitur à teſtamento. Ad ætatem revocatur minor 20 annis *l. in teſtimonium ff. de teſtib.* tametſi ipſius dictum ſufficiens indicium præbeat ad ſumendas informationes, non ita ad torquendum, vel condemnandum: in cauſis verò civilibus admittitur pubes. Ad diſcretionem reduci poteſt & ſolet inimicus ejus, contra quem teſtimonium dicitur; dummodo præceſſerit gravis inimicitia, ut notat Layman *lib. 3. tract. 6. c. 4. n. 4.* Arcentur etiam ſanguine juncti, ut aſcendentes, vel deſcendentes accuſatoris; ut etiam collaterales uſque ad quartum gradum. Admittuntur tamen conſanguinei, & affines Rei ad probandam ejus innocentiam. Rurſus repellitur domeſticus ipſius accuſatoris in cauſa ejuſdem accuſatoris. Ad famam reducuntur infames juris, aut facti, ut notat Layman. Ad fortunam reducuntur pauperes, adeo ut homo vilis, & inops, quoties adeſt ſuſpicio, ut pecunia corruptus falſum poſſit deponere, rejiciatur. Ad fidem revocatur perjurus, hic enim facilè præſumitur pejeraturus iterum.

3 Socius criminis etiam ordinariè repellitur, tametſi aliquando admittatur, ut in crimine hæreſis, læſæ majeſtatis, falſificationis monetæ, maleficii, furti famoſi, delicti nefandi, & in ſceleribus, quæ non poſſunt ſine ſocio committi. Cæterum teſtes minus idonei interdum admittuntur tanquam idonei: quando delictum eo tempore, vel loco patratum eſt, ut alii teſtes haberi non poſſint. Rurſus quamvis teſtis minus idoneus non probet ſemiplenè, nihilominus facit indicium, quòd cum aliis conjunctum videtur ſufficere ad torturam. Infidelis etiam contra fidelem non admittitur teſtis propter odium, & invidiam, quæ in ipſo præſumitur. Ob quam cauſam etiam ab omni munere, & officio publico removentur Judæi *c. cum ſit. 16. de hæret.* immò alij id extendunt etiam ad eos, qui recens ſunt baptizati; idque deſumunt *ex cap. Conſtituit 17. q. 4.*

4 Rurſus præter recenſitos rejiciuntur etiam à munere teſtium in judicio ferendo plures alij. Primò propter vilitatem, & indignitatem rejiciuntur adulteri, banniti, blaſphemi, calumniatores, condemnati, incarcerati ob crimen, ex quo oritur infamia concubinarij manifeſti, decoctores, ebrioſi, fuſtigati, miſſi ad Triremes, hæretici, hiſtriones, lenones, luſores, malefici, meretrices, uſurarij, & ſodomitæ, nam hujuſmodi crimina, qui non timet, multò minùs præſumitur timere mendacium, ac perjurium. Rurſus ob ſingularem conjunctionem prohibentur eſſe teſtes conſanguinei, & affines pro, vel contra ſuos affines, & conſanguineos: hinc pater non poteſt eſſe teſtis pro filio, vel contra filium, nec vice verſa permittitur filius eſſe teſtis, pro, vel contra patrem, ut nec etiam aſcendentes, & deſcendentes, & patrini, eorumque filij. In correctione tamen ac prohibitione peccati, fideique illuminatione admittuntur; ut etiam in cauſis matrimonialibus ſolent pro liberis admitti parentes. Nonunquam tamen Judex aliquos ex prædictis ſolet admittere pro cauſæ qualitate, quando deprehendit abeſſe immodicum affectum, vel deſunt alij magis idonei. Rurſus neque admittuntur, qui ſunt de familia actoris, ſeu domeſtici *c. ſi teſtes V. etiam in jure civili, & V. teſtes 4. q. 3. l. penult. h. t.*

Domeſtici propriè dicuntur, quibus vel ratione Patriæ, vel Dominicæ poteſtatis poteſt imperari; ut notat Tuſchus *concluſ.* 101, id tamen limitatur in domeſticis Epiſcopi, vel alterius perſonæ in majoribus dignitatibus conſtitutæ; ut etiam in Domeſticis jam expulſis, in famulis non habentibus ſalarium, in domeſticis magnæ authoritatis, & vitæ honeſtioris, in domeſticis utriuſque partis; in domeſticis domeſticorum, in domeſticis productis ad defenſionem Rei inquiſiti, & ad illius innocentiam. In domeſticis teſtibus inſtrumentarijs; ut etiam in teſtamentarijs. In cauſis difficilis probationis; in crimine hæreſis. In favore Eccleſiæ in civilibus: in probatione conſanguinitatis, & ætatis; in probatione furoris: in factis antiquis parte non opponente, ut notat Barb. *in c. litteris de teſtib.* 5

Rurſus ob ſuſpectam fidem, & præſumptionem corrupti affectûs rejiciuntur etiam homines vagi, & ignoti, ſocij, & complices, præter quam in criminibus exceptis. Actores reſpondentes, Procuratores, & Advocati in prima inſtantia cauſæ: hi ſiquidem non poſſunt eſſe teſtes in cauſa appellationis. Nec laici permittuntur contra Clericos teſtari in criminalibus, niſi proſequantur ſuam, vel ſuorum, injuriam *c. de cætero de teſtib.* Limitatur tamen in crimine notorio, in probatione famæ, & ſi crimen commiſſum ſit in loco, in quo alii præter laicos teſtes non poſſint haberi, ut etiam ſi agatur de clerici alicuius defenſione. 6

Notant tamen Vallenſis, & Zypæus hodie receptum eſſe, ut Judex neminem repellat volentem teſtari; eò quia id expediat ad bonorum ſecuritatem, & malorum oppreſſionem, ut quacunque via, & modo crimina detegantur, & abigantur *c. ut fama 35. de ſent. excommun.* An verò teſtes vocandi ſint in judicium à Judice, vel à producente non videtur ita certum, ob textum *in l. 3. §. fin. ff. de teſtib.* Verùm praxis judiciorum obtinuit, ut plerumque teſtes citari ſoleant à Judice ad inſtantiam producentis, maximè tunc ſi ad ſolas preces producentis comparere detrectent. Quid vero faciendum? ſi teſtis non ſubjiciatur juriſdictioni illius Judicis, apud quem teſtimonium dicere deberet. Reſpondetur, rem debere expediri per litteras, quæ vulgò *mutui conſenſus* dicuntur, in quibus co- 7

qui-

quiritur Iudex competens, ut teſtes ſuæ juriſdictioni ſubditos ad locum mittat Iudicij, in quo coram teſtimonium deſideratur: ſiquidem citatio non ſubditi nullius eſt momenti, *l. fin. de juriſdic.* Sin verò teſtis ſit clericus, & valetudinarius, vel alio impedimento detentus, & reperiat non eſſe locum remiſſioni, ipſe examẽ in ſe ſuſcipit, illúdque ſecundùm ordinem juris inſtituit, & depoſitionem teſtis in ſcriptis tranſmittit.

8 Arcentur à teſtimonio dicendo etiam cæci, quia ſolus auditus in teſtibus non ſufficit, ſed præſentia, & viſus requiritur *c. teſtes 15. cauſ. 3. q. 9.* qui verò non vident, non dicuntur præſentes *l. coram Titio 209. ff. de V. S. l. 1. in fin.* & ibi part *ff. de author. & conſens. tutor.* unde qui non vident, teſtes eſſe non poſſunt. In ſtipulatione tamen, ſeu contractu verbali, & actione injuriarum etiam ad formalia verba probanda teſtimonium cæci efficax eſt, dummodo notas habeat voces contrahentium, aut loquentium. Muti verò, & ſurdi ſimul, ſive à natura, ſive ex accidente cenſentur inhabiles ad teſtimonium dicendum, eò quia non ſatis animi ſui ſenſa exprimere poſſint §. *item ſurdus inſtit. quibus non eſt permiſſum fac. teſtam.*

9 Tum quia teſtis debet deponere unica voce, & ejus dicta debent expreſſè à Iudice audiri *l. cum ab initio 4. ff. teſtam. quemadmodum.* Excipiuntur tamen qui ex accidenti ſurdi, & muti ſcribere animi ſui ſenſa poſſunt *l. ſervo. 65. §. ſi pupillo. ff. de ſenat conſult.* An verò etiam religioſi arceantur à teſtimonio ferendo. Reſpondetur, religioſos quoad actus legitimos, & judiciales æquiparari ſervis; & nihilominus poſſe eſſe teſtes in judicio, dummodo accedat conſenſus Prælati, ſeu ſuperioris, quando Religioſus coram Iudice, cui non ſubijcitur teſtificaturus, ac juramentum præſtiturus eſt, eò quia voluntas Religioſi dependet ab arbitrio ſuperioris, & licèt Religioſi arceantur à negotijs ſecularibus, & à munere judicandi, à tutela, procuratione, alijſque actibus civilibus, & forenſibus, non ita reperiuntur rejecti à teſtimonio ferendo: proinde ſunt admittendi *argu. l. 1. §. 1. ff. h. t.* Poſſunt etiam Religioſi eſſe teſtes in teſtamentis, ac inſtrumentis de licentia ſui ſuperioris, ut notant plures, eò quia id nullibi prohibeatur in jure, & ſaltem quoad teſtamenta ad pias cauſas videtur eſſe magis probabile.

10 Cæterum teſtes idonei cenſentur quotquot à teſtimonio dicendo per Canones, vel leges non arcentur *l. 1. ff. de teſtibus.* habetur enim, poſſe teſtes adhiberi non ſolùm in criminibus, verùm etiam in cauſis pecuniariis, quibus teſtimonium non prohibetur *arg. l. non omnes 5. §. a barbaris de re militar.* Dicitur ergo teſtis idoneus, cui teſtimonium ferre non eſt interdictum, & qui nulla legitima exceptione poteſt à teſtimonio ferendo repelli, & hic dicitur etiam teſtis omni exceptione major *c. 1. de conſanguinit.* eò quia nihil objici poſſit impedimenti, nec per ullam exceptionem à teſtificando repelli poteſt. Hinc monet Panormitanus *in cap. placuit. 1. h. t. n. 2.* edictum de teſtibus admittendis, tametſi prohibitorium ſit ſecundùm quid reſpectu certarum perſonarum, ſimpliciter tamen eſſe permiſſorium, eò quia cuilibet permiſſum ſit teſtificari, niſi cenſeatur prohibitus, & quidem expreſſe, ut notat Abbas *hic num. 1.* Farinac. *tract. de teſtib. q. 53. n. 1.* Et quamvis plures in ea ſint ſententia, ut per vocabulum *fidelis* excludantur infideles à ferendo teſtimonio contra fideles, nihilominus per vocem *fidelis* alij probabiliùs intelligunt teſtes fide dignos, ut colligitur *ex c. placuit 2. cauſ. 4. q. 3.* apud Gratianum, ubi Canon concilij Maticenſis habet, ut quique optimi, & fideliores in teſtimonium adhibeantur; ſiquidem tùm teſtium numerus à Iudice ſit coërcendus, adeo ut non plures recipiantur, quàm cauſæ conditio videatur expoſtulare *l. 1. §. quamquam ff. de teſtibus.* Menoch. *in arbitrar. cas 240. n. 4.* æquitati conſonum eſt ut qui moribus ſunt magis commendati, ac probatæ vitæ, magis laudati, proinde minùs ſuſpecti, ij præ cæteris eligantur in teſtes *argu. l. 2. ff. eod.*

Cæterum verum eſt, infideles, qui à fide catholica defecerunt ad teſtificandum contra fidelem catholicum idoneos non eſſe *cap. non poteſt 24. 2. q. 7.* ubi habetur quòd infirmari debet eorum teſtimonium, qui in fide falſi ſunt, neque ijsdem credendum, qui fidem veritatis à ſe rejecerunt: & aſſignatur etiam ratio, quia non ſunt cenſendi hominibus fideles, qui Deo ſunt infidi: hinc Juſtinianus Imperator *Novella 45.* conſtituit, ut contra orthodoxum hæreticus non poſſit teſtificari, benè tamen Orthodoxus contra hæreticum. Cæterum teſtes debent jejuni teſtimonium ferre, ut habetur *in c. placuit 1. h. t. in fin.* eò quia cum debeant juramentum præſtare, honeſtas exigit, ut nonniſi à jejuno edatur *cap. honeſtum 16. cauſ. 22. q. 5.* idque ob majorem Numinis reverentiam. 11

Id autem non eſt de neceſſitate, vel præcepto, ſed tantùm de conſilio, ut notat Gloſſa *hic in fin.* & Decius *n. 7. & 8.* Et tametſi antiquitùs præceptum fuerit, ut teſtes nonniſi jejuni admitterentur ad juramentum edendum, id tantùm fuit ſtatutum alicuius particularis Regionis, vel in aliis particularibus locis, conſuetudo quæ vigebat, & propterea obligabat ſolos illius loci incolas, quæ tamen per deſuetudinem ceſſavit; unde ſi aliquod ſtatutum extitit, illud abrogatum poſtea fuit, ut notat Bar. *in col. lect. hic num. 3.* Debent tamen teſtes ſobrij eſſe, non vinolenti, aut ſemiebrij; ebrius enim non eſt idoneus teſtis, & nihil probat; quod tamen eſt intelligendum de totaliter ebrio, ut notat Decius *hic num. 18.* Pertinet tamen ad Iudicem curare ut teſtes ſobrii ſint. 12

Quia verò Pontifex *in cap. placuit 1. h. t.* aſſerit, teſtes eſſe aſſumendos idoneos, & fideles, & rurſus quòd non conducantur pretio, ideo teſtes pretio conducti non dicuntur idonei, ut probant plures alij textus præſertim *in c. licèt de probat. c. ſi teſtes §. item 4. q. 3. c. non ſanè 14. q. 5. l. perſpiciendum l. 1. ff. de pæn. l. Divus 33. ff. de re judic.* & communiter juriſperiti hanc docent ſententiam, eò quia teſtes debeant verum teſtari ex juſtitia, & pretium excæcat oculos 13

etiam

etiam juſtorum *Deuter. c. 16. Eccleſiaſt. c. 20.* proinde teſtibus pretio corruptis fides non præſtatur, quia non cenſentur ex juſtitia, & veritate teſtimonium ferre. Tum quia teſtis cùm teneatur iurare, quòd non fuerit corruptus pretio, nec ductus amore, vel odio ad teſtimonium diecendum, ut habetur in forma iuramenti teſtis, eſſet ipſe periurus, quia iuraret ſe non fuiſſe pretio conductum ad teſtificandum, quod eſt falſum iurare, ſeu peierare, cùm ſupponatur pretio conductus: hinc huiusmodi teſtis pretio conductus eſt omnino repellendus à teſtimonio ferendo, ut habetur *in capite ſicut. capite ex parte h. t.*

14 Neque obſtat, quòd in *l. 3 §. idem divus ff. de teſtibus l. quoniam C. eod. tit. l. eos, qui §. ſi quis autem C. de appellat.* & in alijs teſtibus habeatur, poſſe teſtes aliquid accipere à producente pro teſtimonio ferendo: quòd ſi à jure permiſſum eſt, ut teſtes aliquid accipiant, non eſt, cur teſtis pretio conductus non debeat eſſe idoneus. Firmari ex eo poteſt, quia perinde teſtes deponunt de facto, ſicut advocati proferunt de jure; qua ratione advocati, vocantur & ipſi teſtes, quatenus teſtimonium proferunt de jure: ſed advocati poſſunt pretio conduci *c. non licet 11. q. 3. c non ſanè 14. q. 5.* ergo etiam teſtes deponentes de facto, ſunt admittendi, perinde ac advocati teſtimonium proferentes de jure.

15 Sed contra, quia teſtibus tantùm permittitur aliquid accipere non pro ipſo teſtimonio dicendo, ſed tantùm pro ſumptu neceſſario, ut ſe ſiſtant coram Iudice, præſertim ſi hic diſtet per aliquot milliaria, & teſtes debeant iter ſuſcipere, & etiam per aliquot dies extra propriam domum morari, tunc enim à producente debent ſumptus neceſſarij teſtibus ſuppeditari, id enim ſuadet juſtitia, ut qui teſtes evocat, ſumptus neceſſarios eis miniſtret: nemo enim tenetur ſuis proprijs ſtipendiis comparere in judicio ad ferendum teſtimonium *c. cum ex offic. de præſcript.* non enim ſuum officium debet cuiquam damnum inferre *l. quoniam C. de teſtibus. c. cùm non deceat de elect. in 6. l. ſed ſi quis ff quemadmodum teſtamenta.* Suppeditantur tamen hi ſumptus juxta conditionem perſonæ *l. 3. §. Gabinio ff. de teſtibus. cap. ſi teſtes. §. liberi 4. q. 3.* Siquidem ruſtici non indigent tanto ſumptu, ut nobiles.

16 Ad confirmationem reſpondetur, quòd tametſi olim ex lege Cincia cautum fuiſſet, ne advocati ad patrocinium præſtandum munus, vel donum acciperent, ut refert Livius *lib. 34.* & Tacitus *lib. 15. annal;* nihilominus permiſſum poſtea fuit, ut advocati ob patrocinia præſtanda ſuis clientibus juſta ſalaria reciperent *l. poſt duos de advocat. diverſ. judic. l. laudabile. C. de teſt. l. penult. C. de prad.* Decur. *lib. 18. l. 3. C. de agentibus in reb. l. ſumptus §. de pact.* ſiquidem advocati ſalarium recipiunt ob laborem impenſum; dignus eſt enim operarius mercede ſua, & ideo juſtè accipiunt, & petunt, ut fusè probat Tiraquel. *de nobilit. c. 29.* Id autem non procedit de teſtibus, quia illi tenentur gratis deponere, ſiquidem nullus in eorum depoſitione requiritur impenſus labor, nec præcipuum ſtudium, quo homo defatigetur, quapropter non poſſunt teſtes pretio conduci, nec exigere pretium, aut ſalarium, adeo ut teſtes pretio conducti non ſint idonei. Supereſt tamen difficultas quæ deſumitur *ex c. ſicut. 9. h. t.* ubi proponitur, quòd conjuges legitimè conjuncti ob impedimentum conſanguinitatis ſeparati ſint, & teſtes poſt divortium aſſeruerint ſe conductos pretio, & corruptos pecunia teſtimonium dixiſſe. Sed reſpondet Pontifex cum diſtinctione; ſi enim conjuges poſt divortium ad ſecunda vota migrârunt, tunc puniendi ſunt teſtes, non ſolùm propter falſitatem, ſed etiam ob adulterium, quia teſtis deponens falſum debet omne damnum refundere, quod ex falſo ſuo teſtimonio ortum fuit.

17 Quòd ſi conjuges perſeverent in eodem ſtatu, nec tranſeant ad alias nuptias, tunc revocari debet ſententia jam lata ſuper divortio: ſiquidem eontra matrimonium ſententia lata non tranſit in rem judicatam *c. lator. c. tenor. de re judic.* Idque vel maximè, quia talis ſententia lata fuit ex depoſitione teſtium corruptorum.

18 Verùm adhuc videtur difficile, quòd addit Pontifex, nimirum conjuges in priſtinum ſtatum eſſe reſtituendos, & non ſufficere quod teſtes, qui in quæſtione divortij teſtimonium exhibuerunt, teſtentur, ſe corruptos falſum dixiſſe, ſed alios idoneos ad probandam corruptionem advocandos eſſe: ſiquidem ſi teſtes corrupti, ita repelluntur, ut ſententia ex eorum teſtimoniis lata nulla ſit, viderentur potiùs conjuges ſtatim non reſtituendi, dum de corruptione teſtium conſtabat. Verùm Pontifex rectè ſtatuit, conjuges illos eſſe reſtituendos in priſtinum ſtatum, quia cùm teſtes fuerint pretio conducti, in nulla cauſa fidem faciunt: unde Pontifex eos omnino repellit à teſtimonio, non ſolùm in illo articulo ubi fuerunt pretio corrupti, ſed etiam in alio ubi de corruptione depoſuerunt: ſiquidem qui ſemel falſò jurârunt, in omni cauſa repelluntur, ut colligitur *ex cap. teſtimonium 54. h. t.* ubi habetur, quòd perſeverans in crimine non admittitur teſtis in jure canonico in alia cauſa.

19 An verò teſtis, qui pro teſtimonio ferendo pecuniam accepit, eo ipſo cenſendus ſit falſarius, ac puniri poſſit de crimine falſi. Affirmant nonnulli cum Bart. *l. Divus n. 7.* apud Clarum *V. falſum n. 13. argu. l. 1. §. ſed etſi. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Verùm contraria ſententia eſt æquitati conformior, & illam docent ferè communiter juris periti, ut notat Clarus *loc. cit.* ubi ait, non eſſe conſequens, ex eo quòd aliquis pecuniam acceperit ad teſtificandum, inde inferre, quòd falſum dixerit, ut liquet *ex c. licet pa de probat.* Ad ſummum adeſt præſumptio falſi, & torqueri poteſt ſuper crimine falſi teſtimonij, & ſi perſiſtat in tortura, nilque fateatur; tum Iudicis arbitrio puniri poteſt, non tanquam falſarius, ſed eò quia contra jus pecuniam acceperit ad ferendum teſtimonium, cùm id ſit legibus prohibitum, ac turpe *cap. non ſanè 15. cauſa 14. q. 5.*

20 An verò teſtis, qui pro ferendo teſtimonio vero pecuniam accepit, ut pretium ſuæ teſtificationis, delinquat contra juſtitiam. Reſpondent

Digitized by Google

dent communiter, & quidem probabiliùs affirmativè cum Covarr. *in reg. peccatum p. 2. §. 3. n. 2.* & deſumitur etiam *ex cap. non ſanè 15. cauſ. 14. q. 5.* ubi Iudicis joſta ſententia æquiparatnr teſtimonio teſtis, & eorum neutrum venale eſſe, ſeu juſtè emi poſſe; idque ex eo ſuadetur, quia opus juſtitiæ non poteſt fieri venale: ſiquidem quod ex juſtitia eſt debitum, neqnit pretio conſtituto vendi: qnilibet autem civis ex juſtitia tenetur jobente ſuo Magiſtratu teſtimonium verum diecre, dummodo juridicè, ac legitimè interrogetur.

21 Neque obſtat, quod reſpondent alii, talem teſtem non peccare contra juſtitiam, ſed contra obedientiam: eò qoia juſſus à ſuo ſuperiore teſtimonium proferre, ſi non legitimè excuſatus recuſet, peccet contra obedientiam, & charitatem proximi, non ita contra juſtitiam, proinde non eſſe teſtem illum obligandum ad reſtitutionem, ſi ex denegato teſtimonio alter damnum incurrerit. Id enim non obſtat, qoia eo ipſo, quòd homines in unam coaleſcnnt communitatem, & rempublicam, ſeu ſocietatem, juxta gentium jura obligantur inter ſe tacito quodam pacto, ut jubente Magiſtratu teſtimonium proferant veritaris, ſi legitimè interrogentur à Magiſtratu. Id enim exigit bonũ reipublicæ, & conſervatio ejuadem, proinde eo ipſo quòd homines in unam coeunt ſocietatem commonem, quam volunt conſervaram eſſe, cenſentut ſe obligâſſe ad teſtimoniõ ſerendum de veritate, quotiea legitimè interrogantur à Magiſtratu. Hinc qui pecuniam ut pretinm accepit ad ſerendum teſtimonium coram Iudice, & poſtea non comparuit, tenetur reſtitucre danti, ut liquet *ex cit. cap. non ſanè*, niſi fortaſſis is, in cuius gratiam teſtimoniom deferre debet, dolo dederit, quia tunc in foro conſcientiæ ceſſat obligatio reſtituendi: ſed in foro externo adhuc eſſet puniendua eò quia contra jura, teſtia accepit pretium pro ſuo teſtimonio deferendo, niſi forraſſis ex gratitudine poſt præſtitum actum teſtimonij nulla præmiſſa promiſſione ipſi data eſſet pecunia.

§. II.

De receptione teſtium coram parte adverſa.

1 PRiuſqoam teſtes recipiantur, debet para citari, vel ejus defenſor, ut veniat, & teſtes andiat, quòd ſi detrectaverit venire, nec ſit excuſatus aliqua inevitabili neceſſitate, tunc teſtea recipiuntur, perinde ac ſi pars citata veniſſet; & ſi ſecus fiat, receptio nullius eſt valoris, ut habetur *in c. in nomine Domini 2. h. t.* nbi Gregorius IX. ſtatuit, quòd teſtes non recipiantur abſente parte adverſaria; ex qno communiter aſſerunt juris periti, quòd ad receptionem teſtium debeat citari pars, contra quam hi producuntur, ut pars contraria non tantùm teſtes videat, ſed etiam articulos, ſuper quibus producontur, & inſuper eorum andiat juramenta, ut notat Gloſſa *hic v. audire.* Poſtea verò depoſitionea, ſeu dicta teſtium ſecretò recipiuntur à Iudice coram Notario, ut docet Panormit *in d. c. In nomine 2. h. t. n. 4.* ſed publicatio atteſtationum iterum parte præſente fieri debet, ut notat Farinacius *de teſtib. q. 72. n. 28.* Maſcardna *de probat. concluſ. 682. n. 12.* qulnimo adeo eſt neceſſe, ut citatio partis fiat ad teſtium receptionem, ut nullius ſint habendi momenti in ordine ad teſtificandum contra reum.

Quamobrem non ſufficit, ſi teſtes idonei ſint, 2
ſed etiam requiritur, ut opportunè & ritè teſtimoniom dicant, ſcilicet intra terminnm probationi præfixum *cap. licèt de probat.* & poſtquam partea recipiuntur ad probationem ſententiâ interlocutoriâ prolatâ, de cujua neceſſitate agitur *in l. 2. tit. 15 p. 3. l. 2.* & ante publicatas atteſtationea, ut conſtat *ex cap. fraternitatis 17. c. intimavit. 18. h. t.* Rurſus recepto priùs juramento, debent poſtea teſtea ſigillatim examinari *c. venerabili 52. h. t.* & adverſatius omnino citandua eſt ad videndos teſtes, & audiendos articuloa, ſuper qnibua debent teſtificari. ut habetur *in hoc cap. in nomine 2 h. t.* & *in authen. ſed ſi quis C. h. t.* ubi ſtatuitur, quòd pars debeat eſſe præſens, & perſonaliter adeſſe, & audire atteſtationes *c. fraternitatis 17. h. t. l. ſi poſtulaverit. 27. §. quæſt. ff. ad leg. Jul. de adulter.* ubi quæſtioni ſervorum jubentor intereſſe, tàm accuſator, quàm reus, & ejus patroni, quibos datur ſacultas interrogandi.

Rurſus hæc non ſolùm procedunt io cauſis 3
civilibus, verùm etiam ad criminales protrahuntur; ſiquidem in iſtis majus præjudicium inſertur reo, ſi condemnetur, quippe omnis pœna corporis afflictiva cenſetur major quavis pecuniaria damnatione, ut deſumitur *ex l. in ſervorum 10. §. final. ff. de pæn.* & probat Farinacius *de teſtibus q. 7. c. 2.* ubi oſtendit etiam in crimine læſæ majeſtatis neceſſariam eſſe citationem ad legitimam teſtium receptionem. An verò neceſſariò citandua ſemper ſit dominus, ſeu principalis, vel ſufficiat, ſi citentur ejus procuratores, videtur dubium: ſiqoidem cauſa principalis pertinet ad ipſum; & damnum, vel emolumentum, qood ex ipſa oritor etiam ad ipſum ſpectat *l. qui ſtipendia 9. C. de procurat.* adeo ut principalis poſſit tranſigere, quod procuratori non conceditur *l. mandato 60. ff. de procurat;* & ſi principalia ſemel damnetur per ſententiam debet ſolvere *l. Plautius 61. ff. de procurat.* & rurſus quando adverſarius compellitur ſolvere, tenetur præſtare domino, quod eidem tradendum eſt *l. hoc jure ff. de ſolut.* Quamobrem cùm citari debeat pars cujna intererſt ad audiendos teſtes videtor aſſerendnm, eſſe dominum citandũ, non procuratorem. Tum qoia poteſt dominus, ſeu principalis ſuæ liti aſſiſtere *l. Plautius 69. ff. de procurat.* adeo ut poſſit etiam in ipſa cauſa appellare, & teſtea appellationia in ipſa producere *l. eos 6. §. 1. ff. de appellat.*

Nihilominua dicendum eſt, quòd ſi ſemel 4
Principalia, ſeu dominus procuratorem inſtituerit in ſoa cauſa, & litia conteſtatio, à procuratore ſacta fuerit, ſolus procurator tunc eſt citandus, ot rectè notavit Panotmit. hic *num. 18.* quia per litis conteſtatinnem Procurator ita cenſetnr factus dominus litis, ut omnia judicii acta cum ipſo fieri debeant; adeo ut Domi-

Dominus non habeat ulteriùs facultatem proſequendi cauſam, ut deſumitur ex *l. procurator* 11. *ff. de doli exception.* Hinc ad fundamenta oppoſitæ ſententiæ reſpondetur, quòd tametſi dominus poſſit judicio adeſſe, id tantùm ei conceditur, ut valeat ſuum procuratorem inſtruere, non verò ut in ſe inſtantiam ſuſcipiat, ut explicat Panormit. *loc. cit.* Nec quidquam intereſt, damnum, ac emolumentum ad dominum, ſeu principalem pertinere, & ejus cauſam geri: ſiquidem cum mandato ſuſcepto procurator fiat dominus litis, & inſtantiæ, ideo quod tam in lite, quàm in inſtantia tractatur, cum eodem procuratore agendum eſt, ut liquet *ex l. procuratoribus* 22. quapropter tametſi citatus dominus ad audiendos teſtes non compareat, non propterea cenſendus eſt contumax, eò quia non ipſe, ſed procurator, qui ex mandato ſuſcepto fuit conſtitutus dominus litis, citandus eſt, ut expreſsè notat Sichardus *in d. l. Procuratoribus* 22. quinimo quamvis principalis, ſeu dominus litis eſſet præſens, ſi tamen procurator abeſſet, adhuc eſſet evocandus procurator, qui per litis conteſtationem factus eſt dominus litis.

5 Ratio, cur teſtium receptio facta abſente, & irrequiſita parte nulla ſit, ex eo deſumitur, quia ubi agitur de damno, vel emolumento alicujus ſemper iſte citandus eſt, ut quæ ad ipſum pertinent, videre, vel audire poſſit, ſéque defendere *l. de unoquoque* 47. *ff. de re judic. c. omnia* 3. *q.* 9. & hoc ſolet etiam ſervari in ipſo Principis conſiſtorio, eò quia æquitas videatur illud exigere, *c.* 1. *de cauſa poſſeſſ.* ergo cùm teſtes in præjudicium utriusque partis id probent, quòd verum teſtificantur, neceſſe eſt, ut utraque pars ad eorundem receptionem vocetur, quia ſi una tantùm parte præſante teſtes reciperentur, altera abſens privaretur facultate objiciendi contra eos juſtas exceptiones, quas tempore depoſitionis potuiſſet oppoſuiſſe *c. ex parte* 7. *h. t.* unde hoc in præjudicium non permittitur *cap. quoniam in fin. ut lite non conteſtat.*

6 Verùm in contrarium videtur eſſe textus *in l. nullum* 14. *C. h. t.* & *c. venerabili* 52. ubi habetur, quòd teſtes tametſi agatur de vita, & miraculis alicujus canonizandi, debeant recipi, & examinari à Judice ſigillatim, & cum diligentia, ubi Gloſſa aſſerit, eſſe examinandos ſigillatim, & ſecretò, alioquin Judex nihil efficeret. Idque etiam probatur teſtimonio ſacræ ſcripturæ, ſcilicet Danielis, qui ſecretò examinavit teſtes illos ſacerdotes, qui falſum teſtimonium tulerunt contra Suſannam, ut legitur *Daniel. c.* 13. ex quibus infertur, teſtes non eſſe examinandos coram ipſis litigatoribus.

7 Idque confirmatur primò *ex c. Præterea de ſponſal.* ubi ad depoſitionem unius teſtis ſecretò, & occultè deponentis abſque citatione alterius partis prohibetur matrimonium iniri. Firmatur ſecundò *ex c. final. de hæret. in* 6. ubi in cauſa hæreſis non ſolùm citatio denegatur, verùm neque in ipſa publicatione nomina teſtium exprimuntur; adeo ut teſtes in ſecreto examinentur, & in publicatione atteſtationum eorum nomina reticeantur. Firmatur tertiò *ex l. quæro* 58. §. *final. de edil. edict.* ubi ſi ſervus aufugiat, & ſecum deferat aliqua bona, & coram honeſtis viris aſſeruerit aufugiſſe à domino, ſtatur ejus depoſitioni nulla facta citatione adverſæ partis, ex quibus omnibus inferendum eſt, citationem partis non eſſe neceſſariam, ut teſtes deponant in judicio.

Sed contra, ad primum deſumptum *ex l. nullum* 14. reſpondetur, quòd tametſi doctores in textu illo cenſeant, teſtes eſſe ſecretò examinandos, & non coram litigatoribus, adeo ut iſti ſint tantùm citandi, ut videant ipſos teſtes, & audiant articulos, ſuper quibus debent teſtificari, & etiam atteſtationes, quando poſt factum examen publicantur; non tamen debeant litigatores aſſiſtere ipſi examini, ut cenſent Farinacius, Maſcardus, Donellus *lib.* 25. *comment. c. ult.* & alii ferè communiter, quos congerit Barb. nihilominus id debet ita intelligi, ut teſtes debeant ſecretò examinari, quando Judex id judicat expedire ob qualitatem cauſæ, cæterum non eſt neceſſe, quòd pro qualibet cauſa ſemper debeat Judex teſtes ſecretò examinare. Hinc Oſvvaldus, & alii aſſerunt, ſecretum, in eo textu nil aliud ſignificare, quàm ſecretarium, ſeu locum judicii, ut *in l. ult. C. ubi ſenatores l.* 3. *C. de offic. divers. judic.* & quamvis locus iſte litigantibus, advocatis, procuratoribus, volentibus audire pateret, nihilominus, quia erat tecto, & parietibus ſeparatus, non impropriè ſecretum vocabatur. Præterea ex eo, quòd teſtes ſint ſecretò examinandi à ſolo Judice, non ſequitur, partem adverſam non eſſe citandam, quia licèt non citetur pro audiendo examine; citatur nihilominus, ut videat, & cognoſcat teſtes, audiat articulos, ſuper quibus debent iſti teſtificari, & poſt examen, etiam atteſtationes, quando publicantur, ut ipſis auditis, poſſit excipere, ſéque defendere; & Oſvvaldus *in cap. ult.* notat hodie eſſe uſu receptum, ut teſtes ſecretò à ſolo Judice examinentur coram ſolo Notario, & addit in hac parte à jure communi diſceſſum eſſe. Neque quod addebatur ex Daniele, ullum faceſſit negotium; quia ille ſecretò tametſi examinaverit teſtes, nihilominus Suſanna vocata fuit, ut teſtes cognoſceret, & publicationem atteſtationis audiret. 8

Ad primam confirmationem reſpondetur, *in d. c. præterea* agi de peccato vitando, proinde teſtibus eſt fides adhibenda etiam parte non citata, ex quo patet ſolutio ad ſecundam confirmationem ex *c. final.* quia in fidei favorem receptum eſt, ut in cauſa hæreſis non ſolùm abſente reo teſtes jurent, & examinentur, verùm etiam in publicatione eorum nomina reticeantur, ut notat Carrier. *de hæres. n.* 121. unde hi caſus ſunt ſpeciales, in quibus Rei non citantur, & excipiuntur à communi regula. Ad tertiam confirmationem reſpondetur ſervum ibi non deponere ut teſtem de facto alieno; ſed tantùm confiteri factum proprium, cujus confeſſio cum aliis adminiculis ſufficit, ad redhibitionem concedendam, ut docet Decius *hic n.* 15. 9

Oritur hic difficultas, quòd cùm teſtis debeat eſſe idoneus, ut paulò ſuperiùs diximus, an ſi legitime interrogatus, & ſciat ſe eſſe inhabilem, 10

ad-

adhuc teneatur reſpondere. Plures negant, quia eatenus Judex habet jus interrogandi quatenus teſtimonium confert ad adminiſtrationem juſtitiæ, qoam tenetur procurare: atqui atteſtatio teſtis inhabilis non confert ad juſtitiæ adminiſtrationem, ſiquidem ratione inhabilitatis non eſt acceptandus, quamobrem cùm ceſſet materia jurisdictionia in Judice, debet etiam ceſſare juriſdictio ipſius, proinde defectu jurisdictionis poteſt teſtis, qui ſe cognoſcit inhabilem, nolle reſpondere. Tum quia teſtes examinati, qui non debuerunt examinari, non conferunt ad probationem, neque ad judicium, ut docent Felinus *c. cùm dilecti num. 10. de accuſat.* Baldus *l. ſervis initio de teſtib.* Farinacius *in prax. criminal. q. 62. de teſtibus*, ſiquidem cùm non debuerint examinari, militat aliqua cauſa, ob quam ipſorum atteſtatio probationem non facit, quapropter cum in tali caſu teſtificatio ſit fruſtranea, videtur teſtis poſſe illam denegare, eò quia ſi illam exhibeat, nihil prodeſt bono Communitatis, nec juſtitiæ exercitio. Quòd ſi inhabilitas oriatur ex gravi inimicitia, eò quia teſtis à reo læſus fuerit, poteſt ſemper timeri, ne teſtis ex odio deponat contra reum, à quo læſus fuit, proinde peccet, præſertim ſi agatur de fama Rei; unde ex hoc capite videtur etiam poſſe ſuam atteſtationem denegare.

11 Mihi tamen videtur procedendum cum diſtinctione, ſi enim teſtis ita inhabilis ſit, ut ab illa particulari atteſtatione à jure repellatur ex eo, quòd leges prohibeant haberi rationem teſtimonii ipſius, tunc non tenetur Judici competenti interroganti reſpondere: quia tunc Judex interrogans eum, quem jura repellunt à teſtificando, non agit ſecundùm jus, quia excedit facultatem Judcis, qui cum ſit Miniſter juris, non debet aliter procedere, niſi prout præſcribitur in jure; proinde non poteſt aliter agere cum teſtibus niſi ſecundùm jus: ergo non agit legitimè, ſi eum interroget, quem jura à teſtificando repellunt, proinde non tenetur teſtis obedire tali Judici interroganti, etiamſi competens fuerit; eò quia tantùm teneatur Judici obedire juxta juris præſcriptionem: & quamvis deberet præſupponere, quòd Judex poſſet interrogare ſecundum jus, ſi dubitaret, an poſſet Judex interrogare ſecundùm jus; non ita ſi certò ſciat, ſe à jure repelli à teſtificando: ſiquidem tunc ex vi legum eſt in poſſeſſione, quòd non debeat teſtificari; quapropter ſi Judex ex aliqua legis interpretatione poteſt cogere teſtem, debet id oſtendere; alioquin teſtis ſemper poteſt uti jure ſuo, idque ex eo oritur, quia leges prohibent haberi rationem atteſtationis inhabilis ad atteſtandum.

12 Neque eſt neceſſe, quòd in tali caſu Judex ſententiam ferat de inhabilitate, quia cùm hæc ſupponatur certa, non deſideratur ſententia Judicis, quæ ſolùm adhibetur, quando res aut dubiæ ſunt, aut ad juſtitiam obtinendam eſt neceſſaria poteſtas coërcitiva, quam præſens caſus excludit, eò quòd teſtis habet pro ſe ſuum jus oriens ex legibus repellentibus hanc teſtificationem; proinde tunc teſtis utitur jure ſuo. Quòd ſi teſtis non in totum à jure repellatur, ſed tantùm eidem jus non aſſiſtat, tametſi inhabilis ſit ex quocumque capite, adhuc ſi interrogetur legitimè à Judice competente, tenetur reſpondere, eo quia teſtes quamvis inhabiles, ſemper faciunt aliquam probationem, vel ſaltem indicium, ut notant Maſcardus *lib. 2. de probat. conclus. 682. n. 4.* Farinacius *in pract. criminal. q. 62. de teſtibus n. 261.* quia teſtes ratione inhabilitatis non cenſentur carere omni fide, ſed tantùm eam haberi ſuſpectam, proinde tantùm exhibent teſtimonium dubium, quod licèt non convincat, tamen indicat.

Tum quia ejus præſumptionem tenetur reus diluere, ut notat Gloſſa *in c. 1. V. ad teſtimonium.* Maſcardus *lib. 2. de probat. conclus. 682. num. 4.* Farinacius *in pract. crimin. q. 62. de teſtib. num. 264.* & hoc vel maximè procedit in inquiſitione, ut rectè oſtendit Decius *conſil. 342. n. 8.* quia quando ſola præſumptio inducitur, non requiritur, quòd res appareat evidenter, quia ſi evidentia præſumeretur, res eſſet certa: unde ſufficit, ſi appareat in aliquo, ex quo deduci poſſit: & teſtes quamvis inhabiles ſemper inducunt aliquam præſumptionem. Tum quia in aliquibus caſibus ſufficit levis, & apparens probatio, & tunc teſtis licèt inhabilis non excluditur *l. fin. C. edict.* Menochius *de arbit. q. 32. n. 2.* ſiquidem non obſtante inhabilitate ſemper inducit aliquam probationem, quia quamvis ex una parte inhabilitas fidem tollat; ex alia tamen dignitas hominis, qui non poteſt omnino à ſe ipſo deficere; neque totaliter cadere à regimine rectæ rationis, illam confirmat; quapropter quamvis atteſtatio dubia ſit, non tamen cenſetur falſa. Tum quia atteſtatio teſtis etiam inhabilis non eſt omnino inutilis, quia cum faciat præſumptionem, deſervit ad inquirendum, ut notat Julius Clarus *lib. 5. pract. crimin. §. fin. q. 24. arg. l. fin. de teſtibus.* 13

Quamobrem cùm teſtimonium teſtis etiam inhabilis inſerviat foro ad juſtitiam adminiſtrandam, tenetur legitimè interrogatus reſpondere, eò quia ſemel quòd ſe ſiſtit coram Judice, & ab eodem interrogatur, ſubjicitur jurisdictioni Judicis, & eſt ſub jure fori, proinde tenetur reſpondere, niſi excludatur à jure, quia ſicut forum debet juſtitiam adminiſtrare; ita etiam habet jus ea omnia exercendi, quæ ad ipſam adminiſtrandam ſpectant. 14

Hinc ad primum fundamentum oppoſitæ ſententiæ reſpondetur, teſtem inhabilem adhuc eſſe utilem pro juſtitia adminiſtranda, quando jus expreſſè ei non contradicit: ſiquidem teſtis dicitur tunc inhabilis, non quia ſit totaliter inhabilis, ſed quatenus non facit totam illam probationem, quam facit teſtis idoneus. Ad ſecundum reſpondent Carrier. *in pract. tract. de indic. §. ult. an teſtis num. 33.* Brunus *de indiciis p. 1. q. 2.* & alii teſtem, qui ratione inhabilitatis non debuit examinari, non facere indicium, quando in totum repellitur à teſtificando, adeo ut à jure expreſsè excludatur, ac repellatur; non ita quando lex ei non contradicit, quia tunc non eſt totaliter inhabilis, & ejus atteſtatio parit indicium, & præſumptionem, & deſervit ad inquirendum. Ad tertium reſpondetur, quòd ſi adſit in teſte timor, ne peccet, aliter deponendo con- 15

contra reum, quàm debeat; ſi timor ſit in ipſo teſte, poteſt hic ſecurus teſtificari, quia tunc timor indicat in teſtificante timoratam conſcientiam, quâ teſtificans juvatur ad deponendam veritatem. Præterea quia depoſitio teſtis, ut vim habeat, debet corroborari ratione, adeo ut Judex poſſit judicare, an depoſitio teſtis ſit juxta rationem, & vera, ut notat Gemin. *tract. de teſtib. p. 2. n. 137.*

§. III.

De exceptionibus declarantibus teſtem omnino inhabilem.

1 PLures ſunt exceptiones, quibus teſtes dicuntur inhabiles ad teſtificandum; prima eſt, ſi teſtis ſit ſervus, eò quia in jure ſervus pro nullo reputatur, & nimis indignum videretur, ſi lites, & controverſiæ inter homines liberos, ac ingenuos exortæ ſervorum teſtimoniis niterentur, ut deſumitur *ex l. 7. ff. h. t* hinc olim nonniſi in ſubſidium ſervi interdum pro teſtibus adducebantur, quinimo priùs ad veritatem eruendam tormentis ſubjiciebantur *l. 9. ff. de quæſt.* Hodie tamen quia inter Chriſtianos ſervitus, de qua loquuntur, ſublata eſt; non contingit ſervos vocari ad teſtificandum.

2 An verò Religioſi, & Monachi poſſint teſtificari, videtur dubium eſſe, ex eo quòd in aliquorum ſententia æquiparentur ſervis, qui non ſunt idonei ad teſtificandum in judicio, adhærent huic ſententiæ nonnulli apud Maſcardum *de probat. tom. 1. conclus. 260. n. 1.* Sed communior ſententia aſſerit, Religioſos, & Monachos, ac clericos poſſe eſſe idoneos teſtes; eò quia teſtimonium dicere omnibus permittitur, qui non prohibentur à jure: & nullum adeſt jus, quod prohibet Religioſis teſtimonium ferre in iudicio, imò *in c. nuper 51. h. t.* expreſſè habetur, quòd nulli teſti licèt Religioſo debeat credi in præjudicium alterius, niſi juret; unde ſupponitur, quòd Religioſus poſſit jurare in judicio, & teſtificari: hoc idem etiam deſumitur *ex c. veritatis de dolo, & contumacia*, & pluribus aliis locis, in quibus Religioſi leguntur admiſſi in teſtes.

3 Verùm tamen eſt, quòd Religioſus abſque prævio ſui Prælati conſenſu non debeat teſtimonium dicere. Quòd ſi illud fortaſſia dixiſſet inſcio ſuo ſuperiore, adhuc teſtimonium valeret, eò quia nullibi legatur prohibitum, ut notat Panormit. *in c. cùm munitus 8. h. t.*

Neque verum eſt, quòd Religioſi, & Monachi ita æquiparentur ſervis, ut non ſint in judicio idonei, nam ſervus nullo reſpectu quidquam proprium haber, & quidquid acquirit domino acquirit etiam ignoranti, & invito: ſecus Monachus tametſi ex ſua particulari perſona nil proprium habeat, illa tamen, quæ toti monaſterio inſunt jure identitatis, etiam ipſe participat, & eadem quæ ſunt propria etiam illius ſunt, & cæterorū, quatenus habet eſſe in corpore monaſterij. Rurſus ſervus neque de conſenſu domini poteſt munera publica, & judicialia obire, ſecus Religioſus ex conſenſu ſui Prælati poteſt in judicio eſſe procurator, imò etiam advocatus: unde ex eo, quòd ſervi non ſint idonei ad teſtificandum in judicio, non ſequitur, quòd etiam Monachi, & Religioſi ſint inhabiles.

Secundò ob lubricitatem ingenii excipiuntur à teſtimonio ferendo pupilli, & impuberes *l. 3. §. 1. l. Iulia. ff. h. t.* An verò ſaltem poſt pubertatem poſſint teſtari de iis, quæ in pubertate viderunt, & audierunt; ſiquidem poſſunt puberes eorum omnium reminiſci, quæ poſt infantiam audierunt, vel viderunt, & ipſis præſentibus poſt ſeptimum ætatis annum contigerunt, tametſi tunc fortaſſis non intellexerint, quid revera inter alios ageretur, non videtur inconveniens, ut de iis rebus poſt pubertatem permittantur teſtari. Nihilominus quia facile potuit obtingere, quòd impubes ob ſuam inadvertentiam non rectè rea, quæ tunc contigerunt, perceperit, ideo, ſi de illis poſt pubertatem deponat, relinquitur arbitrio Iudicis de iiadem iudicare, quantam fidem mereatur teſtimonium, quod conijci poteſt ex circumſtantiis, & an ad interrogatoria adverſarii rectè reſpondeat, ut notat Farinacius *de teſtib. q. 85. n. 53.* Rurſus excipiuntur infames, quorum alii dicuntur tales infamiâ iuris, & alii infamiâ facti. Infames infamiâ iuris ii dicuntur, quos ipſum ius infames eſſe declarat, & iſti, vel ipſo facto infamiam incurrunt, vel quamprimùm per ſententiam Iudicia. Ipſo facto, & ante ſententiam Iudicis incurrunt infamiam exercentes lenocinia, hiſtriones, qui quæſtûs cauſâ in ſcœnam prodeunt, niſi minorennes ſint, ut habetur *in l. ſi frater 21. C. ex quib. cauſ. infamia errogetur.* 5

6 Rurſus ipſo facto incurrunt infamiam deprehenſi in adulterio, contrahentes inceſtuoſas nuptias, Polygami, & olim etiam qui contrahebant nuptias intra annum luctûs, quòd tamen de iure canonico correctum fuit contra communem ſententiam *in cap. pen. extra de ſecund. nupt.*

7 Infames infamiâ iuris per ſententiam Iudicis ſunt damnati publico iudicio, ut qui incurrunt crimen læſæ maieſtatis, & convincuntur de raptu, de adulterio, de homicidio, ut etiam damnatus furti, iniuriarum, & doli, & etiam damnatus ex actione depoſiti, mandati pro ſocio, & tutelæ, dummodo condemnatio fiat propter dolum.

8 Infames infamiâ facti dicuntur, qui tametſi ab ipſo iure expreſſè nullâ infamiâ notentur; nihilominus tale ſcelus, ac turpe facinus perpetrârunt, ut eorum opinio apud probos, & honeſtos viros plurimum patiatur detrimenti, quapropter is, in quem Iudex per interlocutorium graviter invectus fuerit; vel filius, quem pater in teſtamento tanquam malum graviter increpaverit, notetur infamiâ facti *l. quæ verba 20. ff. & l. ea quæ 13.* generatim qui apud bonos, & graves viros malè audit, infamis dicitur, tametſi ei iure, & legibus nulla irrogetur infamia *l. ob hæc verba ff. de his, qui not. infamiâ.* Hinc qui reſtitutus eſt famæ, adhuc hac nota laborare dicitur, quapropter Claudius Cæſar cum cuidam notam appoſitam deprecantibus familiaribus

bus ademiſſet: *litura tamen extat*, reſpondit Cæſar, ſentiens remiſſâ culpâ, adhuc remanere veſtigium prioris infamiæ.

9 Hæc infamia quamvis neminem à poſtulando repellat, nec tam efficax ſit, quàm ea, quæ jure irrogatur: effectu tamen non caret. Infamia igitur facti incurritur ex ipſa rei indignitate ſecundùm cenſuram bonorum virorum. An verò infames infamiâ facti à teſtimonio dicendo repellantur, probabilior ſententia eſt, in cauſis criminalibus excludi, non ita in civilibus, ut videtur deſumi *ex cap. teſtimonium 54. h. t.*

10 Infames verò infamiâ iuris, qui à jure pro talibus reputantur tam civili, quàm canonico jure inhabiles ſunt ad teſtimonium in judicio ferendum ſive in cauſis civilibus, ſive in criminalibus, ut deſumitur *ex l. teſtium 3. §. lege Iulia ff. eod.* quia cùm teſtimonium, quod deponitur in iudicio, ſit actus judicialis. *l. penult. C. de hæret.* & actus legitimi interdicantur infamibus *c. licèt 47.* cum Farinacio *tract. de teſtib. q. 56. n. 26.* & alijs, ſequitur, infames infamiâ juris non poſſe in judicio teſtificari; quapropter pertinet ad officium Iudicis hujusmodi infames arcere à teſtificando, tametſi pars contraria nihil excipiat, ut notat Farinacius loco. *cit. n. 34.* quia niſi teſtes infames repellantur, ſententia ex eorum teſtimonii a lata, cùm ſic invalida, totum iudicium irritatur: quinimo etiam infames infamiâ facti, quæ non irrogatur à jure, ſed contrahitur à turpi crimine, ob quod criminoſus apud viros honeſtos, prudentes, & graves malè audit, & infamatur, neque eſſe poſſunt teſtes in judicio de jure canonico, licèt de jure civili aliter ſtatuatur *can. ſtatuimus cauſa 3. q. 5. c. infames 17. cauſa. 6. q. 1.* Neceſſe tamen eſt, ut infames infamiâ facti à Iudice ex officio, vel ſaltem à parte opponente repellantur, alioquin illorum teſtimonium valeret, ut notat Felinus *in c. teſtimonium 54. n. 3.* quamvis fidem non mereatur, eò quia teſtis de facto infamis non ſit integræ fidei, nec omni exceptione major, ut notat Gloſſa *in l. 3. §. dua autem ſunt cauſa V. eandem fidem.*

11 Teſtes verò criminoſi, qui de gravi crimine ipſis objecto convincuntur, debent excludi à ferendo teſtimonio, tam in cauſa civili, quàm criminali, tametſi antea de crimine illo convicti non fuerint, nec condemnati, ut ſtatuitur *in c. ſuper eo 13. h. t.* ubi habetur, quòd ſi teſtes de crimine non ſint convicti, vel confeſſi, ſi deinde convincuntur, repelluntur à teſtimonio tum in cauſa criminali, tum civili, & deſumitur *ex c. ſtatuimus 3. q. 5.* Inter hos criminoſos numerantur homicidæ, malefici, fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, venefici, perjuri, inceſtuoſi, ac qui falſum teſtimonium depoſuerunt, ut etiam qui ad ſortilegos, divinóſque acceſſerunt, hi omnes, quia infames, arcentur à teſtimonio ferendo. In jure tamen civili requiritur, ut teſtis criminoſus, & repellendus, ſit de crimine convictus, & damnatus *l. 3. §. l. Iulia.* Excipiuntur tamen illa crimina, quæ ipſo jure irrogant infamiam ante ſententiam condemnatoriam; tunc enim criminoſus repellitur à teſtimonio ferendo, etiam antequam condemnetur; ut notat Farinacius *tract. de teſtibus q. 5. 6. n. 30.* Spectato autem jure canonico criminoſus repellitur à teſtimonio dicendo, ſi crimen ei objectum fuerit legitimè probatum, tametſi de eodem non fuerit antes convictus, nec per ſententiam Iudicis condemnatus, ut deſumitur ex *c. ſuper eo*, & ibi Gloſſa *V. Confeſſ.*

Rurſus *in cap. teſtimonium 54. h. t.* habetur, 12
quòd ſi opponatur crimen teſti, & teſtis in eodem perſeveret, ejus teſtificatio, ſive in cauſa civili, ſive criminali nullum ſortiatur valorem: ſin autem emendatus ſit de crimine; nec ſit infamis, & crimen non erat perjurium, ſit recipiendus in cauſa civili, & criminali civiliter tractata. In criminali verò cauſa, ſi teſtis inſtitutâ priùs accuſatione contra ipſum in judicio de crimine convictus, vel illud confeſſus fuerit; vel ſi nunc per exceptionem convincitur, aut ejus opinio fuit gravata ex eo, quòd quandoque fuit tali modo repulſus, eſt removendus à teſtimonio, quamvis pœnitentiam egerit, licèt in civilibus repulſus admittatur. Ideo ex tali textu infertur quòd, criminoſus perſiſtens in ſuo crimine tam in cauſa civili; quam criminali ſit repellendus à teſtimonio ferendo: ſecus emendatus, & non infamis admititur in negotio civili, quod etiam colligitur ex pluribus alijs textibus, ut *ex cap. ferrum 50. diſt. cap. conſtituimus 3. q. 5. c. 1. & 3. q. 11. c. non eſt credendum 3. 5. q. 11. l. Imperialis C. de nupt. l. 2. ff. de ſenator. l. neganda 19. C. de his qui accuſare* & communiter hanc ſententiam docent utriusque juris periti cum Farinacio *de teſtib. q. 56.*

Ratio eſt, quia ex teſtibus productis, in 13
judicio eruitur probatio, à qua dependent vita, honor, & facultates, ſeu divitiæ hominis: ſi homo ob teſtes damnetur, hæc omnia perdere poteſt, quæ propterea dependent à teſtimonio, quod in judicio teſtes exhibent: ideo ad teſtificandum legumlatores non niſi viros probos admiſerunt, quorum fides minimè vacillet *cap. in noſtra 32. h. t. l. 1. ff. de teſtibus:* homines autem criminoſi, cum non ſint viri probi, eorum fides non cenſetur firma, & propterea à jure repelluntur à teſtimonio perhibendo: quia ut aſſerit Stephanus Papa *in c. 1. cau. 3. q. 11. Non poteſt juſtitia cum homine ſcelerato commercium habere.* Tum quia teſtimonium judiciale recenſetur inter actus legitimos *l. penul. de hæret.* & infames à legitimis actibus ſunt excluſi *c. licèt 47. hoc tit.* Hinc Paulus *lib. 5. ſententiarum tit. 15.* ait, teſtes illos, quos vitæ humilitas infamavit, interrogare non decere, & vitæ qualitatem ſpectari oportere; quamobrem ſi teſtes in alio judicio Rei poſtulati, confeſſi, aut convicti fuerunt, vel etiam nunc per exceptionem convincuntur, à teſtimonio dicendo excluduntur; niſi ſe innocentes probaverint, vel emendationis documenta dederint, quia data emendatione, ſeu pœnitentia in peccatore ceſſat canonica infamia, quæ totaliter aboletur *c. illi 3. 6 q. 1.* adeò ut criminoſus ſi verè emendatus fuit absque canonico impedimento poſſit teſtimonium deponere *c. pendere 50. diſt. c. ſi Presbyter 26. q. 6.* idque tamen procedit in cauſa civili, non criminali, quia per emendationem non tollitur nota criminis

quæ cenſetur adhuc perſeverare poſt peractam pœnitentiam, & emendationem *l. 1. ff. §. ſi quis rem depoſitam ff. depoſiti l. qui ſic. 17. §. 1. ff. edil. edict. l. 3. C. de apoſtatis* quia tametſi criminoſi per emendationem ſint immunes à reatu peccati *c. ferrum. c. fideliter 50. diſt.* non tamen liberantur à pœna in foro externo inflicta *l. ſi pignore §. cum furti.*

14 Quamobrem criminoſi poſt emendationem in cauſis civilibus arcentur à teſtimonio ferendo, non ita in criminoſis cauſis, in quibus de majore præjudicio agitur. Iuvat obſervare, quòd emendatio in manifeſto criminoſo non præſumitur *l. ſicut §. 1 ff. de ac.* unde qui teſtem producit, tenetur oſtendere probatione legitima, ſe jam emendatum eſſe, ut notat Hoſtienſis *V. perſeveret.* Neque ea cenſetur probatio legitima, quæ fit per aſſertionem confeſſarij, quia depoſitio confeſſarij, etiam facta de pœnitentis licentia non plenè probat *c. licet. h. t.* Menochius *de præſumpt. 95.* unde illa probatio attendenda eſt, quæ veram, & ſinceram emendationem probat per laudabilem ſubſequentem vitam, ac diuturnam non peccandi conſuetudinem; quæ diuturnitas conſtitui ſolet per integrum triennium *argu. text. in authent. de Monach. §. hic autem.* Immo hoc ita eſt etiam intelligendum, ut procedat, niſi peccatum ita grave fuerit, ut etiam poſt pœnitentiam duret infamia juris, vel facti, quia cum tali infamia perſeverante repellitur criminoſus à teſtimonio ferendo.

15 Cæterum hactenus dicta tantùm procedunt, quando poſſunt alij idonei teſtes reperiri, tunc enim excludendi ſunt criminoſi, & poſt pœnitentiam adhuc notati infamia juris, vel facti: non ita quando rei veritas, non poteſt aliter per teſtes idoneos probari, quia tunc ne copia probationis pereat, admittuntur etiam teſtes criminoſi, & infames: excipiuntur tamen inimici *c. tertio loco de probat. c. veniens 38. h. t. cap. cum dilectus 22. de elect. cap. etſi Chriſtus de jure jur. l. conſenſu 8. §. ſervi C. de repudiis*, & docet Menoch. *de arbit. q. 27. n. 7.* Admittuntur etiam criminoſi ad ferendum teſtimonium in crimine hæreſis *cap. in fidei de hæret. in 6. l. quoniam C eod. tit. cap. litteris 14. de præſumpt.* In crimine ſimoniæ *c. licèt 31. c. per tuas 32. de ſimon.* In crimine Sacrilegij *cap. in primis 17. q. 1.* In crimine læſæ majeſtatis *cap. final 15. q. 6.* In crimine conjurationis *cap final. de teſtib. cogend.* Non tamen in hiſce prærecenſitis caſibus criminoſi faciunt plenam, & integram fidem, ut deſumitur *ex c. per tuas 32. de ſimon.*

16 Communi aſſertioni videntur tamen obſtare aliquot difficiles textus *cap. quoniam V. ne veritas.* ut lite non conteſtata *cap. ſignificavit 41. h. t. c. final. 14. q. 2. l. quoniam 12 C. de hæret.* ubi expreſſè habetur, quòd facultas probationum non debeat reſtingi, nec coanguſtari: atqui ſi à teſtimonio dicendo repellantur criminoſi non emendati, facultas probationum nimis coangustatur, præſertim cum nemo ſit, qui ſine crimine vivat *cap. unum 3. Nunc autem 25. diſt.* ergo omnes criminoſi non emendati non ſunt arcendi à teſtimonio deferendo.

17 Firmari ex eo poteſt, quia criminoſi non aliter repelluntur à teſtimonio ferendo, quàm ſi in judicio publico damnati ſint *l. 3. §. lege Iulia 5. ff. de teſtib. l. ad latas §. calumniator ff. de his qui notam infamiæ*: ergo criminoſi ob patratum crimen non debent à teſtimonio perhibendo excludi, ſaltem antequam per ſententiam Iudicis damnati fuerint, ut criminoſi.

Firmatur ſecundò, quia *ex l. 4. §. final. ff. de his, qui notantur infamia* fur habetur criminoſus, & etiam notatur infamia: atqui fur non repelli à teſtimonio ferendo in cauſa criminali civiliter intentata liquet *ex c. per tuas de ſimon.* ergo criminoſus infamis non videtur repelli à teſtimonio perhibendo. 19

Verùm hiſce difficultatibus ſatisfit, ſi dicatur, quòd facultas probationum non ſit reſtringenda per excluſionem criminoſi privati, quia tunc verè talis facultas coanguſtaretur, non ita coanguſtatur, ſi tantùm excludantur criminoſi publici, & ex alia parte adſint teſtes idonei ad probandam rei veritatem; tunc enim ſufficienter veritas probari poteſt abſque ulla anguſtia: eſt enim diſcrimen inter peccata occulte tranſeuntia, & crimina perſiſtentia, ac iterata, & in quibus homo pervicaciter perſiſtit: ſiquidem occulta, quæ nequeunt probari, non removent teſtem à teſtificando, quia in jure non eſſe, & non apparere habentur pro eodem *l. duo ſunt 30. ff. de teſtam. tutor. l. in lege 77. ff. de contrahend. empt.* Tum quia in peccato occulto non iterato præſumitur pœnitentia, ut notat Barbat. *num. 31.* Secus ſi crimina ſint publica, & repetita; repellitur teſtis criminoſus *l. 8. tit. 16. part. 3.* 20

Ad primam confirmationem reſpondetur, textus præcitatos tantùm valere in jure civili; non verò in canonico, ſiquidem quoad hoc eſt diſcrimen inter utrumque jus, quia in jure civili non quælibet delicta ſufficiunt, ſed illa duntaxat, quæ lege Iulia, aliiſque legibus ſunt expreſſa, & requiritur etiam, quòd infamis ſit damnatus publico judicio, ut deſumitur *ex l. 3. §. lege Iulia l. Seia 14. & ſequent l. ex eo 18. §. de teſtib. l. ad latas. §. calumniator. ff. de his qui not. infam.* Secus in jure canonico per quodcunque crimen quomodolibet probatum etiam per viam exceptionis ſufficit ad repellendum teſtem, ut deſumitur *ex cap. 1. de except. cap. infames 6. q. 1.* Quamobrem in jure civili ex delictis, quæ ſola damnatione famoſa ſunt, nemo à teſtimonio arcetur ante ſententiam: ſecus eſt dicendum de illo, qui propter factum ipſo jure notatur infamia. In jure canonico è contra propter quodcunque crimen incurritur infamia, proinde probato crimine etiam per viam exceptionis removetur criminoſus à teſtificando, niſi priùs oſtendat ſe emendatum, per integrum triennium. 21

Hinc patet ſolutio ad ſecundam confirmationem, quia furtum in lege civili non eſt ex criminibus exceptis. Tum quia criminoſus emendatus poſt peractam publicam pœnitentiam, quamvis admitti debeat in teſtem in cauſa civili, vel criminali, cùm civiliter agitur de crimine, non tamen in cauſa criminali criminaliter intentata, in qua etiam poſt emendationem criminis non admittitur teſtis ad dicendum teſtimonium, 22

tametſi

tametſi non fuerit condemnatus per ſententiam, de crimine, dummodo fuerit convictus de eo per probatam exceptionem, vel reus fuerit ſuum crimen confeſſus.

23 Generatim ſeptem aſſignantur caſus, in quibus repellitur quis à teſtimonio ferendo propter crimen, ut deſumitur *ex c. teſtimonium h. t.* Primò ſi criminoſus perſevaeet in ſuo crimine. Secundò ſi ſit infamis infamiâ juris. Tertiò ſi ſit perjurus. Quartò ſi aliàs inſtituta actione contra eum fuit de crimine convictus, licèt nunc ſit emendatus. Quintò ſi fuit aliàs crimen in judicio confeſſus. Sextò ſi nunc etiam poteſt per exceptionem convinci de crimine antehac commiſſo. Septimò ſi gravata ſit ejus opinio, eò quia per viam exceptionis fuerit aliquando repulſus. In hiſce caſibus ſemper repellitur in cauſa criminali criminaliter mota. In cauſa verò civili tres aſſignantur caſus, in quibus, cum de crimine civiliter agatur, etiam excluditur. Primò ſi perſeveret in crimine; ſecundò ſi ſit infamis infamiâ juris; tertiò ſi ſit perjurus, qui falſum juramento firmavit, is enim neque in cauſa civili, neque criminali poteſt eſſe teſtis, ut deſumitur *ex cap. quicunque 18. cauſa 6. q. 1.* & *ex regula juris 8. in 6.* ubi ſemel malus, præſumitur ſemper eſſe malus in eodem genere mali, quod procedit maximè de illo, qui in judicio teſtificando pejeraverit: nam ex quo ſemel deliquit in aliquo officio, ſemper cenſetur ſuſpectus in eodem; ut notat Abbas *in cit. cap. teſtimonium n. 7.* Non tamen id procedit de illo, qui violavit juramentum illicitum, & temerarium, is enim a teſtimonio ferendo non repellitur, eò quia violans tale juramentum non eſt perjurus: ſiquidem illicitum juramentum non eſt ſervandum, quia juramentũ non eſt vinculum iniquitatis, quinimo jurans peccaret, ſi certò ſciens eſſe illud illicitum, & temerarium, adhuc illud ſervaret.

24 Rurſus accuſatus de gravi crimine irroganta infamiam pendente accuſatione non admittitur ad teſtificandum in alia cauſa criminali, ut deſumitur *ex cap. non debet 56. h. t.* ſiquidem pendente accuſatione ſi innocentia, non oſtendatur, cenſetur gravata æſtimatio accuſati de crimine, quapropter eius teſtimonium in cauſis criminalibus non admittitur, quia in iiſdem debent teſtes carere omni ſuſpicione, & notâ infamiæ, ſiquidem cùm in cauſis criminalibus agatur de gravi periculo delinquentis, deſiderantur probationes certæ, indubitatæ, carentes omni ſuſpicione *l. fin. C. de probat.* conſequenter debent teſtes eſſe integræ famæ. In cauſa verò civili etiam quando agitur civiliter de crimine admittitur teſtimonium accuſati de crimine pendente accuſatione, ut deſumitur *ex c. fin. h. t. cuncta.* Gloſſa *V. pendente accuſatione.* Excommunicatus non admittitur in iudicio ad ferendum teſtimonium, quia excommunicati habentur ut infames *cap. illi qui 3. c. infames 17. cauſ. 6. q. 1.* & deſumitur etiam *ex cap. legimus 38. in fin. h. t.* ubi ſtatuitur, quòd teſtes de quorum excommunicatione dubitatur, eò quia excommunicati dicantur, debeant priùs ad cautelam abſolvi, quàm permittantur iudiciale teſtimonium proferre, imò monet Gloſſa, quòd non niſi ob cauſam neceſſitatis debeant excommunicati præmiſſa abſolutione admitti in teſtes. In crimine autem hæreſis etiam, qui maiore excommunicatione innodatus eſt, ob fidei favorem ad illius probationem admittitur teſtis quamvis excommunicatus ſit maiori excommunicatione *c. in fidei 5. & ſequent. de haret. in 6.*

§. IV.

De exceptionibus excludentibus teſtes reſpectu perſonarum.

NOnnunquam teſtes excluduntur à teſtimonio dicendo, quia contra alios teſtimonium deponere nequeunt, vel quia pro certis perſonis non admittuntur ad teſtimonium dicendum. Teſtes, qui excluduntur à ferendo teſtimonio contra alios, ſunt præſertim inimici, ſiquidem *l. 3. in princ.* & *l. ſi quis 17. C. eod authent. de teſtibus §. ſi verò quis dicat collat. 7.* prohibetur inimicus teſtimonium ferre contra eum, cum quo inimicitiam gerit, quod procedit etiam in criminibus exceptis, cujuſmodi ſunt crimina hæreſis, læſæ majeſtatis, ſimoniæ, in his enim delictis ob gravitatem, etiam inimici admittuntur in teſtes *c. per tuas 32.* juncta Gloſſa *V. inimici tui capitales de ſimon.* Menochius *de arbit. judic. lib. 1. q. 28. n. 2.* Cæterum in aliis delictis inimicus non admittitur in teſtem contra eum, cum quo inimicitiam fovet, ſiquidem inimici ob malevolentiam erga inimicos præſumuntur falſa dicere *argu. l. 1. §. propterea ff. de quaſt.* alioquin per falſas probationes poſſent etiam innocentes condemnari; hinc in delictis præſertim occultis, ac difficilis probationis non admittuntur inimici ad teſtandum, præſertim cùm inimici teſtimonium nec ſemiplenè probet, nec indicium aliquod faciat, vel præſumptionem ad inquirendum ſaltem ſpecialiter, ut notat Farinacius *tract. de teſtibus q. 43. n. 12.* 1

2 Id tamen procedit de inimicitia gravi, & capitali, quia ob levem inimicitiam non excluditur inimicus à teſtificando, ut notat Maſcardus *de prob. concluſ. 857. n. 55.* Inimicitia capitalis ea in jure cenſetur, quando inimicus minatus eſt alicui mortem, vel accuſavit eum de crimine capitali, vel occidit eius conſanguineum, ut notat Abbas *in c. accedens 4. n. 3.* Rurſus hæc procedunt in cauſis civilibus, quia in cauſis criminalibus etiam levis inimicitia teſtem excludit, quia in criminalibus requiruntur teſtes omni exceptione majores, cuiuſmodi non ſunt inimici. Neque procedit de inimico reconciliato, quia ſi tempore depoſitionis ſit totaliter reconciliatus, quamvis antea fuerit inimicus, adhuc non repellitur à teſtificando contra ipſum, cui antea erat inimicus, è converſo ſi tempore depoſitionis teſtis erat inimicus, non valet ejus teſtimonium, tametſi poſtea reconciliatus ſit, fiatque amicus, ut notat Farinacius *n. 58.* In favorem tamen ſui inimici inimicus admitti poteſt in teſtem, quia deponendo in favorem ſui inimici ceſſat præſumptio, quòd mentiatur.

Libea-

3 Libertus etiam prohibetur teſtimonium dicere contra ſuum patronum *l. 3. § lege Julia in princ.* & ſolet etiam id extendi à paritate rationis, ut nec Vaſallus contra dominum feudi, nec ſubditus contra dominum poſſit teſtimonium ferre, niſi dominis conſentientibus, vel Judice cogente ob defectum aliarum probationum, ut notat Farinacius *de teſtib. q. 55. n.* 181. Rurſus excluduntur Judæi, pagani, hæretici à ferendo teſtimonio contra Ortodoxos, ut deſumitur ex *cap. non poteſt. c. pagani q. 7. l. quoniam 21. C. de hæres.* Plures tamen id limitant, ſi Judæus contra Chriſtianum litem habeat, & pro ſe vellet producere alium Judæum; quòd ſi Chriſtianus contra Chriſtianum litigaret, & unus vellet Judæum in teſtem adhibere, cenſent plures, quòd tunc eſſet Judæus in teſtem admittendos, eò quia tunc ratio odii in Judæo æqualiter militat reſpectu utriusque ligitantis; ordinariè tamen excluduntur Judæi cùm ſint homines viles, perditi, pecuniis inhiantes, & tales, qui facili negotio promiſſâ pecuniâ corrumpi poſſint. Cæterum ſi Judæus admittatur in teſtem, illi non creditur, niſi priùs juramentum præſtiterit ſecundùm ſuam religionem.

4 Laicus in cauſa criminali, quando agitur de crimine criminaliter, ſeu per modum accuſationis ad publicam vindictam, regulariter non admittitur ad ferendum teſtimonium contra clericum, ut deſumitur *ex cap. 14. de cætero h. t.* & ratio deſumitur tum ex reverentia, quam laici debent clericis, qui Dei legatione funguntur in terris, *cap. quis dubitet. cap. duo ſunt 96. diſt. cap. accuſatio 11. in fin. 2. q. 7.* Tum quia laici ſupponuntur infeſti clericis, cùm non ſint ejusdem converſationis *cap. laicus 2. q. 7. cap. beatus 2. q. 2. cap. clericos. de immunit. Eccleſ. in 6.* ſiquidem inter eos, qui fortunâ ſunt diſſimiles, plerumque datur indignatio, qua ratione idiota ſtudioſum litterarum, ruſticus Aulicum, juvenis ſenem oderit, ut probat Tiraquel. *in l. 5. connub. num. 25.* Ob hanc infeſtationem *in cap. clericos de immunit.* laici removentur à teſtimonio perhibendo in cauſa criminali contra clericum. Tum quia indecens eſt, ut qui ſtatu eſt inferior in cauſa criminali teſtimonium ferat contra eum, qui ſtatu eſt ſuperior *argum. c. clericus 10. q. 7.* ubi clerici minores prohibentur teſtimonium ferre contra majores, proinde multò minus laici contra clericos debent teſtimonium ferre.

5 Cæterum in cauſa civili laicus coram Judice Eccleſiaſtico poteſt contra clericum teſtimonium producere, quia id nullibi eſt prohibitum, ut colligitur *ex cap. 14.* argumento ducto à contrario ſenſu, non ita id procedit in cauſa criminaliter mota, quia tunc agitur de majore præjudicio, pœnisque gravioribus, quàm in civili, ubi tantùm agitur de bonis externis. Et aſſertio extenditur etiam ad viros religioſus, contra quos laicus non poteſt teſtimonium ferre in cauſis criminalibus; ſiquidem in materia favorabili religioſi comprehenduntur nomine clericorum; immo extenditur etiam ad clericos initiatos ſolâ primâ tonſurâ, ut notat Gloſſa marginal. *in cit. cap. de cætero.*

6 In criminibus tamen hæreſis, læſæ majeſtatis, ſimoniæ, nefandi criminis laicus non prohibetur teſtimonium ferre contra clericum, ut notat Gloſſa *in cit. c. de cætero argum cap. tanta 7. de ſimonia.* Neque in criminibus notoriis, quæ aliis ſunt publico ſcandalo, ut notat Abbas *in cap. tanta num. 4.* nec ſi clericus ſit infamatus, ut notat Imola *in cap. cum non ab homine 10. n. 7.* Nec quando clerici haberi non poſſunt in teſtes, tunc enim ſubintrant laici, alioquin daretur clericis occaſio impunè delinquendi in illis locis, ubi non ſunt alii clerici, ut notat Maſcardus *concluſ 1358. n. 46.*

Cæterùm in favorem clerici, ſed in ejus defenſionem poteſt laicus produci in teſtem, ut notat idem Maſcardus *loco cit, n. 43,* Quòd ſi laicus in cauſa criminali contra clericum bonæ famæ admittatur in teſtem, tunc non cenſetur teſtis integer, & omni exceptione major, niſi cùm ipſo ſimul teſtificetur, & examinetur clericus bonæ famæ, quia tunc inhabilitas laici ſuppletur per teſtimonium clerici *argum. cap. per tuas 9. de arbit.* ubi habetur, quòd tametſi in cauſa ſpirituali non poſſit compromitti in laicum, poteſt tamen in clericum, & laicum ſimul. 7

In contrarium tamen poteſt objici, quia mulieres in teſtimonium admittuntur contra clericos: ergo multò magis Viri laici juxta textum *in cap. forus Ver. naturam de V. S.* ſiquidem mulier in cauſa criminali admittitur in teſtem contra clericum *cap. quoniam 3.* proinde etiam laici adverſus clericum debent in teſtes admitti. Firmatur primò, quia teſtimonium populi dicitur laicorum depoſitio *cap. 1. de præbend.* ſiquidem populi appellatione non comprehenduntur clerici, ut liquet *ex cap. Eccleſia de conſtit.* atqui adverſus clericum in cauſa criminali admittitur teſtimonium populi *cap. cum dilecti de purgatione canon.* ergo etiam laici contra clericos poſſunt teſtimonium dicere. Tum quia cauſa conſpirationis, & conjurationis in proprium Prælatum eſt criminalis: ſed in cauſa conjurationis contra clericum laici admittuntur in teſtes *cap. ult. de teſtib. cogen.* ergo laici in cauſa criminali poſſunt teſtimonium dicere contra clericos, idque expreſſiùs videtur probari *in cap. tam litteris 33. h. t.* 8

Verùm hæc non evertunt noſtram aſſertionem, quia revera conſuetudo per plures retro annos viguit, ne laici adverſus clericos teſtimonium dicerent: neque ex allegatis textibus contrarium eruitur: ſiquidem textus *in cap. quoniam 3. h. t.* tantùm procedit in caſu, quo ob defectum teſtium delictum niſi per mulieres, cum quibus commiſſum fuit, probari non poſſit. Alius textus petitus *ex cap. cum dilecti de purgat. canon.* tantùm procedit in delicto notorio, ut erat peccatum, de quo in illo textu agebatur onde ad probandam notoreitatem fuerunt laici admiſſi. Hinc patet ſolutio ad confirmationem, quia teſtimonium popoli tantùm procedit in delicto notorio, ut erat illud, de quo agebatur *in c. cùm dilectis de purgat. canon.* Ad aliud, quod addebatur de laicis admiſſis in teſtes in cauſa conjurationis contra Prælatum, reſpondetur, in illo textu tantùm fuiſſe quæſitum, an laici, eò quia iuraverant, non detegere crimen conſpirationis 9

rationis commiſſum à clericis compellendi eſſent juxta rubricam, ſub qua habetur talis textus, noo obſtante juramento; & Pontifex ſtatuit, eos abſolvendos eſſe à juramento, & cogeodos ad teſtimoninm dicendum. Cæterum de eorum inhabilitate, & ſide nil in eo textu ſtatuitur, nec ſuper his Pontifex conſulitur. Quamobrem Pontifex adhue reſpondiſſet, fidem eſſe illis adhibendam non ſolùm ob defectum teſtinm, verùm etiam ob gravitatem ſceleris.

10 Sicut laicus regolariter loquendo oon poteſt contra clericum teſtimonium ferre, ita neque clericus contra laicum io cauſa criminali, & deſumitur *ex cap. teſtimonium 9. cauſa* 11. *q.* 1. ubi expreſsè dicitur, quòd teſtimonium clerici oon recipiatur contra laicum io cauſa criminali, ut ibidem notat Gloſſa *V. recipiat.* id tamen intelligitur in cauſis criminalibus, quando de crimine agitur criminaliter, nt quando agitur de pœna ſangninis, tunc enim non poteſt clericus contra laicum teſtimonium ferre, quia concurreret ad illam ſanguinis effuſionem, & incurreret irregularitatẽ. Sed de teſte clerico fuſiùs infra dicemus. Teſtimonium Chriſtianorum cootra Judæos, alióſque infideles in omnibus cauſis civilibns, & criminalibus recipiendum eſt, immo excommunicantur, qui Judæos in hac parte præferunt Chriſtianis, cùm debeant Judæi potiùs Chriſtianis ſubeſſe, quamvis à Chriſtianis pro ſua humanitate foveri debeanr, ut habetur *in cap. Judas 21. h. t.* unde quamvis Jndæi, & alii infideles non poſſint eſſe teſtes contra Chriſtianos, hi tameo poſſuot teſtimonium ferre cootra illos, quia poſt Chriſti mortem debent Judæi ſubeſſe, & ſervire Chriſtianis *cap. Judai 21. h. t.*

11 Neque obſtat, quòd io judiciis ſit æqualitas ſervaoda *cap. 2. de mutuis petitionib.* proinde ſicut Chriſtiani Judæos exclndunt à teſtimonio ſerendo contra ſe, ita nec contra Jndæos recipiendi ſunt Chriſtiani. Nam reſpondet Gloſſa *in cit. element.* 1. hanc æqualitatem in judiciis eſſe attendendam penes perſonas actoris, & Rei, ut ſenſus ſit, quòd regulariter non liceat actori, quod oon licet reo juxta *regulam juris 32. in 6.* non ita reſpicit perſonas teſtium, alioquin ſequeretur, qood fide dignus non recipiens contra ſe teſtem criminoſum, vel excommunicatum, nec ipſe contra illum poſſet recipi, quod eſt abſurdum, & contra jura, quia teſtes omni exceptione majores recipiuntur contra quoſcunque. Per exceptionem criminis poſſunt tamen Chriſtiani ab infidelibus repelli, ut tradit Gloſſa *magn. in notat. V. Chriſtianus in cit. clement. h. t.* Cæterum licèt Eccleſia regulariter non puniat Judæos, ſed illi puniantur à ſolis Principibus ſæcularibus, sub quibus degunt; poteſt nihilominus Eccleſia Jndæos indirectè privare communione, & commercio fidelinm, quatenus poteſt prohibere, ne Chriſtiani tractent cum Judæis, ut notat Gloſſa *in cit. clement. 1. V. Principum.* Poteſt etiam Eccleſia in laicos, & Principes ſæculares exercere jurisdictionem eos excommunicando, ſi aliquid ſtatuant, vel attentent, quod in opprobrium, & injuriam Chriſtianæ religionis poſſit cedere, nt notat Abbas *in c. Judai 21. num. 1. not. 2. h. t.*

In plurium ſententia prohibentur etiam teſtimonium dicere Advocati contra ſuos clientes, & deſumitur ex text. *in l. fin. ff. de teſtibus;* & ratio eſt, quia cùm quilibet cliens communicet ſuo advocato, & patrono litis ſuæ ſecreta, videtur indignum, & rationi minùs conſentaneum, quòd parronus in eadem cauſa contra fidem priùs datam teſtimonium depnnat adverſos ſuum clientem. Eadem ratione neque admittuntur tutores, & curatores ad teſtificandum contra ſuos pupillos, & minores; ſi controverſia dependeat ex illis rebus, quarum notitiam tutor, ut tutor acquiſivit; idque deſumitur *ex d. l. fin. ff. de teſtibus* quia cnm in favorem pupillorum introductum ſit, ut res corundem per rutores diligentiùs inſpiciantur, non debet id in ipſorum odium verti. Neque conjuges contra ſe invicem permittuntur teſtari, ne ſcilicet conjngalis concordia lædatur, & mala plorima in matrimonio ſequantur, ut notat Farinacius *de teſtib. q. 54. n. 219.* 12

Diximus de iis, qui contra certas perſonas non poſſunt teſtari, ſupereſt dicendum de iis, qui pro aliis perſonis teſtari poſſunt; & primò dubitatur de parentibus, an in aliquibus caſibus teſtari poſſint pro filiis. Certum eſt, parentem pro filio, & vice verſa filium pro parente non admitti in teſtem in judicio *l. teſtis 9. ff. h. t. l. parentes 6.* juncta Gloſſa *V. adverſus ſe*, idque in cauſis filiorum, & vice verſa, ſicut neque pro ſe *C. eod. c. ſi teſtes 3 §. teſtis idoneus cauſ. 4. q. 2. & 3.* ratio petitur à naturali amore, quem inter ſe fovent pater, & filius; tum quia cenſentor una perſona, & vox unius dicitur eſſe vox alterius, ut notat Maſcardus *de probat. concluſ.* 1148. *n.* 1. *&* 2. immo extenditur etiam ad matrem, quæ venit appellatione parentis, immò ad omnes aſcendentes, & deſcendentes tam maſculos, quàm fœminas in linea paterna, & materna usque in infinitum, ſiquidem omnes comprehenduntur ſub appellatinne parentum *l. appellatione 6.* Gloſſa *V. parentes C. h. t.* 13

Fit etiam extenſio ad filium emancipatum, quia tametſi ceſſet patria poteſtas per emancipationem, non tamen ceſſat paterna affectio in filium, & filialis in patrem, ob quam rationem uterqne excluditur à teſtimonio dicendo in favorem alterius *l. 8. ff. de R. J.* Gloſſa *in cit. leg. parentes 6.* immo extenſio non ſolùm fit ad filios legitimos, & natnrales, ſed etiam ad ſolos naturales, immo ad ſpurios, & inceſtuoſos, quia utrinque ſemper eſt par ratio, ſemper enim inter patrem, & filium eadem fovetur affectio, ſicut etiam inter patrem, & filium adoptivum, ſi ſit in poteſtate patris adoptantis; ſecus ſi non ſit, & adoptio ſit diſſoluta; tooc enim admittitur pater adoptivus ad teſtificandum pro filio, & è contra, ut notat Maſcardus *n. 18. & ſequent.* Neque Vitricus poteſt pro privigno teſtificari in judicio, nec è contra *arg. l. Julia 4. ff. h. t.* nbi cùm prohibeatur, ne Vitricus teſtimoninm dicat contra privignum, ſequitur, quòd nec iſte pro illo poſſit teſtimonium dicere. Immo neque in patris teſtamento poteſt filios eſſe teſtis, quia 14

Pater, & Filius cenſentur quaſi nna, ac eadem perſona *l. ult. C. de impub. & aliis ſubſtitutis.*

15 Poſſunt tamen parentes admitti io teſtes pro filiis, & hi pro parentibus; ſi etiam adverſarius ſpontè tales perſonas admittat, ſiquidem poteſt tunc quis renunciare juri, & favori pro ſe introducto, ut notat Farinacius *q. 54. num.* 189. Poſſunt itidem Pater, & Filius eſſe teſtes inſtrumentarii præſertim in contractibus, dummodo utraque pars contrahentium conſentiat, quo pacto poteſt Filius eſſe teſtis in contractu à patre inito cum alio extraneo, ſi is conſenſum præbuerit; immo ſufficit, ſi extraneus ſciat à patre aſſumi Filinm in teſtem, & non contradicat, qnia tunc videtur tacitè aſſentiri. Secus ſi extraneus ignoret, Filium aſſumi in teſtem, quia ignorans non cenſetur conſentire, nec approbare *l. nec ignorans* 10. *C. de donat.*

16 Rurſus etiam in criminibus, exceptis criminibus hæreſis, & læſæ majeſtatis; ut etiam in factis, qnæ ſunt difficilis probationis, & quorum notitia ad alios non perveoit, & parentes optimè ſciunt, ii etiam admittuntur in teſtes pro filiis, ut notat Farinacius *n. 193. & ſequent.* ut eti. m ſi filii inter ſe litigent, tunc Pater admittitur in teſtem pro uno contra alium, quia cùm cenſeatur par affectio in ntrumque, ceſſat omnis ſuſpicio, quòd contra æquitatem uni potiùs velit favere, quàm alteri. In quæſtione ætatis Filiorum etiam pater aſſumitur in teſtem, immò præcipuè etiam Mater, cùm hæc exactiùs præſumatur ſcire ætatem filii. Verùm aſſeveratio patris, & matris de ætate Filiorum non facit ſemiplenam probationem, ſi filio ex parentum atteſtatione commodum accreſcat cum præjudicio tertii: unde talis aſſeveratio non niſi quandam inducit præſumptionem, adminiculis fulciendam, ut ſubſiſtat, ut ſi Pater afferat librum, in quo ſcripta ſint natalitia Filiorum, ſcilicet quo anno, menſe, die, horâ nati ſint.

17 In cauſa religionis, ut ſi Filius ingreſſus ſit religionem, & dubitetur, num habuerit animum profitendi, tunc etiam admittitur parens in teſtem, ut habetur in *c. præſens caus.* 20. *q.* 3. ubi teſtimonium patris auditur ad dirimendum matrimonium ſpirituale. Sin verò ex atteſtatione parentum nullum accreſcat filiis comodum, non prohibentur teſtari pro filiis, & iſti pro parentibus, quia ut nntat Farinacius *num.* 183. ceſſat tunc ratio ſuſpicionis. In cauſa matrimoniali cùm agitur de impedimento, ne matrimonium contrahatur, patris teſtimooium admittitur, idque in favorem matrimonii, quia parentes cenſentur certiorem habere de veritate rei cognitionem, ſiquidem ſi impedimentum ſit conſanguinitatis, parentes exactius ſciunt ſuas genealogias, quam extranei, quapropter tunc teſtimonium parentum eſt cæteris præferendum.

18 Sin verò cauſa matrimonialis ſit ſuper alio impedimento, ut an à filio, vel filia facta ſit promiſſio matrimonii, tunc atteſtatio matris non caret ſuſpicione, præſertim ſi Filius, vel filia per tale matrimooium debeat ad pinguiorem fortunam, & nobiliorem ſtatum aſſurgere, quia tunc parentes, cùm cenſeantur diligere filios, non ſunt teſtes idonei in *c. ſuper eo b. t.* Sin verò agatur contra matrimonium, ne contrahatur ob impedimentum dirimens, tunc per nnius teſtimonium ſive patris, ſive matris poteſt plenè probari impedimentum, ne matrimonium contrahatur: agitur enim tunc de peccato impediendo, & cavenda irreverentia ſacramenti, quæ fieret, ſi inhabiles matrimonium contraherent, ſin verò agatur de diſſolvendo matrimonio jam contracto ob impedimentum dirimens, tunc non ſufficit teſtimonium unius, ſed ad minimum requiruntur duo jurati teſtes, quia tunc agitur de magno præjudicio ipſorum conjugum, grave enim ex ſeparatione patiuntur incommodum.

19 Quòd ſi impedimentũ dirimens ſit conſanguinitatis, vel affinitatis, tunc magis idonei teſtes parentes, & conſanguinei ſunt, quàm alii, ut liquet ex *c. quotiens 5. b. t.* Quamvis regulariter uni conjugis pro altero teſtimoniũ noo admittatur, ut liquet *ex c. teſtes 3. §. idonei cauſ. 4. q.* 2. ubi habetur, quòd uxor nequeat eſſe teſtis, eò quia ſubjecta ſit viro. Tum quia ob magnam affectionem, quæ præſumitur inter conjuges, prohibetur, ne unus ſit teſtis in fsvorem alterius. Tum quia vir, & uxor ſunt una caro, cenſenturque unum corpus. Nihilominus in factis difficilis probationis admittuntur etiam conjuges in teſtes, ſi veriſimiliter ſupponantur magis ſcire veritatem, quàm alii. Admittitur etiam conjux ad probandam innocentiam ſui conjugis, ut notat Farinacius *n.* 228.

20 Conſanguinei non repelluntur à teſtificando in favorem alterius, ſi id non cedat in præjudicium tertii, ſed tantùm ad defenſionem, & probationem innocentiæ: ut ſi homicida, vellet per conſanguineos probare, homicidium fuiſſe à ſe perpetratum causâ defenſionis, quia in favorem defenſionis admittuntur qnicunque teſtes, ut notat Julius Clarus *lib. 5. ſententiarum q.* 24. *num.* 20. quanta verò fides ſit conſangnineis tunc præſtanda, relinqnitur prudentiæ Judicis. Rurſus quamvis conſanguinei non ſint teſtes, omni exceptione majores, nihilominus quæ in iiſdem deſunt, ſuppleri poſſnnt per alia adminicula, ſi enim nnus teſtis extraneus fuerit, & duo conſanguinei pro eodem deponant, ſi fama, vel aliæ graves conjecturæ habeantur, tunc hiſce adminiculis fulcitur imbecillitas conſanguineorum *arg. teſtes in l. ſæpe 3. §. ff. de teſtibus.* In cauſis tamen criminalibus, & civilibus arduis conſanguinei, & affines repelluntur à teſtimonio dicendo uſque ad quartum gradum excluſivè, ut notat Maſcardus *n. 13. & ſequent.* Immo in cauſis criminalibus non admittuntur conſanguinei, & affines, niſi ad probandam innocentiam, quia in defenſionem Rei admittuntur in teſtes etiam perſonæ alioquin ſuſpectæ, tametſi non ſint teſtes integræ fidei, nec omni exceptione majores ob præſumptam conſanguinitatis affectionem.

21 An verò domeſtici, familiares, & amici poſſint aſſumi in teſtes, dubitant juris periti: Juvat obſervare tripliciter poſſe aliquos vocari domeſticos, primò ſtrictè, ut maritus, & uxor, paterſamilias, & materfamilias cum ſuis liberis utriuſque ſexûs, & qui ſub patria poteſtate ſunt

con-

conſtituti, ratiooe cujus poſſit pater illis imperare. Et hujus generis domeſtici ob affectionem excluduntur à teſtimonio ferendo. Secundò latiùs vocantur domeſtici in eadem domo, famuli,& famulæ reſpectu domini,& dominæ quatenus ab ipſis pretio, & mercede conducuntur, ſubjiciuntùrque patrifamilias, qui poteſt ipſis præcipere, & aliquo modo imperare. Tertiò ſumuntur domeſtici latiſſimè pro iis, qui in eadem domo ſimul convivuot, & conveſcuntur, quique familiares vocaotur, ut notat Gloſſa *in c. in litteris 24. V. de familia h. t.* Teſtes domeſticos productos ex domo,ſive familia patrisfamilias in cauſis tum civilibus, tum criminalibos poſſe excludi à teſtimonio ferendo in favorem domini, eſt communior opinio deſumpta *ex l. etiam 3. C. h. t.* ſiquidem hujuſmodi perſonæ mercede conductæ ſolent ſibi perſuadere, quòd teneantur obſequi omoibus juſſis domini, cui famulantur,ſive injuſtè agentes,ſive pejerantes, proinde cum non ſint teſtes omnino liberi, ſed periculum ſit, oe peierent, non admittuntur in teſtes. Hinc geoeratim domeſtici, quibus imperari poteſt, ut teſtimonium deponant, cujuſmodi ſunt filii,& ſervi, non omoioo admittuntur: domeſtici verò tertii generis, qui tantùm io eadem domo ſimul convivunt, & oon ſubjiciuntur heri poteſtati, tunc licèt reſpectum aliquem ad ipſum habeant, ut ſunt inquilini, coloni, mercenarii, & ſimiles, faciliùs admittuntur ad teſtimonium ferendum; oon tamen habentur ut teſtes omni exceptiooe majores, ut notat Panormitanus *in c. in litteris 24. h. t. num. 5.*

22 Quioimo communior ſenteotia in praxio deducta eſt, ſubditos alicujus domini tunc tantùm poſſe pro ipſo teſtimonium dicere; quando duæ concurrunt conditiones, quarom prima eſt, ut priùs ipſis relaxetur juramentum ſubjectiooıs per dominum quoad præſcotem actum. Secunda quòd non agatur de particulari, & proprio commodo ſubditorum: ſiquidem plures cauſæ circa juriſdictionalia oriri poſſunt, in quibus domioi non poſſunt alios, quàm ſubditos producere: hac ratione domeſtici generaliter cenſentur etiam idonei teſtes, quando agitur de iis rebos, quæ in domo geſtæ dicuntur, præſertim ſi ad aliorum notitiam non devenerint.

23 Quod verò ad amicum attinet, regulariter amicus pro amico nequit teſtimonium idoneum ferre,ut deſumitur *ex l. 3. de teſtibus*,quia humanum judicium non minus amore,quam odio pervertitur, præſertim cum amicus ſibi facilè perſuadeat,decere amicum pro amico omnia agere. Verùm ex ſolo,& ſimplici prætextu amicitiæ non ſemper rejicitur teſtis, ſed pertinet ad Judicem per ſuam cognitionem explorare, quanta fides pro majore, vel minore amicitia ex perſonæ qualitate ſit illi adhibenda. Quod verò ad colonos attinet, ſi ſint adſcriptitii, & mercenarii, quibus dominus poſſit imperare, tunc ratione dominicæ poteſtatis privatæ omnino excluduntur à teſtimooio fereodo pro domino fundi, quia hujuſmodi colooi cenſentur de familia domini: ſin verò non ſint adſcriptitii, & mercenarii admittuntor quidem in teſtes, ſed ipſis plus, minuſve creditur ſecundùm qualitatem affectionis, ut notat Gloſſa *in c. in litteris V. de familia h. t.* uſu tamen receptum eſt, ut nunc coloni recipiantur io teſtes, tam pro dominis, quàm contra illos, & æquè in civilibus, ac criminalibus, ita tamen, ut prudentiæ Judicis relioquatur judicare, quantum fidei ſit tribuendum hujuſmodi teſtibus: ſiquidem non ſunt teſtes omni exceptione majores, proinde minor illis fides adhibetur, ut notat Farinacius *num. 217.* Pari pacto inquilini domûs, qui non ſunt de familia domini domûs, poſſunt pro eo teſtimonium ferre, ut etiam Emphyteuta pro domino directo, niſi agatur de re emphyteutica, ſi enim agatur de commodo ipſius emphyteutæ, excluditur à teſtimonio ferendo pro domino ſuo.

Socius criminis nec cenſetur teſtis idoneus 24 contra alium ſocium ejuſdem criminis, ſiquidem delinquens ſi de ſe ipſo confiteatur delictum, eò ipſo ſe declarat infamem, eſtque criminoſus, & vilis perſona, quæ propterea à jure excluditur à teſtimonio ferendo in judicio. Tum quia ſi tali crimioſo fides adhiberetur contra alios, perſæpe falsò aſſereret, ſe habere ſocios aliquos criminis,præſertim ſi hi potentes eſſent, & quorum favorem ſperaret, ac ſe debitam evaſurum viodictam, ut ootat Barb. *in collect. in c. veniens. n. 1.*

Quòd ſi dicas, in criminalibus exceptis, & 25 talibus, quæ ſine ſocio committi oon poſſunt, etiam ſocium criminis in teſtem vocari, eò quia criminoſus tunc examioari poſſit de ſociis, ut liquet *ex c. 1. de confeſſ.* Idque etiam verum eſt in crimine ſimooiæ, quia eſt etiam unum ex exceptis juxta *c. ſi quis 2.* juncta Gloſſa *V. per cautelam.* Contra eſt, quia in criminibus, quæ ſioe ſocio oon committuntur, admittitur teſtimonium ſocii, ſi teſtificetur contra criminoſum, quia tunc ſupponitur verum dicere, cùm exinde oriatur & ipſi grave incommodum. Quod verò addebatur de crimine ſimoniæ, eſt quid ſpeciale, quòd ſocius criminis non poſſit in teſtem produci,non tantùm ſi criminaliter ſcilicet ad depoſitionem ab ordine, ſeu degradationem de crimine agatur; verùm etiam ſi civiliter, ſeu de privatione beneficii,quia cùm fuerit particeps ſimul criminis, & muneris accepti,ideo ad deteſtationem tanti criminis excluditur ſocius in teſtem.

§. V.

De exceptionibus excludentibus teſtes re- reſpectu cauſarum.

CErtum eſt,in cauſa criminali clericos,& re- 1 ligioſos noo poſſe eſſe teſtes idoneos, ſi agatur de pœna ſanguinis irroganda,quia Eccleſiaſtici ob irregularitatem non debent ſe in cauſis ſanguiois immiſcere,quod tamen intelligendum eſt, dummodo clerici teſtimonium contra reum deferant: ſiquidem in favorem ad oſtendendam rei innocentiam nulli eſt dubium, quin poſſit clericus teſtis eſſe, quinimo eſt tunc clericus teſtis omni exceptione major: & teſti-

monium deponere in defenſionem innocentiæ eſt opus pium, quod vel maximè clericum decet, eſt enim clericus dignus laude, ſi per veritatem poſſit innocentem à ſupplicio liberare, ut notat Farinacius *de teſtibus q.* 61. *num.* 52. Laicus itidem contra clericum in cauſa criminaliter intentata non poteſt eſſe teſtis *c. de cætero* 14. *b. t.* idque intelligitur, tametſi agatur de pœna criminali Eccleſiaſtica, non ita ubi traditio fit Judici ſæculari, ubi juvat obſervare, quòd laicus nequeat eſſe teſtis contra clericum in cauſa criminali criminaliter intentata, ut ſi actio per modum accuſationis criminaliter ad vindictam publicam intentetur: non ita ſi tantùm ex crimine agatur civiliter ad damnum refarciendum, ut deſumitur ex *c. tam litteris* 33. *b. t.* Rurſus procedit aſſertio in caſu, quo clerici vocari poſſint in teſtes, quique noti fuerint facti notitiâ, alioquin ſi Parochus ſolitariè in oppido delinquat, & ibi non ſint alii clerici, tunc admittuntur laici in teſtes, ne delicta maneant impunita, ut notat Abbas *in c. de cætero n.* 3. Rurſus in cauſa criminali minor viginti annis non poteſt in teſtem adhiberi *l. quia teſtimonium* 20. *ff. b. t.* nec deſunt, qui id extendant ad cauſas civiles, quæ magni ſint momenti, quia iſtæ ob gravitatem in multis æquiparantur criminalibus.

2 An verò mulier poſſit eſſe teſtis, communiter reſpondent affirmativè in cauſa civili, tam in foro canonico, quàm ſæculari, ut deſumitur ex *l. ex eo* 18 *ff. b. t.* Immo id procedit etiam in cauſis matrimonialibus, quæ inter graviſſimas civiles habentur, ut colligitur *ex c. ſuper eo* 22. *b. t.* ubi ex duabus mulieribus ſola mater rejicitur à teſtimonio ferendo in cauſa matrimonii erga filiam: & admittitur altera mulier, de qua ibi quærebatur, an poſſet recipi ad teſtimonium ferendum. Immo in cauſis civilibus mulier admiſſa in teſtem cenſetur integræ fidei, & omni exceptione major, adeo ut unius mulieris teſtimonium efficiat ſemiplenam probationem, & duarum plenam; hinc actori probanti ſuam intentionem per unam mulierem poteſt juramentum deferri in ſupplementum probationis, ut notat Abbas *in cap. ex inſinuatione* 3. *num.* 7. *de procurat.*

3 Excipiuntur tamen cauſæ civiles valdè arduæ, & majoris momenti, ut ſi agatur de matrimonii diſſolutione propter impedimentum dirimens, aut de magna quantitate; in hiſce enim cauſis magis arduis fœminæ in teſtes admiſſæ non cenſentur omni exceptione majores, hinc duarum teſtimonium non ſufficeret ad plenam probati nem: in cauſis enim magis arduis requiruntur teſtes, qui ſint omni exceptione majores, ſeu quibus nihil prorſus vitii poſſit objici: & mulieribus ſemper poteſt objici inconſtantia, motabilitas, ut habetur *in c. forus* 10. *in fin. de V. S.* Rurſus non admittuntur mulieres ad ferendum teſtimonium in cauſa feudali, ut habetur *in l. unic. qui teſtes ſint neceſſarii ad novam inveſtituram probandam.* Ratio eſt, quia in probatione rei feudalis teſtes requiruntur, qui ſint ſummæ & integræ opinionis. Excipitur tamen, niſi fœmina eſſet valdè illuſtris, & haberet feudum ſub ſe, quia tunc poteſt talis eſſe teſtis, etiam in cauſa feudali, ut etiam ad probandam agnationem, & gradum Vaſalli, ut notat Roſenthal *tract. de feudis cap.* 12. *concluſ.* 18. *num.* 5. In inſtrumentis tamen publicis contractuum mulieres non recipiuntur in teſtes, niſi fortaſſis ex notarii relatione conſtet, mulieres fuiſſe à contrahentibus rogatas, ut teſtimonium deponerent, tunc enim poſſunt & ipſæ eſſe teſtes, quia per talem rogationem fiunt teſtes idonei, & partes renunciant juri, & favori ſuo, cui poſſunt renunciare, ut tradit Gloſſa *in authent. de teſtibus* §. *neque igitur V. & ſuppliciis collat.* 7. Neque eſt par ratio de teſtibus teſtamentariis, quia cùm ſolemnitates teſtamentorum introductæ ſint ob publicam utilitatem, non poſſunt privati iis renunciare, ut deſumitur *ex l. nemo* 55. *ff. de legat.*

In cauſis criminalibus criminaliter intentatis ad vindictam publicam non poſſunt fœminæ eſſe teſtes, quia mulier ſuapte natura eſt mutabilis, fragilis, & inconſtans. In jure tamen civili, & in foro cæſareo mulier poteſt eſſe teſtis, etiam in cauſa criminali prout habetur *in l. ex eo* 18. *ff. b. t.* & *l. qui teſtamento* 20. §. *mulier. ff. qui teſtament. facere poſſunt*, hæc enim jura loquuntur indiſtinctè & generaliter tam in cauſa civili, quàm criminali; excipitur tamen, niſi cauſa fuerit valdè gravis, & ardua, ut cum agitur de pœna mortis, vel mutilationis, quia cum tunc agatur de graviſſimo præjudicio, mulier non cenſetur eſſe teſtis integræ fidei, omnique exceptione major propter inconſtantiam, mutabilitatem, & fragilitatem ſexûs fœminei: unde in criminibus capitalibus, ubi agitur de pœna mortis, etiam tres fœminæ conteſtes non convincunt reum. 4

Furtum autem gravis momenti, ſi agatur civiliter per duas fœminas teſtes probatur, non ita ſi agatur criminaliter, ut notat Farinacius *q.* 62. *num.* 62. & 81. In jure autem canonico mulier ad teſtificandum in cauſis criminalibus non admittitur *c mulierem* 17. juncta Gloſſa *V. & teſtes*, idque ob inconſtantiam, & mutabilitatem fœminæ, quod tamen eſt intelligendũ, quando agitur criminaliter ad pœnam publicam: quia ſi agatur de crimine civiliter, admittitur ad compenſationem damni illati, vel quando opponitur crimen per modum exceptionis, ut amoveatur aliquis à beneficio, velut inhabilis, vel non canonicè electus, ut liquet ex *c. tam litteris* 33. *b. t.* vel ſi agatur de crimine per modum accuſationis, vel ſi Judex ex officio procedat ad inquiſitionem contra clericum ſuſpectum de crimine, ut colligitur *ex c. quoniam* 3. *b. t.* 5

Quamobrem quando agitur de crimine civiliter per modum exceptionis, denunciationis, aut inquiſitionis mulieres non repelluntur à teſtimonio ferendo, quinimo teſtimonium mulieris recipitur etiam in foro canonico in criminibus hæreſis, læſæ majeſtatis, ſimoniæ, & aliis excepti͏s *argum. cap. tanta* 7. *c. per tuas* 23. *de ſimonia.* In defectum itidem virorum admittuntur mulieres in cauſis criminalibus 6

m... bus, quando proceditur ex officio Iudicis, & per inquiſitionem, quia teſtis quamvis inhabilis in defectum aliorum admittitur, cùm non poſſit aliter de veritate conſtare; nunquam tamen teſtimonium mulieris eſt omni exceptione maius, ut notat Farinacius *loc. cit. n.* 73. Suſcipitur etiam in cauſis criminalibus teſtimonium mulieris, ſi ſit in teſtimonium Rei, & ad probandam ejus innocentiam, quia ad Rei defenſionem, & ad detegendam innocentiam admittuntur teſtes etiam minus idonei, & qui non ſint omni exceptione maiores, ut notat Mascardus *concluſ.* 604. *n.* 5.

7 Pubes, ſeu qui eſt maior 14. annis, & minor 20. poteſt teſtis eſſe in cauſis civilibus, non ita in criminalibus, ut deſumitur ex *l. in teſtimonium* 20. excipi tamen ſolet crimen laſæ majeſtatis, in quo etiam minores 14. annis poſſunt teſtimonium dicere, ut etiam in caſu quo veritas aliter non poſſit cognoſci, ut etiam quando dominus reperitur occiſus in propria domo, tunc enim ad manifeſtandum authorem delicti aſſumuntur in teſtes omnes de familia etiam impuberes; ut etiam ſi Judex ex officio procedat per inquiſitionem, tunc enim poteſt in teſtes etiam recipere iuniores 20. annis præſertim in caſu, quo aliæ probationes haberi non poſſunt.

8 Pauper itidem, ſi aliunde ſuſpectus ſit in cauſis civilibus poteſt aſſumi in teſtem, idque colligitur *ex c. ſi qui teſtium* 8. *b. t.* ubi dicitur, quòd debeant niti perſonæ idoneæ, ac diſcretæ ad examinandos teſtes pauperes, quia teſtis cenſetur idoneus non tam ex facultatibus, quàm ex fide, & moribus *argu. §. fin. inſtitut. de ſuſpect. tutor.* alioquin ſi Pauperes ſemper excluderentur, facultas probandi valde coarctaretur, cùm ſubinde in locis præſertim pagi plures ſint pauperes, quàm divites: non tamen pauper cenſetur teſtis omni exceptione major; quia illi ſemper poteſt objici paupertas obnoxia corruptelæ ut notat Maſcardus *de probat. concluſ.* 1155. *n.* 1.

9 Non tamen admittitur pauper ad teſtimonium ferendum in cauſis criminalibus, & civilibus arduis, & magnis, quæ criminalibus æquiparantur: *argu. l. nonnulli* 10. *ff. de accuſat* ubi pauperes repelluntur ab accuſando proinde etiam à teſtificando, quia teſtimonium ferre majoris eſt præjudicii, quam accuſare; ſiquidem Judex tenetur ſententiam ferre juxta allegata, & probata per teſtes; non verò ſecundùm ... rum accuſationem. Ratio eſt illa generalis, ... in cauſis criminalibus non recipiuntur teſtes niſi ſint omni exceptione majores, cujusmodi non ſunt pauperes, niſi tamen pauper eſſet probatæ, & ſanctæ vitæ, ac propterea omni fide dignus, ut habetur *in §. ſancimus auth. de teſtibus collat.* 7.

10 In propria cauſa nemo cenſetur teſtis idoneus *l. nullus* 10. *b. t.* Is dicitur in cauſa propria teſtari qui ex ſua depoſitione, ſeu atteſtatione aliquam conſequitur utilitatem, tametſi ſolùm ſecundariò, & in conſequentiam, ut colligitur *ex c. ſtatutum* 2. *q.* 6. ut notat Panormitanus *in c. 1. ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur*, cum enim teſtes teneantur ex officio veritatem aſſerere pro utraque parte litigante, carere debent omni ſuſpicione falſitatis, & quòd non minus pro una, quàm altera parte veritatem dicant *c. ſi teſtes 3. cauſ 4. q. 2. & 3.* atqui naturaliter quilibet eſt magis affectus erga rem ſuam, quàm alienam, proinde ut ſuſpectus à ferendo teſtimonio in re propria excluditur. Unde qui ex teſtimonio ſuo emolumentum percipit, vel damnum evitat, non cenſetur idoneus teſtis.

Solet tamen id limitari, niſi teſtis ante depoſitionem expreſſe proteſtetur cum juramento 11 nullum intendere ex ſua depoſitione vel emolumentum reportare; tunc admittitur quidem non tamen ut teſtis omni exceptione major, ut notat Felinus *in c. perſonas n.2 b. t.* nec excluditur, teſtis ob modicum emolumentum proprium ſicut, nec ob exiguam affectionem erga propriam cauſam, tunc enim leges non præſumunt, quòd vir præſertim honeſtus ob modicum commodum velit peierare. Non tamen poteſt idem eſſe ſimul actor, & accuſator, & teſtis in eadem cauſa, quia nullus præſumitur eſſe ſimul accuſator, vel Iudex, aut teſtis; ſiquidem in judicio accuſator, Iudex, & teſtis debent eſſe diſtinctæ perſonæ, quia actor, vel accuſator, tenetur rem in judicio deductam probare, non propria aſſeveratione, ſed teſtimoniis aliorum, & aliis probationibus, & Iudex tenetur ſententiam ferre juxta allegata, & probata. In Denunciatore tamen privato limitatur, quia is poteſt eſſe teſtis in cauſa, quam privatè denunciavit, & deſumitur *ex c. in omni 4. b. t.* ubi Paſchalis Papa reſcribit, quòd perſona principalis denuncians rem ſibi notam habeatur pro teſte, adeo ut ſi unos ipſi adjungatur, fiant duo teſtes.

An verò ſi ſit lis in aliquam univerſitatem, poſſit univerſitas teſtes pro ſe ex ſuo corpore 12 producere, adeo ut producat in teſtes membra ſua propria. V... negat ve reſpondendum, eò quia huiusmodi teſtes aſſumpti de ipſa communitate ... in cauſa propria procedere, & deponere: cum ea, quæ ad univerſitatem, ſuo modo etiam ad illos, qui ſunt de corpore univerſitatis, pertineant. Nihilominus reſpondetur affirmativè, & deſumitur *ex c. inſuper 6. c. cùm Nuntius* 12. *b. t. c. et ſi Chriſtus 26. in fin. de jure jur* In quibus textibus apertè declaratur, poſſe clericos Religioſos teſtimonium ferre in cauſis ſuæ Eccleſiæ, vel monaſterii, iis tantùm exceptis, qui tunc temporis, veluti Procuratores ad agendum, vel reſpondendum deſtinantur. Et hoc procedit non ſolùm in ſingulis de univerſitate eccleſiaſtica, ſed etiam de ſæculari, ipſi ſiquidem ad teſtificandum etiam admittuntur, ut cives pro ſua civitate, quia particulares aſſumpti de communitate non cenſentur ferre teſtimonium in propria cauſa, ſiquidem aliud eſt ius univerſitatis, & aliud ius ſingulorum de univerſitate, ut colligitur *ex l. ſed ſi 10. §. qui manumittitur ff. de in ius vocan.* quod enim eſt communetori univerſitati, non eſt proprium ſingulorum de eadem univerſitate, adeo ut nemo poſſit dicere hoc eſt meum. Quamobrem clerici, & Religioſi in cauſis ſuæ Eccleſiæ, vel Monaſterii poſſunt teſtimonium ferre iis tantùm ex-

ceptis, qui in tali cauſa habentur, ut procuratores ad reſpondendum, & agendum.

Alij verò videntur exactiùs procedere
13 cum diſtinctione: ſi enim omnes, qui ſunt de univerſitate directè ſentiant aliquod emolumentum ex tali cauſa Vniverſitatis, ut quando agitur de communibus paſcuis Vniverſitatis, in quibus ſinguli oppidani poſſunt ſua armenta paſcere: ſin verò indirectè tantùm, & per quandam conſeqoentiam in ſingulis de univerſitate aliquod obtingit commodi indiviſim, ut ſi agatur de jurisdictione eiusdem univerſitatis. In priori caſu putant teſtes de univerſitate non eſſe admittendos, quia ob proprium emolumentum quod inde percipiunt, cenſerentur teſtari in cauſa propria.

In ſecundo caſu dicunt, teſtes de univerſita-
14 te audiendos eſſe, eò quia tunc cauſa communis minus videatur ad ſingulos in particulari pertinere: eſſe tamen pro qualitate cauſæ & perſonarum arbitrio Iudicis relinquendum, quantam fidem mereantur, ut notat Panormit. *in c. inſuper n. 2. & ſequent.*.

Verum licèt hæc diſtinctio procedat in cau-
15 ſa univerſitatis ſæcularis, non ita in cauſa univerſitatis religioſæ; quia quamvis ſinguli Religioſi ex cauſa illa communi aliquod commodum ſentiant, nihilominus ob ſtatum religioſum non præſumuntur religioſi peierare ex ea ratione, ne ex inopia probationum damnificentur bona Eccleſiæ. Tum quia non potuit Papam latuiſſe victoriam in cauſis Eccleſiæ redundare in clericos, & Religioſos, qui ex bonis aluntur Eccleſiæ, & tamen Pontifex decrevit, Clericos non eſſe excludendos à teſtimonio dicendo.

§. VI.

De Teſte Eccleſiaſtico, eiúsque prærogativis.

16 CErtum eſt, perſonæ Eccleſiaſticæ teſtimonium eſſe præferendum teſtimonio laici *c. ſi teſtes 4. q. 3. c. in noſtra de teſtibus.* Idque ob præſumptionem maioris bonitatis, atque integritatis vitæ, quæ eſt in clerico, & perſona eccleſiaſtica, ut notat Iaſon *in authent. ingreſſ. col. 2. C. de ſacroſancta Eccleſ.* adeo ut ſacerdotis præſentia omnem excludat falſitatis præſumptionem, ut notat Geminian. *conſ. 49. n. 7.* imò quatuor cleriorum teſtimonium æquiparatur depoſitioni ſex laicorum, ut notat, Gloſſa *in c. Monachus V. quorum 77. diſt.* immo Parochus ut teſtis productus æquiparatur duobus teſtibus *c. cùm eſſes de teſtam* Rolandus *conſ. 24. n. 24.* Menochius *conſ. 92. n. 83.* Hinc teſtamentum parochiani coram ſuo parocho, & duobus, vel tribus teſtibus idoneis eſt omnino firmum, ut deſumitur *ex cap. cùm eſſes, 10. de teſtam.* hoc tamen procedit in jure canonico, & in terris Papæ ſubiectis quoad jurisdictionem temporalem, ut notat Covaruvias *in d. c. cum eſſes n. 12.*

17 Immo Parochus cenſetur dignior Iudice ſæculari, ut notat Cephal. *conſ. 360. n. 5.* ſiquidem favore cauſæ piæ ſuſtinetur teſtamentum factum coram duobus teſtibus, tametſi ius civile in aliis teſtamentis plures exigat *cap. relatum 1 de teſtamen.* Sin verò duo clerici deponant, Petrum commiſiſſe aliquod delictum tali die, & duo laici teſtificentur Petrom eo die, & tempore fuiſſe cum illis, nec potuiſſe tale delictum commiſiſſe, tunc teſtimonium laicorum præfertur, nec qualitas clericatûs impedit prærogativam abſolutionis, Gloſſa *fin. in c. clerici 82. diſt.* Maſcardus *de prob. lib. 1. concluſ. 234. n. 4.* quia cauſa Rei eſt favorabilior, & duo laici ſtant pro reo, qui propterea in favorem Rei ſunt præferendi, ut notat Decius in *c. ex litteris n. 23.* Hinc ſi, duo clerici deponant contra alium clericum, poteſt hic ſe purgare per duos teſtes laicos, ut notat, Gloſſa *in c. clerici*, & Abbas *in c. ad noſtram n. 4. de probat.* ex quo infert, teſtes in favorem Rei eſſe præferendos, tametſi teſtes actoris ſint magis idonei.

Clericorum teſtimonium vim maximam 18
obtinet, quando clerici deponunt de ſpectantibus ad eorum officium, tunc enim credendum eſt illis ob praxin, & vitæ probitatem, & deſumitur *ex c. cum in iudicio de clandeſtin. deſponſat.* Rota *decis. 15. & 16. de probat in antiquis* hinc ſtandum omnino eſt libris Parochorum, in quibus inſcribuntur matrimonia, baptizati, & defuncti, ut notat Rota *decis. 750.* Maſcard. *de probat. concluſ. 672. n. 8.* Riccius *in prax. rerum fori eccleſiaſtici decis. 218. n. 1.* Menochius *conſ. 199. n. 3.* Immo ex libris Parochorum probari originem alicuius oſtendit Rebuffus *in tract. de regiſt. n. 15. V. ut apud veteres.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1147. n. 21.*

Rurſus ſtandum eſt etiam aſſertioni Paro- 19
chi in denunciationibus matrimonij concurrente veriſimilitudine proveniente ex taciturnitate, & non reclamatione partium, ut notat Seraphin. *decis 11. 38. n. 2.* Epiſcopo itidem aſſerenti adhibenda eſt plena fides in his omnibus, quæ ſpectant ad ejus officium præſertim in rebus, in quibus Epiſcopus nullum prætendit intereſſe, nec ullum ſperat inde commodum, ut notat Abbas *in c. poſt ceſſionem n. 5.* Immo creditur etiam litteris Epiſcopi non ſui, ſi dicat, ſe promoviſſe de licentia Epiſcopi ordinarii, ut notat Felin. *in c. Albericus n. 4. V. ſed contra* Non tamen in præjudicium tertij, ſi Epiſcopus teſtetur ſuper his, quæ ad proprium non pertinent officium Rota *decis. 16. de probat. in antiq.*

Coram tamen Iudice ſæculari prohibitum 20
eſt clerico teſtimonium contra laicum perhibere abſque licentia proprii Prælati, ut deſumitur *ex c. ſicut. cum ſequent. 2. q. 7. c. teſtimonium 54. h. t.* & ibi Gloſſa 2. Rurſus nec clericus poteſt iuramentum præſtare coram Iudice ſæculari abſque licentia ſui Ordinarij, ut deſumitur *ex c. quamquam c. teſtimonium c. nullus*, idque procedit etiam in Regularibus, hi enim ſine licentia ſuorum ſuperiorum nec poſſunt teſtificari coram Iudice ſæculari, ut notat Felin. *in c cum Nuntius*, & Sylveſter *V. teſtis in 1.* hinc ſi clericus debeat ſuſcipere adminiſtrationem temporalium, debebit jurare ſuo Epiſcopo pro adminiſtratione huius temporalitatis *c. 1. & per tot 25. diſt.* & ſi clericus abſque ſui Prælati licentia teſtimonium perhibeat coram eodem Iudice ſæculari, quamvis

vis à ſuo Epiſcopo puniri poſſit, adhuc tamen huiusmodi depoſitio valet, tametſi non licitè clericus eam depoſuerit, ut notat Abbas *in c. 1. n. 17. de jurament.* & *in c. cùm Nuntius n. 3.* Riccius *in prax. reſol. p. 2. reſol. 459. n. 1.* quamvis ſit regularis, & teſtificetur coactus coram Iudice ſæculari, valet enim adhuc ejus teſtimonium, ut notat Felin. *in d. c. cùm Nuntius 12. b. t.*

7 Quamobrē cum clerici admittuntur ad teſtificandum contra laicum coram Iudice ſæculari, debet id intelligi, quòd teſtificatio fiat mediante prævia licentia Epiſcopi, & ſuperioris; hâc enim ſuperioris licentiâ poteſt clericus coram Iudice ſæculari teſtimonium ferre, ut deſumitur *ex c. quamquam c. ſuper prudentia* § *poteſt in fin.* Hæc tamen licentia ſuperioris in depoſitione clerici non approbari per aſſertionem actuarij aſſerit Ioannes de Amic. *conſ. 77. n. 18.* Prælati autem, & ſuperiores poſſunt ipſum deponere ſine alia licentia, quia hanc ſibi ipſis cenſentur impertiri, cùm non habeant in illo loco alium ſuperiorem. Immo urgente gravi neceſſitate, & imminente periculo præſertim tempore peſtis non requiritur licentia Prælati, ut notat Farinacius *q. 71. n. 85.*

8 Rurſus non poteſt Epiſcopus, vel ſuperior licentiam concedere clerico juranti coram Iudice ſæculari, niſi juret in manibus Epiſcopi, vel eius vicarij, aut alterius perſonæ eccleſiaſticæ ut notat Maſcard. *de probatione lib. 3. concluſ. 1358. n. 61.* Cæterum licentia danda per Epiſcopum clerico ad deponendum coram Iudice ſæculari ſub hac forma fieri poſſet. *conceditur licentia N. N. clerico deponendi in curia ſæculari in tali ſpeciali cauſa, dummodo non deponat ſuper articulis concernentibus criminalitatem, infamiam, aut repulſam; prout ſervatur in tali curia Archiepiſcopali, &c.*

9 Ut ſuperiùs diximus eſt clerico magis prohibitum teſtificari contra laicum, eúmque accuſare in cauſa criminali, in qua infligitur pœna ſanguinis ob periculum incurrendæ irregularitatis, ut deſumitur *ex c. teſtimonium* & ibi Gloſſa [illegible] *q. 1.* Abbas *in cap. de cætero n. 1.* Felin. *n. 1.* [illegible] *ſed conſidera*, quia ſi clericus teſtificetur contra laicum in cauſa criminali ex qua poſſit mors ſequi, aut membri alicuius truncatio incurrit irregularitatem, Specul. *in tit. de diſpenſ. §. 4. n. 9. V. item litigioſus.* Quamobrem clericus ad declinandam irregularitatem debet ſemper proteſtari, quòd non intendat contra talem accuſatum procedi ad pœnam ſanguinis, ſed tantummodo civiliter *c. 1. de homicidio in 6.* ut notat Ioannes Andreas *in c. Prælatis V. querelam.* Non enim pertinet ad clericos opem ferre ad inf[illegible] gendam pœnam corporalem, cùm ad ipſos potius ſpectet intercedere, ne vindicta ſanguinis ſumatur *c. non inferenda 23. q. 3. c. reos ead. quæſt. 5.* [illegible] que in cauſa criminali debet, aut poteſt [illegible] d[illegible] eccleſiaſticus licentiam concedere Clericis, [illegible] conc[illegible] teſtimonii in principali er[illegible] erant, [illegible] e incidente coram Iudice laic[illegible] *c. teſtimonium* [illegible] *q. 1.* Innocentius *cap. di[illegible] ectorum de teſtibus* [illegible] *nd.* idque procedit, tametſi aliter ver[illegible] as ha[illegible] non po[illegible], quia periculum irregularitati[illegible] ſt [illegible] mendum, Secus coram Iudice eccleſiaſti-

eo etiam alieno non prohibetur clericus teſtificari ſine licentia ſui ſuperioris; quia jura prohibitiva non ſunt extendenda *argu. c. odia de regul. juris in 6.* & jura tantùm prohibent, clericum teſtificari coram Iudice laico. Cæterum in contractibus, & inſtrumentis laicorum conficiendis, ac in teſtamentis poteſt clericus eſſe teſtis, ut docent communiter cum Felin. in *c. cum Nuntius n. 3.*

Quòd ſi clericus aliàs eſſet condemnatus de falſo, non poſſet aſſumi in teſtem idoneum, inſtrumentarium, ut notat Paris. *conſ. 57. n. 36.* Felin. *in c. teſtimonium n. 19. de teſtib.* Immo repellitur etiam clericus concubinarius, & qui tabernas frequentat à teſtimonio ferendo etiam in cauſa civili, ut deſumitur *ex c. nemo 32. q. 4.* Poteſt clericus accuſatus ſuam innocentiam defendere etiam per juramentum, ſi deficiant accuſatores *c. Presbyter. c. habet. & ſequent.* & tunc debet juramentum præſtare ſuper evangeliis coram ſe poſitis, & ſi ſit ſacerdos debet ſe purgare cum tali juramento coram aliis ſeptem ſacerdotibus; & ſi diaconus coram tribus aliis Diaconis *c. ſi legitima. & c. Presbyter 2. q. 4.* 10

Monachi etiam, & Regulares poſſunt teſtimonium perhibere ſuppoſita prævia Superioris licentia, ut notant Bald. *in l. quoniam liberi n. 1. in fin. C. eod.* Abbas *in c. cum Nuntius n. 4.* Specul. *in tit. de teſt. §. 1. n. 36.* Requiritur autem hæc ſuperioris licentia, quia Monachi, & regulares non habent velle, nec nolle, ſed eorum voluntas ab illa dependet ſuperioris *c. fin. de teſtam. in 6. c. ſi Religioſus. c. ſi Abbatem de elect. eod.* Hinc Regularis, ſeu Abbas, ſeu alius ſuperior non poteſt ſuſcipere filios è baptiſmo, nec commatres hebere *cap. non licet. c. ſequent. de conſecrat. diſt. 4.* 11

Iuvat tamen obſervare, quòd tametſi Monachi, & Regulares non poſſint teſtificari abſque prævia ſuperioris licentia, ſi tamen teſtimonium perhibuerint ſine tali licentia, eorum depoſitio ſuum ſortitur valorem, ut docent communiter juriſperiti Specul. *in tit. de teſtib. §. 1. n. 36. in fin.* Abbas *in c. cùm Nuntius n. 4.* quod tamen ſolet limitari, niſi pars opponat exceptionem defectûs licentiæ. 12

Ratio eſt, quia tametſi non poſſit Monachus, vel Regularis, ut etiam Clericos ſæcularis examinari abſque prævia ſui ſuperioris licentia, id tamen inductum eſt ſolùm ex quadam condecentia, & honore ſtatus clericalis, & eccleſiaſtici, proinde hæc levis ſolemnitas, ſi omittatur, non vitiat judicium, ut deſumitur ex *l. 1. in fin. de vent. inſpic.* Felin. *in d. c. cum Nuntius n. 4. de teſtib.* Poſſunt tamen Monachi, & Regulares abſque licentia ſuorum ſuperiorum eſſe teſtes in teſtamentis, ut notat Bald. *in c. nuper n. 3. de teſtib.* Aret. *conſ. 159. col. 7. V. venio ad octavum.* ubi notat id ex inolita conſuetudine ſervari; & hoc procedere, tametſi in teſtamento aliquid eorum Monaſterio relinquatur, aſſerit Farinac. *in tractatione de teſtibus q. 61. oppoſit. 14. n. 128.* 13

Cæterum in caſibus, in quibus clericus admittitur ad perhibendum teſtimonium contra laicum, non poteſt clericus cogi ad ferendum 14

[illegible] teſti-

Digitized by Google

teſtimonium contra laicum, ut notat Butrius *in d. c. cùm Nuntius* 12. *n.* 4. *de teſtib.* & *in c. deliſtorum V. ad primum.* Imola *col.* 4. *in fin. V. ſi autem coram ſeculari.* quod tamen limitatur, ſi veritas aliter haberi non poſſit; in hoc enim caſu poſſe clericum compelli ad teſtimonium perhibendum contra laicum docent communiter cum Gloſſa *in c. quamquam V. occultetur* 14. *q.* 2. Felinus *in c. de cætero n.* 1 Abbas *in c. dilectorum n.* 3. Maſcardus *de probat. l.* 1. *concluſ.* 306. *n.* 5. Hæc tamen coactio fieri debet per ſolum Iudicem eccleſiaſticum, quia hic ſolus eſt Iudex competens reſpectu clerici; ut notant Abbas *in c. dilectorum. n.* 3. *V. ſi. autem per alios.* Farinacius *tract. de teſtib. q.* 61. *n.* 97. Non tamen poteſt clericus compelli ad teſtimonium ferendum in illa cauſa, cuius ipſe fuit Iudex, & cognitor *c. ſtatutum* 2. *q.* 6. Epiſcopus tamen poteſt teſtificari in cauſa, quæ pendet coram ſuo Vieario, ut notat Abbas *in c. dilecto* 40. *n.* 11. de teſtibus.

Cæterum quia clericus debet de calum-
13 niâ jurare, ſive agat, ſive conveniatur ex facto proprio, non tamen pro facto, & re ſpirituali, ſed tantùm pro temporali ipſius Eccleſiæ, ut notat Gloſſa *in c.* 1. *V. criminali,* & in *c. cæterum V. parte*, nihilominus poteſt hoc juramentum per procuratorem præſtare, ut deſumitur *ex c.* 1. *de jurament.* Quamvis olim tenerentur clerici per ſe ipſos jurare, de jure tamen novo permittuntur jurare per Procuratorem, quinimo poſſe procuratorem clerici jurare de calumnia etiam ſine ſpeciali mandato ejuſdem clerici docent Innocentius *in c.* 1. *de juram.* Butrius *ibidem* Abbas *n.* 15. & alii. Quamvis in Procuratore Laici requiratur ſpeciale mandatum. Non tamen clerici jurare poſſunt de calumnia coram Iudice ſæculari ſine Epiſcopi, & ſuperioris licentia, ut notat Abbas *n.* 19. & 20. *de jurament.* & Bart. *in l. cum Clericis. n.* 2. *C. de Epiſcop. & cler.* Specul. *in hoc tit. n.* 36. quinimo licentia hæc debet eſſe ſpecialis ad jurandum de calumnia, ac debet eſſe verbis expreſſa, adeo ut non ſufficiat licentia tacita, ut notat Abbas *in c. inhærentes. n.* 17. *cum ſequent. eod. & in c. ſignificâſti in princ. de for. compet.* debet itidem hæc licentia peti ad conſtituendum procuratorem, qui pro clerico debeat juramentum de calumnia præſtare, Soccinus *in c. cum in cauſa* 7. *de jur. cal. n.* 18 quia juramentum calumniæ defertur authore Prætore, proinde clericus conſentiret in Iudicem non ſuum, quòd non poteſt facere, eò quia Iudex non ſuus non ſit competens, quapropter debet clericus petere huiuſmodi licentiam jurandi de calumnia coram Iudice ſuo, ne conſentiat Iudici non ſuo, ut notat Gloſſa *fin. in cap.* 1. Soccinus *in d. cap. cum in cauſa* 15. *circa fin.* Imò non excuſatur clericus à petenda licentia iurandi de calumnia, quamvis à ſuo Prælato licentiam obtinuerit litigandi, quia in ordine ad præſtandum juramentum de calumnia requiritur ſpecialis licentia, Abbas *in c.* 1. *n.* 20. Requiritur hujuſmodi licentia, ut ſuperior clericum jurantem hortetur ad non peierandum, & ut juramentum habeatur in majori reverentia, quia tunc ceſſat horror, & mala ſuſpicio, quando clericus obtinuit licentiam hanc ſpecialem, tunc enim præſumitur venire deliberatus.

Quòd ſi omitteretur huiuſmodi licentia, 14
& clericus iuraret coram Iudice non ſuo, non tamen exinde vitiaretur proceſſus, nec judicium redderetur nullum, ut notat Gloſſa *fin. in c.* 1. Felinus *in c. cum Nuntius n.* 3. quia in jure nullibi expreſſè reperitur prohibitum, & multa, quæ fieri prohibentur, ſi ſemel facta ſint, tenent *c. Rurſus qui cleric. vel voven. l. patre furioſo ff. de his. qui ſunt ſui, vel alien. juris.* Tum quia petitio hujus licentiæ in ordine ad iudicium conſideratur ut quid accidentale, & extra rationem teſtimonii, ut notat Felinus *c. cum nuntius* 12. *b.* 1. *n.* 3. Hinc quamvis Regulares nequeant eſſe executores teſtamentorum abſque licentia ſui ſuperioris *c. Religioſus de teſtament. in* 6. *clement. Religioſis.* Nihilominus ſi fuerint executi, quod teſtator ordinavit, valent geſta per eos, parte tamen non opponente, nec excipiente non petitam licentiam, ut notat Alciat *in tract. de præſumpt. in* 3. *reg. præſumpt.* 18. Poteſt tamẽ Epiſcopus nunc præſtare juramentum calumniæ, etiam abſque ſpeciali licentia Papæ, ut notat Abbas *in c.* 1. *numero* 16.

Cæterum quoties clerici juramentum præ- 15
ſtant calumniæ, debent illud præſtare tactis evangelijs, vel ſcripturis Gloſſa 1. *in l. juſiurandi C. de teſtibus* Lanfranc. *in c. quoniam n.* 253. *de prob.* nec ſufficit ſcripturam tangere brachio, ſed dabent évangelia, vel ſcripturæ tangi manibus, ut notat Gloſſa *V. corporali.* Verùm uſus invaluit, ut ecelefiſtiræ perſonæ ſive ſint Cardinales, ſive Epiſcopi, vel aliæ perſonæ in ſacris conſtitutæ non jurent tactis evangelijs, aut ſcripturis: ſiquidem mos invaluit, ut eorum iuramentum cenſeatur in jure validum, ſi fiat tacto pectore, ut deſumitur *ex c. fin. de jurament. calum. §. nulli verò* Speculator *de teſtam. §. ſequitur quartò n.* 5.

Laici tamen non poſſunt eſſe teſtes contra 16
Clericum, ſi agatur de crimine criminaliter, tametſi clericus prima duntaxat ſit tonſura initiatus *c.* 2. *c laicos,* & ibi Gloſſa 1. 2. *q.* 7. *v. de cætero* Covarruvias *pract. quæſt. c.* 18. *n.* 2. Maſcard. *de prob. lib.* 2. *concluſ.* 962. *n.* 1. Idque ob reverentiam, quam laici tenentur clericis exhibere, ſiquidem funguntur Dei legatione *c. quis dubitet. c. duo ſunt.* 96. *diſt.* & ob generalem infeſtationem, quâ laici clericis ſunt moleſtiæ, ut notat Boſſius *in tit. de oppoſit. contra teſt. n.* 19. Fallit tamen hæc regula, ſi laici propriam injuriam velint proſequi, vel etiam ſuorum, quia tunc poſſunt teſtificari contra clericum *c. de cætero de teſtib.* quinimo in illo caſu etiam ipſæ fœminæ admittuntur in teſtes contra clericum, ut in præcedentibus diximus: tunc tamen propriè non admittuntur laici, nec fœminæ ad teſtimonium ferendum contra clericum, ſed ad inferendam accuſationem, ut deſumitur *ex c. de cætero*, & *c. quoniam*, Immo limitatur id in criminibus exceptis, cuiusmodi ſunt crimina hæreſis, ſimoniæ, læſæ majeſtatis, & alia id genus, in quibus non prohibetur laicus teſtificari contra clericum, ut notat Maſcardus de *prob. lib.* 1. *concluſ.* 462. *n.* Quinimo in defectum teſtium eccleſia-

ſticorum

ſticorum, quia ſine teſtibus laicis crimen clerici non poſſet probari, tunc etiam admittuntur teſtes laici contra Clericum crimino-ſum, ut notat Abbas *in cap. de caetero numero 3.* ne ſcilicet enormia crimina maneant impunita; quinimo ubi aliter veritas haberi non poteſt, admittuntur etiam inhabiles *c. fin. de teſtibus cog.* Abbas *in. cap. de caetero numero 3.* immo etiam infames, ut notat Salycet. *in l. ea quidem col. 1. V. ad quintam C. de accuſat.* Hinc per meretrices, & lenones probari poſſunt, quæ fiunt in proſtibulo, ut notat Marſil. *in l. Divus col. 2. & ſequent.* quinimo ſi delictum Clerici notorium fuerit, tunc etiam Laici admittuntur ad teſtimonium perhibendum contra Clericum *cap. cum dilectis* & ibi Abbas *de purgat. can.* Felin. *in cap. de caetero n. 6.* ſiquidem laici in tali caſu cenſentur etiam teſtes idonei ad probandam infamiam contra clericum.

§. VII.

De teſtibus ſingularibus, quomodo, & quantum probent.

1 TEſtis ſingularis dicitur, qui ſolus deponit aliquid, ac teſtificatur de aliquo, unde quamvis plures interrogentur, & examinentur teſtes dicuntur ſingulares, quando non concordant in eo, quod deponunt, ſed unus deponit aliquid, & alter aliud, quod poteſt dupliciter cõtingere: primò ſi ſint diverſi quoad ſubſtantiam facti, ut ſi variè deponant ſecundùm numerum, vel ſecundùm ſpeciem facti. Secundò ſi ſint diverſi tantùm ſecundùm circumſtantias, quæ ſi relinquunt factum in ſuo eſſe, tunc ſunt conteſtes quoad factum, quod omnes teſtes probant, licèt ſint diverſi quoad circumſtantias: circumſtantiæ tamen ſi relinquant factum in ſuo eſſe, non officiunt eidem quoad factum; ſin verò diverſificent factum, tunc reddunt teſtes diverſos quoad factum, ut contigit in teſtimonio ſenum contra Suſannam, deponentium de eodem actu adulterij, ſed non convenientium de loco, & tunc teſtes convincuntur falſitatis.

2 Regula communis eſt, quòd teſtes ſingulares tantùm ſemiplenè probent, quod tamen intelligitur in ijs caſibus, in quibus plures non requiruntur teſtes, ut deſumitur ex *c. licet cauſam de prob.* ubi etiam Gloſſa *V. ſingulares c. bona 23. §. contra verò de elect. c. cum dilectus 32. eodem tit.* ſiquidem teſtes ſingulares, cùm ſint ſoli, nec dictum unius corroboret dictum alterius, ideo teſtimonium ſingulare ſemper eſt dubium, & vacillat, eſt enim ſecundùm menſuram fidei humanæ, quæ fallibilis eſt, proinde poteſt eſſe, & non eſſe, unde habet locum ſuſpicio doli: ſecus quando plures ſunt conteſtes, quia dictum unius corroboratur per dictum alterius; excluditur dubietas, quæ ſtante fallibilitate fidei humanæ oritur ex ſingularitate teſtificationis. Solent tamen quoad hanc regulam plures adhiberi limitationes, ratione quarum ſingulares teſtes aliquid probant in aliquibus caſibus, ut notat Farinacius *quæſt. 64. de teſtibus in pract. crimin. numero 112.*

3 Cæterùm teſtes ſingulares, ſi maneant in ſua ſingularitate, nunquam plenè probant in quocunque caſu, & ſi aliquando probant, id contingit, quia fiunt conteſtes circa illud, quod probant, ſiquidem quamdiu manent ſingulares, ſemper ſunt ſoli, diſcordes, & varij, proinde, eorum teſtimonia ſunt dubia, cùm non ſe invicem corroborent. Tum quia ſicut affirmatio eſt cauſa affirmationis, ita negatio eſt cauſa negationis, & quia teſtes eſſe conteſtes, eſt cauſa, cur teſtes plenè probent; ita quòd teſtes non ſint conteſtes, erit cauſa, quòd non plenè probent. Tum quia teſtes ſingulares non reddunt rem certam, alioquin in quocunque caſu ſufficerent ad reddendam rem certam, unde ſi non ſufficiunt ex ſe ad reddendam rem certam, ſequitur, quòd in nullo caſu ſufficiant.

4 Neque obſtat, quòd in aliquibus caſibus non requiratur tanta probatio, quanta regulariter in aliis, proinde in primis caſibus teſtes ſingulares ſufficere ad plenè probandum. Nam contra eſt, quia ſententia Iudicis debet commenſurari probationi, unde ut ſit certa, non debet fundari in probatione incerta, alioquin non eſſet ſecundùm menſuram probationis, & cùm in nullo caſu teſtes ſingulares faciant probationem certam, ideo in nullo caſu cenſentur ſufficere pro ferenda ſententia certa, quam tenetur Iudex juxta allegata, & probata proferre.

5 An verò teſtes ſingulares aliquid probent in genere, videtur, eſſe aliqua difficultas, præſertim ſi ſermo ſit de perfecta probatione, quæ ſufficiat ad ferendam ſententiam; ut quando teſtes deponunt de diverſis actibus, ex quibus unum quid in genere deducitur, ut ſi unus teſtis deponat, Petrum furatum eſſe mille aureos, alius quingentos, alius trecentos, alius centum, alius quinquaginta, ex quibus conijcitur, & probatur, quòd Petrus fuerit furatus aliquam pecuniam in genere præſcindendo à quantitate, in qua non conveniunt teſtes. Felinus *in c. licet V. ad idem* Decius *in c. licèt cauſam n. 69* Mynſing. *obſer. 76. centur. 3. V. prædictum*, & alii plures docent, teſtes ſingulares ſufficere ad plenè, probandum aliquid in genere tantùm, non item in individuo, aut in ſpecie: quia quando ex pluribus actibus colligitur aliquid in genere, quod contingit, quoties teſtes ſingulares deponunt ſinguli de ſingulis actibus, & affirmant unum quid in genere, tunc enim reſpectu hujus, quod in genere conſurgit, fiunt conteſtes, & illud unum plenè probatur, quia teſtificatur à pluribus, ut in allato exemplo de furto Petri.

6 Communior tamen ſententia eſt, quòd teſtes ſingulares nunquã plenè probent aliquid in genere, ſed quamdiu ſingulares ſunt, vult eorum probationem ſemper manere imperfectam, tam quoad rationem ſpecificam, & individualem, quàm quoad rationem genericam furti, ut in exemplo allato; adeo ut Iudex eatenus de tali furto aliquid indicet, quatenus teſtes quoad iſtud particulare traducuntur ad conteſtes.

7 Ratio eſt, quia forum non verſatur circa actio-

nes in genere, ſed tantùm circa individuales, quia habet punire, aut præmiare, vel abſoluere; & nemo punitur, abſolvitur, aut præmiatur, niſi ratione actionum, quæ liberè exercentur, adeóque, quæ ſint ſingulares; tum quia forum in id vel maximè incumbit, ut inducat juſtitiam juxta exigentiam boni regiminis, ad quem finem utitur atteſtationibus: & illa tantùm ſub regimen cadunt, quæ ſingularia ſunt, nec forum poteſt judicare, niſi de ſingularibus, & teſtes non ſunt interrogandi, niſi de ijs, de quibus poteſt ſententia ferri.

8 Quòd ſi dicas, teſtes ſingulares probare in genere id, quod eſt certum in aliquo determinato individuo, ut furtum in genere, quod eſt in Petro, ut in individuo. Contra eſt, quia nequit aliquid ſecundùm genus convenire certo, & determinato individuo, niſi conveniat ſecundùm eſſe ſingulare, non enim poteſt eſſe quis fur in genere, niſi commiſerit certa, & determinata furta, quapropter, quod non poteſt dici verum in ſpecie, nec poterit verum dici in genere, ut notant Salycet. *in l. teſtium c. de teſtibus*. Brun. *l. 4. de har. c. 9.* & plures alij, qui hanc ſententiam defendunt, ut Iulius Clarus *l. 5. recept. ſententi. pract. crimin. q. 53. n. 18.* Covarr. *lib. 3. var. reſol. c. 3. n. 4.* Simaucha *de teſtib. tit. 4. n. 70.* Abbas *lib. 1. conſ. 42.*

9 Si inſtes, per teſtes illos ſingulares probari actiones particulares, in quibus ſubſiſtit aliquod unum in genere, quod poteſt eſſe objectum fori ratione illarum actionum. Adhuc contra eſt, quia hoc unum in genere non ſubſiſtit extra res particulares, cum non poſſit res in genere exiſtere ſine ſpecie, vel individuo: proinde ſi res in particulari non maneant ſufficienter probatæ, neque manet probatum ſufficienter, & plenè id unum in genere. Tum quia vel ſingularia circa quæ teſtes deponunt, & ex quibus deducitur id unum in genere, remanent plenè probata, vel non; ſi dicatur primum, ſequitur, quòd teſtes tanquam conteſtes de ſingulis deponant, quia per ſingulares teſtes non poteſt quidquam probari in particulari: at in hoc caſu probatio eſt de ſingularibus, de quibus ferenda eſt ſententia, proinde teſtes debent deponere de hiſce ſingularibus, non verò de aliquo in genere, ad quod non eſt recurrendum, quando ſingularia manent ſufficienter probata: quòd ſi ſingularia non manent plenè probata, tunc nec poteſt in genere aliquid plenè probari, quia teſtificatio directè, & imedidatè eſt de ſingularibus, ratione quorum extenditur ad univerſale; quamobrem ſi ſingularia non plenè probentur, neque plenè probatū erit vniverſale.

10 Si dicas, teſtes ſingulares deponentes de diverſis quantitatibus furti in particulari concordes eſſe quoad unum in genere, ſeu quoad rationem furti, quod certè exiſtit in illis particularibus quantitatibus, & ideò tunc teſtes ſingulares convincere de hoc uno in genere, ex quo poteſt Iudex inferre, quòd certum ſit furtum in particulari, reſpectu cuius teſtes ſingulares fiunt conteſtes.

11 Contra eſt, quia neque de hoc uno in genere teſtes ſingulares convincunt: ſiquidem teſtificatio non poteſt immediatè procedere, niſi de rebus particularibus, & medijs iſtis de aliquo univerſali; eatenus Iudex conijcit furtum patratum, quia omnes teſtes ſingulares fatentur hoc furtum circa diverſas quantitates particulares, ſi enim non faterentur has particulares quantitates, non poſſet conijci furtum in genere; quapropter generica ratio furti non habet majorem certitudinem, quàm habeant particularia, & cùm hæc non plenè probentur ob ſingularitatem teſtium, ita neque plenè probatur generica ratio furti ex illis particularibus quantitatibus: quamobrem Iudex non poteſt ex univerſali inferre tunc particulare, ut de hoc ſententiam ferat, ſiquidem cum ex particularibus inferat univerſale; ſi ex hoc rurſus inferret paricular, revertere-tur ad id, quod non erat ſufficienter probatum, ut de ipſo ſententiam diceret.

Tum quia teſtes non concordantes in ſingulari, nec videntur poſſe in genere concordare, quia tametſi actiones, & quantitates, de quibus deponunt, verſentur in genere circa furtum, teſtificationes tamen particulares non ſunt de hac unitate generica, ſed de actione, & quantitate particulari.

12 Iuvat tamen animadvertere, quòd quando agitur de aliquo ſecundùm genus, an aliquis ſit fur, & teſtes deponunt actiones ſingulares de cauſa furti, non tanquam id, de quo teſtantur, ſed tanquam ratione ſui dicti, adeo ut teſtificatio procedat de furto in genere, tunc videntur ſufficere ad plenè probandum teſtes ſingulares, quia tametſi probatio videatur eſſe de aliquo generico; nihilominus teſtificatio procedit de aliquo in particulari, ut de vitio furti, & tunc teſtes quamvis ſingulares ſint quoad rationem ſui dicti, eò quia unus afferat illam actionem, & alius aliam; ſunt nihilominus conteſtes quoad rem teſtificatam, cùm ſint omnes concordes in eo, quod per ſe primò deponunt, ut notat Albertin. *c. 1. q. 10. n. 49. §. ſi verò aliquis actus debaret. in 6.* unde liquet ſolutio ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ, quia quando teſtes deponunt ſinguli de ſingulis actionibus non fiunt conteſtes reſpectu illius, quod in genere conſurgit, quia non deponunt de ipſo per ſe primò, ſed tantùm conſecutivè: tunc enim teſtes ſingulares cenſentur probare in genere, quando ipſum genus articulatur, non ita quando articulantur tantùm certæ actiones, & quantitates particulares.

13 Cæterum, ſi agatur de re permanente teſtes ſingulares cenſentur plenè probare, ut notat Bald. *l. 1. C. de teſtam. q. 8. & l. Lucius ff. de his, qui notant. in fin.* Lanfrancus *in c. quoniam contra de probatione §. teſtium. numero* 30. quia quando res eſt permanens, teſtes non manent in ſua ſingularitate, quamvis teſtificentur de diverſis temporibus, & locis, ſed fiunt conteſtes ratione permanentiæ ejuſdem rei: ſiquidem eadem res, quæ venit in judicium, ſubijcitur teſtificationi uniuscuiusque, quapropter omnes illi teſtes teſtificantur de re eadem permanente, qua ratione plures quamvis teſtes ſingulares, ſi teſtentur, aliquem fuiſſe impo-

impotentem pro matrimonio conſummando tali tempore, & alius teſtis tempore alio, & alius alio, & interim verum ſit, quòd permaneat illa impotentia, tunc quamvis ſint ſingulares teſtes quoad tempus diverſum, adhuc fiunc conteſtes, ratione impotentiæ permanentis.

15 Verùm tamen eſt, quòd, ut teſtes ſingulares de re permanenti dicantur plenam fidem facere, debet res illa permanens talis eſſe conditionis, ut non potuerit variari ratione temporis, aut loci, vel alterius circumſtantiæ, ratione cuius teſtes dicuntur ſingulares: alioquin ſi potuit variari, ſequitur etiam, quòd alter teſtis ſingularis, ratione cuius potuit res variari, poſſit eſſe falſus, & non eſſe concors cum altero, proinde nec cum ipſo conteſtis. Hinc probatio non eſſet plena, nec ſufficiens; & quamvis quia teſtificet de eadem re in diverſo tempore, aut loco, aut cum diverſa alia circumſtantis, ratione cujus potuerit variari; nihilominùs non plenè probatur, & teſtis remanet ſolus, & unus quoad depoſitionem rei cum tali circumſtantia; proinde remanet dubia teſtificatio. Quòd ſi dicas in dubio, an teſtes ſint conteſtes, præſumendum eſſe, quòd ſint conteſtes, ut docent communiter utriusque juris doctores teſte Farinacio *in pract. crimin. q. 46. de teſtib. n. 318.* reſpondetur, plures utriusque juris peritos etiam contrarium docere apud eundem Farinacium.

Quamobrem meliùs alii limitant, ut in du-
16 bio teſtes præſumantur eſſe conteſtes, quando dubium eſt ſupra pluralitatem actuum, quia tunc præſumitur unus actus; non autem quando eſt ſupra diverſificatem circumſtantiarum præſertim temporis, & loci, & aliarum pertinentium ad ſubſtantiam actus. Præterea, quia dubium, an ſint conteſtes, poteſt oriri vel ex modo deponendi ipſorum teſtium, & tunc ad ſummùm præſumuntur conteſtes, eò quia poſſit ſorum adjuvare teſtificationem, quando in modo procedendi deficit. Vel poteſt oriri ex ſingularitate circumſtantiæ, ratione cujus teſtes dicuntur ſingularea, & tunc non præſumuntur conteſtes, quia res teſtificata adhuc remanet dubia ratione ſingularitatis.

17 Quamobrem teſtes ſingulares nunquam cenſentur facere plenam probationem, tametſi inſignes ſint, & qualificati, niſi aliter cautum ſit in jure, ratione gradùs, vel dignitatis perſonæ, ut docent juria periti Crav. *de teſtibus. p. 7. n. 326. V. ſed credo illum.* Farinacius *in pract. crimin. q. 64. de teſtib. n. 305.* ubi hanc ſententiam vocat probabiliorem, & Cinus in *l. ſi quis decuris C. de ſal.* Iaſon. *l. 2. §. ſi abſenſ. & l. neque is de acquir. heredit.* extendunt etiam ad eum, qui de proprio facto teſtificatur. Ratio, qua nititur hæc ſententia, eſt, quia teſtes ſingulares, quamvis ſint inſignes perſonæ, & qualificatæ, ſi non fiant conteſtes, nunquam excedunt vim unius teſtis, quia ſemper ſunt ſinguli pro ſingulis diſtinctis articulis, & unus teſtis quicunque ille ſit, nunqnam ſufficit ad plenè probandum: ſiquidem in lege divina prohibetur ferri ſententia ex teſtimonio unius; hinc in *Deuter. c. 17. in ore duorum, vel trium teſtium perebit, qui interficietur: nemo occidatur uno contra ſe dicente teſtimonium.* & rurſus *c. 19.* habetur: *Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, quidquid illud peccati, vel facinoris fuerit, & c. 25.* habetur: *Ad unius teſtimonium non condemnabitur,* hoc idem etiam habetur in lege evangelica Matth. 18. *Adhibe tecum unum, vel duos teſtes, ut in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum.*

Quamobrem ad convincendũ reum, neceſſa- 18
rii ſunt plures conteſtes, neque uni habenda eſt fides, ſiquidem poteſt faciliùs unus, vel propriis paſſionibus, aut alio modo perverti, quæ ratio militat etiam in ſingularibus teſtibus, inſignibus, & qualificatis, quia quilibet ſubijcitur propriis paſſionibus, ac deceptionibus, quæ facilè poſſunt inducere ad teſtificandum falſum. Tum quia qualificatio perſonæ non ſecum affert novum teſtimonium, ſed tantùm qualificat teſtimonium proveniens à tali perſona ſic qualificata, proinde non obſtante qualificatione teſtificatio ſemper manet ſingularis, neque egreditur limites ſemiplenæ probationis, ſed tantùm intenſivè perficitur ratione qualitatis intra lineam ſemper ſemiplenæ probationis. Quòd ſi concurrant ſimul plures teſtes, quantumvis qualificati, cum ſibi non communicent qualificationem, nec conveniant in dicto, propterea teſtificatio unius nunquam poteſt juvare teſtificationem alterius, ſed tantùm propriam: unde ſicut quilibet teſtis qualificatus, ſi eſſet ſolus, non faceret, niſi ſemiplenam probationem: ita nec poteſt excedere eandem per acceſſum aliorum, cùm qualificatio cæterorum teſtium non inferat conteſtationem, nec aliud æquivalens, & quamvis qualificatio id præſtet, ut ſingulare teſtimonium pluris fiat, ac habeatur majoris ponderis, nunquam tamen ad id pervenit, ut præponderet cum teſtimonio alterius ſingularis.

Hinc tametſi teſtes ſingulares eſſent plu- 19
res, nunquam tamen omnes ad id pervenirent, ut plenam facerent probationem, ut docent communiter juriſperiti præſertim Bald. *in l. jusjurandi n. 4. V. deinde nota C. de teſtibus* Iaſon. *in l. admonendi ff. de jurejur. n. 256.* Felinus *in c. licet ex quadam. n. 2. V. unde tantùm probant extra de teſtib.* Mynſing. *centur. 3. obſer. 76. V. quinimò etiam*, quia in quovis numero quamvis aucto teſtium ſingularium, niſi iſti fiant conteſtes, nullus confirmat, nec adjuvat teſtificationem alterius, eò quia dictũ unius nunquam pertineat ad dictum alterius, nec cum ipſo nectatur; quamobrem licèt numerus teſtium ſingularium augeatur, adhuc teſtificatio unius eodem pacto ſe habet, ac ſi ille ſolus teſtificaretur.

Neque obſtat, ſi dicas, quòd concurrente multitudine teſtium ſingularium ſimul cum eorum qualificatione Iudex convincatur ad aſſentiendum teſtificatis, eò quia moraliter non cenſeatur probabile, quòd tot teſtes inſignes, & qualificati falſum perhibeant teſtimonium. Nam contra eſt, quia tametſi Iudex ſupponat omnes illos teſtes verum deponere, non tamen poteſt aſſentire, quòd faciant plenam probationem ob ſingularitatẽ, quæ non ſinit eos eſſe conteſtes, quamobrem integritas, & qualificatio perſonæ tantùm confirmat proprium dictum cujuslibet, non verò corroborat dictum alte-

rius: hinc eſt, quòd numerus teſtium ſingularium per accidens ſe habeat ad dictum unius teſtis ſingularis.

21 Quamobrem ad ſummum poteſt Iodex ex pluribus illis teſtificetionibus qnelificatis conjicere in genere pravos mores, & malam ſemam illius, contre quem ſingularea illi teſtes perhibent teſtimonium, nunquam tamen poteſt Iudex ex hoc, quod colligitur ex pluribus illie teſtibus ſinguletibus, ſententiam ferre definitivem, quia teſtes illi ſingularee tentùm deponunt ſinguli de ſingulia actibus; adeo ut non remeneat aliquid conteſtificatum, nec propterea eptum, ut ſit argumentum ſententiæ ferendæ per Iudicem. Neque obſtat, ſi dicas, ſingularitatem ſuppleri per qualitatem perſonæ, id enim eſt falſum, quie tametſi qualificatio perſonæ tribuet majorem vim teſtificationi, edhuc tamen ralinquit perſonam in ſua ſingularitate, proinde non fecit, ut ejus probetio ſit plene, ſed ed ſummum præbet illi mejus pondus intra rationem ſemiplenæ probetionis, adeo ut qualificatio non extrahat teſtificationem à ſua ſingularitate.

22 An verò teſtes ſingulares ſaltem ſufficiant ad infligendem leviorem pœnam ordinariê; videtur eſſe major difficultas, pro qua juvat obſervare, quòd ut pœna ordineria, qoæ juxta leges imponitur delinquenti, infligatur, requiritur, quòd Reua etiam ſecundùm legea ſit convictus, adcò ut habeatur contre ipſum plene probatio, qualie non habetur per teſtes ſingulares, niſi quid aliud concurrat. Certum eſt, teſtes ſingulares ſingularitata obſtativa, ſeu quâ in ſuis dictis teſtes ſibi invicem obſtant, non eſſe ſufficientes ed probandum pro eliqua pœna infligenda, quantumvis levi: quie cùm teſtea ſibi invicem obſtent, reddunt etiam ſibi invicem teſtificationem ſuſpectem quia, quod unus aſſerit, neget alter; ex quo non videtur remanera eliqua probetio, pro que poſſit pœna alique inferri, unde hujusmodi teſtea nil probare docent communiter juriſperiti cum Bald. *in cap. cauſam 37. h. t. n. 11. cum Felin. in cap. licèt ex quadam V. eſt etiam 47. de teſtibus* Ferinecius *pract. crimin. quaſtione 64. de teſtibus numero 54.*

23 Immo neque teſtes ſingulares ſingularitate diverſificativa, qua diverſe, ſed non contraria deponunt, ſufficiunt ed pœnam infligendem ordinatiê leviorem; & ratio petitur ex eo, quòd ſententia non feratur, niſi in convictum, vel ſponte confaſſum: & per hanc probationem teſtium ſingularium Reus non convincitur; quapropter licèt pœna ſit mitior, adhuc non poteſt infligi, quia probatio utpote teſtis ſingularis non plenè probet, reum verè eſſe reum, ac propterea nec mereri telem pœnam: ſiquidem pœna innocenti non infligitur. Et quamvis teſtea ſingulares dicantur facere probationem imperfectam, non tamen inde ſequitur, quòd ex tali probatione poſſit infligi pœna etiam imperfecta, ſeu mitior, ſiquidem cum pœna reſpiciat eſſentieliter delictum tanquam corralativum non poteſt infligi, niſi conſtet de delicto. Quamobram ad pœnam infligendam etiam mitiorem, non ſufficit quæcunque probatio imperfecta, & ſemiplene, ſed requiritur probatio, quæ plenè probet delictum, & convincat reum verè eſſa reum.

Neque obſtat levitas pænæ, quia pœna levis neque poteſt infligi, niſi conſtet certò de delicto ſecundùm allegata, & probate, alioquin non ſervaretur æquelita juſtitiæ, quie delictum eſſet incertum, & pœna carta; quòd ſi ſemel conſtet de delicto, debet tunc infligi pœne plena juxta meritum cauſæ, alioquin ſi pro delicto gravi infligeretur pœne levis, ordo invertereture procedendi judicialiter, & cum res eſſet gravis, minimè excuſeretur à peccato lethali. Ordo judicialis id exigit, ut ſententie incipiat à plena probationa, & quendo hæc non eſt plena, ot ed ulteriora medie devenietur, & ad alia adminicula, quorum beneficio poſſit fieri probatio plene: & ſi pro ſemiplene probetione teſtium ſingulerium infligeretur pœna lavis, ntique hic ordo parvarteretur, quie ſententia inciperet à ſemiplena, ac imperfecta probatione. Et quamvis pæna levior foret, adhuc tamen reus per ſententiam Iudicis ſubjiceretur delicto, & aliqoid præmitteretur, ratione cuius poſſet etiem ebſolvi: ſiquidem ſtente imperfecta probetione poteſt contingera, quòd rans non magis condemnetur, quàm abſolvetur. 24

Sin verò teſtee ita ſint ſingnleres ſingularitate adminiculativa, ut dictum unius corroboret dictum alterius, ut contingaret, ſi unua teſtificarêtnr de facto, & alter de confeſſiona facti, tunc enim probabiliùs eſt, neque hujusmodi teſtes ſuffecturos pro pœna etiem leviori infligende, quie tametſi pœna ſit ordineriâ levior, adhuc tamen infligitur per ſententiem condemnatoriam, & hi teſtea tametſi eliquid probent, adhuc tamen non plenè probant, ut notat Farinacius *in pract. crimin. quaſtion. 64. de teſtibus numero 112.* Caccalupus *l. admonendi numero 86. V. dicit etiam.* Probatio eutem ſemiplene non ſufficit pro pœna infligenda, quia ad id requiritur neceſſariò plene probatio: ſiquidem ſententie condemnatoria exigit reum convictum, aut ſpontè confeſſum. Id autem intelligitur de ſingularitate edminiculativa, quando adminiculetio non eſt talis, ut inducat plenam probationem per conjunctam taſtificetionem elterius teſtis ſingularis: cæterum poteſt contingere, quòd feciet tale judicium, quod conſtet per teſtes conteſtes, adeò nt ex conjunctiona unius teſtis cum alio habeatur plena probetio: in hoc enim ſenſu docent plures, teſtes ſingularea adminiculantes plenè probare Covarruvias *libro 3. var. reſol. c. 3. n. 5. V. ex quibus regij Iudices.* 25

Dubitatur tamen, an ſaltem teſtes ſingulares ſufficiant, ut poſſit Iudex aliquando ex juſte cauſa ſecundùm ipſos ſententiam ferre. Pro ſolutione dubij procedendum eſt eum diſtinctione, ſi enim ſermo ſit de Iudice, qui teneatur judicare ſecundùm allegate, & probate. Vel de Iudice qui poſſit ſcientiem ſuam privatam ſequi. Ut etiam de teſtibus ſingularibus ſingularitata obſtativa; tuna docene com- 26

communiter, non poſſe Iudicem teſtes illos ſequi, eò quia cùm ſint teſtes ſingulares, quorum unus negat, quod alter aſſerit, nullam fidem faciunt. Quòd ſi teſtes ſint ſingulares ſingularitate diverſificativa, aut adminiculativa, & Judex poſſit ſequi ſuam privatam ſcientiam; tunc ſi Judex habet talem privatam ſcientiam, ut faciat cum teſtibus plenam probationem, poteſt ex juſta cauſa ſecundùm tales teſtes ſententiam ferre. Tunc verò conjicitur, quòd Judex unà cum teſtibus habeat plenam probationem, quando talis probatio, ſi transiret in teſtificationem, faceret ſimul cum teſtibus ſingularibus plenam probationem, quia tunc Judex cenſetur jam habere rem in comperto, & modo ſibi ſufficienti ad ferendam ſententiam.

27 Sin verò Judex non poſſit ſequi ſententiam privatam, & motivum ſequendi teſtes ſingulares non ſit in ipſis actis, nec cum ipſis connexum, adeò ut non ſit publicum, ſed tantùm privatum; tunc non poteſt Judex ſequi teſtes ſingulares, quia non poteſt ſequi ſcientiam privatam, conſequenter nec motivum privatum, cùm ſit utrinque par ratio; quapropter perverteret ordinem procedendi judicialiter. Præterea quia eatenus ex juſta cauſa poteſt teſtes ſingulares ſequi, quatenus motivum corroborat eandem teſtificationem; & tale motivum non adjuvat, cùm non ſupponatur in actis ſecundùm allegata, & probata: ſiquidem ſententia Judicis debet fundari in probatione apparente ex ipſis actis. Quòd ſi motivum ex allegatis, & probatis habeatur, adhuc debet conſiderari, an ſit intrinſecum cauſæ, de qua agitur, & pertineat ad eſſe ipſius; an tantùm ſit extrinſecum; quia ſi eſt extrinſecum, cùm non pertineat ad ipſam cauſam, non videtur ſufficiens, ut Judex ſequatur teſtes ſingulares: ſiquidem cùm ſit Judex alligatus ad iudicandum ſecundùm allegata, & probata, eſt etiam alligatus ad judicandum de iis, de quibus formatur proceſſus: hinc Judex eas tantùm poteſt probationes reſpicere, ac motiva, quæ cauſam concernunt, ſeu articulum, qui in proceſſu probari intenditur: alioquin ſi probatio non concernit articulum illum, eſt extra allegata, & probata, quia non adducitur ad probandum, quæ ex vi proceſſûs probari intenduntur, & Judex non judicat, niſi ſecundùm allegata, & probata ex vi proceſſûs: hinc tale motivum ad ſummum poſſet indicium adſerre ad formandum alium proceſſum.

28 Quòd ſi motivum ſit intrinſecum cauſæ, tunc conſiderari debet, quomodo adjuvet probationem per teſtes ſingulares exhibitam; ſi enim ita probationem adjuvat, ut faciat rem certam, tunc poteſt Judex teſtes ſingulares ſequi, quia in allegatis, & probatis jam habet ſufficiens fundamentum, ſeu certitudinem de eo, de quo debet ſententiam ferre, & tunc Judex ita judicat, pro ut in animo ſentit, & cùm id ſit valdè rationabile, ſupponitur, quòd ex allegatis, & probatis tes ſufficienter certificetur, cùm Judex trahatur ad ita ſentiendum; quòd ſi motivum intrinſecum cauſæ non ita adjuvat probationem, ut rem ponat in claro, ſed adhuc dubiam relinquat, tunc non poteſt Judex ſequi teſtificatione teſtium ſingularium, quia tunc non adeſt juſta cauſa: neque poteſt Judex ſententiam ferre aliter, ac ipſe in animo ſentiat per allegata, ac probata, quibus ſententia alligatur; & non poteſt Judex ita ſententiam ferre, niſi moveatur ab allegatis, & probatis ad ita ſentiendum: quòd non contingit, quando teſtes ſunt ſingulares, & motivum non ita adjuvat probationem, ut ponat rem in claro, ſiquidem hoc implicat in terminis.

Rurſus, ut Judex dicatur ex juſta cauſa judicare ſecundùm teſtes ſingulares, debet ipſa cauſa continere juſtitiam ſententiæ, alioquin ſi non redderet ſententiam juſtam, non foret juſta cauſa, & non poteſt reddere ſententiam juſtam, niſi ſit talis, ut exigat ita judicari, ſeu niſi reddat rem certam Judici. Quamobrem non poteſt Judex ferre ſententiam conformem depoſitionibus teſtium ſingularium, niſi interveniat juſta, ac rationabilis cauſa, cùm teſtificatio talium teſtium ob ſingularitatem ſemper relinquat rem dubiam, & ſententia Judicis exigat neceſſariò in re, de qua procedit, certitudinem; quia debet eſſe commenſurata objecto, ut ſit juſta, quod non contingeret, ſi res dubia foret, quia ſententia procedit abſoluto modo, & certò pronunciat, rem ita eſſe. 29

Ordinariè ad probationem rei geſtæ requiruntur duo teſtes idonei omni exceptione majores tam in profanis, quàm eccleſiaſticis, tam in criminalibus, quàm civilibus cauſis, idque deſumitur *ex c. 18. Matth. v. 17.* ubi habetur *in ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum;* hoc idem etiam habetur *in c. ſi teſtes 3. §. ubi numerus, cauſa 4. q. 2. & 3.* Idque procedit regulariter, & ordinariè; ſiquidem ſunt quædam cauſæ, in quibus plures, quàm duo, vel tres teſtes requiruntur locò cujuſdam ſolemnitatis; quo pacto de jure cæſareo in ſolemni teſtamento requiruntur ſeptem teſtes, & in codicillis, & donatione causâ mortis deſiderantur quinque teſtes *c. licèt*, & ibi Gloſſa *V. quadam.* Rurſus in quibuſdam ſpeciebus contractuum plures teſtes requiruntur, ut in depoſitione pecuniæ, vel alterius rei excedentis libram auri deſiderantur tres teſtes, ut notat Farinacius *tract. de teſtibus q. 63. num. 253.* Quinimo olim ad condemnandum Cardinalem, & Epiſcopum 72. requirebantur teſtes; ad condemnandum Presbyterum 44. ad Diaconum 27. ad ſubdiaconum, vel inferiorem clericum 7. ut habetur *in c. 2.* juncta Gloſſa *V. Præſul. cauſa 2. q. 4.* hæc tamen de conſuetudine hodie non obſervantur, ſed ad condemnandam perſonam in quacunque dignitate conſtitutam ſufficiunt duo teſtes idonei, qui ſint omni exceptione majores. 30

Cæterùm licèt teſtis ſingularis regulariter non ſufficiat ad condemnandum reum, eò quia non plenè probet; ſi tamen fuerit teſtis omni exceptione major, qui depoſuerit de ipſo crimine in judicio, facit ſemiplenam probationem, ſeu præſumptionem ſufficientem ad inquirendum, ac citandum, imò etiam ad torquendum reum, ut notat Farinacius *cit. quæſt. 63. num. 50.* Quòd ſi teſtimonium hujus teſtis omni exceptione majoris jungatur cum aliis præſumptionibus, & indi- 31

indiciis, tunc ſaltem in civilibus cauſia cenſetur ab aliquibus facere plenam probationem, non verò in criminalibus.

32 Dubitatur tamen, an ſi unus teſtis ſit omni exceptione major, & fide digniſſimus, & alter ſit ſuſpectus, an ex utroque aſſerente idem, fiat plena probatio. Reſpondetur cum diſtinctione: ſi enim cum teſte omni exceptione majore jungatur teſtis inhabilia, qui ſit repellendua, eò quia ſit infamis infamiâ juris, vel ſocius criminis non excepti, tunc ejus defectus non ſuppletur per ſuperabundantem alterius fidem, & habilitatem, quia habilitas in alio teſte eſt extrinſeca inhabilitati ſecundi teſtis; tum quia defectus in ſecundo teſte eſt quid imperfectum, quod non poteſt ſuppleri per aliud extrinſecum, ut notat Maſcardus *conclus.* 1359. *num.* 13. ex numero tamen ſuppleri poteſt defectus in cauſis tantùm civilibus, & non arduis; adeo ut ſi quatuor, & quinque teſtes non totaliter repellendi jungantur cum teſte omni exceptione majore, tunc omnea faciunt plenam probationem. In cauſis verò criminalibus, & præſertim eapitslibus ad plenam probationem neceſſarii ſunt duo teſtea jurati, qui jure gentium, & poſitivo ſufficiunt: de jure tamen naturali eſt quæſtio, an per hoc ſimpliciter duo teſtes ſint neceſſarii; adeout peecet contra juſtitiam, qui unius teſtimonio contentus fert condemnationia ſententiam: cenſent aliqui, id non eſſe contra juſtitiam, quia hæc aliud non videtur exigere, niſi quòd nemo condemnetur, niſi certò de ipſius crimine conſtet; hac ratione jure gentium duo ad minimũ requiruntur teſtes; quia in duobus præſumitur major notitia veritatis. Quòd ſi Judex, vel Princeps certò ſeiret delictum patratum à Reo, utpote à ſe viſum; nulla tunc fieret reo injuria, ſi ad debitam damnaretur pœnam ſubeundam. Verùm iure commnni id non permittitur; quia non videtur expedire, tantam uni homini poteſtatem concedere, ut ex ſua unius ſcientia Reum condemnet.

33 Hinc unus teſtis de viſu, quamvis omni exceptione major ſemiplenam tantùm facit probationem, quæ in criminalibus ſufficit ad torturam Gloſſa *in l. ſi quis V. cònvictus C. ad legem Juliæ majeſtatis* Clarus *l. 5 q.* 21. idémque dicendum eſt de teſte, qui de auditis à ſe verbis, ut de blaſphemia, detractione, & aliis ſimilibus deponit: idem de objectis aliorum ſenſuum, in quibus nequit error contingere. Unde quando teſtis de corpore delicti, ejúſque circumſtantiis tempore, loco, & ſimilibus depoſuerit, nonniſi probationem ſemiplenam cenſetur facere etiam in criminalibus, ut nòtat Zanger *de tortur. c. 2. num.* 16. Cæterum teſtis de ſola credulitate non admittitur, niſi fortaſſia in iis, quæ certò, & aliter cognoſci neqneunt, vel accedat aliqua veriſimilis præſumptio, ut notat Barboſa in *c. quotiens 5. de teſtibus*, ubi plures ponit limitationes. Qui verò de induſtria, vel ignorantia craſſa, & affectata falſum tulerit teſtimonium, is tenetur ad reſtitutionem in ſolidum omnium damnorum, quæ inde emerſerunt juxta generalem regulam: *quicunque damni cauſa efficax fuit, reſtituendi neceſſitate tenetur.* Dicitur de induſtria, hoc eſt nullo mentia errore, aut illuſione præcedente, ſed cum ſufficienti notitia, & deliberatione. Dicitur etiam de ignorantia affectata, quia hæc non excuſat à culpa, & apud juriſperitos habetur pro ſcientia *l. qui contra C. de inceſt. nupt.*

Limitatur tamen, quòd ad reſtitutionem damnorum non obligetur teſtis, qui ſe non obtulit ad teſtimonium ferendum; ut etiam qui ut ſibi, ſuiſque rebus conſulat à Judice vocatus non comparet, aut veritatem licito modo occultat: quia ut probabilior fert ſententia, non tenehatur ad comparendum ex juſtitia, ſed ex ſola charitate. Neque obſtat, quòd ſi Judex mandaret Titio inſtrumentum aliquod, vel ſcripturam, quæ neceſſaria eſt ad cauſæ defenſionem proferre, teneretur ex juſtitia Titius ſcripturam illam proferre, & ſecus faciendo compenſare damnum, quod ex inde orireiur. Nam eſt diſcrimen de teſtimonio ferendo, & ſcriptura proferenda, quia cùm ſcriptura res ſit externa, poteſt reſpublica de ipſa diſponere, perinde ac de aliis bonis externis, quando judicat expedire: ad teſtimonium verò ferendum non tenetur teſtis ex juſtitia, ſed ex ſola charitate: non tamen deſunt, qui cenſeant, teſtem peccare etiam contra juſtitiam, ſi abſcondat ſe, & negativè ſe habeat non manifeſtando veritatem, ut cenſent Dominicus Soto *lib. 5. de juſtit. q. 7. a.* 1. Navarrus *c. 25. num.* 4. Zerolla *p. 2. V. teſtis num.* 4. Contraria tamen ſententia videtur communior. 34

§. VIII.

De iuramento, interrogatoriis, & examine teſtium, nec non de publicatione atteſtationum.

EXplorati eſſe juris, teſtem in judicio non aliter audiri, niſi juratum; & nullam eſſe injurati teſtis fidem, liquet *ex l. jurisjur. C. de teſtib. c. quoties c. licèt 2. §. teſtes* Gloſſa ibidem *c. tuis quæſtionibus. c. nuper h. t.* Quia in judiciis curandum eſt toto niſu, ut de veritate facti liqueat, ne per latam ſententiam à Judice alicui damnum injuſtè inferatur: qua ratione ad majorem teſtimonii certitudinem quando agitur de præjudicio alterius, requiritur à quocunque teſte juramentum non ſolùm in cauſis civilibus, ſed multò magis in criminalibus, ut notat Gaillus *lib. 1, obſer.* 101. Quamobrem teſtis antequam deponat in judicio, debet juramentum præſtare de veritate dicenda ſub certa forma, quæ habetur in cancellariis. Hinc juramentum teſtium non eſt juramentum calumniæ, ſed veritatis; adeo ut teneantur jurare, ſe dicturos veritatem ſuper iis omnibus, de quibus in judiciis interrogabuntur, prout ipſis innoteſcit; & quidem pro utraque parte litigante, quia ſicut tenentur pro utraque parte veritatem dicere, ita etiam tenentur jurare, ut notat Farinacius *tract. de teſtibus q. 74. num. 16.* Quinimo tenentur jurare, quòd nec pretio, nec amore, nec timore, nec odio, nec pro alio commodo 1

ſint

Digitized by Google

ſint teſtimonium dicturi, Maſcardus *tom.* 1. *de probat. q.* 5. *num.* 75. tenentur etiam jurare ſe nemini dicturos ſuas depoſitiones ante earundem publicationem, ut aſſerit Abbas *in c. fraternitatis 16. n. 13. h. t.* Debet hoc juramentum præcedere depoſitionem teſtium, ut inde depoſitio magis corroboretur, alioquin niſi juramentum præcederet, depoſitio non faceret ullam fidem, ut deſumitur *ex c. fraternitatis 16. in fin. h. t.*

2 Quòd ſi juramentum præcedat depoſitionem, tùnc præſtatur huic fides ob juramenti religionem, quia non præſumitur teſtis peierare. Notat tamen Gaillus *obſerv.* 110. *num.* 9. in camera imperiali præceptum eſſe, ut depoſitio teſtium facta ante juramentum ſuum ſortiatur valorem, dummodo immediatè ſequatur juramentum, eò quia tunc depoſitio teſtis cenſetur moraliter juramento informatâ juxta vulgarem regulam, qua ea dicuntur ineſſe, quæ incontinenti fiunt: hinc pacta incontinenti adjecta inſunt bonæ fidei contractibus: ratio poteſt eſſe, quia quando juramentum immediatè ſequitur, tunc refertur ad præcedentem depoſitionem, adeo ut ſit veluti aſſertio repetita, & nunc jurata, quæ antea erat nuda. Quòd ſi ex intervallo temporis juramentum præſtaretur; tunc depoſitio teſtis utpote injurata nullam inveheret fidem.

3 Rurſus debent teſtes jurare in judicio non extra illud, alioquin depoſitio teſtium nullius foret valoris *l. 3. §. Gabinio* juncta Gloſſa marginal. *littera A. ff. h. t.* Immo etiam partibus præſentibus tenentur teſtes juramentum deponere *l. ſi quando 9.* & ibi Gloſſa *V. noluerint C. h. t.* Debet etiam juramentum à teſtibus præſtandum fieri tactis Evangeliis, ut conſtat *ex c. hortamur*, Abbas *in c. tuis 39. n. 7. h. t.* licèt per conſuetudinem poſſit introduci, ut aliter juretur, ſcilicet tangendo alias quaſcunque ſcripturas ſacras, vel reliquias ſacras, crucem, altare, & alia id genus, ut notat Abbas *in d. c. tuis 39.*

4 Non ſolùm laici teſtes, verùm etiam clerici, & religioſi tenentur in judicio juramentum deponere de veritate dicenda, adeo ut nec ipſi religioſi recipiantur in teſtes, niſi præmiſſo juramento in principio examinis *c. fraternitatis h. t.* & hoc juramentum clericorum, & religioſorum, eſt etiam juramentum veritatis, non calumniæ, quia jurant, ſe dicturos veritatem circa articulos probatorios, prout ipſis innotuerint *c. quoties c. licet.* 2. De Epiſcopo in *c. fin. de jurament. calum.* ſtatutum eſt, ut per ſe, agens in judicio per ſe juret propoſitis ante ſe, non tamen tactis Evangeliis, ex quo ait Gloſſa ibidem *v. aſſumpſit officium in ſe* jurare debet de calumnia, cum ſic acceſſorium, & ſine quo non poſſet cauſa expediri *argum. c. prætereas de offic. deleg. authent, de ſanctis Epiſc. §. nulli verò.* Ob tamen reverentiam ordinis, & ſtatus epiſcopalis remitti ſolet juramentum Epiſcopis, ut etiam aliis illuſtribus perſonis, quarum ſinceritas præſumitur non minus firma, & conſtans, quàm ſi juramento corroboraretur, ut notat Franciſcus Marcus *decis. var p. 6. q. 377.* Multarum enim Provinciarum uſu, & conſuetudine introductum eſt, ut perſonæ illuſtres, & in dignitate conſtitutæ abſque juramento ſub ſola fide nobilitatis, vel ſtatûs ſui deponant, & depoſitionem in ſcriptis clauſam, proprióque ſigillo munitam Judici tranſmittant, ut notat Gaillus *lib. 1. obſer. 17. num. 14.* ubi notat, eam eſſe conſuetudinem omnino reprobandam, de qua omnibus teſtibus indifferenter ſine juramento creditur, quia talis conſuetudo eſſet irrationabilis; ac præberet anſam calumniis.

Poteſt autem hoc juramentum pars parti 5 remittere, & teſtimonia tunc perinde obtinebunt ſuum valorem, ac ſi juramento fuiſſent firmata, ut notat Panormitanus *in c. tuis h. t.* Ratio, cur hæc remiſſio à jure permittatur, eſt, quia juramentum teſtis reſpicit favorem partis contra quam producitur, ut veritatem dicat, & depoſitio juramenti non eſt ſolemnitas ſubſtantialis, & inſeparabilis, ſed accidentalis, & ſeparabilis, ut deſumitur *ex c. 2. de ſponſal.* Panormit. *in c. 1. de jurejur. num. 4.* Secus juramentum calumniæ, quia reſpicit utilitatem publicam, expreſsè remitti non poteſt *c. 1. §. 1. de juram. calum. in 6.* Soccinus *in c. final. num. 40.* alioquin per calumnias Judices fruſtra fatigarentur, & in infinitum lites protraherentur. Juvat tamen obſervare, quòd tametſi pars remiſerit juramentum teſti, adhuc Judex poteſt illud offerre teſti, ſi expedire viderit, aut ſi agatur de præjudicio publico, aut damno animarum, ut in cauſa matrimoniali, Felin. *in c. tuis h. t. num. 4.* An verò conſuetudine, vel ſtatuto obtineri poſſit, ut teſtibus injuratis habeatur fides in judicio, ut Judex ſecundùm probata, & allegata ſantentiam ferat, non videtur ita certum.

Nihilominus ſententia affirmativa ex eo 6 videtur probabilis, quia quæ fieri pacto poſſunt, eodem poſſunt etiam ſtatuta decerni, argumento à minore ad majus, ſiquidem major eſt poteſtas legis, quàm hominis *in l. ſubeſt. l. fin. C. de fidejuſſ.* Quòd ſi inter terminos comparationis intercedat diſparitas, aut diſſimilitudo, quæ oſtenſa fuerit; tunc tantùm valet pactum de non jurando, non verò ſtatutum, & conſuetudo, ut notat Felin *in c. tuis. h. t. num. 2.* Cæterum putârim poſſe à ſupremo Principe ſtatutum decerni, ut in perſonis perquàm illuſtribus genere, & virtute, quæque integritate vitæ, morum probitate omnem excludunt fidei ſuſpicionem, non requiratur ad plenè teſtandum juramentum, quia in ſimilibus perſonis ceſſat præſumptio omnis doli, & fraudis, proinde ceſſat cauſa exigendi juramentum, & notat Gaillus *lib. 1. obſer. 101.* hodie uſum invaluiſſe, ut in pleriſque locis illuſtrium perſonarum etiam abſentium teſtimonia ſignata ſub fide ſua recipiantur.

Productis articulis Judici, & adductis te- 7 ſtibus audiendis ſuper iiſdem, uſus judiciorum obtinuit, ut illi ipſi articuli parti adverſæ communicentur, quæ ſuper ſingulis certa interrogatoria per ſe, vel per ſuum Advocatum tenetur conficere, ut inde appareat, an teſtis ſit legitimus. Ex iis autem interrogatoriis, quædam ſunt generalia, & alia ſpecialia; illa ſunt, quo teſtis nomine vocetur? cujus ſit ætatis? cujus conditionis? an conjunctus producenti? an inimicus parti adverſæ? an non ſubornatus, aut inſtructus?

ctus ?

ctus? an in cauſa controverſa aliquod intereſſe habeat? an non teſtes convenerint inter ſe, qui dicere velint? an utri parti victoriam exoptet? Interrogaroria ſpecialia ſunt, quæ deſumuntur ex ipſo facto controverſo, ejúsque circumſtantiis, quo pacto interrogatur teſtis de cauſa ſcientiæ, de loco, de tempore, de viſu, auditu, credulitate, & aliis id genus, ut notat Gloſſa *in cauſa de teſtibus.*

8 Examen teſtium regulariter in loco judicii per ipſum Judicem, aut commiſſarium die non feriato inſtituitur, & niſi neceſſitas aliud exigat ante prandium, dum teſtes adhuc ſunt jejuni, & meliùs ſibi præſentes. In ipſo examine teſtis ſuper ſingulis articulis, & interrogatoriis examinatur, & ejus reſponſa protocollantur: quòd ſi pars negligat hæc interrogatoria deponere, tunc Judex examinat quædam magis neceſſaria, & præſertim generalia, & quæ ad cauſam magis ſpectant. Abſoluto examine injungitur poſtea teſti ſilentium, ne ſuam depoſitionem cuiquam manifeſtet: quinimo uſus invaluit, ut in plerisque locis id ipſum in forma juramenti contineatur, idque ad declinandum periculum, ne teſtes inter ſe colludant, & pariformiter omnes deponant. Quinimo teſtis priusquam de loco exeat examinis, petit, ut ſibi ſua dicta per Notarium prælegantur, idque ut poſſit ſe corrigere, ſi non bene ſuam mentem expreſſerit, vel fortaſſis ſuper aliquo articulo interrogatorio minus conſideratè reſpoaderit, idque licere teſti colligitur ex *c. præterea 7. de teſtib. cogend.* Farinacius *in deciſ. crimin. & teſt. deciſ.* 41.

9 Non tamen poſſunt teſtes in ſcripto teſtimonium dare, ſed præſentes in loco judicii teſtimonium viva voce de his, quæ noverunt, & viderunt, proferre debent, alioquin nil probarent *c teſtes 15. cauſ. 3. q. 9.* Maſcardus *q. 5. num.* 11. quia Judex non poteſt videre, nec audire, quo vultu, qua conſtantia, qua trepidatione loquatur teſtis deponens in ſcripto, tum quia Judex certior fit per vivam vocem, quàm per miſſam ſcripturam, ut notat Maſcardus *cit. q. 5. num.* 11. & 12. Excipiuntur tamen muti, quia hi, ſi ſcribere ſciant, teſtimonium ſuum dare poſſunt in ſcriptis, ut notat Farinacius *tract. de teſtib. q. 80. num. 39.* ex conſuetudine etiam loci nonnunquam admittitur teſtimonium in ſcriptis porrectum, ut aſſerunt Abbas *num.* 10. Felin. *num.* 9. Farinacius *num.* 48. ubi docent, poſſe teſtem in ſcriptis dare ſuum teſtimonium Judici, dummodo illud priùs proprio ore legerit.

10 Quòd ſi petatur, an teſtes debeant eſſe rogati, aut citati, communis reſponſio eſt, quòd teſtes, ſe ſpontè offerentes ad teſtificandum nil probent, ſed tanquam ſuſpecti ſint excludendi à ferendo teſtimonio, eò quia ultrò ſe ingerant, quod tamen limitatur, niſi agatur de peccato vitando, vel à parte fuerint producti, vel à Judice moniti, aut examinati parte præſente, vel legitimè citata, & non cuntradicente, quia tunc non cenſentur ſpontè deponere, ut notat Farinacius *q. 80. num.* 1. Generatim in dubiis teſtes præſumuntur non ſpontè, ſed rogati à parte teſtificari, ut monet ipſe Farinacius *num.* 24. Quamobrem actor intentionem ſuam probaturus in judicio, vel reus ſuam exceptionem petit à Judice terminum probandi, & interea teſtes producit citato ad id adverſario, ut videat teſtes produci, & ipſos jurare; ſiquidem eſt in arbitrio partis, ſi quid in teſtibus diſpliceat, contra illos objicere, antequam à Judice recipiantur. Si enim contingat, ut adverſario non citato, recipiat teſtes contra leges, receptio reprobatur: ſin verò pars tacuerit, admittuntur teſtes, quia juxta *regulam juris in 6. qui tacet, conſentire videtur.* Forma juramenti à teſtibus præſtandi hæc ſolet eſſe *ego N. N. iuro dicere veritatem pro utraque parte in tota cauſa, in qua ſum productus. Item quod nec odio, nec timore, nec favore poſtponam dicere veritatem pro utraque parte, ſic Deus me adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia in principio. &c.*

Hoc juramento veritatis præſtito, & nulla contra teſtes facta oppoſitione, examinantur ſingillatim, vel ab ipſomet Judice, vel commiſſariis teſtes; poteſt enim Judex abſentium teſtium examen committere Judici illius territorii, ſub quo teſtes vivunt; & etiam mandare partibus, ut coram eo compareant *l. Judices*, & ibi Bald. *C. de fide inſtrum.* Sin verò contra datos commiſſarios fiant exceptiones per interlocutoriam, ſunt alii nominandi, & interrogandi, qui ſint omni ſuſpicione liberi. Rurſus articuli, ſuper quibus examinantur teſtes, una cum commiſſione, & commiſſario transmittuntur, qui debet partes citare, juramentum exigere, teſtes audire *cap. 2. de teſtib.* & ibi Gloſſa *in V. audire.* Hic autem modus ſervatur tantùm in cauſis civilibus; non ita in criminalibus, tametſi non deſint, qui putent, id non eſſe inconveniens. 11

Abſoluto examine ſingulorum teſtium Judex id partibus ſignificat, & quidem de jure, & litigantes interrogat, an ulteriùs alios teſtes producere cogitent, vel petant publicationem; ſiquidem petenti conceditur ante tamen factam publicationem, ſecunda, vel tertia teſtium productio; immo etiam quarta, dummodo velit juramentum præſtare, quòd non animo calumniandi quartam productionem teſtium petat, neque didicerit, quid priores teſtes depoſuerint *c. ultra tertium 55. h. t.* Quòd ſi partes ulteriori teſtium productioni renuncient, tunc publicatio atteſtationum fit tali modo, ut utrique parti in ſcriptis communicetur, quid ſinguli teſtes ad ſingula puncta reſponderint. Potiſſimus hujus publicationis effectus eſt, ut non liceat ampliùs poſt publicationem atteſtationum à productis teſtibus factarum, alios, neque eoſdem teſtes producere, quia per admiſſam publicationem cenſentur partes renunciâſſe ulteriori productioni; idque ob periculum, ne aliqui teſtes ſubornentur, ſi partes ex publicatione intelligant, priores teſtes non ſecundùm ſuam intentionem depoſuiſſe, ut deſumitur *ex c. fraternitatis. h. t.* & licèt de jure civili ſecundùm communem opinionem in cauſa præſertim appellationis admittantur novi teſtes 12

l. eos

l. eos qui 6. §. 1. & 2. ff. de appellat. nihilominus de jure canonico non admittuntur novi teſtes, neque in ſecunda inſtantia, eò quia ibi periculum ſit ſubornationis, ut habetur *in clem. 2. de teſtib.* Poteſt tamen interdum juſta aliqua occurrere cauſa, ut etiam poſt publicationem atteſtationum, iidem, vel alii teſtes iterum examinentur, ſi ob incuriam Judicis, vel negligentiam commiſſarii, vel aliunde non fuerint teſtes ſufficienter examinati, aut eorum depoſitiones non fuerint admiſſæ, aut Judex ex officio pro exactiori informatione eas velit repetere. Idque etiam probabiliter extenditur ad cauſas matrimoniales, & alias non tranſeuntes in rem judicatam, ut etiam ad cauſas criminales in ordine ad defendendam Rei innocentiam, ut notat Panormitanus *in d. c. fraternitatis 17. n. 4. h. t.*

13 Cæterùm poſt publicationem factam non licet ampliùs de jure contra perſonas teſtium excipere, niſi fortaſſis aliqua exceptio primùm poſt publicationem innotuerit; vel excipiens, præmiſſo juramento malitiæ, aliquam valeat rationabilem rationem allegare, quare non antea contra perſonas teſtium non exceperit, vel ſaltem non fuerit proteſtatus, ut liquet ex *cap. præſentium 31. h. t.* Quòd poſt publicationem atteſtationum non liceat ampliùs contra perſonas teſtium excipere, ea cenſetur eſſe ratio, quia adeſſet locus timendi, ne is, contra quem teſtis depoſuit irritatus, doloſè, ac malitioſè fingat cauſam ſuſpicionis, aut exceptionis contra teſtes. Tum quia teſtis per admiſſionem ad examen, & petitam publicationem videtur eſſe jam ſemel quoad ſuam perſonam approbatus, proinde non eſt ampliùs reprobandus.

14 Cæterum teſtis deponens in judicio non ſufficit ſi ſimpliciter affirmet, vel neget, ſed inſuper debet aperire Judici, unde hoc ſciat, aliàs non eſſet illi fides præſtanda, & excipitur contra teſtem; ut etiam ſi hic ſit nimis verboſus, & deponat extra articulum: quia nimia verboſitas reddit teſtem ſuſpectum, vel de ſubornatione, vel de excedente affectione erga producentem. Excipitur etiam contra teſtem ſi non habeat ſcientiam, ſed tantùm credulitatem articuli, ut etiam ſi teſtis deponat de ſolo auditu ab aliis, eò quia ab aliis ita audiverit, niſi fortaſſis articulus non nominatim de fama publica fuerit conceptus. Ab hac tamen regula excipiuntur facta antiqua, & quæ ſuperant hominum ætatem *l. ſi arbiter 28. ff. de probat. l. in ſumma §. idem Labeo ff. de aqua pluvia arcenda.*

§. IX.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones.

1 QUæritur primò an teſtis habens aliquam probabilitatem, quòd Judex non legitimè interroget, teneatur teſtificari contra Reum? Sotus *de tegendo ſecreto n. 7. q. 2. concluſ. 3.* reſpondet negativè, præſertim ſi reus ſit perſona reipublicæ utilis, quia tunc teſtis ſequi poteſt opinionem probabilem, quòd non teneatur reſpondere. Tametſi hæc ſolutio probabilis ſit, non tamen videtur limitanda ad ipſum reum, cujus vita adferat reipublicæ utilitatem, quia eatenus non tenetur teſtis reſpondere, quia probabile putat, quòd Judex non interroget legitimè, ex quo ſequitur probabile eſſe, quòd non teneatur reſpondere, eò quia teneatur tantùm reſpondere Judici legitimè interroganti: atqui hæc ratio æquè militat de quocunque reo, proinde non videtur limitanda ad ſolum reum, qui utilis ſit reipublicæ: etenim ſi conſtaret, quòd Judex legitimè interrogaret, utique teneretur reſpondere, tametſi reus eſſet ejuſdem conditionis, unde cùm non teneatur, ſolùm oritur ex opinionis probabilitate. Quamobrem ex data ratione quicunque ſit reus, poteſt teſtis non reſpondere, dummodo habeat veram probabilitatem, quòd Judex aut non ſit legitimus, aut juridicè non interroget, quia poteſt ſequi ſuam opinionem probabilem conformem rectæ rationi. Quòd ſi ſtante dubio in teſte, an Judex legitimè interroget, adhuc teſtis reſpondeat etiam in præjudicium Rei, non tamen inde cenſetur peccare, quia poteſt ſequi oppoſitam opinionem probabilem, quâ putat, Judicem juridicè interrogare, & ipſum teneri reſpondere, ſi tamen utraque opinio verè ſit probabilis, eamque propugnent probati authores.

Quòd ſi dicas, teſtem tunc teneri diligere proximum ſuum ſicut ſe ipſum, & ſicut non reſponderet Judici ſi ageretur de ſe ipſo, ita nec etiam debet reſpondere, cùm agitur de proximo, quia ageret contra charitatem. Contra eſt, quia id tantùm eſſet verum, ſi non adeſſet opinio oppoſita probabilis, quòd teneatur reſpondere, quia tunc non concurreret proximus cum proximo: quia verò utrinque opinio ſupponitur verè probabilis, & concurrit proximus cum proximo, ſeu ipſa communitas, quam non minus tenemur diligere, quàm proximum, & ipſe Deus, ideo poteſt reſpondere Judici, tametſi in præjudicium ipſius Rei, quia intereſt communitatis, ut delinquentes puniantur. 2

Quæritur ſecundò, an filia teneatur deferre ad Judicem matrem ſuam ſagam, & veneficam, vel fraternæ correctionis lege ſoluta ſit? Reſpondetur cum D. Thoma *in 2. 2. q. 33. art. 7.* quòd ſi crimen matris veneficæ manifeſtum ſit, progreſſionem correptionis non eſſe neceſſariam, imò eſſe ſupervacaneam; ut etiam ſi crimen ſit occultum, neque aſſulgeat ſpes ulla melioris frugis, quia cùm filia adhuc ſit puella, facilè ejus Mater Saga filiæ admonitionem contemnet, immo majori excandeſcet irâ, proinde ſatius eſt à correptione ſuperſedere. An verò teneatur tunc matrem deferre ad Judicem. Communior ſententia videtur affirmativa, quia DEUS utpote ſummus omnium parens infinitis partibus anteponendus eſt omnibus mortalibus parentibus, & pluris faciendus eſt DEI honor, & gloria, quam vita parentum terrenorum, hinc ne DEI gloria detrimentum patiatur, & divinus honor lædatur, tenetur filia matrem deferre ad Judicem. 4

Google

4 Tum quia bonum commune, & divinum præferri debet bono privato cujuſque hominis: ſed bonum religionis catholicæ, cui inſidiantur mulieres veneficæ eſt bonum divinum, & commune, pro quo retinendo poſſumus amittere vitam unius improbæ matris. Tum quia ſcelus fœminarum veneficarum pertinet ad hæreſin, quia veneficæ, & fidem negant, & plura agunt, quæ ſapiunt hæreſin, & præter apoſtaſiam alia plura habent crimina digna morte: atqui ad impedienda delicta hæc præſertim hæreſis admittitur teſtimonium omnium conſanguineorum. Verùm oppoſita ſententia docetur ab aliis, eò quia nullo jure neceſſitas imponatur filiæ ad ſuam matrem deferendam ad Judicem. Tum quia filia impeditur ſexu cùm ſit fœmina, quæ jure canonum, non permittitur teſtificari *c. forus de verb. ſignif. c. mulierem 33. q. 5.* delatio autem matris veneficæ ad Judicem, ſeu denunciatio eſt teſtificatio quædam, quam nequit filia deponere, Tum quia videtur naturæ adverſari, quòd filia crimen objiciat parentibus, illúdque contra eoſdem teſtimonio firmet.

5 Ad conciliandas pugnantes ſententias putârim procedendum eſſe cum diſtinctione; ſi enim delictum matris, vel parentis ſit ex illis, quæ maximum detrimentum adferunt reipublicæ, vel religioni, tunc tenetur filia, vel filius proprios parentes ad Judicem deferre, ac teſtificari in præjudicium illorum: quia conſervatio fidei præferenda eſt conſervationi parentum, perinde ac cauſa Dei præferri debet cauſæ conſanguineorum. Rurſus reſpublica etiam tanquàm bonum commune præferri debet bono privato, & particulari conſanguineorum: proinde obligatio ad conſervationem fidei, & reipublicæ præferenda eſt obligationi procurandi conſervationem conſanguineorum: cùm illi ſint tantùm perſonæ particulares, ſeu bona particularia, quibus bonum publicum, & commune reipublicæ præferri debet tam quoad eſſe, quàm quoad conſervari: unde concurrente damno fidei, & reipublicæ cum damno conſanguineorum, debet hoc illi poſtponi.

6 Sin verò non agatur de damno religionis, nec reipublicæ, ſeu boni communis, tunc cenſerem, non teneri filiam teſtificari in præjudicium matris, quod deſumitur ex *l. Julia judic. ff. de teſtibus.* præſertim ſi ex tali teſtimonio immineat conſanguineo grave damnum: quia lex non obligat, niſi prout eſt tolerabilis, & conſentanea humanæ conditioni: atqui non eſt tolerabile, quòd filius, vel filia deponant teſtimonium contra propriam matrem, vel patrem; quia ſpecialis conjunctio, quæ eſt inter conſanguineos, & affines requirit etiam ſpecialem charitatem, ratione cujus unus reputet ſibi proprium, quod eſt propriũ alterius, quia ſicut ſpeciali modo debent eſſe unum in amore, & charitate; ita etiam ſpeciali modo debent invicem propria communicare: & ſicut nemo tenetur ſe ipſum accuſare, neque contra ſe ipſum teſtificari, ita nec contra eos teſtimonium dicere, quos ratione conſanguinitatis, vel affinitatis, habet ut aliquid ſui, & quibus eadem debet, quæ ſibi ipſi. Non tamen id extenditur ad omnem gradum conſanguinitatis, & affinitatis, ſed ſolùm uſque ad quartum: quia hic gradus videtur eſſe terminus illius ſpecialis conjunctionis, quæ eſt inter conſanguineos, & affines. Tum quia talis gradus etiam terminat prohibitionem conjunctionis matrimonialis.

Quæritur tertiò, cur jure gentium, & naturæ regulariter duo teſtes cenſeantur ſufficere cum ipſo accuſatore. Reſpondetur, id procedere, quia numerus binarius teſtium cum accuſatore conſtituit numerum ternarium, qui continet quandam perfectionem juxta Ariſtot. *l. 1. de cœlo.* ubi ait, *omne totum in tribus ponimus*, & *Eccleſiaſt. 4.* dicitur *funiculus triplex difficilè rumpitur.* Hinc legiſlatores exiſtimârunt prædictum numerum teſtium ſufficere ad moralem certitudinem, cum in humanis actibus major non videatur poſſibilis. Siquidem periculum erroris æquè timendum eſt in multitudine teſtium, quàm in duobus tantùm, cùm *Exod. 23.* dicatur *ne ſequaris turbam ad faciendum malum.* Tum quia in multitudine teſtium non poteſt haberi infallibilis certitudo, quæ probabiliter haberi poteſt per duos, vel tres teſtes, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 70. art. 2.* Hinc numerus binarius teſtium videtur etiam eſſe juris naturalis: pro quo juvat obſervare, jus naturæ non ſemper eodem modo allegari, aliquando enim de jure naturæ ea dicuntur, in quæ jus naturale hominem inclinat, ut ad non inferendam alteri injuriam, nec damnum. Interdum juris naturalis vocatur id, circa quod natura contrarium non determinat, cujuſmodi ſunt, hominem naturâ eſſe liberum, eò quia natura neminem ſervum deſignat; talis eſt etiam bonorum diviſio, quam natura non inſtituit, ſed arbitrio hominum relinquit. Hinc binarius numerus teſtium dicitur eſſe juris naturalis, quia majorem numerum natura non determinavit, neque excluſit, in quo ſenſu binarius numerus teſtium dicitur eſſe juris naturæ. 7

Quæritur quartò, quomodo duo teſtes dicantur ſufficere, ut aliquis condemnetur, & quid requiratur in iſtis teſtibus. Reſpondetur, rationem ſufficientiæ eſſe, quia unus teſtis facilè perverti poteſt; & duo difficiliùs, cùm raro loquantur conformiter: hinc eſt, ut jure gentium præceptum ſit, ut numerus binarius ſufficiat, adeo ut præter accuſatorem verum, vel fictum, adhuc requirantur duo teſtes, qui ut dicantur plenè probare quatuor requiruntur conditiones. Prima ut deponant jurati, quia abſque juramento faciliùs poſſunt mentiri: hinc teſtibus non juratis non præſtatur fides in præjudicium alterius, niſi fortaſſis is, cui intereſt, juramentum ſponte remittat. Secunda, ut illi duo teſtes ſint conteſtes, ſeu utrambo teſtentur idem factum cum iiſdem circumſtantiis ſubſtantialibus, propterea conveniant de loco, tempore, ſpecie delicti, quia ſi teſtentur de diverſis actibus diverſo tempore commiſſis, non dicuntur conteſtes, ſed teſtes ſingulares, quorum teſtimonium non inducit plenam delicti probationem; ſed tantùm præſumptionem ſufficien- ad torturam. Tertia, ut deponant, ſe externo ſenſu percepiſſe, ſeu vidiſſe furantem, aut audiviſſe blaſphemantem, quia teſtis de ſolo auditu ab aliis non plenè probat delictũ, quod conſiſtit in facto. Quarta, ut ſint teſtes omni exceptione majores, ſeu contra quos nihil poſſit jure objici, cur non

ſint

ſint admittendi, & iisdem fides adhibenda. Quòd ſi teſtes actoris, vel Rei ſint diſcordes in ſubſtantia facti, tunc judicium ferendum eſt in favorem Rei; ſiquidem obi jura ſunt æqualia, ratio poſſidentis eſt fortior: & tunc reus eſt in poſſeſſione vitæ ſuæ, famæ, honoris, & bonorum. Quòd ſi teſtes diſcordent tantùm quoad accidentalia facti, quæ non attingunt ſubſtantiam; tunc talis diſcordia non videtur præjudicare. Cæterum in diſcordia teſtium ad prudentiam Judicis ſpectat dignoſcere, cui potiùs favere debeat, quod ex circumſtantiis poteſt conjicere.

9 Quæritur qointò, an teſtis legitimè, & juridicè interrogatus à Judice teneatur reſpondere, & veritatem manifeſtare poſito Judicis præcepto? Reſpondetur affirmativè, præſertim quando author delicti laborat infamiâ delicti, vel ex veritate non manifeſtata imminet grave damnum toti communitati, nec poteſt averti, niſi veritas in judicio aperiatur. Vel etiam ſi damnum immineat alieni privato, nec poſſit aliter impediri. Vel ſi de authore delicti eſt jam ſemiplenè probatum, vel ſi procedatur viâ accuſationis, & delictum plenè probari poſſit, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 70. art. 1.* Cæterum in multis caſibus non tenetur teſtis veritatem aperire. Primò ſi id, de quo interrogatur, tantùm noverit ex confeſſione ſacramentali; tunc enim nulla ratione poteſt id manifeſtari. Secundò ſi ſub ſecreti naturalis ſigillo criminis notitiam acceperit, tanquam conſiliator, fautor, Advocatus, medicus; obſtetrix; niſi tamen teſtificatio neceſſaria foret ad avertendum damnum aliquod publicum, vel privatum. Tertiò ſi author non laboret infamiâ, nec timeatur damnum in futurum. Verùm in hoc caſu plures forſan probabiliùs cenſeat, teneri veritatem aperire. Quartò, quando proceditur viâ accuſationis: ſi delictum non poſſit plenè probari. Quintò, ſi ex teſtificatione immineat damnum aliquod grave ipſi teſti, vel ejus conſanguineis. Sextò cùm quis accipit rem juſtæ compenſationis cauſâ Septimò ſi tantùm à perſonis non admodum fide dignis acceperit, talem fuiſſe reum delicti, ſi delictum conſiſtat in facto, quia teſtis de ſolo auditu facti non probat. Rurſus in criminalibus, ſi teſtimonium alicujus ſit neceſſarium ad liberandum reum ab injuſta morte, vel gravi malo, tenetur teſtis etiam non vocatus ſe offerre, quia tunc reus eſt in extrema neceſſitate, & teſtis, ſi poſſit, tenetur ipſi opitulari. Secus ad condemnandum reum non tenetur teſtis ſe offerre, niſi delictum eſſet contra bonum commune, vel ex ejus non punitione publicum grave damnum timeretur.

10 Quæritur ſextò, an ſi teſtis juratus affirmet, & neget eandem rem, ſit illi præſtanda fides, ut ſi modò affirmet, modò neget id, de quo à Judice interrogatur, eſt enim tunc ſibi contrarius, quia duo incompatibilia dicit, ut habetur *l. optimam C. de contract. ſtipul.* & per hoc diſtinguitur teſtis ſibi contrarius à vario, & vacillante; varius enim eſt, quando nullâ cauſâ aſſignatâ præfert contrarium ejus, quod priùs dixerat. Teſtis vacillans dicitur, qui timendo, titubando, & vacillando varia, ac diverſa loquitur *l. eos qui tit. de fals.* Reſpondetur ad quæſtionem, quòd ſi teſtis non animo corrigendi neget, quod priùs affirmaverat, tunc neutrum eſt credendum ob inconſtantiam teſtis: ſiquidè, vel prima teſtificatio fuit falſa, vel vera; ſi falſa, non meretur fidem; ſi vera per poſteriorem contrariam eliditur, proinde neutra teſtificatio fidem meretur; quamvis Bartol. putet, primæ depoſitioni eſſe credendum exceptâ cauſâ hæreſis, in qua poſteriori dicto creditur. Cæterum prima teſtificatio ſemper debilitatur per ſecundam contrariam; adeo ut ad illam roborandam non poſſit deferri juramentum ad ſupplendum defectum probationis parti, quia talis teſtis non eſt omni exceptione major. Cenſet tamen Bartol. primam teſtificationem ſecundæ eſſe præferendam, eò quia teſtis pro ſecunda teſtificatione præſumatur ſubornatus, & corruptus à parte contraria. Verùm hæc ratio non placet, quia poſſet etiam præſumi, quòd ſecundum teſtimonium cum majori conſideratione prudentiæ obtulerit, eò quia tunc occurrerit quid aliud, quod antea ipſum latebat.

Quæritur ſeptimò, an reus licitè poſſit teſti objicere crimen ad repellendum ejus teſtimonium? Reſpondetur, quòd ſi crimen ſit verum, & ejus objectio neceſſaria ad manifeſtandam propriam innocentiam poſſit illud teſti objicere, quia propria defenſio eſt de jure naturæ, & cuilibet permittitur legitima ſui defenſio; & damnum inde proveniens debet ſibi teſtis imputare, quia quod aliis paravit, ipſe patitur. Cæterum falſi criminis objectio nunquam eſt licita, ut nec etiam criminis objectio, quæ non conducat ad repellendum teſtimonium. 11

Quæritur octavò, quid faciendum, quando dubium eſt, an teſtis ſcienter, vel ignoranter falſum depoſuerit? Reſpondetur, in cauſis criminalibus teſtem dubium excludi, & ejus depoſitionem nihil habere momenti in ordine ad probandum, quia in cauſis criminalibus, & arduis, documenta debent eſſe omnino certa, & probationes ab omni ſuſpicione immunes ob grave damnum, quod inde ſequitur *l. ſciant cuncti C. de probat l. abſentem tit. de pœnis l. 3 §. 3. l. Julia. tit. de teſtam. c. ſciant cuncti 2. q. ult.* Rurſus ad effectum vitandi pœnam falſi in dubio non præſumitur mala fides, aut voluntas decipiendi in teſte, ut deſumitur *ex c. accedens 8. de crim fals.* Secus quoad effectum probationis etiam in civilibus præſumitur, quòd teſtis potiùs ſcienter falſum dixerit, quàm ignoranter; quia periculum erroris, & injuriæ non ſatis evitat Judex ferendo ſententiam condemnationis ex parùm certis probationibus. Tum quia teſtis præſtito juramento de veritate dicenda præſumitur de illis tantùm, quæ certò novit, teſtificari *c. ex reſcripto de jurejur.* 12

Quæritur nonò, quænam ſit praxis ſacræ inquiſitionis in ſuſcipiendis teſtibus? Reſpondetur, ſuppoſitâ infamiâ perſonæ, vel delicti, conſtituendum eſſe in primis à Judice Notarium, qui omnes inquiſitionis actus fideliter ſcribat, eoſque cum ipſo Judice ſubſcribat, poſtea formatis articulis pro interrogatorio talium, eſſe teſtes interrogandos clarè, & diſtinctè: imò interrogandi ſunt ſub juramento, ſaltem de jure communi juxta textum in *c. cum delicti de accuſ.* niſi legitima 13

tima conſuetudo obtinuerit, ut interrogentur tantùm ſub præcepto obedientiæ, vel excommunicationis, ut notat Suarez *tom. 4. de religion. lib.* 10. *c.* 12. *n.* 29. imò ſunt etiam teſtes interrogandi de nomine, & cognomine ipſorum *c. olim. de accuſ.* & teſtes ita interrogati tenentur ſub mortali reſpondere ad mentem Judicis, ac fateri veritatem; ſiquidem obſtringuntur juſto præcepto Superioris: id autem procedit, quando teſtes interrogantur juridicè, ſeu à Judice competente, & præcedente infamia, clamoroſa inſinuatione, ſemiplena probatione, ſeu notitiâ criminis, quia ſi teſtes non interrogentur juridicè, non tenentur ad mentem Judicis reſpondere, non tamen tunc poſſunt mentiri; quia, cùm mendacium ſit ab intrinſeco malum, nunquam eſt licitum. Rurſus non tenentur teſtes ea, quæ norunt in confeſſione ſacramentali teſtificari: neque quæ norunt ſub ſecreto conſilii, vel auxilii petendi gratiâ, imò neque tenentur teſtificari; quæ audierunt ab homine non fide digno, vel malevolo, aut parùm benè affecto: ſecus ſi ea audierint à viro fide digno, & Judex præcipiat, ut referant etiam, quæ ex auditu norunt. Neque tenentur teſtificari, ſi exinde damnum aliquod notabile ſpirituale, vel temporale probabiliter timeant ſibi imminere, quia nemo tenetur eſſe faber ſui damni.

14 Cæterum teſtes nullo pacto debent adigi à Judice, ut quæ neſciunt, teſtificentur, ſed cum omni libertate permittendi ſunt dicere veritatem; quòd ſi fuerint indocti, monendi tunc ſunt à Judice de modo teſtificandi, vel ſaltem concedendum eſt illis tempus ad conſilium accipiendum à viris doctis. Rurſus teſtes deferentes ſua teſtimonia interrogandi ſunt de cauſa ſcientiæ, & quomodo ſciant, quod deferunt *c. Cauſam de teſtibus* Quòd ſi poſt formationem proceſſûs, ſeu informationis nullus adſit teſtis, qui Reum convincat de delicto, & non præceſſerit infamia, nec ſemiplena probatio, poteſt Reus abſolvi; quia nulla tunc cauſa ſubeſt ulteriùs procedendi contra ipſum: quinimò nunquam eſt quis citandus, ut tanquam Reus interrogetur, niſi delictum ex teſtibus, vel indiciis, vel ex probata infamia ſit ſemiplenè probatum, ut notat cum communi ſententia Franciſcus Aretinus in *pract. crim. de tertio ſubſtant. jud. c.* 1. Cæterum ſi unum ex prædictis præceſſerit præſertim per teſtes, vel etiam per unum omni exceptione majorem, adeò ut ſemiplenè conſtet de Reo delinquente, debet hic ante omnia citari, quia ſi non citatus condemnaretur, Judex, qui eum condemnaret, mortaliter peccaret, & ſententia condemnatoria eſſet nulla.

15 Quòd ſi Reus citatus ſtatim compareat, non debet in carcerem conjici, niſi fuga timeatur, vel enormitas delicti id exigat, ſed Reo citato, & comparenti debet Judex teſtium, tacitis tamen eorum nominibus, teſtimonia, & omnes probationes ſimul cum delicto ei manifeſtare, concedendo illi aliquod tempus etiam ſub juramento ut reſpondeat, ut notat Suarez *tom. 4. de religion. lib.* 10. *c.* 12. Reus verò tenetur Judici reſpondere, ſi ab ipſo juridicè interrogetur, ac illi fateri veritatem manifeſtando delicta, de quibus interrogatur, quia ut docet D. Thomas 2.2.q.69.art.1.& 2. tenetur parêre ſuperiori juſta præcipienti, & Judici juridicè interroganti reſpondere, idque tametſi immineat vitæ periculum, mutilationis, triremis, perpetui carceris, exilii, amiſſionis bonorum. Cæterum ſi Reus à Judice non interrogetur juridicè, non tenetur reſpondere ad ejus mentem, quia injuſtè tunc præcipitur Reus, ut revelet crimen, quod ex ſe occultum adhuc eſt. Tum quia nemo poteſt ſe injuſtè infamare. Non tamen in eo caſu poſſet licitè mentiri, quia mendacium utpote intrinſecè malum, pro nullo eventu poteſt licitum eſſe.

Quinimò Judex non poteſt Reum de uno crimine convictum interrogare de aliis, nec de ſociis, niſi de iis præceſſerint infamia, & clamoroſa inſinuatio, vel ſemiplena probatio, aut indicia ſufficientia. Cæterum completis probationibus tenetur Judex diligenter perpendere, an Reus verè ſe defenderit, & teſtes ab ipſo producti certè probent, Reum ſibi crimen impoſitum non commiſiſſe, adeo ut poſſit innocens credi, tunc enim abſolvendus eſt; ſicut è converſo, ſi noverit, crimen eſſe plenè probatum, & defenſiones pro Reo productæ parùm, vel nihil juvent, tunc damnandus eſt pro qualitate criminis: nec tunc juſtè adhibetur tortura, quæ tantùm adhibetur in ſubſidium, ut ſuppleat defectum plenæ probationis, ut notat Suarez *tom. 4. de releg. lib.* 10. *c.* 12. *n.* 33. ubi ſubdit, delictum tunc intelligi plenè probatum, quando ad minimum per duos teſtes oculares conteſtes, & omni exceptione majores delictum probatur, quia ut ait Chriſtus in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. Teſtes oculares ſunt, qui propriis oculis delictum viderunt, ſicut teſtes de auditu dicuntur, qui blaſphemiam perceperunt, ut notat Franciſcus Aretinus *in pract. crimin. cap.* 2. *de numero Teſtium.* 16

17 Conteſtes verò ſunt, qui de eodem facto, loco, tempore, perſonis, & aliis circumſtantiis ad facti ſubſtantiam pertinentibus deponunt. Teſtes verò omni exceptione majores ſunt, quibus nulla poteſt exceptio opponi, per quam ipſorum fides diminuatur: hinc teſtes de auditu non faciunt plenam probationem, niſi etiam illi, à quibus ſe audiviſſe dicunt, idem deponant, & ſint etiam omni exceptione majores. Teſtes verò non omni exceptione majores, ſeu qui exceptionem patiuntur, & per conſequens non plenè probant, ſunt inimici inimicitiâ non levi, ſed capitali, ut etiam minores natu 20. annis, item homines viles, infames, vel qui gravia delicta commiſerunt, niſi forſan fuerint emendati. Ut etiam furioſi, & amentes, item conſpirantes, qui ex pacto convenerunt, ut unus accuſet, & alii teſtificentur. Item qui in teſtificando ſunt varii, vel inconſtantes, ut etiam mulieres, quamvis inter regulares admittantur Moniales (cùm probæ præſumantur) præſertim in delictis, quæ committuntur in Monaſteriis, ut notat Sotus *de juſtit. & jure lib.* 5. *quæſt.* 7. *art.* 2. Hinc ad torquendum Reum non ſufficit dictum unius teſtis minoris 20. annis, quia ad

tor-

torquendum Reum requiritur teſtis, qui immediatè deponat de delicto,&qui ſit omni exceptione major; & propter ætatie imperfectionem talis non eſt minor 20. anoie, cùm oon habeat ætatem requiſitam in *l. teſtimonium ff. de teſt.* Cæterum ſi sd dictum uniua teſtis minoris 20. annis accedat alter teſtia ſimiliter minor 20, annis, tunc conſtituitur indicium ſufficiens ad torturam, ut docent communiter Doctores, quos refert, & ſequitur Martinus del Ryo in *diſquis. magic. appen. 2. lib. 4. q. 15. litt. F.*

Quæritur decimò, an ad torquendum
18 Reum ſufficiat dictum unius adminicularum? Reſpondent communiter negativè, ſi qui teſtificatur, ſit fæmina, minor, infamis, criminoſus, perjurus, excommunicatus, vel aliàs teſtis inhabilis, & ita docent Maſcardus *de Probat. tom. 3. concluſ. 1311. n. 13.* Menochius de *arbit. l. 2. c. 474. n. 54.* Boerius *decis. 329. n. 3.* & alij aſſerentes, quòd, ut ſocius criminis faciat indicium ad torturam, requiritur, quòd non patiatur niſi hunc unum defectum, quia ſi duos patiatur v. c. ut non ſolùm ſit infamis, vel criminoſus, ſed etiam vilis, tunc neque in exceptis criminibus indicium facit ad inquiſitionem ſpecialem, ne dum ad torturam, tametſi in tortura ſuam nominationem confirmâſſet, Farin. itidem *q. 62. n. 381. & ſequent.* & *q. 43. n. 86.* ait, quòd ſi Reus priùs examinatus delictum, vel etiam Complices negaverit, vel confeſſus de ſe delictum, interrogatus de complicibus illos reticuerit; poſtea verò iterum de hoc interrogatus, aut tortus ſpontè, vel per torturam à priori depoſitione variando ſocios nominaverit, tunc talis nominatio ob inconſtantiã contra nominatum Reum indicium non facit, niſi fortâſſis cum dicto ſocij criminis alia concurrerent adminicula gravia. Imò neque ad torquendum Reum ſufficit dictum unius ſocij criminis, quia de jure torqueri non poteſt Reos niſi ſaltem contra ipſum habeatur ſemiplena probatio: atqui ſociua criminis non efficit ſemiplenam probationem, quia non eſt teſtis omni exceptione major; ſiquidem ſolus teſtis omni exceptione major efficit ſemiplenam probationem: excipitur tamen niſi cum dicto unius ſocij criminis concurrat alia præſumptio, ſeu indicium, & adminiculum, quia tunc ob ſemiplenam probationem habetur indicium ad torturam. Quale verò debeat eſſe hoc adminiculum Menochius *loc. cit.* ait, eſſe, ſi ſimul cum prædicto ſocio concurrant alij teſtes de auditu, vel concurrat publica ſama, vel ſuga, vel inter ſocium, & nominatum ſpecialis amicitia, vel ſecreta allocutio, & converſatio, hinc Clarus in *pract. crimin. §. fin. q. 21.* & Menochius *de præſumpt. q. 91. n. 5.* aſſerunt, ad torquendum Reum ſufficere ſimpliciter, & abſolutè dictum duorum ſociorum criminis.

19 Alij tamen probabiliùs docent, tale dictum duorum ſociorum criminis tunc ſolùm ſufficere, quando concurrit etiam aliqua præſumptio, adminiculum, vel indicium, hinc ſi quis fuerit tortus, & fuerit negativus ex dicto adminiculato unius ſocij criminis, ſi poſtea duo alij ſocij ejuſdem criminis acceſſerint, qui contra illum de eodem crimine deponant, poſſit ille iterum torqueri, ut docent plures, quos refert, & ſequitur Marius Giurba in *conſil. crimin. conſ. 50. n. 41.*

Quæritur undecimò, an teſtis legitimè 20
interrogatus poſſit non reſpondere, ſi ſciat, ſe eſſe inhabilem? Reſpondetur, plures aſſerere, poſſe non reſpondere: eò quia Iudex eatenùs habet jus interrogandi, quatenus teſtimonium confert ad adminiſtrationem juſtitiæ, quam tenetur promovere, & manutenere: atqui atteſtatio teſtis inhabilis non confert ad adminiſtrationem juſtitiæ; ſiquidem ratione inhabilitatis talis atteſtatio non acceptatur: unde cùm ceſſet materia juriſdictionis, reſpectu Iudicis, ceſſat etiam ejus juriſdictio, proinde defectu juriſdictionis in Iudice poteſt teſtis ſciens propriam inhabilitatem non reſpondere. Secundò quia teſtes examinati, & qui non debuerunt examinari, non ſolùm non efficiunt probationem, ſed etiam nec indicium, ut notat Felin. in *c. cum dilecti n. 10. de accuſat.* & Farinacius in *pract. crimin. q. 62. de teſt.* quia ſemel, quòd teſtes non debuerunt examinari, militat aliqua cauſa, ob quam eorum atteſtatio non faciat probationem, unde cùm ſit fruſtratoria, poteſt teſtis eam denegare; eò quia tametſi eam exhibear, nihil prodeſt bono communi. Tertiò, quia ſi inhabilitas oriatur ex inimicitia, eò quia teſtis à Reo læſus fuerit, poteſt ſemper Reus timere, ne aut ex odio deponat, proinde peccet: vel aliter, quàm res ſit, præſertim ſi agatur de fama ipſius Rei, adeò ut ſe exponat periculo dicendi falſum; ex quo capite poteſt juſtè denegare atteſtationem, quamvis legitimè interrogetur.

Verùm mihi videtur procedendum cum 21
diſtinctione, ſi enim teſtis ſit ita inhabilis, ut à tali ſpeciali atteſtatione à jure repellatur, ex eo, quia leges prohibeant, ne perhibenda ſit ratio talis teſtimonij, tunc teſtis non tenetur Iudici interroganti, quamvis competenti reſpondere, quia tunc Iudex interrogans, quem ipſæ leges excludunt à teſtimonio ferendo, non agit juxta jus, & quia Iudex eſt Miniſter juris, non poteſt aliter agere cum teſtibus, quàm ſecundùm jus, proinde non agit legitimè, & propterea non tenetur teſtis ei parére, quia tenetur tantùm obedire Iudici agenti ſecundùm jus.

Quòd ſi dicas, interrogatum à Iudice de- 22
bere præſupponere, Iudicem poſſe interrogare ſecundùm jus. Contra eſt, quia id tantùm eſſet verum, ſi eſſet dubius, an Iudex poſſit interrogare ſecundùm jus, ſed nos ſupponimus, interrogatum certò ſcire ſe à legibus excludi à teſtificando, quia tunc ex vi legum eſt in poſſeſſione, quòd non debeat teſtificari: quapropter ſi Iudex poteſt adigere ex aliqua legum interpretatione, debet id oſtendere, alioquin teſtis poteſt ſemper uti jure ſuo, quod ei competit ex eo, quòd leges prohibeant eum teſtificari.

Vel teſtis non in totum à jure excluditur, ſed ſolùm ei jus non aſſiſtit, quamvis inhabilis ſit ex quocunque capite, & tunc putârim teneri reſpondere Iudici legitimè interroganti; ratio

eſt, quia teſtes quamvis inhabiles faciunt ſemper aliquam probationem, & ſaltem indicium; ut notat Maſcardus *lib. 2. de probat. concluſ. 682. numero* 4. quia ratione inhabilitatis teſtes inhabiles non carent omnino fide, ſed eorum fides habetur tantùm ſuſpecta, proinde exhibent teſtimonium dubium: quòd licèt non convincat; indicat tamen, quòd teſtes inhabiles, qui in totum non repelluntur à jure, faciunt ſemper aliquam præſumptionem, quam Reus tenetur diluere, ut notat Farinacius in *prax. crim. q. 62. de teſtib. n. 264.* & id procedit præſertim in tribunali ſacræ inquiſitionis, ut notat Decius *conſil. 342. n. 8.* quia, ut inducatur præſumptio, non eſt neceſſe, ut res appareat evidenter: alioquin tunc non præſumeretur, ſed eſſet certa; ſed ſufficit, ſi appareat in aliquo, ex quo poſſit deduci; & teſtes licèt inhabiles, dummodo in totum non repellantur à iure, efficiunt rem aliqualiter apparere in ſua teſtificatione.

23 Tum quia in pleriſque caſibus ſufficit levis, & apparens probatio, & tunc teſtis licèt inhabilis non excluditur *l. fin. C. de edict.* & notant Farinacius in *prax. crimin. q. 62. de teſt. n. 196.* & Menochius *de arbitr. q. 32. n. 2.* quia non obſtante inhabilitate inducit ſemper aliquam probationem; quamvis enim ex una parte inhabilitas fidem tollat; nihilominus ex alia dignitas hominis, qui non poteſt à ſe ipſo omnino deficere, nec à regimine rectæ rationis, eam confirmat, quò fit, ut licèt talis atteſtatio dubia ſit, non tamen cenſeatur falſa.

24 Tum quia atteſtatio teſtis inhabilis ad plura deſervit, nimirum ad inquirendum, eò quia faciat aliquod indicium, & præſumptionem ad inferendam torturam, ut per ipſam, veluti indicium, accedente confeſſione Rei confirmetur, vel evacuetur. Facit etiam ad extraordinariam pœnam infligendam *argum. c. fin. de teſtib.* & docent Clarus *lib. 5. pract. crimin. §. fin. q. 24. v. ſciendum eſt tamen in fin.* & Farinacius *q. 55. n. 71.* hinc ex eo, quòd teſtimonium teſtis inhabilis inſerviat foro pro juſtitia adminiſtranda, tenetur hic Iudici legitimè interroganti reſpondere, dummodo non ſit in totum à jure excluſus: & ratio eſt, quia tunc eſt ſub iure fori, quia ſicut forum tenetur iuſtitiam adminiſtrare, ita etiam habet jus ad illa omnia, quæ concernunt adminiſtrationem juſtitiæ, ut eſt, quòd Iudex legitimè interroget teſtes, qui in totum non excluduntur à jure.

25 Hinc patet ſolutio ad primum argumentum contrariæ ſententiæ, ſiquidem teſtis inhabilis eſt utilis pro juſtitia adminiſtranda, quando ius illi non contradicit. Dicitur autem tunc inhabilis, eò quia non facit totam illam probationem, quam facit teſtis idoneus. Ad ſecundum reſpondetur, tunc ratione inhabilitatis non eſſe examinandum, nec facere indicium, quando in totum excluditur à teſtificando, adeò ut lex illi contradicat, ut notat Brunus *de indic. p. 1. q. 2. n. 20.* in caſu autem noſtro teſtis non excluditur in totum à jure, proinde cùm faciat aliquod indicium, tenetur reſpondere Iudici legitimè interroganti. Ad tertium reſpondetur, timorem illum tantùm indicare timoratam conſcientiam, quæ facit, ut in depoſitione reſpiciat ad veritatem; non verò ad ſibi illatam injuriam. Præterea quia nullius teſtimonium habetur validum, niſi teſtis rationem reddat ſui dicti: ſiquidem ratio eſt, quæ dat totam vim teſtificationi, & movet, ut fides adhibeatur teſtificanti, ut notat Baldus *l. ſolam C. de teſtib.* Tum quia teſtis debet præſupponere, quòd Iudex erit examinaturus ſuam teſtificationem, ut inde conijciat, quanti ſit roboris, unde teſtis quamvis timore correptus ſe ſubtrahit à periculo peccandi, ſi candidè deponat ſuam teſtificationem, eámque remittat arbitrio Iudicis.

26 Quæritur duodecimò, an teſtes ſingulares aliquando plenè probent? Reſpondetur; eſſe communem regulam, quòd teſtes ſingulares non plenè probent, dicuntur autem teſtes ſingulares, quando non concordant in eo, quod deponunt ſed unus deponit aliquid, & alter aliud, quod poteſt dupliciter contingere; nimirum ſi ſint diverſi quoad ſubſtantiam facti; ut ſi deponant de diverſo facto, ſive totaliter, ſive ſecundùm quid, ut ſi ſint diverſi ſecundùm numerum, non verò ſecundùm ſpeciem. Vel tantùm ſecundùm circumſtantias: quæ ſi relinquunt factum in ſuo eſſe, tunc dicuntur conteſtes quoad factum, quod propterea probant; vel diverſificant, & tunc ſi relinquunt factum in ſuo eſſe, reddunt teſtes diverſos quoad factum, vel deſtruunt ratione diverſitatis, ut contigit teſtibus contra Suſannam, qui licèt depoſuerint de eodem actu, non tamen de loco, & propterea fuerunt convicti falſitatis.

27 Quòd igitur teſtes ſingulares non plenè probent, quod procedit, quando plures requiruntur teſtes, deſumitur ex *c. licet cauſam de prob. c. Bona 1. §. contra de elect.* & docent communiter Canoniſtæ, præſertim Mynſing. *obſerv. 76. centur.* 3. Gomez *de delict. tit. de probat. delict. n.* 10. ratio eſt, quia teſtes ſingulares ſunt ſoli, & dictum unius non corroborat dictum alterius, quod proinde remanet dubium, ſicut antea, eſt enim ſecundùm menſuram fidei humanæ, quæ fallibilis eſt, & habet propterea locum ſuſpicio doli. Secus quando plures ſunt conteſtes, quia tunc dictum unius corroborat dictum alterius, & excluditur illa dubietas, quæ oritur ſtante fallibilitate fidei humanæ, & ſingularitate teſtificationis. Et licèt Farinacius cum pluribus alijs *q. 64. de teſt. in pract. crimin. n.* 112. plures circa hanc regulam adhibeat limitationes; putârim nihilominus abſolutè, teſtes ſingulares, dummodo maneant in ſua ſingularitate, pro nullo eventu plenè probare, adeò ut ſi aliquando probent, id contingat, eò quia fiant conteſtes circa ſaltem ſubſtantiam illius, quod probant.

28 Ratio videtur perſpicua, quia quamdiu manent ſingulares, & in ſua ſingularitate nunquam faciunt plenam probationem, quia eo ipſo, quòd maneant in ſua ſingularitate, ſemper ſunt ſoli, diſcordes, & varij, nec dictum unius corroborat dictum alterius, adeò ut poſſit eſſe, & non eſſe; perinde enim ſe habet dictum unius, ac ſi nullus alius teſtaretur, proinde ſicut ſolus

ſolus oon facit plenam probationem, ita oec cum aliia teſtibus ſingularibus manentibus in ſua ſingularitate. Idque ex eo firmatur, quia vel teſtes ſingulares reddunt rem certam, vel non: ſi primum ergo ſemper ſuffiecerent ad plenam probationem in qnocunque caſu, qnod tamen eſt falſum: ſi ſecundum ergo pro nullo eventu ſufficiunt ad plenam probationem, quia ſemper ſunt ſoli, & diſcordes.

Quòd ſi dicaa, io aliquibus caſibus non requiri plenam probationem, & tunc teſtea ſingularea etiam maoentea in ſua ſingularitate
29 ſufficere, ut Iudex poſſit procedere. Contra eſt, quia ſeotentia Iudicia debet eſſe ſecundum menſuram probationis; & cùm ſententia debeat eſſe certa, noo poteſt fundari in probatione incerta, alioquin non eſſet ſecundùm menſuram probationis. Hinc cùm in oullo caſu teſtes ſingularea ſaciant probationem certam, io nullo caſu ſufficiunt, ut Iudex poſſit procedere ad ſententiam ferendam. Quòd ſi inſtes, praxin eſſe in cootrarium. Contra eſt, quia quando Iudex procedit ex teſtibua ſingularibus infligendo aliqnam pœnam, tuoc non pnnit id, de quo teſtes ſingulares deponunt, & in quo diſcordant. ſed punit aliquid, in quo ſunt concordes, vel quia concurrunt alia indicia, & argnmeota corroborantia teſtificationem teſtium ſingularium.

30 Quæritur tertio decimò, an teſtes ſingularea manentes in ſua ſingularitate probent aliquid ſaltem io genere? Reſpondetur negativè juxta communiorem, & veriorem ſententiam, quā docent Baldua *in l. 1. C. de teſt. q. 8.* & *conſil. 276. lib. 4.* Lanfrancus in *clement. diſpendioſam de judic. circa fin.* Ripa *in l ſi conſtanten. 17. ff. de ſolut. matrim.* Grotius *de teſt. p. 7. n. 324. in 7. concluſ. ver. contrarium tamen.* Iulius Clarus *lib. 5. recept. ſent. pract. crimin. q. 53. n. 18. & ſequent.* Simanchas *de teſt. tit. 64. n. 70.* ubi aſſerit, hanc ſententiam ſervari in praxi, ut etiam notat Cavarruvias *lib. 3. variar. reſol. c. 3. n. 4.* Ratio verò, cur teſtea ſingulares manentea in ſua ſiogularitate non plenè probent aliquid in genere, adeò ut Iudex non poſſit in foro procedere eſt, quia forum non verſatur circa actiones in genere, ſed tantùm circa ſingulares: ſiquidem punit Reum in proprio individuo, vel eum abſolvit, & nemo punitur, vel abſolvitur niſi ratione actionum, qnas liberè exercuit, proinde niſi ratione actionum ſingularium. Tum quia forum inducit juſtitiam, quam exercet in ordine ad bonum regimen, rectámq; Reipublicæ conſtitucionem, in quem finem utitur atteſtationibna, proinde circa ea tantùm verſatur, quæ cadunt circa rectum regimen: hæc antem ſunt ſingularia, de quibus tantùm poteſt jodicare, & ferre ſententiam, & teſtea de ijs duntaxat intarrogandi ſnnt, de quibus poteſt ſeotentia ferri.

31 Quòd ſi dicaa, id quod teſtes ſingularea probant in genere, oon eſſe aliquid vagum, ſed aliquid certum in determinato individuo, eò quia teſtes ſingularea dicant, talem hominem, ut Titium eſſe furem in genere. Contra eſt, quia non poteſt aliquid ſecundùm genua convenira certo, & determinato individuo, niſi conveniat ſecundùm eſſe ſingulare; non enim potuit Titius ſurripuiſſe rem alienam in genere, niſi commiſerit certa, & determinata furta, proinde quod oon poteſt dici verum in ſpecie, neque in genere erit verum, ut rectè notat Conradus Brunus *lib. 4. de hæret. c. 9.* Tum quia ſicut res in genere, & præciſa à rebus individualibus non exiſtit, ita niſi probentur actiones, ſeu rea in particulari, non probatur ſufficienter illud unum in genere, cum ſeorſim ab individuis oon exiſtat. Tum quia vel ſingularia, de quibus procedunt teſtes ſingularea, & ex quibus deducitur aliquod unum in genere, remanent plenè ptobata, vel oon. Si dicatur primum, tunc neceſſe eſt, ut de ſiogulis deponant plures teſtes, qui proptereaoon ſunt ampliùs ſingulares, ſed conteſtea: ſiquidem per teſtes ſingulares non probatur aliquid in particulari; ſed tunc probatio eſt de ſingularibus, de quibua ferenda eſt ſententia; & quando ſingularia manent probata, fruſtranea eſt probatio alicujus in genere. Si dicatur ſecundùm, ſequitur quòd nec aliquid in genere plenè probetur, ſiquidem teſtificatio directè, & immediatè eſt de ſingularibua, ratione quorum extenditur ad univerſale, proinde ſi ſingularia oon planè probentur, nec plenè probatum erit univerſale.

Neque urget, ſi dicaa, teſtes ſingulares 32 deponentes de diverſis actionibus io particulari, ut de pluribua, ſed diverſis furtis eſſe concordea, quoad furtum in genere, quod verè exiſtit in illis particularibus furtia, proinde teſtea ſingularea coovincere de hoc uno in genere, ex quo poſtea Iudex poteſt inferre certa furta in particulari. Nam contra eſt, quia teſtificatio non poteſt immediatè procedere de ipſo furto in genere, ſed tantùm de furtia particularibus, & mediantibus illia de furto in geoere, adeò ut furtum in genere non poſſit majorem habere certitudinem, quam habeant particularia. Tum quia Iudex ex univerſali nequit inferre particulare, ut de hoc ſententiam ferat, quia cùm ex particularibna inferat univerſale, ſi ex hoc rurſus inferret particulare, reverteretur ad id, quod non erat ſufficienter probatum. Tum quia teſtea, qui non concordant in ſingulari, neque poſſunt in genere coocordare; quia licèt actiones, de quibus deponunt, includant aliquod genericum, non tamen teſtificatio teſtium ſingularium eſt de hac generica unitate, ſed tantùm quòd actio ſecundùm genua conveniat tali homini; & quia unus teſtis teſtatur de una actione, & alter de alia intra idem genus, ſequitur, quòd non concordent, licet conveniant ſecundùm genua.

Cæterum ſi agatur de aliquo ſecundùm ge- 33 nus, an aliquis ſit Fur, & teſtes deponant actiones ſingulares furti, non ut id, de quo teſtentur, ſed tanquam de ratione ſui dicti, adeò ut teſtificatio procedat de ſolo furto in genere, teſtes ſingulares ſufficienter probant: quia tametſi dicatur probari aliquid io genere, teſtificatio tameo procedit de particulari vitio furti, ratione cuiua teſtea ſingularea ſunt conteſtes, quatenus omnea ſunt concordes in eo, quod per ſe primò depoouot, ut notant Lambert. *de*

con-

contract. Gloſſa 12. *n.* 26. Albertin. *q.* 10. *c.* 1. *n.* 40. & alij, aſſerentes, tunc tantùm teſtes ſingulares probare in genere, quando articulantur certi actus.

34 Quæritur quartodecimò, an quando agitur de re permanenti teſtes ſingulares plenè probent? Reſpondetur cum communi ſententia affirmativè, & docent præſertim Baldus *l.* 1. *C. de teſtament. q.* 8. & *l. Lucius ff. de his, qui not.* Lanfrancus in *c. quoniam contra de probat.* §. *teſtium n.* 30. Covarruvias *lib.* 3. *variar. reſol. c.* 3. *n.* 5. & ratio ex eo deſumitur, quia quoties res eſt permanens, teſtes ſingulares non manent in ſua ſingularitate, quamvis teſtificentur de diverſis temporibus, vel locis, ſed fiunt conteſtes: ſiquidem res eadem, de qua teſtificantur, ſubijcitur uniuſcuiuſque teſtis teſtificationi, adeo ut omnes teſtes de eadem re permanente, & quæ venit in judicium, teſtificentur: & hoc pacto plures teſtes ſingulares plenè poſſunt probare aliquem eſſe impotentem ad matrimonium conſummandum. Verùm ut teſtes ſingulares de re permanente faciant plenam fidem, debet res permanens eſſe talis conditionis, ut non potuerit variari, ratione temporis, loci, vel alterius circumſtantiæ, ſecundùm quam teſtes ſunt ſingulares; alioquin ſi poſſet variari, etiam alter teſtis ſingularis ſecundum circumſtantiam, ratione cuius potuit res variari, poſſet eſſe falſus, & conſors cum altero: proinde non poſſet eſſe conteſtis, nec probatio ex hiſce teſtibus plena, & ſufficiens, quia non reddit rem certam; quapropter probandum ulteriùs eſt per teſtes conteſtes, rem illam non fuiſſe variatam. An verò in dubio, quòd teſtes ſint conteſtes, præſumendum ſit, eſſe conteſtes, plures affirmant, quos refert Farinacius in *pract. crimin. q.* 64. *de teſtib. n.* 318.

35 Alij verò id limitant, ut valeat tantùm, quando dubium cadit ſupra pluralitatem actuum, quia tunc præſumitur unus actus: ſecus ſi cadat ſupra diverſitatem circumſtantiarum loci, vel temporis, & præſertim ſi pertineant ad ſubſtantiam actûs. Putârim tamen procedendum cum diſtinctione, vel enim dubium, an ſint conteſtes, oritur ex modo deponendi ipſorum teſtium; & tunc regulariter præſumuntur conteſtes: ratio eſt, quia forum poteſt adjuvare teſtificationem, quando in modo procedendi deficit; vel dubium oritur ex ſingularitate circumſtantiæ, ſecundùm quam teſtes ſunt ſingulares, & tunc non poſſunt præſumi conteſtes, quia res teſtificata manet dubia ratione ſingularitatis; hinc ſi Iudex præſumeret teſtes illos ſingulares eſſe conteſtes, ſe exponeret periculo exercendi injuſtitiam.

36 Quæritur quintodecimò, an ſaltem ratione multitudinis poſſint teſtes ſingulares inducere plenam probationem, præſertim ſi ſint morum integritate laudati. Ratio dubitandi deſumitur ex eo, quia tunc ſingularitas ſuppletur qualitate perſonæ, quæ ſicut illi tribuit majorem fidem, ita etiam facit, ut probatio ſit, vel ſaltem maior, quàm ſemiplena, hinc My[illegible]g. *centur.* 3. *obſerv.* 76. *in fin.* Tiraquel. *de pæn. temper. cauſa.* 51. *n.* 106. Caſtrenſis in *l. Lucius ff. de his qui not. infam.* Rota *divers. p.* 1. *deciſ.* 238. *n.* 13. coram Aldobrandino, aſſerunt, ratione nobilitatis, aut integritatis, ſi ſint perſonæ notabiles, teſtes ſingulares ratione multitudinis facere plenam fidem. Reſpondetur nihilominus, teſtes ſingulares ratione multitudinis, vel etiam integritatis nunquam convincere, neque efficere plenam probationem, niſi aliter cautum ſit in jure ratione gradus, quo perſona teſtificans inſignitur. Ut docent Cinus in *l. ſi quis decurio C. de fal.* Iaſon *l. neque is de acquir. hered.* Symancha *de heret. tit.* 64. *n.* 35. Farinacius in *pract. crimin. q.* 64. *de teſt. n.* 305. ubi ait, hanc ſententiam eſſe veriorem. Ratio ex eo deſumitur, quia teſtes ſingulares licèt ſint perſonæ qualificatæ, niſi fiant conteſtes non excedunt vim unius teſtis, cùm ſemper ſint ſingulares, & maneant in ſua ſingularitate, ſeu ſinguli pro ſingulis articulis: atqui teſtimonium unius teſtis ſingularis, quicunque ille ſit, nunquã ſufficit ad plenè probandum, hinc *Deuter. c.* 17. habetur *In ore duorum, vel trium teſtium peribit, qui interficietur: nemo occidatur uno contra ſe dicente teſtimonium*, quamobrem in lege divina univerſaliter, prohibetur, ne ſententia feratur ex teſtimonio unius, & hoc idem reperitur *c.* 19. *Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, quicquid illud peccati, vel facinoris fuerit.* & *n.* 25 additur *Ad unius teſtimonium nullus condemnabitur*, hinc in lege evangelica Matth. 18. Chriſtus ait *In ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum*, quod autem eſt univerſaliter prohibitum, prohibetur etiam reſpectu cujuſcunque.

Tum quia cæteroquin ad probandum requiruntur plures conteſtes, & nulli teſti ſingulari habetur plena fides, quia unus, aut propriis paſſionibus, aut aliquo alio modo faciliùs perverti poteſt, & teſtimonium unius debet integro teſtimonio certificari: hæc autem ratio etiam procedit de teſtibus ſingularibus, quamvis qualificatis, quia etiam perſonæ dignitatibus inſignitæ, & morum integritate præ cæteris laudatæ ſubijciuntur propriis paſſionibus, deceptionibus, & alijs quæ poſſunt cauſare falſam teſtificationem; unde ſi dictum unius non corroboretur dicto alterius, nunquam inducit plenam probationem: non enim qualificatio perſonæ affert novum teſtimonium, ſed tantùm illud qualificat, & teſtimonium non corroboratur, nec vires acquirit, niſi per aliud teſtimonium, adeò ut ambo ſimul uniantur ad teſtificandum idem. Tum quia qualificatio perſonæ auget tantùm intenſivè teſtificationem, proinde teſtificatio non obſtante hac qualificatione adhuc manet ſingularis, & proinde intra limites ſemiprobationis, in qua ratione perficitur, non verò ſupplet pro alio diſtincto teſtimonio. 37

Tum quia qualificatio perſonæ, cum non inferat conteſtationem, nec aliud æquivalens, ſemper relinquit teſtem ſingularem in ſua ſingularitate: neque obſtat, quòd reddat teſtimonium ſingulare majoris ponderis; quia li[illegible] verum ſit, nunquam tamen devenit ad id, ut p[illegible]ponderet teſtimonio alterius, vel illi æq[illegible]leat, quia per qualificationem teſtes ſingulares ſibi invicem non communicant, nec conveniunt 38

in

In dicto, proinde teſtificatio unius quantumvis qualificati non poteſt elevare teſtificationem alterius, ſed tantùm propriam. Hinc neque multitudo teſtium ſingularium inducit plenam probationem, adeò ut, licèt teſtes ſingulares ſint numero plures, & plures; ſi tamen maneant in ſua ſingularitate, nonniſi ſemiplenè probent, ut docent Baldus in *l. jusjurandi numero 4. v. deinde nota C. de teſtib.* Iaſon in *l. Admonendi ff. de jurejur. numero 256.* Gomez *tom 3. variar. reſol. de delict. tit. de probat. delict. numero 10 circa fin.* Mynſinger. *centur. 3. obſerv. 76.* Farinacius *in pract. crimin. q. 64. de teſtib. numero 34.* & alii. Ratio eſt, quia in quovis magno numero teſtium ſingularium, niſi ſiant conteſtes, nullus corroborat, vel adjuvat teſtificationem alterius, quia dictum unius non pertinet ad dictum alterius, neque cum ipſo connectitur, proinde res ſemper procedit, ac ſi unus tantùm teſtificaretur, quia re vera unus tantùm de ſingulis articulis teſtificatur, & unus teſtis ſingularis, quamdiu manet in ſua ſingularitate, non efficit plenam probationem.

39 Quòd ſi dicas, multitudinem teſtium in concurſu qualificationis eorundem ſupplere defectum ſingularitatis in teſtificando, eò quia videatur moraliter impoſſibile, quòd tot teſtes falſi ſint, præſertim, ſi ſint qualificati, morùmque integritate laudati. Contra eſt, quia tametſi Iudex ſupponat, omnes illos teſtes verum deponere, non tamen poteſt aſſentiri, ut faciant plenam probationem, quia adhuc ſunt ſingulares, & unus in teſtificando non reſpicit dictum alterius, cum deponat aliquid diverſum: quamobrem qualificatio perſonæ tantùm confirmat dictum proprium ejuſdem, non verò dictum alterius; adeò ut quilibet numerus teſtium per accidens ſe habeat ad dictum cuiuslibet alterius, & Iudex tantùm poteſt utendo depoſitione cuiuslibet tanquam ratione dicti inferre aliquid in genere fundatum in illis ſpecificis teſtificationibus, vel ſaltem malam famam. Non tamen poteſt inde ſententiam ferre: quia mala fama, vel aliud genericum illatum ex ſpecificis teſtificationibus non eſt id, ſuper quo teſtes deponunt, quia ſinguli deponunt de ſingulis actionibus differentibus, adeò ut non remaneat quidquam conteſtificatum, nec propterea aptum, ut ſit argumentum ſententiæ. Cæterum poteſt Iudex tantùm repetere teſtes, ut deponant ſuper illo, quod ex ſingularibus actibus colligitur, quia id jam remanet indicatum. Quamobrem ad fundamentum, quo nititur prima ſententia, liquet, qualificationem perſonæ tribuere quidem majus pondus teſtificationi, illam tamen relinquere in ſua ſingularitate, proinde non facere ut ſit plena, ſed tantùm ut augeatur intra limites ſemiplenæ probationis.

40 Quæritur ſextodecimò, an ſaltem teſtes ſingulares probent ad infligendam pœnam leviorem ordinariâ? Reſpondetur, teſtes ſingulares ſingularitate obſtativa, quâ videlicet in ſuis dictis ſibi invicem obſtant, non probare ſufficienter pro aliqua pœna quantumvis levi infligenda, quia cùm ſibi invicem obſtent, reddunt etiam ſibi invicem teſtificationem ſuſpectam, cùm dictum unius deſtruatur per dictum alterius, unde non ſupereſt ulla probatio, pro qua poſſit pœna licet levis inferri, ut docent Felinus in *c. Licèt. v. eſt etiam de teſtib.* Iaſon *l. admonendi numero 256. v. quadam obſtativa.* Graſſus *lib. 2. commun. opin c. 17. q. 27. V. prædicta concluſio.* Imò neque teſtes ſingulares ſingularitate diverſificativa ſufficiunt ad infligendam pœnam leviorem ordinariâ, quia ſententia non poteſt à Iudice ferri, niſi in convictum, aut ſuâ ſponte confeſſum: per hanc autem probationem teſtium ſingularium ſingularitate diverſificativa, quâ ſcilicet teſtes diverſa, ſed non contraria deponunt, nemo convincitur.

Neque obſtat, quòd pœna ſit levior ordinariâ, quia adhuc eſt pœna certa, & declarat Reum verè, & certè eſſe Reum, quia pœna non infligitur innocenti; & quia teſtes ſingulares ſingularitate diverſificativa non efficiunt, ut Reus in foro externo verè, & certè appareat, & ſit Reus; ideo præjudicium ipſi fieret, ſi puniretur etiam pœna levi, quia puniretur pœnâ certâ pro delicto incerto, & pœna non commenſuraretur delicto. cùm enim pœna reſpiciat delictum, cui eſt correlativa, non poteſt pœna certa infligi quamvis levis, niſi propter delictum certum: æquitas enim exigit, ut pœna ſit æqualis delicto non ſolùm in quantitate, verùm etiam in certitudine. Tum quia vel conſtat de delicto, & tunc debet infligi pœna integra ordinaria, ut pœna commenſuretur delicto: vel non conſtat de delicto, & tunc teſtes illi ſingulares ſingularitate diverſificativa poſſunt tantùm eſſe indicia, ut Iudex poſſit procedere eo modo, quo proceditur contra indiciatos; alioquin ſi de facto puniretur etiam pœna leviore ordinariâ, inverteretur ordo procedendi judicialiter in præjudicium Rei, quia ordo iudicialis exigit, ut ſententia incipiat à plena probatione, adeò ut ſi nondum habeatur plena probatio inquirendum ſit de mediis, per quæ deveniatur ad plenam probationem: in hoc autem caſu hic ordo prætermitteretur, & ſententia inciperet ab imperfecta probatione. Neque obſtat, quòd pœna ſit levior ordinariâ, quia adhuc Reus per talem ſententiam ſubijcitur delicto, & pœnæ, & aliquid prætermittitur, quo fortàſſis poſſet abſolvi: ſiquidem ſtante imperfecta probatione fieri poteſt, ut non magis condemnetur, quàm abſolvatur. 41

Quòd ſi teſtes ſint ſingulares ſingularitate adminiculativa, quâ ſcilicet dictum unius licèt non ſit dictum alterius, ipſum tamen adjuvat; ut ſi unus teſtificetur de facto, & alter de confeſſione facti, adhuc non ſufficiunt pro pœna etiam leviori ordinariâ infligenda, quia adhuc talis pœna infligitur per ſententiam condemnationis, & licèt hi teſtes ſingulares ſingularitate adminiculativa probent, non tamen plenè, ſed tantùm ſemiplenè, vel aliquid plus intra tamen limites ſemiplenæ probationis, ut notat Caccialup. *l. Admonendi. n. 66. v. dicit etiam.* & Farinacius in *pract. crimin. 64. de teſtib n. 115.* quapropter hæc probatio non eſt ſufficiens ad pœnam infligendam, quia ad id requiritur plena 42

plene probatio. Unde debet id intelligi, ut teſtes ſingulares ſingularitate adminiculative non efficiant plenam probationem, quia ſi adminiculatio talis eſſet, nt faceret plenam probationem, tunc poſſet Index procedere ad inferendam pœnam, & in hoc ſenſu intelligendi ſunt Doctores aſſerentes, teſtes ſinguleres adminiculantes plenè probare.

43 Quæritur decimò ſeptimò, an ſi aliqua juſta cauſa ſuppetat, teſtes ſingulares ſufficiant, ur poſſit Iudex interdum ſecundùm ipſns ſententiam ferre? Reſpondetur cum diſtinctione, ſi Iudex teneatur judicare ſecundùm allegata & probata, & eriam ſeqni ſcientiam ſuam privatam, & teſtes ſint ſingulares ſingularitate diverſificativa, vel adminiculativa, tunc ſi Iudex habeat talem ſcientiam privatam, ut faciat ſimul cnm teſtibus plenam probarionem, tunc pntârim poſſe ſecundùm ipſos judicare, quia procedit cum probatione ſufficiente, proinde eius ſententia rectè prncedit. Quòd ſi Iudex non habeat ſcientiam privatam, ſed eliquod aliud motivum, tunc eſt eadem retio, ec de cæteris Iudicibus. Sin verò Index non poſſit ſequi ſcienriam ſuam privaram, & motivum iudicandi ſecundùm teſtes ſingulares non eſt in actis, nec cum ipſis connexum, adeò ut nnn appareat ex ipſis, ſed ſir privarum; tunc putârim, non poſſe Iudicem ſequi teſtes ſingulares, quia cùm nnn poſſit ſequi ſcientiam privatam, neque pnteſt ſequi motivum privatum, eſt enim utrinque par ratio: unde ſi prncederet ſecundùm tales reſtes ſinguleres, perverteret ordinem procedendi iudicialiter, & quidem in præjudicium tertij, quia Iudex poteſt rantùm judicare ſecundùm allegata, & probata in judicio, & teſtes ſingulares, quamdiu manent in ſue ſingularirate, non efficiunt ſufficientem probatinnem, ut Iudex poſſit iudicialiter procedere.

44 Neqne obſtat juſta cauſa, quia eatenus ſequi pnreſt teſtes ſingulares ex juſta cauſa, qnatenus juſta cauſa adjuvat eorundem juſtificationem: atqui juſta cauſa non adjuvat, quia non eſt in actis, ad qnæ tantùm debet Iudex reſpicere, ſi teneatur jndicare ſecundùm allegata, & probata: ſiquidem ſententia debet fundari in probatione apparente ex ipſis actis, quibus debet eſſe alligate. Sin verò jnſta cauſa habeatur ex allegatis, & probatis, tunc conſidetandum eſt, an ſit intrinſece cauſæ, quæ agitatur, ac pertineet ad eſſe ipſius, an verò ſit extrinſeca, adeò ut nnn concernat ad ipſam; quia ſi ſit extrinſeca non eſt ſufficiens, ut Iudex rarione ipſius ſequatur teſtes ſingulares, quia cùm debeat judicare ſecundùm allegata, & probata, tenetur etiam judicare de iis, de quibus formarur proceſſus, proinde debet eas tantùm reſpicere probationes, & motiva, quæ pertinent ad articulum, qui in proceſſu intenditur probari. Sin verò motivum, quod dicitur iuſtum, ſit intrinſecum cauſæ, runc conſiderandum eſt, quomodn adjuvet probatinnem exhibitam per teſtes ſingulares, quia ſi ita adjuvat probationem, ut faciat rem certam, poteſt ſequi teſtee ſingulares, quia tunc Iudex in allegatic, & probatis habet ſufficiens fundamentum procedendi juridicè, quia ex vi ipſorum habetur certitudo de eo, de quo deber judicari; & Iudex movetur tunc ad ita ſentiendum, ſicut jndicar, & quia id fit retinnabiliter, ſupponitur ex allegatis, & probatis res ſufficienter certificata. Sin verò motivum inrrinſecum ceuſæ, de qua agitur, non ita adjuver probationem, ut ponat rem in claro, ſed adhuc dubiam relinquat, tunc putârim, non pnſſe Iudicem ſequi teſtificetionem teſtium ſingularium, quia tunc non adeſt juſta cauſa, quia Iudex ex æqnitate non pnteſt pronuntiere ſententiam eliter, ac ipſe ſentiat ex vi allegatnrum, & probatorum: & nnn poteſt ſenrire, ſicut prnnuntiat, niſi allegata moveant ad ite certò ſentiendum, & id allegata non præſtanr, quando teſtes ſunt ſingulares, & motivnm adjuvans probationem nnn ponit rem in claro.

Præterea ad hoc, ut Iudex ex juſta cauſa 45 judicet ſecundùm reſtes ſingulares, debet ipſa cauſa cnnrinere juſtitiam ſenteutiæ, quia ſi non redderet ſententiam juſtam, quatenus jungitur cum teſtibus ſingularibus, non eſſet juſta cauſa; neque eſſet juxta æquitatem ratione talis cauſæ ſententiam ſerre: non poteſt autem cauſa ſententiam reddere juſtam niſi talis ſit, ut exigat ira judicari, & non pnteſt exigere ira iudicari, niſi moveat Iudicem ad ſentiendum rem ita eſſe, & id nnn poteſt fieri, niſi reddat rem certam ipſi Iudici. Demum eerenus non poteſt Iudex ferre ſententiam juxta teſtificatinnem teſtium ſingularium, niſi interveniat juſta, & ratinnabilis cauſa, quia talis teſtificatin ſemper relinquit rem dubiam, & ſentenia Iudicis exigit in re, de qua procedit certitudinem, alioquin non cnmmenſuraretur objecto, quia ſententia eſſec certa, & objectum adhuc dubium, conſequenter talis ſententie non eſſet juſta, quia nnn eſſet conformis ſuo objecto quoad certitudinem; è converſo poteſt Iudex ſequi teſtes ſingulares, ſi habeat juſtam cauſam, & eatenus requiritnr juſte cauſa, ut ſententia juſtè feratur, proinde ut ſit juſta cauſa, quâ ſententia juſtè feratur, debet id ſupplere, quod deficit in teſtibus ſingularibus: hoc autem, quod deeſt, eſt ipſa certitudo, quæ propterea debet ineſſe cauſæ juſtæ, ut Iudex poſſit juſtè procedere.

Quæritur decimooctavò, an teſtes 46 ſingulares probent ſufficienter crimen hæreſis? Reſpondetur, duas eſſe ſententias, & primam docere teſtes ſinguleres ſufficere ad probandum ctimen hæreſis, & ita docent Baldus *c. cum omnes numero 22. de conſtit.* Clarus *in pract. qq. quaſt. 53. v. dixi autem.* Gomez *de delict. tom. 3. rubr. de probat. delict. numero 12. v. ſecus tamen.* Gigas *de crimin. laſa Majeſtat. libro 2. tit. quomodo, & per quos. quaſt. 18. numero 3.* Zanchinus *de haret. c. 16. numero 6.* & alii, qui nituntur primò, quia teſtes ſingulares plenè probant in crimine læſæ Majeſtatis, ut docent Maſcardus *de Probat. lib. 1. concluſ. 462. n. 16. & ſequent.* Farinacius *q. 64. de teſt. n. 220.* Rurſus teſtes ſingulares etiam ſufficiunt ad probandum crimen

ſoli-

ſollicitationis ad actus inhoneſtos in ſacramentali confeſſione, ut declaravit Gregorius XV. in ſua conſtitutione, cui initium *Univerſi Dominici Gregis* emanata 30. Auguſti 1622. proinde etiam ad probandum crimen hæreſis videntur ſufficere teſtes ſingulares. Secundò quia defectus, qui reperitur in duobus, vel tribus conteſtibus, ut plenè probent, ſuppletur ex alijs adjunctis, ica alijs teſtibus, circumſtantijs, indicijs, & præſumptionibus; proinde defectus certitudinis reſultans ex teſtibus ſingularibus poteſt ſuppleri ex numero, & qualitate teſtium. Tertiò quia accedente lege poſſunt teſtes ſingulares ſufficienter probare; ergo etiam accedente conſuetudine, quæ tranſeat in legem: ſiquidem lex non ſolum firmatur ſuperiorum decreto, ſed etiam conſuetudine, ut docent communiter Doctores in *cap. cum dilecti de conſuetud. l. ß de interpretatione ff. de legib.* ut notat Maſcardus *de probat. tom. 3. concluſ. 1415. n. 10.* atqui conſuetudo invaluit, ut crimen hæreſis pleriſque ſaltem in locis probetur per teſtes ſingulares. Quartò, quia perfecta probatio in eo conſiſtit, ut mens Iudicis plenè ſuadeatur ad perfectè credendum, verum eſſe, quod proponitur *l. in Quingenta ff. de prob.* & notat Bartolus *l. admonendi n. 15. ff. de jurejur.* atqui quoties concurrunt plures teſtes qualificati, qui teſtantur de hæreſi alicuius, nequit Iudex prudenter dubitare de veritate rei, quæ proponitur, proinde tunc habet perfectam probationem, qua poſſit juridicè procedere. Quintò, quia in criminibus occultis, & quæ ſunt difficilis probationis indicia indubitata faciunt plenā probationem *l. final. C. de probat.* & docent Maſcardus *l. 3 de probat. concluſ. 1222. n. 34.* Iulius Clarus § *fin. q. 20. v. ad condemnandum verò.* & alii communiter: atqui ea ſunt indicia indubitata, quæ faciunt Iudicem non dubitare, licèt credat, quod potuerit aliter contingere: quia hæc credulitas non eſt dubitatio practica, ſed ſpeculativa: atqui crimen hæreſis eſt occultum, & difficilis probationis, & teſtes deponentes de hæreſi, licèt ſingulares, faciunt indicium vehementiſſimum ad ſufficienter probandum hoc crimen.

47 Secunda ſententia negat, teſtes ſingulares ſufficienter probare crimen hæreſis, & ita docent Farinacius *q. 64. de teſtib. n. 217.* Layman, *lib. 3. theol. moral. ſect. 5. tract. 6. c. 4. n. 5.* Menochius *vol. 2. conſil. 149. n. 17.* Maſcardus *lib. 2. de probat. concluſ. 286. n. 10.* & alij plures, cum quibus reſpondetur, teſtes ſingulares non ſufficere ad probandum crimen hæreſis; quia regulariter teſtes ſingulares in cæteris caſibus non probant; niſi fortaſſis ſint aliquo modo conteſtes ſuper eo, de quo articulatur proceſſus, adeò ut nunquam admittantur niſi aliquo pacto fiant conteſtes; & id fundatur in textu, à quo teſtes ſingulares excluduntur *c. licèt cauſam de probat.* ubi excluduntur teſtes ratione ſingularitatis *c. Nihilominus 3. q. 9.* & quamvis ibi ſermo ſit de teſtibus falsò deponentibus, excluduntur tamen ratione ſingularitatis, ob quam paſſim in jure excluduntur teſtes ſingulares *c. de parentela 35. q. 6.* ubi declaratur, quòd teſtes non debeant eſſe varij, ſeu ſingulares ibi: *In quibus omnibus non debet aliqua varietas inveniri*, ex quibus habetur regula univerſalis de non admittendis teſtibus ſingularibus; ergo neque in crimine hæreſis ſufficiunt teſtes ſingulares ad illud probandum: quia quòd in alijs caſibus non efficiant ſufficientem probationem, id non oritur ex eo, quòd agatur de hoc, vel illo crimine, ſed quia ratione ſingularitatis non ſufficienter movent animum Iudicis, ut potiùs credatur teſti affirmanti, quàm Reo neganti; quòd verò crimen ſit hoc, vel illud materialiter ſe habet, & non auget, nec minuit certitudinem probationis: proinde ratio quæ militat de alijs dictis, procedit etiam de hæreſi, præſertim cùm in crimine hæreſi ſit procedendum cum magna cautela, ne innocens damnetur; quapropter in *c. ut officium §. verum de hæret. in 6.* dicitur: *In tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi (ut in Reos ſine ullo proferatur errore dura, ac digna ſeveritas ultionis) volumus*: ex quo textu rectè infertur, rigoroſiores potiùs probationes exquirendas eſſe in hoc crimine, quàm in alijs; adeò ut minus ſufficientes ſint potiùs excludendæ, idque etiam colligitur ex *c. ubi periculum de elect. in 6.* Tum quia in crimine hæreſis conceduntur Reo defenſiones valdè diminutæ, proinde adeſt periculum, ne innocens damnetur.

Neque obſtat, ſi dicas, id procedere, quando crimen majus probari poteſt æquali facilitate, ac minus; non ita quando eſt occultum, & difficilis probationis, ut eſt crimen hæreſis. Contra eſt, quia textus allegatus loquitur ſpecialiter de crimine hæreſis, in quo vult eſſe adhibendam multam cautelam. Præterea, quia nec in aliis criminibus, quæ ſunt difficilis probationis, admittuntur teſtes ſingulares; quia iſti nunquam præponderant, ut extinguant dictum Rei negantis. Tum quia quamvis ratione difficilis probationis admittantur aliqua, quæ non ita certò probant; non tamen poteſt admitti probatio, quæ ſit in genere ſuo inſufficiens, quia hæc nunquam habet eum certitudinis gradum, qui neceſſarius eſt ad ſententiam ferendam; cùm enim hæc ſit certa, exigit etiam fundari in objecto certo. Demum quia hæreſis non ſubjacet foro externo, niſi ut manifeſtata per ſigna externa, & ut taliter manifeſtata non eſt ampliùs difficilis probationis; tametſi in abſcondito manifeſtetur; quia etiam, qui furatur, conatur id facere in abſcondito, & nihilominus tale furtum non dicitur delictum difficilis probationis. 48

Præterea teſtes ſingulares perinde ſe habent, ac ſi unus tantùm eſſet teſtis, ut communiter docent Doctores, quos allegat, & ſequitur Farinacius *q. 64. de teſtib. n. 34.* quia cùm teſtes ſingulares non conveniant in eo, quod deponunt, ſequitur, unum tantùm eſſe eum, qui deponit, cum plura, & diverſa à pluribus deponantur: teſtis autem unicus non computatur, ſed perinde ſe habet, ac ſi non eſſet in ordine ad ferendam ſententiam *c. In omni negotio c. veniens ad nos de teſtib.* & ita communiter Doctores, quos refert, & ſequitur Farinacius 49

cius *q. 63 de teſtib. n. 1.* quapropter vulgò *dictum unius* dicitur *dictum nullius*, quia illi contraponitur negatio Rei. Hoc autem debet etiam procedere in crimine hæreſis, cum in ipſo debeant probationes eſſe luce meridiana clariores *c. ſciant cuncti 2. q. ult.* & docent communiter Doctores cum Farinacio in *prax. crim. q. 86. de Reo confeſſ. n. 6.* quia in hoc crimine hæreſis agitur de maximo præjudicio Rei, qui non debet condemnari, niſi certò conſtet de hæreſi, & probatio per teſtes ſingulares non inducit hanc certitudinem, nec eſt plena probatio.

50 Neque obſtat, quòd teſtes ſingulares ſint plures, quia omnes ſemper imperfectè probant, & ex pluribus probationibus imperfectis non coaleſcit una perfecta, quando non poſſunt conjungi in conteſtationem, in quo ſenſu habetur regula juris: *quæ non poſſunt ſingula, nec multa juvant. l. ſancimus §. ſi quis autem C. de donat. l. uſura C. de uſur.*

51 Quòd ſi objicias regulam juris: *ſingula quæ non poſſunt, multa collata juvant. l. inſtrumenta C. de probat.* Reſpondetur, id eſſe intelligendum de iis, quæ ſingula in ſuo genere ſunt perfecta, ut notat Menochius *lib. 1. de præſumpt. q. 39. numero 6.* atqui teſtes ſingulares ſunt ſinguli imperfecti in ſuo genere, quia ſinguli nonniſi imperfectè probant: conſequenter, non poſſunt conjungi ad efficiendam unam probationem perfectam. Tum quia, ut docet Menochius *lib. 1. de præſumpt. q. 39. numero 3.* tunc poſſunt conjungi probationes imperfectæ, quando ſunt ejuſdem rationis qualitatis, & ſubſtantiæ: atqui ut ſint tales, debent tendere ad probandum idem, quia ſi tendant ad diverſa, jam ſunt diverſæ ſubſtantiæ; ſiquidem ſubſtantia probationis eruitur ex eo, quod probatur: imò ſicut ſunt diverſæ probationes, ſunt etiam diverſæ rationes: hinc teſtes ſingulares faciunt probationes tantùm diverſæ rationis, & ſubſtantiæ, quatenus quilibet eorum probat aliquid diverſum; proinde non poſſunt conjungi in unam perfectam, & plenam probationem; quia hæc conjunctio teſtium in unam probationem habetur tantùm ratione conteſtationis, ratione cujus teſtes non ſunt ampliùs ſingulares, ſed conteſtes, quatenus teſtificantur unum, & idem; convenientia enim in re teſtificata id operatur, ut teſtes conjungantur; quapropter ſi non conveniant in re teſtificata, nec poſſunt conjungi in unam probationem, & eo ipſo, quòd teſtes ſunt ſingulares, non conveniunt in re teſtificata: alioquin non eſſent ſingulares. Hinc ad primum argumentum oppoſitæ ſententiæ reſpondetur, teſtes, qui dicuntur ſufficienter probare in crimine læſæ Majeſtatis eſſe conteſtes circa id, ſuper quo deponunt, quando enim admittuntur in crimine læſæ Majeſtatis teſtes ſingulares in loco, tempore, actu, & aliis circumſtantiis ſupponuntur facti diverſi actus, de quibus ſinguli ſinguli teſtes deponunt: proinde ſupponitur etiã crimen habituale permanens, quod per plures actus manifeſtatur, & eſt eadem ratio, ſicut de eadem ſpecie hæreſis; quæ manifeſtatur per diverſos actus, & tunc teſtes deponunt de ipſa hæreſi, ut permanente: ſecus ſi agatur in ordine ad probandum hoc crimen ex unico actu, tunc ſingularitas in teſtibus tollit fidem, ut rectè notat Farinacius *q. 64. de teſtib. n. 222.*

Ad id, quod addebatur in eodem argumento de crimine ſolicitationis in ſacramentali confeſſione. Reſpondetur, Pontificem in illa conſtitutione non intendere quòd ſufficiant in hoc crimine præciſè teſtes ſingulares, ſed tantùm velle, ut in ipſo procedatur, perinde ac in aliis criminibus, quæ ſunt difficilis probationis, adeò ut poſſit infligi pœna, ſi concurrant cum teſtibus ſingularibus indicia, præſumptiones, & adminicula, ut liquet ex eadem conſtitutione Gregorii XV. 52

Ad ſecundum reſpondetur, defectum conteſtium poſſe ſuppleri ex aliis adminiculis, eò quia probatio conteſtium ſit ex genere ſuo ſufficiens: quapropter tantùm accidentaliter eſt defectuoſa, quæ proinde poteſt ſuppleri ex aliis adjunctis; ſecus defectus certitudinis probationis ex teſtibus ſingularibus eſt eſſentialis, & probatio ex genere ſuo non eſt ſufficiens, proinde non poteſt ſuppleri ex numero, & qualitate teſtium. 53

Ad tertium reſpondetur, nullibi leges ſtatuere, ut ſufficiant teſtes ſingulares quoad 54
ſubſtantiam delicti, ſed tantùm volunt ſufficere, ſi ſint ſingulares in iis, quæ per ſe non faciunt ad ſubſtantiam delicti, ut notat Farinacius *q. 54. de teſtib. per tot.*

Ad quartum reſpondetur, Judicem nunquam poſſe induci ad perfectè credendum aliquem eſſe hæreticum, ſi teſtes ſint ſingulares 55
quoad ipſam hæreſim; quia Judex ſcit unicum teſtem quamvis qualificatum non convincere de aliquo delicto, proinde rationabiliter infert, neque plures ſingulares convincere de pluribus delictis, quia tunc de eodem delicto quoad ſubſtantiam nunquam habetur plena probatio, nec plures habentur conteſtes.

Ad ultimum reſpondetur, numerum teſtium ſingularium non facere, ut Judex non 56
dubitet, quia ſicut id non operatur unicus teſtis, ita neque plures teſtes ſingulares, & quando plures numero teſtes deponunt de ſingulis, & diverſis rebus, perinde omnes ſe habent, ac ſi unus tantùm eſſet teſtis.

Quæritur decimò nonò, an quando plures teſtes deponunt de eadem ſpecie hæreſis 57
contra aliquem, tametſi ſint ſingulares in loco, tempore, & propoſitione hæreticali, adhuc ſint conteſtes, & plenè probent crimen hæreſis, dummodo propoſitiones, & facta pertineant ad eandem ſpeciem hæreſis? Reſpondetur affirmativè, quia tametſi teſtes tunc ſint ſingulares de loco, tempore, facto, vel propoſitione hæreticali, quia tamen deponunt de una, & eadem omnino hæreſi, ideo ſunt conteſtes, quoad ſubſtantiam, & tantùm teſtes ſingulares quoad circumſtantias: ſiquidem deponunt de eodem ſenſu interno, & opinione falſa circa fidem: ut enim docet D. Thomas *2. 2. q. 11. art. 1.* hæreſis conſiſtit in opinione falſa eorum, quæ pertinent ad fidem, ut docet in *art. 2. ejuſdem quæſt.* quo fit, ut hæreſis ſit crimen internum habituale permanens; adeò ut quando quis punitur ratione hæreſis punitur [illegible] ratione

tatione mali ſenſus, quo male ſentit de iis, quæ pertinent ad fidem cum pertinacia, quâ obſtinatè perſiſtit in falſa opinione: & quia teſtes ſingulares quoad circumſtantias hæreſis ſunt conteſtes quoad hunc malum ſenſum; & circa id ſupra quod articulatur proceſſus; ideo punitur Reus, quia tametſi tempus, locus, factum, imò, & propoſitio ſint diverſa, non tamen tollitur, quin ſit eadem hæreſis, quia habet eſſe habituale permanens; & poteſt per diverſos actus exteriores manifeſtari, proinde non tollitur, quin teſtes illi ſingulares quoad circumſtantias ſint conteſtes quoad ipſum crimen hæreſis, quod ſe habet in mente per modum permanentiæ.

58 Hinc ſi articularetur proceſſus, an Titius deceſſerit, ſi unus teſtis deponat deceſſiſſe, & alius vidiſſe eum è domo deferri in feretro in cœmeterium, & alius, vidiſſe eum in cœmeterio mortuum, & alius, vidiſſe eum ſepeliri, certè omnes iſti ſunt conteſtes, quia omnes conveniunt in eo, quòd Titius deceſſerit, & eſt id, de quo proceſſus articulatur: non enim circumſtantiæ, in quibus ſunt diverſi, ſunt id, quod eſt probandum, ſed tantum quòd deceſſerit: ita à pari de hæreſi, quia circumſtantiæ, in quibus teſtes ſunt diverſi, & ſingulares, non ſunt id, quod eſt probandum, ſed ſunt ratio dicti ipſorum teſtium, ideo ſi unus teſtis deponat, Titium eſſe hæreticum, eò quia audierit eum proferre propoſitionem hæreticalem, & alius teſtis deponat, audiviſſe eum proferentem aliam propoſitionem hæreticalem, & ſic de aliis teſtibus; quamvis omnes propoſitiones ſint diverſæ, ac includant diverſas hæreſes, ratione quarum teſtes ſint ſingulares, ſunt tamen conteſtes quoad ipſam hæreſim, quæ in mente Titii ſe habet per modum permanentiæ, ſeu habitûs inhærentis: proinde tales teſtes ſingulares in loco, tempore, facto, & propoſitione hæreticali ſunt conteſtes quoad habitum hæreſis: hic enim habitus ſe habet per modum permanentiæ, & ab ipſo emanant plures illi actus, ſeu propoſitiones hæreticales, ut autem teſtes ſint conteſtes ſufficit, ſi conveniant in re teſtificata, & non requiritur, ut ntantur ratione ſui dicti, quia ratio dicti eſt extra rem teſtificatam.

Quòd ſi dicas, crimen hæreſis non pertine-
59 re ad forum externum niſi ut manifeſtatum per actus exteriores, proinde proceſſum eſſe tantum articulandum de hæreſi ut exteriùs manifeſtata: atqui teſtes circa exteriora, quæ cadunt ſub ſenſus, & de quibus teſtantur, non poſſunt eſſe conteſtes, niſi etiam concordent in externa manifeſtatione hæreſis. Contra eſt, quia illa exteriora, quæ cadunt ſub ſenſus, & quibus hæreſis manifeſtatur, & teſtes ſunt ſingulares, ſunt tantùm conditiones, ſine quibus hæreſis non deduceretur in judicium, non verò ſunt id, quod deducitur in judicium; hoc enim eſt ſola hæreſis, quæ non conſiſtit in aliquo actu externo, ſed tantùm in interna opinione, quæ cùm ſit ſolùm in mente, manifeſtatio eſt tantum conditio, ſine qua non deduceretur in judicium externum. Quapropter non requiritur, ut probetur conditio, ſed hæreſis, ideóq; ſufficit, ſi teſtes concordent in ipſa hæreſi, licet non concordent in ſin per quæ mani- [illegible]

feſtatur, quia poteſt eadem hæreſis per diverſa media ſenſibilia manifeſtari: & hæc eſt ratio, cur ſingularitas teſtium circa tempus, locum, & alia, non tollat fidem teſtibus, ut notant Lanfrancus *de teſtib. num. 90. v. aut tempus, vel locus.* Farinacius *q. 64. de teſtib. num 96.* quia illæ circumſtantiæ temporis, & loci non ſunt de ſubſtantia illius, de quo articulatur proceſſus, proinde non tollunt conteſtationem per ſe requiſitam. Tum quia diverſitas in loco, & tempore, & aliis circumſtantiis, tunc tantùm facit, quòd teſtes cenſeantur ſingulares, quando tempus, & locus, & aliæ circumſtantiæ ſunt de ſubſtantia illius, ſuper quo teſtes deponunt, ut notat Farinacius *q. 64. de teſtib. num, 321.* tempus autem, & locus non ſunt de ſubſtantia hæreſis, quia hæc conſiſtit præcisè in falſa interna opinione.

Quæritur vigeſimò, quinam teſtes in tribunali ſacræ inquiſitionis admittantur contra ſortilegos, alióſque de hæreſi inquiſitos? Reſpondetur, in favorem fidei admitti etiam alias teſtes inhabiles exceptis inimicis, eò quia crimen hæreſis, & hæreticalis ſortilegii graviſſimum ſit, & reipublicæ maximè perniciolum, ut notat Carena *p. 3. tit. 5 num. 2.* Farinacius *de hæreſ. q. 188. num. 67.* & deſumitur ex *c. in fidei favorem de hæret. in 6.* ubi expreſſe dicitur, quòd admittantur in teſtes etiam excommunicati, criminoſi, infames, ſocii criminum, & qui aliàs habentur ut inhabiles. Excipiuntur tamen inimici *c. ſi teſtes 4. q. 3. c. Meminimus c. cùm oporteat de accuſat.* & *l. ſi quis C. de teſt.* ratio eſt, quia inimicus præſumitur falſum deponere, & procedere non ex Zelo juſtitiæ, ſed ex deſiderio vindictæ. Teſtes tamen infames, criminoſi, excommunicati, & ſocii criminis juxta communiorem ſententiam, quam docet Farinacius *q. 188, num. 64.* & Gundiſalvus in *tract. de hæret. q. 13. num. 5.* admittuntur ſine tortura; & indicium faciunt majus, vel minus, ſpectatis qualitatibus perſonarum, & aliis circumſtantiis, quia ſi hujuſmodi teſtes inhabiles non admitterentur ſine tortura, facilè retraherentur à teſtimonio ferendo in cauſis fidei; nihilominus, debent Inquiſitores quandoque eos torquere ſpectatâ eorundem malitiâ, improbitate, & varietate, ut notat Bartolus in *l. cunctos populos C. de ſumma Trinit. & fide cathol. n. 12.* Julius Clarus in *pract. crimin. §. fin. q. 21 v. ſciant etiam.* Imò ſatellites, ſeu lictores in tribunali ſancti officii faciunt plenam fidem, tametſi habeantur infames, ſintque viliſſimæ perſonæ, & in criminalibus præſertim à teſtificando excludantur, ut notat Farinacius in *tract. de teſtib. q. 56. num. 370.* & in *tract. de delict. & pæn. q. 21. n. 147.*

Quòd verò in cauſis fidei, & in tribunali ſancti officii ſit ſatellitibus plena fides adhibenda, deſumitur ex conſtitutione Innocentii IV. edita anno 1252. cui initium eſt *Ad extirpanda* ubi ait: Officialibus prædictis plena fides habeatur de his omnibus, quæ ad eorum officium pertinere noſcuntur ſine aliquo ſpecialiter præſtito juramento, probatione aliqua in contrarium non admiſſa, ubi duo, vel tres, vel plures præſentes fuerunt ex iiſdem. Hoc idem etiam con- 61

 firma-

firmârunt Alexander IV. & Clemens VI. in ſuis conſtitutionibus, quæ allegantur à Pegna inter litteras Apoſtolicas *poſt. direct. inquiſit.* Notat tamen Farinacius circa præfatas conſtitutiones *q. 188. num. 71. & ſequent.* Quòd ſit plena adhibenda fides dictis officialibus, non in iis, quæ non pendent, & ſequuntur ex eorum officio, ut quando deponunt ſuper impedimento, aut injuriis verbalibus, vel perſonalibus ipſis illatis: ſed ſolùm quando deponunt de iis, quæ ad eorum officium pertinent, ut ſi deponant ſuper executione ab ipſis facta, vel non, vel etiam quoad aliud, ad quod in ſpecie deputati non ſunt, in levibus quidem, non in gravibus, niſi eorum depoſitiones eſſent aliis conjecturis adminiculatæ; quia tunc ait Farinacius, non eſſe abſurdum aſſerere, quòd plenè probent etiam in gravibus, quod etiam aſſerit Carena *p. 3. tit. 5. § 7. n. 33.*

62 Non tamen duo ex his teſtibus, qui ſunt inhabiles ſufficiunt in cauſis fidei ad plenam probationem contra Reum, & ad pœnam delicti ordinariam imponendam, ſed tantùm ſufficiunt ad præſumptionem, & aliqualem probationem faciendam, vel indicium ad torturam, vel ad pœnam extraordinariam; ut docent Julius Clarus in *pract. crimin. §. fin. q. 21. V. ſed pone.* Felin. in *c. teſtimonium num. 02. de teſtib.* Abbas in *cap. Per tuas num 4 de ſimon.* Idque deſumitur ex *d. c. in fidei favorem de hæret. in 6.* ibi: *Si ex veriſimilibus conjecturis, & numero teſtium, aut perſonarum tam deponentium, quàm eorum, contra quos deponitur, qualitate, ac aliis circumſtantiis ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur*; ex quibus colligitur, ut notat Pegna *p. 3. comment. 113. v. ſit ſecundùm axioma*, plures quàm duos teſtes inhabiles, minùsque idoneos in crimine contra fidem facere plenam probationem, & ad condemnationem, ſeu pœnam criminis ordinariam imponendam ſufficere, quando ex circumſtantiis, & conjecturis, ac perſonarum qualitate veriſimiliter præſumuntur verum deponere, ut docet etiam Albertinus *de agnoſcend. aſſert. q. 34. n. 3.*

63 Quinimò in hoc tribunali admittuntur etiam mulieres, lamiæ, ſeu ſtriges, complices, ſeu ſociæ criminis in teſtes, quando per alios veritas non poteſt veriſimiliter haberi, & dummodo hujuſmodi ſtriges plures ſint, quia una tantùm ſocia criminis fidem non facit, quia ultra defectum ſexûs patitur etiam defectum infamiæ, & multò magis ſi eſſet minor viginti annorum, imò in crimine maleficii duæ, vel tres ex hiſce mulieribus teſtificantibus, non ſufficiunt ad condemnationem in pœnam ordinariam, ut notat Farinacius *de hæreſ. q. 188. num. 75. v. amplia quarto*, addit tamen in crimine maleficii, duos ſocios criminis ſufficere ad torturam concurrentibus tamen aliis conjecturis, & circumſtantiis, & maximè causâ ſcientiæ, ſi non adſint contraria virorum teſtimonia. Quinimò admittuntur etiam in teſtes meretrices, & lenones, quia tametſi ſint infames etiam poſtquam deſierint meretricari, & lenocinari *l. palam §. non ſolùm ff. de ritu nupt.* in tribunali tamen ſancti officii admittuntur: quia ſi in crimine læſæ Majeſtatis humanæ poſſunt eſſe teſtes, ut notat Farinacius *de teſtib. q. 56. num. 366.* multò magis poſſunt teſtificari in crimine hæreſis, ut notat Carena *p. 3. tit. 5. §. 6. num. 30.* non tamen admittuntur, ut teſtes omni exceptione majores, ut notat Farinacius in *d. q. 56. n. 368.* Imò quamvis regulariter Judæi, & infideles non admittantur à teſtimonio dicendo contra Chriſtianos *authent. credentes C. de hæret. c. 2. de teſtib.*

Nihilominus in crimine hæreſis admittuntur quicunque infideles, & Judæi contra Chriſtianos in teſtimonium, ut notat Farinacius *d. q. 188. num. 124.* Tum quia Judæi ſunt idonei teſtes contra Chriſtianum tranſeuntem, vel redeuntem ad Judaiſmum *c. Contra Chriſtianos de hæret. in 6.* & docent Maſcardus *de probat. lib. 2. conclus. 85. num. 9.* ubi ait, Judæum admitti in teſtem non ſolùm contra Chriſtianum deferentem in totum religionem catholicam, ſed etiam delinquentem in uno tantùm articulo, idem aſſerit Gundiſalvus in *in tract. de hæret. q. 13. n. 102.* Verùm quando hi teſtes admittuntur, debent jurare non quidem ſuper Evangelia, quibus non credunt; ſed Judæus ſuper legem Moyſis, & infidelis juxta ſuas leges, ut docent Farinacius *de teſtib. q. 56. n. 228* Carena *p. 3. tit. 5. §. 5. num. 27.* Joannes de Imola *in clement. 1. de teſt.* 64

65 Hoc idem etiam procedit de hæreticis, qui licèt non recipiantur in teſtimonium contra catholicum *l. quoniam C. de hæret.* in cauſis tamen fidei admittuntur contra catholicum, ut docent Calderinus in *tract. de hæret. rubr. de his quæ pertinent ad execut. offic. num. 8.* Symanchas *de cathol. inſtit. tit. 64. rubr. de teſtib. n. 43.* Pegna tamen *p. 3. direct. comment. 117. v. quantum verò* aſſerit, in cauſa fidei eſſe quidem admittendum in teſtem hæreticum contra catholicum, ſed ejus dictum non ſufficere ad ſemiplenam probationem, niſi concurrant aliæ conjecturæ veriſimiles, cui ſententiæ videtur mihi adhærendum, quia hæretico non eſt omnino credendum ſicut teſti omni exceptione majori: hinc ejus depoſitio non ſufficit ad torturam, imò neque ad capturam, ſed tantùm ad inquirendum, & ad aſſumendas ſecretas informationes de eo, de quo hæreticus depoſuit: quòd ſi alia ſupervenerint indicia, tunc procedendum eſt ad ulteriora.

66 Admittuntur etiam conſanguinei, & affines contra eorum conſanguineos, & propinquos teſtificantes in criminibus contra fidem, contra tamen inquiſitum, non verò in defenſionem ejuſdem: ſiquidem quoad defenſionem non faciunt probationem, quia ut ſcribit Apoſtolus ad *Epheſ. 5. Nemo unquam carnem ſuam odio habuit*, proinde nemo præſumendus eſt velle conſanguineis, & affinibus malum, & ex hoc crimine oritur infamia, quam ut declinarent facilè mentirentur; proinde eorum teſtimonium quoad defenſionem excluditur, & præſumitur falſum. Non verò ſi ſit contra inquiſitum; quia tunc optimè probat, imò eò firmius haberi ſolet, quò conſanguinei, & affines judicantur omnino liberi à ſuſpicione odii *c. litteras de præſumpt.* & docent Maſcardus *lib. 2. conclus. 437. num. 47.* Farinacius

Farinacius *de hæreſ. q. 188. n. 146.* hinc admittitur filius contra patrem, & uxor contra maritum, & è converſo, quis eorum teſtimonium eſt magis efficax ad probandum, magiſque diſtat à ſuſpicione inimicitiæ: & Eccleſia optat tam grave crimen in ſuis filiis omnino præcavere, & ſi commiſſum fuerit punire, ut notat Eymericus *p. 3. direct. q. 70.* & Felinus in *c. litteris de teſtib. num. 8.* non tamen admittuntur ad probandam inquiſiti innocentiam, quia eorum tunc intereſt, ut inquiſitus abſolvatur, cùm illius infamia contra ipſos etiam redundet *c. filii de hæret. in 6.* & ibi Gloſſa, & in conſtit. Alexandri IV. edita anno 1258. & docent Sylveſter *v. hæreticus 2. num. 16.* Farinacius *de hæret. q. 188. num. 149.* ubi addit, filios, familiares, & domeſticos eſſe teſtes idoneos ad probandam etiam innocentiam inquiſiti de hæreſi in iis, quæ per alios probari non poſſunt.

67 Quæritur vigeſimoprimò, quænam inimicitia objici poſſit, ut teſtes excludantur à teſtificando in ſacro tribunali inquiſitionis? Reſpondetur, hanc inimicitiam debere capitalem eſſe, ob quam teſtes præſumuntur non ex Zelo juſtitiæ, ſed ex malitia vindictæ procedere, ut habetur in Concilio Bitterenſi *c. 13.* & in *c. repelluntur c. meminimus c. cùm oporteat de accuſat.* & docent communiter Doctores, quia Reis nil magis nocere poteſt, quàm inimicitia teſtium. Oritur autem hæc inimicitia capitalis ex pluribus cauſis, quarum prima eſt, quæ oritur contra eum, qui occidit conſanguineum teſtis, vel dedit operam, ut interficeretur. Secunda ex eo, quòd quis conatus ſit eum occidere, contra quem vult teſtificari, ut notat Eymericus *3. p. direct. num. 118.* ibi *vel mors fuit intentata.* Tertia oritur ex ſolis minis de homicidio committendo, ut notat Gloſſa in *l. licèt ff. de recept. arbit. v. capitales.* Quarta ex inſidiis paratis vitæ illius, contra quem, qui illas paravit, vult teſtificari, Gloſſa in *§. inimicitiæ v. ſi capitales inſtit. de excuſat. tut.* Quinta ex accuſatione de cauſa capitali, vel de delicto, ex quo oritur infamia, ſi enim Reus accuſavit teſtem, hic excluditur à teſtificando, quia præſumitur ex odio, & vindicta teſtificari Bartolus *l. 4. §. fin. ff. de adimen. legat.* Sexta quando Reus aliàs depoſuit contra teſtem in cauſa criminali *l. 3. ff. de teſtib.* Septima cauſa inimicitiæ capitalis eſt, quæ oritur ex eo, quòd Reus detinuerit in vinculis eum, qui modo contra ſe teſtificatur, ut notat Felinus in *c. Repelluntur de accuſat. num. 3.* hæc enim inimicitia ſemper præſumitur durare, niſi contrarium probetur, ut docet Baldus in *l. non ignorabit C. de exhibend.* Octava oritur ex ſola injuriarum prolatione inter perſonas nobiles, & ingenuas. Nona ex eo, quòd quis pudicitiam alterius uxoris, vel ſororis, aut filiæ attentaverit, vel per vim uſurpaverit alterius villam, agrum, vel domum, ut notat Marſilius in *l. 1. §. præterea ff. de quæſt. num. 23.* Decima ex eo, quòd quis moverit alteri litem de omnibus illius bonis, vel de majore eorum parte, ut notat Felinus in *c. quoties num. 5. de teſtib.* Undecima ex eo, quòd quis alium offenderit in perſona, vel in rebus, ut notat Baldus in *l. in his ff. ſolut. matrim.* Duodecima ex eo, quòd quis dudum fuerit inimicus, & recèns reconciliatus non poteſt tunc eſſe teſtis ob illam diuturnam inimicitiam *c. Accuſatores, & teſtes 3. q. 15.* Tertia decima deſumitur ex eo, quòd teſtes deſcendant ab inimico capitali, quia tunc præſumuntur etiam inimici, ideóque repelluntur à teſtimonio ferendo *l. Athleta §. dat remiſſionem ff. de accuſat.* & ibi Baldus. Quartadecima oritur ex eo, quòd teſtes commorentur cum inimicis capitalibus Rei, tunc enim ob familiaritatem cum inimicis excluduntur à teſtimonio ferendo *c. Repelluntur. c. cum oporteat de accuſat.* qui enim confœderationem, & amicitiam contraxit cum inimico capitali Titii, rectè dicitur inimicus Titii, ut probat Jaſon in *l. liberi c. de inoffic. teſtam.* proinde non eſt admittendus ad teſtimonium ferendum contra Titium. Quintadecima deſumitur ex eo, quòd teſtis ſit de familia, vel factione omnino contraria Reo, quia tunc teſtis ſupponitur etiam illi contrarius, ut probat Baldus in *l. unic. C. de raptu. virgin.* Verùm procedendum tunc eſt prudenter, & maturè, quia ſi teſtes eſſent ſpectatæ virtutis, & probitatis, ceſſaret talis ſiniſtra ſuſpicio, tametſi in aliis caderet ſub conſiderationem.

Quæritur vigeſimoſecundò, an unicus 68
teſtis ſufficiat in foro externo pro ultimis voluntatibus ad cauſam piam, ut hæres teneatur ei credere? Reſpondetur, teſtem unicum non ſufficere, tametſi ejus depoſitio ſit in favorem cauſæ piæ, & deſumitur ex *c. licèt de teſtib.* ibi *licèt quædam ſint cauſæ, quæ plures, quàm duos exigunt teſtes: nulla tamen eſt cauſa, quæ unius teſtimonio, quamvis legitimo terminetur.* Ex quo textu ita univerſali colligitur, quòd etiam in diſpoſitionibus pro cauſis piis ſaltem requirantur duo teſtes, ut ſtatuit Alexander III. in *c. Relatum 1. de teſtam.* juxta illud *Deuter. 17. In ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum.* Immo nec in foro conſcientiæ videtur hæres teneri credere unico tantùm teſti quoad diſpoſitionem defuncti, niſi aliunde de ipſa conſtet, vel adſint probabiles conjecturæ, & deſumitur ex *c. cùm in jure de offic. delegat.* ubi dicitur, quòd qui non eſt certus de mandato Apoſtolico, non tenetur obedire: atqui non magis obligat executio ultimæ voluntatis, quàm mandatum Apoſtolicum, unde qui non eſt certus de tali executione, non tenetur eam adimplere: & per teſtificationem unici tantùm teſtis ſine aliis conjecturis, & adminiculis non habetur certitudo, non enim teſtificatio unius licèt omni exceptione majoris facit aliquid certum circa mentem defuncti, ſed tantùm indicium, & probabilitatem; adeò ut concurrat, quod eſt probabile cum eo, quod eſt certum: eſt ſiquidem certum, quòd bona omnia defuncti pertineant ad hæredem ſuccedentem ab inteſtato: & eſt tantùm probabile ob dictum unius teſtis, quòd defunctus diſpoſuerit de aliquibus bonis in favorem tertii: in hoc autem concurſu certi, & probabilis, non tenetur hæres ab inteſtato relinquere certum, & adhærere probabili, conſequenter non tenetur ſe privare bonis, quæ ſibi certò obveniunt, ut ea tradat aliis, quibus tantùm ex quodam indicio congruunt: in foro enim conſcientiæ jus probabile non eſt præferendum juri certo. Præterea

quia

quia teſtis, ſi ſit unicus, non ſofficit in foro externo, neque ſecundùm jus canonicum *c. licèt de teſtib.* conſequenter neque in foro conſcientiæ; quia jus canonicum reſpicit obligationem, quam in ordine ad conſcientiam inducunt ultimæ voluntates defunctorum, & vult, ut in foro externo mandentur executioni: proinde relictis ſolemnitatibus juris civilis id tantùm exigit, quod eſt neceſſarium ad certificandam obligationem quoad conſcientiam *c. Relatum de teſta.* & quia jus canonicum exigit ad minimum duos teſtes, ſequitur, unum non ſufficere ad certifican-
69 dam obligationem quoad conſcientiam.

Quæritur vigeſimo tertiò, an teſtificatio regularis facta coram Epiſcopo abſque ſui Prælati licentia valida ſit? Reſpondetur, probabiliùs eſſe, talem depoſitionem factam à Regulari ſine ſui Prælati licentia eſſe illicitam, & invalidam. Quòd enim ſit illicita, concedunt omnes, quia, cùm Regularis ſit ſob obedientia ſui Prælati, non poteſt ſine ejus licentia ita deponere. Circa tamen ejus validitatem non conveniunt Doctores, Farinacius enim in *prax. q. 61. de teſtib. n. 134.* cenſet, talem depoſitionem valere, eò quia cenſeat, licentiam Prælati tantùm requiri ex quadam decentia, proinde ea omiſſa omittitur tantùm levis ſolemnitas, quæ non vitiat actum: quæ ſententia eſſet vera, ſi revera talis ſolemnitas eſſet levis, & accidentalis, quia non vitiaret actum: verùm quia per talem omiſſionem deſuit aliquid ſubſtantiale, actus non poteſt ſubſiſtere, nec depoſitio ſuum ſortiri valorem, quæ proinde non ſolùm eſt illicita, ſed etiam irrita, ſive Regularis coactus deponat, ſive
70 ſpontaneè.

Ratio eſt, quia examinatio teſtium requiritur neceſſariò ad judicium, & ſententiam ritè ferendam proinde eſt pars proceſſus, & actus juriſdictionis, vel ordinariæ, vel ſaltem ex delegatione, & mandato, conſequenter non poteſt ſuum ſortiri valorem, niſi fundetur in juriſdictione, quam ſupponat in ipſo, qui examinat teſtes *c. 1. §. neque de foro compet.* ut docet ibi Geminianus *num.* 3 idque adeo verum eſt, ut ſi Notarius extra judicium examinet teſtes abſque mandato Judicis, & decreto, eorundem teſtium depoſitio nulla ſit, ut notat Maſcardus *de probat in præfat lib. 1. q. 5. num. 23.* atqui Epiſcopus nullam habet juriſdictionem in regulares exemptos exceptis caſibus in jure, ac in ſpecialibus conſtitutionibus Pontificiis expreſſis, conſequenter regulares nullam habent ſubjectionem ad Epiſcopos, quoad caſus non exceptos, proinde non poſſunt Epiſcopi circa ipſos regulares exercere actus juriſdictionis, quos ſi exerceant, nullius ſont roboris ex defectu juriſdictionis, qui eſt defectus omnium maximus quoad actus annullationem, ut docent Menochius *conſil* 1080. Vantius *de nullit. tit. de nullit. defect. jurisd. num.* 2. ex quo ſequitur, talem examinationem, & depoſitionem eſſe nullam, eò quia non ſit fundata in debita juriſdictione.

71 Neque ullum faceſſit negotium, ſi dicas, regularem non coactè, ſed ſpontaneè deponere coram Epiſcopo, quia cùm libere deponat, conſentit in juriſdictionem Epiſcopi. Nam contra eſt, quia Regularis non habet hanc poteſtatem conſentiendi in juriſdictionem Epiſcopi, & ſi conſentiat etiam expreſsè, & in ſcriptis, conſenſus nullius eſt roboris; ratio eſt, quia agitur de intereſſe ſui ſuperioris, cui non poteſt ſubditus regularis præjudicare: qua ratione abſque expreſſa licentia ſui ſuperioris nemo poteſt conſentire in Judicem non ſuum, ut docent communiter Doctores in *c. cum tempore de arbit. c. ſignificâſti de for. compet.* idque à fortiori militat in Religioſis non habentibus proprium velle, & nolle.

Quòd ſi dicas, Epiſcopum habere facultatem 72
procedendi judicialiter, conſequenter etiam facultatem examinandi quoscunque, quorum examen eſt neceſſarium pro terminanda tali cauſa, eò quia conceſſo uno cenſentur etiam conceſſa omnia, ſine quibus non pervenitur ad ipſum *l. 1. ff. de juriſdic. om. Judic. l v. Ad rem mobilem §. qui Procuratorem ff. de Procurat.* Contra eſt, quia tunc conceſſo uno cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus non pervenitur ad ipſum, quando id non cedit in præjudicium alterius, cenſentur enim hæc conceſſa ſine præjudicio tertii. Hinc cenſetur quidem conceſſum Judici poſſe examinare exemptos, non tamen ſimpliciter, & abſolutè, ſed cum licentia ſuorum ſuperiorum: alioquin ſequeretur, Judicem poſſe in alieno territorio exercere juriſdictionem, quando id eſſet neceſſarium ad complementum judicii, ut citare, condemnare, & alios ſimiles actus juriſdictionis exercere, quod tamē non conceditur.

Quæritur vigeſimo quartò, an poſſit quis
eſſe teſtis in propria cauſa? Reſpondetur nega- 73
tivè, & eſſe regulam generalem, neminem in propria cauſa poſſe idoneum eſſe teſtem, & deſumitur ex *l. Nullus* 10. *ff. h. t.* Ratio eſt, quia teſtes tales eſſe debent, qui veritatem dicant pro utraque parte litigantium, conſequenter debent carere omni ſuſpicione falſitatis, & debent ſincerè deponere id, quod verum eſt, non magis pro una, quàm altera parte *c. ſi teſtes 3. cauſa 4. q. 2. & 3.* at quisque præſumitur ſemper magis affectus erga rem ſuam, quàm alienam, proinde tanquam ſuſpectus rejicitur à teſtimonio ferendo in propria cauſa: Quòd ſi quæras, quænam cenſenda ſit propria cauſa. Reſpondetur generatim proprium emolumentum, vel damnum dici propriam cauſam, adeò ut, ſi agatur de propria utilitate, vel damno, dicatur agi de propria cauſa *l. 1. §. in propria ff quando appellandum ſit.* unde qui ex teſtimonio ferendo commodum reportat, vel ſi non teſtificetur, damnum patiatur, non eſt cenſendus teſtis idoneus, & id procedit ſive principaliter, ſive ſecundariò, & per conſequentiam commodum, vel incommodum ſpectet ad teſtem, ut ſi venditor deponat pro Emptore, ut exemplificat Gloſſa in *l. omnibus* 10. *C. de teſt.* Quòd ſi tantùm remotè, & ſub incerta ſpe alicujus interſit, tunc licèt non repellatur omnino à teſtificando, minor tamen fides tali teſti habenda eſt, ut notat Farinacius *tract. de teſtib. q. 16. n 9.*

Imò ob affectionem præſumptam, etiam 74
qui habet cauſam illi ſimilem, ad quam teſtis producitur, expellitur à teſtimonio ferendo, licèt aliàs eſſet teſtis idoneus, & integer, ut deſumitur ex *c. perſonas 20. h. t.* quia teſtes præſu-

muntur

muntur favere ei parti, cum qua ſimilem cauſam, ſeu litem habent, ut notat Maſcardus *de prob. concluſ.* 1357. *n.* 54. & cum teſtes debeant veritatem deponere pro utraque parte; debent carere ſuſpicione falſitatis, ne illam magis deponant pro una, quàm pro altera parte *c. ſi teſtes 4. q. 3.* quia verò laborans ſimili morbo cum aliqua parte eſt ſuſpectus, ne deponat in ſolum favorem ipſius ex commodo, quod in ipſum etiam redundet ob ſimilem cauſam, quam habet, meritò excluditur à teſtimonio ferendo in eadem cauſa. Sicut igitur ſimilitudo cauſæ excludit Iudicem à judicando *c. cauſam, quæ de Iudic.* ita etiam reddit ſuſpectum, & repellit teſtem à teſtificando; & quamvis facilius repellatur Iudex, quàm teſtis, in effectu tamen propter affectionem, & intereſſe, quod teſtes habent in cauſa, etiam ipſi redduntur ſuſpecti, ut non admittantur ad faciendam plenam probationem, ut habetur in *d. c. perſonas* 20. *h. t.*

Verùm id limitatur, ut non procedat, ſi teſtis ante depoſitionem expreſſè proteſtetur cum juramento, quòd ex ſua depoſitione nullum velit commodum reportare, tunc enim admittitur ad teſtificandum, tametſi non ſit teſtis omni exceptione major, ut notat Felin. in *d. c. Perſonas* 20. *n.* 2. *h. t.* Secundò limitatur, ut non procedat, quando agitur de modico emolumento proprio, quia ſicut ob modicam affectionem erga rem, vel cauſam non repellitur teſtis; ita neque excluditur ob modicum emolumentum proprium, quia leges non præſumunt, velle aliquem ob modicum commodum pejerare, ut notat Farinacius *tract. de teſtib. q.* 60. *n.* 50. Limitatur etiam tertiò in caſibus, in quibus veritas aliter cognoſci non poteſt; tunc enim quamvis agatur de alicujus commodo, is adhuc admittitur in teſtem, non quoad plenam, ſed ſolùm quoad aliquam probationem; vel in iis ſolùm actibus, in quibus res ſecretò agitur; ut eſt electio Prælati in capitulo, & non ſolent intereſſe, niſi illi, qui commodum inde habent; hi enim admittuntur in teſtes *c. veniens* 38. *h. t.* non ita in alijs actibus, in quibus extranei etiam interſunt, in iis enim, qui commodum habent, repelluntur à teſtimonio ferendo, etiam in defectu aliarum probationum.

76 Quæritur vigeſimo quintò, an Iudex delegatus poſſit eſſe teſtis in cauſa, quam judicat, vel judicavit? Reſpondetur negativè, adeò ut Iudex in cauſa, quæ coram ipſo dependet, ſeu eſt in eadem inſtantia litis, non poſſit in teſtem produci, & deſumitur ex *c. dilecto filio* 40. *h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd quando delegatus cognoſcitur, eſſe neceſſarius ad teſtificandum pro aliqua parte, debeat removeri à delegatione, & alius ſubſtitui, quia in eadem cauſa non poteſt quis eſſe Iudex, & teſtis *c. forus de verb. ſignif.* & quia faciliùs reperiuntur centum Iudices, quàm unus teſtis; ut notat Gloſſa in *c. cum R. de offic. deleg.* ſequitur, quòd faciliùs recuſetur Iudex, quam teſtis. & quia probationum copiæ eſt favendum *l. Nequid* §. *de his ff. de incend. ruin. & naufrag.* ideo ne probationis facultas detrahatur, jura conſultiùs cenſuerunt, ut Iudex tunc removeatur potiùs ab officio judicandi, ad quod alius idoneus inveniri poteſt, quàm ab actu teſtificandi, in quo alius ſufficiens teſtis, ut eſt ille, qui eſt neceſſarius; non poteſt ad perficiendam probationem reperiri. Hinc ſi teſtimonium Iudicis delegati ſit neceſſarium parti, debet is removeri, & alius ſubſtitui: verùm ad id requiritur, ut pars petat Iudicem amoveri ante litis conteſtationem; alioquin per illam cenſeretur conſenſiſſe in Iudicem, proinde non poſſet poſtea petere ejus remotionem, niſi nova cauſa ſuperveniret, vel cognita eſſet, ut notat Abbas in *d. c. dilecto n.* 3. licèt aliqua cauſæ cognitio præmitti debeat, nimirum, quòd alius teſtis, quàm ille Iudex haberi non poſſit, & tunc ut ipſe ſit teſtis, ſubſtituendus eſt alius Iudex; & id procedit etiam poſt latam ſententiam, & judicium finitum, adeò ut non poſſit Iudex eſſe teſtis coram alio Iudice appellationis in integrum reſtitutionis, vel reviſionis, ſi agatur de juſtitia, vel injuſtitia ſententiæ: & ratio eſt, quia Iudex ſemper præſumitur affectus eſſe erga cauſam, quam judicavit, & velle ſemper tueri ſuam ſententiam; unde cenſeretur teſtis quodammodo in propria cauſa, ut dicitur in *c. ſtatutum* 38. & ibi Gloſſa *v. vel cognitor cauſæ 2. q. 6.* Cæterum poteſt in teſtem produci, ſi non agatur de cauſa principali, ſed tantùm de proceſſu cauſæ, ſeu actibus judicialibus, ut notat Maſcardus *de Probat. concluſ.* 951. *n.* 3. dummodo ipſius prioris Iudicis nihil interſit ad qualecunque commodum etiam honoris, vel laudis conſequendum, vel damni qualecunque, ſeu dedecus evitandum.

Imò id etiam procedit non ſolùm de Iudice delegato, qui non poteſt in cauſa ſibi delegata eſſe teſtis, nec lite pendente, nec ea finita, & de Iudice ordinario: verùm etiam de arbitro, adeò ut hic in cauſa, quæ coram ipſo agitur, ſive adhuc pendente, ſive finita, non poſſit in teſtem adhiberi; quia arbitraria ad judiciorum formam redacta ſunt *l.* 1. *ff. de recept. arbit.* idque tam in cauſe principali, quàm appellationie, ut notat Maſcardus *de prob. con.* 124. *n.* 1 imò id procedit etiam de aſſeſſore, qui ob parem affectionem ad cauſam, in qua eſt, vel fuit aſſeſſor, non poteſt in eadem teſtimonium ferre, ut notat Farinacius *tract. de teſtib q.* 60. *n.* 116. Verùm hæc doctrina limitatur, ut non procedat, quando aliter de veritate non poteſt conſtare, in iis enim, quæ non poſſunt alijs, quàm Iudicibus, vel arbitris cognita eſſe, admittitur eorum teſtimonium, ut in cauſa *c. cum dilectus* 32. *de elect.* ubi arbitri Compromiſſarij admittuntur, ut jurati, quaſi in propriæ cauſæ teſtificentur, quòt ex canonicis in electum in Archidiaconum conſenſerint; ſiquidem alij teſtes non aderant. Limitatur etiam niſi ex conſenſu utriuſque partis Iudex, vel arbiter teſtimonium ferret; quia tune conſentientibus partibus ejus teſtimonium eſt validum, ut notat Farinacius *loc. cit. n.* 144. ubi plures alias addit limitationes. 77

Quæritur vigeſimo ſextò, an Proxeneta, ſeu Mediator poſſit eſſe teſtis in negotio, in quo fuit ipſe Mediator? Reſpondetur negativè, adeò ut qui inter contrahentes fuit conciliator, ſeu Mediator, non poſſit regulariter eſſe teſtis in actu, ſeu negatio, in quo operam ſuam impendit, & deſumitur ex *c. Mediatores* 1. *h. t. in* 6. & 78

plena probatio. Unde debet id intelligi, ut teſtes ſingulares ſingularitate adminiculativa non efficiant plenam probationem, quia ſi adminiculatio talia eſſet, ut faceret plenam probationem, tunc poſſet Iudex procedere ad inferendam pœnam, & in hoc ſenſu intelligendi ſunt Doctores aſſerentes, teſtes ſingulares adminiculantes plenè probare.

43 Quæritur decimò ſeptimò, an ſi aliqua juſta cauſa ſuppetat, teſtes ſingulares ſufficiant, ut poſſit Iudex interdum ſecundùm ipſos ſententiam ferre? Reſpondetur cum diſtinctione, ſi Iudex teneatur judicare ſecundùm allegata & probata, & etiam ſequi ſcientiam ſuam privatam, & teſtes ſint ſingulares ſingularitate diverſificativa, vel adminiculativa, tunc ſi Iudex habeat talem ſcientiam privatam, ut faciat ſimul cum teſtibus plenam probationem, tunc putârim poſſe ſecundùm ipſos judicare, quia procedit cum probatione ſufficiente, proinde eius ſententia rectè procedit. Quòd ſi Iudex non habeat ſcientiam privatam, ſed aliquod aliud motivum, tunc eſt eadem ratio, ac de cæteris Iudicibus. Sin verò Iudex non poſſit ſequi ſcientiam ſuam privatam, & motivum iudicandi ſecundùm teſtes ſingulares non eſt in actis, nec cum ipſis connexum, adeò ut non appareat ex ipſis, ſed ſit privatum; tunc putârim, non poſſe Iudicem ſequi teſtes ſingulares, quia cùm non poſſit ſequi ſcientiam privatam, neque poteſt ſequi motivum privatum, eſt enim utrinque par ratio: unde ſi procederet ſecundùm tales teſtes ſingulares, perverteret ordinem procedendi iudicialiter, & quidem in præjudicium tertij, quia Iudex poteſt tantùm judicare ſecundùm allegata, & probata in judicio, & teſtes ſingulares, quamdiu manent in ſua ſingularitate, non efficiunt ſufficientem probationem, ut Iudex poſſit iudicialiter procedere.

44 Neque obſtat juſta cauſa, quia eatenus ſequi poteſt teſtes ſingulares ex juſta cauſa, quatenus juſta cauſa adjuvat eorundem juſtificationem: atqui juſta cauſa non adjuvat, quia non eſt in actis, ad quæ tantùm debet Iudex reſpicere, ſi teneatur judicare ſecundùm allegata, & probata: ſiquidem ſententia debet fundari in probatione apparente ex ipſis actis, quibus debet eſſe alligata. Sin verò juſta cauſa habeatur ex allegatis, & probatis, tunc conſiderandum eſt, an ſit intrinſeca cauſæ, quæ agitatur, ac pertineat ad eſſe ipſius, an verò ſit extrinſeca, adeò ut non concernat ad ipſam; quia ſi ſit extrinſeca non eſt ſufficiens, ut Iudex ratione ipſius ſequatur teſtes ſingulares, quia cùm debeat judicare ſecundùm allegata, & probata, tenetur etiam judicare de iis, de quibus formatur proceſſus, proinde debet eas tantùm reſpicere probationes, & motiva, quæ pertinent ad articulum, qui in proceſſu intenditur probari. Sin verò motivum, quod dicitur iuſtum, ſit intrinſecum cauſæ, tunc conſiderandum eſt, quomodo adjuvet probationem exhibitam per teſtes ſingulares, quia ſi ita adjuvat probationem, ut faciat rem certam, poteſt ſequi teſtes ſingulares, quia tunc Iudex in allegatis, & probatis habet ſufficiens fundamentum procedendi juridicè, quia ex vi ipſorum habetur certitudo de eo, de quo debet judicari; & Iudex movetur tunc ad ita ſentiendum, ſicut judicat, & quia id fit rationabiliter, ſupponitur ex allegatis, & probatis res ſufficienter certificata. Sin verò motivum intrinſecum cauſæ, de qua agitur, non ita adjuvet probationem, ut ponat rem in claro, ſed adhuc dubiam relinquat, tunc putârim, non poſſe Iudicem ſequi teſtificationem teſtium ſingularium, quia tunc non adeſt juſta cauſa, quia Iudex ex æquitate non poteſt pronuntiare ſententiam aliter, ac ipſe ſentiat ex vi allegatorum, & probatorum: & non poteſt ſentire, ſicut pronuntiat, niſi allegata moveant ad ita certò ſentiendum, & id allegata non præſtant, quando teſtes ſunt ſingulares, & motivum adjuvans probationem non ponit rem in claro.

Præterea ad hoc, ut Iudex ex juſta cauſa judicet ſecundùm teſtes ſingulares, debet ipſa cauſa continere juſtitiam ſententiæ, quia ſi non redderet ſententiam juſtam, quatenus jungitur cum teſtibus ſingularibus, non eſſet juſta cauſa; neque eſſet juxta æquitatem ratione talis cauſæ ſententiam ferre: non poteſt autem cauſa ſententiam reddere juſtam niſi talis ſit, ut exigat ita judicari, & non poteſt exigere ita iudicari, niſi moveat Iudicem ad ſentiendum rem ita eſſe, & id non poteſt fieri, niſi reddat rem certam ipſi Iudici. Demum eatenus non poteſt Iudex ferre ſententiam juxta teſtificationem teſtium ſingularium, niſi interveniat juſta, & rationabilis cauſa, quia talis teſtificatio ſemper relinquit rem dubiam, & ſentenia Iudicis exigit in re, de qua procedit certitudinem, alioquin non commenſuraretur obiecto, quia ſententia eſſet certa, & objectum adhuc dubium, conſequenter talis ſententia non eſſet juſta, quia non eſſet conformis ſuo objecto quoad certitudinem; è converſo poteſt Iudex ſequi teſtes ſingulares, ſi habeat juſtam cauſam, & eatenus requiritur juſta cauſa, ut ſententia juſtè feratur, proinde ut ſit juſta cauſa, quâ ſententia juſtè feratur, debet id ſupplere, quod deficit in teſtibus ſingularibus: hoc autem, quod deeſt, eſt ipſa certitudo, quæ propterea debet ineſſe cauſæ juſtæ, ut Iudex poſſit juſtè procedere. 45

Quæritur decimooctavò, an teſtes ſingulares probent ſufficienter crimen hæreſis? 46 Reſpondetur, duas eſſe ſententias, & primam docere teſtes ſingulares ſufficere ad probandum crimen hæreſis, & ita docent Baldus *c. cum omnes numero 22. de conſtit.* Clarus *in pract. qq. quaſt. 53. v. dixi autem.* Gomez *de delict. tom. 3. rubr. de probat. delict. numero 12. v. ſecus tamen.* Gigas *de crimin. læſæ Majeſtat. libro 2. tit. quomodo, & per quos. quaſt. 18. numero 3.* Zanchinus *de heret. c. 16. numero 6.* & alii, qui nituntur primò, quia teſtes ſingulares plenè probant in crimine læſæ Majeſtatis, ut docent Maſcardus *de Probat. lib. 1. concluſ. 462. n. 16. & ſequent.* Farinacius *q. 64. de teſt. n. 220.* Rurſus teſtes ſingulares etiam ſufficiunt ad probandum crimen

ſolie

ſollicitationis ad actus inhoneſtos in ſacramentali confeſſione, ut declaravit Gregorius XV. in ſua conſtitutione, cui initium *Univerſi Dominici Gregis* emanata 30. Auguſti 1622. proinde etiam ad probandum crimen hæreſis videntur ſufficere teſtes ſingulares. Secundò quia defectus, qui reperitur in duobus, vel tribus conteſtibus, ut plenè probent, ſuppletur ex alijs adjunctis, ſeu alijs teſtibus, circumſtantijs, indicijs, & præſumptionibus; proinde defectus certitudinis reſultans ex teſtibus ſingularibus poteſt ſuppleri ex numero, & qualitate teſtium. Tertiò quia accedente lege poſſunt teſtes ſingulares ſufficienter probare; ergo etiam accedente conſuetudine, quæ tranſeat in legem: ſiquidem lex non ſolùm firmatur ſuperiorum decreto, ſed etiam conſuetudine, ut docent communiter Doctores in *cap. cum dilecti de conſuetud. l. ſi de interpretatione ff. de legib.* ut notat Maſcardus *de probat. tom. 3. concluſ. 1415. n. 10.* atqui conſuetudo invaluit, ut crimen hæreſis pleriſque ſaltem in locis probetur per teſtes ſingulares. Quartò, quia perfecta probatio in eo conſiſtit, ut mens Iudicis plenè ſuadeatur ad perfectè credendum, verum eſſe, quod proponitur *l. in Quingenta ff. de prob.* & notat Bartolus *l. admonendi n. 15. ff. de jurejur.* atqui quoties concurrunt plures teſtes qualificati, qui teſtantur de hæreſi alicuius, nequit Iudex prudenter dubitare de veritate rei, quæ proponitur, proinde tunc habet perfectam probationem, quâ poſſit juridicè procedere. Quintò, quia in criminibus occultis, & quæ ſunt difficilis probationis indicia indubitata faciunt plenã probationem *l. final. C. de probat.* & docent Maſcardus *l. 3 de probat. concluſ.* 1222. *n. 34.* Iulius Clarus *§ fin. q. 20. v. ad condemnandum verò*, & alii communiter: atqui ea ſunt indicia indubitata, quæ faciunt Iudicem non dubitare, licèt credat, quod potuerit aliter contingere: quia hæc credulitas, non eſt dubitatio practica, ſed ſpeculativa: atqui crimen hæreſis eſt occultum, & difficilis probationis, & teſtes deponentes de hæreſi, licèt ſingulares, faciunt indicium vehementiſſimum ad ſufficienter probandum hoc crimen.

47 Secunda ſententia negat, teſtes ſingulares ſufficienter probare crimen hæreſis, & ita docent Farinacius *q. 64. de teſtib. n.* 217. Layman *lib. 3. theol. moral. ſect. 5. tract. 6. c. 4. n. 5.* Menochius *vol. 2. conſil.* 149. *n.* 17. Maſcardus *lib. 2. de probat. concluſ.* 286. *n.* 10. & alij plures, cum quibus reſpondetur, teſtes ſingulares non ſufficere ad probandum crimen hæreſis, quia regulariter teſtes ſingulares in cæteris caſibus non probant; niſi fortaſſis ſint aliquo modo conteſtes ſuper eo, de quo articulatur proceſſus, adeò ut nunquam admittantur niſi aliquo pacto fiant conteſtes; & id fundatur in iure, à quo teſtes ſingulares excluduntur *c. licèt cauſam de probat.* ubi excluduntur teſtes ratione ſingularitatis *c. Nihilominus 3. q. 9.* & quamvis ibi ſermo ſit de teſtibus falsò deponentibus, excluduntur tamen ratione ſingularitatis, ob quam paſſim in iure excluduntur teſtes ſingulares *c. de parentela 35. q. 6.* ubi declaratur, quòd teſtes non debeant eſſe varii, ſeu ſingulares ibi: *In quibus omnibus non debet aliqua varietas inveniri*, ex quibus habetur regula univerſalis de non admittendis teſtibus ſingularibus: ergo neque in crimine hæreſis ſufficiunt teſtes ſingulares ad illud probandum: quia quòd in alijs caſibus non efficiant ſufficientem probationem, id non oritur ex eo, quòd agatur de hoc, vel illo crimine, ſed quia ratione ſingularitatis non ſufficienter movent animum Iudicis, ut potiùs credatur teſti affirmanti, quàm Reo neganti; quòd verò crimen, ſit hoc, vel illud materialiter ſe habet, & non auget, nec minuit certitudinem probationis: proinde ratio quæ militat de alijs dictis, procedit etiam de hæreſi, præſertim cùm in crimine hæreſi ſit procedendum cum magna cautela, ne innocens damnetur; quapropter in *c. ut officium §. verum de heret. in 6.* dicitur: *In tam gravi crimine cum multa oportet cautela procedi (ut in Reos ſine ullo proferatur errore dura, ac digna ſeveritas ultionis) volumus:* ex quo textu rectè infertur, rigoroſiores potiùs probationes exquirendas eſſe in hoc crimine, quàm in alijs; adeò ut minus ſufficientes ſint potiùs excludendæ, idque etiam colligitur *ex c. ubi periculum de elect. in 6.* Tum quia in crimine hæreſis conceduntur Reo defenſiones valdè diminutæ, proinde adeſt periculum, ne innocens damnetur.

48 Neque obſtat, ſi dicas, id procedere, quando crimen majus probari poteſt æquali facilitate, ac minus; non ita quando eſt occultum, & difficilis probationis, ut eſt crimen hæreſis. Contra eſt, quia textus allegatus loquitur ſpecialiter de crimine hæreſis, in quo vult eſſe adhibendam multam cautelam. Præterea, quia nec in aliis criminibus, quæ ſunt difficilis probationis, admittuntur teſtes ſingulares, quia iſti nunquam præponderant, ut extinguant dictum Rei negantis. Tum quia quamvis ratione difficilis probationis admittantur aliqua, quæ non ita certò probant; non tamen poteſt admitti probatio, quæ ſit in genere ſuo inſufficiens, quia hæc nunquam habet eum certitudinis gradum, qui neceſſarius eſt ad ſententiam ferendam; cùm enim hæc ſit certa, exigit etiam fundari in objecto certo. Demum quia hæreſis non ſubjacet foro externo, niſi ut manifeſtata per ſigna externa, & ut taliter manifeſtata non eſt ampliùs difficilis probationis; tametſi in abſcondito manifeſtetur; quia etiam, qui furatur, conatur id facere in abſcondito, & nihilominus tale furtum non dicitur delictum difficilis probationis.

49 Præterea teſtes ſingulares perinde ſe habent, ac ſi unus tantùm eſſet teſtis, ut communiter docent Doctores, quos allegat, & ſequitur Farinacius *q. 64. de teſtib. n. 34.* quia cùm teſtes ſingulares non conveniant in eo, quod deponunt, ſequitur, unum tantùm eſſe eum, qui deponit, cum plura, & diverſa à pluribus deponantur: teſtis autem unicus non computatur, ſed perinde ſe habet, ac ſi non eſſet in ordine ad ferendam ſententiam *c. In omni negotio c. veniens ad nos de teſtib.* & ita communiter Doctores, quos refert, & ſequitur Farinacius

cius *q. 63 de teſtib. n. 1.* quapropter vulgò *dictum unius* dicitur *dictum nullius*, quia illi contraponitur negatio Rei. Hoc autem debet etiam procedere in crimine hæreſis, cum in ipſo debeant probationes eſſe luce meridiana clariores *c. ſciant cuncti 2. q. ult.* & docent communiter Doctores cum Farinacio in *pract. crim. q. 86. de Reo confeſſ. n. 6.* quia in hoc crimine hæreſis agitur de maximo præjudicio Rei, qui non debet condemnari, niſi certò conſtet de hæreſi, & probatio per teſtes ſingulares non inducit hanc certitudinem, nec eſt plena probatio.

50 Neque obſtat, quòd teſtes ſingulares ſint plures, quia omnes ſemper imperfectè probant, & ex pluribus probationibus imperfectis non coaleſcit una perfecta, quando non poſſunt conjungi in conteſtationem, in quo ſenſu habetur regula juris: *quæ non poſſunt ſingula, nec multa juvant. l. ſancimus §. ſi quis autem C. de donat. l. uſura C. de uſur.*

51 Quòd ſi objicias regulam juris: *ſingula quæ non poſſunt; multa collata juvant. l. inſtrumenta C. de probat.* Reſpondetur, id eſſe intelligendum de iis, quæ ſingula in ſuo genere ſunt perfecta, ut notat Menochius *lib. 1. de præſumpt. q. 39. numero 6.* atqui teſtes ſingulares ſunt ſinguli imperfecti in ſuo genere, quia ſinguli nonniſi imperfectè probant: conſequenter, non poſſunt conjungi ad efficiendam unam probationem perfectam. Tum quia, ut docet Menochius *lib. 1. de præſumpt. q. 39. numero 3.* tunc poſſunt conjungi probationes imperfectæ, quando ſunt ejuſdem rationis qualitatis, & ſubſtantiæ: atqui ut ſint tales, debent tendere ad probandum idem, quia ſi tendant ad diverſa, jam ſunt diverſæ ſubſtantiæ, ſiquidem ſubſtantia probationis ætuitur ex eo, quod probatur: imò ſicut ſunt diverſæ probationes, ſunt etiam diverſæ rationes: hinc teſtes ſingulares faciunt probationes tantùm diverſæ rationis, & ſubſtantiæ, quatenus quilibet eorum probat aliquid diverſum; proinde non poſſunt conjungi in unam perfectam, & plenam probationem: quia hæc conjunctio teſtium in unam probationem habetur tantùm ratione conteſtationis, ratione cujus teſtes non ſunt ampliùs ſingulares, ſed conteſtes, quatenus teſtificantur unum, & idem; convenientia enim in re teſtificata id operatur, ut teſtes conjungantur; quapropter ſi non conveniant in re teſtificata, nec poſſunt conjungi in unam probationem, & eò ipſo, quòd teſtes ſunt ſingulares, non conveniunt in re teſtificata: alioquin non eſſent ſingulares. Hinc ad primum argumentum oppoſitæ ſententiæ reſpondetur, teſtes, qui dicuntur ſufficienter probare in crimine læſæ Majeſtatis eſſe conteſtes circa id, ſuper quo deponunt, quando enim admittuntur in crimine læſæ Majeſtatis teſtes ſingulares in loco, tempore, actu, & aliis circumſtantiis ſupponuntur facti diverſi actus, de quibus ſingulis ſinguli teſtes deponunt: proinde ſupponitur etiā crimen habituale permanens, quod per plures actus manifeſtatur, & eſt eadem ratio, ſicut dè eadem ſpecie hæreſis, quæ manifeſtatur per diverſos actus; & tunc teſtes deponunt de ipſa hæreſi, ut permanente: ſecus ſi agatur in ordine ad probandum hoc crimen ex unico actu; tunc ſingularitas in teſtibus tollit fidem, ut rectè notat Farinacius *q. 64. de teſtib. n. 222.*

Ad id, quod addebatur in eodem argumento de crimine ſolicitationis in ſacramentali confeſſione. Reſpondetur, Pontificem in illa conſtitutione non intendere quòd ſufficiant in hoc crimine præciſè teſtes ſingulares, ſed tantùm velle, ut in ipſo procedatur, perinde ac in aliis criminibus, quæ ſunt difficilis probationis, adeò ut poſſit infligi pœna, ſi concorrant cum teſtibus ſingularibus indicia, præſumptiones, & adminicula, ut liquet ex eadem conſtitutione Gregorii XV. 52

Ad ſecundum reſpondetur, defectum conteſtium poſſe ſuppleri ex aliis adjunctis, eò quia probatio conteſtium ſit ex genere ſuo ſufficiens: quapropter tantùm accidentaliter eſt defectuoſa, quæ proinde poteſt ſuppleri ex aliis adjunctis; ſecus defectus certitudinis probationis ex teſtibus ſingularibus eſt eſſentialis, & probatio ex genere ſuo non eſt ſufficiens, proinde non poteſt ſuppleri ex numero, & qualitate teſtium. 53

Ad tertium reſpondetur, nullibi leges ſtatuere, ut ſufficiant teſtes ſingulares quoad ſubſtantiam delicti, ſed tantùm volunt ſufficere, ſi ſint ſingulares in iis, quæ per ſe non faciunt ad ſubſtantiam delicti, ut notat Farinacius *q. 54. de teſtib. per tot.* 54

Ad quartum reſpondetur, Judicem nunquam poſſe induci ad perfectè credendum aliquem eſſe hæreticum, ſi teſtes ſint ſingulares quoad ipſam hæreſin; quia Judex ſcit unicum teſtem quamvis qualificatum non convincere de aliquo delicto, proinde rationabiliter infert, neque plures ſingulares convincere de pluribus delictis, quia tunc de eodem delicto quoad ſubſtantiam nunquam habetur plena probatio, nec plures habentur conteſtes. 55

Ad ultimum reſpondetur, numerum teſtium ſingularium non facere, ut Judex non dubitet, quia ſicut id non operatur unicus teſtis, ita neque plures teſtes ſingulares, & quando plures numero teſtes deponunt de ſingulis, & diverſis rebus, perinde omnes ſe habent, ac ſi unus tantùm eſſet teſtis. 56

Quæritur decimò nonò, an quando plures teſtes deponunt de eadem ſpecie hæreſis contra aliquem, tametſi ſint ſingulares in loco, tempore, & propoſitione hæreticali, adhuc ſint conteſtes, & plenè probent crimen hæreſis, dummodo propoſitiones, & facta pertineant ad eandem ſpeciem hæreſis? Reſpondetur affirmativè, quia tametſi teſtes tunc ſint ſingulares de loco, tempore, facto, vel propoſitione hæreticali, quia tamen deponunt de una, & eadem omnino hæreſi, ideo ſunt conteſtes, quoad ſubſtantiam, & tantum teſtes ſingulares quoad circumſtantias: ſiquidem deponunt de eodem ſenſu interno, & opinione falſa circa fidem: ut enim docet D. Thomas *2. 2. q. 11. art. 1.* hæreſis conſiſtit in opinione falſa eorum, quæ pertinent ad fidem, ut docet in *art. 2. ejuſdem quæſt.* quo fit, ut hæreſis ſit crimen internum habituale permanens; adeò ut quando quis punitur ratione hæreſis punitur [illegible] ratione 57

ratione mali ſenſus, quo malè ſentit de iis, quæ
pertinent ad fidem cùm pertinacia, quâ obſtinatè
perſiſtit in falſa opinione: & quia teſtes ſingula-
res quoad circumſtantias hæreſis ſunt conteſtes
quoad hunc malum ſenſum, & circa id ſupra
quod articulatur proceſſus; ideo punitur Reus,
quia tametſi tempus, locus, factum, imò, & pro-
poſitio ſint diverſa, non tamen tollitur, quin ſit
eadem hæreſis, quia habet eſſe habituale perma-
57 nens, & poteſt per diverſos actus exteriores
manifeſtari, proinde non tollitur, quin teſtes
illi ſingulares quoad circumſtantias ſint conte-
ſtes quoad ipſum crimen hæreſis, quod ſe habet
in mente per modum permanentiæ.
Hinc ſi articularetur proceſſus, an Titius
58 deceſſerit, ſi unus teſtis deponat deceſſiſſe, &
alius vidiſſe eum è domo deferri in feretro in
cœmeterium, & alius, vidiſſe eum in cœmeterio
mortuum, & alius, vidiſſe eum ſepeliri, certè
omnes iſti ſunt conteſtes, quia omnes conve-
niunt in eo, quòd Titius deceſſerit, & eſt id, de
quo proceſſus articulatur: non enim circum-
ſtantiæ, in quibus ſunt diverſi, ſunt id, quod eſt
probandum, ſed tantùm quòd deceſſerit: ita à
pari de hæreſi, quia circumſtantiæ, in quibus
teſtes ſunt diverſi, & ſingulares, non ſunt id,
quod eſt probandum, ſed ſunt ratio dicti ipſo-
rum teſtium, ideo ſi unus teſtis deponat, Titium
eſſe hæreticum, eò quia audierit eum proferre
propoſitionem hæreticalem, & alius teſtis de-
ponat, audiviſſe eum proferentem aliam propo-
ſitionem hæreticalem, & ſic de aliis teſtibus;
quamvis omnes propoſitiones ſint diverſæ, ac
includant diverſas hæreſes, ratione quarum te-
ſtes ſint ſingulares; ſunt tamen conteſtes quo-
ad ipſam hæreſin, quæ in mente Titii ſe habet
per modum permanentiæ, ſeu habitûs inhæren-
tis: proinde tales teſtes ſingulares in loco, tem-
pore, facto, & propoſitione hæreticali ſunt con-
teſtes quoad habitum hæreſis: hic enim habitus
ſe habet per modum permanentiæ, & ab ipſo
dimanant plures illi actus, ſeu propoſitiones
hæreticales, ut enim teſtes ſint conteſtes ſufficit,
ſi conveniant in re teſtificata, & non requiri-
tur, ut ntantur ratione ſui dicti, quia ratio dicti
eſt extra rem teſtificatam.
Quòd ſi dicas, crimen hæreſis non pertine-
59 re ad forum externum niſi ut manifeſtatum per
actus exteriores, proinde proceſſum eſſe tantum
articulandum de hæreſi ut exteriùs manifeſtata:
atqui teſtes circa exteriora, quæ cadunt ſub ſen-
ſus, & de quibus teſtantur, non poſſunt eſſe
conteſtes, niſi etiam concordent in externa ma-
nifeſtatione hæreſis. Contra eſt, quia illa ex-
teriora, quæ cadunt ſub ſenſus, & quibus hæ-
reſis manifeſtatur, & teſtes ſunt ſingulares, ſunt
tantum conditiones, ſinè quibus hæreſis non de-
duceretur in judicium, non verò ſunt id, quod
deducitur in judicium; hoc enim eſt ſola hære-
ſis, quæ non conſiſtit in aliquo actu externo, ſed
tantùm in interna opinione, quæ cùm ſit intùs in
mente, manifeſtatio eſt tantùm conditio, ſine qua
non deduceretur in judicium externum. Quapro-
pter non requiritur, ut probetur conditio, ſed
hæreſis, ideóq; ſufficit, ſi teſtes concordent in ipſa
hæreſi, licet non concordent in iis, per quæ mani-
feſtatur, quia poteſt eadem hæreſis per diverſa
media ſenſibilia manifeſtari: & hæc eſt ratio, cur
ſingularitas teſtium circa tempus, locum, & alia,
non tollat fidem teſtibus, ut notant Lanfrancus
de teſtib. num. 90. v. aut tempus, vel locus. Fa-
rinacius *q. 64. de teſtib. num 96.* quia illæ cir-
cumſtantiæ temporis, & loci non ſunt de ſub-
ſtantia illius, de quo articulatur proceſſus, pro-
inde non tollunt conteſtationem per ſe requiſi-
tam. Tum quia diverſitas in loco, & tempore,
& aliis circumſtantiis tunc tantùm facit, quòd
teſtes cenſeantur ſingulares, quando tempus, &
locus, & aliæ circumſtantiæ ſunt de ſubſtantia
illius, ſuper quo teſtes deponunt, ut notat Fari-
nacius *q. 64. de teſtib. num. 321.* tempus autem,
& locus non ſunt de ſubſtantia hæreſis, quia
hæc conſiſtit præcisè in falſa interna opinione.
Quæritur vigeſimò, quinam teſtes in tri- 60
bunali ſacræ inquiſitionis admittantur contra
ſortilegos, aliósque de hæreſi inquiſitos? Re-
ſpondetur, in favorem fidei admitti etiam alias
teſtes inhabiles exceptis inimicis, eò quia cri-
men hæreſis, & hæreticalis ſortilegii graviſſi-
mum ſit, & reipublicæ maximè pernicioſum, ut
notat Carena *p. 3. tit. 5 num. 2.* Farinacius *de
hæreſ. q. 188. num. 67.* & deſumitur ex *c. in fi-
dei favorem de hæret. in 6.* ubi expreſſe dici-
tur, quòd admittantur in teſtes etiam excom-
municati, criminoſi, infames, ſocii criminum, &
qui aliàs habentur ut inhabiles. Excipiuntur
tamen inimici *c. ſi teſtes 4. q. 3. c. Meminimus
c. cùm oportet de accuſat.* & *l. ſi quis C. de teſt.*
ratio eſt, quia inimicus præſumitur falſum de-
ponere, & procedere non ex Zelo juſtitiæ, ſed
ex deſiderio vindictæ. Teſtes tamen infames,
criminoſi, excommunicati, & ſocii criminis
juxta communiorem ſententiam, quam docet
Farinacius *q. 188. num. 64.* & Gundiſalvus in
tract. de hæret. q. 13. num. 5. admittuntur ſine
tortura; & indicium faciunt majus, vel minus
ſpectatis qualitatibus perſonarum, & aliis cir-
cumſtantiis, quia ſi hujuſmodi teſtes inhabiles
non admitterentur ſine tortura facilè retrahe-
rentur à teſtimonio ferendo in cauſis fidei; nihi-
lominus, debent Inquiſitores quandoque eos
torquere ſpectatâ eorundem malitiâ, improbita-
te, & varietate, ut notat Bartolus in *l. cunctos
populos C. de ſumma Trinit. & fide cathol. n. 12.*
Julius Clarus in *pract. crimin. §. fin. q. 21. v.
ſciant etiam.* Imò ſatellites, ſeu lictores in
tribunali ſancti officii faciunt plenam fidem, ta-
metſi habeantur infames, ſintque viliſſimæ per-
ſonæ, & in criminalibus præſertim à teſtificán-
do excludantur, ut notat Farinacius in *tract. de
teſtib. q. 56. num. 370.* & in *tract. de delict. &
pæn. q. 21. n. 147.*
Quòd verò in cauſis fidei, & in tribu- 61
nali ſancti officii ſit ſatellitibus plena fides adhi-
benda, deſumitur ex conſtitutione Innocentii
IV. edita anno 1252. cui initium eſt *Ad extirpan-
da* ubi ait: Officialibus prædictis plena fides ha-
beatur de his omnibus, quæ ad eorum officium
pertinere noſcuntur ſine aliquo ſpecialiter præ-
ſtito juramento, probatione aliqua in contrari-
um non admiſſa, ubi duo, vel tres, vel plures præ-
ſentes fuerunt ex iiſdem. Hoc idem etiam con-

firmârunt Alexander IV. & Clemans VI. in ſuis conſtitutionibus, quæ allagantur à Pagna inter litteras Apoſtolicas *poſt. direct. inquiſit.* Notat tamen Farinacius airca præfatas conſtitutiones *q. 188. num. 71. & ſequent.* Quòd ſic plena adhibanda fides dictis officialibus, non in iis, quæ non pendent, & ſequuntur ax eorum officio, ut quando deponunc ſuper impedimento, aut injuriis varbalibus, val perſonalibus ipſis illatis: ſed ſolùm quando deponunt da iis, quæ ad eorum officium pertinent, ut ſi daponant ſuper exacutione ab ipſis facta, vel non, vel etiam quoad aliud, ad quod in ſpecia deputati non ſunt, in levibus quidem, non in gravibus, niſi eorum depoſitiones eſſant aliis conjecturis adminicolatæ: quia tunc ait Farinacius, non eſſe abſurdum aſſerere, quòd plenè probent etiam in gravibus, quod etiam aſſerit Carana *p. 3. tit. 5. §. 7. n. 33.*

62 Non tamen duo ex his teſtibus, qui ſunt inhabiles ſufficiunt in cauſis fidei ad plenam probationam contra Reum, & ad pœnam dalicti ordinariam imponendam, ſed tantùm ſufficiunt ad præſumptionem, & aliqualam probationam faciendam, val indicium ad torturam, vel ad pœnam axtraordinariam; ut docent Julius Clarus in *pract. crimin. §. fin. q. 21. V. ſed pone.* Falin. in *c. teſtimonium num. 02. de teſtib.* Abbas in *cap. Per tuas num 4. de ſimon.* Idqua deſumitur ex *d. c. in fidei favorem de hæret. in 6.* ibi: *Si ex veriſimilibus conjecturis, & numero teſtium, aut perſonarum tam deponentium, quàm eorum, contra quos deponitur, qualitate, ac aliis circumſtantiis ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur:* ex quibus colligitur, ut notat Pagna *p. 3. comment. 113. v. ſit ſecundùm axioma*, pluras quàm duos teſtes inhabiles, minúsque idonaos in crimine contra fidem facere plenam probationam, & ad condamnationam, ſeu pœnam criminis ordinariam imponendam ſufficere, quando ax circumſtantiis, & conjecturis, ac perſonarum qualitate veriſimiliter præſumantur verum deponere, ut docet etiam Albartinus *de agnoſcend. aſſert. q. 34. n. 3.*

63 Quinimò in hoc tribunali admittuntur etiam mulieres, lamiæ, ſau ſtriges, complices, ſeu ſociæ criminis in teſtes, quando par alios varitas non potaſt variſimilitar haberi, & dummodo hujuſmodi ſtrigas plures ſint, quia una tantùm ſocia criminis fidem non facit, quia ultra defactum ſexûs patitur atiam defectum infamiæ, & multò magis ſi eſſet minor viginti annorum, imò in crimine maleficii duæ, vel tres ax hiſca mulieribus teſtificantibus, non ſufficiunt ad condemnationem in pœnam ordinariam, ut notat Farinacius *de hæreſ. q. 188. num. 75. v. amplia quarto*, addit tamen in crimine maleficii, duos ſocios criminis ſufficere ad torturam concurrentibus tamen aliis conjecturis, & circumſtantiis, & maximè cauſâ ſciantiæ, ſi non adſint contraria virorum teſtimonia. Quinimò admittuntur etiam in teſtes meratrices, & lenones, quia tametſi ſint infames atiam poſtquam deſierint meretricari, & lenocinari *l. palam §. non ſolùm ff. de ritu nupt.* in tribunali tamen ſancti officii admittuntur: quia ſi in crimine læſæ Majeſtatis humanæ poſſunt eſſe teſtes, ut notat Farinacius *de teſtib. q. 56. num. 386.* multò magis poſſunt teſtificari in crimine hæreſis, ut notat Carana *p. 3. tit. 5. §. 6. num. 30.* non tamen admittuntur, ut taſtes omni excaptione majores, ut notat Farinacius in *d. q. 56. n. 368.* Imò quamvis regulariter Judæi, & infideles non admittantur à teſtimonio dicendo contra Chriſtianos *authent. credentes C. de hæret. c. 1. de teſtib.*

Nihilominus in crimine hæraſis admittuntur quicunque infideles, & Judæi contra Chriſtianos in teſtimonium, ut notat Farinacius *d. q. 188. num. 124.* Tum quia Judæi ſunt idonei teſtes contra Chriſtianum tranſeuntem, vel redauntem ad Judaiſmum *c. Contra Chriſtianos de hæret. in 6.* & docent Maſcardus *de probat. lib. 2. conclus. 85. num. 9.* ubi ait, Judæum admitti in teſtam non ſolùm contra Chriſtianum deſerentem in totum religionem catholicam, ſed etiam delinquantem in uno tantùm articulo, idê aſſarit Gundiſalvus in *in tract. de hæret. q. 13. n. 10.* Verùm quando hi teſtes admittuntur; debent jurare non quidem ſuper Evangelia, quibus non credunt; ſed Judæus ſupar legam Moyſis, & infidelis juxta ſuas leges, ut docent Farinacius *de teſtib. q. 56. n. 218.* Carana *p. 3. tit. 5. §. 5. num 27.* Joannes da Imola *in clement. 1. de teſt.* 64

Hoc idem etiam procedit de hæreticis, qui licèt non recipiantur in teſtimonium contra catholicum *l. quoniam C. de hæret.* in cauſis tamen fidai admittuntur contra catholicum, ut docent Caldarinus in *tract. de hæret. rubr. de his quæ pertinent ad execut. offic. num. 8.* Symanchas *de cathol. inſtit. tit. 64. rubr. de teſtib. n. 43.* Pegna taman *p. 3. direct. comment. 117. v. quantum verò* aſſarit, in cauſa fidei eſſe quidem admittendum in taſtem hæraticum contra catholicum, ſed ejus dictum non ſufficare ad ſemiplanam probationam, niſi concurrant aliæ conjecturæ veriſimiles, cui ſententiæ videtur mihi adhærendum, quia hæretico non aſt omnino credendum ſicut teſti omni axceptiona majori: hinc ajunt depoſitio non ſufficit ad torturam, imò neque ad capturam, ſad tantùm ad inquirendum, & ad aſſumendas ſacretas informationas de eo, de quo hæreticus depoſuit; quòd ſi alia ſupervenerint indicia, tunc procedendum eſt ad ulteriora. 65

Admittuntur etiam conſanguinai, & affines contra eorum conſanguineos, & propinquos teſtificantas in criminibus contra fidem, contra taman inquiſitum, non verò in defanſionam ejuſdem: ſiquidem quoad dafenſionem non faciunt probationem, quia ut ſcribit Apoſtolus ad *Epheſ. 5. Nemo unquam carnem ſuam odio habuit*, proinde namo præſumendus eſt valla conſanguineis, & affinibus malum, & ax hoc crimine oritur infamia, quam ut daclinarent facilè mentirentur; proinde eorum teſtimonium quoad dafanſionem excluditur, & præſumitur falſum. Non verò ſi ſit contra inquiſitum; quia tunc optimè probat, imò eò firmius habari ſolet, quò conſanguinai, & affines judicantur omnino liberi à ſuſpicione odii *c. litteras de præſumpt.* & docent Maſcardus *lib. 2. conclus. 857. num. 47.* Fa- 66

rinacius

Farinacius *de hæreſ. q. 188. n. 146.* hinc admittitur filius contra patrem, & uxor contra maritum, & è converſo, quia eorum teſtimonium eſt magis efficax ad probandum, magiſque diſtat à ſuſpicione inimicitiæ: & Eccleſia optat tam grave crimen in ſuis filiis omnino præcavere, & ſi commiſſum fuerit punire, ut notat Eymericus *p. 3. direct. q. 70.* & Felinus in *c. litteris de teſtib. num. 1.* nun tamen admittuntur ad probandam inquiſiti innocentiam, quia eorum tunc intereſt, ut inquiſitus abſolvatur, cùm illius infamia contra ipſos etiam redundet *c. filii de hæret. in 6.* & ibi Gloſſa, & in conſtit. Alexandri IV. edita anno 1258. & docent Sylveſter *v. hæreticus 2. num. 16.* Farinacius *de hæret. q. 188. num. 149.* ubi addit, filios, familiares, & domeſticos eſſe teſtes idoneos ad probandam etiam innocentiam inquiſiti de hæreſi in iis, quæ per alios probari non poſſunt.

67 Quæritur vigeſimoprimò, quænam inimicitia objici poſſit, ut teſtes excludantur à teſtificando in ſacro tribunali inquiſitionis? Reſpondetur, hanc inimicitiam debere capitalem eſſe, ob quam teſtes præſumuntur non ex Zelo juſtitiæ, ſed ex militia vindictæ procedere, ut habetur in Concilio Bitterenſi *c. 13.* & in *c. repelluntur c. meminimus c. cùm oporteat de accuſat.* & docent communiter Doctores, quia Reis nil magis nocere poteſt, quàm inimicitia teſtium. Oritur autem hæc inimicitia capitalis ex pluribus cauſis, quarum prima eſt, quæ oritur contra eum, qui occidit conſanguineum teſtis, vel dedit operam, ut interficeretur. Secunda ex eo, quòd quis conatus ſit eum occidere, contra quem vult teſtificari, ut notat Eymericus *3. p. direct. num. 118.* ibi *vel mors fuit intentata.* Tertia oritur ex ſolis minis de homicidio committendo, ut notat Gloſſa in *l. licèt ff. de recept. arbit. v. capitales.* Quarta ex inſidiis paratis vitæ illius, contra quem, qui illas paravit, vult teſtificari, Gloſſa in *§. inimicitia v. ſi capitales inſtit. de excuſat. tut.* Quinta ex accuſatione de cauſa capitali, vel de delicto, ex quo oritur infamia, ſi enim Reus accuſavit teſtem, hic excluditur à teſtificando, quia præſumitur ex odio, & vindicta teſtificari Bartolus *l. 4. §. fin. ff. de adimen. legat.* Sexta quando Reus alias depoſuit contra teſtem in cauſa criminali *l. 3. ff. de teſtib.* Septima cauſa inimicitiæ capitalis eſt, quæ oritur ex eo, quòd Reus detinuerit in vinculis eum, qui modo contra ſe teſtificatur, ut notat Felinus in *c. Repelluntur de accuſat. num. 3.* hæc enim inimicitia ſemper præſumitur durare, niſi contrarium probetur, ut docet Baldus in *l. non ignorabit C. de exhibend.* Octava oritur ex ſola injuriarum prolatione inter perſonas nobiles, & ingenuas. Nona ex eo, quòd quis pudicitiam alterius uxoris, vel ſororis, aut filiæ attentaverit, vel per vim uſurpaverit alterius villam, agrum, vel domum, ut notat Marſilius in *l. 1. §. præterea ff. de quæſt. num. 23.* Decima ex eo, quòd quis moverit alteri litem de omnibus illius bonis, vel de majore eorum parte, ut notat Felinus in *c. quoties num. 5. de teſtib.* Undecima ex eo, quòd quis alium offenderit in perſona, vel in rebus, ut notat Baldus in *l. in his ff. ſolut. matrim.* Duodecima ex eo, quòd quis dudum fuerit inimicus, & recèns reconciliatus non poteſt tunc eſſe teſtis ob illam diuturnam inimicitiam *c. Accuſatores, & teſtes 3. q. 15.* Tertia decima deſumitur ex eo, quòd teſtes deſcendant ab inimico capitali, quia tunc præſumuntur etiam inimici, ideòque repelluntur à teſtimonio ferendo *l. Athleta §. dat remiſſionem ff. de accuſat.* & ibi Baldus. Quartadecima oritur ex eo, quòd teſtes commorentur cum inimicis capitalibus Rei, tunc enim ob familiaritatem cum inimicis excluduntur à teſtimonio ferendo *c. Repelluntur. c. cum oporteat de accuſat.* qui enim confœderationem, & amicitiam contraxit cum inimico capitali Titii, rectè dicitur inimicus Titii, ut probat Jaſon in *l. liberi c. de inoffic. teſtam.* proinde non eſt admittendus ad teſtimonium ferendum contra Titium. Quintadecima deſumitur ex eo, quòd teſtis ſit de familia, vel factione omnino contraria Reo, quia tunc teſtis ſupponitur etiam illi contrarius, ut probat Baldus in *l. unic. C. de raptu. virgin.* Verùm procedendum tunc eſt prudenter, & maturè, quia ſi teſtes eſſent ſpectatæ virtutis, & probitatis, ceſſaret talis ſiniſtra ſuſpicio, tametſi in aliis caderet ſub conſiderationem.

Quæritur vigeſimoſecundò, an unicus teſtis ſufficiat in furo externo pro ultimis voluntatibus ad cauſam piam, ut hæres teneatur ei credere? Reſpondetur, teſtem unicum non ſufficere, tametſi ejus depoſitio ſit in ſavorem cauſæ piæ, & deſumitur ex *c. licèt de teſtib.* ibi *licèt quædam ſint cauſæ, quæ plures, quàm duos exigunt teſtes: nulla tamen eſt cauſa, quæ unius teſtimonio, quamvis legitimo terminetur.* Ex quo textu ita univerſali colligitur, quòd etiam in diſpoſitionibus pro cauſis piis ſaltem requirantur duo teſtes, ut ſtatuit Alexander III. in *c. Relatum 1. de teſtam.* juxta illud *Deuter. 17. In ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum.* Immo nec in foro conſcientiæ videtur hæres teneri credere unico tantùm teſti quoad diſpoſitionem defuncti, niſi aliunde de ipſa conſtet, vel adſint probabiles conjecturæ, & deſumitur ex *c. cùm in jure de offic. delegat.* ubi dicitur, quòd qui non eſt certus de mandato Apoſtolico, non tenetur obedire: atqui non magis obligat executio ultimæ voluntatis, quàm mandatum Apoſtolicum, unde qui non eſt certus de tali executione, non tenetur eam adimplere: & per teſtificationem unici tantùm teſtis ſine aliis conjecturis, & adminiculis non habetur certitudo, non enim teſtificatio unius licèt omni exceptione majoris facit aliquid certum circa mentem defuncti, ſed tantùm indicium, & probabilitatem; adeò ut concurrat, quod eſt probabile cum eo, quod eſt certum: eſt ſiquidem certum, quòd bona omnia defuncti pertineant ad hæredem ſuccedentem ab inteſtato: & eſt tantùm probabile ob dictum unius teſtis, quòd defunctus diſpoſuerit de aliquibus bonis in favorem tertii: in hoc autem concurſu certi, & probabilis, non tenetur hæres ab inteſtato relinquere certum, & adhærere probabili, conſequenter non tenetur ſe privare bonis, quæ ſibi certò obveniunt, ut ea tradat aliis, quibus tantùm ex quodam indicio congruunt: in foro enim conſcientiæ jus probabile non eſt præferendum juri certo. Præterea 68

quia

muntur favere ei parti, cum qua ſimilem cauſam, ſeu litem habeat, ut notat Maſcardus *de prob. concluſ.* 1357. *n.* 54. & cum teſtes debeant veritatem deponere pro utraque parte, debent carere ſuſpicione falſitatis, ne illam magis deponant pro una, quàm pro altera parte *c. ſi teſtes 4. q. 3.* quia verò laborans ſimili morbo cum aliqua parte eſt ſuſpectus, ne deponat in ſolum favorem ipſius ex commodo, quod in ipſum etiam redundat ob ſimilem cauſam, quam habet, meritò excluditur à teſtimonio ferendo in eadem cauſa. Sicut igitur ſimilitudo cauſæ excludit Iudicem à judicando *c. cauſam, quæ de Iudic.* ita etiam reddit ſuſpectum, & repellit teſtem à teſtificando; & quamvis facilius repellatur Iudex, quàm teſtis, in affectu tamen propter affectionem, & intereſſe, quod teſtes habent in cauſa, etiam ipſi redduntur ſuſpecti, ut non admittantur ad faciendam plenam probationem, ut habetur in *d. c. perſonas* 20. *h. t.*

75 Verùm id limitatur, ut non procedat; ſi teſtis ante depoſitionem expreſſe proteſtetur cum juramento, quòd ex ſua depoſitione nullum velit commodum reportare, tunc enim admittitur ad teſtificandum, tametſi non ſit teſtis omni exceptione major, ut notat Felin. in *d. c. Perſonas* 20. *n.* 2. *h. t.* Secundò limitatur, ut non procedat, quando agitur de modico emolumento proprio, quia ſicut ob modicam affectionem erga rem, vel cauſam non repellitur teſtis, ita neque excluditur ob modicum emolumentum proprium, quia leges non præſumunt, velle aliquem ob modicum commodum peierare, ut notat Farinacius *tract. de teſtib. q.* 60. *n.* 78. Limitatur etiam tertiò in caſibus, in quibus veritas aliter cognoſci non poteſt, tunc enim quamvis agatur de alicuius commodo, is adhuc admittitur in teſtem, non quoad plenam, ſed ſolùm quoad aliquam probationem, vel in iis ſolùm actibus, in quibus res ſacreiò agitur, ut eſt electio Prælati in capitulo, & non ſolent intereſſe, niſi illi, qui commodum inde habent, hi enim admittuntur in teſtes *c. veniens* 38. *h. t.* non ita in alijs actibus, in quibus extranei etiam interſunt, in iis enim, qui commodum habent, repelluntur à teſtimonio ferendo etiam in defectu aliarum probationum.

76 Quæritur vigeſimo quintò, an Iudex delegatus poſſit eſſe teſtis in cauſa, quam judicat, vel judicavit? Reſpondetur negativè, adeò ut Iudex in cauſa, quæ coram ipſo dependet, ſeu eſt in eadem inſtantia litis, non poſſit in teſtem produci, & deſumitur ex *c. dilecto filio* 46. *h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd quando delegatus cognoſcitur, eſſe neceſſarius ad teſtificandum pro aliqua parte, debeat removeri à delegatione, & alius ſubſtitui, quia in eadem cauſa non poteſt quis eſſe Iudex, & teſtis *c. forus de verb. ſignif.* & quia faciliùs reperiuntur centum Iudices, quàm unus teſtis, ut notat Gloſſa in *c. cum R. de offic. deleg.* ſequitur, quòd faciliùs recuſetur Iudex, quàm teſtis, & quia probationum copiæ eſt favendum *l. Nequid* §. *de his ff. de incend. ruin. & naufrag.* ideo ne probationis facultas detrahatur, jura conſultius cenſuerunt, ut Iudex tunc removeatur potiùs ab officio judicandi, ad quod alius idoneus inveniri poteſt, quàm ab actu teſtificandi, in quo alius ſufficiens teſtis, ut eſt ille, qui eſt neceſſarius, non poteſt ad perficiendam probationem reperiri. Hinc ſi teſtimonium Iudicis delegati ſit neceſſarium parti, debet is removeri, & alius ſubſtitui: verùm ad id requiritur, ut pars petat Iudicem amoveri ante litis conteſtationem; alioquin per illam cenſeretur conſenſiſſe in Iudicem, proinde non poſſet poſtea petere ejus remotionem, niſi nova cauſa ſuperveniret, vel cognita eſſet, ut notat Abbas in *d. c. dilecto n.* 3. licèt aliqua cauſæ cognitio præmitti debeat, nimirum, quòd alius teſtis, quàm ille Iudex haberi non poſſit, & tunc ut ipſe ſit teſtis, ſubſtituendus eſt alius Iudex, & id procedit etiam poſt latam ſententiam, & judicium finitum, adeò ut non poſſit Iudex eſſe teſtis coram alio Iudice appellationis in integrum reſtitutionis, vel reviſionis, ſi agatur de juſtitia, vel injuſtitia ſententiæ: & ratio eſt, quia Iudex ſemper præſumitur affectus eſſe erga cauſam, quam judicavit, & velle ſemper tueri ſuam ſententiam; unde cenſeretur teſtis quodammodo in propria cauſa, ut dicitur in *c. ſtatutum* 38. & ibi Gloſſa *v. vel cognitor cauſæ* 2. *q.* 6. Cæterùm poteſt in teſtem produci, ſi non agatur de cauſa principali, ſed tantùm de proceſſu cauſæ, ſeu actibus judicialibus, ut notat Maſcardus de *Probat. concluſ.* 951. *n.* 3. dummodo ipſius prioris Iudicis nihil interſit ad qualecunque commodum etiam honoris, vel laudis conſequendum, vel damnũ qualecunque, ſeu dedecus evitandum.

Imò id etiam procedit non ſolùm de Iudice delegato, qui non poteſt in cauſa ſibi delegata eſſe teſtis, nec lite pendente, nec ea finita, & de Iudice ordinario: verùm etiam de arbitro, adeò ut hic in cauſa, quæ coram ipſo agitur, ſive adhuc pendente, ſive finita, non poſſit in teſtem adhiberi; quia arbitraria ad judiciorum formam redacta ſunt *l.* 1. *ff. de recept. arbit.* idque tam in cauſa principali, quàm appellationis, ut notat Maſcardus *de prob. con.* 1204 *n.* 1 imò id procedit etiam de aſſeſſore, qui ob parem affectionem ad cauſam, in qua eſt, vel fuit aſſeſſor, non poteſt in eadem teſtimonium ferre, ut notat Farinacius *tract. de teſtib q.* 60. *n.* 116. Verùm hæc doctrina limitatur, ut non procedat, quando aliter de veritate non poteſt conſtare, in iis enim, quæ non poſſunt alijs, quàm Iudicibus, vel arbitris cognita eſſe, admittitur eorum teſtimonium, ut in cauſa *c. cum dilectus* 32. *de elect.* ubi arbitri Compromiſſarij admittuntur, ut jurati, quaſi in propria cauſa teſtificentur, quòd ex canonicis in electum in Archidiaconum conſenſerint, ſiquidem alij teſtes non aderant. Limitatur etiam niſi ex conſenſu utriuſque partis Iudex, vel arbiter teſtimonium ferat, quia tunc conſentientibus partibus ejus teſtimonium eſt validum, ut notat Farinacius *loc. cit. n.* 144. ubi plures alias addit limitationes. 77

Quæritur vigeſimo ſextò, an Proxeneta, ſeu Mediator poſſit eſſe teſtis in negotio, in quo fuit ipſe Mediator? Reſpondetur negativè, adeò ut qui inter contrahentes fuit conciliator, ſeu Mediator, non poſſit regulariter eſſe teſtis in actu, ſeu negotio, in quo operam ſuam impendit, & deſumitur ex *c. Mediatores* 1. *h. t. in* 6. & 78

Digitized by Google

ratio eſt, quia tunc cenſetur affectus ad negotium illud, cujus Mediator extitit, perficiendum, proinde præſumitur teſtificari in favorem contractus initi ob ſuam mediationem: & hoc procedit ſive pretium, aut ſalarium acceperit ob tale officium Mediationis, excluditur enim à teſtimonio ferendo propter proprium commodum, quod inde habet, & ſive ſalarium non acceperit, quia ſemper præſumitur affectus ad negotium, ac velle, ut firmum maneat, quod per ſuam mediationem fuit inchoatum, vel abſolutum, ne ſcilicet ei poſſit objici, quòd non bene ſe geſſerit in tali negotio. Excipitur tamen, niſi utraque pars litigans conſentiat, ut Mediator teſtificetur, tunc enim etiam invitus compellitur eſſe teſtis, ut habetur in *d. c. Mediatores* & ut ibi notat Gloſſa *v. civiliter h. t. in 6.* Excipitur etiam, ut poſſit eſſe teſtis in defectum aliorum teſtium, ſi de veritate non poſſit aliter conſtare, imò tunc etiam compellitur invitus in cauſis civilibus, ut notat Maſcardus de *Probat. concluſ. 1039. n. 16.*

79 Quæritur vigeſimo ſeptimò, an hæres poſſit eſſe teſtis teſtamentarius? Reſpondetur, hæredem non poſſe eſſe teſtem in teſtamento, in quo inſtituitur hæres *l. qui teſtam. 20. in princ. ff. qui teſtam. fac. poſ. §. ſed nec hæres inſtit. de teſtam. ord.* ubi aſſignatur etiam ratio, quia totum, quod agitur pro teſtamento ordinario, agitur inter teſtatorem, & hæredem, adeò ut teſtamentum ſit aliquid, quod pertinet ad hæredem, & quod hæres creditur cum Teſtatore agere ratione obligationis, quam contrahit ſtandi teſtamento, illudque exequendi prout à Teſtatore inſtituitur: atqui nemo poteſt eſſe teſtis in negotio, quod cum alio gerit, & quod ſuum eſſe intelligitur, non alienum *l. Nullus ff. h. t.* Tum quia teſtamentum principaliter, & ſubſtantialiter continet jus hæredis: ſiquidem inſtituitur principaliter teſtamentum propter jus ſuccedendi in hæreditate, adeò ut teſtamentum ſine inſtitutione hæredis non ſubſiſtat, ut notat Farinacius *tract. de teſtib. q. 60. n. 300.* & probat Maſcardus de *Prob. con. 1357. n. 5.* Idque procedit etiam de fideicommiſſario univerſali, quia etiam ipſe eſt juris ſucceſſor, ut notat Farinac. *l. cit. n. 303.* Secus Legatarius non prohibetur eſſe teſtis in teſtamento, in quo Teſtator ipſi relinquit legatum *l. qui teſtamento 20. in princ. §. Legatariis autem inſtit. de teſtam. ord.* & ratio ibi aſſignatur, quia Legatarius non eſt juris ſucceſſor, ſeu non ſuccedit jure directo, & univerſali titulo ſicut hæres, ſed tantùm eſt ſucceſſor illius particularis rei ſibi legatæ, & id procedit, ſive ſit Legatarius ex nuncupativo, vel ex ſcripto teſtamento, quia ſemper militat eadem ratio, cùm non ſit juris ſucceſſor, ut notat Farinac. *tract. de teſt. q. 60. n. 288.* Harbrech. in *l. qui teſtam. in §. Legatarijs autem n. 8.* ubi id confirmat, eò quia in *d. l. qui teſtam.* dicatur generaliter de legatario, quòd poſſit teſtis adhiberi in teſtamento; & non diſtinguit inter teſtamentum, quod fit per nuncupationem, vel in ſcriptis. Quinimò Legatarius etiam admittitur in teſtem, non ſolùm ad ſolemnitatem teſtamenti; verùm etiam ad illius probandam veritatem in favorem hæredis ſcripti contra hæredes ab inteſtato, ut notat Farinac. in *d. tract. de teſt. q. 60. n. 289.* Imò *n. 391.* ſubdit, poſſe omnes teſtes adhibitos in teſtamento eſſe Legatarios, quatenus teſtator poteſt ijſdem aliquid relinquere, id enim dependet ab arbitrio teſtatoris.

Quod ſi dicas, tunc Legatarium ex teſtamento commodum reportare; cum legata dependeant ex valore teſtamenti, proinde legatarium non poſſe in teſtamento adhiberi teſtem, ne ſit teſtis in re, de qua commodum reportat, quia tunc præſumitur teſtificari in propriam utilitatem. Contra eſt, quia ex ſpeciali favore conceſſum eſt legatariis, ut poſſint eſſe teſtes teſtamentarij, quia cùm teſtes debeant eſſe voluntarij, & rogati, difficulter reperiretur, qui vellet teſtimonium ferre in teſtamento, ſi ex illo nihil commodi conſequi poſſet, quapropter teſtamentum deficeret. Præterea licet legatarius ſciat, ſe ex teſtamento emolumentum reportaturum, ideò tamen admittitur in teſtem, quia in favorem teſtatoris introductum fuit, ne teſtes ſuſpecti de ejus ultima voluntate deponentes admittantur: ſi igitur teſtator ultrò hujuſmodi teſtes adhibeat in ſuo teſtamento, velitque iiſdem fidem haberi, jam cenſetur juri pro ſe introducto renuntiare, poteſt enim quilibet juri ſuo renuntiare: tunc enim voluntas teſtatoris impleri debet, ne quod in ejus favorem introductum eſt, retorqueatur in ejus odium, ut rectè notat Harbrech. in *d. §. Legatarius. n. 11.* Verùm id intelligitur, dummodo Legatarius non ſit teſtis in propria cauſa ſui legati, ſed tantùm in alijs, quæ continentur in teſtamento, quia quiſque in cauſa propria repellitur à teſtificando, quia præſumitur in proprium favorem teſtimonium deponere, & teſtis debet aſſumi ad ſolam veritatem dicendam. In ò neque donans pro donatario poteſt eſſe teſtis, ſi deponat ſuper contractu donationis, vel ei connexis in favorem donatarij, idque ob affectionem præſumptam erga ſuum contractum, & id procedit ſive teneatur de evictione rei donatæ, ſive non; donans quòd ſi adhiberetur teſtis, non eſſet omni exceptione major, nec integræ fidei, ut notat Farinac. *loc. cit. n. 362.* Immo neque fidejuſſor in cauſa, in qua fidejuſſit contra creditorem debitoris, pro quo fidejuſſit, poteſt eſſe teſtis, quia tunc agitur etiam de illius commodo, & præſumitur, teſtimonium ferre in favorem debitoris, pro quo fidejuſſit, ne fidejuſſor ſuccumbat, & debeat pro alio ſolvere.

81 Quæritur vigeſimo octavò, an clerici, qui cauſam eccleſiæ non curant, poſſint in ea teſtificari? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Inſuper 6. h. t.* ubi Pontifex declarat in cauſa alicuius eccleſiæ, Prælatum, & clericos illius poſſe eſſe teſtes exceptis Procuratoribus, ubi notat Gloſſa, id procedere tam de clericis ſæcularibus, quàm Regularibus. Ratio eſt, quia cauſa eccleſiæ non eſt cauſa ſaltem directè, & principaliter ſingulorum ipſius eccleſiæ, ſed eſt cauſa totius communitatis, ſeu Collegij, & quia aliud eſt jus univerſitatis, & aliud jus ſingulorum de eadem univerſitate *l. ſed ſi 10. §. qui manumittitur ff. de jus vocan.* Sic cum ſinguli teſtimonium ferant in cauſa ipſius eccleſiæ, ſeu communitatis, non ſunt teſtes in cauſa pro-

propria, quia quod eſt commune toti univerſitati, non dicitur proprium ſingularium de univerſitate, nemo enim ex illis poteſt ſeorſim dicere hoc eſt meum, quia ſi eſt quid comune omnibus, non poteſt eſſe proprium unius, non enim eadem numero res poteſt ſimul eſſe plurium in ſolidum *l. ſicut 7. §. 1.* ubi expreſſè habetur, ſi quid debetur univerſitati, non debetur ſingulis, neque quod debet univerſitas, debent ſinguli. *§. quod cuiusque univerſ.* ſiquidem univerſitas eſſentialiter ſe habet collectivè, & ſinguli ſeorſim disjunctivè; & ſicut collectio opponitur disjunctioni, ideo quod convenit collectioni, & eſt proprium illius, nequit eſſe proprium disjunctioni.

81 Tum quia cauſa propria ea tantùm dicitur, quæ nomine proprio agi poteſt *l. 1. §. in propria ff. quando apellan. ſit*: atqui unus tantùm de communitate ſeorſim ab aliis non poteſt ſuo proprio nomine agere cauſam communitatis, ſed ad id indiget mandato, & conſenſu ſuperioris: cùm igitur damnum, vel lucrum ex cauſa eccleſiæ non pertineat ad clericos nomine proprio, ſed ad eccleſiam; ſequitur, poſſe Clericos teſtificari in cauſa eccleſiæ, quia tunc non aſſumuntur teſtes in cauſa propria.

82 Neque obſtat, quòd commoda eccleſiæ redundent in commoda clericorum, quatenus ſinguli Clerici participant de commodis eccleſiæ. Nam contra eſt, quia ſecundariò tantùm, & in conſequentiam commoda eccleſiæ ſunt emolumenta Clericorum *c. Biduum §. pal. 2. q. 6.* atqui in hoc negotio non eſt attendendum ad id, quod venit in conſequentiam, ſed ad id, quod fit principaliter *l. 1. ff. de authorit. Tutor.* Tum quia non eſt veriſimile, velle Clericos peierare ob jura communia conſervanda, quin potiùs ſolent negligi, quæ in communi poſſidentur. Quamobrem licèt in re propria jura facultatem ſubmoveant omnibus ferendi teſtimonia *c. fi. teſtes. §. omnibus 4. q. 3.* non propterea prohibentur Prælati, & Clerici, quin in cauſa ſuæ eccleſiæ poſſint teſtificari, ut habetur in textu *c. Inſuper 6. h. t.*

83 Hinc Clerici poſſunt eſſe teſtes idonei, quando agitur de donatione facta ſuæ eccleſiæ, vel legato relicto pro fabrica ejuſdem, ut probat Maſcardus de *probat. concluſ.* 1414. *n. 16.* Item poteſt Canonicus non ſolùm in cauſa ſui capituli, ſed etiam in cauſa ſui concanonici teſtificari, ut notat Farinacius *tract. de teſtib. q. 60. n. 460.* Item Monachi, & Regulares ſive ſacerdotes ſint, ſive converſi, & laici, poſſunt pro ſuo Monaſterio, vel eccleſia eſſe teſtes idonei; ut etiam Moniales, ut notat Farinacius *loc. cit. numero 464. & ſequent.* Item ad probanda confinia alicuius fundi, vel poſſeſſionis ſunt etiam teſtes idonei ſinguli de Univerſitate, vel Collegio, ad quod pertinet talis fundus, ut notat Menochius *caſ. 106. n. 5.* Item ad probandam generalem conſuetudinem non ſolvendi decimas, vel vectigalia poſſunt produci teſtes ex aliena eccleſia, vel communitate, quæ gaudet eadem immunitate, ut probat Maſcardus *de probat. concluſ. 1357. n. 60.* Item ſinguli de univerſitate non ſolùm ſunt teſtes idonei in cauſa ejuſdem univerſitatis in ſubſidium, hoc eſt, quando de veritate cauſæ aliàs non poteſt conſtare, verùm etiam generaliter, quando alii teſtes haberi poſſunt: ratio eſt, quia ſinguli de tali communitate habent exactiorem notitiam talis cauſæ, pro qua teſtificantur. Verùm quando teſtificantur generaliter, non in ſubſidium, non habentur teſtes omni exceptione majores, ut notat Farinacius *tractat. de teſtibus q. 60. n. 478.*

Verùm id patitur quaſdam limitationes, 84 quia, ſi agatur de re, cujus proprietas pertinet ad univerſitatem, ſed uſusfructus ad ſingulos, tunc non poſſunt iſti eſſe teſtes idonei, adeò ut, ſi agatur de prædio ſpectante ad collegium, de cujus fructibus ſinguli collegiales aluntur, non poſſunt iſti eſſe teſtes idonei, quia teſtificarentur quodammodo in propria cauſa, quia in effectu agitur de proprio ſingulorum commodo, ut docet Menochius *caſ. 106. n. 13.* Rurſus limitatur, ſi cauſa vertatur circa paſcua, vel ſylvas cæduas, in quibus ſinguli Oppidani habent jus paſcendi greges, & cædendi ligna: tunc enim non poſſunt Oppidani in hac cauſa eſſe teſtes idonei: alioquin teſtificarentur etiam quodammodo in cauſa propria, quia in effectu agitur de proprio eorundem commodo, ut notat Farinacius *tract. de teſt. q 60. n. 501. & ſequent.* Tertiò limitatur, ſi cauſa ſit talis, quæ ſi caderet, ſinguli de univerſitate tenerentur aliquid ſolvere, ut notat Menochius *dict. caſ. 106. n. 15.* quia tunc ſinguli de univerſitate etiam cenſerentur teſtificari in cauſa propria, quia in effectu ageretur de proprio eorundem commodo. Hinc limitatur quartò, ut Canonicus non poſſit eſſe idoneus teſtis in cauſa ſuæ præbendæ, quia tunc etiam agitur de proprio, & ſingulari eius commodo, ut notat Farinac. *loc. cit. n. 462.*

Rurſus limitatur, ut membrum communitatis non poſſit eſſe teſtis idoneus in cauſa 85 criminali in favorem ejuſdem communitatis *c. 1. cauſ. 14. q. 2.* ubi teſtes domeſtici arcentur à teſtimonio ferendo in cauſa criminali, & ratio ex eo deſumitur: quia cauſæ criminales ſunt valdè arduæ, magnique præjudicij, in quibus propterea requiruntur probationes exactiſſimæ, & luce meridianâ clariores, quo fit, ut in cauſis criminalibus à teſtimonio ferendo excludantur, quotquot ſunt ſuſpecti, & tantùm admittantur teſtes, quibus nihil poſſit opponi, ut notat Maſcard. *de prob. concluſ. 1414. n. 9.* Imò id etiam procedit in cauſa civili, ſi hæc valdè ardua ſit, quia ob arduitatem æquiparatur cauſæ criminali, ut notat Farinacius *tract. de teſtib. q. 60. n. 521.* Verùm id procedit, ſi teſtes ex communitate producantur in favorem ejuſdem, quia ſi capitulum ageret contra ſuum Prælatum, vel unus canonicus contra concanonicum ejuſdem eccleſiæ, poſſet alius canonicus ex eodem capitulo eſſe teſtis idoneus in utraque cauſa criminali, & civili ardua, quia cùm affectio præſumatur æqualis, excludit ſuſpicionem ut

ut notat Abbas in *d. c. Inſuper. 6. n. 4. in fin. h. t.* & Felinus ibid. *n.* 4. Id tamen limitatur in axiguo Collegio; ubi pauci ſunt collegiales, quia tunc, qui teſtimonium ferret, cenſeretur domeſticus, ac familiaris, proinde eſſet arcandus à teſtimonio ferendo in tali cauſa *l. teſtes 24. ff. h. t.* & Maſcardus *dict. concluſ. 1414. numero 12.*

86 Cæterom juvat obſervare, teſtes ax corpore Univerſitatis in cauſa aiusdem productos non aſſe omni exceptione majores, proinde unum ſolum non facera ſemiplenam probationem, nac duos ſufficere ad planam probationem, quia tunc præſumitur ſemper aliqua affectio ineſſe illi, qui teſtificatur pro jure collegii, cujus ipſe eſt pars: unde ſi ex adverſa parte producti taſtas, deponant de contrario contra univarſitatem, iſtia major fides habenda eſt, eò quia careant ſuſpicione affectionis, ut notat Menochius *loc. cit. n. 10.* Verùm id non procedit, niſi agatur de geſtie per ipſam univerſitatem, aut collegium, quia hæc axactiùs cognoſcuntur ab ijs, qui ſunt de collegio, qui propteraa habentur teſtee magia idonei, quàm alijs neque in hoc caſu domaſtici axcluduntur à teſtimonio ferendo, ut notat Felin. *in d. c. Inſuper 6. n. 3. h. t.*

87 Quæritur vigaſimo nonò, quomodo delicta occulta probari poſſint per teſtes? Reſpondatur, delicta occulta, inter quæ recenſentur fornicatio, adulterium, & alia id genus flagitia probari poſſe per teſtes juratos deponentes de viſu, vel auditu, dummodo taſtimonium hoc da auditu corroboratur per publicam famam viciniæ, & alia legitima adminicula, ut daſumitur ex *c. Præterea 27. h. t.* ubi Cœleſtinus III. reſcribit, quòd ad probandum, aliquem carnaliter cognoviſſe mulierem, ſufficiat, ſi tradat teſtimonium de viſu convenians, val etiam da auditu, dummodo fama conſentiens faciat violentam præſumptionem, & concurrant alia legitima adminicula: & vult Pontifex tunc ſtandum eſſe taſtimonio juratorum. Ratio aſt, quia illæ probationae validiùs ſtringunt, quæ ſunt aptiores, & variſimiliores negotio, de quo agitur *l. 3. ff. de teſtib.* atqui actus carnales non poſſunt a teſtibus magis ſtrictà, nec clatiùs percipi, quàm per viſum, ut notat Gloſſa in *c. dixit 32. q. 1.* Hinc quando datur teſtimonium de viſu, non raquiruntur alia adminicula, ut probatur actus carnalis, ut dicitur in textu *c. Præterea 27. h. t.* unda per viſum inducitur violenta præſumptio de tali facto *c. litteris de præſumpt.* Secus ſi teſtimonium ſit da ſolo auditu, debet corroborari per publicam famam viciniæ, vel alia legitima adminicula, vel aliaa conjecturas. Ratio eſt, quia quando diverſæ ſpecies probationum non proſuna per ſe ſeorſim; ſi ſimul jungantur, ac tendant ad unum, & eundem finem, faciunt probationem perfectam *c. cùm cauſam de probat.* Et quia teſtis de auditu, & fama ſeparatim non probant ſufficienter carnalem copulam *c. tam litteris 33. h. t.* ideo ſi ſimul conjunganiur cum aliis adminiculis, poſſunt in tali actu facere plenam probationem, ut habetur in textu *c. præterea 27. h. t.* & *l. capite ff. de adulter.*

Cum igitur delicta carnalia ſint occulta, eò quia ſolaant ſacretò committi, teſtes atiam de viſu, & auditu proprio interdum non canſentur eſſa teſtes da ſcientia, cùm tantùm deprehenderint indicia, proinde depoſitiones teſtium de viſu etiam juratæ actuum, qui ſolent præcedere conſummationem criminis, ut ſunt oſcula, tactus, tametſi non probent evidenter ipſam conſummationem delicti, quia tamen ſunt actue aidem propinqui, ideo per ipſos ſufficienter probatur fornicatio, vel adulterium, cùm maior probatio haberi non poteſt. Cætarum ad probandum crimen occultum fornicationis adulterij, vel inceſtûs requiritur major, vel minor probatio pro diverſitata cauſæ, quia ſi agatur per denuntiationem evangelicam, vel charitativam tantùm ad tollendum peccatum, vel imponendam pœnitentiam ſalutarem: vel per denuntiationem canonicam ad impediendam electionem, ſeu promotionem alicuius ad prælaturam, vel beneficium, qui nullum adhuc jue acquiſitum in eum habet, vel etiam impedimentum, ne matrimonium contrahatur ſacrilegè; in hia, & ſimilibus caſibus ſufficiunt teſtes deponentes de auditu proprio corroborato per publicam famam viciniæ, & alia adminicula, ut notat Farinacius *tract. de teſtib. q. 69. numero 179.* 88

89 Sin verò agatur ad divortium inſtituendum qooad thorum, vel privationem dotie, tunc major, & plena per duos teſtes integræ fidei, omnique exceptiona majores requiritur probatio, adeò ut non ſufficiat præſumptiva: ut etiam ſi agatur contra beneficiarium, cui jue acquiſitum eſt per alectionem ad impediendam ejus confirmationem, vel ad beneficij jam obtenti privationem. Sin verò agatur per viam accuſationis ad diſſolvendum matrimonium contractum ob impedimentum dirimene, vel ſi agatur criminaliter ad pænam legalem contra adulteram, vel adulterum, tunc requiruntur probationes certiſſimæ, & luce meridiana clariores *l. ult. C. de probat.* Quando verò teſtimonium da auditu unitum cum aliis adminiculis faciat planam probationem; id relinquitur arbitrio Iudicie determinandum, cùm non detur certa regula, ut tradit Gloſſa in *c. Præterea 27. v. de auditu. h. t.*

90 Quæritur trigeſimò, an infames excludantur à teſtificando tam in criminalibus, quàm in civilibus? Reſpondetur, infames infamia facti repalli à teſtimonio ferendo in criminalibus, ut docet Gloſſa in *l. Caſſius in v. turpitudinem ff. de Senat.* Baldus *in c. teſtimonium n. 8.* Abbas *n. 6. de teſt.* Imò etiam repelli infames infamiâ facti à teſtimonio in civilibus arduis docent Doctores in *c. licèt de teſtib.* & in *c. 1. de reſtit. ſpoliat.* eò quia civilia ardua æquiparentur criminalibus, unde cùm in cauſa criminali infames infamiâ facti repallantur à teſtimonio, atiam in cauſa ardua civili axcluduntur, ut docat Baldus in *c. Ad noſtram de probat.* ratio itidem eſt, qui infames infamiâ facti non ſunt teſtes integri omni exceptione majores: hæc enim

eſt

eſt ratio, cur excludantur in omnibus quibuſcunque caſibus à teſtificando, in quibus de jure, vel de conſuetudine non admittantur niſi teſtes fidei integræ, ac omni exceptione majores, ſeu quibus nihil omnino poſſit objici, ut docet Maſcardus *de Probat. conclus. 1356. num. 60.* ſed infamibus infamia facti poteſt objici hæc macula, ſi admittantur in cauſis requirentibus teſtes integræ fidei: proinde non debent admitti ex defectu totalis fidei, niſi deponant veriſimilia, vel eorum teſtimonia aliquibus conjecturis, ſeu præſumptionibus adjuventur, ut notat Baldus in *l. cunctos populos num. 5. ante fin.* & Caſtro *num. 17. C. de ſum. Trinit. & fide cathol.* & alii aſſerentes, poſſe infamibus infamiâ facti credi in civilibus ex auditis, & veriſimilibus, & cenſeri omni exceptione majores, ſi concurrant alia indicia, & adminicula coadjuvantia eorum teſtimonia. Imò infames infamiâ facti probant plenè in civilibus, ſi habeant conteſtem magnâ authoritate præditum, qui ſuppleat defectum infamium, ut docent Baldus in *l. ſi quis ex argentariis §. cogentur ff. de eden.* & Tiraquel. *de pœn. temper. cauſ. 51. num. 121.* Infames verò infamiâ juris tam in criminalibus, quàm in civilibus excluduntur à teſtimonio ferendo, eò quia careant fide, ſintque maculati ex diſpoſitione juris *c. qui crimen 6. q. 1. c. teſtimonium*, & ibi Abbas *num. 6. de teſtib.* ratio eſt, quia actus legitimi ſunt interdicti infamibus *c. licèt ex quadam de teſtib.* actus autem teſtificandi eſt legitimus, proinde ab hoc actu excluduntur. Tum quia infames infamiâ juris repelluntur ab accuſando *l. Qui accuſare ff. de accuſat. c. 1.* proinde à fortiori etiam excluduntur à teſtificando, ut notat Crotius *de teſt. p. 3. n. 36. v. iſta concluſio.* Imò id procedit quamvis infames infamiâ juris ſint jam emendati, quia ipſos comitatur infamia *c. teſtimonium de teſtib.* & ibi Felin. *num. 8. v. ſecunda concluſio.*

91 Quæritur trigeſimo primò, quinam dicantur infames infamiâ juris quoad hunc effectum? Reſpondetur de jure canonico ex *c. Infames 6. q. 1.* eos dici infames infamiâ juris, qui pro aliqua culpa notantur infamiâ, cujuſmodi ſunt fures, ſacrilegi, ſepulchrorum violatores, inceſtuoſi, homicidæ, adulteri, perjuri, raptores, venefici, malefici, ut etiam fratrum calumniatores, & accuſatores, quando non probant: ut etiam provocantes animum Principis ad iracundiam contra innocuos, & reliquos omnes, quos Eccleſia vel anathematizat, vel pro ſuis criminibus à ſe repellit, hi neque ad accuſandum, neque ad teſtificandum poſſunt juſte recipi. De jure civili ſunt infames infamiâ juris ad teſtificandum meretrices *l. 3. §. lege Julia* & ibi Gloſſa *in v. palam ff. de teſtib.* Similiter proditores, & proditorum filii repelluntur à teſtificando, ut etiam damnati de capitali crimine Baldus in *c. licet univerſis de teſtib.* & in *l. ſi quiquis §. fin. C. ad leg. Jul. Majeſt. num 36.* Ruſus dicuntur etiam infames infamiâ juris civilis, qui de publico aliquo crimine ſunt damnati, ut docet Alexander *conſ. 25. num. 10. col. 4.* Concubinarii etiam ut infames infamiâ juris excluduntur à teſtimonio ferendo *c. infames 6. q. 1.* ut etiam qui quæſtûs causâ publicè prodeunt in ſcenam *l. 4. in fin.* & ibi Gloſſa *ff. de his qui not. infam.* & docet Baldus *in tract. de teſtib. num. 38.* Demum de jure civili dicuntur infames infamiâ juris omnes relati à Juriſconſulto Juliano in *l. 1. ff. de his qui not. infam.* inter quos numerantur Joculatores, omneſque leves perſonæ, ac viles Hiſtriones, mimi, & ſcænici, adeò ut infames contra infames admitti non poſſint, niſi diſpenſentur à ſuperiore, in quo caſu macula infamiæ extinguitur, ut docet Menochius *de arbitrar. q. 27. num. 7.*

92 Quæritur trigeſimo ſecundò, an teſtes varii, & vacillantes probent in judicio. Obſervandum eſt, quòd licèt teſtis varius, & vacillans interdum ſumantur pro eodem, propriè tamen differunt, quia varius dicitur, qui de ſe ipſo ad ſe ipſum varia teſtimonia profert, ut ſi Titius dicat, ſe vidiſſe Cajum in venatione, & poſtea dicat ſe vidiſſe Sempronium à Cajo occiſum fuiſſe, dicitur tunc Titius teſtis varius, quia nullâ causâ, aut ratione conſtitutâ reſpondendo poſteriora contraria prioribus, ut notat Joannes Andreas in *c. Prætereà num. 11. de teſtib.* Secus teſtis vacillans propriè dicitur, qui ex timore titubando, & dubitando varia loquitur, ut docet Innocentius in *d. c. Præterea num. 4. ad fin. de teſtib.* Imò interdum dicitur teſtis vacillare, quamvis varia non loquatur; dummodo dubitando, timendo, ac titubando teſtificetur. Reſpondetur ad quæſitum teſtem vacillantem, qui timendo, titubando, & dubitando varia deponit, nil probare, & ejus fidem in totum auferri, ſecus ſi deponendo tantùm titubat, & timet, aut dubitat, non tamen varia, aut diverſa profert, tunc de ejus fide aliquid quidem tollitur; non tamen in totum ejus probatio corruit. Verùm id procedit quoad circumſtantias, quia teſtis vacillans circa ſubſtantiam rei tunc nihil probat, ſecus ſi circa circumſtantias, & accidentia, tunc enim probat, dummodo in facto, & negotio principali non diſcordet, ut notat Bartolus in *l. eos num. 5. v. & intellige.* Imò id etiam intelligitur, dummodo circumſtantiæ & qualitates, ſuper quibus diſcordat, non ſint maximè ſubſtantiales, nec attingant ſubſtantiam negotii: alioquin perinde ſe haberet, ac ſi in negotio principali diſcordaret, ut notat Farinacius *de oppoſ. q. 65. num. 21.*

93 Cæterum teſtes vacillantes, ſi varia teſtificentur, ſintque ſibi contrarii, nil omnino probant *c. licet cauſam de probat.* & docet Menochius *de arbit. lib. 2. c. 108. num. 2.* id tamen intelligitur, dummodo in eodem judicio contraria deponant, vel varia incontinenti abſque juſta cauſa correctionis. In hoc enim caſu teſtimonium teſtis vacillantis caret omni fide, ut docent Julius Clarus *§. fin. in prax. q. 53. v. quartus eſt caſus*, Covarruvias *lib. 2 variar. c. 13. num 8. v. cæterum.* Dicitur autem teſtis vacillans varia loqui, quando variat in ſubſtantia negotii, ut notat Bartolus in *l. eos num. 1. ff. de falſ.* Sin verò in eodem judicio ſtatim contraria deponit animo corrigendi ſuum dictum, fides tunc habetur ſecundæ depoſitioni *c. Præterea de teſtib. cogen.* dicitur autem incontinenti corrigere ſuum

dictum, ſi nondum teſtis ſubſcripſit, ut notat Gloſſa in *c. Apud miſericordem 3t. q. 1.* Quoad teſtes varios, & contraria proferentes communis ſententia eſt, eos nihil omnino probare, ſive in totum, ſive in parte ſint contrarii, quia contradictio, & varietas in eodem teſtimonio arguit calumniam, & falſitatem in deponente, & id fortiùs urget, quando teſtes ſunt ſibi contrarii in loco, & tempore actûs, de cujus probatione agitur: ratio eſt, quia tunc tempus eſt de ſubſtantia actûs, proinde debent teſtes in eo concordare, ut notat Maſcardus de *probat. vol. 3 concluſ. 1362. num. 7.*

94 Non tamen teſtis varius, & contrarius per errorem, & ignorantiam perdit fidem, nec punitur de falſo, ut docet Baldus in *l. ſi ex falſis circa fin. C. de tranſact.* Hinc qui falſum deponit per errorem, & ignorantiam, & abſque ullo dolo, non punitur de falſo, ut probat textus, argumento ſumpto à contrario ſenſu in *l. 1. §. præterea ff. de ſicar.* imò teſtis varius etiam in ſubſtantialibus circa modica tantùm, & levia non amittit fidem, quia quando quis ſibi contradicit in modico, non dicitur ſimpliciter teſtis varius, ut notat Ruin. *conſ. 14. num. 20. vol. 5.* ſiquidem falſus in modico non deputatur falſus in totum, proinde probat in aliis. Verùm id procedit, quando falſitas non conſiſtit in ſubſtantialibus, ſed tantùm in extrinſecis impertinentibus: alioquin ſi attingat ſubſtantialia ſpectantia ad cauſam, tunc falſitas in modico reprobat ejus fidem in omnibus, ut notat Maſcardus *de probat. lib. 2. concluſ. 743. n. 6.*

95 Quæritur trigeſimo tertiò, an & quomodo teſtes contrarii ſint reconciliandi, & reconciliati aliquid probent? Reſpondetur, quòd ſi teſtes ex utraque parte actoris, & Rei producti inter ſe diſſideant, ad Judicem tunc pertinere, eos, ſi poſſibile ſit, conciliare, & ita interpretari eorum depoſitiones, ut non contradicant, ſed de diverſis actibus teſtentur; & deſumitur ex *c. cùm tu. 16. h. t.* ubi Pontifex reſcribit, quòd ſi quis probet, ſententiam excommunicationis fuiſſe latam poſt appellationem; & alius teſtis contrarius probet, fuiſſe latam ante appellationem, fides ſit adhibenda aſſerenti, fuiſſe latam poſt appellationem, quo pacto excommunicatio judicatur nulla, quia nemo præſumitur perjurus. Hinc teſtes contrarii, ſi fieri poteſt, ſunt ad concordiam reducendi, ne perjurio notentur, quòd ſi ad litteram non poſſint concordari, ſaltem quoad ſpiritualem intellectum debet id fieri *c. in ſcripturis 8. q. 1.* & *l. ſtipulatio iſta §. hæc ff. de verb. oblig.* & quia potuit contigiſſe, ut dicitur in *d. c. cùm tu 16. h. t.* ut pluries fuerit appellatum, ideo facienda eſt benigna interpretatio, ut teſtes per geminationem actûs concordent, adeò ut dicentes, eſſe appellatum ante ſententiam, intelligantur de appellatione primò interpoſita, & dicentes, eſſe appellatum poſt ſententiam, intelligantur de appellatione ſecundò interpoſita; quia cùm utrumque poſſit verum eſſe, reducuntur ad concordiam teſtes diſcordantes.

96 Obſervandum eſt, hanc concordiam in jure civili fieri ad evitandam falſitatem, non verò ad effectum, ut teſtes probent, ut notat Antonius de Butrio *num. 4. col. 2. v. oppono de teſtib.* ſecus in jure canonico concordia facta inter teſtes ſibi contradicentes non ſolùm juvat ad falſitatem evitandam, ſed etiam ad effectum, ut teſtes probent, quod in ſpecie docuerunt, ut notat Petrus de Petra in *tract. de fideicommiſſ. q. 22. n. 938. & ſequent.* ubi vocat hanc ſententiam veriorem, & addit, teſtes ſibi contrarios eſſe revocandos ad concordiam ad effectum, ut probent ſcilicet de jure canonico, niſi contrarietas ſit valdè manifeſta, & clara inter teſtes, quia tunc etiam de jure canonico nullo modo debent teſtes fieri concordes ad effectum, ut probent: ſecus tamen ſi contrarietas ſit ita ambigua, vel non ita manifeſta, ut poſſit admittere varios ſenſus, quia in tali caſu poſſunt teſtes contrarii reduci ad concordiam, & ad effectum, ut probent. Quanta verò ſit habenda fides teſtibus concordatis relinquitur Judicis arbitrio.

Cæterum teſtes contrarii in criminalibus 97
non reducuntur ad concordiam, ad effectum, ut probent contra Reum, ſed tantùm ad effectum evitandi perjurium, ut docet Farinacius *q. 66. de teſtib. n. 327.* ubi loquitur de teſte unico ſibi contrario, & concordato, & addit, in criminalibus nihil probare contra Reum, bene tamen in civilibus, ſi concordia fiat per intellectam repetitionem ſermonis, quia tunc teſtis unicus ſibi contrarius, & concordatus probat; non ita tamen ſi concordia fiat per actuum multiplicationem, vel per verborum impropriationem; quia tunc concordia non operatur effectum probationis. Quòd ſi unus teſtis ſolus ſit contrarius alteri teſti ſoli, non poteſt tunc fieri concordia, ut probent, quia quiſque in ſua atteſtatione eſt ſingularis; ſed tantùm ſit concordia, ut falſum evitetur, ut notat Crot. *de teſtib. p. 7. num. 331.* verùm id procedit, dummodo teſtes concordati maneant ſingulares.

Cæterum regula hæc generalis conciliandi 98
teſtes diſcordes, ſi fieri poſſit, procedit, quamvis teſtes alterius partis ſint plures, & digniores, qui contradicunt paucioribus, & minus dignis; ſiquidem ratio expreſſa in textu, ne teſtes notentur reatu perjurii, militat etiam ſi ex alterà parte teſtes ſint plures, & digniores, ut notat Abbas in *d. c. cum tu 16. num. 3. h. t.* verùm id limitatur, ut procedat ad evitandam falſitatem, & ne teſtes perjurii reatu notentur, non verò ad effectum, ut probent; quia in ordine ad probandum præferuntur teſtes plures, & digniores. Præterea regula extenditur, ut ad reconciliandos teſtes contrarios debeat interdum dictum alterius teſtis ſumi in ſignificatione impropria, vel lata, adeò ut ſi unus teſtis deponat de poſſeſſione, & alter de detentione; dictum primi teſtis intelligendum ſit impropriè de detentione.

Quæritur trigeſimo quartò, quomodo 99
teſtes falſi puniendi ſint? Reſpondetur de jure civili olim pœnam teſtis falſi fuiſſe deportationem cum publicatione bonorum; hodie tamen pœna falſi imponitur ſecundum leges municipales, ſeu ſtatuta in ipſis expreſſa, & ubi ab iiſdem non fuerit impoſita, puniendi ſunt arbitrio

Judi-

Judicis, ut notat Julius Clarus *lib. 5. §. falſa num. 40. v. ſed quær.* De jure tamen canonico pœna teſtis deponentis falſum; ſi teſtis falſus ſit clericus, eſt depoſitio & detruſio in Monaſterium *c. ſi Epiſcopus 50. diſt.* Sæcularis tamen Judex neque ex officio, nec ad inſtantiam partis, neque in bonis, neque in corpore, nec directè, nec indirectè poteſt punire Clericum falſum deponentem, tametſi id contingat coram Judice laico, ut notat Covarruvias *pract. c. 18. num. 8.* Ratio eſt, quia Judex ſæcularis nullam habet juriſdictionem directam, vel indirectam in clericos, proinde non poteſt directè, vel indirectè eos punire, quia punitio eſt actus juriſdictionis, & non poteſt procedere niſi ab habente juriſdictionem, unde Covarruvias *q. 18. in fin.* ait, poſſe Judicem ſæcularem in cauſa civili cognoſcere quidem de perjurio Clerici, non tamen ut ipſum puniat, ſed ut expediat cauſam coram eo agitatam.

100 Quæritur trigeſimo quintò, qualem obligationem contrahat teſtis, qui falſum depoſuit in judicio? Reſpondetur, in foro conſcientiæ teſtem ſcientem, vel ex ignorantia craſſa deponentem falſum, ratione cujus Reo, vel actori damnum injuſtè inferatur, teneri ad reſtitutionem damni illati in ſolidum: ratio eſt, quia per injuriam fuit cauſa efficax totius damni. Verùm id limitatur niſi tempore, quo protulit falſum teſtimonium, Reus jam fuerit convictus per alios teſtes, & teſtimonium ſubſequens nihil fuerit operatum, nec Judex propter illud majorem pœnam injunxerit Reo; tunc enim teſtis falſum deponens excuſatur à damno illato, & à reſtitutione illius, eò quia jam tale damnum fuit irrogatum à prioribus teſtibus, quibus fuit Reus convictus de tali delicto. Quamobrem tunc teſtis deponens falſum tenetur in conſcientia reſarcire damnum illatum, quando per ſuum falſum teſtimonium eſt cauſa efficax illius damni. Quòd ſi teſtis depoſuit falſum ex ignorantia, vel oblivione non mortali, ob quam tamen Reus damnatur, docent plures cum Cajetano *2. 2. q. 70. art. 4.* non teneri reſarcire damnum datum, & nituntur eo fundamento, quia nec ratione rei acceptæ, nec ratione injuſtæ damnificationis tenetur tale damnum reſarcire, eò quia non peccaverit mortaliter; unde dicunt, damnum illud eſſe cenſendum, quaſi fortuitò illatum. Hæc ſententia videtur probabilis ex eo, quia culpa venialis non eſt actus perfectus in ratione injuriæ, ſeu damni, ſed eſt actus imperfectus, proinde non videtur inde oriri obligatio ſaltem perfecta reſtituendi, quia non poteſt eſſe majus onus reſtituendi, quàm fuerit injuria, ex qua oritur, & ita docent Leſſius *lib. 2. c. 7. num. 27. de juſtit.* ubi *num. 28.* addit, verius eſſe, non dari reſtitutionem, quando culpa eſt venialis, quia obligatio reſtituendi dependet ab injuria illata, quæ ſi ſit levis, & imperfecta, obligatio eſt itidem levis, & imperfecta. Verùm putârim, id non procedere, ſi contractus præceſſerat, qui per depoſitionem falſi violetur. Quòd ſi teſtis juſſus teſtificari veritatem reticeat, etiam incurrit crimen [illegible] an verò etiam tunc teneatur reſarcire damnum illatum ei, quem non adjuvit, negant Molina *de juſtit. tract. 2. diſp. 700. num. 4.* Leſſius *lib. 2. c. 30. dub. 8. num. 60.* ubi cenſet, eſſe probabile, eò quia non teneatur ex juſtitia, ſed tantùm ex obedientia, & virtute Religionis, ſi emiſerit juramentum.

Putârim tamen verius, teſtem vocatum, & 101 juridicè interrogatum, ac veritatem negantem, vel occultantem, quam in re gravi tenetur confiteri, peccare mortaliter contra charitatem debitam proximo, & etiam contra juſtitiam, conſequenter teneri reſarcire omnia damna parti læſæ irrogata, niſi ex aliqua legitima cauſa excuſetur: quia teſtis vocatus, & juridicè interrogatus ſive in particulari, ſive in generali, tenetur veritatem fateri circa ea, de quibus juridicè interrogatur, ſiquidem juridicè interrogatus à Judice competente tenetur ex juſtitia veritatem dicere, adeò ut qui eam occultat, peccet contra charitatem proximi, contra obedientiam debitam Judici, & contra juſtitiam, eò quia inducat Judicem ad ferendam ſententiam in damnum partis læſæ, quod perinde eſt, ac cauſativè mediatè inferre damnum, hoc eſt mediante ſententia injuſta prolata à Judice, conſequenter tenetur reſtituere damnum ſubſecutum parti læſæ, ut notat Sotus *lib. 5. de juſtit. q. 7. art. 1.* & Navarrus *in Manual. c. 25. num. 41.* & *in c. inter verba 11. q. 10. conclus. 6. corol. 64 num. 71.* Id etiam procedit, ſi dolo abivit, ne interrogaretur à Judice; quia eſt contra charitatem per fraudem ſe occultare, ſeque abducere ab obedientia Judicis, & nolle ſubvenire proximo, cui commodè poterat, per ſuum teſtimonium conſulere: quòd ſi damnum ex tali doloſa abſentia ſubſequatur alteri, probabile eſt, etiam peccare contra juſtitiam, ſi tamen tenebatur ſe ſiſtere Judici, & veritatem dicere, vel à Judice fuerit juridicè requiſitus, quia eo ipſo, quòd teſtis tenetur veritatem dicere, vel citatus eſt, vel juſſus eſt citari per publicum Nuntium, ex juſtitia debet teſtificari, proinde tenetur ad damnum compenſandum, ſi non teſtificetur.

Contraria tamen ſententia videtur etiam 102 probabilis, eò quia præceptum Judicis, & citatio juridicè facta non inducunt obligationem juſtitiæ ad comparendum, & teſtificandum, ſed tantùm habetur præceptum obedientiæ, proinde ſi quis non compareat, dicitur tantùm inobediens, vel contumax, non verò injuſtus: idque verum eſt, ſi citatus juridicè non teneatur impedire damnum, quod ſequitur parti læſæ, quia aliter eſſet cauſa illius damni, quod commodè poſſet præcavere.

Quæritur trigeſimo ſextò, an qui corrumpit teſtes, ne verum fateantur, ſit etiam puniendus de falſo? Reſpondetur, non ſolùm teſtem 103 corruptum, ſed etiam corrumpentem teneri pœna falſi, ut docet Symanch. *de cathol. inſtit. tit. 64. num. 96.* ubi addit, plus delinquere, qui teſti perſuadet, ut falſum deponat, quàm delinquat teſtis ipſe falſus, quamobrem eadem pœna plectendus eſt corrumpens, ac corruptus, eò quia corrumpens pretio, vel precibus, ut falſum teſtimonium dicatur, non ſolùm peccat ipſe, ſed etiam alium ad peccandum inducit, & ita docet Salicetus in *l. ſi falſus*, & ibi Gloſſa *q. 1. n. 3.*

C. ad

C. ad leg. cornel. de falſ. Cardinalis *in clement. de teſtib. in princ. in 3. notat.* An verò ſit etiam puniendus de falso is, cujus teſtimonium nullum habuit effectum, & nemini nocuit. Reſpondet Baldus *l. 1. C de ſepult. viol.* eum diſtinctione; vel enim teſtimonium fuit nullum ex defectu teſtis, quia fuit excommunicatus, vel infamis, aut impubes, & tunc licèt falſum depoſuerit, cenſet non eſſe puniendum de falso, eò quia teſtimonium fuerit nullum ratione perſonæ, ac ratione formæ, quia pro forma requiritur habilitas perſonæ ad deponendum *l. 3 in princ. ff. de teſtib.* Vel teſtimonium falſum non habuit effectum ex aliqua alia cauſa, ut quia pars contraria meliùs probavit, ac proinde Judex non pronuntiavit ex dicto hujus teſtis falſi; & tunc cenſet, incurrare pœnam falſi. Verùm id procedit, quando teſtis depoſuit de mandato Judicis in forma teſtimonii, ut notat Abbas *in c. 1. num. 7. de crimin. falſ.* Alioquin ſi depoſuit falſum non præcedente mandato Judicis coram tabellione, tunc non incurrit pœnam falſi, ut etiam docet Joannes de Anania *in l. ſi quis legatum ff. de falſ. colum. 4. v. in ea.*

104. Quæritur trigeſimo ſeptimò, an qui audierunt teſtatorem injungentem verbaliter hæredi, ut ſolvat certum legatum pium, poſſint eſſe teſtes in judicio, ad ipſum vindicandum? Reſpondetur affirmative: ratio eſt, quia in cauſa pia non eſt neceſſe, ut teſtes ſint rogati; proinde quando duo, vel tres concurrunt ad deponendum de onere injuncto hæredi à teſtatore de ſolvendo legato pio, ſunt teſtes idonei, & judicandum eſt in favorem cauſæ piæ, ut docent Covarruvias in *c. relatum 1. num. 4. de teſtam.* Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ privileg. 3.* Harbrech. *§. ſed paulatim. num. 43. inſtit. de teſtam. ord. tom. 2.* & deſumitur ex Gloſſa in *l. fin. §. in omni v. excepto. C. de codicil.* ubi docet, teſtamentum inter liberos valere, quamvis teſtes non ſint rogati: & eadem eſt ratio de diſpoſitione ultimæ voluntatis, ac de diſpoſitione ad cauſas pias. Ratio etiam eſt, quia quod teſtes ſint rogati pertinet ad ſolemnitatem, quæ non eſt neceſſaria, niſi quando à jure requiritur: atqui in diſpoſitione ad pias cauſas hæc ſolemnitas non requiritur, ut conſtat ex *c. relatum 1. de teſtam.* ubi tantùm requiritur, quod comprobetur per duos, vel tres teſtes voluntas ultima teſtatoris, & non requiritur, quòd hi teſtes ſint rogati, ſed ſufficit, ſi poſſint deponere eo modo, quo deponunt in cæteris cauſis: verum tamen eſt, quòd debeant eſſe teſtes legitimi, ſeu habere omnia requiſita à jure.

TITULUS XXI.

De Teſtibus cogendis, vel non.

Congruè hic titulus adnectitur præcedenti, qui fuit de teſtibus, qui cum interdum etiam inviti ferant teſtimonium, quæritur nunc, an compellendi ſint etiam inviti ad teſtificandum. Cum teſtes adhibeantur, *ne quid lateat eorum, quæ acta ſunt*, ut loquitur Imperator Juſtinianus; conſequens eſt, ut debeat unusquisque cogi ad fidem rei faciendam, cuius habet ſcientiam: neque cenſetur minus reus, qui veritatem occulit, quàm qui mendacii fraude aliquem circumvenit *c. 1. infin. de fraud.* Hinc ſi moniti, & legitimè citati nolint comparere, ac ſe ſe ſubtrahant odio, vel timore, vel alia ſimili cauſa, vel licèt comparent, adhuc refugiant teſtificari, tunc cogendi ſunt per Judicem, ut habetur in toto hoc titulo *l. ſi quando cum authent. C. de teſtib.* idque ob publicam utilitatem, ne veritas occultetur in alterius præjudicium.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. CAUSAM 1. h. t. Alexander III. ſtatuit, ut in cauſa matrimoniali, vel alia civili teſtes ab alterutra parte inducti, debeant diligenter moneri, ne veritatem occultent. Quòd ſi odio, gratia, vel amore ſe ſubtrahant, debeant compelli diſtrictione Eccleſiaſtica ad teſtificandum coram Judice, vel ejus nuncio ad id miſſo. *Ex quo textu liquet, ex duplici capite poſſe teſtes etiam invitos compelli ad teſtificandum. Primò ob bonum publicum, ne veritas occultetur, & malus æſtimetur ut bonus c. ut famæ* de ſent. excom. *Secundò quia tacere veritatem eſt peccatum lethale c. quisquis 11. q. 3.*

C. CUM SUPER 2. h. t. reſcribit idem Pont. quòd

quòd ſi teſtimonium alicujus ſit neceſſarium, debeat vocari cum mandato, & ſi non veneris, etiam ſuſpendi ab officio eccleſiaſtico, immo etiam excommunicari, & deponi. Ubi notat Gloſſa, teneri venire in termino conſtituto, & in hora, qua ſuum poſſit officium expedire c. conſuluit de offic. deleg. *Quòd ſi culpa incipiat à contumacia, debet etiam excommunicari, & ſi incipiat à crimine, debet deponi, & creſcente contumacia. debet etiam pœna creſcere.*

C. *SUPER EO 3. h. t. reſcribit idem Pont. Archiepiſcopo Genuenſi, quòd ſi qui conventus coram Judice de aliquo facto illud neget, & factum ſit notorium, non ſit opus teſtibus: ſin verò non ſit notorium; tunc ſi qui interfuerunt, quamvis de rigore juris humani compelli poſſint ad teſtificandum; nihilominus ſtatuit Pontifex, ut moneantur, & non cogantur, niſi conſtiterit Judici, eos à ferendo teſtimonio revocari timore partis adverſæ. Ubi notat Gloſſa, factum notorium teſtibus non indigere, nec probatione; ſicut nec in confitente ſunt neceſſaria partes Judicis. Cæterum quamvis teſtes ab initio non ſint cogendi, ſed tantùm monendi, ſi tamen nolint teſtificari, poſtea ſunt cogendi.*

C. *PERVENIT 4. h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi injuria clericis illata, vel rebus eccleſiaſticis non poteſt aliter probari; laici, qui interfuerunt, debeant cogi etiam per cenſuras eccleſiaſticas ad teſtificandum, tametſi ſe juramento obſtrinxerint ad non deponendum teſtimonium. Ex quo textu liquet, non poſſe etiam in criminalibus teſtes conſtringi juramento, ut non deponant, quia eſt contra bonos mores inducere aliquos ad tacendam veritatem, cùm expediat reipublicæ, ut peccata nocentium innoteſcant* l. eum qui nocentem ff. de injur.

C. *PERVENIT AD NOS 5. h. t. Clemens III. declarat, in cauſa eccleſiaſtica teſtes eſſe cogendos cenſuris, ſi aliter probari non poſſit. Quem textum explicat Panormitanus hic* num. 7. *procedere, quando agitur criminaliter, & aliæ probationes deſunt; tunc ne crimina maneant impunita, debent teſtes compelli.*

C. *CÆTERUM 6. h. t. Idem Pont. reſcribit in cauſa matrimoniali, ut ſuper conſanguinitate, ſi conſtet, aliquem nolle teſtificari odio, gratiâ, vel timore, eſſe cogendum tum de jure* c. 4. q. 2. *tum ex conſuetudine approbata. Ubi notat Panormitanus, hunc textum exprimentem ſolam conſanguinitatem univerſim procedere in omni caſu, quando teſtis ſe ex odio, gratia, vel timore ſubtrahit, tunc enim, ne veritas occultetur debet cogi.*

C. *PRÆTEREA 7. h. t. Cæleſtinus III. declarat, teſtes Synodales, ſeu alicujus civitatis, qui coram Epiſcopo Viſitante, vel Capitulo teſtificati ſunt ſuper cauſa matrimoniali, ſi hæc cauſa deducatur ad aliquem delegatum, præfatos teſtes non eſſe compellendos iterum jurare coram delegato ſuper eadem cauſa: bene tamen, ſi emergat novus articulus novæ quæſtionis; vel ſi aliter non poſſit fieri fides eidem delegato. Rurſus declarat Pontifex, quòd ſi prædicti teſtes poſt latum teſtimonium infamiam contrahant, non debeant ampliùs admitti ad teſtificandum. Quòd ſi in proferendo teſtimonio non ſtudioſè erraverint, ſi ſtatim ſe corrigant, non debent reprobari, ſecus ſi interponant temporis ſpatium. Ex quo textu liquet, teſtes in eadem cauſa ſemel tantùm debere jurare, & teſtem ſine malitia errantem poſſe ſtatim ſuum dictum corrigere, non tamen ex intervallo. Rurſus infamiam ſupervenientem impedire à juramento dando, non verò à jam dato, quia non vitiat, quod legitimè factum eſt.*

C. *SUPER HIS 8. h. t. Innocentius III. reſcribit, quòd ſi contra electum objiciatur crimen, & ſcribatur Papæ, & dubitetur de crimine, vel de litteris, an ſint Capituli, debeant in inquiſitione teſtes cogi. Hinc notat Gloſſa, teſtes in cauſa criminali hic compelli, quia de illa non poterat aliter conſtare.*

C. *CUM CONTRA 9. h. t. Idem Pont. jubet teſtes ſuper falſatione litterarum Apoſtolicarum, ſi ſe gratiâ, odio, vel timore ſubtraxerint, eſſe cogendos per cenſuras eccleſiaſticas ad teſtimonium veritati perhibendum. Ex quo textu iterum liquet, etiam in cauſa criminali poſſe teſtes cogi ad teſtificandum.*

C. *DILECTORUM 10. h. t. Honorius III. declarat, teſtes in civilibus, & non in criminalibus, ſi gratiâ, odio, vel timore ſe ſubtraxerint, eſſe cogendos. Hic textus videtur intricatus, quia opponitur præcedentibus. Placet tamen, quod docet Panormitanus hic ſub fin. nimirum de jure canonico in cauſa civili teſtes eſſe priùs monendos, & poſtea cogendos, ſi renuant; eò quia præſumuntur ex timore, gratia, vel odio ſe ſubtrahere. Rurſus id in defectum aliarum probationum etiam juxta jus canonicum habere locum in cauſa criminali, ſiquidem expedit reipublicæ, crimina manifeſtari, & puniri. Quòd ſi adſint aliæ probationes, tunc in cauſa criminali, ſecundùm canones, teſtes non ſunt cogendi, niſi malitioſè Reus illos ſubtrahat adſtringendo illos juramento, ne contra ipſum deponant. Alij verò aſſerunt, in hac decretali ſermonem eſſe de cauſa criminali mota civiliter.*

C. *VENERABILIS 11. h. t. Idem Pont declarat, ad manifeſtandam conjurationem poſſe teſtes compelli, tametſi juraverint, ſe eam non manifeſtaturos, & eos, qui acceperunt juramentum, eſſe itidem cogendos, ut illos ſolvant à juramento, ad hoc ut poſſint teſtificari. Notandum eſt, ex hoc textu confirmari præcedentem, nimirum ſecundùm canones in cauſa criminali teſtes non ſimpliciter eſſe cogendos, ſed tantùm in defectum aliarum probationum, vel ſi ſe ſubtrahant gratiâ, odio, vel timore. Notat etiam Gloſſa, impedientes juriſdictionem Judicis poſſe compelli, ut non impediant. Rurſus Clericos conjurantes contra Epiſcopum eſſe deponendos, & tradendos curiæ ſæculari.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Teſtes quomodo, & quando cogendi ſunt ad teſtificandum.

1 SI teſtes à partibus rogati, aut producti, ut teſtificentur, in judicio teſtimonium proferre detrectent, poſſunt à ſuperiore cogi; verùm nonnunquam excuſantur, ut cogi non poſſint, quapropter in præſenti titulo breviter agitur de teſtibus cogendis, vel non cogendis. Debet Judex Eccleſiaſticus enixim eos hortari, qui in teſtimonium rogantur, ut veritatem, quam norunt, aperire velint; quòd ſi inobedientes ſe præbeant, & non allegata cauſa juſta renuant teſtificari, debet eos cogere, & comminari cenſuras; quod tamen procedit, ſi agatur civiliter maximè in cauſa matrimoniali. Non tamen in cauſa civili, & matrimoniali ſunt ſtatim teſtes compellendi, ſed priùs monendi, ac inducendi ad ferendum teſtimonium, niſi eorum teſtimonium neceſſarium ſit, eò quia veritas non poſſit aliter, quàm per ipſos probari, tunc enim etiam abſque prævia monitione poſſunt teſtes cogi ſub comminatione eccleſiaſticæ cenſuræ, ſi detrectent parêre, ut notat Farinacius *tract. de teſtib. q. 78. n. 56.* niſi vel amore, aut favore unius partis, vel odio, aut timore alterius, velint teſtes ſe ſubtrahere à teſtimonio dicendo. Quòd ſi teſtis rogatus, aut monitus teſtificari nolit, eò ipſo in cauſis civilibus præſumitur, quòd propter gravem aliquam affectionem velit veritatem ſupprimere, proinde debet ſtatim compelli ad ferendum teſtimonium, niſi juſtam cauſam excuſationis adducat.

2 Cæterum de jure canonico teſtes priùs monendi ſunt, ut ferant teſtimonium, & ſi nolint, non ſunt cogendi, niſi timore partis adverſæ à teſtimonio ferendo revocentur. Secus ſpectato jure civili teſtes laici ordinarie compelluntur ad teſtificandum non ſolùm in cauſis civilibus, ſed etiam in criminalibus, ut notat Gloſſa *in l. ſi quando 19. V. cauſis C. de teſtibus.* Eſt enim diſcrimen inter jus canonicum, & civile, quia hoc reſpicit intereſſe reipublicæ, ut hæc malis hominibus purgetur, proinde compellit teſtes etiam in criminibus ad teſtificandum. Secus canones reſpiciunt periculum animæ, quod per coactionem incurri poteſt. Quæ tamen notoria ſunt, non indigent probatione, nec ordine judiciario *c. tua 8. de cohabitat. clerici c. de manifeſt. 17. cauſ 2. q. 1.* Idque procedit, quamvis pars neget, quia ut notat Abbas hic negatio partis non inficit notorium, nec reddit rem dubiam: hæc tamen procedunt maximè in criminibus; ſiquidem in contractibus eſt alia ratio, quia licèt notorium ſit, contrarium præceſſiſſe: nihilominus de forma, qualitatibus, aliiſque requiſitis ad obligationem inducendam plerumque poteſt aliquid latere, proinde pars negans, ſeu contradicens intentioni actoris, admittitur ad exceptiones, ut docuit Innocentius in *d. c tua num 9*

3 Teſtes igitur, ſi à teſtimonio proferendo, odio, gratiâ, vel timore ſe ſubtrahant, cogendi ſunt ad ferendum teſtimonium, ut probant textus *in c quoniam c. ex parte 7. de teſtibus c. ſtatutum §. proferendo, de reſcript in 6. l. ſi quando 15. l. ſed ſi in notoribus 19. C. de teſtibus l. inviti. 8.* & communiter juris periti hoc idem docent præſertim Cujacius ad hunc titulum, Donellus *in d. l. ſi quando n. 1. C. de teſtibus.* Bonellus *tom. 2. decis. tit. 6. de teſt. conduct.* In jure civili ſolet id probari ex *l. XII. tabul.* ubi habetur, quòd vocatus ut rei agendæ teſtis adeſſet, ſi ejus rei causâ teſtis adhibitus teſtimonium poſtea proferre detrectet inteſtabilis fiat, & *ex l. Athenienſium* ob vagulationem mille drachmis ipſe mulctabatur. Verùm id fortaſſis de his procedebat, qui vocati ab initio teſtimonium in ſe receperunt, adeo ut fuerint teſtes voluntarii, & poſtea teſtimonium deponere detrectaverint: quia olim in aliis teſtibus præterquam in criminalibus cauſis, uſus non obtinuit alicui invito teſtimonium renunciare.

4 In cauſis enim criminalibus, quibus agitur ad pœnam publicam, teſtes etiam laici non coguntur teſtificari, ut deſumitur *ex c. penult. h. t.* juncta Gloſſa *V. ſuper.* & tradit Innocentius *in c.* to *h. t. n. 2.* quia ex tali teſtimonio inimicitia, & odium incurri poteſt, unde non ſunt teſtes ad id adigendi. Præterea quia videtur inhumanitatem ſapere, cooperari ad pœnam hominis præſertim mortis, vel mutilationis membrorum; quapropter ſecundùm canones contrahitur irregularitas ex defectu lenitatis ex hac cauſa; hinc clerici minus, quàm laici cogendi ſunt ad teſtimonium ferendum in cauſa criminali: & inter laicos ſunt etiam minus cogendi, qui ad clericatum aſpirant, ut notat Farinacius *q. 58. n. 202.*

5 Dantur tamen aliquot exceptiones; quarum prima eſt, ſi veritas aliter cognoſci non poteſt, tunc enim teſtes laici coguntur etiam in criminalibus teſtes eſſe, ut deſumitur *ex c. pervenit. 5. h. t.* Secunda ſi teſtis laicus malitiosè ſe ſubtrahat, vel pars contraria malitiosè impediat teſtis productionem. Tertia quia ad teſtificandum de criminibus exceptis, aut in futurum perniciosis indifferenter cogi poſſunt laici, ut notat Innocentius *in c. 10. n. 5. h. t.* Quarta quia ſi agatur de crimine civiliter ad reſtitutionem, ſeu damni compenſationem, vel etiam ſi agatur per modum denunciationis charitativæ, aut canonicæ ad peccatum, vel impediendum, vel paternè puniendũ; vel etiam ne indignus promoveatur ad prælaturam, vel dignitatem, vel ut ab ea removeatur,

tunc

tunc enim etiam teſtes laici cogi poſſunt, ut notat Farinacius *num.* 55. & Innocentius *in c. cùm contra h. t.* Quinta, etiam coguntur ſi agatur de crimine non directè ad pœnam, ſed per modum exceptionis ad repellendum actorem, vel teſtem, ut notat Farinacius *num.* 163. Sexta, adiguntur etiam ad ferendum teſtimonium in cauſa criminali teſtes producti à reo, ad ejus innocentiam oſtendendam, tunc enim teſtes etiam nolentes compelli poſſunt ad veritatem aperiendam. Eſt & diſcrimen inter cauſam civilem, & criminalem, quia in illa perſonæ non privilegiatæ, ſi à teſtimonio dicendo velint ſe eximere, tenentur oſtendere, ſe juſtam recuſandi cauſam habere, & veritatem poſſe etiam commodè per alios cognoſci, alioquin ſe ſuſpectos redderent; in cauſa tamen criminali præſumptio non eſt contra laicum recuſantem teſtari; ſed ut cogatur, oſtendi debet ſaltem per conjecturas, quòd malitiosè ſe ſubtrahat; vel quòd ejus teſtimonium neceſſarium omnino ſit, idque procedit in jure canonico; quia ſpectato jure civili, etiam in cauſa criminali teſtes laici ordinariè coguntur *arg. c. cum contra 9. h. t.* Gloſſa *in l. ſi quando 19. V. cauſis C. de teſtibus*, quod tamen intelligitur, dummodo Judex juridicè teſtes interroget de crimine non omnino occulto, ſed cujus publicam aliquam notitiam jam acceperit.

6 Cæterum in cauſis civilibus teſtes ordinariè compelli poſſunt à Judice ad ferendum teſtimonium, ut communiter docent juris periti *in c. 10. h. t.* id enim requirebatur ob publicam neceſſitatem, ne veritas cum præjudicio partis celetur *arg. cauſa 14. q. 2.* Tum quia depoſitio teſtimonii eſt unus ex præcipuis actibus publicis in judicio neceſſariis *arg. l. 1. ff. de teſtibus* ut notat Gaillus *lib. 1. obſer. 100.* immo in defectum aliorum, ſi veritas per alios teſtes cognoſci non poſſit, tunc etiam privilegiati coguntur teſtimonium deferre, ut deſumitur *c. 2. cauſa 14. q. 2.* ubi dicitur, quòd ſacerdotes non ſint cogendi ad teſtificandum in cauſa civili, [illegible] ſi veritas aliter cognoſci non poſſit, [illegible] oſtendatur, quòd malitiosè ſe ſubtrahant, ſcilicet odio unius partis, aut timore, vel favore. Hinc inter perſonas privilegiatas, & non privilegiatas id intereſt diſcriminis ſpectato jure canonico; quia privilegiatæ non coguntur teſtari, niſi oſtendatur, quòd earum teſtimonium ſit omnino neceſſarium, ne jus partis pereatur: vel oſtendatur, quòd malitiosè ſe ſubtrahant; ſecus perſonæ non privilegiatæ ſi [illegible] teſtimonium deponere, tenentur [illegible] ſe habere cauſam recuſandi, & rurſus [illegible], quòd earum teſtimonium [illegible] non ſit, eò quia per alios teſtes poſſit [illegible] veritas innoteſcere.

[illegible] in foro canonico [illegible] teſt[illegible], ſi vel g[illegible], ve odio, & et [illegible] etu cont [illegible] rec[illegible]ent [illegible] c. t. 3. 6. 9. [illegible] penu[illegible] h. t. [illegible] moven[illegible] quam co[illegible] tatem [illegible] dam in judicio, [illegible] ba[illegible] um inop[illegible] tunc enim c[illegible] ad ferendum teſtimoni[illegible] *Verant. [illegible]*

um, ne veritas occultetur in præjudicium partis; quamobrem in jure canonico coguntur teſtes, primò ne veritas occultetur. Secundò ſi teſtimonium ſit neceſſarium. Tertiò ſi aliter veritas cognoſci nequeat. Quartò ſi intentionem ſuam probare non poſſunt: in hiſce enim caſibus, ne præjudicetur parti, cogendi ſunt teſtes ad deponendum teſtimonium, & quidem pœnis eccleſiaſticis, ſcilicet laici diſtrictione canonica, excommunicatione, ſeu interdicto *c. pervenit 4. & 5. h. t.* Clerici verò per ſuſpenſionem ab officio, vel beneficio, imò etiam à ſacris arcentur, ſi diu manſerint in contumacia, ut liquet *ex c. 2. h. t.* Hæc tamen licet procedant in cauſis civilibus ſpiritualibus, vel temporalibus, non ita in criminalibus, ut notat Farinacius *q. 78. c. 5.* & Abbas hic *num. 6.* ubi ait, teſtes in cauſis criminalibus non eſſe compellendos ad teſtimonium ferendum, & præcipuum fundamentum videtur deſumi ex *c. dilectorum 10. h. t.* ob illa verba *præter quam ſuper criminalibus.*

Verùm huic ſententiæ opponuntur aliquot juris teſtimonia aſſerentia, eſſe teſtes cogendos in pluribus delictis, ut in crimine falſi *c. cùm contra c. ſuper his h. t.* In crimine ſimoniæ *c. pervenit h. t.* In crimine conjurationis *c. ult. h. t.* Hinc aliqui procedunt cum diſtinctione: vel enim agitur in judicio de crimine directò, & principaliter oppoſito, aut per exceptionem objecto; & dicunt, quòd ſi agatur de crimine directò, adhuc ſubdiſtinguunt, vel enim agitur de crimine illo civiliter juxta *text. in c. ſuper his de accuſat. §. penult. inſtit. de injur.* vel criminaliter. Si civiliter aſſerunt, teſtes cogi poſſe. Si criminaliter adhuc ſubdiſtinguunt; vel agitur de illo in foro eccleſiaſtico, vel ſæculari. Si in eccleſiaſtico reſpondent indiſtinctè eſſe compellendos *c. pervenit h. t.* ſi verò agatur in foro ſæculari, adhuc ſubdiſtinguunt; vel agitur ad pœnam pecuniariam, vel corporalem; in primo caſu dicunt, eſſe compellendos juxta textum *in d. c. pervenit*, ſi teſtes ſint laici; non ita ſi clerici, quia illi non compelluntur, niſi veritas per alios non poſſit haberi.

Alii tamen omiſſis tot diſtinctionibus dicunt, in *d. c. dilectorum 10. h. t.* quo nititur fundamentum aſſertionis, duas fuiſſe cauſas agitatas inter Epiſcopum Vulteranum & ejus capitulum, quarum principalis civilis erat, & ejus cognitionem certis Judicibus Papa Honorius commiſerat. Secunda veluti acceſſoria fuit cauſa criminalis [illegible] inter litigandum Epiſcopus & capitulum, [illegible] ſibi crimina [illegible] & hanc [illegible] cauſam acce[illegible] ad [illegible] Honorius de[illegible] Judicibus datis pro cauſa civili [illegible] teſtes compelli per [illegible] ad [illegible] veritatem, eorum cri[illegible] non e[illegible] tandem apud eoſdem Judices, [illegible] quin tuiſſent c[illegible] ex eo evincitur, quia ſi cauſa principalis fuiſſet criminalis non potuiſſet [illegible] per Procuratores, ut liquet ex *c. ſul. de procurat.* & quia de facto cauſa illa per

 Pro-

Procuratores agebatur, ideo erat cauſa civilis, non criminalis.

10 Objici tamen contra aſſertionem poſſunt plurea textus utriusque juris, immo & etiam ipſa ratio naturalis: ſiquidem in jure civili ex ipſa lege XII. tabularum quando actor reum in jus vocabat, ſi illum non ſequebatur, interrogabat aliquem ex adſtantibus *licet antestari, ſi vos vocationi teſtamini*; ut loquitur Porphirius. Ex jure canonico non eſſe cogendos teſtes ad teſtimonium ferendum expreſsè aſſerit Alexander III. *in c. 1. h. t.* Quinimo in omnibus deciſionibus compilatis in hoc titulo de teſtibus cogendis, vel non, ſemper adduntur illæ exceptiones, *niſi gratia, odio, vel timore ſe ſubtraxerint*, adeo ut extra tales caſus non ſint teſtes cogendi ad teſtimonium ferendum, idque etiam ratio ipſa naturalis ſuadet; quia teſtis, ſi ex cauſa, in qua teſtimonium perhibuit, ſequatur pœna ſanguinis, manet irregularis, quamvis deponat cum proteſtatione, ut notat Gloſſa *in c. 1. V. ad ſacerdotium 51. diſt.* Si de falſitate teſtes arguantur, & convincantur, graviter plectuntur *c. nulli 2. 4. q. 4. c. 1. de crimine falſ.* hiſce autem periculis ſe exponere, eſt contra rationem; proinde non videtur, quòd teſtis ſit compellendus in judicio ad teſtimonium proferendum ob tot pericula, quæ poteſt incurrere.

11 Reſpondent nonnulli, teſtes etiam invitos eſſe cogendos ad teſtimonium ferendum; eò quia munus teſtificandi ſit publicum *argum. textus in l. 1. l. curent ff. de teſtib.* ſed munus publicum ſubeundum eſt etiam ab invito, adeo ut ad illud compelli poſſit *l. ſi quis munus l. munerum. ff. de muner.* Verùm hæc reſponſio aliis diſplicet, quia tametſi actus teſtificandi fiat in judicio, non tamen per hoc dici poteſt munus, vel officium publicum, idque ex eo ſuadere putant, quia fœmina à muneribus publicis arcetur *l. 2. ff. de R. J.* & nihilominus non prohibetur fœmina teſtimonium perhibere, ut liquet *ex c. 3. de teſtibus.* Alii ut ſatisfaciant objectioni, reſponſionem deſumunt ex objecto Juris Pontificii, quod eſt conſulere ſaluti animarum, & impedire peccata *c. novit. de judic. c. final. de præſcript.* atqui reticere veritatem perinde eſt peccatum, ac falſum dicere *c. 1. de crimine falſi c. quisquis 80*, & hac ratione ad aperiendam veritatem, & impediendum peccatum aſſerunt teſtes eſſe cogendos. Sed nec iſta reſponſio prorſus ſatisfacit, quia jure civili teſtes coguntur tam in civilibus, quam criminalibus cauſis ad veritatem aperiendam; & nihilominus jus civile non habet pro objecto impedire peccata.

Vera igitur ratio eſt, quam innuit Alexander III. *in c. cauſam [illegible]. h. t.* quia veritas non ſit occultanda, & proinde quando ad ejus notitiam non poſſit aliter deveniri, niſi per coactionem teſtium, debeant illi compelli, quod omnes legislatores curârunt *c. 1. de crimine falſi. c. quamquam 14.* Quamobrem ſi veritas aliter haberi non poſſit, niſi teſtes cogantur, eò quia teſtes gratiâ, odio, vel timore ſe ſubtrahant, ad ferendum teſtimonium compellendi ſint, ne ex defectu probationis jus partis pereat, *c. final. h. t.* id enim ſumma æquitas exigit, ut quilibet id agat, quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet *l. 2. §. item Varo. ff. de aqua pluvia.* Hinc ad teſtimonium ferendum 12
poteſt etiam quis compelli, quamvis juraverit, ſe teſtimonium non perhibiturum *c. intimavit 18. c. conſtitutus 45. ſup. de teſtibus.* ratio eſt, quia lex charitatis obligat ad teſtimonium ferendum pro proximo; quinimo etiam lex juſtitiæ ſi ſuperior ita jubeat, & jus habeat ad teſtes examinandos, ac juridicè interrogandos, unde cùm teſtimonium denegari non poſſit abſque peccato ex genere ſuo mortali, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 70. art. 1. in corp.* fit, quòd juramentum de non ferendo teſtimonio, ſeu reticenda veritate non ſit obligatorium, nec ſervandum.

Sunt tamen plures perſonæ privilegiatæ, 13
quæ ad teſtimonium ferendum non coguntur, tales ſunt ſenes, qui ætatem 70. annorum exceſſerunt *l. inviti 8. ff. de teſtibus* valetudinarii, qui morbo detinentur, ne in locum judicii venire poſſint. Sunt tamen, qui velint, poſſe Judicem ad hujusmodi ſenes, & valetudinarios mittere Notarium ad eorum teſtimonium recipiendum. Rurſus non coguntur milites, qui ſunt in expeditione bellica, neque qui ex aliqua neceſſaria cauſa, vel ob bonum publicum abſunt, vel aliter legitimè impediti ſunt *d. l. inviti 8. ff. de teſtib.* Hi tamen volentes poſſunt admitti ad depoſitionem teſtimonii, quia nemo cogitur ſuo privilegio uti, cùm poſſit quisque pro ſuo arbitrio illi renunciare, ut notat Gloſſa *in d. l. inviti V. non licet.* In defectum tamen aliorum, ſi veritas aliter non poſſit innoteſcere, nec per alios teſtes cognoſci, tunc etiam privilegiati coguntur teſtimonium deponere, idque deſumitur *ex c. quamquam 2. cauſa 14. q. 2.* ubi habetur, quòd ſacerdotes ſint vocandi ad teſtificandum in negotiis ſæcularibus, ſi nullæ idoneæ perſonæ ſæculares inveniantur, idque ne veritas occultetur: quia privilegium tunc in favorem veritatis eruendæ ceſſat: ſiquidem publica utilitas prævalet. Ruſus ſi privilegiati teſtes ſemel fuerunt in aliquo contractu, ſi poſtea circa illum lis oriatur judiciaria, non poſſunt ampliùs munus teſtimonii ferendi ſuper eodem contracto in judicio declinare, quia ex quo liberè munus exercuerunt teſtis, cenſentur proprio privilegio renunciaſſe, ut notat Gloſſa *in d. l. inviti V. non licet.*

Rurſus privilegiati, ſi vocentur ad teſtificandum, non coguntur perſonaliter accedere ad Ju- 14
dicem, tamen ſi veritas aliter non poſſit [illegible] quam per illos: ſi tamen Judex mittat Notarium ad eorum domus, non [illegible] tunc munus teſtificandi recuſare. [illegible] etiam mulieres non ſunt compellendæ ad veniendum in locum judicii, cum poſſit Notarius, aut alia perſona idonea eas adire, & earum teſtimonium [illegible] juramento excipere. Parentes item contra liberos & liberi contra parentes non coguntur [illegible] viti *l. Parentes 6. [illegible] Gloſſa V. adverſus, ſed* ſolet tamen [illegible] cipi, niſi aliter teſte haberi non poſſit, & crimina ſint ex atrociſſimis. & ex-

ceptis,

ceptis, cuiuſmodi ſunt crimina læſæ majeſtatis, hæreſis, veneficij.

25 Affines etiam, quia ſunt inſtar parentum, non coguntur ad ferendum teſtimonium contra ſe invicem, immo nec volentes, admitti debent, ut ſocer, & ſocrus; gener & nurus, vitricus, & noverca; privignus, & privigna, & patruus, & amita; avunculus, & matertera; ſobrinus, & ſobrina, & ſimiles non admittuntur etiam volentes ad teſtimonium ferendum *in l. 4. ff. de teſtibus*. Clerici nec poſſunt à Iudice ſæculari cogi ad teſtimonium dicendum in cauſa tam criminali, quàm civili *c. ſtatutum 38. cauſa. 2. q. 6.* quia cùm teſtes debeant eſſe jurati, clerici coram Iudice ſæculari abſque ſui Epiſcopi licentia jurare non debent *c. penult. cauſa 12. q. 5.* quod tamen limitatur, niſi neceſſitas aliter poſtulet, quia ſi alii teſtes idonei haberi non poſſint, tunc etiam clerici compellantur ſervata juriſdictione clericali. Cæterum clericus ordinariè non poteſt compelli, ut teſtimonium ferat contra ſuam Eccleſiam etiam coram Iudice eccleſiaſtico, idque ob conjunctionem, & reverentiam erga propriam ſuam Eccleſiam *argu. l. in lege Iulia 4. ff. de teſtibus*.

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quaſtiones.

Quæritur primò, an teſtes in cauſa civili, vel etiam matrimoniali ſint priùs monendi, & poſtea cogendi? Reſpondetur, Iudicem eccleſiaſticum in primis teneri eos hortari, qui in teſtimonium rogantur, & producuntur; ut veritatem, quam cognoſcunt, velint ſincerè teſtificari, quòd ſi detrectent veritatem edicere nulla ſuppetente cauſa juſta, debere Iudicem eccleſiaſticum eos per cenſuras comminari de veritate dicenda, & ſi adhuc ſint contumaces, eos cenſuris ligare, quod tamen procedit, ſi agatur civiliter maximè in cauſa matrimoniali: ratio eſt, quia ad Iudicem pertinet ſuccurrere parti petenti auxilium, ne indebitè [illegible] opprimatur *l. Illicitas 5. ne potentiores ff. de offic. præſidis*, & ad ipſum etiam ſpectat præcavere, ne peccata committantur *c. 1. de offic. ordin.* atqui tam eſt Reus, qui veritatem occultat, quàm, qui mendacium profert, ille ſcilicet juta prod[illegible] non vult, cùm poſſit & iſte, quia nocere deſiderat *c. quiſquis 11. q. 3.* pro[illegible] tenetur Iudex monere teſtes a partibus [illegible] vocatos in teſtimonium ſuarum aſſertionum, [illegible] veritatem oc[illegible] & eos ad [illegible] [illegible] inducere. *c. cauſam 5. h. t.* & *l. ſi quan[illegible]* at quando [illegible] tacet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] crimen propaletur *c. ſi peccaverit 2 q. 1.* [illegible] teſtis [illegible] & docet D. Thom. 2. 2. q. [illegible] art. 1. [illegible] eſt ratio, cur in [illegible] [illegible] in cauſa [illegible]

civilibus, & præſertim matrimonialibus teſtes, ſi moniti nolint veritatem ap[illegible] Iudici legitimè interroganti, ſunt ad [illegible] [illegible] in cauſis ci[illegible] præſumitur, [illegible] aliquam affe[illegible] velint [illegible] veri[illegible] ſupprimere, proinde debent compelli ad teſtimonium ferendum, niſi juſtam cauſam excuſationis allegent, vel conſtet, quòd per alios poſſit veritas probari.

Oritur autem hæc præſumptio doli, ſeu malitiæ contra teſtem detrectantem teſtimonium ferre, eò quia præſumitur ex odio, averſione, vel alia mala voluntate velle ſupprimere veritatem; unde niſi hæc præſumptio per aliam elidatur, cogendus eſt teſtis prius monitus & rogatus etiam per cenſuras ad teſtificandum. Poteſt tamen ſpectata qualitate perſonæ non compelli ad teſtificandum, ut ſi ſit perſona pia, & religioſa, quæ vereatur judiciale juramentum emittere, non quia arbitretur, juramentum ſecundùm ſe eſſe illicitum, ſed ob reverentiam illius, eò quia putet, tam eſſe ſublimem, & tremendam, quòd homo in teſtimonium ſui dicti Deum invocet, hic enim timor ortus ex reverentia juramenti poteſt eſſe ſufficiens cauſa, ut quis non cogatur ad teſtimonium ferendum. Cæterum præſcindendo à cauſa juſta, qui monitus non vult teſtificari, præſumitur, quòd velit veritatem malitioſè occultare *c. ſuper eo 3. h. t.* & videtur etiam Iudicem contemnere *c. veritatis de dol. & contum.* quia verò teſtificari eſt munus publicum, quod quis à ſe non poteſt contrahere *l. 2. §. ſi quis*, & judici, ac ſuperiori tenetur quiſque parêre in ſpectantibus ad ejus officium *c. 2. de major. & obed.* ſequitur, quòd qui moniti, & rogati ad teſtificandum ſine rationabili cauſa ſe ſubtrahunt, ſint per cenſuram eccleſiaſticam a ſuperiore cogendi ad teſtimonium ferendum, idque vel maximè procedit in cauſa matrimonii, ſi agatur de impedimento dirimente matrimonium, quia tunc ſufficit etiam unius teſtimonium *c. Præterea 2. de ſponſal. c. ſuper eo de teſtib.* & ut notat Covarruvias *2. p. epit. c. 6. §. 10. n. 21.*

Ratio eſt, quia tunc agitur de peccato evitando, ne impediti contrahant contra prohibitionem eccleſiæ, proinde etiam unico teſte impedimentum matrimonij probatur. V[illegible] tunc re[illegible]ritur, ut teſt[illegible] ſit juratus, quia teſti non jurant non [illegible] [illegible] *tua de cobab. cler.* [illegible] *c. Præterea 2. de ſponſ.* [illegible] [illegible] impedimentum, [illegible] [illegible] inter [illegible] [illegible] impedimentum, quam [illegible] eodem abſque tamen juramento affirmet [illegible] duo non impediunt [illegible] matrimonium, quod tamen unicus te[illegible] de certa [illegible] jurans [illegible] [illegible] ſa [illegible] quin perficiant [illegible] notat [illegible] anus in *c.* [illegible] *el. 2.* [illegible]

4 Cæterum Iudex etiam in cauſa criminali, & ardua, ut etiam in cauſa matrimoniali poteſt alteri committere receptionem, & examen teſtium

ſtium, idque vel tanquam Iudici, adeò ut citet adverſarium ad videndum jurare teſtes, & eorum depoſitiones recipi[illegible], & examinet, aliòſque ſimiles actus juriſdictionis exerceat: vel etiam ut id committatur al[illegible]ri, ſolùm ut Nuntio, ſeu Miniſte[illegible]iali [illegible]xecutori, ut receptis priùs atteſtationibus, & exacto à teſtibus juramento ſolùm eos examinet ſuper interrogatoriis jam formatis. Cæterum Pontifex in *d. c. cauſam* 1. *h. t.* Scripſit ad Ordinarium, ut teſtes compellat ad ferendum teſtimonium, licèt delegati Iudices id præſtare potuiſſent, *c. Præterea* 5. *de offic. deleg.* quia Ordinarius plerumque id efficaci[illegible]s, & exactius poteſt efficere: & hæc ratio itidem eſt, cur interdum Ordinarius exequatur ſententiam latam a delegato Pontificio, ſi ipſi mandetur *c. ſignificaſti* 7. *c. in litteris* 9. *de offic. delegat.*

Quæritur ſecundò, an ubi teſtimonium eſt neceſſarium, compellendi ſint teſtes ad illud ferendum etiam per ſententiam ſuſpenſionis, excommunicationis, & depoſitionis? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. cum ſuper* 2. *h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, quòd ſi teſtimonium alicujus ſit neceſſarium, debeat vocari cum mandato, quòd ſi non venerit, ſit ſuſpendendus ab officio eccleſiaſtico, vel poſſit excommunicari, aut deponi. Ubi notat Gloſſa, quòd teneatur venire in termino conſtituto, & in hora, quâ poſſit ſuum expedire officium *c. conſuluit. de offic. deleg.* Ratio eſt, quia tacere veritatem in alterius præjudicium, ubi quis inducitur in teſtem, eſt peccatum lethale *c. 1. de crimine falſ.* & ubi veritas aliter haberi non poteſt, cogi quis poteſt ad teſtificandum, tametſi aliàs gauderet privilegio de non ferendo teſtimonio ſuper tali negotio, vel facto *c. quamquam 14. q.* 1. & cùm ob peccatum lethale poſſit excommunicatio ferri, eò quia tunc infligitur pœna gravis ob culpam gravem *c. nullus* 2. *q.* 3. & rurſus teneatur Magiſtratus procurare, ut ſalva ſit rerum probatio *l. curent. ff. de teſtib.* ſequitur, quòd ſi teſtimonium alicujus ſit neceſſarium in cauſa; ſive hic ſit privilegiatus de non t[illegible]ſtificando, ſive non gaudeat privilegio, poteſt à Iudice cogi etiam per cenſuras eccleſiaſticas ad ferendum teſtimonium, quod hic & nunc cenſetur neceſſarium, q[illegible] tunc pœna infligitur ſecundum conditionem perſonæ, & gravitatem culpæ, & jus naturale d[illegible] pœnam eſſe infligendam juxta gravitatem de[illegible], & licèt determinare pœnam ſecundum condi[illegible]tionem perſonæ, & gravitatem [illegible]æ ſit juris [illegible], ut docet D. Thomas 3. *p. q.* 5[illegible]. *ar.* 1 *in addit.* nihilominus ubi à jure non [illegible]t certa pœna [illegible]atuta, intelligitur tunc ta[illegible]s pœna re[illegible]a ad arbi[illegible]ium ſuperioris *c. cauſ ff. de o[illegible]c. de[illegible]*

Cæterum [illegible]uum [illegible]l, u[illegible]dex eccleſiaſticus con[illegible]ra co[illegible]acem p[illegible] per cenſ[illegible]am ſ[illegible]en[illegible]on[illegible]s, aut i[illegible], & [illegible]apa po[illegible]ea cr[illegible]t[illegible]o edic[illegible]ia, & [illegible]a procedat ad excommuni[illegible]ation[illegible], [illegible]e ad pœnam depoſitionis, ut notat G[illegible] in *d. c. ſuper* 2. *h. t.* ubi ait [illegible]d cr[illegible]ſcente contumacia debet etiam pœna incrementum ſub[illegible], ut etiam notat Felin. in *d. c. cum ſuper nu*-*mero* 1. Quòd ſi neceſſitas urgeat [illegible]e centur ex loco remoto ad Tribunal Iudicis, debent expenſæ fieri ab ea parte, quæ intendit ta[illegible]les teſtes producere *c. ſtatutum* 11. §. *proſerendo de reſcript.* Quòd ſi cauſa fuerit valdè ardua, vel matrimonialis, vel ſit periculum in mora, tunc Iudex eccleſiaſticus etiam non cogn[illegible] contumaciâ poteſt citatorio inſerere cominationem cenſuræ, niſi tali definito die adſint, ut notat Abbas in *c. cauſam* 1. *not* 2. *h. t.* ſin verò neceſſitas non urgeat, tunc poteſt commiſſio fieri ut teſtes audiantur in loco, ubi commorantur, idque ut partes parcant expenſis.

Quæritur tertiò, an teſtis, ſi timore contrariæ partis ſe ſubtrahat à teſtimonio ferendo, ſit compellendus etiam in cauſis criminalibus? Reſpondetur, teſtem illum priùs eſſe monendum, ut teſtimonium ferat, quòd ſi id recuſet, tunc ſpectato iure canonico non debet cogi, niſi ex timore partis adverſæ ſe ſubtrahat, quia qui metu poteſtatis humanæ veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe provocat, eò quia magis hominem timeat, quàm Deum *c. quiſquis* 1[illegible] *q.* 3[illegible] & quia non eſt verendum, ut aliquis per præpotentiam ſui adverſarij in judiciis opprimatur *l. Necquidquam* §. *fin. ff. de offic. Proconſ.* ideo quamvis in criminalibus regulariter non cogatur quis teſtificari, niſi quando veritas non poteſt aliter erui: nihilominus in odium partis volentis probationes adverſario ſubtrahere injiciendo timorem teſtibus, admittitur etiam in criminalibus teſtis coactus, ut pars adverſa puniatur in eo, in quo deliquit, idque ſive veritas poſſit per alios haberi, ſive non; quo pa[illegible]o teſtes etiam coguntur, ſi à teſtificando ſe malitioſè ſubtrahant *c. pervenit* 5. *h. t.*

Quæritur quartò, an in cauſis civilibus poſſint teſtes etiam privilegiati cogi ad teſtificandum. Obſervandum eſt, aliquas perſonas eſſe privilegiatas, quæ ad ferendum teſtimonium ordinariè non coguntur *l. inviti* 8. *de teſtib.* tales ſunt valetudinarij, milites in expeditione, & qui Reipublicæ ex aliqua cauſa ne[illegible]ſaria abſunt, vel legitimè ſunt impediti [illegible] quò minus poſſunt accedere, ut notat Farinatiu[illegible] *q.* 78. *c.* 2 hi tamen volentes admittuntur, quia nemo cogitur uti ſuo privilegio, ut notat Gloſſa in *d. l. inviti* 8. *v. non licet. de t[illegible]ib.* alioquin ſi inviti contra jus cogantur te[illegible]ri, eorum teſtimonium eſt nullum, ut no[illegible] F[illegible]nacius *q.* 78. *n.* 1. Reſpondet[illegible] ad qu[illegible] affirmativè, idque ob pub[illegible]icam neceſſi[illegible]em, ne ſc[illegible]licet veri[illegible]as cum præjudic[illegible] par[illegible] *c.* 2. *cauſ.* 14. *q.* 2. Tum quia fe[illegible]re [illegible] eſt munus publicum, & nec[illegible]ſſar[illegible] n[illegible]randa R[illegible] publica *argum. l.* 1. *ff. de* [illegible]*ib.* d[illegible]cet G[illegible] *lib.* 1. *obſerv.* 1[illegible] proin[illegible] ſi n[illegible]e[illegible] urge[illegible]t, Iudex co[illegible]ere in[illegible] [illegible] [illegible]os in [illegible]efec[illegible] [illegible] [illegible] q. ubi [illegible] [illegible] ſi, quo veritas al[illegible]er [illegible] o[illegible]ndatur [illegible] quod teſtis malitioſe [illegible] trahat.

9 Hinc id intereſt diſcriminis inter perſonas privilegiatas, & non privilegiatas ſpectatu jure canonico; quia privilegiatæ non coguntur teſtificari, niſi oſtendatur, quòd earum teſtimonium ſit neceſſarium, ne alioquin jus partis periclitetur, vel oſtendatur, quòd malitioſè ſe ſubtrahant: ſecus non privilegiatæ, ſi nolint teſtificari, tenentur oſtendere, ſe juſtam habere cauſam recuſandi, & earum teſtimonium non eſſe neceſſarium, eò quia poſſit veritas per alios commodè cognoſci. Cæterum ex æquitate iuris canonici non recipitur excuſatio teſtium, nec facilè coguntur, niſi eorum teſtimonium ſit neceſſarium, eò quia alii rem non ita cognitam habeant *c. cùm ſuper* 2. *h. t.*

10 Quæritur quintò, an in cauſa criminali, quâ agitur ad pœnam publicam, teſtes laici ſint cogendi ad teſtificandum? reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. dilectorum* 10. *h. t. juncta Gloſſa v. ſuper*: & ratio eſt, quia ex tali teſtimonio inimicitia, & odium poteſt incurri. Tum quia videtur aliquo modo inhumanum ad pœnam hominis præſertim mortis, aut mutilationis membrorum cooperari, quapropter juxta canones irregularitas ex defectu lenitatis ex hac cauſa contrahitur: quæ ratio etiam eſt, cur Clerici ſint minùs cogendi, quàm laici ad teſtimonium ferendum in cauſâ criminali. Excipitur tamen, ſi veritas aliter cognoſci non poſſit, tum enim teſtes laici coguntur, etiam in criminalibus ad teſtificandum *c. pervenit.* 5. *h. t.* Item excipitur, ſi teſtis laicus malitioſè ſe ſubtrahat, vel pars adverſa malitioſè impediat teſtis productionem: Cæterum id intereſt diſcriminis inter cauſam civilem, & criminalem, quia in civili ſi perſonæ non privilegiatæ ſe velint à teſtimonio ferendo eximere, debent oſtendere, ſe juſtam recuſandi cauſam habere, & veritatem poſſe per alios cognoſci: in cauſa verò criminali, ut quis cogatur teſtificari, debet oſtendi ſaltem conjecturis, quòd malitioſè ſe ſubtrahat, vel quòd eius teſtimonium ſit neceſſarium; & ratio diſcriminis eſt, quia in cauſa civili, qui recuſat teſtificari, ſe ſuſpectum reddit; ſecus in cauſa criminali præſumptio non eſt contra laicum recuſantem teſtari, & hoc procedit ſecundùm ius canonicum; quia ſpectato jure civili etiam in cauſa criminali teſtes laici ordinariè coguntur, ut notat Gloſſa in *l. ſi quando* 18. *v. cauſis. C. de teſtib.* Verùm id procedit, dummodo Iudex iuridicè interroget teſtes de crimine, quòd non ſit omnino occultum.

11 Rurſus ad teſtificandum de criminibus exceptis, vel in futurum pernicioſis poſſunt indifferenter laici cogi, ut notat Innocentius in *c. dilectorum* 10. *h. t.* ut etiam ſi agatur de crimine civiliter ad reſtitutionem, ſeu compenſationem damni; vel etiam ſi agatur per modum charitativæ denuntiationis ad peccatum impediendum, aut paternè puniendum. Vel etiam ſi agatur, ne indignus promoveatur ad prælaturam, vel dignitatem, vel ab ea removeatur, ut ſi agatur de crimine non directè ad pœnam, ſed per modum exceptionis ad repellendum actorem, vel teſtem. Ut etiam in cauſa criminali teſtis productus à Reo ad ſuam propriam innocentiam oſtendendam cogi poteſt ad veritatem dicendam.

12 Quæritur ſextò, an ad probandam conſanguinitatem ſint teſtes cogendi? Reſpondetur, teſtes tunc eſſe priùs monendos, ac inducendos ad ferendum teſtimonium: quòd ſi adhuc nolint, cogendi ſunt, ut deſumitur ex *c. cæterum* 6. *h. t.* ubi Cœleſtinus V. reſcribit, quòd in cauſa matrimoniali, ut ſuper conſanguinitate, ſi conſtet, aliquem nolle teſtificari ex odio, gratiâ, vel timore ſit cogendus. Idque tum de jure *c.* 4. *q.* 2. tum de conſuetudine approbata: ubi notat Gloſſa, ad compellendum teſtem ſufficere, ſi requiſitus nolit teſtificari: quia præſumitur contra ipſum. Ratio verò, cur hic ſic cogendus, deſumitur ex eo, quia cùm agatur de conſanguinitate probanda, ſive ſit cauſa matrimonialis, ſive hæreditaria, vel alia huiuſmodi, agitur de præjudicio partis: atqui ſupprimere veritatem in præjudicium alterius ex odio, vel favore, quando quis juridicè deducitur in teſtem, non ſolùm adverſatur juri ſcripto; ſed etiam conſuetudini approbatæ actibus utentium, conſequenter cùm teneatur teſtificari, ſi nolit, cogendus eſt.

13 Qamobrem teſtis ſecundùm jus canonicum cogitur teſtificari, ſi conſtet, eum unius partis favore, vel odio alterius, vel denique timore mali ſuſtinendi velit veritatem ſupprimere. Ut autem dicatur conſtare, ſicut dicitur in textu *c. Cæterum* 6. *h. t.* ſufficit, ut explicat Gloſſa præſumptivè, ut ſi teſtis cauſam non adferat probabilem, cur nolit teſtificari, quia tunc præſumitur, nolle teſtificari cauſâ veritatis ſupprimendæ ob affectionem aliquam: & quando dicitur, quòd recuſet ex timore, ſit etiam cogendus, id intelligitur de timore perſonæ, quæ teſti malum irrogaret, ſi teſtimonium contra ipſam diceret, quia huic malitiæ occurrendum eſt, ut in tali caſu teſtis cogatur teſtificari *arg. c. pervenit* 4. *h. t.* non verò ſermo eſt de timore, & reverentia juramenti, ſi perſona pia ſit, aut religioſa, quæ vereatur juramentum judiciale, quia putet rem eſſe adeò ſublimem, & tremendam, ut homo non ſit dignus in teſtimonium ſui dicti, ut Deum invocet: hæc enim ratio interdum ſpectata qualitate perſonæ cenſenda eſt rationabilis, ut ad jurandum non compellatur, ſi veritas poſſit per alios cognoſci.

14 Quæritur ſeptimò, an teſtis ſynodalis, qui coram Ordinario ſuper matrimonio depoſuit, cogatur ſuper eo jurare coram delegato? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. Præterea* 7. *h. t.* ubi Cœleſtinus V. reſcribit, quòd teſtes ſynodales alicuius civitatis, qui coram Epiſcopo viſitante, vel capitulo fuerunt teſtificati ſuper cauſa matrimonii; ſi hæc cauſa deducatur ad aliquem delegatum, præfati teſtes non ſint cogendi iterum jurare coram delegato ſuper eadem cauſa. Ratio eſt, quia teſtes Synodales per Juramentum præſtitum in Synodo, ratione eorum officij adſtringuntur ad denuntiandum Epiſcopo, vel alteri ejus miſſo quidquid in eius parochia fieri deprehenderint contra Dei voluntatem, & bonum publicum Chriſtianitatis *c. Epiſcopus* 35. *q.* 6. id ſiquidem generale eſt

aſt in omnibus officialibus, qui iurant, aliquod officium exercere, ut illud juramentum ſe extendat ad totum tempus, quo durant in officio, ſive coram Ordinario, ſive coram delegato cauſa tractetur, ſive illi ſint teſtes, ut in *c. præterea 7. h. t.* ſive ſint Iudices, ut in *c. venientes de jurejuran.* & *authent. jusjur. quod præſt. §. & æquus col. 2.* ſive ſint tabelliones, vel Nuntij, ut in *c. illud de præſumpt.* & *c. Ad audientiam de præſcript.* hinc ſicut juramentum calumniæ extenditur ad omnia, quæ in cauſa contingunt *c. de juram. calum. authent. in hoc juramento*, ut etiam is, qui ſemel teſtimonium tulit in cauſa, non ſit iterum cogendus ad teſtificandum coram alio Iudice, niſi forrâſſis in defectum probationum; idque ne incurrat inimicitias, & ne fortâſſis incidat in aliquam contrarietatem *c. fin. de probat.* & demum quia ſine cauſa neceſſaria non eſt jurandum *c. Etſi Chriſtus de jurejur.* ſequitur, quòd ex quo juramentum horum teſtium præſtitum in Synodo coram Epiſcopo, ſe extendit etiam ad cauſam tractandam coram delegato repræſentante perſonam Epiſcopi; non debeant teſtes ad præſtandum juramentum coram ipſo delegato iterum compelli.

15 Cæterum propter ſupervenientem infamiam teſtis ſynodalis excluditur à teſtimonio ferendo, quia teſtes debent eſſe viri cæteris in parochia honeſtiores, & veraciores, ut illis de alienis peccatis ſine exceptione credatur *c. Epiſcopus. 35. q. 6.* infamia autem excludit à teſtimonio farendo cæteros alios *c. teſtimonium de teſtib.* proinde à fortiori teſtes ſynodales *c. infamibus de regul. jur. in 6.* Hinc nec denuntiaror publicus adhibetur, ut teſtis in iudicio, ſi alij teſtes habari poſſint, quamvis agatur tantùm denuntiativè ad impediendum peccatum: & ratio eſt, qnia denuntiator, cùm crimen deferat ad Iudicem, eſt quodammodo Actor: proinde non convenit, ut etiam ſit teſtis. Sin verò alii teſtes haberi non poſſint, tum etiam denuntiator adhibetur in teſtem, maximè ſi ſit publicua officialis, ut deſumitur ex *d. c. Præterea 7. h. t.* varùm tunc requiritur, ut officialis, quando producitur in teſtem, iterum juret de varitate dicenda: neque obſtat, quòd antea juraverit; quia antaa generatim juraverat denuntiare fideliter, quæ novit, nunc verò jurat ſpecialiter ſuper hoc facto; & ſpecialis promiſſio, ſeu obligatio arctiùs cenſetur ligare, quàm generalis. Præterea licèt ſpecialiter jurâſſet coram Ordinario vera eſſe, quæ denuntiat, quia tamen tale juramentum non eſt edictum præſente parte, ideo tenetur iterum jurare, ut probationes iudiciales in ordine ad condemnandum Reum accipiantur, priusquam Reus citatus ſit, & proceſſus contra ipſum inchoetur, ut docent communiter Iuriſperiti in *l. Ea 7. de accuſat.*

16 Cæterum ſi teſtis, qui erravit incontinenti, ſeu antequam ad alia negotia ſe transferat, ſeu ex conſpectu Iudicis abear, ſuum dictum corrigat, eius correctio admittenda eſt, quia correctio dicti, & erroris facta incontinenti cenſetur ineſſe actui eiusdem depoſitionis, & præſumitur rationabiliter facta *c. fin. de confeſſ.* & *l. Error. C. de jur. & fact. ignor.* ſecus aſt, ſi teſtis per intervallum ſuum dictum corrigat, quia tunc correctio timetur facta per ſubornationem partis *c. fraternitatis 17. de teſt.* & *authent. de teſt. §. quia verò col. 7.* & quia copia probationis ſine rationabili cauſa non eſt arctanda *authent. §. ſancimus*, & quia ubi falſitas timetur non eſt admittenda *c. penult. de teſtib.* ſequitur in hiſce teſtibus eſſe quidem admittendam correctionem prioris dicti, ſi illa fiat incontinenti; non verò ſi fiat ex intervallo. Præterea ſicut teſtis incontinenti poteſt errorem ſuum revocare, ita etiam pars litigans ſuam confeſſionem, ut notat Abbas in *d. c. Præterea 7. n. 9. h. t.* ubi rectè monet, quòd ſi teſtis, aut pars litigans dictum, vel ſuam confeſſionem incontinendi revocet, nec alia ſit contra eum præſumptio mentis vacillantis, debeat ipſi credi, tametſi nullam erroris cauſam afferat. Alioquin hæc revocatio non differret ab ea, quæ fit per intervallum, cùm talis revocatio, ſi probabili rationis errore nitatur, accepretur, antequam ſententia, quæ in rem judicatam tranſeat, lata ſit, ut conſtat ex *c. ult. de confeſſ.* & ax *l. Error 7. de jur. & fact. ignor.*

Quæritur octavò, an, quando inqoiritur de fama, vel vitio falſitatis, ſint teſtes cogendi? 17
Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. ſuper his 8. h. t.* ubi innocentius III. reſcribit, quòd quando contra electum obiicitur crimen, & ſcribitur Papæ; & dubitatur de crimine, vel de lirteris, an ſint capituli; tunc in inquiſitione teſtes ſint cogendi ad teſtificandum; quod intelligitur, ſi de crimine agatut civiliter, ſeu per modum inquiſitinnis, ne ſcilicet indignus promoveatur ad prælaturam. Et tatio eſſe potaſt, quia inquiſitio non fit regulariter, niſi contra infamarum, *c. qualiter de accuſat.* & qnia quando teſtes deponunt contra infamatum, non poteſt dici, quòd nimis citò proſiliant contra illum, adeò ut eius famæ non videantur detrahere *c. licèt Heli de ſimon.* ideo cùm in tali caſu ceſſet reſpectus detractionis, & adſit utilitas publica, ut crimina non remaneant impunita, ideo coguntur tunc teſtes teſtificari veritatem, & etiam teſtes, qui ſe ſubtrahunt à teſtimonio ferendo odio, favore, vel timore *c. quoniam c. Ex parte 7. de teſtibus c. ſtatutum §. pro ferendo de reſcribit. in 6. l. ſi quando 15. l. ſed ſi in novioribus 19. C. de teſtibus* idque communiter probari ſolet, quia munus teſtificandi eſt publicum *argum. text. in l. 1. l. curent. ff. de teſtib.* atqui ad munus publicum ſubeundum poteſt quis cogi etiam invitus *l. ſi quis munus l. munerum ff. de muner. & honor.* Verùm hæc ratio, quâ ſolent Doctores uti, & nos ſuperiùs illam innuimus, videtur difficultatem pati, quia tametſi actus teſtificandi geratur in iudicio, non tamen publicum munus ex hoc præciſè, vel officium dici poteſt; etenim quamvis fæmina arceatur à publicis muneribus *l. 2. ff. de regul. jur.* non propterea removetur à teſtimonio perhibendo *c. quoniam 3. de teſt.* ubi Gregorius IX. reſcribit, eſſa admittendam mulierem ad deponendum contra Clericum, quando agitur de crimine, qnod intelligitur, ut notat Gloſſa ibid. non criminaliter ſed par modum inquiſitionis, vel exceptionis,

ut

ut in illo textu *quoniam* : admittitur etiam mulier ad ferendum teſtimonium, ſi agatur civiliter *c. tam litteris 33. de teſt.* Ut etiam videtur difficultatem pati alia ratio petita ex objecto juris Pontificii, quod eſt conſulere animarũ ſaluti, & vitare peccata *c. novit de judic. c. fin. de præſcript. c. 2. de regul. jur. in 6.* quia veritatem ſupprimere eſt æquale peccatum, ac falſum dicere *c. 1. de crim. falſ. c. quiſquis can. 11. q. 3.* ex quo infertur, ad vitanda peccata eſſe teſtes cogendos. Nam poſſet huic rationi opponi, quia in iure civili, cuius ſcopus non eſt vitare peccata, teſtes coguntur æquè in civilibus, ac in criminalibus indiſtinctè veritatem dicere, quapropter ratio petita ex objecto, & fine juris Pontificij, non videtur adeo efficax: quapropter ratio, quam adfert Alexander III. in *c. cauſam h. t.* videtur cæteris præferenda in ordine ad cogendos teſtes, eſtque ne veritas occultetur, quia id omnes legislatores curârunt *c. 1. de crimin. falſ. c. quamquam 14. q. 2.* quo fit, ut ſi veritas haberi non poſſit, niſi, qui eam agnoverunt, proferant, rectè ſtatuitur, ut in defectu probationis, cùm teſtes odio, gratiâ, vel timore ſe ſubtrahunt, ſint compellendi, ne ex defectu probationis jus partis pereat *c. fin. h. t.* Idque ipſa æquitas etiam ſuadet, dictat enim, quemlibet teneri præſtare, quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet *l. 2. §. item vero ff. de aqua plu.* quapropter cogitur quiſque edere inſtrumenta contra alium, ſi ipſe non lædatur; quòd ſi non ediderit, datur actio in factum contra ipſum in id, quod intereſt, *l. ult. C. de fide inſtrum.* ut docet Cujacius in *l. ult. C. de eden.* & quia inſtrumenta æquiparantur teſtibus *c. Præterea 7. h. t.* & tenetur quis inſtrumentum edere, quando alteri prodeſt, & ſibi non nocet; ita tenetur etiam veritatem dicere.

18 Quæritur nonò, an ad detegendam veritatem conjurationis cogendi ſint ſocii? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. fin. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, ad manifeſtandam conjurationem poſſe teſtes compelli, tametſi juraverint, eam non manifeſtare, & eos, qui acceperunt juramentum, eſſe cogendos, ut ſolvant eos, qui jurârunt, à tali juramento. Ratio eſt, quia in defectum probationum, quando ex negotii, ſeu criminis naturâ non poteſt haberi legitima probatio, admittitur tunc probatio aliàs inſufficiens, & illegitima *c. cauſa de ſimon. l. penult. C. de hæret.* & cùm crimen conjurationis ſit vel maximè odioſum, & perniciosum Reipublicæ, ſoleátque cum aſtutia inter conjurantes occultè tractari, ut poſtea ſimul junctis viribus in alicuius damnum prorumpant *c. conjurationum 11. q. 1.* ideò, qui hoc crimine eſt infectus, cum non poſſit contra alium regulariter teſtificari *c. perſonas de teſt.* eò quia illi tanquam infami non ſit credendum *c. 1. de con. c. fortius de v. ſ.* in odium tamen conſpirationis, & ob difficultatem in detegendis conſpiratoribus compelluntur etiam ſocii conſpirationis ad perhibendum teſtimonium veritati *c. ſi quis cum militibus 6. q. 1.* idque quamvis ſocii ſint iurati, quia iuramentum non debet eſſe vinculũ iniquitatis *c. quanto de jurejur.* quia tale iuramentum eſt de re illicita, & non poteſt ſervari ſine interitu æternæ ſalutis *c. ſi verò de jurejur.* proinde non obligat; & qui ſic iurârunt denuntiandi ſunt, per illud non teneri, quamvis ad cautelam poſſit illis impertiri abſolutio.

TITULUS XXII.

De fide Inſtrumentorum.

Congruenter hic titulus continuatur cum præcedente; quia cùm in illo fuerit explicata una ſpecies probationis, quæ fit per teſtes, hic additur altera, quæ fit per inſtrumenta, quia non ſolùm Teſtibus, ſed etiam inſtrumentis debet quiſque fidem adſtruere ſuæ intentionis. Nomine autem inſtrumenti hic intelliguntur tabulæ, quapropter titulus propè omnis eſt de tabularum Fide. Cæterum nomine inſtrumenti id ſolet intelligi, quod cauſam Rei, vel Actoris inſtruit, ut in eo etiam teſtes contineantur *l. rationem 99. §. inſtrumentorum ff. de V. S.* Hinc probatio, quæ fit ſcripto, dicitur teſtimonium ſcriptum, & ea quæ fit teſtibus, dicitur teſtimonium non ſcriptum *l. 1. C. de teſtibus.* Cæterum ut inſtrumentum fidem faciat, debet manu publica exarari, & ſigillo authentico muniri.

SUMMARIUM EXEGETICUM,

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. SI SCRIPTURAM 1. h. t. Gregorius Papa re- [illegible] *non appareat ſcriptura authentica, ſeu niſi* [illegible] *ſcribit, non eſſe dandam fidem exemplaribus, ſi* [illegible] *oſtendatur originale. Nomine exemplarium in-*

intelliguntur copia deſumpta ex ipſo originali, & juſſu Iudicis exemplata ſi fuerint, parem fidem faciunt cum originalibus: quòd ſi deſint originalia, non faciunt fidem, ſed tantùm ſuſpicionem, vel conjecturam vix ad delationem juramenti ſufficientem, idque colligitur ex hoc textu, ubi Pontifex ait, exemplaria ſine authenticis originalibus non eſſe tanti, ut ratione illorum poſſit quidquam decerni, quod procedit de exemplaribus confectis privata authoritate ſine juſſu Iudicis; & ſine opera Notarij; quia ſi exemplaria juſſu Iudicis confecta fuerint, & operâ publici Notarij eandem fidem faciunt, ſicut originalia. Notat etiam Gloſſa, ſcripturam factam à privato in præſentia trium teſtium videri authenticam. Regulariter tamen inſtrumentum privatum non facit fidem pro ſcribente in præjudicium tertij l. inſtrumenta, & l. rationes C. de probat. *immo id procedit, quamvis confectum ſit manu Notarij, ſed ſine requiſitis ſolemnitatibus; immò etiam ſi manu Epiſcopi fuiſſet ſcriptum, quia nullo jure cavetur, hujuſmodi ſcripturas habere vim publici inſtrumenti* Cap. cum à nobis de teſtib. *quamvis agatur de favore cauſa pia, quia non eſt permiſſum, ut ei ſcriptura credatur, qua unuſquiſque ſibi annotatione propria debitorem conſtituit* l. exemplo 7. C. de probat. *hinc ex ſcriptura merè privata nec ſemiplena probatio inducitur in præjudicium alterius. Sunt tamen aliquot caſus, in quibus inſtrumentum privatum fidem facit pro ſcribente. Primò, ſi à tribus teſtibus ſit ſubſcriptum; quia tunc quaſi publicè cenſetur confectum* l. ſcriptura C. qui potiores. *Secundò, ſi longo tempore fuit inter partes obſervatum, & pro legitimo etiam in judicio habitum. Tertiò, ſi agatur de re parvi præjudicii. Quartò, ſi accedant alia adminicula, ut ſi is, qui ſcripſit, ſit vir bonæ opinionis, & famæ, ac magnæ authoritatis, & ſcriptura non contineat ullum inconveniens. Quintò, ſi juramento ſit firmatum. Sextò, ſi etiam partes convenerint, ut inſtrumentum etiam privatum, velit Iudex locò probationis habere, & admittere. Septimò, ſi pars adverſa illud receperit; tunc enim non eſt opus teſtium ſubſcriptione* l. publica §. fin. ff. depoſiti.

C. *SCRIPTA VERO 2. h. t. declarat Alexander III. ſcripturam factam, per manum alicuius privati, ut ſcripturam factam à teſtibus, ſi teſtes, ſint mortui, non habere fidem, ſecus factam per manum Notarij, vel munitam authentico ſigillo. Ubi notat Gloſſa, inſtrumenta publica perpetuò valere ad damnum, vel commodum utriuſque partis. Privata verò ſi conſtet ſcripta eſſe ab adverſario, vel ſi ab alio cum ſubſcriptione partium, vel teſtium habere vim in actione perſonali; licet in actione reali, privato inſtrumento præferatur publicum. Quòd ſi inſtrumentum privatum ſubſcriptum ſit tribus, vel pluribus teſtibus, præponitur publico, quia privata ſcriptura valent in præjudicium illorum, qui ea ſcribunt.*

C. *EX LITTERIS 3. h. t. Idem Pont. declarat, litteras Apoſtolicas propter raſuram factam in narrativa, vel locis ſuſpectis non eſſe cenſendas falſas, nec ſuſpectas, ſicut nec privilegia ſi abradantur in nominibus poſſeſſionum. Ex quo textu liquet, licite poſſe abradi inſtrumenta in loco non ſuſpecto, ſi deprehenditur error, & præſertim ſi ſtatim id fiat. Quod tamen procedit, ut notat Panormitanus* hic n. 4. *dummodo raſura non ſit ita magna, ut inducat præſumptionem fraudis. Secus tamen eſſet, ſi raſura fieret in nominibus Actoris, Rei, vel Iudicis, vel ſi eſſet falſum latinum, tunc enim ob hanc raſuram factam litteræ Apoſtolicæ cenſentur falſæ. Cæterum ubi jus non conſtituitur, raſura non nocet.*

C. *ACCEPIMUS 4. h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Eboracenſi, quòd ſi quis dicat, privilegia partis contrariæ eſſe falſa; Iudices debent in loco congruo, & ſecuro, ut in clauſtro Religioſorum privilegiatorum coram duodecim teſtibus infra certum terminum ea oſtendere parti, & interim privilegia, & ſententia lata habent ſuam vim. Ubi notat Gloſſa, arguentem privilegium, vel inſtrumentum falſitatis, teneri primò jurare, quòd id non arguit calumnioſè: alioquin non demonſtraret falſitatem, niſi priùs juraret de calumnia.*

C. *CONTINGIT 5. h. t. Cæleſtinus III. reſcribit Abbati Sancti Secundi, quòd ſi una pars cogatur demonſtrare ſuum privilegium, vel inſtrumentum, debeat tunc legi coram Iudice, & aliquibus juris prudentibus deputatis ab ipſo Iudice, audiente parte contraria. Quòd ſi quæſtio fuerit ſuper uno tantùm Capitulo, illud tantùm reſcribi debeat, & parti contrariæ tradi copia. Ubi notat Gloſſa, utentem privilegio, vel alio inſtrumento in judicio non teneri originale dimittere apud acta; ſed ſufficere, ſi exhibeat illud in judicio præſente parte, & copiam illius Capituli, quia ex ſimplici lectura lector, vel audiens non ſatis inſtruitur, cùm facilè obliviſcamur eorum, quæ legimus, vel audimus. Cæterum inſtrumentum, vel privilegium quantumvis magnum debet totum produci ad inſpiciendum, & legendum: non item liber rationum, vel ſtatutorum, ſufficit enim, ſi oſtendatur, ac tradatur legendus ille articulus, de quo eſt quæſtio, & etiam detur copia, ut habetur in* cap. cum perſonæ de privil. in 6. *ratio diſcriminis eſt juxta Panormitanum, quia inſtrumentum, ſiu privilegium nonnunquam in fine habet clauſulam, quà limitantur omnia præcedentia, vel ſaltem declarantur* l. 1 ſervus plurium l. qui filiabus ff. de Legat. *Secus id non contingit facilè in libro ſtatutorum, vel rationum, quia quodlibet ſtatutum eſt per ſe diſtinctum, & ſub ſua ſpeciali Rubrica completum ut etiam in libro rationum, ſunt ipſa rationes diſtincta, & per ſe completa.*

C. *INTER DILECTOS 6. h. t. Innocentius III. declarat, quòd ſi jura partium ſint obſcura, debeat ſententia ferri contra eum, qui eſt Actor, & abſolvitur conventus. Hinc, qui in cauſa non legitimè probat per inſtrumenta corraſa, vel notoriè interfracta vel cum ſigillo vaſtato, vel aliena manu ſubſcripta, vel ex qualitate Chartæ, vel in anno Domini, vel ſimili-*

libus

libus nihil facit, nec nocet poſſeſſori. Ubi notandum eſt, per fracturam ſigilli non vitiari inſtrumentum, dummodo hoc fuerit ab initio confectum per publicam manum Notarij cum debitis ſolemnitatibus. Rurſus Notarium poſſe per alium etiam privatum ſcribere inſtrumentum, dummodo ad id fuerit rogatus, & ipſe ſe ſubſcribat. c. cum Redemptor 12. q. 2. *ratio eſt, quia induſtria notarij publici non eligitur in ſcribendo, ſed ut fidem det geſtis, & hanc ſufficienter dat per hoc, quòd ſe propriâ manu ſubſcribat. Cæterum falſitas ſcripturæ, vel inſtrumentorum poteſt cognoſci in annis Domini, in indictione, in qualitate chartæ, in ſigillo privilegij, in ſcriptura Notarii: indictio enim, & milleſimus debent ſcribi in inſtrumento, ut etiam debet apponi ſigillum authenticum. Plura habet de inſtrumentis conficiendis Hoſtienſis* in ſumma. h. t. §. 3. & ſeq. *qui plura deſiderat ipſum conſulat.*

C. *QUOD SUPER 7. h. t. Idem Pont. declarat, litteras impetratas à ſede Apoſtolica ſuper commutatione, vel diſpenſatione voti eſſe nullas, ſi falſitas fuit expreſſa, vel veritas ſuppreſſa; & impetrantes teneri votum ſolvere.*

C. *PASTORALIS 8. h. t. Idem Pont. ſtatuit, quòd ſi decretalis dubia allegetur, dummodo ſit jure communi conſona, poſſit Iudex ſecundùm illam judicare, non tam ipſius, quam juris communis authoritate. Quod ſi fuerit juri communi diſſona recurrendum eſt ad ſuperiorem. In hoc autem textu per decretalem intelligitur reſcriptum Pontificis non inſertum corpori juris, quòd ſi non ſit authenticum, nec contineat derogationem juris communis, non habet vim contra illud.*

C. *CUM DILECTUS 9. h. t. reſcribit idem Pont. poſt publicatam atteſtationem, & ante definitivam ſententiam poſſe utramque partem producere inſtrumenta. Quinimò ubi conſuetudo invaluit, creditur inſtrumentis Regis; adeò ut poſſit per ea quis probare ſuam intentionem in jure. Sunt tamen aliquot caſus, in quibus etiam poſt concluſionem in cauſa poſſunt teſtes produci. Primò ſi ex claris indicijs iniquitas arguatur Invaſoris. Secundò in his, in quibus Iudex procedit ex officio, quia ipſi nihil eſt præcluſum, ſi ex juſta cauſa judicat expedire* argum. c. paſtoralis h. t. *Tertiò, in criminalibus, quando Reus vult ſuam innocentiam purgare* argum. l. Divi ff. de pœnis *Quartò in cauſis communibus, quando proceditur ad inſtantiam partis, ſi inſtrumenta de novo reperiantur. Quintò, ſi de facto recipiantur nova inſtrumenta, tenet receptio, & videtur à concluſione receſſum, eò quia partes non ſe oppoſuerint. Regulariter autem poſt concluſionem non poſſunt ampliùs teſtes recipi, quod ſi recipiantur, poteſt pars contraria appellare.* argum. c. paſtoralis. h. t.

C. *CUM JOANNES 10. h. t. Idem Pont. reſcribit, falſitatem inſtrumenti, vel ſi quid aliud inſtrumento deſit, poſſe probari per teſtes, qui propterea præferuntur inſtrumento. Notat tamen Gloſſa ad reprobandum inſtrumentum, requiri quatuor meliores, vel quinque teſtes. An verò duo, vel tres teſtes ita ſint idonei, ac ſufficientes; ut eorum prolatio liquida poſſit haberi contra inſtrumentum: reſpondet Panormitanus hic n. 19. id relinquendum eſſe arbitrio Iudicis; qui ſi judicaverit, teſtes reverà tales eſſe, tunc cenſendum eſt, prævalere inſtrumento. Quòd ſi Iudex aliter faceret, poſſet ab illo appellare, quia ageret contra* l. Optimam C. de contract. & com. ſtip. *etenim Iudex tenetur arbitrium ſuum formare ſecundùm leges* l. ſi qua pœna ff. de V. S. *hinc liquet, compenſationem in jure admitti, ſi cauſa, ex qua petitur, liquida ſit, aliàs non. Rurſus poſſe Iudicem ex officio ſemper interrogare partes, ubi dubitat uſque ad ſententiam.*

C. *EX PARTE 11. h. t. reſcribit Honorius III. reſcriptum Apoſtolicum non eſſe cenſendum vitioſum, eò quia in voce* ſpoliaverunt *omiſſa fuerit littera O, quia carentia unius litteræ non vitiat decretum, cum ex præcedentibus, & conſequentibus poſſit clarè cognoſci intentio dantis. Immo notat Gloſſa, non vitiari reſcriptum, quamvis deſit ſyllaba, ſicut nec vitiatur teſtamentum: ſecus falſum latinum reſcriptum vitiat* c. ad audientiam de reſcript.

C. *G. PERPETUUS 12. h. t. Gregorius IX reſcribit, quòd ſi litigetur, & fiat conventio, vel reconventio coram Iudice, & ſi una pars petat ſibi tradi inſtrumenta communia, & Iudex hoc non curèt, poſſit licitè appellari, & quidquid tentatur poſt appellationem eſſe irritum. Ex quo textu infert Gloſſa, omnino inſtrumenta communia, cujuſmodi ſunt acta cauſæ, confeſſiones, reſponſiones, atteſtationes, & quæcunque acta ſunt in judicio, poſſe peti, exhiberi, vel condictione ex lege, vel Iudicis officio* c. quoniam de probat. *Quòd ſi Actor ad probandam ſuam intentionem petat à Reo inſtrumenta propria, non eſt audiendus, quia debet apud ſe habere ſuas probationes* c. 1. de probat. *niſi alterutra partium velit inſtrumentum arguere de falſitate* c. inter dilect. de probat. *Verùm id fallit in uſurario, qui tenetur producere libros ſuarum rationum* c. ex gravi § cæterum de uſuris.

C. *IMPUTARI 13. h. t. Idem Pont. reſcribit quòd ſi producantur ſcripturæ inter ſe contrariæ, non faciunt fidem, & imputatur producenti: ratio eſt, quia duo contraria non poſſunt ſimul vera eſſe; proinde is non meretur fidem, qui inſtrumenta continentia contrarietatem producit; quapropter debet ſibi imputare, ſi contra ipſum pronuncietur, quia ad ipſum pertinebat examinare priùs, quodnam ex duobus inſtrumentis verum eſſet. Gloſſa, ait id procedere ſive directè ſcripturæ ſint contrariæ, ſive indirectè; debere tamen produci ab eadem parte: quia ſi à diverſis producantur ſtandum eſt ſcripturæ digniori.*

C. *SI CAUTIO 14. declarat idem Pont. quòd ſi aliquis producat ſcripturam, ut cautionem; in qua ſit debitum ſibi promiſſum, ſi non exprimatur cauſa, cur fuit promiſſum, debeat Debitor abſolvi, niſi creditor probet, id fore ſibi debitum: quòd ſi exprimatur cauſa, condemnatur Debitor, niſi probet, ſe id non debere. Notandum eſt nomine cautionis hic intelligi omnem promiſſionem, vel ſimplicem confeſſionem, & tunc cauſam dici in cautione expreſſam, quando pecunia promiſſa, vel debita cauſa exprimitur.*

Semper enim cauſa eſt exprimenda, ut quis obligetur ex ſua confeſſione.

C. *CUM PUBLICUS TABELLIO* 15. *h. t. declarat idem Pont. Quòd ſi Notarins non perfecerit aliqua instrumenta redacta in nota, & moriatur, poſſit alius Notarius auctoritate Iudicis Ordinarij ad petitionem partium instrumenta illa reducere in publicam formam, ut habeant perpetuam firmitatem, ubi notat Gloſſa, hoc idem etiam procedere, de inſtrumentis ex vetuſtate corruptis.*

C. *SI INSTRUMENTA* 16. *& ult. h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi propter antiquitatem vel aliam cauſam petat quis inſtrumenta exemplari, debeant priùs præſentari Ordinario, vel ab eo delegato, ut ea diligenter inſpiciat: & ſi non ſint in aliquo vitiata, faciat ea exemplari per publicam perſonam, ut habeant eandem authoritatem cum originalibus. Et id procedit etiam de privilegiis ob vetuſtatem renovandis.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid, & quotuplex ſit inſtrumentum, & quando conficiendum.

1 QUia de præcipua ſpecie probationis egimus in præcedenti titulo, quæ fit per teſtes, ſequitur, ut de altera ſpecie probationis agatur, ſeu de inſtrumento, quod habetur per ſcripturas publicas, vel privatas, quibus res geſtæ oſtendi poſſunt, ac in iudicium deduci. Duplex enim eſt ſcriptura, alia publica, alia privata; illa dicitur, quæ manu notarij eſt legitimè confecta; ad hanc autem publicam ſcripturam plures requiri conditiones, notant Abbas, & Felinus hic in *c. ſi. ſcripturam* 1. *h. t.* nimirum ut ſtatim exordium fiat per invocationem nominis domini, quòd ponatur annus à partu virgineo, ut etiam menſis, dies, indictio, item nomen, & annus regnantis Principis, locus, in quo res acta eſt, ſeu contractus emptionis, vel donatio facta inter partes per expreſſum conſenſum, aut facta debiti ſolutio per realem pecuniæ numerationem coram Notario, & teſtibus. Rurſus ut Notarius nomen ſuum exprimat, & quòd rogatus fuerit ab eo, vel illis, ex quorum conſenſu actus dependet. Rurſus debent ſcripturæ inſeri duo ad minimum teſtes, qui præſentes fuerint actui, & quorum nomina etiam inſerantur, tametſi eorum ſubſcriptio non requiratur neceſſariò, ſicut nec illa partium contrahentium: hoc pacto abſoluta ſcriptura legi debet coram partibus, eique apponi ſolemne notarii ſignum, non quòd hæc omnia requirantur neceſſariò ad ſubſtantiam ſcriptuæ publicæ; ſed quia ex inolita conſuetudine ita omnia adhibeantur, ut ſi quid ex prærecenſitis omittatur, inde ſuſpicio fraudis oriri poſſit.

Scriptura privata bipartitur in authenti-
2 cam, & non authenticam, illa eſt, quæ ſigillo, vel ſubſcriptione munitur, ac legitimè approbatur, adeo ut fidem jure mereatur, tametſi publica perſona non interfuerit. Scriptura privata non authentica eſt, quæ neque teſtium ſubſcriptione, recognitione, aliiſque argumentis ſufficienter probatur. Hoc intereſt diſcriminis inter ſcripturam publicam, ſeu manu Notarij confectam, & ſcripturam privatam, quia publica eſt ſemper authentica, ſervàtque firmiter fidem, tametſi teſtes inſcripti, & etiam ipſe Notarius deceſſerint *c. penult h. t.* Secus ſcriptura privata deſinit eſſe authentica, ſi teſtes mortui ſint, niſi alio modo per ſigilla, aut alios teſtes, vel per litterarum comparationem probari poſſit: ratio huius diſcriminis ex eo petitur, quia inſtrumentum manu Notarij cum debitis ſolemnitatibus confectum ex jure publicam ſortitur authoritatem, non ita privata ſcriptura: unde ſi quis ſcripturam, ſyngrapham, aut Apocham neget, dicátque eſſe ſuppoſititiam, probari debet modo aliquo, adeo ut oſtendatur, quòd non ſit ſuppoſititia; vel ſaltem debet agnoſci à ſcribente, tunc enim non eſt neceſſaria alia probatio.

Inſtrumenta igitur, prout ad præſens per- 3
tinet inſtitutum, nihil aliud ſunt, quàm prærecenſitæ ſcripturæ, quæ ad cauſam inſtruendam, & probandam à partibus adſeruntur. Dicitur enim inſtrumentum ab inſtruendo, ut notat Abbas *ad rubricam h. t.* Hinc inſtrumenta perinde, ac ſcripturæ, alia dicuntur publica, alia privata. Illa dicuntur, quæ publica authoritate confecta publicam fidem merentur: privata, quæ nonniſi à privatis perſonis ſcripta, plerumque contra ſcribentem, & raró pro ipſo probationem faciunt. Hinc inſtrumentum publicum eſt ſcriptura publica authoritate, ſeu à publica perſona legitimè, & cum debitia ſolemnitatibus confecta, ſive in judicio, ſive extra, ut notat Weſenbeg. *in paratit. ff. h. t. n.* 2. Nomine publicæ perſonæ intelligitur tabellio, ſeu Notarius *ex l. Orphanotrovos* 31. Maſcardus verò *tom* 1. *de probat. q.* 6. *n.* 73. definit inſtrumentum publicum eſſe publicam ſcripturam, cui creditur abſque adminiculo de jure, vel ſpeciali conſuetudine, quatenus abſque teſtimonio vivæ vocis, ſeu Notarii, ſive teſtium etiam illis mortuis, plenam fidem facit. Iuriſperiti diſcrimen etiam ponunt inter inſtrumenta publica, & inſtrumenta authentica, quia publica vocant, quæ confecta ſunt per manum tabellionis, ſeu Notarñ publici, cuius perſona eſt publica, eique confectio inſtrumentorum ex officio incumbit. Inſtrumenta authentica vocant, quæ ex ſola appenſione ſigilli alicuius Magiſtratus, vel perſonæ in dignitata conſtitutæ authoritatem habent,

Verùm

4 Verùm omnia illa inſtrumenta in genere publica cenſentur, quorum authoritas eſt talia ob modum,quo juxta leges, & conſuetudines factæ ſunt, ut fidem mereantur. Hinc præter inſtrumenta publica manu propria Notarii confecta dantur alia pleraque inſtrumenta etiam publica, quæ tametſi oon ſint confecta à perſona publica; nihilominns quoad effectum probandi dicuntur publica, eò quia perinde plenè probent, ae ſi à publica perſona confecta eſſent. Talia ſunt inſtrumenta, quæ apud acta publica judicii confecta ſunt authoritate Judicis. Ut etiam illæ ſcripturæ, quæ extrahuntur ex archivo publieo,ſeu cancellaria, ut deſumitur *ex authent. ad hæc.* Ut etiam ſcripturæ publico,& authentico munitæ ſigillo, tametſi à privato ſcriptæ ſint, ſi enim ſcriptura ſit authentico ſiglllo Epiſcopi ſignata, eſt ipſi fidea habenda, donec contrarium oſtendatur *cap. poſt ceſſionem 7.de prob.* hoc idem etiam procedit de ſigillo Principia ſæcularis, vel etiam capituli *c. tertio loco 5. de probat.* Immo ſcripturæ etiam privatæ, quæ publicantur ioterveniente authoritate Magiſtratûs, ut cum teſtamenta, codicilli. & aliæ id genua ſcripturæ coram Judice aperiuntur, habentur tanquam inſtrumenta publica, ut etiam ſcripturæ munitæ ſubſcriptione ſcribentis, & rrium, vel duorum teſtium *l. contractus C. h. t.* Weſenbec. *loc. cit. num.* 2. ubi addit,hujusmodi ſcripturas minùs propriè vocari publicas.

5 Juvat tamen obſervare, qnòd licèt omnis ſcriptura publica ſir etiam aothentica, adeo ut ex ſe authoritatem habeat, fidémque faciat, ſi in ea defectus non appareat, qui ſuſpicionem fraudia ingerat; non tamen vice verſa omnis authentica ſcriptura eſt etiam publica, propriè, ac ſtrictè loqnendo, quia publica, & authentica ſcriptura ſe habent ut ſuperius,& inferius: ſiquidem ſcriptura publica dicitur, quæ à perſona publica, ſeo Notario, vel alio officiali eum requiſitia ſolemnitatibua confecta fuit: quæ ſi deſint, non eſt ampliùs publicum inſtrumentum ſtrictè ſumptum. Latiùs tamen publicum inſtrumentum ſolet etiam dici authenticum, licèt propriè loquendo authenticum inſtrumentum ſir etiam, quod confieitur à perſona non publica, dummodo ſit proprio ſigillo munirum, & teſtibus firmatum.

6 Rurſns ſcriptura publica dividitur in protocollum, & tranſumptum; protocollum ſummaria quædam,& ſuecincta,ſeu brevis actua geſti annotatio ad juvandam memoriam eſt, ex qua poſtea inſtrumentum redigitur in formam ſolemnem. Tranſumptum eſt inſtrumentum authenticum, & originale, qood ex protocollo ſumitur, ae debita forma cum reqoiſitis ſolemnitatibua conficitur, adeo ut quæ in protocollo ſummariè comprehendebantur, in tranſumpto plenè, ac fusè exhibeantur. Rurſua dividuntur etiam inſtrumenta publica in originalia, ſeu authentica, & in exempla. Originalia ſunt principales ſcripturæ ſolemnes, quæ ſunt veluti originea actionum, ex quibua inſtrumenta conficiuntur. Exempla ſunt, quæ ex prioeipali, ſeu originali inſtromento deſumuntur, ſeu deſcribuntur ad verbum, ut cuſtodito originali in loco tuto per exempla poſſintalii legere; quæ in originali continentur, & vulgò hujuamodi exempla vocantur eopiæ inſtrumentorum.

Privata inſtrumenta è contra ſunt, quæ privata authoritate ſinnt, proinde à privatis perſonia abaque debiris ſolemnitatibua, & hæc etiam dividuntur in authentica, & non authentica; illa dicuntur,quæ teſtium ſubſcriptione, vel ſigillo recognito, & approbato, vel alio legitimo modo muniuntur ad plenam fidem faciendam, rametſi nulla publica perſona intervenerit. Inſtrumenta privata non authentica dicuntur illæ ſcripturæ, quæ nec teſtium ſubſcriptione, nec aliia adminiculia, aut argumentis ſufficienter probantur, quapropter plenam fidem non faciunt, cojusmodi ſunt inventaria privata, ſeu regiſtra, Rationes, Apochæ, Antapochæ: eſt Apocha Syngrapha,ſeu Chirographum creditoris,in quo ſatetur, ſe accepiſſe pecuniam antea creditam debitori, ſeu ſibi eſſe debitum ab ipſo ſolutum,& hæc apocha vulgò dicitur quietantia. Antapocha eſt cautio,ſeu Syngrapha,quæ è converſo datur à debitore creditori,in qua debitor ſatetur,ſe tantùm ſolviſſe annuum cenſum, ſeu penſionem, ne debitor per præſcriptionem poſſit cenſus jam ſoluros iterum prætendere. Sumitur etiam Antapocha pro illa ſcriptura in qua ſi Paulus accipit mille aureoa mutuos à Petro; exigente Petro dat illi ſcripturam,in qua faterur, ſe accepiſſe mutuos illos mille aureos, quorum eſt debitor, hæc igirur ſcriptura dicitur antapocha. Quòd ſi debiror iternm reſtituat illoa mille aureos Petro,à quo mutuos acceperat, exigit ab ipſo Petro ſcripturam, in qua fatetur, ſe recepiſſe mille aurcos, quoa mutuoa dederat Paulo; & hæc ſcriptura vocatur apocha. 7

Solemnitates, quæ requiruntur ad inſtrumenta publica,ſunt eædem, quas receuſuimua in ſcripruria publicia. Præmittirur enim invocatio divini nominis, hujua tamen omiſſio de jure communi in ſcripto non reddit inſtrumentum invalidum,ut notat Covarruvias *pract. quaſt. c.* 20. *num.* 1. tametſi conſuetudo inoleverit, ut inſtrumenta publica ſemper incipiant per illa verba *in nomine domini*: quinimo plures cenſent, præfata verba non eſſe omittenda, ubi conſuetudo viget, ut omnia inſtrumenta pnblica incipiant per talia verba, alioquin ratione conſuetudinia hujusmodi inſtrumenta vitiarentur; rurſus apponendus eſt añua incarnationia Verbi, nimirum ia, qui currit tempore,quo initnr contractns, vel conficitur inſtrumentum publicum. Apponitur etiam indictio, ita dicta ab indicendo, ſeu jubendo, eſlque trina exactio tributi,ut habetur *tot. tit. C. de indiction. lib.* 10. quæ tribus continuia luſtria fieri conſueverat à Cæſare Auguſto, ſiquidem in primo luſtro, ſeu quinquennio pendebatur tributum Romania pro fabricandia armis: in ſecundo ſolvebatur in argenro pro militibua ſtipendiariis: in tertio in auro ſervando in ærario pro bono publieo: hinc exactia hiſce tribus luſtria iterum à capite incipiebat trina exactio. Apponitur etiam inſtrumentis publicis nomen,& annua Imperatoria regnantia præſertim in terria ſubjecta Romano imperio, ut etiam locus, in quo fit inſtrumentum, 8

tum; ſeu initur contactus, immo etiam locus particularis, ut in tali camera, tametſi id non ſit abſolutè neceſſarium, ut notat Covarruvias *pract. quæſt. c. 20. num. 3.*

9 Requiruntur etiam teſtes tres, vel ſaltem duo, qui præſentes ſint actui, ad quem fuerunt vocati, & rogati, tametſi de jure communi non ſit abſolutè neceſſarium, ut teſtes ſint rogati, niſi in quibusdam caſibus: & nomina teſtium adnotantur, ac inſeruntur inſtrumento publico, ut ſi dubium aliquod oriatur circa contractum initum, poſſit per eos conſtare de veritate: non tamen eſt neceſsè, ut teſtes manu propria ſe ſubſcribant, licèt id expediat, ne fraudes poſſint à Notario committi, ſi ipſe ſolus totum inſtrumentum conficeret, teſtiúmque nomina inſcriberet. Notarius tamen ſemper debet ſuum nomen, & cognomen exprimere, ut etiam quòd rogatus fuerit ad inſtrumentum conficiendum ab iis, quorum conſenſu actus dependet, ut notat Covarr. *cit. cap. 20. num. 5.*

10 Sufficit tamen ſubſcriptio Notarii, quamvis per aliam etiam privatam perſonam inſtrumentum ſcriptum ſit, ut deſumitur ex *c. inter dilectos 6. §. inſtrumentum quoque h* t. quia Notarius non vocatur, ut ſcribat, ſed ut geſtis det fidem, ad quod ſufficit ſola ejus ſubſcriptio: quinimo in plerisque locis vigere conſuetudinem, qua Notarii pub ici per privatas perſonas permittunt inſtrumenta ſcribi, quæ poſtea Notarius ſubſcribit proprio nomine, aſſerit Abbas *in c. inter n. 7. h. t.*

11 Rurſus inſtrumentum ſubſcriptum per publicum Notarium legi debet coram partibus, non tamen eſt neceſſe, ut ſemper ſcriptura à Notario confecta coram partibus legatur, niſi in contractibus, qui fiunt in ſcriptis, ſeu in illis, in quibus ſcriptura requiritur ad ſubſtantiam actus ex partium conventione, non verò in aliis, quæ tantùm ad probationem faciendam rediguntur in ſcripta. Rurſus apponendum eſt publico inſtrumento conſuetum Notarii ſignum, ſi non ex juris diſpoſitione ſaltem ex conſuetudine. Tandem omnes illæ ſolemnitates, quæ requiruntur ad publicam ſcripturam neceſſariæ ſunt etiam ad publica inſtrumenta; & ſi aliqua fortaſſis fuerit omiſſa, poterit per Notarium adjungi etiam poſtquam fuerit inſtrumentum totum confectum, dummodo probetur ita fuiſſe rogatum, ut notat Maſcardus *n. 98.*

12 Circa perſonam Notarii debet is eſſe legitimè conſtitutus in tali officio publico. Conſtituuntur verò Notarij in tali officio à ſumō Pontifice, & Imperatore, ut etiam ab aliis, qui ab iisdem poteſtatem per privilegium ſpeciale acceperunt. Rurſus conſtituuntur Notarii à Principibus inferioribus, immo etiam ab Epiſcopis, aliisque dominis territoriorum in iis, quæ ad ſuam juriſdictionem pertinent, ut aſſerit Specul. *in tit. de inſtrum. edict. 8. cap. 8. num. 22.* An verò Notarius conſtitutus in ſuo officio in uno loco poſſit ubique terrarum inſtrumenta conficere. Reſpondetur, inſtrumentum à Notario publico in uno loco confectum ubique terrarum haberi publicum, & authenticum, perinde ac contractus initos juxta leges particulares, & conſuetudines uoius loci, ubique reputatur legitimus. An verò Notarius conſtitutus ab uno Principe intra ſuum territorium quoad ea, circa quæ habet juriſdictionem, poſſit etiam in territorio alterius Principis inſtrumenta publica, & authentica conficere, non una eſt omnium ſententia.

Plures diſtinguentes inter ſummos, & inferiores Principes reſpondent Notarios à ſummo Pontifice conſtitutos poſſe ubique locorum inſtrumenta conficere, non verò Notarios ab inferioribus Principibus creatos, & aſſignant rationem: quia poteſtas inferiorum Principum eſt magis coarctata ſecundùm territorium, & juriſdictionem. Alii tamen cum Boëtio *deciſ. 247. num. 3.* aſſerunt, in hac quæſtione ſtandum eſſe conſuetudini locorum. Speculator *in tit. de inſtrum. edition. num. 26.* notat, quòd Notarius ab Epiſcopo in ſpiritualibus creatus, non poſſit conficere inſtrumenta in temporalibus: neque creatus à domino ſæculari in temporalibus poſſit conficere inſtrumenta in ſpiritualibus. 13

Rurſus ad valorem inſtrumenti ex parte Notarii requiritur, ut is fuerit rogatus à partibus, hinc ſtylus Notariorum eſt, ut exprimant in inſtrumentis, ſe fuiſſe rogatos, ut notat Barrol. *in authent. ſi quis in aliquo num. 8. C. de edend.* Rurſus debet Notarius illius negotii, de quo agitur, habere ſufficientem ſcientiam. Quod ad qualitates Notarii attinet, debet is eſſe legitimo matrimonio natus; liber, & non ſervus, quòd ſi ſervus eſſet, & nihilominus publicè crederetur liber, adhuc valerent inſtrumenta ab eo confecta, donec de veritate conſtaret; deberet tamen hujusmodi Notarius à legitimo ſuperiore accepiſſe tale officium Notarii *argum. l. Barbarius 3. ff. de offic. Prætor.* Rurſus tametſi non ſit neceſſe, quòd Notarios ſit doctor, debet nihilominus eſſe peritus juris, vel ſaltem ea ſcire, quæ ad ſuum pertinent officium, alioquin teneretur de damno ob ſuam imperitiam illato. Debet itidem Notarius eſſe laicus, quia clerici præſertim in ſacris ordinibus conſtituti nequeunt Notarios agere *c. ſicut 8. ne clerici, vel Monachi.* 14

Secus laicus poteſt in omnibus cauſis temporalibus, & ſpiritualibus Notarius eſſe, ſiquidem præbet tantùm nudum miniſterium, quod laicis non prohibetur in ſpiritualibus, ut nec etiam Procuratoribus ob eandem rationem. Quòd ſi Notarius excommunicatus publicum confecerit inſtrumentum, nullius eſt valoris; ſi tamen Notarius fuerit publicè excommunicatus, & non toleratus, quia tunc inſtrumentum non cenſetur authenticum, quia excommunicatus tali pacto arcetur à publicis actibus, tum jure ipſo, tum officio Judicis. Immo etiamſi Notarius excomunicatus eſſet toleratus, adhuc inſtrumentū ab eo confectum poſſet in foro externo infirmari, ſi qui opponit excommunicationem, poſſit illam probare, ut notat Durandus *tit. de inſtrum. edict. §. fides quibus inſtrumentis adhib. n. 31.* 15

Ex parte materiæ ad valorem inſtrumenti requiritur, ut fiat ſuper iis actibus, qui ab humana dependent voluntate, ſeu à libera diſpoſitione petentium inſtrumentum, & nullam requirunt cauſæ cognitionem; quapropter non valeret, ſi de eo Notarius ad meam petitionem teſta- 16

teſtaretur, quòd res mihi commodata ſine meâ culpa perierit, quia interponere cognitionem cauſæ non ſpectat ad Notarium, ſed ad Judicem. Quòd ſi dubitaretur de ipſo Notario, an revera is in tali officio fuerit legitimè conſtitutus, teneretur Notarius id probare per inſtrumentum ſuæ creationis, quo probaret ſe fuiſſe legitimè conſtitutum in tali officio à Principe, vel ſuperiore habente poteſtatem creandi Notarios, vel etiam per teſtes, qui interfuerunt, quando fuit Notarius creatus. Pertinet etiam ad Notarium, quòd negotium ſuper quo inſtrumentum conficitur clarè, diſtinctè, ac cum debitis circumſtantiis, & cauſis ſcribatur: ſiquidem non creditur, ſi in inſtrumento aſſeratur aliquod factum, niſi ea omnia etiam dicantur obſervata, ſine quibus res fieri non potuerit. Notat tamen Gaillus *lib. 2. obſervat. 33. & 71.* quòd inſtrumentum ob imperfectam narrationem ipſo jure non corruat, ſed tantùm ſi pars excipiat, quia ſi hæc non exceperit contra tale inſtrumentum, cenſetur illud approbare. Rurſus aſſerit ex generali conſuetudine Germaniæ ſatis cenſeri probatam numerationem pretii, ſi in genere de ſolutione, vel ſatisfactione in inſtrumento mentio fiat, tametſi determinata quantitas in ſpecie non exprimatur, eò quia fortaſſis contrahentes nolunt, ut aliis innoteſcat pretium, quo inter ſe convenerunt, qua ratione tantùm permittunt in inſtrumento ſcribi, quòd pro aliqua ſumma pecuniæ unus alteri domum vendiderit.

17 Præterea cenſet antiquo inſtrumento eſſe credendum quoad alias neceſſarias ſolemnitates, tametſi tantum in ſe contractus exprimatur in genere, quia propter temporis antiquitatem, & probationum difficultatem omnia præſumuntur legitimè facta. Hinc docet, quòd ſi in inſtrumento ſolùm dicatur, quòd talis Eccleſia rem vendiderit, poſt lapſum 30. annorum præſumatur conſenſus capituli interceſſiſſe, eò quia non videatur veriſimile, capitulum tanto tempore ſuiſſe rei alienationem diſſimulatum; hanc tamen præſumptionem ex diuturnitate temporis docet, non eſſe juris, & de jure, ſed admittere probationem in contrarium; ſi capitulum velit demonſtrare, nunquam ſupra illius rei venditione ſuum interveniſſe conſenſum.

18 Ad formam verò quod attinet publicorum inſtrumentorum jam ſuperiùs diximus, requiri, primò, ut præmittatur invocatio divini nominis. Ut etiam nomen Imperatoris, vel Pontificis, vel alterius Principis, in cujus territorio inſtrumentum conficitur. Inſeritur etiam ut ſuperius diximus, indictio, menſis, dies, & locus non ſolum generalis civitatis, vel oppidi, ſed etiam particularis, ſcilicet ipſa domus, in qua contractus agitur. Fuerunt hæ ſolemnitates à jure introductæ, ut quando conti erit, falſum confici inſtrumentum, fraus, & dolus faciliùs detegatur, ſi is, cujus intereſt, probet, ſe nunquam tali die fuiſſe in illo loco, & demonſtret, fuiſſe in alio, adeo ut Notarius in tali die, & loco non potuerit inſtrumentum illud conficere, quinimo ad fraudes declinandas ſtatutum etiam eſt, ut cum hec inſtrumento publico duo ad minimum interſint teſtes, qui tamen non eſt neceſſe, ut ſint rogati, nec quòd manu propria ſe ſubſcribant, dummodo eorum nomina exprimantur per Notarium; immo neque requiritur, ut ſint teſtes omni exceptione majores, niſi ſpecialiter de jure requirantur tales, ut in teſtimoniis ſolemnibus; unde teſtes per ſe inhabiles habilitantur per ipſam partium acceptationem, eo enim ipſo quòd contrahentes rogant duos, ut velint eſſe teſtes, tametſi hi minus idonei ſint, fiunt idonei ab ipſis contrahentibus.

§. II.

Qualem habeant in judicio inſtrumenta efficaciam?

NUlli dubium, quin inſtrumentum publicum ſi originale, & authenticum ſit, ſeu manu Notarii cum debitis ſolemnitatibus confectum, plenè probet quod diſpoſitivè continet tam pro Reo, quàm contra proferentem, ut notat Abbas *in c. 2. in princ. not. 2. h. t.* tali enim inſtrumento fides adhibetur ſine alio adminiculo, dummodo nil contineat, quo vitietur, ac irritetur, ut deſumitur *ex c. 1. h. t.* ubi dicitur, quòd non detur fides exemplaribus, ſi non appareat in ſcriptura authentica, ſeu niſi oſtendatur originale, ex quo clarè colligitur, inſtrumento originali, & authentico eſſe plenam fidem habendam. Quinimo non ſolùm ipſi inſtrumento publico, & ſolemni, ſed etiam protocollo ſcripto propria Notarii manu ad inſtantiam partium plena fides adhibetur, ſi tamen ita ſcriptum ſit, ut ex illo plenè poſſint intelligi, quæ acta ſunt, quia protocollum eſt archetypum, ex quo extrahitur, ſeu conficitur inſtrumentum; ſiquidem ad illud ſemper ſolet recurſus haberi, quoties de inſtrumento dubium incidit: qua ratione ſolet protocollum apud Judicem, vel Notarium in loco tuto aſſervari *c. quoniam 11. de prob.* Unde ſi ipſum inſtrumentum authenticum deſumptum à protocollo plenam fidem facit, multò magis ipſum protocollum, ſiquidem propter quod unum quodque tale & illud magis, quod enim eſt tale propter aliud, debet hoc aliud eſſe magis tale. Sin verò ex partium conventione, vel conſuetudine contractus ante firmitatem non habeat, niſi inſtrumentum ſuper eo confectum ſit, tunc ex Notarii protocollo nullum jus parti contrahenti acquiritur, niſi priùs contractus ſit completè in ſcriptum redactus, & inſtrumentum coram partibus, & teſtibus legatur *l. contractus 17. C. h. t.* ubi Gloſſa notat, quòd ſcriptura nonnunquam requiritur ad ſubſtantiam contractus, & interdum duntaxat ad probationem *l. contrahitur 4. ff. de pignor.* Imol ibid. *n. 3.* Cæterum ſi inſtrumentum non ſit conforme protocollo, ſed illi potiùs contradicat, tunc fides potiùs habenda eſt protocollo, quàm inſtrumento, quia hoc ex illo extrahitur, & ſecundum protocollum inſtrumentum redigitur in formam ſolemnem; hinc quando de fide inſtrumenti dubitatur, ſolet ad protocollum recurri, ut juxta illud conficiatur inſtrumentum.

Qui-

2 Quinimo etiam ipſum exemplum ſumptum ex protocollo, quod Notarius ſcripſit, habetur pro inſtrumento publico: quòd ſi Notarius, qui ad petitionem partium protocollum confecit mortuus ſit, priusquam acta redegerit in ſolemne inſtrumentum, tunc alius Notarius, ſi partes conſenſerint, debet authoritate Judicis ordinarii illud perficere, & deſumitur ex *c. 15. cum publicus tabellio h. t.* ubi habetur, quòd ſi Notarius aliqua inſtrumenta redacta in nota non perfecerit, & moriatur, alius Notarius authoritate Judicis ordinarii ad petitionem partium poſſit illa in publicam formam redigere, ut ſint habitura perpetuam firmitatem: idque Gloſſa etiam extendit ad inſtrumenta, quæ per vetuſtatem, aut aliam juſtam cauſam corrupta ſint. Cæterum Tabellio quamdiu vivit, non poteſt alteri committere completionem inſtrumenti, ſed ipſemet debet complere inſtrumentum prout in protocollo reperitur, nil addendo, nil minuendo, & exemplum ſumptum ex protocollo, quod Notarius ſcripſit habetur pro inſtrumento publico, & authentico, & illo mortuo debet inſtrumentum ex illo extrahi ab alio publico Notario, ut deſumitur *ex eod. cap.* Ut autem ex protocollo prioris Notarii poſſit alius Notarius extrahere publicum inſtrumentum, cui plena fides ſit præſtanda, plura requiruntur: ſiquidem debet id fieri authoritate Judicis Ordinarii, vel ſaltem delegati à Papa, vel à Judice Ordinario cum ſpeciali mandato, & id non niſi poſt mortem prioris Notarii, qui protocollum ſcripſit, vel ob ejus diuturnum impedimentum. Rurſus non niſi rogatus debet actum, vel contractũ redigere in notam, ſeu protocollum; & rurſus alter Notarius debet inſtrumentum fideliter conficere, ſecundùm ea, quæ reperit in protocollo nil addendo, vel minuendo ex iis, quæ pertinent ad ſubſtantiam: & Judex debet poſtea ſummariè cognoſcere tum de fide, & integritate protocolli, & etiam ipſius Notarii, ut notat Mynſing. *centur. 6. obſer. 73. num. 3.*

Tranſumptum tamen, ſeu copia inſtrumenti regulariter non habet vim probandi in judicio ſine exemplari originali, ut deſumitur ex *c. ſi ſcripturam 1 h. t.* ubi ſtatuitur, quòd non ſit adhibenda fides exemplaribus, ſi non appareat ſcriptura authentica, id eſt niſi oſtendatur originale, niſi fortaſſis eſſet ſcriptum per ipſum Judicem, ut notat Gloſſa, & ejus authoritate publicatum. Quòd ſi tranſcriptum ex inſtrumento originali, ſeu copia ejusdem fiat authoritate Judicis ordinarii, vel delegati, tum vim habet probandi, perinde ac ipſum originale, ut liquet ex *cap. ſi inſtrumenta 16. h. t.* ubi habetur, quòd ſi propter antiquitatem, vel aliam juſtam cauſam quis petat inſtrumenta exemplari coram ordinario Judice præſententur, vel delegato ab eo ad id ſpecialiter, qui ea diligenter inſpiciat, & ſi non ſint in aliquo vitiata, faciat ea exemplari per publicam perſonam, ut eandem habeant authoritatem.

4 Ad tranſcribendum tamen hoc exemplum nonnulla requiruntur. Primò ut Judex inſpecto originali agnoſcat illud validum eſſe, ac ſolemne. Secundò ut ex juſta cauſa illud fiat, ut quia archetypum ob vetuſtatem, & antiquitatem litterarum deficere incipiat. Tertiò ut is, cui exemplatio mandatur, ſit Notarius publicus. Quartò ut citata parte exemplar levetur, ut deſumitur ex *d. c. ſi inſtrumenta 16. h. t.* & notat Maſcardus *de probat. concluſione 711. num. 19.* ſunt tamen caſus particulares, in quibus abſque partis citatione, vel Judicis authoritate exemplum levatum ex inſtrumento originali fidem facit, ut ſi ſit periculum in mora exemplationis, eò quia ita ſit inſtrumentum vetuſtate deſumptum, deletum, ut citatio exſpectari non poſſit, ut notat Innocentius *in d. c 61. n. 3.* Secundò ſi vigeat conſuetudo, ut abſque ulla citatione poſſit inſtrumentum exemplari, ut notat Menoch. *conſil. 745. num. 7.* Tertiò ſi exemplatio fiat per eundem Notarium, qui inſtrumenta confecit, quia tunc citatio partis non requiritur. Cenedus *collect. 132. ad decret.* alios recenſet ſpeciales caſus, in quibus ſine partis citatione, vel Judicis authoritate exemplum reſcriptum ex inſtrumento originali fidem facit. Eſt enim effectus proprius hujus exemplationis, ut fidem faciat, nec ſit opus ampliùs producere ipſum originale inſtrumentum.

Inter inſtrumenta publica recenſentur etiam illæ ſcripturæ, quæ à quibuscunque confectæ in publico archivo aſſervantur *authent. ad hæc C. h. t.* Dicitur *archivum* locus, in quo recondita ſunt omnis generis ſcripturæ, quæ ſi poſtea producantur fidem faciunt, non tam ratione loci, quàm reſpectu illius, cujus authoritate fuerunt ſcripturæ in archivum relatæ. Competit archivum tantùm Prælatis eccleſiaſticis majoribus, cujusmodi ſunt Epiſcopi, & eorum ſuperiores, ut etiam dominis temporalibus exercentibus in ſuis territoriis jura imperii, & regalium. Debet ſpecialiter archivum eſſe ſub cuſtodia, cujusdam officialis, qui ſimul in productione ſcripturæ atteſtari debet, talem ſcripturam fuiſſe ex archivo, ſeu cancellaria deſumptam, & inter alia inſtrumenta authentica repertam, ac fideliter aſſervata, & hic officialis ſolet etiam vocari Cancellarius. An verò ſcripturæ, quæ aſſervantur in archivis Monaſteriorum, Conventuum religioſorum, civitatum, ac perſonarum illuſtrium, quibus nec cancellarius, nec jura regalium ſuffragantur, fidem faciant, videtur dubium.

Putant aliqui, quòd licèt ſcripturæ deſumptæ ex hujusmodi archivis authoritatem non videantur præſeferre, nihilominus libris civitatum, Monaſteriorum, Conventuum religioſorum, ubi deſcribuntur annui proventus, prædia, jura, fines territoriorum, ſit fides adhibenda in rebus alienis, quando ſcilicet unus ſubditus tales libros aſſervatos in archivo domini allegat, & producit contra alium, ut notat Jaſon in *l. admonendi ff. de jurejur. num. 37.* Non ita hiſce libris crederetur, ſi Monaſterium vellet producere tales libros à ſe, vel ſuis majoribus conſcriptos ad probanda ſua jura, ut nec etiam ſi dominus ad eundem finem ſuos itidem libros produceret *l. 7. C. de probat.* ubi habetur exemplo pernicioſum eſſe, ut illi ſcripturæ credatur, qua aliquis ſibi ipſi debitorem conſtituit, idque vel maximè contra homines non ſubditos, & ex-

& exiſtentes extra ſuum territorium, ut notat Bald. *l. 7. num. 1.* quia reſpectu extranei civitas, vel reſpublica cenſetur jure privatorum, proinde hujuſmodi ſcripturæ habentur ut privatæ. Secus contra proprium ſubditum duobus ſaltem caſibus fidem faciunt: primò ſi tales libri communiter habeantur authentici, & in dubiis frequenter ad illos recurratur ab ipſis ſubditis. Secundò, in factis antiquis excedentibus memoriam hominum, quia ob difficultatem probationis in antiquis, ſolent leviores probationes acceptari.

7 Inſtrumenta privata, quæ manu propria ſcribentis ſubſcripta ſunt abſque ſubſcriptione teſtium, & aliis adminiculis, contra ipſum ſcribentem plenè probant ſaltem regulariter, niſi aliis argumentis, & probationibus probari poſſit, erroneum, aut falſum eſſe, quod ſcripſit. Neque obſtat, quòd confeſſio extrajudicialis abſente adverſario facta non niſi ſemiplenam probationem conſtituat; quia eſt alia ratio de confeſſione, ſeu aſſertione ſcripta, & de alia tantùm ore tenus prolata: quia ſcriptura, ſemper loqui cenſetur, proinde etiam in præſentia adverſarii, ſi ad ejus manus deveniat; tum quia, quæ ſcribimus eum majori ſemper deliberatione, & cautela ſolemus ſcribere, quam loqui *l. publica 26. §. fin. ff. depoſiti l. generaliter C. de non numer. pecun.* Panormit. *in c. 2. h. t. num. 10.* Hinc ſcriptura privata regulariter contra ipſum ſcribentem plenè probat, non ita confeſſio extrajudicialis, quæ fit ore tenus abſente adverſario. In favorem verò ſcribentis chirographum, ſeu ſcriptura privata nil probat *l. inſtrumenta 5. ff. de probat.* ubi habetur, quòd inſtrumenta domeſtica, ſi aliis adminiculis non adjuventur per ſe ſola ad probationem non ſufficiant, eò quia non ſint inſtrumenta authentica. Verùm tamen eſt, quòd licèt hujuſmodi privata inſtrumenta non faciant probationem plenam, nec ſemiplenam; inducunt tamen præſumptionem, eum non ſit veri ſimile, quempiam falſam ſcripturam feciſſe ob timorem ſaltem pœnæ falſi, Covarruv. *pract. quæſt. 22. num. 6.* Imò etiam ſi talia inſtrumenta eſſent teſtium ſubſcriptione munita, & teſtes ſubſcripti jam deceſſerint, non probant in judicio, niſi per publicum Notarium confecta fuerint, vel authenticum ſigillum habuerint. Et hoc eſt diſcrimen inter inſtrumentum publicum, & privatum, quia illud plenè probat, quamvis teſtes ſubſcripti jam deceſſerint, vel etiam ipſe Notarius obierit, ut deſumitur *ex c. cum publicus 15. h. t.* ſecus inſtrumentum privatum nullius eſt authoritatis in ordine ad fidem faciendam in judicio, ſi teſtes ſubſcripti deceſſerint, quia tunc deſinit eſſe inſtrumentum authenticum, & nullam vim habet probandi, ut liquet *ex c. 2. h. t.* ubi habetur, quòd ſcriptura facta per manum alicujus privati, ut ſcriptura facta à teſtibus, ſi teſtes ſint mortui fidem non habent; ſecus ſi ſit facta per manus Notarii, vel habuerit authenticum ſigillum, per quod probari poſſit.

8 Quòd ſi aliquis in chirographo privato fateatur, ſe pecuniam mutuam accepiſſe, quam revera non accepit, tunc competit ipſi aliquod beneficium juris, quod dicitur exceptio non numeratæ pecuniæ, quam exceptionem ſi intra biennium à die dati chirographi oppoſuerit, transfert onus omne probandi talem numerationem pecuniæ factam eſſe in ipſum adverſarium. Rurſus in dote etiam conſtitutum eſt, ut marito intra biennium concedatur exceptio non numeratæ dotis, ſi confeſſus ſit, ſe dotem accepiſſe, quam revera non accepit, idque æquitati eſt conſonum, quia ſponſus ob nimium erga ſponſam affectum ſæpius adducitur, ut ante dotis traditionem ſe eandem accepiſſe fateatur *l. in contractibus C. de non numer. pecun.* Interdum etiam contingit, ut creditores anticipatè tradant ſuis debitoribus apocham, ſeu quietantiam, & quia revera ſolutionem debiti non receperunt; ideo jura etiam illis exceptionem non numeratæ pecuniæ conceſſerunt, ut debitor non obſtante confeſſione creditoris teneatur probare ſolutionem à ſe factam eſſe. Hæc tamen exceptio minori tempore datur creditoribus, quàm debitoribus, quia his biennium competit; illis autem triginta dies. Ratio diſcriminis ex eo petitur, quia debitor, ſi velit pecuniam mutuam habere, debet ad petitionem creditoris priùs dare chirographum: creditor autem per media judicialia poteſt debitorem etiam injuſtum compellere ad ſolvendum: hinc jura magis videntur ſuccurrere debitori, qui citiùs chirographum porrexit, quam creditori.

Si in inſtrumento privato promiſſio dandi,
vel faciendi aliquid habeatur, non expreſſâ causâ, nulla inde oritur obligatio in foro externo etiam canonico, niſi actor probet, id ſibi debitum eſſe *c. ſi cautio 14. h. t.* ubi habetur, quòd producens ſcripturam, ut cautionem, in qua eſt debitum ſibi promiſſum, ſi non exprimitur cauſa, quare fuit promiſſum, abſolvitur debitor, niſi creditor probet, id eſſe ſibi debitum. Quia obligatio dandi, vel faciendi eſt jus, ſeu actio petendi, & non oritur niſi ex cauſa, & titulo: unde quando cauſa non exprimitur promiſſio cenſetur facta per errorem, & in jure errantis nullus eſt conſenſus, proinde neceſſe eſt, ut actor probet titulum, ſeu cauſam promiſſionis factæ, vel ſaltem quòd facta ſit promiſſio ſub conditione non impleta. Tum quia in jure canonico non datur actio ex nudo pacto, niſi cauſa expreſſa ſit. Secus ſi in cautione exprimatur cauſa debiti, tunc fides illi præſtatur, & creditur confeſſioni promittentis contra ſe, niſi probet, ſe indebitè promiſiſſe; vel per errorem confeſſum fuiſſe indebitum, quod putabat eſſe debitum, alioquin indignum eſſet, ut quod quisque ſua voce claré, ac expreſsè proteſtatus eſt, in eundem caſum vellet ſibi contradicere, ut notat Gloſſa *in c. ſi cautio 14. h. t. V. confeſſioni.* Nomine cautionis hic intelligitur omnis confeſſio, vel ſimplex promiſſio, cui nec pignus, nec fidejuſſio eſt adjecta, ſed quæ nudè, ac ſimpliciter facta eſt, ſive ſcriptura publica, vel privata intervenerit, ſive non; *l. ſancimus 3. C de verb. & rer. ſignificat.* 9

Plures tamen dantur exceptiones, in quibus tametſi cauſa non fuerit expreſſa, adhuc ex ſimpli- 10

tur; & rurſus narrationem, concluſionem, & datam: & licèt epiſtola datâ temporis, & loci careret, adhuc contra ſcribentem probaret, ſi præſentata fuit illi, cui mittitur, ut notat Menochius *de arbit. Jud. caſu 94. num. 6.* Sigillo publico, ſeu authentico publica authoritate alicujus Magiſtratûs, Ordinarii, vel Capituli in rebus ad juriſdictionem, vel officium eorum pertinentibus indiſtinctè ſolet haberi plena fides; adeo ut tunc non ſit neceſſaria alia recognitio, ſi per ſe ſigillum ſatis notum ſit ex litteris in eodem appoſitis, ut ait Menochius *de arbit. Jud. caſ. 113. num. 8.* quia ratione litterarum difficiliùs poteſt falſari; hinc conſuetudo in pluribus locis inolevit, ut litteræ ſigillo Epiſcopi, Magiſtratûs, vel alterius Judicis Ordinarii apponerentur ad faciendam plenam fidem etiam in cauſis gravioribus. De jure tamen communi litteræ, & ſcriptura in ſigillo Judicis inciſæ non cenſentur plenè probare in præjudicium alterius exceptis cauſis levibus, in quibus tanta certitudo non requiritur, quanta in arduis, & gravibus; quia non major fides adhibenda eſt litteris inciſis ſigillo, quàm vivæ voci, cùm non minùs Judici poſſit quis ad falſum teſtandum ſiſtere ſigillum ſuum, quàm ad falſum dicendum, & Epiſcopo, vel Judici aſſerenti aliquid viva voce in grave præjudicium alterius non ſtatim habetur plena fides *c. ſi tantum 2. cauſ. 6. q. 2.* proinde neque litteris ſigillo Ordinarii inciſis præſtanda erit plena fides, præſertim cum tales litteræ ſint magis privatæ, quàm publicæ.

16 Litteræ autem quibus appoſitum eſt ſigillum proprium perſonæ privatæ in præjudicium apponentis ſigillum faciunt plenam fidem etiam abſque alia ſubſcriptione, ut notat Maſcardus *de probat. concluſ. 1302. num. 4.* quia ſigillum adhibetur ad fidem faciendam ſcripto, ſcilicet ad probandum tale ſcriptum emanâſſe ab eo, qui eidem ſuum appoſuit ſigillum. Tria tamen requiruntur, ut ſigillum plenam fidem faciat: primò ut litteris exprimatur, cujus ſit, vel ſaltem ex conjecturis, & circumſtantiis, id colligatur. Secundò à quo appoſitum fuerit. Tertiò ex qua cauſa appoſitum conſtet; in dubio tamen præſumitur ſigillum appoſitum eſſe ex voluntate illius, ad quem pertinet ſigillum, niſi contrarium probetur. Non tamen ſigillum privatum appoſitum ſcripturæ probat in præjudicium alterius tertii, quia ſigillum non poteſt plus probare, quàm teſtimonium ad quod ſignificandum adhibetur, & unius privati viri teſtimonium non ſufficit ad plenam fidem faciendam *c. licèt 23. de teſtibus*; proinde neque unius privati viri ſigillum. Secus ſigilla duorum, vel trium virorum probatæ, ac integræ famæ appoſita alicui ſcripturæ, ſi recognita, & approbata fuerint, plenam fidem faciunt, etiam ſi agatur in præjudicium alterius. In litteris tamen obligatoriis, non tantùm debet apponi ſigillum, ſed etiam ſigillantis ſubſcriptio, quia tunc minus revocari poteſt in dubium, immo conſuetudo in aliquibus locis invaluit, ut publicus Notarius, vel duo teſtes adhibeantur, qui teſtentur de ſigillatione, & ſubſcriptione.

§. III.

De productione, editione, & impugnatione inſtrumentorum.

PRoduci debent inſtrumenta in Judicio poſt litem conteſtatam parte contraria citata. 1
Quòd ſi inſtrumentum plures articulos contineat, & lis ſuper uno tantùm, vel altero moveatur, tunc non eſt neceſſe parti adverſæ totum inſtrumentum exhibere, ſed tantùm illum articulum, qui ad cauſam facit; idque ne pars adverſa, quæ præſumitur quærere omnem occaſionem cavillandi ex aliis articulis novas quæſtiones, & lites ſuſcitet *c. contingit 5. h. t.* Judici tamen totum inſtrumentum debet exhiberi, ut ipſe cognoſcere valeat, an revera articulus ſicut pars allegat, verè contineatur in inſtrumento. Quòd ſi actor cogitet intentionem per inſtrumenta probare, debet eadem inſtrumenta in promptu habere, adeo ut non ſit audiendus, ſi illa ab adverſario petat, quia neque juris, neque æquitatis ratio patitur ex armamentario adverſarii arma exigere ad illum confodiendum *c. 1. de probat. l. qui accuſare C. de edend.* Secus dicendum de reo, hic enim ab actore rationes, & inſtrumenta petere poteſt *l. non eſt novum, & l. fin. C. de edend.* quia favorabiliores ſunt partes Rei, quàm Actoris. Tum quia inconveniens eſt, quòd actor ſine fundamento litem inchoet, & cauſam ſuam ſuper alienis documentis fundet: è converſo æquitati eſt conſonum, quòd reus à quo aliquid petitur, rationes exigat adverſarii, ut juſtam cauſam petendi cognoſcat.

Hæc tamen regula, quâ reus dicitur non teneri ſua inſtrumenta edere actori exceptionem 2
patitur in illis inſtrumentis, quæ utrique parti communia ſunt: dicuntur inſtrumenta communia utrique parti, quæ vel ratione materiæ, quam continent, vel ratione proprietatis, vel ratione ſocietatis, vel quia communi ſumptu, & labore confecta inter partes litigantes ſunt communia; quo pacto teſtamentum defuncti dicitur commune omnibus in eo nominatis, ut etiam inſtrumenta inter ipſos contrahentes ſuper contractu confecta. Præterea ſi actor ex aliis probationibus ſuam principalem intentionem fundaverit, & duntaxat circa quæſtionem incidentem, vel ad probandam replicationem, aut quantitatem debiti inſtrumenta ipſius Rei petat, debet Judex ipſius petitioni annuere, & reum compellere ad exhibenda ſua inſtrumenta actori *l. Titius heres 48. & l. creditor 52. in princ. ff. de action. empt.* Baldus *in l. 1. §. editiones ff. de edend.*

Rurſus ſi inſtrumenta originalia communia 4
amiſſa fuerint, & exempla penes reum habeantur, tametſi hæc propria ſint ipſius rei, eò quia proprio ſumptu curaverit ſibi deſcribi; nihilominus, quia quæ in illis continentur ſunt communia; & originalia, quæ potuiſſet actor producere, ſunt deperdita, debet Judex ſuo officio reum compellere ad ſua exempla actori exhibenda, ut notat Panormitanus *in c. 1. de probat.* & deſumitur *ex l. 1. de edend.* ubi dicitur, quòd ex juſta cauſa teneatur reus ſua inſtrumenta actori exhibere.

4 An verò inſtrumenta produci poſſint uſque ad ſententiam definitivam. Reſpondetur affirmativè, quia ante ſententiam definitivam poteſt Judex ſemper audire novas probationes litigantium, proinde etiam recipere inſtrumenta, cum hæc in judicio habeantur loco probationum. Neque obſtat, quòd poſt teſtium publicationem non liceat alios teſtes producere, proinde neque inſtrumenta *c. pervenit. 4. de teſtib. cogend. l. 1. ff. h. t.* ubi habetur, nomine inſtrumentorum teſtes contineri: & inſtrumenta talem cum teſtibus probandi vim habere deſumitur *ex l. in exercendis 5. C. h. t.* Contra eſt quia eſt diſcrimen inter teſtes, & inſtrumenta; ſiquidem in inſtrumentis ceſſat timor ſubornationis, non ita in teſtibus, qua ratione poſt publicata teſtimonia, non licet alios teſtes producere. Poſt concluſionem verò non poſſunt ampliùs inſtrumenta produci *argum. cap. paſtoralis 5. in fin. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* quia per concluſionem in cauſa cenſetur renunciatum omnibus aliis probationibus; eſt enim concluſio terminus excluſivus omnium aliarum probationum; adeo ut non poſſit ampliùs quidquam in cauſa mutari *cap. auditis 8. de procurat.* Gloſſa *in c. ſignificaverunt 36. V. liquere de teſtib.* Mynſing. *centur. 6. obſer. 36. num. 1.* quòd à fortiori procedit poſt ſententiam definitivam, quia cùm tunc judicium ſit abſolutum, non poſſunt ulterius inſtrumenta produci *cap. cùm dilectus 9. h. t.* quinimo neque inſtrumenta recèns reperta poſt ſententiam produci poſſunt in cauſis privatis, ut nec prætextu illorum ſententia reſcindi *l. Imperatores 35. §. de re judic.* quia res judicata habetur pro veritate. Excipiuntur tamen aliquot caſus, in quibus etiam poſt ſententiam admittitur probatio per inſtrumenta, ut ſi condemnatus ſummariè probet ſe impeditum fuiſſe, & inſtrumenta priùs producere non potuiſſet, vel ante ſententiam proteſtetur de impedimento.

5 Cæterum Judex poteſt ante concluſionem in cauſa certum tempus præſtituere, intra quod producenda ſint omnia inſtrumenta ad lites abreviandas; quemadmodum à jure ſtatuitur certus terminus ad excludendas exceptiones dilatorias, & nihilominus Judex poteſt breviorem terminum præfigere ad omnes dilatorias proponendas *c. paſtoralis 4. de exception.* Rurſus teſtes poſſunt ex jure reprobari usque ad publicationem atteſtationum, & nihilominus poteſt Judex breviorem terminum præfigere, intra quem producantur omnes teſtes probatorii, & reprobatorii *c. cauſam 19. de teſtibus*; unde poteſt etiam Judex breviorem terminum ſtatuere ante concluſionem in cauſa, poſt quem terminum non admittitur ampliùs productio inſtrumentorum, neque teſtium.

6 Excipiuntur tamen aliquot caſus, in quibus poſſunt inſtrumenta produci, etiam poſtquam in cauſa concluſum eſt. Primò quia concluſio ita eſt terminus excluſivus probationum, ut non præjudicet Judici, quo minus ſuo fungatur officio; quapropter ſi neceſſitas exigat, & ita expedire Judici videatur, poteſt hic inſtrumenta recipere, etiam poſtquam concluſum eſt in cauſa. Secundò ſi inſtrumenta abſque negligentia partis producentis amiſſa fuerint, & poſt concluſionem in cauſa de novo ſint reperta, & fuit ignoratum, quod per juramentum producentis probandum eſt, poſſunt iterum reſumi, ut docet Bart. *in l. admonendi 31. num. 3. & 4. ff. de jurejur.* Tertiò in cauſis criminalibus poteſt reus in ſui defenſionem, & ad probandam ſuam innocentiam etiam poſt concluſionem in cauſa inſtrumenta, & alias probationes producere; quod procedit etiam in cauſa matrimonii, quæ cum ardua ſit, æquiparatur criminali, ut notat Gailius hîc *num.* 12. Quartò ſi parte adverſa præſente, & non contradicente poſt concluſionem in cauſa recipiatur productio inſtrumentorum, tenet receptio. Quintò ſi ex injuria tutoris, vel adminiſtratoris, non fuerint inſtrumenta producta ante concluſionem in cauſa, tunc etiam ſuccurritur pupillo, ut etiam minorenni, & Eccleſiæ per reſtitutionem in integrum etiam poſt latam ſententiam, ut notat Gloſſa *in c. inter 20. V. confirmantes de ſententia, & re judic.* Sextò poſſunt etiam inſtrumenta produci in cauſa appellationis, ſi in priori inſtantia tidem obſtabat concluſio in cauſa *l. probare 4. C. de temp. appellat.* Septimò, quando inſtrumentum poſt concluſionem in cauſa producitur ad priores probationes declarandas, quia prohibitus probare non prohibetur probationem à ſe jam factam declarare. Cæterum conſultius cenſetur, ut inſtrumenta producantur cum proteſtatione illa exhibendi ſuper articulis, qui faciunt in favorem producentis, & contra partem adverſam, non aliter, nec alio modo, alioquin productio inſtrumenti non minus probat pro parte adverſa, quàm pro producente.

Quòd verò ad inſtrumentorum impugnationem pertinet; plures ſolent exceptiones contra inſtrumentum opponi; & deſumuntur vel à cauſa efficiente, ut quòd inſtrumentum non fuerit factum à legitimo Notario. Vel à cauſa materiali, ut quòd factum fuerit, ſuper re illicita, & non permiſſa à jure, tametſi generatim inſtrumenta fieri poſſint de omnibus contractibus, & actibus, tam contentioſæ, quàm voluntariæ jurisdictionis. Vel à cauſa formali, eò quia aliqua ex requiſitis ſolemnitatibus fuerit omiſſa; vel quòd inſtrumentum non fuerit ritè productum, & publicatum, ut notat Weſenbeg. *in paratit. ff. h. t. num. 8.* In ſpecie verò opponitur quòd inſtrumentum falſa contineat, ut deſumitur *ex c. accepimus 4. h. t.* ubi habetur, quòd quando quis aſſerit, privilegia partis contrariæ eſſe falſa, Judices in loco congruo, & ſecuro, ut in clauſtro Religioſorum privilegiatorum coram duodecim teſtibus infra certum terminum illa demonſtrent parti, ſed interim privilegia, & ſententia lata habeant ſuam vim. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi quis privilegium, vel inſtrumentum alterius velit impugnare ut falſum, debeat illud Judici exhibere, ut de ejus falſitate conſtet, quia privilegia, vel inſtrumenta non inſpecta non poſſunt argui falſitatis, ſiquidem ſciri nequit, quid intus contineatur, nec quid per illa ſervandum ſit, hæc enim

non 7

nonniſi ex eorum inſpectione deprehenduntur; ut conſtat *ex cap. accepimus 4. h. t.*

8 Debet autem privilegium, vel inſtrumentum originale exhiberi, ſi de illius veritate dubitetur, vel redarguatur falſitatis; ac inſpiciendum eſt in loco, ubi aſſeruatur, vel in alio ſecuro, ſiquidem non eſt conſultum, ut privilegium, aut inſtrumentum transmittatur; ſed ſi de eius tanore dubitetur, vel in loco, ubi aſſeruatur, aut in alio ſecuro tradi debet inſpiciendum, vel debet exemplari quod etiam tutius eſſet. Siquis inſtrumentū alterius falſitatis redarguat, Iudex debet ei temporis terminum ſtatuere, intra quem compareat ad inſpiciendum, & convincendum de falſitate, quòd ſi non comparuerit fertur ſententia pro privilegio: perinde ac fieri ſolet, quando quis alterum infamat, vel dicit eſſe illegitimè natum, ſtatuitur tunc ei tempus ad probandum defectum, vel crimen, & ſi non comparuerit intra ſtatutum terminum imponitur ei perpetuum ſilentium, ne impoſterum infamet *l. diffamari 5. C. de ingenuis*: ſiquidem hæc coargutio privilegij, vel inſtrumenti de falſitate quædam eſt diffamationis ſpecies, ut docet Bartol. in *l. Titia ff. de accuſat.* Dubitari ſolet; an hæc ſententia, ſi poſt culpabilem abſentiam lata ſit contra Archiepiſcopum tranſeat ad ſucceſſores, & videtur id negandum: quia delictum perſonæ non debet redundare in detrimentum Eccleſiæ, ut habetur *ex regula 76. in 6. c. 3.* Nihilominus oppoſitum eſt verum, quia negligentia Prælati in iudicialibus obeſt Eccleſiæ, cui tamen ſi læſa fuerit conceditur reſtitutio in integrum *c. 3. de in integr. reſtitut.*

Quæri tamen poteſt, an ſi inſtrumentum 9 in una tantùm parte falſum deprehendatur totum vitietur? Certum eſt reddi totum ſuſpectum *argu. c. puer 17. cauſa 3. q. 9.* ubi tota teſtimonij fides ob mendacium partis declaratur irrita *argu. c. ſi ad ſcripturas 7. diſt. 9.* Id autem procedit, quando falſitas verſatur circa ſubſtantialia ipſius inſtrumenti, aut falſitas eſt in capitulo diverſo annexa tamen illi, de quo controvertitur, tunc enim totum inſtrumentum etiam in capitulo controverſo cenſetur vitiatum: non ita ſi falſitas ſit in uno articulo diverſo, & ſeparato, tunc non præſumitur inſtrumentum falſum in reliquis capitulis ſeparatis, cum hæc non habeant connexionem cum illo: utile enim per inutile non vitiatur, quando ambo ſeparari poſſunt, ut docet Menochius *de præſumpt. lib. 5. præſumptione 2. n. 31. & 32.* ubi tamen notat, quòd ſi falſitas proveniat ex parte Notarij, quatenus hic ſua malitia commiſit falſum, in aliqua parte, ſeu capitulo ſubſtantialis inſtrumenti, tunc totum inſtrumentum cenſendum ſit falſum, eò quia fides inſtrumenti à fide dependeat Notarij, quæ ſi vacillet in una parte, totum vitiat falſumque reddit. Alii tamen cum Fachinæo *lib. 9. controverſ. jur. c. 179.* cenſent inſtrumentum in eo caſu tantùm vitiari in ea parte, in qua falſitas deprehenditur. Neque obſtat, Inſtrumenta, quæ impoſterum conficit talis Notarius eſſe nullius valoris, eò quia nequeat amplius exercere munus Notarij, quia inde non ſequitur, alias partes inſtrumenti jam confecti, in quibus falſitas non comprehenditur, nullius eſſe valoris: alioquin omnia alia inſtrumenta, quæ talis Notarius priùs confecit, præſumi deberent falſa, quod non conceditur.

Rurſus contra inſtrumentum opponi poteſt, quòd ſit vetuſtate penè abſumptum, ac deletum, adeò ut legi vix amplius poſſit, vel quòd ſignatum non fuerit debito modo, vel ſi corruptum ſit in anno domini, & indictione: ſi charta antiquior appareat, quam ſcriptura, quod tamen per ſe ſolum non ſufficit, niſi acceſſerint alia adminicula, ac conjecturæ falſitatis: quia contractus recentes ſcribi optimè poſſunt in charta vetuſtiſſima: hi enim defectus reperti in inſtrumentis privilegiorum, vel contractuum ſuſpicionem ſaltem ingerunt falſitatis, ac fidem illi derogant, ut liquet *ex c. inter dilectos 6. h. t.* ubi Innocentius III. ait, quòd quando jura partium ſunt obſcura ſententia fertur contra eum, qui eſt petitor, & abſolvitur conventus; & ſic qui in cauſa non legitimè probat, ut per inſtrumenta corroſa, vel notoriè confracta, vel cum ſigillo vaſtato, vel alienâ manu ſubſcripta, vel ex qualitate chartæ, vel in anno domini, & ſimilibus nil facit, nec nocet poſſeſſori; hinc falſitas ſcripturæ dignoſci poteſt in annis domini, in indictione, in qualitate chartæ, in ſigillo privilegii, in ſcriptura Notarij. 10

In inſtrumentis enim maximè attenditur ſigillum, quòd ſi ſit enormiter fractum, vel ejus imago deleta, adeo ut ex reliqua parte nequeat clarè colligi, ad quem pertineat, & litteræ in circumferentia ſigilli poſitæ non ſint legibiles, neque exprimant nomen illius, cui ſigillum adſcribitur, vel quòd figura dignitati ſigillantis non congruat; tunc enim ſaltem ſuſpicio falſitatis inducitur, & defectus fidem inſtrumento derogat *c. litteris 9. extra de crim. falſ.* Verùm quoad defectus inſtrumentorum arbitrio prudentis Iudicis potiùs relinquendum eſt, quia plerumque non ſunt tanti, ut inſtrumentum falſum indicent. Quòd ſi ſigillum appoſitum inſtrumento ſit adulterinum, ſeu ſculptum ad imitationem veri ſigilli, id probandum eſt per teſtes juxta *c. cum Ioannes 10. h. t.* & probatio huius falſitatis poteſt fieri directè per oſtenſionem fraudis, vel etiam indirectè probando illud non eſſe confectum cum conſenſu Principalis, imò eo reclamante. 11

§. IV.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ Quæſtiones.

QUæritur primò, cur inſtrumentum privatum, ſi teſtes deceſſerint, non habeat fidem, ſecus inſtrumento publico credatur, tametſi teſtes mortui fuerint? certum eſt, inſtrumentum privatum corruere, ſi teſtes in eo ſcripti deceſſerint, niſi ſigillum habeat authenticum, ut probat textus in *l. inſtrumenta l. exemplo l. rationes C. de probat. l. nuda ff. de donat. authent. ſi quis vult. C. ſi potiores authent. de inſtrument. cautione, fide, §. ſi verò.* Ratio igitur eſt, quia cum in inſtrumento privato deficiat ratio, ſeu authoritas perſonæ publicæ, non poteſt 1

teſt fidem habere, niſi prout comprobatur, & ſuſtinetur per teſtes inſcriptos, ut deſumitur, *ex authent. ſi quis vult. C. ſi potiores*, & *l. inſtrumenta 5. C. de probat.* hinc ſi teſtes inſcripti deceſſerint, non poteſt per eoſdem ampliùs inſtrumentum comprobari, nec ſuſtineri, proinde hoc demortuis teſtibus nullam ampliùs fidem facit. Secus inſtrumenta publica, & authentica, quia publico, & authentico ſigillo ſunt munita ex ſe fidem obtinent omni tempore; proinde etiam defunctis teſtibus, & Notario.

2 Videtur tamen in contrarium urgere, quia inſtrumentum privatum, tametſi teſtibus deſtitutum adhuc ſufficiens eſt ad obligandum efficaciter actorem *l. 1. C. ſi minor. l. non eſt novum C. de edend* & ibi Cuiacius, unde defunctis teſtibus inſtrumentum privatum adhuc meretur fidem. Tum quia *in l. ſcripturas 15. h. t.* habetur, quòd ſi ſcriptura trium teſtium ſubſcriptione muniatur fidem faciat omni tempore, etiam defunctis teſtibus: ergo tametſi teſtes deficiant, non propterea deficit fides inſtrumenti. Sed contra, quia juxta principia juris in omni negotio ſcriptura privata contra ipſum ſcribentem, ac in eius præjudicium plenam inducit probationem: at ſi qui ſcripturam privatam ſubſcripſerunt, ac confecerunt non ampliùs exiſtant, cùm nemo ſit, qui poſſit teſtificari de veritate ſcripturæ, & ſubſcriptionum, ideò deficit tota fides inſtrumenti privati. Neque obſtat, quod addebatur *ex l. ſcripturas 15.* quia eius deciſio tantùm procedit inſpecto iure civili, in quo defunctis teſtibus inſtrumentum non deficit, quod in jure canonico non admittitur, ut notat Duarenus *ad titul. de fide inſtrument. in princ.*

3 Quæritur ſecundò, cur ſimplici inſtrumenti exemplo ſine originali fides non adhibeatur. Reſpondetur fidem non adhiberi exemplo ſine originali, eò quia facilè daretur occaſio falſitatis, & deceptionis: ſiquidem in ipſo originali poſſent vitia haberi; quæ ſi agnoſcerentur inſtrumentum irritarent, cuiuſmodi ſunt ſuppoſitio ſigni litterarum, cancellationes, raſuræ, & alia id genus: unde cùm ex ſola exempli inſpectione non poſſint huiuſmodi vitia cognoſci, niſi edito originali, & facta collatione cum eodem; ideo exemplum per ſe ſolum fidem non facit niſi oſtendatur originale, ut docet Alciatus *in l. procurator 7. n. 13. C. de edend* Præterea, quia de eſſentia authentici inſtrumenti eſt, ut publicus Notarius ad eiuſdem confectionem fuerit rogatus, ut deſumitur *ex authent. de tabell. §. nos autem collat. 4.* qui autem exemplum deſcribit de originali non præſumitur rogatus, proinde fides illi non adhibetur. Tum quia reſcribens ex originali non magis atteſtari poteſt de negotio originali, quàm teſtis de re ab altero audita, cui fides non præſtatur *l. 3. §. idem divus ff. de teſtibus.*

4 Quæritur tertiò, an inſtrumentum cenſeatur falſum, aut ſuſpectum ex eo, quòd in facti narratione litteræ ſint abraſæ. Reſpondetur ob lituram, vel raſuram, vel interlineaturam in parte ſubſtantiali, aut loco ſuſpecto apparentem vitiari inſtrumentum, vel privilegium, vel ſaltem fieri ſuſpectum de falſitate; adeò ut fides illi non adhibeatur: idque expreſſè habetur *in c. cùm venerabilis 7.* juxta Gloſſam *V. propter prædicta de religioſis domib.* ubi ſtatuitur, quòd inſtrumento nulla ſit fides adhibenda propter ſuperlinearem ſcripturam, & raſuram factam in loco ſuſpecto. Quòd ſi quæras, quænam cenſenda ſit pars ſubſtantialis. Reſpondetur eam cenſeri, quæ ſubſtantiam concernit inſtrumenti; & locum ſuſpectum dici illam partem inſtrumenti, ex qua rei veritas maximè deprehendi poteſt, cuiuſmodi ſunt loca indictionis, temporis, datæ, anni Domini, menſis, diei *c. cùm venerabilis*, & ibi Gloſſa *V. annotatio temporis*; item nomen loci, in quo factum eſt inſtrumentum *c. olim 25. de reſcript.* Sin verò raſura, vel deletio facta fuerit in loco non ſubſtantiali, nec ſuſpecto, tunc non vitiatur reſcriptum, vel inſtrumentum *c. fin.* juxta Gloſſam magnam *in notat. de crimine falſi* quia in privilegiis faciliùs præſumitur falſitas, quàm in reſcriptis iuſtitiæ, quia cùm hæc facilè concedantur, non præſumitur quis pro talibus litteris obtinendis fraudem committere. Locus non ſubſtantialis, non ſuſpectus eſt, ſine quo totum negotium intelligitur, & ſubſiſtit res, quæ in inſtrumento principaliter intenditur.

Quòd verò raſura apparens in loco ſubſtantiali ſcripturæ dicatur vitiare inſtrumen- 5
tum multipliciter limitatur. Primò niſi clarè conijciatur ex ſcriptura, quòd publicus Notarius ſua manu in eo loco raſerit, vel quidpiam ſuperſcripſerit: tunc enim, ſicut in confectione totius inſtrumenti debet ipſi fides haberi; ita etiam in loco raſuræ, vel correctionis factæ, ut notat Maſcardus *concluſ. 1254. n. 14.* quia, verò poſſet quis Notarij manum perfectè imitari, ideo conſultius eſt, ut notarius ſi in inſtrumento aliquid raſerit, vel aliquid addiderit, mentionem faciat ad marginem ipſius raſuræ, correctionis, vel additionis à ſe factæ, vel ad finem inſtrumenti, ſi mutatio fuerit facta in loco ſubſtantiali. Secundò, ſi ex antecedentibus, & conſequentibus appareat ita eſſe legendum inſtrumentum, ſicut fuit correctum, & non aliter: quia tunc non poteſt ſuſpicio falſitatis haberi, neque additio, vel correctio cenſetur facta in loco ſuſpecto, ut notat Menochius *caſu 587. n. 41.* ubi ait, quòd raſura, & interlineatio non vitiat ſcripturam, ſi ſenſus rectus percipiatur. Tertiò ſi per aliam ſcripturam authenticam pars in inſtrumento raſa poſſit rectè intelligi, ac verus ſenſus haberi. Quartò, ſi inſtrumentum aſſervetur penes adverſarium, & illud iubeatur in judicio exhibere; appareátque raſura in parte ſubſtantiali non vitiatur, nec falſum cenſetur in ejus præjudicium, contra quem producitur, ſed ei fides habetur in iis, in quibus verus illius ſenſus percipi poteſt, ſed id relinquitur arbitrio prudentis Iudicis. Quintò ſi inſtrumentum contineat plura capitula non connexa, tunc propter raſuram ſubſtantialem factam in uno, non vitiantur reliqua, ſi careant ſuſpicione falſi *argu. l. proximè 3. ff. de his, quæ in teſtam. delen.* Sextò, ſi quid raſum, vel inductum fuerit in loco teſtamenti, in quo

liber-

Digitized by Google

libertas conceditur, non vitiatur teſtamentum, tametſi raſura, vel inductio ſubſtantialis fiat, idque favore libertatis *l. proximè. §. fin.* & ibi juris periti, quod extendunt etiam ad alias depoſitiones favorabiles.

6 Quæritur quartò, quomodo falſitas inſtrumenti, vel quod illi deeſt probetur. Reſpondetur poſſe probari per teſtes, ut deſumitur *ex c. in tertio loco. c. poſt ceſſionem 7. de prob, l. cum precibus C. eod. tit. l. optimam C. de contrab. ſtipul.* quia jura nunquam amplectuntur aliquam probationis ſpeciem, quin admittant aliam meliorem *c. propoſuiſti. c. cauſa matrimonii de probat. c. continebatur*, & ibi Gloſſa *de deſponſ. impub. c. 1.* probatio autem, quæ fit per teſtes habetur dignior, & efficacior, quàm facta per inſtrumenta *novell. 77.* Iuſtin. c. 3, ſiquidem magis credendum eſt vivæ voci, quàm mortuæ; proinde in concurſu utriusque probationis, quæ habetur per teſtes præferenda eſt. Exactiùs tamen proceditur cum diſtinctione: vel enim inſtrumentum publicum confectum eſt à publico Notario, qui ſit vir bonæ famæ, ac probatæ vitæ, & tunc potiùs illi fides adhibetur, ſi conſonat cum originali, quàm teſtibus in eodem ſcriptis. Vel Notarius eſt vir improbus, & malè audit apud populum, & ècontra teſtes ſunt omni exceptione majores, & tunc ſtandum eſt teſtibus, non inſtrumento.

7 Obijci tamen poteſt, quia ſi probationes ſint æquales, neutra prævalet *c. in noſtra de teſtibus*, atqui teſtes & inſtrumenta parem vim obtinent, ergo non videtur inſtrumentum poſſe reprobari, ut nec teſtes. Sed contra quia argumentum tantùm valet, quando teſtes non opponuntur inſtrumento, ſed diverſum ab eo teſtimonium dicunt, tunc enim prævalet probatio, quæ habetur per teſtes. Videtur tamen adhuc obſtare textus in *cap. ad audientiam de praſcript.* ubi probatio inſtrumenti præfertur probationi, quæ habetur per teſtes, adeò ut plenior fides adhibenda ſit inſtrumento, quàm teſtibus. Sed contra, quia textus ille tantùm procedit in inſtrumento privilegij, quod ad eſſentiam ſui exigit eſſentialiter ſcripturam *c. porro de privileg.* Gloſſa *in c. V. inſcriptio de cenſib. libro 6.* Hinc in illis caſibus, in quibus ſcriptura deſideratur de eſſentia actûs, nequit inſtrumentum teſtibus relevari, ſed deſideratur aliud inſtrumentum, ut notat Gloſſa *in c. ad audientiam V. magis*, quod procedit, quando quis vellet teſtibus probare contra contenta in ipſo inſtrumento, ſecus eſt, ſi vellet ipſum, ut falſum redarguere, quia tunc poteſt per teſtes falſitatem probare, ut docet Baldus *in l. 1. C. plus valere.*

8 Quæritur quintò, an inſtrumenta inter ſe contraria ab eodem, vel diverſis in judicio producta fidem faciant. Pro ſolutione quæſtionis juvat animadvertere, inſtrumenta poſſe ſibi contraria eſſe directè, & indirectè, aut per reductionem ad impoſſibile, vel per reductionem ad non veroſimile. Inſtrumenta tunc dicuntur directè contraria, quando oppoſita continent, ut ſi in uno dicatur; Iudicem abſolviſſe, & in alio condemnâſſe, tunc enim, quia veritas unius veritatem tollit alterius, ſciri non poteſt, quodnam ex oppoſitis ſit verius, proinde neutri ſtatur *c. interpoſita 70. de apellat. l. 1. C. de furtis.* Inſtrumenta indirectè contraria habentur, quando duo inſtrumenta proponuntur, in quorum uno continetur, Titium mutuâſſe centum aureos Monachij 1. ſeptembris; & in alio, eundem Titium illos centum mutuâſſe Pariſijs eodem 1. die ſeptembris ejuſdem anni, quia impoſſibile eſt, naturaliter Titium eadem die in utroque loco fuiſſe, ut deſumitur *ex l. optimam 14. C. de contrab. ſtipul.* Per reductionem ad impoſſibile inſtrumenta ſunt contraria, quando producuntur duo, in quorum uno refertur Titium emiſſe fundum jure proprio; & in alio emiſſe fundum jure livellario, ſeu uſus fructus, quæ ſimul ſtare non poſſunt, cum jure proprio *l. uti frui. ff. ſi uſus fructus petatur.* Per reductionem ad non veroſimile inſtrumenta ſunt contraria, quando eduntur ut confecta ab eodem Notario, ſed tam litteris, quàm ſigno, & deſcriptione omnino diſſimilia, adeo ut fides unius vacillet per fidem alterius; in hiſce enim caſibus inſtrumenta, non ſolùm non probant, ſi à reo edantur; verùm etiam ſuſpicionem falſi ingerunt, ut notat Farinacius *de falſitate q. 153. n. 131.*

9 His prænotatis reſpondetur, inſtrumenta contraria in judicio producta nil probare, quia producens inſtrumenta cenſetur fateri omnia, & ſingula in eis contenta vera eſſe: unde ſi ſint contraria, ſequitur, quòd producens hujusmodi inſtrumenta contraria cauſâ probationis, tacitè confiteatur omnia, quæ in ipſis continentur vera eſſe, & quia inſtrumenta ſupponuntur repugnantiam continere, ideò, qui illa producit ſibi ipſi in ſua confeſſione repugnat, proinde nil probat; hinc allegans contraria in judicio non eſt audiendus *c. ſi à ſubdelegato*, ubi Gloſſa final. *de offic. delegat. in 6.* cùm igitur alterum inſtrumentum fidem alterius deſtruet, nulli fides præſtatur.

10 Obijci tamen poteſt, quia teſtes, & inſtrumenta in judicio cenſentur æqualis juris *c. 1. de teſtibus*: atqui ſi in teſtibus detur contrarietas ſtandum eſt deponentibus veroſimilia *l. ſi plures ff. de accuſat. l. ob carnem §. ſi teſtes ff. de teſtib.* hinc qui teſtes produxit, qui poſtea contraria dixerunt, poteſt aliquorum depoſitiones repellere, & illas depoſitiones impugnare *c. præſentium de teſt. l. ſiquis teſtib. C. eod. tit*, ergo hoc idem etiam dicendum de inſtrumentis. Sed contra, quia eſt diſcrimen inter teſtes, & inſtrumenta, quoad hanc partem; quia producens plures teſtes non probat eorum teſtimonium, ſiquidem eorum depoſitiones ignorat, proinde non debet ipſi imputari, quo minus verioribus fides adhibeatur, & vitium aliorum illi non noceat *l. 4. §. ſcire ff. de teſt.* hac ratione imputatur parti contrarietas teſtium; ſecus, qui producit inſtrumenta ex eorum lectione, ac tenore cognoſcere poteſt, quid contineant.

11 Cæterum inſtrumenta dicuntur habere eandem vim, quam habent teſtes, prout ſunt inſtrumenta, non ita quando ſunt contraria. Idque extenditur, ſive inſtrumentum publicum ſit, ſive priva-

privatum, quia æqualia ſunt, quoad hoc, & neutrum probat, quando ab eadem parte producuntur: ſiquidem producendo inſtrumenta contraria videtur omnia in eis contenta confiteri: quapropter producens talia inſtrumenta ſibi ipſi eſt contrarius, proinde repellendus. Quòd ſi inſtrumenta contraria producantur à diverſis partibus, tunc fides habenda eſt inſtrumento digniori, ſeu publico, magiſque authentico, & quod magis caret ſuſpicione falſi, magiſque negotio congruit, ut ſumitur *ex l. optimam 14. in fin. C. de contrah. ſtipulat.* Quòd ſi ſcripturæ illæ ſint omnino æquales, & paris authoritatis, reus eſt abſolvendus *arg. c. ex lit. teris de probat.* quia cauſa Rei eſt in judicio favorabilior.

12 Quæritur ſextò, an ſcriptura debiti, ſi nuda ſit, hoc eſt ſine cauſa, vim habeat contra confitentem. Reſpondetur negativè, niſi actor cauſam oſtenderit, ob quam id ſibi debitū ſit, quia inſtrumentum ſine cauſa confectum cenſetur viribus deſtitutum, ac nullam habere efficaciam, ut notat Baldus *in l. 1. n. 7. C. de confeſſ.* unde requiritur expreſſio cauſæ, quæ à jure ſit approbata, alioquin expreſſio cauſæ illicitæ, & reprobatæ nullam vim obtinet. In dubiis tamen ceſſantibus conjecturis non debet præſumi cauſa illicita, & à jure reprobata, ne delictum præſumatur contra regulam textus *in l. merito ff. pro ſocio.* Quamobrem nihil prodeſt creditori agenti contra debitorem, ſi dicat, eum ſibi debere talia, & talia, niſi adjiciat debere ex hac, vel illa cauſa, ex qua oritur obligatio, & hanc cauſam tenetur creditor probare in formam juris juxta textum *in l. 2. de probat.* non enim poteſt eam Chirographo probare, cùm non ſupponatur in libro expreſſa: hinc chirographum ad hanc probationem eſt inutile. Tum quia in chirographo non apparet, quæ actio intentetur, an ſcilicet mutui, depoſiti, vel alia bonæ fidei, vel ſtricti juris. Quamobrem licèt actor, non teneatur exprimere nomen actionis, quam intendit *c. dilecti de libelli oblatione*; tenetur nihilominus factum ita proponere, ut ex propoſitione conſtare poſſit, quænam ſit obligatio, & quæ actio intentetur ad evitandam iudiciorum confuſionem, quapropter deſideratur, ut cautio ſuper qua contenditur in iudicio, habeat expreſſam, & determinatam cauſam, ex qua appareat, quænam ſit obligatio Rei, & quænam actio competat actori: alioquin cautio vim non habet, ſi actor non proponat, ac probet, ſubeſſe cauſam, & ex illa id deberi, quod in cautione continetur.

13 An verò, ſi cautioni ſine cauſa confectæ, accedat juramentum efficaciam ſortiatur. Non videtur ita certum. Plures aſſerunt, cautionem ſine cauſa confectam per adjectum juramentum non acquirere efficaciam, & nituntur illo principio, quia juramentum ſequitur naturam actûs, cui adhæret *l. ult. C. de non nu. pecun. l. quemadmodum in princ. h. t.* & quia cautio ſine cauſa confecta in jure non ſubſiſtit, ita neque per ſuperaccedens juramentum fit efficax; adhærent huic ſententiæ Gomez *tom. 2. variar. c. 11. n. 5. V. & in tantum* Iaſon, Gregorius, & alij, quos citat Guttieres *de iuramen. confir. c. 47.* è contra alij ob juramenti religionem cenſent, cautionem etiam nullâ cauſâ expreſſâ efficaciam ſortiri, docent hanc ſententiam præ cæteris Covarruvias *in c. quamvis 1. p. §. 2. de pact. lib. 6.* Guttieres *d. c. 47. n. 16.* quia juramentum ex natura ſua exigit, ut actus, cui adjicitur, ſuſtineatur eo meliori modo, quo poſſit *l. cum pater 77. §. filius matrem ff. de legat.* atqui actus, ſeu cautio, cui juramentum adjicitur poteſt ſuſtineri etiam non expreſſâ cauſâ, ſi ſcienter fuerit cautio emiſſa, quia tunc debitor cenſetur donâſſe *l. campanus ff. de oper. lib.* Præterea iuramentum ſemper ſervandum eſt, quoties abſque diſpendio ſalutis æternæ, & ſine peccato ſervari poteſt. *c. ſi. verò 8 c. cùm contingat de jurejur.* & in præſenti ſpecie ſervari poteſt ſine diſpendio æternæ ſalutis, proinde ſi accedat cautioni ſine cauſa confectâ eam reddit efficacem.

Verùm ut pugnantes ſententiæ concilientur, procedendum eſt cum diſtinctione, vel enim agitur de cautione, in qua juramentum interponitur, ut cauſa propter quam debetur, ut ſi Titius debeat Caio centum florenos, eò quia Titius iuraverit, ſe Cajo daturum illam pecuniam, & in hoc caſu, quia exprimitur cauſa debiti in ipſa cautione, eſtque ipſum juramentum, ideo hoc reddit efficacem ipſam cautionem, ſeu debitum; in quo ſenſu vera eſt ſecunda ſententia. Vel cautioni additur juramentum ad confirmandam conventionem, & in cautione nulla alia exprimitur cauſa, & tunc cautio non expreſſâ cauſâ cùm ſit inefficax, non redditur efficax per juramentum illi adjectum, & in hoc ſenſu procedit prima ſententia. Vel tandem agitur de juramento interpretando, an ſcilicet fuerit cauſa debiti adjectum, vel non, & in hoc dubio præſumitur adjectum pro cauſa, & obſervari debet, eo meliori modo, quo poteſt. 14

Quæritur ſeptimò, quomodo inſtrumentum debeat interpretari. Reſpondetur, inſtrumenta eſſe ſtricti juris, proinde non eſſe extendenda extra illa, quæ in iiſdem continentur, ſed interpretatio ſumi debet ex verbis, adeo ut quod non dicit inſtrumentum, nec ejus interpres dicere debeat, neque extendi poſſit extra ea, de quibus Notarius fuit rogatus, & quibus ipſe interfuit. Hinc cùm inſtrumenta iis tantùm proſint, qui in illis nominantur, non aliis; ita nec aliis obſunt, quàm illis, qui in iis ſunt nominati, nec contra alios probant: unde non debent ulla interpretatione extendi in præiudicium tertij. Ad ſucceſſores tamen etiam ſingulares extenduntur, & tam pro his, quàm contra illos æquè fidem faciunt, ut notat Weſenbeg. *in parat. h. t. n. 7.* 15

Quòd ſi inſtrumenta amittantur, non obeſt creditori, quo minus alijs legitimis probationibus oſtendere poſſit debitum *l. 1. C. h. t.* ratio eſt, quia inſtrumentum habetur tantùm loco probationis, quæ ſuppleri poteſt prout ſumitur *ex l. cum inſtrumentis 10. C. eod.* ubi aſſeritur, quod venditio, & quivis alius contractus, etiam inſtrumentis non intervenientibus poſſit ſubſiſtere: excipitur tamen niſi inſtrumentum ſit de eſſentia contractus, adeo ut 16

ita

ita partes convenerint, ut contractus non aliter celebretur, quam in ſcriptis *l. contractus* 17. *C. eod.* Excipitur etiam, quando ex diſpoſitione legis debet ſcriptura intervenire, ut in contractu emphyteutico *l. 2. C. de jure emphyteutico*. Demum excipitur in teſtamento ſolemni, ſeu in ſcriptis condito *l. hac conſultiſſima* 21. *C. de teſtam.*

17 Poteſt autem inſtrumentum amitti tripliciter: primò per caſum fortuitum. Secundò, per factum proprium producentis. Tertiò, per factum adverſarij; ſi priori modo amittatur creditori non præjudicat, qui proinde poteſt debitum petere, & ad illud exigendum aliis uti legitimis probationibus: ſi facto proprio amittatur, eò quia creditor Chirographum reddidit debitori; vel quia ſtatim ſpe futuræ ſolutionis illud laceravit; tunc onus id probandi incumbit creditori, quia pro debitore ſtat præſumptio liberationis, donec creditor debitum probet *l. 2. §. & ideo ff. de pact. l. ſi chirographum* 24. *ff. de probat.* Demum ſi inſtrumentum amiſſum ſit per factum adverſarij, eò quia illud laceraverit, tunc proceditur contra ipſum adverſarium, ac ſi plenè probatum eſſet debitum per inſtrumentum, ut notat Abbas *in c. accepimus* 4. *n. 4. & 5. h. t.* quod tamen procedit in cauſis privatis juxta *l. ſi de poſſeſſione* 20. *C. de probat.* Si enim agitur de juribus Eccleſiæ, admittenda eſt Eccleſia, ſi velit alio modo oſtendere per teſtes falſitatem inſtrumenti, quia delictum perſonæ non cenſetur nocere Eccleſiæ juxta *regul. juris* 76. *in* 6.

18 Quæritur octavò, quis poteſtatem habeat publicos Notarios inſtituendi pro inſtrumentis conficiendis. Obſervandum eſt, Notarios, & tabelliones eſſe officiales, & dici ſervos publicos *l. 2. C. de adoption. l. non aliter de adoption. l. 2. rem pupilli ſalvam fore*, quo fit, ut Notarij publici teneantur omnibus ſervire, acta conficere & inſtrumenta ad requiſitionem cujuſcunque petentis *inſtit. de adopt. §. cum autem*, & *l. non aliter ff. eod. tit.* alioquin requiſiti, & recuſantes tenentur ad intereſſe *l. jubemus C. de defenſ. civit. l. placuit in fin. C. de collat. fund. patrim. lib.* 11. niſi aliis negotiis præpediti habeant juſtam excuſationem, ut notat Bartolus *in l. 1. ff. de furt. adverſus nauf.* & *in l. generali C. de tabul. lib* 10. Rurſus debent Notarij eſſe viri omni exceptione majores, ut eorum inſtrumentis plena fides adhibeatur *l. ſi quis ex argentariis §. quid enim ff. de edend.* adeò ut ſi in ſcribendis inſtrumentis ſolemnitas aliqua deficiat, ob quam inſtrumenta corruant, teneantur ipſi Notarij ad intereſſe partibus, imò etiam pœnā falſi, ſi ſolemnitatem aliquam ſcribere omiſerint, ut notat Menochius *conſ.* 37 *n.* 3.

19 Quòd enim teneantur ad intereſſe, evincitur ex *l. 1. C. ut omnes Iudices tam civil. quàm crimin.* hinc gerentes officium publicum tenentur de dolo, & lata culpa, imò etiam de levi, & leviſſima, civiliter tamen non criminaliter *l. Magiſtratus ff. de Magiſt. conven.* ut docet Bartolus in *l. ſi. Iudex ff. de var. & extraord.* & Baldus in *l. 1. §. Iudices de pac. jur. m. firm.* ubi addit, teneri etiam Officiales publicos de negligentia erga privatos læſos, & hoc idem repetit in *l. Mancipia C. de ſerv. fugit.* ubi aſſerit, Iudicem negligentem, & facientem, ut fugitum Domino proprio non reſtituatur, teneri reſtituere de proprio, quinimò Baldus *in c. ult. de elect.* ait, teneri de qualibet negligentia damnoſa partibus, & communiter Iuriſperiti cum Socin. *conſ. 2. n. 12. lib. 3.* aſſerunt, Officiales negligentes, quando partibus nocent, teneri de proprio reſarcire damnum: unde cum Notarij ſint Officiales publici tenentur ad intereſſe partibus, ſi ob defectum ſolemnitatum omiſſarum inſtrumenta corruant, ut notat Menochius *conſ.* 37. *n.* 3. quinimò ſi dolò, & malitiâ omittant ſcribere ſubſtantialia à partibus expreſſa tenentur de falſo, ut etiam, ſi omittant ſcribere ſolemnitates in teſtamento requiſitas, ut notat Felinus in *c. Ex litteris numero 4. h. t.*

Pari pacto dicuntur falſum committere, 20
quando ſcribunt plus, quam à partibus eſt expreſſum, vel quando à partibus expreſſum non ſcribunt, ut ſi ſcribant, pecunias fuiſſe numeratas, ſi revera non fuerint numeratæ, ut notat Baldus in *rubr. C. de fide inſtrum. numero* 10. & 14. ubi aſſerit, eſſe Notarios de falſo puniendos, ſi quod ſcribunt, peractum non fuit ob juramentum præſtitum adminiſtrandi fideliter ſuum officium ſine veritatis diminutione *c. Ad audientiam de præſcr. & abſtin. à falſo l. 2. §. quia veremur C. de juram. calum.* Hinc notarij tenentur acta fideliter ſcribere ſine fraude, abſque errore *l. ſi librarius ff. de reg. jur.* ut nulla interlineatio, vel raſura in ſcriptis inveniatur præſertim in loco ſuſpecto, ut notat Baldus in *l. ſi unus C. de teſt.* his prænotatis. Reſpondetur ad quæſitum, ſupremum Principem, vel Magiſtratum, nimirum Papam, imperatorem, Regem, aliόſque Principes in temporalibus non agnoſcentes ſuperiorem, ut etiam alios, quibus à ſupremo Principe conceſſum fuit ſpeciale privilegium creandi Notarios, ut etiam eos, qui per conſuetudinem immemorialem hanc poteſtatem præſcripſerunt, poſſe notarios publicos, & tabelliones inſtituere, ut notat Abbas in *c. penult. 7. h. t.* Ratio ex eo deſumitur, quia ſolus Princeps ſupremus poteſt, quod à jure communi omnium gentium exorbitat veluti diſpenſando conſtituere, ſeu introducere: atqui quod unius hominis ſcripturæ, quæ eſt teſtis mortuus, & inanimatus, abſque vivæ vocis conteſtatione, vel alio adminiculo plena fides ſit habenda, eſt quid exorbitans à communi jure gentium, cùm hujuſmodi fides nec ſcripturæ, aut ſigillo alicuius Magiſtratus in alterius præjudicium haberi ſoleat *c. poſt ceſſionem 7. de probat.* juncta Gloſſa *v. per litteras.*

Quinimò ex inolita conſuetudine etiam Ma- 21
giſtratus inferior, ut etiam Epiſcopi intra ſuam Diœceſin, Comites, Barones, & per Germaniam Civitates Imperiales intra ſuum territorium poſſunt Notarios conſtituere *argum. c. dilectus, 9. h. t.* Et quamvis hi, quibus ex conſuetudine convenit hæc poteſtas, poſſint dici Notarij, eò quia in notas redigunt, quæ coram iiſdem aguntur; ut etiam tabelliones,

quis in tabellis ſcribant; non tamen talibus ab inferiore Magiſtratu conſtitutis competit Officium tabellionis, ut notat Innocentius in *cap. penult. numero 2. h. t.* ubi *numero 4.* etiam aſſignat rationem, cur per conſuetudinem induci poſſit, ut inferior Magiſtratus poſſit Notarios conſtituere, non verò poſſit inferioa ſtatutum condere, vi cuius vel poſſit ipſe Noterios inſtituere, vel aliis hanc poteſtatem dare: ratio eſt, quia ed inducendam conſuetudinem, requiritur, ut interveniat conſenſua expreſſus Principia ſuperioris, vel ſaltem tacitus: ſed quod Princeps approbat, ipſe facere videtur: hoc autem non procedit in ſtatuto. Verùm hæc ratio eb aliquibus impugnatua, eò quia conſuetudo etiam inſcio, & ignorante Principe introducta valet. Hinc Abbas in *c. Inter dilectos 6. n. 7. h. t.* adfert hanc aliam rationem, quia in conſuetudine concurrit conſenſus univerſitatis, ſeu populi, qui cùm poſſit dare Ordinariam jurisdictionem, multò magis poteſt tala officium concedere: ſtatutum autem Magiſtratus inferioris hanc authoritatem non habet.

22 Rurſus licet Epiſcopus, vel alius Princeps inferior intra ſuam Diœceſin, vel territorium poſſit Notarios creare, non tamen extra Diœceſin, vel territoriom; qoia licèt officium notariatus non ſolùm ſit judiciale, verùm etiam extrajudiciale, eò quia poſſit extra jndicium exerceri: nihilominus authoritas, & actua creandi, ſeu conſtituendi Notarios eſt actus judicialis, qui extra proprium territorium exerceri non p teſt *argum. l. fin. ff. de jurisd.* & docet Hoſtienſis in *c. ſicut te 8. Col. 2. §. ſed nec authoritas inf. ne Clerici, vel Monachi.*

23 Quæritur nonò, an Notarius creatus eb Imperatore poſſit extra imperium ſpectero jure communi inſtrumenta conficere? Reſpondetur negetivè, ratio eſt, quie notarius non exercet jurisdictionem, ſive voluntatiam, ſive contentioſem, quæ poſſit prorogari, ſeu cui poſſuna aliqui ſe ſpontè ſubiicere; ſed gerit officium in Republica: ſiquidem eſt ſervus publicus *l. non aliter 18. ff. de adopt.* atqui officium publicum reſtringitur intra terminos illius Regionis, à qua defertur, adeò ut extra tales terminos non extendatur: quaproter extra territorium conſtituentis Miniſter publicus perinde ſe habet, ac perſona priveta *argum. l. Præſes 3. ff. de offic. præſid.* per conſuetudinem tamen introductam, vel per tacitum conſenſum, ſeu conceſſionem elicuius Principis poteſt Notarius etiam extra territorium conſtituentia conficere inſtrumenta, quo pecto Notarij ab Imperatore creati, & matriculati, non ſolùm in terris imperij, verum etiam in alijs Regnis poſſunt inſtrumenta conficere, & ſuum officium exercere, ut notat Tuſchus *v. Notarius concluſ. 72. n.* [illegible] tal em de conſenſu partium, ut etiam notat Imole in *c. Cum publicus 15. n. 5. h. t.* Imo Felinus in *d.* [illegible] *cum publicus n. 18.* cenſet pro[illegible]bile, quemlibiet Notarium etiam conſti[illegible] ab inferiore Magiſtratu poſſe extra territor[illegible] conſtituentis inter volentes, & ſubditos eiuſdem Magiſtratus inſtrumenta conficere, [illegible]uia Officio notarij non eſt annexa juaisdictio, nec poteſtas Notarii videtur reſtricta intra limites territorij conſtituentis quoad ſubditos, & quamvis Notarius extra territorium conſti[illegible]en[illegible] habeatur, ut perſona privata: pot[illegible] nihi[illegible]o[illegible]nus cenſeri publica quoad ſubditos comorante extra territorium. Hinc poteſt etiam [illegible]tarius conſtitutua ab inferiore Magiſtratu, con[illegible]ere inſtrumenta etiam extraneis non ſubd[illegible]s intra tamen territorium conſtit[illegible]entis, quia [illegible] tunc ratione contractûs fiunt ſubditi, ut notat Felin. *l. cit. n. 4.*

24 Quæritur decimò, an in caſibus, in qui[illegible] partes ob culpam tabellionum nocumentû [illegible]ceperunt, poſſint illæ agere contra tabelliones ad intereſſe? Reſpondetur affirmative, & deſumitur ex *l. ult. C. de Mag. con.* & docent [illegible] in *prax. q. 155. n. 12.* Rebuffus *tom. 1. ad l. ge*[illegible] *Gal. tit. de lit. obl. art. 4. Gloſſa 4. n. 5.* adeò ut tabelliones conveniri poſſint à partibua, quibus fuit damnum illatum, eò quia prætermiſerint ſolemnia, vel erraverint quia horum omiſſio, & erroaes, tunc imputantur dolò *regul. 3. præſ. 13. n. 19.* Imò tenentur etiam ad intereſſ partis læſæ, quando Notarij ita obſcurè ſcribunt, ut intelligi, aut legi ſcriptura non poſſit: ſiquidem perinde eſt obſcurè ſcribere, ut intelli[illegible] non poſſit, ac omittere ſcribere *l. de ætate §. memini*[illegible] *ff. de inter. action.* & docet Maſcar[illegible] *de Prob. 3. p. concluſ. 1124. n. 3.* Præſumuntur autem Notarij, quando aliter ſcribunt, quàm a parti[illegible]ua dictum fuerit, potiùs ex errore, quam ex do[illegible]o, & malitiâ id feciſſe, ut notat Felinus *c. Ex litteris n. 3. de fide inſtru.* Verùm id intelligitur, quando Notarij præſumuntur in ſuo officio d[illegible]gentes, ut perſonæ approbatæ de publico *l. 1. C. de pon. & aurt lib. 10.* & notat Bart. in *l. damni §. Sabins. ante fi. ff. de dam. infect.* ſecus tamẽ eſt, ſi Notarij ſcribant, quæ partes nullo modo [illegible]e[illegible]runt, quia tunc præſumitur falſitas, & malitia, ut notat Bartolus in *l. ſingul ff. ſi cert. pet. n. 23.* cæterum poteſt Notarius emendare errorem à ſe commiſſum in inſtrumento: ſiquidem error Notarij non nocet contrahentibus, quando cognoſcitur eſſe error *l. ſi liberatus ff. de re jud. l. imper. de ſtatu. hom.* & docet Specul. *de fide inſtrum. edit. §. inſtru. v. nunquid ſi confiert.* Poteſt autem in inſtrumento error co[illegible] circa formalem ſolemnitatem, hoc eſt, ſi deficit indictio in inſtromento, vel anous Domini, aut menſis, vel dies quia horum defectus vitiat inſtrumentum.

25 Quæritur undecimò, an reſcriptum Apoſtolici ob raſuram in loco non ſuſpe[illegible]o cenſea[illegible]ur vitioſum? Reſpondetur negativè: & rati[illegible] eſt, quia talis abraſ[illegible]o, cùm non ſit in verbis, quæ red[illegible]dant re[illegible]cri[illegible] [illegible]petretionem fac[illegible] [illegible]n præſumitur fa[illegible]a ad aliquem dec[illegible] [illegible]l ad errorem per ſcriptorem ne[illegible]ent[illegible] ſum, emendandum *l. ſi. e*[illegible] *alus C de tra*[illegible] & id procedit, q[illegible]ando ſc[illegible]ptura [illegible]e[illegible] [illegible]b eadem manu ſcribenti[illegible] ut n[illegible] *c*[illegible] *venerab de R*[illegible] *dom* [illegible] quia ſine [illegible]lo non [illegible]om mi[illegible]tu[illegible] m[illegible] *ff.* [illegible] u[illegible]t[illegible]r[illegible] [illegible]teras A po[illegible]a[illegible] per hanc a[illegible] in[illegible] a[illegible] ta[illegible] comm[illegible]m non e[illegible] cen[illegible]as [illegible] habendas ſuſpe[illegible]as: pr[illegible] [illegible] c[illegible] [illegible]n nominibus po[illegible] ooum ta[illegible]ter a[illegible] *c. cum olim 1. de* [illegible] *civil.*

26 An verò in hac materia abraſio noceat, [illegible]

ſpur-

ſpondetur cum diſtinctione ; vel enim litteræ emanârunt clauſæ è curia, & tunc raſura non nocet, qua ratione clauſuræ ſuſpicio extinguitur: vel litteræ emanârunt apertæ ; & tunc ſi raſura non ſit in loco ſuſpecto, ut ſi ſit in narratione facti, vel in acceſſorio rei, vel in nomine poſſeſſionum, in privilegiis confirmatoriis non nocet, ut docet Innocentius in *c. Ex litteris 3. h. t.* vel raſum eſt in loco ſuſpecto, ut in nomine actoris, vel Rei, vel Iudicis, vel in data, vel in aliqua clauſula principali, ut in remotione appellationis, vel in nominibus poſſeſſionum, in privilegiis originalibus, collatoriis, & ſimilibus, & tunc vix datur certa regula, ſed ad prudentem Iudicem ſpectat ex variis circumſtantiis arbitrari : vel conſtat, raſuram eſſe factam per ipſum ſcribentem, eò quia id teſtetur in fine ſcripturæ, ſicut ſæpe hodie faciunt Tabelliones, & tunc non nocet *l. cancellaverat. ff. de his, quæ in teſt. delen.*

27 Quòd ſi in fine ſcripturæ id non atteſtetur: tunc vel ex præcedentibus, & ſequentibus poteſt colligi, quòd ita debet ſtare, prout ita ſtat in raſura, & hoc pacto etiam non nocet: vel id non poteſt colligi, & tunc aut raſura eſt omnino de eadem manu, quod conijcitur ex comparatione litterarum *l. compar. C. de fide inſtrum.* aut non apparet de eadem manu, & tunc inſtrumentum reſcriptum, vel privilegium eſt ſuſpectum, ex quo raſura eſt in loco ſubſtantiali *l. ſi unus C. de teſt.* Non tamen quisqua poteſt corrigere, & abradere reſcriptum, ſi in ipſo deprehenderit errorem, quinimò id præſumens privatur omni commodo reſcripti, imò in curia eſt canon latæ ſententiæ excommunicationis, in quemcunque alium ab officialibus ſuper hoc in Curia deputatis, qui in reſcripto bullato, vel notato aliquid, ſaltem unam figuram, vel litteram, vel etiam mediam abraſerit, deleverit, diminuerit, compleverit, vel mutaverit absque licentia illius, ad quem pertinet, ut notat Hoſtienſis in *d. c. Ex litteris 3. h. t.* Qui tamen reſcriptum impetravit, poteſt, ſi velit totam litteram dilaniare, imò etiam dilacerare Bullam, ſi illâ nolit uti: quia quisque poteſt, ſi velit juri ſuo renuntiare *c. Ad Apoſtol. de Regul.*

28 Quæritur duodecimò, an inſtrumenta confecta à Notario putativo, qui licèt putetur eſſe Notarius, non tamen ſit talis, ſuum ſortiantur valorem, & fidem faciant? Reſpondetur cum diſtinctione : vel enim Notarius putativus habet titulum coloratum, ſeu fuit conſtitutus Notarius ab eo, qui habuit poteſtatem creandi Notarios licèt ob impedimentum occultum ſervituris, vel ob defectum natalium fuerit poſtea inhabilis ad hoc officium, proinde putetur Notarius, quia ita conſtitutus ; & revera non ſit Notarius, ob inhabilitatem, & in hoc caſu valida ſunt inſtrumenta ab eo confecta ; & publicam fidem faciunt ob communem errorem, qui facit jus *argum. l. Barbarius ff. de offic. Prat.* Vel non habet titulum coloratum ſui officij, eò quia hoc non fuerit ipſi collatum ab habente poteſtatem, ſed ipſe ex ſe in tale officium ſe ingeſſit, & tunc inſtrumenta ſunt invalida, nec communis error quidquam prodeſt, quo publicè habetur pro vero Notario ; quia communis error non poteſt facere Notarium eum, qui revera non eſt talis, ut notat Zoeſius *in comment. §. h. t. n. 4.*

Cæterum ſi quis bona fide obtinuit quaſi poſſeſſionem tabellionatûs ſciente, & tacente ſuperiore habente poteſtatem creandi tabelliones, tunc inſtrumenta ab eo facta ſuum ſortiuntur valorem *argum. c. conſultationibus 19. de jure patron.* Cæterum ſine ſcientia, & patientia ſuperioris habentis facultatem concedendi tabellionatum, non poteſt hoc officium acquiri. Hinc probatur, quòd aliquis ſit tabellio per inſtrumentum creationis, per quod conſtitutus eſt Notarius, dummodo conſtet de authoritate, & poteſtate creantis Notarios. Probari etiam poteſt per teſtes, qui interfuerunt, quando fuit creatus Notarius, ut etiam ſi plura inſtrumenta producantur, quæ facta fuerunt per talem Notarium, ut notat Lanfranc. *in prax. c. 9. n. 10.* Debent tamen inſtrumenta ab ipſo facta eſſe authentica, quia corruit inſtrumentum ex defectu ſolemnitatis. 29

Quæritur tertio decimò, an Inſtrumentum reprobetur per teſtes aſſerentes contrarium? Reſpondetur, falſitatem in inſtrumentis probari poſſe per teſtes aſſerentes contrarium, & deſumitur ex *c. cum Ioannes 10. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd falſitas inſtrumenti, vel quod aliquid deſit inſtrumento probari poſſit per teſtes, adeò ut teſtes præferantur inſtrumento : ratio eſt, quia tametſi eandem vim obtineant inſtrumentorum fides, ac teſtium depoſitiones in litibus exercendis *l in Exercendis C. de fide inſtrum.* non tamen quodlibet inſtrumentum tanti debet eſſe momenti, ut trium, vel plurium idoneorum teſtium depoſitionibus præferatur, ut habetur *in d. c. cum Ioannes 10. h. t.* & in *l. cùm precibus C. de probat.* quia verò in judiciis tenemur ſequi, quod eſt magis veriſimile *c. afferte de præſumpt.* & probatio validior eſt præferenda debiliori *c. In noſtra de teſt.* Sequitur, quòd tametſi præſumatur pro inſtrumento, donec contrarium non appareat *c. Ad aud. de præſcript. l. fin. C. de fide inſtrum.* nihilominus in contrarium admittitur probatio per teſtes, qui poſſint inſtrumentum illud arguere de falſo, vel probare, quæ dicuntur deeſſe inſtrumento : ſiquidem pluris eſt facienda veritas, quàm ſcriptura. Quando verò teſtes præferendi ſint teſtamento non poteſt certa regula tradi, ſed id arbitrio prudentis Iudicis committitur conſiderata qualitate Notarij teſtium, & negotii *l. optimam in fin. C. de contrah. & commit. ſtipul.* Tum quia cùm inſtrumentum per teſtium fidem firmetur, & ex eorundem præſentia, & ſubſcriptionibus *authent. de inſtrum. caut. & fide. §. ſed etſi quis collat. 6.* ideo ſi teſtes negent, ſe ſubſcripſiſſe, vel fuiſſe præſentes, tunc tota fides inſtrumenti evaneſcit, & in hoc caſu teſtes non cenſentur ſingulares, ſed conteſtes, eò quia omnes excludant unum, & idem, & ſinguli per ſuos proprios ſenſus. 30

Quòd ſi non omnes teſtes ſubſcripti, ſed tantùm aliqui contradicant inſtrumento, vel negent, ſe fuiſſe præſentes, ſi ſtent tot teſtes pro inſtrumento, quot neceſſarii ſunt, vel ſufficiunt ad probationem, & valorem inſtrumenti, ut ſi 31

ſint tres, vel duo integri, & omni exceptione majores, qui dicant, ſe præſentes fuiſſe, & quæ continentur in inſtrum:nto vers eſſe, tunc ſtsndum potiùs eſt inſtrum:nto, quàm teſtibus contradicentibus, quia quando numerus neceſſarius, & legitimus teſtium ſupereſt pro inſtrumento, non debet inſtrumentum reprobari per contradictionem aliorum teſtium ſupervacsneorum, qui non ex neceſſitste, ſed ſolùm ex abundanti fuerunt adhibiti, ut notat Covsrruvias *l.*
32 2. *var. reſol. c. 13. n. 11. con.* 2. Excipitur tsmen niſi numerus teſlium reprobantium inſtrumentum longè excederet numerum confirmantium, quia tunc rstione majoris numeri inſtrumentum ſaltem redderetur ſuſpectum, ut notst Menochius *de arbitrar. iudic. caſ.* 105. *n* 9. ut etiam ſi teſtes deponant contrs ſubſtantiam inſtrumenti, aſſerentes ſe præſentes fuiſſe, cum conficeretur inſtrumentum, ſed dicerent aliter fuiſſe actum, quàm ſcriptum, quia tunc ſi duo ſint, uel plures, qui hoc affirment, inſtrumentum redditur ſuſpectum, imò etiam falſum, ut notat Menochius in *d. caſ.* 105. *numero* 31. Quòd ſi non unus tantùm, ſed duo teſtes inſtrumento contradicant, & aſſerant, ſe non fuiſſe præſentes, quando fuit ſcriptum, quamvis tunc legitimus numerus teſtium integer maneat, fides tamen inſtrumenti vacillat, niſi per alios idoneos teſtes probetur Verùm in hac re Iudicis arbitro eſt potiùs ſtandum.

33 Quæritur quarto decimò, quid agendum ſit, quando privilegium, vel inſtrumentum redarguitur de falſo? Reſpondetur, Iudicem tunc teneri injungere redarguenti, ut coram ſe, & paucis aliis in loco congruo, & ſecuro privilegium, vel inſtrumentum exhibeat: ſiquidem non eſt ſecurum, neque conſultum, ut privilegium, vel inſtrumentum transmittatur, ſed ſi de eius tenore dubitetur, vel in loco ubi aſſervatur, vel in alio ſecuro tradi debet inſpiciendum, vel debet eius exemplar exhiberi: hinc ſi quis privilegium alterius arguat falſitatis, Iudex tenetur ei ſtatuere terminum temporis, intra quem compareat ad inſpiciendum, & convincendum; quòd ſi intra talem terminum non venerit, fertur ſententia pro privilegio, ut ſolet fieri, quoties quis alterum infamat, vel illi objicit, eſſe illegitimè natum; ſtatuitur enim tunc illi tempus ad probandum defectum, vel crimen, & ſi non venerit imponitur ei perpetuum ſilentium *l. diffamari* 5. *C. de ingenuis.* atqui hæc coargutio privilegii de falſitate eſt quædam ſpecies diffamationis, ut docet Bartolus in *l Titia. ff. de accuſ.* & Abbas in *c. Accepimus* 4. *n.* 3. *h. t.* Ratio verò, cur exhiberi debeat inſtrumentum, quod arguitur falſitatis, ex eo petitur, quia Actor Reo, & Reus actori tenetur edere omnia, quibus alter eorum eſt uſurus in Iudicio *l.* 1. *ff. de edend.* idque non ut inſtruat ad probationem per ſe præſtandam *c.* 1. *de probat.* ſed ut cognoſcatur, an ſit talis charta, cui à Iudice ſit fides adhibenda, *l. fi.* & ibi Gloſ. *C. de edend.* alioquin non poſſent redargui ſcripturæ, nec ſciri poſſet, quid per illas ſervari debeat, cùm ex earundem inſpectione, & animadverſione omnia deprehendantur *c. porro de privil.* non enim poſſumus de lege indicare niſi illâ perſpectâ *l. in civile ff. de legib.* cùm enim judicium non feratur in incognitum, neceſsè eſt, ut inſtrumentum, quod redarguitur falſitatis, exhibeatur coram Iudice, ut poſſit probari, & judicari, an revera falſum ſit, vel non, idque in loco congruo, & tuto: cùm enim Iudex teneatur partibus providere, ne in loco judicii damnum patiantur *c. ſive* 33. *q.* 2. ideo ne privilegium exhibendum, & à quo jus partis dependet, poſſit ab Adverſario lacerari, vel ſurripi, eſt talis exhibitio facienda coram Iudice, & aliis paucis in loco tuto: interim tamen ſtandum eſt ſententiæ latæ per illud, ſiquidem eſt præſumptio pro ſententia, quòd ex legitimis probationibus ſit deducta, donec contrarium evincatur *c. In noſtra de procur.* & quia ſententia lata ex falſis inſtrumentis, vel teſtimonijs revocatur probato falſo, & quòd Iudex motus fuerit ex illis etiam præter appellationem, niſi de falſo priùs fuiſſet cognitum *l.* 1. *C. ſi ex falſ. inſtrum.* ideo quamvis ſententia dicatur lata per falſa inſtrumenta, adhuc perſeverat in ſua firmitate, donec de hac falſitate legitimè conſtet, *l. Divus. ff. de re judic.*

Quòd ſi falſitas evincatur, ſententia tunc 34
corruit *l. Licèt C. de Procur.* Sin verò, qui inſtrumentum redarguit falſitatis, illud, cùm primùm inſpiceret, dilaceraret, tunc eſſet præſumptio juris contra ipſum, & ſtandum eſſet ſententiæ jam latæ juxta inſtrumentum: ſiquidem propter antecedentem ſententiam eſt præſumptio juris, donec legitima exceptio, quæ etiam poſt latam ſententiam opponi poteſt, oſtendatur; & quando inſtrumentum dilaceratur, non poteſt huiuſmodi exceptio oſtendi, quia eo ipſo, quòd inſtrumentum laceratum eſt, vel adjectum, non poteſt eius falſitas probari: & tunc ſicut in quovis dubio, conditio poſſidentis eſt melior, ſcilicet illius, pro quo ſententia lata fuit.

Quæritur quinto decimò an Notarius pub- 35
licus poſſit conficere teſtamentum clauſum, & inſtrumentum approbationis à tergo inſcribere? Reſpondetur affirmativè, ut docet Bartolus in *l.* 2. *ff. de ſtip. ſervan. n.* 3. Ratio eſt, quia tunc agit de facto proprio ſuo, & nemini nocet; quod tamen intelligitur adhibitis teſtibus requiſitis à jure. An verò poſſit approbare teſtamentum, in quo ipſe relinquitur hæres ſcriptus, ſive ſit teſtamentum uxoris, ſive alterius. Reſpondet Molina *tom. 1. diſput.* 125. negativè, quando teſtamentum eſt clauſum, & hæres non eſt neceſſarius, nec teſtator aliâ viâ per ſe ipſum expreſſerit, ſe in eo teſtamento inſtituiſſe illum hæredem *l.* 1. §. *ad teſtament. ff. ad leg. Cornel. de falſ.* Quia non poteſt conficere teſtamentis in utilitatem ipſius, ut notat Bartolus in *l. quamquam C. de his, qui ſibi adſcribunt.* Quòd ſi ea conficiat, nullum ſortiuntur valorem, ut docet Bartolus in *l. filius* §. *ſeq. quaſt. ff. de falſ.* Tum quia approbatio facta in teſtamento clauſo pertinet ad ſolemnitatem, quæ facta per manum Notarij hæredis ſcripti in teſtamento non valet in ejus utilitatem, quia ſicut non poteſt quis eſſe teſtis in teſtamento, in quo ipſe hæres inſtituitur *l. qui teſt. ff. de teſt.* ut nec etiam in teſtamento, in quo ei relinquitur fideicommiſſum univerſale, ut notat Baldus in *l. dictantibus C. eodem titulo*; ita nec poteſt relin-

qui

qui Notario fideicommiſſum univerſale in teſtamento clauſo & approbato ab eodem Notario; quia Notarius habetur locò teſtis, imò locò duorum teſtium, quibus æquiparatur, ut notat Maſcardus *de Probat. conclus. 1099. num. 5.* ubi ait Notarium vim duorum teſtium habere in ſcripturis, ut etiam rectè notat Baldus *in l. ſi quis in fin. C. ad leg. Cornel. de fals.* unde Notarius non poteſt, cùm ſit ſimul teſtis conficere inſtrumentum approbationis in teſtamento uxoris, ubi relinquitur ipſe hæres, vel fideicommiſſarius univerſalis: ſecus tamen eſt in teſtamento nuncupativo, quod legitur coram teſtatore, & teſtibus.

35 Quæritur ſextodecimò, an poſt publicatas atteſtationes usque ad concluſionem poſſint inſtrumenta produci? Reſpondetur affirmativè: & ratio eſt, quia in inſtrumentis non timetur ſubornatio, ſicut in teſtibus: ſiquidem faciliùs ex multis cauſis deprehenditur falſitas inſtrumentorum, quàm teſtium *c. licèt de probat.* & *c. Inter dilectos 6. h. t.* in inſtrumento enim notari debent teſtes, locus, tempus, & plura alia, de quibus habetur in *c. Abbas de re judic. in 6.* Teſti autem de hiſce interrogatus perſæpe dicit, ſe ampliùs non recordari: quia verò per concluſionem factam in cauſa, vel per terminum præfixum à Judice ad omnia producenda, intelligitur poſtea in illa inſtantia renuntiatum omnibus allegationibus, & probationibus, quæ in ipſa cauſa poſſent per partes fieri *c. paſtor. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* ideo ſequitur, quòd, licèt poſt publicatas atteſtationes non poſſint produci alii teſtes ſuper iisdem articulis, vel aliis directè contrariis ob periculum ſubverſionis, quòd in iisdem timetur *clement. 2. de teſtib.* poſſunt nihilominus produci inſtrumenta; ſi non intelligatur iisdem renuntiatum per terminum præfixum, vel per concluſionem in cauſa, ut habetur in *c. cum Dilectus 9. h. t.*

36 Cæterum in aliquibus caſibus etiam poſt concluſionem in cauſa poſſunt ob rationem de novo emergentem inſtrumenta produci, ut in iis, in quibus Judex procedit ex officio; ſi ipſi conſultius viſum fuerit expedire, quia ſibi nihil eſt præcluſum *c. Paſtor. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* & ſemper uniformiter viget ejus officium usque ad ſententiam incluſivè. Tum quia per concluſionem in cauſa licèt terminetur probatio partium, & ſit finis litium; non tamen limitatur poteſtas Judicis, quin poſſit ſuo fungi officio *c. cum clamor de teſtib.* Rurſus etiam in criminalibus, quando reus vult probare ſuam innocentiam, poſſunt inſtrumenta produci, & probationes poſt concluſionem in cauſa *l. Divus ff. de pœn.* Ut etiam in cauſis communibus proceditur ad inſtantiam, ſi inſtrumenta ſint de novo repetta *l. admonendi ff. de jurejur.* quinimò ſi de facto recipiantur inſtrumenta poſt concluſionem in cauſa, valet receptio, & videtur à concluſione receſſum, ex eo quòd partes non contradixerint ex *deciſ. 5.* Rotæ. Cæterum regulariter non poſſunt recipi, & ſi recipiantur, poteſt altera pars appellare.

Quæritur decimoſeptimò, an ſi Notarius ob infirmitatem, vel aliud impedimentum non poſſit per ſe ipſum inſtrumentum conficere, poſſit alteri ex protocollo tradere conficiendum? Reſpondetur ex *authent. de tabellion.* ſtatui, ut tabellio à partibus rogatus per ſe ipſum negotium audiat, & ipſemet ſcribat, non verò deleget alteri ſcribendum, ut etiam notat Gloſſa in *c. cùm P. tabellio 15. h. t.* nihilominus conſuetudo plerisque in locis invaluit, ut Notarii ob ſuum impedimentum curent ab alio inſtromenta ſcribi, & iis poſtea ab ipſis lectia ſubſcriptionem ſuam adjungant, & ſigillum, teſtantes eſſe ſecundùm acta, & protocollum fideliter ſcripta, ut notat Abbas in *d. c. cum 15. h. t. num. 2.* Cæterum Notarius poteſt protocollum partibus oſtendere, imò debet etiam legere, priùsquam in formam publicam redigat; idque videtur conſultum, & conſuetum: imò protocollum Notarii manuſcriptum ex partium rogatione fidem facit de actis, ſi ita ſcriptum ſit, ut ex eo, quæ acta ſunt, plenè intelligi poſſint, quia cùm protocollum ſit originale meretur præcipuam fidem, & ad illud recurritur, ſi dubium incidat de inſtrumento *c. quoniam 11. de probat.* quo fit, ut Notarii debeant protocolla ſervare. Ex conſuetudine tamen contractus non habet vim niſi inſtrumentum ſit perfectum. 37

TITULUS XXIII.

De Præſumptionibus.

Quia præſumptiones quandam continent ſpeciem probationis artificialis, quæ ex ipſa cauſa, ejúſque circumſtantiis, & adjunctis deſumitur, ideo rectè præcedenti Titulo Pontifex adnectit præſentem: ſiquidem eſt præſumptio conjectura proveniens ex aliquo veriſimili ſigno, locò probationis allegata, vel à Judice aſſumpta, ut rei dubiæ fides adſtruatur: hinc eſt, quòd præſumptio, ſi aliud in contrarium non adducatur, habetur pro veritate, quia cùm præſumptiones ſint ta-

C. ILLUD 11. h. t. *Idem Pont. declarat, ut in dubio de matrimonio, ſi fama loci, ſeu vicinia habet, virum eam habuiſſe ut uxorem; & præſertim, ſi producantur contractus matrimoniales, in quibus eam vocaverit uxorem & uxor maritum. Tametſi uxor poſtea dicat, illum non eſſe ſuum maritum, & teſtes habeat, quòd rogatus Vir, ut eam deſponſaret, noluerit, ſit Mulier cogenda ad cohabitandum cum viro, ſi inſtrumentum à fideli Notario confectum fuerit. In hoc textu Pontifex ſtatuit, præſumptionem juris pro matrimonio ſumi ex diuturna cohabitatione decem annorum, ſi accedat fama, & contractus matrimonialis.*

C. LITTERIS 12. h. t. *Idem Pont. reſcribit ex violenta, & certa ſuſpicione fornicationis poſſe ſententiam divortii promulgari, & licere viro eâ mortuâ aliam ducere, remanente muliere adultera ſine ſpe conjugii. Ut ſi teſtes deponant, ſe vidiſſe uxorem cum conſanguineo viri in eodem lecto jacentem, & in ſecreto loco, certiſque horis, probant copulam, & Judex cum hac violenta ſuſpicione fert ſententiam divortii, ut Vir mortua uxore ducat aliam, cum qua non ſit impedimentum. Hæc Mulier in textu punitur dupliciter propter duplex delictum adulterii, & inceſtus; ob primum punitur ſeparatione thori; ob ſecundum privatur facultate nubendi.*

C. TERTIO LOCO 13. *Clemens III. ferè idem reſcribit, ac in præcedenti: & ex textu colligitur, cauſam diſſolvendi ſponſalia eſſe affinitatem in ſecundo gradu cum ſponſa contractam per copulam fornicariam cum ejuſdem nepte ex ſorore, quod eſt impedimentum dirimens.*

C. LITTERAS 14. h. t. *declarat Innocentius III. ob vehementem ſuſpicionem de hæreſi non eſſe aliquem condemnandum, ut hæreticum, ſed præter cautionem juratoriam eſſe il[illegible] injungendam diſcretam pœnitentiam, ex qua poſtea conjicitur, an ſit hæreticus, vel non. Hinc notat [illegible]loſa, dictum contraria eſſe rejiciendum ut ſuſpectum, & unam præſumptionem poſſe alteri præſumptioni præponderare.*

C. CUM JUVENTUTE 15. h. t. *declarat idem Pont. quòd qui in juventute fuit continens, non ſit in ſenectute præſumendus incontinens præſertim ſi ſit litteratus; ubi præſumptio morum ſenectutis deſumitur ex moribus juventutis. Et Pontifex in textu addit, [illegible] præſumptionem ex ſcientiâ litterarum, [illegible] cum ſtudia occupent totum hominem, non ſinunt eum inclinari ad paſſiones, nec peccare ex ignorantia, quæ Mater eſt errorum.*

C. DUDUM 16. & ult. h. t. *declarat idem Pont. quòd ſi Papa reſcribat pro aliquo, ut recipiatur in numerum beneficiatorum additâ clauſulâ, ſi idoneus fuerit, non teneatur proviſus ſe idoneum probare, quia quilibet præſumitur idoneus, niſi contrarium oſtendatur. Rurſus quia tot beneficiati debent eſſe in Eccleſia, quot facultatibus Eccleſia poſſunt ſuſtentari, qui dicit Eccleſiam non habere, debet id probare. In dubio autem interpretatio debet eſſe benigna, ut ſi quis probet, clericum eſſe venatorem, præſumitur, quòd cauſâ licitæ recreationis.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid, & quotuplex ſit præſumptio.

HActenus diximus de probationibus, quæ habentur per teſtes, & inſtrumenta, & quia loco probationum, ſunt etiam præſumptiones, ſiquidem præter teſtes, & inſtrumenta ſolent etiam in judicio produci nonnulla alia indicia, & conjecturæ, quæ Judici præſumptionem faciunt, ut [illegible] litigantium parte valeat jus dicere; interdum enim præſumptiones plenè, quandoque ſemiplenè probant, & nunnunquam aliis præſumptiones adjuvant, ac corroborant. [illegible] o generaliter ſumpta, quædam ratio [illegible] de re verisimili. Prout verò ad præſens pertinet [illegible] deſinitur, [illegible] probabilis conjectura ex certo [illegible] proveniens ad adſtruendam rei dubiæ fidem [illegible] non adducto [illegible] *in ſumma num.* 1. definit præſumptionem eſſe rationabilem conjecturam rei dubiæ collectam ex argumentis, ſeu indiciis, quæ per rerum circumſtantias plerùmque eveniunt. Menochius *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 4. deſcribit, præſumptionem, eſſe anticipatam de re dubia opinionem ex argumentis, indiciis, & conjecturis per rerum circumſtantias plerumque evenientibus ſumptam; [illegible] hæ omnes definitiones recidunt in idem. Verſatur enim præſumptio circa rem [illegible], quia eſt de re, quæ poteſt eſſe, vel non eſſe.

Ut autem exactiùs deprehendatur, quid propriè [illegible] præſumptio [illegible] explicandum eſt, quomodo differat ab [illegible], conjectura, & jurisfictione. [illegible] cùm verſetur circa rem dubiam, quæ poteſt eſſe, vel non eſſe, ſæpè convenit cum ipſa veritate, & per hoc differt à jurisfictione, quæ eſt aſſumptio falſitatis indubiæ pro veritate ex aliqua juſta cauſa, adeo ut jurisfictio ſemper fiat ſuper aliquo certo contra veri-

veritatem. Hinc præſumptio juris, & fictio juris maximè inter ſe differunt, quia præſumptio juris eſt probatio, quam jus in re aliqua dubia ex quibnadam inditiis deſumit: fictio juris non eſt rei dubiæ, ſed certæ falſitatis pro veritate aſſumptio ex certa cauſa ad inducendum aliquem juris effectum; & contra hanc fictionem nulla oppoſitio, ſeu probatio in contrarium admittitur. Hinc per jurisfictionem canonici legitimè abſentes finguntur quaſi præſentes in loco reſidentiæ, ut percipere poſſint fructus ſui canonicatus, ut habetur *in tit. de clerico non reſidente.* Hæres fingitur à jure eadem perſona cum defuncto, ut in omnia ejus jura tam activa, quàm paſſiva ſuccedat *l. hæreditas ff. de R. J.*

Rurſus ſi contractus ſub conditione celebretur purificata conditione retrotrahitur conditio, & per fictionem juris cenſetur contractus ab initio purè, & abſolutè initus *l. potior* 11. *§. 1. ff. qui potiores in pignore.* Rurſus præſumptio tametſi ſit juris, & de jure non aliter habet locum in conſcientia, quàm ſi veritas ſubſit: ſecus fictio, quamvis ſit rei falſæ, tamen in conſcientia cæteris paribus locum habet. Ratio diſcriminis eſt, quia in iis cauſis, in quibus non poteſt de veritate conſtare, tametſi lex interdum aliquid præſumat, habeátque pro vero; interim tamen non intendit quidquam ſtatuere, aut obligare contra ipſam naturalem, & genuinam veritatem: in fictione autem lex præcognoſcit falſitatem, & nihilominus juſta de cauſa aliquid certè ſtatuit.

4 Præterea fictio non inducitur ab homine, ſed tantùm a lege, & eſt quædam legis diſpoſitio, proinde non admittit directè probationem in contrarium, ſed tantùm indirectè demonſtrando ceſſare æquitatem, ſuper qua illa fictio fundatur. Secus præſumptio de ſui natura ſemper admittit probationem in contrarium, ut liquet de præſumptione hominis, & juris, & de præſumptione juris & de jure; licèt enim regulariter excludat omnem probationem in contrarium; nihilominus admittit confeſſionem partis in contrarium. Præterea ex præſumptionibus poteſt una alteri adverſari, & tunc potentior prævalet, tollitque minus potentem; ſecus fictio una alteri non poteſt contrariari *l. 3. §. è contrario ff. de acquir. poſſeſſ.*

5 Differt præſumptio ab indicio; quia hoc eſt notabile ſignum alicujus delicti, vel alterius rei, de qua dubitatur, & inſervit ad cognoſcendam veritatem, ut notat Maſcardus de probationibus *tom. 1. q. 15. num. 2.* Bipartitur indicium in ſemiplenum, ſeu dubitativum; & plenum, ſeu indubitatum; illud eſt, quod potis eſt movere animum ad aliquid credendum, vel non credendum, proinde dicitur aptum ad ingenerandam ſuſpicionem aliquam, ſed cum formidine, ſeu virtuali dubio junctam. Indicium plenum eſt, quod ad plenum aſſenſum poteſt animum movere, ſive indicium ſit ſolum, ſive conjunctum aliis. Rurſus indicium aliud eſt proximum, remotum aliud, illud eſt magis veri ſimile, hoc minus idoneum ad rem demonſtrandam, eò quia ſæpius fallat, ut ſi quis arguatur reus alicujus delicti, eò quia vultu pallido ex urbe aufugerit, ex quo indicio non ſumitur argumentum demonſtrativum, ſed tantum topicum ſiquidem poteſt quis ex pluribus aliis cauſis impalleſcere, ac terrorem concipere, & ex urbe diſcedere. Demum indicia alia ſunt levia, quæ ſolam ſuſpicionem pariunt; alia gravia, quæ opinionem fundatam, licèt non omnino certam, ſed conjunctam cum aliqua formidine de oppoſito ingenerant; alia graviſſima, quæ & indubitata dicuntur, & hæc aſſenſum generant moraliter certum excludentem omnem formidinē. A conjectura differt præſumptio, quia præſumptio importat magis determinatum aſſenſum, ſeu judicium; & conjectura potius ſuſpicionem, quæ eſt opinio levis, ſeu [illegible] aſſenſus cum titubatione, & de re dubia ex levibus indiciis procedens, hinc aliqui non diſtinguunt conjecturam ab indicio.

Præſumptio alia eſt hominis, alia juris: illa eſt quidam conceptus in mente hominis cauſatus ab aliqua conjectura, & dicitur præſumptio hominis, quia in nullo jure reperitur comprehenſa, aut confirmata: & hæc hominis præſumptio ſolet bipartiri in levem, ſeu temerariam, & probabilem, ſeu diſcretam. Temeraria eſt conceptus in mente hominis cauſatus ex aliqua conjectura non probabili; & hæc præſumptio nihil probat *cap. inquiſitioni 44. inf. de ſent. excom: can. oves paſtorem, ibi: in verbis omnis ſuſpicio eſt potius repellenda, quàm approbanda, & recipienda 6. q. 1.* Diſcreta, ſeu probabilis præſumptio eſt conceptus, qui formatur in mente hominis ex aliqua conjectura probabili, & eſt major, vel minor, adeo ut ab aliquibus dividatur in violentam, ſeu vehementem, & in non violentam. Violenta dicitur, quæ urgente aliqua valde probabili conjectura nititur, ac propterea vehementer movet, trahitque ad credendum, ut notat Abbas in *c. quanto num. 8. h. t.* præſumptio non violenta eſt, quæ probabili, & minus urgente ratione nititur; hinc violenta præſumptio facit plenam probationem, & non violenta tantùm ſemiplenam *c. inquiſitioni 44. V. fin.* Quòd ſi præſumptio non violenta adjuta fuit per famam publicam, vel alia adminicula, etiam facit plenam probationem *c. tertio 31. h. t.* Propriè tamen hæ diviſiones non ſunt diverſæ ſpeciea *argum. l. ult. ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* Cæterum præſumptio hominis tollitur per contrariam probationem, quia ſi conſtat de veritate ceſſat præſumptio, ut notat Me[illegible]chior *lib. 1. q. 31. n. 2.*

Præſumptio juris eſt, quæ ex juris auth[illegible]tate procedit, quando jus in dubio aliquid præſumit, & interim nihil conſtituit, nec determinat, quod pro jure habeatur, & proinde admittit probationem in contrarium; cujuſmodi eſt præſumptio ſolutionis, quæ oritur ex lacerato, vel obliterato chirographo *l. ſi chirographum 42. ff. de probat.* ut etiam illa, quâ præſumi[illegible] ante filium puberem deceſſiſſe, cum a[illegible] prius intelligatur mortuus, quàm deſ[illegible] ant[illegible] ium impuberem prius deceſſiſſe, ub[illegible] que [illegible]no caſu, ſeu naufragio extinctus e[illegible] ætas impuberis vide[illegible]ur ma[illegible] tino caſui *l. qui duos 9.* [illegible] *de reb. dub.* Contra præſumptionem juris tantum admit- 7

admittitur probatio in contrarium, ut notat Abbas *in c. quanto* 8. *n.* 2. *h. t.* quia fides procedens à probatione, cùm ſit magis certa, prævalet præſumptioni juris, cùm hæc præſumptio tantùm faciat rem præſumi veram, donec per contrariam probationem de veritate conſtet; interim tamen ſtatur præſumptioni, quæ pro veritate habatur, adeo ut, qui habet præſumptionem juris, relevetor ab onere probandi, quod transfert in advarſarium, immo requiritur contra juris præſumptionem plena probatio, alioquin ſemper prævalet præſumptio, quia æquivalat plenæ probationi.

8 Alia eſt præſumptio juris & de jure, quæ diſtingoitur à præſumptione juris tantùm, quia hæc eſt, quando lex in re dubia aliquid præſumit ſed ulteriùs non procedit, nec quidquam ſtatuit, quod pro jure habeatur: præſumptio verò juris de jure aſt præſumptio legis aliquid præſumentis, & ſuper præſumpto tanquam ſibi comperto ſtaruentis; qoando lex non ſolùm ex iodicio colligir aliquid, verùm eriam jubet hoc ipſum pro vero firmiter habendum eſſe; adeo ut probatio in contrarium non admittatur, niſi de contraria veritate apertè conſtet, quia tunc omnis præſumptio ceſſat, & verirati cedit.

9 Hæc præſumptio dicitur *juris*, eò quia à lege, ſau jure ſit introducta, & *de jure* quia ſuper tali præſumptiona lex inducit firmum jus, habétqoe aam pro veritate excluſa probatione contraria, ut ootat Maſcardus *q.* 10. *num.* 48. & hæc præſumptio *juris de jure*, dicitur etiam præſumptio violenta, & neceſſaria, eò quia deſumatur ex neceſſariis certis, ac indubitatis ſigois. Exemplum hujus præſumptionis habetur *in c. qui fidem de ſponſal.* eſt enim præſumptio matrimonii, quæ oritur ex concubitu ſponſi, cum ſponſa, tale enim matrimonium præſumitur inter ſponſum, & ſpooſam propter carnalem copulam ſubſecutam, verùm hæc præſumptio eſt abrogata per Coocilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. quia hodie nullum matrimonium validè contrahitur, niſi præſente Parocho, & duobus teſtibus.

10 Non tamen deſunt, qui putent, dictam præſumptionem etiam ounc habera ſuum effectum in ſponſalibus de futuro ſub conditione, ſi conſanguinei conſenſerint contractui, ut per copulam ſubſequentem præſumptione juris, & de jure cenſeatur à conditione receſſum, ac novus abſolutus conſenſus poſitus, ut præ cæteris cenſet Zipæus *conſul. can. lib.* 4. *conſ.* 1. Rurſus præſumptio juris de jure eſt, qua qui ſemel coovictus pejeráſſe, præſumitur ſemper in poſterum pejeratnrus juxta regulam, qui ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali *c.* 8. *de R. J. in* 6. Tales etiam ſunt præſumptiones, quæ habentur *in l. antiqua C. ad ſenatus conſ. Velleianum. in l. fin. C. ad Macedonian. in l. fin. circa princip. C. arbitrium tutela.*

§. II.

Quænam ſint cauſæ, & effectus præſumptionum.

PRæſumptiones ex variis poſſunt cauſis oriri, ac naturalibus principiis; ut eſt præſumptio, quâ puella, quæ peperit, non præſumitur virgo; & Mulier, quæ lac habet in mammis, præſumitur corrupta; eò quia natura, non ars efficiat, ut Mulier lac in mammis habeat propter generationem. Verùm hoc indicium non eſt omnino certum; quia poteſt fieri, ut Mulier lac habeat, tametſi corrupta non ſit, ut ſi illi menſtrua non fluant. Pari pacto præſumitur eſſe ignis, ubi fumus exire conſpicitur, & hæc præſumptio dicitur violenta, ſeu neceſſaria non admittens contrariam probationem. Poteſt etiam præſumptio oriri ex principiis, ſeu indiciis, ac conjecturis, aot exemplis humanis, & lege humana approbatis, vel etiam ex aliis oegotiis, ac perſonarum circumſtantiis, ex quibus tanquam ſignis, & argumentis inducitur lex, ſeu præſumptio ad aliquid de re propoſita credendum pro ratione argumenti, ex quo inducitur creduliras. 1

Judex nonnunquam ex violenta conjectura, vel præſumptione, ſi aliunde in judicio manifeſlata ſit, abſque alia probatione procedere poteſt ad ſententiam definitivam etiam condemnatoriâ ſerendâ, ut deſumitur *ex c. afferte h. t.* ubi habetur, quòd Judex præſumptione vehementiſſima poſſit ferre ſententiam definitivam, ut fecit Salomoo de uno filio inter duas Mulieres *Reg.* 3. *c.* 3. ubi contendebant duæ Mulieres de filiolo, & Salomon ſententiam dixit, quâ illius eſſe cenſuit, quæ illum penes altaram vivere maluit, quàm ut occiſus neutrius eſſet; hinc Judex nonnunquam ex violenta conjectura in judicio prodita, vel ab adverſario probata animum ſuum ita informare poteſt, ut abſque ulla probatione ſententiam condemnatoriam ferat *arg. l. judicia* 19. *C. de rei vindicat. l. ult. C. de probat.* Abbas *in c. afferte* 2. *h. t. num.* 5. ubi admonet, ut Judex, ſi ex violenta præſumptione, ſeu indicio moraliter rem convincente moveatur ad ſententiam definitivam ſerendam, jubeat eam præſumptionem ſcribi in actis judicii, quatenus ſi appellare contingat, ex iiſdem poſſit ſententia juſtificari. 2

Ex præſenti ſpecie facti Salomonis infertur, poſſe Judicem licitè ſimulare ad eruendam veritatem; quâ ratione juſſit Salomon, ut infans divideretur vivus, ut inde exploraret, cujus eſſet, quod optimè conjicere potuit ex amore veræ matris: eſt ſiquidem amor parentum erga liberos valdè intenſus, ac vehemens; & major quàm amor patris, ut probat Philoſophus *lib.* 8. *Ethic.* triplici ratione; quarum prima eſt, quia temporis dioturna converſatione creſcit amor; & Mater dioturnius verſatur cum filiis, quàm Pater. Secunda quia magis diligimus ea, in quæ ma orem impendimus laborem. Tertis, quia ubi major eſt proximitas, & conjunctio, ibi intenſior eſt amor: & major conjun- 3

ctio conſideratur in matre, quàm patre; quia Mater infantem concepit, quem novem menſibus in utero geſtavit, & ſanguine proprio nutrivit *cap. ad ejus c. ſi Mulier diſt. 5.* hinc Filius dicitur pars viſcerum matris *c. ſi in matris c. qui in maternis de conſecrat. diſt. 4. l. pactum C. de R. V.* hac ratione Salomon infantem ex violentiſſima amoris præſumptione veræ matri adjudicavit, ſeu illi Mulieri, cujus viſcera ſuper infantem commota fuerant. Præſumptio hæc Salomonia vehementiſſima fuerat, unde ſapientiſſimus Rex eâ mota rectè ſententiam dixit, ut notat Panormitanus *in c. Afferte 2. h. t. num. 2.* Aleiatus *de præſumptionibus reg. præſumpt.* 14.

4 Objici tamen poteſt, quia in quacunque lite, ſi actor probaverit, reus debet condemnari; & ſi non probaverit, eſt reus abſolvendus *l. actor. C. de probat. l. qui accuſare C. de edendo l. qui ſententia 16. C. de pœnis.* Vel igitur in præſenti ſpecie facti Mulier, quæ petebat infantem, probavit eum eſſe ſuum Filium, vel non: ſi probavit, illi adjudicandus erat: ſi non probavit, alia Mulier erat ab impetitione abſolvenda. Neque obſtat, quòd in hac ſpecie præſumptio fuerit vehementiſſima, quâ potuit Salomon definitivam ſententiam proferre: quia non ſufficit præſumptio licèt vehementiſſima, niſi pars eam allegaverit, ac probaverit *l. ſi adulterium cum inceſtu §. penult. ff. ad l. Julian. de adult.* in præſenti autem ſpecie Mulier, quæ recuſavit diviſionem infantis, non allegavit præſumptionem violentam, nec probavit: proinde Salomon ex tali præſumptione non poterat ſententiam proferre definitivam.

5 Sed contra, quia in præſenti ſpecie aderat ſufficiens præſumptio, quâ Salomon ſententiam potuit definitivam proferre. Neque obſtat argumentum factum; quia quando præſumptio aliunde elicitur, quàm ex facto partis, tunc poteſt Judex moveri ad proferendam ſententiam ex cauſa etiam non allegata à parte; in quo caſu limitatur textus *in §. Idem Pollioni.* Ratio eſt, quia quando præſumptio oritur ex facto partis, ſi eam non allegavit, præſumitur non vera, & hæc præſumptio juris tollitur per aliam præſumptionem *l. Divus ff. de in integr. reſtit.* hæc autem ratio ceſſat, quando præſumptio oritur aliunde juxta textum expoſitum ab Innocentio *in c. Raynucius §. final. de teſtam.* ubi Judex ſententiam dixit ex jure non allegato per partem. Cum igitur in hac Salomonis ſpecie præſumptio non fuerit orta ex cauſa cogitata per partem, ideo potuit Salomon ſententiam proferre definitivam ex violenta præſumptione materni amoris etiam eâ non allegatâ ut docet Felinus in *d. c. Afferte 2. h. t.*

6 Si dicas, præſumptionem ortam fuiſſe ex parte matris dicentis: *date illi infantem vivum, & ne occidatur*, proinde non potuiſſe Salomonem juxta illam ſententiam proferre definitivam; eò quia eam non allegaverit, *argu. text. in d. §. Idem Pollioni.* Contra eſt, quia præſumptio non ſolùm orta fuit ex verbis matris; ſed etiam ex verbis alterius Mulieris dicentis: *Nec mihi, nec tibi, ſed dividatur.* Præterea quando præſumptio oritur ex facto partis occurrente in judicio; tunc poteſt Judex moveri etiam præſumptione non allegata: non ita quando præſumptio non oritur ex actis proceſſus, & cùm in præſenti ſpecie præſumptio oriatur ex affectu matris in proprium filium, proinde ex actis proceſſus; & Mater non potuerit tempore, quo propoſuit querelam, cogitare de ſimulatione Salomonis; ideo potuit Salomon ex tali præſumptione etiam non allegata motus ſententiam proferre definitivam, hoc pacto ſolent interpretari textus *in cap. litteras 14. h. t. c. de hoc 10. c. Tua nos de Simonia c. cum in tua de uſuris c. ſi duo 4. 35. q. 5.*

Cæterum ex uno indicio, vel pluribus ſimul junctis, ſi ſint valdè urgentia, ut violentam faciant præſumptionem, Judex facilius poteſt procedere ad ſententiam definitivam non ſolùm, ſi agatur civiliter, ut in præſenti ſpecie facti Salomonis: verùm etiam criminaliter, adeout ex vehementiſſimis indiciis moraliter certis poſſit Judex Reum condemnare ſaltem ad pœnam extraordinariam *arg. l. ult. C. de probat.* Interdum etiam ad pœnam ordinariam in criminibus occultis, quæ difficilis ſunt probationis, ut notat Zoëſius, *comment. in decret. h. t.* In dubio de nativitate, num ex hoc patre, vel hac matre aliquis natus ſit, conjectura fieri poteſt ex affectu dilectionis: ſiquidem naturale eſt, filios à parentibus impensè amari. Neque affectus reperitur extraneus, qui vincat amorem parentis *l. ult. §. 1. C. curat. furios.* hinc amor fundavit violentam præſumptionem judicandi, infantem fuiſſe illius mulieris, quæ intenſiorem in puerum oſtendit amorem: quòd ſi ambæ mulieres dixiſſent, ſe nolle filium dividi, nec interfici, illi fuiſſet infans adjudicandus, quæ erat in poſſeſſione illius, niſi alia probatio interveniſſet. Sin verò lite pendente utraque illa Mulier fuiſſet mortua, Abbas *in c. Afferte 2. h. t.* aſſerit, quòd tunc infans illi mulieri ſucceſſiſſet, quæ erat in poſſeſſione Filii; quòd ſi neutra fuiſſet in poſſeſſione, fuiſſet in optione Filii ſuperſtitis adire hæreditatem illius, cujus ei magis placuiſſet; & ſemel quòd ſe immiſcuiſſet in hæreditate unius, non potuiſſet ampliùs hæreditatem alterius petere; quia cum non potuerit duas habere matres; nec duas potuiſſet maternas petere hæreditates.

Ex actu occulto, qui ſecretò fieri ſolet, adeout nec ſenſibus pateat, neque directè per teſtes probari poſſit, eò quia neque de viſu, neque alio ſenſu teſtari poſſit, ut eſt fornicatio occulta, vel adulterium, oritur præſumptio, quæ ſi violenta fuerit, ac moraliter certa, ſufficit, ad plenam probationem, dummodo præſumptio oriatur ex actibus venereis propinquis, ſeu indiciis proximis, ut deſumitur ex *cap. litt. 12. h. t.* ubi habetur, quòd ſi actus ſuapte natura occultus ſit, & ſenſibus non patens, ut fornicatio, tunc præſumptiones violentæ, ac moraliter certæ, quia ex proximis oriuntur indiciis, plenam faciant probationem, ſi agatur civiliter ad inſtituendum divortium: imò etiamſi agatur criminaliter ad pœnam adulterii, vel inceſtûs, ut

docet

docet *Gloſ. hic*: ratio eſt, quia licèt per tales actus non probetur adulterium verè, ac propriè per ſenſum proprium, & immediatum; probatur nihilominus præſumptivè, quæ præſumptio juris, & de jure operatur, ut plenè probatum ſit adulterium quoad thori ſeparationem, & ad dotis amiſſionem; deſumuntur tamen præſumptiones ex ſolitudine maris cum fœmina, affectu venereo, nuditate, loco obſcuro, vel cubiculo clauſo: non ita ex ſolis oſculis, & amplexibus inducitur violenta præſumptio, neque plena probatio adulterii, ut notat Barboſa in *c. litteris* 12. *h. t. n.* 2. & 3.

9 Qui habet animum delinquendi, ſi illum explicet, opere ſecuto, punitur, licèt non ſequatur effectus, ut probant textus *in c. quoniam* ubi Gloſſa *V. conatus* 14. *q.* 4. *l.* 2. & 3. *ff. ad l. Cornel. de ſicari.* & *l.* 7. *qui* 7. *C. eodem* ubi dicitur, eum qui cum telo ambulavit hominis necandi cauſâ, perinde ut homicidam puniendum eſſe. Hoc idem habetur *in c. Sicut* 1. *h. t.* ubi is noxius cenſetur, qui laqueum, vel ſagittam jecit hominis necandi cauſâ, quamvis mors non ſequatur. Ratio eſt, quia in actibus humanis attenditur voluntas: & ſicut omnis bona operatio voluntaria eſſe debet, & nullus ad bonum peragendum invitus compellitur *c. præſens* 20. *q.* 3. ita in qualibet mala operatione debet voluntas ſpectari: hinc vulgò dicitur: tolle voluntatem de medio, & omnis actus erit indifferens, juxta *l. fœdiſſimam C. ad l. Juliam de adult.*

10 Hinc affectus contingens præter intentionem agentis nihil operatur *l. qui foveas, l. ſi putator ff. ad l. Aquil.* quia voluntas ſenſibus dominatur, & in actibus humanis primam occupat ſedem: quapropter maleficia, & quælibet delicta voluntate diſtinguuntur, & in eis ſola voluntas, & animus delinquendi, non exitus necis ſpectatur: unde voluntas delinquendi ad actum externum deducta perinde punitur, ac ſi delictum conſummatum fuiſſet: quia per actum exteriorem conſtat de voluntate interna; cum hæc utatur membris externis, ut inſtrumentis ad agendum; unde voluntas delinquendi manifeſtata per opus externum punitur, quamvis non ſequatur effectus ſcitè Seneca *lib.* 4. *Controv.* 7. ait: *omnia honeſta opera voluntas inchoat, occaſio perficit: ſæpe honorata virtus eſt etiam, ubi eam feſellit exitus: ſcelera quoque, quamvis citra exitum ſubſederint, puniuntur.*

11 Hæc procedunt de jure communi; quia per conſuetudinem generalem voluntas ad delinquendum ordinariè non punitur, niſi effectus ponatur, ut notat Julius Clarus *in Praxi* §. *fin. q.* 92. *num.* 1. Ratio eſt, quia verba legis pœnalis cum effectu accipienda ſunt; adeo ut ſola voluntas, ſeu conatus ſine effectu non puniatur: niſi pœna expreſsè ſit à lege lata, adeo ut lex injungat, etiam ſolùm conatum ad crimen perpetrandum eſſe puniendum, tametſi effectus non ſequatur. Rurſus punitur etiam conatus perpetrandi crimen perquàm atrox, quamvis non ſequatur effectus, ut notat Gloſſa *in l.* 1. §. *hæc autem verba V. putamus ff. quodquisque*, licèt ex conſuetudine ſolus conatus etiam in atrociſſimis delictis mitiùs puniatur, ſi effectus non fuerit ſecutus.

Objici tamen poteſt *l. cogitationis* 18. *ff. de pœn.* quæ habetur *in c. cogitationis de pœnitentia diſt.* 1. ubi habetur, quòd nemo patitur pœnam cogitationis. Fornerius *lib.* 3. *rerum quotid. c.* 17. Cujacius *ad tit. C. ſi quocunque prædium poteſt.* Hinc ſola furandi cogitatio furem non facit *l.* 2. §. 1. *l. ſi quis fur. ff. de furt.* Tum quia ſolus conatus non obeſt, ſi non ſequatur effectus *l.* 1. *in fin. ff. quod quisque juris*; ubi expreſsè dicitur conatum nil officere, ſi injuria nullum habuerit effectum, proinde ut quis puniatur; non ſufficit explicare voluntatem delinquendi actu externo. Firmatur, quia in *l.* 1. *ff. de extraord. crimin.* Paulus ait, quòd ſolicitatores alienarum nuptiarum, ac matrimoniorum interpellatores, quamvis effectu ſceleris potiri non poſſint, propter voluntatem promiſcuæ libidinis extra ordinem puniuntur. Ex quo evidenter deducitur, animum delinquendi etiam explicatum actu externo non puniri pœnâ ordinariâ, ſed tantum extraordinaria arbitrio Judicis. Sed contrà quia *in d. l. cogitationis* ſermo eſt de cogitatione nuda, & ſimplici, & non manifeſtata per actum externum, in quo ſenſu verum eſt, neminem pati cogitationis pœnam, quia nuda, & pura cogitatio eſt crimen ſolùm quoad Deum, qui ut ait Cyprianus *ſerm.* 5. *de lapſis* videt corda, & pectora ſingulorũ, & judicaturus eſt non tantùm de factis, ſed & de verbis, ac cogitationibus noſtris, eò quia omnium mentes, ac voluntates conceptas in ipſis adhuc clauſi pectoris latebris intuetur. Nos autem loquimur de cogitatione inchoata, ac manifeſtata per actum externum. Hinc alii textus, qui citantur, loquuntur tantùm de pura cogitatione, non verò de inchoata per actum externum: hinc Ulpianus *lib.* 1. *ad edictum* ait, cogitationis pœnam neminem pati debere ex edicto; ſeu niſi pravitas mentis ad actum externum deducatur. Ad confirmationem reſpondetur, conatum explicatum per actum externum puniri pœnâ ordinariâ, ſi conatus proximus ſit, & immediatus; non verò ſi remotus. Conſuetudo tamen invaluit, ut nunc leges non puniant conatum ſine effectu, niſi in delictis atrocioribus, ut notat Tiraqual. *de pœn. temporal. cauſ.* 38. 12

Quod verò ad præſumptionis effectus pertinet, certum eſt, præſumptionem levem, quæ & temeraria dicitur, nullam prorſus mereri fidem, & à jure rejici. Præſumptionem probabilem tantùm ſemiplenè probare, deſumitur *ex cap. inquiſitioni V. fin. inf. de ſent. excommun.* At fama publica, ſi aliis adjuvetur adminiculis plenam probationem ingerit *c. tertio loco* 13. *h. t.* ut etiam ſi præſumptio violenta, ac vehemens fuerit, idque tam in civilibus, quàm in criminalibus *c. afferte* 2. *h. t.* Excipiuntur tamen crimina graviora, ut crimen hæreſis, & alia ſimilia, in quibus tales præſumptiones non ſufficiunt, ſed requiruntur probationes omnino claræ, ac certæ *l. fin. C. de probat.* Ex præſumptionibus, illa, quæ dicitur juris eſt liquidiſſima probatio *l. licèt Imperator* 74. *ff. de legat.* 1. *c. cum dilecti* adeo ut habeatur pro vera, ac indubitata, cui proptereà in judicio ſtari debet, donec contrarium probetur *l. fin. in princ. ff. quod metûs cauſâ.* 13

Dicitur donec contrarium probetur, quia cùm præſumptio non niſi circa rem dubiam verſetur admittit probationem in contrarium *l. cum de indebito 25. in fin. ff. de probat*; ſi enim conſtet de veritate; præſumptio in contrarium corruit, quia veritas ſemper prævalet, & omnes præſumptiones eidem cedunt *l. penult. §. Mulier ff. de probat.* ſiquidem fides orta ex probationibus firmior eſt, quàm quæ à ſola præſumptione hominis, vèl juris provenit.

14 Secus dicendum eſt de præſumptione juris, de jure, quia hæc regulariter non admittit probationem in contrarium *c. is, qui fidem 30. inf. de ſponſal.* idque procedit regulariter, quia in quibusdam caſibus non reſpuit probationem in contrarium, ut per confeſſionem illius, pro quo ſtat præſumptio, ſive confeſſio judicialis ſit, ſive extrajudicialis, dummodo hæc per teſtes jam probata ſit, vel ritè probetur; & confeſſio ſit de his, quæ à voluntate dependent confitentis: ut præſumptio juris de jure eſt contra illum, qui confeſſus eſt, ſe recepiſſe pecuniam, & intra biennium neglexit objicere exceptionem non datæ pecuniæ *l. in contractibus C. de non num. pecun.* & nihilominus contra hanc præſumptionem juris de jure admittitur probatio ex confeſſione creditoris, ſi enim creditor fateatur, ſe non numerâſſe præfatam pecuniam, præſumptio juris de jure contra eum, qui faſſus erat, ſe recepiſſe talem pecuniam, & intra biennium non objecit exceptionem non numeratæ pecuniæ, corruit, quia confeſſio creditoris prævalet.

15 Rurſus præſumptio juris, & de jure eſt pro ſententia, quæ tranſivit in rem judicatam, & nihilominus contra illam admittitur probatio ex confeſſione illius, qui pro ſe ſententiam obtinuit: quia tametſi præſumptio juris & de jure à lege habeatur pro veritate, cùm tamen non ſit ipſa veritas, eò quia verſetur circa res dubias, ideo poteſt in contrarium detegi veritas per confeſſionem illius, pro quo ſtat præſumptio: ſiquidem nulla efficacior probatio eſt confeſſione propria. Debet tamen confeſſio eſſe de his, quæ dependent à voluntate confitentis, quia in non dependentibus à confitente confeſſio non tollit præſumptionem juris de jure; hinc præſumptio juris de jure eſt, quod qui contraxit ſponſalia, & cognovit ſponſam carnaliter, contraxit matrimonium; & nihilominus contra hanc præſumptionem non admittitur probatio per confeſſionem utriusque contrahentium, adeo ut ad præſumptionem diluendam non ſufficiat, ſi dicant, ſe non contraxiſſe: quia ab eorundem voluntate non ampliùs dependet matrimonii contractus.

16 Rurſus præſumptio juris, & de jure admittit probationem in contrarium per duos, vel tres teſtes omni exceptione majores. Ut etiam per indirectum, quia lex ad præſumptionem juris de jure exigit quasdam qualitates, & circumſtantias, contra quas ſemper admittitur probatio: ſi enim non concurrant aliquæ ex prærecenſitis qualitatibus, & circumſtantiis, & id probetur, præſumptio diluitur: ut eſt præſumptio juris de jure, quod mulier ſi contracto matrimonio per metum diu cum viro fuerit commorata in illud conſenſerit, ac metum purgaverit, ut deſumitur *ex c. ad id 21. de ſponſal.* & nihilominus contra talem præſumptionem admittitur probatio indirecta, ſcilicet quòd illa cohabitatio fuerit etiam violenta: ſi enim probetur violenta cohabitatio, diluitur præſumptio purgati metûs. Demum probationem admittit per notorium, quia ſi probatio fiat per evidentiam facti nunquam excluditur, dummodo notorium ſit permanens, & allegetur.

Eſt etiam effectus præſumptionis juris, quòd onus probandi rejiciat in adverſarium, donec non conſtet de oppoſito *cap. ex inſinuatione 9. ſup. de procurat.* ſiquidem qui habet præſumptionem juris contra ſe, tenetur hanc fortioribus diluere probationibus *l. ult.* juncta Gloſſa *ff. quod metûs cauſâ* proinde hæc præſumptio fortior eſt, quàm ſemiplena probatio, quæ non rejicit onus probandi in adverſarium: & quia à lege habetur pro veritate, donec conſtet de oppoſito; ideo ad præſumptionem hanc diluendam requiritur fortior probatio in oppoſitum. Quòd ſi præſumptio juris eſſet talis, ut lex eam non haberet pro veritate, ſed tantùm pro quodam auxilio probationis, tunc non transfert onus probandi in adverſarium: ut nec etiam præſumptio, quæ oritur ex ſententia, pendente appellatione; immo nec præſumptio hominis niſi fuerit vehemens, & violenta, ut docet Menoch. *lib. 1. de præſump. q. 82.* 17

Sunt alii effectus præſumptionis juris de jure, ſcilicet impedire appellationem, quia is contra quem ſtat hæc præſumptio habetur pro convicto, & confeſſo; & convictus, ac confeſſus non poteſt ulteriùs appellare *l. 2. C. quor. appell. non recip.* cùm enim hæc præſumptio habeatur pro veritate non admittit probationem in contrarium; proinde appellatio contra illam interpoſita non eſt cenſenda juſta, ut notat Menoch. *lib. 1. q. 76.* Hinc ex præſumptione juris de jure ferri poteſt ſententia definitiva, quia cùm habeatur pro plena probatione, habetur etiam pro veritate; immo poteſt etiam ferri ſententia definitiva ex præſumptione juris tantùm, dummodo per contrariam probationem non improbetur; quia præſumptio juris tantùm eſt liquida, & manifeſta probatio, ut docet Menoch. *lib. 1. q. 40. num. 1. & 2.* Ex præſumptione tamen hominis, ſi lege non nitatur, ordinariè non fertur ſententia; poteſt tamen Judex ſi ipſi viſum fuerit ſententiam ferre. Juramentum illius, contra quem ſtat præſumptio juris de jure ad illam refellendam non admittitur, quia juramentum non defertur à Judice, niſi ubi cauſa eſt dubia; & cauſa pro qua ſtat præſumptio juris de jure non eſt dubia, ſed à lege habetur pro certa, ut docet Menochius *lib. 1. q. 77.* proinde non admittitur Juramentum. 18

§. III.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones circa præſumptiones.

Quæritur primò quomodo procedendum ſit, quando concurrunt plures præſumptiones. Reſpondetur quòd ſi præ- 1
ſumptio-

ſumptiones ſint tales, ut una ſit aliis fortior, tunc quæ potentior eſt cæteras perimit *l. Divus ff. de in integ. reſtitut.* Idqua procedit, quamvis præſumptio hominis concurrat cum præſumptione juris; dummodo conſtet, quòd una ſit aliâ fortior, ac firmior *argu. l. Lucius* 93. §. *quæſitum* 3 *ff. de legat.* Hinc præſumptio perimit ſuſpicionem cum hæc ſit debilior illâ. Et ſicut una præſumptio tollit aliam, ita etiam una aliam elidit, ſicut una probatio aliam: quòd ſi agatur de duabus præſumptionibus juris, vel hominis; tunc arbitrio Iudicis relinquitur quænam ex illis potentior ſit. Iuriſconſulti tamen eam ſolent potentiorem, ac firmiorem cenſere præſumptionem, quæ facit ſubſiſtere, ac valera actum, quæque benignior eſt, magiſque vero ſimilis, & quæ ſavet reo, ut etiam quæ iniquum, & abſurdum declinat. Cæterum præſumptio, quæ oritur ex rei ſubſtantia fortior ſemper eſt, ac firmior, quàm quæ provenit à ſolemnitate, vel qualitate rei. Rurſus quæ in jure communi fundatur firmior eſt, quàm quæ nititur jure ſpeciali. Specialis tamen præſumptio eſt validior, quàm generalis; & inter duas ſpeciales illa eſt firmior, quæ eſt magis ſpecialis. Item præſumptio naturalis eſt firmior accidentali: & quæ fundatur in ratione naturali eſt firmior, quàm quæ fundatur in ratione civili; ut etiam quæ favet animæ potentior eſt eâ, quâ delictum dicitur non præſumi.

2 Quæritur ſecundò, quomodo, qui tacet, præſumatur conſentire, & ſi ex duobus illatis aliquis alterum neget, reliquum præſumatur affirmare? Reſpondetur, ſilentium eſſe unam ex præcipuis conjecturis, ex quibus conijcitur, quænam ſit hominis voluntas: quia cum nobis à natura inditum ſit illis contradicere, quæ fieri nolumus; ideò, quoties aliud ex conjecturis non deducitur, creditur, quòd qui ſciens, & prudens tacet talem actum, ipſo facto ei conſentiat, quia taciturnitas eſt veriſimile ſignum complacentiæ *argu. text in c. ult.* 23. *q.* 3. *c.* 2. Quandò igitur non apparet contraria conjectura voluntatis ex taciturnitate infertur conſenſus. Hinc taciturnitas illius, pro quo aliquis fide jubet, inducit mandatum fidejubendi *l. fidejuſſor C. mandati*, ſic taciturnitas legentis litteras, in quibus habetur, quòd ſit debitor, ipſum obligat *l. ſi ſidem ff. ad maced.* & demum ſi is, contra quem ſententia lata eſt; non appellat, ſed tacet, conſentire videtur: plura alia id genus exempla congerit Gothofredus in *l. qui tacet* 142. *ff. de R. J.* Ratio ſecundæ partia ex eo deſumitur, quia cum naturalis propenſio nos trahât ad conſentiendum his, in quæ nos trahit affectus *l. iſti quidem ff. quod metus cauſa &. Afferte h. t.* ideo, qui ex duobus ſibi illatis unum negat, alterum fateri creditur, ex eo, quòd cum poſſit, non contradicit.

3 Neque obſtat, ſi dicas, confeſſionem, vel negationem fieri verbis, vel ſignis, æquipollentibus juxta illud Apoſtoli ad Corint. *c.* 12. *Ore autem fit confeſſio: cap. cum pro parvulis de conſecrat diſt.* 4. qui autem de duobus interrogatus alterum confitetur, vel negat, & circa aliud nulla verba profert, nec ſignum dat ullum ſenſibile, non videtur conſentire. Tum quia regula utriuſque juris dictat, quòd is, qui tacet, non fatetur *l. qui tacet de Regul. juris. c. qui tacet eodem tit. in 6.* ergo qui tacet, medium eligit inter confeſſionem, & negationem; proinda non rectè dicitur confiteri. Nam contra eſt; quia tacens dupliciter poteſt conſiderari, ſimpliciter, & abſolutè abſque extrinſeca conjectura, quæ confeſſionem, aut negationem inducat: & cum conjectura in contrarium, ut ſi alterum neget, alterum fateatur: ſub priori conſideratione datur medium inter confeſſionem, & negationem, adeo ut tacens, nec fateri, nec negare videatur. Sub ſecunda conſideratione cenſetur adverſativè conſentire; ideóqua qui ex duobus ſibi illatia unum fatetur, vel negat, cenſetur adverſativè aliud fateri, vel negare, in quo ſanſu juriſconſulti explicant textum *in c.* 1. *de poſtulat. Prælat. non negavit in fratrum noſtrorum præſentia requiſitis.* Ratio diſcriminis ex eo petitur, quia quando aliquis ſimpliciter, & abſolutè tacet ſine ulla conjactura extrinſeca inducente confeſſionem, aut negationem, nil affirmat verum, vel falſum, ideóque neque fatetur, neque diffitetur: ſecus quando aliquis tacet cum extrinſeca conjectura inducente confeſſionem, aut negationem, tunc ex duobus illatia, ſi unum fatatur, alterum negat; & è contra, idque ex conjectura, quia interrogatus de duobus reſponſum contraxit ad unum tantùm, & in alio ſignificavit oppoſitum approbando; vel negando.

Obiici tamen poteſt contra primam partem queſtionis: ſiquidem, qui tacet, medium videtur eligere ſtatum inter affirmantem, & negantem, adeò ut, qui tacet, nec negare videatur, nec conſentire *l. qui tacet* 147. *ff. de regul. jur. c. qui tacet.* 44. *eod. tit. in* 6. ergo qui tacet non videtur conſentire. Sed contra, quia eſt diſcrimen inter conſentire, & fateri, vel negare, quia conſenſus complacentiam indicat voluntatis circa media volita iuxta *textum in l.* 1. §. *de factis text. in c. cum ſemper* 22. *in fin. de offic. delegat.* Secus negatio, vel affirmatio non verſatur formaliter circa media, quæ volumus propter aſſecutionem finis; ſed circa verum, vel falſum, quorum utrumque fortaſſis nolumus. Unde in regula juris, *qui tacet* tantùm dicitur ex taciturnitate, non præſumi confeſſionem, vel negationem, ſed in præſente dicitur præſumi conſenſus, qui eſt, quid aliud ab affirmatione, vel negatione. 4

Quæritur tertiò, quâ ratione aliquis præſumatur idoneus ad officium, vel beneficium. Reſpondetur, regulam generalem deſumi ex eo, quòd quilibet ſemper præſumatur bonus, vel idoneus ad officium, & beneficium, niſi contrarium probetur, & deſumitur *ex c. dudum* 16. *h. t.* ubi Innocentius III reſcripſit pro aliquo, ut reciperetur in numerum beneficiatorum cum clauſula, ſi perſona idonea fuerit: & ibi habetur, quòd proviſus non teneatur probare ſe idoneum, eò quia præſumatur idoneus, niſi contrarium oſtendatur: hinc impetrans reſcriptum non tenetur probare requiſitas in eo conditiones, ſi pro ſe habeat juris præſumptionem, quòd ſit 5

vita commendatus, moribus bonus, caſtus, legitimè natus, & nullo canonico impedimento detentus, donec contrarium oſtendatur: ſecus conditiones adſcititiæ, ſeu qualitates extrinſecæ cuiusmòdi ſunt, quòd ſtuduerit in Academiâ, quod laureâ doctoratûs ſit inſignitus probari debent, ut notat Gloſſa *V. ſcientia de elect. in 6.* De qualitatibus verò intrinſecis, ut de morum integritate, corporis ſanitate, aliisque requiſitis ad promoventem pertinet inquirere: at ſi poſt inquiſitionem nullum appareat vitium, aut defectus, præſumptio ſtat pro integritate.

6 Conſuetudo tamen nunc in Eccleſia viget, ut nemo ad officium, vel beneficium promoveatur, niſi de legitima ætate, nativitate, & morum integritate litteras teſtimoniales afferat. Regula tamen illa generalis, quâ quilibet præſumendus ſit idoneus ad officium, vel beneficium plures patitur exceptiones, ut notat Felin. *in c. ult. n. 12. & ſequent. h. t.* quia ſi talis præſumptio ſit in præjudicium tertij, tunc adhibenda eſt cautela, ut non facilè unicuique credatur. Secondò ſi præſumptio bonitatis ſit in præjudicium illius, pro quo præſumitur, ut eſt caſus *in l. qui jurâſſe 26. § ſi pater. ff. de jurejur.* ubi tametſi pater juraverit, nihil eſſe in peculio filij; nihilominus filius convenitur ex ſuo contractu, & de peculio poſtea acquiſito: quia ſi præſumeretur non peierâſſe, fundata maneret intentio adverſarij, quod illud peculium fuiſſet poſtea auctum poſt juramentum interpoſitum. Tertiò excipitur etiam niſi agatur de utilitate, & ſalute animæ, quia in dubiis tutiùs præſumitur delictum, ut ab eo, quis purgetur. Sunt etiam aliæ exceptiones, quas recenſet Felinus *in c. ult. n. 15.*

7 Quæritur quartò, an ex anteacta vita rectè deducatur præſumptio motum cuiuscunque. Reſpondetur affirmativè, & deſumitur *ex c. ſcribam 9. c. litteras in fin. c. cum in juventute 15 h. t.* ubi habetur, quòd qui in juventute fuit continens, & caſtus, non præſumitur in ſenectute incontinens, præſertim ſi ſit litteratus, ut præſumpſit Papa de Archiepiſcopo denunciato à Rege Hungariæ, quòd eſſet inceſtuoſus: ratio eſt, quia ex factis diuturnis, ac geſtis, animus, & mens agentis rectè conijcitur, ut conſtat ex §. *pavonum inſtit. de rer. diviſ. l. ſi tamen 48. de ædilit. edict. l. Paulus ff. rem ratam haberi*, & docet Menochius *l. 1. de præſumpt. q. 19. num. 1. & ſequent.* Alciatus *regul. 2. præſumpt. 25.* & alii, qui ex hoc principio plures deducunt illationes, ut qui ſemel remiſit injuriam præſumitur etiam remiſſurus in futurum *§. ult.* ubi Gloſ *inſtit. de iniurijs.* Hæc tamen præſumptio, quæ deſumitur à tempore præterito in his, quæ curſu temporis naturaliter mutantur, non valet; qui enim olim fuit infans, non præſumitur infans *l. cum te C. de probat.* qui in infantia non calluit litteras, non ſemper præſumitur eas neſcire, cùm homo ſemper poſſit aliquid addiſcere *l. ſtichus ff. de legat. 3. c. ſi eo tempore de reſcript.* Menoch. *de præſumpt. præſu. 24. n. 18. & lib. 2. præſumpt. 50.* Alciatus *regul. 2. præſumpt. 29. n. 1.* Ex dignitate tamen, & privilegiis perſonæ collatis præſumptio fieri poteſt, de illius virtute.

Quæritur quintò, quomodo agens petitorio judicio de vindicanda ſibi muliere adiecta cauſa, *quòd uxor ſua ſit*, debeat id probare, ut matrimonium evincat. Reſpondetur, varios eſſe modos probandi, ut docent canoniſtæ, quorum primus, & cæteris expeditior habetur per teſtes ſive maſculos, ſive fæminas, dummodo ſuſpicione careant *c. ſuper 22. de teſtib.* quia cauſa matrimonij, ſi de illius conſtitutione agatur, non de diſſolutione, favorabilis eſt, ut notat Maſcardus *concluſ. 1202. n. 15.* Secundus petitur ex libro parochi, in quo nomina contrahentium matrimonium inſcribuntur: nam talis liber, in quo ex publico parochi officio contractus matrimoniales inſcribuntur fidem facit *argu. l. argentarius 10.* juxta Gloſſam *V. condemnatus ff. de edend.* Tertius habetur per oſtenſionem inſtrumenti, in quo dotis, & donationis propter nuptias, & alia pacta matrimonialia continentur, ut notat Maſcardus *concluſ. 1025.* ſed inſtrumentum non pertinet ad ſubſtantiam matrimonij, cùm poſſit matrimonium ſine tali inſtrumento contrahi, & interdum tametſi confectum ſit totum inſtrumentum, nuptiæ non contrahuntur *l. neque 13. C. de nupt.* Quartus ex geſtatione petitur anuli certi, & ſignificantia ſecundùm morem gentium contractas nuptias. Quintus ex eo, quòd tanquam coniuges in eadem menſa, & lecto longo tempore cohabitaverint. Sextus, ſi à vicinis communiter cenſeantur coniuges. Et quamvis nec ſolum inſtrumentum, nec ſola diuturna cohabitatio, aut nominatio, nec fama, ſeu communis opinio plenè probent matrimonium: ſi tamen hæc omnia ſimul iuncta fuerint, ſufficienter informare poſſunt animum Iudicis, ut ſi quis petitorio judicio agens vendicet ſibi mulierem adiectâ cauſâ, quòd ſit uxor ſua, Iudex pro marito repetente conjugem ſuam ſententiam ferre poteſt, quia plures, ac diverſæ ſpecies probationum tendentes ad unum finem, quamvis ſingulæ non ſufficienter probent, ſimul tamen iunctæ majorem vim acquirunt, faciúntque plenam probationem *c. cùm cauſam*, & ibi Gloſſa *fin de probationibus.* 8

Hinc licèt inſtrumentum dotale, anoli geſtatio, fama viciniæ ſeorſim non ſufficiant ad evincendum matrimoniũ, omnibus tamen ſimul concurrentibus ex iuris præſumptionibus matrimonium præſumitur, quia multa, quæ per ſe ſeorſim non poſſunt, ſimul collecta juvant *c. litteris c. tertio loco. h. t. c. præterea de teſtibus.* 9

Hodie tamen huiuſmodi præſumptiones parum proſunt ad probandum matrimonium ſtante Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de reformat. c. 1.* in quo ſancitum eſt, matrimonia non cenſeri legitimè contracta, & haberi clandeſtina, & nulla, niſi præſente Parocho, vel alio ſacerdote de ejuſdem parochi licentia adhibitis aliis ſolemnitatibus fuerint celebrata; unde validior probatio petitur, à parocho, & teſtibus. 10

Quæritur ſextò, an præſumatur confiteri crimen, qui intra indultum ſibi tempus, quo ſe de illo purget, in iudicio non comparet. Reſpondetur affirmativè, & deſumitur *ex c. decernimus 10. cauſa 3. q. 9. & cum nullus dubitat 4. h. t.* ubi 11

§. 1. ubi habetur, quod qui dilationibus ſubterfugit iudicium, confitetur ſe nocentem: & ratio deſumitur ex eo, quia per tale ſubterfugium oſtendit ſe diffidere de ſua iuſtitia; hinc iuriſconſulti aſſerunt, reum præbere præſumptionem adverſus ſe ipſum, ſi iudicium, & inquiſitionem veritatis fugiat, adeò ut pro confeſſo, & damnato habeatur, cuius exemplum ad rem noſtram refert Laërtius in vita Demetrij, ſcilicet ipſum Demetrium ſubterfugientem iudicium fuiſſe ab Athenienſibus licèt abſentem condemnatum, quia ut ait D. Hieronymus *epiſt. 9. lib. 2. bona conſcientia nullius oculos fugit*, & Gelaſius Papa *in c. craſtinus in fin.* 11. *q.* 1. ait, quì iudicium refugit; de iuſtitia diffidit. Hinc quæri ſolet, an fuga faciat probationem, vel ſaltem indicium de commiſſo delicto, & licèt communis ſententia affirmet; nihilominus, ſi alia diſcedendi cauſa probabilis appareat, ob quam ille diſceſſiſſe potuerit, tunc in dubio, quod benignius eſt, præferri debet, ut notat Farinacius *in prax. crimin. q. 48. n. 44.* quia odia debent reſtringi, & favores ampliari iuxta regulam 17. in 6.

12 Hinc ſi quis poſt inſtitutam inquiſitionem, vel accuſationem fugiat, minus præſumitur contra ipſum, egiſſe id conſcientiâ criminis, quia prætendi poteſt probabilis timor inſtituti proceſſus, qui per ſe ipſum maximas ſolet moleſtias adferre; ſunt enim aliqui ita meticuloſi, ut ſui copiam minimè faciant, non in contemptum Iudicis, vel quia conſcientiâ criminis urgeantur; ſed quia carceris ſqualore terrentur, calumnias timent, & accuſatoris potentiam reformidant: & quidem meritò, quia valdè periculoſum eſt, incertam iudiciorum aleam experiri, & in cognitione criminali inter dubias ſententias Iudicum capitis ſui fortunam committere.

13 Cæterum ex circumſtantiis conijcitur, an fuga præſumptionem de crimine faciat: ſiquidem fuga famuli, ſi res aliqua eodem tempore in domo amiſſa fuerit, facit præſumptionem de furto, ut notat Gloſſa *in authent. de exhibend. reb. §. ſi verò ſemel. V. factum*, quod procedit, ſi agatur civiliter: ſin autem criminaliter, tunc fuga famuli tantùm facit indicium, quod interdum ſufficit ad torturam, ut docet Maſcardus *de probat. concluſ.* 821. *n.* 9 Rurſus ſi quis in carcere detentus ob crimen; illo effracto diffugiat; indicium dat commiſſi criminis, adeo ut ſi à Iudice capiatur, graviter torqueri poſſit, ut communiter docent juriſperiti cum Gloſſa *l. in eos ff. de cuſtodia reorum*, quia, qui frangens carcerem fugit, habetur pro confeſſo ſecundùm aliquos, quod tamen ab aliis minimè probatur; quia effractores carcerum ideo puniuntur, non quia habeantur pro confeſſis, ſed quia publicam cuſtodiam violârunt, cæterum ex ſimplici carceris effractione, & fuga non infertur confeſſio criminis, cùm ex pluribus aliis cauſis poſſit detentus in carcere illum frangere, ac fugere, nimirum ob carceris ſqualorem, & moleſtias, ob calumnias, quas timet, vel ut indè omne evadat periculum.

14 Quæritur ſeptimò, an ſcire quis præſumatur, quæ in vicinia aguntur? Reſpondetur affirmativè, dummodo ita agantur, ut communiter nota ſint; ut notat Gaillus *lib. 1. obſer.* 42. *n.* 2. Hinc ſi in loco publico edictum promulgatum fuerit, allaganti ignorantiam illius, ordinariè non creditur, niſi illam probet, quia contra talem ignorantiam pugnat præſumptio juris, quæ, cùm validior ſit, illam vincit, *c. de poſtulat. Prælator.* hinc ſucceſſor malæ fidei, ſi alleget, ſe ignorâſſe poſſeſſionem ſui anteceſſoris, plerumque non auditur. An verò allegantì ignorantiam facti alieni in ſupplementum probationis debeat Iudex juramentum deferre; communis reſponſio eſt, ordinariè tale juramentum non eſſe deferendum: & ratio eſt, quia huiuſmodi ignorantia præſumitur, donec oppoſita ſcientia probetur, ut deſumitur ex *regula 47. juris.* Excipitur tamen, niſi præſumptio ſit contra illum, qui ignorâſſe ſe dicit, quia tunc Iudex ſpectatis circumſtantiis perſonæ poteſt aliter ſtatuere, ac juramentum exigare, quia ignorantia latens in animo aliter non probatur.

Quæritur octavò, an permutatio beneficij pinguioris, magisque honorifici cum alio tenui, minùsque honorifico præſumatur fieri in fraudem interveniente ſimoniâ? Reſpondent communiter Canoniſtæ affirmativè, niſi interveniat ſpecialis aliqua circumſtantia, quia non eſt veroſimile, ut quis velit ſe privare illo augmento honoris, ſeu beneficij, quod dicit pinguius beneficium ſupra minus pingue, eſt enim hæc præſumptio juris, contra quam tamen admittitur probatio: ſiquidem poſſunt indicia adeſſe, contra quæ præſumptio illa juris tollatur, ut ſi beneficium pinguius majores habeat adiunctos labores, ſi ſit beneficium in loco ingrato, ubi aër non eſt ſalubris, ubi incolæ ſunt moleſti; & è contra beneficium minus pingue minores habeat annexos labores, ſitque in loco ubi aër eſt ſalubrior, & incolæ urbaniores. Ex hiſce ſiquidem circumſtantijs præſumi poteſt, quòd permutatio beneficij honorifici, & pinguis fiat ſine fraude, & ſuſpicione ſimoniæ, cum alio tenui, minùſque honorifico. Plerumque tamen maxima habetur præſumptio ob concurrentis indicia fraudis, adeò ut non niſi præmiſſa cognitione probatio in contrarium recipiatur *argu. cap. ſuper ij. de renunciatione*, ut ſi ſenex, aut valetudinarius, qui diu victurus non eſt, beneficium pingue cum tenui permutet, cum ſuo conſanguineo. 15

Quæritur nonò, an lex fundata in præſumptione obliget in foro conſcientiæ, & etiam in foro externo? Reſpondetur, quòd ſi is, contra quem eſt præſumptio juris; vel etiam iuris, & de jure, ſcit illam falſam eſſe; & veritatem pro ſe ſtare, non tenetur in foro conſcientiæ, antequam in judicio conveniatur, obſervare talem legem fundatam in ea præſumptione, quia tunc præſumptio cedit veritati, quæ fortior eſt; proinde lex in præſumptione fundata vim ſuam deperdit, ac ceſſat obligare, ſi conſtet de veritate contraria. Hinc ſi quis ſit injuſtè condemnatus, non tenetur parere tali ſententiæ, quam lex præſumit eſſe juſtam, ſi revera conſtet condemnato iniuſtam eſſe. Menoch. *lib. 1. de præſumpt. q. 80. n. 1.* Secundò, qui dato chirographo 16

Digitized by Google

pho fatetur, ſe accepiſſe ab alio centum aureos ſibi mutuatos ſpe ſecuturæ mox numerationis, & deinde talis pecunia illi non numeretur; quamvis poſt elapſum biennium præſumptio juris; & de jure ſtet contra ipſum, non tamen tenetur ſolvere alteri illos centum aureos, quos ab ipſo non accepit, ſaltē ante Iudicis ſententiam. Tertiò, qui eligitur ad Prælaturam conſentiente majore parte electorum, quamvis aliàs non ſit obſervata debita forma eligendi requiſita jure poſitivo; nihilominus in foro conſcientiæ eſt ſecurè electus, nec tenetur renunciare ſuæ ſponte electioni; ut notat Menoch. *lib. 1. de præſumpt. q. 80. n. 3.* quia illa eligendi forma fuit à jure præſcripta ob præſumptas fraudes, quæ poſſent in electione committi, hinc cum conſtet de veritate, ceſſat illa præſumptio. Quartò, ſi hæres in teſtamento minus ſolemni inſtitutus, vel legatarius rem ſibi legatam abſque vi, vel fraude conſecutus ſit, non tenetur in foro conſcientiæ reſtituere, ſi revera conſtet ipſi de voluntate defuncti teſtatoris; quia manet obligatio naturalis, quæ ex voluntate defuncti oritur, & per ſe ſufficit ad transferendum dominium: præterea, quia lex præſcribens ſolemnitatem in teſtamentis, fundatur in præſumptione fraudis, quæ in ultimis voluntatibus fieri ſolet, ut notat Navarrus *l. 3. conſil. 1. de teſtam.* Quintò, ſi minor 25. annis ſine tutoris authoritate aliqua bona alienavit, qui juſto pretio illa emit, non tenetur in foro conſcientiæ bona illa reſtituere, priusquam in judicio repetantur, & contractus autoritate Iudicis reſcindatur. Sextò conſtitutio Concilij Tridentini, quæ habetur *ſeſſ. 25. de Regular. c. 19.* ſtatuens Religioſum, allegantem profeſſionem ſuam eſſe invalidam; ſi intra quinquennium à die profeſſionis non reclamaverit, non eſſe deinceps audiendum, non obligat in conſcientia, ſi revera Religioſus profeſſionem non emiſit, nec eam ratificavit, ut notat Navarrus *in commentario 4. de regul. n. 77.* ſi tamen Religioſus per tale ſilentium non intenderit profeſſionem ratificare.

17 Quæritur decimò, per quid præſumptio differat à juriſfictione? Certum eſt, præſumptionem ſimilitudinem gerere cum juriſfictione, quæ eſt indubitatæ falſitatis pro veritate aſſumptio in cauſa poſſibili, & ex juſta cauſa ad inducendum aliquem juris effectum non repugnantem æquitati naturali, ut docet Menochius *de præſumpt. q. 7.* adeò ut juriſfictio *ſit de re poſſibili ex juſta cauſa adverſus veritatem diſpoſitio*, & tunc habetur, quando jus aſſumit, quod revera non eſt, ac ſi ſit ex juſta cauſa in ordine ad aliquem effectum, ut ſi Petrus, qui fundum non poſſidet, à jure habetur pro poſſidente in ordine ad commoda, & effectus poſſeſſionis: quo pacto ita fingit, Religioſum eſſe mortuum in ordine ad certos actus civiles, quos propterea non poteſt exercere, quaſi eſſet mortuus, cùm revera vivat *l. penult. juncta Gloſſa Marg. lit. V. C. de Epiſc. & Cler.* ſic lex fingit etiam Patrem, & filium eſſe unam perſonam, tametſi revera ſint duæ *l. fin. C. de Impub.* proinde ſenſum Patris eſſe ſenſum filij *§. Et quod inſtit. de inutil. ſtipul.* Rurſus maritum, & uxorem lex fingit eſſe unam carnem, cùm revera ſint duæ *c. penult. de divor.* idque propter præſumptionem, quâ filius præſumitur non diſſentire à voluntate Patris, nec uxor ab illa mariti.

Nihilominus reſpondetur ad quæſitum, juriſfictionem multum differre à præſumptione. Primò, quia præſumptio juris, & de jure eſt ſtatus à jure promulgatus ex indubia conjectura, ut notat Baldus. Vel eſt diſpoſitio legis aliquid præſumentis, & ſuper præſumpto tanquam ſibi comperto ſtatuentis. Præſumptio juris tantùm eſt ſimilitudo quædam ſufficiens ad rem dubiam, de qua creduntur credenda; vel ut notat Baldus, eſt probabilis conjectura proveniens ex certo ſigno, quæ alio non adducto habetur pro veritate. Rurſus præſumptio hominis eſt vehemens applicatio animi boni viri ad valde veriſimile, ſi præſumptio ſit vehemens: ſin autem non ſit vehemens, eſt inclinatio animi boni viri ad deligendum alterum extremorum, oriens ex intellectu, & nobili conjectura, ut notat Menochius *de præſumpt. q. 8. n. 1.* ex quibus liquet, præſumptionem ſemper eſſe de re dubia, quæque poſſit eſſe, & non eſſe, vel ut notat Salimonius in *l. Gallus §. quidem recte n. 32. ff. de lib. & poſth.* præſumptio eſt, quæ verſatur circa id, quod eſt geſtum, ſed ignoratur qualiter geſtum. Secus juriſfictio eſt de re certa illius, quod eſt poſſibile contra veritatem, pro veritate à jure ficta aſſumptio juxta definitionem allatam à Bartolo in *l. ſi is, qui pro emptore n. 21. ff. de uſucap.* ſeu juriſfictio eſt indubitatæ falſitatis pro veritate aſſumptio in cauſa poſſibili, & ex juſta cauſa ad inducendum aliquem juris effectum non repugnantem æquitati naturali.

Hinc prima differentia eſt, quia juriſfictio fingit vera eſſe, quæ vera non ſunt: præſumptio verò tantùm præſumit ſuper re dubia, quæ poteſt eſſe, adeò ut ſæpe conveniat cum veritate, & juriſfictio nunquam. Secunda, quia juriſfictio nunquam admittit probationem contra ſe, & Socinus notat, tantùm probari poſſe per indirectum, ſi demonſtretur, æquitatem, ſuper qua fundatur juriſfictio, ceſſare: quia cum juriſfictio ſit quædam legis proviſio, & diſpoſitio, directè probari non poteſt contra ipſam: præſumptio verò ſemper admittit contrariam probationem; & quidem de præſumptione juris tantùm, & hominis, res eſt clara: de præſumptione verò juris, & de jure, certum eſt, etiam hanc admittere confeſſionem partis contrariæ, & etiam probationem indirectam. Tertia, quia fictio ab homine nunquam poteſt induci, ſed tantùm à jure, proinde dicitur eſſe legis diſpoſitio, & probationem in contrarium non admittit, niſi indirectè probetur ceſſare æquitatem, in qua fundatur juriſfictio: ſecus præſumptio ab homine poteſt à Iudice induci, & admittit probationem in contrarium, niſi ſit præſumptio juris, & de jure. Quarta, quia præſumptio plerumque continet aſſenſum verum: fictio verò caret aſſenſu, & hæret in ſola apprehenſione. Quinta, quia præſumptio eſt quædam ſpecies probationis, non ita juriſfictio. Sexta, quia juriſfictio non extenditur de perſona in perſonam, ut ait textus in *l. lex Cornelia*, ubi Gloſſa

ff. de vulg. & pup. ſubſtit. fictionem legis Corneliæ, quâ annullatur teſtamentum principale, non annullare tabulas pupillares: ſecus præſumptio extenditur de perſona in perſonam. Septima quia præſumptio mutari poteſt à Principe in jurisfictionem: ſiquidem præſumptio verſatur circa ea, quæ vera eſſe poſſunt: ſecus jurisfictio non poteſt in præſumptionem mutari, quia nulla ratione fieri poteſt, ut vera ſint, quæ revera ſunt falſa. Octava, quia præſumptio verſatur circa ea, quæ ſunt facti: jurisfictio verò circa ea, quæ ſunt juris, & facti ſimul. Nona quia jurisfictio denotat improprietatem *l. lege Cornelia* 2. ibi Baldus *ff. de teſtam.* quia ut notat Caſtrenſis *l. Gallus* §. *videndum. ff. de liber. & poſth.* caſus fictus non venit ex proprietate ſermonis, ſed per interpretationem extenſivam, ſecus præſumptio ſignificat proprietatem: ſiquidem ſtatutum diſponens ſuper caſu vero procedit etiam in præſumpto. Decima eſt, quia duæ fictiones non poſſunt ſimul concurrere, eò quia ſint duo quædam ſpecialia, quæ ſimul eſſe non poſſunt *l. 1. C. de dotis promiſſ.* ſecus præſumptio ſimul eſſe poteſt cum una ſpecialitate, ut notat Caccialup. *in tract. de pact. num. 47.*

20 Quæritur undecimò, an ſolus conatus in criminibus puniri poſſit? Reſpondetur cum diſtinctione, ex rigore juris ſolum conatum in criminibus, tametſi effectus non ſequatur, poſſe puniri *l. 2. & 3. C. Ad leg. Cornel.* & *l. ſi quis 7. C. eod.* ubi dicitur, quòd qui cum gladio ingreſſus fuit domum, ut hominem occideret, perinde ſit puniendus, ac ſi eum occidiſſet: ratio etiam poteſt aſſignari, quia voluntas eſt, quâ peccatur, vel rectè vivitur, ut docet D. Auguſtinus *lib. 1. retract. c. 9.* adeò ut voluntas ſit, quæ remuneratur pro bono, vel condemnatur pro malo: opera enim teſtimonia ſunt voluntatis, quapropter contrahitur crimen ex voluntate nocendi *l. 1. C. ad leg. Cornel. de ſiccar.* licèt hæc procedant ſecundum juris rigorem: nihilominus ſi loquamur de conſuetudine, ſolus conatus in criminibus, ſi effectus non ſequatur puniri non ſolet, nec debet, quia ut notat Gloſſa in *c. hæc autem verba 17. diſt. 1. de pœnit.* verba legis pœnalis cum effectu accipienda ſunt, proinde ſola voluntas, vel conatus non punitur, niſi ſequatur effectus. Excipitur tamen primò, niſi lex ita lata ſit, ut etiam conatum exprimat puniendum *l. ult. C. de rapt. virg.* & *C. de Epiſc. & Cleric.* ubi habetur, quòd ſi quis non tantum rapere, ſed tantùm attentare jungendi matrimonii causâ ſacratiſſimas virgines auſus fuerit, capitali pœnâ plectatur. Secundò in crimine læſæ Majeſtatis, ſeu conſpirationis contra Principem *l. quiſquis 5. C. Ad Jul. Majeſtat.* Tertiò ſi crimen valde atrox fuerit, tunc enim ſolus conatus patrandi tale crimen punitur, ut docet Gloſſa in *l. 1.* §. *hæc autem verba ff. quod quiſque juris.* Verùm id conſuetudine non ſervari notat Clarus *q. 41. num. 2. in* §. *fin.* & id videtur magis conſonum æquitati, quia crimina potiſſimùm in externo foro puniuntur ratione damni illati, unde ſi hoc non inferatur, ſolus conatus non videtur puniendus ſaltem tam graviter. Tum quia ſolus conatus poteſt retractari, antequam perficiatur, & totaliter compleatur. 21

Quæritur duodecimò, an qui damnum ex ſe injuſtum alteri intulit, præſumendus ſit, malo animo illud intuliſſe? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. ſicut 1. h. t.* & ex *l. 1. de Siccar.* ubi dicitur, ei, qui hominem occidit, incumbere onus probandi, ſe non feciſſe animo occidendi, & ex *l. ſi non convicii 5.* juncta Gloſſa *V. probare C. de injur.* ubi dicitur, quòd proferens verba ſuapte natura injurioſa præſumitur animo injuriandi ea protuliſſe, donec contrarium probet, vel conjecturis oſtendat, hinc Bartolus in *l. Inter* §. *rectè ff. de furt. tradit.* ait, quòd ſi quis rem alienam abſtulit, & deprehenſus dixit, ſe exiſtimâſſe Dominum invitum non eſſe, adeòque à furti crimine eſſe excuſatum juxta §. *placuit. inſtit. de oblig. ex delict.* credendum ipſi non ſit, niſi probet, vel conjecturis reddat veriſimile, ſe exiſtimâſſe Dominum non fuiſſe invitum, quia una præſumptio poteſt per aliam contrariam vehementiorem elidi, ut notat Gloſſ. in *c. litteras 14. v. purgavit. h. t.* alioquin qui alteri damnum infert ſecundùm ſe injuſtum, id malo animo feciſſe præſumitur: quia cùm non poſſit excuſare malitiam facti, quæ eſt patens; negat malitiam intentionis, quæ eſt latens: hinc omne maleficium præſumitur factum malo animo, & pravè actum; ſicut omne beneficium præſumitur rectè factum *l. ſi non convicii C. de injur.* ſiquidem ut ait Chriſtus *Matth. 7. Ex fructibus eorum cognoſcetis eos.*

Quæritur tertiodecimò, quæ præſumptiones requirantur ad plenam probationem, quando actus eſt occultus? Reſpondetur, quòd ſi actus ita ſit occultus, ut ſecretò fieri ſoleat, nec ſenſibus pateat, nec directè per teſtes deponentes de viſu, vel alio ſenſu proprio probari poſſit, cujuſmodi ſunt fornicatio, adulterium, inceſtus, tunc ad plenam probationem requiruntur præſumptiones violentæ, & moraliter certæ, quæ ex indiciis propriis oriuntur; idque ſi agatur civiliter, ut ad divortium inſtituendum quoad thorum, vel cohabitationem, ut habetur in *c. litteris 12. h. t.* hæc autem proxima indicia ſunt, ſi teſtes deponant, ſe vidiſſe ſolum eum ſola in loco ſecreto, & abdito, & nudum cum nuda, ex his enim conjecturis plenè probatur adulterium in ordine ad ferendam ſententiam divortii, ut notat Menochius *lib. 5. de præſumpt. 41. num. 11.* Quamvis tunc non probetur adulterium verè, & propriè per ſenſum proprium, & immediatum; probatur tamen præſumptivè per præſumptionem juris, & de jure, quæ id operatur, ut ſatis, & plenè probatum ſit adulterium quoad thori ſeparationem, dotisque amiſſionem: unde præſumptio ut ſufficienter probet peccatum carnis, debet eſſe violenta, quia hæc dicitur eſſe clara probatio facta ex argumentis, quæ rei aptiora eſſe videntur *c. cùm cauſam de probat.* cùm enim actus hujus peccati non cadant in ſenſum teſtis immediati; ſufficit, ſi cadant actus propinqui, qui utplurimum ſunt cauſa, ut peccatum ſequatur, ut notat Gloſſa in *c.* 22

dixit 32. *q.* 1. & quia in actibus humanis ſufficit probabilis certitudo, quæ in pluribus veritatem attingit, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.*70. *articul.*2. fit, quòd ſi teſtes deponant actus propinquos, ſufficienter probetur crimen præſertim ſi agatur civiliter ad divortium inſtituendum quoad thorum, & cohabitationem; imò ſufficit etiam ſi agatur criminaliter ad pœnam ordinariam adulterii, vel inceſtûs infligendam, quia præſumptiones deſumptæ ex ſolitudine, loco abdito, ſexuum diverſitate, amore reciproco, & ex juventute ſunt nimis violentæ, & urgentes, & quia ad probandum delictum carnis non poteſt major haberi probatio, ſequitur, hanc violentam præſumptionem ſufficere ad plene probandum. Non tamen ex ſolis oſculis, vel amplexibus inducitur hæc violenta præſumptio, & plena probatio, niſi concur-
23 rant alia adminicula, ut notat Barbola in *d. c. litteris* 12.

Quæritur quartodecimò, an propter præſumptionem vehementem debeat quis de gravi crimine condemnari? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. litteras* 14. *h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd propter vehementem ſuſpicionem de hæreſi, non condemnatur quis de hæreſi, ſed præter cautionem juratoriam ſit illi injungenda diſcreta pœnitentia, ex qua deinde valeat cognoſci, an ſit hæreticus, vel non, & ſi inveniatur Catholicus, non moleſtetur: ſin verò hæreticus, condemnetur. Ratio ex eo etiam petitur, quia in cauſa criminali probationes debent eſſe indubitatæ, ac luce clariores *l. ſciant C. de probat.* quantò autem crimen eſt gravius, eò ad condemnandum aliquem de tali crimine debent præſumptiones eſſe vehementiores, ut habetur in *c. litteras* 14 *h. t.* ubi dicitur, quòd cautiùs ſit agendum, ubi periculum majus vertitur *c. ubi de elect in* 6. & licèt ſuſpicio vehemens talis dicatur, eò quia faciat, Judicem vehementer ſuſpicari contra Reum, ut notat Butrius in *d. c. litteras* 14. *h. t.* nunquam tamen habet tantam vim ſicut præſumptio violenta ſufficiens ad inferendam ſententiam condemnatoriam: dicitur enim violenta præſumptio eò quia quaſi violenter trahit Judicem ad credulitatem: quia igitur præſumptio tantum vehemens, & non violenta non probat clarè, & plenè, non debet quis per illam de crimine præſertim gravi condemnari, ſicut per violentam, quæ dicitur plena probatio, ut Pontifex declarat in *d. c. litteras* 14. *h. t.* Cæterum una præſumptio tollitur per aliam contrariam vehementiorem, adeò ut ſi concurrant ſimul plures præſumptiones in utramque
24 partem, Judex teneatur adhærere vehementiori.

Quæritur quintodecimò, an ex violenta præſumptione poſſit Judex proferre ſententiam definitivam? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Afferte* 2. *h. t.* & habetur etiam in *c. de his de Simon. c. cum in tua de uſur.* & in *l. Jubemus C. de probat l. qui crimen C. qui accuſ.* ratio eſt, quia violenta præſumptio dicitur eſſe clara probatio vim habens informandi animum Judicis ex argumentis, & teſtimoniis, quæ rei aptiora eſſe videntur *c. Præterea de teſtib.* & *l.* 3. §. *quæſt. eod. tit.* Obſervandum eſt, quatuor eſſe modos in judicio convincendi. Primò jure, ſeu teſtibus, vel inſtrumentis *c. Licet de teſtib. c. fin. de fide inſtrum.* Secundò facti evidentiâ *c. Tua de cohabit. cler. & Mulier.* Tertiò juris interpretatione, quo pacto ſæpius citatus, & contumax judicatur Reus, ſi nolit comparere, & parère *c. decernimus* 3. *q.* 9. Quartò violenta ſuſpicione, ſeu præſumptione *c. Dixit* 32. *q.* 1. & quia Judex, de qua re cognovit, debet de eadem ſententiam ferre *c. cùm ſuper. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & *l. Quare ff. de judic.* ſequitur, quòd Judex, ex quo per violentam præſumptionem de cauſa ſufficienter fuit inſtructus, poſſit ſuper illa pronuntiare, imò & debeat *authent. ſi quis*
C. de adult. 25

Hinc Salomon, ut habetur in *d. c. Afferte* 2. *h. t.* infantem veræ matri adjudicavit ex violenta præſumptione amoris, ac dilectionis illius mulieris, cujus viſcera ſuper infantem commota fuerant, & impietate alterius mulieris petentis occiſionem, & diviſionem infantis: quia enim hæc præſumptio deſumpta ex amore matris fuit violenta; rectè Salomon eâdem motus ſententiam dixit in favorem nolentis diviſionem parvuli, ut notat Panormitanus in *d. c. Afferte* 2. *num.* 2. *h. t.* eadem ratione inferunt juriſperiti, meritò Imperatorem Claudium matrem condemnâſſe in caſu relato à Suetonio in *Claud. c.* 15. quod exemplum ſecutus fuit Theodoricus Rex, qui rei Romanæ, juriſque ſtudioſiſſimus in ſimili caſu Claudium fuit imitatus, ut narrat Upſalenſis Archiepiſcopus *lib.* 9. *Cotic. c.* 29. inquiens *cùm Mulier defuncto marito ſecundas nuptias amatori ſpopondiſſet, & conditionem addidiſſet, filium domo ejecturam; conqueſtus eſt Filius de matre apud Theodoricum. Negabat conſtanter Mulier ſuum eſſe filium; & ſuppoſitum dicebat, cùm eniteretur multis hinc atque hinc argumentis. Rex ingenio Sagax, ut veritatem erueret, alloquens mulierem ait: atqui ò Mulier, potes, ſi me audis, facilè te ab iſta moleſtia liberare; quin tu juvenem iſtum qui filium tuum ſe facit, maritum accipe; minor eſt, & facie liberaliore. Mulier omnino commota primum ſubſtitit, quid reſponderet: cumque aliquandiu ſe collegiſſet, multis cavillationibus ſubterfugere nitebatur, neque ſibi ipſi conſtare; ſed omnia ambagibus involvere. Tunc Theodorico major orta eſt ſuſpicio; itaque finxit, ſe pœnam addere, niſi conſentiret. Tunc adacta Mulier*
ſceleris horrore ſuum eſſe filium confeſſa eſt. 26

Cæterum ubi violenta præſumptio movet Judicem ad ferendam ſententiam, debet tunc ipſe jubere, ut in actis ſcribatur, & qualiter ex ea fuerit motus ad ſententiam ferendam: alioquin ſi appellaretur, & ſententia ex actis non juſtificaretur, licèt ipſe Judex *à quo* juſtè fuerit motus ad talem ſententiam ferendam, nihilominus Judex *ad quem*, cui de tali violenta præſumptione non conſtaret, juſtè latam ſententiam retractaret *c. In præſentia de probat.* Poſſet tamen objici, quia in quavis lite, ſi actor probaverit, Reus debet condemnari, ut etiam abſolvi, ſi non probaverit *l. Actor. C. de Probat. l. qui accuſare C. de edend. l. qui ſententia*

tentia 16. C. de pœn. ſ. fin. §. ſane de jurejur. unde vel in judicio Salomonis Mulier, quæ petebat ſuum Filium, probavit, fuiſſe ſuum, vel non; ſi primum, ei adjudicandus erat; ſi ſecundum alia Mulier ab impetitione erat abſolvenda.

27 Quòd ſi dicas, præſumptionem mulieris petentis integrum parvulum fuiſſe violentam, & Salomonem juſtè ex illa ſententiam dixiſſe, adhoc reſponderi poſſet, non ſufficere præſumptionem violentam ad ferendam ſententiam definitivam, niſi pars eam allegaverit, ac probaverit, *l. ſi adulterium cum inceſtu §. penult. ff. ad leg. Jul. de adult.* & in præſenti caſu Mulier, quæ recuſavit diviſionem, non allegavit, nec probavit hanc violentam præſumptionem, proinde Salomon videtur ex tali præſomptione non debuiſſe ſententiam ferre. Contra eſt, quia tametſi non eſſet probatio per teſtes, aut inſtrumenta; aderat nihilominus ſufficiens probatio deducta ex illa violenta præſumptione, quæ vel maximè favebat veræ matri. Hinc quando præſumptio deſumitur aliunde, quàm ex facto partis, poteſt Judex moveri ad proferendam ſententiam ex cauſa etiam non allegata per partem. Quando enim præſumptio elicitur ex facto partis, ſi eam allegavit, rejicitur ut non vera, quia præſumptio illa juris tollitur per aliam præſumptionem *l. Divus ff. de in integ. reſtit.* hæc autem ratio ceſſat, quando præſumptio oritur aliunde, quàm ex facto partis juxta textum ita explicatum ab Innocentio in c. *Raynutius §. fin. de teſtam.* ubi Judex ſententiam dixit ex jure non allegato per partem: quamobrem cùm in judicio Salomonis præſumptio orta fuerit ex cauſa non cogitata per partem, rectè potuit Salomon ſententiam illam proferre eâ non allegatâ.

28 Quòd ſi dicas, talem præſumptionem fuiſſe ortam ex facto matris dicentis, *date illi infantem vivum, & ne occidatur*; proinde non potuiſſe Regem eâ non allegatâ ſententiam ferre, illa enim Mater debuiſſet talem præſumptionem allegâſſe. Contra eſt, quia talis præſumptio non ſolum elicita fuit ex verbis veræ matris, verùm etiam ex verbis alterius mulieris petentis parvulum illum occidi, *Nec mihi, nec tibi, ſed dividatur.* Præterea quando præſumptio oritur ex facto partis occurrente in judicio, poteſt tunc Judex à tali præſumptione moveri, tametſi ea non allegetur: ſecus tamen, quando ex actis proceſſûs non oritur talis præſumptio: in judicio autem Salomonis ex amore veræ matris eliciebatur præſumptio; proinde ex actis proceſſûs; nec potuit Mater tempore, quo propoſuit querelam, cogitare de ſimulatione Salomonis, qui proinde potuit hac præſumptione non allegatâ ſententiam illam dicere.

29 Quæritur ſextodecimò, an converſatio in adoleſcentia faciat præſumptionem in ſenectute? Reſpondetur affirmativè, quia ut docet Ariſtoteles *7. Ethic. c. 8.* ex pluribus iteratis operationibus acquiritur habitus, qui cùm ſit difficulter mobilis, ut docet idem Ariſtoteles *de prædicam. c. 4.* & conſuetudo ſit altera natura *7. metaph. text. 14.* & cùm virtutes morales nobis non ingenerentur à natura, cùm nati ſimus ad illas acquirendas earundem exercitio; hinc quia quod exterius agitur, interiorem mentis diſpoſitionem, & habitum repræſentat *clement. Exivi de V. S.* ſequitur, quòd qualis eſt quis in juventute, talis præſumatur fore in ſenectute *c. Ex ſtudiis 3. h. t.* ubi ex pueri ſtudiis intelligitur, quid de ejus operibus exiſtimari debeat, adeò ut ex iis, quæ tractat Puer, & ad quæ ſe affectum oſtendit, poſſit conjectura deſumi, num ejus opus rectum ſit futurum, & deſumitur ex proverb. Salomon *c. 20. num. 11.* Interprete D. Hieronymo: adoleſcens enim juxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea, & *Proverb. c. 22.* Hinc ex præteritis præſumitur circa futura, quia ut ait Horatius in Epiſt. *quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem teſta diu.* Verùm cùm ſit homo liber, gaudeátque libero arbitrio, donec vixerit, ut definivit Concil. Trident. *ſeſſ. 6. de juſtific. can. 6.* & adoleſcentium ingenia ſint pluribus obnoxia mutationibus, ideo licèt converſatio in adoleſcentia faciat præſumptionem in ſenectute, non tamen infert neceſſitatem, ut quis ſit ſemper talis permanſurus, qualis fuit in adoleſcentia *c. 1. de pœnit. diſt. 5.*

Quæritur decimoſeptimò, an præſumatur crimen confiteri, qui dilationibus ſubterfugit judicium? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex c. 4. *h. t.* quia eo ipſo, quòd ſubterfugit judicium, diffidit de ſua juſtitia, quia in judicio debet reddi unicuique, quod ſuum eſt *l. juſt. ff. de juſtit. & jur.* & cùm nemo præſumatur proprium factum ignorare, ſequitur, quòd nullus dubitet, eſſe abſolvendum, ſi ſit innocens, & condemnandum, ſi reus: ſicut enim, qui ſe offert judicio, videtur confidere de ſua juſtitia, ita qui judicium fugit, præſumitur de juſtitia ſuæ cauſæ diffidere *c. Chriſt. 11. q. 1.* Hinc ſi quis metu futuræ accuſationis fugiat, præſumitur crimen commiſiſſe, ut notat Farinacius in *prax. crimin. q. 48. num 1.* limitatur tamen, niſi alia diſcedendi cauſa probabilis appareat, ob quam potuerit diſceſſiſſe, quia tunc in dubio, quod benignius eſt, præferri debet, quia ſicut odia ſunt reſtringenda, ita favores ampliandi ex *reg. 16. in 6.* 30

Hinc fuga famuli, ſi res aliqua eodem tempore amiſſa ſit domi, præſumptionem facit de furto juxta Gloſſa in *authent. de exhibend. reis. §. ſi verò ſemel v. ſaltum*, idque vel maximè procedit, ſi agatur civiliter: quia ſi ageretur criminaliter, tunc fuga famuli indicium tantùm faceret ſufficiens, interdum ad torturam, ut notat Maſcardus *de probat. concluſ. 821. num. 9.* 31

Rurſus ſi quis in carcere detentus ob crimen illo effracto diffugiat, ſolùm indicium præbet commiſſi criminis, adeò ut, ſi poſtea capiatur, graviùs poſſit torqueri, ut notat Clarus *in pract.* cum Gloſſa *l. in eos. ff. de cuſtodia Reor.* imò communior ſententia cenſet, eum, qui effracto carcere fugit, habendum eſſe pro confeſſo, ac poſſe puniri pœnâ ordinariâ, perinde ac ſi crimen, ob quod detinebatur, expreſsè confeſſus eſſet, ac de illo convictus *argum. l. in eos. & l. 1 ff. de effract.* 32

33 Verùm ex hiſce legibus videtur tantùm inferri, tales Effractores carcerum eſſe puniendos ob violatam publicam cuſtodiam, non verò, quòd ex illa carceris effractione, & fuga, poſſit confeſſio criminis inferri: ſiquidem poteſt facilè alia cauſa valde probabilis aſſignari talis fugæ, nimirum ſqualor, & moleſtia carceris, ut etiam alia incommoda, quibus detentus in carcere eſt obnoxius, hæc enim videntur ſufficere, ut quis licèt innocens per carceris effractionem fugiat; proinde putârim, talem effractionem non fundare præſumptionem commiſſi criminis: ſed de hoc debet Judex ex aliis etiam indiciis arbitrari, quia ex ſola fuga, & effractione carceris non oritur ſufficiens præſumptio ad plenam probationem, ex qua inferri poſſit confeſſio criminis: cùm valde probabilis alia cauſa talis fugæ poſſit allegari, nimirum ut detentus in carcare ſe ab ejus moleſtiis, ac incommodis liberet.

34 Quæritur decimooctavò, an ſi quis ex duobus illatis unum neget, præſumatur alterum affirmare? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Nonne 5. h. t.* ubi cùm Judæi objeciſſent Chriſto, quòd Samaritanus eſſet, & dœmonium haberet: reſpondit Chriſtus, ſe non habere Dœmoninm *Ioan. c. 8. v. 49.* ex quo infert Sanctus Gregorius, dum ei illata, ſcilicet Dœmonium ſe habere, & Samaritanum ſe eſſe, quòd hæbraicè cuſtodem ſignificat, & tacendo conſenſit, eò quia Chriſtus revera ſit cuſtos humani generis, unde noluit negare, ſe eſſe Samaritanum, ne ſe cuſtodem eſſe negaret: hæc eſt expoſitio moralis in ſenſu tropologico adducta à S. Gregorio *homil. 18.* & refertur in *d. c. Nonne 5. h. t.* Cæterum in ſenſu litterali Chriſtus non eſt confeſſus ſe Samaritanum eſſe in eo nimirum ſenſu, in quo Judæi eum Samaritanum vocabant, hoc eſt, transgreſſorem, & contemptorem legis Moſaicæ, quaſi Schiſmaticus eſſet, quales fuerunt Samaritani; qui etiam dœmoniaci dicebantur: quapropter reſpondit Chriſtus, ego dœmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum: cæterum nihil expreſsè reſpondit ad hoc convicium, eò quia eſſet purum convicium: & omnibus notum eſſet Chriſtum genere, & natione eſſe Gallilæum, & non Samaritanum. Ratio verò, cur, qui ex duobus illatis negat unum, cenſeatur alterum fateri, ex eo deſumitur, quia quando quis poteſt prohibendo, vel negando, aut contradicendo impedire actum, & tacet; tunc talis taciturnitas habetur pro conſenſu: ſecus tamen ſi non poſſit prohibendo, vel negando impedire actum, ut notat Gloſſa in *d. c. Nonne 5. v. tacendo.* Si igitur per meam prohibitionem poſſum impedire, quod fit, & taceo, tunc mea taciturnitas habetur pro conſenſu *c. ſi Servus diſt. 54.* Sin verò per meam prohibitionem non poſſum impedire, quod fit; tunc taciturnitas mihi non obeſt, nec videor conſentire *l. ſæpe ff. de re judic.*

45 Quæritur decimononò, quomodo intelligenda ſit regula illa generalis: quilibet præſumitur bonus, & idoneus ad officium, vel beneficium? Reſpondetur, talem regulam procedere, quando agitur de qualitatibus intrinſecis, ut quòd homo ſit bonus, caſtus, ſobrius, legitimè natus, non ligatus cenſuris, quia hujuſmodi qualitates præſumuntur ineſſe, donec contrarium probetur: hinc qui impetrat reſcriptum pro beneficio obtinendo cum clauſula *ſi idoneus fuerit,* non tenetur probare, ſe eſſe legitimè natum, non irregularem, nec probare ſe idoneum eſſe, eò quia ubi quis habet intentionem fundatam in juria præſumptione, onus probandi contrarium incumbit neganti *c. in præſentia de renunt.* & *l. minor 25. annis, ff. de minor.* & quia homo creatur bonus, & in ea bonitate naturali præſumitur perſeverare, ut quòd ſit caſtus, pacificus, ſobrius, ideo non tenetur tales qualitates probare, ſed onus id probandi incumbit objicienti contrarium. Neque adjecta clauſula, *ſi fuerit idoneus* habet rationem conditionis, ſub qua conferendum ſit beneficium, quia tametſi adjecta non ſit, ſemper ſubintelligitur, unde eſt potiùs quædam ſimplex admonitio, ut notat Gloſſ. in *d. c. dudum 16. v. ex illa clauſula h. t.* Conditiones, ſeu qualitates extrinſecæ, ſeu accidentales, quæ non inſunt à natura, nec à jure præſumuntur ineſſe homini, probandæ ſunt, ut quòd promovendus ad beneficium ſtuduerit in Academia, habeat ſufficientē doctrinam, ſit prudens, Doctor Licentiatus.

Cæterum qui aliquem promovet ad beneficium, tenetur inquirere de utraque idoneitate intrinſeca, & extrinſeca, nimirum de qualitatibus etiam intrinſecis, ut de morum integritate, corporis ſanitate, de legitimis natalibus, & aliis id genus, facta poſtea inquiſitione, ſi defectus non appareat præſumptio ſtat pro integritate. Conſuetudo tamen jam inolevit, ut nemo ad beneficium promoveatur, niſi litteras teſtimoniales adferat, tam de legitima nativitate, quàm de morum integritate. 36

Sunt tamen plures exceptiones, quibus præfata regula limitatur. Primò ſi præſumptio inferat præjudicium tertio, quia tunc adhibenda eſt cautela, ut non facilè cuique credatur, ut notat Felinus in *d. c. dudum 16. n. 12. h. t.* Secundò quando præſumptio bonitatis præjudicat ei, pro quo præſumitur, ut eſt caſus in *l. qui jurâſſe 26. §. ſi Pater. ff. de jurejur.* ubi ſi Pater juravit, nihil eſſe in peculio filii, adhuc Filius convenitur ex ſuo contractu, & de peculio poſtea acquiſito; quia ſi præſumitur non pejerâſſe, fundata eſſet intentio adverſarii, nimirum quòd illud peculium fuiſſet poſtea acceptum poſt interpoſitum juramentum. Tertiò ſi agatur de ſalute animæ, quia in caſu dubio pro animæ ſalute melius eſt præſumere delictum, quàm non delictum; & hac ratione ſi quis in teſtamento confeſſus eſt, ſe uſurarium fuiſſe, agi poteſt contra hæredem ab eo in teſtamento inſtitutum, ut reſtituat omnia, quæ teſtator acquiſivit per tales uſuras: hinc in dubio debet quis præſumere ſe eſſe irregularem. Quartò limitatur, quia nonnunquam ex præcedentibus conjecturis præſumitur dolus. Quintò in dubio, an aliquid juſtè actum fuerit, interdum præſumptio fit in favorem juſtitiæ actûs propter honeſtatem, & prudentiam perſonæ agentis, ut notat Gloſſ. in *c. Niſi 21. de Præbend.* hinc ſi citatio videatur quodammodo injuſta, ſi aliqua ratione poteſt juſtificari, præſumitur interdum juſta, eò quia Judex providus, & circumſpectus in judicio eſſe ſoleat. 37

Quæ-

Quæritur vigeſimò, quomodo matrimonium probetur per præſumptiones? Reſpondetur, quòd tametſi per ſolùm inſtrumentum confectū ſuper dote, vel donatione propter nuptias, vel ex eo, quòd vir, & mulier ſe coniuges invicem nominent, vel per ſolam diuturnam cohabitationem, vel geſtationem annuli, vel per ſolam famam, ſeu communem opinionem viciniæ habentis virum, & mulierem pro coniugibus, ſi ſeorſim ſumantur per huiusmodi adminicula non probetur plenè matrimonium: nihilominus hæc omnia ſimul iuncta poſſunt ſufficienter informare animum Iudicis, adeò ut ſiquis petitorio iudicio agens velit ſibi mulierem vendicare ex cauſa, quia ſit ſua uxor, poſſit Iudex ſententiam ferre pro viro repetente, ac petente ſibi reſtitui ſuam coniugem, idque deſumitur ex *c. Illud* 11. *h. t.* ratio eſt, quia quando ſunt diverſæ ſpecies probationum, quæ tendunt ad eundem finem, tametſi ſingulæ ſufficienter non proſint; ſimul tamen iunctæ faciunt probationem, & perfectam *c. cùm cauſam de probat.* & quia fama loci habenda eſt in magna conſideratione ad fidem faciendam in hiſce cauſis *l. ſi mater. C. ne ſtat. defunct.* & cohabitatio diutina, ſeu decem annorum, in quibus ſe habuerint, ut coniuges; & inſtrumenta confecta ſuper dote, aut donatione propter nuptias ſint probabiles coniecturæ ad arguendum matrimonium inter virum, & mulierem, ut etiam alia adminicula ad id facientia, & quæ poſſint movere Iudicem ad veriſimiliter præſumendum matrimonium *c. Præterea de teſtib.* ideo fama viciniæ corrobotata ab hiſce, & aliis adminiculis, & coniecturis eſt ſufficiens probatio ad iudicandum legitimum matrimonium inter virum, & mulierem. Eodem pacto à paritate rationis de matrimonio carnali ad ſpirituale: qui diu adminiſtravit, ut Rector, vel Canonicus alicuius eccleſiæ, non ſolùm debet obtinere in poſſeſſorio, verùm etiam in petitorio ſine alia oſtenſione tituli, ut notat Imola in *d. c. Illud* 11. Verùm iure novo poſt Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matrim.* nec cohabitatio decennalis, nec copula, nec conſenſus, verbis, ſignis, aut facto expreſſus, nec alia adminicula ſufficiunt ad præſumendum, aut probandum legitimum matrimonium, niſi coram Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus probetur initum, ut notat Barboſa in *collect.* in *d. c. Illud* 11. *numero* 12. *h. t.*

39 Quæritur vigeſimo primò, an vicinus præſumatur ſcire, quæ in vicinia acta ſunt? Reſpondetur, ex vicinitate præſumi notitiam facti loci vicini, & deſumitur ex *c. quoſdam* 7. *h. t.* ubi habetur, quòd quando agitur de his actibus, qui communiter cadunt in ſententiam, & cognitionem vicini, ex tali vicinitate præſumitur ſcientia facti *l. 3. §. ſi itaque vicinus ff. de nov. oper. nuntiat. c. cum dilectus de purg. canon. l. ſi ita in fin. ff. de fund. inſtruct. l. ſi Vicinus C. de nuptiis*; ſicut è converſo ob locorum diſtantiam præſumitur ignorantia *cap. cum inter qui matrim. accuſ.* & deducitur ex Concilio Trident, *ſeſſ. 21. de refor. c.* 10. ibi: *Quoniam ob malitioſam potentium ſuggeſtionem, & quandoque ob locorum longinquitatem perſonarum notitia, quibus cauſa mandatur, haberi non poteſt*: & ita docent Menochius *lib. 1. de præſumpt. q.* 18. Maſcardus *de Probat. concluſ.* 1406. quapropter ſi teſtis productus in iudicio interrogatus, quomodo aliquid ſciat, reſpondeat, *quia ſum vicinus*, rectè concludit, ſi deponat ſuper his, quæ habent tractum ſucceſſivum, & poſſunt à communiter audientibus concludenter percipi: ratio eſt, quia rerum notitia acquiritur per ſenſus, nil enim eſt in intellectu, quin priùs fuerit in ſenſu, ut docet Ariſtoteles 1. *poſterior. c.* 1. & quia ſenſus circa proprium obiectum, ubi diſtantia eſt proportionata non decipitur, & teſtes debent deponere ſuper his, quæ proprio ſenſu perceperunt *c. teſtes* 3. q. 9. hinc eſt, quòd in vinciniis præſumatur hæc notitia, ſi fuerint in debita diſtantia ad iſtam percipiendam *c. cum in tua qui matrim. accuſ. poſſ. c. quoſdam* 7. *h. t.* pari pacto, quæ innoteſcunt per famam, meliùs poſſunt ſciri à vicinis, ad quos ſtatim notitia in ſua puritate pervenit; quàm à remotis, ad quos nonniſi vagando, & proinde ſæpe mendaciis admixta advenit *c. Illud de accuſat.* Hinc è contra ſi teſtis interrogatus dicat, ſe neſcire, optima eſt probatio, ſi alleget longinquitatem, ut docet 40
Menochius *lib. 1. de præſumpt. q. 18. n. 16.*

Quòd ſi dicas, teſtes non probare, niſi neceſſariò concludant *l. Non hoc. C. unde cognati.* Reſpondetur, ſufficere, ſi teſtis concludat præſumptivè ex præſumptione iuris talis, quæ ſufficiat ad condemnationem; quòd autem vicinus ſciat facta vicini habentia tractum ſucceſſivum, eſt præſumptio iuris, proinde rectè concludit. Verùm quando vicinus præſumitur ſcire, quæ in vicinia facta ſunt, id intelligitur de factis communiter notis in loco illo, & tunc contra hanc præſumptinnem iuris non facilè admittitur, qui vult probare ignorantiam per proprium iuramentum, ut notat Menochius de *præſumpt. lib. 9. præſumpt. 24. n. 10.* hac ratione, qui allegat ignorantiam legis, vel edicti publicè promulgati ordinariè non auditur, niſi talem ignorantiam clarè probet, quia contra ipſam ſtat præſumptio iuris. Quòd ſi facta in vicinia non ſint publicè nota in illo loco, tunc vicini non præſumuntur illa ſcire, ſed alleganti ignorantiam fides præſtatur, niſi ex officio teneatur factum indagare: quia regulariter ignorantia alieni facti præſumitur, donec ſcientia probetur *ex reg. jur.* 47. præſumitur ignorantia facti, ubi ſcientia non probatur, niſi ſit vehemens præſumptio contra eum, qui ſe ignorâſſe dicit, vel niſi agatur de gravi præiudicio alterius.

TITULUS XXIV.

De Iurejurando.

Quia deficientibus probationibus neceſſe eſt, ut recurratur ad juramentum *c. fin. h. t.* congruè Pontifex poſt explicatas probationes tum in ſpecie, tum in genere ſubnectit hunc titulum de jureiurando; ſiquidem eſt iuramentum maximum litium expediendarum remedium *l. 1. ff eod.* Differt autem hic titulus à ſeptimo; quia ille fuit tantùm de iuramento calumniæ, quod in iudiciis olim locum obtinuit, ut ſincera fide inſtituerentur, aut ſuſciperentur actiones: p:æſens autem titulus eſt de omni iuramento, quod cuiusque pactionis conventionis, pollicitationis firmandæ cauſâ, vel exigitur, vel præſtatur. Agitur de hac materia in *c. authoritate 15. q. 6. & 2. q. 6. per tot.* ut etiam in ſexto, & ſeptimo.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. EX ADMINISTRATIONIS 1. h. t. Mandat Gregorius III. ut Creditores ad juramenta ſuper uſuris ſibi ſolvendis præſtita relaxanda compellantur eccleſiaſticâ diſtrictione, adeò ut teneantur creditores uſurarum, relaxare debitoris juramentum de ſolvendis uſuris: Quia ut notat Gloſſa, ſi debitor juret, ſe ſoluturum uſuras, non peccat, proinde tenetur ſervare juramentum; at quia creditor peccat, tenetur relaxare juramentum; quòd ſi debi°or juràſſet ſe non petiturum uſuras, tenetur id denunciare eccleſiæ, & Iudex poſtea ſuo officio debet compellere ad reſtituendum, vel ad relaxandum juramentum: vel ad uſuras non exigendas, ſi nondum ſint ſolutæ.

C. PERVENIT 2. h. t. Ex regiſtro Gregorij ſtatuitur, quòd ſi Prælatus juret, ſe non repetiturum res eccleſiaſticas vi ablatas, juramentum ſit irritum, a quo tamen debet abſolvi, ſeu ut notat Gloſſa, de facto ad cautelam, vel ut cenſent alii debet declarari abſolutus, ſeu non ligatus tali juramento. Rurſus ſi Epiſcopus juraret non repetere proprias res, juramentum teneret, quia de his poteſt ad libitum diſponere, non ita de rebus eccleſiæ, proinde juramentum non teneret, ſicut nec de rebus minorennis, vel fiſci bonis. Cæterum juxta receptam ſententiam juramentum metu extortum obligationem inducit, quia metus non excludit conſenſum, nec cauſat involuntarium ſimpliciter, ſed ſolùm ſecundùm quid.

C. PERVENIT AD NOS 3. h. t. Idem Pont. reſcribit Regi Francorum, non fran, ere juramentum eum, qui juramentum commutat in melius: ut etiam jurantem facere aliquid interpoſita conditione, ſi altera pars non impleat conditionem non teneri juramentum ſervare. Cæterum textus iſte intelligitur de eo, qui juramentum commutat in aliud, quod eſt certè, & evidenter melius, quia eo ipſo eſt Deo magis acceptum, & gratius. Quòd ſi promiſſio facta ſit homini, non poteſt tunc ſine expreſſo, vel tacito conſenſu illius cui eſt facta promiſſio, eam in melius commutare; & ratio diſcriminis eſt, quia in promiſſione facta Deo creditor eſt ipſe Deus, qui acceptat rem meliorem: ſecus in promiſſione facta homini creditor eſt ipſe homo, ſine cuius voluntate non debet contrarium fieri.

C. EGO N. 4. h. t. habetur, Epiſcopos teneri ſeptem iurare Primò quod erunt fideles ſancto Petro, ſanctæq; Romanæ Eccleſiæ, Papæ, & eius ſucceſſori legitimo, Secundò quòd non erunt in conſilio, vel facto, ut perdat vitam, vel membrum, aut mala captione capiatur. Tertiò, quod Conſilium Papæ ipſis quavis via manifeſtatum nulli ad damnum Papæ manifeſtabunt. Quartò, quod Papatum Romanæ Eccleſiæ, & regulas Patrum contra omnes defendent cum honore. Quintò, quòd legatum ſedis Apoſtolicæ certò ſibi cognitum in eundo, & redeundo honorabunt, & in ſuis neceſſitatibus iuvabunt. Sextò, quòd limina Apoſtolorum per ſe, vel per aliũ certum Nuntium ſingulis annis viſitabunt, niſi abſolvantur à juramento. Septimò, quòd vocati ad ſynodum venient, niſi fuerint impediti canonico impedimento. Demum textus continet formam juramenti, quod Epiſcopi præſtant Pontifici, & legi poteſt in ipſo corpore juris, de qua forma fuſè agunt Felinus, & Panormitanus hic.

C. NULLUS 5. h. t. declarat Urbanus Papa, Clericum non teneri Epiſcopo jurare fidelitatem, niſi quando adminiſtrat res eccleſiæ; ne ſine cauſa multiplicentur obligationes, quia cùm Clerici ratione ſui ſtatus, & Ordinis debeant ſubjectionem Epiſcopo, non eſt opus addere juramentum, niſi ex nova cauſa impoſita adminiſtrationis ſupervenientè. Notat tamen Gloſſa Clericos pro pace, fide, vel fama teneri Epiſcopo jurare fidelitatem.

C. DEBITORES 6. h. t. Alexander III. declarat, debitores ad ſolvendas uſuras non debere

cogi,

cogi, ſin verò de ipſarum ſolutione iuraverint, tunc cogendi ſunt ſolvere; & adimplere juramentum: ſed poſt ſolutas uſuras eſſe creditores cogendos etiam eccleſiaſtica ſeveritate, ſi neceſſitas exegerit ad eas reſtituendas. Ex quo textu liquet, quòd quamvis principale non valens; eius tamen acceſſorium teneat; ſiquidem promiſſio ſolvendi uſuras non tenet, & eſt principale: & juramentum, quod eſt acceſſorium, tenet. Cæterum ex ſimplici promiſſione de ſolvendis uſuris non oritur obligatio etiam naturalis: alioquin cogeretur debitor ſolvere non ratione juramenti tantùm; ſed etiam ratione pacti initi. Ex juramento autem præſtito ſuper uſuris ſolvendis duplex oritur obligatio, una primaria, & principalis reſpectu Dei, cuius conteſtationi de ſolvendis uſuris tenetur jurans ſtare, ne in vanum eius nomen aſſumat. Altera eſt ſecundaria, quæ per primariam conſequenter acquiritur exigendi uſuras, quas Deus vult ipſi ſolvi ob promiſſionem firmatam per invocationem divini nominis; unde promiſſio quæ de ſe nudè ſumpta nullam pareret obligationem; munita juramento duplicem parit obligationem.

C. AD NOSTRAM 7. h. t. Idem Pont. declarat mutuò accipientes pecuniam, & pignorantes poſſeſſiones, ac mutuantes redditus, ſi jurent, ſe non moleſtaturos mutuantem ſuper fructibus pignorum, donec pecuniam ſolverint, teneri prius pecuniam ſolvere, & poſtea petere reſtitutionem fructuum. Quòd ſi Dominus accepiſſet pignora volens compenſare fructus, eſt compellendus per cenſuras, ut reſtituat pignora, & ſatisfaciat juramento: ut etiam uſurarius cogitur ad reſtituendos fructus per cenſuras. Ubi notat Gloſſa, juramentum eſſe ſervandum in forma ſpecifica, & ut jacet; nec ſufficere illud adimplere in effectu: hinc, quia in textu jurârunt prius pecuniam actualiter ſolvere, antequã quidquam moverent ratione pignoris, fuerunt obligati ad ſolvendum actu; adeò ut non licuerit ex perceptis fructibus ſortem, vel illius partem deducere, & compenſationem facere, tametſi compenſatio ſit ficta ſolutio l. ſi peculium §. 1. de ſtatu liber. Rurſus ex eo, quòd in textu res dicatur acta inter laicos apparet, Iudicem eccleſiaſticum ratione juramenti habere juriſdictionem in laicos, immo etiam ut compellat recipientes ad relaxationem juramenti, quod turpiter receperunt.

C. SI VERO 8. h. t. reſcribit idem Pont. Archiepiſcopo Senonenſi juramentum, cuius obſervatio non eſt contra ſalutem animæ, eſſe ſervandum, niſi fuerit metu factum, adeo ut, qui compulſus renunciavit beneficio cum juramento illud non repetendi; teneatur juramentum ſervare, imò eccleſia id præcipit, ne videatur materiam peierandi ſuppeditare: nihilominus ſolet eccleſia priùs abſolvere a juramento, poſtea reſtituit beneficium, ut Clericus eccleſiæ inſerviat. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi conſtet, aliquem vi juráſſe, ſi poſtea petat, debet abſolvi à juramento; non ita ſi non conſtet, eum vi juráſſe. Cæterum, quando juramentum directè vergit in animæ interitum, vel detrimentum vitæ temporalis, ſeu mortem, non tenet, nec eſt ſervandum; benè tamen ſi occaſionaliter, quia tunc eſt ſervandum. Verùm textus loquitur de juramento aſſertorio, non verò promiſſoria.

C. EX RESCRIPTO. 9. h. t. idem Pont. reſcribens Epiſcopis Sardinienſibus declarat, Abbates, & Monachos, qui jurant, vel dant obſides pro pecunia accepta pro monaſterio, ut etiam Fidejuſſores ſæculares, qui juraverunt, teneri juramenta ſervare, alioquin interdicitur illis ingreſſus eccleſiæ; & Fidejuſſores ſub inhibitione celebrationis divinorum officiorum in eorum terra. Ex quo textu liquet, ob debitum alicuius poſſe totam illam terram interdici. Rurſus tam Abbatem, & Monachos, quam fidejuſſores potuiſſe compelli ad conventionem juratam adimplendam, quia juramentum non vergens in diſpendium ſalutis eſt ſervandum.

C. QUERELAM 10. h. t. declarat idem Pont. facientem contra ſuum juramentum non ex neceſſitate, ſed voluntate eſſe periurum. Quod ſi habeat eccleſiam ſibi commiſſam, eſt ab ea removendus, eò quia perjurus non mereatur eccleſiam regere. Ratio eſt, quia cùm Rectores eccleſiarum conſtituantur ad defenſionem veritatis, & Religionis, excludi debent ab eccleſiis regendis Violatores alterutrius, & a fortiori utriuſque: hinc periuri etiam excluduntur ob eandem rationem a teſtimonio ferendo, quamvis ſe emendaverint c. teſtimonium de teſtib. eò quia perjurium directè adverſetur officio teſtis, cui incumbit veritatem dicere.

C. TUA NOS 11. h. t. Lucius III. declarat, quòd ſi Clerici jurent præſentanti augere ſolitam penſionem, vel dare aliud ultra penſionem; ſi deinde Epiſcopo inſtituenti iurent ſolvere antiquam, & non augere ſolitam, ſtandum ſit ſecundo juramento; quia juratur maiori ratione, & authoritate Concilii Lateranenſis, & non primo: verùm Clerici periuri per primum iuramentum ſunt perpetuò excludendi ab eccleſia. Ubi notat Gloſſa, quòd tametſi ſecundum iuramentum præiudicet primo, neutrum obſervarè, quia eiiciuntur ab eccleſia. Hinc periurium propriè eſt iuramentum violatum, vel falsò aſſerenm; & prius eſt periurium promiſſorium, quando violatur, quod promiſſum eſt; ſecundum eſt aſſertorium, quando affirmatur ſub conteſtatione divini nominis, quod eſt falſum, vel negatur, quod eſt verum.

C. CUM QUIDAM 12. h. t. Urbanus III. declarat, Epiſcopum transgredientem ſuum iuramentum eſſe graviùs puniendum, quàm alios: idque ratione dignitatis, & ſcandali, quia ut notat Gloſſa maior dignitas delinquentis magis aggravat delinquentem, quia præſumitur peccaſſe maiori contemptu. Rurſus iurans non loqui cum parentibus, vel coniunctis peccat, & iuramentum, cùm ſit illicitum, non obligat: iuranti tamen eſt iniungenda pœnitentia, & abſolvendus eſt ad cautelam, ſed declarandus non obligatus iuramento.

C SICUT EX LITTERIS 13 h. t. Idem Pont. declarat, iuramentum Monachi non remanendi in clauſtro ulteriùs cum uno alio Monacho non tenere, eò quia ſit temerarium, frangique

veram

veram fidem, & ſtabilitatem ſuæ profeſſionis in tali Monaſterio; proinde Pontifex mandat, eidem talem pœnitentiam iniungi, quâ cæteris ſit terrori, ne quid ſimile cogitent. Ubi notat Gloſſa, iuramentum temerarium non eſſe ſervandum, & factum contra propriam profeſſionem religioſam eſſe irritum.

C. *VERITATIS* 14. *h. t. declarat Clemens III. Vaſallum, qui iuravit fidelitatem ſuo Prælato, non teneri eandem ſucceſſoribus iurare, tametſi teneantur illius ſucceſſores eandem fidelitatem ſervare, ſed non iterum iurare prælatis ſucceſſoribus. Ex quo textu infert Gloſſa, iuramentum fidelitatis tranſire ad ſucceſſores: non tamen quoad periurium, ſed in quantum attinet ad pactum vel contractum: etenim in iuramento fidelitatis duo conſiderantur; ratio obligationis orta ex iuramento; & ratio obligationis orta ex pacto, vel contractu: obligatio orta ex iuramento non tranſit ad hæredes; adeò ut iſti non teneantur iterum iurare: bene tamen ad ipſos tranſit obligatio orta ex pacto, & contractu, adeò ut teneantur hæredes ad eius obſervantiam, quia defunctus ſecundùm iura potuit obligare hæredes ad obſervantiam contractûs, licèt iiſdem non potuerit imponere obligationem ſpiritualem iuramenti, quia hæc ex virtute Religionis contrahitur tantùm voluntate propria, non aliena. Cæterum ſi iuramentum ſimpliciter præſtetur Domino ſub nomine perſonali, cenſet Panormitanus hic* n. 2. *tranſire ad ſucceſſores: non ita, ſi præſtetur Domino ſub nomine dignitatis, quia cùm hæc non varietur in ſucceſſoribus, iuramentum ſemel præſtitum ad illos extenditur.*

C. *VERUM* 15. *h. t. declarat. Cœleſtinus III. eos, qui inviti, pro vita, rebúſque ſervandis iurârunt, eſſe abſolvendos à iuramento: alioquin teneri illud ſervare, ſi poſſint ſine detrimento ſalutis ſpiritualis: ſi tamen illud non ſervent, mandat Pontifex; eos non eſſe puniendos, ut de mortali crimine. Ex quo textu infert Gloſſa, iuramentum metu factum obligare quidem, non tamen ſemper ad mortale.*

C. *VENIENS* 16. *h. t. Innocentius III. reſcribit, iuramentum contrarium alteri iuramento licitè facto non eſſe ſervandum; adeò, ut qui iurat ſtare mandato alicuius, ut pro pace componenda, & ille mandat aliquid, quod ſit contra obligationem; vel aliud iuramentum factum; non teneatur illud ſervare, quia tunc ſi præſciviſſet, non iurâſſet. Hinc deſumitur generalis regula, quod iuramentum poſterius nunquam obliget contra iuramentum priùs licitè factum: ratio eſt, quia nemo poteſt ſibi imponere obligationem contrariam priori legitimæ obligationi, eò quia non poſſit ſe propria authoritate ab illa exolvere. Cæterum notat Gloſſa, iuramenta eſſe interpretanda ſecundùm mentem iurantis, nec extendi ad incognita. Cæterum ſi mandatum non repugnet priori iuramento, & poſſit ſervari ſine interitu animæ; eſt ſervandum.*

C. *BREVI* 17. *h. t. Idem Pont. ſciſcitanti Magiſtro Apollinari, an, qui iura eccleſiæ iuravit pro viribus defendere, ſi neceſſitate imminente requiſitus, ut ſervet iura eccleſiæ, ipſe appellet, cùm revera poſſet defendere talia iura, reatum incurrat periurii. Reſpondet Innocentius III. talem per appellationem, non excuſari a periurio niſi difficultas exſtat, ob quam non poſſit eccleſiæ ſubvenire. Hinc colligit Gloſſa, appellationem fruſtratoriam non excuſare a periurio; nec ab eo, quod quis tenetur facere, eſt enim appellatio remedium contra iniuſtitiam, & hic eſſet aſylum iniuſtitiæ: ſiquidem iniquum eſt, recuſare defenſionem eccleſiæ, quam poteſt quis præſtare; proinde multò magis, ſi ad palliandam iniquitatem per appellationem ad ſuperiorem Iudicem quis confugiat.*

C. *QUANTO* 18. *h. t. reſcribit idem Pont. Regi Aragoniæ, iurantem ſcienter rem illicitam peccare, & iuramentum nullius eſſe valoris, ne ſit vinculum iniquitatis. Iurantem tamen rem quam putat eſſe licitam, teneri ſervare iuramentum, in eo, in quo licitè ſervari poteſt, quia fuit licitum proinde ſervandum. Quòd ſi cum putaret rem eſſe illicitam, adhuc iuravit, ſi deprehendatur, quod res ſit licita, mandat Pontifex, ut iurantem pœniteat ſui peccati, & ſervet iuramentum. Hinc liquet, ab illicito iuramento non eſſe neceſſariam abſolutionem ſed ſufficere declarationem nullitatis: ratio eſt perſpicua, quia abſolutio præſupponit vinculum, ſolvitur enim, quod eſt ligatum,* c. ad diſſolvendum de deſpon. impub. *Iuramentum autem, ſi eſt illicitum, non ligat, non enim Deus, cui principaliter præſtatur iuramentum, vult quemquam obligare, aut obſtringere ad iniquitatem. Cæterum, ut notat Panormitanus hic* n. 2. *quando iuramentum ſervari non poteſt in forma ſpecifica, ſervandum eſt eo modo, quo poteſt.*

C. *VENIENTES* 19. *h. t. Idem Pont. reſpondet Conſulibus, & populo Tudertino; iuramentum factum contra ius ſuperioris non obſtante appellatione ad ſuperiorem non valere; eò quia ſemper intelligitur exceptum ius: quòd ſi contra factum fuerit, mandat Pontifex, executionem revocari ſub pœna cenſuræ. Hinc deſumitur vulgata illa regula: iuramentum non obligare ſubditum iurantem in præiudicium iuris, ſeu authoritatis Superioris in re pertinente ad iuriſdictionem, vel officium illius, cui per iuramentum a ſubdito emiſſum nil poteſt detrahi. Cæterum ex hoc textu infert Gloſſa, pendente appellatione Iudicem nihil debere innovare, imò neque exequi ſententiam definitivam, à qua eſt appellatum; & ſi fiat, ſit executio revocanda. Rurſus infert, iudicandum eſſe ſecundùm conſuetudinem loci, quia conſuetudo præiudicat iuri* c. penult. de conſuet.

C. *AD NOSTRAM* 20. *h. t. Idem Pont. mandat Archiepiſcopo Piſano, eum, qui iuravit, nec per ſe, nec per alium velle uſuras repetere, quas ſolvit, poſſe aliâ viâ quærere, ut denunciando Iudici, & Iudex ex officio debet inquirere, & compellere, idque deſumitur etiam ex* c. 6. debitores h. t. *ubi uſurarii iubentur compelli ad relaxandum iuramentum de uſuris præſtandis; & Debitoribus conceditur remedium petendi abſolutionem ab eiuſmodi iuramento*

mento. Cæterum notat Gloſſa, quòd ſi procedatur per medium denunciationis, vel inquiſitionis, poſſint teſtes recipi lite non conteſtata. Rurſus jurantem non agere, poſſe denunciare quòd ſi juraverit non denunciare, juramentum eſt nullius valoris, quia illicitum, cùm teneatur quiſque denunciare. Quòd ſi juraverit ſolvere, & non repetere, nec recipere oblatas pecunias, tunc etiam compellitur uſurarius ad reſtituendas pecunias uſuris exactas, quæ diſtribuantur pauperibus, in quo caſu eſt etiam ad denunciandum eccleſia. Juvat etiam obſervare, jurantem renunciare beneficio, poſſe illud repetere ex nova ſuperveniente cauſa c. cum inter de renuntiat.

C. AD NOSTRAM 21. h. t. Cùm ab Archiepiſcopo Neapolitano juramentum eſſet extortum, quòd in omni cauſa deberet ordinem judiciarium ſervare, Innocentius III. ita illud juramentum interpretatur, ut conſonet canonicis inſtitutis; ſcilicet in cauſis manifeſtis & notoriis; in quibus jura nolunt, ſubtilitates Ordinis judiciarii obſervari, Archiepiſcopum ad illum ordinem ſervandum non teneri; ſimulque addit, juramentum eſſe ita intelligendum, ut juraverit in omnibus cauſis ordinem judiciarium ſervare, in quibus ſecundùm jura debet obſervari: non verò, quando jus aliter diſponit: aliòquin ſi intendiſſet jurare contra jus canonicum, fuiſſet tale juramentum perjurium, non ſervandum, quia juramentum factum contra canones eſt invalidum, & qui jurat eſt perjurus. Notandum eſt cum Gloſſa, juramenta, & promiſſa non extendi, niſi ad ea, de quibus eſt cogitatum: Item juramentum eſſe ſervandum directè, vel per interpretatione & in dubiis eſſe benignè interpretandum. Item in notoriis non eſſe per omnia ordinem judiciarium ſervandum.

C. EA TE 22. h. t. declarat idem Pont. quòd qui tenetur uni jurare fidelitatem, & jurat alteri, ſi hoc juramentum ſit contrarium debito juramento, eſſe illicitum, & jurantem non teneri illud ſervare, eò quia teneatur jurare, cui debet: ſiquidem debitum, ſi ſolvatur, cui non debetur, non remittitur; ſed augetur. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi duo juramenta ſint contraria, conſiderandum eſt, quod magis eſt licitum, & illud ſervandum eſt; & eum, qui ſolvit uni, quod alteri debetur, non liberari à debito. Hinc ſi Vaſallus jubeatur à Domino juramentum fidelitatis ſibi debitum præſtare alicui Delegato nomine ipſius Domini; & Vaſallus illud alteri præſtet, cogitur illud rurſus præſtare in manibus delegati à Domino deſignati, quia ut ait Pontifex in textu, onus non remittitur, ſed augetur, ſi alicui improvidè ſolvatur, quod alteri ex debito eſt præſtandum.

C. QUINTAVALLIS. 23. h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi quis juraverit ſtare mandatis alicuius, & ille mandaverit illicitum, ut quòd exhæredet filios, removeat à ſe uxorem, non tenetur obedire, niſi revocet mandatum, quamvis juramentum fuerit licitum; quia mandatum fuit illicitum, proinde revocandum, & non ſervandū. Ex hoc textu deſumitur regula: Qui juraverit ſtare mandatis alicuius, non tenetur parêre, ſi præcipiat illicita: quia quando quis ſimpliciter jurat ſtare mandato alicuius intelligitur, ſi ſit licitum: atqui exhæredare filios non eſt licitum, niſi in caſibus à jure permiſſis, ut ſi injuriat, ſi percutit, accuſat patrem de crimine, ſi inſidiatur eius vitæ, ſi coit cum uxore, vel concubina eiusdem patris, ſi eſt dilapidator, ſi non ſit fidejuſſor parentis, ſi prohibet illum teſtari, ſi perſeveret inter mimos, ſi filia ſit luxurioſa, ut notat Jaſon, authent. non licet C. de lib. præt. n. 78.

C. TUA NOS 24. h. t. reſcribit idem Pont. Archiepiſcopo Terraconenſi, quòd ſi vir, & uxor ſe ſeparent a thoro, & mutua cohabitatione, jurentque ſe nunquam repetituros: ſi alter poſtea non vult continere, mulier ſit cogenda cenſuris ut redeat ad virum non obſtante juramento, quod fuit temerarium. Ex quo textu colligit Gloſſa, juramentum non præjudicare matrimonio, ſed matrimonium juramento c. penult. de ſponſ. proinde in hoc caſu tenetur uxor redire ad virum propria authoritate, etiam non ſpectatâ ſententiâ. Non ita poſſent redire ſi juraſſent continentiam; quia juramentum, ſicut & votum ſervandæ caſtitatis eſt validum, & de meliori bono.

C. QUEMADMODUM 25. h. t. reſcribit idem Pont. Archiepiſcopo Genuenſi, eum qui cum muliere juravit contrahere, poſſe illam repellere ob ſupervenientem fornicationem, vel deformitatem, non verò propter præcedentem. Rurſus etiam propter non impletam aut violatam conditionem, ſi juramentum fuit et expreſſè, vel implicitè conditionatum. Rurſus declarat Pontifex, temerarium eſſe juramentum, ſi vir juret, quòd ſuper nullo crimine uxorem accuſabit. Quòd ſi juraverit, eam non accuſare ob jurisjurandi Religionem, quia poteſt ſecundùm jura ille facere veniam huius delicti, poterit, ſi nulla affulgeat ſpes emendationis, eam denunciare, ſecundùm ordinem correctionis fraternæ ad agendam pœnitentiam. Ex quo textu colligitur, in juramentis ſemper intelligi has conditiones, ſi Deo placet, ſi Papa, ſi res in eodem ſtatu manſerit, ſi fides ſervabitur, ſi ſit honeſta, & poſſibilis, ſi mihi numeraveris pecunias, ſi nupta fuerit ſecum, ſi non immoderatum quid præcipiatur, ſi aderit facultas, vel commoditas & alia id genus. Verùm ſpeciales conditiones non intelliguntur, niſi exprimantur, tametſi mente concipiantur, niſi lex ipſas præcipiat, quia tunc habentur pro expreſſis. Notandum eſt, hæc omnia vera eſſe in juramentis promiſſoriis, quia in aſſertoriis nulla intelligitur conditio. Cæterum vir, ſi ſemel approbaverit uxorem, non poteſt eam reprobare ex cauſa antecedente matrimonium.

C. ETSI CHRISTUS 26. h. t. oſtendit Pont. Monachos, & clericos, deficientibus aliis teſtibus poſſe jurare pro ſuis monaſteriis. Rurſus juramentum ex juſta, aut neceſſaria cauſa verè emiſſum eſſe licitum, eò quia non ſit malum, nec prohibitum; ſed bonum. Cæterum mandat Pontifex Monachis, & Religioſis, ut quantum poſſunt juramentum evitent; ſed tantùm ut Pontifex provideat indemnitati Monaſterii, indul-

indulget, ut poſſint in cauſis eiuſdem monaſterii deficientibus aliis teſtibus teſtimonium etiam ſub juramento præbere veritati: quia maioris perfectionis eſt, ut viri ſtudioſo virtutum addicti, ſi ſuppetant alii teſtes juramentum declinent, quamvis aliàs illis non prohibeatur jurare: unde quando Pontifex in textu utitur verbo indulgere, *perinde eſt, ac ſi diceret, id ſibi placere, quo pacto S. Paulus in textu allegatus indulſit Timotheo bibere vinum propter infirmitatem ſtomachi.*

C. *SICUT NOSTRIS 27. h. t. reſcribit idem Pont. Epiſcopo Ameliensi juramenta emiſſa contra utilitatem eccleſiæ, non eſſe valida, nec tenere, ſed eſſe perjuria; conſequenter eſſe pro ijſdem injungendam pœnitentiam. Ubi notat Gloſſa, juramentum illicitum per hunc textum largo modo poſſe dici perjurium adeò ut ſumatur perjurium, ut idem ſit, quod juramentum indiſcretum. Rurſus, qui jurat ante ſuam promotionem in præjudicium ſuæ dignitatis, vel officii non tenetur ad ejus obſervantiam poſt ejus promotionem, quia in juramento ſemper ſubintelligitur illa conditio ſalvo jure Superioris.*

C. *CUM CONTINGIT. 28. h. t. Idem Pont. reſcribit, quòd ſi quis in matrimonio conſentiat in alienationibus rerum dotalium, vel quæ fuerunt data uxori propter nuptias, & juret non contravenire; hoc factum quamvis ſit per leges prohibitum, nihilominus uxor teneatur ſervare juramentum, ſi juravit ſine vi, & dolo, ſed ſponte, & juramentum non redundet in alterius præjudicium; nec ſervatum præjudicet æternæ ſaluti. Ratio eſt, quam adfert Gloſſa; quia juramentum præſtitum contra id, quod leges diſponunt, obligat in conſcientia. Tum quia juramento præter vim obligandi ad ſervandam veritatem rei juratæ ineſt etiam vis confirmandi contractum, cui adjicitur, ut ex revocabili fiat irrevocabile; ut eſt in iure juramentum de ſolvendis uſuris, quod jubetur impleri, eóque impleto compelli uſurarios ad reſtituendas uſuras exactas* c. Debitores 6. h. t.

C. *SICUT SI 29. h. t. reſcribit idem Pont. eum, qui bello injuſto occupavit terram alienam, teneri eam reſtituere, & a juramento eos abſolvere, quos fortaſſis juramento obſtrinxerat, & ſi detrectet id præſtare eſſe compellendum, etiam per eccleſiaſticas cenſuras, & ejus terram ſupponendam. Rurſus qui juravit aliquid præſtare alicui promittenti etiam aliud, ut non nocere; ſi hæc pars non obſervet promiſſum, declarat Pontifex, non teneri alteram partem ad juramentum. Ex quo textu liquet, Iudicem eccleſiaſticum habere poteſtatem compellendi ad relaxandum juramentum, eum, qui turpiter illud extorſit, aut recepit, non ſolùm in materia uſuraria, ſed etiam in quavis alia, in qua intervenit peccatum ex parte recipientis. Immo poteſt etiam Iudex eccleſiaſticus, ſi alter nolit relaxare propria authoritate abſolvere partem alteram à tali juramento.*

C. *NIMIS DE JURE 30. h. t. Idem Pont. in Concilio Generali ſtatuit, Clericos non habere temporalia à laicis, proinde non debere ijſdem præſtare juramentum fidelitatis; nec debere laicos exigere à Clericis tale juramentum. Textus intelligitur de illo juramento fidelitatis, quod Vaſalli præſtant Domino feudi. Hinc eccleſiaſtici non tenentur hoc juramentum præſtare Dominis ſæcularibus, tametſi habeant poſſeſſiones in eorundem ditionibus, niſi eas obtineant ab ijſdem ſæcularibus in feudum, quia tunc tenentur, ſicut cæteri Vaſalli præſtare juramentum fidelitatis.*

C. *PETITIO VESTRA 31. h. t. declarat Honorius III quòd ſi à Clericis extorqueatur juramentum, quo jurant, ſe non acturos contra Principem; adhuc poſſint Clerici agere contra Principem pro juribus, & honoribus eccleſiæ, ut etiam pro propriis juribus defendendis, licèt non poſſint nocere, nec machinari contra perſonam Principis, vel amiſſionem Principatûs. Vbi notat Gloſſa, juramentum poſſe obligare in uno, & non in alio caſu licèt ſit extortum. Rurſus juramentum generaliter præſtitum aliquid faciendi, ſervandi, omittendi; nonniſi ad ea extenditur, de quibus veriſimiliter cogitatum eſt, vel cogitari debuit, & potuit. Quòd ſi dubium oriatur ſuper juramento; declaratio, ſeu interpretatio, an ſit licitum, vel non, ſpectat ad Papam* c. conſtit. de reſcript. c. venerabili de elect. *Rurſus ex juramento etiam certo, nemo tenetur contra ſe, vel ſuam eccleſiam. Cæterum pro regula generali obſervatur, in promiſſis, actis, & juramentis ſub generalitate verborum, non comprehendi ea, de quibus non fuit cogitatum; & quæ nec ratione ſubjecta Materia, aut circumſtantiarum, aut ſecundùm alterius, vel utriuſque partis declarationem ſub eiuſmodi verbis includuntur, aut incluſa eſſe probantur, ſive licita ſint, ſive illicita: in quibus reſtrictio verborum generalium, vel maximè præſumi debet, niſi manifeſtè contraria extenſio demonſtretur.*

C. *EX LITTERIS 32. h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi agatur de uſuris, poſſit Iudex accipere juramentum à partibus, eas compellendo etiam cenſuris, ſi aliter non probatur, quod petitur, appellatione remotâ. Ubi notat Gloſſa, juramentum de veritate dicenda etiam poſſe exigi in fine cauſa, vel in qualibet eius parte, quamvis ſecundùm ordinem iuris regulariter præſtari debeat in principio, qui tamen ordo non eſt de ſubſtantia iudicij. Sed juramentum de calumnia non præſtatur in ſpiritualibus; nec de eo, quod credit, vel exiſtimat.*

C. *INTELLECTO 33. h. t. reſcribit idem Pont. Archiepiſcopo Coloſſenſi, eiuſque Suffraganeis in Hungaria, eum, qui eſt in dignitate etiam laica, ut Rex, non poſſe alienare in præjudicium ſui Regni, ſeu dignitatis, & honoris ſui. Quòd ſi alienando juraverit, ſe non revocaturum alienationem, juramentum non tenere, & propterea poſſe revocare alienationem præſertim, ſi juravit de non alienando in ſua coronatione. Ratio eſt, quia in malis promiſſis licitum eſt fidem reſcindere.*

Cæterum

Cæterum juramentum præſtitum à Rege Hungariæ, ut habetur in textu ex duplici capite fuit illicitum: primò, quia illicitum eſt, Regem alienare bona, & iura Regni, quia talia bona non ſunt Regis, ſed Regni; ſeu non ſunt perſonæ, ſed dignitatis; proinde licèt Rex habeat adminiſtrationem illorum, immo etiam jurisdictionem in illa, non tamen dominium; quapropter non poteſt bona Regni alienare; quia non ſunt de iure Regis, ſed de iure Regni: unde etiam ſecluſo iuramento non poteſt Rex bona Regni alienare in præjudicium Regni, & coronæ. Secundò quia cum juramento Rex hanc obligationem per ſe connexam officio Regis confirmavit; atqui juramentum poſterius de obligationibus non revocandis cùm fuerit contrarium priori iuramento, & obligationi Regis etiam ex hoc capite non fuit obligatorium, nec validum: quia juramentum non eſt vinculum iniquitatis, & eſt iniquum, velle ſe obligare contra priorem obligationem iuramento firmatam.

C. *MULIERI 34. h. t. reſcribit Gregorius IX. quòd ſi mulier iuret coram Iudice, aliquem eſſe ſuum maritum, & id non probet, ac proptereà Iudex abſolvat virum, non tamen debeat licentiam dare mulieri, ut nubat alteri, ne videatur eſſe cauſa periurii, neque debet id prohibere, ne fortè impediat legitimum matrimonium; unde in hoc caſu relinquendum id potius eſt conſcientiæ mulieris. Ex quo textu liquet; Eccleſiam regulariter debere prohibere, ne quis veniat contra proprium juramentum* c. ex litteris de ſponſal. *unde licèt iuramentum ſit res perquàm favorabilis* c. ex litteris de pignor. *non ita tamen, ut ſuper contractu ſtetur ſoli iuramento aſſerentis ipſum contractum, niſi adſint aliæ probationes. Ubi tamen dubium eſt de periurio, vel alio peccato, eſt quis relinquendus propria ſua conſcientia.*

C. *CLERICUS 35. h. t. reſcribit idem Pont. quòd, qui iurat ſervare ſtatuta iam facta, ſi deinde per idem iuramentum promiſit ſervare alia ſtatuta facta, vel facienda; quamvis ex promiſſione teneatur ad hæc, non tamen ex iuramento, quia ut notat Gloſſa ſuper his non fuit iuratum. Non enim iuramentum ſervandi ſtatuta edita ab eccleſia, ſeu communitate extenditur ad futura: quia iuramentum eſt ſtrictæ interpretationis, unde non debet facilè extendi ob periculum periurij, niſi ad ea, de quibus veriſimiliter cogitatum fuit, vel debet cogitari.*

C. *JURAMENTUM 36 & ult. h. t. Idem Pont. reſcribit, iuramentum à Iudice parti delatum niſi juſtà de cauſa non potuiſſe recuſari; quòd ſi detur à parte, mandat Pontifex, poſſe recuſari, ac referri; non tamen in actione famoſa licere Reo referre juramentum. Præterea, ſi actor nihil probat, Reus debet liberè dimitti: ſin verò ſit præſumptio pro Actore; juramentum defertur Reo ad oſtendendam ſuam innocentiam. Sin verò Iudex conſideratis circumſtantiis perſonarum & cauſæ iudicet deferendum iuramentum Actori, illi datur, non*

Reo. Procedit autem textus de iuramento in cauſa dubia ob defectum plenæ probationis l. admonendi ff. h. t. *eſt autem iuramentum referre, ut dicitur in textu, quando alter ex litigantibus non poteſt ſuam probare intentionem, & dicit alteri parti, ego volo ſtare iuramento tuo, non tenetur pars vel jurare, vel juramentum viciſſim efferre, ſeu referre, dein iures tu, alioquin habebitur pro confeſſo* l. manifeſtæ ff. de jure.

IN SEXTO.

C. *CONTINGIT 1. h. t. Nicolaus III ſtatuit, ut tam Eccleſiaſtici, quàm laici, qui recipiuntur in titulis; ſi conſuetudo, vel ſtatutum compellat eos jurare, ſe ſervaturos inviolabiliter ſtatuta, & conſuetudines ſcriptas, & non ſcriptas locorum: ſi ſciant in præfatis ſtatutis, vel conſuetudinibus contineri aliqua illicita, impoſſibilia, vel obviantia libertati eccleſiaſticæ, non præſtent iuramentum; quòd ſiquis jam juravit, vel ex ignorantia iurat, declarat Pontifex eius iuramentum non extendi ad illicita, impoſſibilia, & obviantia libertati eccleſiaſticæ. Ratio eſt, quia ſuper illicitis licitè iurari non poteſt: ſiquidem tale juramentum eſſet contra jus naturale, & divinum.*

C. *LICET MULIERES 2. h. t. reſcribit Bonifacius VIII. ſuper alienationibus dotium, & donationibus ob nuptias juratis, in quas mulieres, nec vi, nec dolo circumventæ conſenſerunt, ſtandum eſſe iuri canonico. Imò Iudices eſſe cenſuris eccleſiaſticis etiam compellendos, ut ſervent ius canonicum. Nota, hoc ius canonicum, quod Pontifex in textu allegat, contineri, in* c. cum contingat 28. h. t. *Hinc in obſervantia iuramenti attenditur diſpoſitio juris canonici, non civilis.*

C. *CUM IN POSITIONIBUS ULT. h. t. cum in poſitionibus cuiusdam electi poſt iuramentum ab eo præſtitum reperta fuiſſet contrarietas, reſcribit Bonifacius VIII. niſi rationabilis, & juſta cauſa excuſet, eſſe imponendum ſuper electione perpetuum ſilentium: ratio eſt; quia aſſerens contraria, & ea iuramento confirmans eſt neceſſariò periurus cùm non poſſint contraria ſimul eſſe vera.*

IN SEPTIMO.

C. *INTER APOSTOLICAS UNIC. h. t. Gregorius XIII. confirmat decretalem Nicolai III.* in c. contingit. 1. h. t. in 6. *& declarat, iuramentum impoſſibilium, & illicitorum inane, illudque proptereà prohibet ſub pœna excommunicationis reſervata ſoli Romano Pontifici, & inſuper ſtatuit, ut qui talia iuramenta ſcienter præſtiterint uſu, & commodo rei, cuius gratiâ iuraverint, eo ipſo ſint privati.*

IN CLEMENTINIS.

C. *ROMANI UNIC. h. t. declarat Pontifex, Reges Romanorum ſuccedentes in Imperio debere fidelitatem iurare eccleſiæ Romanæ, ut fuit iuramentum Henrici, & ſucceſſorum. Verùm id ad praxin communem iuris canonici non videtur ſpectare.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

De Juramento, eiúsque quidditate, conditionibus, & ſpeciebus.

1 CUm per jnsjurandum delatum, ac relatum, ſive à parte parti, ſive à Iudice, rei dubiæ plurimum adferatur firmitatis; ideo in defectum aliarum probationum frequenter in iudicio ad juramentum recurritur, eò qnia ſit maximum expediendarum litium remedium, ut deſumitur ex *l. 1. de jurejur.* Hinc cum egerimus in præcedantibus titulis de probationibus, in genere, & in ſpecie; operæ pratium eſt hic agere de juramento, quod frequenter ſolet in iudicio adhiberi.

2 Dicitur juramentum à iure, eò quia ſit inſtar iuris habendum, quapropter à latinis vocatur jusjurandum: definitur iuramentum: *atteſtatio divini Nominis, ſeu invocatio divini teſtimonij ad fidem faciendam, vel promiſſionem firmandam*: hinc ad eſſentiam inramenti duo requiruntur, intentio jurandi, ſeu faciendi Deum teſtem, & ipſa locutio, quâ Deus vocarur in teſtimonium: & hæc duo adeo ſunt de eſſentia juramenti, ut ſi alterum deſit, ratio juramenti corruat. Hinc vulgares illæ formulæ jurandi: *in rei veritate. per fidem meam. in fide mea. per meum honorem. fide boni viri. in bona fide. in conſcientia. per meam conſcientiam. ut Chriſtianus ſum. in fide viri nobilis*, non ſunt juramenta propriè, quia per has loquendi formulas homines non intendunt iurare, ſed ſolùm ſignificare ſe loqui ex virtute ſidei, vel veritatis, quam vir probus, & nobilis in dictis, & promiſſis ſuis debet adhibere, adeo ut ſi fallat, non habeatur verax, & fidelis. Cæterum ſi per fidem intelligeretur fides catholica eſſet iuramentum, quia tunc cenſeretur author fidei catholicæ adduci in teſtem. In iſtis autem verbis *coram Deo loquor. Deo loquor. Deus ſcit ita eſſe. Deus videt, me vera dicere. Deus videt conſcientiam meam* cenſetur eſſe juramentum, ſi accipiantur prout vulgò accipi ſolent invocativè intendendo Deum inducere in teſtem illius, quod narratur: ſi tamen, qui talia verba proferret, iurare non intenderet, ſed tantùm ea profferre per modum narrationis, & tantùm intenderet affirmaré, Deum hæc omnia ſcire, intueri absque intentione illum invocandi, ex defectu huius intentionis præfatæ formulæ non ſunt iuramentum: cæterum, ſi proferantur à viris, qui jurare conſueverint, præſumuntur eſſe juramenta, niſi aliter conſtet de animo iurantis.

3 Qui verò iurat per falſos Deos, non emittit verum iuramentum, quod obliget, niſi ex conſcientia erronea: quia falſis Numinibus nulla eſt debita reverentia: hinc ſi quis iuraret per Iovem, quem ſciret non dari, non peccaret lethaliter, quia cenſeretur potius jocari, quàm iurare: quòd ſi iuramentum ſeriò fieret, procul dubio eſſet peccatum lethale, & Blaſphemia; perinde ac eſt lethale peccatum iurare per dæmonem ſive iuramentum ſit conteſtatoriũ, ſive exeeratorium, quia honor Dei tunc tribuitur Diabolo. Si quis verò dicat *per Deum*, & non intendat Deum invocare in teſtem, nec aliquid confirmare non emittit verum juramentum; ſed potiùs intendit malum imprecari.

4 Sufficit ad iuramentum tacita Dei invocatio, quia Deus per tacitam invocationem adducitur in teſtem, ut cum quis rogatus, ut iuret, manu tangit crucem, vel librum evangeliorum, vel quid aliud præſtat, quo ſe iurare oſtendit; ut ſi ſubſcribat aliquod chirographum, in quo continetur iuramentum. Rurſus tacita Dei invocatio, habetur, quando iuramentum ſit per creaturas; in quibus ſpecialiter relucet Dei bonitas, ut ſi ſiat per ſanctos, per animam rationalem, per res ſacras; quia tunc non creaturas, ſed Deum volumus nobis teſtem eſſe, qui ſpeciali modo reſidet in iisdem creaturis; & ſtatuitur ſignum pro ſignato; continens pro contento; creatura pro creatore.

5 Tripliciter poteſt creatura in teſtem adduci. Primò, ut teſtis infallibilis veritatis, & hoc pacto adducere creaturam in teſtem eſt blaſphemia; quia tribuitur creaturæ veritas infallibilis propria ſolius Dei: non tamen jurans præſumitur velle hoc modo iurare, niſi ex indiciis præſumatur. Secundò poteſt creatura adduci in teſtem, quatenus in ea relucet Deus, vel prout creatura ordinatur ad Deum, vel quatenus in eadem Deus honoratur; & hoc pacto adducens creaturam in teſtem emittit verum iuramentum. Tertiò poteſt creatura adduci in teſtem ratione dignitatis, quæ illi ineſt, non per ordinem ad Deum; ut cum quis iurat per propriam ſuam conſcientiam, per aërem, per aquam, per fructus terræ; & tunc non emittitur verum iuramentum, quia tantùm confirmatur dictum per creaturas, ut per res humanas.

6 Cæterum ad iuramentum non requiruntur verba determinata, ſed ſufficit ſi quis Deum adducat in teſtem per quæcunque verba, dummodo adſit intentio iurandi; alioquin ſi proferens verbum *iuro* non intendat iurare; vel addat aliquid, quod diſtrahat verbum à propria ſignificatione, propriè non dicitur iurare; nec invocare Deum in teſtem. Alioquin, qui aliquid affirmat, vel negat eſſe verum cum vero iuramento: vel ſe aliquid facturum cum iuramento promittit, Deum adducit in teſtem illius veritatis, aut promiſſionis; hinc qui falſum iurat, quantum in ſe eſt facit, ut Deus approbet falſum, perinde, ac qui dicit, Deus ſit mihi fautor, ſocius, adiutor huius criminis, tunc enim affectu, & quantum in ſe eſt, facit Deum cooperatorem delicti.

Ad

Ad juramentum, ut licitum ſit, tres requiruntur conditiones, veritas, judicium, & juſtitia, quæ ſignificantur Jerem. 4. *Jurabit dicit Dominus in veritate, & in judicio, & in juſtitia.* & deſumitur *ex c. Etſi Chriſtus 26. h. t.* ubi expreſſe habetur, quod juramentum cum veritate, judicio, & juſtitia emiſſum ſit licitum. Veritas requiſita ad juramentum in hoc conſiſtit, quòd jurans non levi, ſed probabili conjectura, & prudenter arbitretur, verum eſſe quod juramento confirmat; quia ſi jurans arbitretur, non eſſe verum quod jurat, peccat mortaliter peccato perjurii, niſi ob indeliberationem excuſetur; vel ob levem negligentiam in cognoſcenda veritate, ut docet D. Thomas *quæſt. 89. art. 3.* In omni materia etiam levi juramentum aſſertorium ſemper eſt peccatum lethale, ſi jurans credit, non eſſe verum, quod aſſerit ut verum, tametſi juret ex bono, & neceſſario fine, vel ex timore, vel ex joco; quia eſt ſemper intrinſecè malum adducere Deum in teſtem mendacii.

8 Peccat itidem qui rem dubiam jurat ut certam; ut etiam qui rem certam ut dubiam: non tamen eſt perjurus, qui rem dubiam jurat, eſſe dubiam. Hinc minus malum ab illo committitur, qui jurat, ſe facturum peccatum aliquod veniale cum animo illud faciendi; quam qui jurat ſine intentione non committendi tale peccatum veniale: quia jurans cum animo peccandi venialiter, non niſi venialiter peccat; qui verò jurat ſine intentione committendi peccatum veniale, quod jurat ſe commiſſurum peccat lethaliter, defectu veritatis primariò requiſitæ in juramento. Diligentia adhibenda ab eo qui jurat ad cognoſcendam rei veritatem, ut excuſetur à peccato, debet eſſe tanta, quantam materia, ſupra quam cadit juramentum videtur exigere. In juramento promiſſorio duplex requiritur veritas; una *intentionis*, ſeu veritas dicti, & altera *executionis*; ſeu veritas facti; quia perjurium committitur non tantùm ſi jurans non ſervet, quod juramento promittit: ſed etiam ſi cùm emiſit juramentum non habuit intentionem exequendi quod juravit; quia tunc defuit veritas.

9 Judicium in juramento requiſitum in eo conſiſtit, ut juramentum fiat cum neceſſitate, ac debita Deo reverentia; adeout ſi emittatur circa rem levem, abſque urgente neceſſitate, committatur peccatum ex defectu judicii, quod tamen peccatum plures cenſent eſſe tantùm veniale ſecluſo contemptu: rurſus judicium dicit plenam advertentiam, & deliberationem: hinc fortaſſis à perjurio interdum excuſantur, qui conſuetudinem contraxerunt jurandi; & quandòque præcipitanter, ac inadvertenter falſum aliquod ſine advertentia juramento confirmant. Pueri nondum ſeptennes, ſeu ante annos diſcretionis validum juramentum nequeunt emittere: poſt annos verò diſcretionis verum præſtant juramentum, argumento *c. 1. de Delict. puer.* in judicio tamen propter judiciorum ſolemnitatem ante annos pubertatis ad jurandum non ſunt compellendi *c. pueri 22. q. 5.*

10 Tertia juramenti conditio eſt juſtitia in eo ſita, ut juramentum non fiat de re illicita; quia inferretur gravis injuria Deo, ſi adduceretur in teſtem rei illicitæ, & materia levi et gravis: ſiquidem juramentum non debet eſſe vinculū iniquitatis *c. quanto 18. h. t.* hinc quoties aliquid ſub juramento promittitur, ſi ſit intrinſecè malum, & abſque peccato fieri nequit, juramentum non obligat: ut ſi quis ob injuriam ſibi illatam juret hominem occidere, vel ſi abjuretur aliquod opus bonum, ut ponitur exemplum *in c. cum quidam 12. §. illi verò h. t.* de illis qui juràrunt non ſuccurrere parentibus, nec fratribus, vel ſororibus, nec illis ſubſidia exhibere humanitatis. Hac ratione juramentum de non mutuando, vel fidejubendo, eò quia adverſetur charitati debitæ proximo non eſſe obligatorium docet Abbas *in c. ſi verò h. t.* ut etiam ex defectu juſtitiæ non habet vim obligandi juramentum emiſſum contra jus publicum, & communem utilitatem; hinc ſi Judex juret, non punire ſine accuſatore crimen etiam manifeſtum *c. ad noſtram 21. h. t.* tale juramentum non obligat, ut nec etiam ſi clericus juret ſe velle apud laicum Judicem litem promovere *c. ſi diligenti 12. de for. compet.*

Debet tamen jus publicum directè tendere ad utilitatem publicam: quia ſi directè reſpiciat commodum privatorum, & tantùm conſequenter bonum publicum, tunc valet juramentum in contrarium præſtitum. Hinc pro Mulierum utilitate jure conſtitutum eſt, quòd dotes Mulierum non poſſint alienari, quamvis ipſæ conſenſerint: at ſi mulieres juraverint ſe non revocaturas alienationem rei dotalis, ſervandum eſt jusjurandum *c. cùm contingat 28. h. t.* 11

Rurſus quamvis futuræ hæreditati renunciari nequeat, valet nihilominus renunciatio, ſi filia accepta dote ſub juramento paternæ renunciat hæreditati *c. 2. de pact. num. 6* ratio generalis eſt, quia omne juramentum regulariter, ſi ſervari poſſit abſque diſpendio ſalutis, ſervandum eſt, ut habetur *in d. c. cùm contingat 28. h. t.* qua ratione qui promiſit, cum juramento ſe uſuras ſoluturum debat juramentum ſervare; quia verò alter abſque peccato nequit uſuras accipere, ideo ſolvens poſt impletum juramentum eas iterum repetere poterit, ut deſumitur *ex c. debitores 6. h. t.* ubi Alexander III. ait quòd qui ſe obligavit ad ſolvendas uſuras non debeat cogi niſi juraverit, & tunc poſt impletum juramentum, ſeu ſolutis uſuris, uſurarii ſunt compellendi cenſuris eccleſiaſticis ad reſtituendas acceptas uſuras, quia ut notat Gloſſa, quamvis principale non teneat, acceſſorium tamen tenet: promiſſio enim ſolvendi uſuras, quod eſt principale non tenet; ſed juramentum quod eſt acceſſorium tenet *c. dilecti de for. compet.* 12

Rurſus ad juſtitiam juramenti requiritur, ut non ſit in præjudicium tertii; quia res inter alios acta aliis obeſſe non debet. Hinc Prælatus eccleſiaſticus invalidè juraret, ſe nolle repetere bona Eccleſiæ ablata, aut quodcunque aliud contra ejus utilitatem agere *c. ſicut 27. h. t.* ubi habetur, quòd juramenta, quæ fiunt contra utilitatem Eccleſiaſticam non teneant, ſed ſint perjuria, & pro his injungenda ſit pœnitentia. Hæc autem hactenus expenſa de juſtitia juramenti locum præſertim habent in juramento promiſſo- 13

rio; quia in aſſertorio non ſemper eſt neceſſe ut materia ſit honeſta, & juſta: quia per ſe non eſt indecens adducere Deum in teſtem alicujus facti turpis, ſi ita utilitas publica exigat, vel magna aliqua cauſa requirat: qua ratione teſtes ſuper homicidio producti, vel ſuper alio graviſſimo crimine licitè jurant, tametſi de re turpi teſtimonium perhibeant. Cæterum in juramento aſſertorio poteſt etiam injuſtitia committi, ut ſi quis ſub juramento accepit ſecretum proximi de illo non manifeſtando; injuſtè illud manifeſtaret, cùm ſub juramento teneretur illud celare.

14 Quod verò ad juramenti partitionem attinet, quadruplex eſt juramentum, *Aſſertorium*, in quo aliquid præſens, vel præteritum affirmatur, aut negatur. *Promiſſorium*, in quo aliquid jurejurando promittitur. *Comminatorium*, in quo promittitur malum pœnæ. *Execratorium*, in quo aliquid ſive promittendo, ſive aſſerendo, affirmatur, vel negatur, apponendo ſibi pœnam. Juramentum aſſertorium eſt, ſi dicam; juro me in Deum credere; juro me Titium non occidiſſe, per primum enim affirmatur res de præſenti; per ſecundum negatur res de præterito: de futuris autem contingentibus, cùm ordinariè non habeatur certa cognitio, nimis temerarium eſſet de illis aſſertivè jurare. Juramentum promiſſorium, quo promittimus aliquid daturos, vel facturos, aut non facturos confirmat dictum de futuro, ut ſi quis juret ſe eleemoſynam daturum pauperibus

15 Juvat tamen obſervare, quòd in omni juramento promiſſorio neceſſariò includitur etiam aſſertorium; ſiquidem jurans ſe aliquid daturum, vel facturum, eo ipſo affirmat, & jurat ſe habere de præſenti voluntatem; ſeu propoſitum dandi, vel faciendi id, quod jurans promittit, alioqnin pejeraret; & quod re ipſa daturus, & facturus ſit, quod juravit ſe daturum, vel facturum. Hinc in jurata promiſſione de futuro duo virtualiter, & implicitè affirmantur ſub juramento, unum de præſenti, & eſt ipſa voluntas promittendi cum propoſito implendi promiſſum, & ratione hujus juramentum dicitur aſſertorium: alterum de futuro, & eſt impletio promiſſi, & ſub hac ratione eſt juramentum promiſſorium. Ad juramentum promiſſorium revocari ſolet juramentum fidelitatis, quo quia fidem ſuam alicui obſtringit; tale eſt juramentum fidelitatis, & obedientiæ, quod Epiſcopi in ſua ordinatione præſtant Romano Pontifici, cujus forma ponitur *in c. ego 4. h. t.*

16 Mares ante 14. annum, & puellæ ante 12. ex præſcripto juris non admittuntur ad juramentum ſolemne in judicio in cauſis civilibus, quia non habent ſufficientem uſum rationis, ſeu non cenſentur habere maturum judicium ad jurandum cum debita reverentia. Hinc non poſſunt à Judice cogi ad jurandum. In criminalibus neque admittuntur minores 20. annis; quòd ſi ſpontè ſe offerant ad jurandum non deſunt juris periti, qui cenſeant poſſe admitti, dummodo ſint doli capaces, & in eis judicium ſufficiens vigeat. Communior tamen ſententia aſſerit, tales non eſſe admittendos, eò quia præſumantur non habere ſufficiens judicium ad jurandum in judicio. Quòd ſi minores dicta ætate admittantur, quamvis non faciant plenam fidem, faciunt tamen præſumptionem ſufficientem ad torturam. Arcentur etiam à juramento emittendo in judicio perjuri, hoc eſt, qui in judicio convicti condemnati fuerunt tanquam perjuri, quia iſti præſumuntur pejeraturi, eò quia aliàs deprahenſi fuerint pejeràſſe. Repelluntur etiam à juramento emittendo in judicio ſine gravi cauſa, & neceſſitate ſacerdotes, & Prælati; Clerici itidem prohibentur jurare coram Judice ſæculari ſine licentia Epiſcopi *c. pervenit 2. h. t. c. ſi quis 22. q. 5.*

Cæterum juramentum præſtari poteſt per Nuntium, vel Procuratorem, dummodo Procurator habeat ſpeciale mandatum ad jurandum; & actus ſit talis, qui poſſit per procuratorem præſtari, & lex proprium jusjurandum non requirat, ſeu non præſcribat, ut quis propria manu, & ore juret: Et quando quis jurat per nuntium, vel procuratorem tunc ille, cujus nomine præſtatur juramentum, obligatur juramento; non verò nuntius, vel Procurator. 17

In cauſa juſta, & neceſſaria juramentum etiam licitè poteſt exigi ab eo, qui creditur pejeraturus, ut docet D. Thomas *2. 2. q. 98. art. 4.* Suarez *lib. 3. c. 14. num. 16.* Leſſius *c. 42. dub. 10.* quia tunc non petitur, nec intenditur perjurium, ſed ſolum juramentum, quod alter poteſt licitè emittere ſine mendacio; quapropter ſi pars id exigat, vel alias ratio officii poſtulet, ut cum adducuntur teſtes, vel proceditur viâ inquiſitionis, poteſt Judex tale juramentum exigere. Ut etiam ſi cauſam alterius quis agat, & ratio officii ſui poſtulet, ut ab adverſario jusjurandum petat. Ut etiam ſi quis ſperet jurantem ob reverentiam Numinis non auſurum pejerare. 18

Extra hos caſus fas non eſt tale juramentum exigere, quia quantum in nobis eſt tenemur tantam Dei injuriam, & peccatum proximi impedire, adeo ut, ſi quis ſine juſta cauſa juramentum petat ab eo, quem probabiliter credit pejeraturum peccat mortaliter, tametſi pejerans paratus eſſet ad pejerandum: in dubio autem an alter ſit pejeraturus, probabile eſt, eum, qui petit juramentum per ſe loquendo non peccare, quia in dubio non debemus præſumere alterum velle peccare, dummodo non petatur, ut reus juret falſum, & aliàs adſit juſta cauſa petendi juramentum, ut neceſſitas, vel magna utilitas: quia tunc non tenetur quis abſtinere à petendo actum cum gravi ſuo damno, & quem quia benè, & malè præſtare poteſt, quamvis ex ſua malitia ſit malè præſtiturus, ut explicat D. Auguſtinus. 19

Formulæ jurandi aliæ ſunt, de quibus non dubitant authores, eas habere jurisjurandi vim, & rationem; & aliæ, de quibus ambigitur, an contineant jusjurandum; & aliæ quæ ſunt cum maledicto in Deum, ſeu cum blaſphemia conjunctæ. Formulæ certæ, & quæ verum jusjurandum continent, ſunt illæ, quibus aliquid aſſerimus, negamus, aut promittimus adducentes expreſsè, vel tacitè Dei teſtimonium; 20

ut

Digitized by Google

ut etiam illæ loquendi formulæ, qoibus aliquid affirmamus cum particula *per*, aut *in*; ſiquidem juxta ſcripturæ uſitatam phraſin jurare in nomine alicujus, perinde eſt, ac jurare per nomen illius, hinc jurare in veritate, in judicio, & juſtitia eſt idem, ac jurare pro re vera, juſta, & ſeria. Formulæ continentes verum juramentum ſunt, teſtor, ſeu teſtificor Deum. Teſtem advoco Deum. Per Deum juro. Deus ſit mihi teſtis. Vivit Deus, aut vivit anima mea. Per Evangelium, Per crucem. Per ſanctos, per cælum, per animam, vitam, & ſalutem meam juro. Per Sancti Perri caput, veſtem, vel Templum, Vel ita me Deus amet, juvet, ſervet, liberet. Formulæ de quibos dubitatur, an contineant jusiurandum ſunt, Deus ſcit, Deus videt, vel audit, me verum aſſerere. Teſtor, vel dico coram Deo, rurſus in anima mea, in vita, ſalute, conſcientia mea, in fide mea, in fide boni, ingenui, aut Chriſtiani Viri, & aliæ iis ſimiles, quæ formulæ jurisiurandi rationem habent apud illos, qui ita iurare conſueverunt, & apud quos in more eſt, ut accipiantur tanquam modi loquendi habentes vim iurisiurandi, ut etiam ſi illa quæ his formulis continenter adducantur in teſtimonium tanquam res, in quibus Deus honoratur, & colitur, ut author omnis veritatis. Quòd ſi nihil horum adſuerit, communior ſententia eſt, prædictas formas non habere rationem jurisiurandi, ſi tantùm per modum enunciationis dicantur: ſecus ſi per modum invocationis proferantur, ut ſcribit S. Auguſtinus *Epiſt.* 89. quæ eſt ad Hilarium.

§. II.

De iuramentis in proceſſu iudiciario intervenientibus.

1 IUramentum iudiciarium dicitur litis deciſivum, quod partibus in iudicio ad lites decidendas defertur; & tres aſſignantur hujus juramenti ſpecies, ſcilicet juramentum voluntarium, judiciale, neceſſarium. Voluntarium dicitur, quòd à parte parti in iudicio defertur, & poteſt ſimpliciter recuſari, non minus ac ſi deferatur extra iudicium. Judiciale ſpecificè ſumptum dicitur, quod à parte parti defertur in iudicio Judice approbante, ſeu eius authoritate interveniente. Neceſſarium eſt, quod ob inopiam, ſeu defectum plenæ probationis alterutri parti litigantium per Judicem ſive ex officio, ſive ad inſtantiam alterius partis defertur; adeo ut dicatur etiam iuramentum ſuppletorium. Plura alia in proceſſu iudiciario interveniunt iuramenta, cuiuſmodi ſunt iuramentum calumniæ, & malitiæ, & de veritate dicenda; ſed quia de ipſis in præcedentibus diximus, ideo ſupereſt hic de aliis agere, quæ pertinent tam ad præparatoria cauſæ, quàm ad deciſionem eiusdem.

2 Juramentum pertinens ad præparatoria cauſæ eſt ſpecies iuramenti promiſſorii, & vocari ſolet cautio iuratoria, eſt enim ſtylo tribunalium receptum, ut partes ab initio litis ſoleant à ſe invicem cautionem exigere, nimirum quòd velint in judicio usque ad finem perſiſtere, & iudicatum ſolvere, ſeu ſententiam Judicis exequi, ne iudicium reddatur eluſorium. Vocari ſolet hæc cautio iuratoria ſatisdatio, de qua habetur totus titulus *in ff.* qui inſcribitur de ſatisdatione, & ordinariè per fideiuſſores fieri debet, niſi aliquis bona immobilia poſſideret, quæ ſufficiant ſimplici promiſſione cavere. Quòd ſi pars litigans, nec fidejuſſores reperire poſſit, nec bona poſſideat immobilia, idque iuramento, tunc ad cautionem iuratoriam admittitur *novell.* 112. *c.* 2. *& novell.* 134. *c.* 3. Quòd ſi reus ſit de fuga ſuſpectus, tunc juxta praxim communem ſola cautio iuratoria non admittitur; ſed pro majori ſecuritate arreſtum decernitur.

Quoad illa iuramenta, quæ ad cauſæ pertinent deciſionem in tres ſolent ſpecies partiri, ſcilicet in iuramentum voluntarium, iudiciale, & neceſſarium, quod & ſuppletorium dicitur, ut deſumitur *ex rubrica h. t.* quæ *in ff.* inſcribitur de iureiurando ſive voluntario, ſive neceſſario, ſive iudiciali, & quamvis alii coarctent ad duas ſolas ſpecies præfata iuramenta, ſcilicet ad voluntarium, & neceſſarium; eò quia iuramentum iudiciale ſit etiam ipſum voluntarium, nihilominus non puto recedendum à communi ſententia, quia tametſi iuramentum voluntarium, & iudiciale conveniant in ratione genetica voluntarii, in ſpecie tamen notabiles continent diſferentias. 3

Hinc iuramentum voluntarium propriè dicitur, quod pars parti extra iudicium defert ſub ea conditione, ut ſi iurare velit absque alio proceſſu, aut lite intentum obtineat. Plerumque contingit litigantes aliis probationibus deſtitui, & metu expenſarum niti ad finem controverſiæ unanimi conſenſu properare, quod fit per delationem iuramenti, quod maximum expediendarum litium dicitur eſſe remedium: ut ſi Titius dicat, quòd parens ſuus defunctus mutuaverit Caio centum aureos; & aſſerat, Caium nondum mutuatam ſibi pecuniam reſtituiſſe. Tunc ſi Caius abſolutè neget, ſe accepiſſe mutuos centum illos aureos, & Titius probare non poſſit; vel quia nullum exſtet chirographum, vel quia teſtes; qui interfuerunt, jam deceſſerint, Titius defert Caio iuramentum, ut iuret, ſe mutuos non accepiſſe centum illos aureos: ſi Caius iuret, non ampliùs ab ipſo quæritur de debito, ſed tantùm de iuramento, nimirum an fuerit præſtitum ſub ea lege, & conditione, qua delatum eſt *l. non erit.* 5. §. 2. *ff. eod. tit.* 4

Quòd ſi non abſolutè neget ſe accepiſſe mutuum, ſed excipiendo dicat, ſe jam ſoluiſſe, tum non debet Titius incautè procedere, nec ipſi deferre iuramentum, quia huius exceptionis affirmativa probatio ſactæ ſolutionis non Titio, ſed Caio incumbit, cùm enim confiteatur ſe mutuum accepiſſe, & excipiens dicat, ſe jam ſoluiſſe, onus probandi ſolutionem incumbit ipſi Caio debitori, quia gratis aſſeritur aliquid ſi non probetur. 5

Juramentum iudiciale eodem pacto à parte defertur parti in defectu aliarum probationum, & ad differentiam iuramenti neceſſarii. Dicitur iuramentum iudiciale etiam voluntarium, eò quia non niſi à parte volente deferatur: & etiam 6

quia

quia is, cui defertur electionem habet illud præſtandi, vel referendi adverſario. Differt autem iuramentum iudiciale à voluntario propriè, & ſpecificè ſumpto, quia iuramentum voluntarium, nonniſi extra iudicium defertur, & à partibus ſibi invicem: ſecus iudiciale iuramentum nonniſi in iudicio *argum. l. jusjurandum 17. §. h. t.* Rurſus pars cui defertur iuramentum voluntarium non eſt neceſſe, illud ſubeat, nec compellitur ad illud emittendum, ſi malit per viam iuris procedere; & in iudicio litigare: datur enim optio emittendi iuramentum, vel litem inſtituendi *l. jusjurandum 17. ff. h. t.* ſecus cui defertur iuramentum iudiciale debet illud vel ſubire, vel adverſario referre, ut ipſe juret, ſcilicet quod mutuum dederit: ſiquidem turpitudini vertitur nolle, nec iurare, nec iuramentum referre, & licèt Gloſſa *in l. manifeſtè 38.* cenſeat de iure novo liberum eſſe parti recuſare iuramentum etiam iudiciale per textum *in l. generaliter 12. C. de reb. credit.*

7 Nihilominus alii probabiliùs aſſerunt, textum illum procedere ex juſta recuſationis cauſa, quæ ſubſit: juſtæ autem cauſæ recuſandi iuramenti plures recenſentur. Primò ſi is, cui defertur iuramentum veritatis, ac rei geſtæ ſit ignarus, vel probabilem oblivionem alleget, ſiquidem hoc iuramentum eſt veritatis. Secundò ſi materia, ſeu actio ſit talis, quâ non poſſit quis conveniri. Tertiò ſi actor plenè probaverit intentionem ſuam juxta *c. 2. de probat.* ubi reprobatur conſuetudo, vi cuius actor, qui plenè probavit compellitur iurare; qui enim de iure ſuo ſufficienter edocuit, non eſt compellendus ad iurandum, quia ad iuramentum non debet recurri, niſi in defectum, & ſupplementum probationis. Quartò ex parte Rei non tenetur is iurare, ſed abſolvendus eſt, ſi actor nil probavit.

8. Cæterum ſi à recenſitis caſibus præſcindamos, quoties Judex parti litiganti ſive reo, ſive actori ex officio defert iuramentum litis deciſivum, tenetur pars tale iuramentum emittere; adeo ut is, cui delatum eſt, compellatur iurare, ut deſumitur *ex l. generaliter 12.* juncta Gloſſa *V. referatur*, & *ex c. iuramentum 36. h. t.* ubi habetur, quòd nemo ſine iuſta cauſa poſſit recuſare iuramentum à Judice delatum. Ratio eſt, quia iuramentum eſt maximum remedium litium expediendarum *l. 1. ff. de jurejur.* proinde ubi deficiunt probationes, poteſt a Judice ex officio deferri parti litiganti ſive actori, ſive reo *l. in bonæ fidei 3 C. de reb. cred. & jurejur.* ubi dicitur quòd ubi deficiunt probationes poſſit per Judicem iureiurando cauſâ cognitâ lis definiri: ſiquidem cùm in iudicio perſæpe non ius, ſed ipſa probatio deficiat, ideo à iure ſtatutum eſt, ut ſi neque per teſtes, neque per inſtrumenta, neque per præſumptiones, aut coniecturas res controverſa in iudicium deducta ſufficienter poſſit probari, remedium adhibeatur iuramentum exhibendi à parte; adeo ut ſive actori, ſive reo incumbat onus probandi, concedatur utrique facultas deferendi iuramentum ſuo adverſario, vel delatum referendi, ut deſumitur *ex d. l. manifeſtè 38. ff. h. t.* Sin verò pars parti iuramentum litis deciſivum in iudicio deferat poteſt à parte ſimpliciter recuſari, vel etiam referri: ſiquidem una pars litigans nullam habet in alteram poteſtatem; proinde non poteſt una alteram compellere ad acceptandum iuramentum ipſi delatum, conſequenter pars, cui defertur, poteſt illud recuſare; immo & illud referre deferenti: ſiquidem æquum eſt, ut hic patiatur legem, quam ipſe tulit *c. cùm omnes 6. de conſtit.* hinc tale iuramentum dicitur voluntarium eò quia proficiſcatur ex pactione, ſeu conventione ipſorum litigantium *l. 1. & l. qui juràſſe 36. §. ult. ff. h. t.* Sin verò iuramentum à parte parti delatum referatur, neceſſariò præſtandum erit à parte, quæ illud detulit, alioquin ſuper principali cauſâ non deberet ulteriùs audiri: ſiquidem non debet diſplicere conditio iurandi ei, qui priùs iuramentum detulit *l. jurisjurandi 34. §. datur ff. h. t.*

Id tamen ſuas patitur exceptiones; & pri- 9
mò niſi iuramentum in iudicio a parte parti deferatur approbante Judice, & tale iuramentum ſit quodammodo neceſſarium, quia tunc cenſetur ipſe Judex illud deferre. Præterea quia is, cui delatum eſt iuramentum debet, vel iurare ſtante Judicis approbatione, vel iuramentum referre *l. generaliter §. ſed juramento C. de reb. credit.* Cæterum ſi reus detrectet iurare, & nolit iuramentum referre, habetur pro confeſſo *l. 38. ff. eod.* ubi dicitur eſſe manifeſtæ turpitudinis, & confeſſionis nolle iurare, neque iusiurandum referre: quòd ſi actor iurare nolit, nec referre iuramentum, quia tunc cenſetur nil probare, reus abſolvendus eſt, ut deſumitur *ex c. iuramentum 36. h. t.* Excipitur etiam niſi reus, cui iuramentum ex approbatione Judicis delatum eſt, paratus ſit per teſtes, vel alias idoneas probationes propriam demonſtrare innocentiam; tunc enim reus non debet compelli ad emittendum iuramentum. Excipitur itidem ſi actor, quia factum alienum probare plenè non poteſt ob inopiam alterius probationis, iuramentum deferat in iudicio; tunc ſi reus viciſſim actori illud velit referre, nec tenetur ipſe reus tunc iurare, quòd ſi non referat in actorem iuramentum, cogi debet à Judice ad iurandum, & ſi nolit, habetur pro confeſſo. Sunt tamen qui fortaſſis probabiliùs aſſerunt, actorem non potentem plenè probare factum alienum, licitè recuſare iuramentum ſibi à reo relatum præſtare, idque ob periculum periurii, ſi iuret de facto alieno, ut deſumitur *ex l. Marcellus 11. §. ult. ff. de action. rer. amotar.*

In actione famoſa nimirum infamante, ut 10
furti clandeſtini, ioramentum ſi ab actore reo deferatur non poteſt hic illud licitè referre, & deſumitur *ex d. c. juramentum 36. h. t.* & rationem aſſignat Abbas *ibid. num. 17.* quia in ſimilibus cauſis reus meliùs plerumque ſcit veritatem, quàm actor.

Hodie tamen non tenetnr pars in iudicio 11
ſubire iuramentum delatum, quin priùs à Judice approbetur, quia Imperator *in l. generaliter in fin.* expreſsè dicit, ſe nihil derogare antiquioribus legibus, ſed tantùm ſupplere, quod eis deeſſe videtur. An verò reus compellatur iura-

men-

mentum ſubire, ſi actor ſtatim in principio litis nulla alia probatione inſtructus illud ipſi deferat? negant plures cum Panormitano *in c. fin. h. t.* eò quia actore non probante reus ſit abſolvendus, tametſi nil præſtiterit, & deſumitur *ex d. c. fin. §. ſanè, & l. 4. C. de edend.* Verùm alii fortaſſis probabiliùs affirmant cum Fachinæo *lib. 1. controverſ. c. 19. argum. l. Tutor. ff. h. t.* ubi dicitur, quòd ſi tutor pupilli omnibus aliis probationibus deficientibus juſjurandum deferat, ſit audiendus. Tum quia in *l. generaliter C. de reb. credit.* non diſtinguitur, utrum deferens aliquid probaverit, nec ne, proinde nec nos debemus diſtinguere. Ad fundamentum, quo nititur contraria ſententia, nimirum actore non probante reum eſſe abſolvendum, reſpondent, eſſe verum in eo ſenſu, quòd arma non debeant ſumi ex armamentario ipſius Rei, proinde licèt ipſe reus nihil teneatur probare; non tamen inde eximitur, quin juramentum delatum præſtare debeat, vel referre: quia ſi habet bonam cauſam, non eſt, quòd juramentum recuſet: ſi verò malam, iniquè petit abſolvi: utraque tamen ſententia probabilis eſt, & habet ſuos fautores.

12 Quæri ſolet, an juramentum judiciale propter perjurium poſſit retractari? Reſpondetur, juramentum neceſſarium poſſe retractari, ſi is, contra quem juratum eſt per inſtrumenta recens reperta, vel alias probationes paratus ſit demonſtrare, jurantem pejeraſſe, & deſumitur ex textu *in l. 31. ff. h. t.* Cæterum juramentum voluntarium, & judiciale non aliter ob perjurium retractari poteſt, quàm ſi ſub ea conditione, & lege delatum ſit, ut detecto perjurio retractaretur, ut conſtat *ex l. 1. C. de reb. credit. l. non erit §. §. 2.* quia juramentum judiciale continet ſpeciem tranſactionis, & ſibi imputare debet, qui adverſarium in propria cauſa teſtem, & Judicem conſtituit. Nihilominus videtur æquitati magis conſonum, ut ſi aliquis poſſet per probationes ſtatim paratas, & quæ non requirunt altiorem indaginem, vel longiorem dilationem falſitatem juramenti judicialis evincere, ſit audiendus, & deſumitur *ex l. fin. C. de reb. cred.* ubi Imperator generaliter ſtatuit, neminem poſſe ex perjurio etiam in juramento judiciali commiſſo lucrum reportare.

13 An verò in cauſa dubia ob defectum probationum poſſit Judex juramentum deferre reo ad ſui purgationem, vel etiam actori debeat in ſupplementum probationis illud deferre. Reſpondetur circa actorem nullam poſſe certam regulam generalem tradi, ſed Judex debet id prudenter ex circumſtantiis arbitrari. Reo autem ad ſui purgationem, ſeu ad oſtendendam propriam innocentiam poteſt juramentum deferri, & deſumitur *ex cap. juramentum 16. h. t.* ubi habetur, quòd ſi actor nil probet, reus ſit liberè dimittendus, quòd ſi ſit præſumptio pro actore, defertur juramentum reo ad oſtendendam ſui innocentiam; & ſi Judex conſideratis circumſtantiis perſonarum, & cauſæ judicet, deferendum juramentum actori, deferat, illi non reo: quia Rei in judicio ſunt favorabiliores *ex regula juris 115. in ff.* ſunt enim jura paratiora ad abſolvendum, quàm condemnandum *c. ex litteris de probat.* & hæc eſt ratio, cur potiùs reo ad ſe purgandum deferendum ſit juramentum, niſi ſpectatis circumſtantiis ſatius Judex arbitretur, deferendum eſſe actori. Quòd ſi actor plenè probaverit ſuam intentionem, reus condemnatur, ſicut vice verſa ſi actor nil probaverit, reus eſt abſolvendus etiam ſine juramento, ut docet Gloſſa *in l. admonendi 31. V. exacto juramento ff. h. t.*

Quòd ſi actor non niſi ſemiplenè per unum teſtem, vel quia præſumptionem tantùm probabilem pro ſe habet; & reus itidem non niſi ſemiplenè ſuam innocentiam oſtenderit, tunc ordinariè juramentum eſt reo deferendum ad ſui purgationem. 14

Ut autem juramentum deferatur in ſupplementum probationis plura requiruntur. Primò ut fiat præmiſſa cognitione cauſæ, ut liquet *ex l. in bonæ 3. C. de reb. credit.* & ad hujuſmodi cognitionem cauſæ requiritur, ut adverſarius citetur, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 108. num.* 8. 15

Secundò, ut actor ſemiplenè probaverit per unum teſtem omni exceptione majorem, vel ſaltem per vehementem præſumptionem, quæ tamen plenam probationem non faciat. 16

Tertiò, ne deferatur juramentum ignoranti rem, de qua eſt controverſia, quia jurans æquiparatur teſti, qui ſi deponat tantùm de credulitate, & non de viſu, aut alio ſenſu corporeo, nihil probat *l. teſtium 8. C. de teſtibus* hinc juramentum non defertur hæredi ſuper geſtis defuncti, quæ probabiliter præſumitur ignorare, ut notat Maſcardus *de probat. concluſ. 956. num. 61. & 62.* 17

Quartò, cui juramentum defertur non debet eſſe perſona vilis, nec infamis, nec ſuſpecta de perjurio, ſed digna, & honeſta. 18

Quintò, ut juramentum deferatur ob cauſam gravem, & magni momenti; & has omnes circumſtantias tenetur Judex conſiderare ad deferendum in judicio juramentum. Sin verò contingat, actorem plenè probâſſe intentionem ſuam in judicio per duos teſtes, & reum tantùm ſemiplenè reprobando depoſitionem duorum teſtium per unum tantùm, tunc reo non defertur juramentum in ſupplementum probationis; ratio eſt, quia plena probatio actoris præfertur contrariæ ſemiplenæ Rei, quam propterea elidit, ſiquidem in judicio is cauſam vincit, qui potiores adducit probationes, pleniùſque ſuam probat intentionem *argum. cap. licet 9. de probat.* 19

§. III.

De juramento neceſſario.

Dicitur Juramentum Neceſſarium, quod à Judice alterutri parti in ſupplementum probationis defertur *l. admonendi h. t. & l. 3. C. de reb. credit.* adeo ut denominetur neceſſarium ex eo, quòd non ex voluntate partium, ſed ex arbitrio Judicis deferatur, & quidem ex officio ob veritatem indagandam, ut notat 1

Gallius *lib. 1. obſerv. 198. n. 7.* quinimo etiam poſt concluſionem poteſt in cauſa locum habere, ut Judex, cui in cauſa non concluditur, ex officio poſſit iuramentum deferre: ſiquidem à partibus, quæ per concluſionem aliis probationibus renunciârunt, id non rectè peteretur, ut notat Fachinæus *lib. 1. c. 17.*

3 Cæterum iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis regulariter poteſt à Judice deferri reo ad petitionem actoris in quavis cauſa, ut liquet *ex l. 3. C. de reb. credit.* Excipiuntur tamen cauſæ criminales, in quibus tametſi Judex interdum deferre poſſit reo iuramentum in ſui purgationem, ſeu ad demonſtrandam ſui innocentiam; ſi tamen actor ſufficienter non probaverit crimen, tametſi ipſe reus nihil præſtiterit, nec ad ſui defenſionem probaverit, non tamen actori poteſt Judex deferre juramentum in ſupplementum probationis, ſi agatur criminaliter ad publicam vindictam, quia in hoc caſu probationes debent eſſe omnino certæ, & ipſa luce meridiana clariores *l. ult. C. de prob.* quin imò requiritur, ut ipſe reus confeſſus ſit, & convictus, alioquin condemnari non poteſt *l. qui ſententiam 16. C. de pœnis:* ſecus dicendum ſi tantùm agatur civiliter, & de privata utilitate, nec ſit actio famoſa, ut docet Clarus §. *fin. q. 63. num. 1. & 3.* ubi ait, quòd in cauſa criminali ſi agatur non ad pœnam corporalem, ſed pecuniariam injungendam poſſit deferri juramentum ſuppletorium ex communiori ſententia.

4 Alii tamen cum Menochio *de arbit. Jud. caſu 494. num. 7. & ſequent.* dicunt in cauſis criminalibus etiam quando civiliter tantùm agitur, non poſſe deferri iuramentum actori, ſi tantùm ſemiplenè probaverit, ſed ad id requiri, ut plusquam ſemiplenè probaverit, & tunc etiam relinqui arbitrio Judicis. Sed quidquid ſit de jure antiquo, hodie in judiciis criminalibus ſervatur hic ordo, ut ſi reus ſit confeſſus, & convictus condemnetur *l. qui ſententiam C. de pœn.* Quòd ſi non fuerit confeſſus, neque convictus, & multis argumentis, ac indiciis ſuſpicionem, ac opinionem ingerentibus opprimatur, ſubjiciendus ſit torturæ ad veritatem eruendam *l. 1. §. 1. ff. de quæſt.* Sin verò ob defectum legitimorum indiciorum non poſſit tormentis ſubjici, tunc reus ad iuramentum purgationis admittitur, ut communiter docent iuris periti.

5 Excipiuntur tamen cauſæ famoſæ, in quibus iuramentum ſuppletorium non poteſt actori deferri, ut nec etiam in cauſis magnis, & arduis, ut docet Gaillus *lib. 2. obſerv. 94. num. 8.* Quæ verò dicendæ ſint cauſæ magnæ, & arduæ, id decidendum relinquitur arbitrio prudentis Judicis, ut tradit Menochius *lib. 2. de arbit. Jud. caſu 72.* Quòd ſi controverſia ſit de magna quantitate, vel cauſa magna, & ardua, iuramentum poteſt admitti in ſupplementum probationis in pluribus caſibus, ut ſi actor plusquam ſemiplenè probaverit: ſi tantùm de poſſeſſione momentanea ſit quæſtio, ſiquidem hæc cenſetur eſſe exigui præiudicii; ſecus eſt de poſſeſſorio ordinario.

Rurſus qui antea de perjurio convictus fuit in alia cauſa quamvis magna, pati debet, ut contra ipſum iuretur in ſupplementum probationis, ſi alia adminicula concurrunt contra ipſum. In cauſis itidem matrimonialibus regulariter non admittitur iuramentum ſuppletorium, quia matrimonium recenſetur inter cauſas graves, & arduas, & quoad probationes æquiparatur criminali: ſiquidem reſpicit individuam illam vitæ ſocietatem, quæ quandam videtur habere ſervitutis ſpeciem, ut notat Gaillus *lib. 2. obſerv. 94. n. 6. & ſequent.* 5

Nihilominus in favorem matrimonii interdum in ſupplementum probationis defertur iuramentum actori petenti, qui ſemiplenè tantùm probavit ſuam intentionem, dummodo actor habeatur Vir probus, & timoratæ conſcientiæ, & inferiorem ſe, vel ſaltem parem, non verò ſuperiorem, & digniorem in matrimonium petat, ut notat Abbas *in c. mulier num. 6.* ſecus ſi agatur de matrimonio antea contracto diſſolvendo ob aliquod impedimentum dirimens, non poteſt in defectum plenæ probationis à Judice iuramentum deferri ipſi actori contra matrimonium; ſed plenæ tunc probationes de ipſo impedimento ſunt neceſſariæ, quod etiam dicendum eſt de matrimonio ſpirituali, ſeu profeſſione religioſa. 6

Hinc cauſæ, in quibus iuramentum ſuppletorium excluditur, plures ſunt, inter quas primò numerantur cauſæ criminales, eò quia in ipſis probationes debeant eſſe clariſſimæ, & in defectum probationum debet reus abſolvi. Ipſi tamen reo ad ſe purgandum, ſeu ad oſtendendam propriam innocentiam defertur iuramentum purgatorium præſertim de iure canonico. Rurſus cauſis criminalibus æquiparantur civiles, & valdè arduæ, præſertim ſi agatur de magna quantitate, quia tunc oritur rationabilis timor, ne homines ob lucrum quod inde poſſunt ſperare, facilè periurium committant. Rurſus nec locum habet iuramentum, quando pars cui defertur nequit teſtari de ſenſu proprio, quòd ſcilicet per ſe interſuerit actui, de quo eſt controverſia, quia hoc iuramentum eſt veritatis, non credulitatis. Cæterum an hoc iuramentum neceſſarium deferendum ſit potiùs actori, quàm reo? probabilior ſententia aſſerit, debere illi deferri, qui ſemiplenè probavit, quia hoc iuramentum defertur in ſupplementum probationis, proinde deferri debet illi, cui probatio incumbit, exceptis tamen excipientibus. 7

Solet ad iuramentum neceſſarium referri etiam iuramentum in litem, quo non ipſa cauſa, ſed quantitas rei, vel æſtimatio in iudicium deductæ probatur, ut conſtat *ex tit. ff. de in litem iurando* & defertur iuramentum in litem, præſertim propter dolum adverſarii; qui res alterius, vel rapuit, vel perdidit, & ex poſt facto conſtare non poteſt in qua quantitate, vel qualitate fuerint. Formula præſtandi hoc iuramentum, habetur *in l. ſi quando C. unde vi* ubi actor in ſpecie coram Judice deſignat res ſibi ablatas, vel dolo perditas, vel earum pretium, & ſi Judex crediderit, hanc expreſſionem 8

exor-

[illegible], eandem ad [illegible] ſummam [illegible]deratur. Poſt hanc moder[illegible]tionem actor jubetur jurare, quod non minus perdiderit, & ultra taxationem Ju[illegible]cis jurare non licet, ſed ſolùm remedium appellat[illegible]onis ſupereſt, ſi Judex [illegible]è taxaverit.

9. Cæterum Judex non ſolùm ad inſtan[illegible] partis litigantis, quæ ſemi[illegible]ple[illegible]e probavit, ſed [illegible]m ex ſuo offi[illegible]io, eoque non implorato, ſ[illegible] par[illegible] n[illegible]n petente, poteſt juramentum ſup[illegible]leti[illegible] deſerre, præſer[illegible]m in cauſis dubiis, ut deſumitur ex *c. ult. h. t. §. ſanè*, & *l. in bona 5. C. [illegible] reb. cre[illegible]it* & *l. admonendi 31. ff. h. t.* ubi [illegible]icitur, in cauſis dubiis Judices inopia probationum juramentum ſolere deferre, & ſecundum [illegible]m, qui juravit, pronunciare: ſiquidem Judices tenentur cuncta rimari, & pro veritate e[illegible]uenda [illegible]modis omnibus laborare *c. judicantem 11. cauſa 30. q. 5.*

§. IV.

De interpretatione, obligatione, & relaxatione iuramenti.

JUramentum eſſe ſtrictè interpretandum, quantum materia, circa quam verſatur, vel pacti v[illegible]rba, aut promiſſionis [illegible] per[illegible]miſerint, docent commun[illegible]ter Juriſperiti, præ[illegible]ſertim A[illegible]bas *in c. penul. num. 2. h. t.* & ratio [illegible]r ex obligatione[illegible] quam juramen[illegible]um in[illegible], ubi de obligatione agitur, ſtricta fit in[illegible]terpretatio *l. quidquid 99. ff. de V. O.* ſiquidem [illegible]era, & obligationes, cum ſint de genere odioſorum reſtring[illegible] debent juxta *Reg. Juris 15. in 6.* [illegible] ea obligatio orta ex juramento cum dependeat ex intentione jurantis, veroſimilius eſt, qu[illegible]d jurans intenderit ſe obligare, quàm minimum poterit. Neque id adverſatur favori [illegible]enti; quia hic favor in eo conſi[illegible]tit, ut [illegible] vetur; ſeu im[illegible]leatur, quod iuratum eſt, [illegible]od opti[illegible]è poteſt impleri ab[illegible]ue ampliatione ver[illegible]um, quibus probatum [illegible] juramentum; [illegible]a inter[illegible]retatio v[illegible]detur potius favere [illegible]o, quia quò [illegible]jus inter[illegible]retatio fuerit [illegible]nior, eo iuramentum fre[illegible]uentius ſervabi[illegible], [illegible]ue v[illegible]ta[illegible]ur pe[illegible]rium.

A[illegible] v[illegible]ò j[illegible]ju[illegible]an[illegible]um debeat in[illegible] [illegible] men[illegible]urantis [illegible], cui j[illegible]uran[illegible] præ[illegible] [illegible]ud ac[illegible]at; procede[illegible]dum [illegible] [illegible]one. In foro conſ[illegible]ientiæ ſemp[illegible] juramen[illegible] inter[illegible]retari juxta mentem [illegible] *c. quac[illegible] n[illegible] 22. q. 5.* [illegible]gitur etiam ex [illegible] *in c. [illegible] eadem ca[illegible]ſa & q. §. ex h[illegible]*, & *c. 1. de [illegible]* 6. In foro au[illegible] ju[illegible]ic[illegible] ſemper eſt judicandum [illegible] communem ſent[illegible]m, [illegible]uem re[illegible]unt [illegible] [illegible]erat [illegible] m & [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] e[illegible]. *[illegible] de ſpo[illegible]al. l. libero[illegible]m §. [illegible] 3.*

[illegible] at [illegible] er[illegible] ne[illegible] ne, [illegible] e [illegible] ſe jure an[illegible] [illegible] n ia [illegible] an e [illegible] [illegible] im[illegible] pecca[illegible] [illegible] um [illegible] tu[illegible] ona i[illegible], & abſque dolo de-

bet interpretari [illegible] jurantis, non tamen extendi debet ad inc[illegible]n[illegible]ta, neque alia, de quibus jurans ſpeciatim non cog[illegible]tavit, nec debuit cogitare; & ſi tunc quæ juravit menti occurriſſent, vero ſimilius jurans ea non promiſiſſet, [illegible] ex[illegible]epiſſet, ut communiter docent juris periti cum [illegible]oſſa *in c. veniens 16. § præſ[illegible]* *h. t.* ubi habe[illegible]ur, quòd ille, qui mandat aliquid, quod eſt c[illegible]a obligationem, vel aliud juramentum fac[illegible], non tenetur ad illud, quia tunc eti[illegible] ſi præſcivi[illegible]et non juraſſet, quia juramentum de parendo mandato alterius eſt intelligendum, dummodo quæ mandantur juſta ſint licita, & honeſta, nec nimis ardua, ſeu gravia, & quæ ſine præjudicio alterius impleri poſſint.

Quamobrem j[illegible]ramentum non debet extendi ad i[illegible]la, quæ jurans in ſpecie non cog[illegible] [illegible]tatione juramentum generaliter emiſſ[illegible]m [illegible] Prælatis, vel Canonicis, vel etiam laicis [illegible]oribus ſervandi ſtatuta, & conſuetudines Eccleſiæ, vel loci, non extenditur ad [illegible]tatuta [illegible], & o[illegible]vatu difficil[illegible]ma, neque ad illa, quæ re[illegible]gnant libertati Eccleſiæ, ſed tantùm intelligi[illegible]ur de ſtatutis licitis, & honeſtis: adeo ut ſi quis juraverit ſervare ſtatuta, vel conſuetudines alicujus loci, & ſciverit adeſſe aliquas conſuetudines illicitas, non teneatur ſervare ſtatuta hæc illicita, nec co[illegible]ſuetudines; quinimo tale juramentum circa [illegible]icita eſt & ipſum ill[illegible]tum, & non poteſt obligar[illegible]nem inducere: ſiquidem juramentum non eſt vi[illegible]ulum iniq[illegible]itatis, neque obl[illegible]gat contra bonos mores juxta *regul. jur. 58. in 6.* Quòd ſi qui juravit ſervar[illegible] [illegible]atuta, & conſuet[illegible]es alicuj[illegible]s loci, & neſ[illegible]vit quædam ex illis e[illegible] [illegible] tunc emittendo j[illegible]jurandum non peccavit; & per emiſſum juramentum o[illegible]tur tantum ad ſervanda [illegible]tatuta licita, & honeſta, quia juramentum reſ[illegible]ectu [illegible]citorum eſt [illegible], & nullam poteſt obligationem inducere, [illegible] quoad licita validum [illegible], quia utile, per inutile non vitiatur *ex regula juris 26. in 6.* ſi ſeparari poſſint ut no[illegible] [illegible]oſſa *hic V. declaramus in fin.*

Ru[illegible] ſi quis [illegible]empore ſuæ promotioni[illegible] [illegible]non cum jur[illegible] [illegible] ſtat[illegible]ta, & conſuetudines Eccleſiæ ſervaturum, & poſtea à ſummo Pontifice privilegium [illegible]peti[illegible]er[illegible], quo a[illegible]ſolvatur [illegible] obſervantia ſtatutorum, non inde cen[illegible]tur perjurus, & poteſt ſuo pri[illegible]legio frui non [illegible] ſtante juramento antea emiſſo, dummodo privil[illegible] fuerit ipſi conceſſum motu proprio ſummi [illegible] [illegible]ſi[illegible]: r[illegible] eſt, q[illegible] in qu[illegible]s juramento ſemper [illegible] exc[illegible]a aut[illegible]itas ſuperioris, ut de[illegible] *ex [illegible] [illegible]nientes 19. h. t.* ubi habetur [illegible] j[illegible]n[illegible] fac[illegible] [illegible] jus ſuperioris non valeat [illegible] ſemper [illegible]at[illegible] excep[illegible]m tale [illegible] & ſi ſe[illegible] [illegible]er[illegible] execut[illegible]o e[illegible] [illegible] a[illegible] pœna cer[illegible]: [illegible]quamvi[illegible] pr[illegible]legi[illegible] [illegible] ſuppon[illegible]tu[illegible] [illegible]um ad [illegible] jurantis ſi [illegible]amen [illegible] eo [illegible]lauſula [illegible] ator [illegible] ſ[illegible]cet non o[illegible]antibus ſtatutis, & conſuetudinibus [illegible] contra[illegible]iis, & juramento, vel confirmatione ſe[illegible] Ap[illegible] [illegible] corroboratis, *c. cum [illegible] quibus 4. de reſcript. in 6.* Quòd ſi talis clauſula non adj[illegible]ciatur, & privilegium adverſetur ſtatuto juramento firmatis, tunc conceſſio privi-

 legii

legii habetur ſubreptitia ob taciturnitatem veritatis *c. ſuper litteris 20. de reſcript.* quia ſi veritas fuiſſet expreſſa, ſummus Pontifex non conceſſiſſet tale privilegium, vel ſaltem tali modo.

6 Cæterum qui juravit ſervare ſtatuta alicujus Eccleſiæ obligatio juramenti tantùm extenditur ad illa ſtatuta, quæ tunc temporis exſtant, cùm juramentum emittitur, non verò comprehendit ſtatuta in poſterum facienda, ut deſumitur *ex c. clericus 35. h. t.* ratio eſt, quia futura ſunt incerta, & dubia, nec videtur veri ſimile, quòd intentio jurantis ad ea ſe extendat, de quibus non cogitavit, quando juramentum emiſit, & quæ poſtea præter illius intentionem accidunt. Qui enim ſimpliciter juravit, ſe ſervaturum ſtatuta alicujus Eccleſiæ, tametſi in juramento non addiderit, quæ extant, & quæ jam ſunt edita, non tamen juramentum extenditur ad ſtatuta edenda, ſi intentio jurantis ad illa non extenditur. Ratio eſt, quia cùm juramentum ſit ſtricti juris ob periculum perjurii, debet interpretari, ut non comprehendat, quæ verba latè ſignificant, ut notat Abbas *in c. Clericus 35. h. t. num. 2.*

7 Quòd ſi promittens juraverit cum intentione ſe obligandi ad ſervanda ſtatuta etiam edenda, tenetur illa ſervare ſecundùm formam expreſſam in juramento. Rurſus ſi poſt iuramentum ſervandi ſtatuta iam edita novum ſtatutum edatur, quod tantùm ſit declarativum ſtatuti iam editi, tunc iuramentum extenditur ad hoc novum ſtatutum declarativum, quia propriè non eſt novum ſtatutum, ſed tantùm declaratio antiqui. Quòd ſi ex ſtatutis iam editis aliqua per legitimam diſſuetudinem abrogata, vel revocata eſſent, vel etiam authoritate legitimi ſuperioris revocata, non tenetur ex vi iuramenti ea ſervare, quia eo ipſo quòd ſtatuta authoritate legitimi ſuperioris ſunt revocata non habent ampliùs vim ſtatuti; proinde iuramentum ad illa non extenditur.

8 Qui iuravit generatim parêre mandato alicujus ſuperioris; ſi ei præcipiatur aliquid quod ſine diſpendio animæ, & periculo peccandi non poſſit ſervare, iuramentum non intelligitur ſe extendere ad hujusmodi mandata; nec qui iuravit indiget relaxatione iuramenti, quia in hoc caſu cenſetur defuiſſe voluntas ſe obligandi ad ea ſervanda, quæ ſine animæ diſpendio ſervari non poſſunt. Neque præſumendum eſt, eum qui generaliter iuravit, ſe velle parere mandato alterius, voluiſſe ſe obligare ad illicita cum proprio ſalutis detrimento, ut deſumitur *ex c. veniens 16. h. t.* Tum quia tametſi voluiſſet, adhuc de jure non potuiſſet ſe obligare ad illicita, cùm iuramentum non ſit vinculum iniquitatis. Tum quia iuramentum generaliter præſtitum non debet extendi ultra intentionem iurantis, quatenus patet ex adiunctis intentio colligi.

9 Hinc iuramentum ſortitur naturam, & conditiones promiſſionis, aut contractus, vel actus, cui adjungitur: ſiquidem iuramentum [illegible] iuxta intentionem iurantis, proinde obligat ad id, quod quis intendit iurare. qui autem iurat, id intendit iurare, quod promittit, vel in contractum deducit, & ſub illa limitatione, & conditione, ſub qua promittit [illegible] proinde iuramentum accommodatur promiſſioni, vel contractui, cui adjicitur, & [illegible] ejus naturam, & conditiones quoad id, quod iuratur, licèt non quoad effectum ſeu obligationem iuramenti: quia iuramentum additum promiſſioni, vel contractui non auget eius obligationem extenſivè; ſiquidem ex vi iuramenti iurans non obligatur ad plus, quàm teneatur ex vi promiſſionis, vel contractus verſantis circa idem objectum, proinde ceſſat obligatio iuramenti acceſſorii, ſi ceſſet obligatio promiſſionis, vel contractûs, quia ſublato principali tollitur acceſſorium, quod ſequitur naturam ſui principalis, cui adjicitur juxta *regulam juris 42. in 6.* nihilominus iuramentum auget intenſivè obligationem actûs, cui accedit, eò quia intra [illegible] eiuſdem obiecti novam ſuperaddat obligationem ex virtute religionis.

An verò iusiurandum unius transeat ad hæredem eiuſdem, vel ſucceſſorem communis ſententia eſt, tale iuramentum non transmitti ad ſucceſſorem, eò quia iusiurandum ſit vinculum perſonale, quod obligat tantùm perſonam iurantem; adeo ut ultra iurantem non extendatur ad alios. Poteſt tamen hæres, vel ſucceſſor aliunde obligationem contrahere, ut ſi pater iurando promittat ſe aliquid alteri daturum, quod ante mortem præſtare non potuit. Tametſi filius in hoc caſu non teneatur illud dare ex vi iuramenti à patre emiſſi; oritur tamen illi obligatio ratione rei à patre datæ, ita ut filius teneatur rem illam dare iuxta intentionem patris, quia pater per talem donationem tranſtulit ius rei [illegible] in alium, cui rem dono dedit, proinde ius non ad Filium pertinet, ſed ad alium, cui Pater donavit. 10

Rurſus cives ſi juraverint, ſe veneraturos certum diem ſeſtum, & ſervaturos; tenentur ſucceſſores eundem diem feſtum ſervare non ratione iuramenti emiſſi à ſuis prædeceſſoribus, ſed ex conſuetudine jam introducta. Secus quo[illegible] ad ſucceſſorem illius, cui eſt aliquid jureiurando promiſſum, iuramentum ad ſucceſſores t[illegible] fertur: hinc qui promittit fidelitatem, & o[illegible]dientiam alteri expreſſo nomine d[illegible] qua eſt conſtitutus, vel officii, quo f[illegible] ipſo cenſetur cæteris in ea dignitate & o[illegible] ſuccedentibus promiſiſſe eandem fidelitat[illegible] & obedientiam: non ita ſi iurans exp[illegible] tantùm nomen perſonæ, non dignitatem [illegible] tunc promiſſio cenſetur facta perſonæ, non d[illegible]tati, proinde extinguitur cum perſona. N[illegible]men iuramentum interpretari debet cum [illegible]mento al[illegible], ut deſumitur *ex c. ſicut no[illegible] jurejur 27. h. t.* [illegible] habetur, quòd juram[illegible] quæ [illegible] contra u[illegible]tem E[illegible] nu[illegible] valo[illegible], & [illegible]uria, & [illegible]dem impon[illegible] ſit pœnitentia, hinc Canoni[illegible], qui iur[illegible] ſi quis eorum crearetur E[illegible] fu[illegible]urus, quod ce[illegible] in de[illegible]entum E[illegible] dignitatis Epiſcopalis, non tenentur [illegible] iuramenti, ut etiam ſi iurent Ca[illegible] qui ex ipſorum collegio in Roma[illegible]ficem fuerit electus [illegible]urum aliquid q[illegible] dignitatem pontificiam non deceat. 11

alios

[illegible] conjux caſtitatem jurando promiſerit, tametſi debitum exigere non poſſit, tenetur tamen reddere. Rurſus, qui alienæ ſubijcitur poteſtati, ſi aliquid jurando promiſerit, quod in damnum illius, cui ſubeſt, cedat, juramentum non obligat. Si quis juravit non manifeſtaturum ſecretum ſibi commiſſum, non tenetur juramentum ſervare, ſi id in perniciem reipublicæ vergat.

12 Ad juramentum ex jure aliquot ſaltem tacitè ſubintelliguntur conditiones, ratione quarum interpretari ſolet juramentum, & juxta illas attenditur obligatio juramenti, ut deſumitur *ex c. quemadmodum* juncta Gloſſa *V. conditio*; & hæ conditiones tales ſunt, ut tametſi exprimantur in juramento, non tamen conſtituant juramentum conditionatum, ſed illud relinquunt abſolutum, ut conſtat *ex c. ſignificaſti 4. juncta Gloſſa V. de elect.* & tunc particula *ſi* ponitur pro *quia*, & huiusmodi tacitæ conditiones plures ſunt.

13 Prima eſt, *ſi potero*, quia ad impoſſibile nemo poteſt obligari juxta *regulam juris 185. in ff.* ut etiam *ſi licitè potero*, quia quod licitè non poteſt fieri, non cenſetur homini ſimpliciter poſſibile, quia homo, ſi operetur ut homo, tenetur operari juxta rectam rationem, proinde licitè, hinc quod eſt illicitum, non cenſetur poſſibile homini, ut homini, proinde homo ad id non poteſt obligari per juramentum, quod non eſt vinculum iniquitatis. Quòd ſi una pars rei promiſſæ licita fuerit, & altera illicita, tunc quia utile per inutile non vitiatur, ſi ambæ partes ſeparari poſſint, & una ſervari ſine alia, tunc juramentum inducit obligationem quoad partem licitam.

14 Secunda eſt *ſi Deo placuerit*, quia homo operans rectè, & juſtè non intendit operari niſi ea, quæ Deo placent; & quia Deo non placent niſi licita, & honeſta, ideo homo per juramentum non poteſt obligari niſi ad licita, & honeſta.

15 Tertia eſt *ſalvo jure, & authoritate ſuperioris* hæc enim conditio, in quovis juramento ſemper intelligitur excepta, ut ſumitur ex *c. venientes 19. h. t.* ubi habetur, quòd juramentum [illegible] contra ius ſuperioris non valeat, quia ſemper intelligitur ius ſuperioris exceptum, alioquin juramentum obligaret ſubditum in præjudicium juris, & authoritatis ſuperioris. Tum quia jurare contra obedientiam, & ius ſuperioris, eſt jurare aliquid illicitum, ad quod juramentum non obligat.

16 Quarta eſt *niſi is, in cuius utilitatem, & [illegible] tam juratum eſt, obligationem remiſerit*, [illegible] eſt, quia nemini invito datur beneficium [illegible] præſtatur officium: unde juramentum [illegible] beneficium alteri ſemper habet annexam hanc tacitam conditionem, dummodo ille [illegible] velit beneficium ſibi collatum acceptare, [illegible] remittitur obligatio: quia promiſſio non [illegible] habere ſuum effectum, proinde juramentum utpote acceſſorium promiſſioni non amplius [illegible], tametſi [illegible] alter beneficium acceptare, quia promiſſarius [illegible] dominus rei promiſſæ, & non indiget [illegible] cauſâ, ſi nolit eam acceptare. Quòd ſi juramentum promiſſorium principaliter fiat Deo, ſeu ob honorem Dei, & tantum ſecundariò in gratiam alicuius hominis, non poteſt tunc is, cui promiſſio jurata facta eſt, remittere promiſſionem, quia hæc non eſt ei facta principaliter, ſed Deo.

Quinta eſt, *ſi res in eo ſtatu permanſerint, vel non fuerint notabiliter mutata*, ut deſumitur *ex c. veniens 16. c. brevi 17. & c. petitio 31. h. t.* quia ſi tanta rerum mutatio fiat, ut veriſimile non cenſeatur, jurantem habuiſſe intentionem ſe obligandi ad rem perquam difficilem, aut indecentem; tunc interpretari poteſt juramentum, quòd caſum illum non comprehendat, nec ad illum ſe extendat, ut communiter docent iuris periti. 17

Sexta conditio eſt, ut in pacto, tranſactione, vel contractu reciproco, tametſi juramentum eidem addatur, ſemper intelligatur: *ſi alter, cum quo contrahitur, vel pactum initur, voluerit ſtare promiſſis, & ſervare conditiones*, ut deſumitur *ex cap. pervenit 3. h. t.* ubi habetur, quòd ſi quis juret facere aliquid interpoſita conditione, ſi altera pars non impleat conditionem, ipſe non tenetur ſervare juramentum. Neque obſtat *cap. noli 3. cauſa 23. q. 1.* ubi dicitur, quòd fides, quando promittitur, ſervanda ſit etiam hoſti, quia id intelligitur, quamdiu ipſe hoſtis nobis etiam ſervat fidem, aliàs non tenetur ei fidem ſervare, juxta enim vulgatum effatum: frangenti fidem, fides frangatur eidem. 18

Præcipuus effectus iuramenti promiſſorij eſt inducere obligationem ad ſui obſervationem, dummodo iuramentum vera, ſeria, & abſoluta intentione emiſſum fuerit, & adſint reliqua requiſita ad eius validitatem; adeo ut de ratione iuramenti promiſſorii ſit obligare iurantem neceſſariò, tametſi ipſe nolit ſe obligare, quia ſicut ex igne appoſito paleæ ſequitur neceſſariò exuſtio: ita ex juramento vera intentione præſtito, ſequitur naturaliter, & neceſſariò obligatio, quâ jurans tenetur juramentum implere: quia talis obligatio directè, & proximè non dependet à voluntate, & intentione iurantis, ſed tantùm remotè; ſed immediatè provenit ex iuramento, vel alio actu, ad quem neceſſariò ſequitur. Debet tamen iuramentum eſſe emiſſum intentione abſoluta, quia ſi intentio fuerit conditionata, ſicut ſuſpendit conſenſum, ita etiam effectum iuramenti, ſeu ipſam obligationem, donec conditio purificetur: hæc autem obligatio eſt ſemper perſonalis ex parte iurantis, oritur que ex virtute religionis, & non tranſit ad hæredes, ac ſucceſſores iurantis, adeo ut juramentum patris non obliget filium ex vi, præcisè iuramenti, quia cum juramentum ſit vinculum perſonale, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 98. art. 2. ad 4.* ita ſolum afficit jurantem; tum quia ſicut nemo iurat niſi ſua voluntate, ita nemo obligatur iuramento alterius, niſi fortaſſis in illud conſentiat, & conſentiendo faciat ſibi proprium iuramentum. 19

Verum ſi teſtator iuramento aliquid promiſerit, eius hæres tenetur rem promiſſam promiſſario dare, non quidem ex vi iuramenti, ſed 20

ex vi contractûs ex iuſtitia: quia pacta, & contractus tranſeunt ad hæredes paciſcentis, & contrahentis *l. veteris 13. C. de contractibus, & ſtipull.* Hinc ſi Titius iuravit, ſe non repetiturum rem aliquam à Caio, poteſt hæres Titij rem illam repetere, quia hæres non obligatur iuramento teſtatoris, adeo ut ex vi talis iuramenti præciſè poſſit rem illam repetere, cùm hæres non iuraverit, ſe non repetiturum rem illam: ratione tamen contractûs, & pacti, poteſt à Caio compelli ad non repetendam rem illam. Eodem pacto, ſi iuramentum per iniuriam extortum ſit ab aliquo, ut ſi Titius iuraverit, ſe daturum pecunias latroni, vel datas non repetiturum, hæres non tenetur implere iuramentum defuncti, quia defunctus non tenebatur ſolvere pecunias illas, ex vi alicuius pacti, vel contractûs. Tum quia illa promiſſio cùm fuerit vi extorta ex parte latronis, continebat turpitudinem, & iniuſtitiam: & qui iuravit tantùm ex ſola religione iuriſiurandi tenebatur ſolvere; & iuramentum ex ſe præciſè non tranſit ad hæredes.

21 Neque obſtat, ſi dicas, iuramentum de danda eleemoſyna alicui pauperi in honorem Dei tranſire ad hæredes iurantis, proinde iuramentum tranſire ad hæredes, & ſucceſſores. Contra eſt: negatur conſequentia, & ratio diſcriminis petitur ex eo, quia iurans dare eleemoſynam alicui pauperi in honorem Dei emittit iuramentum principaliter propter Deum, cui eſt ius acquiſitum, proinde hæredes iurantis obligantur ad dandam eleemoſynã, non ex vi iuramenti, ſed ex obligatione iuſtitiæ: ſiquidem eo ipſo, quòd hæres adit hæreditatem defuncti, obligatur ad implenda vota, & exequendas obligationes defuncti *argu. c. licèt 6. de voto, & c. ſi hæredes 6. de teſtam.* ſed ex vi iuramenti per iniuriam extorti ad ſolvendas pecunias latroni præter rationem iuramenti non habetur quid aliud inducens obligationem, proinde cùm hæres non tenetur ex vi iuramenti per iniuriam extorti pecunias illas ſolvere; ita neque tenetur ex ulla alia obligatione, non tamen iuramentum promiſſorium eſt perſonale ex parte illius, cui præſtatur, ſed eſt reale, & tranſit ad hæredes; adeo, ut qui iuravit, ſe daturum centum florenos Caio hoc defuncto ante ſolutionem pecuniæ obligetur iurans eos ſolvere hæredibus Caij *l. ſi pactum 9. ff. de probat.* & *c. veritatis 14. b.* ubi dicitur, quòd ſi vaſallus iuraverit fidelitatem ſuo ſuperiori, eius filii teneantur eandem fidelitatem ſervare, ſed non iterum iurare ſucceſſoribus eiusdem ſuperioris: ubi Gloſſa notat, iuramentum fidelitatis tranſire ad ſucceſſores, tametſi eorum expreſſa mentio facta non ſit, nec eſt iuramentum repetendum, ſi dominus, cui præſtitum eſt iuramentum fidelitatis, deceſſerit, quia dignitas, & officium cum perſona non extinguitur, ſed tranſit ad ſucceſſores, adeo ut dignitas non varietur ex diverſitate perſonarum, quæ ſuccedunt ad talem dignitatem *c. ſi gratioſè 5. de reſcript. in 6.* unde ſi ille, cui ratione officij præſtitum eſt iuramentum, reſignet, iurans non obligatur ad ulteriùs iurandum, quia iuramentum iam præſtitum tranſit ad ſucceſſorem in eodem officio *argu. c. venerabilem 24. in fin. de elect.*

Non ita contingeret, ſi iuramentum præſtaretur non dignitati, ſed perſonæ, quia tunc extinguitur cum ipſa perſona. Licèt iuramentum ſit perſonale ex parte iurantis; poteſt tamen præſtari per procuratorem *c. ult. de iurament. calum. in 6.* ſiquidem, quod quis facere poteſt per ſe ipſum, poteſt etiam illud præſtare per alium *ex regul. jur. 68. in 6.* debet tamen procurator habere ſpeciale mandatum iurandi nomine alterius in cauſa ſpeciali; etenim etiam matrimonium eſt actio perſonalis, & nihilominus poteſt contrahi per procuratorem *c. fin. de procurat. in 6.* Neque obſtat, quòd procurator iurans dicat: ego iuro; quia non propriam, ſed perſonam principalis repræſentat; hæc enim principaliter cenſetur iurare per ſuum Miniſtrum, quapropter ſi procurator falſum iuret, ipſe principalis eſt periurus, quamvis procurator, ſi ſcienter falſum iuret nomine alieno, puniri debeat, ut cooperator periurij. 22

Pœna principalis periurii, quæ in utroque iure Pontificio, & Cæſareo irrogatur, eſt infamia, ad quam contrahendam duæ debent conditiones concurrere, quarum prima eſt, ut ſolemniter iurando peieraverit: ſecunda quòd poſtea in foro iudiciali ſit de periurio publicè condemnatus, adeò ut excludatur à teſtimonio ferendo. Sunt etiam aliæ tres pœnæ, quæ periurio irrogantur, nimirum, quòd periurium aſſertorium rei præſentis, vel præteritæ iure civili puniatur pœnâ criminis ſtellionatûs *l. ult. ff. de crimin. ſtellion. l. ſi quis major* Covarr. *in c. quamvis p. 1.* hinc periurus ſolet ad tempus exulare: periurium promiſſorium hanc etiam iure civili pœnam habet, quòd præter infamiam periurus ſolvat pœnam contractûs, & actionem, ac omne conventionis commodum amittat. Tertia pœna eſt, quia periurium ſimplex privato homini iniuriam, & præiudicium irrogans iure pontificio pœna depoſitionis ab ordine ſi clericus ſit punitur, & ſi falſũ teſtimonium dixerit in iudicio ultra depoſitionem detruditur in monaſterium *c. cum non ab homine de judic. can. ſi Epiſcopus. diſt. 50.* Covarru. *in c. quamvis p. 1. §. 7. n. 6. de pact. in 6.* Si verò laicus ſit, & crimen capitale, tunc qui falſum teſtimonium adverſus reum dixit, punitur eadem pœna, quâ puniretur reus ipſe, ſi criminis foret convictus. Quarta pœna eſt, quòd periurus privatur beneficio. Solet etiam addi quinta pœna in eo ſita, quòd collatio beneficii facta periuro ſit ipſo iure nulla, eò quia periurus ſit infamis, & collatio beneficii facta infami ſit ipſo iure nulla. 23

Tolli poteſt obligatio orta ex iuramento dupliciter; primò per impedimentum, ne iuramentum illam ab initio inducat. Secundò per ablationem eiusdem impedimenti iam inducti. Priori modo poteſt obligatio iuramenti per legem impediri, ſi lex ſtatuat, ut iuramentum contractui, vel promiſſioni alicui adiectum ſit irritum, quo pacto Tridentinum *ſeſſ. 25. c. 16. de regul.* videtur irritare renuntiationem bonorum etiam iuramento firmatam ante duos men- 24

ſes præcedentes profeſſionem. Poteſt etiam obligatio juramenti impediri, ſi prohibeatur eius executio, adeo ut ſine peccato fieri non poſſit; quo pacto ceſſant plures, impediri obligationem pœnæ conventionalis appoſitæ ſponſalibus, & juramentò firmatæ.

25 Obligatio iuramenti iam emiſſi tolli poteſt quinque modis. Primò per mutationem materiæ. Secundò per condonationem. Tertiò per irritationem. Quartò per commutationem. Quintò per diſpenſationem. Priori modo per mutationem materiæ ceſſat obligatio iuramenti, ſi materia iurata fiat illicita, quia juramentum ooo eſt vioculum iniquitatis: vel ſi materia fiat impoſſibilis, quia ad impoſſibile nemo tenetur.

26 Secundo modo, per coudonationem, ſen relaxationem ceſſat obligatio iuramenti, ſi is, in cuius ſavorem præſtitum eſt iuramentum, hoc coodonet, relaxet, ſeu nolit acceptare rem in ſuum favorem iuratam: ſiquidem poteſt, quivis condonare promiſſionem factam in ſuum favorem, quamvis facta ſit per modum voti, quia tunc iurans, vel vovens cenſetur ſe obligare tantùm ſub conditione tacita, ſi is, in cuius favorem iuramentum emittitur, velit acceptare, unde illo non acceptante tollitur obligatio iuramenti, adeo ut qui iuravit, liber ſit ab obligatione iuramenri.

27 Tertio modo, per irritationem tollitur obligatio iurameoti, ſi legitimus ſuperior, cui ſubjecta eſt inramenti materia, irritet ipſum iuramentum: hæc facultas irritandi iuramenta, ut etiam vota, etiam ſine cauſa ineſt patri reſpectu filiorum; ſuperiori reſpectu ſubditorum; domino reſpectu ſervorum; marito reſpectu uxoris in iis tamen, in quibus prærecenſitæ perſonæ ſobijciuntur: & ratio ſundamentalis petitur ex eo, quia nullus poſſit iurare in alterius præjudicium. Non tamen iuramenta minorum poſſunt curatores irritare, tametſi poſſint irrita reddere vota realia eorundem, ſi officiant eorundem adminiſtrationi: quapropter minoribus non conceditur reſtitutio in integrum, ſi ex contractu læſi fuerint.

28 Quarto modo, per commutationem tollitur obligatio iuramenti, ſi ille, in cuius ſavorem emiſſum eſt iuramentum concedat, aliud opus loco illius, quod fuit iuramento promiſſum, præſtari. Tunc autem poſt factam commutationem iurans non tenetur ex vi iuramenti ad illud, in quod fit commutatio, eò qnia illud iuramento non promiſerit; ſed tantùm ex pacto quo illud loco alterius acceptavit. Secus contingit in commutatione voti, quia ſi quis accepit commutationem, tacitè Deo promittit id, in quod fit commutatio, & quia hæc promiſſio fit Deo, ideo habet vim voti. Præterea omne iuramentum promiſſorium, vel fit in honorem Dei, & ſic continet votum, vel in ſavorem homiois, & tunc vel acceptatur, vel non: ſi fiat in honorem Dei, ut ſi quis iuret, ſe daturum eleemoſynam pauperi, commutari poteſt ab eo, qui poteſtate ordinaria ſimile votum poteſt commutare: & hæc poteſtas competit Epiſcopis, aliiſque prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi epiſcopa-lem in ſuos ſubditos: hi enim poſſunt omnia juramenta, & vota non reſervata ſummo Pontifici commutare; quia in illis poſſunt diſpenſare; & commutare eſt quid minus, quàm diſpenſare. Ex poteſtate delegata Regularea, qui ex privilegio commutant vota, poſſunt etiam commutare iuramenta de eadem materiâ. Commutatio autem iuramenti in æquale, vel minus bonum, licèt fieri non poſſit ſine authoritate prælati, vel alterius habentis ad id poteſtatem; in illud tamen, quod certum eſt, melius eſſe, unusquisque pto ſuo arbitrio poteſt commutare; hinc omnia iuramenta, & vota extinguuntur per emiſſam ptofeſſionem in religione approbata.

Quintò obligatio iuramenti tollitur per diſpenſationem, ſeu abolitionem, quæ fit authoritate ſuperioris; quo pacto ſummus Pontifex poteſt diſpenſare in quovis ſuramento ex rationabili cauſa, ceſſante damno tertiæ perſonæ. Epiſcopus ex iuſta cauſa cum ſuis ſubditis, non ſolùm poteſt declarare, quando dubium eſt, an aliquid ſub juramento promiſſum, ſit debita voti, vel iuramenti materia; verùm etiam poteſt diſpenſare in omnibus illis iuramentis, quæ ſi eſſent vota, poteſt in illis diſpenſare; quia vinculum iuramenri eſt mious, quàm vinculum voti. Qui verò ſine rationabili cauſa diſpenſat in iuramento, peccat, & diſpenſatio non valet in foro conſcientiæ; quia reſpectu eorum, quæ ex iure divino, vel oaturali peodent, non habet ſummus Pontiſex excellentem, ac ſupremam poteſtatem; ſed tantùm diſpenſatoriam, quæ data eſt illi in ædificationem, non in deſtructiooem. Cauſa diſpenſandi in iuramento deſumenda eſt, vel ex gravitate operis, & imbecillitate iurantis, vel ex diminuta operis utilitate; vel ex booo communi. 29

30 Rurſus quæcunque cauſa, quæ ſufficit ad diſpenſandum in votis, ſufficit etiam ad diſpenſandum in iuramentis. Quòd ſi cauſa oon videatur ſufficiens ad diſpenſaodum in iuramento; tunc poteſt hoc partim relaxari, & partim commutari habita ratione cauſæ, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 88. art. 12. ad 2.* Generatim cauſæ juſtæ relaxandi juramentum licèt emiſſum in ſavorem tertij ſunt. Primò, ſi metu, vel fraude ſit extortum. Secundò ſi alia iniuſtitia interceſſit; ut ſi uſurarius exigeret iuramentum de ſolvendis uſuris; tunc enim intercedit injuſtitia, unde ſi juramentum non relaxetur, iurans tenetur quidem iſtud implere; ſed poſtea poteſt repetere ab uſurario ſolutas uſuras, quia ſolutio fuit iniquè extorta. Tertiò, cum quis in contractu graviter læſus, coactus eſt iſtud iuramento firmare; quia tunc juramentum fuit vi extortum. Quartò, ſi non advertens læſionem ſpontè confirmavit iuramento contractum læſivum. Quintò, relaxatur etiam in iuſtam pœnam, quando is, cui præſtitum eſt juramentum, talem pœnam meretur, eò quia aliquid iniquè exegit, vel quia commiſit aliquid, ob quod meretur bonis ſpoliari. Sextò, ſi bonum commune id exigat.

§. V.

§. V.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones.

1 QUæritur primò, an juramentum confir-
met contractus, qui alioquin iure civi-
li eſſent irriti. Pro reſolutione quæſiti iuvat obſervare, dupliciter poſſe leges civiles irritare contractus, pacta, & conventa: primò principaliter ob bonum publicum, & communem utilitatem: ſecundò ob commodum, ac utilitatem privatorum: adeo ut licèt hæc contractuum irritatio ſecundariò, & indirectè ſit etiam propter bonum publicum, quatenus bona privatorum ſunt aliquid de bono publico; nihilominus leges civiles prohibent hujusmodi contractus, pacta, & conventa directè, & principaliter propter utilitatem ipſorum paciſcentium; cuiusmodi ſunt alienationes fundi dotalis, & donationes propter nuptias; contractos minoris ſuper re immobili, vel mobili, quæ ſervando ſervari poteſt; donatio inter virum, & mulierem, & liberos non emancipatos; renunciatio filiæ de non ſuccedendo paternæ hæreditati; donatio excedens centum ſolidos, non facta inſinuatione apud Iudicem; promiſſio inſtituendi certum hæredem, aut non revocandi teſtamentum, quæ promiſſio præbet occaſionem captandæ mortis: donatio omnium bonorum; mutuatio filiiſamilias cum renuntiatione Senatus Conſulti Macedoniani; Fidejuſſio mulieris, cum renuntiatione Senatus Conſulti Velleiani; renuntiatio pacti non utendi exceptione non numeratæ pecuniæ; promiſſio pœnæ ſponſalibus adiectæ, ac ſolvendæ à reſiliente; hæc omnia pacta, conventa, vel contractus prohibentur à jure poſitivo, & lege civili irritantur directè, primariò, & principaliter ob privatam utilitatem paciſcentium; quamvis indirectè, & ſecundariò etiam ob bonum publicum. His prænotatis.

Reſpondetur, contractus, conventa, &
2 pacta, quæ principaliter, & directè prohibentur, ac irritantur propter bonum commune, ac publicam utilitatem iuramento non firmari, nec obligare: quia pactis privatorum non poteſt derogari iuri communi, ac publico *l. Juris gentium 7. §. & generaliter ff. de pactis.* Tum quia non poteſt quis renunciare juri alieno; nec in præjudicium tertii, aut juris alieni: proinde nec in præjudicium boni communis contra legem poſitivam, & civilem reſpicientem directè, & immediatè bonum commune. Huius aſſertionis plura exempla Bartolus producit, in *l. 2. & l. quemadmodum l. omnes profugi. l. originarios C. de Agricolis*: ſancitum enim eſt, ne quis poſſit vendere prædium, & retinere colonos agriculturæ prædii aſcriptos: quæ lex lata fuit ob agriculturæ commune bonum; hinc Bartolus ait: ſiquis prædium emendo hoc jure cederet, & juramento firmaret, nihil efficeret. Rurſus in *l. Senatus ff. de contrah. empt. & l. cætera ff. de legat.* 1. ſtatuitur, ne quis domum, villámve diruat, quo plus ſibi acquiratur: rurſus ne quis vendat Marmora, réſque alias ædibus fixas, eò quia interſit reipublicæ, ne ædificia publica, vel privata devenuſtentur, deſtruantur: ſi quis huic cederet iuri, & juramento confirmaret, nil efficeret, & totum eſſet irritum.

Item *l. properandum §. ſed quidem C. de* 3
iudic. ſtatuitur, inſtantiam litis per triennium extingui, ne lites immortales fiant: ſi quis jurejurando hoc iure cederet, nullus eſſet contractus ut ait Bartolus, quia pactis iuratis privatorũ non poteſt derogari iuri communi in præjudicium communitatis, ac boni publici. Secus ſi contractus prohibeantur à jure poſitivo, & lege civili principaliter, primariò, & directè ob privatam utilitatem contrahentium; tametſi ſecundariò, & indirectè etiam ob publicam utilitatem; tunc iuramento firmantur, & acceſſione iuramenti acquirunt valorem: ratio eſt, quia poteſt quilibet renuntiare iuri in favorem ſuum introducto; dummodo ceſſio careat culpâ, & iuramentum poſſit ſine peccato ſervari: quia cum lex tendat in favorem privatæ perſonæ, illi concedit privilegium, cui poteſt cedere; quia quilibet poteſt renuntiare Iuri in favorem ſui ipſius inmediatè, & principaliter per legem conceſſo; proinde iuramentum factum contra illam legem obligat, quia eſt de re aliàs licita, ut notat Abbas *in c. cum contingat n. 8.*

Quòd ſi juramentum, directè ac principa- 4
liter vergat in præjudicium tertij, non confirmat pactum, nec contractum, cui adiicitur, ut deſumitur ex *d. c. cum contingat 28. h. t.* quia tale juramentum utpote de re iniqua non obligat; quod tamen intelligendum eſt de præjudicio involvente iniuriam, vel culpam contra aliquam naturalem obligationem; tunc enim iuramentum non eſt confirmatorium, neque obligatorium; quia ſine peccato non poſſet ſervari: rurſus debet directè, ac principaliter tendere in præjudicium tertii. Rurſus, ſi contractus turpitudinem contineat ex parte creditoris, in cuius favorem juratur, tametſi iuramentum adiunctum obliget ad ſui obſervantiam; non tamen confirmat contractum; ut liquet in iuramento ſolvendi uſuras; ut deſumitur ex *c. Debitores 6. h. t.* ubi Alexander III. definivit, eum, qui ſe obligavit ad ſolvendas uſuras non debere cogi, niſi iuraverit: & tunc poſt completum iuramentum, ſeu poſt ſolutas uſuras, eſſe uſurarios cenſuris eccleſiaſticis compellendos ad uſuras acceptas reſtituendas: Idémque dicendum de promiſſione iurata metu, aut dolo extorta *c. cum contingat 28. h. t.* quia in ſimilibus caſibus iuramentum tantùm obligat ob reverentiam divini Numinis adducti in teſtem ad faciendum verum quod iuratum eſt; & nullum acquiritur jus, vel actio recipienti iuramentum, idque ne ex ipſa iniquitate commodum quis recipiat.

Quæritur ſecundò, an contractus jure na- 5
turali irriti cõfirmentur, ac validi fiant per acceſſionem iuramenti. Reſpondetur negativè; adeò ut contractus, qui ſunt ipſo iure naturæ irriti, ac verſantur circa materiam turpem, ſeu obiectum illicitum non confirmentur iuramento; neque obligent, eò quia iuramentum non ſit vinculum iniquitatis *c. quanto 18. h. t.* ubi expreſsè dicitur, quòd qui ſcienter iurat rem illicitam,

etiam, peccat, & iuramentum non tenet; quia non debet iuramentum eſſe vinculum iniquitatis; & ratio oritur ex eo, ne iuramentum continens injuſtitiam, ac turpitudinem ex parte ſuſcipientis, & injuriam ex parte promittentis, effectum ſortiatur contra juris principia *in c. ſi verò 8. cap. verùm 15. h. t. c. 2. de his, quæ metu fiunt.* Tum quia quando per iuramentum contractui adjectum nulla obligatio parti quæritur, ſed ſoli Deo, tunc Prælatus Eccleſiaſticus poteſt ejus nomine illud relaxare, ut liquet in juramento de uſuris ſolvendis; quod iuramentum poteſt prælatus Eccleſiæ relaxare, declarando, materiam non fuiſſe aptam iuramento. Priùs tamen monendus eſt ipſe creditor, ut ipſe relaxationem faciat non exigendo iniquè iuratum, & dimittendo promiſſum; quòd ſi detrectet id præſtare, poteſt Epiſcopus illud relaxare; ne creditor ex improbo actu lucrum reportet contra text. *in l. itaque fullo 12. ff. de furtis. c. intelleximus 1. de judic.*

6 Videtur tamen urgere in contrarium, quia obligatio iuramenti oritur à iure divino, & ejus vinculum conſtringit etiam promittentem uſuras *c. debitores 6. c. ad noſtram 7. h. t.* ergo per prælatum Eccleſiæ non videtur hoc iuramentum poſſe relaxari, argumento textûs in *cap. ſunt quidam 25. q. 1. c. de cauſa poſſeſſ.* Tum quia ſi obligatio iuramenti eſſet tantum iuris poſitivi, adhuc non poſſet relaxari ab Eccleſiæ Prælatis; quia ius alteri ex obligatione quæſitum Principis authoritate non poteſt tolli *l. 2. C. de proc. Imper. offer. l. 2. C. de fundo rei domin.* Sed contra, quia licet à Prælatis Eccleſiæ non tollatur vinculum iuramenti, quod oritur à iure divino; nihilominus prælatus eccleſiaſticus per ſubtractionem materiæ declarat id, quod cadebat ſub tali iuramento, non obligare: qua ratione irritatur ab Eccleſia matrimonium clandeſtinum, quatenus declarat materiam contractus civilis non obligare ex defectu ſolemnitatum; quas Eccleſia poteſt exigere ad valorem contractûs, adeout illis non poſitis contractus ſit nullus; proinde irritum etiam Sacramentum matrimonii, quod exigit contractum validum ex Chriſti inſtitutione: hoc pacto per ſubtractionem materiæ irritantur etiam iuramenta, præſertim quando ex illis non habetur ius quæſitum hominibus, ſed Deo, ut deſumitur *ex d. c. debitores 6.*

7 Quòd ſi dicas, eſſe ius quæſitum parti; eò quia hæc relaxet obligationem contractam per iuramentum: Reſpondetur, obligationem quæſitam eſſe ſoli Deo, ſed ad utilitatem partis: hinc fit, quòd remittente parte, remittat etiam Deus: & compellere creditorem ad relaxandum iuramentum aliud non ſit, quàm illum adigere, ut remittat, quod eo remittente ſimul Deus remiſſurus eſt. Quòd ſi creditor detrectet iuramentum relaxare, prælatus Eccleſiæ ex iuſta cauſa illud poteſt relaxare.

8 Cæterum creditor, cui iurata uſuræ promiſſio facta eſt, ex iuſtitia obligatur ad remittendum iuramentum; quia quiſque ex iuſtitiæ virtute obligatur, ut ab actibus iniuſtitiæ abſtineat: & creditor contra iuſtitiam peccaret, ſi uſuram promiſſam reciperet; unde ex iuſtitia obligatur, ut nolit recipere, & velit promittentem liberare à præſtito iuramento; factâ hac remiſſione à creditore, debitor etiam coram Deo liberatur. Quòd ſi creditor nolit remittere iuramentum; neque adſit prælatus eccleſiaſticus, qui illud relaxet: tunc debitor, qui uſuras iuratò promiſit, licèt non obligetur ex vi pacti ad ſolvendas uſuras; ex vi tamen iuramenti obligatur, non quidem ex iuſtitia ergà hominem, ſed ex virtute religionis erga Deum. Prior pars ex eo liquet, quia titulus uſuræ iure naturali eſt iniuſtus, ac irritus; & per uſurarium contractum nullum ius acquiritur *c. cum tamen 5. c. Tua 9. de uſuris.* Rurſus iuramentum non poteſt eſſe confirmatorium pacti, niſi hoc ſaltem naturaliter aliquo pacto ſubſiſtat: quod autem iure naturali eſt irritum, non ſubſiſtit iure naturali; proinde non poteſt confirmari; quia quod non eſt, non poteſt confirmari; & contractus uſurarius ipſo iure naturali eſt irritus, ac nullus, & non eſt, proinde non poteſt confirmari iuramento. Quòd verò iuramentum, niſi relaxatur, ſit ſervandum, liquet ex *reg. can c. 2. de pactis in 6. c. ſi verò 8. h. t.* quia iuramentum homini præſtitum ſervari debet, quoties ſine peccato, & ſine diſpendio ſalutis, ex parte iurantis ſervari poteſt: qui verò creditori iuxta pactum iuratum uſuras ſolvit, ea re non peccat; proinde quoad ſolutionem poteſt iuramentum adimpleri: ſolutis tamen uſuris, poteſt debitor iterum illas repetere.

Quæritur tertiò, an iuramentum de non exhibendo ſubſidio humanitatis propriis parentibus, ac perſonis ſanguine conjunctis teneat, & obliget? Reſpondetur, iuramentum de non loquendo patri, vel matri, aliiſque ſanguine conjunctis; & de non exhibendo iiſdem ſubſidia humanitatis eſſe illicitum, diſſonum rationi; & contra bonos mores naturales, proinde non obligare; & ſic iurantes eſſe abſolvendos à juramento injunctâ iiſdem pœnitentiâ iuxta reſcriptum Urbani III. *in c. cum quidam 12. §. illi verò h. t.* Ratio eſt, quia tale iuramentum eſt contra charitatem, ac pietatem debitam parentibus; proinde eſt illicitum, contra bonos mores; conſequenter non obligat, quia eſſet vinculum iniquitatis *c. inter cætera 22. can. 5. 22. q. 4.* Tum quia recuſare parentibus charitatem, ac pietatem iiſdem debitam eſt peccatum: & iuramentum, quod ſine peccato obſervari nequit, non poteſt obligare ad ſui obſervantiam. Tum quia iuxta *Regul. iuris 58. de R. I. in 6.* iuramentum præſtitum contra bonos mores non eſt obligatorium: & illud iuramentum dicitur contra bonos mores, quod ex parte objecti proprii continet turpitudinem, proinde illicitum eſt *Gloſſ. fin. in cap. 58. in addit.* unde tale iuramentum eſt irritum, ac nullum. 9

Quòd ſi dicas, ſic iurantes eſſe abſolvendos à iuramento, ejúſque obligatione, quod non eſſet præſtandum, ſi iuramentum obligationem non induceret; ſiquidem abſolutio propriè eſt liberatio à vinculo obligationis; & ille abſolvitur, qui antea erat ligatus. Contra eſt, quia ſic iurantes abſolvuntur non abſolutione diſſolutivè vinculi, quia cùm iuramentum præſtitum de re illicita, & repugnans bonis moribus naturalibus, & rectæ rationi, non pariat obligationem, ideo non eſt opus abſolutione vinculi diſſolutiva, cùm per tale iuramentum iurans nullum contraxerit 10

traxerit vinculum obligatorium: ſed abſolvuntur tantùm abſolutione declarativa oullitatis vinculi, adeo ot pec talem abſolutionem iurantes, licèt peccaverint, declarentur abſolnti, ſeu liberi ab obſervantia iuramenti.

11 Nequa modus iſte loquendi eſt novus in iure, cùm conſtet ex c. *audivimus 4. cauſa. 24. q. 1.* verbum *abſolvendi* ab excommunicatione non ſignificare ſolutionem, ſed ſolam declarationem, uc notat Gloſſa ibid. *ver. abſolvendo*, ait abſolvendo. ſcilicet declarando non eſſe ligatos. Quamobrem tale inramentum non indiget relaxatione, ſed inrans poteſt propria authoritate ei contravenice: ſic tamen iuranti iniungenda eſt competenc pœnitentia, non quia non ſervaverit iuramentum, ſed quia malè iuraverit.

12 Quæritur quartò, ao peccet, qui non obſervat inramentum factum ſuper obſequiis exhibendis amicis. Interdum ſunt, qui quærentes ſe mutuis vincere obſequiis ſolent iurare, quòd alter eorum prior non intrabit cubiculum: vel non erit diſceſſurus à limine domus, niſi alter amicus, quem inviſerat, domum ingrediatur: difficultas eſt, an hæc iuramenta obligent, & peccent, qui illa non obſervant. Moſcoſus *in ſum. tract. 13. c. 3. num. 5.* Valentia 2. 2. *diſp. 6. q 7. punct. 3. ad 3.* Suarez *tom. 2. de relig. lib. 3. de iurament. c. 17. num. 9.* & alii aſſeruut, ſic iurantes nnn peccare, ſi iuramentum oon adimpleant, & ea nituntur ratione, quia iuramentum fit in ſavorem alterius, qui poteſt cedere iuri ſuo. Quamobrem cedando relaxatur iuramentum, quo alter ſe obligavit. Verùm orituc difficultac, quia non ſemper iurans iurat de aliquo præſtando, quòd ſit in ſavorem alterius: ſiquidem nonnunquam etiam iurat de non admittendo aliquo, quod ſit in ſui commodum, ut cùm quis iurat, quòd non erit permiſſurus, ut talia obſequia ſibi exhibeantur, in hoc enim caſu præſata ratio non videtur urgere. Verùm etiam in hoc caſu iuramentum emittitur in favorem alterioc; quatenus iurans, non permiſſurum talia ſibi obſequia exhiberi, id præſtat, ut oſtendat, ſe magni facere illum, qui talia vult obſequia exhibere, hinc reſpuere, ac recuſare talia obſequia quædam eſt ſpecies obſequii, quod cedit in honorem alterioc, proinde eſt ſempec utrinque par ratio.

13 Quæritur quintò; an iuramentum emiſſum contra ſimplicem promiſſionem obliget ad ſui obſervationem? Reſpondetur, eſſe invalidum; ne docent Cavàrruvias *de pact. 2. p. §. 2. num. 4. V. cæterum* Moſcoſus *in ſum tract. 13. c. 4. num. 5.* & deſumitur *ex cap. veniens de iuretur.* ratio eſt, quia non implere promiſſa eſt contra iua naturale, proinda ſemper eſt peccatum. Tum quia iurare contra ſimplicem promiſſionem eſt iurare aliquod illicitum, proinde iuramentum non obligat, quia non fuit inſtitutum, ut eſſet vinculum iniquitatis *c. quanto 18. h. t.* Idque etiàm procedit, tametſi iuramentum non eſſet directè de non ſervanda promiſſione, ſed de aliquo contrario obſervationi promiſſionis; ſiquidem implicitè ſemper iuratur de non ſervanda promiſſione, & non poteſt haberi intentio de non ſervando tali iuramento, niſi virtualiter, & implicitè adſit etiam intentio de nnn ſervanda promiſſione. Juvat tamen obſervare, quòd ut iuramentum non valeat, quando iuratur aliquid contrarium promiſſioni, debet, quod iuratur eſſe talis conditionis, uc ex natura ſua non extinguat obligationem promiſſionis, quia ſi illam extingueret iuramentum valeret, & obligaret, quo pacto ſi, qui promiſit matrimonium, iuret religionem ingredi, quia iuramentum extinguit promiſſionem, obligat, & iurans tenetur religionem ingredi. Idque procedit, tametſi promiſſio obligaret tantùm ſub peccato veniali, quia adhuc iurans haberet pro objecto aliquid illicitum, quia peccatum veniale ex natura ſua ſemper eſt illicitum. Debet tamen ſimplex promiſſio eſſe valida, ut iuramentum contra ipſam emiſſum obliget. Si dicas, iuramentum, quantum fieri poteſt ſine præjudicio conſcientiæ, eſſe ſervandum ob ejuſdem reverentiam, & in tali caſu poſſe ſervari iuramentum, & ſimul ſatisfieri promiſſioni per aliquod æquivalens. Contra eſt, quia iuramentum ſarvari debet, quantum poteſt, quando eſt verum iuramentum, non verò quando non eſt validum, quia tunc, non eſt verum iuramentum, quia tametſi invocetur Deus in teſtimonium, non tamen ipſe aſſiſtit, quando iuramentum eſt de re illicita, Deus enim non aſſiſtit illicitis.

Quæritur ſextò; an iuramentum contra ſimplicem promiſſionem incipiat obligare, ſi ceſſet obligatio ſimplicis promiſſionis. Covarruvias 4. *decret. 1. p. c. 4. §. 1. num.* 10. Navarr. *c. 12. manual. num. 89.* & alii reſpondent affirmativè, & nituntur, eò quia ſicut iuramentum de re licita ceſſat obligare, ſi evadat illicita: ita etiam iuramentum de re illicita, ut eſt iuramentum contra ſimplicem promiſſionem, incipit obligare, ſi promiſſio fiat licita, uc contingit, quando ceſſac ejus obligatio. Verùm contraria ſententia eſt communior, & deſumitur *ex c. placuit. num. 4. de converſ. conjugat.* Ratio eſt, quia obligatio non inducitur, quando non habet cauſam, per quam inducatur, proinde non poteſt per iuramentum induci, niſi adſit iuramentum: & in præſenti caſu quamvis adſit iuramentum materiali modo, non tamen adeſt ſecundùm vim obligativam, quia cùm iuramentum non ſit validum, utpote contra ſimplicem promiſſionem, nec poteſt vim obligativam habere: quinimo cum iuramentum utpote de re illicita ſit nullum, non eſt verum iuramentum, proinde non poteſt habere proprium, & verum effectum iuramenti; & quia, quando ſimplex promiſſio ceſſat obligare, non ſuccedit aliud iuramentum, ideo ex vi prioris iuramenti non oritur obligatio. 14

Idque firmatur ex regola utriusque iuris, quâ dicitur: non fiari validum tractu temporis, quod ab initio validum non fuit, ut liquet ex *regula non firmatur. de regul. jur. in 6.* & *regula quod ab initio. ff. item de regul. jur.* Hinc ſi ſemel iuramentum eſt invalidum, nequit fieri validum, tunc quando [illegible] ſim- 15

ſimplex promiſſio ceſſat obligare. Neque eſt par ratio de juramento valido ab initio, quod ceſſat obligare, ſi res, de qua eſt, fiat illicita, quia id eſt ſecundùm ipſius naturam: ſiquidem ea eſt juramenti natura, ut tamdiu obliget, quamdiu durat materia, ceſſante autem materia, ceſſat etiam obligatio: ſecus non eſt ſecundùm naturam juramenti, ut ſi fuerit invalidè emiſſum, fiat poſtea validum ex mutatione facta in materia, quia eſt contra naturam cujuscunque effectus, qui per ſe exigit eſſe ab aliqua cauſa. Unde ſi ſemel cauſa fruſtratur ſuo effectu, is poſtea non ſequitur, niſi de novo ponatur cauſa: atqui obligatio iuramenti eſt aliquis effectus, qui per ſe exigit intentionem ſe obligandi, & iuramentum validum. Quòd ſi tempore iuramenti ceſſaret obligatio ſimplicis promiſſionis, & iurans contra ipſam ignoraret promiſſionem ceſſaſſe obligare, adhuc iuramentum ſe haberet eodem modo, ac ſi obligatio promiſſionis non ceſſaſſet; quia adhuc cenſeretur, eſſe de re illicita: ſiquidem objectum ſpecificat actum, prout eſt in cognitione operantis, adeo ut ſi objectum quantumvis de ſe bonum apprehendatur ut malum, adhuc reddat actum malum: & quia in data hypoteſi jurans non cognoſceret ceſſâſſe obligationem ſimplicis promiſſionis; ideo dum iuret aliquid contra ipſam, adhuc invalidè iuret, quia iurat aliquid, quod apud ſe ipſum eſt illicitum: quo pacto, ſi quis cenſeret, illicitum eſſe, ac peccatum occidere iniquum aggreſſorem ad ſui defenſionem, & iuraret, ſe illum occiſurum, invalidè iuraret, quia tale iuramentum juxta mentem iurantis eſſet de re illicita.

16 Quæritur ſeptimò, an ſi iuramentum ſit nullum, neceſſaria ſit abſolutio ad effectum agendi. Poteſt iuramentum eſſe irritum, ac invalidum, tum ratione ſubſtantiæ, tum ratione ſolemnitatum. Si iuramentum ſit invalidum ſecundùm ſubſtantiam, tunc certum eſt, non eſſe neceſſariam abſolutionem, ut docent Caſtrens. *conſil.* 120. *num.* 2. *lit.* 2. Decius *in rubric. n.* 21. *de judic. in* 1. *lect.* quia ſemel quòd iuramentum ſecundùm ſubſtantiam eſt irritum, nullum ponit vinculum, à quo iurans ſolvi debeat; quinimo neque iuramentum dici poteſt exiſtere, quia cum ſit nullum perinde ſe habeat, ac ſi non fuiſſet emiſſum *c. ad diſſolvendum de deſponſat. impub.* Cæterum quia nullitas iuramenti quoad ſubſtantiam rarò poteſt eſſe ita notoria, ut poſſit non ſervari ſine ſcandalo, ideo neceſſaria ſemper eſt abſolutio ad cautelam, ut notat Gloſſ. *in c. cum quidam* 12. *h. t. V. abſolvendi*, ubi ait requiri abſolutionem tantùm ad cautelam, non quòd neceſſarium ſit petere talem abſolutionem, quando iuramentum quoad ſubſtantiam eſt nullum, ſed ait, dandam eſſe abſolutionem petenti, ad majorem quietem, & ſatisfactionem illius, ſicut interdum datur privilegium petenti illud, tametſi non eſſet neceſſarium, quando iure communi res illa competit; & tunc talia abſolutio eſt potiùs declaratio nullitatis iuramenti, ut notant Angel. *in l. fin. ff. qui ſatisd. cog.* Bald. *in l. fin. V. conſulunt C. de non numer pecun.* hæc enim abſolutio, ſeu declaratio nullitatis iuramenti confert non ſolùm ad tollendum ſcandalum, & exceptiones, quæ fieri poſſent, verùm etiam ad ſecuritatem, & tranquillitatem conſcientiæ. Major difficultas eſt, quando iuramentum ex defectu ſolemnitatum eſt nullum, eò quia lex illud annullaverit, an adhuc ſit neceſſaria abſolutio, plures negant, præſertim Surdus *conſil.* 87. *num.* 15. & *conſil.* 122. *num.* 15. March. *tract. de commiſſ. p.* 1. *commiſſ.* 1. *c.* 3. *n.* 10. & nituntur, eò quia iuramentum ſit nullum ex defectu ſolemnitatum: ſiquidem remanet annullatum à lege; ideo non eſt neceſſaria abſolutio, quia vinculum, quod non eſt, non indiget ſolutione.

Verùm contraria ſententia eſt communior, 17
quam docent Gloſſa *in c. etſi Chriſtus V. ſervandum de jurejur.* Hoſtiens. *in ſum. tit. de jurejur.* §. *quando* Abbas *in c.* 2. *num.* 8. *V. ſecundo* Cornaus *de abſolut. jurament. c.* 4. *caſ.* 18. *num.* 12. Rota coram Ludoviſio *deciſ.* 64. *num.* 6. & in Romana nullitatis obligationis 2. Junii 1604. coram Ottenburgo. Quamobrem dicendum eſt, non obſtante tali nullitate iuramenti ex defectu ſolemnitatum, adhuc neceſſariam eſſe abſolutionem: quia quamvis iuramentum ſit nullum ex defectu ſolemnitatum, & non admittatur de iure, tanquam non ſolemniter præſtitum, adhuc ſecundùm ſubſtantiam, & in ſe eſt verum iuramentum, quod naturaliter obligat, ſiquidem defectus ſolemnitatum non tollit, quin verè invocetur Deus in teſtimonium veritatis, & non fiat illi injuria, ſi non ſervetur iuramentum. Quamobrem juramentum ſemper ſervari debet, dummodo licitum ſit, quod iuratur *l. non erit.* §. 1. *ff. de iureiur. c. etſi Chriſtus de iureiur.* ubi Gloſſa *V. ſervandum*: unde ſi iuramentum ſecundùm ſubſtantiam obligat, eò quia ſupponatur eſſe de re licita, quæ ſine peccato ſervari poſſit, erit à iurante ſervandum, alioquin ſi illud non ſervaret, nec ab illo abſolveretur, eſſet periurus.

Neque obſtat, quòd iuramentum annulletur à lege, & eſt fundamentum, quo nititur 18
contraria ſententia; quia hæc annullatio ſolam attingit ſolemnitatem, adeoque operatur ſolùm, quòd non ſit iuramentum ſolemne, non verò lex irritat naturalem validitatem iuramenti, cùm hæc habeat aſſiſtentiam iuris naturalis obligantis ad ſervandum iuramentum ob reverentiam Deo debitam. Tum quia lex non impedit, quòd non adducatur Deus in teſtimonium veritatis, quando per ipſum iuratur. Tum quia lex humana non poteſt tollere, quæ ſunt de iure naturali, neque irritare actum, qui ſuum valorem ſortitur à iure naturali. Poteſt tamen in contrarium urgeri, quia profeſſio regularis continens votum factum Deo inducit obligationem, ut declarat Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *c.* 15. *de regular.* & tamen ſi annulletur ex defectu alicujus requiſiti, non obligat: ergo pari pacto dicendum eſt de contractibus qui añullantur à lege, nullam parere obligationem, quod etiã procedit de iuramento. Sed contra, quia quæ inducunt obligationem naturalem, . alia illam inducunt ſecundùm ſuam ſubſtantiam ſub publica directione, cujusmodi ſunt contractus omnes: alia, quæ ſecundùm ſubſtantiam non ſunt ſub tali publica directione,

ſed tantùm poſſunt eſſe ſecundùm aliquam ſuperadditam ſolemnitatem, & inter hæc recenſetor juramentum.

19 Hinc quæ indncunt obligationem naturalem; & ſunt ſecundùm ſubſtantiam ſub publica directione, ſi authoritas publica reſiſtat, & illa annullet, nullam inducunt obligationem, quia tunc impeditur obligatio, ne oriatur *l. non dubium C. de legib.* Gloſſa *in l. cum lex V. cum lex ff. de fidejuſſ.* Bart. *ibid. num.* 4. Jaſon *in l. fracer à fratre num. 44. ff. de condict. indeb.* Covarruvias *p.* 2. §. 4. *num. 6. V. tertio de pact.* Atqoi iuramentum, cùm ſecundùm ſnam ſubſtantiam ſit actus privatus, nec de ſe pertineat ad commercium humanæ ſocietatis, ideo ſecundùm ſubſtantiam non eſt ſub publica directione, ſed tantùm ſecundùm ſolemnitates, adeo ut annullatio legia non attingat ſubſtantiam, ſed ſolam ſolemnitatem. Atqui profeſſio religioſa ſecundùm ſobſtantiam eſt ſub publica directione, eò quia ſecundùm ſubſtantiam ſit contractns incorporativus religioni, ſau approbatæ communitati; & vota in ipſa profeſſione raligioſa non emittuntur ſimpliciter, ſed prout ſunt incorporativa eidem communitati, & nt relativa ad acceptationem, adeo ot ſi prohibeantur acceptari, nihil agatur, quia religio, ſeu communitas approbata non poteſt acceptare, niſi in virtute facultatis ſibi conceſſæ à ſummo Pontifice.

20 Quæritur octavò, an ſi lex non ſolùm irritet actum, ſed etiam iuramentum interpoſitum, valeat nihilominus iuramentum. Interdum lex civilis non ſolùm irritat actum, verùm etiam ultariùs procedendo prohibet ipſum iuramentum, quod ſi emittatur, illud declarat irritum. Non valere iuramentum cenſent pluras iuriſconſulti Bart. *in l. ſi quis pro eo ff. de fidejuſſ.* Geminian. *conſil.* 51. eò quia iuramentum non teneat, quando eſt nauſa peccati *c. non eſt obligatorium de regul. jur. in 6.* atqui tale iuramentum eſt cauſa peccati, ſiquidem indncit ad ponendum actum prohibitum à lege, quæ cùm ſupponatur iuſta, obligat etiam in foro conſcientiæ. Nihilominus communior, & probabilior ſententia aſſerit, tale iuramentum ſortiri ſuum valorem, ut docent Abbas *in c. cùm contingat. n.* 5. & 6. *de jurejur.* Anchar. *in repet. c. canonum de conſtit.* Aretin. §. *illud quoque num.* 5. *inſtit. de mandato* Hoſtiens. *in c. quemadmodum de jurejur.* Butrius *in c. cùm contingat eod. tit.* quamobrem dicendum eſt, quòd quoties actus, qui irritatur à lege, concernit per ſe primò, & directè favorem privatæ perſonæ, licèt poſtea redundet in publicam utilitatem, iuramentum eſt validum, non ita quando actus per ſe concernit favorem publicum; quia validitaa iuramenti præfati non excluditur ex natura rei, ſeu ex objecto, eò quia ſit de materia prohibita à lege: neque ex eo, quòd lex tale iuramentum irritet, ergo cùm ex nullo capite ſit irritum, ſervandum erit: etenim non eſt irritum ratione objecti, quia ſcilicet interponatur ſuper actu à lege irritato, quia ſi ratione objecti irritaretur, ſeqoeretur, quòd ſemper eſſet irritum iuramentum, qnoties actus irritatur à lege, quod tamen eſt falſum; quia licèt iuramentum ſit de actu irritato à lege, nihilominus ſi actus de ſe licitus ſit, iuramentum eſt validum, ut docent communiter iuriſperiti Abbas *in c. cùm contingit num.* 8. *de jurejur.* ubi de jure canonico præcipitur obſervari, & *c. licet eod. tit. in 6. & c. 2. de pact. in 6.* non poſſet autem tale iuramentum obſervari, ſi ejus obſervantia contineret peccatum; ſiquidem jus canonicum, quod habet dirigere conſcientiam, non præcipit peccatum, & cum jus canonicum præcipiat tale iuramentum ſervari, liquet ejus obſervationem non eſſe peccatum. Neque tale iuramentum eſt invalidum, eò quia annulletur à lege, quia lex civilis non poteſt ſe extendere ad diſponendum de iuramento, quod eſt quid ſpirituale, & extra ſphœram iuriſdictionis laicæ: quamobrem omnis diſpoſitio circa ipſum defectu iuriſdictionis eſt nulla; qnia pertinet iuramentum ad iuriſdictionem eccleſiaſticam *c. venerabilem de Judic. cap. Tua de ord. cognit. c. lator in fine qui filii ſunt legitimi*: ergo lex, quæ reprobat iuramentum, nil operatur contra ipſius valorem ex defectu poteſtatis; proinde iuramentum remanet cum ſuo valore, ac propterea erit ſervandum. Sin verò lex reſpiciat per ſe primò favorem publicum, tunc non ſubſiſtit iuramentum; quia actus annullatur ut contrarius favori publico: & pactis, ac iuramentis privatorum non poteſt derogari iuri publico *l. Jus publicum ff. de pactis cap.* 51. *diligenti de foro competente.* Tum quia iuramentom obligaret ad aliquid contra jus publicum; proinde ad peccatum, quia interveniret læſio illius iuris, quod non eſt ſub diſpoſitione perſonæ privatæ.

Ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ reſpondetur, actus concernentes per ſe primò privatum favorem eſſe leges privilegiativas inductas in favorem ſpecialem perſonæ, privatæ ut liquet *ex l. 1. ff. de minor.* & *tot. tit. ad Velleianum*: & quia poteſt quilibet renunciare privilegio ſibi conceſſo, & favori ſuo privato *l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis cap. ad Apoſtolicum c. 6. q.* 3. & per hoc lex non contemnatur, nec fiat contra volnntatem legiſlatoris *cap. denique* §. *Hac diſ.* 3. & *l.* 1. §. *Inde quæritur ff. de nov. nunc. oper.* ideo qnando interponitur iuramentum, renunciatur huic favori, proinde non violatur lex irritans actum; quia tunc tantùm violatur lex, quando lex obligat. Hinc leges civiles ſtatuunt, quòd licèt actus annulletur, adhuc debeat iuramentum ſervari, ſi fuerit appoſitum *l. non dubium C. de legibus l. fin.* §. *fin. ff. de lib. l. cum Pater* §. *Filius matrem ff. de legibus*, & notat Abbas *conſ.* 108. *num.* 1. *lib.* 2. vel quòd ſit naceſſaria abſolutio à iuramento, nt quis contra actum iuratum poſſit agere; idque ſive lex annullet ſolum actnm, ſive etiam iuramentum ut docent Ludoviſ. *Deciſ.* 64. *n.* 6. Rota *Deciſ.* 102. *num.* 9. *part.* 1. idque procedit etiam, quando putatur iuramentum irritum ob defectum ſolemnitatum, quæ requiruntor à lege, ut notat Rota *in Romana nullitatis obligationis* 2. *Iunii* 1604. *coram Ottenburgo.* 21

Quæritur nonò, an ſi Rex alienans bona, & jura, quæ pertineut ad coronam regni, vel dignitatem regiam, iuret, ſe talia iura non revocaturũ, ſit iuramentum validum? Reſpondetur negativè, 22
[illegible] quia

quia tale iuramentum eſt illicitum, utpote emiſſum in præjudicium Regni, proinde Rex non poteſt illud obſervare, & tenetur alienata iura iterum repetere, idque deſumitur *ex cap. intellecto 33. h. t.* ubi Honorius III. ex eo, quòd Rex Hungariæ alienationes quaſdam in præjudicium Regni, & contra honorem regiæ dignitatis fecerat, reſcripſit, ut non obſtante juramento alienationes repeterentur, & expreſsè ait, quòd, qui eſt in dignitate etiam laica, ut Rex, non poteſt alienare in præiudicium ſui Regni, ſeu dignitatis, & honoris ſui, & ſi alienando iuravit, non revocare alienationem, iuramentum eſt irritum, & non tenet; maximè, ſi Rex iuravit de non alienando in ſua coronatione. Ratio eſt, quia Rex non habet iue alienandi iura non ſua: ſed iura pertinentia ad Regnum, vel ad dignitatem regiam non ſunt propria Regia, ſed ipſius dignitatis, quæ tranſit ad ſucceſſores; vel regni, unde in præjudicium alterius non poteſt alienare iura, quæ ad ipſum non pertinent, & ſi iuret, ſe non revocaturum alienationes iam factas, iuramentum eſt illicitum, & non obſervandum, utpote de re illicita, & iniuſta: iuramentum autem illicitum nullam poteſt obligationem inducere, quia ad illicitum non poteſt dari obligatio.

23 Hinc etiam ſecluſo iuramento de bonis regni non alienandis; poteſtatem non habet ea alienandi: unde licèt obligatio, ſeu promiſſio non alienandi iura regni, vel coronæ non fuiſſent priùs iuramento firmatæ; adhuc iuramentū poſtea emiſſum de non revocanda alienatione irritū eſſet, quia de re injuſta, & illicita. Neque obſtat, quòd Rex dicatur habere ſupremā iuriſdictionem, & adminiſtrationem in talibus bonis: quia adminiſtratio non infert proprietatem, & dominium diſpoticum: ſiquidem cùm Regnum, vel Imperium certa lege ſit à populo translatum in unam certam perſonam, quæ proclamatur Rex, vel Imperator; ſcilicet quoad iuriſdictionem, & adminiſtrationem, & conſervationem iurium Regni, vel imperij, & hæc adminiſtratio ſit lex fundamentalis, ſecundùm quam fuit inſtituta dignitas Regia in perpetuum, & immutabiliter, ideo oritur obligatio in Rege, vel Imperatore ex pacto inito inter populum, & Regem, vel Imperatorem non alienandi bona pertinentia ad Regnum, vel Imperium, ut notat Felin. *in cap. ad audientiam n. 3.*

24 Hoc tamen multipliciter limitatur; primò ſi per talem alienationem non lædetur, aut minuatur Regnum, vel Imperium, nec dignitas regia, aut Imperatoria, vel etiam ſi bona, quæ alienantur, ſint modica, & parùm regno, vel Imperio ſint utilia *argu. c. benevolas 53. cauſa 12. q. 2.* ubi dicitur, quòd Epiſcopus cum capituli conſilio poſſit alienare bona modica Eccleſiæ, vel minus utilia: ergo multò magis Rex, cuius eſt proprium liberaliter donare. Limitatur ſecundò ob juſtam cauſam, ſi hæc enim interſit cum procerum conſenſu poteſt alienare iura, & bona Regni, vel Imperii, eáque transferre in extraneum, ut poſt bellum ob neceſſitatem ad concludendam pacem cum hoſte, ut notat Roſental. *tract. de feud. c. 5. concluſ. 12.* Tertiò poteſt etiam Rex, vel Imperator ex iuſta cauſa aliqua bona Regni, vel Imperii in feudum dare reſervata ſibi ſuprema iuriſdictione, ac dominio directo, quod procedit etiam de bonis, quæ ante infeudari, vel aliter concedi non ſolerent, dummodo nova infeudatio fiat ob gravem cauſam, & neceſſitatem, & non cedat in grave præiudicium regiæ dignitatis.

Quæritur decimò, an ſi conjuges abſque 25 iuſta cauſa mutuo conſenſu inter ſe paciſcantur, iurèntque alterum ab altero debitum conjugale nunquam petiturum, irritum ſit iuramentum, & promiſſio nulla? Reſpondetur, talem promiſſionem quamvis iuratam non ſubſiſtere, & deſumitur *ex c. tua nos 24. h. t.* ubi Innocentius III. ait, quòd quando vir, & uxor ſe ſeparant à thoro, & mutua cohabitatione, iurántque, ſe nunquam petituros debitum, ſi alter poſtea non vult continere, mulier eſt cogenda cenſura, ut redeat ad virum non obſtante iuramento, eò quia hoc fuerit temerarium, & adulterinum: ſiquidem tale iuramentum repugnet fini matrimonij inſtituti ob uſum coniugij, prolisque generationem, & fornicationem vitandam, ut ait Apoſtolus *1. ad Corinth. 7.* Tum quia talis promiſſio iurata præbet occaſionem adulterandi, proinde eſt promiſſio temeraria, & illicita, & iuramentum eidem adiectum non obligat: quia ad illicitum non datur obligatio. Id autem intelligendum eſt, quando coniuges abſque iuſta, & honeſta cauſa tale juramentum emittunt: alioquin, ſi conjuges mutuo conſenſu pactum inirent, & iuramento firmarent continendi ſe, & abſtinendi ab uſu coniugij cauſā pietatis, & culturā caſtitatis; tum promiſſio iurata obligationem induceret, quia iuramentum eſſet de re licita, & honeſta; proinde obligaret *c. quod Deo 4. cauſa 33. q. 5. c. ſunt, qui dicunt 19. cauſa 27. q. 2.* quia in tali hypoteſi coniuges ſponte cedunt jure ſuo ob finem honeſtum, & nulli irrogant iniuriam.

Iuvat tamen obſervare, quòd ſi coniuges 26 iurent, vel voveant mutuo conſenſu continentiam, tametſi liberentur ab uſu debiti coniugalis, non tamen à mutua cohabitatione, & aliis obſequiis charitatis, quapropter maritus, & uxor poſt editum perpetuæ continentiæ votum, vel iuramentum debent ſimul habitare in eadem domo tanquam frater, & ſoror, ſimúlque vivere lectis tamen, & cubiculis ſeparati, dummodo id honeſtè fieri poſſit.

Quæritur undecimò, an maritus iuramento 27 promittens uxori, ſe illam de nullo crimine accuſaturum, ſit tale juramentum validum, & inducat obligationem? Reſpondetur negativè, quia tale iuramentum eſt temerarium, & illicitum, proinde nullam poteſt obligationem inducere; idque deſumitur *ex cap. quemadmodum 25. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quòd qui contraxit matrimonium cum muliere, iuravitque illam apud ſe ſemper retinere propter fornicationem præcedentem non poteſt eam dimittere; benè tamen proptèr ſequentem, non obſtante iuramento, quia intelligebatur illa conditio, ſcilicet *ſi non peccet contra legem coniugij.* Rurſus ſi iuravit aliquem ducere, non ſit

conſideranda præcedens fornicatio, ſed propter ſubſequentem poteſt illam non ducere, quia intelligebatur illa conditio, dummodo non faciat contra legem ſponſalium. Ratio eſt, quia iuramentum à viro præſtitum de non accuſanda uxore, ſi adulterium commiſerit, eſt irritum, & promiſſio ante delictum commiſſum facta eſt turpis, quia invitat hominem ad liberiùs peccandum, promiſsâ illi impunitate, ſi peccaverit, proinde tale iuramentum non habet vim obligandi *arg. c. penult. de conſuetud. & l. illud 5. §. de pact. dotal.* ubi expreſsè dicitur eſſe irritum pactum, quo quis ad delinquendum invitatur, & *in l. ſi unus 29. §. pacta. ff. de pact.* etiam habetur, quòd pacta continentia turpem cauſam non ſint obſervanda.

28 Neque obſtat, quòd maritus non teneatur uxorem adulteram poſt commiſſum delictum accuſare ad inſtituendum divortium, ſed poſſit illi condonare iniuriam ſibi illatam. Nam inde non ſequitur, quòd non teneatur eam accuſare: ratio diſcriminis eſt, quia condonare iniuriam ſibi illatam pertinet ad jus privatum mariti, cui propterea poteſt cedere: at promiſſio iurata de non accuſando criminaliter pertinet ad vindictā publicam, vel etiam civiliter ad divortiū ſi ſit de crimine nondum commiſſo; quia præbet occaſionem peccandi, proinde cùm iuramentum illud non obliget, eò quia ſit de re illicita, illo non obſtante adhuc maritus poteſt contra uxorem adulteram agere civiliter ad divortium inſtituendum: ſiquidem pactum, & iuramentum illi adjectum de non accuſanda uxore ob committendum adulterium refertur ad accuſationē criminalem, quæ tendit ad publicam vindictam criminis, proinde nullum ſortitur valorem, quia lædit ius publicum, & repugnat bono communi: Sin verò referatur ad privatam, & civilem accuſationem, quæ fit ad ſeparationem thori, & cohabitationis, iuramentum eſt validum, quia tunc non læditur ius publicum, quia accuſatio ad publicam vindictam ſalvatur, neque datur uxori occaſio peccandi, quia maritus, qui iuravit, ſe non accuſaturum uxorem de adulterio civiliter ad divortium, adhuc poteſt ipſam corrigere præmiſsâ monitione privata, & ea poſtea ſpreta per canonicam denuntiationem deferre Prælato eccleſiaſtico ad emendationem, ſeu pœnitentiam agendam, quia cùm juramentum ſit ſtrictæ interpretationis, non debet extendi ultra verborum proprietatem, ſeu communem acceptionem; & denunciare propriè non eſt accuſare, adeo ut qui iuravit ſe non accuſaturum, non prohibeatur vi iuramenti denuciare.: ſi tamen juramentum ab initio non fuerit illicitum, & temerarium.

29 Quæritur duodecimò, quomodo juramentum de non revelandis ſecretis obliget jurantem. Certum eſt, iuramentum, de non revelando ſecreto, quod alicuius fidei concreditum eſt, obligare iurantem, adeo ut ſit contra juramentum emiſſum ſecretum illud revelare, & eum fieri periurum, qui illud revelat, ut liquet *ex lib. de pac. conſtant. c. unic. §. In Chriſti nomine.* Nihilominus reſpondetur, quòd ſi is, qui juravit, ſe non revelaturum ſecreta producatur in teſtem, & legitimè à Iudice interrogetur, teneatur veritatem aperire, ac ſecretum revelare, non obſtante juramento, ut docet Abbas *in c. intimavit* 18. *n.* 3. & ratio eſt, quia in hac hypoteſi tale iuramentum non poteſt ſine peccato obſervari, quia eſt illicitum; ſiquidem teſtis, qui iuridicè in iudicio interrogatus à Iudice competente, ſi veritatem taceat, graviter peccat *c.* 1. juncta Gloſſa *V. occultant de teſtib. cogend.* Tum quia juramentum de non revelando ſecreto intelligitur emiſſum iuxta leges, & quatenus non revelatio ſecreti non adfert nocumentum ſaluti, nec inducit peccatum: ſiquidem ad peccatum nemo poteſt obligari; quapropter illud iuramentum non obligat, quando is, qui iuravit, ſe non revelaturum ſecretum, producitur in teſtem, & legitimè à Iudice interrogatur de veritate aperienda. Iuramentum tunc obſervandum eſt, quando non vergit in interitum, ſeu diſpendium ſalutis æternæ, nec obſervatum redundat in alterius præjudicium, ac detrimentum; ſecus ſi vergat in detrimentum æternæ ſalutis inducendo peccatum, & ſi ſit læſivum iuris communis.

Quæritur tertio decimò, an iuramentum generaliter emiſſum de ſervandis ſtatutis, ac conſuetudinibus alicuius loci obliget ad omnia ſtatuta. Reſpondetur, tale juramentum tantùm ſe extendere ad ſtatuta licita, adeò ut non intelligatur, nec præſumatur emiſſum taliter, ut iurans voluerit etiam ſe obligare ad ſervanda ſtatuta illicita. Quamobrem tale iuramentum validum tantùm eſt, quoad ſtatuta licita, & irritum quoad illicita, quia utile per inutile vitiari non debet, ut deſumitur *ex regul. 27. in 6.* 30

Quæritur quarto decimò, an iuramentum antea præſtitum poſſit ſe extendere ultra limites ſuæ materiæ. Reſpondetur, non poſſe aliquem efficere, ut juramentum antea à ſe præſtitum ultra limites ſuæ materiæ extendatur, ut ſi quis juraverit, quòd ſtatuta Eccleſiæ ſuæ erit ſervaturus, is promittendo, efficere non poteſt, ut virtute prioris iuramenti obligetur ad ſtatuta, quæ poſt emiſſum iuramentum eduntur. Quòd ſi intentionem habeat id denuo iurandi, ita ut ſicut priùs iuraverat, ſe ſervaturum ſtatuta, quæ ante erant; ita iam iurare velit obſervantiam ſtatutorum, quæ poſtea facta ſunt; tunc obligatur non ex priore iuramento, ſed ex poſteriore, verùm in hac hypoteſi prius iuramentum non extenditur ultra limites ſuæ materiæ, quia illa extenſio habetur per poſterius iuramentum, quod editur ſimile priori: hoc idem procedit de voto, ſi quis enim iuraverit, ſe omnibus diebus ſabbathinis ieiunaturum, non poteſt efficere, ut obligatio voti prioris extendatur etiam ad ſingulos dies veneris; ſed poteſt, qui vovit eiunare diebus ſabbathinis, vovere ieiunium diebus veneris, hæc enim extenſio ad dies veneris habetur per novum votum. 31

An verò in dubio intentio voventis in favorem voti, vel iuramenti ſit intelligenda, adeo ut præſumatur, quòd voluerit ſe obligare ex primo iuramento, vel voto ad extenſionem dubiam, videtur reſpondendum affirmativè, adeò ut intentio voventis fuerit ſe obligandi, per 32

novum

novum iuramentum, quia actua debet potiùs intelligi, ut valeat, quàm ut prorſus pereat *c. Abbas. 25. de verb. ſignif.* Et obligatio iuramenti in dubio eſt potiùs reſtringenda; non ita ſi conſtet, quòd aliquis voluerit ſe iuramento obligare, quia is modus debet in dubio præferri, ſecundum quem obligatio ſubſiſtit. Cæterum iuramentum, quamvis generalibus verbis editum non extenditur ultra intentionem jurantis, quatenus hæc ex cauſa, & occaſione iurandi, ut etiam ex materia ſubjecta, & ex adjunctis poteſt conjici, ut deſumitur *ex c. veniens 16. h. t. & ex cap. petitio 31. eod. t.*

29 Quæritur quintodecimo, an promittens ſub iuramento ſolvere mille aureos poſſit uti compenſatione: & excuſari à ſolutione, & à periurio, ſi ſit creditor eiusdem pecuniæ? Reſpondetur affirmativè, adeò ut poſſit opponere exceptionem, ſi iubeatur ſolvere, ut docent Bartolus in *l. ampliùs. ff. rem ratam habere.* Suarez *tom. 2. de religion. c. 37. n. 9.* Molina *de iuſtit. & jur. tract. 2. diſput. 160.* & probatur *ex l. 4. § ſolviſſe de re iudic.* ibi: *ſolviſſe accipere debemus non tantùm eum, qui ſolvit, verùm omnem omnino, qui ea obligatione liberatur*; atqui compenſans debitum manet liber ab eius ſolutione *l. ſi ambo, ff. de compenſat. l. ſi peculium 1. ff. de ſtatu liber.* ubi ſervus, qui liber efficitur traditis decem hæredi, ſi hæres totidem ſervo debeat, & ſervus compenſet, donatur libertate, quia compenſando cenſetur tradidiſſe; proinde compenſans cenſetur ſolviſſe, ac propterea iuramento ſatisfeciſſe, idque evincitur etiam ex *l. dediſſe. ff. de verb. ſignif.* ubi compenſatio admittitur in debiti ſolutione, & compenſans cenſetur ſolviſſe. Tum quia non eſt cenſendus infidelis, neque periurus, qui iuſtè impeditus eſt ab implendis promiſſis *l. fin. ff. qui ſatisdare cog.* ſed qui promittit ſolvere Paulo decem, iuſtè impeditur ab implenda promiſſione ex eo, quòd Paulus totidem debita ei non ſolvat, quia æquum non eſt, velle, Paulum aliorum debita exigere ſuis debitis inſolutis

30 Sunt tamen; qui id limitant, ut procedat in debitis poſt iuramenti obligationem contractis, ſecus in contractis tempore iuramenti; quia ſi quia tempore, quo iuravit ſolvere creditori, erat creditor, & poterat ſuum debitum alterius debito compenſare, & hoc non obſtante iuravit ſolvere, clarè indicavit, ſe renuntiaſſe compenſationi: ſecus, ſi poſt iuramentum contraxit debitum, cùm iam res mutatæ ſint, non videtur compenſationi renuntiaſſe. Sed contrà, quia non eſt neceſſe, ut iurans habeat intentionem renuntiandi compenſationi, ſed præſumitur iurare ea intentione, quæ ſibi eſt utilior, ac commodior, qualis eſt intentio ſolvendi ſolutione legitima, & à iure approbata. Alioquin ſi haberet expreſſam intentionem non utendi compenſatione, & id Creditori manifeſtaret, & ipſe iuramentum ſic factum acceptaret, non poſſet poſtea uti compenſatione, eò quia in eius favorem huic modo ſolvendi debitum renuntiavit. Sin autem eam intentionem creditori non manifeſtavit, poteſt tunc uti compenſatione; eò quia illa promiſſio ſub ea qualitate non utendi compenſatione non fuit accepta à Creditore, cùm ipſi manifeſtata non fuerit: deficiente autem acceptione, in promiſſione etiam iurata, deficit obligatio; proinde illa promiſſio non utendi compenſatione, tunc non inducit obligationem.

Quòd ſi dicas, Creditorem acceptare promiſſionem ſibi factam modo ſibi utiliori. Reſpondetur, id verum eſſe, ſi talis modus utilior ſit poſſibilis ſibi: modus autem ſibi incognitus, & à natura promiſſionis alienus non eſt ſibi poſſibilis, quia incognita non appetuntur; conſequenter non poteſt acceptare promiſſionem ſolutionis ſub excluſione compenſationis; quia talis excluſio, cùm non fuerit ſibi manifeſtata, eſt illi incognita, & aliena à communi promiſſione. 31

Poſſet tamen in contrarium obiici textus *in c. Ad noſtram 7. h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, quòd qui mutuò accipiunt pecuniam, & pignorant poſſeſſiones, ac redditus mutuant; & iurant, ſe non moleſtaturos mutuantem ſuper fructibus pignoris, donec ſolverint pecuniam; tenentur priùs eam ſolvere, & deinde petere reſtitutionem fructuum. Quòd ſi Dominus accepiſſet pignora volens compenſare fructus; ſit compellendus per cenſuras, ut reſtituat pignora, & ſatisfaciat iuramento, & deinde uſurarius cogatur ad fructus reſtituendos. Sed contra quia ex hoc textu non infertur, Pontificem negare, mutuatarios poſſe pro mutuo debito facere compenſationem de fructibus à mutuante ex poſſeſſionibus, & redditibus perceptis, quia tametſi Pontifex in illo textu præcipiat Archiepiſcopo, mutuantem abſolvere, eique reſtituere poſſeſſiones, ac redditus, donec pecunia ei a mutuatariis reddatur: inde tamen non ſequitur, Mutuatarios non poſſe compenſare fructus à mutuante perceptos in ſortem; eatenus præcipitur reſtitui mutuanti poſſeſſiones, & redditus, eò quia ei fuerant ablati, priusquam ſuam ſortem deductis expenſis percepiſſet; quod erat contra rationem, & iuramentum præſtitum ab illis mutuatariis de nullo gravamine inferendo ſuper poſſeſſiones, & redditus, donec pecunia mutuata ei perſolveretur; inferebant autem gravamen, quia poſſeſſiones, & redditus ab eo auferebant; tametſi nec in pecunia, nec in fructibus pignoris ſortem deductis expenſis percepiſſet: alioquin ſi clarè conſtaret, mutuantem deductis expenſis integrè ſortem percepiſſe, non præciperet Pontifex poſſeſſiones, & redditus mutuanti reddi, vel ſi mutuatarij, priusquam à mutuante pignora auferrent, vellent uti compenſatione, & illi dare de redditibus pignoris à mutuante perceptis, idque brevi tempore iuxta *l. ult. t. de compenſat. & c. bona fides in fin. de depoſit.* adeò ut parati eſſent ſolvere; ſi fructus à mutuante percepti mutuo dato non adæquarent; Pontifex non reprobaret ſententiam Archiepiſcopi, neque cenſeret, mutuatarios agere contra iuramentum; & ita communiter explicant textum illum Canoniſtæ, ubi notant, fructus ex pignore perceptos computari in ſortem deductis expenſis; quæ in rem op- 32

[illegible] pigno-

pignoratam factæ ſuut *l. 1. C. de pigno. rat. act.*

32 Poſſet taman ulterius objici, quia compenſatio non eſt vera, ſad ficta quædam ſolutio *l. 3. ff. de Compenſ.* ibi *Intereſt noſtra potiùs non ſolvere, quàm ſolutum repetere:* ex quo taxtu claret, companſationam non eſſa veram ſolutionem. Tum quia in debitis privilegiatis, ut iu depoſito non admittitur companſatio *l. penult. C. de depoſ. l. ult. C. de compenſ.* ex quo liquet, companſationem uon eſſe veram, & propriam ſolutionẽ. Sed contra quia licèt compenſatio vocetur à jure ficta ſolutio ſumpto nomina ſolutionis prout diſtinguitur à compenſatione, & vera dabiti ſatisſactiona, nihilominus in communi uſu loquandi ax diſpoſitiona, & interpretationa iuris dicitur eſſe vera, & rigoroſa ſatisfactio, ae propriè ſolutio. Neque obſtat, quòd in dapoſito, & debito regio hæc compenſatio non admittatur, quia id provenit ex ſpeciali privilegio illorum contractuum, ob bouum commune, ne homines retrahantur à deponendo ſuas pacunias penas publicoa dapoſitarios timore litium, & compenſationum; vel ne ſolutio Ragi debita differatur.

33 Cæterum ſecluſo hoc ſpeciali privilegio in depoſito, & dabito Regio poteſt quis uti compenſationa, ut notat Molina *de juſt. & jur. tract. 2. diſput.* 160. Non tamen compenſatio locum habet in omnibua debitia, ſad in iis tantùm, quæ functionem ſuſcipiunt, & quæ ex parte utriusque ſunt ajusdem rationis, & ſpeciei, æqualia valoris, & bonitatia, ut notat Abbas in *c. bona fides n. ult. de depoſit.* proinda, ſi Petrus debeat Paulo trea modios tritici indetarminatos, & Paulus totidem Petro, poteſt Patrus uti compenſatione: ſacus eſſet, ſi Petrua eſſat debitor tritici, & Paulna olei, val pecuniæ, quia tunc res, quæ debentur, non ſunt eiusdem rationia, & ſpeciai, & non eſt æquum, quòd Paulus adigatur acceptara oleum pro pecuniâ, vel tritico, alioquin poſſet debitor tritici ſatisſacare raddendo oleum.

34 Verùm quamvis in his rebus diverſæ ſpeciei non ſit locua compenſationi, aſt tamen locus retantioni, donec debita pecunia ſolvatur, ut habetur in *l. ſi non ſortem §. ſi contum. ff. de condit.* ibi: *ager tamen retinebitur, donec debita pecunia ſolvatur*, & tunc ſi Petrus exigat à Paulo triticum ſibi dabitum, potaſt Paulus uti ramedio reconventionis, ut Patrus ei ſolvat pecuniam debitam, nequa Patrus cenſetur pariturus in non ſolvaudo, donec Paulus paratus ſit cum effectu ſolvere: ratio eſt, quia iuramentum ſolvandi habet hana tacitam conditiouem à jure, niſi jurans ax aliquo titulo lagitimam axcuſationem habaat, ut notat Suarez *lib. 2. de juram. c. 37. n. 2.*

35 Quæritur ſextodecimò, an obligatio iuramenti promiſſorii ſit perſoualis, ut non axtendatur ad hæredes, & ſucceſſores? Reſpondetur, obligationem iuramenti præſtiti in favorem hominis eſſa perſonalem, & afficera ſolam perſonam jurantis, uec ſe extendere ad hæredes, & ſuaceſſores illius, qui iurat ex ratione Raligionis: ad quos tamen axtenditur obligatio contractus iuramento firmati ex ratione iuſtitiæ, & ita docat D. Thomas 2. 2. *q. 98 art. 2. ad 4.* Suarez *lib. 2. de juram. c. 31. n.* 12. ratio primæ partis eſt, quia joramautum non poteſt eſſe ſine intantione, & voluntate jurandi, perinde ac votum non poteſt aſſe ſina intentiona, & voluntate vovendi; quo ſit, ut carens intentione jurandi, quam revera non habent hærades, vel ſuccaſſores iurantis, uòn poſſit obligari iuramauto ex rationa Religionis, proiude obligationem juramenti hac rationa uou extendi ad hæredes, & ſuccaſſores iurantia, & in hoc ſenſu obligatio juramanti præſtiti in favorem hominis ex virtute Raligionis ratione juramenti eſt omnino parſonalis afficians ſolùm iurantem, abſque eo, quòd tranſeat ad hæredas, vel ſucceſſoras ipſius jurantis, qui propterea ſi nun adimplent juramentum defuncti, non ſunt perjuri; ſad ſolùm, ſi adeunt hæreditatem, tenantur ratione contractûs initi à dafuncto, in quantùm vires hæraditatis ſufficiunt, perinde aa tenentur ad cætara dabita, cæteróſqua contractus defuncti: ratio eſt, quia juramentum eſt vinaulum parſonæ jurantis, & obligatio voluntariè ſuſcepta ax virtute Religionis, proinda ex vi juramenti, & Religionis non poteſt eius obligatio ad perſonaa, quæ non iurârunt, transfarri.

Secunda pars ex eo liquat, quia obligatio contractûs, quem iuramentum confirmat, fundatur in iura acquiſito parti, atque obligatio juſtitiæ, proinde extenditur ad hæredes, & ſucceſſores illius, qui jurat, idque rationa juſtitiæ iuxta textum in *l. neceſſario §. quod ſi ff. de pericul. & commod. rei vendita*: hinc obligatio promiſſionis iuratæ, ſed iniuſtè extortæ, ut cùm iuratur graſſatori minanti mortem, non tranſit ad hærades, vel ſucceſſores iurantis, quia ex tali promiſſiona nullum ius acquiritur promiſſario, non enim talis promiſſio firmatur jurameuto ratione turpitudinis illiua, cui iuratur, ſed tantùm obligat ex religione juramenti, proinde tantùm perſonam iurantem, non verò aius ſucceſſores, qui nou iurârunt. 36

Videtur taman in contrarium obſtara, quia ex religiona juramenti obligantur hæredas, & ſucceſſores eius, qui iurârunt, ſolvere lagatum pium pauperibus, ut etiam præſtara aliud pium opus in honoram Dei, tametſi nullum ſit pauperibus jus acquiſitum, quia nondum acceptaverint talem pecuniam in eleemoſynam; proinda ex ao, quòd promiſſario nullum ſit ius acquiſitum in promiſſione iurata iniurioſè extorta non impadit, quin hæredes, & ſucceſſores obligentur tali juramanto. Sed contra, quia hærades, & ſucceſſoras illius, qui ioravit dare aleemoſynam panparibus, vel præſtare aliud opus pium in houorem Dei, obligantur uon ex vi juramenti, ſau ex obligatione Religionis, ſed ax obligatione iuſtitiæ orta ex aditione hæradidatis jure ſic diſponante, ſiquidem iua canonicum, & civile non permittit hæredem adire hæradiratam, niſi ſub conditione exequendi vota, & juramenta defuncti *argum. c. licet de voto. & ſi hæredes de teſt. l 2. ff. de polticitat.* ibi: *Qui decimam partem bonorum vovit, ſi deceſſerit ante ſolutionem, hæredem illius hæreditario nomine dic* 37

tamen

timus obſtrictum eſſe, voti enim obligationem ad hæredem tranſire conſtat. atqui nullibi in iure reperitur, quòd obligatio iuramenti per iniuſtitiam extorti tranſeat ad hæredes; nec quòd ſub ea conditione concedatur, ut ſucceſſores, vel hæredes adeant hæreditatem: cùm igitur obligatio iuramenti præſertim iniuriosè extorti ſit ſtricti iuris, debet ſtrictè interpretari, non verò laxè, ut tranſeat ad hæredes, & ſucceſſores, qui non jurârunt, ut notat Covarrovias *de pact. p. 2. §. 1. n. 7.* & docet Molina *de juſtit. tom. 1. diſput. 150. V. eſt verò hoc diſcrimen.*

38 Ex parte tamen illius, cui iuratur, iuramentum tranſit ad hæredes, & ſucceſſores, non ſolùm ex juſtitia ratione contractûs, quem juramentum confirmat, verùm etiam ex religione ratione ipſius ioramenti, ut communiter docent Canoniſtæ cumCovarruv. in *c. quamvis pactum. p. 1. §. 5. n. 4. de pact.* & in *c. requiſiſti de teſtam. n. 27.* adeò, ut joramentum non ſit perſonale ex parte illius, cui præſtatur, ſed tranſeat ad ejus hæredes: hinc ſi Petrus juret, ſe ſoluturum Paulo mille florenos, tenetur ex religione juramenti, ſi Paolus decedat ante ſolutionem, ſolvere talem pecuniam hæredibus Pauli: ratio eſt, quia actio defuncti tranſit ad hæredes, & quia Paulus antequàm decederet, habuit actionem, ut à Petrò ex virtute iuramenti ſibi ſolverentur mille floreni, eadem actio tranſit ad hæredes Pauli. Tum quia juramentum intelligitur ſecundùm Juliam interpretationem illius actûs, cui adhæret: hic autem actus, niſi contrarium aliunde conſtet de intentione contrahentium, tranſit ad hæredes, quibus proinde competit actio exigendi illam pecuniam.

39 Hinc patet diſcrimen inter iurantem, & eum, coi juratur; quia obligatio juramenti præſtiti in favorem hominis, ex virtute Religionis ex parte iurantis eſt omnino perſonalis, & ſolùm jurantem afficit, adeò ut ad ejus hæredes, vel ſucceſſores non tranſeat: ſecus ex parte illius, cui juratur, quia cùm illi competat actio exigendi, quod per iuramentum fuit ipſi promiſſum; hæc actio tranſit ad hæredes, & ſucceſſores, ad quos propterea extenditur obligatio iuramenti, non ſolùm ex iuſtitia ratione contractus, verùm etiam ex religione ratione ipſius iuramenti. Ex parte enim iurantis iuramentum non tranſit ad eius ſucceſſores, qui non jurârunt ex ratione ipſius juramenti, ſed tantùm ex vi pacti, ſi nulla interceſſerit turpitudo ex parte illius, qui promiſſionem juratam exigit: hinc licèt quis iuraverit pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, non propterea obligatio iuramenti tranſit ad ſucceſſores ex vi iuramenti, quia Religio juramenti eſt perſonalis.

40 Hinc hæres Vaſalli, cùm inveſtitur, compellitur novum fidelitatis joramentum præſtare Domino directo feudi, quia ex ſuorum prædeceſſorum homagio non obligaretur, ut notat Sylveſter *v. juramentum 4. q. 1.* & habetur in *c. Veritatis de jurejur.* hinc ſi Petrus juravit, ſe non petiturum à Paolo rem aliquam, poteſt nihilominus hæres Petri eam à Paulo repetere, quia hæres non juravit ſe illam non repetiturum: idque procedit ex vi Religionis iuramenti; quia ex vi contractûs tenetur hæres Petri rem illam non repetere.

41 Quòd ſi juramentum præſtitum in favorem hominis non confirmet contractum, vel promiſſionem; eò quia turpitudo inſit illi, cui iuratur; multò magis obligatio ex illo non tranſit ad hæredes, vel ſucceſſores iurantis, quia tunc juramentum unam tantùm ſimplicem continet obligationem Religionis; quæ cùm ſit purè perſonalis; non tranſit ad hæredes. Hinc ſi Petrus abſque ulla promiſſione, contractu, vel pacto homini, vel Deo facto nudè, & ſimpliciter iuravit, ſe ædificaturum eccleſiam, obligatio talis iuramenti, cum non oriatur ex contractu, pacto, vel promiſſione, eſt perſonalis, quæ non tranſit ad hæredem: ea enim eſt natura obligationis perſonalis iuramenti, ut ſimul cum perſonâ iurantis extinguatur.

42 Sin verò defunctus promiſſionem homini factam, & acceptatam; vel votum Deo factum iuramento firmaverit, quia tunc duplicem contraxerat obligationem Religionis, & iuſtitiæ; ceſſante obligatione religionis per obitum iurantis alia obligatio iuſtitiæ perſeverat, & tranſit ad hæredem, eò quia hic ſuſcipit in ſe omnia onera, & obligationes reales juxta vires aditæ hæreditatis, ut docet Suarez *lib. 2. de juram. c. 22. n. 8. & ſequent.* Notat tamen Abbas in *c. cùm contingat n. 6. de jurejur.* quòd ſi juramentum per ſe licet, & ſine ulla turpitudine factum fuit in gratiam alicuius, hæres jurantis poſſit conveniri, non quidem actione directa contra ipſum inſtituta, ſed per implorationem officij eccleſiaſtici Iudicis, ut compellat hæredem ad exonerandam conſcientiam defuncti, tali iuramento ſatisfacere *argum. c. A nobis in fin. de ſent. excommun.*

43 Quæritur decimo ſeptimò, an jurans obedientiam Epiſcopo, vel alteri in officio, vel dignitate conſtituto, expreſſo nomine eius officij, vel dignitatis teneatur ex vi præſtiti juramenti obedire ſucceſſoribus in eodem officio, vel dignitate conſtitutis? Reſpondetur affirmativè, quia dignitas, ratione cuius præſtatur juramentum, ſemper eſt eadem in ſucceſſoribus, quibus propterea tenetur ex vi iuramenti obedire, ut docent communiter Canoniſtæ in *c. veritatis de jurejur.* & id procedit ex probabiliori ſententia, etiam ſi exprimatur ſimul nomen dignitatis, & perſonæ: quia tunc intelligitur præſtitum etiam dignitati, quæ perſeverat in ſucceſſoribus, non enim dignitas variatur ex diverſitate præſidentium *c. ſi gratiosè de reſcript. in 6.* & juramentum non eſt ſine legitima cauſa multiplicandum *c. etſi Chriſtus 27 D. t.* proinde qui tale juramentum præſtitit, tenetur ſucceſſoribus parere, quia juramentum non eſt perſonale reſpecto illius, cui juratur, ut extinguatur cum eius perſona; ſed eſt reale, quatenus reſpleſcit rem, ſeu dignitatem in perſona, cui iuratur, quæ dignitas, cùm remaneat eadem in ſucceſſoribus, perſeverat obligatio jurantis reſpectu eorundem.

44 Ad diſcernendum, an actus ſit perſonalis, & conſequenter non tranſeat ad ſucceſſores; an verò ſit realis, & tranſiens ad illos, non

non principaliter debet conſiderari, an fiat expreſſo nomine dignitatis, vel perſonæ; ſed hæc conſideratio adhibetur, quando id non poteſt dignoſci ex ſubjecta materia, vel ex aliis conjecturis, tunc enim conſidaratur, an facta fuerit expreſſio dignitatis, vel perſonæ: nulla verò huius rei vehementior conjectura eſſe poteſt, ut judicetur actua non eſſe perſonalis, ſed realis, qui reſpiciat dignitatem, quàm ſi fiat prætextu rei pertinentia ad dignitatem, quoties enim actus fit ratione rei, ſeu dignitatis, ſive hæc exprimatur, ſive non, ſemper eſt realis, ut notat Covarruvias in *c. Requiſiti de teſt. n. 2.* & *de pact. p. 1. §. 5. n. 4.*

45 Hinc obſervandum eſt, quòd ſi iuramentum obedientiæ præſtetur Petro Epiſcopo, ut Epiſcopo, ſeu conſtituto in tali dignitate, ſeu ratione illius dignitatis, ſi Petrus renuntiet Epiſcopatui, vel removeatur à tali dignitate, non amplius teneatur illi obedire, qui iuramentum illi præſtitit obedientiæ, quia tunc ceſſat cauſa talis obedientiæ, ſeu dignitas in tali perſona, in qua licèt perſeveret character, non tamen manet officium, & exercitium *c. Ad Apoſtolicam de ſent. & re judic. in 6. c. Venerabilem in fin. de elect.* & docet Abbas in *c. Veritatis 14. numero 3. h. t.* Sotus *de juſtit. & jur. lib. 8. q. 1. art. 9. ad 2* Hinc qui jurat ratione alicuius officij, vel dignitatis exiſtentis in ſua propria perſona, ceſſante in eadem tali officio, vel dignitate ceſſat etiam obligatio juramenti: ut ſi Petrus tanquam Canonicus ſanctæ Mariæ juret ſervare ſtatuta ſuæ eccleſiæ, ſi poſtea privetur canonicatu, non ampliùs tenetur ea ſervare: ratio eſt, quia huiuſmodi iuramentum eſt annexum dignitati, qua ceſſante extinguitur obligatio iuramenti, & ita dicendū de quolibet alio, qui jurat ratione alicuius officii, vel dignitatis, ceſſante enim officio ceſſat obligatio juramenti.

46 Quæritur decimo octavò, quomodo intelligendus ſit textus in *c. fin. de for. compet. in 6.* ubi deducitur, quòd ratione iuramenti præſtiti poſſit laicus conveniri coram Iudice eccleſiaſtico? Reſpondetur, textum illum communiter intelligi, ut obligatio juramenti non tranſeat ad hæredes jurantis, eò quia ſolus iurans obſtringatur religione iuramenti, adeò, ut deciſio in illo textu procedat ſolùm ob ſpiritualem juramenti Religionem, quæ ſolùm jurantem obligat, ut docet Covarruvias *de pact. p. 1. §. 5. numero 6.* Idque adeo eſt verum, ut tametſi lis mota fuerit coram Iudice ſæculari de contractu iurato, adhuc poſſit adiri Iudex eccleſiaſticus, ut compellat partem, & Iudicem ſæcularem ad obſervandum juramentum, & non poſſit illi objici litis pendentia. Hæres tamen jurantis poteſt conveniri coram Iudice eccleſiaſtico, ſi non conveniatur actione orta ex contractu inito cum prædeceſſore, ſed ex officio Iudicis compellentis exonerare conſcientiam defuncti: poteſt enim Iudex eccleſiaſticus ad id compellere laicos *c. A nobis 2 de ſent. excommun.* ibi: *hæredes quoque ipſius ad ſatisfaciendum pro ipſo, ſi monitione præmiſſa noluerint, per diſtrictionem eccleſiaſticam compellantur*, imò quamvis contractus non fuerit iuratus, adhuc Iudex eccleſiaſticus poteſt hæredem defuncti compellere ad ſolvenda illius debita, & obligationes ſatisfaciendas: ratio eſt, quia id non procedit ex iuramento, ſed ex officio, & obligatione, quam Iudex eccleſiaſticus habet procurandi, ut voluntas teſtatoris executioni mandetur.

Quid verò dicendum ſit, ſi relaxetur juramentum per Iudicem eccleſiaſticum ad effectum agendi. 47 Reſpondetur, plures iuriſperitos inter quos ſunt Baldus, & Iaſon apud Covarruviam *lib. 1. var. c. 4. n. 8.* cenſere, adhuc poſſe tunc coram eodem Iudice litigari de valore contractûs, eò quia Iudex cauſæ præparantis ſit etiam Iudex cauſæ principalis præparatæ, quatenus unum ſequitur ex alio, & quia tunc Iudex Eccleſiaſticus eſt Iudex cauſæ præparantis, ſeu relaxationis iuramenti, ſequitur, quòd ſit etiam Iudex cauſæ principalis præparatæ ſeu reſciſſionis contractûs, & hæc ſententia eſt valde probabilis; quamvis non deſint, qui etiam probabiliter adhæreant contrariæ ſententiæ, eò quia textus in *c. fin. de for. compet. in 6.* ob ſolam iuramenti obſervantiam concedat, poſſe laicum conveniri coram Iudice eccleſiaſtico: & quia relaxato iuramento ceſſat eius obſervantia, & tantùm agitur de reſcindendo contractu, déque viribus contractûs non pertinentia ad forum eccleſiaſticum, videtur ſequi, quòd Iudex tantùm ſæcularis poſſit cognoſcere de viribus talis contractus, ſi hic non pertineat ad forum eccleſiaſticum, ut habetur in textu *c. venerabilem de elect.* Tum quia ſi Iudex eccleſiaſticus ex eo, quòd fuit Iudex cauſæ præparantis, ſeu relaxantis iuramenti, poſſet etiam eſſe Iudex cauſæ præparatæ; à fortiori dici poſſet, non ſolùm ipſum iurantem, verùm etiam eius hæredes, & ſucceſſores poſſe conveniri coram Iudice eccleſiaſtico, eò quia hic ſit Iudex originis, & cauſæ, unde ille contractus vires habuerit ratione iuramenti: unde hæc ſententia eſt etiam valde probabilis. Sed obſervandum eſt, quòd licèt laicus ratione iuramenti conveniri poſſit apud Iudicem eccleſiaſticum non propterea amittit ſuum forum: ratio eſt, quia juramentum non immutat forum, ſed tantùm addit forum foro.

Hinc licèt textus in *c. fin. de for. compet.* 48 *in 6.* ſtatuat, quòd ratione iuramenti laicus conveniri poſſit coram Iudice eccleſiaſtico, id tamen non ita intelligitur, ut non poſſit etiam conveniri coram Iudice ſæculari, quia conveniri poteſt coram utroque, cùm iuramentum non immutet forum, ſed tantùm addat forum foro, ut docent plures Canoniſtæ, quos ſequitur Guttieres *de jurament. p. 3. c. 12. n. 3.* Quamobrem laicus poteſt conveniri coram Iudice ſæculari, perinde ac ſi non juràſſet, & poteſt etiam agere coram Iudice ſæculari de obſervantia iuramenti, tametſi materia ſit feudalis, imò cogi etiam poteſt coram eodem ad pœnam perjurij. Excipitur tamen juramentum ſoli Deo præſtitum, de cuius obſervantia ſolùm agere poteſt Iudex eccleſiaſticus: ratio eſt, quia per tale iuramentum ſoli Deo ius acquiritur, & cùm talis cauſa ſit omnino ſpiritualis, ad ſolum Iudicem eccleſiaſticum pertinet de illa

cognoſ-

cognoſcere. Imò id procedit, tametſi probabile dubium eſſet, an juramentum ſit obligatorium, nec ne, quia in hoc caſu etiam ſolus Iudex eccleſiaſtius poteſt cauſam definire, eò quia hæc ſit ſpiritualis: nil enim videtur magis ſpirituale, quàm Inquirare de obligatione juramenti, ut notat Abbas in *c. cum contingat de iureiur. n. 15.* Cæterum deciſio *d. c. final. de for. compet. in 6.* procedit etiam de voto, de cuius obſervantia ſi agatur, laicus convenitur etiam coram Iudice eccleſiaſtico, quia votum eſt etiam vinculum ſpiritnale, perinde ac Iuramentum, ut notat Abbas in *c. licèt de voto n. 3. notab. 3.* hinc, ſi
47 votum, vel juramentum ſoli Deo fiat, tunc ſolus eccleſiaſticus eſt Iudex competens ad compellendum voventem, vel iurantem ad obſervantiam voti, vel iuramenti, quia cùm tunc nullus contractus ſit cum aliquo hnmine initus, ſed ſoli Deo ſit ius acquiſitum ex ſprituali vinculo Religionis, ſequitur, quòd ſola perſona ſpiritualis, ſeu eccleſiaſtica ſit Iudex competens.
48 Sin verò votum, vel juramentum ſit parti intimatum, & ab illa acceptatum, in cuius favorem præſtitum fuit, tunc uterque eſt Iudex competens. Præterea, non ſolùm is, cui juramentum præſtatur, verùm etiàm eius hæres poteſt iurantem convenire coram Iudice eccleſiaſtico ad obſervantiam juramenti præſtiti: ratio eſt, quia Iuramentum ex parte illius, cui præſtatur, non eſt perſonale, ſicutaſt perſonale ex patre illius, qui jurat.

49 Quæritur decimononò, an quodcunque juramentum metu extortum obligationem inducat, ſive ſolam relinquat repetitionem, ſive non? Reſpondetur, de iure civili iuramentum extortum in plurium ſententia nullam inducere obligationem, & habetur in *Authent. Sacramenta puberum C. ſi advers. venditionem* ubi poſtquam Imperator dixit: *Sacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis inviolabiliter cuſtodiantur*: poſtea ſubdit *per vim autem, vel per metum extorta etiam à majoribus (maximè ne querimoniam maleficiorum faciant) nullius eſſe momenti jubemus*: ubi Imperator diſertè declarat, & jubet, juramenta metu extorta ipſo jure non valere, & quaſi non interpoſita nullius eſſe roboris, id enim clarè Imperator ſignificat verbis illis *nullius eſſe momenti.* Quòd ſi dicas, de his, quæ per vim, vel juſtum metum fiunt, jura jubere, quòd ſuum ſortiantur valorem, & actionem patiane ei, qui metum intulit; & metum paſſo ſolùm ita ſuccurratur, ut aut habeat actionem ad illa reſcindenda, vel exceptionem contra improbam actionem adverſarij *l. metum 9. §. ſed quod Prætor 3. ff. quod metûs causâ geſtum erit.* & *l. dolo 5. C. de inutil. ſtipul.* Contra eſt, quia hæc ſibi non adverſantur, licèt enim ipſe contractus metu extortus ipſo iure ſuſtineatur, non ita iuramentum contractui adjectum, ſi metu extortum ſit, ſemper enim eſt nullius valoris, quia ſive ſpectemus actionem illius, qui metum intulit, ſive exceptionem, quia illa ſubmovetur, ſemper in utraqua re juramentum eſt illi inutile: at enim ſi agat, habet quidem iure ipſo actionem, ſed tantùm ex contractu, non verò ex juramento, & eam haberet ex ſolo contractu, tametſi nullum omnino iuramentum interpoſitum eſſet: ſin autem, ut agens exceptione ſubmoveatur, ipſe ita ſubmovetur, ut ad illam exceptionem confirmandam nullam habeat vim juramentum improbè, & per metum extortum.

50 Firmari etiam ex eo poteſt, quia juramentum, quod eſt contra bonas leges politicas ritè ſancitas à legitimo Magiſtratu, adverſatur ordinationi divinæ: ſiquidem ab Apoſtolo *ad Rom. 13. v. 2.* huiusmodi bonæ leges dicuntur ordinatio divina: atqui Iuramentum per vim, & metum extortum eſt contra leges politicas, & civiles *l. juris gentium 7. §. & generaliter 16. ff. de pact. l. ſi quis inquilinus 112. §. fin. ff. de leg. 1. l. non dubium 5. C. de legib.* ex quo ſequitur, quòd de jure civili iuramentum, ſeu pactum initum, quo graſſatoribus, pro vita, pecunia promittitur, quia repugnat ordinationi divinæ, ſervari non debeat. Neque obſtat, ſi dicas, omne juramentum, quod ſine diſpendio ſalutis æternæ ſervari poteſt, eſſe ſervandum *c. cùm contingat 28. in fin. de jurejur.* Nam contra eſt, quia id ſumendum eſt cum limitatione, dummodo ſcilicet iuramentum ſit licitum, & non ſit contra bonos mores, nec contra bonas leges politicas, quas ritè condit legitimus Magiſtratus, quia tunc cùm ex Apoſtolo repugnet ordinationi divinæ, non eſt tale juramentum ſervandum: præſtare autem graſſatoribus, ut talibus, quòd illis ob vim, metúmque illatum (& ſine quo Iuramentum non fuiſſet interpoſitum) promiſſum eſt, procul dubio adverſatur bonis moribus, bonísque legibus politicis prohibentibus extorqueri huiusmodi iuramenta per vim, & metum iniuſtè incuſſum, cùm igitur tale juramentum non obliget, ſervari non debet ex iure civili. Tum quia in iure civili dolus, & metus æquiparantur: dolus autem tollit à juramento obligationem, proinde & metus. Tum quia iuramento per metum extorto deeſt conſenſus, nil enim tam contrarium eſt conſenſui, quàm vis, & metus *l. nihil contractui. ff. de reg. jur.*

51 Hinc ſpectato jure civili probabile eſt, iuramentum metu gravi extortum nullam inducere obligationem, quia civilis Magiſtratus habet poteſtatem infirmandi obligationem iuramenti, priusquam fiat, adeò ut factum nullam inducat obligationem: imò habet etiam poteſtatem remittendi obligationem jam inductam, ut etiam reddendi materiam ineptam juramenti, vel conſtituendi iurantem incapacem: atqui jus civile manifeſtè indicavit hanc poteſtatem exercuiſſe *Authent. ſacramenta puberum*, ubi expreſsè dicitur: juramenta per vim, & metum extorta nullius eſſe momenti, tam quoad obligationem acquiſitam Deo, quàm homini *l. Non dubium C. de legib. l. iurisgentium. ff. de pact.* ubi dicitur, juramentum non eſſe admittendum, & nullius eſſe valoris, ſed potiùs eſſe vanum, & inutile, ſi contractibus à lege reprobatis adiungatur, ne ſcilicet hâc viâ fraus inferatur legibus: contractus autem metu initi jure civili, & canonico reprobantur, ac reſcinduntur, & ſecundùm Jus civile omnino

annullantur, proinde iuramentum iiſdem adjectum utpote da materia reprobata inutile eſt, demum in *l. iuris gentium ff. de pact.* habetur, quòd quoties pactum à iure communi remotum eſt, non ſit ſervandum, quia non obligat, proindè nec iusiurandum eidem adiectum.

52 De Iure tamen cannnico quodcunque iuramentum metu extortum obligationem inducit, dummodo factum ſit animo ſe obligandi, ſitque de materia licita, quæ ſervari poſſit abſque diſpendio æternæ ſalutis, ita docent D. Thomas 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. *ad* 3. *& q.* 98. *art.* 3. *ad* 1. Covarruvias *de ſponſ.* 2. *p. c.* 3. §. 5. *numero* 5. *de pact.* 3. *p.* §. 4. *numero* 2. & *lib.* 1. *variar. c.* 4. *n.* 7. & communiter tum Theologi, tum Cannniſtæ. Probari etiam ſolet ex *c. ſi verò* 8. *h. t.* ubi habetur, quòd ſi Clericus gravi, & iniuſto metu adactus beneficium ſuum alteri reſignet cum juramento, quòd nolit illud repetere, teneatur illud ſervare, eò quia omne juramentum promiſſorium ſervari debet, ſi poſſit abſque peccato: ratio eſt, quia juramento, quod quis coactus præſtat, duplex ineſt obligatio, una quâ obligatur homini, cui coactè iurans aliquid promittit; & hæc obligatio tollitur per coactionem: ſiquidem qui vim iniuſtè intulit, id meretur, ut ei promiſſum non ſervetur: alia autem eſt obligatio, qua quis Deo obligatur, ut impleat, quod per eius nomen promiſit; & hæc obligatio non tollitur in foro conſcientiæ, quia magis debet, qui iuravit, damnum temporale ſuſtinere, quàm iuramentum violare. Tum quia hæc promiſſio eſt de acto virtutis, déque re utili, proinde non eſt, cur ſervari non debeat.

53 Neque obſtat, quòd in *authent. ſacramenta puberum* dicatur, quòd juramenta metu extorta nullius ſint momenti, quia id debet intelligi, quoad firmitatem contractûs, non verò quoad obligationem iuramenti: & in hoc ſenſu explicantur cæteri textus, in quibus juramenta metu extorta dicuntur nullius eſſe valoris; etenim in *c. Debitores* 6. *h. t.* promiſſio ſolvendi uſuras nulla eſt, & à jure reprobatur: item reſignatio beneficij per metum iniuſtè incuſſum facta nulla eſt, & nihilominus ſi acceſſerit iuramentum, hoc ſervandum eſt, iuxta textum in *c. Ad audientiam de iis, quæ vi.* & hoc etiam procedit, quamvis juramentum eſſet de non contraveniendo reſignationi iuxta textum in *c. Ad. aures cod. tit.* & ratio ex eo petitur, quia reprobatio horum contractuum non ita conſtituit materiam illicitam, ut in redemptione vexationis non poſſit licita eſſe: etenim ſolutio uſurarum illicita eſt ſolùm ob turpitudinem recipientis, proinde ex parte dantis poteſt honeſtari, & de facto honeſtatur, quoties cunque ſolvens aliquo fine honeſto movetur; & reſignatio beneficij metu facta eſt etiam irrita in odium incutientis metum; ſimiliter ex parte reſignantis honeſtari poteſt, ſi fiat ad redimendam vexationem: hinc materia, quæ ex ſe nudè ſumpta ſecluſo metu vana eſſet, ac inutilis, & incapax obligationis juramenti, ut reſignare beneficium, vel inſtituere teſtamentum irritum, ſeu ſine ſolemnitate à jure requiſita, ſi metus accedat eo durante ſit capax obligationis, quia adeſt redemptio vexationis, ob quam prohibitio legis ceſſat, & aliàs nullam ex ratione extrinſeca honeſtatem deſumit. Tum quia iure naturæ tenemur, quantum poſſumus efficere, ut iuramentum ſortiatur ſuam veritatem, ne ſcilicet faciamus Deum teſtem falſi, id enim eſſet Deo valde iujuriosum: nec refert, an quod juramento promiſimus, ſit per actus virtutis, vel non; quia ſufficit, ſi ſit quid indifferens, quod ſine diſpendio æternæ ſalutis, ſeu ſine peccato ſervari poſſit.

Quinimò hæc obligatio iuramenti non ſolùm ligat in foro conſcientiæ, verùm etiam in foro externo iudiciali, quia textus in *c. Debitores* in *c. ſi verò de iureiur. c. Ad audientiam de iis, quæ vi,* loquontur de foro externo. Hinc de iure canonico iuramentum metu extortum, abſolutè valet, quoties eſt de materia licita, vel quæ ſervari poſſit abſque diſpendio æternæ ſalutis. 54

Verùm qui ita iuravit, poteſt petere, ut à iuramento eccleſiaſtica poteſtate abſolvatur, quia iuramentum factum per metum, quamvis ſit licitum ex parte iurantis, non tamen eſt licitum ex parte recipientis, qui illud violenter extorſit: & quia qui per metum aliquid promittit, eſt magis dignus veniâ, quàm qui liberâ voluntate delinquit *c. ſacris de his quæ metûs causâ c. ne quis* 22. *q.* 2. ideo eccleſia conſuevit ab hujuſmodi iuramentis abſolvere, non quòd hæc juramenta non obligent; ſed quia ex iuſta cauſa eorum obligationem relaxat, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. Tum quia æquum non eſt, ut aliquis ex ſua iniquitate commodum ferat, proinde in odium incutientis metum iniuſtum abſolvendus eſt à juramento, qui vim paſſus eſt, & poſtea per actionem ex metûs cauſâ, vel ex Iudicis officio in integrum reſtituendus *c. Ad audientiam* 4. *de iis quæ vi, metúsve cauſa.* 55

Quæritur vigeſimò, quiſnam poſſit abſolvere à iuramento, ſeu relaxare iuramentum promiſſorium præſtitum homini? Reſpondetur cum diſtinctione, vel enim ex parte recipientis adeſt turpitudo, eò quia per dolum, læſionem valde enormem, aut vim iniuſtam recipiens iuramentum impetravit promiſſionem, vel renuntiationem, aut contractum ab altero violatum, adeò ut non poſſit in tuta conſcientia recipere, quod ita promiſſum eſt, ac proptereà cogatur datum reſtituere; & tunc juramentum poteſt ab Epiſcopo, vel etiam ab habente authoritatem Epiſcopalem relaxari; quia Epiſcopi ordinariâ iuriſdictione poſſunt hujuſmodi iuramenta relaxare, & deſumitur ex *c.* 2. *de pact. numero* 6. ubi dicitur, quòd tale juramentum poſſit relaxari ordinaria poteſtate Epiſcopi. Quòd ſi non planè conſtet de tali turpitudine, ſed dubitetur, an inſit; tunc præſumptio ſtat pro iuribus iuramenti, proinde ius illius, cui iuratum eſt, fundatum manet, donec de eo dolus, aut vis iniuſtè illata demonſtretur. Quòd ſi dubium ſit iuris, & Doctores diſſentiant, an Epiſcopus poſſit tale juramentum relaxare, vel ſit du- [illegible] bium 56

by Google

bium facti, an juramentum obliget ſine præjudiclo tertii, tunc docent plures, poſſe Epiſcopum etiam relaxare tale juramentum, ut notat Felin. In *d. c. ſi verò 8. num. 18. h. t.* Vel ex parte recipientis juramentum promiſſorium nulla prorſus adeſt turpitudo, ſeu nullus dolus, nulla læſio enormis, nulla vis injuſtè illata, nec quicquam aliud, quod poſſit libertatem jurantis lædere, vel coarctare; nec promiſſionem deturpare; & tunc præter Papam nemo poteſt illud relaxare: ratio eſt, quia pertinet ad ſolum ſupremum Principem jus efficaciter alicui acquiſitum adimere; imò ſupremus Princeps id non poteſt, niſi graviſſima ſubſit cauſa, ut notat Sotus *lib. 4. de juſt. q. 1. art. 9.*

17 An verò, ſi ex parte recipientis adſit turpitudo, debeat tunc juramentum relaxari ab Epiſcopo recipientis juramentum, vel ab Epiſcopo jurantis? Pro ſolutione dubii, notat Abbas in *c. Ex adminiſtrationis n. n. 7. h. t.* ei, qui injuſtè fuit adactus ad jurandum, duo ſuppetere remedia ad ſe liberandum à tali promiſſione, quorum primum ſit, eſſe, ut à ſuo Epiſcopo abſolutionem, ſeu relaxationem juramenti impetret: ſecundum ut adigat eum, cui juratum eſt, ad remittendam obligationem juramenti; & quia hæc duo remedia ſeparatim, & independenter unus ab alio conceduntur; Ideo in optione eſt jurantis eligere alterutrum, & prout maluerit eo uti *l. quoties 40. ff. de action.* Reſpondetur, quòd ſi relaxatio juramenti tantùm fiat ſecundùm forum conſcientiæ, vel etiam extra judicium, tunc Epiſcopus jurantis debet illud relaxare, adeò ut, ſi Petrus exiſtens hic Monachii promiſerit cum juramento graſſatori pro vita centum aureos; poſſit Epiſcopus Friſingenſis tale juramentum relaxare, quamvis graſſator, cui fuit juratum, ſit ſub juriſdictione Epiſcopi Auguſtani; ratio eſt, quia agitur tunc de vinculo, quo ſecundùm conſcientiam jurans irretitur, quod ex juſta cauſa diſſolvere pertinet ad proprium ordinarium: ſicut enim permutare, vel diſpenſare in votis pertinet ad proprium ordinarium voventis, ita etiam relaxare juramentum ad ordinarium jurantis, nec tunc eſt neceſſe, ut altera pars citetur, & audiatur: ſiquidem non agitur de ejus æſtimabili præjudicio: quia jus, ſi quod habet, integrum ei manet, ut poſſit in judicio experiri.

18 Quòd ſi relaxatio juramenti fiat ad liberandum jurantem ab obligatione dandi, aut ſolvendi, quod promiſit, vel ad reſciſſionem contractûs initi per dolum, vel metum injuſtè incuſſum, vel læſionem valde enormem, tunc relaxatio juramenti ordinariè fit ab Epiſcopo illius, cui eſt juratum, ut notat Felinus in *d. c. ſi verò num. 8. h. t.* ratio etiam petitur ex eo, quia plerumque relaxatio juramenti fieri ſolet à Judice tam eccleſiaſtico, quàm ſæculari ſupplendo factum partis, ſi nimirum ipſa pars, cui iniquè juratum eſt, non remittat juramentum, quod tenetur remittere; tunc enim Judex, ſeu Magiſtratus locò ipſius illud remittit: atqui ad id requiritur juriſdictio; proinde debet remiſſio fieri ab Epiſcopo ſub cujus juriſdictione reperitur, qui juramentum debet remittere, & non remittit. Tum quia plerumque is, cui juratum eſt, partes rei in judicio agit, ſi nimirum coram Judice petatur, ut contractus, aut renuntiatio promiſſa juramenti relaxatione reſcindatur: tunc enim is, cui juratum eſt, citari debet, & hæc citatio, cùm ſit actus juriſdictionis, debet exerceri ab habente juriſdictionem in illum, proinde à proprio Ordinario, ſeu Epiſcopo.

Excipitur tamen, ſi contractus in aliena Diœceſi initus ſit cum juramento injuſtè extorto, quia tunc Epiſcopus loci, ſicut cognoſcit de contractu *c. ult. de for. compet.* poteſt etiam de juramento cognoſcere, & illud relaxare; ſiquidem cui conceditur finis, conceduntur etiam ea, quæ tanquam media neceſſaria ſunt ad aſſecutionem ejuſdem finis *c. Præterea 5. de offic. delegati.* Quòd ſi is, cui eſt juratum, ſe ſpontè ſubjiciat Epiſcopo jurantis, tunc idem Epiſcopus cognitâ cauſâ doli, vel metus injuſtè incuſſi poteſt ſubditum abſolvere, quia ut notat Felin. *loc. cit.* Epiſcopus jurantis poteſt relaxare ejus juramentum, quotieſcunque non requiritur citatio partis contrariæ, quia cùm citatio ſit actus juriſdictionis, debet fieri ab illo Judice, ſub cujus juriſdictione eſt pars contraria citanda. 19

Quæritur vigeſimo primò, an Monachi, qui pro debito Monaſterii jurant, ſtare Obſides, teneantur juramentum ſervare? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Ex reſcripto 9. h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, quòd Abbas, & Monachi, qui jurant, vel dant Obſides pro pecunia accepta pro Monaſterio, teneantur ſervare juramenta, ut etiam fidejuſſores ſæculares, qui jurârunt, alioquin interdicitur illis ingreſſus Eccleſiæ, & in eorum terra inhibentur divina officia. Ex quo texto liquet, Monachos poſſe dare Obſides, ſi ipſi liberè voluerint, tametſi in homine libero non poſſit poni obligatio, ut jus conſtituatur in eo, tanquam in pignore, quamvis poſſit detineri, ut fiat, quod convenit, ſcilicet pax, non pecunia: unde homo liber pro debito civili, imò etiam Religioſus pro debito Monaſterii poteſt dari obſes. Plerumque dantur Obſides publica tantùm authoritate, ut fœdera inter habentes jus belli gerendi obſerventur; tunc Obſides iſti veluti ſervituti videntur addicti; quapropter teſtamentum abſque Principis licentia inſtituere eis non permittitur *l. Obſides 11. ff. de teſtam.* Sin verò pars, quæ Obſides dedit, fœdera non ſervet, poſſunt tunc Obſides bonis ſpoliari, non tamen interfici, ſi innocentes ſint, vel talem pœnam non mereantur. Nonnunquam Obſides etiam dantur à privato pro debito civili, & tunc in hos nullum jus reale, ſeu pignoris, aut quaſi ſervitutis acquiritur creditori *l. qui filium 6. C. quæ res pignori.* Excipitur tamen pater, qui urgente graviſſima famis neceſſitate poteſt filium pignori dare *l. 2. C. de Patribus, qui filios diſtraxerunt* hac ratione docet Felin. in *d. c. Ex reſcripto 9. num. 4. h. t.* In maxima Monaſterii penuria, cui aliter ſubveniri non poſſit, Abbatem poſſe Monachos locò pignoris dare, ut extra clauſtrum detineantur, donec debitum ſit ſolutum: 20

61 Cæterum obſes pro civili debito datus in loco, in quo ſiſtitur, non tenetur permanere, niſi ad id ſe juramento obligaverit: ratio patitur ax ao, quia hæc detentio eſt ſpeaies ſervitutis, & fiarl poteſt, ut debitor moras diutiſſimè trahat, vel nunquam ſolvat, & ſervitus eſt neceſſitas ſemper manendi in tali loco: atqui ſervitus homini libaro non convenic *arg. l. Titio* 71. §. 2. *ff. de condit.* ibi: *Titie relicta ſunt centum, ita ut à monumente meo non recedas, vel ut in iſta civitate domicilium babeat; dici poteſt non eſſe illum locum cautioni, per quam jus libertatis infringitur.* Excipitur tamen, quia ad permanendum certo tempore in eodem loco poteſt homo ſe obligare, ut atiam favora piæ cauſæ adſerviendum Ecclaſiæ, vel loco pio, quia Dao ſervire libertas eſt, non ſervitus.

62 Ratio verò, cur Monachi teneantur ſervare juramenta, ex ao deſumitur, quis Abbas poteſt concedere Monacho, ut pro utilitate Monaſterii ſtat in certo loco extra monaſtarium *c. Inſinuante qui cler. vel vov. c. cum Paſt.* 2. *q.* 7. & quia, cui conceditur aliquod negotium expediendum intalliguntur atiam conceſſa ea, ſine quibus non poteſt illud expediri *c. Prat. de offic. deleg.* & ex alia parte juramentum, quod ſine diſpendio æternæ ſalutis poteſt ſervari, eſt ſervandum, ſequitur, quòd ſi Monachi de conſenſo Abbatis ſint extra Monaſterium, & pro illius utilitate juravarint, permanere in aliquo loco, teneantur juramenta ſervara, ut habatur in *c. Ex reſcripte.* 9. *h. t.* Pari pacto uc dicitur in textu fidejuſſores, qui jurârunt creditoram ſervare indemnem, tenentur & ipſi juramantum ſervare: ratio eſt, quia obligatio fidejuſſoris eſt licita, & juxta charitatem, ut nimirum proximus obtineat per fidejuſſorem, quod per propriam perſonam obtinere non poſſet *c.* 2. *de Fidejuſſor.* & quia aſſet iniquum, ut creditor ex promiſſione fidejuſſorie frandaretur *authent. de fidejuſſ.* §. 1. *col.* 1. & juramentum promiſſorium ſit promiſſio firmata juramanto, ſequitur, quòd ſicut ipſe principalis teneretur indemnem ſervare creditorem, ita Fidejuſſor, qui ad eandem promiſſionem ſe per juramentum accaſſoriè obligavit, hinc Salomon ait *Proverb. c. 6. Si ſpoponderis pro amice tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam; illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus*, per hæc autem verba Salomon naminem dehortatur à ſponſione, cùm hæc ſit opus miſericordiæ, ſad ſuadet illi, qui ſpopondit pro amico, ut ipſum amicum ſolicitus admoneat, ut cadditâ pecuniâ, quam debet, creditori, & ſe ac ipſum libaret, ut explicat S. Hieronymus in *d. c. 6. Proverb.*

63 Quæritur vigeſimoſecundò, an ſit perjurus, qui non neceſſitate coactus, ſed propris voluntata inductus agit contra licitum juramentum? Reſpondetur affirmativè ex *c. querelam* 10. *h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, & declarat, quòd facians contra juramentum ſuum non ex neceſſitate, ſed ex voluntate ſit perjurus, & ſi habeat Eccleſiam ſibi concreditam, debeac illâ privari. Ratio eſt, quis per juramentum licitum, qui juravit obligatur Deo, & homini ad implendum, quod per illud promiſit *c. ſi verò* 8. *h. t.* & quia Deus eſt ſerutator cordium *c. ſi quid* 24. *q.* 5. ideo ſola neceſſitas excuſat ab adimpletione juramanti, dummodo non deſit adimplendi voluntas *c. ſi nulla* 23. *q.* 8. neceſſitas anim non eſt legi obnoxia *l. fin. §. qui ſatisd. cog.* hinc non cenſetur Reus perjurii, nec juramenti promiſſorii, qui ob impedimentum necaſſarium non adimplet, quod promiſit, eò quia neceſſitas non ſic legi ſubjecta *c. 2. de obſerv. jejun.* & docet Gloſſa in *d. c. querelam* 10. *v. neceſſitate h. t.* Sin verò voluntariè non adimplet juramentum, excluditur ab Eccleſia, adaò ut Clericus convictus de perjurio privandus ſit ſuis beneficiis, ac deponendus *c. cum non* 10. *de judic.* & *d. c. querelam* 10. *h. t.* & ratio ex eo petitur, quia perjurus eſt inſamis *c. ſi quis* 22. *q.* 5. & inſamibus portæ dignitatum non debant patere *c. Inter de exceſſ. Prælat.* & quia turpiùs ajicitur, quàm non admittitur hoſpes, & multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, ideò ſi conferatur beneficium ei, qui tunc eſt inſamis, collatio eſt ipſo jure nulla *c. infam. de reg. jur. in 6.* verùm ſi infamia perjurii ſuperveniat beneficiato, non privat aum ipſo facto baneficio, ſed per ſuperioris ſententiam privandus eſt, ut dicitur in *d. c. querelam* 10. *h. t.*

Quæritur vigeſimotertiò, an juramentum 64
ſequatur cacitam conditionem, quæ intelligitur eſſe in promiſſione juramento firmata: Reſpondetur affirmativè, & ita docent communiter Canoniſtæ cum Covarruv. in *c. quamvis pactum. p. 2. §. 4. in princ.* ratio ex ao deſumitur, quia ex *regula juris* 42. *in 6.* acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, & juramentum eſt acceſſorium ad promiſſionem, ſuper quam cadit, proinde ſi promiſſio habet tacitam aliquam conditionem, etiam juramentum cadens ſuper eandem promiſſionem intelligitur aandem habere conditionem. Idque ex eo firmari poteſt, quia juramentum non additur promiſſioni, ut hæc alitec accipiatur, quàm per ſe ſolaat accipi, ſed ut promiſſio intellecta eo modo, quo ſolet intalligi, non poſſit amplius revocari, ſi ſit juramento firmata, proinde juramantum non tollit, nequa excludit conditiones, quæ tacitè intelliguntur ineſſa promiſſioni, ſuper quam juramentum cadit; hinc qui juravit puellæ, ſe aam ducturum in uxorem, ſubintalligitur, niſi fornicetur, niſi inſamiam, vel morbum incurabilem contrahat, vel niſi promiſerit, ingredi religionem. Rurſus qui juravit ſervare ſecretum, ſubintelligitur, niſi ſilentium vergat in grave detrimentum jurantis, vel alterius. Qui juravic ſe verbaraturum filium, val famulum, ſubintelligitur tacita conditio, ſi inda non naſcatur majus incommodum, val niſi dapracando veniam impetraverint. Qui juravit obedira ſuperiori, ſubintelligitur, dummodo non fuerit excommunicatus, vel officio privatus. Qui juravit honoris cauſâ, ſe non præceſſorum altari, ſubintelligitur, niſi ab ipſo adigatur, quia cùm juramentum ſit in ſavorem illius, cenſetur tunc illa juramantum relaxare, ao ipſo quòd non vult præcedere, ut docent Valentia 2. 2. *diſput. 6. q. 7. punct. 3 ad 3.* Suarez *tom. 2. de religion tract. de juram. lib. 3. c. 17. num. 9.* Leſſius *de juſtit.*

lib. 6.

lib. 2. *c.* 42. *dub.* 4. Item qui juravit ſervare ſtatuta Capituli, ſubintelligitur, quæ nunc ſunt in vigore, & majoris momenti, quæque ex vi juramenti ſunt in uſu; quia juramentum, cùm ſit ſtrictæ interpretationis, non extenditur ad ſtatuta futura, ut notat Abbas in *c. Clericus* 35. *h.t.* Item qui jurat ſe facturum, quòd alter præceperit, intelligitur, dummodo præcipiat, quod eſt honeſtum, quia implicat, ut quis obligetur ad præſtandum, quod non eſt honeſtum, ſed illicitum, ſeu quod eſt peccatum, ut furtum, mendacium, homicidium, quia ſi quod per juramentum promittitur, eſt peccatum, tenetur jurans ab eo omnino abſtinere, ſeu illud omittere, proinde non poteſt juramento promittere, ſe illud facturum, quia juramentum non fuit inſtitutum, ut eſſet vinculum iniquitatis *c. Quanto de jurejur.* & conſentit *reg. jur.* 58. *in* 6. ibi: *Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum*, & deſumitur etiam ex *c. Quamvis de pact. in* 6. & ex *c. cum contingat* 28. *h.t.* ubi habetur, juramenta obſervanda eſſe, niſi eorum obſervatio vergat in interitum æternæ ſalutis, quod non ſolùm de peccatis lethalibus juramento firmatis intelligitur; verùm etiam ſuo modo de peccatis venialibus, quæ ſunt diſpoſitiones ad mortale.

65 Quòd ſi dicas, in *c. cum contingat* 28. *h. t.* dici, juramentum ſervandum eſſe, dummodo in diſpendium æternæ ſalutis non vergat: proinde juramentum de ſolo peccato veniali eſſe ſervandum, eò quia peccatum veniale non excludit ab æterna ſalute. Contra eſt, quia, tametſi peccatum veniale non vergat immediatè in diſpendium æternæ ſalutis, eò quia non privet peccantem venialiter gratiâ ſanctificante, quia tamen ad id diſponit, ideo mediatè vergit in diſpendium æternæ ſalutis. Tum quia retardat ingreſſum ad vitam æternam: hinc juramentum de re illicita non indiget relaxatione, ſiquidem relaxatio ordinatur ad tollendum vinculum: & juramentum de re illicita non eſt vinculum, quia non ligat, nec eſt obligatorium, conſequenter non indiget relaxatione; imò id etiam procedere, quando juramentum fit Deo contra conſilia Evangelica, docent communiter Canoniſtæ præſertim Covarruvias *de pact.* 2. *p.* §. 5. Barboſa, & alii.

66 Poſſet tamen objici textus in *c. Venerabilem de elect.* ubi dicitur, non valere allegationem de juramento illicito facto à quodam, qui Regnum ſibi uſurpaverat, eò quia debuiſſet priùs ſedem Apuſtolicam conſuluiſſe, ex quo infertur, illicitum juramentum indigere relaxatione, & non poſſe aliquem juramento illicito contravenire ſine authoritate ſuperioris, ut etiam docet Gloſſa in *c. fin. v. confirmavit* 22. *q.* 4. ubi expreſsè aſſerit, non poſſe jurantem materiæ mali juramenti contravenire propria authoritate, ſed indigere relaxatione. Sed contra, quia in *d. c. Venerabilem* non erat certum, juramentum fuiſſe de re illicita, ſed perquàm dubium, proinde meritò dicitur, debuiſſe eum, qui juravit, priùs conſuluiſſe ſedem Apoſtolicam, quæ dubium decideret, ut notat Gloſſa in *d. c. v. venire*, & docet Suarez *tom. 2, de relig. tract. de juram. lib.* 2. *c.* 18.

Quæritur vigeſimoquartò, an juramentum de præſtando opere indifferente inducat obligationem? Reſpondetur negativè cum D. Thoma 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. Suarez *de juram. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 4. Ratio eſt, quia actio humana, quæ ſecundùm ſe, ſeu ex objecto eſt omnino indifferens, ſi in individuo ad nullum finem referatur, eſt otioſa, proinde mala, quia tenetur homo omnes ſuas actiones humanas dirigere in finem ultimum, ſeu Deum, cui debentur omnes humanæ actiones, quæ propterea ſi careant hac directione in finem ultimum, ſunt defectuoſæ, & malæ, quia ſicut bonum ex integra cauſa; ita malum ex quovis defectu: juramentum autem ſi cadat ſuper rem malam non inducit obligationem. Præterea licèt daretur actio humana etiam in individuo indifferens, quæque moraliter nec bona, nec mala eſſet; adhuc tamen talis actio nullam præſeferret utilitatem, & eſſet impeditiva majoris boni, ſaltem pro eo tempore, quo ipſa exercetur; conſequenter non pertinet ad cultum, & reverentiam Dei, ut ob teſtimonium Dei adductum perfici debeat. Alioquin ſi actio, vel ejus omiſſio, quæ ex ſe, ſeu ex objecto eſt indifferens, refe已atur ad debitum finem, tunc hac ratione fit actio bona, & opus virtutis capax obligationis juramenti, ut ſi quis juret, ſe non ingreſſurum domum alicujus mulieris causâ peccati vitandi, tametſi ingredi domum alterius ſit res ex ſe indifferens, quia tamen dirigitur ad Deum, ne offendatur, talis omiſſio, ſeu velle non ingredi talem domum, eſt actus virtutis capax juramenti. 67

An verò, qui juravit, ſe facturum rem illicitam, ſi poſtea mutata aliqua circumſtantia fiat licita, juramentum convaleſcat. Reſpondetur negativè, quia juxta *reg.* 18. *in* 6. *non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non ſubſiſtit:* hinc qui juravit ſine cauſa, ſe talem domum nunquam ingreſſurum, ſi poſtea superveniat juſta cauſa nunquam ingrediendi, eò quia domus illa poſtea inhabitetur à muliercula dante occaſionem peccandi, adhuc ex virtute juramenti, non tenetur abſtinere à tali ingreſſu, ſed tantùm ratione declinandi occaſionem peccandi: quia cùm tale juramentum fuerit ab initio irritum, quia de re inutili; poſtea non convaleſcit ob mutationem circumſtantiæ, ut docet Suarez *lib.* 2. *de juram. c.* 19. *n.* 17. 68

Hinc qui contra fidem primorum ſponſalium contraxit ſecunda, quæ etiam juramento firmavit, quia hoc juramentum ſtantibus primis ſponſalibus non obligat, eſtque de re illicita; ideo priore ſponſâ, ante nuptias cum ſecunda, mortuâ, non tenetur ad ſecunda ſponſalia, quia cùm juramentum ab initio fuerit irritum, non convaluit per mortem primæ ſponſæ. 69

Juramentum verò præſtitum intuitu tantùm divini honoris de opere minùs bono partim ab initio nullam affert obligationem, ſi opus ei directè oppoſitum melius ſit; ut ſi quis juraverit, ſe uxorem ducturum; cujus oppoſitum, ſeu cœlibatus eſt melior: partim verò obligat, ita tamen, ut jurantis arbitrio commutari poſſit in aliud opus melius, ut ſi Petrus juravit, ſe per hanc horam oraturum, ſi poſtea intelligat, gratiùs fore 70

Deo,

Digitized by Google

Deo, ſi pauperi infirmo opituletur, poteſt orationem juratam commutare in opus charitatis, quo aſſiſtat infirmo, ut cum D. Thoma 2. 2. *q. 89. art. 7.* docet Suarez *de juram. lib. 2. c. 12. num.* 11. Covarruvias *c. Quamvis pactum p. 1. §. 6. num.* 6. Ratio eſt, quia juramentum ſuſcipit naturam, & conditionem promiſſionis, ſuper quam cadit *c. quemadmodum 25. h. t.* unde ſicut votum factum Deo de opere minus bono partim ab initio non obligat, nec Deo eſt acceptum; ſi nimirum ejus directè oppoſitum melius ſit: & partim obligat, & Deo eſt acceptum, & nihilominus arbitrio voventis poteſt commutari in opus melius; ita etiam dicendum de promiſſione jurata.

72 Hinc qui juravit, ſe filium verberaturum non tenetur ad tale juramentum, ſi poſtea judicet, & cognoſcat melius eſſe: & conſultius eum non verberare: quia tale juramentum poteſt arbitrio jurantis commutari in melius, quia poteſt contingere, ut poſtea mutetur ſtatus objecti, eò quia filius fuit emendatus, & ſupplex veniam petierit; vel etiam ut alius pro eo rogaverit, & interceſſerit; ut notat Armilla *v. juramentum num.* 12.

73 Juramentum tamen factum in gratiam, vel utilitatem hominis, Eccleſiæ, vel alterius communitatis de opere honeſto ſemper obligat, nec arbitrio jurantis poteſt commutari in aliud, quamvis melius, idque juxta textum in *c. quamvis pactum de pact. in 6.* & in *c. cum contingat 28. h. t.* quia ut notat Abbas ibi *num. 7.* juramentum homini præſtitum ſervandum eſt, quoties ſine peccato, ſeu ſine ſalutis diſpendio ſervari poteſt, & id procedit, quamvis juramentum ſit ſolo interno animo conceptum; quia obligat ex virtute Religionis ob Dei reverentiam, ut docet Suarez *de juram. lib. 2. cap. 12. num.* 21.

74 Verùm id procedit, niſi is, cui juratum fuit, remittat ſibi promiſſum per juramentum; quia omne juramentum intelligitur fieri ſub hac tacita conditione, niſi is, in cujus gratiam factum eſt, remittat; vel pro tali juramento acceptet aliud opus. Hinc quia Deus præſumitur, velle quod melius eſt, ideo juramentum factum intuitu ſolius Dei, commutari poteſt in quodcunque aliud opus melius: ſecus eſt de juramento edito in utilitatem hominis; hoc enim non poteſt commutari à jurante in opus abſolutè melius, ſi ei, in cujus gratiam juravit, ſit minus acceptum, vel utile; quia ob varias circumſtantias occurrentes homo non ſemper præſumitur contentus de re, quæ alteri videtur melior.

75 Quæritur vigeſimoquintò, quomodo intelligenda ſit regula illa juris *in 6.* ſcilicet: *juramentum contra bonos mores non eſſe obligatorium*? Reſpondetur, hanc regulam communiter intelligi, quòd juramentum non obliget, ſi ſit contra bonos mores naturales, nimirùm quibus homo efficitur bonus, & quibus contravenire peccatum eſt, ſive ob prohibitionem legis naturalis, ſive divinæ poſitivæ, ſive canonicæ, ſive civilis, quia tunc non poteſt ſervari ſine culpa mortali, vel veniali, & juramentum, cùm non ſit vinculum iniquitatis in tali caſu non poteſt obligationem inducere. Cæterum præfata regula non intelligitur, quòd juramentum non ſit obligatorium, ſi ſit tantùm contra bonos mores civiles, quia ſi res promiſſa poſſit ſine ullo peccato ſervari, & tantùm adverſetur moribus civilibus inſtitutis per leges civiles non obligantes ad culpam; juramentum tunc non amittit ſuam vim obligandi, & ita explicat hanc regulam Tuſchus *tom. 4. v. juramentum concluſ.* 151. *num.* 29. Abbas *conſil. 95. in fin. lib. 1.* & in *c. cum contingat. 28. num. 5. h. t.* Secus tamen eſſet, ſi mores civiles eſſent inſtituti per leges civiles obligantes ad culpam. Pro quo juvat obſervare, quòd tametſi leges univerſæ primò, & principaliter intendant bonum commune, & ratione hujus intentionis dicantur primariò reſpicere bonum commune; nihilominus quoad executionem quædam primariò reſpiciunt bonum privatum; & ſecundariò bonum commune, quatenus utilitas privatorum redundat in bonum commune.

Hæ leges ſunt, quarum materia proxima 76
eſt bonum uniuscujusque civis, tales ſunt, quibus conſulitur imperfectioni minorum, & mulierum, & quibus conſervantur patrimonia ſingulorum: aliæ reſpiciunt immediatè, & per ſe primò bonum commune, & ſecundariò bonum privatum, tales ſunt leges, quibus diſponitur de rebus publicis, ne ſcilicet frumentum, & alia victualia extrahantur è Provincia, ne equi, & arma vendantur exteris, ne pecuniæ alio transferantur, & deſumitur ex *l. 1. §. 1. ff. de juſtit. & jur.* & docet Bartolus *l. Ambitioſa ff. de decret. ab ordin. facien. num.* 19. Tunc verò dicitur lex primariò quoad executionem dirigi in bonum privatum, quando ex transgreſſione illius non læditur immediatè bonum commune, ut contingit in alienatione fundi dotalis, cùm Reipublicæ non magis interſit, quòd talis fundus poſſideatur ab uno potiùs, quàm ab altero cive; quando verò ex transgreſſione legis læditur immediatè bonum commune, dicitur tunc lex quoad intentionem, & executionem reſpicere primariò bonum commune; talis eſt lex prohibens arma, equos, pecunias, frumentum, & alia victualia extrahi è Provincia; tunc enim ex transgreſſione talis legis læditur bonum publicum ipſius Provinciæ, quæ manet indefenſa ſine armis, abſque pecuniis, equis, & victualibus: quinimò in dubio judicandum eſt in favorem boni communis, quod præferri debet bono privato.

Quando igitur lex civilis ordinatur imme- 77
diatè ad bonum commune, tunc obligat ad culpam, proinde juramentum adjectum actui ſic prohibito tanquam de re mala non obligat, quia paciſci in præjudicium boni communis eſt renuntiare juri alieno, & agere in præjudicium alterius: nemo autem poteſt renuntiare juri alieno, & agere in præjudicium illius *l. juris gentium § ſi paciſc. ff. de pact.* hinc in *c. ſi diligentem de for. compet.* expreſsè deciditur, irritum eſſe pactum juratum, quo clericus renuntiat privilegio fori, & adducitur ratio: quia tale privilegium conceſſum ſit in favorem totius ſtatûs

clerici

clericalis, & clericus non poteſt renuntiare juri, quod competit toti ſtatui clericali, quia præjudicaretur aliis clericis, quapropter jus canonicum diſponit, quòd juramentum non obliget in præjudicium tertii: unde à fortiori, nec obligabit, ſi tendat in præjudicium boni communis, & ſit contra legem diſponentem aliquid in favorem boni communis, ut docent Abbas in *c. cum contingat* 28. *n.* 5. *b.* 1. Tuſchus *tom.* 4. *v. juramentum concluſ.* 500. *n.* 18. *& ſequent.*

78 Quando verò lex civilis ordinatur immediatè in favorem privatorum, ſeu bonum privatum; tunc ſive prohibitio talis legis dirigatur in actum, ſive in perſonam, non obligat ad culpam; & tunc juramentum præſtitum homini de re illa prohibita in utilitatem ejuſdem hominis, obligat, eò quia non ſit de re mala, ſed utili alteri. Ratio eſt, quia talis lex ſolum favet privato, quem non cogit, ut non renuntiet ſuo favori, quando poteſt eidem renuntiare ſine præjudicio alicujus tertii. Tum quia, cùm lex ſit principaliter in favorem privati, non intendit eidem ex transgreſſione obligando ad culpam laqueum injicere; quinimò potiùs intendit per annullationem talis actûs privilegium illi concedere; ne, quod in ejus favorem ſtatutum eſt, converratur in ejus ſpirituale damnum. Tum quia hujuſmodi pacta contra leges civiles ſpectato utroque jure civili, & canonico firmantur juramento. Tum quia lex prohibens alienare ſine decreto Judicis res immobiles Minoris *C. de præd. minor. ſine decreto non alien. per tot.* dirigit præceptum in rem: & nihilominus ſi minor alienet ſine tali decreto; textus in *l. non ſolùm*, & in *l. ſiquidem* & *l. ad reſolvendum C. eod. tit.* dicit id fieri contra legia prohibitionem.

79 Cæterum lex civilis quamvis edita principaliter in bonum privatum poteſt obligare ad culpam: verùm hic non agimus de hac potentia legis civilis, ſed tantùm tradimus regulam moralem ad dignoſcendum, quando lex civilis de facto non obliget ad culpam; ac proinde dummodo aliter non conſtet de mente legiſlatoris cenſeatur lex in bonum privatæ perſonæ edita non obligare. Hinc nec obligat juramentum, ſi vergat in præjudicium tertii *c. cum contingat* 28. *b.* 1. *c. Quamvis pactum de pact. in* 6. & tradit Paulus in *repetit. authent Sacramenta puberum n.* 18. ratio eſt, quia nequit jurans inferre alteri detrimentum, alioquin juramentum obligaret ad rem injuſtam, quapropter juramentum ſolvendi arrhas ultra decimam partem bonorum non obligat, quia cederet in præjudicium tertii, & id procedit qualitercùnque lex loquatur; ſive prohibendo, ſive non aſſiſtendo, & ſive prohibitio dirigatur in rem, ſive in perſonam. Verùm hoc præjudicium tertii debet intelligi, quando directè, & principaliter juramentum tenderet in illud: ſecus enim ſi ſolum indirectè, & ſecundariò ageretur de dicto præjudicio, ut notat Gloſſa in *c. quamvis pactum de pact. in* 6. imò docet Suarez *lib.* 2. *de jurament. c.* 27. *n.* 5. hoc præjudicium debere tale eſſe, ut involvat injuriam, vel ſaltem culpam contra aliquam naturalem obligationem.

80 Quæritur vigeſimoſexto, an promiſſio prodiga juramento firmata inducat obligationem? Reſpondetur, plures cum Molina *de juſtit. & jur. tom* 2. *diſput.* 271. docere, talem promiſſionem prodigam juramento firmatam totam, & ſimpliciter obligare: ratio eſt, quia tametſi modus prodigè promittendi, non careat culpâ, non tamen adeſt culpa ex parte rei promiſſæ: quamvis à principio tota illa libera promiſſio quoad totam quantitatem ſit prodigalitas; non tamen eſt pariter in executione prodigalitas, quia executio talis promiſſionis non eſt culpa, ſed debiti jam contracti impletio; proinde ſolutio ex juſtitia: & id exemplificat Ca,etanus 2. 2 *q.* 32. *art.* 7. à pari de promiſſione mercedis facta meretrici, quæ tametſi includat culpam, eò quia per ipſam habeatur approbatio actus turpis, & inductio ad peccatum: non tamen ſolutio, poſt peccatum, talis mercedis promiſſæ eſt culpa, ſed ſolutio debiti ex juſtitia: hinc promiſſio facta homini propter turpem finem obligat, ut etiam docet Sotus *de juſtit. lib.* 7 *q.* 1. *art.* 3. *v. quòd ſi contra*: quod tamen ita intelligendum eſt, ut talis obligatio oriatur poſt perpetratum à promittente peccatum: ſiquidem ante peccatum ordinatur ad finem turpem, ut ſcilicet alter perpetret delictum, unde ante peccatum tenetur uterque diſſolvere contractum; ſecus poſt perpetratum peccatum nulla adeſt culpa in ſolutione rei promiſſæ; quin potiùs ſolutio debita eſt ex juſtitia, ut notat Covar. *reg. peccatum* 2. *p.* §. 2. *n.* 1. Ratio, cur ante perpetratum delictum promiſſio etiam juramento firmata non obliget, petitur ex defectu cauſæ finalis honeſtæ; quælibet enim promiſſio, ſeu donatio facta ob turpem cauſam eſt ipſo jure naturæ irrita, ut ſi quis promittat, vel donet aliquid ad homicidium perpetrandum, vel ad pejerandum; ſiquidem promiſſio quælibet, & donatio inducit ex natura ſua aliquam obligationem, & nemo poteſt obligari ad peccandum. Ita quamvis promiſſio, ſeu donatio prodiga, ex qua parte excedit moralem facultatem donatoris, ſit vitioſa: ex qua tamen parte ſupponitur legitimè acceptata à donatario non inquirente; an talis donatio excedat moralem facultatem donatoris, contrahit novum debitum juſtitiæ, & inter duo debita, quod eſt majus, obligat; & quia debitum juſtitiæ ſolvendi promiſſionem, vel donationem legitimè acceptatam eſt majus, quàm debitum morale, non exequendi promiſſionem, ſeu donationem prodigè factam: ideo tenetur donator ex juſtitia promiſſionem prodigam juramento firmatam adimplere, quia in tali adimpletione nulla adeſt culpa, cùm debitum morale non exequendi prodigam promiſſionem, ſeu donationem, ſuperetur ab arctiori debito juſtitiæ, quod eidem accedit ex legitima acceptatione donatarii; perinde ac debitum audiendi ſacrum die feſto, quia ſuperatur à majori debito charitatis aſſiſtendi, & ſubveniendi ægroto extremè laboranti; tunc obligatio charitatis, quia fortior ſuperat, & extinguit obligationem audiendi ſacrum.

81 Nihilominus communior ſententia docet, promiſſionem prodigam juramento firmatam tantùm obligare quoad illam quantitatem, in qua non eſt prodigalitas, non verò quoad incrementum conſtituens prodigalitatem, & hæc ſenten-

tia

tia mihi videtur probabilior: ratio eſt, quia quoad tale incrementum promiſſio eſt de re vitioſa, qualis eſt prodigalitas, quæ eſt extremum vitioſum liberaliratis, nulla autem promiſſio, ſeu donatio vitioſa poteſt promittentem, ſeu Donatorem obligare ad illam adimplendam, ut doeens Soarez *lib.2.c.23. in fin.* Sotus *de inſtit. lib.4.q.7. art.1.* Bonacina *de juram. diſp.4.q.1. punct.4. n 3.* & alii docentes, quòd ſi Tirius iuraverit dare meretrici pro actu fornicario mille aureos, non teneatur dare totam illam quantitatem, quæ ſapit prodigalitatem, ſed tantùm eam quantitatem, quam alii ſuæ conditionis homines ſolent ſimilibus meretricibus dare; quia promiſſio prodiga etiam iuramento firmata tantùm obligat ad quantitatem, in qua non eſt vitinm, ſeu prodigalitas; oon verò quoad incrementum, in qoo habetur vitiom prodigalitatis, idque poſt commiſſum peccatum, qoia ante peccatum promiſſio, & iuramentum eidem adiectum, utpote de re turpi nullius eſt valoris, nec ullam poteſt inducere obligationem, quinimò ita contrahenres, renentur contractum diſſolvere, ſicut tenentur peccatum declinare.

82 Quæritur vigeſimoſeptimò, an juramentum promiſſorium de re, quam iurans moraliter præſtare non poteſt inducat obligationem? Reſpondetur, tale iuramentum non obligare, quia ut iurameotum promiſſorium inducat obligationem, debere eſſe de re poſſibili, & quando quis promittir aliquid, quod mnraliter eſt illi impoſſibile, ut poſſit illud exequi, non eſt de re illi poſſibili: conſequenter promiſſio illa quamvis iuramento firmata non inducit obligationem quoad id, quod non eſt iuranti poſſibile; alioquin ſi eſſet poſſibile quoad aliquam partem, teneretur exequi iuramenrum quoad illam, licèt non quoad aliam, quæ eſſet illi impoſſibilis, quia in ordine ad illam partem iuramentum non eſſet validum, nec induceret obligationem: ſiquidem iurare, quod eſt juranti impoſſibile, temerarium eſt, quia non poteſt tunc verum facere, quod iurat. Præterea quia nulla lex obligat ad impoſſibile, & iuramentum eſt lex quædam privata, qoam iurans ſibi imponit. Quinimò iurans quod ſibi eſt impoſſibile, non videtur carere culpâ, quia tunc iurans non poteſt habere voluntarem adimplendi iuramentum, cùm cognoſcat, adimpletionem iuramenti eſſe ſibi impoſſibilem, ut notat Sylveſter *v. juramentum 4. q. 18.*

83 Hinc eſt etiam peccatum promittere ſub ioramento factum alienum, quod non dependet à voluntate iorantis, quod enim dependet à voluntate Tirii non poteſt eſſe in poteſtare Caji, quia non poteſt Cajus voluntatem Titii neceſſitare; hinc iurare factum alienum videtur eriam eſſe de re ipſi iuranti impoſſibili. Verùm tunc iurans debet, quantum eſt in ſe alteri perſuadere, ut præſtet, quod ipſe iuravit, & qnoad hoc iuramentum eſt obligatorium; quia eſt in poteſtate iurantis facere, quod poteſt, ut alteri perſuadeat ponere rem illam, quam iuramento promiſit. Hinc licèt iure communi promiſſio abſoluta de facto alieno non obliget *§. ſi quis alium §. ſi quis alteri inſtit. de inutil. ſtipul.* debet nihilominus promittens tunc expreſsè promittere ſe facturum, quantum in ipſo erit, ut alius exequatur, quod promiſit: unde ſi quis promittat cum iuramento factum alienum etiam iure communi obligatur ad procurandum, quantum in ſe eſt, ut factum illud adimpleatur. Neque ſatisfacit, ſi tantùm ſimulatè, & non totis viribus procuret illud adimplere: quia noo ſimulatam, ſed veram diligentiam ſub juramento promiſit, ot notat Covarruvias *de pact. 2. p. §. 5. num. 3.*

84 Quæritur vigeſimooctavò, an promittens cum joramento ſe rediturum in carcerem teneatur redire etiam cum vitæ, vel alio gravi ſuo periculo? Reſpondetur, ſpectato iure canonico teneri ſic iurantem redire in carcerem etiam cum vitæ periculo, ut docet D. Thomas 2.2.*q.89. art.7. ad 3.* obi ait, iuramentum coactom in foro conſcientiæ inducere obligationem etiam cum damno temporali. Ratio itidem eſt, quia talis promiſſio etiam iuramento firmata cùm ſit prudens, & nitatur iuſtæ rationi neceſſitatis, ot ſcilicet captivus ab illa ſibi moleſtiſſima detentione ad tempus eximatur, poteſt licitè mandari execurioni, proinde ſi talis promiſſio ſit iuramento firmata, debet ſervari. Quòd ſi dicas, tale iuramentum fuiſſe emiſſum in carcere ob metum, ne ibi detineretur, & res poſtea eſſe mutatas, ſublatum ſcilicet metom, & coactionem. Contra eſt, quia res promiſſa, quæ fuit redire in carcerem, nullam ſubiit mutationem, & qui ioravit ſe rediturom, abſolutè illud iuravit, etiamſi metus, & coactio tunc adeſſent; & quia talis promiſſio fuit prudens, & licitè poteſt executioni mandari, tenetur, qui eam iuravit, adimplere: quoties enim ſervari poteſt iuramentum abſque diſpendio æternæ ſalutis, tunc eſt ſervandum *c. ſi verò 8. c. verum 15. cùm contingat. 28. h. t. c. Quamvis pactum de pact. in 6.* Atqui redire in carcerem non eſt contra aſſecutionem æternæ ſalutis, quia ſuppoſita promiſſione iurata redeundi in carcerem, hic reditus non ſolùm eſt licitus, ſed etiam honeſtus: ſiquidem eſt opus virtutis, fidelitatis, veritatis, fortitodinis, & patientiæ: proinde ſi tali promiſſioni adjiciatur iuramentum, hoc inducit obligationem, quia ſi redirus in carcerem habet rationem virtutis, ſeu actûs honeſti, jam liquet, ioramentum de redeundo parere obligationem, quia talis reditus eſt honeſtus debitus fidelitati, religioni, & iuſtitiæ.

85 Id tamen procedit, dummodo carcer ſit iuſtus, & qui promiſit redire, non timeat probabiliter ſe iniuſtè eſſe vexandum, ut etiam ſi iuramentom redeundi ſit præſtitum cuſtodi innocenti, quem ſervare indemnem ſit opus iuſtitiæ, & fidelitatis, ut etiam ſi reditus promiſſus conducat ad publicum bonum religionis carholicæ, vel ad avertendum ſcandalum, in his enim caſibus iuramentum promiſſorium obligationem parit, ut notat Snarez *lib.2. de iuram. c.10. n.16.* Poſſet tamen in contrarium objici, quia promiſſio ex cujus adimpletione eſt amittenda vita, vel amittendum membrum aliqnod corporis non obligat, quia tunc materia iuramenti non eſt licita, ſed temeraria; atqui talis reditus in carcerem eſt propria occiſio, quatenus rediens ſe offert morti ſubeundæ. Præterea quia ut juramentum præſtitum homini obliget, debet verſari circa materiam alicujus virtutis, qualis non eſt prædictus reditus in carcerem: ſiquidem non eſt actus virtutis patientiæ, quia licèt ſit ejus actus ferre æquo animo

mor-

Google

mortem, ultro tamen abſque juſta cauſa, ſe illi offerre non eſt actus patientiæ, ſed temeritatis: neque eſt actus fidelitatis præſertim ſi Judex injuſtè petat talem reditum, proinde tale juramentum non videtur poſſe obligationem inducere. Sed contra, quia cùm reditus in carcerem cum periculo vitæ non ſit quid intrinſecè malum, ut mendacium, ſed aliquid, quod juſtâ cauſâ poteſt cohoneſtari, ideò ſi quis poſtulanti Judici promittat ex rationabili cauſa redire, idque juramento confirmet, tunc juramentum obligat, quia habet objectum honeſtum, ſeu redire in carcerem ad implendam veracitatem promiſſionis: quando aliquid non eſt intrinſecè malum, poteſt tunc ex aliqua cauſa cohoneſtari, & fieri objectum honeſtum promiſſionis juratæ, proinde juramentum, quod verſatur circa tale objectum, ita cohoneſtatum inducit obligationem, quia eſt de re honeſta.

86 Neque, qui ob juſtam cauſam ſe conjicit in vitæ periculum, cenſendus eſt ſe ipſum occidere, vel vitam ſuam prodigere, quia non tenetur homo quovis eventu vitam ſuam conſervare, ſed ſolùm ſi commodè, & decorè poteſt; & in hoc caſu ſi jurans non ſtaret juramento, haberetur mendax, promiſſi violator, & perjurus, proinde decorè non ſervaret vitam. Tum quia exponere propriam vitam ob opus virtutis eſt laudabile, & in hoc caſu ob virtutem fidelitatis religionis, & juſtitiæ rediret in carcerem, quod cederet illi in laudem. Tum quia licèt ſecluſo juramento teneatur quis ex charitate in ſe ipſum periculum injuſtæ mortis, vel alterius gravis mali vitare; non ita ſi promiſſioni adjiciatur juramentum, quia hoc poſito, & fide data redire in carcerem eſt actus veracitatis, fidelitatis, & religionis. Aliqui tamen, quos ſequitur Suarez *tom. 2. de relig. tractat. de juram. lib. 2. c. 10. num. 16.* Id limitant, niſi jurans tempore, quo juravit redire, ignoraverit periculum eſſe, quia data hac ignorantia, cenſent, jurantem non obligari juramento, ſed cognito periculo, poſſe non redire, vel fugere: quia tametſi liceat implere illud juramentum, proinde videatur hoc obligare, non tamen reverà obligat ratione conditionis in tali juramento involutæ; nimirum ſi res non ſint notabiliter mutatæ, & in noſtro caſo cenſentur notabiliter mutatæ in æſtimatione jurantis, qui tempore, quo juravit, ſupponitur ignoraſſe periculum, cujus poſtea factus eſt conſcius.

87 Rurſus, ſi carcer ſit injuſtus, & pœna inferenda etiam injuſta, poteſt, qui redire juravit, relaxationem juramenti ab Epiſcopo obtinere, quia tunc in eo carcere, vel pœnæ ſubeundæ injuriam reciperet, ut notat Abbas in *c. Inter alia de immunit. Eccleſ. circa fin.* Hinc ſpectato jure canonico, qui pro redimenda vita promiſit graſſatori juramento certam ſummam pecuniæ, tenetur eam ſolvere, ut docet Sotus *de juſtit. & jur. lib. 5. q. 1. art. 7.* quia tametſi graſſator ex tali promiſſione ſibi jurata nihil juris acquiſiverit in promiſſam pecuniam, nec ullam injuriam patiatur, ſi hæc illi non ſolvatur: Deus tamen habet jus, ut verificetur id, ad quod jurans Deum adduxit in teſtem: verum facta ſolutione pecuniæ, qui eam juravit, poteſt illam repetere, quia jam adimplevit juramentum per momentaneam illam ſolutionem, & graſſator nullum jus habet in tali pecunia ſibi vi, & metu promiſſa. Poteſt etiam, qui talem pecuniam cum juramento promiſit, adire Prælatum, ut ſibi relaxet tale juramentum vi, & metu extortum.

Quæritur vigeſimonono, an qui jurat animo quidem jurandi, ſed non ſe obligandi teneatur ad juramentum? Reſpondetur, plures probabiliter cenſere, juramentum illud non obligare præcisè ex vi, ſeu religione juramenti, eo quia jurans cum animo quidem jurandi, ſed non ſe obligandi, reverà non jurat, & quamvis exiſtimet jurare, decipitur; quia tunc eſt juramentum ſolo nomine, non re: ſiquidem juramentum de futuro eſt obligatorium: Unde ſemel quòd intendit ſe non obligare, quamvis putet ſe jurare, decipitur, & non emittit juramentum, quod eſſentialiter eſt obligatorium. Tum quia promiſſio, & votum factum animo promittendi, & vovendi, non tamen ſe obligandi, non obligat, proinde nec juramentum factum ſine animo ſe obligandi inducit obligationem: antecedens liquet; quia tametſi ex promiſſione, & voto naturaliter velit, nolit promittens, & vovens, oriatur obligatio; id tamen verum eſt ſuppoſito valore promiſſionis, & voti: qui verò promittit, & vovet cum animo quidem promittendi, & vovendi, ſed cum animo expreſſo ſe non obligandi reverà non promittit, nec promiſſio ſuum ſortitur valorem, eò quia promittens apponat conditionem contrariam eſſentiæ ipſius promiſſionis, ſcilicet excluſionem obligationis: proinde nil promittit, quamvis putet ſe promittere, quia per intentionem non ſe obligandi deſtruit naturam promiſſionis: & quia juramentum promiſſorium ſequitur ferè in omnibus naturam promiſſionis, ideo ſi quis juret cum animo expreſſo ſe non obligandi tale juramentum eſt nullum. 88

Sin verò quis certus ſit, quòd juraverit, & dubius, an habuerit intentionem expreſſam ſe obligandi, tunc juramentum inducit ſuam obligationem, quia eo ipſo, quòd eſt certus de juramento, debet certus eſſe de obligatione, quia hæc moraliter reſultat ex juramento, quoties non impeditur per certam expreſſam voluntatem ſe non obligandi: unde eo ipſo quòd quis certus eſt de juramento, vel voto à ſe emiſſo, & poſt ſufficiens diligens examen adhuc hæret dubius, an voluerit ſe obligare tenetur adimplere juramentum, & votum, quia hæc moralis obligatio oritur ex ipſa natura juramenti, & voti. Quamobrem qui certus eſt, ſe protuliſſe verba jurandi, & vovendi, & dubitet de intentione, qua verba ille protulerit, verène, an ſimulatè: juramentum, vel votum obligat etiam in foro conſcientiæ, ut docet Suarez *de relig. lib. 2. de vot. c. 33. n. 4.* 89

An verò, qui juravit, vel vovit cum animo jurandi, vel vovendi, ſeque obligandi, ſed cum expreſſa intentione non exequendi, adhuc teneatur juramentum, vel votum exequi, negat Valentia *tom. 3. diſput. 6. q. 6. punct. 1.* & nititur ex eo, quia qui non habuit animum exequendi rem juramento, vel voto promiſſam, poteſt probabiliter putare, ſe non habuiſſe verum animum jurandi, vel vovendi, nec ſe obli- 90

gandi; cum rarò contingat dari propoſitum ſe obligendi ſine enimo exequendi; & multò minus ſimul cum enimo expreſſo oon exequendi: unde ſi conſtiterit de hac expreſſa intentione non exaqoendi, poteſt, qui ita juravit, vel vovit probabiliter putare, ſe non habuiſſa verum animum jurandi, vel vovendi, nec ſe obligandi.

91 Verùm teneri hunc adimplere jurameotum, & votom emiſſum com animo ſe obligandi, & cum expreſſa intentione illud non exequendi, eſt communior ſententia, cui adhærendum eſt, ut notet Guttierez *lib.* 2. *qq. canonic. c.* 22. *n.* 30. ratio eſt, quia per promiſſionem, & voluntatem ſe obligandi, DEO, vel homini factem, promiſſarius acquirit jus ed rem, & per axpletionem ecquirit jus in re; unde quamvis promittens nolit tradere promiſſario rem per juramentum, vel votum promiſſam, manet nihilominus ſemper obligatus in conſcientia ad illam tredendem, quie promiſſarius, ex eo quòd acceptaverit rem ſibi promiſſem, acquirit jus ad illem. Idque ex eo evinci etiam poteſt, quia ſuſcipians ordinem ſacrum ſine voluntate obſervandi ceſtitatem, adhuc ex voto tenetur illam ſervare: & idem dicendum eſt de promiſſione facta alteri cum ſimili propoſito: generatim qui habet intentionem verè jurandi, vel vovendi caſtitetem, ſeqne ad illem per iuramentum, vel votum obligavit, quamvis habuerit expreſſam intentionem non exequendi, adhuc tenetur caſtitatem ſervare, quia tale juramentum, vel votum eſt velidum, & obligatorium.

92 Tum quia videtur contradictio, aliquam habere enimum ſe obligandi ad præſtendum eliquid, & non habere animum illud exequendi, quia haberet animum, & non heberet animum illud exequeodi; quia animus ſe obligendi eſt etiam animus exequendi, ſi obligetio procedat juxta rectam retionem, & qui ſe obligat verè, & non ſimuletè, præſumitur ſe obligare: elioquin ex perverſo animo poſſet quis hebere animum ſe obligandi, & ſimul expreſſam intentionem non exequendi, quia cùm ſint duo ectus diſtincti, quorum primus eſt ſe obligandi, & alius non exequendi, cum obligatio non naſcatur ab executione, ſed executio ab obligatione, fit, quòd tametſi deſit intentio exequendi, adhuc non tollatur animus ſe obligandi, quie ſubleto poſteriori non tollitur, quod prius eſt, ſicut in contractibus animus non ſolvendi non tollit obligetiooem, conſeqoenter nec illam tollit in iuramento.

93 Cæterum qui ex arrore crederet, poſſe eſſe iuramentum de meteria capaci obligationis ſine intentione ſe obligendi, ſi iuramentum emitteret ſine intentiooe ſe obligandi, adhuc contraheret obligationem iuramcoti, ut notat Hoſtienſis *in c. ad audientiam n.* 1. *ſuper v. reſignavit de his quæ vi*, & Joannes Andreas ibid. *num* 8. & alii docentes, quòd tametſi promiſſio non obliget ſine animo ſe obligandi, in iuramento taman aliter Eccleſie decrevit, eò quia Eccleſia non credet aſſerenti, ſa non hebuiſſe animum ſe obligandi: unde ſaltem in foro externo, qui ita iuravit, contraxit obligationem adimplendi iurameotum: hinc Sylveſter *in ſum. v. juramentum* 3. *q.* 2. ait, aliter contrahi obligationem in voto, & eliter in iuramento, eò quia in voto contrahatur per intentionem, & in iuramento per deliberatam verborum atteſtationem, & ita etiam docent Sotus *de juſtit. & jur. lib.* 8. *q.* 1 *art.* 7. Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 18. Covarruvias *de pact.* 1. *p.* §. 5. *n.* 2. hæc ratio ex eo etiam deſumitur, quia juramentum ex ſe, & natura ſue inducit obligetionem, unde eo ipſo, quòd quis efficaciter intendit jurare, non poteſt impedire, quin ex juremento à ſe emiſſo oriatur obligatio, cùm hæc oon ex voluntate jurantis, ſed ex netura iorementi reſultet: ſicut ſi Titius vellet lethaliter peccare, & ex conſcientia erronee nollet obligari ad pœnam æternam, ede hunc eidem eſſet obnoxios, & obligatus, eò quia talis obligatio oritur ex ipſo peccato ſine dependentia à voluntate peccantis.

Tum quia obligatio eſt omnino inſeparabilis à juramento promiſſorio, & oon eſt in poteſtate iurantis ponere tale iuramentum, & impedire, quòd ex illo non naſcatur obligetio, quia poſitê ra ponitur id, quod neceſſariò, & eſſentialiter eſt connexum cum ille. Cum igitur ex ioremento oriatur obligetio ex oatura ipſius iuramenti non ex voluntate jurantis, perinde ac ex damno injuſtè illato oritur obligatio reſtitutionis independenter à voluntate illius, qui damnum intulit; ideo tametſi ebſit intentio ſe obligandi, adhuc oritur obligatio ex vi iuramenti. Demum quia in iurameoto promiſſorio duplex ineſt verites præſens una, quâ iurans habet animum implendi, quod iuret; & altera futura, quâ re ipſa iuraos implebit, quod iuravit: & quie oon poteſt iurans efficere, ut ſe non obliget ad veritetem præſentem, ita neqne ut non ſe obliget ad veritetem futurem. 94

Neque obſtat, ſi dicas, in contractu cleuſulam appoſitam contrariam ſubſtantiæ contractûs efficere, ut contractus non obliget, eò quia clauſule edjecta irritet contractum. Nam contra eſt, quia eſt diſpar ratio de contractu, & iuramento, quia in illo tote obligatio dependet ex intentione contrehentis: conſiſtit enim contractus in eo, quod contrahentes velint ſe vicſſim obligare: ſecus eſt in iuramento, quia hoc conſiſtit in eo, quod iurans adducat Deum in teſtem veritatis præſentis, vel futuræ, quod efficeciter poteſt quis facere, quamvis dicat, ſe nolle obligare ad executionem: tunc enim adhuc tenetur iuramentum exequi, ne ſcilicet faciet Deum teſtem falſi circa executionem: quo fit, ut clauſula, quâ iurans noluit obligari iurameoto, non poſſit efficeciter eddi iuramento promiſſorio. 95

Si dicas, Deum non acceptare votum niſi ſecundùm intentionem voventis *c. humanæ aures* 22. *q.* 5. ibi: *divina judicia talia foris noſtra verba audiunt, qualia ex intimo proferuntur.* Contra eſt, quia textus loquitur de promiſſionibus, & votis, & eſt diſcrimen inter votum, & iuramentum; quia obligatio voti, vel promiſſionis dependet ex intentione voventis, vel promittentis: ſecus obligatio iuramenti dependet ex ipſo facto externo; & id procedit in foro externo: quia in foro interno ſine intentione ſe obligendi nemo contrehit obligationem, 96

ut

Digitized by Google

ut docet D. Thomas in 3. *diſt.* 39. *q.* 1. *art.* 3. *quæſtiunc.* 3. ubi ait, juramentum ex ipſa ratione iuramenti non obligare, niſi juxta intentionem iurantis: ratio eſt, quia in omni ſententia obligatio iuramenti promiſſorij, vel eſt de ejus eſſentia, vel eſt quid neceſſariò conſequens ad illam, adeò ut absque tali obligatione iuramentum eſſe non poſſit, perinde ac non poteſt ſubſiſtere matrimonium ſine obligatione reddendi debitum, & vinculi perpetui, aut alendi prolem: unde ſi Titius efficaciter noluit ſe obligare ad ſervandum juramentum eſt ſignum evidens, quòd non habeat intentionem verè jurandi, cùm non habeat voluntatem apponendi, quod neceſſarium eſt ad juramentum; ut liquet in voto: ſi enim quis vellet vovere ſine intentione ſe obligandi votum eſſet nullum; eò quia obligatio neceſſariò ſequitur ad votum: unde cùm obligatio exequendi iuramentum concomitetur iuramentum, excluſa intentione obligationis, corruit iuramentum in foro interno, non verò in externo, in quo, qui iuravit, compellitur exequi iuramentum eo pacto, quo ſonant verba, quibus fuit emiſſum, quia in foro externo fertur iudicium iuxta verba, quæ fuerunt prolata.

97 Quæritur trigeſimò, an qui in judicio, vel extra iudicium ficto animo jurat, mortaliter peccet? Obſervandum eſt, tripliciter poſſe aliquem ficto animo jurare. Primò, ſi juret animo non implendi, quod iurat. Secundò, ſi juret tantùm exteriùs ſine animo interiùs iurandi. Tertiò, ſi iuret animo quidem jurandi, non tamen ſe obligandi. Reſpondetur ad quæſitum, eum, qui jurat ſive in iudicio, ſive extra absque animo implendi, quod jurat, peccare mortaliter, & eſt communis ſententia, quam docet Suarez *lib.* 3. *de juram. c.* 17. *n.* 7. quia tunc juramento defuit veritas præſens, & futura: duplex enim in iuramento promiſſorio requiritur veritas, præſens una, quâ jurans habeat animum verè jurandi, quando jurat, altera futura, quâ habeat animum exequendi, quod iurat; & quia utraque veritas eſt de eſſentia iuramenti; ideò qui iurat ſine utraque veritate, duo committit peccata lethalia, quia Deum adducit teſtem falſi, quando iurat; & quando non exequitur juramentum non adimplet debitum. Neque obſtat, ſi dicas, parentes plerùmque emittere iuramenta, quibus minantur filiis ſupplicia ſine animo illa exequendi, ſed tantum ad terrendos, & corrigendos filios. Sed contra, quia in huiusmodi iuramentis comminatoriis ſubintelligitur conditio, ob quam excuſantur à falſitate, eſtque conditio hæc, niſi filii ſe correxerint, vel veniam petierint, vel niſi majus malum inde timeatur. Item in juramentis urbanitatis ſubintelligitur conditio, niſi id alteri nimis moleſtum contigerit: quando autem iuramentum emittitur absque ulla ſubintellectâ conditione ſine animo illud implendi, tunc ſine dubio, qui iurat, peccat lethaliter, ut docet Suarez *lib.* 3. *de juram. c.* 17. *n.* 9.

98 Sin verò iurans ſine animo iurandi ſolis externis verbis profert iuramentum, tunc vel iurat falſum, vel verum, ſi primum, lethaliter peccat, ſive in judicio, ſive extra iudicium illud proferat: ſin verò jurat verum, etiam in iudicio, & in contractibus lethaliter peccat: ratio primæ partis deſumitur ex eo, quia tunc juramentum externum, quod eſt cultus veri Dei aſſumitur ad confirmandam falſitatem, quod non caret culpa graviſſima; ſicut enim cultus externus, ſi exhibeatur idolo, eſt peccatum lethale, quia actio ſoli Deo debita applicatur materiæ indebitæ: ita ſimiliter iurare falſum verbis tantùm & ſine animo iurandi eſt gravis irreverentia contra religionem, quia materiæ indebitæ applicatur externus cultus debitus ſoli Deo: ſiquidem cultus ille exterior cadit ſupra falſitatem, quæ eſt materia indebita. Tum quia eſt gravis iniuria Deo irrogata, ſi tantùm in apparentia, & nomine tenus invocetur in teſtem falſi: ſiquidem Divino nomini nonniſi ſumma debetur reverentia. Tum quia, ſi non eſſet culpa lethalis Deum ſimulatè invocare in teſtem falſi, fruſtraretur finis juramenti, qui eſt confirmatio veritatis.

Secunda pars etiam liquet, quia ſiquis iuret in iudicio, vel in contractibus ſine animo iurandi, quamvis non iuret, quod eſt falſum, decipit nihilominus Iudicem in re gravi, unde tenetur tunc ſinceré, & ex animo iurare, alioquin gravem iniuriam infert Iudici, vel etiam illi, cum quo contrahit ſine animo contrahendi; ut docet Caietanus 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. *ad* 4. & Sotus de *iuſtit. & iur. lib.* 8. *q.* 1. *art.* 7. Id tamen limitatur, niſi inique quis compellatur iurare. Rurſus etiam, qui iurat ſine animo ſe obligandi lethaliter peccat, ut docet Scotus in 3. *diſt.* 39. *q. unic. art.* 3. Covarruvias *de pact. p.* 1. §. 5. *n.* 3. ratio eſt, quia tunc fit gravis irreverentia Deo, qui ex una parte adducitur in teſtem, & ex alia iurans nolit ſe teſtimonio, & authoritate illius obligare, quod eſt divinam authoritatem contemnere, quod procul dubio eſt culpa gravis. Tum quia, qui iurat ſine animo ſe obligandi iurat ſine animo adimplendi iuramentum, proinde peccat mortaliter, eò quia in tali iuramento deficiat veritas tam præſens, quàm futura. Tum quia quando deeſt animus ſe obligandi ex iuramenti religione adeſt mendacium iuramento firmatum. 99

Quæritur trigeſimò primò, an qui doloſè, ſeu in alio ſenſu, quàm alter intelligat, iurat, obligetur ex iuramento. Obſervandum eſt, dupliciter poſſe iuramentum doloſum præſtari. Primò ſi animus iurantis non concordet cum verbis externis, eò quia externa verba important iuramentum, & animus internus ſit non iurandi, vel non ſe obligandi, vel non implendi iuramentum: ſecundò ſi animus jurantis concordet quidem cùm verbis externis, ſed non concordet cum animo illius, cui præſtatur iuramentum, eò quia iurans mente concipiat, & intelligat aliquid aliud, quam hic, cui iuratur, adeò ut illum decipiat verbis amphibologicis. Reſpondetur, ita iurantem non teneri iuramentum implere, nec contrahere obligationem, niſi iuxta ſenſum, quo iuravit; & iuxta quem poſſunt verba iuramenti etiam intelligi, & explicari, eò quia fuerint verba amphibologica, ut do- 100

tent Covarruvias in *c. quamvis pactum p.* 1. §. *in princ.* Sotus *de iuſtit. & iur. lib.* 8. *q.* 1. *art.* 7. Caietanus 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. idque probatur ex D. Gregorio *lib.* 26. *moral. c.* 7. ubi excuſans ſanctum Iob, cuius verba eius Amici ſiniſtrè intellexerant, ait: *Humanæ aures talia verba noſtra iudicant, qualia foris ſonant; divina verò iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur: apud homines cor ex verbis: apud Deum verba penſantur ex corde*: & refertur etiam in *c. Humanæ aures* 22. *q.* 5. ex quo textu liquet, quòd ſi verba ex intimis alio ſenſu proferantur, Deus in tali ſenſu illa accipiat. Tum quia iuramentum ex ſua natura tantùm obligat ad id, quod per ipſum aſſeritur, quia is, qui iurat ad id ſolùm Deum in teſtem adducit: atqui per iuramentum ſolum aſſeritur id, quod iurans in mente ſua habet, & intelligit: ergo ad id præſtandum, ſolùm obligatur iurans ex vi iuramenti, ſi verba, quibus iurat poſſint eidem adaptari.

101 Poſſet tamen in contrarium obiici, quia reverentia Dei non ſolùm obligat, ut iurans verificet id, quod intendit iurare, verùm etiam id, quod aliis rationabiliter viſus eſt iurâſſe: ſiquidem ſi id non ſervet, videtur eſſe periurus, & quantum eſt in ſe minuit apud alios honorem Dei. Hinc in *c. quacunque arte* 22. *q.* 5. habetur: Quacunque arte verborum quis iuret, Deus tamen, qui conſcientiæ eſt teſtis, ita hoc accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit. Sed contra, quia reverentia Dei tantùm per accidens obligat ad id, quod iurans aliis rationabiliter viſus eſt iurâſſe, non verò per ſe: hac enim diſtinctione adhibita conciliantur oppoſitæ ſententiæ: tametſi iuramentum per ſe non obliget, niſi ſecundùm intentionem iurantis, quando verba iuramenti poſſunt eidem accommodari: per accidens tamen ratione damni illati, vel ſcandali dati, poteſt obligare iuxta mentem illius, cui iuratur, quia reverentia Dei etiam obligat ad vitandum ſcandalum in materia Religionis, adeò ut non ſolùm irritum ſit iuramentum, quod reverà eſt contra Dei honorem; verùm etiam quod videtur ita eſſe.

102 Rurſus in tali caſu accipit iuramentum, ſicut alter, cui iuratur, intelligit, & qui iuravit, ad id tenetur, non quidem ex vi iuramenti præcisè, ſed quia tenetur non decipere alterum, nec illi cauſam damni, vel ſcandali præbere: cæterum præſcindendo à periculo damni, & ſcandali in foro conſcientiæ non oritur obligatio gravis, quia deceptio illa non videtur per ſe mortalis: in foro tamen externo iurans compellitur implere, quod ſecundùm legitimam verborum interpretationem viſus eſt iurâſſe.

103 Dupliciter poteſt quis alteri dolosè iurare ſe aliquid præſtiturum. Primò, ut non habeat intentionem faciendi, quod promiſit, habeat tamen animum iurandi, ſeque tali iuramento obligandi, & tunc committit periurium aſſertorium, quia ſimulat, ſeu mendaciter oſtendit, ſe habere propoſitum faciendi, quod iuramento confirmat: & rurſus ex iuramento promiſſorio contrahit obligationem ad exequendum promiſſum. Secundò, ut non habeat animum iurandi, quod exteriùs videtur promittere, eò quia verba iuramenti proferat in alio ſenſu; & tunc licèt per ſe non obligetur ratione iuramenti, eò quia iuramentum ſine intentione iurandi ſit nullum: per accidens tamen obligatur ad implendam rem exteriùs promiſſam iuramento firmatam, ſimùlque acceptatam ab altero, cui fuit iuratum, partim ratione ſcandali, ne videatur aliis periurus, ac puniatur; & partim ratione damni illati alteri, ut ſi quis per iuratam ſimulationem matrimonii fæminam decipiat: hinc D. Thomas 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. *ad* 4. ait, *Quando non eadem eſt iurantis intentio, & eius, cui iurat, ſi hoc provenit ex dolo iurantis, debet iuramentum præſtari ſecundùm intellectum illius, cui præſtatur*, quod intelligitur non ſecundum ſe, & virtute iuramenti promiſſorii, ſed per accidens, & ratione iniuſtæ læſionis, ut explicat D. Thomas in 3. *diſt.* 39. *q.* 1. *art.* 3. *q.* 3. ubi ait: *Qui iurat dolosè quamvis ex ipſa ratione iuramenti, in quantum iuramentum, non obligetur ad ipſum ſervandum niſi ſecundùm ſuam intentionem: tamen ex neceſſitate iuramenti in quantum fuit doloſum, obligatur ad obſervandum taliter, quòd ex dolo alicuius non lædatur: & hoc eſt, quando ſecundùm intentionem recipientis implet iuramentum.*

Quæritur trigeſimo ſecundò, an iuramentum neceſſarium litis deciſivum, quod in 104
cauſa dubia ob inſufficientes probationes defertur à Iudice; debeat potiùs Actori deferri in ſupplementum probationis; quàm Reo ad ſui purgationem, ac demonſtrationem ſuæ innocentiæ? Reſpondetur, Iudicem actore plenè non probante iuramentum non ſemper debere alteri parti deferre; ſed ubi videbitur expedire præmiſſa cognitione cauſæ, & deſumitur ex *c. iuramentum ult. §. ſanè, n.* 9. *h. t.* ibi: *Si Actor omnino in probatione defecerit, Reus debet (& ſi nihil præſtiterit) obtinere: præſumptione verò faciente pro illo (Actore contra Reum) Reo deferri poteſt ad oſtendendam ſuam innocentiam iuramentum: niſi Iudex inſpectis perſonarum, & cauſæ circumſtantiis illud Actori videat deferendum.* Ex quo textu inferunt Gloſſa, Hoſtienſ. & Abbas, ordinariè iuramentum eſſe Reo deferendum, non autem Actori, quia Rei in iure habentur favorabiliores, quàm Actores, ſunt enim iura promptiora ad abſolvendum, quàm ad condemnandum *c.* 3. *de probat.* Ratio etiam id ſuadet, quia ſi in cauſa dubia deberet Actor per iuramentum à ſe præſtitum cauſam dubiam definire, ſequeretur quòd omnis legitimæ probationis neceſſitas per hoc ſuppletorium iuramentum tolleretur, non ſine plurium innocentium periculo: ſiquidem pravi, & callidi homines eadem facilitate peierarent, quâ calumniarentur: hinc iuramentum purgationis Reo per præſumptionem aliquam etiam citra ſemiplenam probationem gravato in omnibus cauſis etiam arduis tam civilibus, quàm criminalibus deferri poteſt, ut notat Gaillus *lib.* 1. *de pac. publ. c.* 7. *n.* 12. imò quamvis Actor nil probaverit, adhuc ipſo petente iuramentum purgationis poteſt Reo deferri *c.* 2. *de probat.* & docent Iulius Clarus *in pract. crimin. q.* 63. *n.* 4. Fachin. *lib.*

1. con

1. *contro. jur. c.* 19. ut ſi pars agens ſponſionem Matrimonii clam, & nullis teſtibus adhibitis factam eam affirmet, & pars conventa neget; ſi hæc delatum ſibi iuramentum ſubire detrectet, & nolit Actori referre, habetur tunc pro confeſſa, ut docet Sanchez *lib. 7. de matrim. diſput.* 113. *in fin.* ubi etiam addit, poſſe Reo deferri iuramentum purgationis ad extinguendam omnem ſuſpicionem *argum. c. continebatur de ſponſ. impuber.*

105 Quòd ſi dicas in *l. 4. C. de edend.* haberi quod Actore non probante Reus debeat abſolvi, quamvis nihil præſtiterit. Reſpondetur, communiter textum intelligi, tametſi nihil præſtiterit probando, quamvis interim delatum ſibi iuramentum non poſſit recuſare ſine cauſa. Cæterum pertinet ad arbitrium prudentis Iudicis conſideratis cauſæ, & perſonarum circumſtantiis interdum Actori iuramentum deferre in ſupplementum probationis, ſi id neceſſitas exigat ad litis deciſionem, ut notat Gloſſa in *d. c. ult. §. ſanè n. 4. & 9. h. t.* Qualitas verò cauſæ, quam Iudex debet attendere, eſt, an ſit criminalis, vel civilis, famoſa, vel non, ardua, vel levis, magni, vel parvi momenti: ſiquidem in cauſis criminalibus, quibus pœna iniungitur corporalis ob patratum crimen, requiruntur probationes luce meridiana clariores *l. ſciant. C. de probat.* & *c. ſciant 2. q. 8.* proinde tunc iuramento ſuppletorio nullus videtur locus eſſe, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv.* 108. *c. 7.* Circumſtantiæ verò perſonarum conſiderandæ à Iudice ſunt, an Actor ſit vir probus, timoratæ conſcientiæ, & carens omni ſuſpicione: & Reus non item. Rurſus an teſtis, quem Actor adduxit, ſit omni exceptione maior, ſeu cui nil poſſit obiici.

106 Cæterum in cauſis arduis, cuiuſmodi ſunt matrimoniales requiritur plus, quàm ſemiplena probatio, quæque nulla exceptione, vel conjectura probabili eliſa ſit, adeò ut maxima, ſeu violenta præſumptio ſit contra Reum, & pro Actore: in hoc enim caſu in defectum plenæ probationis poteſt Iudex interdum Actori, ſi ſit vir probus, iuramentum deferre, ut notat Abbas in *c. mulieri 34. n. 6. h. t.* Sin verò agatur de matrimonio carnali, vel ſpirituali diſſolvendo ob aliquod impedimentum, quia cauſa tunc eſt gravior, duo ad minùs requiruntur teſtes, adeò ut in defectum plenæ probationis non liceat deferri iuramentum contra valorem matrimonii, ut notat Gloſſa in *d. c. Mulieri*, & docent Maſcardus *concluſ.* 954. *n.* 43. Gaillus *lib. 2. obſerv. 94. n.* 11. In aliis cauſis non famoſis, & pecuniariis non magni momenti ſufficit plerumque ſemiplena probatio, quæ habetur per unicum teſtem omni exceptione maiorem, dummodo Reus nullâ veriſimili conjecturâ eam elidat, ut notat Fachin. *lib. 1. controv. jur. c.* 18.

107 Quæritur trigeſimò tertiò, an ſi probationes ex utraque parte concurrant, debeat Iudex iuramentum Reo potiùs, quàm Actori deferre? Reſpondetur, quòd ſi Actor plenè non probaverit, nec Reus ſuam innocentiam niſi ſemiplenè oſtenderit, poteſt tunc Iudex, ſi ipſi viſum fuerit, Reo iuramentum deferre, quia qui convenitur tanquam Reus, conſtituitur ab Actore in aliqua culpa, vel ob rem indebitè detentam, vel ob factum turpiter geſtum *c. forus de v. ſ.* & quia quiſque præſumitur bonus, niſi probetur malus, ideo ſi Actor deficiat in probatione, Reus debet obtinere, ut habetur in *c. ult. §. ſanè h. t.* ſin autem aliqua præſumptio ſit contra Reum, quæ remaneat purganda, poteſt tunc Iudex eidem iuramentum deferre. Quòd ſi Actor plenè probet, ſcilicet per duos teſtes omni exceptione maiores pecuniam mutuò datam eſſe Titio: & Reus contrarium nonniſi ſemiplenè probet, ſcilicet reprobando depoſitionem duorum teſtium per unum teſtem, qui deponat Titium eo tempore alibi fuiſſe; tunc non debet Iudex Reo deferre iuramentum, quia plena probatio Actoris non poteſt infringi, nec elidi per contrariam ſemiplenam: ſiquidem in iudicio is obtinet, qui pleniùs probat *argum. c. licet. 9. de probat.* Sin verò probationes Actoris, & Rei non ſint contrariæ, ſed compoſſibiles: quia Actor plenè probavit mutuum datum per duos teſtes, & Reus excipiat, quòd ſupervenerit pactum non petendi, idque ſemiplenè probaverit per unum teſtem; cùm tunc Reus excipiendo fiat Actor, Actore ſemiplenè probante poteſt Iudex Reo iuramentum deferre, ut notat Abbas in *d. c. ult. h. t.* Quòd ſi præſumptio ſit pro Actore, poteſt Reo deferri iuramentum, quia diverſæ ſpecies probationum, quæ ſingulæ ſufficienter non proſunt, poſſunt ſimul uniri ad conſtituendam probationem perfectam *c. cùm cauſam de probat.* & quia maximum remedium litium expediendarum eſt iuramentum *l. 1. ff. de jurejur.* & nemo præſumitur eſſe immemor ſuæ ſalutis *c. ſancimus q. 7.* ſequitur, quòd præſumptione faciente pro Actore poſſit Reo deferri iuramentum ad oſtendendam ſuam innocentiam, niſi Iudex inſpectis perſonarum, & cauſæ circumſtantiis, conſultiùs cenſeat eſſe deferendum actori.

108 Quæritur trigeſimoquartò, an Eccleſiaſtici, quando defectu probationis aliquis læditur, vel ſuam rem amittit, poſſint iuramentum deponere? Reſpondetur cum diſtinctione, vel enim eccleſiaſtici ſunt tantùm Clerici ſæculares, & hi poſſunt iurare in cauſa gravi, quando defectu probationis aliquis læditur, vel rem ſuam amittit, ut etiam quando pro fide, pro pace, obedientia, indemnitate eccleſiæ, vel etiam quando à nota infamiæ compelluntur ſe purgare; ut etiam quando ab excommunicationis vinculo abſolvuntur *c. ſignificâſti de elect. c. ad reprimendum de offic. Ordin.* generatim Clerici ſæculares iurare poſſunt pro aliqua neceſſitate, vel magna utilitate, præſertim pro ſpiritualibus negotiis, ut notat Sylveſter ex D. Thoma V. *iuramentum 2. q. 5.* ubi etiam addit, quòd ſi litigent in cauſa propria, poſſunt etiam iurare de calumnia abſque licentia ſuorum ſuperiorum, ut notat Abbas in *c. Ex reſcripto. 9. h. t.* Sin verò Eccleſiaſtici ſint Religioſi, & Regulares, non poſſunt tale iuramentum præſtare ſine licentia ſuorum Prælatorum, quia Religioſi ſine licentia ſuorum Prælatorum non poſſunt eſſe teſtes,

quia

qoia habentur, ut civiliter mortui, nec habent velle, & nolle, ut notat Sylveſter *v. teſtis q.* 1. Prælati tameo, qui poſſunt hanc licentiam concedere, non ſolùm ſunt ſupremi, ſeu generales, & provinciales, verùm etiam alii ioferiores, & immediati conventuales, ut Priores, Præpoſiti, Guardiani, Correctores. Generaliter tamen loqueodo, ſi Eccleſiaſtici etiam ſæculares examinentur, vel denuntient in foro ſæculari, debeot priùs præſtare iuramenium in tribunali Epiſcopi, ex quadam declaratione ſacræ Congregarionis, ut ootat Diana *p.* 5. *ad additionem earundem declarationum. n.* 45.

109 Cæterum etiam geoeraliter loquendo excipiuntur tres caſns, in quibus eccleſiaſtici non poſſunt iurare ſine licentia ſuorum ſuperiorum, vel prælatorum. Primò, quando iurant coram laico tanquam ſuo ſuperiore *c. nullius* 22. *q.* 6. Secundò, quando iurant de calumnia *c. Nos* 22. *q.* 7. Tertiò in ipſo actu teſtificandi, ut notat Sylveſter *V. juramentum* 2. *q.* 3. Cæterum compelli poſſunt Eccleſiaſtici à ſuis ſuperioribus, ut etiam Religioſi à ſuis Prælatis ad deponendum iuramentum coram Iudice laico in tribus præſertim caſibus. Primò quando veritas aliter haberi oon poteſt, ut docent communiter Canoniſtæ. Secundò generaliter in cauſis gravioribus *c. quoties de purg. canonic. c. venerabilis de excommun.* Tertiò, in caſu, quo iurare eſt de præcepto, quando ſcilicet id eſt neceſſarium ad ſubveniendum proximo, imò tunc Regulares, qui à ſuis Prælatis compelluntur ad deponendum iuramentum, tenentur iurare ſine fictione, & cum vera intentione iurandi: alioquin peccant ratione fictionis. Non tamen compelli poſſunt Religioſi à Iudicibus, & Principibus ſæcularibus ad deponendum iuramentum in criminalibus, vel civilibus, idque non ſolùm ob exemptionem, & eccleſiaſticam imunitatem, verùm etiam ob privilegia iisdem conceſſa, ut notat Peyrinus *tom.* 1. *privileg. Minim. in conſtitut.* 2. Iulii III. *n.* 149.

110 An verò iuramentum calumniæ præſtandum ſit à Clericis, videtur dubium, pro quo obſervandum eſt cum Gloſſa in *c. Inhærentes de calum.* iuramentum calumniæ quinque continere capita. Primò, quia putet, ſe bonam cauſam habere. Secundò, quia velic interrogatus non negare, quod verum eſſe credit: Tertiò, quòd nolit ſcienter uti falſa probatione. Quartò, quòd oolit petere dilationem in fraudem. Quintù, quòd non dederit, neque dabit, neque promiſerit, neque promittet aliquid pro cauſa, niſi illis perſonis, quibus iura dare permittunt: qui enim iuramentum calumniæ deponit, tenetur hæc omnia ſervare. Reſpondetur igitur ad quæſitum eum diſtinctione, vel enim Clerici litigant de propria cauſa, vel ſuper cauſam eccleſiæ; ſi primum, tenentur neceſſariò præſtare juramentum calumniæ juxta textum in *c. cæterum* 5. *de juram. calum.* ibi: *Præſtare faciatis ab unaquaque parte calumniæ iuramentum, conſuetudine, quæ legi contraria eſt non obſtante.* Si ſecundum non coguntur præſtare iuramentum calumniæ, ſi velint Oeconomum coostituere, qui juramentum præſtet, petat, agat, & excipiat *c. Imperatorum* 4. *de iuram. calum.* & *c. fin. eod. tit.* Sin verò oolint Procuratorem conſtituere, tenentur ipſi iuramentum calumniæ præſtare, ut notat Gloſſa in *d. c. imperatorum* cæterum hoc iuramentum præſtandum ſemper eſt de licentia Prælati; ſi Clerici non litigent coram ſuperiore eccleſiaſtico.

111 Quæritur trigeſimo quintò, ao juramentum factum contra ſimplicem promiſſionem ſuum ſortiatur valorem? Reſpondetur negativè, & ita docent Covarruvias de *pact.* 2. *p. §.* 2. *numero* 4. *v. cæterum.* Suarez *tom* 2. *de relig. lib.* 2. *de iuramentis c.* 19. *numero* 10. & deſumitur ex *c. veniens* 16. *h. t.* ratio eſt, quia non implere promiſſum eſt cootra jus naturale, conſequenter eſt ſemper peccatum; hinc, qui iurat contra ſimplicem promiſſionem, jurat aliquid illicitum: conſequenter non tenet juramentum, cùm non ſit vinculum iniquitatis: jmò id procedit, quamvis iuramentum non ſit indirectè de conſervanda promiſſione, ſed tantùm de aliquo impeditivo promiſſionis, quia tunc etiam implicitè iuratur de non ſervanda promiſſione: ſiquidem non poteſt eſſe intentio de ſervando tali iuramento, quin virtualiter, ſeu implicitè adſit intentio de ſervanda promiſſione. Obſervandum tamen eſt, quòd ut iuramentum non obliget, quando iuratur aliquid contrarium promiſſioni, debet, quod iuratur eſſe talis conditionis, ut ex natura ſua non extinguat obligationem promiſſionis, quia ſi illam extingueret, iuramentum ſuum ſortiretur valorem, & induceret obligationem: hinc ſi Petrus promittat puellæ Matrimonium, & poſtea iuret ingredi Religionem approbatam, juramentum valet, & obligat, quia extinguit obligationem promiſſionis, idque procedit, quamvis promiſſio obligaret tantùm ſub peccato veniali, quia adhuc juramentum haberet pro obiecto aliquid illicitum, cuiusmodi eſt peccatum veniale. Juvat tamen obſervare, hanc doctrinam procedere, quando ſimplex promiſſio eſt valida: alioquin ſi ex aliquo capite oon obligaret, quia tunc ceſſaret ratio, ob quam juramentum eſt invalidum, ita eius obligatio adhuc vigeret.

112 Poſſet tamen io oppoſitum obiici, quia juramentum ſervari debet, quantum poteſt ſine præjudicio conſcientiæ, idque ob eius reverentiam, atqui poteſt ſimul ſervari iuramentum, & ſatisfieri promiſſioni per aliquid æquivalens, proinde iuramentum factum contra ſimplicem promiſſionem videtur obligationem inducere. Sed cootra quia tunc iuramentum ſervari debet, quantum ſine præjudicio conſcientiæ poteſt ſervari, quando eſt verum iuramentum, & validum: non verò quando eſt irritum, quia tunc non eſt verum iuramentum, & licèt tunc invocetur Deus in teſtimonium, non tamen ipſe aſſiſtit tali juramento, quando eſt de re illicita, quia Deus non aſſiſtit illicitis.

113 Neque obſtat textus io *c. veniens* 16 *h. t.* ubi Innocentius III. præcipit, quòd ſi manda-

tum

Digitized by Google

tum ſit contrarium iuramento priùs rectè facto, declaratur irritum: obi cùm antea facta fuerit ſolùm mentio de promiſſione, Pontifex meminit iuramenti, quaſi cenſeat, quòd ſi fuiſſet ſolùm ſimplex promiſſio, valeret iuramentum poſtea emiſſum, in cuius virtute factum fuerat mandatum. Nam contra eſt, quia quæſtio in *d. c. veniens*, erat, an ſtandum eſſet mandato ſibi facto in virtute iuramenti, quo iuraverat ſtare mandatis, quando tale mandatum erat contrarium obligationi ipſius mandatarii: & Pontifex reſpondet, quòd ſi mandatum ſit contrarium priori iuramento licitè facto, non ſit ipſi ſtandum, & quando Pontifex affert adductam rationem, ait: *Verùm, quia idem N. qui dicti Ducis eſt Conſiliarius, & in iure ſuo multis Eccleſiis, quarum eſt Advocatus ex promiſſo tenetur adeſſe, nequaquam taliter iuraviſſet, ſi mandatum illud ſibi contrarium præſceviſſet.* Hinc quia pontifex facit priùs mentionem de promiſſione, & poſtea committit, ut mandatum declaretur irritum, ſi ſit contrarium priori juramento; procul dubio ſupponit promiſſionem, quæ obſtabat executioni mandati eſſe cum juramento.

114 Quinimò licèt promiſſio ceſſet poſtea obligare, adhuc iuramentum contra ipſam factum non acquirit vim obligandi, ut docet Suarez *tom. 2. de relig. lib. 2. de iuram. c. 19. numero* 15. Abbas in *c. placuit numero 4. de converſ. coniug.* ubi docet, promiſſionem factam
14 tempore inhabili non obligare tempore habili: ratio itidem ex eo petitur, quia obligatio non inducitor, quando non habet cauſam, per quam inducatur; onde neque per juramentum poteſt induci, oiſi adſit iuramentum: atqui in hoc caſo, qoamvis iuramentum adſit materialiter, non ita formaliter ſecundùm vim obligativam: ſiquidem cùm non ſit validum, nequit habere vim obligativam; quinimò cùm iuramentum ſit irritum, nequit eſſe verum iuramentum, proinde neque habere verum effectom iuramenti: hinc quia quando ſimplex promiſſio ceſſat obligare, non ſuccedit aliud iuramentum, non poteſt ex vi prioris iuramenti oriri ulla obligatio: ſiquidem iuxta regulam utriuſque juris, *quod ab initio eſt invalidum tractu temporis non convaleſcit: regul. quod ab initio ff. de reg. iur.* unde ſi iuramentum, quando fit, eſt invalidum, non poteſt fieri validum, ex eo quòd poſtea ceſſet obligare ſimplex promiſſio.

115 Quòd ſi dicas, iuramentum ab initio validum non ampliùs obligare, ſi res, de qoa erat, fiat illicita; proinde à contrario ſenſu iuramentum ab initio invalidum poterit obligare, ſi res illicita, de qua erat, fiat licita. Contra eſt, quia quòd juramentum ab initio validum ceſſet obligare, ſi res, de qua eſt, fiat illicita, eſt ſecundùm naturam ipſius iuramenti: ſiquidem de eius natora eſt, ut tamdiu obliget, quamdiu eios materia manet; & quando res, quæ erat licita, fit illicita, non amplius manet materia iuramenti, quod debet eſſe de re licita, & honeſta; proinde ceſſante materia naturaliter ceſſat obligatio iuramenti: ſed non eſt ſecundùm naturam juramenti, ut ſi antea erat invalidum, fiat poſtea validum ex mutatione facta in materia: ſiquidem eſt contra naturam cuiuscunque effectus per ſe exigentis aliquam cauſam, à qua prodeat; & cum obligatio ſit effectus iuramenti, non poteſt de novo poni, quin novum etiam ponatur juramentum: prius enim iuramentum non fuit juramentum ex defectu materiæ, quæ non erat licita.

Quæritur trigeſimo ſextò, an qui putat ſe iuraſſe, cùm revera non iuraverit, ſit periurus, ſi non obſervet, quod promiſit? Poteſt enim coutingere, ut quia volens iurare proferat aliqua verba, quæ reverà non contineant iuramentum, & nihilominus, qui ita iurat; putet, verba illa continere verum iuramentum, ac proinde ſe verè jurare; tametſi revera non ioret: difficultas eſt, an ſit periurus, ſi non ſervet, quod tali pacto promiſit? Reſpondetur, in foro conſcientiæ procul dubio eſſe periurum, ſi retineat conſcientiam erroneam, quòd iuravit; & poſteà non ſervet, quod juravit. Ratio eſt, quia quantom eſt ex ſe, & ſecundùm ſuam intentionem agit cootra juramentum, & animo eſt præparatus ad violandum iuramentum; quod ſufficit, ut quis fiat perjurus *c. qui pejerare* 22. *q.* 5. & hoc ſequitur ex illo generali principio, quòd is peccet, qui agit contra conſcientiam erroneam. Sin verò, qui ita iuravit, cognoſcat, ſe revera non iuraſſe; eò quia verba non continerent juramentum; tunc putârim non fieri perjurum, ſi non ſervet, quod promiſit, quia perjurium non committitur, oiſi violetur juramentum *c. Tua nos* 24. *h. t.* & ita docent Panbrmitanus in *c. Ex adminiſtrationis* 1. *h. t.* Covarruvias in *c. quamvis p.* 1. *§. 6. numero 10. de pact.* & quia in caſu noſtro noo intervenit verum juramentum, oeque poteſt intervenire ejus violatio, ſi oon ſervetur, quod promiſſum eſt; quod enim non eſt, violari noo poteſt. 116

Quòd ſi dicas, putantem ſe iurare, habere intentionem iurandi, & hanc ſolam ſufficere ad juramentum, eò quia per ipſam obligatur fides cum habitudine ad Deum, ut docet Suarez *tom. 2. de relig. lib. 1. de juramentis c. 1. numero* 4. & habetur etiam in *c. Humanæ aures* 22. *q.* 5. Reſpondetur, id verum eſſe, quando iotentio fertur in Deum, qui expreſſe adducitur in teſtimonium, non ita ſi neque expreſsè includat; neque expreſsè excludat habitudinem ad Deum: nimirum ſi iurans non habeat expreſſam intentionem advocandi Deum in teſtimonium: quia intentio eſt conformis verbis; adeò ut iurans intendat id præſtare, quod ex ſe verba inducunt; & cùm verba non contineant verum juramentum, nec ratione intentionis poteſt hoc intervenire. 117

Quæritur trigeſimoſeptimò, an iuramentum non mutuandi non fidejubendi validum ſit? Reſpondetur, communem Doctorum ſententiam negare, tale juramentum ſuum ſortiri valorem, eò quia mutuare, & fideiubere ſint opera charitatis, & miſericordiæ, quibus mutuans ſtipula- 118

pitulatur proximo indigenti: atqui iuramentum, quod eſt contra virtutem, eſt invalidum, quia non eſt de re honeſta, conſequenter, nequit eſſe obligatorium. Verùm in talibus iuramentis conſiderari debent plura, nimirum perſona, quæ jurat, forma, quâ iurat, & finis, per quem iurat: ex hiſce enim colligitur valor iuramenti: ſi enim ſpectetur finis, poteſt, qui iurat moveri ob honorem Dei, vel propriam, aut alienam utilitatem: ſi moveatur ob honorem Dei, iuramentum eſt nullum, quia non cedit in honorem Dei, quòd quis non opituletur ſuo proximo indigenti, quia id obſtat operibus conſilii, vel præcepti. Si moveatur ob utilitatem propriam, ne ſcilicet ex mutuatione, & fideiuſſione damnum patiatur in propriis bonis, quamvis finis ſit honeſtus, quia adhuc generaliter loquendo eſt impeditivus maioris bonis, præſertim quando neceſſitas ſuccurrendi proximo indigenti urget, neque in hoc caſu iuramentum tenet, eò quia privet maiori bono, ut eſt opitulari proximo indigenti. Si moveatur ob utilitatem tertii, ut filiorum, creditorum, uxoris, tunc procedendum eſt cum diſtinctione, an nimirum fuerit iuramentum factum ante illorum acceptionem, vel poſt; ſi ante poteſt pro libitu revocare iuramentum, quia hoc ſequitur naturam promiſſionis, quæ non obligat promittentem antequam ſit acceptata à Promiſſario: poſt verò acceptionem iuramentum tenet, & ſervari debet in omnibus illis caſibus, in quibus mutuatio, & fideiuſſio non eſt obligatoria: ſiquidem iuramentum emiſſum in utilitatem tertij, & ab illo acceptatum inducit obligationem, quia promiſſarius per ſuam acceptionem acquiſivit ius ad rem ſibi iuramento promiſſam: unde quotieſcunque iuramentum ſervari poteſt abſque diſpendio æternæ ſalutis ſervandum eſt, ſi ille tertius, in cuius favo-
119 rem factum fuit, illud non remittat.

Quod verò ad formam iuramenti attinet, obſervandum eſt, quòd ſi iuramentum de non mutuando, vel non fidejubendo emiſſum fuit non abſolutè, ſed ſub conditione niſi examine facto, vel conſilio capto aliud expedire iudicaverit, iuramentum tenet, quia hoc non prohibet mutuationem, vel fideiuſſionem abſolutè; ſed mutuationem, vel fidejuſſionem inconſideratam, quod eſt conſonum rationi; eſt enim ſanum conſilium inquirere, an expediat mutuare, vel fideiubere, idque examinate diligenter eum ex defectu huius examinis plures bonorum jacturam patiantur, litibúsque, & inimicitiis implicentur: unde iuramentum de non mutuando, vel de non fidejubendo ſine tali examine eſt honeſtum, & obligatorium, ut docet Sotus *de juſt. & jur. l. 7. q. 1. art. 3. dub 2.* Rurſus debet ſpectari perſona, quæ jurat non mutuare, nec fideiubere: ſiquidem Clerico ſacris initiato interdicitur fidejubere pro laico, niſi in caſu urgentis neceſſitatis *c. Te quidem 11. q. 1.* & *c. 1. de fidejuſſor* ibi: *Clericus fideiuſſionibus interveniens abijciatur*, ſcilicet à fidejuſſione, verùm ſtante neceſſitate, ſi laicus extremè indigeret fidejuſſione, nec eſſet alius laicus, qui vellet, vel poſſet pro illo fideiubere, poſſet tunc Clericus pro laico fidejubere, quia ab hoc opere charitatis, & miſericordiæ non eſt Clericus arcendus.

Cæterum, ſi Clericus ſine tali neceſſita- 120
te pro laico fidejubeat, valida eſt fidejuſſio, & principali non ſolvente, tenetur Clericus fidejuſſor ſolvere, ut notat Gloſſa in *c. 1. de fidejuſſ.* verùm tunc obligatio ſolvendi eſt tantùm de bonis patrimonialibus, vel de reditibus ſui beneficii, quia non poteſt diſponere de rebus eccleſiæ. Quòd ſi Clericus juret, ſe nunquam velle pro ullo fidejubere, tale juramentum non valet, quia poteſt contingere, ut Clericus fidejubendo exerceat, opus charitatis, & miſericordiæ, & juramentum non exercendi actus virtutum eſt invalidum; præterea Clericus poteſt fidejubere pro alio Clerico, perinde ac laicus pro alio laico *l. Omnes §. in hoc C. de Epiſcop.* imò poteſt etiam fidejubere pro ſua Eccleſia *authent. de ſanct. Epiſcop. §. præ omnibus collationibus 9.* unde juramentum ſimpliciter, & abſolutè de non fidejubendo eſt impeditivum majoris boni, proinde non poteſt ullam inducere obligationem. Si verò Clericus cum limitatione juraret, ſe nunquam velle fidejubere pro laico, validum tunc eſſet juramentum, & obligationem induceret, quia eſſet de re ſibi præcepta: ſed tunc caſus neceſſitatis ſubintelligitur exceptus.

Quæritur trigeſimooctavò, an, qui 121
promiſit cum juramento fidejubere pro alio, teneatur ſtare promiſſis, ſi is, pro quo juravit, deveniat ad talem deteriorem ſtatum, ut fiat impotens ad id præſtandum, pro quo exigit fidejuberi: ut ſi Titius promiſit Cajo, ſe fidejuſſurum pro ipſo, pro decem mille aureis, & promiſſionem firmet iuramento eo tempore, quo Cajus poteſt Titio dictam ſummam reſtituere: & poſtea ita deveniat Cajus in deteriorem fortunam, ut antequam Titius pro ipſo fidejubeat, impotens fiat ad ſolvendam dictam ſummam pro tempore debito, teneatur Titius ratione juramenti præſtiti fidejubere pro Cajo. Reſpondetur, non teneri ſtare iuramento, quia hoc deſinit obligare ex illa mutatione notabili ſubſecuta in promiſſario, ut docet D. Thomas 2. 2. *q. 110. art. 3. ad 5.* Menochius *conſil. 2. 2. numero 48.* Abbas in *c. Cum acceſſiſſent de conſtit.* Roman. in *l. pactum dotali C. de collat.* Alciatus in *c. cùm. contingat 28. numero 38. h. t.* Ratio ex eo petitur, quia juramentum habet in ſe tacitam conditionem, niſi juſta juſta cauſa intervenerit non ſervandi promiſſum *l. fin. ff. qui ſatisd. cog.* ubi Gloſſa *v. non videtur, l. imperatores init. ff. ad municip. l. quod ſervis ff. de condit. ob cauſ. c. Ex part. de Cler. non reſid. c. quemadmodum. 25. h. t.* ubi Pontifex reſcribit, quòd qui contraxit matrimonium cum muliere, & juravit illam apud ſe ſemper retinere, propter fornicationem præcedentem, non poteſt illam dimittere, bene quidem propter ſequentem non obſtante illo juramento, quia

quia ſubintelligebatur illa conditio; ſi non peccet contra legem coniugij, ubi Gloſſa docet, in iuramentis intelligi conditionea, ſi Deo placet, ſi eccleſiæ, ſi res in eodem ſtatu manſeric, ſi fides ſarvabitur; ſi ſit honeſta, vel poſſibilis; aliæ verò ſpeciales conditiones uon intelliguntur, niſi explicentur, quamvis mente concipiantur, niſi lex illaa præcipiat, quia tunc habentur pro expreſſia, & id procedit in iuramentia promiſſoriis, quia in aſſertoriis nulla intelligitur conditio.

122 Cùm igitur Caiua, pro qoo Titius promiſit cum iuramento, velle fidaiubera, uou maneat in eodem ſtatu, uon tenetur Titius ſervare promiſſum, ob iuramentum præſtitum, quia hoc habet in ſe tatitam conditionem, niſi iuſta interveniat cauſa non ſervandi promiſſum, ut uotat Menochius *lib. 1. præſumpt.* 80. *n.* 11. & cùm actus fondetur in voluntate agentis *c. ſuper Abbatia de offic. deleg.* & docet Roland. *conſil.* 10. *n.* 8. uon poteſt actus extendi ultra id, quod eſt in intentione agentis; & quia intentio agentis reſpicit tantùm præſentem rerum ſtatum; ſiquidem futurus, ut ignotus uon tadit ſub conſiderationem: hinc ſequitur, quòd iuramentum obliget, tantùm rabus ſic ſtantibus, quia iurans fertur tantùm ſecundùm ſuam intentionem in res, prout ſe habent de præſenti; conſeqoenter intendit tantùm ſe obligare ſecundùm id, quod conſiderat, nou verò ſecundùm id, quod poteſt ſupervenire, & eſt illi ignotum: at ſi Caius, pro qùo Titius promiſit cum iuramento velle fideiubere, ſit in ſtatu, quaudo Titius promittit, ot poſſit ipſi ſatisfacere, & poſtea antequam fideiobeat, fiat impotens ad ſolvendum, ſit in Caio talia mutatio, ut afferat iuſtam, ac rationabilem cauſam, ob quam fideiuſſor poſſit recedere à promiſſiona iurata: ſiquidem variatur ſecundùm ſubſtantiam res promiſſa, ut etiam obligatio ſuſcipieuda à fideiuſſore: ſiquidem Titius promittens fideiubere tempore, quo Caius promiſſarius eſt in ſtatu ad ſolvendum, tautùm promittit, ſe ſuſcepturum periculom ſolvendi, ſi Caius, pro quo fideiubet, non ſolverit: at ſi Cajus poſtquam Titiua cum iuramento promiſit, ita deveniat in deteriorem fortunam, ot fiat impotens ad ſolvendum, ſtante hac impotentia, mutatur totus ſtatus rei, quia perinde eſt fideiubere, ac ſoſcipere in ſe obligationem ſolvendi abſolutè: adeò ut fiat mutatio de obligatione incerta, & conditionata ad abſolutam, & certam; & quia conditionatum, & abſolutum differunt ſecundùm ſubſtantiam, fit, quòd talis mutatio ſit quoad ſubſtantiam rei, conſequenter non teneatur Titius ſtare ſuæ promiſſioni. Tum quia, quæ de novo emergunt, indigent novo remedio, & conſilio *l. jure decedens ff. de in offic. teſt. c. fin. de in integ. reſtit.* proinde qui iuramento promiſit fideiubere pro eo, qui poſt factam promiſſionem eſt impotena ad ſolvendum, indiget novo conſilio, quod propterea non cadit ſub præcedente deliberatione de fidejubendo pro tempore, quo erat potens ad ſolvendum: quia cùm pro illo jam eſſet deliberatum, non eſſet opus novo conſilio, ex quo liquet, iuramentum de fideiubendo non ſe extendere ad caſum ſupervenientia impotentiæ ad ſolvendum, quia non ſe extendit ultra deliberationem iurantis fideiubere: actus enim voluntarius non extenditur ultra intentionem agentis *l. ſi certis annis C. de pact.* & docet Bartolus in *l. Titium, & Mauium §. altero. ff. de adminiſt. & pericul. Tutor.*

Quæritur trigeſimo nonò, an ligatus iuramento de non fideiubendo ſub certa pœna pecuniaria alteri ſolvenda ſibi impoſita, teneatur eam ſolvere, ſi fideiubeat? Reſpondetur negativè, & ratio deſumitur ex eo, quia tale iuramentum nullius eſt valoris, proinde cùm non inducat obligationem ad abſtinendum à fideiuſſione, nac inducit obligationem ad ſubeundam pænam ſibi impoſitam, ſi fideiubeatur: ubi enim iuramentum eſt nullum, non poteſt obligationem ullam inducere, quia obligatio oritur ex juramento vero, firmo, & valido; cùm enim ſit effectus verna, debet prodire à cauſa vera; & quia iuramentum de non fideiubendo non eſt verum iuramentum, eò quia adverſetur virtuti charitatis, & miſericordiæ, non poteſt veram inducere obligationam, proinde non tenetur ſubire pœnam ſibi iniunctam, quia pœna eſt effectus transgreſſionis obligationis ſibi impoſitæ; & ceſſante cauſa debet, & effectus ceſſare *l. generalit. C. de Epiſ. & cler. c. cum ceſſante de appellat.* 123

124 Quòd verò tale iuramentum ſit nullum docent Abbas in *c. ſi verò* 8. *n.* 6. *h. t.* Covarruviaa *de pact. p.* 1. *c.* 72. *n.* 5. Barboſe in *l. alia §. eleganter n.* 28 *ff. ſolut. matrim.* & ratio petitur ex eo; quia tale iuramentum adverſatur virtuti, quia impedit exercitia pietatis, miſericordiæ, & charitatis; proinde maioris boni; & iuramentum contrarium virtutibus eſt invalidum, non enim poteſt quis ſe obligate ad non exercendoa actus virtutum, cùm id ſit bonum, & obligatio ad non exercendos actua virtutum ſit contra inclinationem rationalis naturæ, quæ naturaliter eſt propenſa ad honeſtum; & inclinata ad ſtudia virtutum: neque Deus acceptat huiusmodi obligatioues, cùm ſint contra conſilia evangelica, proinde nec illis aſſiſtit; idque etiam procedit; quamvia moveatur ad iurandum, ne fideiubendo damnum patiatur, quia cùm fideiuſſio ſit contractus ex ſua natura læſivus *l. 1. C. de l. fil. fam. l. ait Prætor. §. 1. ff. de minor.* & cenſet Rota *in Romana argentor. 27. Iunii 1607. coram Ludoviſio.* Tum quia Fidejuſſorea ſolent reprehendi, ut malè utentes ſuis ſubſtantiis, qoo fit, ut ad declinanda huiusmodi damna, poſſit quis moveri ad iurandum ſe non fideiuſſurum pro aliqoo, in quo caſu adhuc iuramentum eſt irritum, neque qui iuravit, ex tali ratione tenetur ſubire pœnam ſibi impoſitam, ſi fideiuſſerit; quia iuramentum de non fideiubendo comprehendit materiam licitam, & illicitam per modum unius; hinc licèt aliquando fideiubere ſit malum, eò quia fiat irrationabiliter, interdum tameu non ſolùm non eſt malom, ſed bonum, & actus virtutis, & conſilii; imò cadit etiam ſub præcepto charitatis: at ſi materia juramenti ſit partim licita, & partim illicita, aut inutilis, iuramentum non valet,

 quia

quia tota materia vitiatur ratione partis: ſe habet enim materia illa per modum unius, & ſicut bonum ex integra cauſa, ità malum ex quovis defectu. Cæterum valeret iuramentum, de non fidejubendo, ſi reſpiceret fidejuſſionem irrationabilem, & quæ eſſet damnoſa fideiubenti, vel occaſio peccandi, ut docet Sotus *lib. 7. de juſtit. & jur. q. 1. art. 2. dub. 2.* quia tunc iuramentum habet materiam honeſtam, & ordinatur ad declinandum malum, ideóque in tali caſu iurans ſubijceretur pœnæ ſibi impoſitæ.

125 Quæritur quadrageſimò, an ſi iuramentum ſit nullum, ſit neceſſaria abſolutio ad effectum egendi. Obſervandum eſt, iuramentum poſſe irritum eſſe dupliciter. Primò ſecundùm ſubſtantiam: ſecundò quoad ſolemnitates, quando iuramentum eſt irritum priori modo certum eſt, non eſſe neceſſariam abſolutionem, ut contra ipſum poſſit quis venire, ut docent Decius *in rubr. n. 21. de iudic. in 1. lect.* Caſtrens. *conſil. 210. n. 2. lib. 2.* & ratio eſt clara, quia cùm tale iuramentum ſit nullum ſecundùm ſubſtantiam, non poteſt ullam parere obligationem, nec ullum inducere vinculum, à quo jurans ſolvi poſſit, cùm enim iuramentum ſit nullum, non poteſt ullum effectum producere; conſequenter neque inducere obligationem, quæ eſt aliquis effectus emanans à iuramento exiſtente: quod autem eſt nullum, non eſt; & quod non eſt, non poteſt dare effectui exiſtere. Cæterùm quia nullitas ſubſtantialis iuramenti rariſſimè contingit, ut ſit ita notoria, ut poſſit non ſervari ſine ſcandalo, ideo erit neceſſaria abſolutio ad cautelam; vel ſaltem declaratio nullitatis, quia id confert non ſolùm ad tollendum ſcandalum, & exceptiones, quæ fieri poſſunt, ſed etiam ad ſecuritatem conſcientiæ, & animi tranquillitatem. Quando verò iuramentum eſt tantùm nullum ratione ſolemnitatis, eò quia lex, vel ſtatutum annullet tale iuramentum, plures cenſent, non eſſe tunc neceſſariam abſolutionem: & oriuntur, quia cum iuramentum ſit nullum defectu ſolemnitatum, remanet annullatum à lege, ſeu ſtatuto, proinde non eſt opus abſolutione, quia tunc lex ipſa annullando abſolvit,

126 Nihilominus communior, & tutior ſententia, cui eſt adhærendum, docet, adhuc abſolutionem eſſe neceſſariam non obſtante tali nullitate iuramenti ex defectu ſolemnitatum, ut docet Gloſſa in *c. Etſi Chriſtus 26. v. ſervandum h. t.* ratio etiam id ſuadet, quia tametſi iuramentum ſit nullum ex defectu ſolemnitatum, & non admittatur de iure, eò quia non fuerit ſolemniter præſtitum, eſt nihilominus ſecundùm ſubſtantiam verum iuramentum, & naturaliter obligat: ſiquidem defectus ſolemnitatum non impedit, quin verè invocetur Deus in teſtimonium veritatis, & non fiat illi injuria, ſi non ſervetur juramentum; quapropter ſervandum ſemper eſt, ſi licitum eſt, quod iuratur *l. Non erit §. fin. ff. de jurejur. c. etſi Chriſtus 26. h. t.* & ibi Gloſſa *v. ſervandum* unde ſi iuramentum ſecundùm ſubſtantiam obligat, quia ſupponitur eſſe de re licita, debet ſervari, proinde neceſſaria eſt abſolutio. Neque obſtat fundamentũ oppoſitæ, ſententiæ quia quamvis iuramentum irritetur à lege, ſeu à ſtatuto, non tamen hæc annullatio attingit ſubſtantiam, ſed tantùm ſolemnitatem iuramenti, proinde tantùm operatur, quòd non ſit iuramentum ſolemne: unde cum non annullet eius validitatem naturalem, quia hæc habet aſſiſtentiam iuris naturalis, quod obligat ad ſervandum iuramentum ob reverentiam Deo debitam, debet eſſe neceſſaria abſolutio.

Quæritur quadrageſimo primò, an iuramentum non accuſandi, vel non denuntiandi delinquentem validum ſit? Reſpondetur, Innocentium III. in *c. quemadmodum 25. §. illud. h. t.* declarare, quomodo hoc iuramentum validum ſit, & inducat obligationem: ſi enim iuramentum emiſſum ſit generaliter de non accuſando, nec denuntiando uxorem ſuper ullo delicto, reſpondet Pontifex, juramentum eſſe temerarium, irritum, & nullam inducere obligationem, & etiam adſert rationem: quia ſi mulier fieret infidelis, & marito ſine contumelia creatoris nollet cohabitare, vel conaretur eum ad infidelitatem pertrahere, teneretur in hoc caſu maritus non obſtante iuramento uxorem non reſipiſcentem accuſare ob bonum publicum, imò & ſecundùm canones eam dimittere: ex quo liquet, tale iuramentum ſumptum in tota ſua latitudine non poſſe obligare. Quòd ſi vir ſpecificè juràſſet, quòd ſuper adulterii crimine nollet uxorem impetere, an tunc iuramentum eſſet obligatorium? videtur eſſe aliqua difficultas, quia cum ſacra ſcriptura dicat, eum eſſe Patronum turpitudinis, qui celat crimen uxoris: & iuxte regulam evangelii, ſi uxor primò, & ſecundò correpta nolit reſipiſcere, id denuntiandum ſit eccleſiæ, ut tanquam Ethnica, & publicanus vitetur, ne alioquin amplior concedatur illi peccandi licentia. In contrarium verò ſtet, quia maritus poteſt dimittere, ſeu condonare peccatum uxori ſecundùm evangelium non ſolùm ſepties, ſed etiam ſeptuagies ſepties. 127

His in utrumque examinatis reſpondet Pontifex, tutiùs eſſe tunc, ſi maritus ob religionem iuramenti uxorem non accuſet ad divortium petagendum, ſed tantùm denuntiet eccleſiæ, ut ipſam pœniteat ſui delicti: vult enim Pontifex, non poſſe tunc virum accuſare uxorem ad effectũ divortii, eò quia vir poteſt cedere iuri ſuo in ordine ad divortium faciendum ob adulterium uxoris; proinde, ſi iuraverit ſpecificè ſe non accuſaturum uxorem ob adulterium in ordine ad divortium, tenetur ſervare iuramentum. Pro maiori dilucidatione huius textus iuvat obſervare cum Abbate in *d. c. quemadmodum numero 7. & 14.* iuramentum de non accuſando uxorem ſpecificè propter adulterium (quod etiam procedit de quolibet alio delinquente) fieri poſſe ante, vel poſt delictum commiſſum, & emendatum, vel non emendatum: qui jurat non accuſare, vel denuntiare poſt delictum commiſſum, & emendatum, & qui deliquit, juramentum acceptavit, tenetur tunc jurans ſervare iuramentum; ſiquidem in hoc caſu ipſa ſola ſatisfactio iniuriæ propriæ, cui iurans cedit, poteſt cohoneſtare accuſationem. Excipitur tamen, 128

Digitized by Google

niſi ſuperior præcipiat denuntiationem in caſibus, in quibus præcepto ſuperioris poteſt quis obligari ad denuntiandum, & accuſandum: ratio eſt, quia iuramentum inferioris, & ſubditi non poteſt præiudicare iuri ſuperioris in ordine ad præcipiendum ſuo inferiori accuſationem.

129 Sin verò iuramentum fiat ante patratum delictum, vel etiam poſt, ſed nondum emendatum, adeò ut delinquens adhuc perſiſtat in ſua protervia; tunc vir tantùm obligatur religione iuramenti non accuſare uxorem ad effectum divortii faciendi; eò quia tunc poteſt vir cedere iuri ſuo, quod habet ad tale divortium: non tamen obligatur etiam non accuſare uxorem, vel quemlibet alium delinquentem ad publicam vindictam, ſi id expoſtulet bonum commune, ſitque expediens reipublicæ: ratio eſt, quia aliàs laxior aperiretur via delinquentibus liberiùs peccandi, ſi ſcirent ipſos non eſſe accuſandos: quapropter cautè dixit Pontifex in *d. c. quemadmodum* 25. §. *illud. h.* t. quòd vir propter iuriſiurandi religionem deſiſtat accuſare uxorem in ordine ad divortium faciendum: per hoc enim tacitè inſinuat, poſſe virum eam ad vindictam publicam, & bonum commune accuſare, ſi ſic expedire cognoverit.

130 Quòd ſi huic bono communi, ac vindictæ publicæ ſatisfieri ſufficienter poſſit per denunciationem, tunc iurans non accuſare, tenetur ſervare iuramentum, & non accuſare delinquentem, quia tunc iuramentum eſt in favorem tertii, & ſervari poteſt ſine diſpendio æternæ ſalutis, ut cum Gloſſa notat Abbas *loc. cit. v. crimine* & *v. deſiſtat*. Sin verò iuramentum de non accuſando, vel denuntiando criminaliter eſſet metu extortum, tunc cenſent plures cum Leſſio *de juſtit. & jur. lib.* 2. *c.* 42. *dub.* 4. *num.* 19. tale iuramentum eſſe nullum, & nullam inducere obligationem. Qui verò iuravit, ſe criminoſum de crimine non accuſaturum criminaliter, vel civiliter: is adhuc poteſt eum denuntiare Prælato ad emendationem, & pœnitentiam peragendam, quia cùm iuramentum ſit ſtrictæ interpretationis, non debet extendi ultra verborum proprietatem, aut communem acceptationem. Qui verò iurat, ſe ſoluturum pœnam pro alio volenti committere aliquod delictum, iuramentum eſt nullum, & non obligat, quia eſt de re turpi incitante ad peccatum *l. ſi à Reo* §. *ult. ff. de ſolut.* Hinc neque validum eſt pactum etiam iuramento firmatum, ſi iurans paciſcatur cum Oeconomo, vel negotiorum geſtore, eum non teneri de dolo, vel furto, quod in adminiſtratione commiſerit, quia tale pactum, cùm præbeat occaſionem peccandi, eſt de re turpi, proinde iuramentum eidem annexum nullam inducit obligationem *l. ſi unus* §. *de pact.*

131 Quæritur quadrageſimoſecundò, an iuramentum poſterius contrarium priori ſuum ſortiatur valorem. Obſervandum eſt, dupliciter poſſe poſterius iuramentum priori adverſari. Primò in actu iurandi, ut ſi Titius iuret, vovear, vel promittat, ſe nullum emiſſurum iuramentum inconſulto, & inſcio ſuperiore, & poſtea eo inconſulto iuramentum emittat, hoc enim ſecundum adverſatur priori ſolùm in actu iurandi, non verò in materia iurata, quia materia poſterioris iuramenti non eſt priori contraria. Secundò poteſt poſterius iuramentum adverſari priori in materia jurata, ut ſi Titius poſt emiſſum juramentum de ſervanda caſtitate promittat ſub iuramento puellæ matrimonium, tunc materia poſterioris iuramenti adverſatur promiſſioni priori? Reſpondetur ad quæſitum cum diſtinctione, vel poſterius iuramentum adverſatur priori tantùm in actu iurandi, & non in materia iurata, & tunc ſi ſit de re licita, obligationem inducit, ut docet Abbas in *c. cùm contingat* 28. *h. t.* quia poſterius iuramentum quamvis illicitè fuerit emiſſum, non tamen eſt de re illicita: quoties autem iuramentum non eſt de re illicita, inducit obligationem, quia ſine diſpendio æternæ ſalutis ſervari poteſt: non enim ad obligationem iuramenti attenditur, an quis licitè iuraverit? ſed an licitum ſit, quod quis iurat: idque patet in iuramento blaſphemo, vel ſine animo illud implendi, ſi enim tale iuramentum ſit de materia honeſta obligationem inducit, quamvis fuerit illicitè emiſſum. Vel poſterius iuramentum adverſatur priori in ſua materia, & tunc nullam inducit obligationem, ut notat Covarruvias *de pact.* 2. *p.* §. 2. *n.* 4 & *l.* 4. *decret.* 1. *p. c.* 4. *n.* 3.

Ratio eſt, quia tunc iuramentum poſterius 132
eſt de re illicita: ſiquidem illicitum eſt violare iuramentum, votum, vel validam promiſſionem acceptatam: hinc ſi Titius poſt votum, & iuramentum de ſervanda caſtitate promittat, & iuret puellæ nuptias, hoc poſterius iuramentum, quia in ſua materia, vel objecto adverſatur priori, nullam inducit obligationem, eò quia ſit de re illicita, non enim iuramentum eſt vinculum iniquitatis: hac ratione in *c. Quanto* 18. *h. t.* dicitur, quòd iuramentum illicitum ex parte objecti, vel materiæ non obligat, eò quia cadat ſuper materiam prohibitam: unde ſi Titius promiſit Lucretiæ puellæ conjugium, & puella acceptavit promiſſionem, non poteſt Titius alteri puellæ ſub iuramento promittere nuptias, & ſi promittat, iuramentum eſt nullum, ut docent communiter Canoniſtæ cum Covarruvia in *c. ſicut de ſponſal.*

Obſervandum tamen eſt, quòd, ut poſte- 133
rius iuramentum adverſetur in materia iurata iuramento, voto, vel promiſſioni priori, & propterea obligationem non inducat, debet prius iuramentum obligare id temporis, quo emittitur poſterius: quia ſi eo tempore prius iuramentum non obligaret, poſterius illi non adverſaretur, quia non datur iuramentum ſine obligatione: unde ſicut prius iuramentum eſſet nullum, ſecundum eſſet validum, ſi eſſet de re licita, & induceret obligationem *c. Tua nos* 11. *h. t.* ubi cùm quidam Monachi percipientes penſiones in beneficiis compuliſſent clericos præſentatos iurare ſe majorem ſolito penſionem ſoluturos contra canones, & poſtea Epiſcopus eos inſtituens præcepiſſet iurare, ſe non aucturos antiquam, & conſuetam penſionem: hoc poſterius iuramentum, ait Lucius III. in *d. c. Tua nos*, quia ratione, & authoritate Concilii Lateranenſis iuvatur, præiudicare priori, &

contra ipſum virea habere; eò quia prius iuramentum utpote contra canones eſſet nullum, & noo obligaret, ut notat Gloſ. in *d. c. Tua nos n. h. t.*

Sin verò iuramentum obligat id tempo-
134 ris, quo emittitur iuramentum poſterius, tunc hoc non inducit obligationem quamvis ſucceſſu temporis prius iuramentum deſinat poſtea obligare, eò quia relaxetur, vel remittatur à parte, quia quod ab initio de iure non ſubſiſtit, tracto temporis non convaleſcit, iuxta regulam *non firmatur de reg. jur. in 6.* & iuxta *regulam, quod ab initio ff. eod.* quapropter in *c. quidam de converſ. coniug.* dicitur, quòd vir, qoi profitetur in Monaſterio invita uxore, non teneatur redire ad Monaſterium, tametſi oxor moriatur, eò quia votum ab initio non fuerit validum: Eadem ratione in *c. placet nobis eod. tit.* Mulier, quæ profeſſionem emiſit ignorans maritum vivere, eo mortuo non compellitor ad Monaſterium redire; quia emiſſa fuit profeſſio tempore inhabili, proinde non convaleſcit tempore habili, ot notat Abbas in *d. c. placet. n. 5.* Covarruvias *4. decret. 1. p. c. 4. §. 1. n. 10.*

Qoæritur quadrageſimotertiò, an iura-
135 mentum inducat obligationem, ſi ſit de materia lege prohibita. Ratiò dubitandi ex eo deſumitur, quia ex una parte videtur tale iuramentum de materia per legem prohibita non poſſe obligare, eò quia obligare ad legis transgreſſionem ſit aliqoid turpe, & inhoneſtum. Ex alia parte in iure canonico tale iuramentum videtur inducere obligationem, etenim in *c. cùm contingat. 28. h. t.* & in *c. licet mulier 2. eod. tit. in 6.* & in *c. 2. de pact. in 6.* alienationes fundi dotalis aliàs prohibitæ adjecto iuramento valent, & inducunt obligationem, tametſi lex civilis prohibeat, ac reſiſtat alienationi fundi dotalis, vel rei immobilis ab uxore marito in dotem datæ *l. 1. ff. de fund. dotal.* & *inſtitut. quibus alienare non licet in princ.* ibi: *Neque conſentiente muliere talem alienationem fieri poſſe, ne ſexus muliebris fragilitas in perniciem ſubſtantiæ earum convertatur.*

136 Reſpondetur ad quæſitum, iuramentum contrarium legi civili de materia pertinente ad bonum publicum non inducere obligationem, ut notat Tuſchus *tom. 4. v. iuramentum concluſ. 500. num. 18.* & ratio petitur ex eo, quia tranſgreſſio harum legum ſit culpa lethalis, & nemo poteſt obligari ad lethaliter peccandum, alioquin iuramentum foret vinculum iniquitatis. Firmatur, quia iuramentum non poteſt obligare in præiudicium tertii *c. cum contingat 28. in fin. h. t.* ſiquidem iure naturæ æquum eſt, oeminem cum alterius detrimento, & iniuria fieri locupletiorem *l. iure naturæ ff. de regul. iur.* nec alteri per alterum eſt iniqua conditio inferenda *c. non debet de reg. iur. in 6.* unde iuramentum, quod principaliter redundat in alterius detrimentum, non inducit obligationem, quia in iure attenditur, quod principaliter fit, non verò quod in conſequentiam venit.

Hinc iuramentum, quo clericus iurat, ſe
137 renunciaturum privilegio fori, & canonis eſt illicitum, quia contrarium materiæ ordinatæ ad booum commune, ſeu privilegio conceſſo ſtatui clericali, ne clerici ſubdantur poteſtati laicali. Eadem ratione ſi Titius iuret, ſe extracturum è civitate merces, arma, vel alias res prohibitas, iuramentum non inducit obligationem, eò quia ſit de re iniqua præjudicante bono communi: ſiquidem id tam in iuramento, quàm in executione iuramenti non caret culpâ: hinc neque obligat iuramentum emiſſum contra legem civilem diſponentem immediatè de bonis, & actionibus ſuorum civium, ſi lex illa civilis obliget ad culpam, ut docet Pontius *de matrim. lib. 2. c. 8. num. 30.* & Suarez *tom. 2. de relig. lib. 2. de iuram. c. 20. num. 21.* & ratio eſt perſpicua, quia tunc iuramentum obligaret ad peccatum, ac eſſet vinculum iniquitatis. Quando verò lex civilis diſponens de bonis, & actionibus ſuorum civium obliget, vel non? Bartolus in *l. ſi quis num. 9. de fideiuſſ.* & in *authent. ſacramenta puberum. num. 15. C. ſi adverſ. vendit.* Tuſchus *tom. 4. v. iuramentum concluſ. 500. n. 21. & ſequent.* & alii cenſent, legem reſpicientem bonum privatum obligare ad culpam, ac propterea iuramentum eidem contrarium non inducere obligationem, ſi dirigatur in perſonam: ſecus ſi dirigatur in actum prohibendo, ne fiat actus, vel irritando actum factum. Verùm id patitur difficoltatem; quia lex irritans contractum cum minorenne ſine debita ſolemnitate, tacitè prohibet, ne minorennis abſque tali ſolemnitate contrahat: ſiquidem eo ipſo, quòd lex prohibet effectum, prohibet etiam cauſam: unde ex eo, quòd verba legis dirigantur in actum, vel perſonam, non poteſt ſomi ſufficiens ſignum obligationis, proinde hæc diſtinctio de directione in perſonam, vel actum eſt potiùs verbalis, quàm realis. Tum quia regulariter leges annullantes actum diriguntur ad perſonas, ot liquet io alienatione rerum immobilium facta à minorenne abſque decreto Iudicis, non enim irritatur ſola alienatio, ſed etiam prohibetur minorennis ita alienare *l. ſiquidem & non ſolùm, l. & ſi præſes C. de præd. & aliis minor.* unde illa diſtinctio non videtur ſufficiens.

Alii docent, quòd ſi lex civilis ordinetur 138
immediatè in bonum privatorum, & in favorem eorundem, oon obliget ad culpam, proinde iuramentum de re illa prohibita homini factum, & cedens in eius utilitatem, videtur inducere obligationem, quia cum talis lex ſit in favorem privati, non illum compellit, ne poſſit renunciare ſuo favori per legem eidem conceſſo, & in hac ſententia ioramentum inducit obligationem, quia iuri pro ſe principaliter introducto poteſt quilibet renuntiare *c. Ad Apoſt. de reg.* quamvis non poſſit renuntiare iuri principaliter introducto in publicum favorem *c. ſi diligenti de foro compet.* & quia in iure attenditur, quod principaliter fit, non quod in conſequentiam venit *c.*
cum voluntate de ſent. excommun. & cùm non 139
ſit tutum, quemlibet contra iuramentum ſuum venire, niſi tale ſit, quod ſervatum vergeret in interitum æternæ ſalutis, ſequitur, quòd quando lex eſt principaliter fundata ſuper favore privati, quamvis ſecundariò tendat in publicam utilitatem iuramentum præſtitum contra illius diſpoſitionem, obligat iurantem *c.*

cùm

cùm contingat 28. h. t. authent. ſacramenta C. ſi adverſ. vendit. Non enim lex per ſuam contrariam diſpoſitionem intendit impedire obligationem, quæ ſi eſt de re licita, eſt illi ſtandum, non ita ſi iuramentum vi, vel dolo fuerit extortum, qoia tunc continet iniquitatem ex parte cogentis, & iutamentum non debet eſſe vinculum iniquitatis, neque debet quis ex ſua malitia commodum reportare *c. plerumque de reſcript.* Verùm probabilius eſt, iuramentum metu extortum in caſu à lege non prohibito eſſe ipſo iure reſpectu materiæ obligatorium: licèt ob iniquitatem cogentis ſoleat ab eo concedi abſolutio, ut docet *D.* Thomas 2. 2. *q.* 89. *art.* 7.

139 Quæritur quadrageſimoquartò, an Teſtator poſſit licitè revocare teſtamentum, ſi iuraverit, ſe illud non revocaturum. Non deſunt ex Juriſtis plures, inter quos Gomez in *l.* 3. *tauri num.* 99. & alii, qoos refert Covarruvias *rubr. de teſtam. p. 2. num.* 42. qui cenſent, Teſtatorem poſſe liberè tale teſtamentum revocare, ea innixi ratione, quia teſtamentum ſemper usque ad mortem revocari, & mutari poteſt à teſtatore, ut ſcribit Apoſtolus *ad Hebr.* 9. Tum quia iuramentum contra bonos mores non obligat, ſed teſtamentum iuratum adverſatur bonis moribus, quia dat hæredi occaſionem deſiderandi mortem Teſtatoris. Tum quia pactum, qoo quis dicit, inſtituo te hæredem, quòd ſi id non præſtitero, ſpondeo tibi tantum pecuniarum, non eſt obſervandum, eò quia ſit contra libertatem naturalem teſtandi *l. ſtipulatio hoc modo ff. de v. o.* hoc autem fit etiam per teſtamentum iuratum, quod propterea non videtur ſuum ſortiri valorem. Nihilominus reſpondetur, teſtatorem non poſſe licitè revocare teſtamentum à ſe conditum ſi iuraverit, ſe illud non revocaturum: ratio eſt, quia iuramentum, quod ſine diſpendio æternæ ſalutis ſervari poteſt, adimplendum eſt *c. Quamvis pactum de pact. in 6.* atqui teſtamentum ita iuratum ſervari poteſt ſine diſpendio ſalutis: ſiquidem non revocare teſtamentum, & relinquere hæredem eum, qoem ſemel teſtator inſtituit, eſt res licita, quæ ſine diſpendio æternæ ſalutis ſervari poteſt: proinde iuramentum non mutandi teſtamentum à ſe conditum, cùm non ſit de re illicita, neque ſit vinculum iniquitatis, ſervari debet.

140 Neque obſtat, ſi dicas, tale iutamentum præbere hæredi occaſionem optandi mortem teſtatori. Contra eſt, quia talis non eſt occaſio propriè data, ſed potiùs accepta, unde teſtator, eò quia inſtituat hæredem, non agit perperam, nec talis inſtitutio eſt illicita, quinimò poteſt plerumque contingere, ut non revocare teſtamentum ſit multò melius, quàm ejus oppoſitum, ut ſi teſtator inſtituerit hæredem Noſocomium, vel aliom locum pium: ſi poſtea velit ſuum teſtamentum revocare, & inſtituere ſuos amicos, à quibus hæreditas malè conſummetur, melius eſt procol dubio illud non revocare, quàm oppoſitum. Quinimò cùm tale iuramentum ſe habeat inſtar voti, nequit teſtator absque ſcelere ſacrilegii illud revocare.

Quòd ſi dicas, teſtamentum ex natura ſua eſſe revocabile. Reſpondetur, id verum eſſe de teſtamento per ſe, & nudè ſumpto ſine iuramento; non verò de teſtamento, cui annexum eſt iuramentum illud non mutandi: ſicut etiam donatio inter conjuges, & donatio mortis causâ per ſe ſumpta, eſt ſimiliter revocabilis; & nihilominus ſi talis donatio fuerit juramento confirmata, implenda eſt, ſi talis impletio licita ſit. Imò id etiam procedit, quamvis prohibitum eſſet adjici juramentom, quia licèt adjiciens tale juramentum tunc peccaret, quia operaretur contra juſtam prohibitionem, non tamen ſemel addito juramento peccaret, ſi illud adimpleret, quia implere jutamentum non eſt prohibitum; & ob ejus religionem quoties ſervari poteſt ſine diſpendio ſalutis, ſervandum eſt. Excipitur tamen, ſi iurans metu, vel fraude inductus eſſet ad jurandum, quia tunc poteſt petere diſpenſationem in juramento, & revocare teſtamentum. Imò id etiam procedit, ſi de novo ſe offerat aliqua juſta cauſa mutandi juramentum, eò quia non fuerit omnibus futuris eventibus prævifum, ut notat Malderus in 1. 2. *tract.* 1. *cap.* 11. *dub.* 10. 141

Cæterum ſi Teſtator revocet teſtamentum juramento confirmatum, & aliud condat, revocatio eſt valida, adeò ut prius teſtamentum ſuum amittat valorem, & ſecundum ſit validum, ac ſervandum, ut communiter docent Canoniſtæ cum Covarruvia *de teſtam. 2. p. num. 46.* Ratio à priori ex eo deſumitur, quia juramentum non tollit poteſtatem teſtandi, quæ jure gentium, & civili conceditur, ſed tantùm id operatur, ut ſit perjurus, qui teſtamentum à ſe conditum cum juramento illud non revocandi, illud poſtea revocat, & aliud condit. Verùm id limitatur, dummodo is, in cujus favorem prius teſtamentum fuit conditum, illud nondum acceptaverit, eò quia nihil ſciverit de tali teſtamento, & juramento illi adjecto: alioqoin, ſi utrumque illi innotuiſſet, & acceptâſſet, ex juramento illo adjecto oriretur obligatio realis, quæ tranſiret ad hæredes, quia ex priori teſtamento, & ejus acceptatione eſſet eidem jus acquiſitum ad bona teſtatoris ratione juramenti. Si enim Titius promittat Cajo, ſe illi daturum ſua bona, vel partem eorundem, & hanc promiſſionem juramento confirmet, acquirit Cajus jus ad illa bona in otroque foro, ſi Cajus promiſſionem illam acceptet, ut notat Molina *de juſtit. & jur. diſput.* 149. 142

Quæritur quadrageſimoquintò, quale debeat eſſe juramentom, ut vim habeat confirmandi contractus? Diximus in Commentario, duplicem obligationem poſſe reperiri in juramento promiſſorio facto ad favorem hominis, unam reſpecto Dei ratione juramenti, & alteram reſpectu hominis ratione promiſſionis. Rurſus diximus, quòd ſi ex promiſſione jurata non contrahatur obligatio reſpectu hominis, cui ſit promiſſio, ſed tantùm reſpectu Dei, tunc juramentum non confirmare contractum, & vocari juramentum per ſe ſtans, & obligans ex ſola virtute religionis, & non progredi ulteriùs ad firmandam promiſſionem, quàm 143

pro-

propterea relinquit in ſuo nudo eſſe, ac ſi juramentum non eſſet eidem adjectum, ut liquet in eo, qui ſub juramento ſpondet uſuras Uſurario. qui ex tali promiſſione ſibi jurata non acquirit jus, ut ſibi ſolvantur uſuræ: neque promittens tenetur eas reddere, ſed tantùm adimplere juramentum ſoli Deo, eò quia ſoli Deo, ſit jus acquiſitum *c. Debitores de jurejur.* Secus ſi ex promiſſione alioquin infirma, eò quòd juramento confirmetur, promiſſarius acquirat jus contra promittentem, qui propterea teneatur ſtare contractui non ſolùm ratione religionis, verùm etiam ratione juſtitiæ; tunc juramentum dicitur eſſe confirmatorium promiſſionis, quia promiſſionem ex ſe infirmam firmat, & corroborat, ut docent Covarruvias *de pact.* 2. *p.* §. 1. Abbas in *c.* 1. & *c. cùm contingat* 28. *b. t.*

144 Non tamen juramentum ex natura ſua habet hanc vim confirmandi promiſſionem aliàs infirmam, quia habet tantùm obligare jurantem Deo, cujus nomen aſſumpſit ad firmandam promiſſionem. Altera autem obligatio partis, quæ ex promiſſione firmata oritur, introducta eſt de jure poſitivo: quia jus poſitivum in reverentiam juramenti roborat promiſſionem, quæ alioquin nullum haberet robur, ut notat Baldus in *authent. Sacramenta puberum num.* 4 *C. ſi adverſ. vendit.* Dicitur autem hæc confirmatio provenire ex juramento, quia poſito juramento jus poſitivum in reverentiam juramenti concedit promiſſioni, vel contractui hanc firmitatem.

145 His præmiſſis reſpondetur ad quæſitum, juramentum confirmatorium contractûs debere eſſe de aliquo opere futuro, adeò ut non ſufficiat juramentum aſſertorium de præſenti, ut ſi contrahens juret, ſe promittere hoc, vel illud, quia textus in jure inducentes hanc confirmationem exigunt juramentum de futuro, quia juramentum non afficit ipſos contractus, nec cadit ſuper illos, ſed tantùm teſtatur veritatem de præſenti, nimirum quòd talis contractus hic, & nunc ineatur, ut notat Bartolus in *authent. Sacramenta puberum num.* 15. *C. ſi adverſ. vendit.* & ibi Jaſon *num.* 28. An verò ſufficiat quodcunque juramentum de futuro, ut ſimplex juramentum ſolvendi rem promiſſam; vel potiùs requiratur juramentum non revocandi contractum, ſeu non contraveniendi contractui, neque repetendi rem promiſſam in contractu. Reſpondetur, duplicem eſſe promiſſionem de futuro, cui adjicitur juramentum: una, quæ non includit promiſſionem non retractandi, ſed poteſt ab illa ſeparari, ut contingit in promiſſione ſolvendi uſuras, vel ſolvendi pecunias amiſſas ludo, quia hujusmodi promiſſionibus quantumque juratis ſatisfit momentanea ſolutione, & illo juramento non excluditur beneficium legis concedentis repetitionem rei ſolutæ. Altera promiſſio de futuro eſt, quæ includit promiſſionem non retractandi, & in ipſa non poteſt diſtingui promiſſio non retractandi à promiſſione principali: ratio eſt, quia cùm promiſſio aliquid faciendi in futurum includat intrinſecè obligationem non conveniendi contra illam, non ſolet addi ulla alia promiſſio non retractandi; quæ ſi addatur, non cenſetur diſtincta à promiſſione priori, perinde ac promiſſio non veniendi contra votum non diſtinguitur ab ipſo voto: talis eſt etiam promiſſio non revocandi teſtamentum, vel inſtituendi aliquem hæredem, ſiquidem juramentum non revocandi teſtamentum eſt idem ac juramentum non revocandi contractum: & juramentum inſtituendi aliquem hæredem nequit effectum ſortiri, niſi mortuo teſtatore.

Si igitur juramentum accedat promiſſioni 146
prioris generis, ut contingit in juramento ſolvendi amiſſa ludo pecuniis creditis non ſufficit ad confirmandum contractum, ſed ut hic confirmetur, requiritur aliud juramentum, non repetendi, vel non retractandi, alioquin poſſet primum juramentum relaxari, ut notat Bartolus in *authent. Sacramenta puber. C. adverſ. vendit. num.* 14. ubi ait, non eſſe neceſſe, ut juramentum ſit formaliter de non revocando contractu, ſed ſufficere, ſi contrahens juret, ſe prædicta in contractu ſervaturum, quia omnes textus inducentes hanc confirmationem loquuntur expreſsè de hoc juramento, ut habetur expreſſè in *c. cùm contingat* 28. *b. t.* ibi: *Ne ulteriùs contraveniant*, & *c. Quamvis pactum de pact. in* 6. Ratio eſt, quia ſimplex juramentum ſolvendi, vel faciendi quod contractibus adjicitur, non excludit privilegium legis concedentis repetitionem in iiſdem contractibus: ſiquidem diverſa ſunt hæc duo ſolvere, & non repetere *c. Debitores* 6. *b. t.* ubi Alexander III. declarat, juramentum ſolvendi uſuras eſſe implendum per ipſam ſolutionem, ſed eſſe poſtea repetendas, adeò ut ſolutis uſuris, uſurarii ſint compellendi cenſuris eccleſiaſticis ad reſtituendas uſuras acceptas, & ex *c. Ad evidentiam de his quæ vi, metúſve*, ubi qui juravit ſe reſignaturum beneficium, & reſignavit; poteſt illud repetere; & ratio etiam additur in textu ibi: *Non obſtante prædicto juramento; quia non ad non repetendum, ſed ad reſignandum ſolummodo tenebatur*: ex quibus colligitur, non poſſe eſſe juramentum confirmatorium, ſi non adſit promiſſio aliqua non retractandi, ſeu niſi juramentum immediatè cadat ſuper aliquam promiſſionem de futuro, quæ jure irrita facta eſt.

Sin verò juramentum accedat promiſſioni 147
poſterioris generis, in qua intrinſecè includitur promiſſio non retractandi, ut in juramento non revocandi teſtamentum, & in juramento inſtituendi aliquem hæredem; tunc tali juramento confirmatur contractus, & non poteſt relaxari ab Epiſcopo, quia in tali contractu includitur juramentum non revocandi promiſſum, ut docet Covarruvias *de pact. p.* 3. *v.* 9. ubi ait: promiſſionem non revocandi teſtamentum juramento confirmari in hunc ſenſum, quatenus revocans ſit perjurus, ſi teſtamentum revocet, licèt revocatio teneat, quia ad confirmandum contractum ſufficit formale, vel æquipollens juramentum non retractandi.

Quæritur quadrageſimo ſextò, quinam con- 148
tractus jure civili invalidi firmentur juramento ſecundùm jus canonicum? Reſpondetur, duos tantùm contractus jure civili invalidos juramento

Digitized by Google

mento corroborari ſecundùm jus canonicum, nimirum alienationem fundi dotalis, & renuntiationem legitimæ: hi enim duo contractus, quamvis jure civili ſint invalidi, iure tamen canonico fiunt validi, ſi ijsdem adijcietur juramentum ob textus in *c. cùm contingat 28. h. t. c. licèt mulieres 2. h. t. in 6. c. quamvis pactum de pact.* Ita enim perquam probabiliter docent plures, quos refert, & ſequitur Antonius Faber *errore 41. pragmat. c. 5.* ratio eſt, quia Pontifex poteſt diſponere de materia etiam ſibi non ſubiecta, ſi id viſum fuerit expedire animarum ſaluti, bonóque communi eccleſiæ: atqui ne vis periuriis aperiatur, iudicavit Pontifex expedire animarum ſaluti, ut alienatio fundi dotalis, & renuntiatio legitimæ licèt jure civili invalidè fiant, firmarentur, ſi iuramento afficiantur: proinde hi duo contractus jure civili invalidi, ſi ijsdem adjiciatur iuramentum, corroborantur iure canonico, ſuúmque ſortiuntur valorem. Idque ex eo firmatur, quia niſi Pontifex antecedenter ad ipſum iuramentum, & per reſpectum ad illud, ſupredictos duos contractus firmos, & validos efficeret, iuramentum iisdem adiectum nullam induceret obligationem, quia eſſet de actibus vanis, & nullis, à lege reprobatis: & cùm Pontifex ſtatuerit, ut illud iuramentum inviolabiliter ſervetur, ſequitur antecedenter ad ipſum iuramentum, & per reſpectum ad illud materiam illorum contractuum cohoneſtari; quod non poterat aliter contingere, niſi purgando vitium nullitatis in iisdem contractibus, eósque efficiendo validos: ſiquidem juramentum ut obligationem inducat, neceſsè eſt, ſit de materia alicuius virtutis, quæ materia non haberetur in præfatis contractibus, ſi antecedenter ad ipſum iuramentum, & reſpectum ad illud non validarentur: quia ſi tales contractus, in ſe nulli eſſent, quando iuramento efficiuntur, non pertinerent ad juſtitiam, cùm nullum ſit ius, quod per illos obſervetur: neque pertinerent ad fidelitatem, quæ eſt pars poteſtativa iuſtitiæ obligans, ut promiſſum adimpleatur: quia quando promiſſio eſt nulla, ceſſat hæc obligatio: neque pertinerent ad religionem, quia de ratione iuramenti non eſt conſtituere materiam religionis, ſed illam relinquit, ut eſt in ſe: neque pertinerent ad charitatem propriam, ſicut ſolvere graſſatori ad redimendam vitam: unde cùm ad nullam pertinerent virtutem, ſequeretur, quòd iuramentum ijsdem adhærens nullam induceret obligationem, nec propterea poſſet tales contractus iure civili invalidos corroborare: unde Pontifex antecedenter ad ipſum iuramentum, & per reſpectum ad illud validat prærecenſitos duos contractus jure civili invalidos, ſcilicet alienationem fundi dotalis, & renuntiationem legitimæ: præter hos duos contractus, de nullo alio contractu habetur in iure canonico, quòd corroboretur per adjectum iuramentum, ſi iure civili ſit invalidus. Omnes enim Doctores concedunt, contractus irritos ob bonum commune non firmari iuramento, eò quia ſit juramentum de materia iniqua contraria bono communi, rectóque Reipublicæ regimini.

Sin verò contractus ſint nulli ob privatum 149
bonū ipſorum contrahentium, tunc videtur eſſe major difficultas, cur eorum nullitas non poſſit juramento purgari: & plures cenſent, id fieri non poſſe, quia iuramentum, cùm non habeat hanc vim ex natura ſua, ſed ex diſpoſitione juris: & ex diſpoſitione juris civilis non admittatur juramentum ad firmandos contractus nullos *l. Non dubium C. de legib.* & ex diſpoſitione iuris canonici, ſolùm per additionem juramenti corroborentur prærecenſiti duo contractus, ſcilicet alienatio rerum dotalium, & renuntiatio paternæ hæreditatis; ſequitur, reliquos alios contractus nullius eſſe valoris, ſi iure civili ſint invalidi, quamvis juramentum ijsdem adiiciatur; hinc perquam probabile eſt, alienationem rei immobilis factam a minorenne ſine decreto Iudicis; & rei mobilis ſine authoritate Tutoris non firmari juramento, cum iure civili huiuſmodi alienatio ſit invalida. Verùm putarim ſtandum communi ſententiæ aſſerenti, omnes illos contractus eſſe ſervendos, ſi iisdem fuerit juramentum adjectum, qui abſque diſpendio æternæ ſalutis ſervari poſſunt.

Quæritur quadrageſimò ſeptimò, quomodo intelligendus ſit textus in *authent. ſacramenta puberum C. ſi advers. vendit.* de iuramentis puberum ſuper contractibus? Reſpondetur, textum in *d. authent.* ſtatuere, ut iuramenta puberum ſpontè facta, & adiecta contractibus rerum ſuarum non retractandis inviolabiliter cuſtodiantur. Vocat textus puberes minores 25 annis, dummodo ſint maiores 14. ſi ſint mares, vel 12. ſi ſint fœmellæ: textus enim declarat, quòd ſi huiuſmodi puberes iurent, contractum rerum ſuarum non retractare, teneantur inviolabiliter obſervare iuramentum: unde textus loquitur de contractu rerum pertinentium ad puberes, quorum ſcilicet habent dominium, uſumfructum, & adminiſtrationem: 151
non verò aliarum, quarum uſus fructus eſt apud patrem, vel alium tertium, ut communiter docent Doctores in *d. authent. ſacramenta puberum.* An verò textus loquatur ſolùm de contractu valido, reſcindibili tamen ob defectum minoris ætatis? probabilius eſt, loqui de contractu Minoris valido, adeò ut hic ſolus iuramento firmetur, ſi ineatur authoritate Prætoris, ſi fuerit de rebus immobilibus; & authoritate curatoris, ſi fuerit de rebus mobilibus; ut docet Donellus *lib. 21. c. 13.* idque ne correctio legum ſine urgenti fundamento admittatur: hæc autem correctio eſſet admittenda, ſi iuramentum firmaret contractus alioquin nullos, & ipſo iure invalidos: hinc textus *in d. authent.* clarè denotat, quòd ſit ſermo de contractibus validis propter illa verba, ibi: *ſuper contractus rerum ſuarum non retractandos*: ſupponunt enim hæc verba contractus valere, & indigere retractatione, & non ſolùm declaratione nullitatis.

Quòd ſi dicas, *in d. Authent.* eſſe ſermo- 152
nem de contractibus minorum generaliter. Contra eſt, quia textus apertè loquitur de contractibus validis. Quòd ſi urgeas, inde ſecuturum, quòd prædicta authentica adderet aliquid

novum *l. 1. C. ſi adverſ. vendit.* cùm leges non multiplicentur niſi in novi juris conſtitutionem *l. quod habeo ff. de Carboniano edicto*: quòd ſi dicta authentica non extenditur ad contractus initos ſine Judicis, & Curatoris authoritate, nil ſuperaddit legi primæ *C. eod. tit.* quia ibi declaratur, minorem alienantem prædium cum decreto Prætoris, & jurantem de cætero nullam ſe facturum litem, non poſſe contra ſuum juramentum venire. Reſpondetur, hanc authenticam revera ſuperaddere aliquid novi legi primæ *C. ſi adverſ. vendit.* ſiquidem lex prima antiqui Codicis tantùm loquebatur de alienatione rerum immobilium: hæc verò authentica loquitur de quacunque alienatione rerum pertinentium ad minorennes, ſive immobilium, ſive mobilium.

152 An verò vis juramenti in *d. authent. ſacramenta puberum* extendatur etiam ad contractum donationis initum à minoribus, videtur negativè reſpondendum, eò quia minorennes prohibeantur donare, & eorum donationes cenſeantur invalidæ ex *l. final. C. ſi major factus alienationem factam ſine decreto ratam habuerit*, ex quo textu videtur inferri, juramentum non firmare donationem minoris, eò quia juramentum illius authenticæ non firmet contractum invalidum, ſed tantùm validum: nihilominus oppoſitum videtur probabilius, ut cum pluribus Canoniſtis docet Guttierez in *d. authent ſacramenta puberum numero* 118. ratio itidem ex eo peti poteſt, quia contractus donationis non eſt abſolutè invalidus, ſed validus, quamvis poſſit beneficio reſtitutionis reſcindi; ſi ſine legitima cauſa factus deprehendatur, ut docet Leſſius *de juſtitia & jur. libro* 2. *c.* 18. *dub.* 1. *numero* 81.

153 Tum quia dotatio eſt tacita bonorum renuntiatio, quæ juramento firmatur juxta textum in *c. quamvis de pact. in* 6. Non tamen minor jurans contractum excluditur à beneficio reſtitutionis conceſſæ in *lib.* 2. *C. ſi adverſ. vendit.* dummodo ſimpliciter juraverit contractum, ut notat Covarruvias *de pact. 3. p. §. 4. numero 6.* & docet Molina *de juſtit. & jur. tractat. 2. diſput.* 579. *numero* 26. Ratio eſt, quia ob juramentum ſimpliciter factum ſuppletur ſolùm vitium minoris, quapropter ut minor excludatur etiam à reſciſſione contractûs ob læſionem ultra dimidium, neceſsè eſt, ut hanc reſciſſionem expreſsè excipiat: intrinſeca tamen læſio rarò vel nunquam cenſetur excepta, tametſi excipiatur per juramentum, quia ſubintelligitur doloſè facta, ut notat Covarruvias *loc. cit.* ubi §. 1. *numero* 4. addit, non eſſe neceſſe, ut minor certior fiat de nullitate contractûs, quem firmat, & de beneficio reſtitutionis, cui per tale juramentum renuntiat: quia firmitas huius contractûs, & denegatio beneficij reſtitutionis non tàm oritur ex voluntate jurantis, quàm ex diſpoſitione juris ob præſtitum juramentum; quapropter nulla ſpecialis notitia nullitatis contractus, & beneficii reſtitutionis videtur neceſſaria eſſe. Idque firmari etiam poteſt ex *l. ſi duo Patroni §. idem Iulianus* & *§. ſi quis juraverit ff. de jurejur.* ubi juramentum alicuius facti extenditur ad omne ius, quod reſultat ex eodem facto: atqui ex contractu jurato reſultat hæc diſpoſitio iuris, quòd iurans non poſſit gaudere beneficio reſtitutionis, unde licèt illius beneficii notitiam non haberet, adhuc tali beneficio eſt privandus. Tum quia eo ipſo, quòd iurat contractum, cognoſcit ob minorem ætatem contractum illum eſſe infirmum; alioquin ſi firmitatem haberet ſecluſo juramento, ſupervacaneum foret juramentum.

An verò in Minore requiratur pubertas, ut contractum corroboret, & firmet iuramento negant plures, quos refert, & ſequitur Guttierez in *authent. ſacramenta puberum numero* 117. cenſentes ſufficere, ſi ſit pubertati proximus, ſeu exceſſerit annum decimum cum dimidio, ſi ſit mas; vel annum nonum cum dimidio ſi ſit fæmina; ducto argumento à ſponſalibus, quibus ſi adijciatur iuramentum, firma ſunt, ſi malitia ſuppleat ætatem. 154

Nihilominus requiri in minore pubertatem, ut iuramento corroboret, & firmet contractum, eſt ſententia verior, & communior, ut docet Fachin. *lib.* 3. *controverſ. c.* 10. ſiquidem denegare in contractibus minori beneficium reſtitutionis, & juramenti relaxationem eſt rigor magnus, qui abſque manifeſto textu, & convincente ratione non eſt admittendus: nullus autem eſt textus in iure, in quo talis rigor imponatur contractibus impuberum, imò quilibet textus ex jure civili facit expreſsè mentionem puberum: unde contractibus impuberum non videtur denegandum hoc beneficium reſtitutionis. Imò addit Sanchez *lib.* 3. *Moral. c.* 12. *numero* 27. cum Lopez *lib.* 16. *6. tit.* 19. *p.* 6. impuberem iurantem non revocare contractum puberem factum non ſpoliari hoc beneficio reſtitutionis, eò quia abſolutè non iuret poſt pubertatem. Neque eſt par ratio de ſponſalibus, quia in hiſce non tam attenditur ætas, quàm intellectus, in quibus ius ipſum diſponit, ut malitia ætatem ſuppleat, quod in contractibus minorennum non reperitur diſpoſitum. 155

Quæritur quadrageſimò octavò, quomodo intelligendus ſit textus in *c. quamvis pactum de pact. in* 6. ubi filia renuntiat hæreditati paternæ adiecto renuntiationi juramento? Reſpondetur Pontificem in *d. c. Quamvis* declarare, quòd quamvis lex civilis improbet, ac irritet pactum factum à filia, dum nuptiis traderetur, ut dote contenta nullum ad bona paterna regreſſum haberet; nihilominus ſi juramento non vi, non dolo præſtito firmatum ſit tale pactum, debeat ab eadem omnino ſervari; & Pontifex etiam addit rationem; quia id non vergit in diſpendium æternæ ſalutis, ſed tantùm redundat in detrimentum alterius. Quòd verò ius civile improbet tale pactum, liquet ex *l. pactum. C. de collat. l. qui ff. de acquis. hæred. l. ſi quando C. de inoffic. teſtam.* Idque forſitan ex eo, quia huiusmodi pacta præſumuntur potius fieri parentum exhortationibus, quàm propria filiorũ voluntate: atqui ſi juramento firmentur, ceſſat 156

hæc

hæc præſumptio involuntaria; & vitium, quod aliàs inerat hiſce pactis purgatur.

157 Cæterum renuntiatio legitimæ ſibi competentis poteſt fieri à filia patri, vel aliia fratribus ſive gratis, ſive pretio accepto, & licèt textus loquatur tantùm de filia, non proptarea limitatur ad ſolam filiam: ſiquidem etiam in filio poteſt honeſta cauſa hujus renuotiationis intervenire, ut ootat Covarruvias *de pact. 3. p.* §. 1. *n.* 2. Cæterum textus procedit etiam de filia minore 25. annis, & majore 12. quamvia ſit ſub patriâ poteſtate, quia textus loquitur generaliter, & juramentum ex textu in *authent. ſacramenta puberum* habet hanc vim confirmandi contractus Minorum, ut notat Covarruviaa *loc. cit.* §. 1. *n. 2. & 5.*

158 Imò neque neceſſe eſt, ot hoc pactum fiat, quando filia traditur ouptui: ſiqnidem nil impedit, quin fieri poſſit ante, vel poſt nuptias, vel qnia velit religionem ingredi, ut etiam ob alias cauſas utiles. Non tamen textus procedit de filia, vel filio renuntianta hæreditatem non Patri, ſed fratribus, quamvis hæc renuntiatio firmetur juramento, ſi deſit patris conſenſus, ut notat Fachinæus *l. 8. controverſ. c. 70.* quia pactum circa hæreditatem viventis reprobatur *l. ult. C. de pact.* eò quia ſit occaſio captandi mortem, neque tale pactum ullibi reperitur cohoneſtatum, proinde non videtur iuramento poſſe firmari.

159 Quòd ſi dicas in *d. l ult. C. de pact.* improbari ſulum pactum ſuccedendi in hæreditate, oun verò pactum renuntiandi ſuceeſſioni. Contra eſt, quia rennntiare ſucceſſioni in favorem ſratrum, petinde eſt, ac ijsdem eoncedere ſucceſſionem, proiode eſt pactum de hæreditate viventis, quòd absqua conſenſu ejusdem viventis reprobatur in jure. Alioquin, ſi hæc renuntiatio fiat ex conſenſu patris eeſſat ratio, ob quam in *d. l. ult. C. de pact.* huiusmodi pacta reprobantur, & tune juramento fitmari poſſuot: debet tamen pater in hujusmodi conſenſu perſeverare, ut renuntiatio facta à filio ſuis ſratribus ſuum habeat effectũ, ſublato enim conſenſu patris renuntiatio eorruit, & juramenti obligatio ceſſat, ut notat Covatruvias de *pact. 3. p. numero* 8. & ratio eſt, quia talis renuntiatio dependet ex conſenſu patris non ſolùm in fieri, verùm etiam in eonſervari, & quia durante vita patris ſemper eſt in fieti, & non ſortitur ſuum effectum, donee pater moriatur, ideo ſublato patris conſenſu ceſſat rsnuntiatio, conſequenter etiam obligatio juramenti acceſſoria renuntiationi.

160 Cæterum ſi filius præſtet juramentum patri de tenuntiatione facienda, tenetur filius juramentum ſevare, adeò ut non poſſit hoc relaxari, quia tale juramentum æquivalet renuntiationi factæ *argum. l. ſi intra ff. de pact.* ubi ex promiſſione liberationis oritur actio, perinde ac ſi liberatio facts fuiſſet: unde filius, qui patri præſtitit jutamentum de renuntiatione facienda, poteſt repelli à peritione hæteditatis, jmò eriam à dicendo irrito teſtamento, eò quia præteritus fuerit ratione talis promiſſionis: id tamen procedit, quando filius jurat facare renuntiationem non nudam, ſed juramento firmatam: ſiquidem ſimplex renuntiatio improbatur in iure: unda jurameotum de illa faeienda, cùm ſit de materia vana, & inntili, oon poteſt aſſa obligatorium; proinde juramentum debet fieri da ranuntiatione, quæ valida ſit, & à legibus approbetur. An verò ob juramentum abſolutè præſtitum à majore 25. annis in hac renuntiatione paternæ hæreditatia excludatur beneficium legis *C. de reſcind. vendit.* ut reſcindi non poſſit, affirmat Covsrruviaa in *c. quamvis pactum 3. p.* §. 4. *numero* 3. Molina Iuriſta *de primogen. lib. 2. c. 3. numero 18.* ubi ait, tale iuramentum non poſſe reſciodi, niſi ob enormiſſimam læſionem, ſi à Msjore 25. annis fiat, & nituntur, quia juramentum poteſt habere hanc vim confirmandi contractum alioquin invalidum, & etiam exclndendi remedium reſciſſionis *d. l. 2. C. de reſcind. vendit.* proinde inferunt, quòd de facto habeat talem vim, quis id convenieotius eſt religioni juramenti.

Excipiunt tamen læſiooem enormiſſimam, 161
quia ſi hæc interceſſerit, renuntiatio cenſetur doloſa, ut notat Menochius *lib. 1. de arbit. iudic. p. 71. numero 18.* proinde non confirmatur juramento ob defectnm conſensûs. Quæ verò ſit læſio enormiſſima, eenſent eam dici, quæ in duplo, vel quadruplo exeedit. Nihilominus oppoſita ſententia videtur probabilior, & communior, quam docent Fachinæus *lib. 8 controverſ. c. 59.* Guttierez in *authent. Sacramenta puberum numero* 37. qoia juramentum ſimpliciter appoſitum non purgat duo vitia, ſed unum tantùm, ut docet Seraphinus *de privil. jurament. privil. 83. numero* 44. & in præſenti juramentum purgat vitiom nullitatis renuntiationis inductæ legibns civilibus, proinde non purgat vitium deceptionis, ad qnod conceditur remedium *d. l. 2. C. de reſcind. vendit.* hinc à contrario ſenſu, ſi Major 25. annis juret contractum validum, non poteſt hoc reſcindi, quia tunc iuramentum non videtur adduci, niſi ad conceſſam renontiationem in *d. l. 2.* & in hoc ſeoſu vara eſt prima ſententia, quam docet Covarruvias in *capite Quamvis pactum 3. p.* §. 4. *numero* 3.

Quòd ſi dicas, tenuotiationem futuræ hæ- 162
reditatis ob eertam dotem eſſe quandam ſpeeiem transactionis *argumento l. de fideicommiſſo C. de tranſact.* ſed transactio non reſcinditnr, ob qusmcunque læſionem *l. Lucius* §. *ult. ff. ad Trebel.* Contra eſt, quia tenuntiatio fututæ hæreditatis ob certam dotem non eſt ttanſactio, eò qnia nulla ſit lis, nec periculum litis immineat, ſed tantùm eſt conventio, quæ ſi iniuſta ſit, & gravem læſionem contineat meritò reſcinditur. Si inſtes, renuntiationem non eſſe juris quæſiti, ſed quærendi, cuius ratio haberi non debet, quia ſit incertum. Contra eſt, quia licèt, renuntiatio ſit juris quærendi, quod eſt incertum, ſub ea tamen incertitudine æſtimatur de præſenti, in qua æſtimatione, ſi læſio enormis contingat, reparari debet.

Quæritur quadrageſimononò, an juramentum

tum præſtari poſſit per procuratorem? Reſpon-
detur affirmativè, niſi iure, vel conſuetudine
contrarium cantum ſit, ut docent communiter
Juriſtæ ex textu in *c. Meretrices 14. q. 4. c. Tibi
Domino 63. diſt. c. 1. §. verùm de ſtatu Regul. in
6. c. ult. de juram. calum.* hinc licèt juramentum
ſit perſonale ex parte jurantis, poteſt nihilomi-
nus præſtari per procuratorem; perinde ac matri-
monium, licèt ſit actio perſonalis nuptias con-
trahere *c. fin. de procur. in 6.* Poteſt etiam præ-
ſtari per Nuntium, perinde ac matrimonium,
ut notat Covarruvias *de pact. p. 1. §. 5. n. 8.* Ra-
tio deſumitur ex eo, quia ad juramentum ſolùm
requiritur invocatio Dei in teſtem cum inten-
tione: & qui jurat per Procuratorem eo me-
diante invocet Deum in teſtem, cum intentio-
ne, proinde præſtat verum juramentum. Tum
quia hoc obligat per epiſtolam, ſeu ſcripturam
jurantis ſubſcriptione munitam *c. Optatum diſt.
1.* Item per Nuntium, ſeu Miniſtrum deferen-
tem intentionem, & obligationem jurantis *c.
metuentes 17. q. 4.* Neque obſtat, quòd iurans
dicat, *Juro*, quia id profert tantùm miniſtraliter,
& ut repræſentans aliam perſonam, quæ cenſe-
tur jurare, & ſe obligare principaliter, ut docet
Suarez *lib. 2. de juram. c. 31. n. 4.* poſt Gloſſ. in
d. c. metuentes v. de præſenti. ubi ait. Procura-
torem jurare in animam Domini, ſeu Principa-
lis; Syndicum in animam propriam juxta *c. in
pertractandis* juncta Gloſſa ibid. *de juram. ca-
lum.* Tum quia ex *regula 68. jur. in 6.* poteſt
quis per alium facere, quod per ſe ipſum poteſt
præſtare ſumpto argumento ex contractu ma-
trimonii, qui licèt ſit perſonalis ac perſonalem
inducat obligationem, iniri tamen poteſt per
Procuratorem *c. fin. de procurat. in 6.*

Hinc ſi Procurator juravit falſum, Princi-
164 palis eſt perjurus, tametſi Procurator fuerit do-
li conſcius, ac perjurii cooperator, proinde
obnoxius eidem pœnæ *c. 1. de offic. deleg.* ibi:
*Agentes, & conſentientes pari pœna ſcriptura te-
ſtimonio puniuntur.* Verùm ut procurator li-
citè, & validè juret, debet habere ſpeciale
mandatum ad jurandum, imò etiam ſpeciale
mandatum in tali, vel tali cauſa; adeò ut non
ſufficiat mandatum generale ad iurandum in
quacunque cauſa, quia in juramento tam aſ-
ſertorio, quàm promiſſorio requiritur veritas
de præſenti, quam procurator nequit teſtari
jurans nomine alterius, niſi certè noverit,
mandantem pro certo eam habere, vel ex ani-
mo eam promittere, ut docent Covarruvias *de
pact. 1. p. §. 5. n. 8.* Iulius Clarus *lib. 4. ſent. §.
feudum q. 49. in fin.* quinimo requiritur man-
datum ita ſpeciale ad jurandum in tali, vel tali
cauſa, ſicut ad matrimonium contrahendum
cum tali, vel tali perſona *c. ult. de procurat. in 6.*
Hinc non eſt licitum, quando quis Procurato-
rem in cauſa propria inſtituit, dare illi genera-
lem facultatem præſtandi quodcunque iuramen-
tum nomine partis, quia nemini licitum eſt no-
mine partis iurare quamcunque veritatem; ſed
illam ſolùm, quam ipſe prius certò noverat: &
quia procurator non poteſt veritatem certè cog-
noſcere, niſi ſpecialiter inſtructus fuerit à parte,
adeò ut pars ſpecialiter ei dicat, *jura nomine meo,
hoc, vel illud*; ideò iniqua eſt talis facultas, proin-
de virtute illius non poteſt Procurator licitè iu-
rare nomine partis, ut notat Sotus *de juſtit. lib.
8. q. 2. art. 2.*

Cæterum poteſt Vaſallus ex conſenſu Do-
mini feudi juramentum fidelitatis præſtare ipſi 165
Domino feudi per Procuratorem habentem ad
id ſpeciale mandatum juxta textum in *c. 1. §. ve-
rum de ſtat. Regul. in 6* & docet Covarruvias
de pact. p. 1. §. 5. n. 8. Julius Clarus *lib. 4. recep-
tor. §. feudum q. 49. circa fin* Cæterum quando
dicimus, juramentum poſſe per alium, ſeu Pro-
curatorem præſtari, id intelligitur, quando
actus, cui juramentum apponitur poſſit per
alium fieri, ut ſunt pacta, contractus, & ſimilia:
quia tunc licèt lex exigat proprium alicuius iu-
ramentum promiſſorium, ut juramentum fide-
litatis è Vaſallo, poteſt nihilominus per alium
cum ſpeciali mandato præſtari, ſi Dominus con-
ſenſerit, vel Vaſallus fuerit juſtè impeditus, ut
notat Gaillus *lib. 1. obſerv 83. n 5.* alioquin ſi
actus jure per alium non poteſt fieri, tunc talis
actus non firmatur juramento per alium præſti-
to, quo pacto teſtimonium judiciale non poteſt
per alium fieri, nec eſt validum, quamvis eidem
iuramentum adijciatur *c. 2. de teſtib.* & docet
Covarruvias in *c. licèt 2. eod. tit.*

Sin verò Procurator nomine Minorennis
ſit initurus contractum, eumque iuramento fir- 166
maturus; habere debet non ſolùm ſpeciale man-
datum circa cauſam ſpecialem, ſed ulterius re-
quiritur, ut ipſa commiſſio, & inſtitutio procu-
ratoris à Minorenne juramento firmetur: alio-
quin ſi contractus, non eſſet minorenni utilis,
poſſet hic uti beneficio reſtitutionis. Quin-
imò requiritur etiam, ut in ea commiſſione, per
quam Minor jurandi poteſtatem contulit Pro-
curatori interveniat juramentum Minoris, alio-
quin ſi juramentum non interveniret, & Mino-
rennis læderetur eo mandato, poſſet contra il-
lud reſtitui, proinde reſcindi contractus, quia
cùm nullum ſit juramentum adjectum tali man-
dato; nil eſt, quod huic beneficio reſtitutio-
nis implorandæ obſtet, ut notat Albericus in
authent. ſacramenta puberum n. 6.

Rurſus non ſufficit ad hanc confirmatio-
nem contractûs poteſtas contrahendi conceſſa 167
Procuratori adijciendo eidem mandato iura-
mentum; niſi detur etiam poteſtas jurandi, &
juramentum adiiciatur Principali contractui;
ratio eſt, quia prius juramentum non afficit
contractum principalem confirmandum; ſed
ſolùm mandatum Procuratori datum, adeò ut
tantùm operetur, ne procurator ille poſſit abſ-
que perjurio revocari. Cæterum juramentum
per Procuratorem tunc præſtari poteſt, quando
contrarium jure, & conſuetudine non prohibe-
tur, nec eſt cautum, quia ſunt quidam caſus, in
quibus videtur non eſſe permiſſum iurare per
interpoſitam perſonam: tales ſunt caſus, in qui-
bus à iure cavetur, ut propria manu, tactis evan-
geliis, vel ſimilibus aliis ſolemnitatibus iura-
mentum præſtetur juxta *c. ſi verò 2. de ſent. ex-
commun.* & docet Covarruvias de *pact. p. 1. §.
5. n.* 8. ubi tamen id limitat in iis, quæ ſunt mo-
dici præjudicij.

Quæ

168 Quæritur quinquageſimò 5, quomodo intelligendus ſit textus in *c. final. de for. compet. in 6.* ubi dicitur, quòd ratione juramenti poſſit laicus conveniri coram Judice eccleſiaſtico? Reſpondetur, textum eſſe ita intelligendum, ut tantùm procedat in jurante, non verò in ejus hæredibus, eò quia ſolùm jurans religione obſtringitur juramenti, & deciſio ob hanc ſolam ſpiritualem religionem juramenti procedit, ut notat Covarruvias *de pact. c. p. §. 5. num. 6.* Guttier. in *authent. Sacramenta puberum C. adverſ. vendit. num.* 16. & id procedit, quamvis lis mota fuerit coram Judice ſæculari de contractu jurato; tunc enim poteſt etiam ediri Judex eccleſiaſticus, ut compellat partem, & Judicem ſæcularem ad obſervandum juramentum. Hæres tamen jurantis poteſt conveniri coram Judice eccleſiaſtico, ſi non conveniatur actione orta ex contractu facto cum prædeceſſore; ſed conveniatur ex officio Judicis compellentis exonerare conſcientiam defuncti: ad hoc enim officium poteſt Judex eccleſiaſticus compellere laicos *c. A nobis 2. de ſent. excommun.* ibi: Hæredes quoque ipſius ad ſatisfaciendum pro ipſo, ſi monitione præmiſſa noluerint, per diſtrictionem eccleſiaſticam compellantur: ut docent Barboſa in *l. 1. p. 1. conſ. 77. ff. ſolut. matrim.* Guttier. *de juram. p. 3. c. 12. num. 7.* ubi refert plures alios, quinimò quamvis contractus juratus non fuerit, adhuc Judex eccleſiaſticus poteſt compellere hæredem defuncti ad ejus debita ſatisfacienda, ut etiam obligationes; quia id non procedit ex juramento; ſed ex officio, & obligatione, quæ ineſt Judici eccleſiaſtico procurandi, ut voluntas teſtatoris mandetur executioni.

169 Hæc autem deciſio, quæ habetur in *d. c. fin. de foro compet. in 6.* non ſolum procedit de juramento, ſed etiam de voto: quia ſi agatur de obſervantia voti, laicus etiam convenitur coram Judice eccleſiaſtico, quia votum perinde ac juramentum eſt vinculum ſpirituale, ut notat Abbas in *c. licet de vot. num. 3. notab. 3.* quinimò ſit votum fiat ſoli Deo; ſolus Judex eccleſiaſticus eſt competens ad compellendum voventem reddere votum: quia cùm nullus contractus ſit cum homine initus; ſoli Deo eſt jus acquiſitum ex ſpirituali vinculo religionis, proinde ſolus Judex eccleſiaſticus eſt competens. Sin verò votum ſit parti intimatum, & ab ea acceptum, in cujus favorem præſtitum fuit; tunc uterque Judex eſt competens. Demum non ſolùm is, cui juramentum præſtatur, ſed etiam ejus hæres poteſt jurantem ad obſervandum juramentum convenire coram Judice eccleſiaſtico, quia ut diximus in præcedentibus, juramentum ex parte illius, cui præſtatur, non eſt perſonale, ſicut eſt perſonale ex parte illius, qui jurat.

170 Quæritur quinquageſimo primò, an obligatio juramenti impediri poſſit, priuſquam præſtetur. Non procedit quæſtio de poteſtate eccleſiaſtica cum de facto in Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. c. 16. de regul.* fuerit hæc obligatio impedita, ſiquidem irritatur juramentum adjectum renuntiationi bonorum factæ à novitio ante bimeſtre præcedens profeſſionem, ut notat Ricius in *prax. decif. 656.* Naldus *v. profiteri*: nunc de quæſtio eſt tantùm de jure civili, & plures reſpondent, poteſtatem civilem tantùm poſſe prohibere apponi juramentum non verò poſſe illius obligationem impedire, nec ejus vires, ſi contractibus aliàs licitis apponatur, quamvis contractus, quibus juramentum apponitur, irritos fecerit, & ita docent Barboſa *l. 1. §. 1. num. 75. ff. ſolut. matrim.* Covarruvias *de pact. p. c. §. 3. num. 2.* Suarez *lib. 2. de matrim. c. 30. num. 15.* & alii plures, qui tamen non conveniunt circa modum, quo lex civilis poſſit impedire hanc juramenti obligationem, priuſquam præſtetur: verùm communior ſententia eſt, legem civilem non ſolum poſſe vires juramenti impedire, ſed etiam de facto in plerisque Regnis eas impedire, etenim ut notant Guttier. in *auth. Sacramenta puberum num. 46.* Molina *de juſtit. tom. 1. tract. 2. diſp.* 149 Leſſius *de juſtit. & jur. lib. 2. c. 42 dub. 12. num. 55.* & alii aſſerunt in Regnis Luſitaniæ, & Caſtellæ irritos reddi per legem omnes contractus, & obligationes, conventiones, promiſſiones, remiſſiones, & diſtractus juramento confirmatos, ſi eorum cognitio ad forum ſæculare pertinebat, niſi authoritate regia tale juramentum adjectum fuerit; Idque conſultius viſum fuit, ne lites ſuper hujusmodi contractibus traherentur ad forum eccleſiaſticum, quia juramentum id operatur, ut cauſa, quæ aliàs eſt merè civilis, fiat mixti fori, *c. fin. de for. compet. in 6.*

Ratio itidem ex eo petitur, quia lex civi- 171
lis poteſt reddere perſonam inhabilem ad acceptandam promiſſionem præſtitam in hac, vel illa formâ: & ſine acceptatione facta ab eo, cui juratur, juramentum promiſſorium non inducit obligationem, niſi promiſſio acceptetur ab eo, in cujus favorem facta eſt, qui, ſi fiat inhabilis ad eam acceptandam, nulla ex tali juramento poteſt obligatio oriri. Poſſe perſonam à jure civili reddi inhabilem ad acceptandam promiſſionem juramento firmatam ex eo liquet, quia lex civilis poteſt reddere hominem inhabilem ad officia, ad contractus, ad alienationes, ad acquiſitionem bonorum, & alia id genus, proinde non eſt, cur non etiam poſſit hominem reddere inhabilem ad validè acceptandam alterius promiſſionem. Tum quia jus civile poteſt condonare obligationem, ſi intentetur, & cùm juramentum promiſſorium non obliget, ſi is, in cujus favorem eſt præſtitum obligationem remittat: eadem ratione, nec obligat, ſi ſuperior nomine inferioris eandem condonet obligationem: & Legislator, ut etiam lex civilis poteſt remittere obligationem, eo ipſo, quòd jurans intentat eam inducere; quia cùm juramentum promiſſorium non obliget, ſi is, cui fit, ſtatim remittat: ſiquidem tale juramentum fit hac tacita conditione, *ſi velis, ſi non remiſeris*: ideò ſicut inferior poteſt talem obligationem remittere, ita etiam ejus ſuperior, ſi juſta cauſa ſubſit non enim hæc remiſſio ſuperioris eſt minùs efficax, quàm remiſſio inferioris, cujus intereſt.

Tum quia licèt Eccleſia non potuerit dire- 172
ctè, & immediatè irritare matrimonium clan-

deſtinum, ut præciaè eſt Sacramentum eò quia ut tale ſit de jure divino, & ſolus Chriſtus Dominus, qui Sacramenta inſtituit, poſſit ea immutare; nihilominus potuit Eccleſia indirectè, irritare matrimonium etiam ut Sacramentum irritando directè, & proximè contractum humanum; hoc enim ceſſante, indirectè ceſſat etiam Sacramentum, quod ipſi contractui humano innititur: ita etiam Princeps ſæcularis, ſeu lex civilis mediante lege civili, quamvis non poſſit irritare juramentum præſtandum directè, & immediatè, eò quia ſit vinculum ſpirituale excedens facultatem laicorum; poteſt nihilominus indirectè, & remotè impedire juramentum, ne inducat obligationem irritando contractum humanum, priuaquam ineatur, hoc enim deſtructo ceſſat etiam ipſum juramentum, quod fundatur in ipſo contractu. Verùm id præſtare tantùm poteſt ſupremus Princeps, quia inferior non poteſt irritare contractus. Quòd verò de facto lex civilis impediat vires juramenti, deſumitur ex *l. 10. & 11. tit. 1. lib. 4. novæ collectionis* ubi ſub graviſſimis pœnis imponendis tam contrahentibus, quàm tabellioni cautum eſt, ne contractibus juramentum apponatur, quòd ſi appoſitum fuerit, obligatio annulletur: atqui annullata obligatione contractûs, perſonæ redduntur inhabiles ad contrahendum, & obligatio non remittitur, & materia prohibetur, & ceſſat obligatio juramenti.

173 Rurſus in *l. 22. tit. 11. lib. 5. recopilat.* prohibentur filiiſamilias, & Minorennes emere, vel alio titulo accipere ad creditum per ſe, vel per interpoſitam perſonam: quinimò tametſi majores ſint, adhuc non poſſunt ſe obligare ſolvere ſolutione dilata ad tempus, quo hæreditatem adierint; & omnes hæ obligationes, ac contractus irritantur.

174 An verò obligatio juramenti ſemel inducta tolli poſſit. Reſpondetur affirmativè, idque vel per mutationem materiæ, ut ſi res jurata fiat juranti illicita, quia juramentum non eſt vinculum iniquitatis: vel ſi res jurata fieret juranti impoſſibilis: ſiquidem ad impoſſibile nemo tenetur, quapropter in *c. Contingit 1. h. t. in 6.* habetur, juramentum generale ſervandi ſtatuta eſſe intelligendum de poſſibilibus, & licitis. Poteſt etiam obligatio juramenti tolli per condonationem, ut ſi is, in cujus favorem factum eſt juramentum, remittat obligationem: poteſt enim quilibet condonare promiſſionem factam in ſuum favorem etiam ſine juſta cauſa, & quamvis talis promiſſio facta ſit inſtar voti; quia per tale votum, vel juramentum, vovens, & jurans non intendit, ſe obligare niſi ſub tacita conditione, ſi is, de cujus commodo agitur, velit acceptare, quia in invitum nemo intendit beneficium conferre: ſi is igitur, in cujus favorem emittitur votum, vel juramentum, nolit rem promiſſam, vel juratam acceptare, etiam ſine juſta cauſa; vovens, & jurans non ampliùs obligatur ad ſervandum juramentum, vel votum, eò quia ceſſet conditio, ſub qua obligatio voti, vel juramenti inducta fuerat, ut notat Menochius *de arbit. lib. 2. centur. 2. caſ. 103. num. 2.*

Rurſus tolli poteſt obligatio juramenti per 175
commutationem, ſi ſcilicet is, cui factum eſt juramentum concedat præſtari aliud opus locò rei juratæ, quia quilibet poteſt cedere juri ſuo. Verùm facta ſemel tali commutatione, jurans non tenetur ad aliud opus ex vi juramenti, quia illud non promiſit ex juramento, ſed tantùm ex pacto, quo opus illud locò alterius acceptavit. Secus tamen eſt in commutatione voti: quia acceptans commutationem voti tacitè promittit Deō id, in quod fit voti commutatio, quæ promiſſio, cùm fiat Deo vim habet voti.

TITULUS XXV.

De Exceptionibus.

HActenus oſtenſum fuit, quomodo Actor ſuam debeat intentionem probare, nunc congruè Pontifex agit de exceptionibus, quibus Reus viciſſim ſe contra Actorem defendit. Nectitur igitur iſte Titulus præcedentibus, quia in illis ea fuerunt declarata, quæ jus præcipuè concernunt Actoris; unde neceſſe erat, ut hic ſubjiceretur jus Reorum, quod conſiſtit in exceptionibus: ſicut Actor dicit relationem ad Reum, ita præcedentes tituli ad præſentem. Sunt autem exceptiones in duplici genere, aliæ enim ſunt peremptoriæ, quæ litem dirimunt, penitùſque diſſolvunt, cujuſmodi ſunt exceptiones juriſjurandi, rei judicatæ, doli mali, pacti perpetui, quod metûs cauſa, & iſtæ in quacunque parte litis opponi poſſunt ante rem judicatam

dicatam *l. 2. C. ſent. reſcin. non poſſ. c. 1. de fide inſtrum.* Immo interdum etiam poſt rem judicatam, cùm quis judicatâ actione convenitur. Aliæ ſunt exceptiones dilatoriæ, quæ non ſunt perpetuæ, ſed judicium tantùm, & litem ipſam differunt. Agitur de exceptionibus etiam in ſexto, & in clementinis.

SUMMARIUM EXEGETICUM

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. *DENIQUE 1. h. t. Cæleſtinus III reſcribit, poſſe fieri exceptionem de crimine contra teſtes, tametſi de illo jam fuerint convicti, vel confeſſi, vel etiam nunc tantùm crimen probetur: debent enim teſtes criminoſi repelli à teſtificando, quia teſtes debent eſſe abſque infamia, vel ſuſpicione, vel manifeſta macula. Non tamen pro crimine illo probato puniuntur, quia non præceſſit accuſatio, ſed ſola exceptio: unde ſufficit, ſi repellantur, præſertim ſi crimen non tangat cauſam, de qua agitur. Ex quo liquet, exceptionem contra teſtes criminoſos ſolùm eſſe declinatoriam ulterioris proceſſus, ſeu ſententia, donec alii teſtes, & alia probationes adducantur, quibus deficientibus Reus abſolvitur. Rurſus conſtat, neminem debere puniri ſine prævia accuſatione.*

C. *A NOBIS 2. h. t. Conſultus Innocentius III. an is, qui cum excommunicato in locutione, vel oratione ſcienter communicat, poſſit excommunicatum à ſua accuſatione repellere cùm ille hujuſmodi excommunicationem replicet contra illum; reſpondet Pontifex, excommunicatum poſſe repelli ab accuſatione, eò quòd ſit excluſus à communicatione fidelium: & alium, qui ipſi communicavit, ſolùm eſſe excludendum à participatione Sacramentorum. Hinc liquet, excommunicatum excommunicatione majori, de qua eſt ſermo initio hujus textus, à juribus generaliter repelli ab agendo* c. intelleximus de jud. *eò quia ſit abſolutè privatus communione fidelium* c. inter de ſent. excommun. *& excommunicatum excommunicatione minore contracta ob communicationem cum excommunicatò excommunicatione majori excludi à ſola participatione Sacramentorum.*

C. *CUM ECCLESIASTICÆ 3. h. t. reſcribit idem Pont. Epiſcopo Audicenſi, habentem plura beneficia eccleſiaſtica non poſſe opponere contra alium de pluralitate beneficiorum præſertim ſi ſit in poſſeſſione, quia ut notat Gloſſa, nemo debet in alio reprehendere, quod in propria perſona putat æquum eſſe. Tum quia laborans ſimili impedimento non poteſt excipere contra alium de eodem impedimento. Tum quia exceptio exceptione ſine replicatione tollitur.*

C. *PASTORALIS 4. h. t. reſcribit idem Pont. Epiſcopo Helienſi, ut declinatoria exceptiones infra certum tempus à Judice aſſignandum omnes proponantur, neque audiantur partes, ſi velint ulteriùs alias proponere, quas non fuerunt proteſtata, ſeu initio cum aliis propoſita, niſi aliqua competens exceptio de novo orta fuerit, vel eam opponens juret, ſe poſtmodum ad illius notitiam perveniſſe. Ubi notat Gloſſa per juramentum probari conſcientiam alicujus, proinde in hoc caſu ſtatur juramento in præjudicium partis. Rurſus notat, proteſtatione debere excipientem ſpecificare exceptiones, quas reſervat; adeò ut non ſufficiat in genere. Et terminum communem proponendi exceptiones declinatorias eſſe litis ingreſſum, ſeu initium, vel conteſtationem.*

C. *CUM INTER 5. h. t. reſcribit idem Pont. excommunicatum poſſe appellare, ac facere omnem legitimam defenſionem in judicio, ſed non poſſe agere, nec convenire, & declarat Pontifex, in hoc non attendi favorem excommunicati, ſed æquitatem judicii, ex quo textu notat Gloſſa, excommunicatum poſſe excipere, & ſe defendere in judicio; & ratio eſt perſpicua, quia cùm defenſio ſit juris naturalis, nemini debet denegari. Hinc judicium dicitur claudicare, ſi audiatur impugnatio, & non defenſio. Reconventio autem non conceditur excommunicato, quia non pertinet ad defenſionem ſui, ſed ad impugnationem alterius.*

C. *VENERABILIS 6. h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi Reus, à quo res Eccleſiæ petitur, excipiat de permutatione ipſius rei facta cum Actore, non propterea confitetur, Actorem fuiſſe Dominum ipſius rei, nec fatetur de intentione Adverſarii. Rurſus declarat, exceptionem falſitatis inſtrumenti poſſe objici, tam ante, quàm poſt ſententiam latam. Rurſus delictum perſonæ non redundare in damnum eccleſiæ Ubi notat Gloſſa, eccleſiam ſitam in diœceſi Epiſcopo ſubjici Epiſcopo in omnibus pertinentibus ad jus Epiſcopale; non tamen in temporalibus, niſi probetur. Rurſus ſi quis ſine dolo, & ignoranter producit falſum inſtrumentum, non debet ſecundùm illud judicari, nec puniri, prout hic de Eccleſia dicit Pontifex, quòd non debeat delictum falſarii in ejus damnum redundare.*

C. *OLIM 7. h. t. Honorius III. ſtatuit, ut Judex poſt appellationem datam, ſi cauſa ob quam fuit appellatum probatur vera, ut quia Judex trahat Reum ultra duas dietas à ſua Diœceſi, declaret, appellationem eſſe legitimam, ſed ſuperſedeat ſuper cauſa principali* c. nonnulli de reſcript. *Ubi notandum eſt, quòd duas illas dietas, quas Innocentius III. in Concilio Lateranenſi ſtatuit, ne ultra illas quis trahatur extra ſuam diœceſin. Bonifacius VIII. in* c. ſtatutum *reſtrinxit ad unam.*

C. *DILECTI 8. h. t. Idem Pont. declarat, excommunicatos, & perjuros poſſe opponere exceptionem excommunicationis, & perjurii contra*

tra aliquem in defenſionem ſua eccleſia & illum non poſſe replicare exceptionem excommunicationis, & perjurii contra opponentem, & declarat irritum quitquid factum ſit poſt appellationem. Ex quo textu liquet, excommunicatum poſſe ſe, & ſuam eccleſiam defendere, non tamen poſſe agere. Rurſus neminem debere admitti ad aliquod probandum, quo probato non prodeſt. Caterum ubi replicatio elidit exceptionem, debet priùs ipſius probatio admitti, quia eâ probatâ exceptio manet inefficax.

C. *APOSTOLICÆ* 9. *h. t. declarat Gregorius IX. quòd ſi quis agat pro ordinatione eccleſia, & excipiatur contra ipſum, quòd ſit ſuſpenſus, & amotus à beneficio, & agens velit probare hanc ſententiam eſſe falſam, debeat ad cautelam abſolvi, ne retardetur ordinatio eccleſia. Notandum eſt, abſolutionem ad cautelam eam dici, qua eſt ad majorem ſecuritatem, ut res ſit potiùs in tuto, quàm in periculo; in quo ſenſu lex dicit, quòd abundans cautelâ non nocet* l. teſtimonium C. de teſtib. *Caterum notat Gloſſa, ſuſpenſum ab officio, & beneficio non admitti ad agendum pro ordinatione eccleſia, & pro ſua electione, licèt eligatur, ſi eſt ſuſpenſus à Judice.*

C. *DILECTÆ IN CHRISTO* 10. *h. t. Idem Pontifex declarat, reſcriptum impetratum à ſede Apoſtolica, in quo non ſit mentio de excommunicatione lata poſt legitimam appellationem valere: & ſi quid contra ipſam de excommunicatione excipiatur, non repelli ab executione appellationis. Ex quo textu colligitur, excommunicatum in cauſa appellationis poſſe impetrare reſcriptum, quia propria defenſio eſt ipſi permiſſa, ad quam pertinet etiam appellatio, proinde etiam facultas impetrandi Indices; quia nihil prodeſſet appellatio, ſi non daretur facultas eam proſequendi, quod abique reſcripto, & Judice fieri non poteſt, ut expreſsè habetur in* c. venerabile ult. h. t.

C. *SIGNIFICAVERUNT* 11. *h. t. Idem Pont. reſcribit, neminem etiam principalem Actorem eſſe excludendum à proſecutione appellationis, tametſi ei opponatur excommunicatio, eò quia excommunicato conceſſa ſit in judicio omnis legitima defenſio. Ubi notat Gloſſa, ab eadem ſententia poſſe utramque partem appellare ſecundùm diverſa capita ejuſdem ſententia. Rurſus exceptionem excommunicationis admitti in qualibet parte litis. Et executionem ſententia impediri, ſi poſt rem judicatam probetur excommunicatio.*

C. *EXCEPTIONEM* 12. *h. t. Idem Pont. declarat Reum in dilatoriis proponendis poſſe ſemper & in qualibet parte litis opponere exceptionem excommunicationis: quòd ſi malitioſè hanc emiſerit ad defatigandum Actorem ſumptibus, & laboribus eſſe condemnandum ad expenſas legitimas. Quòd ſi Actor erat publicè excommunicatus, debet Judex eum repellere, tametſi Reus non excipiat excommunicationem. Ex quo textu Panormitanus* num. 5. *deducit hanc regulam, ut terminus præfixus ſimpliciter ad aliquid faciendum non præcludat viam ad faciendum, ſeu proponendum id, ex cujus omiſſione imminet peccatum: & ob hanc rationem, ſententiam in cauſa matrimoniali non tranſire in rem judicatam, quia ſi poſt ſententiam latam conſtet de impedimento dirimente, quia periculum eſſet animæ, ſi ſtandum eſſet rei judicatæ, ideo ſententia poteſt annullari. Eodem pacto exceptio excommunicationis, qua juxta naturam dilatoriarum proponi deberet initio litis, poteſt per hunc textum proponi in qualibet parte judicii, quamvis malitioſè fuerit dilata, quia communicare ſcienter cum excommunicato peccatum eſt, à quo in judicio ſemper debet deſiſti per exceptionem. Caterum in notoriis Judex accuſationem ſupplet, & exceptionem ex officio.*

C. *ADVERSARIO* 13. *h. t. declarat idem Pont. quòd ſi tempore litis mota Adverſarius deſinat ſine dolo rem poſſidere, & abſolvatur à Judice, ſi deinde rem poſſideat iterum exceptio rei judicata ei non noceat. Quia juxta canones poſſeſſor malæ fidei nullo unquam tempore præſcribit juxta* regul. jur. 6. *Hinc quamvis ſub tempus conteſtata litis incipiat bona fide poſſidere, & Judex ea de cauſa in ejus favorem pronunciet, tanquam pro poſſeſſore habendus ſit, qui dolo deſierit poſſidere. Neque contra hanc ſententiam obſtat exceptio rei judicatæ, quin poſſit opponere malam fidem in poſſeſſorio, & jus ſuum proſequi in petitorio. Hinc ſi motâ lite, cum res judicatur, reus qui ſine dolo amiſit poſſeſſionem eſt abſolvendus, quis probabit dolum?*

C. *VENERABILEM* 14. *h. t. Idem Pont. declarat, excommunicatum poſſe appellare, & ſi obtineat reſcriptum ſuper proſecutione appellationis, valere, tametſi in illo nulla fiat mentio de excommunicatione, quia nihil excommunicato prodeſſet appellare, ſi non poſſet appellationem ſuam proſequi, & ſuper ea litteras impetrare.*

IN SEXTO.

C. *PIA* 1. *h. t. Innocentius IV. in Concilio Lugdunenſi ſtatuit, ut excipiens de excommunicatione contra Actorem debeat in publica notione exprimere ſpeciem excommunicationis & nomen excommunicatoris. Rurſus ut debeat apertiſſimis documentis infra octo dies non computando diem, in quo excipit, probare hanc exceptionem: quam ſi non probaverit, debeat Judex eum condemnare in expenſas, quas Actor fecit his diebus, & procedere in cauſa. Quòd ſi durante judicio iterum excipiatur de eadem excommunicatione, vel de alia, & probetur; Actor debeat in ſequentibus excludi, donec abſolvatur; ſed interim priùs acta tenent. Rurſus ſtatuit Pontifex, ut ultra duas vices hac exceptio excommunicationis non ampliùs opponatur, niſi emergat nova excommunicatio, vel ſupervenjat nova, & evidens probatio de antiqua. Quòd ſi hujuſmodi exceptio proponatur poſt rem judicatam, tunc tantùm impedit executionem; ſententia tamen habet ſuum robur. Sin verò Actor ſit publicè excommunicatus, tunc Judex ex ſuo officio debet illum repellere, tametſi Reus de hoc non excipiat. Ex quo textu liquet, eum qui opponit excommunicationem debere*

prait

priùs exprimere ejus ſpeciem infra octo dierum ſpatium & nomen excommunicatoris. Secundò ſi eam non probaverit, debeat Judex in cauſa procedere, & Reum condemnare in expenſis. Tertiò ſi durante judicii inſtantia de eadem, vel alia excommunicatione excipiatur, & iterum probetur, debeat Actor in ſequentibus excludi, donec abſolutionem obtineat. Quartò hanc exceptionem non opponi pluries, quam bis, niſi nova excommunicatio emerſerit, vel peremptoria probatio afferatur ſuper antiqua. Quintò ſi poſt rem judicatam eadem exceptio opponatur impedit quidem executionem, ſed ſententia valet. Sextò ſi Actor ſit publicè excommunicatus Iudex illum repellit.

F. *CUM QUIDAM ult. h. t. Bonifacius VIII. declarat, Iudicem ſæcularem, ſi coram ſe agatur de cauſa, & excipiatur de re judicata debere talem exceptionem admittere; alioquin debere ab Ordinario compelli: pari pacto debere Iudicem eccleſiaſticum admittere exceptionem de re per Iudicem laicum judicata, ſi non ſit in detrimentum ſalutis ſpiritualis. Ex quo textu notat Gloſſa, Iudicem eccleſiaſticum de iure cognoſcere inter laicos, ubi habet dominium temporale, ut etiam in cauſis ſpiritualibus, & matrimonialibus, ut etiam in criminibus eccleſiaſticis, & etiam inter laicos, qui ſunt de familia eccleſiæ. Rurſus Iudex eccleſiaſticus poteſt compellere Iudicem ſæcularem in caſibus, in quibus derogatur eccleſiaſticæ iuriſdictioni. Unde ex hoc textu oritur generalis regula, quòd ſententia lata a competente Iudice eccleſiaſtico parit exceptionem rei judicatæ coram ſæculari, & viciſſim.*

IN CLEMENTINIS.

G. *EXCOMMUNICATIONIS unic. h. t. Clemens V. in Concilio Viennenſi declarat, exceptionem excommunicationis poſſe opponi in qualibet parte litis termino peremptorio per Iudicem aſſignato ad proponendam exceptionem declinatoriam, & dilatoriam, non obſtante quod terminus ſit tranſactus; ſervata tamen conſtitutione Innocentii IV. in Concilio Lugdunenſi relata c. 1. h. t. in 6. Ex quo textu liquet, exceptionem excommunicationis poſſe ſemper opponi, quia eſt privilegiata.*

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid, & quotuplex ſit exceptio.

REum ſtantem pro tribonali hactenus inſpeximus probationibus, quæſtionibus, interrogationibus, tum à Judice, tum ab actore malè pulſatum; ſupereſt, ut eundem reum armis contra adverſarium, clipeo, & telis munismus. Sunt autem hujusmodi arma defenſiva, exceptiones tam dilatoriæ, quam peremptoriæ, quibus reus ictus actoris eludit. Et exceptio generatim ſumpta qualibet defenſio *l. defenſiones 11. C. eod.* Propriè tamen exceptio prout ad præſens pertinet inſtitutum eſt, quâ reus ad excludendã actionem adverſarii utitur, quapropter exceptio competit reo ad excludendam actionem, quæ iure competit actori, adeo ut propriè ſit excluſio actionis, cui opponitur. Hinc à iurisperitis exceptio definitur excluſio, quæ actioni cujuscunque rei opponitur ad excludendum id, quod in contentionem, ſeu condemnationem deductum eſt, ut deſumitur *ex l. 2. ff. de exceptionib.* Ab aliis definitur conditio, quæ nunc eximit reum damnatione, nunc minuit damnationem *l. exceptio 22. ff. eod.* Dicitur conditio, quia olim reus conditionaliter proponebat exceptiones.

Verum id tantum convenit exceptionibus peremptoriis: quapropter melius definitur exceptio [illegible] *quo certis, & iuſtis ex cauſis [illegible] contra intentionem actoris l. 4. V. integras defenſiones l. ſiquidem 9. l. antepenult. C. eod.* Alii etiam brevius exceptionem definiunt, quòd ſit *actionis, vel intentionis actoris excluſio*, ut autem comprehendat exceptiones dilatorias, nomen excluſionis in largiori ſenſu accipiendum eſt, ut notat Weſenbecius *in hoc tit. n. 3.*

Exceptionis ſpecies plures recenſentur. Alia enim eſt exceptio facti, alia iuris: exceptio facti, quæ etiam exceptio intentionis dicitur, eſt quâ reus Actoris nullo iure agentis intentionem excludit; ut ſi reus conventus excludat actionem actoris ex mutuo, eò quia nunquam mutuum dederit; vel ſi dederit jam ſolutum ſit. Exceptio iuris eſt, quâ reus excludit actoris jus, ſeu actionem; ut ſi quis metu coactus, vel dolo inductus, vel errore lapſus promiſit Cajo centum aureos: ex tali promiſſione, ſeu ſtipulatione ipſo iure naſcitur obligatio, & actio contra promittentem: ſed hæc actio poteſt à promittente per exceptionem, *quòd metus cauſa, vel doli mali fuerit extorta* excludi, ac elidi: ſiquidem iniquum foret condemnare promittentem ad ſolvendum, quod dolo inductus vel metu adactus ſpopondit *§. 1. Inſtit. h. t.* hæcque eſt exceptio iuris. Id tamen intelligitur de metu cadente in conſtantem virum *c. cum dilectus ſup. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt.*

Rurſus exceptiones iuris aliæ dicuntur dilatoriæ, ſeu temporales; aliæ peremptoriæ *l. 2.*

§. ult. l. 3. ff. h. t. §. Appellantur inſtit. cod. dilatoriæ ſunt, quæ principalem cauſam, & a[illegible]onem non perimunt: ſed tantum ad tempus differunt *d. l. 2. §. ult.* & has exceptiones Actor poteſt evitare *l. 3. §. ult.* quia reſpiciunt incidentes quæſtiones, ac præparatoria iudiciorum *l. exceptiones ff. eod.* dicuntur exceptiones dilatoriæ etiam temporales, eò quia ſuſpendant differántque ad tempus actionem, ac intentionem actoris, ut eſt exceptio de non petendo, quod promiſſum eſt ad tempus *d. §. Appellantur*, ut ne intra quinque annos agatur, vel petatur. Exceptiones peremptoriæ dicuntur, quæ ſunt perpetuæ, tollúntque omnino jus agentis, ejúsque perimunt actionem: unde dicuntur peremptoriæ, ac perpetuæ; quia opponi poſſunt in quacunque parte iudicii. tales ſunt exceptiones doli mali, metûs, erroris, pacti de nunquam petendo, jusjurandi, ſolutionis, tranſactionis, præſcriptionis, rei iudicatæ, aliæque ſimiles *d. §. Appellantur l. 3.*

5 Exceptiones dilatoriæ, quædam ſunt declinatoriæ fori, quæ reſpiciunt perſonam iudicis, ut ſi excipiatur, quod Judex non ſit competens; vel quia ſit ſuſpectus propter cognationem, affinitatem, neceſſitudinem, aut fami[l]iaritatem, quâ actori eſt devinctus *l. qui iurisdictioni 10. ff. de iurisdict. omn. iudic.* vel quia inimicitias cum reo habeat *l. ſi pariter 9. ff. de liberali cauſa*: vel quia ſit iuris imperitus, aut impar magnitudini cauſæ: vel quia aliàs in eadem cauſa advocatum egerit; vel ejusdem fere generis litem habeat: vel ob aliam iuſtam cauſam, quæ meritò moveat ſuſpicionem reo *c. poſtremo 36. inf. de Appell.* Hæ dilatoriæ exceptiones fori declinatoriæ proponendæ ſtatim ſunt in principio litis, ante omnem actum iudicialem, ac cæteras dilatorias exceptiones; alioquin reus cenſeretur in iudicem conſentire; vel iudicis iurisdictionem prorogare; vel cauſam neg[l]igere ſuſpicionis: niſi fortaſſis cauſa [illegible]onis recens emerſerit, quæ non indigeat remedio *l. de ætat. 11. §. ex cauſa ff. de interrog. act.* aut reus venerit primum in ejus not[it]iam; quia ignorantia iuſta excuſat *l. qui alterius 42. ff. de regul. iuris*: tunc enim reus poteſt [illegible] contra judicem, & [illegible] recuſare *c. inſinuante [illegible] ſup. de offi[c]. delegat.* debet autem recuſatio judicis proponi ſcripto, & [illegible] coram eodem [illegible] inſer[illegible] [illegible] & [illegible] probanda eſt cor[am] arbitris utrim[q]ue [illegible]; & ea pro[illegible] Judex debet a[illegible] cognitionem cauſæ de[illegible] [illegible] recuſat[illegible]; vel ad ſuperiorem remittere [illegible] cauſa ſuſpicionis non fuerit pro[illegible] idem Judex [illegible]get ad cognoſcendum caſum *c. Secun[illegible] §. tertio c. cum ſpe[illegible] inf. de Appellat.* [illegible] tamen civi[illegible] or[illegible] p[illegible] Rei non poteſt [illegible] ut [illegible] removere [illegible] ſe[illegible] [illegible] cauſæ [illegible]nis eſt [illegible] adiungendu[s] *Authent.* [illegible] *contigerit Cod. de iudic.* Judex [illegible] poteſt recuſari *l. Apertiſſimi l. ſum. eod. Cod. de judic.*

6 Aliæ exceptiones dilatoriæ reſpiciunt perſonam partis litigantis; & objiciuntur ad[versus] re[um] [illegible]pellendam [illegible] A[illegible] jud[icio] [illegible]: ut [illegible] compareat ad agendum [illegible] curatore; [illegible] fam[illegible] procurator ſine mandato [illegible] municatus, & [illegible] ne inſt[it]uenda in judicio [illegible] perſonas pot[eſ]t reus e[illegible] inſtituendi actionem in judicio [illegible] trop. in proceſſu iudiciali *par.* [illegible] Huc etiam pertinent exceptiones, quæ reo competunt, ut ſi Actorem ex le[illegible] [illegible] mum revocet, ut ibi eum conven[iat] [illegible] 2. *ff. [illegible] iudic. & fin. de foro competent.* Aliæ [illegible] exceptiones, quæ cauſam re[illegible], [illegible] di eſt exceptio libelli inep[ti] [illegible] obſ[illegible] pendentia litis, prætentio, quod dies ſolutionis præfixus nondum advenerit.

Aliæ ſunt exceptiones perſonales, a[liæ] reales; illæ dantur perſonæ, quam n[on] [illegible]diuntur, adeout non ſolum nun[quam] conc[illegible] extraneis; ſed nec etiam hæredibus [illegible] jusmodi exceptiones dantur tan[tu]m [illegible] ſpecialium perſonarum; & non co[illegible] aliis. Exceptiones reales ſunt, quæ r[ei] [illegible] hærent, ac illam ſequuntur, proinde u[illegible] rebus tranſeunt ad hæredes, ac fidejuſſores, quibus competunt; talis eſt exceptio rei [iu]dicatæ, vel doli mali. Aliæ dicuntur exceptiones miſtæ ratione materiæ, & perſonæ, [illegible] quia concedantur tum ratione perſonæ, tum cauſæ. Prima exceptio miſta eſt illa ſenatus conſulti Velleiani, per quam ſuccurritur mulieribus, ſi per ſuam interceſſionem, ſeu fidejuſſionem lædantur *tit. ff. ad ſenatus con[ſ]ultum Velleian.* hæcque exceptio competit [illegible]am fidejuſſoribus *l. ſi mulier 16. §. ſi ab [illegible] ſenatus conſultum Velleian.* Secun[illegible] mi[ſt]a eſt operarum, quas patronus [illegible] in ejus manumiſſione imp[oſu]it; & hæc e[xce]ptio datur liberto, ejúsque fi[li]i[s] [illegible] non teneantur eas operas præſtare, [illegible] onerandæ libertatis cau[ſa] [illegible] imp[illegible] *l.* [illegible] *§. quæ onerandæ, & §. Exceptionem* [illegible] *rerum actio.* [illegible]a exceptio e[illegible] filiofamilias ſine conſenſu [illegible] pienti ex [ſe]natu-conſ[ult]o Ma[cedoniano] [illegible] enim [illegible] conveniatur [illegible] pe[illegible] exce[illegible] *d. l.* [illegible] *h.* [illegible] exceptio [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] *d.* [illegible] *jun[ct]a* [illegible] *junta* [illegible] *6.* [illegible] *Vine* [illegible] [illegible] ſpecies [illegible] [illegible] *ſor* [illegible] d[illegible] exceptiones p[illegible] [illegible] A[illegible] ſæ, & a[illegible] [illegible] [illegible] cumſtan[illegible]

8 Exceptioni opponitur replicatio, per quam Actor excludit exceptionem objectam à reo ad elidendam actionem ejusdem Actoris *l. 2. §. 1, & ſequent. ff. h. t.* Eſtque replicatio alia exceptio actoris contra exceptionem Rei; adeout ſit exceptio exceptionis. Interdum contingit ut exceptio, quæ videbatur juſta, iniquè noceat, & tunc alia allegatio eſt neceſſaria, quâ Actor contra Rei exceptionem ſe adjuvet; & hæc Actoris exceptio contra illam Rei in jure dicitur replicatio; & in ſcholis eſſet reſponſio ad objectionem factam; quia per hanc replicationem reſolvitur jus exceptionis. Quòd ſi reus contra replicationem Actoris iterum excipiat; dicitur hæc ſecunda Rei exceptio duplicatio, per quam diluuntur, quæ Actor in ſua exceptione objiciebat; & contra hanc duplicationem ſolet nonnunquam ex juſta cauſa admitti nova replicatio ex parte Actoris, per quam impugnatur duplicatio rei; & dicitur triplicatio; & ſi reus contra hanc triplicationem excipiat, dicitur ejus nova replicatio quadruplicatio; & ſic de aliis: ad declinandum tamen proceſſum in infinitum ſolet Judex ex proprio officio modum præfigere allegationibus juxta *auth. jubemus C. de iudiciis.* Immo mos eſt in aliquibus locis, ut proceſſus altercationis in exceptionibus dilatoriis non extendatur ultra duplicationem incluſivè.

9 Excommunicatus quamvis non permittatur agere in judicio, nec reconvenite actorem, voluntariè provocando ad iudieem; nihilominus in propriam defenſionem poteſt in judicio excipere, ac uti etiam remedio appellationis, ut conſtat *ex c. cum inter. 5. h. t.* ubi dicitur, quòd excommunicatus poſſit appellare, ac facere omnem legitimam defenſionem in iudicio, licèt non poſſit agere, nec reconvenire; eò quia in hoc non attenditur favor excommunicati, ſed æquitas judicii. Tum quia jus naturæ non ſinit illi auferri, quin ipſam appellationem etiam perſequi poſſit; quamvis ſiat actor principalis, ut deſumitur *ex cap. ſignificaverunt 11. h. t.* quia utitur iure propriæ defenſionis.

10 Tum quia appellans à judiciali gravamine non inchoat iudicium, voluntariè provocando, ſed potiùs neceſſitate adactus perſequitur iudicium in propriam defenſionem contra injuſtam ſententiam: hac ratione poteſt etiam appellare à gravamine non merè extraiudiciali, nimirum ab executore, qui vult alium inſtituere in beneficio, quod excommunicatus poſſidet; quia hæc appellatio habet rationem neceſſariæ defenſionis contra executionem ſententiæ. Poteſt etiam excommunicatus objicere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia hæc exceptio pertinet etiam ad propriam defenſionem.

§. II.

De tempore, & modo proponendi exceptiones.

1 PRima, & præcipua exceptio, quæ cæteras omnes debet in iudicio præcedere, eſt, quæ ponitur adverſus Judicem: quia litigare coram Judice incompetente perinde eſt ac, litigare coram homine privato, qui poteſtate careat jus dicendi *l. 2. ff. de offic. proconſ.* quapropter exceptio Judicis, cum ſit declinatoria fori, ſtatim ab initio proponi debet *l. ult.* Bart. *C. de except.* Bald. *in l. fin. C. de judic.* Surdus *conſ. 204.* Hinc ſi reus neglecta exceptione iudicis, alias poneret exceptiones, videretur in iudicem incompetentem conſenſiſſe; & non poſſet ampliùs ad hanc redire defenſionem, *argumento legis ſed etſi ſuſcepit ff. de judic.* Bart. *in l. fin. C. de except.* Hæc iudicis exceptio competit reo convento, quando apud iudicem, coram quo conveniri non debet, ab actore convenitur *l. penul. & ult. C. de except.* Maranta *par. 4. p. 103.* Actor enim ſequitur forum Rei; non reus forum actoris *l. 2. C. de jurisd. l. fin. C. ubi in rem actio.* Non tamen exceptio hæc fori declinatoria id operatur, ut ordinarium iudicem quantumvis ſuſpectum omnino excludat à iudicio; ſed ut illi ſi cauſa exigat alius Judex ab omni ſuſpicione vacuus adiungatur *Authent. ſi verò contigerit C. de Judic.* Quòd ſi Judex contra quem reus incompetentiam excipit non eſſet ordinarius, ſed delegatus, tunc recuſari ſimpliciter poſſet.

Exceptioni iudicis proxima eſt laudationis exceptio. Qui enim actione reali pulſatur, actorem ſuum ſibi de evictione obligatum laudare, ſeu nominare poteſt, ut ei lis denuncietur, ac vocetur ad defendendum ſe reum *l. emptori 28. C. de evict. l. 1. C. ubi in rem act.* Gloſſa *in l. locum §. 1. ff. de tabul.* Id enim ſi reus præſtet dicitur declinare iudicium, Maranta *part. 6. de judic. memb. 6. de nom. Auctoris num. 2.* hoc enim reus agit, ut liti eximatur, & alius cauſam defendat; quod admittere oporret, ſi laudatus, & nominatus ſe ad defendendum, & reſpondendum offerat: non enim invitus ſe defendere compellitur Paulus *in l. 1. n. 3. c. ubi in rem actio exerc. deb.* hinc ſi in termino præfixo nominatus à reo non compareat; non abſolvitur reus ab inſtantia iudicii. Quamobrem hæc exceptio proponi debet antequam lis conteſtetur, perinde ac exceptio iudicii declinatoria. 2

Nil tamen obſtat, quo minus etiam poſt iudicium incœptum ante tamen concluſionem in cauſa; vel etiam poſt ſententiam in iudicio appellationis proponi poſſit ad eum effectum, ut actor aſſiſtat liti motæ, cauſámque defendat; & tunc exceptio non eſt declinatoria, ſed peremptoria, ut notat Covarruv. *lib. 3. variar. c. 17. num. 8.* Poteſt hæc exceptio etiam deſervire aliis actionibus, ut ſi Mandatarius, vel Oeconomus de damno dato in rebus ſibi commiſſis apud iudicem conveniantur: hi cum non proprio, ſed alieno nomine egerint, in eos à quibus mandatum, vel curam acceperunt, commodè poſſunt incœptam litem derivare. Denunciatio enim locatori fit à conductore, quando in fructibus percipiendis, vel in feudo conducto controverſiam patitur, ut notat Barboſ. *in c. Paſtoralis h. t.* Damhaut *in pract. c. 32.* 3

Exceptiones contra perſonas teſtium opponi, & probari debent ante latam ſententiam definitivam, ut deſumitur *ex c. Denique 1. h. t.* ubi Cœleſtinus III. reſcribit quòd poſſit fieri axceptio de crimine contra teſtes; & ſi de eo 4

fuerint jam convicti, vel confeſſi, vel ounc crimen probatur, rejiciuntur à teſtificando; quia teſtes debent eſſe abſque infamia, vel ſuſpicione, vel manifeſta macula. Quamobrem ante latam ſententiam contra teſtium perſonas excipiendo poteſt objici, ſcilicet antequam in cauſa concluſum ſit, argumento *cap. cum dilectus 9. de fid. inſtr.* ubi habetur, quòd inſtrumenta ab utraque parte produci poſſint, donec in cauſa concluſum ſit. Regulariter tamen exceptiones contra teſtes objiciuntur ante publicatas atteſtationes *c. præſentium 31. de teſtibus*: propriè, quæ contra teſtes objiciuntur exceptiones non ſunt dilatoriæ, quia non differunt proceſſum judicii; proinde non eſt neceſſe ut opponantur ante litis conteſtationem, nec dirigantur ſecundùm regulas exceptionum: neque propriè ſunt peremptoriæ, licèt proximiùs accedant ad peremptorias, dicantúrque quaſi peremptoriæ, quia ſi non directè, ſaltem in obliquo, ac indirectè perimunt, tollúnrque intentionem adverſarii, iúsque agendi inutile reddunt; ſiquidem operantur, ut per teſtes probari nequeat: ſemel quòd in judicio probatur, quòd teſtes ſint perjuri, & aliàs criminoſi; non ſunt admittendi; & ex defectu teſtium ceſſat judicium; in quo ſenſu exceptiones adverſus teſtes dicuntur indirectè peremptoriæ.

5 Quòd verò exceptiones adverſus teſtes debeant opponi ante latam ſententiam; id limitandum eſt ſi exceptio opponatur tantùm contra atteſtationes teſtium; non verò contra perſonas teſtium; ut ſi teſtes arguantur de falſo; vel quòd actor falſos teſtes adduxerit, vel falſis ſit uſus inſtrumentis, ut notat *Gloſ. in c. 1. V. per ſententiam h. t.* quia exceptio falſitatis, tam ante, quàm poſt ſententiam latam objici poteſt, ut expreſsè dicitur *in c. venerabilis 6. h. t.* imò ſemper opponi poteſt ad impediendam exceptionem latæ ſententiæ *l. purè 5. §. fin. ff. de doli, & met. except.* quia actor habet in propria poteſtate, quando utatur iure ſuo; non ita reus habet poteſtatem quando conveniatur. Sin verò de commiſſo crimine falſi criminaliter conveniatur, ea actio intra viginti annos inſtitui poteſt, ut liquet ex *d. c. cum venerabilis 6. h. t.* ubi dicitur quòd exceptio falſitatis inſtrumenti poteſt objici non ſolùm ante, ſed etiam poſt ſententiam latam: & ſententia lata prætextu falſi inſtrumenti in ſpatio viginti annorum comperta veritate, ioitiatur. Limitatur ſecundò ſi ſententia non tranſeat in rem judicatam, ut in cauſa matrimoniali: tum etiam poſtea contra teſtium perſonas videtur poſſe objici; ſicut & in cauſa appellationis. Quòd ſi contra teſtem, ejus repellendi cauſa objectum, & probatum crimen ſit connexum cauſæ, tunc ſi de falſo teſtimonio arguatur, ac convincatur, & illud confiteatur, puniri poteſt à judice, coram quo falſum teſtimonium dixit, ut liquet ex *l. Nulla 14. C. de teſtib.* & pœnâ ordinariâ tanquam falſarius, ac perjurus; ſi tamen falſum dixerit circa factum ſubſtantiale, ſive per ſe ad cauſam pertinens. Quod ſi circa rem, quæ ad cauſam iudicii per accidens pertinet, tum iudicis arbitrio punitur extraordinariè.

6 Quòd ſi crimen teſtis ſit connexum cauſæ in iudicium adductæ, & teſtis ſuſcepit iudicialem litem ſuper crimine, & ſuccubuit, tum pœnâ ordinariâ punitur *arg. l. 2. §. ſi publico ff. ad l. Juliam de adult.* ubi dicitur: ſi mulier viro de adulterio ipſam accuſante crimen lenocinii objiciat, quòd conſenſerit in adulterium ipſius, & ipſam adultero tradiderit, licèt Mulier per hoc non excuſetur; tamen maritum ob lenocinium puniri poſſe; & id maximè procedit, ſi teſtis crimen cauſæ connexum ſponte confiteatur: ſunt tamen qui cenſent, talem teſtem neque pœnâ extraordinariâ poſſe puniri, eò quia quando nullum judicium eſt inſtitutum præcedentis accuſationis, vel ſaltem inquiſitionis, nullus eſt puniendus.

Ut autem dilatoriæ exceptiones opponantur quinque occurront obſervanda cum Zangero *c. 22. n. 18. & ſequent.* Primò, quòd Princeps mandare poteſt, ut exceptionibus dilatoriis omiſſis in cauſa procedatur *clem. ſæpe de verb. ſignif. c. ex parte 13. de offic. & poteſtat. iudicis delegati*, quod tamen intelligendum eſt de exceptionibus non concernentibus merita cauſæ; ſed de illis, quæ dicuntur eſſe de apicibus iuris, & quæ nituntur rigore iuris, parvique ſunt momenti, cuiusmodi ſunt exceptiones feriarum, ac ſimilium; non verò exceptiones inhabilitatis, incompetentiæ, libelli inepti, & aliæ, quæ nituntur æquitate, & meritis cauſæ; vel reſpiciunt ejus ordinem. 7

Secundò, Judex habens arbitrium eodem modo, quo princeps poteſt etiam exceptiones non concernentes merita cauſæ, & nixas apicibus iuris negligere, ac rejicere, eò quia non cenſeantur magni momenti, ut notat Menochius *de arbitrariis Judicum quæſtionibus quæſt. 51.* 8

Tertiò, ſi reus conventus unam, vel plures objiciat exceptiones, poteſt Iudex terminum præfigere, intra quem omnes opponantur; & ſi reus id non præſtet non auditur in iudicio *c. paſtoralis h. t.* Menoch. *l. 2. caſ. 240. n. 8.* quia hic terminus cenſetur peremptorius, ac excluſivus *c. conſuluit de offic. deleg. clement. unic.* Limitatur tamen quoad exceptiones recèns exortas: & illas, quæ retroactum proceſſum evertunt, & quæ altiori indigent indagine. 9

Quartò, poſt oppoſitas exceptiones officium iudicis eſt, procedere ad examen negotii principalis *c. exhibita de judic.* dummodo per interlocutoriam de iiſdem pronunciaverit: ſiquidem ordo iudicii exigit, ut priùs conſtet de veritate exceptionum *l. Pomponius §. 3. ff. eod. Pacianus lib. 1. de probat. c. 85. num. 18.* 10

Quintò, ut adhibeatur cautio in eo conſiſtens, quòd Reus abſtineat à modo proponendi exceptiones, qui intentionem ſuam evertat. Proponuntur regulariter exceptiones dilatoriæ, non tamen fori declinatoriæ ante litis conteſtationem, & terminum à judice præfixum *c. inter Monaſterium de re iudic. c. cum cauſam de appellat.* niſi fortaſſis poſt litem conteſtatam enatæ de novo fuerint: & tunc reus iuramento debet affirmare, illas tunc primùm ad notitiam ſuam perveniſſe: vel tales ſint exceptiones, quæ retroactum proceſſum reddant nullum, cujuſmodi ſunt exceptiones arguentes mandati, vel iuriſdictionis defectum *c. cum venerabilis §. licet auth. c. in noſtra de procurat.* 11

Ex-

12 Exceptiones peremptoriæ tam ante, quàm poſt litis conteſtationem obiici poſſunt usque ad promulgationem ſententiæ *l. 2. C. ſentent. reſcin. non poſ. l. præſcriptionem C. de except.* Quamvis exceptio excommunicationis inter dilatorias recenſeatur, quæ regulariter ante litis conteſtationem opponi debent: ſi tamen Reus ſcienter illam ab introitu litis opponere omiſerit; adhuc etiam poſt litem conteſtatam poteſt eam obiicere; idque ſpecialiter in hac exceptione ſtatutum eſt, ne quis cum animæ ſuæ detrimento compellatur cum excommunicato communicare. Si tamen Reus ante litis conteſtationem omiſerit eam exceptionem obiicere; ita ut Actor laboribus, et ſumptibus fruſtra defatigaretur, condemnandus eſt ad ſolvendas actori legitimas expenſas. Tametſi exceptio excommunicationis recenſeatur inter dilatorias, & differat proceſſum iudicii, donec excommunicatus abſolvatur: proinde obiicienda ſit ante litem conteſtatam: nihilominus opponi poteſt contra actorem in quavis iudicii parte etiam poſt concluſionem in cauſa usque ad latam ſententiam, idque ob periculum peccati, quod incurrit litigans communicando cum collitigante excommunicato. Quod tamen procedit, ſi forenſis communicatio fiat cum excommunicato vitando, & non tolerato, quia excommunicatus toleratus non vitandus poteſt à Reo repelli ab agendo ſive ante, ſive poſt litem conteſtatam, ut magis eccleſiaſtica cenſura timeatur, & excommunicationis periculum evitetur, & contumacia reprimatur.

13 Hinc excommunicati etiam tolerati, & non vitandi repelluntur à communibus actibus, tam iudicialibus, quàm extrajudicialibus ſi de ipſorum utilitate agatur, ut notat Gloſſa *in c. 1. V. communibus h. t. in 6.* ſiquidem excommunicatio habet tractum ſucceſſivum, adeo ut ex parte excommunicati peccatum ſemper continuetur, isque continuò peccet, ſi absque neceſſitate cum fidelibus communicet, quamvis vitandus non ſit, cùm tales excommunicati novo iure vitari poſſint, quamvis non debeant, ut notat Pirhing. *lib. 2. tit. 25. §. 3. n. 20.* ubi notat dupliciter poſſe opponi exceptionem excommunicationis; primò per modum dilatoriæ ad impediendum, et differendum proceſſum judicii ſalvo iure actoris, ut ſi opponatur Actori, quòd in iudicio ſtare non poſſit, eò quia maiore excommunicatione ſit obſtrictus, & tunc Actor poſtquam ab excommunicatione eſt abſolutus poteſt agere, ſuámque petitionem proponere in iudicio. Secundò, per modum exceptionis peremptoriæ, ut ſi Prælato electo petenti confirmationem obiiciatur, quòd tempore electionis fuerit irretitus maiore excommunicatione, vel electus ab excommunicatis, vel quòd beneficium fuerit collatum excommunicato, tunc enim perit omnino ius Actoris, ſi exceptio probetur.

14 Quia verò per exceptiones dilatorias poſſent cauſæ in iudicio malitiosè protrahi: ideo ad evitandum hoc incommodum certum tempus poteſt à Iudice aſſignari, intra quod omnes exceptiones dilatoriæ opponi debeant, adeò ut illo dilapſo ſi partes voluerint aliquas exceptiones opponere non amplius audiantur, niſi proteſtatæ antea fuerint: vel niſi exceptio aliqua de novo emergat, & parti competat: vel niſi is, qui vult exceptionem obiicere iuramento affirmet, talem exceptionem tunc primùm ad ſuam deveniſſe notitiam, ut definivit Innocentius III. *c. paſtoralis 4. h. t.* ubi habetur, pertinere ad officium Iudicis aſſignare certum tempus ad probandas omnes exceptiones, quo tranſacto partes non poſſint amplius opponere; niſi quis priùs proteſtatus fuerit, quòd ſalva ſibi exceptio in ſpecie exprimenda manere debeat: vel ſi notitia opponendæ exceptionis poſtea acquiſita ſit *argu. c. inſinuare 23. de offic. Iud. delegat.* vel ſi antea ius exceptionis competebat, ſed ignorabatur, dummodo volens excipere aſſerat, quòd non excipiat malitiosè cauſâ protrahendæ litis. Ab aliis alii adduntur caſus, ut ſi exceptio, tametſi antea competeret, eius tamen probandi facultas poſtea acquiſita fuerit; ſiquidem paria ſunt non eſſe exceptionem, & eam probari non poſſe *argu. c. ut circa 4. de elect. in 6.*

15 Secundò, ſi exceptiones tales ſint, ut ſimul exiſtere nequeant, proinde nec probari; tunc enim tempus definitum ad probandas exceptiones nō debet currere ratione exceptionis incompatibilis *argu. l. contra 16. C. de inoffic. teſtament.* ubi dicitur, quòd ſi actiones cumulari non poſſint, ſi quis querelam inferre velit, quòd teſtamentum non ſit perfectum, addendo, tametſi perfectum ſit, quod inofficium exiſtat, tunc quinquenniū iure decretum pro priore actione non currere pro actione poſteriore: ubi Gloſſa ait, quòd habens duas exceptiones, quæ ſimul probari non poſſint, ſi in una ſuccumbat; ad alteram tranſire non poſſit iuxta *regul. 20. in 6.* quòd nullus pluribus defenſionibus uti prohibetur.

16 Tertiò, ſi exceptio de incompetentia Iudicis talis ſit, ut pars litigans non poſſit in Iudicem conſentire, quo pacto Clericus in Iudicem laicum etiam poſt terminum à Iudice præfixum excipere poteſt, immo etiam poſt latam ſententiam, cùm ſit exceptio nullitatis ob defectum iuriſdictionis.

17 Quartò, exceptio miſta, quamvis non ſit oppoſita per modum dilatoriæ ad impediendum proceſſum iudicii, attamen poteſt opponi per modum exceptionis peremptoriæ ad infringenda merita cauſæ *c. de litis conteſt. in 6.*

18 An verò Iudex ſicut dilatoriis, ita etiam peremptoriis exceptionibus poſſit terminum præfigere; negat Gloſſa *in c. paſtoralis 4. h. t.* eò quia iura permittunt, ut peremptoriæ exceptiones obiici poſſint, donec in cauſa concludatur, proinde quandocunque ante latam ſententiam, ut deſumitur *ex c. 1. de litis conteſtat. in 6.* Indultum autem à iure beneficium non eſt alicui auferendum iuxta *regul. 17. in 6.* Tum quia agitur hic de gravi præiudicio, ſi ab exceptionibus peremptoriis pertinentibus ad meritum cauſæ, quispiam excludatur. Verùm hæ rationes tantùm evincunt, quòd Iudex non tam facile, & non niſi præmiſſa cauſæ cognitione terminum debeat ſtatuere peremptoriis exceptioni-

bus *argu. l. 2. ff. de iudic.* unde Dynnus *in d. regul. indultum n* 13. procedit cum diſtinctione, vel enim Iudex præfixit terminum exceptionibus peremptoriis cum cauſæ cognitione, vel ſine tali cognitione: ſi primum, ait, non poſſe Reum poſt tempus à Iudice præfixum exceptiones peremptorias proponere *argu. l. 2. ff. de re iudic.* ubi tempus, quod indulgetur Reo per legem poteſt à Iudice limitari cum cauſæ cognitione.

19 Quòd ſi Iudex præfixit ſine cauſæ cognitione terminum exceptionibus peremptorija, tunc etiam elapſo tali termino poteſt Reus proponere peremptorias exceptiones: ſiquidem cùm agatur de præjudicio gravi, ſeu ut quis excludatur à peremptoriis, ſeu pertinentibus ad merita cauſæ; non poteſt ſine iuſta cauſa à Iudice hoc ſuo jure privari: proinde huiusmodi exceptiones peremptoriæ proponi poſſunt etiam poſt terminum à iure præfixum, ſi poſtea tunc primum ortæ ſint, & cognitæ, vel impertita ſit facultas eas probandi.

20 Quæri ſolet, an ſi Reus obliciat exceptionem peremptoriam, & in eiusdem probatione deficiat, Actor, licèt nil aliud probet, ſit cauſam obtenturus. Videtur reſpondendum affirmativè, eò quia Reus fortè conventus ex mutuo, quia excipiendo dicit ſe iam ſoluiſſe hoc, eo ipſo videtur iam mutuum confeſſus; proinde niſi ſolutionem probaverit, cauſam ex propria confeſſione debet perdere. Verùm pro parte negativa adduci pòteſt regula iuris, quâ dicitur, quòd ille, qui excepit per hoc, non cenſeatur fateri intentionem adverſarii *l. non utique 9. h. t. c. exceptionem 63 de R. J. in 6.* Satiùs tamen proceditur cum diſtinctione, an Reus deficiens in exceptione ſuæ probationis velit poſtea negare intentionem Actoris, vel quoad ius, vel quoad factum; ſi quoad ius, ut ſi dicat, inivi quidem contractum, ſed nego, talem contractum fuiſſe validum; tunc audiendus eſt Reus excipiens invaliditatem contractus: quòd ſi ipſum factum neget; quod iam per exceptionem confeſſus eſt, non aliter audiendus eſt; quàm ſi de errore docuerit, ut docet Panormit. *c. cùm venerabilis 6. h. t. n. 26.*

§. III.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones

1 Quæritur primò, an ſi teſtis de crimine contra ipſum excepto convincatur; vel aliàs appareat convictus, ſit repellendus à teſtimonio ferendo? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. denique 1. h. t.* ubi Cœleſtinus III. declarat, poſſe fieri exceptionem de crimine contra teſtes: & ſi de eo fuerunt iam convicti, vel illud ſunt confeſſi, vel nunc crimen probatur, reiiciuntur à teſtificando: & additur etiam ratio, quia teſtes absque ulla infamia, ſuſpicione, & manifeſta macula eſſe debent in ferendo teſtimonio *c. teſtes 2. q. 7.* ubi habetur, quòd teſtes debeant eſſe ſine Infamia, ſuſpicione, & macula: qui verò in iudicio detegitur criminoſus, efficitur infamis *c. teſtim. de teſtib.* Iuſtitia verò nequit cohærere cum homine ſcelerato *c. fortis de V. S.* quamobrem ſi crimina, de quibus convicti, & confeſſi fuerunt, teſtibus obiiciantur, repelluntur à teſtimonio ferendo, & non eſt illis credendũ contra alios, niſi priùs ſe purgaverint, ſeu probaverint innocentes *c. non eſt 3. q. 11.* & tunc probant ſe innocentes, ſi probant, ſe emendatos, quod probare poſſunt per ſuum ſacerdotem *c. ſi peccaverit. 2. q. 1.*

Non tamen tunc teſtis de crimine punitur: 2 ratio eſt, quia quando crimen obiicitur teſti per modum exceptionis, regulariter non agitur ad hoc, ut ipſe de illo puniatur, ſed tantùm, ut illi non credatur; neque contra ipſum procedit accuſatio, prout ordo iuris exigit *c. de inquis. de accuſat.* & quia Iudex, quando procedit ad petitionem partis, non poteſt condemnare ultra petitionem libelli *l. fin. C. de fideicommiſ. libert.* ſequitur, quòd teſtis, contra quem excipitur de crimine, tametſi exceptio illa probetur, non tamen tunc teſtis punitur de tali crimine pœnâ ordinariâ, ſed tantùm excluditur à teſtimonio perhibendo *c. 2. de ord. cognit.* id tamen procedit, dummodo non tangat negotium principale; alioquin ratione contingentiæ videretur deductum in iudicium crimen, de quo excipitur contra teſtem, perinde ac deducitur in iudicium id, de quo principaliter agitur *l. 2 §. ſi publico ff. de adulter.* Tum quia de connexis, in quibus eſt eadem ratio, debet etiam eſſe idem iudicium *c. translat. de conſtit.* Tum quia Iudex, de qua re cognovit, debet etiam de eadem pronuntiare *c. cùm ſuper de cauſ. poſ. & prop.* & quia ſententia ferenda eſt iuxta petitionem libelli *c. qualiter de accuſ.* fit, ut ex quo tale crimen eſt deductum in iudicium, poſſit teſtis puniri, contra quem de illo excipitur, cùm & ipſe fuerit in eo deprehenſus culpabilis.

Quando autem crimen dicatur contingere 3 cauſam principalem explicat, Bart. in *l. ſi. conſeſſus ff. de cuſtod. & exib.* Hinc ex *d. c. denique 1. h. t.* colligitur, ante concluſionem in cauſa, & ſententiam latam poſſe excipi contra perſonas teſtium, adeò ut ante latam ſententiam obiici poſſit excipiendo contra teſtes: debet tamen hæc exceptio opponi, antequam in cauſa concludatur *argum. c. cùm dilectus 9. de fide inſtrumentorum.*

Id tamen limitatur, dummodo ſententia 4 non transeat in rem iudicatam, præſertim in cauſa matrimoniali: quia tunc poteſt etiam obiici contra perſonas teſtium, perinde ac in cauſa appellationis exceptio contra teſtes, quæ antea oppoſita non erat, obiici poteſt; ut etiam exceptiones peremptoriæ, ſi malitiosè non fuerint dilatæ ad protrahendam litem, ut notat Gloſſa in *d. c. denique 1. v. per ſententiam h. t.* Cæterum exceptiones, quæ obiiciuntur contra perſonas teſtium non poſſunt dici dilatoriæ; quia non differunt proceſſum iudicii; proinde non debent opponi ante litis conteſtationem, neque dirigi iuxta regulas exceptionum dilatoriarum, cùm propriè non ſint peremptoriæ, eò quia non perimant actionem, nec ius agendi: ſiquidem etiam per alios teſtes, & modos poteſt probatio fieri: dicuntur tamen quaſi per-

emptoriæ

[illegible]rix, eo quia proximiùs accedant ad naturam exceptionum peremptoriarum, quam [illegible] tu [illegible] quia tamen non [illegible], in [illegible] quo tamen, & in[illegible] periment, & tollunt intentionem adverſarii, redduntque [illegible] ius agendi, cùm id operentur, ut per teſtes probari non poſſit, [illegible] quidem [illegible] probatum ſit, teſtes eſſe periuros, vel criminoſos, non debent admitti, proinde uſque ad ſententiam excluſivè huiuſmodi exceptiones opponi poſſunt, perinde ac aliæ peremptoriæ.

5 Quæritur ſecundò, quandónam exceptio dilatoria, quæ ſolet cauſam differre, opponi debeat? Reſpondetur regulariter, eſſe opponendam ante litem conteſtatam, quia conteſtatio litis præcludit viam exceptionibus dilatoriis *l. Pomponius §. ratihabitiones.* & ibi Gloſſa, imò non ſufficit, ſi opponatur, ſed debet etiam probari, alioquin non habet vim impediendi ingreſſum litis, ſi non probetur, ut notat Caſtrens. in *l. Exceptionem C. de probat.* ſin verò probetur, vim habet impediendi ingreſſum litis, dummodo opponatur ante litem conteſtatam; niſi fortaſſis omiſſa fuerit ex ignorantia, ut notant Gallus in *practic. obſerv. l.* 1. *obſerv.* 33. *n.* 11. *v. ſecundam limita*, Iaſon in *l. error. n.* 18. *C. de jur. & facti ignoran.* Alexander in *l. Ita demum n.* 5. & alii, aſſerentes, poſſe opponi exceptionem dilatoriam poſt litis conteſtationem, ſi Reus ob ignorantiam eam ante litem conteſtatam non oppoſuerit, eò quia ignorantia ſit pater, & comes erroris excludentis conſenſum, cui error ex diametro opponitur *l. ſi per errorem, ff. de juriſdic. omnium Iudi.* Pari pacto p[illegible] exceptio dilatoris opponi à Reo poſt litem conteſtatam, niſi conſtiterit ex negligentia non fuiſſe à Reo antea oppoſitam, ut notant communiter Canoniſtæ in *c. Paſtoralis de except.* & docet Baldus *de* [illegible] 40.

6 Ex dilatoriis exceptionibus aliæ reſpiciunt perſonam Iudicis, ſuntque exceptiones declinatoriæ fori, ſeu recuſationis, aut incompetentiæ. Aliæ reſpiciunt perſonas litigantium, & dicuntur exceptiones legitimationis perſonæ, ut ſi pupillus compareat in judicio ſine Tutore, & Procurator ſine mandato ſui P[illegible]is, Minorennis ſine Curatore, uxor ſine licentia mariti & filiusfamilias abſque conſenſu Patris: contra has perſonas litigantes poteſt ſtatim opponi exceptio, quâ excludantur à judicio. [illegible] ſunt exceptiones reſpicientes totam cauſam, [illegible]tum libellum, & iſtæ opponi debent ante litem conteſtatam *c. Inter Monaſterium de re judic. l. ultim. C. de except.* & docet Felinus in *c. Exceptionem n.* 2. *de exceptionibus* [illegible] huiuſmodi exceptiones in a[illegible] Regnis intra [illegible] dies computandos à die [illegible] a[illegible] ad c[illegible]dum in [illegible], & reſpond[illegible] debent R[illegible] & probari, [illegible] de [illegible] Regni Ca[illegible]. R[illegible] R[illegible] exceptionibus [illegible] *In exceptionibus* [illegible] *de probat. l* [illegible] *de exc*[illegible] C[illegible] *in* [illegible] *pt. in* [illegible] *n.* [illegible] ex[illegible] toria po[illegible] ad[illegible] & [illegible] contraria non opponat, tunc valet per tea[illegible]

tum in *c. In cauſa* [illegible] quarte [illegible] non [illegible] *de dilation.* [illegible] non conceditur, niſi parte [illegible] ſeu [illegible] inſtantiam, ut notat R[illegible] *de except. numero* 4[illegible]3. & Menochius [illegible]*b.* [illegible] *præſum. c.* 40.

Cæterum exceptio recuſatoria, quâ recuſatur Iudex [illegible], eſt ante omnes opponenda, [illegible] inchoetur, ut [illegible] *de except.* & [illegible] *c. Cùm* [illegible] *de appel.* [illegible] unde [illegible] Reo ſtatim opponi ante litem conteſtatam, qua ratione Baldus de *re jud.* [illegible] dicit eſſe ianuam [illegible]tionis; hinc [illegible] poneret alias exceptiones dilatorias [illegible] Iudice, non poſſet [illegible] ea cum [illegible] exceptionem ſuſpicionis, quia eo ipſo, [illegible] cepit coram illo, inchoavit judicium, [illegible]tur eum approbâſſe, ut notat Covarruvias in *pract. c.* 26. *n.* 2. Verùm id limitatur, niſi de novo poſt litem conteſtatam ſuperveniat cauſa recuſandi, quia quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio *l. de ætate §. ex cauſa ff. de ventre inſpicien.* & notat Gallius in *pract. obſerv. lib.* 1. *obſerv.* 33 *n.* 11. Eſt tamen ſuper hoc deferendum juramentum ab ipſo recuſato, ut notat Speculator *lib.* 1. *tit. de recuſ. §. effectus n.* 31. Imò id procedit, dummodo cauſa ſuperveniat facto adverſarii; ſecus enim ſi facto ipſius opponentis, ut notat Alexander in *l. ſi* [illegible] *ff. ſolut. matrim.* quia ſi exceptio ſit [illegible] facto opponentis ſine facto adverſarii opponi non poteſt, ut docet Marania *de except. p.* 6. *memb.* 9. *n.* 9. & id quamvis cauſa recuſandi ſuperveniat de novo poſt concluſum in cauſa, ut notat Stephanus Gratian. *diſ*[illegible]*pt. forens. c.* [illegible] *n.* 32.

Quæritur Tertiò, quænam ſint cauſæ [illegible] recuſandi Iudicem. [illegible] cum A[illegible] *c. cùm ſpeciali n.* 7. *de appellat.* quòd cùm huiuſmodi cauſæ non ſint definitæ [illegible] iure, id relinqui prudenti Iudicis arbitrio. Cæterum ſi Iudex ſit ſuſpectus, ut uni parti [illegible] q[illegible] alteri parti poſſit favere, cenſetur hæc iuſta cauſa [illegible]piendi, eumque recuſandi: ſiquidem [illegible] onus litigare ſub Iudice ſuſpecto, ut notat [illegible]cianus *de probat. lib.* 2. *c.* 45 *n.* [illegible] *cum ſequen.* Non tamen [illegible] conceditur [illegible] ex[illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] ac [illegible] [illegible] [illegible] & a[illegible] gi[illegible] C[illegible] ſa exc[illegible] Inc[illegible] alteri [illegible] adverſarius eſt [illegible] *c. P*[illegible] *mo de a*[illegible].

Non tamen conſtat quouſque huiuſmodi 9 conjunctio ſanguinis ſe extendat, ut cenſeatur eſſe iuſta cauſa excipiendi, & recuſandi Iudicem; ſiquidem Gloſſa in *d. c. Poſtrèmo de appell.* putat, ſe extendere ad decimum uſque gradum;

eò quia uſque ad illum de iure detur facultas ſuccedendi ab inteſtato §. *ult. inſtit. de ſucceſſ. cognat.* proinde uſque ad decimum gradum aſſerit, poſſe Iudicem recuſari, & hæc ſententia eſt conformis iuri communi, eique adhæret Baldus in *l. qui iurisdictioni n.* 14. *ff. de iurisdic. Om. Iudi.* Verùm putarim cum Abbate in *c. Poſtremo n.* 4. *de appellat.* id iudicandum potius eſſe ex conſuetudine, & uſu cuiuscunque Regni, & Regionis. & Menochius *de arbit. lib.* 2. *caſ.* 152. *n.* 8. ait, Iudicem cum utroque litigante in pari gradu conſanguinitatis iunctum non poſſe, ut ſuſpectum recuſari, eò quia par affectio ſuſpicionem extinguit *l. non ſolum* §. *denuò de ritu nuptiar.*

10 Rurſus poteſt Iudex recuſari, ſi cum altero litigante familiaritatem, & amicitiam ſingularem contraxerit. ita tamen, ut quæcunque amicitia non ſufficiat, ſed debeat eſſe ſingularis, ut ſi fuerit Judex commenſalis cum aliquo ex litigantibus, ut notat Rebuffus, *de recuſ Gloſſ unic. art.* 9. *n.* 26. & Tiraquel. *de pæn. temper. cauſa* 21. *n.* 5. & *cauſa* 22. *n.* 2. *& ſequent.* ubi probat, amicitiam, ſi vera ſit, & non vulgaris, propinquitati longo eſſe intervallo præferendam. Non tamen, ſi Judex diceret uni ex litigantibus, *proceſſus tuus mihi non placet, quia in ipſo non ſufficienter probatur tua intentio, & niſi alias produxeris probationes, ſuccumbes*, putârim, ubi id eſſe admittendam recuſationem, licèt contrarium ſentiant Abbas in *c. Irrefragabili* §. *exceſſus de offic. Ordin.* Jaſon in *l. Apertiſſimi n.* 9. *v. decima cauſa C. de iudic.* & alii plures volentes poſſe tunc Iudicem recuſari, ut ſuſpectum.

11 Ratio, cur mihi non videatur recuſandus eſt, quia quando Judex ſuam opinionem ſincerè aperit parti, antequam ſententiam ferat; niſi demonſtretur id fuiſſe à Judice dictum dolosè, ut pars deſiſtat à lite, vel ut componatur cum altera parte non habente Jus, ex eo, quòd ſincerè detegat ſuum votum ſine fraude, absque malitia, non adeſt ſufficiens cauſa excipiendi contra ipſum. Tum quia Romæ Auditores Rotæ plerumque palam ſignificant partibus, quid ſentiant, & nihilominus, quia ſincerè, & candidè loquuntur ſine malitia, absque ulla fraude non recuſantur, ut ſuſpecti. Ut autem recuſatio Judicis ritè fiat, de jure canonico requiritur expreſſio cauſæ, ut notat Lanfranc. in *c. Quoniam* 11. *verb. in parte recuſare num.* [illegible] *de probat.* ubi vocat hanc ſententiam communem; verùm de jure ci[illegible] hujusmodi expreſſio cauſæ non videtur requiri, ſed tantùm in recuſatione P[illegible], vel A[illegible]oris Reg[illegible] præſ[illegible] de jure [illegible] C[illegible], ut notat Covarruvias in *pr*[illegible] a[illegible] *n.* [illegible] Sin verò Judex f[illegible] al[illegible]us [illegible] utr[illegible] l[illegible]gata de communi conſenſu, p[illegible] ee[illegible], [illegible] non tamen an[illegible] at ut [illegible] o[illegible], ſed poſt inchoat[illegible] um ex cauſa de novo ſupperveniente, ut notat Lanfranc. d[illegible] *q.* 34. *p.* 7. & docet Gloſſa in *c. ſtatutum* [illegible] *m autem v. recuſat de reſcript. in* 6.

12 Suſpicio tamen allegata à Reo contra Judicem de jure civili ſufficit, ſi allegetur in genere præſtito juramento à rec[illegible] ſub quo affirmet, illum eſſe ſu[illegible]pe[illegible] a-nonico debet id [illegible] per [illegible] *quiris* §. 1. *de appellat.* [illegible] ue v[illegible] in [illegible] ſis ſpiritualibus ſeu matrimon[illegible] ficialibus, & aliis ſimilibus. Im[illegible] procedit etiam in rebus temporal[illegible] de illis agitur in foro ecc[illegible], quia [illegible] ſervandum eſt ius canonicum, ut notat [illegible] mundus *l.* 1. *de judic. c.* 12. *n.* 91. & [illegible] 6[illegible] *n.* 16. ubi addit, quòd ſi agatur in ſpecie fa[illegible] propoſiti de ſuſpicione probanda ad effectum removendi Judicem Ordinarium in totum, cauſa ſuſpicionis ſit probanda per teſtes, ut d[illegible] jus canonicum. Sin verò agatur de ſuſpicione ad effectum, ut Judici detur adjun[illegible]us, put[illegible], tunc ſufficere, ſi recuſans probet cum juramento, Judicem ſibi eſſe ſuſpectum, & huic ſententiæ etiam adhæret Covarruvias *pract. qq. c.* 26. *n.* [illegible] juxta diſpoſitionem juris civilis. Cenſerem tamen, id eſſe probandum non per juramentum recuſantis, ſed per teſtes ſecundùm jus canonicum, quia quando concurrunt duæ opiniones, una Legiſtarum, & alia Canoniſtarum, præferenda eſt illa Canoniſtarum, ut notat Gailius in *obſerv.* 33. *n.* 14. & Rolandus *conſ.* 19. *n.* 14.

Quæritur quartò, an geſta per Judicem recuſatum pendente recuſatione ſint ipſo jure nulla? Reſpondetur affirmativè: eò quia recuſatio propoſita ſuſpendit Juriſdictionem Judicis, perinde ac appellatio, ut docet Hoſtienſis in *ſum. de Iudice delegato* §. *qui ſit effectus circa princ.* & id procedit tam de jure civili, quàm canonico, ut notat Decius *conſ.* 175. ratio e[illegible], quia quando recuſatio eſt legitima, quæ aguntur poſt recuſationem, ſunt nullius momenti. Tum quia licèt in aliquibus appellatio, & recuſatio non ſint pares: nihilominus ſicut pendente appellatione nil eſt innovandum, ità etiam pendente recuſatione nil agendum eſt à Judice recuſato. Excipiuntur tamen aliquot caſus, in q[illegible]bus poſt recuſationem, quæ fiunt à Judice re[illegible]ſato, adhuc ſuum ſortiuntur valorem. 13

[illegible]imus eſt in criminibus notoriis, in [illegible]bus Judex non pot[illegible], ut ſuſpectus recu[illegible] *propoſuit de appellat* & docet Farinacius *tom.* 1 *pract. qq.* 17. *n.* 44. *&* 45 *de Iudice*, quia tametſi regulariter non poſſit eſſe Judex de injuria ſ[illegible] illata, ſi tamen hæc notoria fuerit, & pœna certa, poteſt J[illegible] procedere, quia non poteſt partem [illegible] av[illegible] n[illegible] in pœna à jure determinata. proinde non poteſt [illegible]nc exci[illegible] contra ipſum, ne[illegible] ut [illegible]us, ſecus tamen ſi pœna e[illegible] arbitraria ut notat Bur[illegible] *con* [illegible] 21. *n.* 25. *l*[illegible]. 1. u[illegible]am notat in noto[illegible] ſſe r[illegible] ſatione[illegible] notoria [illegible] n[illegible] a c[illegible]nſeu[illegible] d[illegible] er[illegible] m[illegible], n[illegible] in civ[illegible] c[illegible] Lenecel[illegible] *de* [illegible] *ntat p* 2. *c.* [illegible] *n.* 33. 14

[illegible] u[illegible] ca[illegible] ſi Judex reic[illegible] 15 [illegible] m man[illegible] o[illegible], [illegible] geſta a [illegible] po[illegible] ex[illegible] nem, [illegible] notat Quaranta in *ſum. Bu*[illegible] *A*[illegible] *authori*[illegible] *p* [illegible] 60. Fa[illegible] *lib.* 1. *co*[illegible] 7 [illegible] *mero* 16.

Tertius, quando alicui committitur cauſa cum clauſula *recuſatione remota*, tunc etiam poteſt Judex validè procedere: verùm id intelligendum eſt de recuſatiooe frivola, ut notat Gaillus *obſerv.* 31. *n.* 4 idque probatur à pari ex clauſula *Appellatione remota*, quæ non intelligitur niſi de appellatione frivola, quâ non obſtante poteſt Judex regulariter procedere, ut notat Francus in *c. Paſtoralis numero* 5. *v.* 4. *de appell.*

17 Quartus, ſi Judex, contra quem excipitur, ſit Ordinarius, quia is poſt recuſationem poteſt adhuc cauſam alteri delegare *c. ſi quis contra Clericum de for. compet.* ratio eſt; quia ſuſpectus in cognoſcendo, non eſt ſuſpectus in delegando, ut notat Decius in *l. qui jurisdictionis n. 6. ff. de jurisdic. om. Iudic.*

18 Quintus, ſi recuſatio facta ſit per Procuratoris aſſertum, donec Dominus ratificet juramentum à Procuratore præſtitum: geſta enim poſt ratificationem valida ſunt, donec ratificatio Iudici intimetur, & ita fuiſſe deciſſum, refert Puteus *decis.* 26. *juramentum ſub rubr. de judic.* cui adhæret Lancellotus *c.* 12. *in* 15. *ampliat. n.* 22. ubi aſſerit, intimationem eſſe faciendam Iudici, ut in appellatione interpoſita coram honeſtis viris, quia niſi fiat hæc intimatio Judex abſque metu attentatorum procedere poteſt, quia antequam fiat intimatio, non eſt, quòd imputetur Judici, vel parti, ſi quid attentaverit, ut cenſuit Rota Romana *decis* 38. *in novis.* cui ioitium *attentata de appellat.*

19 Sextus ſi Judex ſit ſupremus Princeps ſive ſecularis, ſive eccleſiaſticus, quia is non poteſt recuſari, proinde oon obſtante recuſatione validè procedit, ut notat Gaillus in *pract. obſerv.* 33. *n.* 11. Solet tamen tunc Princeps, ut ſubditis ſatisfaciat de honeſtate concedere Judices non ſuſpectos, ut notat Gloſſa in *c. nullum* 2. *q.* 5. cui adhæret Romanus *conſ.* 521.

20 Quæritur quintò, an habens plura beneficia poſſit contra alium excipere? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. Cùm Eccleſiaſticæ* 3. *h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, habentem plura beneficia oon poſſe opponere contra alium de pluralitate beneficiorum, præſertim ſi ſit in poſſeſſione, & deſumitur etiam ex *l. quoniam Alexandrum* 25. *C. ad leg. Iul. de adult. l. ſi uxor* 13. §. *ſi quis ff. eod.* Ratio eſt, quia ſibi ipſi videtur eſſe contrarius, qui in alio reprehendit, quod ipſemet agit, *c. ſolic. de appell.* Tum quia, qui contraria deponit in jure, non eſt audiendus *l. ubi pugnantia ff. de reg. jur.* proinde non poteſt quis in alio reprehendere pluralitatem beneficiorum, ſi ipſe plura poſſideat beneficia, quia tunc excipiens non videtur moveri ex vero Zelo ad converſionem alterius, ſed potiùs ea invidia, vel deſiderio obtinendi Beneficia, quæ ille eſſet dimiſſurus, ut notat Abbas in *d. c. cum Eccleſiaſtica* 3. *h. t.* malitiæ autem non eſt indulgendum *c. plerumque de reſcript.* Tum quia non ſemper obtinere plura beneficia eſt peccatũ *c. de multa* 82. *de præbend. c. gratia de reſcript. in* 6. & in dubiis interpretatio fieri debet in meliorem partem *c. Eſtote de regul. jur.* Tum quia is defendendus eſt in poſſeſſione, cui competebat remediũ retinendæ *c. poſt electionem* 7. *v. exinde de conceſſ. præbend. c. licet* 28. *de præbend. eod. tit. in* 6. quamvis, ut eam aſſequeretur, obſtaret exceptio pluralitatis *c. cum adeo* 17. *de reſcript.* Ratio finalis etiam deſumitur ex textu in *d. c. Cùm eccleſiaſtica* 3. *h. t.* quia ut ibi notat Gloſſa, qui ſimili impedimento laborat, non poteſt excipere contra alium de eodem impedimento.

Poſſet tamen in contrarium obiici, quia 21
in pari delicto potiùs eſt favendum Reo excipienti, quàm Actori replicanti *l. Apud. Celſum* 4. §. *Marcellus* ibi: *Marcellus ait adverſus doli exceptionem non admitti doli replicationem ff. de doli mali exceptione. l. cum par* 198. §. *de regul. jur.* hinc Reus excommunicatus poteſt excipere contra Actorem excommunicatum, & auditur non obſtante replicatione Actoris de alia, vel ſimili excommunicatione *c. A nobis* 2. *h. t.* ubi Innocentius III. declarat, quòd Actore & Reo excommunicatis meiori excommunicatione, & Reo excipiente contra Actorem, Actor replicando Reum repellere non poſſit: unde excipiens pluralitate beneficiorum videtur audiendus eſſe non obſtante replicatione de ſimili pluralitate. Tum quia valdè eccleſiæ intereſt, ne quis in illa plura obtineat beneficia; proinde ſit audiendus, qui excipit pluralitatem beneficiorum, quia quando adeſt emolumentum eccleſiæ, excipiens eſt audiendus in judicio, quamvis aliàs ab eo repelleretur *c. ſi quis Presbyterorum* 6 *de reb. eccleſ.* Tum quia in cauſis beneficialibus parte non opponente poteſt Judex, imò debet inquirere de criminibus, & impedimentis partium *c. cum nobis* 19. *de elect.* quapropter in ſimilibus cauſis Actore non probante Reus non abſolvitur, ut contingit in aliis iudiciis temporalibus *c. olim in fin. de reſcript.* Sed contra, quia tunc in pari delicto potiùs eſt favendum Reo excipienti, quàm Actori replicanti, quando Reus non repellitur ab excipiendo ob perſonæ inhabilitatem, ſed propter naturam judicii, ob quam in præſenti non auditur. Ad aliud, quod addebatur, quia intereſt eccleſiæ, ne quis in ea plura beneficia obtineat. Reſpondetur, id eſſe verum, & exceptionem factam nomine eccleſiæ admitti, ſed non factam nomine proprio ipſius excipientis habentis itidem plura beneficia, quia tunc ſibi ipſi eſt contrarius, & reprehendit in alio, quod ipſe habet in ſe. Ad aliud petitum ex cauſis beneficialibus reſpondetur, quòd tametſi Judex poſſit damnare Clericum poſſidentem plura beneficia, & per aſſecutionem poſterioris eum declarare privatum prioribus *c. de multa* 28. *de præbend.* non tamen poteſt id facere donec eidem legitimè conſtiterit plura beneficia poſſidere per viam accuſationis, inquiſitionis, aut denuntiationis.

Quæritur ſextò, an exceptio jurisdictio- 22
nis excluſiva, ob quam fuit appellatum, ſi vera probetur, debeat Judex appellationis cognoſcere de principali? Reſpondetur negativè, ratio eſt, quia de eo tantùm debet cognoſcere ſuper quo appellatum eſt, & quia Judex appellationis ſuccedit Judici, à quo fuit appellatum, ſequitur, quòd cùm Judex à quo nil cogno-

verit ſuper meritis cauſæ principalis, Neque Judex appellationis poteſt cognoſcere, ut declarat Honorius III. in *c. olim* 7 *b. t.* cùm enim Judex appellationis ſuccedat loco Judicis, à quo appellatur *c. ut debitus de appell.* ideo Judex appellationis ſubrogatur Judici, à quo appellatur: atqui ſubrogatum naturam ſapit illius, cui ſubrogatur *c. Eccleſia ut lite pend.* Quamobrem cum talis exceptio extinguat iuriſdictionem utriusque Judicis, debet Judex appellationis id tantùm præſtare, quod præſtitiſſet Judex, à quo fuit appellatum; ſcilicet ſuperſedere, & ſe non pronuntiare Iudicem: hinc liquet, Judicem, ad quem appellatur, ſuccedere Judici, à quo fuit appellatum, & de eo tantùm poſſe cognoſcere, ſuper quo appellatum fuit.

23 Excipitur tamen, niſi Judex appellationis ſit delegatus, eique committatur cognitio cauſæ principalis; quia tunc Judex appellationis poſſet cognoſcere de cauſa principali *c. Ex parte* 67. *de appellat.* Cæterum Reus ad Judicem, coram quo ordinario jure conveniri non poteſt, per reſcriptum impetratum à Pontifice, non debet trahi ultra duas dietas, imò jure novo nec ultra unam, ſeu ultra iter unius diei, *c. cùm autem de reſcript in* 6. Tametſi jure antiquo Judex delegatus potuerit propinquius accedere, ut locus judicij non plus quàm duas dietas à Diœceſi domicilii ipſius Rei diſtaret; hodie tamen non conceditur, ut delegatus procedat extra ſuam diœceſin, vel civitatem, reſpectu cuius eſt delegatio facta, præter quam, ſi utraque pars conſentiat, ut notat Abbas in *c. Nonnulli n.* 7. *de reſcript.* ubi docet, quòd Judex delegatus non poſſit exire locum ſuæ commiſſionis, adeò ut ſi reſpectu alicuius loci certi commiſſio facta ſit, non poſſit extra talem locum judicare. Sin verò Reus poſſit conveniri coram Iudice ad quem, ſive ratione domicilij, ſive beneficij, ſive contractùs, tunc ad eundem locum per reſcriptum Apoſtolicum trahi poteſt, imò & ad eandem illam Diœceſin, ut notat Abbas in *c. Dilectus n.* 4. *de reſcript.* quia ſicut Reus coram Ordinario in Diœceſi poſſet conveniri, ita etiam coram delegato Papæ, quia is in omnibus locis concurrit pari juriſdictione cum Prælatis Ordinariis.

24 Quæritur ſeptimò, an qui contra adverſarii intentionem excipit, ceuſeatur eam fateri? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. Cùm venerabilis* 6. *b. t.* ubi ponitur hoc exemplum: Epiſcopus Sabinenſis vindicavit ſibi eccleſiam cum ſuis poſſeſſionibus pertinentibus fundans ſe in jure Dominij, vel quaſi Dominij, quod tamen probare non poterat: Monaſterii autem Procurator excepit de facta permutatione; ſed non propterea abſolutè confeſſus eſt, Epiſcopum jus Dominij, vel quaſi Dominij habuiſſe in eccleſia, & poſſeſſionibus ad ipſam pertinentibus: ſed poſito, quòd habuiſſet, adhuc tamen iſtud permutatione tranſlatum fuiſſet, tametſi ex ſolo contractu permutationis id ſufficienter non oſtendatur. Ratio eſt, quia eo ipſo quòd aliquis vult in judicio contendere, ſupponitur quantum poteſt velle ſe oponere intentioni adverſarii, & præſumitur, pquòd in dubio nolit eam confiteri: cùm igitur Reus non unâ tantùm defenſione negatæ intentionis uti poſſit, ſed pluribus aliis exceptionibus, poſito, quòd Actor videatur ſuam intentionem probaſſe; ideo rectè præſumitur, quòd ſi Reus in judicio contendens excipiat contra adverſarium, quòd non ſtatim eius intentionem fateatur, quia talis exceptio una cum negata intentione poteſt conſiſtere *l. ſiquidem* 9. *b. t.* Tum quia ſi excipiens diceretur confiteri intentionem Actoris, eadem exceptio pareret duos contrarios effectus, nimirum, quòd aliquis circa idem fateretur, & negaret, quod ſanè inconveniens eſſet *c. Majores de Baptiſmo*, & *l. qui hominem* §. *fin. ff. de ſolut.* unde cùm Reus per exceptionem neget intentionem adverſarij, non eſt congruum, quòd per ipſam dicatur eam fateri *l. Non utique ff. de except.* Hinc ſi Petrus agat contra Pſulum, & petat ab eo centum aureos ſibi debitos ex mutuo eidem dato, & Paulus excipiat, & opponat ſe jam ſolviſſe Petro centum illos aureos: vel Petrum ſibi pactum feciſſe, eos non petendi; per hanc exceptionem non fatetur Paulus debitum: quia ex eo, quòd quis ſolverit, non ſequitur, quòd fuerit debitor, quia etiam per errorem poteſt indebitum eſſe ſolutum, adeò ut poſſit iterùm repeti per conditionem indebiti. Eadem ratione ex eo, quòd Petrus fecerit Paulo pactũ de non petendo, non ſequitur, quòd verè fuerit debitum, quia poterat eſſe, quod illud naturaliter tantùm erat debitum; vel nullo modo.

Rurſus neque ex eo, quòd quis dicat: in- 25
terrupi præſcriptionem; videtur fateri alterum præſcripſiſſe, ſed potiùs negare, quod præſcripſerit, eò quòd nondum completa erat præſcriptio; vel ſi completa erat fortaſſis facta fuit ſine titulo, & bona fide. Quamobrem cùm huiusmodi exceptiones poſſint ſimul conſiſtere cum negatione intentionis adverſarij non eſt cenſendum, quòd excipiens per ſuam exceptionem fateatur id, quod intendit adverſarius, ut notat Gloſſa in *d. c. cùm venerabilis* 6. *b. t.* ubi etiam addit, tutiùs eſſe, ſi Reus opponat exceptionem non abſolutè, ſed conditionatè, & dicat: Frater non confiteor hoc, quod dicis; ſed ſi feciſſem factum eſt mihi pactum de non petendo: vel nego, me tibi promiſiſſe, ſed poſito, quod promiſiſſem, tibi tamen jam ſolvi, vel tu mihi pactum feciſti de non petendo debito; & ita de aliis ſimilibus, quia tunc Actor non poteſt ſe fundare in aliqua tacita confeſſione; ex quo excipiens obligationem negavit: alioquin ſi excipiens ſimpliciter diceret, ſi obligatio præceſſit, ut tu aſſeris, tamen tu mihi pactum feciſti de non petendo; tunc enim excipiens videretur fateri præceſſiſſe obligationem: & quòd ipſe teneatur probare pactum de non petendo: quamvis revera etiam in tali caſu excipiens non fateatur obligationem.

Dantur tamen plures caſus in quibus 26
Reus excipiens habetur pro confeſſo. Primò ſi expreſsè fateatur debitum, quamvis adnectat exceptionem ſeparatam, ut ſi dicat, fateor quidem debitum, ſed illud jam ſolvi, in hoc enim caſu niſi excipiens probet exceptio-

nem,

nem, habetur pro confeſſo, & condemnatur quia exceptio eſt ſeparata à confeſſione; & Actor rectè ſe fundat in pura, & abſoluta confeſſione Rei, rejectâ exceptione, niſi probetur, ut notat Abbas in *d. c. cum venerabilis 6. n. 26. h. t.* Secundò, quando contra excipientem militat aliqua præſumptio, ut ſi Reus dicat, fateor quidem, fuiſſe Paulum à me occiſum, ſed quia me iniuſtè fuit aggreſſus, & ut me purè defenderem: tunc enim niſi probetur iniuſta aggreſſio, & naturalis defenſio habetur pro confeſſo, ut notat Felin. in *d. c. cum venerabilis n. 15.* ubi plures ponit limitationes.

27 Quæritur octavò, an exceptio rei iudicatæ competat ceſſante cauſa, ob quam ſententia lata fuit? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. Adverſario 13. h. t.* ubi ponitur exemplum. Reus enim per ſententiam abſolutus fuit, quia tunc non poſſidebat; ideo ſi poſtea poſſidere incipiat, non poteſt ſe defendere exceptione rei judicatæ, quo minùs teneatur reſtituere. Rurſus qui promiſerat ſub conditione ſe aliquid daturũ, ſi tali die abſolutus eſſet, ſi conditio nondum fuerit impleta, vel dies nondum advenerit, non poteſt ſe defendere exceptione latæ ſententiæ, poſtquam dies advenerit, vel conditio fuerit impleta. Ratio eſt quia quando Judex exprimit cauſam in ſententia abſolutoria, vel condemnatoria, ad limites illius eſt ſententia amplianda, vel reſtringenda *l. non intelligitur ff. de jure fiſci e.* pari pacto, ſi non exprimatur, quando ex aliis conjecturis apparet, ex qua cauſa Judex motus fuerit ad talem ſententiam ferendam *c. ſicut*, & *c. cùm Bertholdus de re judic.* & docet Bartolus in *l. ſi quis ad exhibendum ff. de except. rei judic.* ſiquidem qui abſolvitur, vel condemnatur ex una cauſa, non per hoc cenſendus eſt innocens, vel culpabilis ex alia *c. Examinata de judic. l. cum quæritur ff. de except. rei judic.* & quia abſolutio, quæ conceditur alicui, ex eo, quòd tempore motæ litis rem petitam non poſſideret, eadem abſolutio eidem forſan non concederetur, ſi rem illam poſſideret. *l. fin. ff. de except. rei judic.* ſequitur, quòd ſi poſtea incipiat illam poſſidere, poſſit iterum conveniri.

28 Quamobrem, ut exceptio rei iudicatæ obſtet in judicio, debet eſſe eadem prorſus res, eadem quantitas, quæ petitur, ut etiam idem jus, ſeu cauſa petendi: alioquin qui tempore litis conteſtatæ rem poſſidet, ſi poſtea tempore latæ ſententiæ non ampliùs eam poſſideat, conventus actione reali, ſeu rei vindicatione non poteſt condemnari, ſed debet abſolvi *l. ſin autem 27. § poſſidere ff. de rei vindic.* ubi habetur, quòd poſſidere aliquis debeat tempore litis conteſtatæ, vel quo res judicatur, vel ſaltem temporæ latæ ſententiæ; tametſi priùs non poſſideret: ſiquidem Reus per ſententiam debet condemnari ad reſtituendam rem: & ſi ampliùs rem non habeat, nec poſſideat, non poteſt eam reſtituere, proinde neque condemnari per ſententiam ad eam reſtituendam, ſed abſolvendus eſt.

29 Cæterum non eſt neceſſe, ut habeatur juſta, & legitima poſſeſſio ad ferendam ſententiam condemnatoriam; ſed ſufficit nuda rei detentio, ut notat Abbas in *d. c. Adverſario 13. n. 5. h. t.* Excipitur tamẽ, niſi Reus conventus dolo, vel lata culpa deſierit poſſidere; tunc enim condemnandus eſt ad rei reſtitutionem, vel in re, vel in æquivalente, perinde ac ſi poſſideret, quia pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſit poſſidere *reg. jur. 36. in 6.* Verùm onus probandi, quod dolo aliquis deſierit poſſidere incumbit adverſario, quia dolus non præſumitur; niſi probetur *l. quoties 18. ff. de probat.* Excipitur etiam, niſi qui dolo, vel ſuâ culpâ deſijt poſſidere, pretium acceperit pro eadem re vendita, quia tunc ſi non poſſit rem venditam recuperare, tenetur eius pretium reſtituere Domino rei; quia pretium ſuſcepit loco rei *l. Item ſi. 15. §. ſi quis ff. de rei vindic.*

Quæritur nonò, an pro defenſione ſuæ eccleſiæ poſſit quis opponere exceptionem excommunicationis, periurii, vel aliam legitimam taliter; ut per replicationem excommunicationis, vel periurii repelli non poſſit. Reſpondetur affirmativè ex declaratione Honorii in *c. dilecti 8. h. t.* ubi Pontifex reſcribit, ut Canonici excommunicati, & periuri poſſint opponere exceptionem excommunicationis, & periurii contra aliquem in defenſionem ſuæ eccleſiæ, & non poſſit hic alius replicare exceptionem excommunicationis, & periurii contra Canonicos; ne excipiant contra ipſum: & quicquid factum erit poſt appellationem irritatur. Ratio eſt, quia tunc excipiens agit de damno vitando, & de propria defenſione: ſecus replicans tractat de lucro acquirendo, & de impugnandos excommunicati verò, & alii criminoſi, licèt prohibeantur agere in iudicio, non tamen prohibentur ſe defendere, neque excluduntur à judicijs ſpectantibus ad propriam defenſionem. Tum quia huiuſmodi replicatio non elidit exceptionem, quia Reus non criminis relatione, ſed innocentiæ probatione purgatur *l. negandi C. quis accuſ. non poſſ.* præterea cùm non debeat quis admitti ad probandum, quod probatum non relevat *l. ad probationem C. de probat.* ſequitur, quòd talis replicatio, ut impertinens, & facta à perſona inhabili non debeat admitti, nec impediri per ipſam legitima defenſio facta pro bono eccleſiæ. Sicut enim ſe habet exceptio ad actionem, ita replicatio ad exceptionem, & ſicut omnis exceptio peremptoria debet neceſſariò excludere actionem, ſive intentionem, & ius agentis: ita omnis replicatio debet oppoſitam exceptionem elidere: alioquin eſſet reiicienda ut inutilis, unde ſicut exceptio, quæ non excludit actionem repelli debet, ita etiam replicatio, quæ non excludit exceptionem; quia generatim nemo admittitur ad probandum id, quod probatum probantem non relevat *l. ad probationem 21. C. de probat.* unde quando replicatio non adiuvat replicantem, eò quia non excludit, nec impedit exceptionem, admitti non debet. 30

Quòd ſi obiicias textum in *c. Exhibita 19. de judic.* ubi cùm Canonici ſe opponerent contra electionem Epiſcopi, & electus exciperet, quòd Canonici illi eſſent excommunicati, fuerit talis exceptio admiſſa. Reſpondet Gloſſa ibid. *v. Excommunicationem*, cauſam eſſe diverſam, quia 31

Canonici in *d. c. Exhibita* ultrò agebant contra
electum ad irritandam eius electionem, proinde
rectè per oppoſitam exceptionem excomunica-
tionis axcluſi ſunt ab agendo, quia excomunica-
ti prohibentur agere in judicio, & tantùm per-
mittuntur ſe defendere: ſecus in *c. dilectis* 8. *h.*
t. ipſe electus petebat confirmationem, & age-
bat contra Canonicos, ut declararetur legitimè
electus; & quia Canonici ſe illis oppoſuerunt
ob defenſionem ſuæ eccleſiæ objicientes excep-
cionem excommunicationis, & periurii, ideo
contra ipſos non admittitur replicatio excom-
municationis, vel eriminis: quia ſi excommu-
nicatus pro defenſione juris proprii poteſt ſe
opponere excipienti in judicio, multò magis
poterit ſe opponera ad defendendum jus ſuæ ec-
cleſiæ, ne Prælatus indignus eidem præſicia-
cor; cum plurimum interſit pro utilitate, pro-
fectúque ſpirituali animarum, ut nonniſt præ-
lati digni eidem præficiantur.

Quæricur decimò, quomodo Reus, qui
32 contra Actorem de excommunicatione excipit,
debeat ſe gerere, ut eum repellat ab agendo?
Reſpondetur, teneri ſpeciem ipſius excommu-
nicationis, & nomen excommunicatoris expri-
mere, eámque intra octo dies probare, alioqnin
Judex procedit in cauſa, & illum condamnat
in expenſis, ut deſumitur ex *c. Pia* t. *h. t. in*
6. ubi Innocentius IV. reſcribit, quòd excipiens
de excommunicatione contra Actorem, debeat
in publics notione exprimere ſpeciem excom-
municationis, & nomen excommunicatoris,
& rurſus debeat apertiſſimis documentis infra
octo dies non computsndo diem, in quo exci-
pit, probare exceptionem, quam ſi non proba-
verit Judex, debeat illum condemnare in expen-
ſis, quas Actor fecit his diebus, & debet etiam
procedere in cauſa. Quamvis eccleſia ſtatue-
rit, ut exceptio maioris excommunicationis in
quaeunque parte judiciorum oppoſita lites diffe-
rat, & repellat agentes, ut inde cenſura eccleſia-
ſtiea magis timeatur, excommnnicationis peri-
culum declinetur, & vitium contumaciæ coër-
ceatur, & excommunicati dum à communibus
actibus excluduntur, rubore ſuffuſi ad humili-
tatis gratiam, & reconciliationis affectum fa-
ciliùs inclinentur: nihilominus quia ſuccreſcente
hominom malitiâ, quod ab inirio proviſum
fuerat in remedium, poſtea tenderet in vene-
num, & noxam; eò quia in cauſis eccleſiaſticis
frequentiùs huiusmodi exceptio per malitiam
opponeretur, & contingeret multoties differre
negotia, & partes deſatigari laboribus, & ex-
penſis; ideo quia morbus iſte quaſi communis
irreperet, ad medelam eidem adhibendam ractè
ſtarutum ſuit, quód excipiens axcommunicatio-
nem axprimat eius ſpeciem, & nomen excomu-
nicatoris, & quod intra octo dies (eo in quo pro-
ponitur, non computato) debeat probare apertiſ-
ſimis documentis, quòd ſi non probaverit, judex
in ſua cauſa debeat procedere, & condemnara
Reum in expenſis, quas Actor fecit illis diebus.

33 Quòd ſi iterum obſiciatur eadem, vel alia
excommunicatio, Actor excluditur, quia poteſt
contingere, quod poſt octo illos dies aſſignatos
pro tarmino ad hanc axceptionem opponendam
nova probationis copia Reo præſentetur, pro-
inde quia probationes, non ſunt nimium coar-
ctandæ *authent. de teſt. col.* 7. ſequitur, quòd ſic
eut providetur, ne Reus poſſit hanc exceptio-
nem malitioſè quocunqua tempore obiicere; ita
eidem ſuccurritur, ut non ſolùm in illo primo
cermino octo dierum poſſit eam opponere, ve-
rùm etiam poſt illum primum terminum, ſi du-
rante inſtantia judicij, & ſuccedente copia pro-
bationis de eadem excommunicatione, vel etiam
aliâ voluerit excipere, poſſit iterum intra alios
octo dies opponere, & probare, ut Actor in ſe-
quentibus actibus judicij excludatur, donec me-
ruerit gratiam obtinere abſolucionis.

Verùm quæ interim acta ſunt, ſuum ſor- 34
riuntur valorem, quia ſactum non debet legiti-
mè retractari, tametſi caſus poſtea oriatur, à quo
non potuit inchoari *c. factum de reg. jur in 6.*
Tum quia multa prohibenrur fieri, quæ tamen
facta tenent, & quia lites ſunt amputandæ *c. fin.*
de dolo, & con. fit, quòd licèt excommunicatus
non poſſit ſtare in judicio, ur Actor, nec poſſic
nt talis impetrare reſcriptum *c. 1. de reſcript. in*
6. ſi tamen ſuerit detectus excommunicatus,
poſtqnam Reus non obiecic excommunicatio-
nem in primo tarmino ei aſſignato, ne lites ni-
mium protrahantur ſuſtinentur acta judicii ſacta
usque ad tale tempus cum actore excommunica-
to, ut notat Gloſſa in *d. c. 1. de reſcript. in 6.*
Non tamen ultra duas vices poteſt huiusmodi
exceptio opponi; ratio eſt, quia qui frequentiùs
obiicit exceptionem criminis, præſumitur ma-
litioſus calumniator, & quòd velit indebitè li-
tem protrahere *c. licèt 3. de teſt.* & *l. fin. de dila-*
tion. & quia malitiæ non eſt indulgendum *c. ple-*
tumque de reſcript. & lites ſunt abbreviandæ, ut
litigantes parcant ſumptui *l. propter C. de jud.*
ideò rectè ſtatuitor, ne ultra duas vices huius-
modi exceptio opponatur.

Excipitur tamen, niſi ex nova cauſa, quia 35
ſi evidens, & prompta probatio antiquæ ex-
communicationis ſupervenerit, vel etiam nova
excommunicatio emerſarit, ceſſat tunc præſum-
ptio malitiæ, quòd adverſarius doloſè eam diſſu-
lerit obiicera *c. Præſentium de teſtib.* Tum quia,
cùm non poſſit nova infligi excommunicatio
ſine nova culpa, & quæ de novo emergunt
novo indigent auxilio *l. de ætat, §. de interrog.*
ideo ſicut Actor axcommunicatus potuiſſet ex-
cludi à judicio ante hos terminos: ita ex cauſa
juſta conceditur Reo facultas excipiendi, quin-
imò ſi poſt rem judicatam talis exceptio propo-
natur, impeditur executio ſententiæ, quia hæc
eſt quædam ſpecies actionis ortæ ex re judicata,
& quia excommunicatus prohibetur intentare
actionas, ſequitur, quòd exceptio excommu-
nicationis impediat executionem latæ ſenten-
tiæ in favorem Actoris excommunicati.

Sententia tamen lata ſuum ſortitur valo- 36
rem, quia quod aſt legitimè ſactum, ex alio
aventu non debet retractari *l. Barbarius ff. de*
offic. Prætor. hinc quia judicium actum cum ex-
communicato eſt validum, donec exceptio
excommunicationis ei objiciatur, ut notat
Gloſſa *in c. 1. de reſcript. in 6.* ſequitur,
quòd ſententia, quæ præceſſit hanc exce-

Digitized by Google

ptionem non minorem obtineat valorem, ac ſi tempore ſententiæ non fuiſſet excommunicatus.

37 Cæterum Judex tenetur ex officio repellere publicè excommunicatum, quamvis Reus nil opponat, ab agendo in iudicio: ratio eſt perſpicua, quia Judex tenetur impedire peccata, ne fiant *c. 1. de offic. ordin.* & publicum bonum indemne conſervetur *l. quos Prætor ff. de poſtul.* & quia excommunicatus prohibetur eſſe actor in iudicio, tum ob ſalutem animæ illius, & aliorum, qui peccarent, ſi cum excommunicato communicarent, tum ob publicum bonum reipublicæ Chriſtianæ, ne hæc tam gravis eccleſiaſtica cenſura contemnetur, ſit quòd ſi actor excommunicatus ſit publicè, & hoc Iudex noverit, tametſi de hoc Reus non excipiat, debeat Judex ex officio actorem repellere.

38 Quæritur undecimò, an ſuſpecto Præſide alicujus iuridici conventus cenſeantur ſuſpecti aliqui Judices ejusdem tribunalis, & quibus ille præeſt? Reſpondetur affirmativè, eſtque ſententia communis, quam docet Baldus in *lib. 1. l. ſi Rector Provinciæ*, Alexander *conſ. 40. num. 2. lib. 2.* Ripa in *c. 1. num. 41 de iudic.* Ratio ex eo deſumitur, quia quando caput eſt ſuſpectum, reliqua membra ſub eodem capite cenſentur itidem ſuſpecta; quia membra dependent à capite, cui obſequuntur, nec audent ei adverſari, quo fit, ut reliqui Judices in eodem tribunali debeant abſtinere a iudiciis, ſi eorum Præſes ob ſuſpicionem ab iisdem excludatur; imò notat Brunus *conſ. 31. num. 9.* ob ſuſpicionem ſuperioris ſuſpectos fieri etiam omnes ejus officiales. Hinc Epiſcopo ſuſpecto, & recuſato cenſetur etiam ſuſpectus, & recuſatus eius Vicarius, ut deciſum fuit à Rota Romana in una Theatina bonorum coram Cantutio 24. Januarii 1575. Quamobrem ſuſpenſa iurisdictione Epiſcopi, quando eſt notorius Clerici percuſſor, vel denuntiatus, ſuſpenditur etiam iurisdictio in eius Vicario; eò quia Epiſcopi, & ejus Vicarii ſit unum, ac idem tribunal. Imò id procedere etiam quoad negotia incœpta ante Epiſcopi excommunicationem, liquet ex *c. 1. de offic. Vicar. in 6.* ibi: *Ea tamen, quæ ipſi gerendo hujusmodi vices agunt, eo taliter excommunicato manente, (ſi iurisdictionem tantùm recipiunt ab eodem) non poſſunt obtinere vigorem*: & docet etiam Felin. *in c. Inſinuante num. 2. de offic. delegat.* Idque etiam procedit de Epiſcopo interdicto, vel ſuſpenſo, quando eſt denuntiatus: quia ante denuntiationem ſicut Epiſcopus retinet iurisdictionem quoad uſum; ita etiam eius Vicarius, ut docet Rebuff. *in prax. benef. tit. de for. vicariat. num. 217.*

39 Verùm ſi ſuſpenſa per excommunicationem Epiſcopi iurisdictione, vel etiam per ſuſpenſionem denuntiatam, ejus Vicarius aſſiſtat matrimonio; vel id committat alicui ſacerdoti, adhuc matrimonium ſuum ſortitur valorem: ratio eſt, quia talis aſſiſtentia, vel commiſſio aſſiſtendi non eſt actus iurisdictionis, proinde poteſt validè fieri ab excommunicato non tolerato, ut notat Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 21. num. 4. & diſp. 39. num. 10.* Imò iuvat etiam obſervare, quòd in auditorio Romanæ Rotæ paſſim habetur pro valido proceſſus factus per Judicem recuſatum, ſi pars contraria non appellet, ut notat Lancellot. *de attent. 2. p. c. 6.* ubi ad id probandum plures congerit eiusdem Rotæ deciſiones: ratio ex eo petitur, quia iurisdictio ſæpe confertur Judici ab ipſis litigantibus, eam tacito, vel expreſſo conſenſu prorogantibus; dummodo Judex tacitè, vel expreſsè conſentiat *l. 2. §. ſi & Iudex ff. de iudic.* & docet Innocentius in *c. de cauſis de offic. deleg.*

Idque procedit, non ſolùm ſi prorogetur iurisdictio de tempore ad tempus, ſed etiam de re ad rem, etiam absque expreſſo conſenſu partium, ut docent plures, quos refert, & ſequitur Vantius in *tract. de nullit. tit. quib. mod. ſententia nulla defendatur num. 77. & 78.* ubi ſubdit tacito, vel expreſſo partium conſenſu iurisdictionem de perſona ad perſonam prorogari, & alterum Judicem pro altero ſuſcipi *l. 2. §. convenire ff. de iudic.* proinde parte contraria non appellante geſta per Judicem recuſatum ſuum ſortiuntur valorem, ut notat Lancellot. *l. 1. diverſ. deciſ. 563. num. 2.* Hinc etiam Procurator, ſi producat falſam ſcripturam mandati, & pars contraria non opponat, etiam tunc cenſetur hæc approbare tale mandatum, ut notat Bartolus in *l. licèt C. de procurat.* & docet Craveta *conſ. 150. num. 2.* ſiquidem qui tacet in iudicio, habetur pro conſentiente *c. 2. de appell. in 6.* ut notat Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 45.* Quinimò etiam iudicium carens requiſitis ſolemnitatibus ſubſiſtit, ſi adverſarius non reſiſtat, ut notat Craveta *conſ. 150. num. 2.* ſicut etiam valent probationes, quæ intra certum tempus præfixum non fuerunt adductæ, ſi admittantur parte nil opponente, ut notat Alexander *conſ. 167. in fin. l. 2.* Eodem pacto quamvis excommunicatus non poſſit convenire in iudicio *c. Intelleximus de iud.* nihilominus ſi compareat, & adverſarius nil obiiciat, valet iudicium cum eo actum, ut notat Abbas in *d. c. Intelleximus*, & docet Decius in *l. In ambiguis §. non eſt novum de regul. iur.* Hinc liquet plura ſuſtineri in iudicio, eò quia adverſarius non contradicat. 40

Quæritur duodecimò, à quónam eligendi ſint arbitri, qui de oppoſita ſuſpicione cognoſcant? Reſpondetur eligendos eſſe ab ipſis litigantibus, ut docet Papiens *in pract. in forma declinatoria iuriſdict. in Gloſſa Iudicem ſuſpectum. num. 1.* ratio eſt, quia quando in Judice excipitur ſuſpicio gravis, & fundata, tunc de nullo caſu Judex cognoſcit, ſed debent partes litigantes arbitros eligere, qui de eadem cauſa pronuntient, ut deſumitur ex *c. ſuſpicionis ext. de offic. deleg.* & *c. requiris de appellat.* quia tametſi Judex poſſit de ejus incompetentia in certis caſibus cognoſcere, nihilominus, quando allegatur ſuſpicio, Judicis fama, & conditio aggravatur, proinde nequit Judex ita aggravatus cognoſcere de ſua incompetentia, ut notat Papiens. *loc. cit.* quo autem tempore ſint arbitri eligendi, non conveniunt Doctores Papienſis in *forma declinatoria iuriſdict. in Gloſſa in exceptionibus in v. iure canonico* putat recuſantem debere ſimul cum ipſa recuſatione nominare ſuum 41

arbitrum; & ſi ſecus fiat, addit, recuſationem poſtea non ſuſtineri, huic ſententiæ adhærent Abbas in *ſua practica in forma recuſandi Iudicem num. 1.* Gemin in *c. legitima de appellat. in 6.*

42 Alii volunt ſecundùm ius civile *l. fin. C. de iud.* arbitros eſſe eligendos infra tres dies, & volunt ad hanc electionem faciendam eſſe citandum adverſarium *argum. l. de unoquoque ff. de re iudic.* Verùm ſi quæratur, infra quantum temporis debeant arbitri electi cauſam ſuſpicionis definire, non eſt in iure deciſum. Imò Judices electi poſſunt cogi à Judice recuſato ad acceptandum compromiſſum, ut notat Papiens. *loc. cit. in Gloſſa rationibus, & cauſis num. 4.* quia tametſi Judex recuſatus quoad alia dicatur habere manus ligatas poſt recuſationem propoſitam; adhuc tamen durat iuriſdictio ipſius Judicis *c. cùm ſpeciali de appellat.* & notat Gloſſa in *c. ſuſpicionis de offic, deleg.* quapropter arbitrio Judicis recuſati relinquitur conſtituere terminum, intra quem teneantur arbitri allegatam ſuſpicionem expedire; & ſi non expediant, & negligenter procedant, poteſt Judex recuſatus ad ulteriora liberè procedere *c. Cùm ſpeciali, & c. Requiris de appellat.* Quinimò diſcordantibus inter ſe arbitris in procedendo, vel cognoſcendo poteſt Judex recuſatus adigere partes litigantes, ut eligant tertium arbitrum, & tunc id præſtat Judex, non ut elector, ſed ut compulſor, ùt ſic ſtetur ſententiæ duorum *c. Cùm ſpeciali de appellat.* & notat Felin. in *cap. ſuſpicionis n. 1. de offic. deleg.* Quinimò ſi partes diſſentiant in eligendis arbitris, poteſt Judex eligere, ut notat Jaſon *n. 4. C. de iudic.*

43 Quæritur tertiodecimò, ad quem devolvatur cauſa principalis, quando arbitri cognoſcunt cauſam ſuſpicionis, ſeu exceptionis eſſe iuſtam? Reſpondet Papiens. *loco cit. in forma declinatoria iuriſdictionis in Gloſſa Judicem ſuſpectum num. 8.* eſſe tunc de iure codicis, alium Judicem non ſuſpectum locò ſuſpecti ſubrogandum per *l. apertiſſimi de iudic.* de iure verò authenticorum, ait, Judicem recuſatum quamvis deprehenſum ſuſpectum, non eſſe in totum excludendum, ſed eidem addendum ſocium Epiſcopum loci; vel eo deficiente alium Judicem, idque deſumitur ex *authent. ſi verò contigerit. C. de iudic.* Verùm Abbas in ſua *pract. in forma recuſandi Iudicem.* cenſet, in tali caſu Judicem recuſatum teneri cauſam remittere ad ſuum ſuperiorem, ut hic de illa cognoſcat; vel de conſenſu recuſantis teneri eam alteri committere, & nititur ea ratione, quia tametſi deprehendatur ſuſpectus in cognoſcendo, non ita eſt ſuſpectus in committendo, imò in *c. Cùm ſpeciali. 16. de appellat.* addit, poſſe Judicem recuſatum irrequiſito recuſante cauſam alteri delegare, eò quia neque in delegendo ſit ſuſpectus; Abbati adhæret Oſaſc. *deciſ. 15. in fin.* ubi allegat deciſionem Senatùs Pedemontani.

44 Alii, inter quos Jodochus in *pract. civil. c. 125. num. 8.* cenſent, eoſdem arbitros poſſe dare ſocium coniudicem Judici recuſato. In hac autem opinionum, ac ſententiarum varietate putârim de iure ſervandam eſſe diſpoſitionem *authent. ſi verò contigerit C. de iudic.* iuxta quam Judici recuſato aſſociatur loci Epiſcopus; quia verò id de conſuetudine non ſervatur: ſententia aſſerentium, quòd ſi Judex recuſatus ſit delegatus Principis, cauſa debeat remitti ad ſuperiorem abſque additione alterius conjudicis, ut provideat de alio Judice, videtur cæteris præferenda, & deſumitur etiam ex *c. Iudex de offic. deleg.* ubi eſt ſermo de delegato Papæ.

45 Sin verò Judex recuſatus ſit Epiſcopus, vel alius Ordinarius, tunc cauſa principalis, vel remittenda eſt ad ſuperiorem; vel de conſenſu recuſantis committenda eſt alteri, & eſt ſententia communis referente Felino in *c. ſi quis contra Clericum num. 3. de for comp.* non ita tamen ſi Judex recuſatus fuerit delegatus etiam à Papa, quia tunc non poteſt facere commiſſionem illam etiam de conſenſu recuſantis *c. ut Iudex de offic. deleg.* Quòd ſi Judex recuſatus fuerit Vicarius generalis Epiſcopi, aut eius delegatus, tunc cauſa recuſationis examinanda eſt coram Epiſcopo, & per arbitros, & deſumitur ex *c. ſi contra unum de offic. deleg. in 6.* Sin verò Judex recuſatus fuerit ſubdelegatus delegati à ſummo Pontifice, tunc nec per arbitros eſt cauſa cognoſcenda, & decidenda, ſed coram delegato ſummi Pontificis *c. ſuper quæſtionem 27. §. quem verò de offic. deleg.*

46 Quæritur qoartodecimò, qoidnam poſſint, qui aſſociantur Judici per exceptionem recuſato? Quia Judex recuſatus ut ſuſpectus non removetur in totum, ſed eidem additur ſocius, quæritur, quódnam munus tunc obire poſſit additus Judici recuſato. Certum eſt, recuſantem Judicem teneri in primis deponere certam ſum̃am pecuniæ ad arbitrium Judicis, & neceſſariam ad expenſas coniudicis, imò ſi eam non deponat intra breve tempus non obſtante recuſatione, moris eſt in aliquibus locis, ut ad olteriora procedatur. Nonnunquam etiam pignora capiuntur, quæ poſtea dantur venum, ſi qui Judicem recuſavit, detrectet ſolvere pro facto ſumptus. Reſpondetur ad quæſitum, tam Judicem recuſatum, quàm ſocium in cauſa civili cognoſcere ſuper cauſa. Quòd ſi inter ſe diſcordent, cauſa tunc devolvitur ad ſuperiorem: ratio eſt, quia cùm ſocius, ſeu coniudex ſit tunc delegatus, non poteſt vices ſuas committere tertio, ut decidat cauſam.

47 Verùm id procedit, quando Judex recuſatos profert unam ſententiam, & ſocius, ſeu conjudex alteram, quæ non poteſt cum alia cohærere. Quòd ſi à neutra ſententia appelletur, tunc utraque tranſit in rem iudicatam, & ex illis ſuſtinetur, quæ pronuntiata fuerit in favorem Rei, vel cauſæ piæ, vel etiam pro quacunque alia de ſe, & ſecundùm ſe exigente favorem aliquem, ut ſunt cauſæ matrimoniales, libertatis, dotis, vel teſtamenti. Quòd ſi appelletur, quando promuntur diſcordes ſententiæ ab ea, quæ magis favet reo, vel cauſæ favorabili, tunc poteſt in gradu appellationis cauſa remitti ad ſuperiorem, ut confirmet, vel emendet, prout ſibi, & iori, ac rationi magis conſonum viſum fuerit. Convenit tamen Reo, vel cauſæ piæ appellare à

ſen-

ſententia contra ſe lata; ne tranſeat in rem iudicatam. In cauſis verò criminalibus, ſi Judex recuſatus ſit delegatus, illi tunc aſſociantur duo Decuriones, quorum tamen votum non prævalet voto Judicis recuſati, tametſi ſint ſuffragia duorum: quia duo aſſociati reputantur in voto pro uno, & Judex recuſatus pro alio; & deſumitur ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. c. 6. de refor.* ibi: *Eligat ex capitulo duos*, & poſtea ſubdit: *Unum autem tantùm ſit utriuſque votum*, unde votum duorum Decurionum non prævalet voto Judicis recuſati.

48 Quòd ſi voto Judicis recuſati accedat votum unius Decurionis, ſtandum eſt ſententiæ Judicis, quia Judex, & alter ex duobus aſſociatis conſtituunt majorem partem, quæ in iudiciis ferendis debet prævalere, ut docet Guttier. in *pract. lib. 1. q. 94.* imò id procedit tametſi recuſatus fuerit delegatus, quia tunc conjudices aſſociati, ſunt & ipſi delegati, ut etiam Ordinarii; & quilibet eorundem habet ſuffragium, ſeu votum integrum: hinc ſi alter ex electis adhæreat parti Electoris, hæc ſubit incrementum, & prævalet, ut notat Guttier. *loc. cit. q. 94. n. 3.* ubi etiam addit, Decuriones accedentes Ordinario recuſato habere ordinariam poteſtatem per *l. duo ex tribus ff. de re iudic.* & docet Caſtrens. in *authent. ſi verò contigerit de iudic.* proinde ſi Decuriones aſſociati diſcordent à Judice recuſato, tunc major pars prævalet.

49 Quæritur quintodecimò, an Reus, qui ratione contractûs ſe obligavit reſpondere ubique locorum, & coram quocunque Judice, poſſit opponere exceptionem declinatoriam fori? & quid, ſi obligationi additum fuerit iuramentum? Certum eſt poſt exceptionem ſuſpicionis, quæ primo loco opponitur ante litis conteſtationem, ſequi exceptionem declinatoriam fori, ſeu incompetentiæ Judicis, & hanc eſſe itidem objiciendam ante omnes alias dilatorias ante litis conteſtationem: quia ſi alia priùs exceptio objiceretur, jam Reus objiciens videretur Judicem interpellare, ut ſuper illa pronuntiet; proinde videretur ex conſequenti conſentire in Judicem non ſuum, ac illius iuriſdictionem prorogare *l. ſed, & ſi ſuſceperit. ff. de iudic.* & docet Menochius *de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 19.*

50 An verò poſſit opponi exceptio declinatoria fori, quando Reus in contractu inito ſe voluit obligare, ut poſſit ubique locorum, & coram quocunque Judice conveniri? Reſpondetur, de iure hanc promiſſionem non inducere obligationem, adeò ut poſſit, qui ita promiſit ante litis conteſtationem contradicere, & ipſum pœnitere ſuæ promiſſionis *l. ſi convenerit. ff. de iuriſdic. om. iudic.* quia iuriſdictio Judicis non ſui non poteſt prorogari per pactum extraiudiciale, imò Papienſ. in *pract. in forma de declin. iuriſdic. alicujus Iudic. in Gloſſa nec fuiſſe Iudicem num. 2.* ait, id procedere, quamvis interveniat ſtipulatio: addit tamen, poſſe tunc Reum conveniri ad pœnam, vel intereſſe *argum. l. diem proferre in fin. ff. de arbit.* ut notat Sigiſmundus in *prax. lib. 1. c. 22. num 26. & c. 101 num. 3.* ubi addit de conſuetudine oppoſitum ſervari in Romaniola.

Sin verò Debitor promiſerit ſe ſoluturum ubicunque fuerit inventus: tunc ubicunque reperiatur, poterit conveniri; quia ibi videtur tunc contraxiſſe *l. Titium, & Mævium §. 1. ff. de admiſt. tutel.* & docet Innocentius in *c. dilecti de for. comp.* ſecus tamen ſi per inſtrumenta promiſerit, ſe ſoluturum in quolibet loco, in quo meliùs actori placuerit: ratio eſt, quia tale pactum non obligat ultra jus commune, proinde talia pacta ſemper ſunt implicitè conditionata, & ſubintelligitur conditio, ſi debitor non conveniatur extra ſuum domicilium, ut notat Papienſ. *loc. cit. n. 3.* Hæc autem procedunt de ſimplici promiſſione. Quòd ſi per iuratam ſtipulationem quis ſe obligaverit, ut poſſit conveniri ubique locorum, tunc plures opinantur, promittentem prorogâſſe iuriſdictionem omnium Judicum, ac potuiſſe ſe ſubmittere cuicunque foro, eò quia potuerit renuntiare privilegio ſui fori, & ita præ cæteris docet Berojus *conſ. 138. n. 13. vol. 1. argum. l. ſi quis in conſcribendo.* hæc ſententia ex vigore ſtipulationis iuratæ eſt perquàm probabilis. Cæterum ſecluſo iuramento; & obtenta relaxatione putârim adhærendum priori ſententiæ. 51

Quæritur ſextodecimò, an Judex debeat ſtatuere certum terminum, intra quem exceptiones tam dilatoriæ, quàm peremptoriæ proponi debeant? Reſpondetur affirmativè; & deſumitur ex *c. Paſtoralis 4. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, ut Judex aſſignet certum tempus ad probandū omnes exceptiones dilatorias, quo tranſacto non poſſint partes ampliùs illas proponere; niſi priùs eas fuerint proteſtatæ, vel aliqua de novo competens orta fuerit: vel niſi iurent poſtmodum perveniſſe ad ſuam notitiam; quia ut notat Gloſſa ibidem per iuramentum probatur conſcientia alicujus, & tunc ſtatur iuramento in præiudicium partis, vel alterius. Ratio verò, cur Judex debeat hunc terminum ſtatuere; deſumitur ex eo, quia lites, quantum fieri poteſt; ſunt abbreviandæ, & intra competentem terminum expediendæ *c. fin. 5. de dol. & contum. l. properandum 13. in princ. C. de iudic.* & per dilatorias exceptiones nonnunquam malitioſè cauſarum terminatio prorogatur non ſine gravi contrariæ partis detrimento: unde ad hoc incommodum declinandum Judex ubi videt, quòd pars velit nimium litem prorogare, debet ei terminum ſtatuere, intra quem opponat quicquid in iudicio dilatoriè excipere intendit; ut habetur in *d. c. Paſtoralis 4. h. t.* & in *l. fin. C. de except.* Hic autem terminus regulariter præfigendus eſt ad inſtantiam partis, ubi tamen Judex viderit terminum hunc eſſe neceſſarium, ut notat Speculator de *dilationib. §. videndum.* 52

Idque procedit, quamvis lis nondum ſit conteſtata: ſiquidem præfixio termini habet vim conteſtationis litis: quia terminus à Judice ſtatutus ſuccedit in locum termini ſtatuti à iure *argum. c. Perſonas 4. & c. ſequent. de appellat.* unde ſicut exceptiones dilatoriæ regulariter opponuntur ante litis conteſtationem, ita ſi à Judice præfigatur terminus, intra quem ſint proponendæ in iudicio, debent intra eundem proponi, adeò ut elapſo termino Judex non debeat 53

am-

amplius excipientem audire, eò quia hæc præfixio termini vim habeat conteſtationis litis, ut notat Abbas in *d. c. Paſtoralis 4. hat.* & quia terminus Judicis ſubrogatus in locum termini iuris cenſetur idem cum termino iuris *cap. Cùm ſit de appellat.* & juxta terminum juris exceptio dilatoria objicienda ſit initio litis, & probanda poſt litem conteſtatam, poſtquam Actor monſtraverit quod aſſeverat *l. except. 6. de prob.* ideo qui poſt hunc terminum vult dilatorias exceptiones proponere, non debet ampliùs audiri.

54 Excipiuntur tamen tres caſus, in quibus etiam poſt elapſum terminum adhuc proponi poſſunt dilatoriæ exceptiones. Primus eſt, ſi Reus fuerit priùs proteſtatus, quòd ſalvæ ſibi debeant manere aliæ exceptiones, quas tamen nominatim, & in ſpecie tenetur exprimere, imò etiam in ſcriptis, ut poſtea ſuo tempore, & loco iterum exprimantur, & probentur: adeò ut non ſufficiat, ſi Reus in genere dicat *ſalvis aliis exceptionibus*, quia per hanc proteſtationem adhuc malitiosè cauſarum terminatio poſſet prorogari: conſequenter nec ſufficienter eſſet proviſum litibus abbreviandis, ut notat Gloſſa in *d. c. Paſtoralis v. proteſtata.*

55 Secundus ſi poſt terminum ad opponendas exceptiones dilatorias præfixum, & elapſum; vel etiam poſt litem conteſtatam aliqua exceptio de novo oriatur *argum. c. Inſinuante 25. de offic. deleg.* ubi habetur, quòd ſi unus litigantium factus ſit familiaris Judici, poſſit is ut ſuſpectus recuſari, & ratio deſumitur ex eo, quia quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio. Tum quia in caſibus de novo emergentibus ceſſat præſumptio malitiæ, quòd nimirum tunc petantur dilationes ad litem indebitè protrahendam. Tum quia copia probationum non eſt indebitè coërcenda, nec anguſtanda *authent. de teſtib. §. ſancimus col. 7.*

56 Tertius ſi tempore termini aſſignati competebat quidem Reo exceptio, ſed tunc ignorabat, eam ſibi competere: verùm tunc ſi velit excipere, tenetur juramentum emittere, ſe malitiosè non excipere causâ litis protrahendæ; ſed quia primùm notitiam talis exceptionis acceperit; & etiam procedit, ſi poſt litem conteſtatam volens excipere, primùm ad ipſum devenerit notitia exceptionis ſibi competentis, quam antea inculpabiliter ignoravit, ſibi competere: alioquin ſi poſt litem conteſtatam non admittatur ejus exceptio, debet id imputare propriæ negligentiæ, præſertim ſi culpabiliter ignoravit ſibi competere exceptionem. Notat tamen Gloſſa in *d. c. Paſtoralis 4. in fin. h. t.* id procedere in exceptionibus facti, non juris, ſeu ſi excipiens ignoravit factum, ſeu Judicem, quem recuſat, ut ſuſpectum, conſanguineum eſſe Actoris: ſecus eſt ſi ignoraverit, judicem ob hanc conſanguinitatem poſſe recuſari, quia hæc exceptio eſt juris, & non admittitur, cùm non liceat jus ignorari à litigantibus. Præter tres prærecenſitos caſus, qui habentur in *d. c. Paſtoralis 4. h. t.*

57 Sunt etiam alii plures caſus, in quibus etiam poſt terminum à Judice præfixum, & elapſum, proinde etiam poſt litem conteſtatam poſſunt exceptiones dilatoriæ opponi. Primò ſi exceptio intra præfixum terminum probari non potuit à Reo, & poſtea nactus fuerit facultatem eam probandi: quia paria ſunt non competere exceptionem, & eam non poſſe probari, ut notat Abbas in *d. c. Paſtoralis 4. num. 3. h. t.* Secundò exceptio de incompetentia Judicis, ſi ea talis ſit, in quem pars litigans conſentire non poſſit, quo pacto Clericus poteſt excipere contra Judicem laicum etiam poſt terminum a Judice præfixum: imò etiam poſt latam ſententiam, quia cùm Judex laicus non habeat jurisdictionem in Clericos, non poteſt actus jurisdictionales in illos exercere; & ferre ſententiam eſt actus jurisdictionalis: proinde poteſt Clericus excipere de nullitate ſententiæ contra ſe latæ à Judice laico, hæc enim exceptio poteſt ſemper opponi. Tertiò poteſt etiam objici exceptio mixta, ſeu litis finitæ, quia tametſi non ſit oppoſita per modum dilatoriæ ad impediendum proceſſum judicii, objici tamen poteſt per modum exceptionis peremptoriæ ad infringenda merita cauſæ *c. 1. de litis conteſt. in 6.* Quartò quando exceptiones propoſitæ à Reo ſunt contrariæ, ut ſimul cohærere non poſſint, adeò ut nec poſt terminum elapſum probari poſſit exceptio incompatibilis; ſiquidem reſpectu hujus illud tempus non currit *arg. l. contra 16. C. de inoffic. teſtam.* ubi dicitur, quòd ſi actiones non poſſint ſimul cumulari tum ſublatâ unâ non currit tempus in alia.

Cæterum ſicut Judex exceptionibus dilatoriis, ita etiam peremptoriis poteſt certum terminum aſſignare, quo elapſo, non ampliùs exceptiones peremptoriæ admittantur: etenim vel Judex præfixit terminum exceptionibus peremptoriis cum cauſæ cognitione, vel ſine illa; ſi primum non poteſt Reus poſt tempus à Judice præfixum proponere exceptiones peremptorias *argum. l. 2. ff. de re iudic.* ubi dicitur, quòd Judex poſſit limitare cum cauſæ cognitione tempus, quod indulgetur Reo per legem. Si ſecundum poteſt tum elapſo termino Reus opponere exceptiones peremptorias: & ratio deſumitur ex eo, quia cùm agatur de gravi præjudicio, ſi quis excludatur à peremptoriis, ſeu ab exceptionibus pertinentibus ad cauſæ merita, non videtur ſine juſta cauſa, poſſe à Judice hoc jure privari. A fortiori poſſunt etiam proponi, ſi primùm ortæ, vel cognitæ fuerint, vel facultas eas probandi conceſſa ſit parti, cui grave inferretur præjudicium, ſi facultas illi adimeretur eas opponendi. 58

Quæritur decimoſeptimò, an excommunicatus poſſit in iudicio excipere, & appellare? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Cùm inter 5. h. t.* quia licèt excommunicatus prohibeatur in judicio agere *c. Intelleximus 7. de iudic.* permittitur tamen eidem, ut poſſit excipere, imò etiam appellare, ſi contra juſtitiam condemnetur, quia appellans à gravamine judiciali non dicitur inchoare judicium, nec voluntariè provocare; ſed potiùs neceſſitate adactus judicium perſequi, ſeque defendere contra injuſtam ſententiam: & quia propria defenſio eſt ſemper licita, cùm ſit de jure naturæ, ideò non arcetur excommunicatus, quin poſſit 59

excipere

excipere in judicio ſe defendendo contra injuſtam ſententiam, ea enim, quæ ſuot de jure naturæ, permanent ſemper firma; & immurabilia; *inſtit. de jur. natur. Gent. & civil.* §. *ſed natur.* exceptio autem eſt defenſio; ob quam Reus intendit io totum, vel in partem repellere à ſua peritione Actorem *l. Exceptio ff. de except.* quo fit, ot, licèt excommuoicaro non permitrarur agere in jodicio, poſſit nihilominus excipere: imò eriam appellare à gravamine oon merè extrajudiciali, oimirum ab executore, ſi velit alium inſtituere in beneficio, quod poſſidetur ab excommunicato: quia hæc appellatio habet etiam rationem neceſſariæ defenſionis contra executionem ſeoteotiæ, & ſicut defenſio conceditur excommunicato: ita & appellatio. Verùm extrajudicialiter gravatus, ſi ſit excommunicatus, non permitritur appellare, quia tunc primus eſſet, qui provocaret ad judicium, & excommunicato oon permirtitur agere in judicio, ut notat Abbas in *d. c. Cùm inter* 5. *h. t.*

60 Cæterum ſi judicinm ſit jam inſtitutum, reſervatur excommunicato legitima defenſio, & maximè recoſatio Judicis, cùm periculoſum ſit coram ſuſpecto Judice litem inſtituere: & in hoc caſu non attenditoc ſavor excommunicati, ſed æquiras judicantis, quia judicium non debet claudicare. Tum quia abſurdom videretur, ſi actore impugnante Reo defenſionis copia denegaretur, quia inde ſequeretur, quòd paſſim condemoaretur, qui eſſet abſolvendus. Debet tamen Judex curare, ut excommunicatus in judicio non reſpondeat per ſe ipſum, ſed per Procuratorem. Quamvis poſſit excommunicatus excipere in judicio, & etiam appellare, non tamen poteſt recoovenire, quia reconventio ooo eſt defenſio, ſed impugnatio, quæ dicit actionem, adeò ut impugnator in judicio ſit actor, & cùm excommunicatus non poſſit eſſe actor, neque poteſt eſſe impugnator: repellitur enim excommunicatus ab agendo, ut inde ex cenſura eccleſiaſtica magis evitetur periculum communionis, & vitium coërceatur contumaciæ, & excommunicatus rubore ſuffuſus magis ad humilitatis gratiam, & reconciliarioois affectum pertrahatur.

61 Hinc licèt excommunicato concedatur exceptio, omnisque alia judicialis defenſio; non tameo conceditur reconveotio, oe quod in defenſionis remedium ſuſtinetur, ad impugnationis materiam extendatur *c. ſi verò de ſent. excommun.* Poteſt tamen excommonicatus oppoore exceptionem non numeratæ pecuniæ, qoia id pertinet ad defenſiooem: non tamen proponi poteſt hæc exceptio principaliter per modum actionis, quia tunc ageret actorem, ſed tantùm per modum exceptionis, ot ootat Barboſa *in collect. in d. c. cùm inter.*

62 Rurſus poteſt opponere exceptionem ſolutionis, præſcriptionis, rei judicatæ, doli mali, metus jurisjurandi, quia hæ omnes exceptiones pertinent ad propriam defeoſionem, ut notat Barboſa *loc. cit.* Id intereſt diſcriminis inter Actorem, & excipientem, quia actor per ſuam actionem principaliter tendit ad oppugnandum: excipiens verò per ſnam exceptionem tendit ad ſe defendeodum contra oppugnationem actoris, quia excipiens non petit aliquid ſibi dari, vel fieri; ſed tantùm intendit repellere actorem, ne damnum ipſi inferat: & omnis defenſio conceſſa eſt excommunicato, qui conventus etiam de ſolvendo debito creditori, poteſt compenſationem objicere, & eâ uti, in iis tamen, quæ ſuapte natura ſunt compenſabilia, ut ſunt debita circa res, quæ in genere ſuo functionem, ſeu commutationem recipiunt, quæque conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, quia in illis poteſt unum pro altero ſolvi, ut docet Suarez *diſput.* 16. *de cenſur. ſect.* 3. *num.* 3.

Dicitur excommunicatus poſſe compenſare, quia in quolibet negotio id ſpectatur, quod principaliter intenditur, & agitur: & intentio compenſantis principaliter eſt, actorem à ſua petitione repellere, quamvis indirectè, & per conſequentiam, quod ſibi debetur, obtineat. Tum quia compenſatio moraliter cenſetur eſſe quædam ſolutio *l. dediſſe* 76. *ſit de verb. ſignif.* & qui objicit ſolutionem factam, utitur jure defenſionis, proinde etiam exceptione, cùm hæc ſit excluſio actionis, unde objiciens compenſationem ſpectata principali intentione, & in effectu excipit, ſeque defendit, quod excommunicato non prohibetur. 63

Quæritur decimooctavò, an per exceptionem excommunicationis à perſecutione appellationis etiam originalis debeat actor repelli? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. ſignificaverunt* 11. *h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, quòd nemo etiam principalis actor debeat excludi à perſecutione appellationis, quamvis ei opponatur appellatio, eò quia excommunicato concedatur omnis legitima defenſio in judicio. Hinc non ſolùm Reus, ſed etiam actor poteſt cauſam appellationis perſequi in judicio non obſtante exceptione excommunicationis: quia excommunicatus, qui appellat, & petit abſolvi, eſt in judicio ut Reus; qui ſe defendit, quamvis priùs intervenerit ut actor, qui impugnabat. Tum quia, ſi non admitteretur ad appellationem perſequendam, poſſet per tranſitum in rem judicatam ei grave præjudicium indebitè fieri: & excommunicato omnis legitima defenſio in judicio reſervatur *c. cum inter* 5. *h. t.* 64

Hinc quamvis excommunicatus non poſſit ſtare in judicio ut actor, bene tamen ut reus, imò qui in prima inſtantia erat actor, ſi poſtea excommunicetur poteſt appellationem perſequi ut Reus, ſicut docet Innocentius in *d. c. ſignificaverunt* 11. *h. t.* Cæterum hæc intelliguntur de excommunicato, qui eſt Reus neceſſarius, & ſpecialiter in judicium vocatur *l. Inter* 83. §. 1. *ff. de v. O.* non verò de excommunicato, qui ſit Reus voluntarius, quia hic non poteſt excipere, nec appellare, Reum enim voluntariè accedentem ad judicium actor non impugnat, ut probant Abbas in *d. c. ſignificaverunt* 11. *n.* 12. *h. t.* Felinus ibid. *n.* 11. Decius *n.* 16. & deſumitur ex textu ibi: *Actore impugnante Reo defenſionis copia denegetur*, qui textus intelligitur de Reo voluntario, adeò ut tunc tantùm poſſit Reus excipere, ſi ſit excommunicatus, quando ipſe convenitur, & ad judicium trahitur invitus. Huc pertinet textus in 65

c. Exhibita 19. *de judic.* ubi agitur de his, qui per clauſulam generalem, de qua in *c. fin. de elect. in 6.* vocati comparuerunt, qui Rei voluntarii appellantur, & aliquo modo actores reputantur, eò quia intenderent impugnare electionem illius, à quo ad judicium vocati erant: & quia ut actores voluntariè ad judicium acceſſerunt, ideo hi ratione excommunicationis, quâ erant illaqueati, non admittuntur.

66 Rurſus procedit hæc doctrina de appellatione judiciali, quam interponere, & perſequi poteſt excommunicatus; non verò de extrajudiciali, quæ magis propriè dicitur provocatio ad cauſam, quàm appellatio; proinde ſicut excommunicatus non poteſt agendo alium convenire, nec ad judicium provocare, ita neque extrajudicialiter poteſt appellare. Ratio ex eo petitur, quia cùm jus canonicum permittat excommunicatum conveniri, eúmque cogat in judicio reſpondere, debet neceſſariò omnem legitimam defenſionem in eodem judicio ei concedere, ut ſervaretur æqualitas: hæc autem ceſſant in appellatione extrajudiciali, ad quam lex non cogit, neque admittit excommunicatum, ut docent Felinus in *c. Cùm inter* 5. *n.* 18. *h. t.* Decius *n.* 40. Alexander de Nevo *n.* 39. Immo etiam reſcriptum impetratum in cauſa appellationis validum eſt non obſtante exceptione excommunicationis latæ poſt appellationem, quamvis de ea in reſcripto nulla fiat mentio, & deſumitur ex c. *dilecta* 10. *h. t.* ubi cum controverſia de decimis, & aliis rebus orta eſſet inter Prioriſſam, & Conventum de Campeſſia ex una parte; & Priorem, ac Conventum de Burcellis ex altera, quam Pontifex Abbati Benedictino, & aliis quibusdam delegaverat: & quia Moniales ſe gravari exiſtimarent, ad Sedem Apoſtolicam appellârunt, & etiam Nuntium ad perſequendam appellationem Romam miſerunt. Verùm Judices poſt interpoſitam appellationem, eas excommunicârunt. Interim Moniales alias litteras ſuper eadem cauſa appellationis impetrârunt, in quibus cauſa commiſſa fuit Priori de Angles, & conjudicibus nulla in litteris mentione facta de excommunicatione. Quapropter pars contraria Prior ſcilicet, & ejus conventus, cùm excepiſſet, Moniales eſſe excommunicatas nulla in litteris facta mentione excommunicationis, & Judices nollent hanc exceptionem admittere, ad Sedem Apoſtolicam appellavit, & alias litteras ad alios Judices ſcilicet ad Priorem de Gernemoë cum ſociis impetravit. Verùm cùm Moniales excipiendo replicarent, & exciperent ſententiam excommunicationis latam fuiſſe poſt legitimam appellationem ab iisdem factam, & Judices in priore appellationis causâ datos nollent admittere, & Prior de Gernemoë, & alii conjudices hanc replicationem Monialium non reciperent, ipſæ denuò ad Papam appellârunt, qui reſcripſit ad Decanum Linconienſem, ut in ſtatum priſtinum reſtitueret quidquid poſt legitimam appellationem Monialium attentatum eſt: ex quo textu liquet, non obſtante exceptione excommunicationis valere reſcriptum impetratum in cauſa appellationis, quamvis de excommunicatione lata poſt appellationem à gravamine nulla fiat mentio.

Ratio etiam ex eo petitur, quia quæ fiunt à 67 Judice poſt interpoſitam legitimam appellationem nullius ſunt effectus *c. Cum ſpecial. de appellat.* & appellans, qui ob gravamen ab eo receſſit, non tenetur ſcire, quid ipſe Judex poſtea faciat *c. Bona* 3. *de confir. util. vel inutil.* & quia excommunicatus non prohibetur appellare *c. Cum inter* 5. *h. t.* & parum, vel nihil prodeſſet appellatio, niſi qui appellat, poſſet eam perſequi, & Judicem ſuper ea impetrare, ſequitur, quòd ſicut de prioribus litteris, quæ ſunt nullæ, non eſt neceſſe mentionem facere in impetratione reſcripti *c. Ex tenore de reſcript.* ita neque eſt neceſsè, ut fiat mentio de excommunicatione lata poſt legitimam appellationem, eò quia non ſit ullius valoris, nec retardâſſet impetrationem reſcripti, ſi fuiſſet expreſſa. Cùm enim excommunicatio lata poſt interpoſitam appellationem habeatur irrita, nulla eſt illius ratio habenda, perinde ac ſi lata non fuiſſet *c. Per tuas* 40. *de ſentent. excommun.* Tum quia appellatione pendente nil debet innovari, & quæ de novo attentantur, debent revocari *c. Non ſolùm* 7. *de ſent. excommun. in* 6. Tum quia ſicut in impetratione poſterioris reſcripti non eſt neceſsè, ut mentio fiat reſcripti prius impetrati, ſi hoc ſit invalidum, vel poſſit per exceptionem elidi *c. Bona* 3. *de confirm. util.* ita reſcriptum impetratum in cauſa appellationis validum eſt, quamvis de excommunicatione lata poſt legitimam appellationem nulla in eodem mentio fiat, quia cùm excommunicatio ſit irrita, non impedivisſet emanationem reſcripti à Principe.

Quæritur decimonono, an exceptio rei ju- 68 dicatæ per Judicem eccleſiaſticum in cauſa mixti fori poſſit opponi coram Judice ſæculari, & ab eo admitti, ut etiam è converſo exceptio latæ ſententiæ per Judicem ſæcularem poſſit opponi coram Judice eccleſiaſtico? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Cum quidam ult. h. t. in* 6. ubi Bonifacius VIII. reſcribit, quòd Judex ſæcularis, quando coram ſe agitur cauſa, & excipitur de re per Judicem eccleſiaſticum judicata, debeat admittere talem exceptionem, imò etiam compelli debeat ab Ordinario ad illam admittendam, & ſimiliter quòd Judex eccleſiaſticus debeat admittere exceptionem de re per Judicem laicum judicata, ſi non ſit in detrimentum æternæ ſalutis: ratio eſt, quia niſi unus Judex ſervaret legitimam ſententiam alterius, juriſdictiones ipſæ ſibi adinvicem derogarent, & in contemptum devenirent *c. Principes* 23. *q.* 5. & quia ſententia, quæ tranſivit in rem judicatam, eſt veluti lex quædam particularis, quæ debet jus facere inter partes *c. cùm inter ext. de ſent. & re jud.* ſequitur, quòd ſi contra aliquem excipiatur de re judicata in uno judicio obtenta; Judex alterius judicii, & fori debeat illam admittere, & ſervare, ut etiam deſumitur ex *c. ſignificavit de offic. Ordinar.* Imò ad hoc poteſt Judex eccleſiaſticus per cenſuram compellere ſæcularem; non ita ſæcularis, cùm ſit inferior, poteſt compellere eccleſiaſticum, qui tantùm à ſuo ſuperiore eccleſiaſtico compelli poteſt.

TITU-

TITULUS XXVI.

De Præſcriptionibus.

QUia in præcedenti titulo actum eſt de exceptionibus in genere: & ſpecies exceptionis peremptoriæ ſit exceptio præſcriptionis, de qua plerumque dubitatur, an, & quomodo competat: congruè Pontifex præcedenti titulo de exceptionibus adnectit præſentem de præſcriptionibus á genere deſcendens ad ſpeciem. Eſt autem præſcriptio exceptio temporis, quo alienam rem quis poſſidet, vel alter jure ſuo uſus non eſt, Domino eam vindicanti, aut jus priſtinum repetenti oppoſita. Olim inter præſcriptionem, & uſucapionem plures fuerunt differentiæ, quæ hodie ſublatæ ſunt. *C. de uſucap. transfor.* eſt autem nomen *uſucapionis* compoſitum ex *uſu*, & *capio*, ut cùm dicitur, quid uſucapi, ſeu fieri alterius, temporis decurſu. Hinc eſt, quòd præſcriptio videatur eſſe effectus uſucapionum. Agitur etiam de hac materia in ſexto.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. PLACUIT 1. h. t. Ex Concilio Africano ſtatuitur, quòd ſi quis Epiſcopus converterit aliquem locum ad fidem, vel unitatem Catholicam, & per trienn um illum retinuerit nemine repetente, ulteriùs ab eo non repetatur; ſi in illo loco fuerit Epiſcopus alius, qui poſſet repetere, & tacuit. Sin verò in illo non erat Epiſcopus, vel erat hæreticus, non currit præſcriptio, ſed poſtquam eſt creatus Epiſcopus, vel converſus currit & incipit triennium, intra quod ſi non receperit, amittit jus. Ubi notat Gloſſa, Epiſcopum eſſe priùs monendum, ut convertat ſuum populum, & ſi intra ſex menſes negligat id præſtare, currit triennium. Rurſus vacante eccleſia non currere præſcriptionem: & quando Epiſcopus eſt hæreticus, eccleſiam dici vacare. Caſus tamen in hoc textu in eo eſt ſingularis, quòd contra eccleſiam currat præſcriptio triennij, cùm alias requiratur ſpatium quadraginta annorum. Verùm præſens decretalis introducta eſt in favorem fidei, ut Epiſcopi excitentur ad propagandam fidem.

C. NIHIL 2 h. t. ex Regiſtro Gregorij ſtatuitur, ut patientia & taciturnitas Prælati ad vitanda ſcandala, vel ſcriptum fori pro re eccleſiaſtica recuperanda non præjudicet ſucceſſoribus, qui bona eccleſiæ recuperent; ubi notat Gloſſa ob ſcandalum eſſe deſiſtendum à jure ſuo, & bona eccleſiæ eſſe bona pauperum. Rurſus de re invaſa non currere præſcriptionem, & malam fidem impedire præſcriptionem res violenter obtenta, & poſſeſſa c. licèt in regulis 15. q. 1.

C. SANCTORUM 3 h. t. declarat Gregorius, eccleſiam ſi bona fide pacifice poſſideat poſſeſſiones per triginta annos abſque interruptione proclamationis Synodalis, præſcribere, & tales poſſeſſiones fieri eccleſiæ. Ubi notandum eſt, non agi in textu de præſcriptione eccleſiæ contra eccleſiam, ad quam requiruntur quadraginta anni; ſed de præſcriptione Epiſcopatus, ſeu eccleſiæ contra privatum quemcunque, ſi poſſeſſionem illius eccleſia detineat per annos 30. ſine titulo cum bona fide, ut explicat Panormitanus præſentem textum. Quòd ſi eccleſia habeat titulum, tunc præſcribit rem privati contra privatum, perinde ac privatus contra privatum inter præſentes annis decem, & inter abſentes annis viginti.

C. DE QUARTA 4. h. t. reſcribit Alexander III. Clericum contra Epiſcopum per ſpatium quadraginta annorum poſſe præſcribere de quarta Decima, vel oblationis defunctorum, quæ pertinebat ad Epiſcopum: & hanc præſcriptionem eſſe faciendam ſpatio quadraginta annorum, in quibus ſedes Epiſcopalis non debeat vacare Epiſcopo, qui cauſam defendit. Rurſus declarat, Eccleſiam Romanam non admittere contra eccleſiam præſcriptionem triginta annorum. Nota hodie de jure communi præſcriptionem eccleſiæ contra eccleſiam debere eſſe quadraginta annorum; adeo ut triginta non ſufficiant. Quinimo requiritur etiam bona fides & titulus. Cæterum quarta pars decimarum, de qua in textu fit mentio, de jure communi ab eccleſijs Parochialibus debetur Epiſcopis; quamvis decimæ pertineant ad eccleſiam Parochialem, intra cujus limites ſunt ſitæ c. contingat de decimis. Eſt autem hæc quarta in totum præſcriptibilis, ſicut & quarta funeralium, quæ in textu vocantur oblatio-

tis defunctorum: quapropter Epiſcopi non debent, nec poſſunt hanc quartam ſibi vendicare, ſi obſtet præſcriptio.

C. *VIGILANTI* 5. h. t. *reſcribit idem Pont. in jure canonico poſſeſſorem malæ fidei nunquam præſcribere, ſecus in civili. Rurſus declarat præſcriptionem fuiſſe introductam contra deſides, & contemptores. Ubi notat Gloſſa in jure canonico eum non præſcribere qui ante impletam præſcriptionem habet malam fidem. Ratio, cur Canones ad præſcriptionem exigant bonam fidem, eſt, quia quod non eſt ex fide, peccatum eſt,* Reg. jur. in 6. *Hinc ſecundùm Canones poſſeſſor malæ fidei nunquam præſcribit, licèt poſſideat tempore immemoriali, cum peccata tantò ſint graviora, quantò diutiùs animam illaqueant.*

C. *AD AURES* 6. h. t. *reſcribit idem Pont. Quòd ſi una eccleſia poſſideat decimas in alterius Parochia per quadraginta annos, jam præſcripſit, & melior eſt conditio poſſidentis, & excludit omnem actionem alterius eccleſiæ. Notat tamen Gloſſa, teneri eccleſiam præſcribentem oſtendere titulum, vel tempus immemoriale. Rurſus neque excludere omnem actionem, ſed eam tantum, quæ poteſt præſcribere. Ex hoc textu liquet, in pari delicto, vel cauſa potiorem eſſe conditionem poſſidentis.*

C. *CAUSAM* 7. h. t. *Idem Pont. reſcribit, quòd ſicut laici non poſſunt detinere ſpiritualia ut decimas, ita nec poſſunt eas præſcribere immo nec poſſe ab Epiſcopo illis concedi. Ratio aſſignatur à Gloſſa hic, quia quod non poteſt poſſideri de jure, nec poteſt præſcribi. Ex quo textu liquet, non poſſe Epiſcopum concedere laicis jus decimarum, eò quia ſit jus ſpirituale, quòd non cadit in laicum.*

C. *ILLUD* 8. h. t. *reſcribit idem Pont. contra eccleſias præſcriptionem minorem 40. annis non admitti ab eccleſia Romana. Quòd ſi contra talem præſcriptionem opponatur interruptio ab utraque parte, declarat Pontifex, eſſe teſtes recipiendos; quòd ſi probetur interruptio, præſcriptionem non tenere. Hìc notat Gloſſa, eccleſiam contra eccleſiam præſcribere 40. annis contra perſonas privatas 30. ſed præſcriptio debet eſſe continuata non interrupta. Excipiens tamen de interruptione contra eum, qui allegat præſcriptionem, non propterea videtur præſcriptionem confiteri, quia ipſam tacitè confiteretur, relevaretur a[illegible] ab onere probandi præſcriptionem, etiam tamen hic videatur requiri probatio, eo quia [illegible] ſuper præſcriptione quàm interruptione iubeantur teſtes utriuſque partis recipi. Ca[illegible] data [illegible] anonum r[illegible] urrendum eſt ad [illegible] ſionis R[illegible]manam & [illegible] illius Cur[illegible] at c. ex l[illegible] de con[illegible] ſervandum [illegible] opp[illegible].*

C. *Q*[illegible] h. t. [illegible] *Pont.* [illegible] *eſpr*[illegible]*diorum eccleſiaſticorum præſcr*[illegible] *annorum, & quæſtionem de finibus e*[illegible] *dam in præſentia Judicis, qui ut no*[illegible]*, poteſt judicare ſecundùm id, quod ao*[illegible] *non ſecundùm allegata: quòd Judex, qui ſecundùm conſcientiam, & juſtitiam aliùm aggravat, eſt ſuſpenſus per annum; & ſi* [illegible] *divinis ingerit, fit irregularis* [illegible] *Papa diſpenſat, & etiam con*[illegible] *tis æſtimationem* C. cum æterni [illegible] in 6.

C. *EX TRANSMISSA* 10. h. [illegible] *III. tempore hoſtilitatis non currere præ*[illegible]*tionem, proinde decimas inde accepta*[illegible] *ſtituendas. Notandum tamen eſt quod* [illegible] *hoc textu non cu*[illegible]*rere, perind*[illegible]*, à dorm*[illegible]*, ut notant communiter cum Panormitano* [illegible] n. 4. *adeo ut ceſſante hoſtilitate tempus* [illegible] *continuetur cum præcedente in ordine ad per*[illegible]*ciendam præſcriptionem 40. annorum ſubdu*[illegible] *tempore medio hoſtilitatis per acce*[illegible]*ionem* [illegible] *quentis temporis. Sunt enim plures caſus, quibus præſcriptio dicitur dormitare. Prim*[illegible] *jus non redditur defectu Judicis vel R*[illegible]*rùm ad id requiritur, ut Actor dicat* [illegible] *ſe agere, & non potuiſſe propter ejuſmodi cauſas. Secundò, quando graſſatur peſtis, vel mortalitas, ut jus reddi abſque periculo non poſſit. Tertiò, quando eccleſia nullum habet Prælatum, vel habet inutilem ad agendum, ſub quo comprehenditur tempus ſedis vacantis. Quartò, cùm quis de jure impeditur agere, filius familias vivente patre* l. 1. in fi[illegible] de annal. except. *Quintò tempore ſchiſmatis* [illegible] cum nobis inf. *Sextò, in rebus, quæ ſub conditione debentur, quia durante conditione non currit præſcriptio* l. cum notiſſimi §. ſed i[illegible]d C. de præſcript. 30. annor. *His tamen* [illegible] *alii caſus plures habent limitationes apud Panormitanum, & Innocentium hic.*

C. *ACCEDENTES* 11. h. t. *Innocentius* [illegible] *declarat procurationes quæ debentur Le*[illegible] *& Nunciis ſedis Apoſtolicæ, non po*[illegible] *præ*[illegible]*, ſed poſſe remitti ex privilegio ſpeciali. N*[illegible]*dum per hunc textum valere privilegium eximens aliquos à procuratione Le*[illegible]*to*[illegible]*um, & Nuntiorum Sedis Apoſtolicæ, non i*[illegible] *valere præſcriptionem: ex quo inf*[illegible] *Panormitanus hic n. 2. privilegium, & præſcriptionem non habere eandem vim, eò qui*[illegible] *plura po*[illegible] *privilegia acquiri, quæ præſcriptione non acq*[illegible]*tur. Ratio vero, cur canones* [illegible] *procurationes quæ debentur Legat*[illegible] *A*[illegible]*ca non poſſe præſcribi eſt, quia id pertine*[illegible] *obedientiam debitam ſuperiori, contra quam non poteſt præſcribi.*

C. *CUM NO*[illegible]*IC*[illegible]*AT* 12. h. t. *manda*[illegible] *Pont. contra obedientiam d*[illegible]*itam* [illegible] *non poſſe ſubditum præ*[illegible]*ibe*[illegible]*e.* [illegible] *ſubditum* [illegible] *incidat in* [illegible]*, vel* [illegible] *numerat* [illegible] *ſus, in quibus* [illegible] *pr*[illegible] *berta eſt* [illegible] *oralis* [illegible] *di*[illegible] *lum jure gen*[illegible] [illegible] *ones* [illegible]

C. *A*[illegible]*LE*[illegible]

[illegible] *præſcriptionem per* [illegible]

eſſe centum annorum. Ubi notat Gloſſa, in quibusdam caſibus magis credi privilegio, quam teſtibus, & præſumi pro eo, qui officium ſuum fideliter implere juravit.

C. CUM VOBIS 14. h. t. Idem Pont. declarat, in præſcriptione 100. annorum, quæ ſolùm currit contra eccleſiam Romanam in utroque jure non eſſe numeranda tempora ſchiſmatum, quæ intercedunt. Ubi notandum eſt, eccleſiam Romanam habere hoc privilegium pro ſuis juribus, & illis eccleſiarum, quæ ſibi immediatè ſubjiciuntur.

C. AUDITIS 15. h. t. Idem Pont. declarat, Prælatum inferiorem, ut Abbatem poſſe præſcribere jus Epiſcopale in eccleſiis illius diœceſis, ſi per 40. annos ſine interruptione, vel Sede Epiſcopali non vacante præſcripſerit, ſive ex privilegio particulari.

C. CUM EX OFFICII 16. h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Pariſienſi, neminem poſſe præſcribere contra procurationem debitam ratione viſitationis, nec contra ipſam viſitationem, quia juxta Apoſtolum I. Corint. 9. qui Spiritualia ſeminat, debet corporalia metere ſibi neceſſaria ad congruam ſuſtentationem: & nemo adigitur ſuis ſtipendiis militare.

C. SI DILIGENTI 17. h. t. Idem Pont. reſcribit Archiepiſcopo Piſano, in præſcriptione rerum eccleſiaſticarum requiri bonam fidem, & juſtum titulum: & in præſcriptione res eccleſiæ Romanæ requiri centum annos. Rurſus eum qui alieno nomine poſſidet non præſcribere, quia non ille poſſidet, ſed is cujus nomine res poſſidetur. Ubi notandum eſt, titulum non eſſe neceſſarium, nec probandum in præſcriptione longi temporis 30. vel 40. aut plurium annorum, quia tunc præſumitur, niſi obſtet præſcribenti jus commune, vel præſumptio violenta. Quòd ſi Titulus ſit verè juſtus, non videtur neceſſaria præſcriptio, ut etiam ſi habeatur privilegium. Sin verò titulus ſit minus juſtus, tunc ſi adſit bona fides, ut ille credat talem titulum ſufficere, vel credat illum eſſe verum Dominũ; tunc requiritur juſtus titulus, quia dat cauſã præſcribendi.

C. CUM OLIM 18. h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Lucano, Abbatem poſſe præſcribere ſibi aliqua; vel omnia jura Epiſcopalia alicuius Capellæ, vel eccleſiæ, non tamen obedientiam, tametſi quidam Abbas ea amiſerit per arbitrum, quam ignorabat.

C. VENIENS 19. h. t. declarat idem Pont. quòd ſi quis præſcripſerit, & poſt completam præſcriptionem impetraverit privilegium contrarium præſcriptioni, fueritque illo uſus, dicatur renunciaſſe præſcriptioni, quã propterea amittit. Rurſus ſi inter præſcribendum illud impetrat, tunc ceſſat bona fides, nec poteſt ampliùs præſcribere.

C. QUONIAM 20. h. t. Idem Pont. in Concilio Generali ſtatuit, quòd ſicut omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ut in ſynodali judicio ab Innocentio III. in Concilio Lateranenſi definitum fuit; ita nulla valeat abſque bona fide præſcriptio tam canonica, quam civilis, eò quia generaliter ſit omni conſtitutioni, & conſuetudini derogandum, quæ abſque mortali peccato non poteſt obſervari.

IN SEXTO.

C. EPISCOPUM 1. h. t. Bonifacius VIII declarat, in præſcriptione etiam res eccleſiaſticæ ſufficere bonam fidem, imò requiri etiam titulum, qui tribuat poſſeſſori cauſam præſcribendi, ſi jus commune, vel præſumptio eſſet contra illum; niſi allegetur præſcriptio, cujus contrarii non extet memoria. Ubi notat Gloſſa, tunc probari non eſſe memoriam, ſi antiqui teſtes dicant, ſemper ita audiviſſe. Hinc magnæ ſunt prærogativæ temporis immemorialis, quarum præcipua eſt, ut allegans poſſeſſionem temporis immemorialis non teneatur allegare, & probare titulum.

C. SI QUIS 2. h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi quis habeat bona eccleſiæ Romanæ, vel aliarum eccleſiarum, in feudum & illis privetur ob ſua ſcelera per ſententiam, vel ipſo jure, non poſſint bona eccleſiæ præſcribi, niſi ſi ſint Romanæ eccleſiæ per 100. annos, & aliarum per 40. Rurſus declarat Pontifex quòd ſi aliquis hæreticus, qui videbatur catholicus moriatur, & cujus hæredes Catholici per 40. annos bona fide poſſident hæreditatem; eccleſia ad quam ſpectabant bona non poſſit eos moleſtare, eò quia jam præſcripſerunt.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

De Præſcriptionibus in genere, perſonis præſcribentibus, & rebus, quæ præſcribi poſſunt.

POſt[illegible]m in præcedenti titulo dixerimus de exceptionibus generatim ſumptis additur immediate materia de præſcriptionibus, quia præſcriptio eſt quædam ſpecies peremptoriæ exceptionis [illegible] immo præſcriptiones generaliter ſumptæ in jure civili ponuntur pro ipſis ex[illegible] [illegible] [illegible] in tot. tit. ff. de diverſ. & temporal. præſcript. Specialiter tamen præſcriptio, de qua agitur in præſenti titulo, eſt quædam ſpecies exceptionum. Hinc præſcriptio apud juriſtas tripliciter ſumitur; primò generaliter quatenus eſt quædam exceptio, quæ opponitur ad excludendam actionem intentatam ab Actore. unde [illegible] exceptio ſit vel dilatoria, ut cum Reus conventus opponit incompetentiam Judicis: vel peremptoria, ut ſi opponat ſolviſſe, quod petitur ab Actore; etiam præſcriptio erit, vel dilatoria, vel peremptoria.

a Secundò ſumitur ſpecialiùs pro exceptione peremptoria proveniente ex eo, quòd dilapſo tempore legis, rem aliquam poſſedimus, vel jure aliquo eadem re uſi ſumus; vel quòd alius tali tempore ab uſu alicujus juris ceſſaverit. Tertiò ſumitur pro dominii acquiſitione, vel alieni juris eliſione ex tempore legibus definito proveniente; quo pacto præſcribi ſolet domus, vel ager, & hoc pacto a juris peritis plerumque ſumitur præſcriptio pro ipſo uſucapione; præſcriptio, & uſucapio, ſi propriè loquamur diſtinguuntur: ſiquidem uſucapio dicitur, eò quia per uſum aliquid capiat, & auferat; uſus enim poſt certum tempus jure civili præſcriptum, & elapſum, res corporales, & incorporales adimit priori domino rei, & transfert ad alium. Præſcriptio verò ut ait Alciatus *in l. quinque pedum. C. fin. regund. & lib. 4. diſt. c. ult.* eſt veluti quidam effectus, ſeu fructus uſucapionis; quatenus præſcriptio eſt, quæ ex jure efficaci translato à priore domino in uſurapientē, ipſi domino reliquias ſuperioris authoritatis intendenti ejus depellendi gratiâ proponitur, quapropter præſcriptio principaliter pertinet ad jus excipiendi.

Immo nonnulli hanc inter uſucapionem, & præſcriptionem differentiam conſtituerunt, ut uſucapio ſit rerum mobilium, & præſcriptio rerum immobilium, quæ hærent ſolo, & etiam rerum incorporalium, ut ſervitutum & aliarum rerum, quæ jura dicuntur, ut notat Gloſſa *in l. uſucapio ff. de uſucapione.* Nos verò veſtigiis hærentes recentiorum indiſtinctè de uſucapione, & præſcriptione loquemur, ſiquidem ex recepto loquendi more, & poſterioribus legibus maximè ſacris canonibus plerumque inter ſe confunduntur uſucapio, & præſcriptio.

Definitur igitur præſcriptio, quòd ſit illa exceptio, quæ opponitur domino rem ſuam ab alio per tempus à lege definitum, & conditionibus ad id requiſitis poſſeſſam vindicanti. Præſcriptionem definit J. C. *in l. 3. de uſucapione* hoc alio modo, nimirum quòd ſit adjectio dominii per continuationem poſſeſſionis temporis à lege definiti, aliiſque juribus requiſitis intervenientibus. Hoc jus præſcribendi introductum fuit ob publicam utilitatem, ne ſcilicet incerta ſemper manerent rerum dominia, & infinitæ lites circa rerum proprietates excitarentur *l. 1. ff. de uſucapion.:* non enim ex eo, quòd quis dicat, ſe habere rem ex empto, donato, vel legato, ſequitur ſtatim, rem illam eſſe ſuam jure dominii: ſiquidem alius, qui illi tradidit rem illam potuit non eſſe dominus illius, conſequenter neque potuit in alium transferre dominium illius; cum nemo plus juris in alium transferre poſſit, quàm ipſe habeat *l. nemo 54. ff. de R. J.* niſi fortaſſis lex ob diuturnam poſſeſſionem bona fide, & juſto titulo comparatam ejusdem rei dominium expreſſè ei adſcriberet; quia tunc per præſcriptioné introductam à lege acquirit verum dominium, & ſecurus eſt, quod jus in rem illam ſit ad ſe translatum, ſi non ratione donantis eò quia fortaſſis res illa non pertinebat ad eum, qui illam donavit; ſaltem ratione præſcriptionis, ſive ob diuturnam poſſeſſionem bona fide, & juſto titulo comparatam juxta præſcriptum legis: alioquin niſi daretur jus præ[illegible] nunquam quis ſecurus eſſet de bon[illegible] det, quia poſſent ſemper inſurgere actores, qu[illegible] eſt poſſeſſorem ex defectu probationum vincerent, & poſſet ſemper quis anceps hærere, ne alii, & alii Actores eſſent superventuri.

Neque obſtat, quòd præſcriptioni videatur opponi præceptum juris naturalis, ne quis cum alterius jactura locupletet[illegible], ſiquidem hoc præceptum intelligitur de injuſta locupletatione, non autem de illa, quæ fit authoritate l[illegible]is ex juſta, & publica cauſa: cum enim ſit lex domina rerum, poteſt uni dominium adimere, & in alterum transferre, ut etiam contingit jure aluvionis, & jure belli *l. adeo 9. §. quod per aluvionem l. ergo §. fin. de acquirend. rer. domin.* tametſi lex humana non poſſit in generali abrogare, vel mutare jus naturale; in caſibus tamen particularibus poteſt præcepta juris naturæ reſtringere, & declarare ob bonum commune, & juſtis de cauſis. Hinc præſcriptio, ſeu uſucapio jure civili introducta fuit *princ. inſtit. de uſucap.* & approbata à jure canonico ob bonum publicum, ne diu, & ſere ſemper plurium rerum dominia incerta forent *lib. 1. ff. de uſucap.* & ne litibus janua aperiretur.

Si dicas *ex regul. jur.* 11. *in ff.* id, quod noſtrum eſt non poſſe ſine facto noſtro in alium transferri. Reſpondetur, regulam illam non habere locum in iis, quæ vi, & poteſtate legis fiunt. Præterea ex præſumptione juris cenſetur quis conſenſiſſe in translationem dominii cum tantò tempore neglexerit rem ſuam perſequi; hinc ſi dicas, dominium ſingulorum deſcendere ex jure gentium *l. ex hoc jure 5. ff. de juſtit. jur.* & jus civile non poſſe tollere jus gentium *§. ſed naturalia inſtit. de jur. natur. gentium*, proinde legem civilem non poſſe per præſcriptionem alicui auferre dominium. Reſpondetur, idem jus gentium, vel naturale dictans nemini eſſe au[illegible]erendum dominium legitimè acquiſitum, ſimul etiam dictare, ut reipublicæ pareamus, proinde etiam legi, quæ induxit ob bonum publicum præſcriptionem.

Si dicas, tempus non eſſe modum introducendæ, vel tollendæ obligationis *l. obligationum 44. §. 1. ff. de oblig.* & præſcriptionum totam efficaciam deſumi ex temporis fluxu. Reſpondetur, præſcriptionem non habere vim, & efficaciam transferendi dominium ex ſolo cur[illegible]u temporis, ſed ex poſſeſſione per tempus defini[illegible]um cum juſto titulo, & bona fide continuata. Hinc præſcriptio, ſeu uſucapio non ſolùm in foro externo, ſed etiam in interno conſcientiæ loc[illegible] habet, adeo ut qui præſcripſit, nec in foro conſcientiæ teneatur ad reſtitutionem [illegible] qui a qui legitimè præſcripſit, jam dominium ac[illegible] [illegible]es alienæ *l. 3. ff. de uſucap. & l. tra[illegible]tionibus* [illegible] *C. de pact. princ. inſtit. de uſucap.* im[illegible] non [illegible]lum acquirit dominium u[illegible]le, ve[illegible]m etiam [illegible]ctum, tam in bonis immob[illegible]bus, qu[illegible]m m[illegible]bus, eò quia *leges, & canones* loq[illegible]antur in [illegible] de dominio, immò valet præ[illegible]tio tam[illegible] nulla cu[illegible]pa, vel negligentia pri[illegible] domini [illegible]ceſſerit, quia non ob hanc ſolam c[illegible], [illegible] negligentia dominorum puniatur fuit præ[illegible]

à iure introducta, ſed ob plures alias juſtas cauſas, quas ſuperiùs recenſuimus, & præſertim ne rerum dominis forent incerta, & litium frequentia arceretur ex republica.

8 Quòd ſi dicas, neminem ſine culpa eſſe privandum re ſua propria, conſequenter non poſſe locum habere præſcriptionem, ſi priùs non interceſſerit culpa prioris domini. Contra eſt, quia Princeps de bonis ſubditorum poteſt diſponere prout neceſſitas poſtulat, & reipublicæ utilitas exigit; proinde poteſt aliquem privare dominio rei ſuæ, etiam ſine culpa propria ob bonum commune, ut notat Covarruvias *p. 1. §. unic. num.* 5. Tum quia cùm præſcriptio dicitur à jure introducta ad puniendam negligentiam dominorum, qui res proprias repetere neglexerunt, id non eſt intelligendum de negligentia, quæ ſit culpa theologica, ſeu peccatum, ſed de negligentia, quæ ſit culpa civilis, quæ perſæpe eſt etiam involuntaria omiſſio, & ob hanc culpam civilem poteſt etiam negligens civiliter puniri ob bonum publicum, ut aliorum diligentia magis excitetur in rebus propriis inquirendis.

9 Hinc effectus præſcriptionis eſt acquiſitio dominii in re poſſeſſa, adeo ut nunc ex præſcriptione non ſolùm exceptio contra priorem dominum vindicantem, vel quemcunque alium petitorem; verùm etiam pro re præſcripta, & amiſſa concedatur actio, & vindicatio *l. ſi quis emptionis C. de præſcript. 30. annorum.* In praxi tamen non illicò ad vindicationem devenitur, eò quia difficiles probationes incumbant Actori; Et Adverſarius faciliùs defectum circa requiſita, ad legitimam præſcriptionem invenit. Unde conſultius eſt priùs aliquod remedium poſſeſſoriũ redintegrandæ, vel recuperandæ poſſeſſionis, aut actionem publicianam, ubi tantùm poſſeſſio cum titulo probanda eſt, quamvis tempora præſcriptionis nondum effluxerint, intentare, ut monet Menochius *in tract. de remed. poſſeſſor.*

10 Præſcribere poſſunt, ſeu uſucapere omnes ii, qui capaces ſunt dominii acquirendi, ſiquidem præſcriptio, ſeu uſucapio eſt modus dominii acquirendi. Hinc etiam filiusfamilias de bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, ſeu adventitiis, quorum proprietas ad ipſum pertinet, poteſt præſcribere, & uſucapere *l. ſequitur* 4. §. 1. juncta Gloſſa *V. & maximè ff. de uſucap.* Pupillus itidem poteſt uſucapere, ſive authore tutore, ſive ſine illius authoritate dummodo intentionem habeat poſſidendi *d. l. 4. §. 2.* eò quia ſit doli capax, & pubertati appropinquet. Infans præſcribere poteſt tutore tamen authore, cùm ſine ipſo poſſidere non poſſit *l. quamvis 32. §. infans. ff. de acquirend. poſſeſſ.*

11 Quinimo furioſi, & amentes, & alio ex capite rationis uſu deſtituti, tametſi inchoare præſcriptionem, ſeu uſucapionem non poſſint, nihilominus continuare eam poſſunt, ſi jam inchoata fuerit, dum eſſent ſanæ mentis, & ſui compotes; quia taliter conſtituti non deſinunt poſſidere, quod inceperant, dum eſſent ſanæ mentis, poſſidere *l. 4. §. furioſus.* & ibi Gloſſa *V. uſucap.* Precariò tamen qui rem poſſidet, uſufructuarius, creditor rem pignori ſibi datam, & generatim qui non poſſident proprio nomine, neque præſcribere, aut uſucapere poſſunt: ut nec etiam clerici poſſunt præſcribere bona ſuorum beneficiorum *c. clerici* 11. *cauſa 16. q. 3.* cùm legitima illis poſſeſſio deſit, & incapaces ſint dominii ſibi acquirendi, vel quæ bona habent canonica inſtitutione debeant obtinere: non enim beneficia eccleſiaſtica aliter obtinentur, quàm canonica inſtitutione *c. de regul. iuris in 6.* Covarruvias *in regul. poſſeſſ. c. 2. §. 10. num. 9.* Non tamen poteſt præſcribi contra certas perſonas, quæ in judicio ſtare, agere, jura ſua tueri, vel bona adminiſtrare non poſſunt. Hinc non poteſt præſcribi contra pupillum ratione minoris ætatis, nec contra filium-familias ratione ſubjectionis, vel ratione impedimenti extrinſeci captivitatis, vacationis, Prælaturæ, contra has perſonas nequit præſcriptio inchoari, neque uſucapio currit.

Quæ verò præſcribi poſſunt, ſunt regulariter res omnes corporales, ſive mobiles ſint, ſive immobiles niſi lege aliqua, vel ſpeciali ratione prohibeantur, ut docent Juriſperiti præ cæteris 12
Hoſtienſ. *in ſum. h. t. in priori rubric. num.* 4. Greg. Tholoſ. *lib. 40. c. 2. num.* 1. Res verò incorporales cujuſmodi ſunt jura, ſervitutes, actiones, ſicut propriè non dicuntur poſſideri, ita neque propriè præſcribi, ſeu uſucapi, ſed tantùm ſicut dicuntur quaſi poſſideri, ita etiam dicuntur quaſi præſcribi *l. poſſideri 3. in princ. ff. de acquirend. poſſeſſ. l. ſervus* 43. *§. 1. ff. de acquir. domin. & l. uſucapionem* 9.

Sunt tamen nonnulla, quæ omnino præſcribi non poſſunt, cujuſmodi ſunt res, quæ in 13
hominum commercio non verſantur, & in nullius dominio ſunt, ut res ſacræ, res publicæ deputatæ ad publicum uſum, viæ publicæ, ac plateæ publicæ, res iſtæ, & aliæ ſimiles præſcribi non poſſunt. Ut nec etiam quòd liber homo fiat ſervus, licèt poſſit ſervus præſcribere poſt libertatem contra dominum, ſi per 20. annos bona fide geſſerit ſe pro libero, etiam abſque titulo libertatis *d. l. ult. C. de long. temp.* Immo non deſunt, qui putent, inter præſentes etiam decem annis præſcribi poſſe libertates; ne deterior ſit conditio libertatis, quàm aliarum rerum. Rurſus non poſſunt præſcribi in totum, nec in partem res ad publicum uſum, & commodum deputatæ, quia cùm ſint communes omnibus, nequeunt à privatis poſſideri *l. 1. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* & hoc procedit, tametſi populus non amplius utatur iiſdem rebus *l. 2. ff. de via publica* quia ſufficit, ſi illis adhuc uti poſſit, & res illæ deſignatæ fuerint pro uſu publico. Præterea neque res furtivæ, vel vi expulſis poſſeſſæ, ſeu occupatæ præſcribi poſſunt, non ſolùm à fure, vel violento poſſeſſore, qui ratione malæ fidei non poteſt eas præſcribere, ſed neque à quibuscunque aliis, qui bona fide hujuſmodi res ab aliis emerint, aut quocunque alio juſto titulo acceperint, aut poſſederint ob vitium furti rebus ipſis inhærens *l. ſciens 7. C. de uſucapion. pro emptor. l. vitia 11. C. de acquir. poſſeſſ.* ubi dicitur, quòd vitia poſſeſſionum à majoribus contracta perſeverant, & ſucceſſorem authoris ſui culpa comitatur;

Id tamen limitatur, ut res furtivæ non poſſint præſcribi tempore ordinario decem, vel 20. annorum, ut liquet *ex §. furtiva*, quia poſſunt præſcribi tempore extraordinario, ſeu longiſſimo 30. vel 40. annorum, ſi toto illo tempore res bona fide poſſeſſæ fuerint, quia ratione diuturnitatis purgatur vitium violentiæ, & furti, & omnis áctio extinguitur *l. ſicut. 3. & l. omnes 4. C. de præſcript. 30. ann.* Secundò etiam per hoc, quòd ad legitimum dominum ſuum redierit *§. aliquando inſtit l. ſciens C. de uſucap. pro emptor.* Tertiò, niſi à bonæ fidei poſſeſſore res diſtracta ad tertium pervenerit, quia in tali caſu res eliena, non verò furtiva diſtrahitur, quia hic non ſupponitur diſtrahere rem illam animo furandi, vel legitimo Domino rem ſuam ſubtrahendi, quod ad rem furtivam deſideratur. Fructue tamen ex tali re furtiva percepti ordinariè etiam tempore præſcribi poſſunt, ſi bona fide poſſeſſi ſunt.

15 Neque præſcribi poſſunt ree, quæ ſunt merè liberæ, & gratuitæ voluntatis, quia ex talibus actibus, qui liberè ponuntur nulla poteſt induci obligatio, cùm nullum contineant contractum, niſi prohibitioni interpoſitæ acquieverit cum patientia, qui tales actus liberæ, & gratuitæ voluntatis exercuit, ut notat Covarruvias *in regul. poſſeſſ. p. 2. §. 4. n. 6.* Eſt regula apud juriſconſultos, quòd per actus liberos non inducatur præſcriptio; adeo ut ſi aliquis liberè & non ex obligatione aliquid alteri præſtet; non poſſit hic præſcribere; eò quia non ſit in poſſeſſione juris erga ipſum: ex actibus enim meræ voluntatis poſſeſſio, vel quaſi poſſeſſio non acquiritur: & ſine poſſeſſione non poteſt præſcriptio procedere, ut notat Covarruvias *in Regul. poſſeſſor. p. 2. §. 4. n. 6.*

16 An verò ſervitutes prædiorum præſcribi, poſſint, dubiæ videtur eſſe quæſtionis, Legislator *in l. ſervitutes* reſpondet cum diſtinctione: ſi ſervitus habeat cauſam perpetuam, aut quaſi perpetuam, tum aſſerit præſcribi poſſe: perpetuam autem cauſam dicitur habere ſervitus attollendi altiùs ædificium, vel immittendi tignum in parietem Vicini *l. 1. ff. de ſervit. urban. prædi.* cauſam quaſi perpetuam dicitur habere ſtillicidium avertendi in tectum, vel aream vicini; & has ſervitutes præſcribi poſſe deſumitur *ex l. 2. Cod. de ſervit.* Sin verò ſervitus non habeat cauſam perpetuam, vel quaſi perpetuam non poteſt uſu capi, ut habetur *in l. ſervitutes, ff. de ſerv. Prædior.* Tales ſervitutes dicuntur eſſe iter, via publica, ſolum publicum, appulſus pecoris ad aquã, ſiquidem hæ ſervitutes non præſcribuntur, niſi lapſu temporis, cuius initium è memoria exciderit hominum *l. 1. §. ult. ff. de aqua pluvia arcenda. & l. hoc jure §. ductus ff. de aqua quotidiana & æſtiva.* Addit tamen Gloſſa, quòd licèt ſervitutes prioris generis non poſſint præſcribi, nihilominus ſi quis dicat, talem ſervitutem ſibi deberi, vel ſibi eſſe conſtitutam ex cauſa, ſeu titulo, & id non poſſit probare teſtibus, vel inſtrumento, ſed tantùm conjectura, eò quia fuerit uſus ſervitute prædij vicini domino ſciente, & non contradicente per 10. aut 20. annos, tunc probabiliter ſervitus judicatur conſtituta ex cauſa, quæ cenſetur præceſſiſſe *l. 1. ad fin. ff. de aqua pluvia arcenda.*

Loca ſacra, & religioſa non ſubiici præſcriptioni ex eo liquet, quia habeantur, ut res ſpirituales, & ſanctæ, quæ præſcribi non poſſunt *inſtit. de uſucapion. §. 1.* ſiquidem huiusmodi res ſunt exemptæ à Commercio hominum. Quòd ſi res ſacra fieret iterum profana ut ſi occuparetur ab hoſtibus, tunc poſſe præſcribi deſumitur *ex l. cùm loca ff. de religioſ. & ſumpt. funer.* Jura tamen ſpiritualia, & eccleſiaſtica non poſſunt à laicis præſcribi, quia illa poſſidere, vel quaſi poſſidere non poſſunt *c. cauſam de præſcript.* adeo ut licèt mille effluxerint anni, non poſſint laici jura ſpiritualia decimarum e primitiarum, oblationum præſcribere, quia huiusmodi jura non poſſunt in laicos cadere; proinde non poſſunt iſti præſcribere jus cognoſcendi, & judicandi cauſas Eccleſiarum, vel Clericorum. An jus Patronatus, quo quis nominat, ſeu offert Clericum, ut promoveatur ad aliquam Eccleſiam, poſſit à laico præſcribi. Communior ſententia negat in Eccleſia libere, eò quia jus eccleſiaſticum ſit quaſi ſpirituale, ut apud Coverruviam *in reg. poſſeſſor malæ fidei p. 2. §. 11. n. 1. & ſequens.* aſſerunt Panormitanus, Felinus, Decius, & alij. Cæterum poteſt Laicus habere jus patronatus in Eccleſia, quam ipſe fundavit, vel ædificavit, aut dotavit, quia tale jus Eccleſia promittit, tribuitque etiam laicis, ut alliciantur ad fundanda loca pia, ut patet *ex tit. de jure patronat.* & poteſt etiam ex privilegio Romani Pontificis tale jus præſcribi: non verò poteſt laicus præſcribere jus patronatus in Eccleſia, quam conſtat immunem, ac liberam eſſe à tali jure, eò quia à laico non fuerit fundata, exſtructa, nec dotata. Poteſt tamen laicus præſcribere jus patronatus contra alium in Eccleſia, quæ non eſt libera, ſed gravata jure patronatus. 17

Quòd ſi dicas *ex cap. generali de elect. in 6. & c. querelam de elect.* jus patronatus acquiri laicis non ſolùm fundatione, ædificatione, vel dotatione Eccleſiæ, verùm etiam ex conſuetudine, & præſcriptione Reſpondetur, interdum id laicum habere, quia ex diuturna conſuetudine nominandi, deſignandi, & offerendi Clericos, cuius initij memoria apud homines non habeatur, ſimpliciter creditur fundâſſe, vel ædificâſſe, aut dotâſſe eccleſiam, adeò ut jus patronatus eſſe poſſit penes laicum, ut notat Gloſſa *in c. conſultationibus de jure patronat. in V. credebatur.* vel etiam ſecundùm rei veritatem, eò quia laicus fundaverit, exſtruxerit, vel dotaverit Eccleſiam: vel etiam opinione communi, eò quia communiter cenſeant talem laicum fundâſſe, exſtruxiſſe, & dotâſſe Eccleſiam: vel tandem quia ex ſpeciali privilegio Romani Pontificis cenſeatur habuiſſe tale jus patronatus. 18

§. II.

De rebus, quæ præſcribi non poſſunt.

EGimus de rebus præſcriptioni obnoxiis; ſupereſt nunc agendum de rebus illis, quæ minimè præſcribi, aut uſucapi poſ- 1

ſunt

ſint generatim contra peccata jure naturali, aut divino prohibita præſcriptio, nec dari, nec currere poteſt; quinimo temporis diuturnitas peccati turpitudini addit incrementum *c. cùm haberet 5. de eo, qui duxit, quam polluit per adulterium c. non ſatis c. cùm in Eccleſia de ſimonia*: at jure lapſus temporis interdum pœnam minuit peccati *l. ſi diutino tempore ff. de pœnis*: immo aliquando omnino tollit, adeout Panormitanus *in c. cùm haberet*, aſſerat, contra quodlibet crimen jure civili procedere præſcriptionem, nec poſſit poſt decem annos quis accuſari de crimine perpetrato ante decennium *l. ſi diutino ff. de pœn.* quinimo *in l. adulterio ff. de adulter.* expreſsè habetur, non poſſe quemquam poſt quinquennium accuſare adulterium niſi in duobus caſibus ibi expreſſis.

2 Rurſus limites, ſeu Provinciarum fines, Epiſcopatuum, & parochiarum, & loca huiusmodi limitibus cohærentia præſcribi non poſſunt; adeo ut ſi Eccleſia aliqua exſtructa fuerit in confinio alicuius epiſcopatûs; dummodo conſtet, tales fines fuiſſe legitima authoritate præfixos, non poſſit adverſus talem Eccleſiam in tali loco ſitam præſcribi *c. ſuper eo. 4 in fin. de parochus.* Idque ne Provinciarum termini confundantur, & ne quis terminos alienos uſurpet: quapropter communiter juris conſulti docent, neque per centum annos, ac tempus immemoriale poſſe huiusmodi fines præſcribi.

3 Limites tamen prædiorum, ſeu agrorum eccleſiaſticorum præſcribi poſſunt annis 40. licèt non ita fines Eccleſiarum, ſeu parochiarum, ut habetur in *c.* 2 juncta Gloſſa, *V. fines cauſa* 16. *q.* 2. unde ſi lis excitetur de finibus agrorum, mittendus eſt Menſor, qui agrum metiatur, quantum quiſque ex litigantibus poſſideat plus, minúſve, partibus præſentibus, immo Iudice ipſo, ſi neceſſitas exigat; & ipſe agri Menſor litem debet definire, cuius ſententiæ debent litigantes acquieſcere. Sin verò agri Menſor falſum pronuntiâſſet, tunc contra ipſum datur actio in factum ad præſtandum, quod intereſt Actoris, ſi per dolum, vel latam culpam, quæ æquiparatur dolo, falſum dixerit: non ita datur actio locati; quia hic intervenit ſingularis induſtria hominis, ideo quod datur, non cenſetur dari tanquam merces operis, ſed tanquam remuneratio, ſeu honorarium propere præſtito *lib.* 1. *ff. ſi Menſor falſ. mod. dixerit.*

4 Cæterum fines Eccleſiarum, & prædiorum eccleſiaſticorum præſcribi poſſunt quoad jus proprietatis; adeò ut terra ipſa præſcribatur quoad dominium, ut ſit proprium alicuius: non ita præſcribuntur fines, ut præcisè ſunt fines, habéntque rationem terminandi, idque ne confundantur termini.

5 Res in publicum commodum deſtinatas, cuiusmodi ſunt viæ, plateæ, theatra, pontes, & alia id genus, non poſſe præſcribi conſtat, *ex l. uſucapionem. ff. de uſucap. l. præſcriptio C. de oper. public.* Neque præſcribi poſſunt publicæ functiones, ſeu penſiones, quæ ex agris reipublicæ ſolvi debent *c. placuit §. porro l. competit. C. de præſcript. 30. annorum.* Immo nec res fiſci præſcriptioni ſunt obnoxiæ *l. quamvis ff. de uſucap. & l. 2. eod. tit.* Neque poſſeſſiones agrorum poſſunt à Colonis præſcribi *l. malè agitur C. de præſcript. 30. vel 40 annorum.* Neque currit præſcriptio contra res illas, quæ ratione obſequii, vel obedientiæ debitæ ſunt Principi reſervatæ *l. competit ſerenitas noſtra C. de præſcript. 30. annorum*, idque etiam procedit de tributo, cenſu, & Vectigali, quæ Principi debentur: non ita de iis, quæ Principi reſervantur ratione dominij, vel ſingularis privilegii, quod habet, cuiusmodi ſunt reſtituere legitimis natalibus, creare Notarios publicos, exigere tributa, & vectigalia, & alia id genus, in quibus locum habet præſcriptio ſciente Principe, & tacente, & fluxus temporis, cuius initium hominum memoriam exciderit *c. ſuper quibusdam de verb. ſignif.* Bart. *in l. cunctos populos c. de ſumma trinit. & fide cathol.*

Generatim contra ea, quæ debentur, & 6
competunt Principi in recognitionem ſupremi Principatûs, & univerſalis dominij, ſeu poteſtâtis, & ſubiectionis ei debitæ, non poteſt à ſubditis præſcribi *l. competit. 6. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum.* Cenſus verò, & tributa, quæ non in recognitionem ſupremæ poteſtatis ſolvuntur, ſed in ſubſidium ob publicam aliquam neceſſitatem eſſe præſcriptioni obnoxia docet Abbas *in c. ad audientiam 13. n. 18. h. t.* Præterea quamvis per præſcriptionem non poſſit fieri, ut ſubditus manens ſubditus exemptus ſit ab iis, quæ Principi competunt ratione ſupremæ poteſtatis erga ſubditos: nihilominùs poteſt mediante præſcriptione ex ſubdito fieri non ſubditus, & exiri ab ejus poteſtate; qua ratione plures Principes ſubjecti Romano Imperio præſcribendo libertatem ab ipſo eximuntur; à poteſtate tamen ſummi Pontificis nullus poteſt per præſcriptionem eximi, cùm talis poteſtas illi competat tanquam ſupremo Chriſti Vicario in omnes fideles, & quidem jure divino, contra quod nullo tempore poteſt præſcribi.

Contra ea, quæ ex delicto debentur velu- 7
ti ex furto, rapina, uſura, juſtitia præſcribi non poteſt *inſtit. de uſucap. §. furtivæ.* item res per vim poſſeſſæ *l. attineat*, cuius meminit Gellius *l. 17. c. 7.* ubi dicitur, cautum fuiſſe, ne res furtiva ullo unquam tempore præſcribi poſſet. Idque procedit non ſolùm in primo Poſſeſſore, qui eſt malæ fidei: verùm etiam in alio, qui ab eodem etiam bona fide rem emit, aut accepit, *inſtit. de uſucap. §. furtivæ*; res enim furtiva, ſive per vim, ſive per iniuſtitiam extorta non poteſt præſcribi.

Sin autem hæres rem defuncto com- 8
modatam, aut locatam, vel etiam depoſitam, exiſtimans hæreditariam eſſe, bona fide accipiat, & vendat, vel donet, aut dotis nomine conſtituat, tunc qui rem illam accipit, poteſt uſucapere *inſtit. de uſucap. §. ſed tamen id.* Lana ovium furtivarum, quamvis apud furem detonſa ſit, non poteſt uſucapi: ſecus emptor bonæ fidei poteſt præſcribere. Idem dicitur de agnis, qui conſumpti ſunt, Paulus *in l. ſequitur §. lana. ff. de uſucap.* Idem dicitur etiam de lana furtiva, quâ quis veſtimentum fecit, quia cum ſpectetur ſubſtantia rei; veſtis illa, quia compacta ex la-

na furtiva, cenſetor, & ipſa furtiva. Res, quas Canones prohibent alienare, an præſcribi poſſint, videtur eſſe dubiæ quæſtionis. Sed certum eſt, res, quæ prohibentur alienſri, noo poſſe præſcribi: ſiquidem eo ipſo, quòd prohibentur alienari, implicitè, & tacitè prohibentur etiam uſucapi, ut notat Gloſſa *in l. ubi lex 24. V. nihil procedit.*

9 Hinc res Eccleſiæ, pupillorum, & minorum, quia prohibentur alienari, non poſſunt præſcribi, & alienationes ſunt ipſo jure nullæ: hodie enim de jure Codicis omnis præſcriptio etiam 30. annorum contra pupillum ſublata eſt, adeo ut nec inchoari, oec continuari tempore ætatis pupillaris poſſit, ut colligitur *ex l. ſicut 3. §. qua ergo C. de præſcript. 30. vel 40. annorum*, immo ſubleta eſt etiam præſcriptio ordinaria decem, vel 20 annorum contra minores puberee, adeo ut hodie contra ipſos admittatur ſole præſcriptio 30. vel 40. annorum *l. ult. C. in quib. cauſ. reſtit. in integr. non eſt neceſſ.* Rurſus legata, fideicommiſſa, feuda, majoratus, & aliæ res huiusmodi, quæ abſolutè alienari prohibentur, præſcribi non poſſunt tempore ordinario 10. vel 20. ennorum, etiam cum juſto titulo *l. fin. §. ſin autem C. communia de Legatis* nbi habetur, quòd neque uſucapio, neque longi temporis præſcriptio contra legatarium, vel fideicommiſſarium procedat.

10 An verò ſeltem tempore 30. vel 40. annorum præſcribi poſſint; communior ſententia affirmat, quòd longiſſimo tempore præſcribi poſſint contra poſſeſſorem, alienantem, & quemcunque ſucceſſorem; poſtquam edvenit tempus, quo in illis bonis debebat ſuccedere, non tamen antea, eò quia non poſſet egere; hinc multò minns poſſunt præſcribi contra ſucceſſores nondum natos, edeo ut in præiudicium ſucceſſorum etiem tempore longiſſimo præſcribi non poſſint talia bona, niſi ipſi valeant agere: quia ſucceſſores vivente poſſeſſore, contra quem præſcriptio facta eſt, non poterant eam impedire. Neque præſcribi poteſt res, cuius alienationem defunctus prohibuerat *l. 2. C. de uſucap. pro emptor.* & ibi Gloſſa. Immo neque procedit præſcriptio contra rem, cuius elienatio per pactnm prohibetur, ut cùm res obligatur alicui cum pacto, ne interim alienetur *l. ſi creditor §. ult. C. de diſtract. pignor.*

11 Notat tamen Panormit. *in c. cùm non liceat de præſcript.* id non procedere in eo, qui nihil contraxit, nec cum tali pacto rem accepit. Rurſus res acceptæ à prodigo, luxurioſo, aut luſore præſcribi non poſſunt, ut docet Panormit. *in c. ſi diligenti de præſcript.* quod tamen procedit de illis, quibus eſt interdicta adminiſtretio bonorum, quia non poſſunt contractus inire, neque propterea inducere uſucapionē *l. qui fundum l. qui ſciens ff. pro emptore.* Secus ſi interdicta non ſit bonorum ſuorum adminiſtratio, tunc, qui emit eb illis, aut ignorat, eos pretiū conſumpturos, poteſt uſucapere, quia eſt poceſſor bonæ fidei *l. ſi quis cùm ſciret:* quapropter valet contrectus, quo quis emit rem ab uno luſore, quando noo putat, eum conſumpturum pretium in luſu, alioquin non poſſet uſucapere.

12 Hinc nec poſſeſſor malæ fidei poteſt præſcribere, ut deſumitur *ex c. vigilanti 5. h. t.* & retio ex eo deſumitur, quia quod fit contra conſcientiam, eſt in perniciem animæ, & ædificat ad gehennam *c. omnes §. ex his. 28. q. 1.* ſed ius caoonicum etiam, quando diſponit in foro contentioſo, intendit animarum ſalutem, quam ſemper promovet, & eſt finis juris canonici *c. cum contingat de jurejur.* ſiquidem finis juris canonici eſt dirigere homines ad bonum comune, prout congruit humanæ ſocictati non ſolùm civiliter viventi, ſed etiam ſecundùm fidem in Deum tenendam, & vitam æternam in cœlis ſpectandam, ut habetur in *proœmio decretal.* id enim intereſt diſcriminis inter jus civile, & canonicum, quia illud principaliter intendit humanæ Reipublicæ publicum bonum, & quietem, ut dicitur in *proœmio inſtitut.* Jus autem Canonicum non ſolum intendit hanc in Republica humana quietem, verùm etiam æternam ſalutem, quo fit, ut non admittat præſcribentes cum mala fide, ut liquet ex *c. Vigilanti 5. h. t.* & *c. fin. eod tit.* ſecus jus civile ad reſcindendas, minuendáſque lites, & in odium negligentium etiam cum mala fide admittit præſcriptionem *l. 1. ff. de uſucap.*

Rurſus ſubditi contra obedientiam Prælati, vel Epiſcopi, aut alterius legitimi ſuperioris non poſſunt præſcribere, & deſumitur *ex c. cùm non liceat 12. h. t.* ubi Innocentine III. reſcribit ed Archiepiſcopum Bracharenſem, quòd contra obedientiam debitam Prælato ſubditi non præſcribunt, quia ad præſcriptionem requiritur poſſeſſio, & quando aliquis ſe gerit ot ſubditus, non poteſt eſſe in poſſeſſione immunitetis, ſeu exemptionis; proinde non poteſt præſcribere contra ſuperiorem, quo minus illi obedire teneatur, & etiam exhibere reverentiam jure divino, & naturali debitam. Epiſcopus enim de jure communi habet juriſdictionem in omnes Clericos ſuæ diœceſis, adeo ut omnes debeant ipſi ſubeſſe, ac obedire *c. omnes 10. cauſa 16. q. 7.* niſi probent, ſe eſſe exemptos *c. cùm dilecto 4. in fin. de confir.* quia poſſeſſor non tenetur probare titulum ſuæ poſſeſſionis. 13

Rurſus quamvis non poſſit quis per viam præſcriptionis ſe eximere ab obedientia ſui Epiſcopi, ita ut nulli nec Papæ quidem ſit ſubjectus: poteſt nihilominus Eccleſia intra Diœceſin ſite per viam præſcriptionis ſe eximere à juriſdictione Epiſcopi; adeo ut ſiat immediatè ſubjecta ſedi Apoſtolicæ Romanæ: quia tunc principaliter agitur de jure ſummi Pontificis, qui poteſt contra Eccleſias inferiores epiſcopales præſcribere, ut notet Gloſſa *fin.* Abbas *n. 13.* Præterea quamvis ſubditi unius Epiſcopi non poſſint libertatem, ſeu exemptionem ab eius obedientia, & ſubjectione ſimpliciter præſcribere excluſivè, adeo ut nulli ſubijciantur, poſſunt nihilominus eam præſcribere translativè, adeo ut alteri Epiſcopo, vel Archiepiſcopo ſubiiciantur: hinc etiam unus Epiſcopus, ſeu Prælatus poteſt contra aliū præſcribere, edeo ut qui antea erant ſubditi unius, fiant ſubditi alterius præſcribentis, pront expreſsè habetur *in c. cum ex officij ſui debito 16. h. t.* 14

Tametſi tota alique communitas, provincia, vel regnū poſſit ſe omnino eximere per præſcrip- 15

ſcriptionem temporis immemorialis ab Imperatoris jurisdictione accedente eius ſcientia, & patientia, ut docent communiter iurisconſulti cum Bart. *in l. hoſtes 24. n. 6. ff. de captivis*; non tamen poſſunt præſcribere talem exceptionem excluſivè, adeo ut omnes, & ſinguli ſint acephali, ſeu ſine capite, ac nemini in temporalibus ſubditi; quia id eſſet contra jus gentium, quo ſtatutum eſt, ut omnes respublicæ, & communitates caput haberent, cui cæteri tanquam membra ſubiicerentur. Nihilominus translative poſſunt privati talem præſcribere libertatem, & exemptionem, adeo ut poſſint ſubijcere alteri domino temporali, & tunc ſaltem ſecundariò acquiritur illis jus aliquod, quo agere poſſunt in judicio, quia illorum intereſt, ne mutent dominum, cui diuturno tempore ſunt obſecuti.

16 Quoad verò clericos inferiores hi tenentur obedientiam, & reverentiam non ſolum Epiſcopo, ſed etiam capitulo cathedrali exhibere ob communionem inter Epiſcopum, & capitulum: ſiquidem ex utroque componitur unum corpus, cuius caput eſt Epiſcopus, & capitulum membra *c. cùm dilecti* 19. juncta Gloſſa *V. etſi capitulum de V. S.* Non tamen eodem modo exhibetur eadem reverentia; ſiquidem Epiſcopo eſt debita primariò, & principaliter, & capitulo non niſi acceſſoriè, & ſecundariò etiam ſede vacante: immo hæc obedientia, & reverentia debetur toti capitulo ſimul ſumpto, non verò ſingulis Canonicis, quia iſti ſeorſim non gerunt publicum officium.

17 Cæterum Clerici inferiores ſicut adverſus Epiſcopum non poſſunt præſcribere, ita nec contra eius viſitationem, ut ſcilicet non viſitentur ab Epiſcopo, alioquin per talem præſcriptionem tolleretur omnino viſitatio inſtituta ad promovendam ſalutem animarum, & corrigendos pravos populi mores, & Eccleſiam reformandam: unde cum eſſet hujusmodi præſcriptio reipublicæ, & animarum ſaluti noxia, nullo pacto eſt admittenda, & jura eidem reſiſtunt, ut deſumitur ex *c. cum ex officij* 16. *h. t.* ubi habetur, quòd nemo poſſit præſcribere contra ordinariam viſitationem. Immo neque poteſt præſcribi contra ipſam procurationem ratione viſitationis debitam Epiſcopo viſitanti. Eſt procuratio illa ſolutio victualium, quæ debentur Epiſcopo viſitanti pro ſua honeſta ſuſtentatione: jus enim canonicum etiam reſiſtit huic præſcriptioni tanquam irrationabili, & contra utilitatem Eccleſiarum tendenti: ſiquidem indecens eſt, ut Eccleſiæ viſitatori ſpiritualia miniſtranti beneficia hoſpitalitatis, & ſuſtentationis neceſſariæ non ſuppeditentur. Tum quia, ſi talis præſcriptio admitteretur, locorum Ordinarii poſſent abduci ab Eccleſijs viſitandis, cum non modica totius diœceſis pernicie. Tum quia viſitatoribus, ac ſpiritualia miniſtrantibus, ſeu Eccleſiarum cauſâ laborantibus naturali, & divino jure debentur victualia, quæ ad eorundem ſuſtentationem ſunt neceſſaria, & contra jura divinum nullo unquam tempore poſſunt præſcribi. Demum quia procuratio, ſeu ſolutio illorum temporalium, quæ neceſſaria ſunt ad ſuſtentationem viſitantis, adnectitur viſitationi, tanquam acceſſorium ſuo principali; atqui acceſſorium naturam ſequitur ſui principalis; proinde ſi ipſa viſitatio præſcribi non poteſt, neque procuratio

Tametſi Ordinarius procurationem ſibi debitam, quotiescunque viſitat, poſſit remittere, non tamen poteſt ſe, ſuósque ſucceſſores obligare ad remittendum, neque poteſt jus procurationis exigendæ remittere, vel cum re alia permutare, ut docet Innocentius *in c. d. cùm ex officij* 16. quia procurator eſt iuris publici, perinde ac ipſa viſitatio, cui tanquam acceſſorium adnectitur. Hinc ſi procuratio, ſeu jus procurationis exigendæ poſſet per expreſſum pactum remitti, multò magis poſſet per præſcriptionem temporis immemorialis, vel ſaltem 40 annorum cum titulo colorato amitti, quòd eſt falſum: immo nec ipſe Pontifex concedere ſolet, ut ab Eccleſijs viſitanti Epiſcopo, ſeu Ordinario procurationes, ſeu neceſſaria Victualia non miniſtrentur, cum id ſit indecens, ac pernicioſum Eccleſiæ. Unde non obſtante tempore immemoriali, quo nec data, nec petita fuit procuratio, adhuc ſolvanda eſt ab Eccleſijs ſubjectis Epiſcopo viſitanti. 18

Hinc ex fluxu temporis etiam immemorialis non oritur præſcriptio tituli antecedentis, ſeu accepti privilegii à Papa, ratione cuius Eccleſiæ Epiſcopo ſubjectæ immunes ſint à ſolvenda procuratione, cum Papa non conſueverit tale privilegium conceſſiſſe, nec Epiſcopus potuerit jus exigendæ procurationis remiſiſſe. Quinimo præſcriptio contra procurationem non valet, ſive quoad totum, ſive quoad partem, quando ſcilicet minus datur, quàm ſolvendum ſit; ſed integra ſolvi debet, tametſi pars illius à tempore immemoriali non fuerit ſoluta, quia *in d. c. cùm ex officij* 16. *h. t.* indiſtinctè habetur, quòd nemo poſſit præſcribere contra procurationem, quæ ratione viſitationis debetur Epiſcopo, vel Ordinario viſitanti. Tum quia ſicut viſitatio non poteſt præſcribi, nec in totum, nec pro parte; ita ne ue eius procuratio, quæ tanquam acceſſorium eſt viſitationi adnexa: ſiquidem de connexis eſt idem judicium etiam quoad præſcriptionem, ut notat Abbas *in d. c. cum ex officij numero* 5. 19

Id tamen limitandum eſt cum Gloſſa *in clement. 2. V. compoſitionem de cenſib.* Quia licèt procuratio non poſſit tolli per præſcriptionem quoad ſubſtantiam; benè tamen quoad modum ſolvendi mutari poteſt, ut nimirum non in fructibus, vel victualibus, ſed in numerata pecunia ſolvatur procuratio, ſi ii conſenſerint, ad quos ſolutio pertinet, ut notat Abbas *in d. c. cùm ex officij numero* 15. Hinc licèt compoſitio, quâ tollitur procuratio, non valeat, nihilominus valet compoſitio ſuper modo procurationis, & numero procurandorum, proinde quoad modum poteſt, & ipſa præſcribi ſaltem ea limitatione, ut neque officium impediatur viſitatoris, nec lex charitatis 20

lædatur, ut docet Felinus *in d. c. cùm ex officij n. 16.*

12 Neque præſcribi poteſt contra procurationes, quæ debentur legatis, & Nuntiis Sedis Apoſtolicæ, ut deſumitur *ex c. cùm inſtantia 7. infra de cenſibus* quia huiuſmodi procurationes debentur Legatis, & Nuntiis ob honorem ſedis Apoſtolicæ, & in ſignum obedientiæ erga eandem ob publicum bonum, quod Legati promovent. Quòd ſi dicas, privilegium, & præſcriptionem æquiparari, & per privilegium poſſe aliquem eximi à procurationibus ſolvendis, proinde etiam per præſcriptionem. Contra eſt, ſiquidem eſt diſcrimen, quia privilegium conceſſum à ſummo Pontifice poteſt revocari, non ita præſcriptio, quia per præſcriptionem acquiritur ius præſcribenti adverſus eū, contra quem præſcribitur, proinde non poteſt directè præſcribi contra ſupremam poteſtatem, ſeu plenitudinem poteſtatis, quæ ineſt Papæ in beneficijs eccleſiaſticis. Præterea præſcriptio tunc tantùm æquiparatur privilegio, quando præſcribitur ſciente Principe, qui privilegium potuit concedere, ſecus ſi præſcribatur inſcio Principe, quia tunc per præſcriptionem non acquiritur, quod per privilegium. Alij etiam reſpondent, privilegium, & præſcriptionem æquiparari in ijs, in quibus præſcriptio non reperitur ſpecialiter prohibita, quia contra ſpecialem prohibitionem juris non admittitur præſcriptio, & jura prohibent præſcriptionem adverſus procurationes, debitas Epiſcopis, Ordinarijs, Nuntijs, & Legatis.

§. III.

De conditionibus requiſitis ad præſcriptionem, & præſertim de poſſeſſione, & bona fide.

1 CONditiones requiſitæ ad uſucapionem, & præſcriptionē plures, vel pauciores ſunt: ordinariè tamen ad legitimam præſcriptionem quatuor requiruntur conditiones; quarum prima eſt poſſeſſio. Secunda, bona fides. Tertia, titulus præſumptus. Quarta, continuatio poſſeſſionis cum bona fide, vel tempus lege præſcriptum. Alii alias addunt conditiones, quæ tamen re ipſa conveniunt. Certum eſt, ad præſcriptionem requiri neceſſariò poſſeſſionem rei, quæ præſcribitur, quia ſine poſſeſſione non datur præſcriptio; & non ſufficit, ſi poſſeſſio ſit naturalis, ſed debet eſſe civilis, ut cum Gloſſa communiter notant *DD. in c. cauſam, quæ 7. de præſcript.* Non enim fur rem furtivam poteſt uſucapere, tametſi à longiſſimo tempore habuerit eius naturalem poſſeſſionem *c. 16. q. 3. c. poteſt & l. ſequenti §. quod autem. ff. de uſucap. & l. ſi quis, ff. pro ſoluto:* unde poſſeſſio rei præſcribendæ debet eſſe civilis, adeò ut res poſſideatur ex jure, & ſolo animo eam poſſidendi.

2 Poteſt poſſeſſio eſſe tantùm civilis, quâ quis ſolo animo rei ſuæ etiam abſens inſiſtit: & poteſt eſſe civilis, & [illegible] corpore, & animo rei poſſidetur: ſola [illegible] poſſeſſio naturalis ſine civili non ſufficit, [illegible] ut habens rem alienam apud ſe depoſitam, vel commodatam, vel conductam non poſſe [illegible] præſcribere; ſicut, nec colonus, procurator, & qui habet uſum fructum rei alicuius, non poteſt præſcribere eius proprietatem, ſed ſolum uſumfructum. Idem dicitur de re indiviſa communi pluribus, hæc ſiquidem non poteſt ab ullo eorum, quorum eſt communis, præſcribi, cùm poſſideatur nomine alieno. Hinc defectu huius conditionis nequeunt præſcribi loca ſacra, jus decimarum à laico, eo quia hic ſit incapax civilis poſſeſſionis rei ſacræ: [illegible] quidem ad præſcribendum non ſolùm requiritur capacitas activa reſpectu poſſidentis, ſed etiam paſſiva reſpectu rei, quæ poſſidetur. [illegible] dem ratione Tutor, Curator Procurator, quamvis poſſideant rem pupilli, minoris, vel domini; non tamen poſſunt eam uſucapere, cùm illam non poſſideant ſuo nomine, ſed alieno. Rurſus, qui rem in emphyteuſim, vel feudum accepit, non poteſt ejus proprietatem uſucapere, eò quia proprietas manet penes dominum. Generatim qui non eſt capax juris, nunquam poteſt jus illud ſuum facere. Hinc quia laici non ſunt capaces juris ſpiritualis, & eccleſiaſtici, nec poſſunt jura ſpiritualia, ſeu eccleſiaſtica lege præſcriptionis ſibi acquirere.

Secunda conditio ad præſcriptionem requiſita eſt bona fides ipſius poſſeſſoris, quia poſſeſſor malæ fidei nullo unquam tempore præſcribit, *c. poſſeſſor de regul. jur. in 6.* adeò ut *in c. ult. de præſcript.* habeatur, eſſe peccatum, quod non eſt ex fide, & quod nulla ſit præſcriptio abſque bona fide, cum generaliter ſit omni conſtitutioni, & conſuetudini derogandum, quæ abſque peccato mortali obſervari non poteſt; quapropter debet, qui præſcribit, in nulla temporis parte habere conſcientiam rei alienæ. Quantobrem juxta *regulam juris 2. in 6. c. Vigilanti 5. h. t.* poſſeſſor malæ fidei nullo unquam tempore præſcribit, & jure canonico derogatum eſt omni conſuetudini, & legibus civilibus aſſerentibus, poſſe dari præſcriptionem abſque bona fide. Eſt autem bona fides juxta præſens inſtitutum credulitas, quâ quis ſibi prudenter perſuadet, rem eſſe ſuam, vel ſaltem neſcit alienam eſſe; dummodo ignorantia non ſit craſſa, vel affectata, adeò ut debitor, qui jam per 30. annos elapſos non ſolvit debitū, non poſſit illud præſcribere ex defectu bonæ fidei; ſi tamen bona fide 30. annis poſſedeſſet jus non ſolvendi, vel exiſtimaverit, ſe amplius non debere; vel debitum ſolutum, aut condonatum eſſet, poſſet præſcribere.

Quòd ad præſcriptionem requiratur bona fides, ex eo evincitur, quia cum mala fide, & cum ſcientia rei alienæ non poteſt retineri diuturno tanto tempore ad præſcribendum neceſſario ſine peccato; proinde retentio, ſeu poſſeſſio diuturna mala fide practica non fiat ſine peccato, [illegible] cùm poſſeſſor malæ fidei practicæ nullo [illegible] tempore præſcribat; & [illegible]

ſine peccato non poteſt confici, ſit jure canonico revocata, ideo non poteſt tale debitum præſcribi; adeo ut qui non ſolvit debitum etiam per 30. annos, non poſſit illud præſcribere defectu bonæ fidei, eò quis illud poſſideat cum conſcientia rei alienæ. Quòd ſi per accidens aliquis toto tempore ad præſcribendum neceſſario excuſaretur à culpa non reſtituendi; adhuc præſcribere non poſſet: quia ſi eo tempore rationabiliter differt ſolutionem, ſolum id poteſt eo animo, & illa intentione, ut poſtea ſolvat: & nulla ratio ſuadet, ut jus humanum tunc in damnum alterius præſcriptionem concedat: eo enim ipſo, quòd quis poſſedit rem alienam cum intentione eam reſtituendi, ſcit jus talis rei pertinere ad alium, quem ſine injuſtitia non poteſt illo privare. Quòd ſi poſſeſſio ſit cum bona fide tam practica, quàm ſpeculativa, ſufficit ad præſcriptionem tum rei poſſeſſæ, tum actionis ad illam.

An verò, qui dubitat de re, quam poſſidet,
5 ſitne ſua, an non? poſſit illam tempore à lege definito præſcribere. Non videntur doctores convenire, Sotus *lib. 4. de juſtit. q. 5. art. 4.* cenſet per talem dubitationem impediri præſcriptionem, adeo ut cum primùm quis incipit dubitare, an res, quam poſſidet, ſua ſit, eo ipſo deſinat habere bonam fidem; adhærent Soto, Major *in 4. diſt. 15. q. 11.* & Adrianus *de reſtit. in quaſt. de praſcript.* ea innixi ratione, quia ſicut quando quis initio incipit poſſidere rem alienam, ſi dubitet, an ſua ſit, nec ne, legitimè non poteſt præſcriptionem inchoare; ita neque illam continuare, quando incipit dubitare intra ſpatium definiti à jure temporis ſitne res ſua, quam poſſidet, an aliena? quia *ex l. bona fidei in princ. ff. de acquir. rer. domin. & l. 1. C. de uſucap. transformanda* liquet, poſſeſſorem bonæ fidei non eſſe, niſi credat bona fide, rem ſuam eſſe, quam poſſidet. At Imola, Panormit. Felin. & alii *in c. ult. de praſcript.* docent, quòd tametſi præſcriptio non poſſit legitimè inchoari, quando quis incipit poſſidere cum dubio, an res ſit ſua, vel aliena; dicunt tamen, poſſe præſcriptionem legitimè continuari, ſi quis poſt inchoatam bona fide poſſeſſionem incipiat ambigere, an res ſua ſit, vel alterius: & hæc videtur eſſe ſententia communior, quæ probatur *ex c. ult. de praſcript.* ubi in poſſeſſione continuante præſcriptionem tantùm requiritur, ut in nulla parte temporis conſtituti à jure ad præſcribendum conſcientiam habeat rei alienæ.

6 Præterea quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis; proinde qui bona fide poſſidere cœpit, poteſt legitimè in poſſeſſione perſiſtere, quamvis incipiat ambigere, an res ſit ſua, vel aliena; adeo ut is in continuanda poſſeſſione cenſeatur habere bonam fidem, eò quia legitimè rem illam poſſideat, proinde poteſt illam præſcribere cùm ad præſcribendum ſufficiat bona fides: & hæc ſententia eſt probabilior: communiter enim docent, quòd dubitans, an res ſit ſua, ſi tunc inchoet poſſeſſionem cum tali dubio, non habeat bonam fidem: quia ad hoc, ut quis incipiat facere rem ſuã, quæ antea non erat ſua, requiritur, ut determinatè judicet, vel rem eſſe nullius, & ſic fieri ſuam per primam occupationem, vel eſſe ſuam, tametſi antea non adverterit: quòd ſi ambigat, an ſit ſua, vel aliena, tunc iniquè agit, ſi eam ſibi arroget, cùm non ſit melior ſua conditio, quàm alterius. Quòd ſi dubium verſetur inter duos, quorum neuter bona ſide poſſideat, tunc res dividi debet, cum par ſit jus utriuſque.

Quòd ſi dubium ſuboriatur poſt inchoatam bona ſide poſſeſſionem, poteſt dubitans rem illam, de qua oritur dubium, præſcribere, adhibitâ tamen priùs diligentiâ ad inquirendum, an re vera res ſit aliena; quòd ſi poſt præmiſſam hanc diligentiam non deprehenderit rem eſſe alienam, tametſi adhuc dubitet, an ſit ſua, poteſt illam præſcribere, quia conditio poſſidentis cùm ſit melior, ideo cenſetur eam poſſidere bona fide. Quòd ſi quis dubitet rem ſuam eſſe, & ſimul ambigat, an poſſit eam retinere, hic cenſetur mala ſide continuare poſſeſſionem, adeo ut illi non procedat præſcriptio: unde non datur medium practice inter bonam, & malam fidem: ſi enim quis dubitet in principio, habet malam fidem; ſin verò dubitet, quando eſt in progreſſu habet bonam fidem, ſi poſt adhibitam debitam diligentiam non deprehenderit eſſe alienam. 7

Ad præſcribendum non prodeſt ignorantia juris clari etiam inculpabilis, adeout qui aliquid acquiſivit contractu uſurario, tametſi ignoret contractum illum à ſe initum fuiſſe injuſtum, eò quia crediderit, aliquas uſuras poſſe exigi, non tamen acceptum per talem contractum poteſt præſcribi; ſufficit tamen ignorantia juris clari, ſeu error inculpatus ad præſcribendos fructus ex re illa perceptos: ſiquidem ignorantia circa fructus cenſetur ignorantia facti, quæ prodeſt ad præſcribendum. Immo juris dubii error, vel ignorantia, & de quo ſunt variæ doctorum opiniones verè probabiles ſufficit ad præſcriptionem, quia quando jus aliquod eſt verè dubium, & adſunt utrinque opiniones verè probabiles circa idem jus, poteſt quis ſequi opinionem verè probabilem; qui verò ſequitur opinionem probabilem, dicitur habere bonam fidem: quamobrem ſi contrahens per contractum initum aliquid accepit, & dubitatur, an talis contractus ſit licitus, poteſt acceptum retinere, ac præſcribere, dummodo utrinque ſint opiniones verè probabiles, & retinens, ac præſcribens acceptum ſequatur opinionem verè probabilem de juſtitia contractûs à ſe initi. Ignorantia facti concurrentibus aliis conditionibus prodeſt ad præſcribendum; hinc ſi quis rem accipiat à fure neſciens eſſe furem, poſſidet rem illam acceptam bona fide orta ex errore facti. 8

An verò procedat præſcriptio illius, qui ex uno capite poſſidet bona ſide, & ex alio mala fide; ut ſi Titius donatione, vel traditione rem accepit à Cajo, qui non erat dominus illius rei acceptæ, tunc ex parte malam fidem habet, & non poteſt præſcribere; ſin verò ex altero capite rem bona ſide poſſideat, reſpondet Covarruvias procedere ejus præſcriptionem. Item ſi Titius ut exemplificat Covarruvias, mala fide poſſideat unam fundi partem, & aliam bona fide, currit præſcriptio illius partis fundi, quæ bona fide poſſidetur, unde præſcriptio ſemper procedit re- 9

lædatur, ut docet Felinus *in d. c. cùm ex officij n. 16.*

12 Neqoe præſcribi poteſt contra procurationes, quæ debentur legatis, & Nuntiis Sedis Apoſtolicæ, ut deſumitur *ex c. cùm inſtantia 7. infra de cenſibus* quia huiuamodi procurationes debentur Legatis, & Nuntiis ob honorem ſedis Apoſtolicæ, & in ſignum obedientiæ erga eandem ob publicum bonum, quod Legati promovent. Quòd ſi dicas, privilegium, & præſcriptionem æquiparari, & per privilegium poſſe aliquem eximi à procurationibus ſolvendis, proinde etiam per præſcriptionem. Contra eſt, ſiquidem eſt diſcrimen, quia privilegium conceſſum à ſummo Pontifice poteſt revocari, non ita præſcriptio, quia per præſcriptionem acquiritur ius præſcribenti adverſus eū, contra quem præſcribitur, proinde non poteſt directè præſcribi contra ſupremam poteſtatem, ſeu plenitudinem poteſtatis, quæ ineſt Papæ in beneficijs eccleſiaſticis. Præterea præſcriptio tunc tantùm æquiparatur privilegio, quando præſcribitor ſciente Principe, qui privilegium potuit concedere, ſecus ſi præſcribatur inſcio Principe, quia tunc per præſcriptionem non acquiritur, quod per privilegium. Alij etiam reſpondent, privilegium, & præſcriptionem æquiparari in ijs, in quibus præſcriptio non reperitur ſpecialiter prohibita, quia contra ſpecialem prohibitionem juris non admittitur præſcriptio, & jura prohibent præſcriptionem adverſus procurationes, debitas Epiſcopis, Ordinarijs, Nuntijs, & Legatis.

§. III.

De conditionibus requiſitis ad præſcriptionem, & præſertim de poſſeſſione, & bona fide.

1 Conditiones requiſitæ ad uſucapionem, & præſcriptionē plures, vel pauciores ſunt: ordinariè tamen ad legitimam præſcriptionem quatuor requiruntur conditiones; quarum prima eſt poſſeſſio. Secunda, bona fides. Tertia, titulus præſumptus. Quarta, continuatio poſſeſſionis cum bona fide, vel tempus lege præſcriptum. Alii alias addunt conditiones, quæ tamen re ipſa conveniunt. Certum eſt, ad præſcriptionem reqniri neceſſariò poſſeſſionem rei, quæ præſcribitur, quia ſine poſſeſſione non datur præſcriptio; & non ſufficit, ſi poſſeſſio ſit naturalis, ſed debet eſſe civilis, ut cum [illegible] loſſa cōmuniter notant *DD. in c. cauſam, quæ 7 de præſcript.* Non enim tur rem ſurtivam poteſt [illegible] ucapere, tametſi a longiſſimo tempore habuerit ei is naturalem [illegible] oſſeſſionem *c 16. q. 3. §. poteſt & l ſequitur §. quod autem. ff. de uſucap. & [illegible] . ſi quis. ff. pro ſoluto*: unde poſſeſſio rei præſcribendæ debet eſſe civilis, adeò ut res poſſideatur ex jure, & ſolo animo eam poſſidendi.

2 Poteſt poſſeſſio eſſe tantùm civilis, quâ quis ſolo animo rei ſuæ etiam abſens inſiſtit: & poteſt eſſe civilis, & naturalis ſimul, quâ corpore, & animo res poſſidetur. ſola autem poſſeſſio naturali ſine civili non ſufficit; adeò ut habens rem alienam apud ſe depoſitam, vel commodatam, vel conductam non poſſit eam præſcribere; ſicut, nec colonus, procurator, & qui habet uſum fructum rei alicuios, non poteſt præſcribere eius proprietatem, ſed ſolùm uſumfructum. Idem dicitur de re indiviſa commoni pluribus, hæc ſiquidem non poteſt ab ullo eorum, quorum eſt communis, præſcribi, cùm poſſideatur nomine alieno. Hinc defectu huius conditionis neqneunt præſcribi loca ſacra, jus decimarum à laico, eò quia hic ſit incapax civilis poſſeſſionis rei ſacræ: ſiquidem ad præſcribendum non ſolùm requiritur capacitas activa reſpectu poſſidentis, ſed etiam paſſiva reſpectu rei, quæ poſſidetur: eadem ratione Tutor, Curator Procnrator, quamvis poſſideant rem pupilli, minoris, vel domini; non tamen poſſunt eam uſucapere, cum illam non poſſideant ſuo nomine, ſed alieno. Rurſus, qui rem in emphyteuſim, vel ſeudum accepit, non poteſt ejus proprietatem uſucapere, eò quia proprietas manet penes dominum. Generatim qui non eſt capax juris, nunquam poteſt ſua illud ſuum facere. Hinc quia laici non ſunt capaces juris ſpiritualis, & eccleſiaſtici, nec poſſunt jura ſpiritoalia, ſeu eccleſiaſtica lege præſcriptionis ſibi acquirere.

Secunda conditio ad præſcriptionem requiſita eſt bona fides ipſius poſſeſſoris, quia poſſeſſor malæ fidei nollo unquam tempore præſcribit, *c. poſſeſſor de regul. jur. in 6.* adeò ut *in c. ult. de præſcript.* habeatur, eſſe peccatum, quod non eſt ex fide, & quòd nulla ſit præſcriptio abſque bona fide, cum generalitet ſit omni conſtitutioni, & conſoetudini derogandum, quæ abſque peccato mortali obſervari non poteſt; quapropter debet, qui præſcribit, in nulla temporis parte habere conſcientiam rei alienæ. Quamobrem juxta *regulam juris 2. in 6. c. Vigilanti 5. h. t.* poſſeſſor malæ fidei nullo unquam tempore præſcribit, & jure canonico derogatum eſt omni conſuetudini, & legibus civilibos aſſerentibus, poſſe dari præſcriptionem abſque bona fide. Eſt autem bona fides juxta præſens inſtitutum credulitas, quâ quis ſibi prudenter perſuadet, rem eſſe ſuam, vel ſaltem neſcit alienam eſſe, dummodo ignorantia non ſit craſſa, vel affectata, adeo ut debitor qui jam per 30. annos elapſos non ſolvit debitū, non poſſit illud præſcribere ex defectu bonæ fidei; ſi tamen bona fide 30. annis poſſederit jus non ſolvendi, vel exiſtimaverit, ſe nihil debere; vel debitum ſolutum, aut condonatum eſſe, poſſit præſcribere. 5

Quod ad præſcriptionem requiratur bona fides, ex eo evincitur, quia cum mala fide, & conſcientia rei alienæ non poteſt retineri debitum tanto tempore ad præſcribendum, ſine peccato; proinde retentio, ſeu poſſeſſio [illegible] mala fide practica non ſtat ſine peccato. Hinc cùm poſſeſſor malæ fidei [illegible] æ nullo unquam tempore præſcribat, & [illegible] præſcriptio [illegible] æ 4

ſine

ſine peccato non poteſt confici, ſit jure canonico revocata, ideo non poteſt tale debitum præſcribi; adeo ut qui non ſoluit debitum etiam per 30. annos, non poſſit illud præſcribere defectu bonæ fidei, eò quia illud poſſideat cum conſcientia rei alienæ. Quòd ſi par accidens aliquis toto tempore ad præſcribendum neceſſario excuſaretur à culpa non reſtituendi; adhuc præſcribere non poſſet: quia ſi eo tempore rationabiliter differt ſolutionem, ſolum id poteſt eo animo, & illa intentione, ut poſtea ſolvat: & nulla ratio ſuadet, ut jus humanum tunc in damnum alterius præſcriptionem concedat: eo enim ipſo, quòd quis poſſedit rem alienam cum intentione eam reſtituendi, ſcit, jus talis rei pertinere ad alium, quem ſine injuſtitia non poteſt illo privare. Quòd ſi poſſeſſio ſit cum bona fide tam practica, quàm ſpeculativa, ſufficit ad præſcriptionem tum rei poſſeſſæ, tum actionis ad illam.

An verò, qui dubitat de re, quam poſſidet,
5 ſitne ſua, an non? poſſit illam tempora à lege definito præſcribere. Non videntur doctores convenire, Sotus *lib. 4. de juſtit. q. 5. art. 4.* cenſet per talem dubitationem impediri præſcriptionem, adeo ut cum primùm quis incipit dubitare, an res, quam poſſidet, ſua ſit, eo ipſo deſinat habere bonam fidem; adhærant Soto, Major *in 4. diſt. 15. q. 11.* & Adrianus *de reſtit. in quaſt. de præſcript.* ea innixi ratione, quia ſicut quando quis initio incipit poſſidere rem alienam, ſi dubitet an ſua ſit, nec ne, legitimè non poteſt præſcriptionem inchoare; ita neque illam continuare, quando incipit dubitare intra ſpatium definiti à jure temporis ſitne res ſua, quam poſſidet, an aliena? quia *ex l. bona fidei in princ. ff. de acquir. rer. domin. & l. 1. C. de uſucap. transformanda* liquet, poſſeſſorem bonæ fidei non eſſe, niſi credat bona fide, rem ſuam eſſe, quam poſſidet. At Imola, Panormit. Felin. & alii *in c. ult. de præſcript.* docent, quòd tametſi præſcriptio non poſſit legitimè inchoari, quando, quia incipit poſſidere cum dubio, an res ſit ſua, vel aliena; dicunt tamen, poſſe præſcriptionem legitimè continuari, ſi quis poſt inchoatam bona fide poſſeſſionem incipiat ambigere, an res ſua ſit, vel aliena: & hæc videtur eſſe ſententia communior, quæ probatur *ex c. ult. de præſcript.* ubi in poſſeſſione continuante præſcriptionem tantùm requiritur, ut in nulla parte temporis conſtituti à jure ad præſcribendum conſcientiam habeat rei alienæ.

6 Præterea quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis; proinde qui bona fide poſſidere cœpit, poteſt legitimè in poſſeſſione perſiſtere, quamvis incipiat ambigere, an res ſit ſua, vel aliena; adeo ut is in continuanda poſſeſſione cenſeatur habere bonam fidem, eò quia legitimè rem illam poſſidear, proinde poteſt illam præſcribere, cùm ad præſcribendum ſufficiat bona fides: & hæc ſententia eſt probabilior: communiter enim docent, quòd dubitans, an res ſit ſua, ſi tunc inchoet poſſeſſionem cum tali dubio, non habeat bonam fidem: quia ad hoc, ut quis incipiat facere rem ſuâ, quæ antea non erat ſua, requiritur, ut determinatè judicet, vel rem eſſe nullius, & ſic fieri ſuam per primam occupationem; vel eſſe ſuam tametſi antea non adverterit: quòd ſi ambigit, an ſit ſua, vel aliena, tunc inique agit, ſi eam ſibi arroget, cùm non ſit melior ſua conditio, quàm alterius. Quòd ſi dubium verſetur inter duos, quorum neuter bona fide poſſideat, tunc res dividi debet, cum par ſit jus utriuſque.

Quòd ſi dubium ſuboriatur poſt inchoatam bona fide poſſeſſionem, poteſt dubitans rem 7
illam, de qua oritur dubium, præſcribere, adhibitâ tamen priùs diligentiâ ad inquirendum, an revera res ſit aliena; quòd ſi poſt præmiſſam hanc diligentiam non deprehenderit rem eſſe alienam, tametſi adhuc dubitet, an ſit ſua, poteſt illam præſcribere, quia conditio poſſidentis cùm ſit melior, ideo cenſetur eam poſſidere bona fide. Quòd ſi quis dubitet rem ſuam eſſe, & ſimul ambigat, an poſſit eam retinere, hic cenſetur mala fide continuare poſſeſſionem, adeo ut illi non procedat præſcriptio: unde non datur medium practice inter bonam, & malam fidem: ſi enim quis dubitet in principio, habet malam fidem; ſin verò dubitet, quando eſt in progreſſu, habet bonam fidem, ſi poſt adhibitam debitam diligentiam non deprehenderit eſſe alienam.

Ad præſcribendum non prodeſt ignorantia 8
juris clari etiam inculpabilis, adeout qui aliquid acquiſivit contractu uſurario, tametſi ignoret contractum illum à ſe initum fuiſſe injuſtum, eò quia crediderit, aliquas uſuras poſſe exigi, non tamen acceptum per talem contractum poteſt præſcribi; ſufficit tamen ignorantia juris clari, ſeu error inculpatus ad præſcribendos fructus ex re illa perceptos: ſiquidem ignorantia circa fructus cenſatur ignorantia facti, quæ prodeſt ad præſcribendum. Immo juris dubii error, vel ignorantia, & de quo ſunt variæ doctorum opiniones verè probabiles ſufficit ad præſcriptionem, quia quando jus aliquod eſt verè dubium, & adſunt utrinque opiniones verè probabiles circa idem jus, poteſt quis ſequi opinionem verè probabilem; qui verò ſequitur opinionem probabilem, dicitur habere bonam fidem: quamobrem ſi contrahens per contractum initum aliquid accepit, & dubitatur, an talis contractus ſit licitus, poteſt acceptum retinere, ac præſcribere, dummodo utrinque ſint opiniones verè probabiles, & retinens, ac præſcribens acceptum ſequatur opinionem verè probabilem de juſtitia contractûs à ſe initi. Ignorantia facti concurrentibus aliis conditionibus prodeſt ad præſcribendum; hinc ſi quis rem accipiat à fure neſciens eſſe furem, poſſidet rem illam acceptam bona fide orta ex errore facti.

An verò procedat præſcriptio illius, qui ex 9
uno capite poſſidet bona fide, & ex alio mala fide; ut ſi Titius donatione, vel traditione rem accepit à Cajo, qui non erat dominus illius rei acceptæ, tunc ex parte malam fidem habet, & non poteſt præſcribere; ſin verò ex altero capite rem bona fide poſſideat, reſpondet Covarruvias procedere ejus præſcriptionem. Item ſi Titius ut exemplificat Covarruvias, mala fide poſſideat unam fundi partem, & aliam bona fide, currit præſcriptio illius partis fundi, quæ bona fide poſſidatur, unde præſcriptio ſemper procedit re-

ſpectu illius partis, quæ bona fide poſſidetur, non verò reſpectu alterius, quæ mala fide.

10 Dubitari ſolet, an mala fides poſſeſſoris noceat ſucceſſori in ordine ad præſcribendam rem, quam defunctus mala fide poſſederat? Pro ſolutione hujus quæſiti iuvat obſervare ſucceſſorem aliquando dici univerſalem, ut cùm quis eſt hæres alicujus ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato; ſive ſolus, ſive unà cum aliis ſit hæres, & tunc talis ſucceſſor defuncti perſonam repræſentat. Interdum dicitur ſucceſſor ſingularis, ſeu particularis, ut eſt ille, qui venditori in re empta ſuccedit, vel donatori in re donata, vel permutatori in re permutata; vel ille qui ex teſtamento in re certa defuncti ſuccedit, qui legatarii, non verò hæredis conditionem, & rationem habet. Hinc qui in aliqua re certa à teſtatore legata ſuccedit, dicitur ſucceſſor particularis; qui verò ſuccedit tanquam hæres alicujus, ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato, dicitur ſucceſſor univerſalis. Hiſce prænotatis, Reſpondent juriſperiti, malæ fidei poſſeſſorem non prodeſſe ſucceſſori ſingulari, quaconque ex cauſa illi ſuccedat ex donatione, venditione, legato: ſiquidem ſucceſſor non poteſt uſucapere, quod teſtator non potuit uſucapere.

11 Neque ſucceſſor poteſt computare tempus à jure ſtatutum ad præſcribendum *l. an vitium ff. de diverſ. & temporal. præſcript. & inſtit. de uſucap. §. inter venditorem* Rurſus mala fides teſtatoris defuncti usque adeo nocet ſucceſſori univerſali, ut nunquam poſſit ſucceſſor rem præſcribere, tametſi bona fide poſſideat, & nolit computare tempus, in quo defunctus mala fide poſſedit, ſeu quod defunctus uſurpare non potuit ob malam fidem; adeo ut hæres quamvis ignoret vitium defuncti, nequeat uſucapere. Idque deſumitur *ex l. cùm hæres ff. de diverſ. & tempor. præſcript. & l. ſi mala fides C. communia de uſucap.* & hæc opinio, quæ eſt communis in jure civili approbatur in jure canonico, ut fatetur Panormit. *c. 2. num. 8. & c. ſi diligenti n. 9. de præſcript.* quia hæres univerſalis repræſentat perſonam defuncti, & eadem eſt conditio hæredis quæ fuit teſtatoris defuncti *l. cum à matre C. de rei vindicat.* nec à perſona hæredis conditio obligationis mutatur *l. ſtipullationem §. ex his igitur. ff. de verb. oblig.* adeo ut poſſeſſio cenſeatur eadem in utroque, ſcilicet defuncto, & hærede, & quia in defuncto conditio fuit vitioſa, nequit bona eſſe in ſucceſſore: ſin verò hæres ex alia cauſa præter quam ex cauſa hæreditaria, rem defuncti poſſediſſet, tunc poſſet ex illa cauſa rem præſcribere, & uſucapere, quia tunc mala fides defuncti illi non noceret: ut ſi defunctus cùm pri[illegible]em aliquam locò pignoris uni tradidiſſet, & eandem redemiſſet; profectò ſicut ille, cui defunct[illegible] rem illam ven[illegible]it, potuit eam præſcribere, eò quia bona fide eam emit: ita etiam hæres, quia hic non ut hæres, ſed ut redemptor eam poſſidet, poteſt eam uſucapere, & præſcribere *l. an vitium ff. de diverſis tempor. præſcript.*

12 An verò mala fides anteceſſoris obſit hæredi mediato, ſeu hæredi hæredis, qui bonam fidem habuit, ſed præſcribere non potuit ob malam fidem defuncti, quem repræſentabat, negant plures Covarruv. *part. 2. §. 9. n. 6.* Molina, Leſſius, & alij; quia ultimus hæres repræſentat tantùm immediatum anteceſſorem, cujus ipſe eſt hæres; hic autem ſupponitur habuiſſe bonam fidem; & tantùm fictione iuris cenſebatur habere malam fidem, quatenus repræſentabat perſonam defuncti, qui in mala fide poſſidebat, & cùm hæres mediatus non repræſentet talem anteceſſorem, ideo illius mala fides non tranſit ad hæredem mediatum, ſicut tranſit ad immediatum: ratio diſcriminis eſt, quia hæres immediatus, ſeu ſucceſſor univerſalis ita repræſentat perſonam defuncti, ut ſuccedat in omnia ejus jura, obligationes, & onera; adeòque reputetur eadem perſona cum anteceſſore, qui ſicut ob malam fidem non potuit præſcribere, ita neque hæres ei immediatè ſuccedens, quia poſſeſſio hæredis fictione juris cenſetur eadem cum poſſeſſione defuncti, cujus perſonam jure refert: unde ſi poſſeſſio defuncti infecta fuit ob malam fidem; etiam poſſeſſio hæredis infecta erit; quia vitia poſſeſſionum à majoribus contracta perdurant, & comitantur ſucceſſorem auctoris ſui *l. vitia C. de acquir. poſſeſſ.* Secus ad hæredem mediatum non tranſit mala fides anteceſſoris mediati; quia poſſeſſio mediati anteceſſoris fictione juris non cenſetur poſſeſſio ſucceſſoris mediati, alioqnin daretur duplex fictio malæ fidei, una, quæ afficeret hæredem immediatum, & altera, quæ mediatum; & à jure hæc duplex fictio in una, & eadem cauſa reprobatur, ſiquidem mala fides eſt vitium perſonæ, quod ad hæredem mediatum non tranſit jure naturæ, ſed ſolùm fictione juris, ob quam cenſetur eadem perſona cum defuncto.

Sunt tamen qui hiſce non obſtantibus cenſent, malam fidem anteceſſoris tranſire etiam ad hæredem mediatum, eò quia generatim hæres univerſalis ſive immediatus, ſive mediatus tenetur ad omnia debita defuncti ſaltem juxta vires hæreditatis: & hæc ſententia eſt tutior magiſque conſona æquitati, ne tertius damnum patiatur ex ea præcisè ratione, quòd hæres non ſit immediatus, ſed mediatus. Non tamen mala fides anteceſſoris obeſt ſucceſſori in dignitate, vel alio eccleſiaſtico beneficio, quia tunc ſucceſſor non accipit titulum poſſidendi beneficium à ſuo prædeceſſore; ſed ab ipſo collatore: quapropter talis ſucceſſor poteſt cum bona fide præſcribere dignitatem, vel beneficium, quod pertinet ad alium, non computando tempus, quo mala fide poſſidebat anteceſſor, cujus ipſe perſonam minimè repræſentat; neque tanquam ejus hæres poſſidet beneficium, ſed tantùm ex collatione [illegible]us ſuperioris eccleſiaſtici, ad quem pertinet conferre dignitates, & beneficia eccleſia[illegible]ica. 13

C[illegible]m verò mala fides anteceſſoris dicitur obeſſe ſ[illegible]ceſſo[illegible] u[illegible]iverſali, ſeu hæredi immediato, extenditur non ſo[illegible]m quoad præſcr[illegible]tionem ordinarii temporis, ſed etiam long[illegible] ut notat Fachinæus *lib. 8. controverſ. c. 27. in reſponſ ad 7.* quia tametſi de jure civi[illegible] ad præſcriptionem longi [illegible] temporis non requiratur bona [illegible], [illegible] jus canonicum ſol[illegible]m malam [illegible] indecentam peccatum reprobaverit non tamen 14

men reprobavit malam fidem fictam, ſeu præſumptam, quo minus adhuc impediat præſcriptionem in hæredes, quatenus hæres perſonam repræſentat defuncti: unde communiter docent, hæredem ob malam fidem anteceſſoris non poſſe præſcribere per longiſſimum tempus, cum omni tempore ad præſcribendum fuerit neceſſaria bona fides defuncti.

15 Immo extenditur etiam, quòd mala fides anteceſſoris noceat ſucceſſori univerſali, non ſolùm quoad perſonas particulares, ſeu hæredes ſuccedentes uni defuncto; verùm etiam quoad univerſitatem, vel civitatem, in qua cives poſteri ſuccedunt in juribus, & oneribus anteceſſorum ſuorum, quod eſt intelligendum de quavis communitate ſive Religioſorum, ſive ſæcularium, adeo ut ſucceſſores, tametſi ſint bonæ fidei, non poſſint præſcribere rem, quam anteceſſores mala fide poſſederunt; quia poſſeſſio, quæ ab initio vitioſa erat apud populum, eadem prorſus invariata manens tranſit ad ſucceſſores, & valet *regula iuris 29. in ff.* quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere. Neque obſtat, quòd priores cives, qui habuerunt malã fidem jam obierint; ſiquidem alii licèt bonæ fidei poſſeſſores ſucceſſerunt in eorũ loco, adeo ut ſicut cenſetur eadem communitas, ita putetur eſſe idem populus *l. proponebatur 76. ff. de judic.* Fachinæus *l. 8. controv. c. 25.*

16 In rebus, & actibus meræ facultatis non procedit præſcriptio, niſi prohibitioni interpoſitæ is, qui meram facultatem habet, cum patientia acquieverit; & rurſus prohibentem in quaſi poſſeſſione, & ſe in putativa obligatione conſtituerit. Dicuntur res meræ facultatis, quas homines citra ullam conventionem, & obligationem jure naturæ, vel gentium pro ſuo arbitrio facere, vel omittere ſolent. Hinc ſi quis domum ſuã non niſi ad duas contignationes altam conſtruxerit, non tamen erit contra ipſum præſcriptum, ſi impoſterum velit tertiam addere contignationem, & altiùs domum ſuam ædificare: quòd ſi vicinus prohibeat hanc altiorem ſtructuram domûs, & is ad quem pertinet domus ceſſet eandem altiùs ædificare, & cum patientia acquieſcat, tunc conſtituit prohibentem in quaſi poſſeſſione, & ſe ipſum in putativa obligatione, ut docent juriſperiti *ad l. Ædiles. ff. de via publica.* quia tunc præſumitur cedere juri ſuo, quod habet altiùs conſtruendi domum ſuam in proprio fundo; & concedere vicino jus prohibendi altiorem ſtructuram domûs ſibi vicinæ, ne commodum proſpectùs, ac liberiorem aërem ei abripiat.

17 An verò cum dubio ſpeculativo cenſeatur quis mala fide inchoare præſcriptionem non conveniunt juriſconſulti. Duplex eſt dubium, unum ſpeculativum quod verſatur quaſi circa theſin, eò quia ſit dubium genericum exiſtens tantùm in mente dubitantis, tametſi hic, & nunc credat, rem ſe licitè habere: ut ſi Titius rem donet Cajo, Cajus illam accipit, & incipit poſſidere credens, ſe licitè rem illam habere, utpote ſibi dono datam; Interim tamen dubitat, an Titius fuerit verus dominus rei illius, & ipſi non conſtat certò, rem ipſam pertinuiſſe ad alium, neque certò ſcit pertinuiſſe ad ipſum Titium, & interim cum hoc dubio ſpeculativo inchoat præſcriptionem. Dubium practicum habetur, quando quis dubitat in hypotheſi, ſeu in particulari, & non tantùm de vero Domino ipſius rei; ſed in eo quoque hæret, an tuta conſcientia rem illam poſſit retinere.

18 Hiſce prænotatis putârim reſpondendum cum probabiliore ſententia non poſſe cum dubio practico inchoari præſcriptionem, tametſi practicè dubitans non reſtituendo non peccet, donec certiùs ſciat, ad quem res illa pertineat: ratio, cur cum dubio practico non poſſit præſcriptio inchoari eſt, quia non licet agere cum dubio practico: quia ſtante tali dubio niſi tutior via eligatur agens exponit ſe peccati periculo, & hoc ipſo peccat; & cum peccato nulla præſcriptio admittitur, ut notat Covarruvias *in c. poſſeſſor. §. 7. num.* 4. Cum dubio tamen merè ſpeculativo ſuperiùs explicato cenſarem probabiliter præſcriptionem poſſe inchoari ſalvo meliori judicio: quia aliàs vix unquã procederet præſcriptio, quia raro poſſet Vir prudens infallibiliter credere, rem ſibi dono datam pertinuiſſe ad dominium dantis, poſſet enim ob defectum infallibilis certitudinis ſemper dubitari ſpeculativè, an res illa quoad rerum dominium ſit tradentis; alioquin fruſtra exigerentur cautiones de evictione, ſi nulla eſſet ambigendi ratio, ut notat Vasquez *lib. 2. controv. c. 77.* ex eo autem quòd accipiens hic, & nunc credat rem illam ſibi dono datam pertinuiſſe ad dominium dantis excluditur dubium practicum, non ſpeculativum.

19 Dubitari ſolet, an actionibus, & obligationibus cum mala fide, ſive conſcientia alieni juris præſcribi poſſit. Tractant hanc quæſtionem Panormit. *in c. fin. h. t. n. 8. & ſequent.* Covarruvias *in c. poſſeſſor de R. J. in 6. p. 2. §. 11.* & alii juriſconſulti; pro cujus ſolutione juvat obſervare cum Layman. *lib. 3. Theolog. moral. tract.* 1. *c. 8. n.* 12. obligationes alias eſſe activas, & alias paſſivas; illas ſuapte natura tendere ad agendum, vel non agendum; qui enim rem alienam poſſidet obligatur obligatione activa ad illam reſtituendam ſuo domino, ut etiam qui ex mutuo, empto, vel alia pactione eſt debitor, obligatur ad rem debitam alteri ſolvendam; ut etiam in ſervitutibus urbanis obligatur quis ad non conſtruendum altiùs ædificium, ad feneſtram verſus alterius ortum non aperiendam, & hiſce obligationibus id cenſetur commune, quòd nulla præſcriptione tolli poſſint, quamdiu earum ſcientia adeſt.

20 Obligationes paſſivæ ſunt, quæ ſuapte natura tantùm referuntur ad patiendum, vel onus ſubeundum, ſi ab altero agatur, petatur; & hujusmodi obligationes dicuntur præſcriptione extingui ob ſolam negligentiã, ſive ceſſationem actoris, ſeu exactoris, tametſi obligatus ſuæ interim obligationis conſcius ſit. Exempla habentur in legibus pœnalibus, quæ non obligant reum ad ſolvendam pœnam ante Judicis ſententiam: & in actionibus, quæ jure civili inventæ certo temporis ſpatio definitæ ſunt, ut actio redhibitoria, quanti minoris. Rurſus in ſervitutibus ruſticis, quæ extinguntur per ſolum non

uſum

uſum dilapſo tempore deſinito à jure, tametſi qui præſcribit, ſciat alteri tale jus competere.

21 Hæc ſententia quoad obligationes paſſivas communnis eſt: verùm quoad obligationea activaa, & actiones perſonales præſcribendaa non conveninnt doctores: ſiquidem hiſce actionibus poſſe præſcribi etiam cum mala fide docent plnres cum Panormit. *in c. fin. h. t. n. 13. & 21.* quia ſolùm præſcriptionibus cum mala fide, ſeu ſcientia juria alieni per ſacros canones derogatur, eò quia talis ſcientia peccatum conſtituat, cùm poſſeſſor ſcienter contra voluntatem domini rem alienam retineat, quam tenetur reſtituere: in actionibus verò perſonalibus, tametſi debitor ſciat, ſe debere, non tamen peccat non ſolvendo, quamdiu creditor non exigit.

22 Tum quia id videtur exigere ratio publicæ utilitatis, & quietis, quæ generaliter ſuaſit jura præſcriptionum, quia niſi conſtituatur aliquia terminus actionum, nemo à conventionibus, & contentionibus judicialibns unquam ſecutus eſſet, & periret lapſu temporis deſenſionis copia, morerentur teſtes, conſumarentur apochæ, & alia litteraria documenta, quibus ſolutio, transactio, & compenſatio probari potuiſſent. Non tamen puto diſcedendum à contraria ſententia, quæ in conſcientia tutior eſt, ut docent Layman. *lib. 3. moral. theol. tract. 1. c. 8. num. 12.* Covarruvias *pract. decif. c. poſſeſſor §. 11. num. 5.* Mynſing. *centur. 4. obſerv. 6.* Barb. *in collat. ad fin. h. t. num. 7.* Idque deſumitur *ex c. fin. h. t.* ubi tollitur omnis præſcriptio, quæ eſt cum conſcientia rei alienæ.

23 Ratio eſt, quia actiones perſonales ex mutuo, vel empto competentes inſpecto jure naturæ ſemper durant, niſi ſolutio, aut remiſſio debiti interveniat, non minus, quàm eodem jure naturali in realibus, & poſſeſſione rei alienæ obligatio reſtituendi eſt perpetua, & nunquam extinguitur, quapropter hujusmodi obligatio ſalvâ æquitata juris naturalis non poteſt tolli niſi per aliquem modum eidem juri naturali conformem, cùm omnis res eodem modo diſſolvi debeat, quo fuit colligata, ac per easdem cauſaa deſinere *l. nihil tam naturale 25. ff. de reg. juris:* atqui juri naturali non eſt conforme, ut qui ſcienter debitum non ſolvit, quod omni jure tenebatur ſolvere, ex hoc ſolo conſequatur liberationem: ſiquidem ex eo, quòd creditor non petierit, qnod plerumque ex urbanitate fit, non ſequitur, quòd ipſe debitor non ſciverit ſuam obligationem ſatisfaciendi. Tum quia ſi debitor habuit animum ſolvendi, nunquam potuit eſſe in quaſi poſſeſſione ſuæ liberationis, quia ſuam poſſeſſionem activæ obligationia integram reliquit creditori; proinde non ſuit in conditione præſcribendi, quia absque poſſeſſione non currit præſcriptio *c. 3. de R. J. in 6. l. ſine poſſeſſione 25. ff. de uſucap.* Quia non habuit animum ſolvendi, non egit ex bona ſide, & quod non eſt ex bona fide, peccatum eſt, cum quo non poteſt inchoari præſcriptio, ut ait Pontifex *in c. fin. h. t.*

24 Hinc ad primum fundamentum, quo nititur oppoſita ſententia, reſpondetur, ſcientiam alieni juris etiam in actionibus perſonalibua conſtituere peccatum, ſi debitor non habuerit intentionem ſolvendi, vel ſolutionem ſubterfugerit, quòd ſi non adſit talis intentio, præſcriptio ceſſat, non tam ratione peccati, quàm ex defectu poſſeſſionis, & qualitate meræ facultatis; ſicut depoſitarii, & commodatarii non præſcribunt rem commodatam, aut depoſitam quamvis ſine peccato eam teneant. Ad aliud fundamentum, in quo dicitur, quòd ratio publicæ utilitatis, & quietis præſcriptionum jura ſuaſerit, reſpondetur, legibus civilibus admittentibus præſcriptionem cum mala fide in conſcientia jure canonico non eſſe adhærendum, quia ſacri canones hujnsmodi leges abrogant.

25 Mala fides reſpectu unius rei, vel juris non impedit præſcriptionem alterius rei, vel juris diſtincti, quod præſcribitur, ut notat Covarruvias *p. 2. §. 8. num. 5.* Fachinæus *lib. 8. contro. c. 24.* adeo ut, qui habet malam fidem quoad unam partem fundi, & bonam fidem reſpectu alterius, poſſit hanc præſcribere, non illam. Rurſus mala fides, quâ poſſidetur res, vel jus aliquod, impedit præſcriptionem non ſolùm reſpectu unius, ſed etiam omnium aliarum perſonarum diverſarum; adeo ut qui putat, rem alienam, quam poſſidet, pertinere ad Titium cùm tamen ſit Sempronii, non poſſit præſcribere, nec contra Titium nec contra Sempronium, quia ſatis eſt, quòd ſciat, rem eſſe alienam, ut notat Abbas *in c. illud 8. num. 8. & 9. h. t.* quia ad præſcribendum reqniritur, nt quis in nulla parte temporis conſcientiam habeat rei alienæ *c. quoniam 20. h. t.* ubi habetur, quòd nec jure civili, nec canonico præſcriptio ſine bona fide valeat, quæ debet durare toto tempore præſcriptionis: quia derogandum eſt omni conſuetudini, vel conſtitutioni, quæ ſine peccato ſervari non poteſt: eò autem ipſo, quòd quis putat, rem à ſe poſſeſſam eſſe Titii, quæ revera eſt Sempronii, conſcientiam habet, quòd res, quam poſſidet, ſit aliena, licèt putet eſſe unius, cùm ſit alterius, proinde non poteſt præſcribere, cùm talis præſcriptio absque peccato non fieret. Juvat tamen obſervare, quòd ſi non mala fides propriè ſuperveniat, ſed opinio quædam falſa, eò quia per errorem putaverit, rem eſſe Titii, quâ opinione ceſſante non dubitabat eſſe ſuam, tunc talis non cenſetur eſſe in mala fide, ſed tantùm dubitare, an res illa ſit aliena: quapropter licèt cum tali dubio non poſſit præſcriptionem inchoare, poteſt tamen inchoatam continuare.

26 An contra actionem hypothecariam à tertio poſſeſſore præſcribi poſſit, ſi per decurſum poſſeſſionis certò ſciverit, rem alteri hypothecatam? diſſentiunt juris-conſulti, affirmant aliqui non tamen ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione, quòd in illum poſſeſſorem ſaltem ab initio res bona fide, & ſine fraude translata ſit, & dant rationem: quia tunc tertius poſſeſſor non tenetur ex ſua perſona ad aliquid præſtandum creditori, ſed tantùm ad faciendum, ſi res fuerit ab ipſo per hypothecaream actionem avocata.

27 Hæc tamen ſententia non placet, quia ex generali canonum conſtitutione non ſolùm ab initio, ſed etiam quovis tempore requiritur bona fides ad præſcribendum *c. fin. h. t.* Præterea quia

quia ſequeretur, etiam debitorem principalem poſſe quoad actionem hypothecariam præſcribere: quia quoad onus hypothecæ omnium poſſeſſorum par eſt onus, & conditio. Demum quia cùm tertius poſſeſſor non poſſit conveniri non excuſſo priùs principali debitore *authent. hoc ſi debitor C. de pignor.* ideo non videtur, contra creditorem non valentem agere, currere præſcriptionem pignoris: unde ſententia negativa eſt tutior in conſcientia, tametſi affirmativa ſua non careat probabilitate.

28 Adeſt difficultas, an contra actionem pro legato in teſtamento alicui relicto poſſit ab hærede ſcientiam illius habente præſcribi, ſi legatarius intra legitimum tempus neglexerit petere, & exigere rem ſibi legatam? affirmant plures, non ſolùm ſi legato adjecta ſit conditio, ſi legatarius voluerit legatum acceptare; verùm etiam ſeclusâ tali conditione, quamvis legatum purè relictum ſit, & aſſignant rationem: quia ob conditionem ſive expreſſam, ſive tacitam; quæ ex ſua natura ſemper adnectitur legato ante acceptationem legatarii non eſt illi jus quæſitum; ſed manet id in ſuſpenſo *l. quadam ſunt 15. §. de rebus dubiis*; adeo ut non videatur peccare hæres, ſi legatum non præſtet, ſed merè paſſivè ad avocationem legati ſe habeat.

29 Immo non deſunt, qui ulteriùs procedant, & aſſerant, id verum eſſe, licèt legatarius ignoret legatum ſibi relictum; quod tamen nullo modo poteſt ſuſtineri: etenim ſi legatarius legatum ſibi relictum ignoraverit, non poteſt intelligi, quomodo hæres præſumat bona fide, legatarium quaſi renunciando non petere legatum ſibi relictum: ſiquidem nemo cenſetur illi renunciare, quod ignorat.

30 Quamobrem dicendum puto contra actionem pro legato in teſtamento alicui relicto, non poſſe ab hærede ſcientiam ejus habente præſcribi, ſi legatarius intra legitimum tempus rem ſibi legatam non petierit, dummodo legatarius illi expreſsè non renunciet; quia tametſi poſſit legatum ſibi relictum repudiare, quamdiu tamen illud non repudiat, jus quæſitum eſt ipſi, & cenſetur acceptatum ab initio mortis teſtatoris *l. legatum 80. ff. de legat. 2. & l. magis put. 5. § fundum 8. ff. de rebus eorum, qui ſub tut. fund. legat.* ubi ait J. C. *repudiare pupillus ſine tutoris authoritate non poteſt*, ex quo concluditur, legatum ante repudiationem eſſe in dominio legatarii. Quòd ſi legato fuerit adjecta conditio, *ſi legatarius voluerit legatum acceptare*, & interim legatarius intra legitimum tempus conſcius legati ſibi relicti conditionatè, negligat illud petere, & exigere, & præſertim ſi legatum ſit cum aliquo onere, tunc cum Decio *c. Eccleſia S. Mariæ 10. de conſtit. n. 26.* putârim, ab hærede poſſe præſcribi, quia conjicitur ex non petitione legati, quòd legatarius ſciens legatum ſibi relictum conditionatè nolit acceptare ob onus ei adnexum *argum. l. ſi ita legatum 65. ille ſi foret. ff. de legat.* 1. quod tamen non valet in legato puro, cui non eſt conditio adnexa.

31 An verò, quando lex pœnalis concedit adverſus delinquentem actionem in certum tempus poſſit is, qui deliquit, vel etiam ejus hæres actionem præſcribere, & ipſam pœnã, tametſi ſciverit actionem illam contra delinquentem competere, & pœnam deberi ratione culpæ? Covarr. *in epitome p. 2. c. 6. §. 8. n. 5.* Felin. *c. ult. de præſcript.* Panormit. & alii reſpondent, tam eum, qui deliquit, quàm ejus hæredem poſſe præſcribere excepto tamen hæretico, cujus ob hæreſin ſunt bona addicta fiſco *c. accuſatus § in eo* ubi habentur hæc verba: in eo verò caſu, quo hæredes ad ſucceſſionem non debent ob hæreſin ſui authoris admitti, non obſtante, quòd authore ipſo vivente hoc non fuerit interveniente ipſius morte per ſententiam declaratum, ad confiſcationem bonorum poſt mortem ejusdem, nihilominus procedatur. Ubi Gloſſa ait, id eſſe intelligendum poſt 40 annos, adeo ut poſtea adimi non poſſint à viris catholicis, qui toto illo tempore in Romana Eccleſia vixerunt, & bona fide poſſederunt bona illa; & addit Gloſſa, id maximè procedere, ſi parentes catholici cenſerentur. Verùm Covarruvias & alii juris pontificii periti aſſerunt, in pœnis ipſo jure, vel etiam per ſententiam latã præſcribendis malam fidem nil impedire, etiam jure canonico ſi præſcriptio ſit talis, quæ jure civili cum mala fide approbetur, non verò ſi præſcriptio ſit talis, quæ jure canonico ob malam fidem poſſeſſoris damnetur.

32 Hinc ait Covarruvias, jure civili adverſus fiſcum ſæcularem bona alicujus ob vectigal non ſolutum Principi, vel reipublicæ, vel ipſo jure confiſcata poſſe quinquennio uſucapi, & præſcribi etiam mala fide, ſeu quamvis præſcribens ſciat, bona illa ad fiſcum pertinere; immo addit Covarruv. jure civili poſt quinquennium ab obitu hæretici nondum accuſati bona illius tuto ab hæredibus retineri, & ea præſcriptione defendi; tametſi ſciverint illum hæreticum fuiſſe, & ait id locum habere, quando bona hæretici addicta ſunt fiſco civili ob crimen hæreſis.

33 Verùm putârim, bonam fidem requiri ad præſcribendum etiam illa, de quibus eſt præſens quæſtio: quia jus canonicum generatim exigit eandem bonam fidem in quavis præſcriptione; & jus canonicum in hac parte eſt præferendum civili, adeo ut judicandum potiùs ſit ſecundùm jus canonicum, quàm civile, præſertim in præſcribendis bonis hæreticorum, qui poſt obitum damnantur, & non præſcribuntur ante lapſum 40. annorum: ſiquidem id eſt expreſsè ſancitum jure canonico.

34 Quæritur, an, ſi Prælatus ſciat rem alienam ab Eccleſia, vel Monaſterio poſſideri, poſſit illam præſcribere. Reſpondetur negativè, ſi notoriè conſtet, rem eſſe alienam; quia non poteſt Prælatus eam retinere, ſed debet reſtituere: ſiquidem ad boni adminiſtratoris officium pertinet, ut aliena non retineat cum damno alterius *argum. c. generalis 12. in fin. diſt. 54.* ubi expreſsè dicitur, nil perire credimus eccleſiaſticis utilitatibus, ſi quæ aliena ſunt, reſtituantur ſuis Dominis; non enim ſi Prælatus rem alienam reſtituat, cenſetur alienare rem Eccleſiæ, cùm res aliena ad Eccleſiam non pertinuerit. Quòd ſi non conſtiterit, rem eſſe alienam, nec poſſit Prælatus id probare, tunc poteſt rem illam retinere *argum. c. 2. cauſa 6. q. 2.* quia ſi non conſtaret; rem eſſe alie-

alienam ſoli Præ'ato fides non præſtaretur, cùm hic non poſſit res Eccleſiæ alienare, niſi ex juſta cauſa. Sin verò Prælatus putet, rem illam pertinere ad talem dominum, qui jua ſuum probare poſſit, debet id ei ſignificari, ut valeat jus ſuum perſequi. Sin verò Prælatus ſciat, rem eſſa alienam, & Capitulum rem illam poſſideat bona fide, tunc probabilius aſt, præſcriptionem locum non habere; ſi rea illa communiter poſſideatur à Prælato, & capitulo: quia ad præſcriptionam requiritur, ut Prælatus, & major pars capituli bonam fidem habeat, ſiquidem Prælatus ſine captitulo nequit totam rem præſcribere, & lex præſcriptionis, cùm potiùs habeatur odioſa, non extendenda eſt, ſed potiùs reſtringenda; adeo ut ob malam fidem Prælati ceſſet bona fides alterius, ſeu capitoli in re, quam communiter, & indiviſim Prælatus, & capitulom poſſident, ut docet Layman *in c. ult. n 7.*

35 Juvat hic obſervare, qoòd taciturnitas, & patiantia Prælati non repetantis in judicio bona Eccleſiæ non præjudicat ſucceſſoribus, qnò minua poſſint ea repetera, ut deſumitur ex *c. nihil prodeſt. 2. h. t.* ubi habetur, quòd patientia, & taciturnitas Prælati ad vitanda ſcandala, vel ſcriptum fori pro re eccleſiaſtica recuperanda non præjudicat ſucceſſoribus, quin res pauperum, ſeu bona Ecclaſiæ recuperent: ratio etiam id ſnadet, quia ſicut Prælatus non poteſt bona Eccleſiæ expreſsè donare, ita nec tacitè, nec per renunciationem præſumptam ex taciturnitate. Cætarum poteſt Prælatus ob vitandum ſcandalum aliquid de juribns Ecclaſiæ absque tamen præjudicio ſncceſſorum remittare; & tunc ad impediendam præſcriptionem debet interdum fieri proteſtatio, quòd talis remiſſio non ex obligatione, ſed liberaliter fiat.

§. IV.

De titulo, & tempore ad præſcribendum neceſſario.

1 TErtia conditio ad legitimè præſcribendum aſt titulus probabiliter præſumptus, ſeu, qui bona fide putetur validus *l. 1. ff. de uſucap.* ſiquidem titulus juſtus eſt cauſa, & fundamentum juſtæ poſſeſſionis, quia ſine titulo non poteſt quis habere bonam fidem initio poſſeſſionis: non enim poteſt quia habere jus poſſidendi, niſi credat, ſe habere titulum, ax quo tale jus oritur: rurſus hic titulus debet talis eſſe, qui ex ſe aptus ſit ad transferendum dominium, tametſi per accidens non transferat ob intervenientem probabilem ignorantiam, ac juſtum arrorem, quo pacto Conductores, Commodatarii, Depoſitarii non poſſunt rea conductas, commodatas, & depoſitas præſcribere: quia non habent juſtum titulum præſcribendi: ſunt enim juſti tituli emptio, donatio, ſolutio debiti, hæreditas, quando quia pro hærede poſſidet, quia tunc poſſidet ex cauſa hæreditatis: non tamen eſt neceſſe, ut ſemper iſte titulus ſit validus; ſiquidem titulus validua per ſe ſufficit etiam ſtne præſcriptione ad transferendum dominium: ſed ſufficit, ſi probabiliter putetur verus, & validus, tametſi revera in ſe validus non ſit.

Ad præſcribendum tres aſſignantur tituli 2
ſufficientea: primus eſt coloratus, ſau apparens, aò quia bona fide putetur eſſe validus, tametſi revera non ſit validua: ſiquidem valida donatio ſina præſcriptiona ſufficit ad transferendum dominium: titulus verò apparens, quamvis ſit inſufficiens ad transferendum dominium, ſufficit nihilominus ad præſcribendum certo quodam tempore. Titulus apparens, & coloratua eſt donatio, vel emptio, quæ ob ignoratum defectum non arat valida, eò quia dominus non poterat donare, qui tamen putabatur aſſe dominua, & potuiſſe illam donare, vel habuiſſe poteſtatem eam vendendi; adeo ut emena bona fide eam emerit, ac poſſederit. Secundus titulus dicitur exiſtimatua tantùm, ut ſi hæres alicui tradat rem quaſi debitam ex legato, cùm revera legata non ſit. Tertius titulus dicitur præſumptua tantùm, quatenus ob temporis diuturnitatem jua præſumit titulum interveniſſe, cùm ſortè non intervenerit, nec à poſſeſſore poteſt in ſpecie allegari, qualis fuerit.

Rurſus titulus alius eſt generalis, alius 3
ſpacialis; titulus generalis eſt pro ſuo, pro ſoluto: ſpacialis donatio, emptio: dicuntur tituli generales, eò quia cum generalibus concurrant: ſiquidem qui pro empto, & donato poſſidet, etiam pro ſuo, & pro ſoluto cenſetur poſſidere. Rurſns tituli generales, cùm ſint incerti, ordinariè non rectè allegantur ſoli ſinè ſpecialibus, ex quibus oriuntur in ordine ad præſcribendum; tametſi non deſint aliqui caſua, in quibua aliquis etiam ex ſolo titulo *pro ſuo*, & *pro ſoluto* poſſit præſcribere, adeo ut ſi deſint alii tituli, nihilominua ſi quia bona fide poſſideat, habeátque juſtam cauſam credendi rem eſſe ſuam, præſcribere poſſit; ut qui feram alterius cicurem in ſylvis cœpit pro ſylveſtri.

Poteſt etiam contingere, ut quis ex ſolo 4
titulo pro ſoluto præſcribat, ſi debitor rem alienam perſoluat, & tamen cauſam obligationis non exprimat, & tantùm dicat, ſe ſuo creditori ſatiafeciſſe: vel dicat, quòd patri tuo centom aureos certa de cauſa debui, eoſdem tibi ſuo hæredi ſolvo, hos, & ſimilea caſus exhibet Arnoldus Rath. *tract. de uſucap. c. 3. aſſert. 45.* Titulum putativum, qui juſto errore putatur interveniſſa, tametſi non intervenerit, parere uſucapionem, concedunt omnes, quia tametſi talis titulus, ex ſe nullus non poſſit quidquam operari, quia tamen inducit juſtam cauſam cradendi rem ſuam eſſe, ideo ſubſtituit titulum pro ſoo, & pro ſoluto.

Cæterum ad præſcriptionem magia neceſſa- 5
ria eſt bona fides, quàm titulua, quia ſine bona fide nunquam præſcriptio currit, quæ tamen currit aliquando ſine titulo: ſiquidem titulua requiritur ad præſcribendum tampore deſinito, & ordinario, non verò ad præſcribendum longiori tampora: hinc ſi ad aliquid præſcribendum cum titulo ordinariè requiruntur decem, vel viginti añi, ad præſcribendum ſine titulo requiruntur 30. vel 40. anni iuxta qualitatem materiæ, quæ præſcribitur, dummodo adſit bona fides: quapropter privatus præſcribena aliquid contra Eccle-

ſiam

ſiam particularem tempore 40. aonorum, vel contra Eccleſiam Romaoam ſpatium centum annorum nou tenetur probare, vel allegare titulum, dummodo jus commune non repugnet præſcribenti, quia tunc allegandus eſſet, vel probandus titulus, vel ſaltem deficiente titulo probandum eſſet tempus immemoriale, quo res poſſidetur.

6 Tempus ad præſcriptionem requiſitum eſt multiplex pro varietate rerum, & cauſarum, quæ præſcribuntur. Siquidem diſtioguuntur res mobiles, & immobiles, ut etiam poſſeſſores cum titulo, & ſine titulo. Res mobiles cùm titulo præſcribuutur fluxu trium aonorum *§. 1. inſtit. de uſucap. l. unic. C. de uſucap. transf.* quod tamen eſt intelligendum cum titulo, & bona fide. Idque extenditur etiam ad res mobiles Eccleſiæ etiam Romanæ, & deſumitur *ex authent. quas actiones C. de SS. Eccleſ.* quæ authentica recepta eſt à jure canonico, ut liquet *ex c. penult. §. quas actiones cauſa 16 q. 3.* Covarruvias *in regul. poſſeſſor. p. 2. §. 2. num. 5.* & licèt *in c. cum vobis 14. h. t.* generatim dicatur cootra Eccleſiam Romanam nonniſi centum annis præſcribi, id intelligitur de vera præſcriptione rerum immobilium, oon verò de præſcriptione mobilium, cùm hæc in jure propriè non dicatur præſcriptio, ſed tantùm uſucapio. Excipiuntur tamen res mobiles furto ſublatæ, quia iſtæ nonniſi viginti annis præſcribuotur *§. furtiva inſtit. de uſucap.* Quinimo etiam ad præſcribendas res mobiles privatorum ſine titulo requiritur tempus 30. annorum *l. ſicut 3. & l. ſi quis 8. C. de præſc. 30. vel 40. ann.* quia cum hoc tempore præſcribantur res immobiles ſine titulo contra privatos, multo magis res mobiles.

7 Res immobiles, inter quas recenſentur jura incorporalia, ſi ad privatum pertineant, cum titulo præſcribuntur decem annis inter præſentes, & 20. inter abſentes *princ. inſtit. de uſucap. l. unic. C. de uſucap. transf. l. diutina 4.* ubi habetur, quòd ſioe titulo non procedat diutina, ſeu longi temporis præſcriptio. Dicuntur autem præſeotes, qui in eadem Provincia moraotur; abſentes qui in diverſis, ſive deinde res in eadem Provincia exiſtat, ſive alibi, quòd ſi quis partim abſens, & partim præſens fuerit, tunc tempus abſentiæ debet duplicari: hinc ſi quis fuerit præſens per octo annos; reliqui duo anni, qui ſuperſunt ad deceooium debent duplicari, adeo ut ad complendam præſcriptiooem decem annorum præter illos octo annos præſentiæ, adhuc requirantur alii quatuor *l. cum in long. §. ſancimus, & authent. quòd ſi quis C. de præſcri. long. temp.* ſine titulo res immobiles 30. annorum ſpatio præſcribuntur, & non fit diſtioctio inter præſentes, & abſentes *l. 3. C. de præſcript. 30. ann.* Quòd ſi res immobilis, vel jus aliquod incorporale ad Eccleſiam pertineat, licèt olim ad præſcribeodum 30. ſuffecerint anni *c. ſanctorum 3. h. t.* hodie tamen 40. requiruntur anni *c. de quarta. c. illud 8. & paſſim h. t.* Hoc idem etiam extenditur ad legata, & alias pias cauſas.

8 Hæc tamen præſcriptio quadragenaria non exteoditur ad booa privata, ac patrimonialia clericorum, quia hoc privilegium non eſt conceſſum clericis in ordine ad bona privata, & patrimonialia; ſed Eccleſiis & locis piis, proinde bona propria clericorum præſcribuntur tempore ordinario, perinde ac bona laicorum, ut notat Abbas *in c. ſanctorum 3. h. t.* Tametſi regulariter privilegiatus non utatur privilegio contra alium privilegiatum, adeo ut privilegium, quod canones conceſſerunt Eccleſiis, ut contra illas non poſſit præſcribi minore tempore, quàm 40. annorum, non videatur poſſe objici contra Eccleſiam præſcribentem, & habeotem ſimile privilegium; nihilominus hæc regula oon habet locum, quando unus eſt tantùm privilegiatus in genere, alter verò ſpecialiter in cauſa, de qua agitur, quia tunc privilegium ſpeciale præfertur generali.

Quòd ſi quis præſcribere inceperit rem immobilem privati, eamque bona fide cum titulo inter præſentes poſſederit per quinquennium, & poſtea res illa ad Eccleſiam devenerit, tunc quia taotùm deerat dimidium temporis ad præſcribendum cootra privatum, ſufficit ſi præſcribens poſtea rem illam poſſideat annis viginti, tale enim ſpatium ſufficit ad rem illam præſcribendam adverſus Eccleſiam, ut notat Abbas *in c. de quarta num. 20. h. t.* Sylveſter *V. præſcriptio 1. q. 6. dicto 6.* quia Eccleſia pro tempore præterito utitur jure privati, & pro tempore ſequente utitur jure ſuo, ac privilegio, & quia contra privatum præſentem dimidium tempus præſcriptionis eſt quinquennium, ideo ſufficit ſi contra Eccleſiam ſuccedentem laico compleatur aliud dimidium habito tamen reſpectu ad privilegium propriæ Eccleſiæ, quo fit, ut ad complendam præſcriptionem adhuc requirantur anni viginti, qui conſtituunt dimidium temporis requiſiti ad præſcriptionem contra Eccleſiam. 9

Quòd ſi res ſit communis laico, & Eccleſiæ, tunc ſi res illa eſt diviſibilis breviore tempore præſcribitur contra laicum, quàm contra Eccleſiam *argum. l. unic. l. ſi in communi eademque cauſa.* Quòd ſi res fuerit indiviſibilis tunc laicus propter communionem cum Eccleſia eodem gaudet tempore 40. annorum, adeo ut oon minore tempore contra ipſum præſcribatur *arg. l. ſi communem 10. ff. quomod. ſervit. amitt.* Doctrina tamen generalis, quâ dicimus, ad præſcribendum contra Eccleſiam requiri 40. annos, limitatur in caſu ſpeciali, quia jura alicujus Eccleſiæ ex hæreticis, vel ſchismaticis recuperatæ, ſeu loci ad fidem catholicam per alium Epiſcopum converſi ſolo triennio præſcribuntur *c. placuit 1. h. t.* ubi habetur: qui convertit aliquem locum ad fidem, vel unitatem catholicam, & per triennium illum retinet nemine repeteote, cum per triennium fuerit Epiſcopus catholicus in Eccleſia, ad quam alioquin ſpectaret, ulteriùs ab eo non repetatur. 10

Ad præſcribenda bona immobilia, & jura pertinentia ad Eccleſiam Romanam requiritur tempus centum annorum *c. ad Audientiam 13. h. t.* Hæc tamen centenaria præſcriptio contra Romanam Eccleſiam procedit tantùm circa ejus bona immobilia, ac jura particularia; ſiquidem ea, quæ ad univerſalem, ac ſupremam juriſdictionem Papæ in omnes fideles, & plenitudi- 11

lædatur, ut docet Felinus *in d. c. cùm ex officij n. 16.*

12 Neqoe præſcribi poteſt contra procurationes, quæ debentur legatis, & Nuntiis Sedis Apoſtolicæ, ut deſumitur *ex c. cum inſtantia 7. infra de cenſibus* quia huiusmodi procurationes debentur Legatis, & Nuntiis ob honorem ſedis Apoſtolicæ, & in ſignum obedientiæ erga eandem ob publicum honum, quod Legati promovent. Quòd ſi dicas, privilegium, & præſcriptionem æquiparari, & per privilegium poſſe aliquem eximi à procurationibus ſolvendis, proinde etiam per præſcriptionem. Contra eſt, ſiquidem eſt diſcrimen, quia privilegium conceſſum à ſommo Pontifice poteſt revocari, non ita præſcriptio, quia per præſcriptionem acquiritur ius præſcribenti adverſus eū, contra quem præſcribitor, proiude non poteſt directè præſcribi contra ſupremam poteſtatem, ſeu plenitudinem poteſtatis, quæ ineſt Papæ in beneficijs eccleſiaſticis. Præterea præſcriptio tunc tantùm æquiparatur privilegio, quando præſcribitur ſciente Principe, qui privilegium potuit concedere, ſecus ſi præſcribatur inſcio Principe, quia tunc per præſcriptionem non acquiritur, quod per privilegium. Alij etiam reſpondent, privilegium, & præſcriptionem æquiparari in ijs, in quibus præſcriptio non reperitur ſpecialiter prohibita, quia contra ſpecialem prohibitionem juris non admittitur præſcriptio, & jura prohibent præſcriptionem adverſus procurationes, debitas Epiſcopis, Ordinarijs, Nuntijs, & Legatis.

§. III.

De conditionibus requiſitis ad præſcriptionem, & præſertim de poſſeſſione, & bona fide.

Conditiones requiſitæ ad uſucapionem, & præſcriptionē plures, vel pauciores ſunt: ordinariè tamen ad legitimam præſcriptionem quatuor requiruntur conditiones; quarum prima eſt poſſeſſio. Secunda, boua fides. Tertia, titulus præſumptus. Quarta, continuatio poſſeſſionis cum boua fide, vel tempus lege præſcriptum. Alii alias addunt conditiones, quæ tamen re ipſa conveniunt. Certum eſt, ad præſcriptionem reqniri neceſſariò poſſeſſionem rei, quæ præſcribitur, quia ſine poſſeſſiona non datur præſcriptio; & non ſufficit, ſi poſſeſſio ſit naturalis, ſed debet eſſe civilis, ut cum Gloſſa cōmuniter notant *DD. in c. cauſam, quæ 7 de præſcript.* Non enim fur rem furtivam poteſt uſucapere, tametſi a longiſſimo tempore habuerit eius naturalem poſſeſſionem *c 16. q. 3. §. poteſt & ſequitur §. quod autem. ff. de uſucap. & l. ſi quis. ff. pro ſoluto:* unde poſſeſſio rei præſcribendæ debet eſſe civilis, adeò ut res poſſideatur ex jure, & ſolo animo eam poſſidendi.

Poteſt poſſeſſio eſſe tantùm civilis, quâ quis ſolo animo rei ſuæ etiam abſens inſiſtit; & poteſt eſſe civilis, & naturalis ſimul, quâ corpore, & animo res poſſidetur. ſola autem poſſeſſio naturalis ſine civili non ſufficit; adeo ut habens rem alienam apud ſe depoſitam, vel commodatam, vel conductam non poſſit eam præſcribere; ſicut, nec colonus, procurator, & qui habet uſum fructum rei alicuius, non poteſt præſcribere eius propriatatem, ſed ſolùm uſumfructum. Idem dicitur de re indiviſa communi pluribus, hæc ſiquidem non poteſt ab ullo eorum, quorum eſt communis præſcribi, cùm poſſideatur nomine alieno. Hinc defectu huius conditionis nequeunt præſcribi loca ſacra, jus decimarom à laico, eò quia hic ſit incapax civilis poſſeſſionis rei ſacræ. ſiquidem ad præſcribendum non ſolùm requiritur capacitas activa reſpectu poſſidentis, ſed atiam paſſiva reſpectu rei, quæ paſſidetur: eadem ratione Tutor, Curator Procurator, quamvis poſſideant rem pupilli, minoris, vel domini; non tamen poſſunt eam uſucapere, cum illam non poſſideant ſuo nomine, ſed alieno. Rurſus, qui rem in emphyteuſim, vel feudum accepit, non poteſt ejus proprietatem uſucapere, eò quia proprietas manet penes dominum. Generatim qui non eſt capax juris, nunquam poteſt jus illud ſuum facere. Hinc quia laici non ſunt capaces juris ſpiritualis, & eccleſiaſtici, nec poſſunt jura ſpiritualia, ſeu eccleſiaſtica lege præſcriptionis ſibi acquirere.

Secunda conditio ad præſcriptionem requiſita eſt bona fides ipſius poſſeſſoris, quia poſſeſſor malæ fidei nullo unquam tempore præſcribit, *c. poſſeſſor de regul. jur. in 6.* adeo ut *in c. ult. de præſcript.* habeatur, eſſe peccatum, quod non eſt ex fide, & quòd nulla ſit præſcriptio abſque bona fide, cum generaliter ſit omni conſtitutioni, & conſuetudini derogandum, quæ abſque peccato mortali obſervari non poteſt; quapropter debet, qui præſcribit, in nulla temporis parte habere conſcientiam rei alienæ. Quamobrem juxta *regulam juris 2. in 6. c. Vigilanti 5. h. t.* poſſeſſor malæ fidei nullo unquam tempore præſcribit, & jure canonico derogatum eſt omni conſuetudini, & legibus civilibus aſſerentibus, poſſe dari præſcriptionem abſque bona fide. Eſt autem bona fides juxta præſens inſtitutum credulitas, quâ quis ſibi prudenter perſuadet, rem eſſe ſuam, vel ſaltem neſcit alienam eſſe, dummodo ignorantia non ſit craſſa, vel affectata, adeo ut debitor qui jam per 30. annos elapſos non ſolvit debitū, non poſſit illud præſcribere ex defectu bonæ fidei; ſi tamen bona fide 30. annis poſſederit jus non ſolvendi, vel exiſtimaverit, ſe nihil debere; vel debitum ſolutum, aut condonatum eſſe; poſſet præſcribere.

Quòd ad præſcriptionem requiratur bona fides, ex eo evincitur, quia cum mala fide, & conſcientia rei alienæ non poteſt retineri debitum tanto tempore ad præſcribendum neceſſario ſine peccato; proinde retentio, ſeu poſſeſſio iſta cum mala fide practica non ſtat ſine peccato. Hinc cum poſſeſſor malæ fidei prorſus nullo unquam tempore præſcribat; & omni præſcriptioni [illegible] ſine

ſine peccato non poteſt confici, ſit jure canonico revocata, ideo non poteſt tale debitum præſcribi; adeo ut qui non ſolvit debitum etiam per 30. annos, non poſſit illud præſcribere defectu bonæ fidei, eò quia illud poſſideat cum conſcientia rei alienæ. Quòd ſi per accidens aliquis toto tempore ad præſcribendum neceſſario excuſaretur à culpa non reſtituendi; adhuc præſcribere non poſſet: quia ſi eo tempore rationabiliter differt ſolutionem, ſolum id poteſt eo animo, & illa intentione, ut poſtea ſolvat: & nulla ratio ſuadet, ut jus humanum tunc in damnum alterius præſcriptionem concedat: eo enim ipſo, quòd quis poſſedit rem alienam cum intentione eam reſtituendi, ſcit, jus talis rei pertinere ad alium, quem ſine injuſtitia non poteſt illo privare. Quòd ſi poſſeſſio ſit cum bona fide tam practica, quàm ſpeculativa, ſufficit ad præſcriptionem tum rei poſſeſſæ, tum actionis ad illam.

An verò, qui dubitat de re, quam poſſidet, 5 ſitne ſua, an non? poſſit illam tempore à lege definito præſcribere. Non videntur doctores convenire, Sotus *lib. 4. de juſtit. q. 5. art. 4.* cenſet per talem dubitationem impediri præſcriptionem, adeo ut cum primùm quis incipit dubitare, an res, quam poſſidet, ſua ſit, eo ipſo deſinat habere bonam fidem; adhærent Soto, Major *in 4. diſt. 25. q. 11.* & Adrianus *de reſtit. in quæſt. de præſcript.* ea innixi ratione, quia ſicut quando quis initio incipit poſſidere rem alienam, ſi dubitet, an ſua ſit, nec ne, legitimè non poteſt præſcriptionem inchoare; ita neque illam continuare, quando incipit dubitare intra ſpatium definiti à jure temporis ſitne res ſua, quam poſſidet, an aliena? quia *ex l. bonæ fidei in princ. ff. de acquir. rer. domin. & l. 1. C. de uſucap. transformanda* liquet, poſſeſſorem bonæ fidei non eſſe, niſi credat bona fide, rem ſuam eſſe, quam poſſidet. At Imola, Panormit. Felin. & alii *in c. ult. de præſcript.* docent, quòd tametſi præſcriptio non poſſit legitimè inchoari, quando quis incipit poſſidere cum dubio, an res ſit ſua, vel aliena; dicunt tamen, poſſe præſcriptionem legitimè continuari, ſi quis poſt inchoatam bona fide poſſeſſionem incipiat ambigere, an res ſua ſit, vel alterius: & hæc videtur eſſe ſententia communior, quæ probatur *ex c. ult. de præſcript.* ubi in poſſeſſione continuante præſcriptionem tantum requiritur, ut in nulla parte temporis conſtituti à jure ad præſcribendum conſcientiam habeat rei alienæ.

6 Præterea quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis; proinde qui bona fide poſſidere cœpit, poteſt legitimè in poſſeſſione perſiſtere, quamvis incipiat ambigere, an res ſit ſua, vel aliena; adeo ut is in continuanda poſſeſſione cenſeatur habere bonam fidem, eò quia legitimè rem illam poſſideat, proinde poteſt illam præſcribere: cùm ad præſcribendum ſufficiat bona fides: & hæc ſententia eſt probabilior: communiter enim docent, quòd dubitans, an res ſit ſua, ſi tunc inchoet poſſeſſionem cum tali dubio, non habeat bonam fidem: quia ad hoc, ut quis incipiat facere rem ſuā, quæ antea non erat ſua, requiritur, ut determinatè judicet, vel rem eſſe nullius, & ſic fieri ſuam per primam occupationem; vel eſſe ſuam, tametſi antea non adverterit: quòd ſi ambigit, an ſit ſua, vel aliena, tunc inique agit, ſi eam ſibi arroget, cùm non ſit melior ſua conditio, quàm alterius. Quòd ſi dubium verſetur inter duos, quorum neuter bona fide poſſideat, tunc res dividi debet, cum par ſit jus utriuſque.

7 Quòd ſi dubium ſuboriatur poſt inchoatam bona fide poſſeſſionem, poteſt dubitans rem illam, de qua oritur dubium, præſcribere, adhibitâ tamen priùs diligentiâ ad inquirendum, an revera res ſit aliena; quòd ſi poſt præmiſſam hanc diligentiam non deprehenderit rem eſſe alienam, tametſi adhuc dubitet, an ſit ſua, poteſt illam præſcribere, quia conditio poſſidentis cùm ſit melior, ideo cenſetur eam poſſidere bona fide. Quòd ſi quis dubitet rem ſuam eſſe, & ſimul ambigat, an poſſit eam retinere, hic cenſetur mala fide continuare poſſeſſionem, adeo ut illi non procedat præſcriptio: unde non datur medium practice inter bonam, & malam fidem: ſi enim quis dubitet in principio, habet malam fidem; ſin verò dubitet, quando eſt in progreſſu, habet bonam fidem, ſi poſt adhibitam debitam diligentiam non deprehenderit eſſe alienam.

8 Ad præſcribendum non prodeſt ignorantia juris clari etiam inculpabilis, adeout qui aliquid acquiſivit contractu uſurario, tametſi ignoret contractum illum à ſe initum fuiſſe injuſtum, eò quia crediderit, aliquas uſuras poſſe exigi, non tamen acceptum per talem contractum poteſt præſcribi; ſufficit tamen ignorantia juris clari, ſeu error inculpatus ad præſcribendos fructus ex re illa perceptos: ſiquidem ignorantia circa fructus cenſetur ignorantia facti, quæ prodeſt ad præſcribendum. Immo juris dubii error, vel ignorantia, & de quo ſunt variæ doctorum opiniones verè probabiles ſufficit ad præſcriptionem, quia quando jus aliquod eſt verè dubium, & adſunt utrinque opiniones verè probabiles circa idem jus, poteſt quis ſequi opinionem verè probabilem; qui verò ſequitur opinionem probabilem, dicitur habere bonam fidem: quamobrem ſi contrahens per contractum initum aliquid accepit, & dubitatur, an talis contractus ſit licitus, poteſt acceptum retinere, ac præſcribere, dummodo utrinque ſint opiniones verè probabiles, & retinens, ac præſcribens acceptum ſequatur opinionem verè probabilem de juſtitia contractus à ſe initi. Ignorantia facti concurrentibus aliis conditionibus prodeſt ad præſcribendum; hinc ſi quis rem accipiat à fure neſciens eſſe furem, poſſidet rem illam acceptam bona fide orta ex errore facti.

9 An verò procedat præſcriptio illius, qui ex uno capite poſſidet bona fide, & ex alio mala fide; ut ſi Titius donatione, vel traditione rem accepit à Cajo, qui non erat dominus illius rei acceptæ, tunc ex parte malam fidem habet, & non poteſt præſcribere; ſin verò ex altero capite rem bona fide poſſideat, reſpondet Covarruvias procedere ejus præſcriptionem. Item ſi Titius ut exemplificat Covarruvias, mala fide poſſideat unam fundi partem, & aliam bona fide, currit præſcriptio illius partis fundi, quæ bona fide poſſidetur, unde præſcriptio ſemper procedit re-

ſpectu illius partis, quæ bona fide poſſidetur, non verò reſpectu alterius, quæ mala fide.

10 Dubitari ſolet, an mala fides poſſeſſoris noceat ſucceſſori in ordine ad præſcribendam rem, quam defunctus mala fide poſſederat? Pro ſolutione hujus quæſiti iuvat obſervare ſucceſſorem aliquando dici univerſalem, ut cùm quis eſt hæres alicujus ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato; ſive ſolus, ſive unà cum aliis ſit hæres, & tunc talis ſucceſſor defuncti perſonam repræſentat. Interdum dicitur ſucceſſor ſingularis, ſeu particularis, ut eſt ille, qui venditori in re empta ſuccedit, vel donatori in re donata, vel permutatori in re permutata; vel ille qui ex teſtamento in re certa defuncti ſuccedit, qui legatarii, non verò hæredis conditionem, & rationam habet. Hinc qui in aliqua re certa à teſtatore legata ſuccedit, dicitur ſucceſſor particularis; qui verò ſuccedit tanquam hæres alicujus, ſive ex teſtamento, ſiva ab inteſtato, dicitur ſucceſſor univerſalis. Hiſce prænotatis. Reſpondent jurisperiti, malæ fidei poſſeſſorem non prodeſſe ſucceſſori ſingulari, quaconque ex cauſa illi ſuccadat ex donatione, venditione, legato: ſiquidem ſucceſſor non poteſt uſucapere, quod teſtator non potuit uſucapere.

11 Neque ſucceſſor poteſt computare tempus à jure ſtatutum ad præſcribendum *l. an vitium ff. de diverſ. & temporal. præſcript. & inſtit. de uſucap. §. inter venditorem* Rurſus mala fides teſtatoris defuncti usque adeo nocet ſucceſſori univerſali, ut nunquam poſſit ſucceſſor rem præſcribere, tametſi bona fide poſſideat, & nolit computara tempus, in qoo defunctus mala fide poſſedit, ſeu quod defunctus uſurpare non potuit ob malam fidem; adeo ut hæres quamvis ignoret vitium defuncti, nequeat uſucapere. Idque daſumitur *ex l. cùm hæres ff. de diverſ. & tempor. præſcript. & l. ſi mala fides C communia de uſucap.* & hæc opinio, quæ eſt communis in jure civili approbatur in jure canonico, ut fatetur Panormit. *c. 2. num. 8. & c. ſi diligenti n. 9. de præſcript.* quia hæres univerſalis repræſentat perſonam defuncti; & eadem eſt conditio hæredis, quæ fuit teſtatoris defun[illegible] *l. cum a matre C. de rei vindicat.* nec a perſona hæredis conditio ob[illegible]ationia mutatur *l. ſtipullationem §. ex hu igitur. ff. de verb. oblig.* adeo ut poſſeſſio cenſeatur eadem in utroque, ſcilicet defuncto, & hærede, & quia in defuncto conditio fuit vitioſa, nequit bona eſſe in ſucceſſore: ſin varò hæres ex alia cauſa præter quam ex cauſa hæreditaria, rem defuncti poſſediſſet, tunc poſſet ex illa cauſa rem præſcribere, & uſucapere, quia tunc mala fides defuncti illi non noceret: ut ſi defunctus cùm prius rem aliquam locò pignoris oni tradidiſſet, & eandem redemiſſet, profectò ſicut ille, cui defun[illegible]s rem illam vendidit, potuit eam præſcribere, eò quia bona fide eam emit; ita etiam hæres, qui hic non ut hæres, ſed ut redemptor eam poſſidet, poteſt eam uſucapere, & præſcribere *l. an vitium ff. de diverſis tempor præſcript.*

12 An verò mala fides anteceſſoris obſit hæredi mediato, ſeu hæredi hæredis, qui bonam fidem habuit, ſed præſcribere non potuit ob malam fidem defuncti, quem repræſentabat, negant plures Covarruv. *part. 2. §. 9. n. 6.* Molina, Leſſius, & alij; quia ultimus hæres repræſentat tantùm immediatum anteceſſorem, cuius ipſe eſt hæres; hic autem ſupponitur habuiſſe bonam fidem; & tantùm fictione iuris cenſebatur habere malam fidem, quatenus repræſentabat perſonam defuncti, qui in mala fide poſſidebat, & cùm hæres mediatus non repræſentet talem anteceſſorem, ideo illius mala fides non tranſit ad hæredem mediatum, ſicut tranſit ad immediatum: ratio diſcriminis eſt, quia hæres immediatus, ſeu ſucceſſor univerſalis ita repræſentat perſonam defuncti, ut ſuccedat in omnia ejus jura, obligationes, & onera; adeóque reputetur eadem perſona cum anteceſſore, qui ſicut ob malam fidem non potuit præſcribere, ita neque hæres ei immediatè ſuccedens, quia poſſeſſio hæredia fictione juria cenſetur eadem cum poſſeſſiona defuncti, cujus perſonam jure refert: unde ſi poſſeſſio defuncti infecta fuit ob malam fidem; etiam poſſeſſio hæredia infecta erit; quia vitia poſſeſſionom à majoribus contracta perdurant, & comitantur ſucceſſorem auctoris ſui *l. vitia C. de acquir. poſſeſſ.* Secus ad hæredem madiatum non tranſit mala fides anteceſſoris mediati; quia poſſeſſio mediati anteceſſoris fictione juris non cenſetur poſſeſſio ſucceſſoris mediati, alioquin daretur duplex fictio malæ fidei, ona, quæ afficeret hæredem immediatum, & altera, quæ mediatum; & à jure hæc duplex fictio in una, & eadem cauſa reprobatur, ſiquidem mala fides eſt vitium perſonæ, quod ad hæredem madiatum non tranſit jure naturæ, ſed ſolùm fictione juris, ob quam cenſatur eadem perſona cum defuncto.

Sunt tamen qui hiſce non obſtantibus cenſent, malam fidem anteceſſoria tranſire etiam ad hæredem mediatum, eò quia generatim hæres univerſalis ſive immadiatus, ſive mediatus teneatur ad omnia debita defuncti ſaltem juxta vires hæreditatis: & hæc ſeotentia eſt tutior magisque conſona æquitati, ne tertius damnum patiatur ex ea præcisè ratione, quòd hæres non ſit immediatus, ſed mediatus. Non tamen mala fides anteceſſoris obeſt ſucceſſori in dignitate, vel alio eccleſiaſtico banaficio, quia tunc ſucceſſor non accipit titulum poſſidendi beneficium à ſuo prædeceſſore; ſed ab ipſo collatore: quapropter talis ſucceſſor poteſt cum bona fide præſcribere dignitatem, vel beneficium, quod pertinet ad alium, non computando tempus, quo mala fide poſſidebat anteceſſor, cujus ipſe perſonam minimè repræſentat; neque tanquam ejus hæres poſſidet beneficium, ſed tantùm ex collatione illius ſuperioris eccleſiaſtici, ad quem pertinet conferre dignitates, & beneficia eccleſiaſtica. 13

Cùm verò mala fides anteceſſoris dicitur obeſſe ſucceſſori univerſali, ſeu hæredi immediato, extenditur non ſolum quoad præſcriptionem ordinarii temporis, ſad etiam long[illegible], ut notat Fach[illegible] *lib. 8. controverſ. c. 27.* [illegible] *reſponſ ad* [illegible] quia tamet[illegible] de jure civili ad præ[illegible]tio[illegible]em longiſſimi temporis non requi[illegible] b[illegible] [illegible]les, [illegible]jus canonicum ſo[illegible] mala[illegible] inducentem peccatum reprobaverit non ta- 14

men

men reprobavit malam fidem fictam, ſeu præſumptam, quo minus adhuc impediat præſcriptionem in hæredes, quatenua hæres perſonam repræſentat deſuocti: unde communiter doeent, bæredem ob malam fidem anteceſſotis non poſſe præſcribere per longiſſimom tempus, eum omni tempore ad præſcribendum fuerit neceſſaria bona fidea deſuncti.

15 Immo extenditur etiam, quòd mala fides anteceſſoria noceat ſucceſſori univerſali, oon ſolùm quoad perſonas particulares, ſeu hæredes ſuccedentes uni deſuncto; verùm etiam quoad univerſitatem, vel civitatem, in qua civea poſteri ſuccedunt in juribua, & oneribus anteceſſorum ſuorum, quod eſt intelligendum de quavis communitate ſive Religioſorum, ſive ſæcularium, adeo ot ſucceſſorea, tametſi ſint bonæ fidei, noo poſſint præſcribere rem, quam anteceſſorea mala fide poſſederunt; quia poſſeſſio, quæ ab initio vitioſa erat apud populum, eadem prorſua invariata manena tranſit ad ſucceſſores, & valet *regula iuris 29. in ff.* quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporia convaleſcere. Neque obſtat, quòd priores cives, qui habuerunt malã fidem jam obierint; ſiquidem alii licèt Bonæ fidei poſſeſſores ſucceſſerunt in eorũ loco, adeo ut ſicut cenſetur eadem communitas, ita putetur eſſe idem populus *l. proponebatur 76. ff. de judic.* Fachinæus *l. 8. controv. c. 25.*

16 In rebus, & actibua meræ ſacoltatis non procedit præſcriptio, niſi prohibitioni interpoſitæ is, qui meram ſacultatem habet, eum patientia acquieverit; & rurſus prohibentem in quaſi poſſeſſione, & ſe in putativa obligatione conſtituerit. Dicuntur res meræ ſacultatia, quas homines citra ullam conventionem, & obligationem jure naturæ, vel gentium pro ſuo arbitrio facere, vel omittere ſolent. Hinc ſi quia domum ſuã non oiſi ad duas cootignationes altam conſtruxerit, oon tamen erit contra ipſum præſcriptum, ſi impoſterum velit tertiam addere contignationem, & altiùs domum ſuam ædificare: quòd ſi vicinus prohibeat hanc altiorem ſtructuram domûs, & is ad quem pertinet domua ceſſet eandem altiùs ædificare, & cum patientia acquieſcat, tunc conſtituit prohibentem in quaſi poſſeſſione, & ſe ipſum io putativa obligatiooe, ut docent jurisperiti *ad l. Ædiles. ff. de via publica.* quia tunc præſumitur cedere juri ſuo, quod habet altiùs conſtruendi domum ſuam in proprio fundo; & concedare vicino jus prohibendi altiorem ſtructuram domûs ſibi vicinæ, oe commodum proſpectûs, ac liberiorem aërem ei abripiat.

17 An verò eum dubio ſpeculativo cenſeatur quia mala ſide inchoare præſcriptionem non conveniunt juriſcunſulti. Dupiex eſt dubium, unum ſpeculativum quod verſatur quaſi circa theſin, eò quia ſit dubium genericum exiſtena tantùm in mente dubirantis, tametſi hic, & nunc credat, rem ſe licitè habere: ut ſi Titiua rem donet Cajo, Cajus illam accipit, & incipit poſſidere credens, ſe licitè rem illam habere, utpote ſibi dono daram; interim tamen dubitar, an Titius fuerit veros dominus rei illiua, & ipſi uon conſtat cartò, rem ipſam pertinuiſſe ad alium, neque certò ſcit pertinuiſſe ad ipſum Titium, & interim cum hoc dubio ſpeculativo inchoat præſcriptionem. Dubium practicum habe ur, quando quis dubitat in hypotheſi, ſeu in particulari, & non tantùm de vero Domino ipſius rei; ſed in eo quoque hæret, an tuta conſcientia rem illam poſſit retinere.

18 Hiſce prænotatia putârim reſpondendum cùm probabiliore ſententia non poſſe cum dubio practico inchoari præſcriptionem, tametſi practicè dubitans non reſtituendo non peccet, donec certiùa ſciat, ad quem res illa pertineat: ratio, cur cum dubio practico non poſſit præſcriptio inchoari eſt, quia oon licet agere cum dubio practico: quia ſtante tali dubio niſi tutior via eligatur agens exponit ſe peccati periculo, & hoc ipſo peccat; & cum peccato nulla præſcriptio admittitur, ut notat Covarruvia, *in c. poſſeſſor. §. 7. num. 4.* Cum dubio tamen merè ſpeculativo ſuperiùa explicato cenſerem probabiliter præſcriptionem poſſe inchoari ſalvo meliori judicio: quia aliàs vix unquã procederet præſcriptio, quia rarò poſſet Vir prudena infallibiliter credere, rem ſibi dono datam pertinuiſſe ad dominium dantis, poſſet enim ob defectum infallibilia certitudinis ſemper dubitari ſpeculativè, an res illa quoad rerum dominium ſit tradentia; alioquin fruſtra exigerentur cautionea de evictione, ſi nulla eſſet ambigendi ratio, ut notat Vasquez *lib. 2. controv. c. 77.* ex eo autem quòd accipiens hic, & nunc credat rem illam ſibi dono datam pertinuiſſe ad dominium dantis excluditur dubium practicum, noo ſpeculativum.

19 Dubitari ſolet, an actiooibua, & obligationibua cum mala ſide, ſive conſcientia alieni juris præſcribi poſſit. Tractant hanc quæſtionem Paoormit. *in c. fin. h. t. n. 8. & ſequent.* Covarruvias *in c. poſſeſſor de R. J. in 6. p. 2. §. 11.* & alii juriacooſulti; pro cujus ſolutione juvat obſervare cum Layman. *lib. 3. Theolog. moral. tract. 1. c. 8. n. 12.* obligationes alias eſſe activaa, & alias paſſivaa; illas ſuapte natura tendere ad agendum, vel noo agendum; qui enim rem alienam poſſidet obligatur obligatione activa ad illam reſtituendam ſuo domino, ut etiam qui ex mutuo, empto, vel alia pactione eſt debitor, obligatur ad rem debitam alteri ſolvendam; ut etiam in ſervitotibua urbanis obligatur quis ad noo conſtruendum altiùs ædificium, ad feneſtram verſùs alterioa orrum non aperiendam, & hiſce obligationibus id cenſetur commune, quòd nulla præſcriptione tolli poſſiot, quamdiu aarum ſcientia adeſt.

20 Obligationes paſſivæ ſunt, quæ ſuapte natura tantùm referuntur ad patiendum, vel onus ſubeundum, ſi ab altero agatur, petatur; & hujusmodi obligationea dicuntur præſcriptione extingui ob ſolam negligentiã, ſive ceſſationem actoris, ſeu exactoris, tametſi obligatus ſuæ interim obligationis conſciua ſit. Exempla habentur in legibus pœnalibua, quæ non obligant reum ad ſolvendam pœnam ante Judicia ſententiam: & io actionibus, quæ jure civili inventæ certo temporis ſpatio definitæ ſunt, ut actio redhibitoria, quanti minoris. Rurſua in ſervitutibus ruſticis, quæ extinguntur per ſolum non

uſum

Digitized by Google

uſum dilapſo tempore definito à jure, tametſi qui præſcribit, ſciat alteri tale jus competere.

21 Hæc ſententia quoad obligationes paſſivas communis eſt: verùm quoad obligationes activas, & actiones perſonales præſcribendas non conveniunt doctores: ſiquidem hiſce actionibus poſſe præſcribi etiam cum mala fide docent plures cum Panormit. *in c. fin. h. t. n. 13. & 21.* quia ſolùm præſcriptionibus cum mala fide, ſeu ſcientia juris alieni per ſacros canones derogatur, eò quia talis ſcientia peccatum conſtituat, cùm poſſeſſor ſcienter contra voluntatem domini rem alienam retineat, quam tenetur reſtituere: in actionibus verò perſonalibus, tametſi debitor ſciat, ſe debere, non tamen peccat non ſolvendo, quamdiu creditor non exigit.

22 Tum quia id videtur exigere ratio publicæ utilitatis, & quietis, quæ generaliter ſuaſit jura præſcriptionum, quia niſi conſtituatur aliquis terminus actionum, nemo à conventionibus, & contentionibus judicialibus unquam ſecurus eſſet, & periret lapſu temporis defenſionis copia, morerentur teſtes, conſumarentur apochæ, & alia litteraria documenta, quibus ſolutio, transactio, & compenſatio probari potuiſſent. Non tamen puto diſcedendum à contraria ſententia, quæ in conſcientia tutior eſt, ut docent Layman. *lib. 3. moral. theol. tract. 1. c. 8. num. 12.* Covarruvias *pract. decif. c. poſſeſſor §. 11. num. 5.* Mynſing. *centur. 4. obſerv. 6.* Barb. *in collat. ad fin. h. t. num. 7.* Idque deſumitur *ex c. fin. h. t.* ubi tollitur omnis præſcriptio, quæ eſt cum conſcientia rei alienæ.

23 Ratio eſt, quia actiones perſonales ex mutuo, vel empto competentes inſpecto jure naturæ ſemper durant, niſi ſolutio, aut remiſſio debiti interveniat, non minus, quàm eodem jure naturali in realibus, & poſſeſſione rei alienæ obligatio reſtituendi eſt perpetua, & nunquam extinguitur; quapropter hujuſmodi obligatio ſalvâ æquitate juris naturalis non poteſt tolli niſi per aliquem modum eidem juri naturali conformem, cùm omnis res eodem modo diſſolvi debeat, quo fuit colligata, ac per eaſdem cauſas deſinere *l. nihil tam naturale 35. ff. de reg. juris*: atqui juri naturali non eſt conforme, ut qui ſcienter debitum non ſoluit, quod omni jure tenebatur ſolvere, ex hoc ſolo conſequatur liberationem; ſiquidem ex eo, quòd creditor non petierit, quod plerumque ex urbanitate fit, non ſequitur, quòd ipſe debitor non ſciverit ſuam obligationem ſatisfaciendi. Tum quia ſi debitor habuit animum ſolvendi, nunquam potuit eſſe in quaſi poſſeſſione ſuæ liberationis, quia ſuam poſſeſſionem activæ obligationis integram reliquit creditori; proinde non fuit in conditione præſcribendi, quia abſque poſſeſſione non currit præſcriptio *c. 3. de R. J. in 6. l. ſine poſſeſſione 25. ff. de uſucap.* Quia non habuit animum ſolvendi, non egit ex bona fide, & quod non eſt ex bona fide, peccatum eſt, cum quo non poteſt inchoari præſcriptio, ut ait Pontifex *in c. fin. h. t.*

24 Hinc ad primum fundamentum, quo nititur oppoſita ſententia, reſpondetur, ſcientiam alieni juris etiam in actionibus perſonalibus conſtituere peccatum, ſi debitor non habuerit intentionem ſolvendi, vel ſolutionem ſubterfugerit, quòd ſi non adſit talis intentio, præſcriptio ceſſat, non tam ratione peccati, quàm ex defectu poſſeſſionis, & qualitate meræ facultatis; ſicut depoſitarii, & commodatarii non præſcribunt rem commodatam, aut depoſitam quamvis ſine peccato eam teneant. Ad aliud fundamentum, in quo dicitur, quòd ratio publicæ utilitatis, & quietis præſcriptionum jura ſuaſerit, reſpondetur, legibus civilibus admittentibus præſcriptionem cum mala fide in conſcientia jure canonico non eſſe adhærendum, quia ſacri canones hujusmodi leges abrogant.

Mala fides reſpectu unius rei, vel juris non 25 impedit præſcriptionem alterius rei, vel juris diſtincti, quod præſcribitur, ut notat Covarruvias *p. 2. §. 8. num. 5.* Fachinæus *lib. 8. contro. c. 24.* adeo ut, qui habet malam fidem quoad unam partem fundi, & bonam fidem reſpectu alterius, poſſit hanc præſcribere, non illam. Rurſus mala fides, quâ poſſidetur res, vel jus aliquod, impedit præſcriptionem non ſolùm reſpectu unius, ſed etiam omnium aliarum perſonarum diverſarum; adeo ut qui putat, rem alienam, quam poſſidet, pertinere ad Titium cùm tamen ſit Sempronii, non poſſit præſcribere, nec contra Titium nec contra Sempronium, quia ſatis eſt, quòd ſciat, rem eſſe alienam, ut notat Abbas *in c. illud 8. num. 8. & 9. h. t.* quia ad præſcribendum requiritur, ut quis in nulla parte temporis conſcientiam habeat rei alienæ *c. quoniam 20. h. t.* ubi habetur, quòd nec jure civili, nec canonico præſcriptio ſine bona fide valeat, quæ debet durare toto tempore præſcriptionis: quia derogandum eſt omni conſuetudini, vel conſtitutioni, quæ ſine peccato ſervari non poteſt: eò autem ipſo, quòd quis putat, rem à ſe poſſeſſam eſſe Titii, quæ revera eſt Sempronii, conſcientiam habet, quòd res, quam poſſidet, ſit aliena, licèt putet eſſe unius, cùm ſit alterius, proinde non poteſt præſcribere, cùm talia præſcriptio abaque peccato non fieret. Juvat tamen obſervare, quòd ſi non mala fides propriè ſuperveniat, ſed opinio quædam falſa, eò quia per errorem putaverit, rem eſſe Titii, quâ opinione ceſſante non dubitabat eſſe ſuam, tunc talis non cenſetur eſſe in mala fide, ſed tantùm dubitare, an res illa ſit aliena: quapropter licèt cum tali dubio non poſſit præſcriptionem inchoare, poteſt tamen inchoatam continuare.

An contra actionem hypothecariam à tertio 26 poſſeſſore præſcribi poſſit, ſi per decurſum poſſeſſionis certò ſciverit, rem alteri hypothecatam? diſſentiunt juris-conſulti, affirmant aliqui non tamen ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione, quòd in illam poſſeſſorem ſaltem ab initio res bona fide, & ſine fraude tranſlata ſit, & dant rationem: quia tunc tertius poſſeſſor non tenetur ex ſua perſona ad aliquid præſtandum creditori, ſed tantùm ad faciendum, ſi res fuerit ab ipſo per hypothecaream actionem avocata.

Hæc tamen ſententia non placet, quia ex 27 generali canonum conſtitutione non ſolùm ab initio, ſed etiam quovis tempore requiritur bona fides ad præſcribendum *c. fin. h. t.* Præterea quia

quia ſequeretur, etiam debitorem principalem poſſe quoad actionem hypothecariam præſcribere: quia quoad onus hypothecæ omnium poſſeſſorum par eſt onus, & conditio. Demum quia cùm tertius poſſeſſor non poſſit conveniri non excuſſo priùs principali debitore *authent. hoc ſi debitor C. de pignor.* ideo non videtur, contra creditorem non valentem agere, currere præſcriptionem pignoris: unde ſententia negativa eſt tutior in conſcientia, tametſi affirmativa ſua non careat probabilitate.

28 Adeſt difficultas, an contra actionem pro legato in teſtamento alicui relicto poſſit ab hærede ſcientiam illius habente præſcribi, ſi legatarius intra legitimum tempus neglexerit petere, & exigere rem ſibi legatam? affirmant plures, non ſolùm ſi legato adjecta ſit conditio, ſi legatarius voluerit legatum acceptare; verùm etiam ſecluſâ tali conditione, quamvis legatum purè relictum ſit, & aſſignant rationem: quia ob conditionem ſive expreſſam, ſive tacitam, quæ ex ſua natura ſemper adnectitur legato ante acceptationem legatarii non eſt illi jus quæſitum; ſed manet id in ſuſpenſo *l. quædam ſunt 15. §. de rebus dubiis*; adeo ut non videatur peccare hæres, ſi legatum non præſtet, ſed merè paſſivè ad avocationem legati ſe habeat.

29 Immo non deſunt, qui ulteriùs procedant, & aſſerant id verum eſſe, licet legatarius ignoret legatum ſibi relictum; quod tamen nullo modo poteſt ſuſtineri: etenim ſi legatarius legatum ſibi relictum ignoraverit, non poteſt intelligi, quomodo hæres præſumat bona fide, legatarium quaſi renunciando non petere legatum ſibi relictum: ſiquidem nemo cenſetur illi renunciare, quod ignorat.

30 Quamobrem dicendum puto contra actionem pro legato in teſtamento alicui relicto, non poſſe ab hærede ſcientiam ejus habente præſcribi, ſi legatarius intra legitimum tempus rem ſibi legatam non petierit, dummodo legatarius illi expreſsè non renunciet; quia tametſi poſſit legatum ſibi relictum repudiare, quamdiu tamen illud non repudiat, jus quæſitum eſt ipſi, & cenſetur acceptatum ab initio mortis teſtatoris *l. legatum 80. ff. de legat. 2. & l. magis put. 5. § fundum 8. ff. de rebus eorum, qui ſub tut. fund. legat.* ubi ait J. C. *repudiare pupillus ſine tutoris authoritate non poteſt*, ex quo concluditur, legatum ante repudiationem eſſe in dominio legatarii. Quòd ſi legato fuerit adjecta conditio, *ſi legatarius voluerit legatum acceptare*, & interim legatarius intra legitimum tempus conſcius legati ſibi relicti conditionatè, negligat illud petere, & exigere, & præſertim ſi legatum ſit cum aliquo onere, tunc cum Decio *c. Eccleſia S. Mariæ 10. de conſtit. n. 26.* putârim, ab hærede poſſe præſcribi, quia conjicitur ex non petitione legati, quòd legatarius ſciens legatum ſibi relictum conditionatè nolit acceptare ob onus ei adnexum *argum. l. ſi ita legatum 65. ille ſi fuerit. ff. de legat. 1.* quod tamen non valet in legato puro, cui non eſt conditio adnexa.

31 An verò, quando lex pœnalis concedit adverſus delinquentem actionem in certum tempus poſſit is, qui deliquit, vel etiam ejus hæres actionem præſcribere, & ipſam pœnã, tametſi ſciverit actionem illam contra delinquentem competere, & pœnam deberi ratione culpæ? Covarr. *in epitome p. 2. c. 6. §. 8. n. 5.* Felin. *c. ult. de præſcript.* Panormit. & alii reſpondent, tam eum, qui deliquit, quàm ejus hæredem poſſe præſcribere excepto tamen hæretico, cujus ob hæreſin ſunt bona addicta fiſco *c. accuſatus § in eo* ubi habentur hæc verba: in eo verò caſu, quo hæredes ad ſucceſſionem non debent ob hæreſin ſui authoris admitti, non obſtante, quòd authore ipſo vivente hoc non fuerit interveniente ipſius morte per ſententiam declaratum, ad confiſcationem bonorum poſt mortem ejuſdem, nihilominus procedatur. Ubi Gloſſa ait, id eſſe intelligendum poſt 40 annos, adeo ut poſtea adimi non poſſint à viris catholicis, qui toto illo tempore in Romana Eccleſia vixerunt, & bona fide poſſederunt bona illa; & addit Gloſſa, id maximè procedere, ſi parentes catholici cenſerentur. Verùm Covarruv. & alii juris pontificii periti aſſerunt, in pœnis ipſo jure, vel etiam per ſententiam latâ præſcribendis malam fidem nil impedire, etiam jure canonico ſi præſcriptio ſit talis, quæ jure civili cum mala fide approbetur, non verò ſi præſcriptio ſit talis, quæ jure canonico ob malam fidem poſſeſſoris damnetur.

32 Hine ait Covarruvias, jure civili adverſus fiſcum ſæcularem bona alicujus ob vectigal non ſolutum Principi, vel reipublicæ, vel ipſo jure confiſcata poſſe quinquennio uſucapi, & præſcribi etiam mala fide, ſeu quamvis præſcribens ſciat, bona illa ad fiſcum pertinere, immo addit Covarruv. jure civili poſt quinquennium ab obitu hæretici nondum accuſati bona illius tuto ab hæredibus retineri, & ea præſcriptione defendi, tametſi ſciverint illum hæreticum fuiſſe, & ait id locum habere, quando bona hæretici addicta ſunt fiſco civili ob crimen hæreſis.

33 Verùm putârim, bonam fidem requiri ad præſcribendum etiam illa, de quibus eſt præſens quæſtio: quia jus canonicum generatim exigit eandem bonam fidem in quavis præſcriptione; & jus canonicum in hac parte eſt præferendum civili, adeo ut judicandum potiùs ſit ſecundùm jus canonicum, quàm civile, præſertim in præſcribendis bonis hæreticorum, qui poſt obitum damnantur, & non præſcribuntur ante lapſum 40. annorum; ſiquidem id eſt expreſsè ſancitum jure canonico.

34 Quæritur, an, ſi Prælatus ſciat rem alienam ab Eccleſia, vel Monaſterio poſſideri, poſſit illam præſcribere. Reſpondetur negativè, ſi notoriè conſtet, rem eſſe alienam; quia non poteſt Prælatus eam retinere, ſed debet reſtituere: ſiquidem ad boni adminiſtratoris officium pertinet, ut aliena non retineat cum damno alterius *argum. c. generalis 12. in fin. diſt. 54.* ubi expreſsè dicitur, nil perire credimus eccleſiaſticis utilitatibus; ſi quæ aliena ſunt, reſtituantur ſuis Dominis; non enim ſi Prælatus rem alienam reſtituit, cenſetur alienare rem Eccleſiæ, cùm res aliena ad Eccleſiam non pertineret. Quòd ſi non conſtiterit, rem eſſe alienam, nec poſſit Prælatus probare, tunc poteſt rem illam retinere *argum. c. 2. cauſa 6. q. 2.* quia ſi non conſtaret; rem eſſe

ſiam particularem tempore 40. annorum, vel contra Eccleſiam Romanam ſpatium centum annorum non tenetur probare, vel allegare titulum, dummodo jus commune non repugnet præſcribenti, quia tunc allegandus eſſet, vel probandus titulus, vel ſaltem deficiente titulo probandum eſſer tempus immemoriale, quo rea poſſidetur.

Tempua ad præſcriptionem requiſitum eſt multiplex pro varietate rerum, & cauſarum, quæ præſcribuntur. Siquidem diſtinguuntur res mobiles, & immobiles, ut etiam poſſeſſores cum titulo, & ſine titulo. Res mobiles cum titulo præſcribuntur fluxu rrium annorum §. 1. *inſtit. de uſucap. l. unic. C. de uſucap. tranſf.* quod tamen eſt intelligendum cum titulo, & bona ſide. Idque extenditur etiam ad res mobiles Eccleſiæ etiam Romanæ, & deſumitur *ex authent. quas actiones C. de SS. Eccleſ.* quæ authentica recepta eſt à jure canonico, ut liquet *ex c. penult. §. quas actiones cauſa 16 q. 3.* Covarruvias *in regul. poſſeſſor. p. 2. §. 2. num. 5.* & licèt *in c. cum vobis 14. h. t.* generatim dicatur contra Eccleſiam Romanam nonniſi centum annis præſcribi, id intelligitur de vera præſcriptione rerum immobilium, non verò de præſcriprione mobilium, cùm hæc in jure propriè non dicatur præſcriptio, ſed tantùm uſucapio. Excipiuntur tamen res mobiles furto ſublatæ, quia iſtæ nonniſi viginti annis præſcribuntur §. *furtiva inſtit. de uſucap.* Quinimo etiam ad præſcribendas res mobiles privarorum ſine titulo requiritur tempus 30. annorum *l. ſicut 3. & l. ſi quis 8. C. de praeſc. 30. vel 40. ann.* quia cum hoc tempore præſcribantur res immobiles ſine titulo contra privatos, multo magis res mobiles.

7 Res immobiles, inter quas recenſentur jura incorporalia, ſi ad privatum pertineant, cum titulo præſcribuntur decem annis inter præſentes, & 20. inter abſentes *princ. inſtit. de uſucap. l. unic. C. de uſucap. transf. l. diutina* 4. ubi habetur, quòd ſine titulo non procedat diutina, ſeu longi temporis præſcriptio. Dicuntur autem præſentes, qui in eadem Provincia morantur; abſentes qui in diverſis, ſive deinde res in eadem Provincia exiſtat, ſive alibi, quòd ſi quis partim abſens, & partim præſens fuerit, tunc tempus abſentiæ debet duplicari: hinc ſi quis fuerit præſens per octo annos; reliqui duo anni, qui ſuperſunt ad decennium debent duplicari, adeò ut ad complendam præſcriptionem decem annorum præter illos octo annoa præſentiæ, adhuc requirantur alli quatuor *l. cum in long. §. ſancimus, & authent. quòd ſi quis C. de praeſcri. long. temp.* ſine titulo res immobiles 30. annorum ſpatio ptæſcribuntur, & non fit diſtinctio inrer præſentes, & abſentes *l. 3. C. de praeſcript. 30. ann.* Quòd ſi res immobilis, vel jus aliquod incorporale ad Eccleſiam pertineat, licèr olim ad præſcribendum 30. ſuffecerint anni *c. ſanctorum 3. h. t.* hodie tamen 40. requiruntur anni *c. de quarta. c. illud 8 & paſſim h t.* Hoc idem etiam extenditur ad legata, & alias pias cauſas.

8 Hæc ramen præſcriptio quadragenaria non extenditur ad bona privata, ac patrimonialia clericorum, quia hoc privilegium non eſt conceſſum clericis in ordine ad bona privata, & patrimonialia; ſed Eccleſiis & locis piis, proinde bona propria clericorum præſcribuntur tempore ordinario, perinde ac bona laicorum, ut notat Abbas *in c. ſanctorum 3. h. t.* Tametſi regulariter privilegiatus non utatur privilegio contra alium privilegiatum, adeo ur privilegium, quòd canones conceſſerunt Eccleſiis, ur contra illas non poſſit præſcribi minore rempore, quàm 40. annorum, non videatur poſſe objici contra Eccleſiam præſcribentem, & habentem ſimile privilegium; nihilominus hæc regula non haber locum, quando unus eſt tantùm privilegiatus in genere, alter verò ſpecialiter in cauſa, de qua agitur, quia tunc privilegium ſpeciale præferrur generali.

Quòd ſi quia præſcribere inceperit rem immobilem privati, eamque bona fide cum titulo inter præſentes poſſederir per quinquennium, & poſtea res illa ad Eccleſiam devenerit, tunc quia tantùm deerat dimidiom remporis ad præſcribendum contra privatum, ſufficit ſi præſcribens poſtea rem illam poſſideat annis viginti, rale enim ſpatium ſufficit ad rem illam præſcribendam adverſus Eccleſiam, ut notat Abbas *in c. de quarta num. 20. h. t.* Sylveſter *V. praeſcriptio 1. q. 6. dicto 6.* quia Eccleſia pro tempore præterito utitur jure privati, & pro tempore ſequente utitur jure ſuo, ac privilegio, & quia contra privatum præſentem dimidium tempus præſcriptionis eſt quinquennium, ideo ſufficit ſi contra Eccleſiam ſuccedeotem laico compleatur aliud dimidium habito tamen reſpectu ad privilegium propriæ Eccleſiæ, quo fit, ut ad complendam præſcriptionem adhuc requirantur anni viginti, qui conſtituunt dimidium temporis requiſiti ad præſcriptionem contra Eccleſiam. 9

Quòd ſi res ſit communis laico, & Eccleſiæ, tunc ſi res illa eſt diviſibilis breviore tempore præſcribitur contra laicum, quàm contra Eccleſiam *argum. l. unic. l. ſi in communi eademque cauſa.* Quòd ſi res fuerit indiviſibilis tunc laicus propter communionem cum Eccleſia eodem gaudet tempore 40. annorum, adeo ur non minore tempore contra ipſum præſcribatur *arg. l. ſi communem 10. ff. quomod. ſervit. amitt.* Doctrina tamen generalis, quã dicimus, ad præſcribendum conrra Eccleſiam requiri 40. annos, limitatur in caſu ſpeciali, quia jura alicujus Eccleſiæ ex hæreticis, vel ſchismaticis recuperatæ, ſeu loci ad fidem catholicam per alium Epiſcopum converſi ſolò triennio præſcribuntur *c. placuit r. h. t.* ubi habetur: qui convertit aliquem locum ad fidem, vel uniratem catholicam, & per triennium illum retinet nemine repetente, eum per triennium fuerit Epiſcopus catholicus in Eccleſia, ad quam alioquin ſpectaret, ulteriùs ob eo non repetatur. 10

Ad præſcribenda bona immobilia, & jura pertinentia ad Eccleſiam Romanam reqniritur tempus centum annorum *c. ad Audientiam 13. h. t.* Hæc tamen centenaria præſcriptio contra Romanam Eccleſiam procedit tantùm circa ejus bona immobilia, ac jura particularia; ſiquidem ea, quæ ad univerſalem, ac ſupremam jurisdictionem Papæ in omnes fideles, & plenitudi- 11

nem poteſtatis papalis pertinent, nullo unquam tempore præſcribi poſſunt; quia competunt ſummo Pontifici jure divino, contra quod non procedit præſcriptio, ut notat Abbas *c. Cum vobis 14.n.1.in fin.h.t.* Imò neq; præſcribi poſſunt, quæ ſunt Papæ reſervata non tantùm in ſignum ſupremæ poteſtatis, ſed etiam ſpecialis prærogativæ, ut notat Gloſſa *in c. unic. V. Non obſtante de clericis ægrotis in 6.* Idque vel maximè verum eſt, ſi res ſit talis, quam Papa nunquam inferiori concedere conſueverit, ut Epiſcopos deponere, vel transferre *c. 2. de translat. Epiſc.* quæſtiones ad fidem pertinentes definire *c. majores 3. de Baptiſ.* hæc & ſimilia competunt ſedi Apoſtolicæ in ſignum ſpecialis prærogativæ, proinde non poſſunt alteri competere niſi ex ſpeciali conceſſione Papæ; unde non poſſunt ab inferiore præſcribi niſi cum titulo colorato, ſeu ex præſumptione factæ conceſſionis, quæ præſumptio in hoc caſu ceſſat, cum Pontifex nunquam ſoleat ea inferioribus concedere.

12 Quòd ſi agatur de aliquo, quod à Papa aliis inferioribus nonnunquam conceſſum fuerit, poteſt præſcribi per decurſum temporis immemorialis: ſiquidē uſus, ſeu conſuetudo temporis im̄emorialis habet vim conceſſionis ſaltem ſi adſit ſcientia, & patientia Papæ, quæ in præſcriptione jurium incorporalium neceſſariò requiritur *l. 2. C. de ſervit.* Abbas *in c. cum vobis n. 3.* Immo probabile eſt, non requiri ſcientiam, & patientiam Papæ, eò quia decurſus temporis immemorialis, & poſſeſſionis cum bona fide vim habeat privilegii, ſeu conſtituti *l. hoc jure 3. § ductus aquæ ff. de aqua quotidiana.* Præſcriptio immemorialis habens hoc privilegium dicitur, quando poſſeſſio rei, quæ præſcribitur tamdiu duravit, ut ejus initium hominum memoriam exceſſerit *c. ſuper quibusdam de V. S. l. 3. § ductus aquæ ff. de aqua quotid.* & hæc præſcriptio immemorialis tunc potiſſimum requiritur, quando reſiſtentia juris eſt contra præſcribentem, neque is titulum habet *c. 1. h. t. in 6.* & eſt in jure maximæ authoritatis, vimque habet privilegii in ſubjecto capaci poſſeſſionis, ut notat Gloſſa *in c. ſuper quibusdam de V. S.* Probatur autem præſcriptio immemorialis per teſtes, qui ſaltem per 40. annos teſtentur de viſu, vel alio ſenſu proprio, & quòd etiam à ſuis majoribus ſemper audierint rei ſtatum ſemper ſic ſe habuiſſe. Cravetta *de antiq. temp. p. 4. de abſolutis differentiis.* Regalia itidem, quæ propriè ſunt ſupremi Principis, ſi aliis ab ipſo concedi ſoleant, tempore etiam immemoriali præſcribuntur, ut deſumitur *ex c. ſuper quibusdam 26. de V. S.* ubi ſolùm requiritur tempus, cujus initij memoria non extet, nec ulla fiat mentio de ſcientia Principis Felin, *c. cum vobis n. 2. h. t.*

13 Privilegium hoc centenariæ præſcriptionis indirectè, & conſequenter, poteſt etiam alteri prodeſſe, ſi jus habeat ab Eccleſia Romana, ut deſumitur *ex c. de quarta 4.* Cæterū quando dicitur, quòd præſcriptio nonniſi centenaria currat contra Romanam Eccleſiam, id intelligitur de illa, præſcriptione, quæ directè, & principaliter ei in ſuis bonis, & juribus præjudicat, ut deſumitur *ex c. ad audientiam 13. h. t.* non verò tantùm ſecundariò, & indirectè, ut notat Gloſ. *ibid. V. princ.* adeo ut contra uſufructuarium fundi quoad proprietatem pertinentem ad Eccleſiam Romanam præſcribi poſſit tempore ordinario: ſiquidem cum uſufructuarius vendere poſſit uſufructum, vel donare, etiam invito domino directo habente jus proprietatis, per præſcriptionem non præjudicatur Eccleſiæ Romanæ in dominio directo. Hoc idem etiam procedit de Vaſallo, vel Emphyteuta Eccleſiæ Romanæ, præſertim ſi ipſa ſciente contra ipſam præſcribatur dominium utile: ſufficit enim præſcriptio 30. annorum, eò quia præſcriptio non tendit directè, & immediatè contra Eccleſiam Romanam, ſed tantùm contra ejus Vaſallum, vel Emphyteutam: & quia ipſa ſciente, & patiente facta fuit præſcriptio recipiendo per 30. annos obſequia, & alia jura dominii directi à præſcribente nulla illi infertur injuria. Quòd ſi quis præſcriberet contra Vaſallum, vel Emphyteutam Eccleſiæ Romanæ ipſo Papa ignorante, tunc non poſſet præſcribi ante centum annos, quia præſcriberetur contra jus directum ipſius Eccleſiæ Romanæ: ſiquidem vi præſcriptionis cogeretur invita recipere novum Vaſallum, vel Emphyteutam ſibi fortaſſis minùs utilem, ut notat Abbas *in d. c. ad audientiam 13. h. t. n. 13.*

Bona Principis tanquam privati eodem tempore, quo bona privatorum præſcribuntur; hinc collectæ pro publica neceſſitate præſcribuntur 40. annis. Jus imponendi vectigalia cum titulo præſcribitur 40. annis, & ſine titulo tempore immemoriali. Quæ verò debentur Principi in recognitionem ſupremæ poteſtatis nullo tempore præſcribuntur. Quinque ſolent aſſignari bonorum ſpecies, quæ Principi competunt. Alia enim bona illi conveniunt in recognitionem ſupremæ ej⁹ poteſtatis, & hæc nullo tēpore præſcribuntur. Alia quæ ratione dignitatis, & ſpecialis prærogativæ eidem reſervantur. Alia quæ ſunt annexa coronæ Regni, cujuſmodi ſunt ſaltus ferarum, prata, paſcua, prædia urbana, & ruſtica, caſtra, urbes, & alia id genus; & hæc adverſus Principem præſcribi poſſunt, quia hæc bona à Principe nonnunquam conceduntur etiam privatis. Præſcriptio tamen adverſus hæc bona adnexa coronæ debet eſſe centenaria, ut notat Covarr. *in reg poſſeſſor. p. 2. §. 2. n. 8. & ſeq.* Alia ſunt bona Principis, tum mobilia, tum immobilia, quatenus pertinent ad ejus fiſcum, ſeu quæ fiſco jam ſunt acquiſita; & incorporata; & contra hæc quadragenaria præſcriptio requiritur *ex l. omnes 4. C. de praſcirpt. 30. vel 40. ann.* Covarr. *in regul. poſſeſſor. p. 2. §. 2. n. 7.* Quòd ſi bona nondum ſint incorporata fiſco, ſed tantùm ei debita non ex delicto, ſed quia ſunt bona vacantia ob mortem alicujus decedentis abaque legitimo hærede, ſi talia bona non ſint renunciata fiſco, præſcribuntur tempore ordinario, perinde ac alia bona privatorum; ſeu cùm bona fide, & titulo, bona mobilia triennio, im̄obilia decennio, vel 30. annis ſine titulo *l. quamvis 18.* juncta Gloſſa *V. diutina ff. de uſucap.* Sin verò talia bona ſint fiſco denunciata, & ab eo non occupata, tum præſcribuntur adverſus fiſcum quadriennio cum titulo, vel etiam ſine illo, ſed cum bona fide, ut deſumitur ex *l. 1. C. de quadrienn. præſcript.* Tandem alia ſunt bona, quæ competunt Principi, ut privatæ perſonæ, & contra hæc currit præſcriptio ordinaria, quâ præſcribuntur bona privatorum. 14

Con-

15 Contra leges civiles præſcribitur conſuetudine decennali, quando aliàs non putatur Princeps conſenſiſſe in illam conſuerudinem: contra tamen legem canonicam eſt neceſſaria conſuetudo quadragenaria, ſi conſuetudo ſit aliquo modo contra jus Eccleſiæ: aliqui tsmen cenſent probabile, ſufficere decennalem præſcriptionem; perinde ac in lege civili; quando tamen obligatio ſubditorum ad ſervandam legem non cenſetur præjudicare alicui juri Eccleſiæ. Servitus perſonalis decennio præſcribitur cum titulo inter præſentes: inter abſentes autem non niſi ſpatio 20. annorom eum titulo; & ſine titulo 30. annorum. Servitus realis ſi continua, vel quaſi continua ſit decennio præſcribitur inter præſentes, & ſpatio 20. annorum inter abſentes. Servirus diſcontinua non niſi tempore immemoriali præſcribitur, quia poſſeſſio in tali ſervitute non poteſt eſſe continua.

16 An verò, qoi legitimè præſcripſit rem aliquam, ſi dilapſo præſcriptionis termino conſtet eſſe alienam, teneatur ad reſtitutionem? Plures affirmant, ſi non interceſſerit negligentia domini in re ſua inquirenda; & aſſignant rationem: quia leges præſcriptionis ad id fuerunt inſtitutæ, ut dominorum negligentia puniretur, ut docet Adrianus *q. 2. de præſcript.* Molina *C. de re. ſtit. q.* 18 Scotus 4. *diſt.* 15 *q.* 2. & alii, & licèt hæc ſententia ſit tutior, nihilominus contraria eſt communior, eò quia præſcriptio transferat dominium in poſſeſſorem bonæ fidei legitimo tempore, tametſi is contra quem præſcribitur, non fuerit negligens: unde in hac ſententia legitima præſcriptio excuſat à reſtitutione non ſolùm in foro externo, ſed etiam in foro conſcientiæ: ſiquidem poſſidens rem bona fide facit illam ſuam per continuarionem temporis à lege præſcripti: id enim fuit a jure ſancitum ob bonum publicum, nimirum ut lites vitarentur, & ne diu, ac ferè ſemper incerta eſſent rerum dominia. Accedit etiam quia in Principe eſt plena poteſtas tam in ſubditos, quàm in eorum bona, quando commune bonum, & publica utilitas id exigit: ſiquidem bonū publicum præfertur privato, & hoc illi cedit: bonum autem commune id videbatur exigere, ut bonæ fidei poſſeſſor intervenientibus certis quibusdam conditionibus, & transacto certo tempore, rem quam poſſidet, præſcriberet, & ejus dominium conſequeretur, quod antiquus dominus etiam nulla interveniente ipſius negligentia amitteret.

17 Quòd ſi dicas, fundamentum præſcriptionis eſſe bonam fidem, & hanc, ceſſare cùm primùm cognoſcitur res fuiſſe alterius Contra eſt, quia bona fides eſt fundamentum præſcriptionis toto tempore ſtatuto ad præſcribendum, & antequam dominium via præſcriptionis comparetur: Cæterum cognitio, quæ ſupervenit poſt rem præſcriptam, & ejus dominium comparatum; non impedit præſcriptionem jam peractam, nec illam revocat.

§. V.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ Quæſtiones.

QUæritur primò, an præter legitimum tem- 1
pus ad præſcribendum requiratur etiam
quòd poſſeſſio rei præſcriptæ fuerit con-
tinua. Certum eſt, præſcriptionem legitimè
inchoatam interdum omnino interrumpi, ante-
quam compleatur, & licèt ſublato poſtea impe-
dimento rurſus reviviſcat, non tamen dicitur
continuari cum tempore priori, ſed de novo 1
debet inchoari, eò quia totum tempus præcedens interruptione ſit extinctum, prout ſumitur *ex c. illud autem* 8. *h. t.* ubi habetur, quòd ſi contra præſcriptionem opponatur interruptio, ab utraque parte ſunt teſtes recipiendi; & ſi probabitur interruptio, præſcriptio non tenebit. Eſt autem interruptio duplex; naturalis, & civilis, ut notat Gloſſa communiter recepta *in d. c. illud autem V. interruptio.* Naturaliter interrumpitur præſcriptio, quando aliquid ex his, quæ ad ſubſtantiam præſcriptionis requiruntur, deficit, ut ſi amittatur poſſeſſio, eò quia per inundationem fluminis occupatus ſit fundus; vel ſi poſſeſſor, qui hactenus exiſtimavit, ſe habere titulum, cognoſcat, ſe illo carere: vel aliunde in notitiam juris alieni perveniat, vel poſſeſſionem naturalem, & civilem etiam per iniuriam alterius amittat. Interrumpitur civiliter præſcriptio, quando licèt nullum ex requiſitis ad ſubſtantiam præſcriptionis deficiat, juris tamen ſubtilitate, & fictione cenſetur deficere, & id ex communiori ſententia non ſolùm per litis conteſtationem, ſed etiam per libelli oblationem, & citationem per textum *in l. 2. & l. fin. C. de annali exceptione.* Denuntiatio extrajudicialis ordinariè non interrumpit præſcriptionem, quia hunc effectum à iure non habet, nec tenetur poſſeſſor ſtatim credere dicenti, rem ad ſe pertinere, niſi is tam evidentia documenta exhibuerit, ex quibus nemo prudens valeat de jure ipſius dubitare.

Rurſus eſt diſcrimen inter naturalem, & 2
civilem interruptionem, quia interruptio naturalis ſe habet reſpectu omnium adverſariorum, & præſcriptio per ipſam dicitur abſolutè interrupta *l. naturaliter ff. de uſucap.* Secus interruptio civilis tantum ſe habet reſpectu illius, qui litem movit. Quamobrem ſi is non fuerit verus dominus, & interim contra verum dominum tempus ſtatutum effluxerit, erit præſcriptio completa, tametſi, qui dominus non erat, circa rem illam litem inſtituerit *l. 2. C. quibus res judic. non noceat.* Secundò differunt, quia præſcriptio naturaliter interrupta de novo eſt inchoanda; non ita civiliter interrupta: & tunc interrupta manet, ſi ſententia condemnatoria contra poſſeſſorem ſequatur. Quòd ſi poſſeſſor victoriam obtinuerit, vel per pactum, aut transactionem ceſſatum fuerit a lite, tunc perinde continuatio poſſeſſionis habetur, ac ſi lis nunquam mota fuiſſet. Sin verò Actor ſponte litem intermiſerit, & inſtantia per lapſum trienni j perempta fuerit, tunc effectus interruptionis

tionis civilis eſt, quòd actio ad annos 40. perpetuetur *l. fin. C. de præſcript. 30. ann.* Non tamen requiritur, quòd una, & eadem perſona poſſeſſionem continuet rei præſcribendæ: cùm enim vita hominis brevis ſit, & incerta, ideo leges ſtatnerunt, ut poſſeſſio de perſona in perſonam continuari poſſit, ſcilicet à donatore in donatarium; à teſtatore, in legatarium, vel hæredem, à venditore in emptorem, vel ex alio juſto titnlo ſucceſſorem, quod etiam intelligitur, non ſolùm de primo, ſed etiam ſecundo, tertio, qnarto ſucceſſore, & ſic de aliis, dummodo poſſeſſio rei apud nullum interrupta fuerit *l. penult. §. 1. ff. de diverſis tempor. præſcript.*.

3 Quia verò præſcriptio inchoata ſubinde per interruptionem dicitur non procedere, vel non currere; vel etiam ob aliquam cauſam non incipere; ideo præſcriptio iam inchoata nonnunquam dicitur dormire, quando ſcilicet ceſſat currere ad tempus propter impedimentum adveniens; & interim ſuſpenſa manet, ſeu quieſcit; ita tamen, ut ceſſante illo impedimento iterum currat, & continuari poſſit tempus ſubſequens cum tempore præcedente ipſum impedimentum ad integrandam præſcriptionem, ue deſumitur *ex c. ex transmiſſa 10. h. t.* ſiquidem tempore belli ob hoſtium incurſus ius non dicitur, eò quia homines ſibi conſulant, & aliò diffugiant; atqui non valenti agere tempus non currit *l. 1. C. de ann. except.* quapropter ob belli impedimentum præſcriptio dicitur quieſcere, quia non currit; ſublato poſtea impedimento hoſtilitatis, quia actio in judicio iterum poteſt inſtitui, & jus dicitur; præſcriptio iterum currit, ſubtracto tamen tempore illo medio, quo curſus præſcriptionis ceſſavit, ut notant juriſconſulti *in c. ex transmiſſa 10. h. t.* Quod dicitur de impedimento hoſtilitatis, procedit etiam de impedimento graſſantis peſtis, ut docet Bart. *in l. naturaliter 5. n. 23. ff. de uſucap.* Abbas *in d. c. ex transmiſſa n. 7.*

4 Rurſus ſuſpensa manet præſcriptio, & dormire dicitur adverſus Eceleſiam, qnando hæc vacat, ſeu caret Prælato; proinde immediato defenſore *c. 1. & ult. ne ſede vacante*, vel ſi Prælatus agere non poſſit, ut ſi ſit excommunicatus, ſuſpenſus, capitivus, vel alio modo impeditus *c. audìtis 15. h. t.* nbi dicitur, quòd tempus, quo Eccleſia, ſeu eccleſia epiſcopalis vacavit, ſubtrahendnm ſit, neque computandnm ad conſtitnendnm tempus integrnm ad præſcribendum neceſſarium. Unde præſcriptio dormit tempore vacantis Eccleſiæ, quæ mortuo Prælato, vel eo in ſchisma, vel hæreſin lapſo cenſetur carere legitimo defenſore. Hoc eſt diſcrimen inter dormitionem, & interruptionem præſcriptionis, quia ſi hæc dormiat, tunc illud ſolum tempus quo dormivit ſubducitur, & prius cum poſtremo coniungitur: ſecus quando interrumpitur eſt præſcriptio de novo inchoanda.

5 Quæritur ſecundò, quo tempore præſcribi poſſint beneficia eccleſiaſtica. Reſpondetur, beneficinm eccleſiaſticum, quod aliqnis poſſidet, & quod tamen revera ad alium pertinet, cui legitimè collatum fuit, poſſe cum bona fide, & titnlo colorato non quidem contra Eccleſiam; ſed adverſns eum, qui legitimum titulum in eo habet; præſcribi decem annis inter præſentes, & 20. inter abſentes; & ſine titulo non poſſe præſcribi, quia ſine illo non præſumitur bona fide poſſideri beneficium: titulus autem ad beneficium eccleſiaſticum licitè non acquiritur, niſi per canonicam inſtitutionem *regula 1. juris in 6.* & liqnet *ex c. 3. de inſtit.* Covarruvias *in regula poſſeſſor* §. 10. *n.* 9. Hodie tamen juxta *regul. Cancellariæ 35.* ſtatuitur, ut ſi quis bona fide cnm titulo colorato aliquod beneficium eccleſiaſticum ſine ingreſſu ſimoniaco triennio pacificè poſſederit, & non fuerit intruſus in beneficio diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervato, per reſervationem generalem contentam in corpore juris, ſupet eodem beneficio non poſſit poſſeſſor moleſtari: per hanc enim conſtitutionem præſcriptio beneficiorum, quæ de jure communi eſt decennalis, vel vicennalis fit triennalis. Idque ſtatuitur in pœnam eorum, qui negligunt jus ſuum perſequi intra triennium, ideo denegatur poſtea actio in judicio, ne beneficia incerto titulo poſſideantur.

Verùm ad id requiruntur plures conditiones 6 expreſſæ in ipſa regula, ut hæc poſſit procedere, primò requiritur bona fides, quæ excludat peccatum. Secundò, poſſeſſio, ſive per ſe, ſive per alium, nomine tamen veri poſſeſſoris. Tertiò, nt poſſeſſio ſit pacifica, & ſine lite, quia per citationem validam, & appellationem, etiam extrajndicialem amittitur pacifica poſſeſſio. Quartò, quòd poſſeſſio ſit per triennium completum. Quintò, ut poſſeſſio ſit continuata ab eadem perſona. Sextò, ut ſit poſſeſſio beneficii eccleſiaſtici collati cum titulo, ſive per inſtitutionem, ſiva per electionem, translationem, permutationem, præſentationem, ſive ſit dignitas, aut officium eccleſiaſticum. Septimò, ut adſit titulus ſaltem coloratus ab eo, qui poteſtatem habet iure communi, vel ſpeciali conferendi beneficium. Octavò, nt poſſeſſor non ſit ſimoniacus, quod intelligitur de ſimonia reali commiſſa ab ipſo beneficiato, & completa, non verò de mentali, vel etiam conventionali. Nonò, ut poſſeſſor non ſit intruſus aliquo ax modis, quibus jure comuni cenſetur intruſus in beneficio, qnod apoſtolicæ diſpoſitioni generali reſervationa in corpore juris contenta reſervatur.

Quæritur tertiò, qnanto temporis curſu 7 unus clericus beneficij eccleſiaſtici poſſeſſionem præſcribat adverſus alterum clericum legitimum, & canonicum titulum habentem, ut poſſit uti fructibus beneficij poſſeſſi, ac tueri ſuam poſſeſſionem contra alterum habentem verum titulnm? Reſpondetur ex jure communi eum ſpatio decem annorum præſcribere inter præſentes, & 20. inter abſentes, ut notat Gloſſa *in c. contingit de dolo, & contumacia*, Covarruvias *in reg. poſſeſſor p. 2. §. 10. n. 9.* ubi aſſerit, hanc ſententiam comunem eſſe; nbi juvat obſervare, quòd talis clericus poſſit quidem legitimam poſſeſſionem beneficii præſcribere, non verò titulum beneficij. Jus verò patronatus poteſt unus præſcribere contra alium illud habentem

etiam

etiam ſpatio decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes, ut notat Covatruvias *in regul. poſſeſſor. p. 2. §. 10. n. 8.* Alii verò probabiliùs aſſerunt, talem præſcriptionem non procedere, niſi fluxu 40. annorum; quia tametſi præſcriptio in hac parte non ſit contra Eccleſiam, ſed contra privatum hominem habentem jus patronatûs in Eccleſia; nihilominus multum intereſt Eccleſiæ non mutare patronos, ne novus patronus ſit Eccleſiæ nocumento, & incommodo, & ne Eccleſia cogatur habere patronum, quem nollet, & hæc ſententia videtur probabilior.

8 Quòd ſi conſtet, Eccleſiam ab initio liberam fuiſſe, & non adſit titulus, tunc jus patronatus à laico nequit præſcribi adverſus Eccleſiam, niſi tempore immemoriali, quia præſumptio juris illi reſiſtit, quòd ſi adſit titulus, requiritur quadragenaria præſcriptio, ut notat Covarruvias *p. 2. in regul. poſſeſſor. §. 10. numero 3.* Quòd ſi dubium ſit, an Eccleſia parochialis fuerit libera, poterit à parochiali cum titulo 40. annis præſcribi, quia ſic à laico poſſunt præſcribi jura, ac bona immobilia contra Eccleſiam proinde multò magis jus patronatûs. Eodem pacto poteſt præſcribi ius præſentandi rectorem in Eccleſia collegiata, & multò magis ad beneficia ſimplicia. De jure autem novo Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. c. 9. de reformat.* ſtatutum eſt, ut neque immemorialis temporis probatio aliter prætendentibos jus patronatûs; atrocinetur, quàm ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes etiam continuatæ non minores ſaltem, quàm 50. annorum ſpatio, quæ omnes effectom ſint ſortitæ, authenticis ſcripturis probentur.

9 Quæritur quartò, quantum temporis requiratur, ut unus præſcribat Eccleſiaſticam Emphyteuſim, aot feudum adverſus alterum privatum hominem, etiam ſolum utile dominium habentem. Eſt Emphyteuſis contractus, quo res immobilis alteri traditur quoad dominium utile, retento dominio directo, cum obligatione ſolvendi penſionem proprietario, ſeu habenti dominium directum, idque vel in perpetuum, vel ad unius, aut plurium vitam, vel ad certum tempus, quod non ſit minus decennio, adeo ut differat contractus Emphyteuſis à contractu locationis, eò quia Emphyteuſis ſolòm conſtitui poſſit in re immobili, quæ culturâ meliorari poteſt. Secundò quia per eam transferatur dominium utile manente ſolo dominio directo apud priorem dominum. Tertiò, quòd non fiat ad brevius tempus, quàm decennij; ex quibus conditionibus nulla habetur in locatione; hinc differt Emphyteuſis etiam à feudo, emptione, & cenſu. Reſpondetur, eccleſiaſticam Emphyteuſim præſcribi ſpatio decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes, ot docent communiter cum Panormit. *in c. ad audientiam n. 14. & 15. de præſcript.* & Covarr. *in reg. poſſeſſor p. 2. §. 2. n. 6.* ubi ait eſſe ſententiam communem.

10 Idque vel maximè cenſetur verum, quando intereſt Eccleſiæ habere notum Emphyteutam, ſeu feudatarium. Quòd ſi Eccleſiæ interſit potiùs antiquum, quàm ſibi obligatum habere; tunc novus contra antiquum non præſcribit niſi ſpatio 20 annorum. Alij verò inter quos Ioannes Andreas *in additionibus ad ſpeculatorem in tit. de feud. V. 28.* cenſent præſcriptionē Emphyteuſis, vel feudi non currere contra dominum; quia dominus, non Emphyteuticarius, aut beneficiarius civiliter poſſidet: hinc licèt contra Emphyteuticarium, vel beneficiarium quis præſcribat dominium utile; dominus tamen, qui præſcriptionem ignoravit, poteſt rem Emphyteuticam, vel in feudum datam repetere, & recuperare ab eo, qui præſcripſit, quia contra ipſū non potuit præſcriptio currere; neque adigitur reſtituere emphyteuticario, vel beneficiario, quia negligens fuerit, eò quia paſſus ſit rem præſcribi, & ad alterum tranſire: ſecus eſſet, ſi dominus ſciret, alterum poſſidere, & id permitteret, quia tunc tacens videretur conſentire in eo, quòd res transferretur ad alterum: hanc tamen ſententiam Panormit. *loc. cit.* non approbat, eò quia dominium utile poſſit præſcribi contra eum, qui illud habet, manente proprietate penes dominum ignorantem præſcriptionem. Hoſtienſis verò *in c. ad audientiam 13. h. t.* docet; quod ſi Emphyteuſis, vel feudum datum ſit alicui, contra cum, cui datum fuit, non niſi ſpatio centum annorum, ſi datum fuit ab aliqua Eccleſia, præſcribatur; quia intereſt Eccleſiæ hunc, vel illum Emphyteutam, ſeu beneficiarium ſibi obligatum habere, & hæc ſententia videtur æquitati magis conſona, ne compellatur Eccleſia habere Emphyteutam, quem nollet.

Quæritur quintò, quantum temporis requiratur ad præſcribendum jus eligendi Epiſcopum, vel alium Prælatum? Reſpondetur, 11
quòd ſi extranei Clerici, qui non ſunt ex collegio, velint Prælatum eligere excluſis capitularibus, tunc ius commune illis reſiſtit, proinde requiruntur 40 anni cum titulo colorato, ſeu prætextu privilegij Apoſtolici, vel tempus immemoriale ſine titulo *c. 1. h. t. in 6.* Quòd ſi Clerici extranei velint eligere non excluſis collegiatis, ſeu capitularibus, tunc non requiritur titulus, ſed ſufficit ſpatium 40. annorum, ſiquidem tanto tempore præſcribitur contra Eccleſiam circa talia jura, ut deſumitur *ex c. illud 8. h. t.* ubi habetur, quòd contra Eccleſiam præſcriptio 40. annorum admittitur: ſiquidem in hiſce incorporalibus ſola diuturna patientia habetur pro titulo. Tum quia jus non reſiſtit, nec prohibet; quò minus ex conceſſione Capitulariorum jus eligendi poſſit extraneo Clerico competere. Tum quia non agitur de re gravis præjudicij, ſiquidem non cenſetur res magni præjudicij, ſi Clerici extranei jus habeant eligendi cum Canonicis: ſiquidem ratum eſt magis arbitrium, quod plurimorum judicio comprobatur *c. prudentiam 21. de offic. delegat.* proinde ſufficit bona fides etiam ſine titulo. Tum quia poſſeſſio iſtius juris non acquiritur, niſi cum ſcientia, & patientia capitulariorum, ſi jus electionis ab extraneis præſcribatur contra capitulum, poſitâ autem ſcientiâ, & patientiâ capituli habetur titulus præſcribendi.

Quæri-

12 Quæritur ſextò, quantum temporis requiratur, ut præſcribi poſſint, quæ ſunt reſervata Imperatori, Regi, aut Principi non agnoſcenti in temporalibus ſuperiorem. In hac quæſtione leges variant, nam *in l. 1. C. de quadrien. præſcript.* valet præſcriptio quatuor annorum, & *in l. omnibus C. de diverſ. & tempor. præſcript.* requiritur ſpatium 20. annorum, & *l. quamvis. ff. de uſufruct.* præſcribitur curſu decem, vel 20. annorum, & rurſus *in l. 2. C. de vectigalibus, & commiſſ. & l. 2. C. de apoſtat.* ſufficit quinquennalis præſcriptio. Hinc juriaperiti variè diſtingount Panormit. *in c. cum vobis* 14. *h. t.* aſſerit in bonis reſervatis Principi in ſignum ſubjectionis, ot in tributo, ſeu cenſu nullo tempore currere præſcriptionem, & multò minus in ipſa ſubjectione, ne ſubditus ſit Acephalus, ſeu ſine capite, cui obſequatur. Quædam eſſe jura reſervata Principi in ſignum privilegii ſingularis, ut legitimare ſpurios, creare publicos Notarios, exigere pedagia, vectigalia, & alia id genus, & in his docet currere præſcriptionem, ad quam tamen vult requiri ſcientiam Principis, & rurſus tempus immemoriale, ſeo de cuius initio non habeatur memoria. Præterea quædam eſſe bonæ fidei, & ad hæc præſcribenda, ſi ſint Principi incorporata, requiri quadrjennalem præſcriptionem; ſi verò non ſint incorporata, ſed tantùm delata, vel vacantia, vel ex cauſa publicata, tunc ait in bonis delatis ob vectigal non ſolutum ſufficere præſcriptionem quinquennalem: in aliis verò bonis, ſi præceſſerit denunciatio bonorum vacantium ſufficere tempus quatuor annorum. Quòd ſi denunciatio non intervenerit, & quis bona fide tantùm bona illa poſſideat, vult requiri tempus 20. annorum: vel cum titulo decem annorum, & hæc Panormitani ſententia communiter recipitur.

13 Quæritur ſeptimò, per quid præſcriptio centenaria, & temporis immemorialis differant? Reſpondetur, differre, eò quia præſcriptio temporis immemorialis pobari ſolet per teſtes, ad quos plura requiruntur. Primò, ut teſtes deponant, ſe ſemper vidiſſe, & audiviſſe, ita eſſe à ſuis majoribus. Secundò, ſe nunquam vidiſſe, vel audiviſſe, fuiſſe contrarium obſervatum, Tertiò, communem eſſe, & ſemper fuiſſe opinionem, & famam publicam de re illa, & non extare de uſu contrario, nec de memoria initij poſſeſſionis, immo plures cenſent, quòd teſtes debeant eſſe 54. annorum, & de 40. annis teſtificentur, ſe ita vidiſſe, & audiviſſe. Poſſeſſio immemorialis dicitur, cuius initium hominum excedit memoriam *l. 2. §. idem labeo l. hæc jura 3. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid.* Cenſetur autem poſſeſſio excedere hominum memoriam, ſi centum ſuperet annos *l. an uſusfructus 56 in fin. ff. de uſufructu l. fin. C de Sacro-Sancta Eccleſ.* ſicut hominum vita, ita & memoria non præſumitur excedere centum annos: hinc differt præſcriptio immemorialis à centenaria, quòd quamvis illa nullum definitum annorum tempus requirat, exigit tamen, ut excedat centum annos, & non conſtet de illius initio: Secus præſcriptio centenaria non poſtulat procedere ultra centum annos, neque ut incognitum ſit eius initium. Secundò, in centenaria præſcriptione requiritor titulus, qui allegetur, ac probetur, cum præſcriptio juris communis ſit contra præſcribentem; in præſcriptione verò immemoriali non eſt neceſsè allegare, & probare titulum, quia ipſa continuata poſſeſſio à tempore immemoriali triboit jus, ſi ſic capacitas in poſſidente, ut notat Gloſſa, *in c. 1. V. titulus, & V. niſi hoc titulo in 6.* Covarruvias *in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 6. numero 3.* Hinc ſi probetur poſſeſſio temporis immemorialis cenſetur etiam probatum dominium acquiſitum eſſe, quia tempus immemoriale habet vim privilegii, & conceſſionis, etiam in his, quæ Principi reſervantur.

14 Quæritur octavò, quibus remedium reſtitutionis in integrum conveniat contra præſcribentem? Reſpondetur, hoc remedium concedi minoribus 25. annis adverſus præſcriptionem etiam longiſſimi temporis 30. vel plurium annorum completam, idqoe intra quadriennium continuum poſt expletum 25. ætatis annum, ſcilicet usque ad expletum annum 29. computandum à die completæ præſcriptionis, à minoribus cognitæ *l. unic. C. ſi adverſus uſucap. l. ult. C. de temp. in integ. reſtit.* & datur hæc reſtitutio in integrum etiam ob ſolam læſionem factam in ætate minore, tametſi nulla eorundem ignorantia intervenerit. Hoc idem beneficium reſtitutionis in integrum, adverſus præſcriptionem competit Eccleſijs, & locis piis poſt completam præſcriptionem 40. vel centum annorum, quod ſpatium numerandum eſt à die ſcientiæ, ut colligitur ex *c. 1. de in integr. reſtit. in 6.* Covarruvias *in regularibus poſſeſſor. p. 3. §. 3.* Rurſus conceditur etiam hoc privilegium majoribus 25. annis, & quidem adverſus præſcriptionem completam, ſed non niſi ex juſta cauſa, ob quam quia impeditus fuit repetere jura, vel res ſuas, dum contra eum præſcriptio currebat *l. 1. §. ex quib. cauſ. majores l. ult. C. de temporibus in integ. reſtitur.* quod procedit etiam de præſcriptione 30. vel 40. annorum, quia citatæ leges concedunt abſolutè majoribus ex juſta, & probabili cauſa reſtitutionem, non quidem ſecundùm rigorem juris communis, ſed ex prætoria æquitate. Rurſus majoribus conceditur quadriennium continuum, quod incipit numerari à die ceſſantis impedimenti, ex quo ceſſavit invincibilis ignorantia præſcriptionis: quia, ex tunc, & non ante præſumitur negligentia petendi reſtitutionem intervenire *argu. c. 1. & 2. de reſtit. in integ.*

15 Quæritur nonò, an ſubditi poſſint per præſcriptionem ſe eximere ab obedientia ſui ſuperioris? Reſpondetur negativè, & deſumitur *ex c. Cùm non liceat* 12. *h. t.* ubi cùm Archiepiſcopus Bracharenſis conqueſtus eſſet Innocentio III. de quibusdam Prioribus, quorum Eccleſiæ in ipſius Diœceſi ſitæ erant, quòd ei obedire ut Epiſcopo ſuo contumaciter recuſarent, præcepit Pontifex ijsdem Prioribus, ut cùm non liceat, membra à capite recedere, non obſtante temporis præſcriptione

Archie-

Archiepiſcopo Bracharenſi, & ejus eccleſiæ obedientiam, & reverentiam debitam; perinde ac alij Clerici eiuſdem Diœceſis impenderent. Ratio deſumitur ex eo, quia ad præſcriptionem requiritur poſſeſſio, & quamdiu aliquis ſe gerit ut ſubditus, non poteſt eſſe in poſſeſſione immunitatis, ſeu exemptionis; conſequenter non poteſt præſcribere contra ſuperiorem, quò minus teneatur ei exhibere reverentiam jure divino, & naturali debitam. Epiſcopus autem de iure communi habet jurisdictionem in omnes Clericos ſuæ Diœceſis, proinde tenentur omnes eidem ſubeſſe, ac obedire, niſi probent ſe exemptos eſſe *c. Cùm dilecte 4. in fin. de confir. util.* Præterea, quia præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione *c. ſine de reg. jur. in 6.* atqui nemo poteſt in ſe ipſum jurisdictionem exercere, quia nemo eſt ſibi ipſi inferior, jurisdictio enim nonniſi in inferiores exercetur; quo fit, ut neque poſſit ſe ipſum tanquam ſubditum poſſidere *c. fin. de pœnit. & remiſſ.* & *l. penult. C. de arbit.* quia ſi quis ſe poſſideret, ut ſubditum, exerceret jurisdictionem in ſe ipſum, & eſſet ſe ipſo inferior, quod repugnat. Tum quia Dominus, & ſubditus ſunt duo correlativa, & ea eſt natura correlativorum, ut unum non poſſit eſſe alterum *c. debitum de baptiſm.* proinde cùm jurisdictio ſit propria Domino, & exerceatur in ſubditos, qui poſſidentur, ut tales à Domino, ſequitur, neminem poſſe ſe ipſum poſſidere ut Dominum, nec jurisdictionem exercere in ſe ipſum: & quia præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione, ſequitur, non poſſe quemquam præſcribere, ut obedientiam, & reverentiam jure divino, & humano debitam ſuperiori non impendat.

16 Verùm quamvis non poſſit quis per viam præſcriptionis ſe eximere ab obedientia ſui Epiſcopi, adeò ut nulli, nec Pontifici ſubjiciatur, ac evadat quaſi acephalus *c. Omnes de major. & obed.* poteſt nihilominus eccleſia ſita intra Diœceſin per viam præſcriptionis ſe eximere à jurisdictione Epiſcopi, ut immediatè ſubjiciatur ſummo Pontifici, ac ſedi Apoſtolicæ: quia tunc agitur principaliter de jure ſummi Pontificis, qui procul dubio poteſt præſcribere contra eccleſiam inferiorem. Præterea quamvis ſubditi unius Epiſcopi non poſſint ſimpliciter præſcribere exemptionem ab ejus obedientia, & ſubjectione excluſivè, ut nulli ſubiiciantur: poſſunt nihilominus talem exemptionem præſcribere translativè; adeò ut alteri Epiſcopo, vel Archiepiſcopo ſubjiciantur: qui enim erat ſubditus unius Epiſcopi poteſt fieri ſubditus alterius: eodem pacto etiam unus Epiſcopus, ſeu Prælatus poteſt præſcribere contra alium, adeò ut qui erat ſubditus unius evadat ſubditus alterius, *c. cum ex officii 16. b. t.* quo pacto ſubditi via præſcriptionis eximuntur à jurisdictione prioris Prælati, & ſubiiciuntur alteri. Pari pacto quamvis tota communitas, ſeu tota provincia poſſit ſe omninò eximere per præſcriptionem temporis immemorialis à jurisdictione alicuius Principis, ſi acceſſerint eius ſcientia, & patientia, ut notat Felinus in *d. c. Cum non liceat 12. n. 10. h. t.* & docet Bartolus in *l. Hoſtes 24. n. 6. ff. de captivis* non propterea poteſt tota communitas præſcribere hanc exemptionem excluſivè, adeò ut omnes ſint acephali ſine capite, & nemini in temporalibus ſubiiciantur: ratio eſt, quia id adverſatur iuri gentium, quo jure omnes Reſpublicæ, & communitates hominum ſunt inſtitutæ, & poteſtatem acceperunt gubernandi. Cæterum contra illa, quæ Principi, ut Imperatori, vel Regi debentur, & competunt in recognitione ſupremi Principatûs, & univerſalis dominij, ac ſubjectionis ei debitæ, non poſſunt ſubditi præſcribere: hinc tributa, quæ in ſignum ſubjectionis debentur Principi, nullo poſſunt tempore præſcribi, ut nec etiam ut ſubditus ab iiſdem ſolvendis maneat exemptus. Quamobrem contra ea, quæ intrinſecè pertinent ad ſupremam Principis poteſtatem, non poteſt à ſubdito præſcribi *l. competit 6. C. de præſcript.* Neque poſſunt ſubditi præſcribere, ut legibus Principis non obligentur, vel ut ab eo non coërceantur, quando ratio, & juſtitia id exigunt. Neque poſſunt præſcribere, ut ab inferioribus Iudicibus ad ſummum Principem non fiat appellatio, ut notat Covarruvias in *regul. poſſeſſor p. 2. §. 2. n. 7.*

Secus tamen eſt dicendum de cenſibus, & tributis, quæ non ſolvuntur in recognitionem ſupremæ poteſtatis, ſed in ſubſidium ob publicam aliquam contingentem neceſſitatem: huiuſmodi enim tributa poſſunt à ſubditis præſcribi, ut notat Abbas in *c. Ad audientiam 13. n. 18. h. t.* Præterea quamvis non poſſit ſubditus, quamdiu manet ſubditus ſe eximere ab iis, quæ Principi competunt, ratione ſupremæ poteſtatis erga ſubditos, adeò ut non poſſit ſubditus ſe eximere ab imperio, judicio, & tribunali ſui proprij principis; poteſt nihilominus mediante præſcriptione ex ſubdito fieri non ſubditus, & propterea eximi ab eius poteſtate, quo pacto plures Principes, qui olim per Italiam ſubijciebatur Romano imperio præſcribendo libertatem ſe ab ipſo eximerunt. Non tamen poteſt Chriſtianus per ullam præſcriptionem ſe eximere à Pontificis poteſtate, quæ illi competit jure divino, ut Chriſti Vicario in omnes fideles; adeò ut nullus Chriſtianus poſſit per præſcriptionem facere, ut in ſpiritualibus, & iis, quæ ad ſalutem animæ pertinent non ſobijciatur ſummo Pontifici, quia hæc ſubiectio eſt de jure divino, & ex Chriſti inſtitutione pertinet ad Papalem poteſtatem. 17

Quæritur decimò, an Clerici poſſint præſcribere contra viſitationem ſui proprij Epiſcopi, ut ab ipſo non viſitentur, & etiam contra procurationem eidem debitam ratione viſitationis? Reſpondetur negativè ex *c. Cùm ex officij 16 h. t.* ubi Innocentius III. declarat, neminem poſſe præſcribere contra procurationem, quæ ratione viſitationis debetur; neque contra ipſam viſitationem, tametſi aliquis contra perſonam alterius poſſic utramque præſcribere. Ratio ex eo petitur, quia viſitatio fuit inſtituta, ut fieret à Prælatò animarum, & ob publicam utilitatem ad pravos mores in populo corrigendos, & ad bonos conſervandos, ut declaratur in Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. c. 3.* ſubditus autem, qui ab illa ita ſe ſubtraheret, ut nulli alteri ſubiicere- 18

ijceretur, ſe eximeret ab omni obedientia, & eſſet acephalus, ſen ſine capite, & ſuperiore, quod eſſe non poteſt *c. nulla diſt. 93.* Tum quia perſona privata non poteſt ea immutare, quæ pro bono publico ſunt indncta *c. ſi diligenti de for. compet.* ut nec etiam ea, per quæ peccata declinanrur, & diſciplina eccleſiaſtica conſervatur, *c. Cùm inter de conſuet.* & quia hæc omnia habentur beneficio viſitationis, quæ inſtituitur ab Epiſcopo, ſequitur, Clericos non poſſe contra ſuum Epiſcopum viſitationem in ſe ipſis præſcribere, taliter, ut non debeant viſitari, quia omnino toleretur id, quod fuit inſtitutum ad ſalutem animarum, & ad pravos mores corrigendos, & Clericos reformandos; quapropter cúm huiusmodi præſcriptio vel maximè noxia eſſet Reipublicæ chriſtianæ, nullo modo debet admirti. Immò neque contra procurationem ratione viſitationis debitam Epiſcopo præſcribi poteſt, quia ſi Ptælati deberent propriis ſumptibus victualia, & alia ad viſitationem neceſſaria ſibi comparare, faciliùs viſitationem negligerent, & ob difficultates, quæ inde orirentur ſtatutis temporibus non viſitarent *c. Cùm Apoſtolus de cens.* Tum quia is, qui ſpiritualia ſeminat, conveniens eſt, ut temporalia metat, ut ſcribit Apoſtolus 1. *ad Corinth. c. 9.* & quia de connexis eſt idem judicium *c. Tranſlato de conſtit.* ſequitur, quòd ſicut non currit præſcriptio contra viſitationem inſtituendam ab Epiſcopo; ita non currat contra procurationem, quæ ratione viſitaionis debetur Episcopo viſitanti: hinc jus canonicum etiam reſiſtit tali præſcriptioni, ut irrationabili, & tendenti in perniciem Eccleſiæ, ſiquidem viſitantibus, & miniſtrantibus ſpiritualia, ut etiam laborantibus causâ eccleſiarum jure naturali, & divino debentur temporalia ad eorundem congruam ſuſtentationem. Demum quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, & procuratio eſt annexa viſitationi, ut acceſſorium ſuo principali, proinde ſi viſitatio non poteſt præſcribi, neque procuratio, cùm de connexis ſit idem judicium.

19 Hinc quamvis Epiſcopus poſſit voluntariè remittere Procurationem ſibi debitam expreſsè, vel tacitè, eam non perendo, non propterea poteſt remittere in perpatuum ipſum jus exigendi talem procurationem: ratio eſt, quia procuratio perinde eſt juris publici, ac ipſa viſitatio, cui eſt annexa, & ipſa viſitatio non poteſt in perpetuum remitti ab Epiſcopo, nec pacto ſe, ſuóſque ſucceſſores ad remittendum obligare. Tum quia huiusmodi procurationes ſunt jura, & bona eccleſiæ, quæ per præſcriptionem non poſſunt à Prælato proprio arbitrio alienari. Hinc præſcriptio contra procurationem debitam ratione viſitationis non valet qooad totum, nec quoad partem, adeo ot ſit ſemper integra præſtanda, tametſi pars illius tempore immemoriali non fuerit ſoluta, quia in texto prohibetur abſolutè, ſimplicìter, & indiſtinctè præſcriptio contra procurationem. Tum quia ſicut viſitatio non poteſt præſcribi in totum, nec in partem, ita nec procuratio eidem adnexa, quia de connexis eſt idem judicium *c. 2. de conſtit.* Non tamen procedit de aliis cenſibus, & præſtationibus, quæ ſuperiori, ſeu Prælato ſiunt, eiuſmodi ſunt ſubſidia charitativa, cathedratica, penſiones annuæ, quæ Epiſcopo, vel Ordinario ratione conſuetudinis, vel penſionis, adjunctæ in fundatione beneficij, vel ob aliam cauſam ſolvuntur: quia in his cum bona fide per tempus immemoriale præſcribi poteſt immunitas, ut notat Felinus in *d. c. Cum ex officij 16. n. 14. h. t.* Tum quia in ijs ceſſant rationes, ob quas non poſſunt viſitationes, nec earum procurationes præſcribi: neque enim huiusmodi cenſus ſunt annexi viſitationi, ſicut procuratio. Cæterom textus intelligitur de procurationibos debitis viſitanti jure communi, & Ordinario, non verò de debitis jure ſpeciali, ſeu ex privilegio, ut eſt procuratio debita Archidiacono, vel alteri Prælato inferiori Epiſcopo: ſiquidem contra hanc viſitationem præſcribi poteſt procuratio, quia faciliùs tollitur jus ſpeciale, quàm commune, & res faciliùs reſtituitur ſuæ primævæ naturæ: cùm enim Prælatus Epiſcopo inferior ex ſpeciali conceſſione, privilegio, vel conſuatudine potuerir eccleſias viſitare, absque jure exigendi procurationem, ira poterant etiam eccleſiæ præſcribere contra tale jus exigendi procurationem.

Quæritur ondecimò, an Clericus poſſit juvari beneficio Præſcriptionis immemorabilis, ne adimpleat onera fundationis, ſi quæ ſint; ſi illi conſtet de fundatione. Ratio dubitandi videtur eſſe, quia huic præſcriptioni tantùm videtur poſſe obeſſe mala ſides: hæc autem non obſtat, quia tempus immemoriale tollit omnem præſcriptionem malæ fidei *c. 1. in fin. h. t. in 6.* & notat Bartolus in *l. fin. n. 17. C. unde vi* Oldradus *conſil. 244. n. 11.* Aflict. *decis. 240. n. 3.* 20

Reſpondetur nihilominus ad quæſitum, clericum, ſeu capellanum non poſſe juvari beneficio præſcriptionis licèt immemorialis, ut ſe eximat ab implendis oneribus annexis fundationi, ſi de hac conſtet, eò quia talis præſcriptio conjuncta ſit cum mala fide, ut docent Dynus in *c. Poſſeſſ. de regul. jur in 6.* Ripa in *c. Cùm eccleſia n. 99. de cauſ. poſſeſſ.* Covarruvias in *c. poſſeſſ. p. 2. §. 2. n. 4.* Maſcardus *de Probat. concluſ. 225. n. 5. lib. 1.* & Rota Romana *decis. 773. n. 14. p. 4. diverſor.* & communiter Canoniſtæ cum Gloſſa in *c. Epiſcopum 1. h. t. in 6.* & deſumitur ex *c. quoniam 20. h. t* ibi: *Oportet, ut, qui præſcribit, in nulla temporis parte rei aliena habeat conſcientiam*, & deſumitur etiam ex *c. vigilanti 5. h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, quòd in jure canonico poſſeſſor malæ fidei nunquam præſcribit. Quòd verò hæc præſcriptio ſit conjuncta cum mala fide, liquet ex manifeſtis indiciis, quæ ſufficiunt ad probandum malam fidem, ut docet Maſcardus *de probat. concluſ. 225. n. 25. lib. 2.* cum enim mala fides ſit intus in animo, nonniſi per indicia, & conjecturas probari poteſt *l. penult. in fin. C. de edict.* Bartolus in *l. Celſus n. 18. ff. de uſucapion.* hæc aotem mala fides ex eo facilè convincitur, qnia in ſucceſſiva proviſione capellaniæ quilibet capellanns notum habuit onus in fundatione annexum beneficio: quia non videtur veriſimile, quòd Clericus, quando acceptavit Capellaniam, vel beneficium, non procnraverit ſcire, quænam onera ſint eidem annexa. Tum quia tenebatur

nebatur id inquirere, [illegible] poſſ[illegible] proprio officio ſatisfacere. Neque eſt veri[illegible]mile [illegible] quòd in collatione capellaniæ non fuer[illegible]t onus notiſ[illegible]atum, proinde cum id habeatur pro certo, quoad ſingulos Capellanos [illegible] deceſſores, convine[illegible]ur, tam in ip[illegible]s, quàm in ultimo mala fid[illegible], & quòd noluerint ſatiſfacere proprio muneri, nec onus complere *l. non eſt ferendus ff. de [illegible]ranſact.* & docet Felinus in *c. veniens* 19. *numero* 3. *h. t.* Paris. *conſil.* 66. *numero* 109. *lib* 3. Anchar. *conſil.* 170. *numero* 6. Barboſa *in rubric. de præſcript. numero* 341. Tum quia lex fundationis, ut ſupponitur, ſemper eſt clara, ſempérque loquitur *l. Ariani C. de heret.* quo fit, ut ſemper reſiſtat, ne poſſit ſuperaccedere bona fides, proinde nec poſſit induci im̃emorialis præſcriptio, ut cenſuit Rota Romana coram Seraphino *decis.* 645. *n.* 1. & coram Pegna *decıſ.* 128. *n.* 25.

22 Præterea, quia non poteſt conſtare de præſcriptione immemoriali niſi conſtet de conditionibus ad illam fundandam requiſitis: una autem ex hiſce conditionibus eſt, ut nunquam viſum ſit, aut auditum contrarium, ut notat Gloſſa in *c. Epiſcopum* 1. *h. t. in* 6. & docent plures cum Baldo *de præſcriptionibus p.* 3. *princ. q.* 6. *numero* 24. & Rota Romana coram Puteo *decis* 12. & coram Seraphino *deciſ.* 1102. *numero* 2. ſicut enim præſcriptio immemorialis eſt probanda, ita etiam debet conſtare apud eum, qui in eadem ſe fundat: non poteſt autem conſtare cuilibet Capellano, quod nunquam op[illegible]ſitum fuerit au[illegible]itum, præſertim cùm lex [illegible]dationis ſemper extet, & loquatur, & qui[illegible]bet Clericus beneficiatus teneatur ſcire, quodnam onus ſuſcipit adimplendum ex inſtitutione ſui beneficij.

23 Quòd ſi proventus beneficij non eſſent proportionati oneri eidem in fundatione injuncto, tunc videretur veriſimile, tale onus fuiſſe reductum ad terminos, in quibu[illegible] reperitur, & tunc oriretur præſumptio redu[illegible]i[illegible]ni[illegible], ut notat Abbas in *c. Quanto circa fin. de præſumpt.* quia improportio proventuum parit magnam veriſimilitudinem reductionis, & ſuadet homini ad ita credendum, ut docet Menochius [illegible]e *præſumpt. q.* 5. *numero* 12. *lib.* 1. & cenſuit Rota Romana *decis.* 612. *numero* 5. *p.* 4. *diverſ.* unde poſita hac præſumptione oritur titulus ſal[illegible] præſumptus [illegible] qui ſufficit pro præſcrip[illegible]one longi [illegible]empor[illegible]s [illegible] ut notat Gloſſa in *c. de* [illegible]*arta* 4. *h. t.* [illegible]ia quævis cauſa etiam colorata [illegible]t ad con[illegible]tuendum aliquem in bona fide, [illegible] ad exc[illegible]dam malam, quando agitur de [illegible]pt[illegible]one lo[illegible] tem[illegible]oris ut notat Decia[illegible] *con[illegible]il.* 10. *numero* 68 *lib.* 1. & cenſui[illegible] Rota in Romana pecu[illegible]aria [illegible]. Novemb. 1609. coram Sacrato [illegible] cùm enim huiu[illegible]modi titulus eli[illegible] o[illegible]us [illegible] ni[illegible] aperi[illegible]am præſcri[illegible]tioni. [illegible]e[illegible]atec[illegible]lu[illegible] ad ra[illegible]ionem dubitandi ini[illegible] [illegible]m[illegible]a [illegible]mpb[illegible] in[illegible]emoriale [illegible]nc [illegible]ex[illegible] m[illegible]d m[illegible] an[illegible]o [illegible]abetur [illegible], non [illegible]an[illegible]o de [illegible]cet Malcar[illegible]lu[illegible]e *prob*[illegible] [illegible]*n.* 45 Barbola [illegible]. *in* [illegible].10 n[illegible]o autem caſu conſtat de [illegible] *[illegible]m. I. Jur. Can.*

annexa ſint ſuo beneficio.

mala fide [illegible] eò quia lex fundationis ſit cl[illegible]ra, & ſemper loquatur, nec ſit veriſimile, quòd Capellani de ipſa non habuerint notitiam, cum quilibet beneficiatus teneatur ſcire, quæ onera annexa ſint ſuo beneficio.

Quæritur duodecimò, an Archidiaconus, 24 vel alius Prælatus inferior Epiſcopo poſſit præſcribere jura Epiſcopalia? Jura Epiſcopalia ſunt dupl[illegible]cis generis: alia enim ſunt jura ordinis Epiſcopalis, & hæc, certum eſt, non poſſe præſcribi a Prælato inferiori Epiſcopo, quia ſicut non poteſt huiuſmodi jura poſſidere defectu Characteris Epiſcopalis [illegible] ita non poteſt ea præſcribere *c. Quanto* 4. *de conſuetud.* & docet Abbas in *c. auditis* 15. *h. t.* Quamob[illegible]em difficultas eſt de juribus ſecundi generis, an poſſit Archidiaconus præſcribere jura Epiſcopalia, quæ pertinent ad ſolam juriſdictionem? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. auditis* 15. *h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, quod Prælatus inferior Epiſcopo, ut Archidiaconus, vel Abbas poſſit præſcribere jus epiſcopale in eccleſijs illius Diœceſis, ſi per 40. annos ſine interruptione, vel ſede Epiſcopali non vacante p[illegible]æſcripſerit, ſive ex privilegio particulari. Ratio eſt, quia jura omnia, quæ Prælatus poteſt poſſidere, poteſt etiam præſcribere *c. cùm olim* 18. *h. t.* Prælatus autem inferior Epiſcopo eſt capax poſſidendi, quæ ſunt juriſdictionis Epiſcopalis, ſive pertineant ad legem Diœceſanam, ſive ſpectent ad legem juriſdictionis, quæ ſub diœceſana generatim ſumpta comprehenduntur, unde quamvis Prælatus inferior Epiſcopo non poſſit præſcribere, quæ ſunt Ordinis Epi[illegible]copalis; poteſt tamen præſcribere, quæ ſunt juriſdictionis Epiſcopalis etiam in E[illegible]cleſ[illegible]js, quæ ſubijciuntur Epiſcopo, tametſ[illegible] ipſe Prælatus inferior perſeveret ſub obedientia E[illegible]iſcopi, ut habetur in textu *d. c. auditis* [illegible]5 *h. t.* & in *c. De quarta* 4. *h. t.*

25 Verùm quia huiuſmodi præſcriptio ſi[illegible] contra jus commune *c. Dilectus de offic. Ordin.* neceſſe eſt, ut concurrat titulus verus, & veri[illegible]militer putativus, vel ſaltem longiſſimum tempus, de cuius initio memoria in contrarium non habeatur *c.* 1. *de offic. Ordin. in* 6. Se ipſum tamen non poteſt quis præſcribere in ordine ad ſe eximend[illegible] ab obedientia Epiſcopi, niſi alteri Prælato eccleſia[illegible]ico, vel Papæ immediate ſubijciatur *c. cùm non liceat* 12. *h. t.* ubi Innocentius I[illegible]. reſ[illegible]ribi[illegible] contra obedientiam debitam Prælato ſubd[illegible]um non præſcribere, quamvis, ut notat Gloſſa ibidem, poſſi[illegible] recede[illegible]e[illegible] Prælato, ſi incidat in hæreſim, vel ſ[illegible]ma, ut etiam in crimine notorio fornicationis, in ſimoniaco, ſi probari poſſit, quia tunc eſt [illegible]us i[illegible] jure. in al[illegible]js verò criminibus, q[illegible]am[illegible]is notori[illegible]s expectari debet ſententia Ju[illegible]ci[illegible]le[illegible]1. Ratio verò, cur non poſſit, q[illegible]is ſe [illegible]ſum præſcribere contra obedientiam d[illegible]tam Prælato, ea eſt, quia nemo p[illegible]te[illegible] ſe [illegible]riſd[illegible]ionaliter poſſ[illegible]dere *l.* 2. *ff. de arbi*[illegible] & [illegible]ne poſſeſſione non currit præſcriptio *c. [illegible] reg. jur. in* 6. Verùm ſubducitur de præ[illegible]tione totum illud tempus, quo vacavit eccleſia cathedralis: ſiquidem per præſcriptionem jus, quod erat unius, acquiritur alteri *l.* 1. *ff. de*

Google

uſucap. atqui ec[illegible] vacante nil debet innovari in præjudicium illius, quia caret proprio Paſtore qui eius jura tucatur *c. t. Ne ſede vacant.* Quamobrem ne jus eccleſiæ Cathedralis ab aliquo indebitè uſurpetur, ea vacante non poteſt Jus Epiſcopale ab alio Prælato præſcribi, proinde tempus vacationis debet ſubduci ab incœpta præſcriptione.

26 Quæritur tertiodecimò, quotupliciter poſſit Prælatus inferior præſcribere, quæ ſunt juriſdictionis Epiſcopalis? Reſpondetur du[pl]iciter. Primò privativè, ſeu excluſo Epiſcopo, & tunc contingit, quando ſolus præſcribens exercet in eccleſia, vel Diœceſi juriſdictionem, & alia jura Epiſcopalia toto tempore à lege definito ad legitimè præſcribendum. Secundò cumulativè, quatenus Prælatus inferior non ſolus, ſed ſimul cum Epiſcopo in certis eccleſijs exercet juriſdictionem Epiſcopalem: ſiquidem viſitatio, excommunicatio, abſolutio à cenſuris, & ſimiles actus pertinentes ad juriſdictionem Epiſcopalem poſſunt à pluribus exerceri, adeò ut inter ipſos ſit locus præventioni, ut notat Abbas in *d. c. auditis* 15. *n.* 4. *b. t.* obi tamen Alexander de Nevo *n.* 25. *& ſequent.* procedit cum diſtinctione qui vel ſolus Prælatus præſcribens fuit uſus juriſdictione, adeò ut Epiſcopus infra tempus præſcriptionis nullum actum juriſdictionis exercuerit; & tunc Prælatus inferior videtur præſcripſiſſe juriſdictionem excluſo Epiſcopo: vel apparet ex aliquo titulo præſcribentis ipſum intendere, præſcribere juriſdictionem privativè, ſeu excluſo Epiſcopo, & tunc ſi Epiſcopus unà cum tantùm exerceat actum juriſdictionis, interrumpit præſcriptionem Prælati inferioris, tametſi eum non impediat ab uſu juriſdictionis, ut habetur in *c. auditis* 15. *b. t.*

27 Sin verò neque ex titulo, neque aliunde appareat, quòd Prælatus inferior velit præſcribere excluſo Epiſcopo privativè; ſed tantùm cumulativè, cū ipſo Epiſcopo, tunc Epiſcopus quamvis tempore currentis præſcriptionis exerceat plures actus juriſdictionis, non interrumpit præſumptionem Prælati inferioris, eò quia præſcribens non privativè excluſo Epiſcopo, ſed cumulativè cum Epiſcopo intendat præſcribere unde in hoc caſu Epiſcopus ad interrumpendam præſcriptionem Prælati inferioris debet eum impedire ab exercitio juriſdictionis vel ſaltem præcipere ſubditis, ne ei præſcribenti obediant, ut notat Fagnanus in *d. c. auditis* 15. *n.* 6. *b. t.* Hinc [illegible] in [illegible], quæ poſſunt eſſe apud plures in ſolidum, ut juriſdictio penes Epiſcopum, & Archidiaconum, poſſeſſionem unius non interrumpit per poſſeſſionem alterius, quia tunc quiſque intendit uti ſuo jure non vero interturbare alterius poſſeſſionem, ut notat Fagnanus in *d. c. audit.* 15. *n.* 1[illegible]. *b. t.*

28 Quæritur quartodecimò, an qui poſſedit alieno nomine, poſſit [præ]ſcribere Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. ſi diligenti* 17. *b. t.* & ratio petitur ex eo, quia præſcriptio [illegible] neceſſariò fundari ſuper poſſeſſione, ad [illegible] non poſſit præſcriptio eſſe, ubi non eſt poſſeſſio *c. ſine de reg. jur in* 6. atqui non eſt idem poſſidere, & alieno nomine poſſidere, quia detinens eo nomine alieno non dicitur [illegible] poſſidere, quia ad ipſum non pertinet, ſed ad illum, cuius nomine eam poſſidet: unde non proprie poſſidet, ſed tantùm miniſterium exhibet ei, cuius nomine poſſidet *c. Cùm veniſſent* 9 *de reſtit. ſpoliat.* & *l. quod meo ff. de acquir. poſſ.* hinc qui pro alio poſſidet pro ſe non poteſt præſcribere *l. pignori ff. de uſucap.* & habetur in textu *d. c. ſi diligenti* 17. *b. t.* ubi additur, neque eum poſſe præſcribere, qui proprio nomine poſſidet, niſi habeat bonam fidem quia quoties actus non poteſt exerceri ſine lethali culpa, eſt eidem derogandum *c. cùm contingat de iure jur. c. Iulianus* 11. *q.* 3. omne autem, quod non eſt ex fide peccatum eſt, ut ſcribit Apoſtolus ad *Roman. c.* 14. quapropter quod ſit contra conſcientiam ædificat ad gehennam *c. omnes* 28. *q.* 1. ex quo liquet, poſſidentem rem proprio nomine non poſſe eam præſcribere ſine bona fide. Quinimò ſi præſumptio ſit contra præſcribentem, adhuc in ipſo requiritur juſtus titulus: ſiquidem ubi jus commune, vel præſumptio eſt contra præſcribentem ipſe non cenſetur poſſeſſor bonæ fidei *c. Ordinarij de offic. Ord. in* 6. *l. quemadmodum C. de agric. lib.* 11. & quia per juſtum titulum, vel tempus immemoriabile, ſeu cuius initium non habeat memoriam in contrarium illa præſumptio tollitur *c. Epiſcopum* 1. *b. t. in* 6. ſequitur, quòd ſi præſcribens habeat contra ſe præſumptionem debeat ad legitimè præſcribendum habere pro ſe titulum verum, vel veriſimiliter putativum, vel tempus immemoriale, ut præſumptio fortior extinguat debiliorem *l. ſi quis exemptionis C. de praſ ript.* 30. *vel* 40.

Quæritur quintodecimò, an ſi hæres [d]eveniat in notitiam malæ fidei defuncti, adhuc poſſit ſe præſcriptione tueri? Reſpondent communiter Doctores, quòd ſi hæres nolit præſcriptionem inchoare ex propria perſona, ſed velit uti acceſſione temporis, quo defunctus poſſedit, non poſſit tunc ſe præſcriptione tueri *l. an vitium ff. de diverſ. & temporal. præſcript.* ibi Gloſſa, & *l. Pomponius* §. *cum qui ff. de acq. poſſeſſ.* & docent Baldus *de præſcript. p.* 2. *q.* [illegible] *n.* 18. Abbas in *c. Cum.n.* [illegible] *de jure patron.* ra[tio] eſt, quia tunc præ[illegible] [ha]bet uni[illegible] ſum, & currit ſempe[r] [illegible] cod[illegible] irritatur præſcr[ipt]io. Tu[illegible] repræſentat [illegible] *jur. à morien. præſ.* [illegible] & [illegible] eius jus, ac præſ[illegible] ip[illegible] de [illegible] quem [illegible] præ[ſ]cript[illegible] [illegible] curreret, ne[que] apu[d] [illegible] [hæ]redem [illegible] [illegible] 29

[illegible] 30

[illegible]

conſil. circa fin. l. . Tiraquel. *de præſcript.* §. 81. G a 2. *num.* 4. Socin. *conſ.* 203. *num.* 2. *in fin.* *lib.* 2. Aret. in *l. Pomponius* §. *cùm quis ff. de acquir. poſſeſſ.*

31 Verior tamen, & communior ſententia, cui adhærendum puto, negat, poſſe talem hæredem ſe præſcriptione tueri, ſi mala fides defuncti ei innoteſcat, & ita cenſuit Rota in Romana cenſus 25. Junii 1640. §. *Secundò non obſtat* coram Pichio, & Biſontina cenſûs 23. Nov. 1645. *nec viſa fuit coram Eminentiſſ.* Corrado, & coram Eminentiſſ. Ottobono *deciſ.* 137. *n.* 25. & docet etiam Gratian. *diſcept. forens. c.* 203. *n.* 15. Paſqualig. *q.* 145. *n.* 4. Menochius *conſil.* 251. *n.* 41. Covarruvias *in c. Poſſeſſor p.* 2. § 9. *num.* 4. Ratio ex eo petitur, quia tametſi præſcriptio inchoetur ex perſona hæredis cum bona fide, habet tamen initium, & titulum vitioſum, ac nullum, ſiquidem fundatur in jure hæreditario, quod à defuncto fuerat ad hæredem transmiſſum, & quia in teſtatore hoc jus ob malam fidam nullius erat valoris; ita & in hærede: quia idem jus, quod erat in teſtatore tranſit ad hæredem, qui propterea ſine vero titulo incipit præſcribera, quamvis bona fide, quia cùm defunctus mala fide poſſideret, ſeu titulo in ſe nullo; non potuit rem alienam jure hæreditario transmittere ad hæradam, adeò ut transmiſſio fuerit nullius valoris, ut per ſe liquet: atqui ex titulo nullo, & non ſubſiſtenta nequit præſcriptio procedere *l. fin.* §. *ſub autem conditione C. communia de legat.* Gloſſa in *c.* 1. §. *Præterea l'. præſcriptione*, & docet Decius *conſil.* 144. *num.* 3. quæ enim ſequuntor ax aliquo titulo continuantur ratione ejuſdem tituli *l.* 1. *C. de impon. lucrat. præſcript. lib.* 10.

32 Si dicas, titulum ex ſe nullum vitiare tantùm præſcriptionem longi temporis, non verò longiſſimi, eò quia præſcriptio longiſſimi temporis nullum requirit titulum, & perficitur ſolo tempore. Contra eſt, quia quòd præſcriptio longiſſimi temporis poſſit haberi ſine titulo, tantum præſtat ut præſcriptio præſumi poſſit legitima: Secus tamen quando præſcriptio habet titulum vitioſum, ſeu nullum, quia tunc vitium ex titulo tranafunditur in ipſam præſcriptionem, quæ propterea nunquam poteſt eſſe legitima, & hac ratione Rebuffus *de decimis q* *num.* 92. Menochius *præſumpt.* 131 *n.* 49. *lib.* 3. Mulina Juri la *de primogen. lib* e. *c.* 6. *n.* 6. Covarruvias *c. Poſſeſſor p.* 2 §. 8. *num* 4. docent præſcriptionem immemorabilem nullum ortiri valorem, ſi ejus titulus fuit vitioſus, & ratio etiam ex eo petitur, quia cum præſcriptio innitatur titulo tanquam fundamento ſublato titulo neceſſe eſt corruat tota præſcriptio *l. et ſi æquum ff. de except. rei judic. c. cùm Paulus* 1. 1. q lem itiara radi e vi ur q e u ab la ori : *l.* 1. *ff. de ſervit. præ or. ruſt* r

33 Q t objicias textum in *Epiſcopum* 1, *h. t. in* ubi Bonifacius VI d ad præ t nem, ujus con ar i non e a emo , non re it m. Contra e arat r, ad præſcriptionem non e t n re u t tu m non ve Ponti , q titulus ad t, & conſtet eſſe vitioſum; præſcriptio adhuc legitimè currat. Quamobrem ſi hæredi innoteſcat mala fides defuncti, non poteſt præſcribara, quia præſcriptio hæredis naquit ſeparari à poſſeſſiona defuncti, neca titulo, quem ipſe habebat: cùm enim fundetur in titulo juria hæreditarii. fundatur etiam in titulo, & poſſeſſione defuncti; eſt enim jus hæreditarium eſſentialiter relativum ad jus defuncti, & ad titulum, quo ad ipſum pertinet hæreditas inde transmiſſa, & quia titulus defuncti fuit cum mala fide, & impediebat præſcriptionem; ita præſcriptio hæredis utpote radicata in mala fide defuncti eſt irrita *l. Cùm hæres ff. de diverſ. & tempor. præſcript.* unda ſicut mala fidea obſtitiſſet defuncto, na præſcribaret; obſtat etiam hæradi, ut notat Alaxander in *l. Pomponius* §. *cùm quis num.* 21. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

Cùm igitur poſſaſſio hæredis ratione tituli hæreditarii debeat neceſſariò conjungi cum poſſeſſione injuſta defuncti, non poteſt valere præſcriptio hæredia, tametſi inchoata cum bona fide *l. Pomponius* §. *fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* Tum quia ut notat Butriua in *c. ſi diligenti* 17. *h. t.* eo ipſo quòd hæredi innoteſcit mala fidea teſtatoris tenetur exonerare ejus animam, & reſtituere rem, cui debetur *c. In literis de Raptorib.* ſiquidam accedente ſcientia de mala fide defuncti, titulus, quo cœpit hæres poſſidere, reſolvitur, & ſubintrat obligatio exonerandi conſcientiam defuncti, quia omnes obligationes reales defunctorum tranſeunt ad hæredem. Quamobrem licet hæres cognita mala fide defuncti non poſſit in foro externo de ipſa conſtara, adhuc tanetur in conſciantia rem illam proprio Domino reſtituere non obſtanta lapſu temporis neceſſarii ad præſcribendum, quia cùm titulus fuerit tantùm putativus, & præſumptus, proinde nullus, non potuit ab ipſo inchoare præſcriptionem, conſaquenter non poteſt ſa in illo fundare ad retinendam rem alienam, or præſcriptam, ut notat Decius in *l. ſi certis annis n.* 1 2. *ff. de pact.* 34

Quæritur ſextodecimò, an Abbas Regularis poſſit præſcribere in Capellis jura Epiſcopalia? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. olim* 18. *h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit, Abbatem poſſe præſcribere ſ a ua. vel omnia jura Epiſcopalia alicujus capellæ vel eccleſiæ, non tamen obedientiæ: ex quo textu conſtat, Abbatem, & alium inferiorem Prælatum poſſe præſcribere jura Epiſcopalia contra Epiſcopum, adeò ut poſſit primò præſcribere jus inſtituendi, vel deſtituendi etiam curatos in eccleſiis, & capellis. Secundò ordinationem clericorum quoad illos tamen ſolos ordines, quos poteſt Abbas conferre. Tertiò jus ponendi in Eccleſia fontem baptiſmalem. Quartò jus imponendi pœnitentiam pro levioribus culpis, non autem pro gravioribus, quas ſibi Epiſcopus reſervavit, niſi Prælatus inferior per privilegium Apoſtolicum acquiſiverit totalem juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in quadam parte Diœceſis excluſo Epiſcopo, ut notat Fagnanus in *d. c. cùm olim* 18. *num.* 21. *& ſequent. h. t.* Quintò poteſt præſcribera jus libere recipiendi 35

Digitized by Google

aliquem ad [illegible]. Sextò perceptionem d[illegible] [illegible] piſcopo. S[illegible]mo jus celebrandi o[illegible] in eccleſiis Epiſcopo ſubje[illegible], tametſi de jure communi Monachus, qui præeſt eccleſiæ ſæculari n[illegible]queat divina officia ibi celebrare ſecundùm [illegible], & ritum Monaſticum, niſi e[illegible] hoc præſcripſerit. Octavò poteſt etiam præ[illegible]bere poteſtatem excommunicandi, interdicendi, abſolvendi clericos, & eccleſias ſæculares, quia quoad ſubditos proprios de jure communi hæc poteſtas illi competit, ut notat Abbas in *d. c. cum olim* 18. *n.* 5. *h. t.*

36 Ratio petitur ex eo, quia omnia jura, quæ Prælatus poteſt poſſidere poteſt etiam præſcribere *c. ad aures* 6. *h. t.* & quia Abbas licèt Epiſcopo inferior poteſt poſſidere, quæ ſunt juriſdictionis Epiſcopalis tametſi non poſſit poſſidere, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis *c. Quanto de conſuetud.* ſequitur, quòd hujuſmodi jura poſſint per Abbatem nomine ſuæ eccleſiæ contra Epiſcopum præſcribi. Verum tunc obtinet tantum jus in [illegible]ſolis, quæ præſcripſit: ratio eſt, quia jus Epiſcopale eſt genus, quod habet ſub ſe [illegible]rſas ſpecies juriſdictionis *c. Dilectus de offi. Ordin.* at [illegible]x diverſis non fit illatio *l. Papinianus ff. de minor.* ergo poteſtas acquiſita per Prælatum [illegible] ex præſcriptione in una ſp[illegible] Epiſcopalis non eſt extend[illegible] Epiſcopi ad aliam ſpeciem [illegible]tionis *c. Dilectus d. capell. Monach.* Non tamen Prælatus inferior Epiſcopo poteſt in certa parte Diœceſis ita præſcribere juriſdictionem Epiſcopalem, ut excludatur Epiſcopus, quia Epiſcopus, quamvis poſſit excludi ab exercitio juriſdictionis; adhuc retinet generalem juriſdictionem ſaltem in habitu, cui Prælatus inferior adhuc ſubjicitur, & ſubordinatur taliter, ut poſſit Epiſcopus ad ſupplendam negligentiam inferioris exercere juriſdictionem. non poſſunt autem in eadem Diœceſi eſſe duo capita in ſolidum, proinde licèt Prælatus inferior poſſit præ[illegible]ere, ut Epiſcopus omnino excludatur ab exer[illegible] juriſdictionis, ut fit in Prælato [illegible], non tamen poteſt ita præſcribere, ut excludat Epiſcopum etiam ab habitu juriſdictionis.

37 Quæritur decimoſeptimò, an qui dubitat, [illegible] at rem al[illegible] eam præſc[illegible]ere [illegible] R[illegible]ondent [illegible] cum d[illegible]ione, q[illegible] vel du[illegible] oritur ante inchoatam præſcriptionem [illegible] vel poſt [illegible] inchoa[illegible] dubium impedir[illegible] [illegible] inchoa[illegible]am requ[illegible] *c. quoniam u[illegible]* & [illegible] [illegible] *c. quoniam* [illegible] *h.* Com[illegible] & verior ſententia eſt, ut poſita poſſeſſione incipiat præſcriptio non obſtante dubio, an res ſit aliena juris: & ratio petitur ex regula illa, quæ in dubio dicitur eſſe melior conditio poſſidentis; [illegible]

conſequenter non obſtante dubio po[illegible] bitat, & poſſidet, retinere rem poſſe[illegible] cet Goſſa in *d. c. quoniam ult. v. nulla h.* [illegible] veſter *v. præſcriptio q.* 3. ratio e[illegible], qui [illegible] id tantum præſtat, ut non conſtet, cujus [illegible] res, & tunc præſumptio ſtat pro poſſidente, [illegible] alias ou la ſuppetat ratio, cur potiùs ad alium, & non ad ipſum pertineat, & ſubintrat regula *c. in pari de reg. jur. in* 6. quod in pari cauſa melior ſit conditio poſſidentis. Tum quia retinens rem, de qua dubitat, an ſit ſua, vel aliena, non lædit jus alicujus, ſiquidem non conſtat de alieno jure ad ipſam, proinde non agit contra juſtitiam, ſi eam retineat, donec ei conſtiterit eſſe juris alieni. Præterea quoties intervenit merum dubium, non inducit malam fidem, ut docent Baldus in *c. ſi diligenti* 16. *num.* 7. *h. t.* & Decianus *conſil.* 124. *n.* 58. [illegible] 3. ratio eſt, quia mala fides exigit fundari in cognitione, quod res ſit aliena; dubium autem hanc cognitionem excludit: eo enim quòd quis ſcit, rem eſſe alienam, non dubitat; qui enim dubitat, id ignorat, & ſolum hæret anceps, an poſſit eſſe aliena, hinc eſt, quòd dubitans æquiparetur ignoranti in *l. manifeſtiſſimi* §. *ſin autem dubius C. de furtis*, & docent communiter Doctores Jaſon in *l. quamdiu num.* 2. *C. qui admitti* Decianus *conſil.* 39. *n.* 21 *vol.* 2. & ratio eſt, quia dubitans non ſcit id, de quo dubitat, quia ſi ſciret, excluderetur dubium, & eo ipſo, quòd non ſcit, ignorat; unde fit, ut dubitans habeat neceſſariò annexam ignorantiam ſaltem aliquam de eo, de quo dubitat quia ſtante ignorantia excluditur mala fides, quæ ſola impedit præſcriptionem *c. quoniam ult. h. t.* ſequitur, quòd dubitans, an juſte poſſideat rem aliquam, poſſit eam præſcribere.

Quæritur decimooctavò, an res, quæ prohibentur alienari, præſcribi poſſint. Obſervandum eſt, res dupliciter poſſe prohiberi alienari. Primò ſecundum quid, ſeu ſine certis ſolemnitatibus, quo pacto prohibentur alienari ſine ſolemnitatibus in jure præſcriptis res eccleſiæ, pupillorum, vel minorum. Secundò [illegible] hibentur res aliæ ſimpliciter alienari [illegible] modi ſunt fundus dotalis, bona [illegible] fideicommiſſ[illegible] vel obligata primogenituræ, ut notat Abbas in *c. cùm non liceat* [illegible] *h. t.* Reſpondetur ad q[illegible] [illegible] tum, res, quæ tao[illegible] ſec[illegible] quid pr[illegible] bentur alienari [illegible] tamet[illegible] ſo[illegible]mnitate [illegible] [illegible] 38

[illegible] *c. quoniam* [illegible]

[illegible] rum [illegible] inchoa[illegible]

pupillaris, *l. ſicut* 3. *§. quæ ergo C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum.* Imò ſublata etiam fuit, præſcriptio ordinaria decem, vel viginti annorum contra minores puberes; adeò ut contra ipſos de jure novo non admittatur alia præſcriptio quàm 30. vel 40. annorum *l.* 3. *C. quibus non objit. long. temp. præſcript.* Res verò, quæ ſimpliciter prohibantur alienari, concedunt omnes, eas poſſe præſcribi tempore immemoriali, eò quia hæc præſcriptio vim habeat tituli, & inducit præſumptionem facultatis conceſſæ à Principe, ut res illæ poſſint alienari. Quòd ſi ante prohibitionem earum præſcriptio eſſet jam inchoata, tunc perinde poſſent præſcribi, ac ſi non eſſent prohibitæ alienari, & ita de fundo dotali ſtatuitur in *l. ſi fundum* 16. *ff. de fund. dotal.*

40 Id tamen limitatur, quando res inceptæ præſcribi perveniunt ad pupillum, quia tunc durante ætate pupillari, deſinit currere præſcriptio *l. ſicut* 3. *§. quæ ergo C. de præſcript.* 30. *annor.* Rurſus legata, fideicommiſſa, feuda, majoratus, & alia id genus, quæ ſimpliciter prohibentur alienari, non poſſunt præſcribi tempore ordinario decem, vel viginti annorum, tametſi adſit juſtus titulus *l. fin. §. ſin autem C. communia de legat.* ubi habetur, quòd neque uſucapio, neque longi temporis præſcriptio poſſit procedere contra legatarium, vel fideicommiſſarium. Imò neque in præjudicium ſucceſſorum præſcribi poſſunt tempore longiſſimo 30. vel 40. annorum, ut docet verior ſententia, eò quia prohibitio alienationis in his non ſolùm inducta ſit à lege excludente ſolam ordinariam præſcriptionem longi temporis *l. ult. §. ſin autem ſub conditione C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* verùm etiam à primo inſtitutore: proinde ut talis prohibitio alienandi aliquid operetur, debet excludere etiam præſcriptionem longiſſimi temporis, Excipitur tamen ſola præſcriptio temporis immemorialis, quia hæc præſumitur habere juſtum titulum, & quòd Princeps dederit facultatem alienandi.

41 Quæritur decimononò, an laici, eò quia decimas non poſſideant, poſſint eas præſcribere? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. cauſam* 7. *h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, laicos non poſſe ſpiritualia detinere, nec poſſe illa præſcribere. Jus enim reſiſtit laicis, ne poſſint ſpiritualia poſſidere, quia in laicis perſeverat neceſſitas obſequendi, non authoritas imperandi *c. Eccleſia de conſtit.* & ut aliquis dicatur verè poſſidere, debent neceſſariò tria concurrere, nimirum actus corporis, affectus animi, & adminiculum juris, ut notat Bartolus in *l.* 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & quia deficiente uno ex ſubſtantialiter requiſitis ad confectionem actûs, deficit ipſe actus *c. fin. de condit. appoſ.* ſequitur manifeſtè, laicos ut incapaces ob juris reſiſtentiam, non poſſe ſpiritualia poſſidere *c. ſacroſancta de elect.* conſequenter neque ſpiritualia, & decimas præſcribere, quia ſine poſſeſſione non procedit præſcriptio, adeò ut incapax poſſidendi dicatur etiam incapax præſcribendi, quinimò laici neque per tempus immemoriale, & cum bona fide, ſeu inculpabili ignorantia poſſunt præſcribere jus percipiendi decimas, quatenus hoc jus eſt ſpirituale, vel fundatur in ſpirituali, quia laici non ſunt capaces poſſidendi jus ſpirituale, ut notat Abbas in *d. c. cauſam* 7. *n.* 2. *& ſequent. h. t.* & communiter docent Canoniſtæ. Tum quia ſi laico jus ſpirituale decimarum, vel aliud ſimile conceſſum fuerit legitima poteſtate Prælati, tunc laicus non acquirit tale jus per præſcriptionem, ſed per privilegium.

Sin verò non fuerit illi conceſſum ex legitima authoritate Prælati, tunc non poſſidet civiliter, & juridicè, ut utiliter præſcribat, quia jus percipiendi decimas ex primæva ſua inſtitutione eſt annexum titulo ſpirituali, à quo propterea non poteſt ſeparari niſi ex legitima conceſſione Prælati eccleſiaſtici. 42

Quòd ſi dicas, illud omne poſſe per præſcriptionem, & poſſeſſionem temporis ſaltem immemorialis acquiri, quod per privilegium Principis poteſt concedi *c. ſuper* 26. *de ver. ſignif.* Contra eſt, quia id tantùm procedit, quando aliquis eſt capax poſſeſſionis rei, vel juris alicujus etiam ſine privilegio, vel legitima conceſſione Prælati eccleſiaſtici; non verò quando quis ex diſpoſitione juris eſt incapax poſſidendi ſine titulo privilegii, vel conceſſionis: quia tunc nec per poſſeſſionem à tempore immemoriali cum bona fide poteſt præſcribere: ſiquidem cùm præſcriptio introducta fuerit à jure poſitivo, quoties jus illi reſiſtit, non poteſt vim ullam habere *l. ubi lex* 24. *ff. de uſucap.* & laici non poſſunt poſſidere jus decimandi etiam ſejunctum à titulo ſpirituali abſque privilegio, & legitima conceſſione Prælati eccleſiaſtici, proinde non poſſunt laici vigore ſolius præſcriptionis quantumvis immemorialis acquirere tale jus, eò quia ſint incapaces poſſidendi, conſequenter etiam præſcribendi, ut rectè notat Suarez *to.* 1. *de relig. lib.* 1. *c.* 27. *n.* 1. 43

Quòd ſi dicas, conſuetudinem, vel poſſeſſionem temporis immemorialis cum bona fide eſſe inſtar tituli, ac tribuere jus, ac titulum. Reſpondetur, id eſſe verum ex ſuppoſitione quòd quis ſit capax poſſidendi rem, vel jus aliquod ſine titulo privilegii, vel conceſſionis, quia tunc ſola poſſeſſio, vel præſcriptio temporis immemorialis tribuit titulum: ſecus tamen, ſi non ſit capax poſſidendi, quia cùm canones prohibeant poſſeſſionem, prohibent etiam præſcriptionem. 44

Quæritur vigeſimò, an præſcriptio poſſit procedere inter ſupremos Principes non agnoſcentes in terris ſuperiorem? Reſpondetur, plores cenſere, poſſe præſcriptionem etiam inter ſupremos Principes procedere, & nituntur ea ratione, quia præſcriptio inducta fuit ob bonum publicum, & ad tollendas lites *l. fin. ff. pro ſocio:* atqui hujuſmodi finis procedit ſpeciali modo etiam inter Principes ſupremos, qui licèt non litigent coram Judice; armis tamen, & bello, quod eſt quid pernicioſius communitati, propria decidunt litigia, proinde ad declinandas has lites, quæ nonniſi bellorum ſtrepitu, & humani ſanguinis effuſione deciduntur, neceſſaria erat præſcriptio, & ita docent, qui cenſent, præſcriptionem eſſe juris gentium, Jaſon in *l. Ex hoc jure n.* 46. *§. de juſtit. & jur.* Pichard. in *rubric. num.* 19 45

num. 19. inſtit. de empt. & vendit. Covarruv. in *regul. Poſſeſſor. p. 1 § 1. n. ult.*

46 Nihilominus verior ſententia, cui adhærendum eſt, docet, præſcriptionem non habere locum inter ſupremos Principes, proinde non poſſe unum ſupremum Principem beneficio præſcriptionis acqoirere dominium contra alium. Verùm id intelligendum eſt quoad ea, quæ jure Regni cenſentur, ut ſunt civitates, & Provinciæ; non verò quoad ea, quæ jure privatorum habentur, quia eo ipſo, quòd cenſentur jure privatorum, ſubjiciuntur legibus, quibus utuntur privati; conſequenter ſubſunt legis præſcriptioni.

47 Ratio verò, cur quoad ea, quæ juri Regni cenſentur, nequeat unus ſupremus Princeps contra alium præſcribere, ea eſt, quia præſcriptio eſt inducta iure civili *l. 3 ff. de uſucap* & docet Gloſſa *l. 1. init. ff. de acquir. poſſeſſ.* conſequenter ad eos tantùm extenditur, pro quibus ſancitum fuit jus civile: arqui hoc non fuit poſitum pro ſupremis Principibus, qui cùm non recognoſcant ſuperiorem, nun poſſunt ſubdi juri civili, qnia ut ſubderentur, deberent ſuperiorem habere, qui eos ſuis legibus ſubjiceret, conſequenter etiam legibus diſponentibus de præſcriptione.

48 Quòd ſi dicas, ſupremos Principes ſe ipſos ſubjeciſſe juri civili, eò quia illo utantur in ſuis ditionibus. Contra eſt, quia inde ſequitur, quòd ſupremi Principes tantùm in ordine ad regendos ſubditos admiſiſſe jus eivile in ſuis ditionibus veluti regulas, quibus ſuos ſubditos regerent; non verò ſequitur, ſe ſubjeciſſe qnoad commercium intercedens inter ipſos juri civili: quia ſupremi Principes quoad ea, quæ juri Regni cenſentur, non exercent commercium inter ſe ſecundùm jus naturale, & gentium: ſed tantùm quoad ea, quæ jure privatorum cenſentur. Tum quia præſcriptio talis eſt naturæ, ut tollat jus ab eo, contra quem præſcribitur, & transferat dominium in præſcribentem *authent. niſi tricennale C. de bon. mater.* & docet Jaſon eum pluribus aliis in *l. de quibus v. ſecunda eſt opinio ff. de legib.* quo fit, ut præſcribens utatur omni jure prioris Domini *c. Ad audientiam 13. h. t.* proinde ut poſſit præſcriptio procedere, neceſſaria eſt aliqua authoritas, quæ poſſit diſponere circa jus, & dominium rerum, quæ præſcribuntur, & cui ſubjiciantur ij, inter quos præſcriptio currit: hæc autem authoritas nulla eſt in ordine ad Principes ſupremos, quia iſti dicuntur, qui in terris non habent alium hominem ſuperiorem.

Quòd ſi dicas, præſcriptionem quoad tem-
49 poris limitationem eſſe quidem de jure civili, non verò quoad materiam, conſequenter poſſe procedere etiam inter ſupremos Principes: etenim non eſſe de jure civili quoad materiam, ex eo liquet, quia jure gentium dominiom acquiritur. Contra eſt, quia ut præſcriptio non procedat inter ſupremos Principes ſufficit, ſi definitio temporis ſit de jure civili, quia cùm ſupremi Principes non habeant communem poteſtatem ſuperiorem, non poteſt quoad ipſos definiri tale tempus, conſequenter neque perfici præſcriptio. Præterea negari poſſet, eſſe præſcriptionem de jure gentium quoad materiam, quia tametſi jure gentium acquiratur dominium, non tamen per ipſum acquiritur omnibus modis, quibus poteſt acquiri; alioquin ſequeretur, omnem translationẽ dominii eſſe de jure gentiũ, quod eſt ſalſũ. Quamobrem dominium, quod beneficio præſcriptionis de uno transfertur in alium eſt effectus legis civilis, quatenus hæc ſtatuit, ut poſſeſſor bonæ fidei tanto tempore poſſidens acquirat dominium, proinde ex hac cauſa dominium acquirere non eſt de jure gentium.

Hinc ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ 50
reſpondetur, quòd tametſi utilis eſſet præſcriptio ad impedienda bella, & effuſionem humani ſanguinis, ſi inter ſupremos Principes poſſet introduci: quia tamen introduci nequit, eò quia careant ſuperiore, à quo introducatur per legem ipſis communem, ſequitur, præſcriptionem locum non habere inter ſupremos Principes, qui tantùm communi pacto, ſi vellent, poſſent eam introducere: verùm hoc pactum non exiſtit, quia praxis oſtendit contrarium: hinc Principes jura Principatûs ſemper manutenent, & ſi non vindicent bello, id oritur, quia deſunt vires; proinde nunquam procedit bona fides poſſidentis, nec patientia illius, cui jus ineſt vindicandi jura Principatûs.

Quæritur vigeſimoprimò, an debitum pœ- 51
næ contractum ob patratum delictum poſſit præſcribi? Reſpondetur affirmativè, dummodo adſit bona fides præſcribentis, qui tametſi ſciat, pœnam pro tali culpa eſſe debitam; remutè tamen, & ſaltem ſub conditione etiam ſcit, ſeu judicat, ſe non teneri eam ſolvere, niſi exigatur, adeò ut non habeat præſcribens tale debitum malam fidem practicam, ſeu conſcientiam obligationis offerendi, & ſolvendi pœnam debitam: quia hæc præſcriptio tunc non procedit ex actione ipſius præſcribentis, ſed ex negligentia creditoris non exigentis tale debitum. Eadem ratione tametſi per ſententiam bona pertinentia ad aliquem adiudicata ſint fiſco, quia tamen condemnatus, & ejus hæredes non tenentur ſententiam illam exequi, nec fiſco ea adferre, ideo ſi ij, ad quos executio pertinet tempore ſufficiente ad præſcribendum differant executionem, poteſt delinquens debitum illud præſcribere, ut etiam ejus ſucceſſores; cùm ſciant, licitum ſibi eſſe, bona illa detinere, donec per fiſcum auferantur, adeò ut procedant cum bona fide practica ſufficiente ad præſcribendum. Excipitur crimen hæreſis, quia ſpectato jure canonico bona eorum, quæ deceſſerunt in hæreſi, ipſo facto cenſentur acquiſita fiſco, adeò ut à quibuscunque poſſeſſoribus repeti poſſint *c. cum ſecundum 19. de hæret. in 6.*

Verùm ad id requiruntur plures conditio- 52
nes. Primò ut præſcriptio ſit ultra 40. annos. Secundò ut hæretici, quorum bona poſt obitum præſcribuntur, cùm viverent, reputati fuerint catholici. Tertiò ut eorum hæredes toto tempore 40. annorum fuerint catholici, quia ſi eſſent hæretici, non poſſent poſſidere. Quartò ut hæredes per 40. annos bona illa poſſederint bona fide exiſtimantes teſtatorem deceſſiſſe catholi-

tholicum, ac proinde juſto titulo eius bona ed ipſos tranſiiſſe, quia id ſtatuitur in jure in favorem fidei. Quintò, ut toto tempore 40. annorum non detegatur hæreſis defuncti, alioquin ſi detegatur, tametſi ſententia declaratoria non ſit lata, interrumpitur hæc præſcriptio ob malam fidem, eò quia hæredibus innotuerit hæreſis defuncti, vel quia illis ſcientibus probatum fuerit crimen hæreſis. Quòd ſi poſt completam præſcriptionem primùm detegatur hæreſis defuncti, id non obeſt præſcriptioni *c. ſi quis* 2. §. *poſt mortem h. t. in* 6.

53 Quæritur vigeſimo ſecundò, quænam ignorantia ſive facti, ſive juris impediat bonam fidem, proinde etiam præſcriptionem? Reſpondetur, eum, qui ex ignorantia affectata, vel craſſa putat ſuam eſſe rem, quam poſſidet, cùm tamen ſit aliena, non poſſidere eam bona fide, proinde non poſſe eam præſcribere, tametſi practicè judicet, ſibi licitum eſſe eam poſſidere: & ratio petitur ex eo, quia præſcriptio cum tali ignorantia affectata, vel craſſa non poteſt fieri ſine peccato lethali: ſiquidem credulitas hæc improbabilis æquivalet ſcientiæ rei alienæ, conſequenter præſcriptio ex ea orta reprobatur jure canonico in *c. Quoniam ult. h. t.* Sin verò ignorantia ſit invincibilis, non excludit bonam fidem neceſſariam ad præſcribendum, ſive ſit ignorantia facti, quia hæc eſt inculpabilis, quæ ſicut excuſat à culpa, non impedit bonam fidem, conſequenter neque præſcriptionem, cùm non ſit à jure reprobata; ſive etiam ſit ignorantia juris non liquidi, ſed controverſi: quia tunc ipſa ambiguitas juris circa quod diſſentiunt Doctores docentes, diverſas probabiles ſententias, conſtituit utramque partem probabilem, ut in praxi poſſit prudenter utramvis quis ſequi, qua ratione ignorantia invincibilis juris non liquidi non conſtituit poſſeſſorem in mala fide. Secus ignorantia juris evidentis, & indubitati impedit bonam fidem, & præſcriptionem in utroque foro, tametſi ſit invincibilis, & inculpata, ut docet Abbas in *c. cùm non liceat* 12. *n.* 8. *h. t.* Covarruvias in *regul. Poſſeſſor p.* 2. §. 9. *n.* 8. & ratio deſumitur ex eo, quia præſcriptio, per quam aliquis amittit dominium ſuæ rei, & elius illud acquirit, introducta fuit jure poſitivo humano præter jus naturæ, conſequenter ſolùm in illis circumſtantijs procedit, in quibus jura illam concedunt: atqui jura expreſsè dicunt, ignorantiam juris nunquam prodeſſe, neque ſufficere ad præſcriptionem *l.* 4. §. *de jur. fact. ignor.* ubi juris ignorantia in uſucapione dicitur non prodeſſe, & facti ignorantia, ſi invincibilis ſit, dicitur non obeſſe.

54 Neque ex eo, quòd ignorantia juris ſit invincibilis, & inculpata, prudeſſe poteſt ad præſcribendum, quia ed id requiritur quidem bona fides theologicè, quæ excludat peccatum, ſeu malam fidem cum peccato ob ſcientiem rei alienæ, vel ignorantiam culpabilem ob negligentiam inquirendi, an res ſua ſit, vel aliena: verùm hæc bona fides theologica ſola non ſufficit ed præſcriptionem, ſi adſit mala fides civiliter, ſeu juridicè reprobata à jure, quæ propterea vitioſa eſt, & inſufficiens ad effectum præſcriptionis, eò quia careat conditionibus à jure requiſitis ad legitimè præſcribendum. Hinc licet jure canonico nulla admittatur præſcriptio, quæ fiat cum peccato; non tamen inde ſequitur, ut admittatur omnis præſcriptio, quæ ſit ſine peccato: quia etiam à jure civili non diſſentiente jure canonico reprobatur præſcriptio, quæ ſic eum ſola culpa civili, & politica, quamvis ſine peccato propriè dicto.

Verùm ſolet id multipliciter limitari. Primò, ſi ignorantia iuris theologicè, & juridicè, ſeu civiliter ſit inculpata, ut in milite, fæmina, minore 25. annis, & ruſticis carentibus copiâ peritorum, quos conſulere valeant, & aliis huius generis hominibus, in quibus ſolet ignorantia iuris tolerari: quia in iiſdem ſicut ignorantia non impedit bonam fidem theologicam, & civilem, ita neque præſcriptionem. Secundò, quia tunc ſolùm, ut cenſent nonnulli præſcriptio ex ignorantia Juris non procedit, quando ultra bonam fidem, & decurſum certi temporis requiritur juſtus titulus, ut in præſcriptione longi temporis: ſecus quia ignorantia non impedit præſcriptionem longiſſimi temporis, ſeu 30. vel 40. annorum, quæ præſcriptio non requirit titulum, ſed tantùm bonam fidem cum decurſu certi temporis, ſequitur, quòd ex ignorantia iuris adhuc poſſit hoc pacto præſcriptio procedere. Verùm ad id ſuſtinendum putârim adhuc requiri, ut huic ignorantiæ iuris poſitivè ius non reſiſtat; quia poſitâ reſiſtentiâ iuris ex ignorantia longiſſimi temporis non procedit præſcriptio: & hoc eſt diſcrimen inter ignorantiam, cui ius poſitivè reſiſtit, & ignorantiam, cui non reſiſtit poſitivè, quia prima præſumitur cum mala fide; qui enim contra iura mercatur, cenſetur eſſe in mala fide: non ita ignorantia, cui ius poſitivè non reſiſtit, tunc enim Poſſeſſor non eſt in mala fide, quæ involvat peccatum, quia quamvis Ius ei non aſſiſtat, non tamen illi reſiſtit; proinde poteſt præſcribere, ut notat Fachin. *lib.* 8. *controverſ. c.* 28. Tertiò limitant alii, ut cùm ignorantia iuris poſſint præſcribi fructus, quos poſſidens bona fide percepit, quatenus exiſtimat, habere ſe ius eos percipiendi. Verùm hæc limitatio patitur difficultatem ſaltem quoed fructus, qui poſt reſciſſionem contractus fuerunt percepti, quia hi unà cum re debent reſtitui. Tum quia ignorantia iuris ſemel quòd tollit bonam fidem erga rem, eam etiam tollit circa fructus eiuſdem, quia Poſſeſſor non poteſt probabiliter credere, fructus rei alienæ poſſe ad ſe ipſum pertinere, quia fructus ſunt acceſſorii, & ſequuntur ſuum principale. 55

Ponuntur etiam aliæ limitationes, quæ etiam ſuas patiuntur difficultates. Cæterum quamvis ignorantia iuris regulariter impediat præſcriptionem; prodeſt nihilominus, quando agitur de damno vitando *l.* 6. *ff. de jur. & fact. ignor.* ubi dicitur, quòd iuris ignorantia non proſit volentibus acquirere, & non noceat petentibus ſuum, quia ubi notat Gloſſa, ibidem: error non eſt ſufficiens cauſa, ut quis prive- 56

privatur re ſua. Cæterum, ſi agatur de lucro captando, ſeu acquirendo, neque ipſis fæminis error iuris prodeſt *l. error* 8. *ff. eod.* ubi dicitur, quòd iuris error, nec fæminis in compendiis aliquid proſit, & omnibus non noceat in damnis rei ſuæ amittendæ. Ignorantia autem facti ſcilicet alieni, nec in damno evitando, nec in lucro captando obſtat *l Regula* 9. §. *ſed facti ff. de jur. & facti ignor.* Verùm id procedit, dummodo ignorantia facti non ſit craſſa, & ſupina.

57 Quæritur vigeſimo tertiò, an ignorantia juris obſtet præſcriptioni longiſſimi temporis, quando ſufficit titulus præſumptus: & quid dicendum, quando præſumptus non ſufficit, ſed debet allegari coloratus? Reſpondetur quoad primam partem, probabilius eſſe, talem ignorantiam juris non obſtare præſcriptioni, quia ubi titulus non requiritur, ſed ſufficit eius præſumptio, ſive hæc vera ſit, ſive falſa, tunc ignorantia juris non poteſt obeſſe præſcriptioni: quia ignorantia juris eatenus obeſt, quia fundat titulum, quem jura improbant, & in præſcriptione longiſſimi temporis non requiritur titulus, quia locò tituli habetur eius præſumptio, unde ubi titulus non requiritur, ignorantia juris non videtur obeſſe præſcriptioni.

58 Quòd ſi dicas, eatenus rem judicari præſcriptam, quatenus titulus præſumitur: proinde ſi deprehendatur falſitas præſumptionis, videtur etiam deprehendi falſitas præſcriptionis. Contra eſt, reſpondetur cum diſtinctione, eatenus res judicatur præſcripta, quatenus titulus præſumitur, adeò ut ſententia Judicis unicè nitatur præſumptioni tituli, negatur; adeò ut nitatur illis juribus, quæ præſumptionem loco tituli habent, conceditur antecedens, & negatur conſequentia: unde ſicut jura acceptant titulum coloratum accedente poſſeſſione legitimi temporis, perinde ac ſi eſſet titulus verus in ordine ad transferendum dominium; ita etiam acceptant titulum præſumptum locò colorati. Probatur ſecunda pars, nimirum ignorantiam juris liquidi obſtare præſcriptioni, quando ad illam non ſufficit titulus præſumptus, ſed debet allegari coloratus, quod tamen debet intelligi, quoad illas perſonas, in quibus ignorantia juris non toleratur, quia leges potuerunt ita ſtatuere, ut cum tali ignorantia etiam inculpabili præſcriptio non currerer, quia cùm præſcriptio non ſit juris naturæ, ſed beneficium legis, potuerunt leges præſcriptionem extendere, vel reſtringere, prout conſultius viſum fuerat legislatoribus: hinc leges exceperunt res furtivas, quas ſi non excepiſſent, præſcribi poſſent: quod verò de facto ita leges ſtatuerint, ſaltem quando requiritur titulus coloratus, habetur in *l.* 4. *ff de jur. & fact. ignor.* ibi: *Juris ignorantiam in uſucapione negatur prodeſſe, facti verò ignorantiam prodeſſe conſtat.* Rurſus in *l.* 12. *ff. de uſucap.* etiam habetur: *Nunquam in uſucapionibus juris error Poſſeſſori prodeſt; & ideo Proculus ait, ſi per errorem initio venditionis Tutor pupillo author factus ſit, vel poſt longum tempus venditionis peractum uſucapi non poſſe, quia iuris error eſt.* Præterea in *l.* 2. §. 15. *ff. de emptor* habetur. *Quòd ſi ſcias, pupillum eſſe, putes tamen pupillis licere res ſuas ſine Tutoris authoritate adminiſtrare, non capies uſu, quia iuris error nulli prodeſt.*

In his autem caſibus ſermonem eſſe de ignorantia juris etiam inculpabili, ex eo deducitur, quia ſi ſermo eſſet de ignorantia culpabili, ſequeretur, quòd culpabilis ignorantia facti prodeſſet: ſiquidem leges dicunt, illam prodeſſe; & ne decipiant æquivocatione, debent loqui de ignorantia ſemper eodem modo ſumpta: unde cùm ignorantia facti non proſit niſi inculpabilis, etiam ignorantia juris inculpabilis dicetur non prodeſſe. Quòd ſi dicas, leges illas procedere ex præſumptione malæ fidei, ſeu ex præſumptione ſcientiæ, & quòd legum ignorantia non intervenerit. Contra eſt, quia in *l.* 2. §. 15. *ff. pro emptore* habetur expreſsè, *ſi ſcias pupillum eſſe, putes tamen pupillis licere res ſuas ſine Tutoris authoritate adminiſtrare*, ubi textus ſupponit, adeſſe opinionem, quâ quis exiſtimet, licitum eſſe pupillo contrahere, quæ opinio procul dubio eſt error in jure. 59

Quòd ſi dicas, jus canonicum tantùm excludere illam malam fidem, cui nectitur peccatum lethale, & ignorantiam juris, ſi hæc ſit invincibilis, nullum inducere peccatum: proinde jus canonicum non excludere hanc ignorantiam. Contra eſt, quia jus canonicum improbat admiſſionem malæ fidei, quam ius civile admittebat, & erat, quæ conſiſtebat in peccato: cæterum quoad alia ius canonicum non immutavit civile, adeò ut ſecluſo peccato, quæ jus cæſareum conſtituit, & exigit ad præſcriptionem, hæc eadem etiam jus canonicum admittat, cùm hoc ſtante conſcientia non lædatur. 60

Quæritur vigeſimo quartò, an bona fides anteceſſoris proſit ſucceſſori in ordine ad præſcribendum? Reſpondetur, eum, qui ſuccedit in re aliqua Poſſeſſori bonæ fidei, poſſe numerare tempus, quo anteceſſor cum bona fide inchoaverat præſcriptionem: hinc ſi quis rem ab alio accepit bona ſide titulo emptionis, donationis, Legati, hæreditatis, aut alio ſimili; & quam ipſe etiam bona fide tradidit, eò quia putaverit eſſe ſuam, poteſt in hoc caſu ſucceſſor continuare præſcriptionem, quam eius anteceſſor inchoaverat, adeò ut tempus præſcriptionis ſit computandum à tempore, quo anteceſſor incepit poſſidere bona fide rem illam: hinc ſi quis alienum fundum bona fide vendidit, quem quinque annis poſſedit, poteſt, qui fundum illum emit, bona fide complere præſcriptionem numeratis illis quinque annis, quibus venditor eum poſſederat §. *inter venditorem inſtit. de uſucap.* & docet Layman. *l.* 3. *tract.* 1. *c.* 8. *n.* 17. quia anteceſſor ex eo, quòd transtulit rem in alterum, transtulit etiam totum jus, quod in re illa habebat, ſed poſſidendo rem per partem temporis requiſiti ad præſcribendum acquiſivit ius, ut poſſidendo adhuc per reliquum tempus, quod deeſt ad complendam præſcriptionem, rem præſcriberet; & quia anteceſſor hoc idem ius transfert in ſucceſſorem, ſequitur, hunc poſſe uti acceſſione temporis, quo anteceſſor rem illam bonâ fide poſſederat, & continuare reliquum tempus à lege ſtatutū pro abſolvenda præſcriptione. Quinimò ſi ſucceſſor non ſit hæres, mala fides anteceſſoris 61

ceſſoris

ceſſoris non cenſetur ei obeſſe, dummodo eam ignoraverit *l. an vitium ſ. §. de diverſ. & temp. præſcript.* ubi dicitur, quòd vitium authoris non obſit, nec proſit emptori, vel legatario: & ratio ſolet aſſignari, quia mala fides eſt vitium perſonale, quod non tranſit cum re ad ſucceſſorem ſingularem, quia hic cenſetur alia perſona diſtincta ab anteceſſore.

62 Excipitur tamen, niſi res vitio reali affecta ſit, ut ſi eſſet furto ſublata, vel violenter occupata, quia tunc nec à poſſeſſore bonæ fidei præſcribi poteſt ſaltem tempore ordinario: imò excipitur etiam res immobilis; quæ aliàs infra decem, vel viginti annos poteſt præſcribi; ſi poſſideatur, val alienetur inſcio Domino, ad quem pertinet, tunc enim ante annos 30. non poteſt præſcribi ab eo, qui eam accepit à poſſeſſore malæ fidei *authent. malæ fidei C. de præſcript. long. temp.* & eſt caſus ſpecialis, in quo mala fides authoris nocet ſucceſſori particulari ad præſcribendum cum bona fide. Cæterum mala fides theologica, quæ eſt cum conſcientia rei alienæ in anteceſſore, nocet ſucceſſori univerſali, ſeu hæredi, qui propterea non poteſt rem illam præſcribere, quamvis bona fide eam poſſideat, adeò ut vitium defuncti noceat ejus ſucceſſori univerſali etiam habenti bonam fidem *l. cum hæres 11. ff. de diverſ. & temp. præſcript.* & docet Covarruvias in *regul. Poſſeſſor. p. 2. §. 9. num. 1:* ſiquidem hæres univerſalis ita repræſentat perſonam anteceſſoris, ut ſuccedat in omnia ejus jura, obligationes, & onera; reputatur enim in jure eſſe una, ac eadem perſona cum anteceſſore: unde cùm iſte ob malam fidem non potuerit præſcribere, ſed tenebatur rem alienam reſtituere vero Domino: ita etiam hæres tenetur rem illam vero Domino reſtituere, quis contrahit omnes obligationes, & onera ſui anteceſſoris defuncti; proinde licèt eam poſſideat bona fide, eò quia putet, rem illam pertinuiſſe ad ſuum prædeceſſorem, adhuc non poteſt illam præſcribere, ſed tenetur eam reſtituere: ſiquidem fictione juris poſſeſſio cenſetur una, ac eadem cum poſſeſſione defuncti, cujus perſonam refert: unde ſi poſſeſſio defuncti infecta fuit ob malam fidem, talis eſt etiam poſſeſſio hæredis.

Excipitur tamen, niſi hæres præter titulum hæreditatis habeat alium titulum donationis, emptionis, quia tunc mala fides defuncti ei non noceret, ſi enim defunctus rem, quam priùs alicui pignori dederat, poſtea alteri vendiderit, ſi hæres eam emat, vel redimat: tunc mala fides defuncti non impedit, quo minus poſſit hæres eam præſcribere, non quidem titulo hæreditatis, ſed quia eam poſſidet titulo redemptoris, ut notat Covarruvias *loco cit. §. 9. num. 5. in 4. corol.* 63

TITULUS XXVII.

De ſententia, & re judicata.

Quia in præcedentibus titulis Pontifex ea declaravit, quæ pertinent ad ordinem judiciorum; nunc pergit ad ipſam ſententiam, per quam judicium terminatur, & cujus beneficio habetur res judicata, quæ eſt veluti effectus ſententiæ, & judicii: quinimò videntur potiùs ſententia, & res judicata eſſe idem; quamobrem hic titulus rectè continuatur cum præcedentibus. Tum quia præſcriptionis, ſeu exceptionis ſpecies eſt, quæ hoc titulo proponitur; eò quia fortaſſis res, de qua agitur inter litigantes dicatur judicio tranſacta, ut exceptio rei judicatæ opponatur; vel etiam nitatur aliquis aliquo præjudicio, quod judicantis animum ad id ſtatuendum præparet, quod in ſimili judicatum fuit. Quia licèt non exemplis, ſed legibus debeat judicari, ut ait Imperator *in l. nemo C. de ſent. & interloc.* plurimum tamen obtinent ponderis ejuſmodi præjudicia; & rerum perpetuò ſimiliter judicatarum authoritas vivim habet legis *l. 38. ff. de leg.* Quamobrem congruè hic apponitur titulus de ſententia, & re judicata, ejúſque executione, de qua materia etiam agitur in ſexto, & in clementinis.

SUMMARIUM EXEGETICUM,

Omnium capitum, quæ in hoc titulo continentur.

C. SENTENTIA 1. h. t. declarat Gregorius, ſententiam contra jus civile, vel canonicum prolatam non valere, tametſi non fuerit appellatum. Verùm id procedit, quando ſententia continet expreſſum juris errorem, qui poſſit legi oculo corporeo, tunc enim ſententia lata eſt nulla l. 2. C. quando provo. non eſt neceſſ. *ſecus eſt ſi error juris non poteſt legi oculo corporeo, ut notat Panormitanus hic. Rurſus Judex in ferenda ſententia debitas tenetur obſervare ſolemnitates, ne abſentibus partibus, vel etiam alterâ tantùm, ſententiam ferat* l. de unoquoque ff. h. t. *niſi fortaſſis pars altera abeſſet per contumaciam. Excipiuntur tamen Epiſcopi, & Illuſtres perſonæ, quibus etiam per alios recitare licet. Sententia recitari debet à judice ſtante, præſertim in cauſis beneficialibus matrimonialibus, decimalibus, & aliis.*

C. JURGANTIUM 2. h. t. præcipit idem Pont. ut jurgantium controverſia celeri ſententia terminentur, prout convenit æquitati, & rigori. Notat tamen Gloſſa, ſententiam non eſſe celeriter terminandam, quando agitur criminaliter de morte alicujus, immo ſententiæ capitalis executio poteſt differri ad decem dies, qui conceduntur ad appellandum. Verùm Bartolus in l. qui ultimo ſupplicio ff. de pœn. *diſtinguit inter executionem, quæ fit à jure, ut ſi quis efficiatur infamis, ſervus: & ait, hanc executionem eſſe ſtatim faciendam poſt latam ſententiam juxta* l. qui ultimo ſupplic. *& aliam quæ fieri debet ab homine per irrogationem ſupplicii corporalis, & hanc de jure dicit debere fieri poſt decem dies* argum. l. 1. ff. nihil novi appell. *addit tamen de conſuetudine contrarium ſervari. Rurſus rectè Panormitanus hic diſtinguit inter jus, æquitatem, & rigorem: quamvis enim jus* l. 1. ff. de juſtit. & jur. *definiatur* ars boni, & æqui, *hic tamen ſumitur pro communi deciſione, quæ fit ſecundùm regulas juris. Rigor autem juris eſt, qui aliquando ſtatuitur ad terrorem cæterorum* c. 2. de torment. l. aut facta in fin. ff. de pœn. *aliquando etiam ſumitur pro ordine juris* c. ſuper litteris de præſcript. *Æquitas verò eſt ordinata juſtitia, temperata tamen dulcedine clementiæ, & miſericordiæ. Cæterum licèt Pontifex in hoc textu mandet lites ſententiâ celeriter terminari; non tamen Judex debet ita feſtinare, ut ex brevitate temporis præſumi poſſit, eum non fuiſſe bene inſtructum in cauſa: huc ſpectat illud Cæſaris effatum: Feſtina lentè.*

C. NON POTEST 3. h. t. Idem Pont. declarat, non poſſe quemquam à gradu ſacerdotali dejici, quin concors ſit Epiſcoporum ſententia, & ex juſta cauſa. Notat tamen Gloſſa ſufficere, ſi major pars Judicum concordet, & in cauſa Diaconi ſint tres, & in illa ſacerdotis ſex. Nota in hoc textu nomine ſacerdotis intelligi Epiſcopum, quia presbyter dicitur ſenior, non reſpectu ætatis, ſed dignitatis.

C. EA QUÆ 4. h. t. Leo Papa reſcribit, ea quæ juxta eccleſiaſticum morem juſtè, & rationabiliter fuerunt definita poſſe juſtè, ac confirmari à Papa; quia Pontifex debet confirmare ſententiam juſtam, & rationabilem, ſi ab ipſo petatur, tametſi ex plenitudine poteſtatis poſſit ſententiam, ut etiam quicquid aliud confirmare ex ſuo officio, etiam non poſtulatus, c. ſi pluribus de præbend. in 6. *Semel autem quòd ſententia eſt à Papa, & certâ ſcientiâ confirmata non poteſt judicari ab inferiori Judice: quia inferior non habet poteſtatem quoad hoc in ſuperiorem.*

C. DE CÆTERO 5. h. t. Alexander III. reſcribit Archiepiſcopo Eboracenſi, merum executorem ſententiæ, ſi coram eo opponatur de falſitate, non poſſe exequi ſententiam, & cognoſcere negotium, ſed oppoſitionem eſſe deferendam Judici. Ex quo textu liquet etiam de jure canonico poſſe Judicem ordinarium, vel delegatum à Principe delegare ſententiæ executionem, quamvis requiratur major juriſdictio. Idque verum eſt maximè in delegato à Papa.

C. CUM ALIQUIBUS 6. h. t. reſcribit idem Pont. Epiſcopo Novienſi, quòd ſi aliquibus eſt adjudicata poſſeſſio, non ſufficiat eis dari pignora, niſi corporali poſſeſſione gaudeant. Ratio eſt perſpicua, quia quando alicui adjudicatur, quod majus eſt, non ſufficit dare, vel offerre, quod eſt minus, & plus eſt habere poſſeſſionem, vel proprietatem rei, quàm ſolam pignus, unde ſi reus pro executione non velit dare rem ipſi adjudicatam, ſed tantùm pignus non ſatisfacit.

C. LATOR 7. h. t. Idem Pont. declarat, ſententiam ad matrimonium diſſolvendum nunquam tranſire in rem judicatam: adeò ut ſi deinde conſtet, eccleſiam fuiſſe errore deceptam ſint denuò conjungendi. Hinc habetur regula generalis, quòd in cauſa matrimoniali ſententia lata nunquam tranſeat in rem judicatam, ſed ſemper ſententiam poſſe reſcindi, ſi conſtet irrepſiſſe errorem. Cæterum donec conſtiterit de errore, judicandum ſemper eſt in favorem ſententiæ latæ: quapropter aſſerenti fraudem, vel errorem contigiſſe, incumbit onus id probandi. Sunt etiam alii plures caſus, quos recenſet Maranta p. 6. ſpeculi c. de ſent. n. 130. & ſequent. *generaliter ſententia, ſi ſit nulla, nunquam tranſit in rem judicatam. Verùm de nullitate non poteſt agi ultra 30 annos, niſi immineat periculum animæ: alioquin hæc actio duraret in perpetuum, ut docet idem Maranta* loco cit. num. 134. *ubi etiam addit in omnibus caſibus, in quibus ſententia non tranſit in rem judicatam debere appellari ab ea intra decem dies: alioquin dilapſo decendio non eſt ampliùs locus appellationi, ſed querelæ.*

C. CUM CAUSA 8. h. t. Idem Pont. declarat ſententiam latam ſecundùm conſuetudinem, & contra canones retractari, ſi tamen ut notat Gloſſa conſuetudo non erat rationabilis, & præſcripta: quia conſuetudo irrationabilis, de qua loquitur in textu Pontifex, non poteſt præjudicare cuivis legi humanæ.

C. IN-

C. INTER 9. h. t. Idem Pont. reſcribit, non eſſe ſtandum ſententiæ, quæ continet iniquitatem manifeſtam, ac eſſe nullam, & ut iniquam eſſe retractandam, quamvis cauſa fuerit commiſſa remota appellatione. Hinc appellationis remedium cùm ſit adverſus iniquam ſententiam Judicis introductum, quamvis ſubinde excludatur: nunquam tamen cenſetur excluſum, quando jubetur appellatione remota procedi, ſi feratur ſententia contra leges, & canones, quia tunc eſt iniqua, & non eſt illi ſtandum; tametſi cauſa fuerit commiſſa remotâ appellatione.

C. TENOR 10. h. t. Clemens III. reſcribit in cauſa matrimoniali ſententiam latam contra abſentem non contumacem non valere, & iterum eſſe judicandam. Hinc notat Gloſſa, quòd ſi quis contrahat cum ſecunda poſt primum matrimonium in facie eccleſiæ, ſi accuſetur primum, ſecunda non cadit à ſuo jure, niſi poſt cauſam cognitam c. laudabilem de lite pend. Sin verò contraxit lite pendente cum prima, ſecunda cadit ſuo jure ante cognitionem cauſæ.

C. CONSANGUINEI 11. h. t. Idem Pont. reſcribit, ſententiam latam ritè, & ſecundùm jus ab eccleſia contra matrimonium, ut ſi factum ſit divortium propter compaternitatem præcedentem non revocari per ſolam confeſſionem conjugis aſſerentis contrarium, ſed eſſe eidem ſtandum, donec contrarium legitimè probetur: hoc eſt, ut notat Gloſſa hic per idoneos, non perjuros teſtes. Rurſus ad confeſſionem mulieris, imò etiam viri, non debet revocari ſententia ritè lata, nec ad eorum confeſſionem diſſolvi matrimonium c. ſuper eo de eo qui cognovit. Ex quo textu liquet, compaternitatem contractam in baptiſmo, vel confirmatione dirimere matrimonium poſtea contractum.

C. OLIM 12. h. t. Innocentius III. reſcribit, quòd ſi Papa conferat beneficium contra ordinationem ſuam priùs factam, nulla facta mentione de ordinatione, collatio ſit nulla, quia impetratio fuit ſubreptitia, & quod eſt ſubreptitium eſt nullum, & à ſede Apoſtolica revocandum; adeò ut ſubreptio ſit cauſa annullationis.

C. CUM INTER 13. h. t. Idem Pont. declarat, ſententiam latam contra jus litigatoris non tamen contra jus commune, ſi non fuerit appellatum, tranſire in rem judicatam, & tenere: & per hanc ſententiam unam eccleſiam poſſe ſubjici Prælato, qui ſit inferior Epiſcopo. Ex quo textu colligitur ad probandum jus proprietatis ſufficere producere ſententiam inter partes ſuper eodem jure prolatam, ſecundùm quam tenetur Judex judicare; dummodo ab illo non fuerit appellatum: quamvis ſententia ab initio non conſtituat jus inter partes, ut notat Gloſſa in c. forus de V. S. nihilominus poſt effluxum decem dierum dicitur jus facere inter ipſos litigantes, quia ut ait Panormitanus hic n. 7. ſive bene, ſive malè fuerit judicatum, ſtandum eſt ſententiæ, quia præſumitur Judex benè judicâſſe, niſi fuerit appellatum; quo fit ut ſententia, à qua non eſt appellatum poſt lapſum decendij obtineat auctoritatem rei judicatæ irrevocabiliter, ſed tranſeat in rem judicatam, faciatque jus inter partes. Idque etiam de jure canonico per hunc textum. Si tamen is, in cujus favorem lata fuit, ſciat, illam eſſe iniquam; non poteſt in foro conſcientiæ illâ uti, tunc enim eſſet retractanda etiam in foro externo, ſi illi de iniquitate conſtaret. Unde cum dicimus; ſententiam haberi pro veritate, & facere jus inter partes, intelligendum eſt, quando notoriè non conſtat de injuſtitia.

C. CAUSAM 14. h. t. reſcribit idem Pont. ſententiam latam, ſi nil contineat iniquum, quamvis ab ea appellatum ſit, niſi probetur, quòd Judex non ſervaverit formam mandati, eſſe confirmandam. Ex quo textu liquet, per appellationem non prorſus tolli præſumptionem pro ſententia Judicis; adeò ut ſi non appareat evidenter iniquitas, præſumatur Judex juſtè judicâſſe. Ubi notat Panormitanus n. 5. in dubio ſtandum eſſe ſententiæ, quia magis præſumitur pro ſententia, quando Judex fuit deputatus ex partium conſenſu; quàm cùm procedit ad inſtantiam unius tantùm partis, vel ex officio: quia ſi ab utraque parte requiratur, præſumitur utrique parti amicus: par autem affectio ſuſpicionem tollit l. non ſolum ff. de ritu nupt. Cæterum qui appellat à ſententia, tenetur probare illam injuſtam.

C. QUOD AD 15. h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Conſtantienſi, quòd ſi per ſententiam detur terminus competens, ad aliquid faciendum, ut ad ſe purgandum, dentur viginti dies, ſi ſine contradictione acceptet, & intra decem non appellet; & poſt decem dies à ſententia lata non poſſit appellare, præſertim ubi cauſa non redditur appellandi; quia præſumitur per interpretationem juris paruiſſe ſententiæ. Rurſus qui condemnatur ſolvere pœnam pecuniariam intra 24. dies, ſi terminum acceptet videtur renunciâſſe quadrimeſtri tempori; & non poteſt appellare tranſactis decem diebus. Rurſus ex juſta cauſa poteſt Judex abbreviare tempus quadrimeſtre, quamvis nõ appareat cauſa abbreviationis, proinde non amplius auditur; niſi in executione ſententiæ excedatur modus canonicus. Cæterum ut notat Gloſſa in appellatione à gravamine eſt exprimenda cauſa gravaminis: & in appellatione à definitiva, ſatis eſt, ſi dicat, appello ab iniqua ſententia. Ex hoc textu liquet, quòd tametſi Judex non poſſit ſine cauſa arctare tempus quadrimeſtre, quod jura concedunt condemnato ad ſolvendum miſerationis cauſâ l. ſi cùm militi ff. de compens. Poteſt tamen coarctare quadrimeſtre ex cauſa. Et qui ſponte recipit minorem dilationem, quàm à jure diſponatur, videtur juri ſuo renunciare, l. ad ſolutionem C. de re judic. Nota quamvis tempus quadrimeſtre ſit de jure conceſſum conſuetudo tamen pleriſque in locis invaluit, ut non detur, niſi decendium Bart. in l. ſi debitori ff. de Judiciis.

C. SICUT NOBIS 16. h. t. Idem Pont. reſcribit, ſententiam fuiſſe latam ob favorem alicujus poſſe probare per teſtes, licèt ignorent cauſam, quâ Judex ſententiam tulerit, quia non omnia, quæ movent Judicem ſunt exprimenda, & in favorem authoritatis judiciariæ præſumuntur omnia juridicè præceſſiſſe. Hinc liquet, ſententiam latam poſſe probari per teſtes ſi ſcriptura ſit deper-

deperdita. Et ad probandam ſententiam per teſtes non eſſe neceſſe, ut hi deponant de omnibus verbis, quæ Judex protulit, ſed ſufficeet recitare effectum, & ſubſtantialia ſententia. Quia quando conſtat de ſententia lata præſumitur, quòd omnia ritè, ac rectè proceſſerint, licèt acta, & ſcriptura perierint : & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi.

C. *CUM SUPER 17. h. t. reſcribit idem Pont. ab eadem ſententia non ſolum reum victum, ſed quemcunque aggravatum poſſe appellare: quòd ſi reus nihil doceat pro ſe, & alius juſtè appellaverit, eadem ſententia confirmatur contra reum, quia ſecundùm utrumque jus ees inter aliquos acta regulariter non nocet aliis. Cæterum tertius, qui non fuit in judicio pro intereſſe ſuo, ſi appellet, debet ſervare tempora appellationis interponendæ. Rurſus quia regulariter non licet appellare à ſententia contra alium lata* l. à ſententia ff. de appellat. *niſi interveniat cauſa rationabilis, & debet hæc exprimi in appellatione, ut cognoſcatur, an rationabiliter fuerit appellatum: cum enim hæc appellatio ſit contra jus, debet exprimi cauſa juſtificans appellationem, quia quòd ſit contra legem eſt nullum* C. de legib.

C. *CUM BERTHOLDUS 18. h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi quis citetur ad ſententiam, & non compareat ex juſta quidem, ſed Judici ignota cauſa, ſi eo abſente feratur ſententia, hæc teneat: ſed ſi ille probet legitimam cauſam abſentiæ, retractatur ſententia : Sin verò non plenè probet legitimam cauſam, non retractatur ſententia, niſi priùs doceat de iniquitate ſententiæ, quæ iniquitas conſtet ex tenore ſententiæ, & ex actis : ubi notat Gloſſa, quòd quamvis minus ſufficienter probetur cauſa abſentiæ, tamen debet cauſa iterum cognoſci, ut etiam quando Judex eſt circumventus. Rurſus ex ſola præſentatione præſentatus acquirit jus, ſi Patronus non mutet voluntatem.*

C. *IN CAUSIS 19. h. t. ſtatuit idem Pont. in cauſis, quæ ſummi Pontificis iudicio deciduntur, ut ordo iuris, & vigor æquitatis ſubtiliter obſervetur, eò quia in ſimilibus caſibus cæteri tenentur eodem modo iudicare. Excipitur tamen niſi cum aliquid cauſâ neceeſſitatis, & utilitatis inſpectâ diſpenſativè duxerit ſtatuendum. Ubi notat Gloſſa, ſententiam Papæ facere ius quoad omnes; adeò ut ſicut ipſe iudicat, teneantur etiam alii judicare, & in ſimilibus idem iudicium adhibere. Rurſus in diſpenſationibus eſſe attendendam cauſam neceſſitatis, vel utilitatis, non tamen diſpenſationes eſſe trahendas ad ius commune.*

C. *INTER MONASTERIUM 20. h. t. Idem Pont. declarat, ſententiam primò latam eſſe confirmandam, quando ſecunda non eſt legitima. Ubi notat Gloſſa, exceptiones dilatorias eſſe proponendas ante litis ingreſſum, & inter illas Judicis recuſationem debere præcedere* c. quando ex ordin. de probat. *ſi enim priùs excipiat perſonam adverſarii, & feratur ſententia, videtur approbare Judicem, & renunciare iuri ſuo. Cæterum ut ſecundæ litteræ revocent primas, debent mentionem facere de proceſſu iudicii, & de privilegio Papæ.*

C. *SUBORTA 21. h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Pariſienſi, quòd ſi oſtenſo privilegio Papæ feras ſententiam contra privilegium, ſententia valeat; ſin verò non fuerit privilegium oſtenſum Judici, & Iudex proferat ſententiam, à qua non appelletur, nec ſupplicetur; ſententia deinde prætextu privilegii non eſt retractanda. Ex quo textu liquet, ſententiam contra privilegium oſtenſum, vel non oſtenſum, ſi ab ea non fuerit appellatum, vel ſupplicatum, tenere, ut notat Panormitanus hic: quia Iudex ferens ſententiam contra privilegium à ſe datum, cenſetur illud revocare, ſi fuerit oſtenſum.*

C. *CUM J. & A. 22. h. t. declarat Pont. quòd ſi teſtes iurantes erant conſpiratores, & propter torum dicta, & non aliorum fuit ſententia lata; ſi appelletur, ſententia non ſit retractanda : ſecus ſi lata fuit, non propter talium teſtium, ſed ob aliorum dicta, non eſt retractanda. Ex quo textu liquet, ſententiam, à qua fuit appellatum, eſſe retractandam, ſi conſtet teſtes, ad quorum dicta fuit lata conſpiratores fuiſſe, & receptos contradicente parte; quia conſpiratores non admittuntur ad teſtificandum contra eum, contra quem conſpirârunt. Ubi notandum eſt, non ſufficere probare eſſe conſpiratores, & falſos; ſed ulteriùs quòd Judex fuerit ſecutus eorum dicta, iuxta quæ ſententiam tulerit.*

C. *CUM TE 23. h. t. declarat idem Pont. quòd licèt condemnatus pro iniuria illata ſit infamis, non ita ſi ſit minima. Quia ut notat Gloſſa pro modico non datur actio iniuriarum, ſeu actio de dolo, vel reſtitutio; bene tamen datur actio furti pro modico. Hinc actio iniuriarum quamvis infamet, ſaltem ſi agatur criminaliter, ob levitatem tamen non infamat.*

C. *AD PROBANDUM 24. h. t. jubet idem Pont. ex iuſta cauſa ſententiam eſſe infirmandam, ut ſi unus Judicum erat publicè excommunicatus; tunc enim vult Pontifex, eſſe videndam de novo cauſam principalem. Ubi notat Gloſſa, ob unum Iudicem publicè excom̃unicatum caſſari ſententiam omnium Judicum, quia iſti non poterant ei communicare, quo pacto utile per inutile vitiatur.*

C. *QUAMVIS 25. h. t. reſcribit Gregorius IX. quòd quamvis regulariter aliis non noceat res inter alios iudicata; nocet tamen illi, qui cùm ſibi primùm actio, & defenſio competeret, ſuſtinuit ſequentem agere. Rurſus nocet etiam ei, qui paſſus eſt eum, à quo habuit cauſam experiri. Ratio, ut rectè notat Panormitanus, fundatur in iure naturali, quia uni per alterum non debet iniqua conditio ferri: & res diſpoſita ad certum finem non debet alium effectum ſortiri. Fallit tamen hæc regula, quando cauſæ ſunt connexæ in cauſa libertatis, filiationis, in re indiviſibili, in re communi, cùm pupillo, cum fiſco.*

C. *DUOBUS 26. h. t. declarat Gregorius IX. quòd ſi duo Ordinarii pronuncient ſententias diverſas, teneat ſententia, quæ eſt pro reo, non pro Actore, niſi in cauſa favorabili pro actore, ut in matrimonio, libertate, dote, vel teſtamento. Quòd ſi ſint Judices delegati, ſententia tunc dependet ab arbitrio delegantis, ſin verò ex compromiſſo neutra habet vigorem.*

IN SEXTO.

C. CUM ÆTERNI. 1. h. t. Innocentius IV. declarat, Iudicem eccleſiaſticum ſivè ordinarium, ſive delegatum facientem aliquid contra ſcientiam, & juſtitiam in gravamen partis eſſe ſuſpenſum ab executione officij per annum; & eſſe condemnandum ad æſtimationem litis parti læſæ: quòd ſi durante ſuſpenſione ſe ingerit divinis, incurrit etiam irregularitatem, à qua non abſolvitur, niſi a Papa. Verùm ad incurrendas has pœnas requiritur, ut Iudex judicet contra conſcientiam, imò etiam contra juſtitiam, & in gravamen partis, & quidem in judicio, ubi ſciat ſe malè judicare, quia ſi credebat bene judicare, non incurrit has pœnas; quamvis teneatur ad æſtimationem litis. Rurſus quòd ſit motus ad male judicandum per gratias, vel per ſortes, vel pecuniâ, prece, favore, odio.

C. AD APOSTOLICÆ 2. h. t. Idem Pont. reſcribit, Papam ex certis cauſis poſſe deponere Imperatorem, & Reges, & in hoc textu deponit Fridericum II. ab Imperio. & Regnis, & abſolvit eius ſubditos ab obedientia ob graviſſima ſcelera, in quibus pertinaciter perſiſtebat.

C. ABBATE 3. h. t. Idem Pont. declarat, eum, qui in judicio petit, aliquam rem ſibi deberi, teneri certam cauſam exprimere, quam ſi non probat, ſuccumbit. Si verò non expreſſit cauſam, non ſuccumbit, ſi illam non probat; ſed ſufficit ſi aliam juſtam cauſam probet.

C. CUM AB UNO 4. h. t. Bonifacius VIII. declarat, quòd ſi plures ſint arbitri, vel Iudices, & unus aliis præſentibus, & mandantibus recitet ſententiam ſcriptam utendo numero plurali nos, ſententia valeat; perinde ac ſi ab omnibus eſſet recitata. Secus in electione, quia ſive procedatur per compromiſſum, ſive per ſcrutinium, electio eſt pronuncianda per verba ſingularis numeri, Ego nomine meo, & Capituli eligo talem.

C. ETSI 5. h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi ſententia definitiva non ponatur in ſcriptis, & ab ipſo Iudice, & non ab alio, & ſedendo non ſtando, vel deambulando proferatur, ſit nulla, nec ſit neceſſe ab ea appellare. Epiſcopus autem poteſt per alium ſententiam recitare, quia ob prærogativam dignitatis eſt honorandus inſtar illuſtrium perſonarum: Notat Gloſſa, ſententiam interlocutoriam non debere eſſe neceſſariò in ſcriptis quando profertur.

IN CLEMENTINIS.

C. UT CALUMNIIS 1. h. t. Clemens V. in Concilio Viennenſi declarat, eum qui in quavis cauſa ut in beneficiali reportavit contra ſe tres ſententias in petitorio, vel poſſeſſorio, non eſſe admittendum ad agendum de nullitate ipſarum, vel alicuius, donec fuerint executioni mandata.

C. PASTORALIS ULT. h. t. Idem Pont. ſtatuit, quòd ſi quis citet aliquem non exiſtentem in territorio citantis, & ille non compareat, ſi feratur ſententia contra non comparentem tanquam contumacem, ſententia ſit nulla. Ubi tamen notat Gloſſa, citatum ad locum non tutum non teneri comparere. Rurſus Iudicem extra ſuum territorium non poſſe citare realiter, nec verbaliter, ſed teneri requirere Iudicem illius territorii, ut faciat citari eum, quem vult, & ad ſe remittat.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid ſit ſententia, qualis, & quomodo à re iudicata differat.

1 EXpenſis ijs, quæ pertinebant ad probationes, & exceptiones, demum devenitur ad ſententiam, & terminationem litis, ita tamen ut priùs à partibus in cauſa concluſum fuerit: hæc autem concluſio in cauſa fieri poteſt tam ore tenus, quàm ſcripto, nec alia ſolemnitas videtur requiri, quàm ut declaretur mens volentis concludere, & ulteriori probationi renunciare verbis, vel litteris, aut quocunque alio modo: quapropter non ſolùm expreſsè, ſed etiam tacitè poteſt in cauſa concludi, ſi partes nulla facta formali renunciatione ſimpliciter à probationibus deſiſtant, & à Judice ſententiam exigant. Cæterum ſententia generatim ſumpta definitur eſſe judicialis deciſio rei controverſæ per pronunciationem Judicis ritè factam, & quæ liti finem imponit. Dicitur ſententia à ſentiendo, eò quia Judex per ipſam quid ſuper re controverſa ſentiat, aperit; & duplex eſt ſententia definitiva una, altera interlocutoria: illa eſt, quâ Judex cauſam principalem definit, & toti controverſiæ imponit finem per abſolutionem, vel condemnationem, ut notat Gloſſa *in clement. unic. V. definitiva. de ſequeſt poſſeſſ.* Hoſtienſis *in ſum. n. 1. h. t.* Neque neceſſe eſt, ut huiusmodi ſententia definitiva contineat abſolutionem, vel condemnationem per expreſſa verba, abſolvo, vel condemno, ſed ſufficiunt verba æquipollentia, ut notat Bartol. *in l. 1. ff. de re judic.* quia quoties ad formam actus non requiruntur certa verba, ſed ſolùm verba in genere, tunc ſufficiunt verba æquipollentia *l. 1. §. ſi quis.*

Sententia interlocutoria eſt, quæ inter 2
principium, & finem cauſæ, non ſuper quæſtione principali, ſed tantùm ſuper aliquo incidenti,

vel emergente profertur, ut ſi Judex alterutri onus probandi injungat, pronunciet, procuratorem non eſſe idoneum, vel ſi pronunciet ſuper dilationibus dandis, vel teſtibus producendis, recipiendis, examinandis, repellendis, & ſuper aliis negotiis in judicio incidentibus, ut notant Maranta *de ordin. judic. p. 6. in act. 1. de ſent. n. 2.* & ideo dicitur ſententia interlocutoria, eò quia ſummariè inter partes interim proferatur, donec expectetur judicium definitivum. Fit autem interdum, ut poſt finem cauſæ interlocutoria aliqua ſententia proferatur *l. cum Clericus C. de Epiſcopis, & Cleric. l. jubemus* & ibi Gloſſa *de advocatis diverſ. judic.* Interdum etiam ubi non eſt aliquod principium, vel finis *§. ſi quis autem nove. de hered. & falſid.*

3 Dividitur ſententia interlocutoria in merè interlocutoriam, & eam quæ habet vim ſententiæ definitivæ. Merè interlocutoria propriâ eſt, quæ neque negotio principali, neque articulo alicuius negotij principalis finem imponit, adeo ut non pariat præjudicium irreparabile, poſſitque ab eodem Judice revocari. Interlocutoria habens vim ſententiæ definitivæ dicitur, quæ parit præjudicium irreparabile per ſupervenientem definitivam, vel appellationem à definitiva, cuiusmodi eſt ſententia decidens articulum ſubſtantialem negotii principalis, ut ſi Iudex declaret, Titium, qui titulo minoritatis petit reſtitutionem in integrum, non eſſe minorem, ut notat Tuſcus *in littera S. concluſ.* 111.

4 Differunt ſententia definitiva, & interlocutoria, primò ratione materiæ, quæ in interlocutoria eſt particularis, in definitiva verò univerſalis. Secundò, quia Judex ordinariè non poteſt revocare ſententiam definitivam, nec ex conſenſu partium, ſive lata ſit in cauſa civili, ſive in criminali, quia Judex poſtquam ſententiam dixit deſinit eſſe Judex *l. Iudex 55. ff. de re judic.* Excipitur tamen Princeps, qui ut ſupremus Judex poteſt arbitrio ſuo corrigere ſuam ſententiam: ſecus mera interlocutoria patitur revocationem, etiam nemine patente, aut conſentiente. Et non ſolùm Iudex, qui eam tulit, ſed etiam is, ad quem appellatum fuit, eam revocare poteſt *l. quod juſſit*, & ibi Bartol. *ff. de re judic.* quod tamen limitatur, niſi fuerit jam executioni mandata, quia ſic res non manet integra. Vel niſi tranſierit in formam contractûs, vel quaſi contractûs; vel niſi lata ſit cum ſententia principali, quia tunc cenſetur pars illius. Vel niſi appellatum ſit à Judice, qui eam tulit, & appellationem admiſit. Vel niſi ſuperior Judex prohibuerit. Tertiò differt, quia ſententia definitiva ferri debet ſcripto, non ita interlocutoria. Quartò, quia definitiva præter ordinem juris lata habetur invalida. Secus dicitur de interlocutoria, quæ non attendit ordinem juris. Quintò, quia definitiva, ſi contraria pars citata non fuerit nullum ſortitur valorem. Secus interlocutoria valida eſt, tametſi pars contraria non citetur. Sextò, quia à definitiva ſemper poteſt appellari, ſecus ab interlocutoria nonniſi rariſſimè, vel nunquam. Septimò, quia definitiva, non niſi cauſâ cognitâ profertur: interlocutoria verò etiam extra cauſæ cognitionem: alij addunt octavum diſcrimen, & dicunt, definitivam pronunciandam eſſe à ſtante, non ita interlocutoriam. Has utriusque ſententiæ differentias colligunt Juris periti *ex l. quid ergo §. 4. ff. de his, qui notam infam.* & eas explicant Weſenbeg. *in ff. l. 42. tit. 1.* Maranta *pag. 231. & ſequens.*

Judex accuratè examinatis, & ad libellam juſtitiæ diligenter perpenſis rationibus litigantium, & toto judicij ordine completo citatis partibus ad audiendam ſententiam trina citatione, vel unâ peremptoriâ *l. contumacia 53. ff. de re judic.* ſententiam profert juxta legum, & canonum Sanctiones. Sententia ſiquidem contra leges, & canones prolata ipſo jure irrita eſt, quamvis ab ea appellatum non ſit, ut deſumitur *ex c. ſententia 1. h. t.* ubi Gregorius Papa 1. ait quòd ſententia contra jus civile, vel canonicum prolata non valeat; licèt non fuerit appellatum. 5
Duobus modis poteſt ſententia eſſe contra jus, ut notat Gloſſa *in c. per Tuas 51. V. intolerabilem de ſent. excom.* Primò poteſt eſſe contra jus, quod reſpiciat merita cauſæ tantùm: ſecundò contra jus reſpiciens aliquid extrinſecum, ſed diverſum à meritis cauſæ. Si ſit contra jus reſpiciens merita cauſæ diſtinguendum eſt, an error, ſeu repugnantia cum lege, vel canone exprimatur in ſententia, & tunc hæc ipſo jure irrita eſt *l. 1. ff. quæ ſententia ſine appellat. l. ſi expreſſi. n. 19. ff. de appellat.* ubi Gloſſa id exemplificat, ſi judex pronunciet minorem 14. annis poſſeſſorem, non valet ſententia ipſo jure, quia repugnat juri. Vel error ſeu repugnantia cum jure non exprimitur, & tunc ſententia cenſetur ſubſiſtere, ac tranſire in rem judicatam, ſi intra decendium appellatum non ſit *c. cum inter 9. h. t. l. cum prolatis 32. ff. eod.*

Excipitur tamen niſi injuſtitia notoria ſit, 6
quia tunc ſententia ipſo jure eſt irrita *d. c. Inter 9. h. t.* cæterum ſententia judicis, tametſi re ipſa injuſta ſit; valet nihilominus propter præſumptionem, quæ ſtare debet pro ſententia à judice lata, donec demonſtretur, quòd Judex iniuſtè, & contra jura judicaverit; & hæc demonſtratio debet fieri in judicio appellationis, ſecus ſi notorium ſit, & apertè conſtet, ſententiam latam eſſe contra ius, ſeu legem, non eſt locus præſumptioni; quia iudex tenetur ſententiam ferre ſecundùm leges *c. in iſtis diſt.* 4. adeo ut ſi iniuſtè iudicet limites excedat ſuæ poteſtatis.

Id tamen intelligendum eſt, quòd ſenten- 7
tia lata à iudice ſit contra ius clarum, & indubitatum; non ita valet doctrina ſi ſententia ſit contra ius obſcurum, circa quod explicandum varia ſint doctorum opiniones, quia ſicut error iuris obſcuri bonæ fidei poteſt uſucapionem inducere, ita etiam Judicem excuſare in iudicando, ut monet Felinus *in c. ſententia 1. h. t. n. 15.* Debet tamen Judex in caſu iuris dubii, & obſcuri iudicare ſecundùm probabiliora, & quæ communiter in ſuo tribunali recepta ſunt: ſiquidem ſtylus curiæ ſi probabilitate nitatur plurimum obtinet momenti, & facit ius. Si error non ſit contra ius reſpiciens merita cauſæ, ſed tantùm circa aliquod extrinſecum diverſum à

meritis

Digitized by Google

mecitis cauſæ adhuc poteſt variè contingece in ordine ad irritandam ſententiam latam à Judice. Primò, ſi Judex careat iurisdictione, & competentia *c. at ſi clerici 4. de judic.* ubi dicituc, quòd ſententia lata à Judice non ſuo non valeat, vel ſi iurisdictio ſuſpenſa ſit proptec eius excommunicationem *c. ad probandum, de probat.* Secundò, ſi ſententia lata ſit contra minorem ſtantem in iudicio absque tutoris, vel curatoris ſui authoritate *l. clarum 4. C. de authorit. præſtand.* Tertiò, ſi ſententia lata ſit in die feſto *c. ult. de feriis* Quartò, ſi in Eccleſia à Judice ſæcolari *c. 2. de immunit. Eccleſ. in 6.* in his, & aliis ſimilibus caſibus ſententia lata à Judica eſt ipſo iure irrita, adeo ut non ſit neceſſaria ceſciſio, ſed tantùm declaratio irritationis.

8 ſententia definiriva, quæ propriè, & abſolutè dicitur ſententia, quâ clauditur, & completur judicium, differt in eo à re judicata, quia ſententia eſt ipſamet pronunciatio, ſeu definitio Judicis; hoc eſt ipſa condemnatio, vel abſolutio Rei conventi, ratione cuius lis abſolvitur, & controverſia finitur. Res judicata non eſt ipſa ſententia, ſed ipſa cauſa controverſa, & ſuper qua ſententia lata eſt, & quæ finem conctoverſiæ per ſententiam Judicis accipit, quod contingit per abſolutionem, vel condemnationem, ut deſumitur *ex l. 1. ff. de re judic.* Hinc ſententia ſe habet activè, & ces judicata paſſivè; illa per modum agentis, & cauſæ; hæc per modum facti, & prononciati: illa non tam negotio, quàm inſtantiæ finem imponit, hæc controverſiam omnino ſoluit, ut notat Zoeſis *in comment. n. 1. ff. de re judic.* & *in comment. decret. h. t. numero* 1. Interdum tamen ipſa ſententia definitiva diei ſolet res iudicata, quo pacto ſententia dicitur tranſire in cem indicatam non ſolùm reſpectu Judicis, qui per latam ſententiam functus dicitur ſuo officio *c. in litteris 9. in fin. de offic. Iud. deleg.* verùm etiam ceſpectu cauſæ diverſæ per ſententiam ſaltem, à qua poſt lapſum decendium appellari non poteſt: quia ſententia, à qua ante decendium elapſum appellari poteſt, non dicitur res iudicata cùm adhuc per appellationem poſſit judicari. Cæterum, ſi propriè loquamuc, diſtinguitur ſententia à re judicita, quia ſententia dicatur lata à Judice, tunc quando hic ex animo pronunciat, ut velit; à tota lite, ſeu controverſia partes diſcedere *l. qualem 19. §. dicere ff. de recept. arbit.* Res verò judicata dicitur illa ſententia, quæ nec de facto per appellationem ſuſpenſa eſt, nec per illam poſt decendium elapſum amplius ſuſpendi poteſt *l. eleganter 23. §. ſi poſt rem judic.*

9 Quæri ſolet, an ſententia lata contra leges, vel Canones ratione conſuetudinis in contrariom valida ſit? Reſpondetur, talem ſententiam tametſi conformem conſuetudini eſſe irritam, ex eo præcisè, quòd ſir contra Canones, & leges, ut deſumitur *ex c. cum cauſa 8. h. t.* ubi habetor, quòd ſententia lata ſecundùm conſuetudinem, & contra Canones cetractatur. Ratio etiam id ſuadet, quia conſuetudo, quæ Eccleſijs eſt damno, & nocumento, nequit eſſe cationabilis, & legitima *c. 1. de conſuetud.* Hinc quia conſuetudo, per quam introductum eſt, ut alienatio bonorum eccleſiaſticorum valeat ſine ſolemnitatibos jure canonico requiſitis, pernicioſa eſt Eccleſijs, & damnoſa, non cenſetur rationabilis, neque legitimè præſcripta Gloſſa *hic V. promulgavit, & V. præjudicat*: quo pacto, neque valet conſuetudo, ut Prælatus alienèt ces Eccleſiæ ſine conſenſu capituli, eò quia talis conſuetudo eſt damnoſa Eccleſiæ Gloſſa *in clement. 2. V. conſentiente de rebus Eccleſ. non alienandis*, Abbas *hic numero* 15.

§. II.

De ſolemnitatibus ad ſententiam de iure requiſitis.

AD ſententiam ferendam ploca cequiruntur, quotum alia ſolemnitatē judicialem reſpiciunt; alia ipſam tantùm ordinatam deciſionem cauſæ. Hinc Iudex completo toto judicii ordine antequam ſententiam dicat, debet in primis citare partes litigantes ad eam audiendam, idque vel trina citatione, vel una peremptoria *l. contumacia 53. §. 1. ff. de re judic.* ſiquidem ſententia lata contra abſentem non citatum eſt irrita, & nullum ſortitur valorem: debent enim partes litigantes citari, quia ij quorum intereſt, debent eſſe præſentes verè, vel interpcetativè; ſiquidem legitimè citati, & contumaciter abſentes habentur pro præſentibus *l. de unoquoque 47.* juncta Gloſſa *V. præſentibus de re judic.* 1

Excipitur tamen, niſi factum ſit notorium, adeo ut clarè conſtet, nullam reo condemnando deſenſionem poſſe competere; tunc enim valet ſententia lata, etiàm abſente reo, quia ex eius præſentia nullum poterat emolumentum haurire *argu. c. ad noſtram 21. de rurciur. argu. c. cùm olim 12.* juncta Gloſſa *V. abſent. h. t.* ubi Innocentius III. clerico abſenti non citato imponit ſilentium, eò quia clarè conſtacet de ſubreptione, & fraude illius; & revocat Pontifex collationem beneficij, eò quia eius impetratio fuerat ſubreptitia; & quod ſubreptitum eſt, à ſede apoſtolica revocatur. 2

Quòd ſi legitimè citatus ad audiendam ſententiam ex juſta cauſa Judici tamen ignorata non compareat, licèt ſententia ab eo lata teneat, nihilominus retractatur, ſi qui abfuit, probet legitimam cauſam ſuæ abſentiæ; non ita ſi non probet legitimum impedimentum, ut deſumitur *ex c. cum Bertoldus 18. h. t.* ubi habetur, quòd quando quis citatur ad ſententiam, & non comparet ex juſta quidem, ſed Judici ignota cauſa, ſi eo abſente feratur ſententia, tenet: ſed ſi ille probat legitimam cauſam abſentiæ, retractatur ſententia: ſin verò non plenè probet legitimam cauſam, non retractatur ſententia, niſi priùs doceat de iniquitate ſententiæ, quæ iniquitas conſtabit ex tenore ſententiæ, & ex ipſis actis. 3

Hinc ſi poſt litis conteſtationem abſente alterâ parte legitimè citatâ ſententia lata fuerit, & poſt decendium tranſierit in rem judicatam, 4

Digitized by Google

& para abſeoa nondum comparuerit, audiri ampliùs non debet, niſi juſtam cauſam ſuæ abſentiæ ſufficienter probaverit, in quo caſu ſententia reſcinditur, periode ac ſi lata non fuiſſet *l. quæſitum 60. ff. de re judic.* In favorem tamen matrimonii cooceditur reſtitutio contra ſententiam latam, quamvia juſta cauſa abſentiæ ſufficienter probata non fuerit. Io aliis cauſis non conceditur talis reſtitutio, qnia abſens legitimè citatua, ſi non compareat, præſumitur contumax, proinde ooo debet ampliùs contra ſententiam reſtitui, niſi juſtam abſentiæ cauſam ſufficienter prnbaverit: oiſi præſumptio aliqua ſit adverſus ſententiam, ratione cuius prior præſumprio contumaciæ elidatur.

5 Secundò debet ſententia ferri cum cauſæ cognitione, & ſervato ordine juris, ſen cum præſcriptis proceſsûs ſolemnitatibus, alioqnin nullum ſortiretur valorem *l. probatum 4. C. de ſentent. & interloc. om. Iudic. c. ad probandnm 24. h. t.* juncta Gloſſa *V. ex alia juſta cauſa.* Proceſsùs & juris ordo ſervandua in eo conſiſtit, ut offeratur libellua, lis conteſtetur, jnretur de calumnia, recipiantur depoſitiones teſtium, & publicentur, & alia præmittantur, de quibns hactenus in hoc ſecundo libro decretalium diximus, adeo ut etiam ipſe ſummus Pontifex hunc eundem ordinem in ſententiis ferendis ſervet. Sententia tamen lata à Papa, vel alio ſupremo Principe vim haber legis, & facit jus inter alios inferiores Judices, adeo ut hi in ſimilibus cauſis teneantur eodem modo iudicare *c. in cauſis h. t. & l. ult. in princ. C. de legib.* quia iudicium Principis præſumitur integrum, & io illo exactiſſimè omnia examinata. Quòd tamen non valet de ſententia inferiorum Iudicum; qnia eorum ſententia non facit jus, oec habec vim legis generalia, neque eſt habenda pro regula ſervanda pro ſimilibus cauſis decidendis; ſed tantùm eſt declaratio particularis coarctata ad cauſas, & perſonas, inter quas proceſſus judicii fuit inſtitutus: & de hiſce ſenteotiis inferiorum Judicum intelligitur, quod habetur *in l. nemo 13. C. de ſent. & interloc. om. Iudic.* nimirum judicandum eſſe non exemplis, ſed legibus.

6 Nihilominua quaodo in aliquo ſpeciali tribunali jam judicatum eſt in ſimilibus cauſis, tunc per alioa eſt ita judicandum io eodem tribunali, quia oritur quædam conſuetudo, quæ vocatur ſtylus curiæ, ſeu fori, quo pacto in ſimilibus cauſis Rota Romana judicat, prout ante fuit judicatum concurrentibus tamen ijsdem circumſtantiis. Rurſus ſententia debet ferri abſolutè, & non conditionatè *l. 1. §. biduum. ff. quando appellatum ſit*, quia per ſenrentiam definitivam abſolvitur judicium, & cootroverſia totaliter terminatur, ac lis finitur, proinde debet eſſe ſententia abſolutè lata, non verò ſub conditione: quia per conditionem controverſia propoſita non definitur, nec abſolvitur, ſed judicium manet ſuſpenſum, nt nntat Zœſius §. *de judic. n. 101.* quod tamen eſt intelligeodum de conditione propriè ſumpta, quæ ſit de futuro, actumque ſuſpendat usque ad futurum eventum, non ita de conditione circa præteritum, vel præſens.

Quod verò ad ſolemnitates attinet, ſententia ptoferenda eſt ex ſcripto ab ipſo Judice, & qnidem ſedendo, non ſtando, alioquin nulla aſſet, ut deſumitur *ex c. etſi 5. & ult. h. t. in 6.* quod tamen eſt intelligendum, dummodo Judex non habeat impedimentum ſedendi, quia tunc excuſaretur, & ſententia ab ipſo ſtante lata valida cenſeretur, ut notat Tuſchus *conclnſ.* 133. Debet igitur ſententia priùs ſcribi, & poſtea ex ſcripto à Judice ſedente recitari, quia niſi ſententia definitiva ſcriberetur, & ex ſcripto recitaretur, poſſet enntingere, propallatam veritatem occultari, proinde victorem fruſtraoeè in toto illo proceſſu judicii laboràſſe. 7

Cæterum valida eſt ſenteotia non ſcripta, oeque ex ſcripto à Judice recitata io hiſce ſeptem caſibus. Primò quando cauſæ ſunt brevea, & maximè vilium perſonarum. Breves autem cenſentur duorum aureorum *ff. de dolo l. adeſt* Verùm id relinquitur Judicis arbitrio. Secnndò, quando Epiſcopus inter Clericos ſnos judicat de cauſa civili *c. ſi qnis 10. q. 1.* Tertiò cùm præſes depoſitus ex officio ſuo convenitur de adminiſtratione *authent. ut Iudices ſive qnocunque ſuff. fiant.* Quartò cùm ſummus Pontifex per ſe pronunciat, quia Pontifex non eſt hiſce legibus adſtrictus *l. digna 4. C. de legib.* non enim Pontifex eſt adſtrictua ſolemnitatibus juris poſitivi, cùm ſola ejus præſentia ſuppleat omnem ſolemnitatem, Gloſſa *in c. ult V. Illuſtrium*, & ita dicitur de imperatore, & alio ſupremo Principe, niſi per conſuetudinem contrariū introductum ſit; ſiquidē per conſuetudinem tolli poſſunt hæ ſolemnitates, & ut valeat ſententia etiam per aliū lecta præſente, & mandante Judice. Quintò ſi lata ſit in cauſa matrimoniali, ut aliqui volunt. Sextò, quando partes ita conſentinna, quia volenti, & conſentienti nulla fit injuria. Septimò in omnibus cauſia, in quibus ſummariè proceditur *clement. ſæpe. de verb. ſignif.* ubi etiam Judici permittitur, ut in ſummariis iudiciis ſtans, vel ſedens, prout ipſi magis placuerit ſententiam definitivam pronunciet, ut notat Tuſchus *conclnſ.* 133. 8

Rurſus debet ſententia ex ſcripto à Judice recitari in loco publico, & conſueto, ipſo die, & hora, ad quam citatio facta eſt. Præterea ipſe Judex, & non aliua debet ſententiam pronunciare, niſi conſuetudo aliud poſtulaverit, vel perſona fuerit illuſtris, cui ob nobilitatis prærogativam per alium id facere permittitur. Illuſtribua autem perſonis accenſentur Epiſcopi, quibus propterea conceditur eadem prærogativa *c. fin. de ſent. & re iud. in 6.* Debet etiam ferri ſententia die oon feriato *c. 1. de ferijs l. fin. C. eodem* alioquin nulla foret *l. ſi ut proponis 4. C. quomod. & quando Iudex.* Rurſus debet ſententia fieri de die, non de nocte *c. conſuluit 24. de offic. deleg.* ubi habetur, quòd officium eccleſiaſticum non debet exerceri io tenebris, & addit rationem, quia tenebræ aptæ ſunt ad fabricandum falſum, proinde partes poſſuot impedire, ne iudicium inſtituatur de nocte. Quòd ſi partes oon excipiant, immo conſentiant, vel expreſsè, vel tacitè; tametſi Iudex malè ageret, ſi absque urgente neceſſitate da nocta judiciarium proceſſum inſtitueret, ac ſententiam proferret 9

ferret definitivam; n[illegible]us proceſſus iſtitutus adhibitis ſuffi[illegible]us luminibus, ut etiam ſententia lata va[illegible]ret, dummodo quid aliud non obſtaret, & J[illegible]x eſſet honeſ[illegible]s, omnique ſuſpicione vacuus, [illegible]uidem plura prohibentur fieri, quæ tamen [illegible] facta ſint, ſuum ſortiuntur valorem *c. ad apoſtolicam 19. de Reg.*

10 Vt autem ſententia ſit legitima continere debet primò nomen ipſius Judicis. Secundò, qualitatem eiuſdem, an ſit Judex ordinarius, vel delegatus. Tertiò, nomina litigantium. Quartò, tenorem primæ petitionis, ſuper qua judicium fundatum eſt. Quintò, debet in ſententia fieri mentio de ſubſtantialibus judicii, ut de vera litis conteſtatione, juramento calumniæ, teſtium depoſitione, & aliis id genus. Sextò, debet continere abſolutionem, vel condemnationem. Septimò, quòd ſententia feratur partibus præſentibus, vel per contumaciam abſentibus. Octavò, quòd recitetur ex ſcripto. Nono, quòd Judex ſedendo ex ſcripto ſententiam legat, ut habet Tuſcus *concluſ.* 133. An verò cauſa condemnationis, vel abſolutionis inſerenda ſit ſententiæ; non videntur juris conſulti convenire, in praxi tamen non expedire docent communiter, & deſumitur *ex c. ſicut nobis de ſentent. excommun.* Panormit. ibidem: ſiquidem non expreſſa præſumitur vera, & ſufficiens, & ſi exprimeretur, non raro poſſet in dubium revocari à viris præſertim, quorum voto, & expectationi contradicit: ut notat Felin. *in c. quoad conſultationem de re judic.*

11 Cæterum ſententiâ definitivâ ſemel prolatâ à Judice quoad talem cauſam, cenſetur extincta ejuſdem Judicis ram ordinarii, quàm delegati poteſtas; adeo ut nihil mutare, corrigere, addere, vel demere am[illegible]liùs poſſit *l. Iudex ff. de re judic. l. quod juſſit cod. l. Paulus eod.* Panormit *in c. ſententia h. t. n.* 26. limitatur tamen in Judice or[illegible]inario, ſi muratio, vel correctio ſententiæ permittitur in quinque caſibus. Primò, quoad multam, quæ minui, vel remitti poteſt. Secundò, quoad fructus, vel expenſas, & ali[illegible] acceſſoria, in quibus poteſt eodem die ſuppleri. Tertiò, ſi quis abſens veniat adhuc Judice ſedente pro tribunali *l. Divus ff. de reſtit. in integ.* Quartò, ſi publica utilitas id poſtulet *l. quod ſemel ff. de decret. ab ordine faciend.* Quintò, ubicunque vertitur periculum animæ *c. [illegible] cate rat 9. h. t. c. ſententia 1. eod.* ubi de ſententiæ nullitate ob errorem contra leges, & canones, aut conſuetudinem plura colligit Ba[illegible]oſa. Sin verò Judex in condemnatione om[illegible]ſerit condemnationem ad expenſas, eodem die ſu[illegible]pleri poteſt, non ampl[illegible]us *l.* 3. *C. de fruct. &* [illegible]*um expens.* Notat tamen Gaillus *lib.* 2. *obſervat.* 1. *n.* 6. quòd quamvis Jude[illegible] ſententiam a ſe latam nequeat mutare, aut rev[illegible], permittitur tamen [illegible], ut poſſit eam declarare, ac m[illegible]ari, quia Judex declarando ſuam [illegible]ntentiam n[illegible] nonciat *l. ab executione ff. de appellat.* Gai[illegible]us *l.* 1. [illegible] *n.* 8.

12 Q[illegible]ndo unius cauſæ plures ſunt J[illegible]s om[illegible] ſententiam proferre [illegible] idque c[illegible] [illegible]a non valere [illegible] *l. diem proferre* 27 §. 4 *ff. de arbit.* Quòd ſi Judex adſit, & contra alios ſentiat, vel etiam juret ſibi non liquere, tunc ſtandum eſt reliquorum judicio. Qu[illegible]d ſi omnes præſentes Judices ad diverſas ſummas reum condemnent, eligenda eſt minima, niſi plures in majorem ſummam conveniant, quia tunc jus di[illegible]ium plurium e[illegible] præferendum *Reg. in obſcuris de Regul. Iuris in* 6. Sin autem Judices conſtituti fuerint duo tant[illegible]m, & unus reum condemnet, & alius abſolvat, tunc ſententia abſolventis eſt præferenda in favorem Rei *c. fin. de ſent. & re judic. Reg. in pœnis de Regul. juris in* 6. Limitatur, niſi cauſa actoris fuerit favorabilior, ut ſunt cauſæ libertatis dotis matrimonii, teſtamenti, & ſimilium *d. c. fin l. ſi pars.* 10. *ff. de inoff. teſtam.* Secundo niſi ſententia abſolutoria iniqua ſit, ut notat Lancellotus *l.* 3. [illegible] 15.

Hæc locum habent in judicibus ordinariis, 13 qui ſuo nomine juriſdictionem exercent, non verò in delegatis: ſi enim duo iudices delegati diverſas proferant ſententias, utraque ſuſpenditur, donec arbitrio delegantis deciſio fiat. Abbas *in c. fin. eod. V. ſi verò.* Quòd ſi ex compromiſſo duo arbitri electi non conſentiant, neutrius ſententia valet *l. Diem* 27. §. 3. *ff. de recept. arbit.* ſin autem fuerint plures duobus ſententia, in quam plures colliniant, præfertur *Angel. in Apoſt. ad Bartol. l. exactores C. de ſuſcept. Præpoſ. & arcariis.* id autem intelligitur dummodo omnes ſint præſentes, & requiſiti *l. ſi in tres ff. de arb. Decius in reg. qui poteſt de regul. jur.* Excipitur tamen niſi in compromiſſo aliter ſtatutum, & conventum ſit, ut notat Cardinalis Tuſcus *concl.* 464.

Cæterum ſententia à Judice ferenda eſt, ſe- 14 cundùm allegata, & probata; non verò ſecundùm privatam ſcientiam iudicis *c. judicat* 12. *quæſt.* 7. *l. illicita* §. *veritas ff. de officio præſidis.* Item ſecundùm leges, & canones, aliàs eſt irrita *l. ſi expreſſum* 19. *ff. cod. c. cum inter.* 13. *h. t.* Quòd ſi ſententia contineat iuris errorem non expreſſum, licèt lata ſit contra leges, & canones, valet; quia præſumptio iuris eſt pro ſententia quòd ſcilicet Iudex ex juſta cauſa motus illam tulerit. Hócque eſt, quod *in d.* [illegible] *cum inter* 13. *h. t.* di[illegible]itur, quòd ſententia lata contra jus litigatoris valeat ipſo Jure, poſſitque in rem judicatam tranſire: etenim ſi controverſia fuerit, an po[illegible]it quis condere teſtamentum; & Judex pronunciet, potuiſſe defunctum teſtamentum condere, nec addat majorem 14. Annis [illegible] valet ſententia ipſo iure, ac ei eidem ſuccurrendum, contra quem lata eſt per appe[illegible]ationem intra debitum tempus inter[illegible]oſitam *l.* 2. *Cod quando provocare non eſt nece*[illegible]; vel per re[illegible]ionem in integrum; au[illegible] alio extrau[illegible] re[illegible]io.

Rur[illegible]us ferenda eſt ſententia iuxta formam, 15 ac tenorem libelli [illegible] *Clement. ſæpe* 2. *de V. S.* [illegible] citur, quòd [illegible] *fundus* 18 *ff. comm. di*[illegible] ad [illegible] poſſeſſorio iudici[illegible] non d[illegible] iudex ferre ſententiam ſuper pe[illegible]orio, ſed [illegible] poſſeſſorio. Debet autem ſententia eſſe co[illegible]ormis libello in tribus. Primò, *in re*, adeo ut Judex de alia re non pronunciet, quàm de ea, quæ petita eſt, ſeu continetur in libello. Secun-

dò *in cauſa petendi*, ut Iudex aliam cauſam non proferat. Tertiò *in actione*, ut eam actionem ſequatur, quam actor inſtituit, ſive condemnet, ſive abſolvat. *l. edita Cod. de edendo.* Attamen libellus, ut ſententia ei conformis ſit valida, debet eſſe aptus, quia ſuper inepto lata ipſo jure etiam parte non opponente eſt nulla *c. cum dilecti inf. de emptione.* adeo ut judex appellationis eam non poſſit reformare, ſed neceſſariò ſuper nullitate pronunciare debeat; & condemnare actorem in expenſas. Gaillus *l. obſerv. 66.* Difformis tamen libello ferri poteſt in cauſis criminalibus: nam licèt accuſator libello ſuo petat reum puniri hac, vel illa pœna; poteſt nihilominus Judex non conſiderato libello infligere eam pœnam, quæ ſibi juſta videbitur.

16 Rurſus etiam in cauſis civilibus poteſt Judex quoad modos, qualitates, & tempora non ſequi petitionem libelli, quia ſufficit, ſi ſententia ſit conformis libello in re petita, in cauſa, & in actione: in re quidem petita, adeo ut Judex de alia non pronunciet, niſi fortè una in libello petatur, & pendente judicio incipiat conſtare de alia debita, vel ad probationem, vel ad confeſſionem: qua ratione poteſt Judex etiam petentem debitum condemnare ad reſtitutionem pignoris, quamvis ea non ſit petita, quia talis reſtitutio venit per ſe ex natura actionis. Poteſt etiam ſententia ferri ſuper non petitis in libello, quoties induunt naturam petitorum, vel ſunt correlativa, & correſpondentia, vel promanant ex eodem ſonte. Summus Pontifex, & Principes ſupremi cum legibus ſint ſoluti, poſſunt ſententiam pronunciare inſpecta ſola veritate facti, quod tamen intelligitur de veritate legibus corroborata, ut notat Gaillus *obſervat. 42 lib. 1.* In cauſa verò petendi ita ſententia debet eſſe conformis, ut Judex aliam non proferat *l. habebat ff. inſtit. actione.* In actione itidem debet Judex ſequi actionem, quam actor inſtituit.

§. III.

De fine, & effectu ſententiæ definitivæ.

1 Finis ſententiæ definitivæ eſt finem imponere li[illegible], ut deſumitur *ex c. ſurgantium 2. h. t.* & etiam extinguere poteſtatem Judicis quoad illam ſpecialem cauſam, ſu[illegible]er qua lata eſt ſententia, quia Iudex poſtquam ſemel ſententiam pronuntia[illegible]t quoad i[illegible]am cauſam, deſinit eſſe Judex, ut deſumitur *ex [illegible] Iudex 55. ff. de re judic.* proinde ne[illegible]it Iudex ſe[illegible]en[illegible]m ſemel latam ampli[illegible]s mutare, eme[illegible]dare, corr[illegible]ere, revocare *l. quod juſſit 14. ff. de re judic.* Immo nec poteſt in ſententia [illegible]bi reſervare condemnationem in ex[illegible]nſas [illegible] jam functus [illegible] ſuo officio, ac [illegible] eius [illegible] poteſtas ſuper tali cauſa *l. Paulus 4[illegible] & [illegible]. Iude[illegible]. S[illegible]an en in probatione ſententiæ omi[illegible]erit con[illegible]mnationem in expenſas, poterit per totum ſpatium eiusdem diei, quo ſententiam tulit, quæ eidem deſunt, veluti condemnationem, ac taxationem expenſarum ſupplere, non ita poſtea *l. 3. C. de fructibus & lit. expenſ.*

2 Secundò ſententia definitiva ſemel lata eſt tantæ virtutis, ut faciat jus inter partes, inter quas lata eſt, ubi in rem tranſiverit judicatam: hoc eſt ubi intra decem dies a die prolationis, vel ſcientiæ ab ea non fuerit appellatum *c. inter Monaſterium 20. h. t.* vel appellatio fuerit neglecta, quia tunc pro veritate habetur *l. res judicata C. de regul. juris.* Hoc autem procedit ex præſumptione juris, & de jure, licèt contra jus litigatoris lata fuerit, ut habetur *in c. cùm inter vos 13. h. t.* ubi habetur, quòd ſententia lata contra jus litigatoris, non tamen contra jus commune, ſi non fuerit appel[illegible]tum, tranſit in rem judicatam, & tenet: hinc Maranta *p. 6. de ord. judic. pag. 244.* po[illegible]quam explicâſſet, quomodo ſententia tranſ[illegible]at in rem judicatam per non factam, ſeu deſertam appellationem, ait, eſſe tantæ authoritatis, ac [illegible]irtutis hanc ſententiam, poſtquam tranſivit in rē judicatam, ut faciat de non ente ens, & de fal[illegible]o verum, & de albo nigrum ſecundum Jaſon. *in l. Iulianus ff. de condict. indeb.* quod tamen procedit de ſententia, cuius injuſ[illegible]itia non ſit manifeſta, & notoria: ſiquidem tunc cùm non conſtet de iniquitate, præſumptio ſtat in favorem Iudicis, quòd officio ſuo ſunctus ſit, & ſervato ordine juris ſententiam tulerit. In ho[illegible] ſenſu etiam dicitur, juſſum Judicis facere aliqui[illegible] licitum, quod alias illicitum foret *l. quoniam Iudices C. de appell. l. non eſt matrim. ff. de ritu nupt. c. quod quis de regul. jur. in 6.* ubi à dolo excuſatur, qui mandato Judicis operatur, quia neceſſitatem habet parendi in dubio Judicis ſententiæ ob eiusdem authoritatem *l. ſervo inv[illegible]to §. cùm prætor.*

3 In hoc igitur ſenſu intelligitur, quod ſententia definitiva, poſtquam tranſierit in rem judicatam habeat vim faciendi licitum, quod aliàs eſſet in ſe illicitum; quia habetur pro vera, & valida, quamdiu contrarium evidenter non conſtet, quidquid à parte rei ſit: proinde virtute ſententiæ definitivæ jus à partibus acquiſitum eſt, poſtquam tranſivit in rem judicatam *c. inter 20. h. t.* adeo ut nec reſcriptum Principis valeat contra ſententiam defini[illegible]ivam, poſtquam tranſivit in rem judicatam *l. fin. C. ſententia reſ. ind. non poſſ.* Excipitur tamen niſi præciſe conſtaret de mente Principis volentia derogare rei judicatæ: poteſt enim Princeps id præſtare, eò quia illud ſit jus quæſitum tant[illegible]m de jure civil[illegible], ut notat Tuſchus *litera S. concluſ. 141. n. 65.*

4 Hinc ſententia definitiva inter partes, inter quas lata eſt, ubi jam tranſierit in rem judi[illegible]catam, ſeu ubi intra decendium à die pr[illegible]lationi[illegible] vel ſcientiæ ab ea non fuerit appellatum in[illegible]ucit jus, quia res inter alios a[illegible]a, ac judicata, aliis non nocet, ut habe[illegible] *in c. quam[illegible] 25 h. t.* ubi Pon[illegible]fex ait, l[illegible]t regulariter aliis non noceat res, inte[illegible] a[illegible]os ju[illegible]a ta, tamen nocet ei [illegible] qui c[illegible]m ſi[illegible] [illegible] actio, & defenſio competeret, ſ[illegible] [illegible]ui [illegible] entem agere [illegible] nocet etiam ei [illegible] qui paſſus eſt

eum

eum, à quo habuit cauſam experiri; obi Gloſſa notat hanc regulam fallere in multis caſibus, ut cum cauſæ ſunt connexæ, in cauſa libertatis, filiationis, in re indiviſibili, in re communi, cum pupillo, cum fiſco.

5 Rurſus in caſibus textus ut ſi debitor patitur creditorem experiri de proprietate pignoris, ut etiam de marito, emptore, & ſimilibus. Jus igitur, quod ſententia definitiva inducit, non extenditur extra partes, intra quas lata eſt, ſaltem regulariter, quia quòd res inter alios acta aliis non præiudicet, patitur quaſdam exceptiones, de quibus fit mentio *in l. ſæpe ff. de re iudic.* ſiquidem, qui de ea re, cujus actio, vel defenſio primum ſibi competit, agi patitur cum ſequenti, vel alio, & tacet, tunc ſententia contra ſequentem lata ipſi etiam præjudicat *l. ſæpe ff. de re iudic.* Hinc ſi gener ſocerum, vel poſſeſſor venditorem de proprietate rei emptæ, vel in dotem datæ experiri patiatur condemnato ſocero, vel venditore ſententia nocebit genero, & poſſeſſori, quia tametſi cum his actum non ſit, attamen quia ex eorum voluntate intelligitur actum eſſe, eis ſcientibus præjudicabit.

6 Rurſus effectus ſententiæ definitivæ poſtquam tranſivit in rem judicatam eſt conferre victori actionem in condemnatum, ut præſtet id, in quo damnatus eſt, ac ſatisfaciat ſententiæ *l. actor. 8. C. de reb. credit.* quia illa actio eſt civilis deſcendens *ex l. 12. tabularum.* Item perſonalis *l. 3. §. 11. ff. de peculio*, ut etiam perpetua, & rei perſecutoria hæredi, & in hæredem competens *l. miles §. ult. ff. de re iudic.* Reo autem per ſententiam abſoluto producit executionem rei judicatæ contra Actorem, & ejus hæredem, aut alium, ejus nomine agentem, niſi fortaſſis nunc ab inteſtato conveniatur, qui antea ex teſtamento conveniebatur, ut notat Oldendorp. *lect. 12.* ubi aſſerit, etiam ſententiam Judicis interlocutoriam producere actionem, quando complectitur aliquid dignum, cujus actionem fieri intereſt authoris Aug. *l. ſi quis ex argentariis §. ex hoc edicto ff. de edend.* Bart. *l. à divo Pio ff. de re iudic.* Rurſus hoc idem extenditur ad ſententiam arbitrorum eò quia hodie compromiſſum redactum ſit ad ſimilitudinem judicii, ac pertineat ad finiendas lites *l. 1. ff. de recept. arbit.* Tuſchus *litt. S concluſ. 1[illegible]9.*

Cæterum regulariter ſententia inter duos lata tertio non præjudicat *l. ſæpe ff. de re iudic. c. penult. de ſent. & re iudic.* ratio eſt, quia ſententia eſt ſtricti juris, proinde non debet extendi, niſi pro ut neceſſitas impellit. Tum quia eſt diſſonum æquitati, eum damnum ſententiæ pati, qui non fuit in judicio. Tum quia intentio Judicis non eſt præjudicare tertiæ perſonæ, immo tametſi vellet, non poſſet illi præjudicare, quia non fuit citatus in judicio, ut notat Myſing. *decad. 5. reſpons. 47. num. 12.* Sunt tamen nonnullæ limitationes, quas paulò ſuperius recenſuimus.

8 Alius effectus ſententiæ definitivæ latæ poſtquam tranſivit in rem judicatam eſt ejus immutabilitas, quia ſententia ſemel lata, nec revocari nec mutari poteſt: immo nequè prætextu inſtrumentorum recens repertorum, vel aliarum probationum *c. inter Monaſterium 20. h. t. l. ſub prætextu C. de tranſact. l. ſub ſpecie ff. de re iudic.* niſi lata ſit ex præſumptionibus, aut opinione peritorum in aliqua arte, aut in cauſa matrimoniali; aliiſque cauſis exceptis, de quibus Gloſſa *in c. lator. 7. h. t.* ubi ait, quòd in cauſis in quibus eſt periculum animæ poteſt quis venire contra factum ſuum, ut revocetur ſententia, quam curavit, & auditur; aliter allegans ſuam turpitudinem non auditur. Rurſus neque ratione erroris in calculo, ſeu computatione *l. 2. C. de re iudic. l. unic. C. de errore calculi.* Excipitur tamen niſi error calculi in ſententia exprimatur *l. 19. §. 1. ff. quæ ſententia.* Rurſus ſolutum authoritate rei judicatæ non repetitur tanquam indebitum *l. 1. C. de condict. indeb. l. ſi fidejuſſor. §. in omnibus ff. mandati* Tachinæus *l. 10. controv. jur. c. 83.* Præterea quia ſententia poſtquam tranſivit in rem judicatam æquiparatur contractui, ac teſtamento, ac eandem vim obtinet, adeo ut de uno ad alterum arguere liceat *l. non eſt mirum ff. de pignor.* Menoch. *conſil. 210. lib. 2.*

§. IV.

De re iudicata, & executione ſententiæ.

Sententia à Judice lata, & à qua per condemnatum non fuit appellatum poſt decendium tranſit in rem judicatam, adeo ut impoſterum habeat pro ſe præſumptionem juris, & de jure, contra quam non admittitur alia probatio, ut deſumitur *ex c. quod ad conſultationem 15. h. t.* ubi habetur, quòd quando per ſententiam datur terminus competens ad aliquod faciendũ, ut cum ad ſe purgandum dantur viginti dies, ſi ſine contradictione quis acceptat, & intra decendiũ non appellat, poſt decem dies à ſententia lata non poteſt appellare, præſertim ubi cauſa non redditur appellandi; & etiam aſſignatur ratio, quia tunc videtur per interpretationem juris paruiſſe ſententiæ. Item qui condemnatur ſolvere pœnam pecuniariam intra 24. dies, ſi acceptat terminum, videtur renunciâſſe quadrimeſtri tempori, & non poterit appellare tranſactis decem diebus, unde ſi condemnatus per ſententiam contra ſe latam intra tempus ſtatutum non appellat, cenſetur acquieſcere ſententiæ ut etiam habetur *in l. ab eo 3. in fin. C. quomodo, & quando Judex, & l. ult. C. de ſent. quæ ſine certa quantit. profer.* ubi in fine dicitur, quòd condemnatus non appellando cenſeatur confirmare ſententiam, ac videatur in illam conſentire, qui ſtatuto tempore ab illa non appellat, ut etiam habetur *in c. cùm dilectus 32. de elect.* ubi in fine dicitur, quòd ſententia tranſeat in rem judicatam ſi intra decendium non fuerit provocatione legitima ſuſpenſa. Rurſus hæc præſumptio, quâ non appellans cenſetur ſententiæ acquieſcere, hoc etiam operatur, ut poſtea non audiatur, quamvis abſolutè loquendo poſſit ſententia eſſe falſa. 1

Quod autem ſententia poſt decendium ſi non fuerit appellatum dicatur tranſire in rem judicatam, id eſt, ita intelligendum, ut per remedium ordinarium retractari ampliùs non poſſe, 2

dummodo ſententia de jure ſubſiſtat, quia ſi lata fuiſſet à Judice non competente, vel contra jus commune, vel per procuratorem falſum mandatu carentem, tunc vitium contraheret nullitatis, nec poſſet poſt decendium elapſum tranſire in rem judicatam *l. 2. C. quando provoc. non eſt neceſſ.* ſiquidem quæſtio nullitatis 30. annis durat, perinde ac alia actio perſonalis.

3 Hinc dantur plures caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem judicatam. Primò ſi lata fuerit contra jus conſtitutionis, tunc enim ipſo jure eſt nulla, nec poteſt tranſire in rem judicatam. Secundò in cauſa matrimoniali, in qua tametſi ob allegatam conſanguinitatem, impotentiam, vel aliud impedimentum Judex pronunciaverit initum matrimonium non valere, & conjuges ſeparandos eſſe: nihilominus, ſi poſtea conſtiterit nullum fuiſſe impedimentum, matrimonium reintegrari debet: ratio eſt, quia illa præſumptio juris, & de jure in materia ſacramentali cedit veritati; & matrimonium ſi ſit legitimè contractum nulla ratione per ſententiam diſſolvi poteſt.

4 Neque conſenſus partium ex non appellatione præſumptus à jure aliquid operatur, quia non eſt in poteſtate earundem partium matrimonium diſſolvere: unde non poſſunt contrahentes ſicut in aliis cauſis cedere juri ſuo in cauſa matrimoniali, ut deſumitur ex *c. lator. 7. h. t.* ubi habetur, quòd ſententia lata ad matrimonium diſſolvendum nunquam tranſit in rem judicatam, adeo ut ſi conſtet, Eccleſiam errore deceptam, ſint denuo conjungendi. Tertiò in cauſis criminalibus quoties poteſt Rei innocentia demonſtrari *l. unius 18. § penult. ff. de quæſt.* Quartò ſententia pretio empta, ſeu à Judice corrupto lata in rem judicatam non tranſit *l. venales 7. C. quando provoc. non eſt neceſſe.* Quintò nec tranſit in rem judicatam ſententia lata ex juramento ſuppletorio *l. admonendi ff. de jurejur.* Sextò nec ſententia lata ex falſis inſtrumentis, vel teſtibus *c. ſicut 9. de teſtib.* Septimò neque tranſit ſententia in rem judicatam, ſi Judex ex errore, vel falſa cauſa, vel præſumptione proceſſerit, & talem errorem, vel præſumptionem expreſſerit in ſententia, tunc enim detecta veritate poteſt ſententia revocari, ut docent juriſperiti *in l. 1. §. 1. ff. quæ ſententiæ ſine appellatione reſcindantur.* Hinc conſultum minime cenſetur, quòd Judex cauſam, quæ ipſum movit in ſententia exprimat (exceptis cauſis criminalibus, in quibus requiritur expreſſio cauſæ) ne Judex ſententiam exponat nullitatis periculo, ſi cauſa deprehendatur falſa eſſe, & ne condemnatus ad appellandum incitetur, ſi cauſam intelligat ſententiæ, quam non ſatis firmam putet.

5 Poſtquam ſententia in rem judicatam tranſiit, Judex invocatur, ut eam exequatur, & condemnato per ſententiam injungat ſatisfactionem: eſt enim executio actio judicati, & executor, qui rem judicatam perducit ad effectum *l. executorem C. de execut. rei judic.* Gloſſa *in c. ſuper quæſt. de offic. deleg.* & duplex eſt executor merus, & mixtus, ille eſt, cui ſola executio committitur cauſâ à Judice cognitâ, & deciſâ, & in rebus eccleſiaſticis poteſt eſſe quilibet clericus. Executor mixtus, qui & non merus dicitur, eſt, cui aliquid à ſuperiore pertractandum ſimpliciter committitur, & talis in rebus eccleſiaſticis non poteſt eſſe, niſi in dignitate conſtitutus, qui habeat perſonatum, vel ſit canonicus Eccleſiæ cathedralis, ſi commiſſio fiat in authoritate litterarum Apoſtolicarum, vel legatorum, aut delegatorum Apoſtolicorum ſecus ſi ab aliis, tunc enim poteſt quilibet clericus eſſe executor *c. ſtatutum de reſcript. in 6.* Barboſa *in c. paſtoralis de offic. judic. delegat.*

Sententia igitur legitimè a Judice lata poſt- 6
quam in rem judicatam tranſivit executioni mandari poteſt, & debet, immo in realibus etiam armata manu ſi neceſſitas poſtulaverit *l. qui reſtituere ff. de re. vendic.* In perſonalibus verò non niſi poſt quatuor menſes à tempore latæ ſententiæ *l. fin. C. de uſu rei judic.* Neque poteſt executio impediri à tertio, quia hic appellare non poteſt, ſed illi cavetur per indemnitatem, ut notat Barboſa *in c. cùm ſemper de ſentent. & re judic.* Covarruvias *quæſt. pract. c. 16.* Complenda eſt executio per Judicem ordinarium, adeo ut ſententia à Judice delegato lata non poſſit per eundem executioni mandari *l. à Divo Pio l. properandum ff. ſi autem reus C. de judic.* Weſenbech. *lib. 42. ff. tit. 1.* excipitur tamen Judex delegatus ſummi Pontificis, & Imperatoris, quia huic integer annus conceditur ad exequendam ſuam ſententiam, vel ſi velit, poteſt etiam executionem deferre ad loci Ordinarium *c. quærenti de offic. & poteſt. Jud. delegat.* Menoch. *de arbit. q. 74. n. 48.* Immo etiam arbitrorum ſententia nonniſi per Judicem ordinarium mandatur executioni *l. non ex omnibus ff. de arbit.* Mynſing. *centur. 3. obſer. 63.*

Immo Judex executor ſententiæ debet eſſe 7
competens, adeo ut ſententiam latam contra clericum non poſſit exequi, niſi Judex ſit eccleſiaſticus; quando autem ſententia confirmata fuit à Judice appellationis, tunc executio ad illum pertinet *l. à divo Pio §. inventione ff. de re judic.* Si enim in cauſa debitorum actum ſit actione perſonali, priùs capienda ſunt mobilia, poſtea immobilia, deinde nomina debitorum, & tandem devenitur ad ipſius perſonæ capturam; quæ tamen capienda non eſt pro debito niſi excuſſis bonis, nimirum quando excuſſione facta judicantur non ſufficere. Barb. in *c. quoniam ut lite non conteſt.* hoc idem docet de beneficiis in *c. pervenit de fidejuſſ.* nimirum executionem fieri poſſe in redditibus illorum, quando alia bona deſunt, imo hoc procedere etiam de feudalibus bonis docet Gailus *lib. 1. obſer. 117.* Limitatur tamen primo ut non ſit neceſſe præfatum ordinem ſervari in debitore fiſci: ſiquidem debitor fiſci capi poteſt etiam nulla facta excuſſione bonorum *l. nemo C. de exactor. tribut.* Secundò in actione hypothecaria, Serviana, ſeu pignoratitia. Tertiò cum executio facienda eſt in vendendis rebus pupillaribus; tunc enim primo capiuntur nomina debitorum, ut notat Maranta *p. 6 §. de execut. n. 15.*

In hac tamen bonorum excuſſione parcen- 8
dum eſt illis bonis, quæ ad congruam pertinent debitoris ſuſtentationem. Hinc Ulpianus m[illegible] ait execu-

executores, ne ſint acerbi, & contumelioſi, ſed ut ſint benigni, ac moderati *l. ſi bene collata 33. ff. de uſur.* qua ratione Novella Valentiniani Cæſaris prohibet duram exactionem a civibus, veluti ab hoſtibus, vultque juſtitiam debita miſeratione miniſtrandam eſſe; & exactionem juſtitiâ, & miſeratione temperandam. Cæterum qui abſque culpa bonis ſuis cedere cogitur, is retinere, vel abſcondere ex iisdem bonis probabiliter poteſt, quantum ipſi neceſſarium eſt, ut tenuiter vivat juxta proprii ſtatus exigentiam; quia non videtur fraudandus quotidianis alimẽtis *l. ſunt qui in id. l. qui bonis l. debitores ff. de ſolut. & lib.* ſecus in eo, qui ratione delicti convenitur, non habetur reſpectus, ne egeat, ſive laicus ſit, ſive clericus, ut notat *Covar. l. 2. variar. c. 1.* Damnatis ad ſolvendum actione perſonali conceditur quadrimeſtre tempus *l. 3. C. de uſuris c. quærenti 26. de offic. ex pet. Judic. deleg.* Judex tamen habita ratione qualitatis, quantitatis, debiti obſequii, vel contumaciæ perſonarum prorogare, vel coarctare tempus poterit *l. 2. l. debitoribus ff. de re judic. c. quod ad conſultationem 15. de ſent. & re judic.* Non tamen id abſque juſta cauſa facere debet *l. 4. §. ſi quis ff. eod.*

Sin verò ſine juſta cauſa quadrimeſtre auxerit, & conceſſerit ſemeſtre, prorogatio valet; ſed computatur quadrimeſtre à jure conceſſum *l. 4. §. ſi quis*. Qui debitum ſpontè confeſſi ſunt, habentur ut convicti, & eodem modo agitur cum illis *l. debitoribus ff. de re judic.* ſiquidem convicti, & ſponte confeſſi in jure pari paſſu incedunt *l. poſt rem judicatam ff. de re judic.* Quòd ſi in rem actum ſit, Judex imponet debitori præceptum reddendi ſine mora rem cum fructibus. Sin verò neget ſe poſſe de præſenti reſtituere, & ſine fruſtratione videatur tempus petere reſtituendi causâ; tunc eſt illi indulgendum, dummodo de litis æſtimatione caveat cum fidejuſſore, ſi intra tempus ei conceſſum non reſtituerit. *Inſt. de offic. judicis §. 1. ubi Schneidovvin. n. 7.* monet, reſtitutionem rei ſtatim faciendam eſſe, & non diſtinguit inter rem ſoli, ſeu immobilem, & mobilem: utraque enim eadem æquitate reſtituenda eſt ei, qui à judice fuit dominus talis rei pronunciatus. Neganti verò ſincerè ſe reſtituere poſſe indulgendum eſt, dummodo caveat de litis æſtimatione, ſeu pretio rei controverſæ *l. 2. ff. de jud.* cum fidejuſſore, qui mos eſt; ſatisdationum judicialium *l. 1. ff. qui ſatisdare cogantur*, & ſi intra tempus conceſſum non reſtituerit, tenetur fidejuſſor eam præſtare æſtimationem; ita tamen ut non plus obligetur, quàm principalis *l. Græcè §. illud ff. eod.*

Si hæreditas reſtituenda ſit, debent etiam fructus ex ea percepti reſtitui, ſive ſua culpa quis nõ perceperit, ſive fuerit malæ fidei poſſeſſor, ſi nullam poſſit ſuæ poſſeſſionis juſtam cauſam adducere, ſeu nullum habere titulum *l. 4. . de acquir. poſſeſſ.* ſuper extantibus rei vendicatione tenetur de conſumptis condictione *l. 3. C. de condict. ex l. ſi pignor. ff. de pignor. act.* ſecus ſi fuit poſſeſſor bonæ fidei, tunc enim non habetur ratio conſumptorum, neque non perceptorum, quia hos lucratur *l. 4. §. 2. ff. fin. regund. l. 4. §. lana ff. de uſucap. l. quæſitam 40 ff. de acquir. rerum domin.* fructus verò percepti, & extantes, nondum conſumpti reſtituendi ſunt in petitione hæreditatis jure actionis *l. 1. C de petit. hæred.* in vindicatione judicis officio *l. cum fundus 31. ff. ſi certum petatur.* Immo reſtituendi etiam ſunt fructus conſumpti per pretium æquivalens, ſi poſſeſſor iisdem factus ſit locupletior *l. 1. C. de pet. hæred.* Poſt inchoatam petitionem, ſeu litis conteſtationem, illorum quoque fructuum facienda eſt reſtitutio, qui culpâ poſſeſſoris, vel percepti non ſunt; vel percepti, fuerunt conſumpti *l. Julianus 9. quantum ff. ad exhibend.* quia poſt inchoatam petitionem poſſeſſor licèt antea fuerit bonæ fidei, incipit eſſe malæ fidei *l. Et ſi ante ff. de petit. hæred.* ſiquidem tunc incipit de jure ſuo dubitare. In executione familiæ herciſcundæ ſingulæ res ſingulis hæredibus, ſeu aliæ aliis pro debita cujusque portione hæreditaria, non lectione corporum, ſed numero ſunt à judice diſtribuendæ: & ſi alicui pretioſior videatur tributa portio, debet is exceſſum reſtituere, ut partes æquentur ex bona judicii fide *l. 9. C. eod. tit. §. quædam inſtit. de action.* ſimiliter qui fundi hæreditarii fructus percepit, & conſumpſit tenetur aliis cohæredibus compenſare *l. inter §. ſi cohæredes & §. fructus famil. Herciſc.*

Executio ſententiæ in criminibus præſer- 10
tim capitalibus non debet differri; ſed poſtquam ſententia in rem judicatam tranſivit, mandanda eſt ſtatim executioni, tametſi condemnatus diceret, ſe habere revelandum aliquid concernens perſonam principis, vel publicam ſalutem *l. ſi quis fortè ff. de pœnis:* quia Rei præſumuntur id dicere ad differendum ſupplicium, ac eludendam pœnam promeritam: hinc putant aliqui, eſſe tunc potiùs acriùs puniendos, quia tamdiu diſtulerint rem tanti momenti aperire. Præterea quia metuendum eſt, ne pro liberatione Rei amici, vel cognati, aut alii correi occulti aliquid moliantur pro liberatione rei condemnati. Curandum tamen eſt, ut reus ſacra exhomologeſi, ſeu ſacramentali confeſſione animum ſuum expiet, etiam tempore, ſi opus fuerit ad id prorogato; de Euchariſtia miniſtranda ſtandum eſt locorum conſuetudini. Ubi maleſici poſt ſententiam latam ſtatim ad ſupplicium trahuntur, conſultiùs aliquibus videtur, Euchariſtiam iisdem non præbere, eò quia cenſeant vix commodè, ac decenter poſſe id fieri: ſed ubi poſt latam ſententiam reo condemnato ad extremum ſupplicium unus, vel alter dies conceditur, omnino ſacra communione reficiendus eſt, dummodo ad id ſe reus debito modo diſponat; non tamen per modum viatici: quia hoc modo non miniſtratur Euchariſtia niſi infirmis infirmitate naturali, & intrinſeca ex Chriſti inſtitutione. An verò corpora illorum, qui in patibulo ſuſpenduntur, ſint ad Eccleſiã deferenda, ac divina pro illis ſint celebranda, reſpondetur affirmativè, ſi ipſos ritè pœnituerit peccatorum: quia ſicut communio Sacramentorum illis in fine non denegatur; nec communio corporis Chriſti *c. quæſitum 13. quæſt. 2.* ita nec ſepultura illis denegari debet: quia Deus non judicat bis in id ipſum.

Exe-

11 Execotio ſupplicii differri poteſt. Primò ſi condemnatos officium procuratoris, vel adminiſtratoris geſſerit, debeâtque domino ſuo rationem reddere *l. 1. C. de bonis præſcript.* ubi additur, cursndum domino, ut id velocius fiat, ne diutius juſta differatur pœna: quia ſupplicii pars eſt, condemnatum expectatione futuri ſupplicii metu, ac triſtitia torqueri *l. cum reis 18, C. de pœn. l. omnes 23. eod. Julius Clarus q. 90.* Secundò ſi Reus in arte ſua peritiſſimus ſit. Tunc enim non ſolùm differri, ſed etiam revocari à principe ſupplicium ſolet; ne tam eximio, ac utili magiſtro reſpublica privetur *l. ad beſtias ele. de pœnis.* Tertiò ſi per Reum plurium rerum cognitio, ac reipublicæ utilitas expectetur *l. qui ultimo ſupplicio de pœnis.* Quartò quando calore iracundiæ ſententia à principe lata eſt: tunc enim 39. diebus expectandum eſſe ſanxit Theodoſius Imperator *l. ſi vindicare 20. C. de pœnis.* Quintò appellatione: ſiquidem qui convicti tantum, & oon confeſſi provocant, nondum omnino damnati videntor *l. 2. §. fin. tit. de pœnis.* Sextò ſi mulier prægnans ſit; expectandum tunc eſt tempus pariendi, ne cum matre proles pereat, vel immeritò plectatur *l. crimen paternum ff. de pœnis.* Septimò ob impœnitentiam differri etiam poteſt extremum ſupplicium in favorem animæ; licèt à principe reſcriptum eſſet, ut abſque mora reus plectatur, ut aſſerit Julius Clarus *quæſt. 97.* Interdum mutatur ſupplicium in mitiorem pœnam: ſi reu, ad perferendum ſupplicium viribus deficiat: ſi tempus ſubeundæ pœnæ in carcere completum ſit: ſi reſtitutio in integrum obtenta ſit: ut etiam ob viridem ætatem; generis, vel doctrinæ præſtantiam, ut notat Maranta §: *de execut. num. 60.* Rurſus executio ſupplicii differtur, ſi damnatus ad moſtem accuſet aliquem, vel aliquos, velitque perſequi actionem ſuam; tunc enim audiendus eſt ſuspenſa executione, donec id præſtiterit; ita temen ut non permittatur cunctando tempus lucrari, ac præſtolari media ſperatæ liberationis *l. ii, qui reus ff. de public. judicio, & ibi Bartolus.* Differtur etiam, ſi reus debeat rationes debitorum reddere, ne occaſio detur futuris litibus.

12 An verò opus ſit citstione ejus, contra quem facienda eſt executio? Communior, ac tutior ſententia affirmat, quia is, contra quem agitur lædi poteſt *l. Nam ita Divus ff. de Adopt.* Tum quia poſt iſtam ſententiam poſſunt reo occurrere plures defenſiones, quæ impediant executionem; ut defenſio pacti de non petendo, transactionis, & ſimilium. Imò poteſt reus offerre ſolutionem, & per hoc ſiſtere executionem ſententiæ. Eſt etiam citatio neceſſaria, quando executio facienda eſt contra ſucceſſorem, vel per judicem ſucceſſorem in officio; quia tunc evitantur exceptiones, quas opponere poteſt quilibet ſucceſſor, cui minus nota ſunt acta contra ſuum anteceſſorem. Præterea omnis exceptio, quæ poſt ſententiam, & non cootra ſententiam oppnnitur; ſeu quæ non repugnat ſententiæ, qualis eſt compenſatio debiti liquidi, & pretii non ſoluti, poteſt ſententiæ executionem impedire *l. 1. C. de re judic.*

13 Idque procedit in exceptionibus peremptoriis, ut notat Gaillus *l. 1. obſ. 113.* in certis tamen caſibus. Primò in milite armatæ militiæ, & quidem ipſo jure *l. 21. de iur. delib.* & ibi Gloſſa *V. Permitto.* Secundò in iis, qui ſe defendunt, ne teneantur ſolvere ſolitum *l. Neſennius §. fin. de re indic.* Tertiò in mandatore ſuper re judicata convento, qui adverſus eos, qui idem mandârunt, actiones ſibi mandari deſiderare poterit *l. 41. ff. de fidejuſſor.* Quartò in beneficio *S. C. Macedon. & Velleiani l. 12. ff. d. S. C. Maced.* Quintò in minore 25. annis ratione beneficii in integrum *l. Minor. 36. ff. de minoribus.* Sextò in exceptione banni, & excommunicationis. Septimò in omnibus exceptionibus, per quas judicium nullum fuiſſe demonſtratur. Hujusmodi exceptiones dicuntur nullitatis; quæ ſi notoriæ ſint, opponi poſſunt ad impediendam executionem ſententiæ Jaſon in *l. 1. de nov. op. nunciat.* Neque Executor poteſt cognoſcere de exceptionibus concernenribus merita cauſæ, *l. executorem C. de execut. rei iudicata:* quia muous executoris non eſt judicare; ſed quod jam judicatum eſt ad effectum perducere. Sin verò exceptiones oon concernant merita cauſæ, ſed ſententiam arguant nullitatis, ut ex falſo inſtrumento latam, vel alia ratione irritam, poteſt tunc de iisdem cognoſcere *l. penul. ff. de confeſſ. l. 2. c. ad l. Cornel. de falſ. Mynſing conſ. 6. num. 15.*

Poteſt etiam tertius, quando ſua intereſt 14
impedire executionem *l. ſæpe ff. de re iudic.* manet enim integra defenſio illi, quamvis ſciverit contra alium agi *c. cum ſuper de ſent. & re iudic.* aſſerunt enim leges canonicæ, & civiles, rem inter alios actam regulariter non nocere aliis: & ita communiter docent jurisperiti, qui præcipoè admittunt interventionem illam, quando executio facienda eſt re non petita, & ſuper qua non eſt lata ſententia; tunc enim jus ſuum prodncens executionem impedire poteſt Id tamen plures patitur limitationes. Primò ut non admittatur, 17
niſi priùs de ſuo intereſſe ſaltem ſummariè docuerit. Secundò ut non procedat, quando jus tertii ſeparatum eſt à jure principali: tunc enim requiritur novus proceſſus, ac nova cauſæ cognitio. Tertiò quando malitioſè agitur, ut ootat Gaillus *lib. 1. obſerv. 113. n. 12.*

Oritur tamen dubium, an cùm reus ſuſpen- 15
ſus patibulo diſrupto laqueo decidit incolumis, ſit immunis dimittendus? Reſpondetur in dubio ſanctius eſſe, nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare *l. Abſentem ff. de pœnis l. 1. ſi quis ultrò ff. de quæſtionibus.* Conſtat ex hiſtoriis precibus Beatæ Mariæ Virginis, & aliorum Sanctorum quosdam fuiſſe liberatos: quod quando conſtiterit, parcendum eſt reis. Quòd ſi per negligentiam carnificis, vel ex aliqua induſtria obtigerit frangi laqueum, & reum incolumen cadere; tunc arbitrio ſupremi judicis definiendum eſt, quid magis expedire videatur: in pleriſque locis conſuetudo inolevit, ut in ſententia condemnatoria apponatur clauſula, tamdiu ſuſpendatur, donec anima ſeparetur à corpore: alioquin ſi paſſim ob ſimiles caſus Rei eximerentur a ſupplicio ſubeundo; hoc idem faciendum eſſet, ſi inter cædendum gladius exciderit,

[illegible]derit, vel diſſilat in fruſta; ut etiam ſi ignis ſemel accenſus ſuperveniante pluvia extingueretur; quod non eſt legibus conforme, nec moribus utile, nec bono reipublicæ conſentaneum. Sunt etiam, qui malitioſè res, ac inſtrumenta ita præparant, & adaptant, ut iuſtæ ſententiæ executionem impediant; & hi ad compenſationem omnium damnorum, quæ inde proveniunt obligantur, ut docet *Soto l. 4. q. 6. art. 5.* juxtà regulam: Auctor damni ad compenſandum tenetur, ut habet Leſſius *de Iuſt. c. 9. Diſp. 26. n. 154.* damnum ſiquidem alicui inferre, perinde eſt, ac illum privare bono ſuo, quod vel habet, vel habiturus eſt; proinde tenetur reſtituere; vel ad æqualitatem damni illati, ſi reus privet alium bonis, quæ habet; vel ad æqualitatem potentiæ, ſi eum privet bonis, quæ habiturus eſſet, ſcilicèt penſatà eius conditione, ac perſonarum qualitate.

16 Datur alia executio, quæ privata dicitur, eò quia fiat abſque judicis auctoritate, ſolo interventu juris naturalis, permiſſione, vel tacito legum conſenſu ab illis, qui ordinariis mediis conſequi non poſſunt, quæ ſibi debentur; ut ſi Paulus poſſideat rem Petri, & hic nulla ratione poſſit Paulum adigere ad reſtituendam rem illam, Petrus tunc rem illam aufert Paulo; vel ſi non poteſt rem in ſe, ſaltem pretiū æquivalens; quo ſibi ſatisfaciat: quia verò hic modus pluribus eſt periculis obnoxius, ideò pluribus indiget cautelis, ut notat Gloſſa *in cap. ius Gentium diſt. 1.* Definitur compenſatio eſſe debiti, & crediti inter ſe contributio, ſeu quantitatum, in quibus duo ſunt ſibi invicem debitores, & creditores, ut id detrahatur de eo, quòd reus debet, ac minimè debitum cenſeatur, quia viciſſim ei actor debet *l. 1. ff. de compenſ.* Eſtque compenſatio duplex publica, & privata; quia interdum efficitur auctoritate judicis ad inſtantiam debitoris excipientis de compenſatione *c. Bona fides de depoſ.*

17 Nonnunquam, quia Judicis copia deeſt; vel alia ſubſunt impedimenta, privata authoritate fit compenſatio; vel per non reſtitutionem rei alienæ, vel per vindicationem ſibi ſuæ, ſi extet, vel loco illius, pretij æquivalentis: hinc compenſatio vim habet ſolutionis, cuius locum dicitur ſupplere *l. ſi debitor. ff. ſi potior in pign.* Si quis rem ſuam apud alium iuſto titulo habeat, ſcilicet locati, commodati, vel pignoris, non licet eidem eam repetere, vel auferre, ſi ſpem habeat illam ſuo tempore recuperandi, quia ſi eam auferret de facto, poſſeſſor privaretur jure ſuo, quia cùm ipſo conventum fuit, ut tanto, vel tanto tempore, uti poſſet re locata, vel commodata. Immo teneret[illegible] ad reſtit[illegible]ionem ſi res alicuius eſſet momen[illegible] & eius ſubtractio plurimum inferret d[illegible] poſſeſſ[illegible]

18 Exc[illegible]tur tamen ſi po[illegible]or in u[illegible]o titulo [illegible]a illam apud ſe detineret, [illegible] tunc [illegible]r non poſſet abſque culpa eam ſ[illegible] vindicare ſine authoritate publica; non tamen teneretur eam poſtea reſtituere, ut d[illegible] [illegible] [illegible]nic[illegible] Soto *l. 5. q. 3. art. 3.* Leſſius *c. 12. d[illegible]b. 10.* Ar[illegible]la *V. furtum n. 3.* ubi addit, teneri eum, qui ita rem ſuam ab alio abſtulit, id antiquo poſſeſſori ſignificare, ut is ſciat extinctam eſſe obligationem reſtituendi. Quinimo ut licitè fiat occulta rei ſuæ vindicatio plura re[illegible]uiruntur. Primò; ut contingat abſque periculo ſcandali; & perturbationis in republica: ita enim debet quis proprijs rebus conſulere, ut non obſit bono communi, & publico. Secundò, ut Judex deſit, cuius authoritate repetatur, & nullus alius occurrat. Tertiò, ut repetitio fiat citrà damnum, & iniuriam domeſticorum, qui fortè loco depoſiti rem haberent, & illam pro viribus defendere conarentur. Cùm hiſce cautelis poſſe aliquem rem ſuam ſibi vindicare, vel æquivalentem auferre alteri docent communiter Theologi, & iuriſperiti, Navarrus *lib. 3. conſ. conſil. 1.* Lugo *diſp. 16. ſect. 5. n. 87.* & ratio eſt, quia tunc nulli fit iniuria, & verus dominus vindicat rem ſibi debitam, & in quam ſolus habet ius.

Solent tamen præfatis conditionibus aliæ tres ſuperaddi, quarum prima eſt, ut qui rem ſuam ſibi vindicat, certus ſit, & minimè dubius, quòd res illa ad ſe ipſum pertineat *c. bona fides. de depoſ.* Secunda; ut abſit periculum infamiæ ex occulta ſubreptione orituræ *c. noto 12. q. 1.* Tertia, ut conſcientia ſit tuta, adeo ut non fiat quidquam contra ipſam; alioquin ſe exponeret periculo peccandi: immo ſi dubitaret de re illa, an ſua eſſet, teneretur eam reſtituere: quia quando res dubia eſt in alterius poſſeſſione, non debet poſſeſſor illâ privari, niſi legitimè, & authoritate Judicis, præſertim cum in dubiis conditio poſſidentis ſit melior. 19

In depoſitis, & commodatis non eſt licita compenſatio privata abſque authoritate publica, id enim prohibetur in utroque jure *l. fin. C. de compenſat. c. bona fides eodem.* Cæterum ad conſcientiam quod pertinet, ſi quis debitum ſuum non poteſt aliter obtinere, multi cenſent, quod poſſit depoſitum, vel commodatum ſibi retinere, vel totum, vel eius partem pro rata debiti, Leſſius *c. 27. diſp. 4.* Navarrus *c. 17. numero 115.* Immo Sylveſter *V. compenſation. 3.* cum Panormitano conce[illegible]r, compenſationem indirectam in depoſ[illegible]o, c[illegible]o[illegible] & aliis omnibus: dicitur compenſatio indirecta, quando res tamdiu detinetur, donec ſatis[illegible] [illegible]m fuerit. & nituntur ea ra[illegible]ione, quia in hu[illegible] modi actibus, [illegible] al qua irreperet malitia, eſſet tantum in modo, e[illegible] qu[illegible] ſine ordine judicii fieret, hic autem modus neglectus exc[illegible]atur per neceſſ[illegible]tatem ſu[illegible]ponendo a[illegible]ud n[illegible]llum ſupereſſe me[illegible]ium recuperandi jus [illegible]um. In famæ re[illegible]tione dari com[illegible]en[illegible]tionem probabiliter cenſent al[illegible]qui. q[illegible]ia ſi q[illegible]s alteri detraxerit fa[illegible]am vel [illegible]onorem ex mente D. Thomæ *q. 62. articulo 2.* [illegible]netur compe[illegible]re & ſi aliter non po[illegible], ſaltem in bonis aliis, [illegible]apropter ſi qu[illegible] diffamavit, voluerit per com[illegible]enſationem damnu[illegible] rel[illegible]ire, poterit diffamatus eam accipere pec[illegible]iæ quantitatem, quæ virorum prudentum judicio cenſebitur juſta ad compenſandam læſionem famæ. 20

21 Cæterum iniuriam compenſari iniuriâ quotidianum eſt, legibus in eo conniventibus, ne ſcilicet tribunalia litiũ multitudine obruantur. Tum quia iniuriæ plerumque ſunt parvi momenti, & non decet prætorem minimia occupari *l. ſi quis §. ult ff. de dol. mal.* Hinc ſi Titio dicenti, tu ſpurius & ex ſcorto natus es, reſpondeat Caius, ſed tu mentiris; compenſationem factam eſſe cenſet Zileſius *tom. 1. conſil. 5. numero* 11. quia tunc verba verbis tolluntur *l. nihil. tam naturale ff. de regul. jur. ut vim ff. de inſtit. & iure.* Rurſus iniuria facti facto etiam tollitur *2. tit. de orig.* Verùm id debet intelligi quoad defenſionem propriam, quia non licèt percutere eum, à quo quis percuſſus eſt, ſi non fiat ad propriam defenſionem.

22 Alius modus obtinendi jus ſuum extra judicium. & quod pro iniuria debetur, fit per ignorationem, ſeu repreſſalia, vel repreſſalias, quæ in civilibus tantùm cauſis uſitatæ ſunt. Dicuntur repreſſaliæ à *re*, & *prebendo*, quaſi iteratæ apprehenſiones: & difiniuntur repreſſaliæ, quòd ſint poteſtas capiendi, & detinendi aliena collata à Principe, vel civitate in recompenſationem damni, vel iniuriarum; & aliquando etiam repreſſaliæ conceduntur pro delicto unius contra omnes de eius terra; ut ſi Titius injuriâ Caio per ſpoliationem illatâ, vel de ſolvendo interpellatus renuat ſatisfacere, nec Magiſtratus quamvis enixim rogatus adigat Titium ad ſatisfaciendum; tunc Caius ob ſuam cauſam impetratis litteris, & conſenſu à ſuo Principe duos, vel tres incolas illius loci abducit, tamdiu retenturus, donec à Titio ſibi fuerit ſatisſactum. Hoc idem poſſe etiam fieri in bonis, & rebus cenſent plures.

23 Hunc compenſationis modum antiquiſſimum eſſe, ac fundatum in legibus veterum Romanorum notat Zaſſius *in 2. ff. de orig. jur.* & Gaillus *lib. ſingulari de pignor. obſer.* 2. cenſet, primum anthorem repreſſaliorum fuiſſe Numam Pompilium, à quo fœciales conſtituti fuerunt, qui fœdifragis civitatibus, niſi parêre vellent, bellum denunciarent. Myſingerus *centur. 6. obſervat.* 1. etiam fatetur, morem capiendi, ſeu pignorandi ipſos hoſtes antiquiſſimum eſſe. Ut autem repreſſaliæ licitæ ſint in conſcientia, requiritur authoritas ſuperioris, cauſa iuſta concedendi, & intentio recta illius, cui conceduntur. Jure communi ſuperior, cuios authoritate poſſunt repreſſaliæ concedi, ille cenſetur, qui ſuperiorem non habet, vel cui per juſta ſtatuta hoc eſt conceſſum. Iuſta cauſa eas concedendi ſecundùm jus eſt, ſi civitas, vel gens, aut dominus vindicare negligat, quod improbè a ſuis geſtum eſt.

24 Debet autem damnum, ob quod conceduntur repreſſaliæ, eſſe notabile, & quòd dominus, vel civitas, aut gens requiratur, ut emendet, & nolit, vel negligat, & de hoc defectu iuſtitiæ conſtet, quia cum repreſſaliæ ſint quædam ſpecies belli, non conceduntur ſine neceſſitate, præſertim cùm non vacent periculis, & occaſiones aperiant rapinarum circa bona innocentium. Hinc repreſſaliæ in quinque caſibus peti poſſunt. Primò, ſi Judex requiſitus, ut vindicet, quod à ſuis improbè geſtum eſt, id renuat, nec ad ſuperiorem ipſius via pateat. Innocentius *in cap. olim de reſtitut. ſpoliat.* Secundò, quando Judex adverſarii non vult arbitros dare, aut delegatos Judices extra locum, ubi eius poteſtas eſt formidini. Tertiò, ſi adverſarius nolit prorogare iuriſdictionem Judicis non ſuſpecti. Quartò, quando fit iniuſtitia à populo, ot Tyranno, vel populo erigente cervicem, & non agnoſcente ſuperiorem aliquem. Quintò, ob denegatam iuſtitiam, vel illatam ab aliquo Judice iniuriam; tunc enim concedi poſſunt repreſſaliæ contra quemcunque civem, & ſubſidium eiusdem loci *l. Iudices C. de navicularis.*

Rurſus neceſſaria eſt bona intentio illius, cui conceduntur, quia ſine bona intentione nulla actio perfectionem induit. Hiſce recenſitis conditionibus ſolent etiam addi aliæ, nimirum ut damnum non excedat ipſum intereſſe, cuius gratia infertur; ut non permittantur in perſonis iure exemptis, cuiusmodi ſunt Clerici. Prohibitæ ſunt etiam ſub pœna excommunicationis ipſo iure latæ in perſonas ſingulares; interdicuntur etiam communitates, ne contra perſonas eccleſiaſticas, vel earundem bona repreſſaliæ concedantur, aut extendantur, niſi talem præſumptam licentiam intra menſem poſt diem conceſſionis, aut extenſionis revocent, & exequentes intra menſem reſtituerint *c. unic. de iniur. & damno dato in 6.* 25

Neque repreſſaliæ conceduntur in aliis perſonis iure exemptis, cuiusmodi ſunt confœderati, & ſubditi, qui ad ſatisfaciendum aliis mediis compelli poſſunt. Studioſi, qui in Academia privilegiata ſtudent iuxta conſtitutionem Friderici Imperatoris, quam recenſet Julius Pacius *c. 8.* dummodo verè ſtudeant. Legati *l. fin. ff. de l.* idque etiam extenditur ad deferentes neceſſaria pro legatis, & ſtudioſis, ut ſunt equi, veſtes, & alia id genus. 26

Rurſus ſunt etiam exempti euntes ad nundinas, vel locum aliquem religionis causâ. Navigantes, qui fortè vi tempeſtatis in locum ubi repreſſalia exerceatur eiecti ſunt. Eximuntur etiam ij, qui in ius vocari non poſſunt, ut electus in præſidem, vel Judicem. Qui in dignitate conſtituti contradixerunt iniuriæ, ſeu iniuſtitiæ, cuius vindicandæ causâ repreſſalia fiunt. Ut etiam Principum Conſiliarii, & realiter citati. Mulieres quoque quas non convenit captivas abduci propter aliena debita, nec detineri ſeparatas à maritis, quòd ſi contra maritum, aut patrem permiſſa fuerit pignoratio, tunc uxor, & filii capi poſſunt, niſi nati ſint pòſt contractum debitum; vel alibi jam pridem habitaverint; quia [illegible] loquuntur de filiis exiſtentibus tempore delicti *l. in delictis §. ſi extraneus ff. de noxal.* 27

§. V.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quaſtiones.

1 QUæritur primò, an per exceptionem impediatur executio ſententiæ? Reſpondetur, omnem exceptionem, quæ poſt ſententiam, & non contra ſententiam opponitur, poſſe executionem impedire *l. 1. C. de re iudic.* & eſt communior ſententia, quia tunc exceptio non repugnat ſententiæ; ut eſt compenſatio debiti liquidi, & pretii non ſoluti, ſunt enim exceptiones, quæ non opponuntur ſententiæ, & eius executionem impediunt. Rurſus exceptiones peremptoriæ, ut notat Gaillus *l. 1. obſer. 113.* executionem ſententiæ impediunt; non tamen in omnibus regulariter, ſed tantùm in certis caſibus, quos recenſet Gloſſa *l. 1. C. de jur. & facti ignor.* Primò in milite armatæ militiæ, & id ipſo jure *l. 21. de iur. delib.* & ibi Gloſſa *in V. permitto C. de iur. & fact. ignor.* Secundò, in his, qui ſe defendunt, ne teneantur ſolvere in ſolidum *l. Neſennius §. fin. ff. de re iudic. l. ex diverſo §. fin. ſolut. matrim.* Tertiò, in mandatore ſuper re judicata convento, qui contra eos, qui eidem mandârunt, actiones ſibi mandari, deſiderare poterit *l. 41. ff. de fideiuſſor.* Quartò, in beneficio S. C. Macedon. & Velleian. *l. 12. ff. de S. C. Maced.* Quintò, in minore 25. annis ratione beneficii reſtitutionis in integrum *l. minor. 36. ff. de minor.* Sextò, in exceptione Banni, & excommunicationis. Septimò, in aliis exceptionibus per quas demonſtratur, iudicium nullum fuiſſe, & conſequenter ſententiam irritam; vocantur hæ exceptiones nullitatis, quæ ſi notoriæ ſint, impediunt executionem.

2 Quæritur ſecundò, an Judex Judici ad executionem cooperetur? Reſpondetur, eſſe indubitati juris, quòd Judex eccleſiaſticus in cauſis ſæcularibus implorare poſſit brachium ſæculare, & ſi contumaciter recuſet, poſſit eccleſiaſticus Judicem laicum excommunicare, *c. de offic. Iud. Ordinar.* ubi habetur, cùm opus fuerit Epiſcopi, publicum convocent auxilium non ad præjudicandum, ſed potiùs ad ea, quæ Deo ſunt placita perſequendum, ut notat Covarruvias *lib. pract. quaſt. c. 10.* Menochius *caſ. 452.* Gaillus *lib. 1. obſer. 115.* E converſo Judex eccleſiaſticus debet laicô ſuccurrere in neceſſitatibus, ut notat Gloſſa *in c. 1. de offic. Iud. ordinari* & Panormitanus ibid. juxta vulgatum effatum: *Alterius ſic res altera poſcit opem.* Debet tamen Judex eccleſiaſticus cautè procedere; adeo ut hoc ſit poſtremum remedium non adhibendum, niſi exploratis primò conſuetis, & propriis. Quamobrem ſi condemnatus Eccleſiaſticas cenſuras non timeat, eáſque flocci faciat, & contumaciter reſiſtat, nullique monitioni aurem præbeat, tunc Eccleſia utitur brachio ſæculari *c. cum non ab homine de iudic. C. pernicioſa de offic. Iud. ordin.* Felin. *in c. ſignificaſti de offic. deleg.*

3 Quæritur Tertiò, an ſententia alioquin nulla ob ſolum defectum ſolemnitatis in jure præſcriptæ ſuum adhuc valorem ſortiatur in foro conſcientiæ. Reſpondetur, talem ſententiam in foro conſcientiæ validam quidem eſſe, ſed Judicem eam proferendo ſine tali ſolemnitate graviter peccare: ſiquidem ſolemnitates juris ſcripti requiſitæ ad valorem ſententiæ, ſunt tantùm extrinſecæ, & non pertinent ad ſubſtantiam, ſed tantùm concernunt morem, ritúmque fori externi, ut monet Gaillus *lib. 1. obſer. 42.* hoc autem intelligitur de ſententia juſta, quia ſi fuerit iniuſta, quamvis nulla ſolemnitas deſit, nullam parit obligationem, ut ſuæ probat Gaillus *l. 2. de pace publica. c. 8.* Quòd verò Judex peccet proferendo ſententiam ſine ſolemnitatibus in iure præſcriptis ex eo liquet, quia delinquit in re gravi. An verò valeat ſententia, ſi cum ſolemnitatibus aliis præſcriptis à iure proferatur ab eo, qui non eſt Judex. Reſpondetur concurrentibus duabus conditionibus talem ſententiam validam eſſe. Prima conditio eſt authoritas Judicis committentis alteri ſententiam pronunciandam, ut notat Myſinger *centur. 5. obſer. 45.* Secunda ſi communi errore exiſtimetur Judex: quia communis perſuaſio tametſi falſa dat iuriſdictionem, & validitatem actis *argu. c. ecce ego diſt. 95.* Layman. *lib. 3. tract. 4. c. 22. n. 9.* neque id debet mirum videri in rebus ad forum externum pertinentibus: ſiquidem etiam indulgentiæ conceſſæ à Prælato non legitimo, qui vulgò credebatur verus, non minùs operantur, quàm ſi à vero Prælato concederentur. Rurſus qui ſolvit Prælato notoriè intruſo, etiam liberatur, Barb. *in c. dudum 2. de elect. n. 4.* Hinc acta Judicis exiſtimati veri ex communi errore valent, primò poſt commiſſum crimen, dummodo id vulgò ignotum ſit. Secundò, licèt Prælatus ipſo jure privatus ſit poteſtate juxta conſtitutionem Pij V. ſi permittat ingredi mulieres in Monaſterium virorum, validum nihilominùs eſt; quod virtute ſui officii exequitur. Tertiò, ſententia Judicis excommunicati eſt valida, quamdiu denunciatus non eſt, ut docent Canoniſtæ communiter: non tamen hæc extenduntur ad ea, quæ ſunt juris divini, aut naturalia: ſi enim, qui non eſt ſacerdos, abſolutionem impertiret ſacramentalem, tametſi communi errore cenſeretur eſſe ſacerdos; nihilominus abſolutio nulla eſſet; quia jure divino abſolvere à peccatis non niſi veris ſacerdotibus competit.

Quæritur quartò, quomodò ſententia, quæ in rem iudicatam tranſivit, impediri poſſit? Reſpondetur, duobus modis poſſe id contingere. Primò, ſi innocentia condemnati demonſtretur, id enim virtuti, & innocentiæ debetur, ne ab errore, vitio, & calumniis opprimatur. Tum quia ſententia iniqua, & erronea, cùm nulla ſit, non cenſetur tranſire in rem judicatam, niſi fictione, & præſumptione quadam, quæ non poteſt veritati præjudicare, hinc Felinus *in c. conſanguinei de ſent. & re iud. n. 7.* ait, quòd Judex per novam notitiam innocentiæ Rei confeſſi, & condemnati debeat ſuperſedere ab executione, & alii monent, teneri tunc Judicem reſcribere ad Principem, ut ipſe tanquam ſuperior revocet ſententiam, quia Judex, qui eam 4

tolit, eam ampliùs revocare nequit, eò quia ſit iam totaliter ſuo munere functus circa talem cauſam. Secundus modus, quo impeditur ſententia, quæ jam tranſivit in rem iudicatam eſt, ſi Princeps, qui ſuperiorem non agnoſcit, velit pœnam remittere, & condemnare iniuriam *l. 1. C. de ſent. poſſ. l. fin. C. de generali abolit. l. 1. §. de qua autem. ff. de poſtulan.*

5 Hæcque remiſſio fieri poteſt generaliter, vel partialiter: priori modo fit ob publicam lætitiam, ob proſperum eventum victoriæ obtentæ, nativitatis filij, ob adventum magni Principis. Cavere tamen Princeps debet, ne in remittendis iniuriis præjudicet legibus, & aliis creditoribus, qui jure ſuo ob alienam libertatem privandi non ſunt. Partialiter fit remiſſio, cùm uni alicui condonatur pœna, ut accidiſſe illi legimus, cui Matth. 18. dicitur: *ſerve nequam omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me.* Rurſus iniuſtam ſententiam paſſis quatuor poteſt modis ſubveniri per appellationem, per ſupplicationem principi porrectam *C. Veniam 35. q. 9.* per querelam falſi *c. ſicut nobis de teſt.* 4. & per reſtitutionem in integrum *c. ex litteris de reſtit. in integrum.*

6 Quæritur quintò, quomodo ſententia proſit, vel noceat aliis non litigantibus? Reſpondetur ex textu *c. cum ſuper 17. de ſent. & re iudic.* Sententiam in pluribus prodeſſe, vel nocere etiam aliis. Primò ſententia in Regem lata obeſt. vel prodeſt etiam ſucceſſori. Idque procedit etiam in cauſa maioratûs. In cauſa contra feudi poſſeſſorem: & contra Prælatos quando ſententia non fertur contra perſonam, ſed contra dignitatem, quia hæc tranſit ad ſucceſſores. Secundò, ſententia lata contra principalem mandari poteſt executioni contra eum, qui rem litigioſam emit. Tertiò, quando quæſtio eſt de ſtatu, an ingenuus quis ſit, vel ſervus, tunc quod de uno ſtatuitur ad omnes pertinet eiusdem ſtatus. Quartò, ſententia lata contra principalem citato fideiuſſore illi præjudicat. Quintò, contra debitorem ſententia lata poſt contradictum pignus nocet conductori, idque procedit etiam de proprietario, & uſufructuario. Sextò, ſi contractus fuerit declaratus irritus, non prodeſt aliis. Septimò, ſi quisquam de alia familia fuerit à Principe declaratus nobilis, prodeſt id cæteris aliis, qui ſunt de eadem familia, niſi aliter conſtet de voluntate Principis nobilitantis. Octavò legatariis, fideicommiſſariis obeſt ſententia in hæredem lata. Nonò, ſententia lata de inhabilitate teſtatoris non obeſt hæredi ſubſtituto, ſi citatus non fuerit, vel ſi nocet, id tantùm contingit quoad aliquam præſumptionē. Decimò habentibus dominium utile, aliquando prodeſſe poterit ſententia formata pro domino proprietatis.

7 Sententia verò contra Vaſallum, & feudatarium in poſſeſſione naturali non nocet dominis directis, quia poſſident ſimiliter. Vndecimò, ſi aliqui eiusdem artis, vel poſſeſſionis condemnentur, damnum extenditur ad omnes eiusdem poſſeſſionis. Ut etiam, ſi ſententia proferatur contra cives alicuius urbis, tranſit ad omnes ſucceſſores, quibus nocet. Duodecimò, ſi gener ſocerum, vel poſſeſſor venditorem, vel de proprietate rei emptæ, vel in dotem data experiri ſinat, condemnato venditore, vel ſocero præjudicat generi, & poſſeſſori, ut docent Panormitanus *in c. quamvis h. t.* Covarruvias *lib. pract. quæſtionum. c. 13. & ſequent.*

Quæritur Sextò, an ſententia lata interpretationem admittat? Reſpondetur, quòd quamvis ſententia lata ſit ſtricti juris, nihilominus interdum admittit interpretationem præſertim quando aliquid in illa omiſſum fuit explicitè; quod tamen implicitè in eadem continetur, ut in exemplo, quod affert Gaillus *lib. 1. obſer. 116.* cautio de non moleſtando in futurum in ſententia retinendæ poſſeſſionis omiſſa eſt, ſi illam in executione petebat Victor, exigi adhuc poteſt, & à victo hæc cautio præſtanda eſt: quia venit ex ipſa actionis natura per textum *in l. C. ut poſſidetis* iuxta intelligentiam Ultramontanorum, ut refert Bartolus *l. interdictum ff. eod.* Quamobrem non multum intereſt, an cautio illa petita ſit in libello, vel non; & an in ipſa ſententia exprimatur, vel omittatur, quia eſt de natura actionis, cui intrinſecè connectitur: ſiquidem taciti, vel expreſſi regulariter eſt par ratio, & virtus, ut notat Decius *in regul. jur. ff.* 155. Neque obſtat, quòd ſententia lata dicatur eſſe ſtricti juris, non enim dicitur eſſe ſtricti juris, quia nullam omnino declarationem admittat; ſed quia extendi non debet ad perſonas gravandas, vel relevandas, quarum non intereſt iudicium factum, & ſententiam latam eſſe, ut notat Baldus *in l. falſa C. ſi ex falſ. inſtrum.* Tuſchus *concluſ.* 124. Barb. *in c. dilectus. de offic. Iud. Ordinar.* 8

9 Quæritur ſeptimò, an ſententia lata contra matrimonium tranſeat in rem judicatam? Reſpondetur non tranſire, ſed veritate comperta ſtatim retractari debere *c. lator. de ſentent. & re judic.* quia contra iniuſtitiam conſenſus litigantium non obſtat: neque coniuges de ſuo ſtatu quoad matrimonii valorem diſponere, vel judicare poſſunt, quia id pertinet ad poteſtatem ſuperiorem, ut notat Gloſſa *in c. inter h. t.* Maranta *de ord. iud. 3. p. 6.* Ratio itidem eſt, quia alioquin facultas concederetur peccandi, ſi per ſententiam Judex pronunciaret matrimonium validum eſſe, & ex ſe de facto eſſet invalidum. Hinc quando error innoteſcit Judici, tunc etiam reluctantibus coniugibus procedere poteſt ad cognitionem cauſæ, & judicare matrimonium irritum, illudque diſſolvere, ſi opus ſit: & viciſſim ſi coniuges ſint ſeparati, & Judex cognitâ juſtitiæ causâ deprehendat, matrimonium eſſe validum, poteſt illud confirmare. Secundò, iniuſtitia ſententiæ matrimonialis tam reſpectu meritorum cauſæ, quàm ordinis proceſsûs, per acta cauſæ probari poteſt etiam poſt decennium à tempore latæ ſententiæ, ut notat Abbas *in c. lator. de ſent. & re iud.* Tertiò nec poſt decennium ſententia tranſit in rem judicatam, ut omnino rata, & firma ſit; & tametſi prætextu appellationis corrigi non poſſit, per viam tamen querelæ permiſſum eſt contra ipſam allegari, ut docet Hoſtienſis *in tit. de ſent. & re iudic. c. fin.* ubi aſſerit, ſententiam matrimonii non tranſire

in rem judicatam quoad veritatem, ſed tantùm quoad ſubtilitatem.

10 Quæritur octavò, an ſententia lata contra Eccleſiem vacantem ſuum ſortiatur valorem, Reſpondetor, ſententiam latam contra Eccleſiam legitimo ſuo deſtitutam defenſore invalidam eſſe *c. fin. ne ſede vacante. c.* 1. *de reb. Eccleſ. non alienand.* ſiquidem Eccleſia, comparatur minori quoad beneficia juris communis *c.* 1. *de in integr. reſtit. c. auditis eod. tit.* & ſicut contra minorem carentem tutore, vel curatore proceſſus eſt irritus, & ſententia nulla; ita etiam ſi feratur contra Eccleſiam deſtitutam legitimo ſuo defenſore. Hinc capitula Eccleſiarum ſublato capite ſolent ſtatim deſignare Oeconomum, vel Proviſorem, aut Syndicum, vel Actorem, quorum curâ, & vigilantiâ bona Eccleſiæ, & facultates conſerventor. Hinc ob hanc rationē Epiſcopos Eccleſiæ parochiali vacanti dat curatorem, qui illiue incolumitati provideat, eiúſque damna avertat.

11 Quæritur nonò, an ſententia quæ nititur duobus fundamentis uno vero, & altero falſo vim aliquam habeat. Reſpondet Soccinus *regul.* 354. quòd quando duæ cauſæ expreſſæ ſunt in ſententia, quarum una vera eſt, altera falſa, tunc ſententia ſuſtentatur ob eā, quæ vera eſt, ut potiùs valeat, quàm pereat *argu. l. quoties ff. de reb. dubiis.* Panormit. *in c. ſicut nob. n.* 15. quia reipublicæ, & ſingulorum civium intereſt judiciorum authoritatem ſalvam eſſe, ne conceſſâ licentiâ impugnandi Judicis ſententias lites protrahantur. Neque inde adeſt periculum, ne innocentibus injuria inferatur, quia ſemper adeſt locus appellationi, ſupplicationi, vel querelæ, ut notat Decius *in c.* 1. *de donatione n.* 15. & cum illo alii plures.

12 Quæritur decimò, an valeat ſententia lata in alieno territorio. Reſpondetur iure communi non valere, quia extra territorium jus dicenti non paretur impunè *c.* 2. *de conſtit. in* 6. *clement. paſtoralis de re judic.* ubi dicitur ſententiam Henrici Imperatoris contra Rupertum Siciliæ Regem eſſe nullam, eò quia lata fuerit contra illum extra diſtrictum imperij. Sed ibi aſſignatur alia ratio, quia Romanæ ſedi potiùs, quàm imperio ſubeſſe debeat. Hinc cuique Judici relinquitur attendendum, ut non judicet contra limites proprii territorii præſertim inter invitos. Epiſcopis tamen indultum eſt à Concilio Vien. *c. unic. clement. de for. compet.* ut in aliena Diœceſi, quando à ſua expulſi ſunt, poſſint jus dicere ſuis ſubditis, petitâ tamen priùs, quamvis non obtentâ licentiâ à proprio Epiſcopo. Quòd ſi ambæ partes conſentiant, poteſt Judex delegatus procedere etiam extra territorium delegantis, & tunc valet ſententia etiam ſine conſenſo domini, ad quem pertinet territorium *c. ſtatutum §. in nullo de reſcript. in* 6. ſiquidem juriſdictio delegati non cohæret, nec terminatur territorio; ſicut juriſdictio ordinarii, ut notat Maranta *ſ.* 6 *v. expedita ſecunda parte numero* 65. *per textum ſingul. in c. ſtatutum §. in nullo de reſcript.*

13 Quæritur undecimò, contra quem ferri debeat ſententia, quando dominus agit per Procuratorem, & quomodo ſit ſententia probanda. Reſpondetur ſpectato jure civili ſententiam condemnatoriam ferri debere contra procuratorem, quia conteſtatio litis ſi agatur civiliter, fit contra procuratorem, quamvis nomine principalis abſentis, proinde contra ipſum ferri debet ſententia condemnatoria; alioquin ſi ferretur contra principalem ipſo jure eſſet irrita *l.* 1. *C. de ſent. & interl.* & deſumitur *ex c. querelam* 25. *§. nos igitur de elect.* juncta Gloſſa *V. Oeconomi*, ubi ait, concipienda eſſe verba ſententiæ in perſonam procuratoria, non principalis perſonæ; quia procurator per litis conteſtationem fit dominus litis, adeo ut cum ipſo quaſi cenſeatur contractus iniri, & in contractibus procurator ſibi acquirit actiones, & obligationes, 14
quas deinde principali debet cedere *l. multum* 6. juncta Gloſſa *V. poteſt C. ſi quis alteri, vel ſibi*, quod tamen intelligitur, dummodo ſit verus procurator, & non tantùm nuntius; ſed verum inſtrumentum mittentis.

Quod tamen limitatur primò, ſi dominus, 16
ſeu principalis in principio litis præſens fuit, adeo ut ipſe per ſe ipſum fuerit litem conteſtatus: poteſt tamen in ea cauſa ferri ſententia contra illum, qui relicto procuratore abſens eſt *argu. l. furti* 6. *§. ſi quis alieno ff. de his, qui notant. infam.*

Secundò, ſi agatur in judicio non ordinario, ſed procedetur ſimpliciter, & de plano abſque ſtrepitu judicij, tunc enim principalis condemnari poteſt etiam in cauſa civili, & foro ſæculari. 15

Tertiò, ſi agatur de crimine criminaliter per procuratorem, quia tunc in dominum, qui procuratorem ad ſe defendendum conſtituit, poteſt ſententia ferri, ut notat Abbas *in c. querelam n.* 10 *de elect.* 16

Quartò, in cauſis matrimonialibus, beneficialibus, & ſimilibus ſpiritualibus, in quibus ſententia non poteſt ferri contra procuratorem, fertur tunc contra principalem, ut maritus uxori cohabitet: Clericus beneficium reſignet. 17

Quintò, ſi Syndicus, vel Adminiſtrator generalis nomine Eccleſiæ, vel alterius Communitatis agat in judicio, tunc enim ſententia ferri poteſt contra Eccleſiam, vel Communitatem, ut deſumitur *ex c. licèt* 9. *de probat.* & ibi Gloſſa *V. commune, & c. ſuſcitata.* 6. juncta Gloſſa *V. Monaſterium*, quia cùm Eccleſia, vel alia communitas debeat neceſſariò agere per alium, tanquam Procuratorem, Syndicum, vel Curatorem, ideo iure ſtatutum eſt, ut actiones, & obligationes etiam ad ipſos tranſeant, quorum nomine agitur *l. cum qui* 5. *§. ſi actori ff. de conſtit. pecun.* 18

Sextò, ſi tutor nomine pupilli agat, vel Curator nomine minoris 20. annis, tunc enim ipſe cenſetur judicium ſuſcipere, proinde ſententia contra pupillum; vel minorem ferri poteſt. 19

In jure tamen Canonico ſive in procuratorem, ſive in principalem perſonam abſentem ſententia concipiatur in cauſis civilibus, ea valet, ut notat Gloſſa *fin. in c. licèt.* 9. *de probat. & in* 20

c. ſciſcitata 6. V. Monaſterium de in integr. reſtit. Ratio eſt, quia revera principalis, ſeu dominus per ſuum procuratorem contrahit principaliter, & in judicio litem cum adverſario conteſtatur, &juxta *regulam juris 27. in 6.* qui per alium facit, perinde eſt, ac ſi per ſe ipſum faceret, hinc etiam executio ſententiæ, & exactio ſolutionis debitæ fit in bonis domini mandantis: ut etiam vice verſa ſi vincat procurator in judicio, ipſi principali, ſeu mandanti debet ſolutio fieri, niſi procurator habuerit ſpeciale mandatum *l. hoc jure 86. de ſolut.*

21 Quæritur duodecimò, an Judex Ordinarius poſſit revocare ſuam ſententiam ſemel latam. Reſpondetur, ſententiam Judicis aliam eſſe interlocutoriam, & aliam definitivam, illam eſſe, quæ ſuper incidentibus, & emergentibus fertur, & expectat poſt ſe ſententiam definitivam; adeò ut per ſententiam interlocutoriam cauſa non finiatur, ut notat Bartolus in *l. Titia n. 4. v. ſecundò modo ff. de accuſat.* Definitiva eſt, quæ totam cauſam definit, & nullam aliam poſt ſe expectat ſententiam, & hæc ſententia talis eſt naturæ, ut ſi ſemel lata fuerit, regulariter non poſſit ampliùs revocari, imò nec corrigi, vel emendari a Judice, ut notat Gloſſa in *l. Actorum. ff. de re judic.* & id procedit ſive ante, ſive poſt decendium, poſtquam ſententia lata fuit, & tradita actuario, ut notat Bartolus *l. poſt ſententiam C. de ſent. & interlocut. omn. Judic.* idque procedit ſive Judex ſit ſuperior, ſive inferior, ſive ordinarius, ſive delegatus *c. in litteris de offic. delegat.* Ratio eſt, quia poſt latam ſententiam Judex functus eſt ſuo officio, proinde nil ultra poteſt, cùm non conveniat naturæ ſententiæ definitivæ, quòd poſſit corrigi, vel emendari etiam incontinenti, ut probat Alexander *conſ 90. n. 2. l. ſ* quia. poſtquam Judex protulit verbum illud *condemno*, vel *abſolvo*, ab illo tunc nil poteſt ulteriùs immutari, ut notat Gloſſa in *l. Actorum. ff. de re judic.* Verùm Bartolus ibi cenſet, id verum eſſe, ſi Judex protulit ſententiam, ut totaliter abſolutam, & & perfectam alioquin ſi nondum habuit ſententiam pro effecta, & totaliter abſoluta, cenſet, poſſe ſententiam corrigere, & huic ſententiæ adhæret Angelus in *l. Judex numero 4. ff. de re judic.* Sed tunc ut notat Ancharanus *conſil. 208. numero 15.* debet Judex non ex intervallo, ſed incontinenti corrigere, & emendare ſuam ſententiam: Verùm hæc ſententia non videtur ſatisfacere, niſi loquatur de emendatione, ſeu correctione, quæ fiat, antequam Judex pronuntiet ſuam ſententiam, quie ea ſemel lata, & recitata Judex incontinenti deſinit eſſe Judex, præter quam in acceſſoriis, ſcilicet quoad expenſas *l. Paulus 1. ff. de re judic.* & *l. poſt ſententiam C. de ſent.* Tum quia poſt ſententiam ſemel latam, & pronuntiatam incontinenti fuit ius quæſitum parti, proinde per Judicem non poteſt tale ius eidem auferri *argumento l. huiusmodi §. qui ſtichum. ff. de legat. 1.* Ratio itidem eſt, quia ubi primùm ſententia publicatur, habetur, ut abſoluta, niſi Judex ſibi reſervet à principio aliquid in ſententia poſteà definiendum, ut notat Tuſchus *litt. S. concluſione 432. numero 4.* quod intelligandum eſt de acceſſoriis: ſiquidem quoad illa adhuc eſt Judex, ut notat Alexander *conſ. 90. numero 3.*

Hoc idem etiam procedit de arbitro, quia hic neque poteſt ſententiam ſuam corrigere, nec declarare etiam interlocutoriam, niſi ſpecialiter id ſibi commiſſum ſit à partibus, ut notat Bartolus in *l. quid tamen num. 2. ff. de arbit.* quia arbiter etiam ipſe, ubi ſemel pronuntiavit ſententiam, functus eſt ſuo officio, adeò ut non ſit ampliùs Judex. Idque probari etiam ſolet argumento donationis irrevocabiliter factæ, quæ ubi ſemel perfecta fuit, non poteſt ampliùs revocari, ſi nimirum fiat inter vivos, & acceptetur à Donatario *l. velles C. revocand. donat.* & docet Flaminius *de reſignat. lib. 12. quaſt. 13. numero 7.* ubi aſſerit, transferentem jus ſuum in alium non poſſe ſuæ ceſſionis pœnitere, quia quod à principio fuit voluntarium ex poſtfacto efficitur neceſſarium ex *regul. quod ſemel. de reg. jur. in 6.* 22

Neque obſtat, ſi dicas, quod fit incontinenti cenſeri ineſſe, proinde ſi Judex incontinenti ſententiam mutet, etiam poſt publicationem, mutatio prodeſt, quia pronuntiatio ſententiæ non cenſetur omnino perfecta, & hac ratione cenſet Gloſſa in *c. Prædicator 16. quaſt. 1.* poſſe ſententiam definitivam incontinenti revocari, quamvis de jure non poſſit revocari *l. quod juſſit ff. de re iudic.* Tiraquel. *de retract. conventionibus §. 1. Gloſſa 5. numero 16.* ubi etiam aſſerit, poſſe ſententiam revocari incontinenti ex illo principio, *quod ea neceſſe videantur, quæ ſunt incontinenti*, & etiam id evincit ex Gloſſa in *d. c. Præterea de teſtibus cogendis*, ubi teſtis, qui depoſuit poteſt corrigere incontinenti ſuum teſtimonium abſque eo, quod enervetur eius dictum, ut etiam cenſet Iaſon in *l. jurisgentium §. quinimò col. 3. V. ſecundò principaliter ff. de pact.* Idque ſolet etiam firmari exemplo Notarij, qui poteſt incontinenti corrigere originalem ſcripturam etiam in iis, quæ partium concernunt utilitatem, ut notat Speculator in *tit. de inſtrumentis edit. §. Inſtrumentum V. ſed nunquid infecto inſtrumento.* Nam contra eſt, quia neque incontinenti poteſt Judex quidquam corrigere, vel emendare in ſententia, poſtquam ſemel ab ipſo pronuntiata fuit, quia tunc deſinit eſſe Judex, & eſt totaliter functus ſuo officio, adeò ut nonniſi in acceſſoriis, & conſequentibus poſſit ſententia ſuppleri eodem die *l. Paulus ff. de re iudic.* ubi dicitur, quòd hæc ſuppletio debeat fieri eodem die, & etiam habetur in *l. Operis cum Gloſſa*, & ibi Bartolus *ff. locati.* quia ex propinquitate temporis, quod eodem die factum eſt, dicitur ſimul fieri, & præſumitur ita ab initio partes contraxiſſe: qua ratione teſtis dicitur poſſe incontinenti, non verò ex intervallo ſuum teſtimonium corrigere: & ita etiam docet Baldus in *c. cum dilectus colum. 2. de fide inſtrum.* ubi ait inſtrumenta poſſe produci uſque ad ſententiam excluſivè: non 23

tamen

tamen poſſe incontinenti produci poſt ſententiam: quia quoties quæſtio eſt de momento; facta poſt momentum etiam incontenti non cenſentur ampliùs ineſſe, ut notat Jaſon in *l. edita col. 5. v. quid ergo ſi incontinenti C. de edend.* Quamobrem regula illa, quæ tacta incontinenti cenſentur ineſſe, non procedit in ſententiis diffinitivis poſt pronuntiationem, ſeu traditionem factam tabellioni; neque procedit in aliis rebus momentaneis, in quibus poſt momentum, quæ fiunt, non videntur ineſſe.

24 Cæterum ſi Judex ſententiæ apponeret verba aliqua ambigua, quæ poſſent intelligi in varios ſenſus, poſſent hæc etiam poſt ſententiam latam explicari, & declarari non ſolùm ab eodem Judice, ſed etiam ab ejus ſucceſſore: ratio eſt, quia declaratio nullum jus novum affert, ſed tantùm, quæ ambigua ſunt, & obſcura, dilucidat, & aperit *l. hæredes palam §. ſi quid poſt. ff. de teſtam.* unde quamvis Judex poſt latam ſententiam non ſit amplius Judex, eò quia functus ſit ſuo officio *l. Judex ff. de re judic.* adhuc poteſt verba obſcura, & ambigua inſerta ſuæ ſententiæ latæ declarare etiam parte non citata, ut notat Felinus in *c. qualiter, & quando 2. de accuſat.* & docet Boërius *deciſ. 172. n. 23. & 24.* ubi aſſerit, declarationem latæ ſententiæ nunquam fuiſſe excluſam. Secus tamen eſt, quando verba ſententiæ ſunt clara, & manifeſta, & ageretur de nova declaratione: quia tunc cùm hæc nova declaratio ſapiat quandam novam interpretationem, & diſpoſitionem non eſt admittenda: hinc neque teſtis poteſt ſuum teſtimonium declarare, quando declaratio ſapit novam dispoſitionem, ut notat Decius *l. in ambiguis orat. num. 3. de reg. jur.*

25 Quod verò ad ſententiam attinet interlocutoriam, hæc poteſt revocari, donec difinitiva lata fuerit *l. quod juſſit ff. de re judicata.* & ibi Bartolus in *1. notab. 6.* Ripa, *n. 8.* & alii aſſerentes, ſententiam interlocutoriam poſſe revocari, emendari, & corrigi: & ratio ex eo petitur, quia poſt latam ſententiam interlocutoriam, adhuc Judex perſeverat quoad ſequentia in ſuo officio, proinde cùm habeat juriſdictionem, adhuc poteſt aliam ſententiam interlocutoriam pronuntiare, & deſumitur ex *l. poſt ſententiam C. de ſent.* & notat Felin. in *c. qualiter n. 6. de accuſ.* Imò hæc poteſtas revocandi ſententiam interlocutoriam conceditur etiam Judici delegato, ut notat Rebuffus *tom. 3. ad leges Galliæ tit. de ſent. art. 3. Gloſſ. unic. n. 28.*

26 Quæritur tertiodecimò, an Judex ſaltem de conſenſu partium poſſit ſententiam difinitivam a ſe latam corrigere? Reſpondetur negativè. Ratio eſt, quia Judex poſt pronuntiatam a ſe ſententiam difinitivam functus eſt ſuo officio, adeò ut non ſit amplius Judex in tali cauſa, proinde cùm non accipiat juriſdictionem à conſenſu partium, ſed à ſuperiore, non poteſt poſt ſemel publicatam ſententiam definitivam eam corrigere etiam de conſenſu partium, ut notat Gloſſa in *C. de tranſactionib.* & docet Rebuffus *tom. 3. ad leges Galliæ tit. de ſent. art.* [illegible] *unic. num. 9.* & Baldus in *c. Præſentata col. 2. de teſtib.* Imò de jure Luſitano id procedit, quamvis pars in cujus favorem ſententia pronuntiatur, fateatur injuſtam eſſe ſententiam, quia jus Luſitanum non diſtinguit, & generaliter adimit poteſtatem Judici iterum judicandi poſt latam ſententiam. De jure tamen communi Judex Ordinarius, ſi nullitet ſententiam pronuntiet, poteſt iterum judicare *l. 1. C. de ſent. & interloc.* & docet Gloſſa in *l. ſi ut proponis 2. C. quomodò & quando Judex* Tiraquel. in *l. boves §. hoc ſermone limit. 1. num. 14. de V. S.* Menochius *de arbit. q. 67. n. 2. v. 1.*

An verò id etiam procedat de cauſis criminalibus, cenſet Ananias in *c. De his de accuſ.* ſententiam in cauſa criminali non tranſire in rem judicatam, adeóque poſſe ſemper a Judice mutari, etiam poſtquam lata fuerit. Sed communior, & verior ſententia eſt, id etiam extendi ad cauſas criminales, in quibus quomodocunque lata ſit ſententia, non poteſt Judex amplius eam mutare *l. Divi ff. de pœn.* unde ſi poſtquam Judex pronuntiavit ſententiam criminalem conſtet ſibi, vel etiam ex actis de innocentia condemnati ad pœnam corporalem, remittenda eſt cauſa ad Principem, qui docendus eſt de innocentia condemnati, & interim differri debet executio, quia licèt Judex non poſſit innocentem abſolvere, qui ſecundùm probationes repertus fuerat nocens *l. acta §. 1. ff. de re judic.* poteſt tamen Princeps veniam concedere, ut docent Felinus in *c. conſanguinei col. 2. de re judic.* & Covarruvias in *epit. de ſponſal. 2. p. c. 8. §. ult. num. 15. v. quod in criminalibus cauſis,* ubi expreſsè docet, non poſſe revocari ſententiam criminalem, à qua tempore debito non fuit appellatum, tametſi pœnam inferat corporalem, & conſtet de innocentia condemnati: quia tunc ſententia habet authoritatem rei judicatæ, proinde ex ſola ſpeciali gratia Principis revocari poteſt.

Quid verò dicendum ſit, ſi ſententia à Judice pronuntiata fuerit nulla, & partes præſentes eam approbaverint, cenſet Menochius *conſ. 381. n. 17.* talem ſententiam ſuum ſortiri valorem, non tamen per modum ſententiæ, ſed per modum conventionis, & pacti *l. 2. C. cum utriuſque jud.* & etiam docet Felinus in *c. De cauſis n. 6. de offic. deleg.* & Decius *conſ. 475. n. 35.* ubi expreſsè aſſerit, ſententiam invalidam non poſſe probari à partibus, ut valeat per modum ſententiæ, eò quia non ſit in poteſtate partium, cùm ſint homines privati tribuere juriſdictionem Judici, & facere, ut ſententia de non valida fiat valida, *l. Privatorum C. juriſdic. omn. Judic.* & docent Bartolus in *l. 1. C. qui pro ſua juriſdic.* Decius in *c. examinata in 1. notabil. de confirm. util. vel inutil.* Imò id etiam procedit de laudo nullius valoris, ex eo enim, quòd fuerit à partibus approbatum non acquirit valorem [illegible] ſed tunc loco ſententiæ, & laudi ſubintrat pactum, vel conventio, ratione cujus partes inter ſe conveniunt, [illegible] que componunt, ut notat Gozadinus *conſ.* [illegible]*8. num. 20.* & Afflict. *deciſ.* [illegible] *17. num. 6.* ubi [illegible] quòd [illegible] laudum ſemel ſit nullum, non poſſit ratificari, ut habeat vim laudi, vel ſententiæ, ſed tantùm poſſe partes inter ſe convenire per modum pacti ad illud obſervandum, &

tunc

tunc ſi una pars illud non obſervaverit, poteſt altera reſilire ab obſervatione: ſiquidem frangenti fidem, fides frangitur.

29 Sin verò ſententia fuerit manifeſtè iniqua, æquiparatur nullitati, ut notat Covarruvias *lib. 1. variar. c. 1. num.* 10. Vantius *de nullit. in tit. de nullit. ex defectu proceſſus num. 127.* ubi ait ex notoria iniquitate reſultante ex actis, & ex injuſtitia reddi ſententiam nullam, ut etiam ſi ex cauſa notorie falſa feratur: quia tunc eſt ipſo jure nulla, ut notat Felinus *v. ſecunda concluſio col. 6. de re iudic.* in hoc autem eventu, quamvis Cajetanus 2. 2 *q. 67. num.* 11. cenſeat, executorem requiſitum, ſi cognoſcat ſententiam continere ex ſcientia ſua particulari notoriam iniquitatem, & errorem impatibilem, poſſe, ac teneri eam exequi; putárim tamen cum Felino in *c. Paſtoralis §. quia verò ff. de offic. deleg.* teneri executorem tunc ſe excuſare, vel aliquo prætextu declinare executionem, ne contra conſcientiam operetur. Quòd ſi iniquitas manifeſta appareret ex actis, & error intolerabilis ex publica ſcientia, nullo pacto poſſet tunc eam exequi: perinde ac Judex Ordinarius, ſi requiſitus à delegato, ut ſententiam exequatur; & viſis actis cognoſcat ex iiſdem manifeſtè ſententiam latam à delegato eſſe injuſtam, non tenetur eam exequi.

30 Quæritur quartodecimò, an Judex poſſit pluries ſententiam ſuam interlocutoriam revocare? Reſpondetur, de jure communi poſſe pluries revocari, ut notat Stephanus Gratianus *diſcept. forens. c. 147. num.* 11. & *c. 1. 55. n. 16. & ſequent.* idque non ſolùm ab eodem Judice, ſed etiam à ſubrogato, ſeu delegato, vel etiam ſubdelegato, & alio quovis modo in officio ſuccedente: & ratio eſt, quia utrique eſt eadem juriſdictio. An verò etiam ſine cauſa poſſit Judex ſententiam ſuam interlocutoriam revocare, plures affirmant cum Gloſſa in *l. quod ſemel Gloſſ. unic. ad fin. ff. de decret.* ubi ait, non poſſe ſententiam definitivam ſine cauſa revocari, imò neque cum cauſa poſt publicationem: benè tamen poſſe revocari ſententiam interlocutoriam, ut notat Bartolus in *l. quod juſſit. num.* 20. *in fin.* Imò Felinus in *c. Exceptionem num. 5. in fin. de except.* & Panormitanus in *c. Prudentiam § 6. in fin. de offi. deleg.* cenſent à tali revocatione non po[illegible] [illegible] verò poſſit hæc revocatio fieri parte abſente; affirmat Decius in *l. qu poteſt. ff de regul. iur. num. 22.* ea [illegible] ratione, quia poteſtas revocandi [illegible] Judici, & revocatio [illegible] Judice ex officio Judicis, ex quo in eo non requiri cognitionem cauſæ, ne[illegible] partis. Alii tamen [illegible] non valere [illegible]m interlocutoria[illegible] parte non [illegible]te, nec citata, [illegible] partı, & [illegible] contra *l. in cauſa autem cog[illegible]* & *l. 3. cauſa cognita.* Judex tamen [illegible] intra quatuor menſes de jure communi poteſt ſententiam ſuam interlocutoriam revocare, ut notat Gloſſa in *l. quod juſſit ff. de re judic.*

31 Sin verò ſententia interlocutoria talis ſit, ut imponat finem judicio, ac proceſſui; tunc non poteſt ampliùs revocari, ſive Reum abſolvat ab inſtantia, ſive actorem repellat à principio litis, quia tunc ſententia interlocutoria naturam induit difinitivæ, ut notat Gratianus *diſcept. forens. c. 348. num. 14.* Non tamen, poſtquam ſententia interlocutoria mandatur executioni, poteſt Judex in præjudicium partis [illegible] eam revocare, ut docent Farinacius *decıſ.* [illegible] *num. 2.* [illegible] *in l. ſi unquam in v.* [illegible] *tatur num. 309. C. de revocan. donat.* Roman. *conſ. 226. in princ.* Id verò intelligendum [illegible] ex proprio Judicis arbitrio, & ſine juſta cauſa; quia de conſenſu utriuſque partis, & ſi juſta ſubſit cauſa, poteſt Judex ſententiam interlocutoriam traditam executioni, vel ab homine, vel à lege revocare, quia tunc conſentientibus partibus nulli infertur gravamen.

32 Quæritur quintodecimò, an in ſententiis ferendis ſervandus ſit ordo juris? Reſpondetur affirmativè, adeò ut ſententia ferri debeat cum cauſæ cognitione, & ſervato ordine juris, ſcilicet ſolemnitatibus proceſſûs in jure præſcriptis, alioquin eſt ipſo jure nulla *l. probatum 4. C. de ſent. & interlocut. om. Iudic. c. Ad probandum 24. h. t. juncta Gloſſa v. ex alia juſta cauſa.* Ordo autem juris ſervandus in ſententiis ferendis eſt, ut offeratur libellus, lis conteſtetur, præſtetur juramentum de calumnia, recipiantur depoſitiones teſtium, & publicentur. Imò etiam ipſe ſummus Pontifex in ſententiis, quas profert, hunc ordinem juris ſervat, ut habetur in *c. In cauſis 19. h. t.* ratio etiam eſt, quia ſententia difinitiva Principis lata ſuper cauſa, de qua plenè cognovit, perinde ac ejus declaratio habet vim legis generalis, ut in ſimilibus caſibus cæteri Judices inferiores teneantur eodem pacto judicare, ut dicitur in *d. c. in cauſis 19. h. t.* & in *l. fin. C. de legib.* & quia per ſervatum juris ordinem veritas facti, & merita cauſæ exactiùs, & meliùs manifeſtantur *c. quoniam de probat.* & *l. prolatam C. de ſent. & interloc. omn. iudic.* & quia Papa, quamvis ſit in terris Chriſti Vicarius, non tamen de occultis divinat *c. unic. ut eccles. benefic. ſine diminut. confer.* [illegible] quitur, quòd in cauſis, quæ ſummi Pontificis judicio deciduntur, obſervandus ſit exactè, [illegible] ſubtiliter ordo juris, & vigor æquitatis, ex [illegible] præſertim, quia in ſimilibus caſibus cæteri [illegible]nentur eodem modo judicare: niſi fortaſſe [illegible] aliqui inſpe[illegible] cauſæ neceſſitate, vel uti[illegible]tate [illegible] ſpenſativè duxerit ſtatuendum *c. licet 16. q. 3.*

33 Quòd ſi dicas, judicium no[illegible] dum ſecundùm alterius ſententia[illegible] non nitatur exemplis, [illegible] *dex C. de* [illegible] *interloc. om. Iudic.* R[illegible]tur, id ve[illegible] ſermo [illegible] de ſen[illegible] ſerioris, [illegible] ei[illegible] quæ[illegible] dic[illegible] cipi placet animo [illegible] *quod P*[illegible] *ut. de* [illegible] non eſt p[illegible]m, [illegible] ceſſu ha[illegible]m [illegible] *In ſe*[illegible] *q. 1.* ſiquidem om[illegible]ia, [illegible] premum [illegible] *c. Apo*[illegible] *a 35. q. 9.* ſecus quia [illegible] condend[illegible]

tium non præſumitur ita integrum, ſicut judicium Principis *c. 1. de poſtul. Prælat.*

14 Cæterum in factis dubiis conſultiùs ſemper eſt judicare, ſicut per alios in eodem facto fuit judicatum. Obſervandum tamen eſt, quòd ordo juris, vel inductus eſt jure merè poſitivo, ut quòd libellus offeratur in ſcriptis, & fiat litis conteſtatio, & hunc ordinem juris non debet ſummus Pontifex obſervare ex neceſſitate, ſed tantùm ex honeſtate; quia Princeps non eſt ligatus hujuſmodi legibus *l. Digna 4. C. de legib.* Tum quia ſummus Pontifex ex plenitudine poteſtatis poteſt diſpenſare in jure poſitivo *c. Propoſuit 4. de conceſſ. præbend.* quapropter Innocentius in *c. unic. de lit. conteſt. num. 1.* aſſerit; coram Papa ſufficere narrationes partium fieri abſque ulla petitione, vel litis conteſtatione, eò quia præſentia partium ſuppleat has ſolemnitates. Vel ordo juris deſcendit ex jure naturali, aut gentium, ut eſt citatio partis, & ut admittatur Rei defenſio (niſi evidenter conſtet, nullam ei competere) *clement. 2. h. t.* & has ſolemnitates ſummus Pontifex tenetur ſervare; adeò ut non poſſit eas ſupplere, ut nec etiam alius ſupremus Princeps; ut Imperator, vel Rex, quia pertinent ad naturalem æquitatem, pars enim non debet condemnari, niſi priùs audiatur, conſequenter etiam citetur; & Reo danda etiam eſt defenſio.

15 Quæritur ſextodecimò; an ſententia lata à Papa, vel alio ſupremo Principe habeat vim legis, & faciat jus inter alios inferiores Judices, adeò ut teneantur iſti in ſimilibus cauſis ſimiliter judicare? Reſpondetur affirmativè ex *c. In cauſis 19. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit teneri Judices inferiores judicare eo modo, quo judicavit Pontifex in ſimilibus cauſis, quo fit, ut Papa debeat judicare ſubtiliter, & ſecundùm rigorem juris, niſi ex neceſſitate, vel utilitate diſpenſet: hinc notat Gloſſa, ſententiam Papæ facere jus quoad omnes, adeò ut ſicut Papa judicat; debeant alii in ſimilibus cauſis ſimiliter judicare. Ratio petitur ex eo, quia judicium Principis præſumitur eſſe integrum, & omnia, ac ſingula in eo plenè examinata. Hoc autem non procedit de ſententia lata à Judice inferiori; talis enim ſententia non facit jus inter alios, qui coram eo non litigant, quia cùm ſententia ex natura ſuà non habeat vim legis generalis; non eſt habenda pro regulà obſervanda pro ſimilibus cauſis decidendis in eodem foro; ſed eſt tantùm quædam declaratio particularis reſtricta ad cauſas, & perſonas, inter quas proceſſus judicii eſt inſtitutus: & de hiſce inferiorum Judicum ſententiis intelligitur, quod habetur in *l. nemo 13. C. de ſent. & interloc. omn. judic.* ſcilicet non exemplis, ſed legibus judicandum eſſe: ratio eſſe poteſt, quia judicium inferiorum Judicum non præſumitur ita integrum, ſicut illud ſupremi Principis. Tum quia Judices inferiores non habent poteſtatem condendi leges, nec eas interpretandi quoad alios extra cauſam *l. fin. C. de legib.*

16 Nihilominus ſi in aliquo tribunali pluries in ſimilibus cauſis ita judicatum fuit, tunc in eodem tribunali per alios eodem modo judicandum erit, quia in tali tribunali cenſetur orta conſuetudo ita judicandi, quoties occurrunt tales cauſæ: & hæc conſuetudo dicitur ſtylus curiæ, ſeu fori, ut notat Abbas in *d. c. In cauſis 19. n. 3. h. t.* & deſumitur etiam ex *l. 37. ff. de legib.* Quòd verò ſententia ſupremi Principis dicatur facere jus quoad Judices inferiores in ſimilibus cauſis eodem modo judicandi, patitur plures limitationes. Primò ut id verum ſit, dummodo Princeps per diſpenſationem, vel ex plenitudine poteſtatis non ſtatuat aliquid per ſuam ſententiam contra, vel præter jus commune, quia tunc ſententia illa non extenditur ad alios caſus ſimiles: ſiquidem quod à lege communi exorbitat, non eſt extendendum ad caſus ſimiles, nec eſt producendum ad conſequentias *l. 1 in fin. ff. de conſtit.* Secundò limitatur, ut non procedat in ſententia tantùm interlocutoria, niſi hæc inſerta fuerit corpori juris, quia tunc habenda eſt pro lege, & ſe extendit ad cauſas ſimiles, ut notat Abbas in *d. c. in cauſis 19. n. 4. h. t.* & habetur in *l. leges 3. juncta Gloſſa v. præjudicantibus C. de legib.* Vel niſi interloquendo Princeps declaret jus, quia tunc ſententia interlocutoria non ut talis ſimpliciter, ſed ut eſt declaratio legis, vim habet legis, ut notat Gloſſa in *l. metum 9. §. ſed quod Prætor. ff. quòd metûs cauſâ,* Vel niſi ſententia interlocutoria feratur cauſa jam cognita, & præſentibus partibus, quia tunc militat eadem ratio in utraque ſententia difinitiva, & interlocutoria, ut notat Abbas in *d. c. In cauſis 19. num. 4. h. t.* Tertiò limitatur; ſi definitiva ſententia lata à Principe non ſolùm ſit contra jus alterius partis litigantis; verùm etiam contra jus commune, ſeu contra legem inſertam corpori juris, quia tunc Princeps non præſumitur per ſuam ſententiam definitivam abrogare legem univerſalem, ſed tantùm derogare in cauſa ſpeciali juri alterius partis litigantis, ſiquidem poteſt Princeps auferre uni jus, & dare alteri, ut notat Abbas in *d. c. In cauſis n. 5.*

Quæritur decimo ſeptimò, an ſententia definitiva ita ferenda ſit in ſcriptis, ut non poſſit aliter ferri? Reſpondetur, ſententiam definitivam eſſe priùs ſcribendam, & poſtea ab ipſo Judice recitandam; & quidem ſedendo, non ſtando, alioquin nullius eſt valoris, idque deſumi ex *c. Et ſi ſententia ult. h. t. in 6.* ubi Pontifex reſcribit, quòd ſi ſententia definitiva non ponatur in ſcriptis, & proferatur ab ipſo Judice ſedendo, ſit nulla, nec ſit neceſſe ab ea appellare: ubi notat Gloſſa, ſententiam interlocutoriam non eſſe neceſſariò ponendam in ſcriptis, neque proferendam ex ſcriptura, ſed ſufficere, ſi tunc Judex dicat, *condemno*, vel *abſolvo*, ut moris eſt in Italia, & præſertim Romæ apud Cardinales, & Auditores curiæ. Ratio diſcriminis eſt, quia ſententia interlocutoria non imponit finem cauſæ, nec per ipſam ceſſat juriſdictio in Judice: ſecus eſt de ſententia definitiva; quia hæc imponit finem quæſtioni *l. 1. ff. de re judic. c. ſi quis §. diffinitiva 2. q. 6.* hinc Judex poſt ejus prolationem non poteſt eam corrigere, vel mutare *l. 2 C. de ſentent. ex brev. recit.* adeò ut Judex ſive 17

21 Cæterum [illegible] compenſari iniuriâ quotidianum eſt, legibus in eo conniveotibus, nc ſcilicet tribunalia litiū multitudine obruantur. Tum quia iniuriæ plerumque ſunt parvi momenti, & non decet prætorem minimis occupari *l. ſi quis §. ult ff. de dol. mal.* Hinc ſi Titio dicenti, tu ſpurius & ex ſcorto natus as, reſpondeat Caius, ſed tu mentiris; compenſationem factam eſſe cenſet Zileſius *tom. 1. conſil. 5. numero* 11. quia tunc verba verbis tolluntur *l. nihil tam naturale ff. de regul. jur. ut vim ff. de iuſtit. & iure.* Rurſus iniuria facti facto etiam tollitur *2. tit. de orig.* Verùm id debet intelligi quoad defenſionem propriam, quia non liceì percutere eum, à quo quis percuſſus eſt, ſi non fiat ad propriam defenſionem.

22 Alios modus obtinendi jus ſuum extra judicium, & quod pro iniuria debetur, fit per ignorationem, ſeu repreſſalia, vel repreſſalias, quæ in civilibus tantùm cauſis uſitatæ ſunt. Dicuntur repreſſaliæ à *re*, & *prehendo*, quaſi iteratæ apprahenſiones: & difiniuntur repraſſaliæ, quòd ſint poteſtas capiendi, & detinandi aliena collata à Principe, vel civitate in recompenſationem damni, vel iniuriarum; & aliquando etiam repreſſaliæ concedontur pro delicto unius contra omnes de eius terra; ut ſi Titius injuriâ Caio per ſpoliationem illatâ, vel de ſolvendo interpellatus renuat ſatisfacere, nec Magiſtratus quamvis enixim rogatus adigat Titium ad ſatisfaciendum; tunc Caius ob ſuam cauſam impetratis litteris, & conſenſu à ſuo Principe duos, vel tres incolas illius loci abducit, tamdiu retenturus, donec à Titio ſibi fuerit ſatisfactum. Hoc idam poſſe atiam fieri in bonis, & rebus cenſent plures.

23 Hunc compenſationis modum antiquiſſimum eſſe, ac fundatum in legibus veterum Romanorum notat Zaſſius *in 2. ff. de orig. jur.* & Gaillus *lib. ſingulari de pignor. obſer.* 2. cenſet, primum autorem repreſſaliorum fuiſſe Numam Pompilium, à quo fœciales conſtituti fuerunt, qui fœdifragis civitatibus, niſi parère vellent, bellum denunciarent. Mynſingarus *centur. 6. obſervat.* 1. etiam fatetur, morem capiendi, ſeu pignorandi ipſos hoſtes antiquiſſimum eſſe. Ut autem repreſſaliæ licitæ ſint in conſcientia, requiritur authoritas ſuperioris, cauſa iuſta concedendi, & intentio recta illius, cui conceduntur. Jure communi ſuperior, cuius authoritate poſſunt repreſſaliæ concedi, ille cenſetur, qui ſuperiorem non habet, vel cui per juſta ſtatuta hoc eſt conceſſum. Iuſta cauſa eas concedendi ſecundùm jus eſt, ſi civitas, vel gens, aut dominus vindicare negligat, quod improbe [illegible] ſuis geſtum eſt.

24 Debet tamen damnum, ob quod conceduntur repreſſaliæ, eſſe notabile, & quòd dominus, vel civitas, aut gens requiratur, ut emendet, & nolit, vel negligat, & de hoc defectu Iuſtitiæ conſtet, quia cùm repraſſaliæ ſint quædam ſpecies belli, non conceduntur ſine neceſſitate, præſertim cùm non vacent periculis, & occaſiones aperiant rapinarum circa bona innocentium. Hinc repreſſaliæ in quinque caſibus peti poſſunt. Primò, ſi Judex requiſitus, ut vindicet, quod à ſuis improbè geſtum eſt, id renuat, nec ad ſuperiorem ipſius via pateat. Innocentius *in cap. olim de reſtitut. ſpoliat.* Secundò, quando Judex adverſarii non vult arbitros dara, aut delegatos Judices extra locum, ubi eius poteſtas eſt formidini. Tartiò, ſi adverſarius nolit prorogare iuriſdictionem Judicis non ſuſpecti. Quartò, quando fit iniuſtitia à populo, ut Tyranno, val populo erigente cervicea, & non agnoſcente ſuperiorem aliquem. Quintò, ob denegatam iuſtitiam, vel illatam ab aliquo Judice iniuriam; tunc enim concedi poſſunt repreſſaliæ contra quemcunque civem, & ſubſidium eiusdem loci *l. Iudices C. de navicularis.*

Rurſus necaſſaria aſt bona intentio illius, cui conceduntur, quia ſine bona intentione nulla actio perfectionem induit. Hiſce recenſitis conditionibus ſolent etiam addi aliæ, nimirum ut damnum non excedat ipſum intereſſe, cuius gratia infertur; ut non permittantur in perſonis iure exemptis, cuiusmodi ſunt Clerici. Prohibitæ ſunt atiam ſub pœna excommunicationis ipſo iure latæ in perſonas ſingulares; interdicuntur etiam communitates, ne contra perſonas eccleſiaſticas, vel earundam bona repreſſalia concedantur, aut extendantur, niſi talam præſumptam licentiam intra menſem poſt diem conceſſionis, aut executionis revocent, & exequentes intra menſem reſtituerint *c. unic. de iniur. & damno dato in 6.* 25

Nequa repreſſaliæ conceduntur in aliis perſonis iure exemptis, cuiusmodi ſunt confœderati, & ſubditi, qui ad ſatisfaciendum aliis mediis compelli poſſunt. Studioſi, qui in Academia privilegiata ſtudent iuxta conſtitutionem Friderici Imperatoris, quam recenſet Julius Pacius *c. 8.* dummodo verè ſtudeant. Legati *l. fin. ff. de l.* idque etiam extenditur ad deferentes neceſſaria pro legatia, & ſtudioſis, ut ſunt equi, veſtes, & alia id genus. 26

Rurſus ſunt etiam exempti euntes ad nundinas, vel locum aliquem religionis causâ. Navigantes, qui fortè vi tempeſtatis in locum ubi repreſſalia exercentur eiecti ſunt. Eximuntur etiam ij, qui in ius vocari non poſſunt, ut electus in præſidem, vel Judicem. Qui in dignitate conſtituti contradixerunt iniuriæ, ſeu iniuſtitiæ, cuius vindicandæ causâ repreſſalia ſunt. Ut etiam Principum Conſiliarii, & realiter citari. Muliares quoque quas non convenit captivas abduci propter aliena debita, net detineri ſeparatas à maritis, quòd ſi contra maritum, aut patrem permiſſa fuerit pignoratio, tunc uxor, & filii capi poſſunt, niſi nati ſint poſt contractum debitum; vel alibi jam pridem habitaverint; quia jura loquuntur de filiis exiſtentibus tempore delicti *l. in delictis §. ſi extraneus ff. de noxal.* 27

(o)

§. V.

§. V.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones.

1 QUæritur primò, an per exceptionem impediatur executio ſententiæ? Reſpondetur, omnem exceptionem, quæ poſt ſententiam, & non contra ſententiam opponitur, poſſe executionem impedire *l. 1. C. de re iudic.* & eſt communior ſententia, quia tunc exceptio non repugnat ſententiæ; ut eſt compenſatio debiti liquidi, & pretii non ſoluti, ſunt enim exceptiones, quæ non opponuntur ſententiæ, & eius executionem impediunt. Rurſus exceptiones peremptoriæ, ut notat Gaillus *l. 1. obſer. 113.* executionem ſententiæ impediunt, non tamen in omnibus regulariter, ſed tantùm in certis caſibus, quos recenſet Gloſſa *l. 1. C. de iur. & facti ignor.* Primò in milite armatæ militiæ, & id ipſo jure *l. 21. de iur. delib.* & ibi Gloſſa *in V. permitto C. de iur. & fact. ignor.* Secundò, in his, qui ſe defendunt, ne teneantur ſolvere in ſolidum *l. Neſennius §. fin. ff. de re iudic. l. ex diverſo §. fin. ſolut. matrim.* Tertiò, in mandatore ſuper re judicata convento, qui contra eos, qui eidem mandârunt, actiones ſibi mandari, deſiderare poterit *l. 41. ff. de fideiuſſor.* Quartò, in beneficio S. C. Macedon. & Velleian. *l. 12. ff. de S. C. Maced.* Quintò, in minore 25. annis ratione beneficii reſtitutionis in integrum *l. minor. 36. ff. de minor.* Sextò, in exceptione Banni, & excommunicationis. Septimò, in aliis exceptionibus per quas demonſtratur, iudicium nullum fuiſſe, & conſequenter ſententiam irritam; vocantur hæ exceptiones nullitatis, quæ ſi notoriæ ſint, impediunt executionem.

2 Quæritur ſecundò, an Judex Judici ad executionem cooperetur? Reſpondetur, eſſe indubitati juris, quòd Judex eccleſiaſticus in cauſis ſæcularibus implorare poſſit brachium ſæculare, & ſi contumaciter recuſet, poſſit eccleſiaſticus Judicem laicum excommunicare, *c. de offic. Iud. Ordinar.* ubi habetur, cùm opus fuerit Epiſcopi, publicum convocent auxilium non ad præjudicandum, ſed potiùs ad ea, quæ Deo ſunt placita perſequendum, ut notat Covarruvias *lib. pract. quæſt. c. 10.* Menochius *caſ. 452.* Gaillus *lib. 1. obſer. 115.* E converſo Judex eccleſiaſticus debet laico ſuccurrere in neceſſitatibus, ut notat Gloſſa *in c. 1. de offic. Iud. ordinar.* & Panormitanus ibid. juxta vulgatum effatum: *Alterius ſic res altera poſcit opem.* Debet tamen Judex eccleſiaſticus cautè procedere; adeo ut hoc ſit poſtremum remedium non adhibendum, niſi exploratis primò conſuetis, & propriis. Quamobrem ſi condemnatus Eccleſiaſticas cenſuras non timeat, eáſque flocci faciat, & contumaciter reſiſtat, nullique monitioni aurem præbeat, tunc Eccleſia utitur brachio ſæculari *c. cum non ab homine de iudic. & c. pernicioſa de offic. Iud. ordin.* Felin. *in c. ſignificaſti de offic. deleg.*

3 Quæritur Tertiò, an ſententia alioquin nulla ob ſolum defectum ſolemnitatis in jure præſcriptæ ſuum adhuc valorem ſortiatur in foro conſcientiæ. Reſpondetur, talem ſententiam in foro conſcientiæ validam quidem eſſe, ſed Judicem eam proferendo ſine tali ſolemnitate graviter peccare: ſiquidem ſolemnitates juris ſcripti requiſitæ ad valorem ſententiæ, ſunt tantùm extrinſecæ, & non pertinent ad ſubſtantiam, ſed tantùm concernunt morem, ritúmque fori externi, ut monet Gaillus *lib. 1. obſer. 42.* hoc autem intelligitur de ſententia juſta, quia ſi fuerit iniuſta, quamvis nulla ſolemnitas deſit, nullam parit obligationem, ut fusè probat Gaillus *l. 2. de pace publica. c. 8.* Quòd verò Judex peccet proferendo ſententiam ſine ſolemnitatibus in iure præſcriptis ex eo liquet; quia delinquit in re gravi. An verò valeat ſententia, ſi cum ſolemnitatibus aliis præſcriptis à iure proferatur ab eo, qui non eſt Judex. Reſpondetur concurrentibus duabus conditionibus talem ſententiam validam eſſe. Prima conditio eſt authoritas Judicis committentis alteri ſententiam pronunciandam, ut notat Mynſing. *centur. 5. obſer. 45.* Secunda ſi communi errore exiſtimetur Judex: quia communis perſuaſio tametſi falſa dat iuriſdictionem, & validitatem actis *argu. c. ecce ego diſt. 95.* Layman. *lib. 3. tract. 4. c. 22. n. 9.* neque id debet mirum videri in rebus ad forum externum pertinentibus: ſiquidem etiam indulgentiæ conceſſæ à Prælato non legitimo, qui vulgò credebatur verus, non minùs operantur, quàm ſi à verò Prælato concederentur. Rurſus qui ſolvit Prælato notoriè intruſo, etiam liberatur, Barb. *in c. dudum 2. de elect. n. 4.* Hinc acta Judicis exiſtimati veri ex communi errore valent, primò poſt commiſſum crimen, dummodo id vulgò ignotum ſit. Secundò, licèt Prælatus ipſo jure privatus ſit poteſtate juxta conſtitutionem Pij V. ſi permittat ingredi mulieres in Monaſterium virorum, validum nihilominus eſt, quod virtute ſui officii exequitur. Tertiò, ſententia Judicis excommunicati eſt valida, quamdiu denunciatus non eſt, ut docent Canoniſtæ communiter: non tamen hæc extenduntur ad ea, quæ ſunt juris divini, aut naturalis: ſi enim, qui non eſt ſacerdos, abſolutionem impertiret ſacramentalem, tametſi communi errore cenſeretur eſſe ſacerdos; nihilominus abſolutio nulla eſſet; quia jure divino abſolvere à peccatis non niſi veris ſacerdotibus competit.

Quæritur quartò, quomodo ſententia, quæ in rem iudicatam tranſivit, impediri poſſit? Reſpondetur, duobus modis poſſe id contingere. Primò, ſi innocentia condemnati demonſtretur, id enim virtuti, & innocentiæ debetur, ne ab errore, vitio, & calumniis opprimatur. Tum quia ſententia iniqua, & erronea cùm nulla ſit, non cenſetur tranſire in rem judicatam, niſi fictione, & præſumptione quadam, quæ non poteſt veritati præjudicare, hinc Felinus *in c. conſanguinei de ſent. & re iud. n. 7.* ait, quòd Judex per novam notitiam innocentiæ Rei confeſſi, & condemnati debeat ſuperſedere ab executione, & alii monent, teneri tunc Judicem reſcribere ad Principem, ut ipſe tanquam ſuperior revocet ſententiam, quia Judex, qui eam

tulit, eam ampliùs revocare nequit, eò quia ſit iam totaliter ſuo munere functus circa talem cauſam. Secundus modus, quo impeditur ſententia, quæ jam tranſivit in rem iudicatam eſt, ſi Princeps, qui ſuperiorem non agnoſcit, velit pœnam remittere, & condemnare iniuriam *l. 1. C. de ſent. poſſ. l. fin. C. de generali abolit. l. 1. §. de qua autem. ff. de poſtulan.*

5 Hæcque remiſſio fieri poteſt generaliter, vel partialiter: priori modo fit ob publicam lætitiam, ob proſperum eventum victoriæ obtentæ, nativitatis filij, ob adventum magni Principis. Cavere tamen Princeps debet, ne in remittendis iniuriis præjudicet legibus, & aliis creditoribus, qui jure ſuo ob alienam libertatem privandi non ſunt. Partialiter fit remiſſio, cùm oni alieni condonatur pœna, ut accidiſſe illi legimus, cui Matth. 18. dicitur: *ſerve nequam omne debitum dimiſi tibi quoniam rogaſti me.* Rurſus iniuſtam ſententiam paſſis quatuor poteſt modis ſubveniri per appellationem, per ſupplicationem principi porrectam *C. Veniam 35. q. 9.* per querelam falſi *c. ſicut nobis de teſt. 4.* & per reſtitutionem in integrum *c. ex litteris de reſtit. in integrum.*

6 Quæritur quintò, quomodo ſententia proſit, vel noceat aliis non litigantibus? Reſpondetur ex textu *c. cum ſuper 17. de ſent. & re iudic.* Sententiam in pluribus prodeſſe, vel nocere etiam aliis. Primò ſententia in Regem lata obeſt, vel prodeſt etiam ſucceſſori. Idque procedit etiam in cauſa maioratûs. In cauſa contra feudi poſſeſſorem: & contra Prælatos quando ſententia non fertur contra perſonam, ſed contra dignitatem, quia hæc tranſit ad ſucceſſores. Secundò, ſententia lata contra principalem mandari poteſt executioni contra eum, qui rem litigioſam emit. Tertiò, quando quæſtio eſt de ſtatu, an ingenuus quis ſit, vel ſervus, tunc quod de uno ſtatuitur ad omnes pertinet eiusdem ſtatus. Quartò, ſententia lata contra principalem citato fideiuſſore illi præjudicat. Quintò, contra debitorem ſententia lata poſt contradictum pignus nocet condoctori, idque procedit etiam de proprietario, & uſufructuario. Sextò, ſi contractus fuerit declaratus irritus, non prodeſt aliis. Septimò, ſi quiſquam de alia familia fuerit à Principe declaratus nobilis, prodeſt id cæteris aliis, qui ſunt de eadem familia, niſi aliter conſtet de voluntate Principis nobilitantis. Octavò legatariis, fideicommiſſariis obeſt ſententia in hæredem lata. Nonò, ſententia lata de inhabilitate teſtatoris non obeſt hæredi ſubſtituto, ſi citatus non fuerit, vel ſi nocet, id tantùm contingit quoad aliquam præſumptionē. Decimò habentibus dominium utile, aliquando prodeſſe poterit ſententia formata pro domino proprietatis.

7 Sententia verò contra Vaſallum, & feudatarium in poſſeſſione naturali non nocet dominis directis, quia poſſident ſimiliter. Vndecimò, ſi aliqui eiusdem artis, vel poſſeſſionis condemnentur, damnum extenditur ad omnes eiusdem poſſeſſionis. Ut etiam, ſi ſententia proferatur contra cives alicuius urbis, tranſit ad omnes ſucceſſores, quibus nocet. Duodecimò, ſi gener ſocerum, vel poſſeſſor venditorem, vel de proprietate rei emptæ, vel in dotem data experiri ſinat condemnato venditore, vel ſocero præjudicat generi, & poſſeſſori, ut docent Panormitanus *in c. quamvis h. t.* Covarruvias *lib. pract. quæſtionum. c. 13. & ſequent.*

Quæritur Sextò, an ſententia lata interpretationem admittat? Reſpondetur, quòd quamvis ſententia lata ſit ſtricti juris, nihilominus interdum admittit interpretationem præſertim quando aliquid in illa omiſſum fuit explicitè, quod tamen implicitè in eadem continetur, ut in exemplo, quod affert Gaillus *lib. 1. obſer. 116.* cautio de non moleſtando in futurum in ſententia retinendæ poſſeſſionis omiſſa eſt, ſi illam in executione petebat Victor, exigi adhuc poteſt, & à victo hæc cautio præſtanda eſt: quia venit ex ipſa actionis natura per textum *in l. C. ut poſſidetis* iuxta intelligentiam Ultramontanorum, ut refert Bartolus *l. interdictum ff. eod.* Quamobrem non multum intereſt, an cautio illa petita ſit in libello, vel non; & an in ipſo ſententia exprimatur, vel omittatur, quia eſt de natura actionis, cui intrinſecè connectitur: ſiquidem taciti, vel expreſſi regulariter eſt par ratio, & virtus, ut notat Decius *in regul. jur. ff.* 155. Neque obſtat, quòd ſententia lata dicatur eſſe ſtricti juris, non enim dicitur eſſe ſtricti juris, quia nullam omnino declarationem admittat; ſed quia extendi non debet ad perſonas gravandas, vel relevandas, quarum non intereſt iudicium factum, & ſententiam latam eſſe, ut notat Baldus *in l. falſa C. ſi ex falſ. inſtrum.* Tuſchus *concluſ. 124.* Barb. *in c. dilectus. de offic. Iud. Ordinar.* 8

Quæritur ſeptimò, an ſententia lata contra matrimonium tranſeat in rem judicatam? Reſpondetur non tranſire, ſed veritate comperta ſtatim retractari debere *c. lator. de ſentent. & re judic.* quia contra iniuſtitiam conſenſus litigantium non obſtat: neque coniuges de ſuo ſtatu quoad matrimonii valorem diſponere, vel judicare poſſunt, quia id pertinet ad poteſtatem ſuperiorem, ut notat Gloſſa *in c. inter h. t.* Maranta *de ord. iud. 3. p. 6.* Ratio itidem eſt, quia alioquin facultas concederetur peccandi, ſi per ſententiam Judex pronunciaret matrimonium validum eſſe, & ex ſe de facto eſſet invalidum. Hinc quando error innoteſcit Judici, tunc etiam reluctantibus coniugibus procedere poteſt ad cognitionem cauſæ, & judicare matrimonium irritum, illudque diſſolvere, ſi opus ſit: & viciſſim ſi coniuges ſint ſeparati, & Judex cognitâ juſtitiæ cauſâ deprehendat, matrimonium eſſe validum, poteſt illud confirmare. Secundò, iniuſtitia ſententiæ matrimonialis tam reſpectu meritorum cauſæ, quàm ordinis proceſsûs, per acta cauſæ probari poteſt etiam poſt decennium à tempore latæ ſententiæ, ut notat Abbas *in c. lator. de ſent. & re iud.* Tertiò nec poſt decennium ſententia tranſit in rem judicatam, ut omnino rata, & firma ſit; & tametſi prætextu appellationis corrigi non poſſit, per viam tamen querelæ permiſſum eſt contra ipſam allegari, ut docet Hoſtienſis *in tit. de ſent & re iudic. c. fin.* ubi aſſerit, ſententiam matrimonii non tranſire 9

in

Digitized by Google

in rem judicatam quoad veritatem, ſed tantùm quoad ſubtilitatem.

10 Quæritur octavò, an ſententia lata contra Eccleſiam vacantem ſuum ſortiatur valorem. Reſpondetur, ſententiam latam contra Eccleſiam legitimo ſuo deſtitutam defenſore invalidam eſſe *c. fin. ne ſede vacante. c. 1. de reb. Eccleſ. non alienand.* ſiquidem Eccleſia, comparetur minori quoad beneficia juris communis *c. 1. de in integr. reſtit. c. auditis eod. tit.* & ſicut contra minorem carentem tutore, vel curatore proceſſus eſt irritus, & ſententia nulla; ita etiam ſi feratur contra Eccleſiam deſtitutam legitimo ſuo defenſore. Hinc capitula Eccleſiarum ſublato capite ſolent ſtatim deſignare Oeconomum, vel Proviſorem, aut Syndicum, vel Actorem, quorum curâ, & vigilantiâ bona Eccleſiæ, & facultates conſerventur. Hinc ob hanc rationē Epiſcopus Eccleſiæ parochiali vacanti dat curatorem, qui illius incolumitati provideat, eiúſque damna avertat.

11 Quæritur nonò, an ſententia quæ nititur duobus fundamentis uno vero, & altero falſo vim aliquam habeat. Reſpondet Soccinus *regul. 354.* quòd quando duæ cauſæ expreſſæ ſunt in ſententia, quarum una vera eſt, altera falſa, tunc ſententia ſuſtentatur ob eā, quæ vera eſt, ut potiùs valeat, quàm pereat *argu. l. quoties ff. de reb. dubiis.* Panormit. *in c. ſicut nob. n. 15.* quia reipublicæ, & ſingulorum civium intereſt iudiciorum authoritatem ſalvam eſſe, ne concesſâ licentiâ impugnandi Judicis ſententias lites protrahantur. Neque inde adeſt periculum, ne innocentibus iniuria inferatur, quia ſemper adeſt locus appellationi, ſupplicationi, vel querelæ, ut notat Decius *in c. 1. de donatione n. 15.* & cum illo alii plures.

12 Quæritur decimò, an valeat ſententia lata in alieno territorio. Reſpondetur iure communi non valere, quia extra territorium jus dicenti non paretur impunè *c. 2. de conſtit. in 6. clement. paſtoralis de re judic.* ubi dicitur ſententiam Henrici Imperatoris contra Rupertum Siciliæ Regem eſſe nullam, eò quia lata fuerit contra illum extra diſtrictum imperij. Sed ibi aſſignatur alia ratio, quia Romanæ ſedi potiùs, quàm imperio ſubeſſe debeat. Hinc cuique Judici relinquitur attendendum, ut non judicet contra limites proprii territorii præſertim inter invitos. Epiſcopis tamen indultum eſt à Concilio Vien. *c. unic. clement. de for. compet.* ut in aliena Diœceſi, quando à ſua expulſi ſunt, poſſint jus dicere ſuis ſubditis, petitâ tamen priùs, quamvis non obtentâ licentiâ à proprio Epiſcopo. Quòd ſi ambæ partes conſentiant, poteſt Judex delegatus procedere etiam extra territorium delegantis, & tunc valet ſententia etiam ſine conſenſu domini, ad quem pertinet territorium *c. ſtatutum §. in nullo de reſcript. in 6.* ſiquidem iuriſdictio delegati non cohæret, nec terminatur territorio; ſicut iuriſdictio ordinarii, ut notat Marenta *p. 6 v. expedita ſecunda parte numero 65. per textum ſingul. in c. ſtatutum §. in nullo de reſcript.*

13 Quæritur undecimò, contra quem ferri debeat ſententia, quando dominus agit per Procuratorem, & quomodo ſit ſententia probanda. Reſpondetur ſpectato jure civili ſententiam condemnatoriam ferri debere contra procuratorem, quia conteſtatio litis ſi agatur civiliter, fit contra procuratorem, quamvis nomine principalis abſentis, proinde contra ipſum ferri debet ſententia condemnatoria; alioquin ſi ferretur contra principalem ipſo iure eſſet irrita *l. 1. C. de ſent. & interl.* & deſumitur *ex c. querelam 25. §. nos igitur de elect.* juncta Gloſſa *V. Oeconomi*, ubi ait, concipienda eſſe verba ſententiæ in perſonam procuratoris, non principalis perſonæ; quia procurator per litis conteſtationem fit dominus litis, adeo ut cum ipſo quaſi cen- 13
ſeatur contractus iniri, & in contractibus procurator ſibi acquirit actiones, & obligationes, quas deinde principali debet cedere *l. multum 6.* juncta Gloſſa *V. poteſt C. ſi quis alteri, vel ſibi*, quod tamen intelligitur, dummodo ſit verus procurator, & non tantùm nuntius, ſed verum inſtrumentum mittentis.

Quod tamen limitatur primò, ſi dominus, 14
ſeu principalis in principio litis præſens fuit, adeo ut ipſe per ſe ipſum fuerit litem conteſtatus: poteſt tamen in ea cauſa ferri ſententia contra illum, qui relicto procuratore abſens eſt *argu. l. furti 6. §. ſi quis alieno ff. de his, qui notant. infam.*

Secundò, ſi agatur in iudicio non ordina- 15
rio, ſed procedatur ſimpliciter, & de plano abſque ſtrepitu judicij, tunc enim principalis condemnari poteſt etiam in cauſa civili, & foro ſæculari.

Tertiò, ſi agatur de crimine criminaliter 16
per procuratorem, quia tunc in dominum, qui procuratorem ad ſe defendendum conſtituit, poteſt ſententia ferri, ut notat Abbas *in c. querelam n. 10 de elect.*

Quartò, in cauſis matrimonialibus, bene- 17
ficialibus, & ſimilibus ſpiritualibus, in quibus ſententia non poteſt ferri contra procuratorem, fertur tunc contra principalem, ut mirum ut maritus uxori cohabitet: Clericus beneficium reſignet.

Quintò, ſi Syndicus, vel Adminiſtrator 18
generalis nomine Eccleſiæ, vel alterius Communitatis agat in judicio, tunc enim ſententia ferri poteſt contra Eccleſiam, vel Communitatem; ut deſumitur *ex c. licèt 9. de probat.* & ibi Gloſſa *V. commune, & c. ſuſcitata. 6.* juncta Gloſſa *V. Monaſterium*, quia cùm Eccleſia, vel alia communitas debeat neceſſariò agere per alium, tanquam Procuratorem, Syndicum, vel Curatorem, ideo iure ſtatutum eſt, ut actiones, & obligationes etiam ad ipſos tranſeant, quorum nomine agitur *l. cum qui 5. §. ſi actori ff. de conſtit. pecun.*

Sextò, ſi tutor nomine pupilli agat, vel 19
Curator nomine minoris 20. annis, tunc enim ipſe cenſetur iudicium ſuſcipere, proinde ſententia contra pupillum; vel minorem ferri poteſt.

In jure tamen Canonico ſivè in procurato- 20
rem, ſive in principalem perſonam abſentem ſententia concipiatur in cauſis civilibus, ea valet, ut notat Gloſſa *fin. in c. licèt. 9. de probat. & in*

c. ſciſcitata 6. V. Monaſtrium de in integr. reſtit. Ratio eſt, quia revera principalis, ſeu dominus per ſuum procuratotem contrahir principaliter, & in judicio litem eum adverſario conteſtatur, & juxta *regulam juris 27. in 6.* qui per alium facit, perinde eſt, ac ſi per ſe ipſum faceret, hinc etiam executio ſententiæ, & exactio ſolutionis debitæ fit in bonia domini mandantia: ut etiam vice verſa ſi vincat procurator in judicio, ipſi principali, ſeu maodanti debet ſolutio fieri, niſi procurator habuerit ſpeciale mandatum *l. hoc jure 86. de ſolut.*

21 Quæritur duodecimò, an Judex Ordinarius poſſit revocare ſuam ſententiam ſemel latam. Reſpondetor, ſententiam Judicia aliam eſſe interlocutoriam, & aliam definitivam, illam eſſe, quæ ſuper incidentibua, & emergentibus fertur, & expectat poſt ſe ſententiam definitivam; adeò ut per ſententiam interlocutoriam cauſa non finiatur, ut notat Bartolua in *l. Titia n. 4. v. ſecundò modo ff. de accuſat.* Definitiva eſt, quæ totam cauſam definir, & oullam aliam poſt ſe expectat ſeatentiam, & hæc ſententia talis eſt naturæ, ut ſi ſemel lata fnerit, regulariter non poſſit ampliùs revocari, imò nec corrigi, vel emendari a Judice, ut ootat Gloſſa in *l. Actorum. ff. de re judic.* & id procedir ſive ante, ſive poſt decendium, poſtqnam ſententia lata fuit, & tradita actuario, ut notat Bartolus *l. poſt ſententiam C. de ſent. & interlocut. omn. Iudic.* idque procedir ſive Judex ſit ſuperior, ſive inferior, ſive ordinarius, ſive delegatna *c. in litteris de offic. delegat.* Ratio eſt, quia poſt latam ſententiam Jndex functus eſt ſno officio, proinde nil ultra poteſt, cùm noo conveniat naturæ ſententiæ definitivæ, quòd poſſit corrigi, vel emendari etiam incontinenti, ut probat Alexander *conſ 90. n. 2. l. ſ* quia. poſtquam Judex protulit verbum illud *condemno*, vel *abſolvo*, ab illo tunc oil poteſt ulteriùs immutari, ut notac Gloſſa in *l. Actorum. ff. de re iudic.* Verùm Barcolua ibi cenſet, id verum eſſe, ſi Jndex protulit ſententiam, ut totaliter abſolutam, & & perfectam alioqnin ſi nondum habuit ſeotentiam pro effecta, & totaliter abſolnta, cenſet, poſſe ſententiam corrigere, & huie ſententiæ adhæret Angelua in *l. Iudex numero 4. ff. de re iudic.* Sed tunc ut notat Ancharanua *conſil. 208. numero 15.* debet Judex non ex intervallo, ſed incontinenti corrigere, & emendare ſuam ſenteutiam: Verùm hæc ſententia non videtur ſatisfacere, niſi loquatur de emendatione, ſeu correctione, quæ fiat, antequam Judex pronuntiet ſuam ſententiam, quia ea ſemel lata, & recitata Judex incontinenti deſinit eſſe Judex, præter quam in acceſſorija, ſcilicet quoad expenſas *l. Paulus 1. ff. de re iudic.* & *l. poſt ſententiam C. de ſent.* Tum quia poſt ſententiam ſemel latam, & pronuntiatam incontienuti fuit ius quæſitum patti, proinde per Judicem non poteſt tale ius eidem auferri *argumento l. huiusmodi §. qui ſtichum. ff. de legat. 1.* Ratio itidem eſt, quia ubi primùm ſententia publicatur, habetur, ut abſoluta, niſi Judex ſibi reſervet à principio aliquid in ſententia poſtea definiendum, ut notat Tuſchus *litt. S. concluſione 432. numero 4.* quod intelligendum eſt de acceſſoriis: ſiquidem quoad illa adhuc eſt Judex, ut notat Alexander *conſ. 90. numero 3.*

Hoc idem etiam procedit de arbitro, quia hic neque poteſt ſententiam ſuam corrigere, nec declarare etiam interlocutntiam, niſi ſpecialiter id ſibi commiſſum ſit à partibua, ut notat Bartolus in *l. quid tamen num. 2. ff. de arbit.* quia arbiter etiam ipſe, ubi ſemel pronuntiavit ſententiam, functua eſt ſuo officio, adeò ut non ſit ampliùa Judex. Idque probari etiam ſolet argumento donationia irrevocabiliter factæ, quæ ubi ſemel perfecta fuic, non pnteſt ampliùs revocari, ſi nimirum fiat inter vivos, & acceptetur à Donatario *l. velles C. revocand. donat.* & docet Flaminius *de reſignat. lib. 1. quaſt. 13. numero 7.* ubi aſſerit, transferentem jus ſuum in alinm non poſſe ſuæ ceſſionis pœnitere, quia quod à principio fnit voluntarium ex poſtfacto efficitur neceſſarium ex *regul. quod ſemel. de reg. jur. in 6.* 22

Neque obſtat, ſi dicas, qood fit incontinenti cenſeri ineſſe, proinde ſi Judex incontinenti ſententiam muter, etiam poſt publicationem, mutatio prodeſt, quia pronuntiatio ſententiæ non cenſetur omnino perfecta, & hac ratione cenſet Gloſſa in *c. Prædicator 16. quaſt. 1.* poſſe ſententiam definitivam incontinenti revocari, quamvis de jure non poſſit revocari *l. quod juſſit ff. de re iudic.* Tiraquel. *de retract. conventionibus §. 1. Gloſſa 5. numero 16.* ubi etiam aſſerit, poſſe ſententiam revocari incontinenti ex illo principio, *quod ea neceſſe videantur, quæ fiunt incontinenti*, & etiam id evincit ex Gloſſa in *d. c. Præterea de teſtibus cogendis*, ubi teſtia, qui depoſoit poteſt corrigere incontinenti ſnum teſtimonium abſque eo, quod enervetur eius dictum, ut etiam cenſet Iaſon in *l. jurisgentium §. quinimò col. 3. V. ſecundò principaliter ff. de pact.* Idque ſolet etiam firmari exemplo Notarij, qui poteſt incontinenti corrigere originalem ſcripturam etiam in iis, quæ partiom concernunt utilitatem, ut notat Speculator in *tit. de inſtrumentis edit. §. Inſtrumentum V. ſed nunquid infecto inſtrumento.* Nam contra eſt, quia neque incontinenti poteſt Judex quidquam corrigere, vel emendare in ſententia, poſtquam ſemel ab ipſo pronuntiata fuit, quia tunc deſinit eſſe Judex, & eſt totaliter functua ſuo officio, adeò ut oonniſi in acceſſoriia, & conſequentibus poſſit ſenteotia ſuppleri eodem die *l. Paulus ff. de re iudic.* ubi dicitur, quòd hæc ſuppletio debeat fieri eodem die, & etiam habetur in *l. Operis cum Gloſſa*, & ibi Bartolus *ff. locati.* quia ex propinquitate temporis, quod eodem die factum eſt, dicitur ſimul fieri, & præſumitur ita ab initio partes contraxiſſe: qua ratione teſtis dicitur poſſe incontinenti, non verò ex intervallo ſuum teſtimonium corrigere, & ita etiam docet Baldus in *c. cum dilectus colum. 1. de fide inſtrum.* ubi air inſtrumenta poſſe produci uſque ad ſententiam excluſive: non 23

tamen

tamen poſſe incontinenti produci poſt ſententiam: quia quoties quæſtio eſt de momento, facta poſt momentum etiam incontenti non cenſentur amplius ineſſe, ut notet Jaſon in *l. edita col. 5. v. quid ergo ſi incontinenti C. de edend.* Quamobrem regula illa, quâ facta incontinenti cenſentur ineſſe, non procedit in ſententiis difinitivis poſt pronuntiationem, ſeu traditionem factam tabellioni; neque procedit in aliis rebus momentaneis, in quibus poſt momentum, quæ ſiunt, non videntur ineſſe.

24 Cæterum ſi Judex ſententiæ apponeret verba aliqueembigua, quæ poſſent intelligi in varioa ſenſus, poſſent hæc etiem poſt ſententiam latam explicari, & declarari non ſolùm eb eodem Judice, ſed etiem ab ejus ſucceſſore: ratio eſt, quia declaratio nullum jus novum affert, ſed tantùm, quæ ambigua ſunt, & obſcura, dilucidat, & aperit *l. hæredes palam §. ſi quid poſt. ff. de teſtam.* unde quamvis Judex poſt latam ſententiam non ſit amplius Judex, eò quie functus ſit ſuo officio *l. Judex ff. de re judic.* edhuc poteſt verba obſcura, & ambigua inſerta ſuæ ſententiæ latæ declarere etiem parte non citata, ut notat Felinus in *c. qualiter, & quando 2. de accuſat.* & docet Boërius *decis. 172. n. 23. & 24.* ubi aſſerit, declarationem latæ ſententiæ nunquem fuiſſe exclnſam. Secus tamen eſt, quando verba ſententiæ ſunt clere, & menifeſta, & ageretur de nova declaratione: quie tunc cùm hæc nova declaratio ſapiat quandam novam interpretationem, & diſpoſitionem non eſt admittende: hinc neque teſtis poteſt ſuum teſtimonium declarere, quendo declaretio ſapit novam depoſitionem, ut notat Decius *l. in ambiguis orat. num. 3. de reg. jur.*

25 Quod verò ad ſententiam attinet interlocutoriam, hæc poteſt revocari, donec difinitiva lata fuerit *l. quod juſſit ff. de re judicata*, & ibi Bartolus in *r. notat 6.* Ripa, *n. 8.* & alii aſſerentes, ſententiem interlocutoriam poſſe revoceri, emendari, & corrigi: & retio ex eo petitur, quia poſt latam ſententiem interlocutoriam, adhuc Judex perſeverat quoad ſequentia in ſuo officio, proinde cùm habeat juriſdictionem, adhuc poteſt aliam ſententiam interlocutoriam pronuntiare, & deſumitur ex *l. poſt ſententiam C. de ſent.* & notat Felin. in *c. qualiter n. 6. de accuſ.* Imò hæc poteſtas revocandi ſententiam interlocutoriam conceditur etiam Judici delegato, ut notat Rebuffus *tom. 3. ad leges Gallia tit. de ſent. art. 3. Gloſſ. unic. n. 28.*

26 Quæritur tertiodecimò, an Judex altem de conſenſu pertium poſſit ſententiam difinitivam a ſe latam corrigere? Reſpondetur negative. Ratio eſt, quie Judex poſt pronuntiatam a ſe ſententiam difinitivam functus eſt ſuo officio, adeò ut non ſit ampliùs Judex in tali cauſa, proinde cum non accipiat juriſdictionem à conſenſu partium, ſed a ſuperiore, non poteſt poſt ſemel publicatam ſententiam defi[illegible]itivem eam [illegible]or[illegible]rigere etiam de conſenſu partium, ut n[illegible]at Gloſſa in *C. de tranſactionib.* & docet Rebuffus *tom. 3. ad leges Gallia tit. de ſent. art. 3* [illegible] *unic. num. 9.* & Baldus in *c. Præſentata col* [illegible] *de teſtib.* Imò de jure Luſitano id procedit, quamvis pars in cujus favorem ſententia pronuntiatur, fateetur injuſtam eſſe ſententiam, quia jus Luſitanum non diſtinguit, & generaliter adimit poteſtatem Judici iterum judicandi poſt latam ſententiam. De jure tamen communi Judex Ordinarius, ſi nulliter ſententiam pronuntiet, poteſt iterum judicare *l. 1. C. de ſent. & interloc.* & docet Gloſſa in *l. ſi ut propone 2. C. quomodò & quando Iudex* Tiraquel. in *l. boves §. hoc ſermone limit. 1. num. 14. de V. S.* Menochius *de arbit. q. 67. n. 2. v. 1.*

An verò id etiam procedat de cauſis criminalibus, cenſet Anenias in *c. De his de accuſ.* ſententiam in cauſa criminali non tranſire in rem judicatam, adeóque poſſe ſemper à Judice mutari, etiem poſtquam lata fuerit. Sed communior, & verior ſententia eſt, id etiem extendi ad cauſas criminales, in quibus quomodocunque lata ſit ſententia, non poteſt Judex ampl[illegible]ius eam mutare *l. Divi ff. de pœn.* unde ſi poſtquam Judex pronuntiavit ſententiam criminalem conſtet ſibi, vel etiam ex actis de innocentia condemnati ad pœnam corporalem, remittenda eſt cauſe ed Principem, qui docendus eſt de innocentia condemnati, & interim differri debet executio, quia licèt Judex non poſſit innocentem abſolvere, qui ſecundùm probationes repertus fuerat nocens *l. acta §. 1. ff. de re judic.* poteſt tamen Princeps veniam concedere, ut docent Felinus in *c. conſanguinei col. 2. de re judic.* & Covarruvias in *epit. de ſponſal. 2. p. c. 8. §. ult. num. 15. v. quod in criminalibus cauſis*, ubi expreſsè docet, non poſſe revoceri ſententiam criminalem, à qua tempore debito non fuit appellatum, tametſi pœnem inferat corporalem, & conſtet de innocentia condemnati: quia tunc ſententia habet authoritatem rei judicatæ, proinde ex ſola ſpeciali gratia Principis revoceri poteſt. 27

Quid verò dicendum ſit, ſi ſentent[illegible] Judice pronuntiera fuerit nulla, & partes præſentes eem approbaverint, cenſet Menochius *conſ. 381. n. 17.* talem ſententiam ſuum ſortiri valorem, non tamen per modum ſententiæ, ſed per modum conventionis, & pacti *l. 2. C. cum utriuſque iud.* & etiem docet Felinus in *c. De cauſis n. 6. de offic. deleg.* & Decius *conſ. 475. n. 35.* ubi expreſsè aſſerit, ſententiam invalidam non poſſe probari à partibus, ut veleet per modum ſententiæ, eò quie non ſit in poteſtate pertium, cum ſint homines priveti tribuere juriſdictionem Judici, & facere, ut ſententie de non velide fiat valida. *l. Pri[illegible]atorum C. iuriſdic. omn. Iudic.* & docent Bartolus in *l. 1. C. qui pro ſua iuriſdic.* Decius in *c. examinata in 1. notabil de confir. util. vel inutil.* Imò id [illegible]tiam procedit de laudo nul[illegible]ius veloris, ex eo enim, quòd fuerit [illegible] partibus approbetum, non acquirit valorem [illegible] ſed tunc loc[illegible] ſententiæ, & leudi ſubintret pactum, vel convent[illegible]o, ret one[illegible]us partes inter ſe conveni[illegible]nt [illegible] ſe[illegible]que com[illegible]nunt, ut notat Goza[illegible] in *conſ 98. num. 20.* & Ant[illegible]. *decis. 117. num. 6.* ubi deſi[illegible]it, quod [illegible] leudum ſemel ſit nullum, non poſſit ratificari, ut habeat vim laudi, vel ſententiæ, ſed tantùm poſſe partes inter ſe convenire per modum pacti ad illud obſervandum, & 28

tunc

ciu̅m non præſumitur ita integrum; ſicut judicium Principis *c. 1. de poſtul. Prælat.*

14 Cæterum in factis dubiis conſultiùs ſemper eſt judicare, ſicut per alios in eodem facto fuit judicatum. Obſervandum tamen eſt, quòd ordo juris, vel inductus eſt jure merè poſitivo, ut quòd libellus offeratur in ſcriptis, & fiat litis conteſtatio, & hunc ordinem juris non debet ſummus Pontifex obſervare ex neceſſitate, ſed tantùm ex honeſtate; quia Princeps non eſt ligatus hujuſmodi legibus *l. Digna 4. C. de legib.* Tum quia ſummus Pontifex ex plenitudine poteſtatis poteſt diſpenſare in jure poſitivo *c. Propoſuit 4. de conceſſ. præbend.* quapropter Innocentius in *c. unic. de lit. conteſt. num. 1.* aſſerit; coram Papa ſufficere narrationes partium fieri abſque ulla petitione, vel litis conteſtatione; eò quia præſentia partium ſuppleat has ſolemnitates. Vel ordo juris deſcendit ex jure naturali, aut gentium, ut eſt citatio partis; & ut admittatur Rei defenſio (niſi evidenter conſtet, nullam ei competere) *clement. 2. h. t.* & has ſolemnitates ſummus Pontifex tenetur ſervare, adeò ut non poſſit eas ſupplere, ut nec etiam alius ſupremus Princeps, ut Imperator, vel Rex, quia pertinent ad naturalem æquitatem, pars enim non debet condemnari, niſi priùs audiatur, conſequenter etiam citetur; & Reo danda etiam eſt defenſio.

15 Quæritur ſextodecimò; an ſententia lata à Papa, vel alio ſupremo Principe habeat vim legis, & faciat jus inter alios inferiores Judices, adeò ut teneantur iſti in ſimilibus cauſis ſimiliter judicare? Reſpondetur affirmativè ex *c. In cauſis 19. h. t.* ubi Innocentius III. reſcribit teneri Judices inferiores judicare eo modo, quo judicavit Pontifex in ſimilibus cauſis, quo fit, ut Papa debeat judicare ſubtiliter, & ſecundùm rigorem juris, niſi ex neceſſitate, vel utilitate diſpenſet: hinc notat Gloſſa, ſententiam Papæ facere jus quoad omnes, adeò ut ſicut Papa judicat, debeant alii in ſimilibus cauſis ſimiliter judicare. Ratio petitur ex eo, quia judicium Principis præſumitur eſſe integrum, & omnia, ac ſingula in eo plenè examinata. Hoc autem non procedit de ſententia lata à Judice inferiori; talis enim ſententia non facit jus inter alios, qui coram eo non litigant, quia cùm ſententia ex natura ſua non habeat vim legis generalis, non eſt habenda pro regula obſervanda pro ſimilibus cauſis decidendis in eodem foro; ſed eſt tantùm quædam declaratio particularis reſtricta ad cauſas, & perſonas, inter quas proceſſus judicii eſt inſtitutus: & de hiſce inferiorum Judicum ſententiis intelligitur, quod habetur in *l. nemo 13. C. de ſent. & interloc. omn. judic.* ſcilicet non exemplis, ſed legibus judicandum eſſe: ratio eſſe poteſt, quia judicium Inferiorum Judicum non præſumitur ita integrum, ſicut illud ſupremi Principis. Tum quia Judices inferiores non habent poteſtatem condendi leges, nec eas interpretandi quoad alios extra cauſam *l. fin. C. de legib.*

16 Nihilominus ſi in aliquo tribunali pluries in ſimilibus cauſis ita judicatum fuit, tunc in eodem tribunali per alios eodem modo judicandum erit, quia in tali tribunali cenſetur orta conſuetudo ita judicandi, quoties occurrunt tales cauſæ: & hæc conſuetudo dicitur ſtylus curiæ, ſeu fori, ut notat Abbas in *d. c. In cauſis 19. n. 3. h. t.* & deſumitur etiam ex *l. 37. ff. de legib.* Quòd verò ſententia ſupremi Principis dicatur facere jus quoad Judices inferiores in ſimilibus cauſis eodem modo judicandi, patitur plures limitationes. Primò ut id verum ſit; dummodo Princeps per diſpenſationem, vel ex plenitudine poteſtatis non ſtatuat aliquid per ſuam ſententiam contra, vel præter jus commune, quia tunc ſententia illa non extenditur ad alios caſus ſimiles: ſiquidem quod à lege communi exorbitat, non eſt extendendum ad caſus ſimiles, nec eſt producendum ad conſequentias *l. 1 in fin. ff. de conſtit.* Secundò limitatur, ut non procedat in ſententia tantùm interlocutoria, niſi hæc inſerta fuerit corpori juris, quia tunc habenda eſt pro lege, & ſe extendit ad cauſas ſimiles, ut notat Abbas in *d. c. in cauſis 19. n 4. h. t.* & habetur in *l. leges 3. juncta Gloſſa v. præjudicantibus C. de legib.* Vel niſi interloquendo Princeps declaret jus, quia tunc ſententia interlocutoria non ut talis ſimpliciter, ſed ut eſt declaratio legis, vim habet legis, ut notat Gloſſa in *l. metum 9. §. ſed quod Prætor. ff. quòd metûs cauſâ.* Vel niſi ſententia interlocutoria feratur cauſa jam cognita, & præſentibus partibus, quia tunc militat eadem ratio in utraque ſententia diffinitiva, & interlocutoria, ut notat Abbas in *d. c. In cauſis 19. num. 4. h. t.* Tertiò limitatur; ſi definitiva ſententia lata à Principe non ſolùm ſit contra jus alterius partis litigantis; verùm etiam contra jus commune, ſeu contra legem inſertam corpori juris, quia tunc Princeps non præſumitur per ſuam ſententiam definitivam abrogare legem univerſalem, ſed tantùm derogare in cauſa ſpeciali juri alterius partis litigantis, ſiquidem poteſt Princeps auferre uni jus, & dare alteri, ut notat Abbas in *d. c. In cauſis n. 5.*

Quæritur decimo ſeptimò, an ſententia definitiva ita ferenda ſit in ſcriptis, ut non poſſit aliter ferri? Reſpondetur, ſententiam definitivam eſſe priùs ſcribendam, & poſtea ab ipſo Judice recitandam, & quidem ſedendo, non ſtando, alioquin nullius eſt valoris, idque deſumi ex *c. Et ſi ſententia ult. h. t. in 6.* ubi Pontifex reſcribit, quòd ſi ſententia definitiva non ponatur in ſcriptis, & proferatur ab ipſo Judice ſedendo, ſit nulla, nec ſit neceſſe ab ea appellare: ubi notat Gloſſa, ſententiam interlocutoriam non eſſe neceſſariò ponendam in ſcriptis, neque proferendam ex ſcriptura, ſed ſufficere, ſi tunc Judex dicat, *condemno*, vel *abſolvo*, ut moris eſt in Italia, & præſertim Romæ apud Cardinales, & Auditores curiæ. Ratio diſcriminis eſt, quia ſententia interlocutoria non imponit finem cauſæ; nec per ipſam ceſſat juriſdictio in Judice: ſecus eſt de ſententia definitiva; quia hæc imponit finem quæſtioni *l. 1. ff. de re judic. c. ex qui §. definitiva 2. q. 6.* hinc Judex poſt ejus prolationem non poteſt eam corrigere, vel mutare *l. 2 C. de ſentent. ex brev. recit.* adeò ut Judex ſive 17

benè ſive malè eam pronunciaverit; functus ſit ſuo officio *c. In literris de offic. deleg.* proinde deſinit eſſe Judex *l. Judex ff. de re judic.* Quia verò niſi ſententia definitiva ſcribatur, & ex ſcripto recitetur, poſſet contingere, ut veritas propalata occultaretur, & per conſequens, qui fuit victor, ridiculè, & fruſtra laboràſſet in judicio *element. ſæpe* & ibi Gloſſa *v. in ſcriptis de V. S.* ſequitur, quòd ad evitandas has fraudes debeat ſententia definitiva poſtquam ſcripta fuit proferri ab ipſo Judice de ſcripti recitatione: alioquin non mereretur nomen ſententiæ, nec eſſet neceſſe ab eadem appellare, ut habetur in *d. c. Et ſi ſententia ult. h. t. in 6.*

38 Secus eſt de ſententia interlocutoria, quia in ipſa non vertitur tantum præjudicium, cùm non feratur ſuper principali, ſed ſuper incidentibus, & emergentibus inter principium cauſæ, & finem, ut ſuper libello admittendo, vel corrigendo, ſuper dilatione danda, vel neganda, & aliis ſimilibus *c. ſignificantibus de offic. deleg.* ideo non eſt neceſſe, ut ex recitatione ſcripti proferatur, ſed ſufficit, ut tabellio, vel duo teſtes eam redigant in ſcriptis, poſtquam Judex eſt interlocutus, alioquin circa ejus continentiam Judici non credetetur *c. quoniam de probat.*

39 Excipiuntur tamen primò cauſæ leves, & parvi momenti inter viles perſonas, quia tunc cùm ſoleant cauſæ brevitat expediri, non eſt neceſſe, ut in iiſdem ſententia feratur in ſcriptis *authent. niſi breves C. eod.* Verùm ad judicandum quænam cauſæ ſint cenſendæ braves, & exigui momenti, id relinquendum eſt arbitrio Judicis inſpecta qualitate perſonarum, conſuetudine fori, circumſtantia loci, ut notat Gloſſa in *d. c. Et ſi ſententia ult. h. t. in 6.* Obſervandum tamen eſt, quòd in cauſis matrimonialibus, beneficialibus, aliiſque ſimilibus, tametſi hæ cognoſci poſſint ſummariè ſine figura, ſine ſtrepitu judicii *elem. 2. de judic.* adhuc tamen requiritur, ut ſententia à Judice proferatur ex ſcripto *element. ſæpe* & ibi Gloſſa *v. in ſcriptis de V. S.* ratio eſt, quia hujuſmodi cauſæ accenſentur iis, quæ ſunt magni momenti, proinde ſententia proferenda eſt ſicut in iſtis.

40 Excipitur ſecundò cauſa notoria; quia tametſi hæc ſententiam exigat, non tamen eſt neceſſe, ut feratur in ſcriptis, quia in notoriis ordo, & ſolemnitates juris non requiruntur *c. Ad noſtram 20. de jurejur.*

41 Tertiò excipitur, quando Judices ſunt illuſtres, & in dignitate excellente conſtituti; hi enim poſſunt per alium, cui id commiſerunt, ſententiam ex ſcripto intimare partibus: hinc etiam Epiſcopus poteſt ſententiam definitivam per alium recitare; ſiquidem ſententiam recitare per alium eſt major gravitas judicantis *l. Hac lege. C. de ſent. ex brev. recit.* & quia Pontificali dignitate præditis ob reverentiam ſacri officii, quod exercent, plurimum convenit deferri, ac decet, eos plus aliis honorari *c. 2. de offic. deleg.* ideò conceditur Epiſcopis, ut ſententiam definitivam in ſcriptis redactam poſſint per alium recitare, cùm id etiam indulgeatur aliis illuſtribus perſonis. Verùm id reſtringitur ad Epiſcopos confirmatos, & conſecratos, quia propter conſecrationem, & ordinem Epiſcopalem hoc privilegium illis conceditur. Tum quia Epiſcopi conſecrati æquiparantur perſonis illuſtribus, ut notat Ancharanus in *d. c. Et ſi ult. not. 4. h. t. in 6.*

Quartò excipitur Papa, ut etiam quilibet 42 alius Princeps ſupremus, qui poteſt ſententiam proferre ſine ſcripto: ratio eſt, quia quòd ſententia ſit proferenda ex ſcripto, eſt ex jure poſitivo, quod Princeps ſupremus ſervat tantùm ex honeſtate, non verò ex neceſſitate, quia ſupremus Princeps non obligatur ejuſmodi legibus, cùm per plenitudinem poteſtatis poſſit etiam ſuper tale jus diſpenſare, ut declarat Innocentius III. in *c. propoſuit. 4. de conceſſ. præbend.* hinc Innocentius IV. in *c. 1. de litis conteſt.* ait, quòd coram Papa ſufficiat partium narrationes fieri ſine petitione, & litis conteſtatione: quia ſola præſentia Papæ ſupplet has ſolemnitates, quæ ſunt de jure poſitivo *c. 1. de tranſact.* non tamen ſupplet, quæ in ordine juris habentur de jure naturali, ut quòd pars citetur, & ejus defenſio admittatur, niſi notorium fuerit, nullam competere defenſionem *clement. 2. h. t.* quia quæ ſunt de jure naturæ, Princeps non poteſt tollere, ut notat Baldus in *l. ult. n. 1. C. de leg.* ubi diſtinguendo ait, quòd coram Principe requiritur examinatio, & ventilatio varitatis, quæ eſt de jure gentium, & quamvis non teneatur Princeps obſervare ſolemnitates legales tenetur tamen obſervare, quæ ſunt juris gentium, ut ſunt citatio partis, & quòd ejus defenſio admittatur, quia hæc pertinent ad naturalem æquitatem.

Quintò excipitur, niſi per conſuetudinem 43 contrarium fuerit introductum: ſiquidem per conſuetudinem legitimè inductam tolli poſſunt hujuſmodi ſolemnitates, & fieri, ut valeat ſententia, ſi legatur per alium, Judice tamen præſente, & mandante.

Sextò excipi etiam ſolent Judices conſerva- 44 tores, qui poſſunt aliis committere recitationem ſententiæ *c. ult. §. vices de offic. deleg. in 6.* imò etiam Inquiſitores hæreticæ pravitatis. Verùm id patitur difficultatem, quia in *d. c. ult.* ſolùm dicitur, quòd Conſervator poſſit partem ſuæ juriſdictionis alteri committere, ut ibi notat Gloſſa: recitare autem ſententiam ex ſcripto præſente Judice non videtur actus juriſdictionis, ſed nudum miniſterium, quod Judex per alterum exercet.

Quæritur decimooctavò, an qui petit rem 45 certam cauſa expreſſa, ſuccumbat in judicio, ſi eam non probet? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Abbate 3. h. t. in 6.* ubi Pontifex reſcribit, quòd ſi quis in judicio petat aliquam rem ſibi deberi, & exprimat certam cauſam, ſi hanc eandem cauſam non probet, debeat ſuccumbere, quamvis producat, & probet alias. Ratio eſt, quia ſententia ferri debet juxta petitionem libelli *c. licet Heli de ſimon.* adeò ut Judex teneatur etiam ſententiam ferre ſecundùm legitimè allegata, & probata *l. illicitas ff. de offic. præſid.* & quia petens rem ex certa cauſa totum jus

jus ſuum ad illam cauſam reſtringit *l. ſolemnis ff. de iudic.* & ceſſante cauſa ceſſat effectus *c. cum ceſſante de appellat.* & ſi actor non probet, Reus ſit abſolvendus *l. qui accuſare C. de edend.* ſequitur, quòd ſi in libello actionis realis exprimatur certa cauſa, & ſpecialis, per quam actor dicat, rem illam petitam ſibi deberi, debeat neceſſariò cauſam illam probare: alioqnin abſolvitur Reus à petitione actoris, ut dicitur in *d. c. Abbate 3. h. t. in 6.* Neque ſufficit, ſi cauſam aliam probet, quia tunc non probat hoc eſſe, quod ab hoc contigit abeſſe *l. Non hoc C. unde legit.* & quia jus actoris reſtringitur ad ſolam cauſam expreſſam in libello, ideo ſi hanc non probet, ſuccumbit, & Reus abſolvitur: imò id procedit, quamvis nova cauſa poſtea emergat, quia agens ex certa cauſa illam maximè poſt litem conteſtatam mutare non poteſt, nec aliam 45 allegare, cùm ſuper alia non ſit facta conteſtatio, ſed tantùm ſuper ea, quæ non probatur *c. quoniam ut litis non conteſt.* & quia litis conteſtatio eſt fundamentum cauſæ *c. unic. de lit. conteſt.* ſequitur, quòd, qui petit ex certa cauſa rem aliquam, non poſſit eam obtinere ex alia cauſa emergente poſt litem conteſtatam *l. 1. ff. de except. rei judic.*

46 Secus tamen eſſet, ſi quis tantùm in genere rem peteret, & nullam certam, & ſpecialem cauſam exprimeret, quia tunc ex quacunque cauſa emergente poſt litis conteſtationem poteſt rem illam obtinere, ſi cauſam probet, quia generaliter proponit aliquid ſibi deberi, vel jure dominii, vel quaſi dominii, & tunc ex hoc præcipuè inſpiciendum eſt Judici, an ſufficienter conſtet de jure, vel intentione actoris, vel non, ſi enim de hoc ex cauſa etiam poſtea emergente conſtet, debet Judex exinde ſuum animum informare, ut dicitur in *d. c. Abbate 3. h. t.* & deſumitur etiam ex *l. ſi mater §. eandem ff. de except. rei judic.* quia tametſi petitum fuerit indebitè, non propterea ob hoc minùs valuit judicium ſubſecutum; neque illius acta, vel geſta propterea minùs valida extiterunt: neque Judex cognita veritate poteſt in contrarium pronunciare tuta conſcientia. Quamobrem ſi actori ſufficit fundaſſe ſuam intentionem ex ſuperveniente cauſa, eò quia egerit ex aliqua cauſa ſpecialiter non expreſſa: non tamen poſſet ſuam fundare intentionem, ſi certam, & ſpecialem cauſam ſubjungeret in ſua petitione, quia tunc teneretur eam in ſpecie probare: quia actor jus dominii non ampliùs generatim deducit in judicium, ſed ex particulari illa cauſa, quam adnectit ſuæ petitioni, proinde ſi eam non probaverit; Reus eſt abſolvendus à tali judicio: Verùm tunc actori non obſtat exceptio rei judicatæ, quo minùs alio judicio ex alia cauſa, & titulo, ſive is tempore litis conteſtatæ in priori judicio extiterit, ſive poſtea ſupervenerit, experiri poſſit *l. ſi Mater 11. §. denique ff. de except. rei judic.*

47 Quòd ſi dominium, vel quaſi dominium tanquam cauſa propinqua actionis realis fuerit abſolutè in judicium deductum non expreſſâ certâ causâ, ut ſi Cajus dicat, peto mihi a Titio Poſſeſſore fundum dari; eò quia ſim dominus, vel quaſi Dominus talis fundi: & poſt litis conteſtationem novus titulus dominii adveniat Cajo: tunc diſtinguendum eſt inter jus civile, & canonicum, quia ſpectato jure civili non poteſt Judex pro Cajo actore ſecundùm illam cauſam, ſeu titulum novum pronuntiare, quia nequit judicare niſi ſecundum id, quod in judicium deductum fuit: atqui titulus, ſeu cauſa nova, quæ poſtea ſupervenit; non fuit in judicium deducta, neque lis ſuper ea conteſtata, eò quia nondum erat, cùm lis conteſtaretur, & deſumitur ex *l. non poteſt 23. ff. de iudic.* & docet Baldus in *l. 1. num. 7. C. de alienat. iudic.* ſecus ex jure canonico (in quo magis æquitas, quàm juris ſubtilitas attenditur) ſufficit, ſi titulus dominii poſtea ſupervenerit, ſaltem priusquam in cauſa concluſum ſit, ut Judex pro actore poſſit pronuntiare: quia ſecundùm benignam interpretationem; ut liti expeditior finis imponatur, omne id cenſetur in judicium eſſe deductum per petitionem ex cauſa generali, quod tunc erat, vel poſtea durante proceſſu judicii futurum eſt idoneum ad tranſlationem dominii; quinimo Bartolus in *d. l. non poteſt* cenſet, id eſſe etiam ſentiendum ſecundùm jus civile *argum. l. ult. C. de annal. except.*

Quæritur decimonono, an tempus decendii ad appellandum præfixum ſtatim currat à tempore latæ ſententiæ? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *cap. quod ad conſultationem 15. h. t.* ubi Innocentius III. declarat, quòd 48 quando per ſententiam datur terminus competens ad aliquid agendum, ut ſi ad ſe purgandum dentur viginti dies, ſi tunc appellans ſine contradictione acceptet, & intra decendium non appellet, non poteſt poſt decem dies à ſententia lata appellare, præſertim, ubi cauſa non redditur appellandi, quia videtur per interpretationem juris paruiſſe ſententiæ. Item qui condemnatur ſolvere pœnam pecuniariam intra 24 dies; ſi acceptet terminum, videtur renuntiaſſe quadrimeſtri, & non poterit appellare tranſacto decendio; quia ex juſta cauſa poteſt Judex abbreviare tempus quadrimeſtre, tametſi cauſa abbreviationis non appareat. Hinc tempus decendii ad appellandum præfixum ſtatim currit à tempore latæ ſententiæ, non verò à tempore termini aſſignati ad executionem ſententiæ, quia decem dies ad appellandum conceduntur partibus, ut infra illos poſſint deliberare, an velint ſtare ſententiæ, nec ne, auditâ illius prolatione *authent. hodie C. de appellat.* & quia pars, quæ prætendit ſe per talem ſententiam gravari, non dicitur gravari a die termini ſibi præfixi ad aliquid faciendum, ſed incontinenti, cùm primùm ſententia fertur *c. biduum 2. q. 6.* & *l. 1. ff. de re iudic.* ſequitur, quòd cum poſt decendium ſententia tranſeat in rem judicatam, qui ad provocationis ſubſidium intra id temporis non recurrit, ſibi deneget aditum appellandi, quia per interpretationem juris videtur tunc latæ ſententiæ paruiſſe, idque vel maximè eſt verum, ſi cauſa non producatur appellandi, ut habetur in *d. c. quoad conſultationem 15.* & in *l. 1. §. biduum ff. quando appell. ſit.*

Hinc ſi condemnatus non appellet à ſen-

tentia contra ſa lata intra tempus ſtatutnm, cenſetur acquieſcere ſententiæ: hæa autem præſumptio, quâ non appellans cenſetur acquieſcere ſententiæ, id operatur, ot poſtea non audiatur, quamvia abſolutè loquendo poſſit eſſe falſa: quia ſraquentiſſimè ex alia cauſa appellatio intermittitur, quando ſcilicet quia litea execratur, mavultque re earera, quàm ob illam ſæpiùs litigare *l. Item ſi res* 4. §. 1. *ff. de alienat. Iudic. mut. cauſ.* Verùm cùm dicitur, quòd ſententia, ſi ab ea intra dacandium non fuerit appallatum, tranſeat in rem iudicatam, adeò ot ſaltem per remedium ordinarium non poſſit ampliùs retractari, id debet intalligi, ſi aliàs de jure ſubſiſtat, quia ſi vitium contraxerit nullitatis, eò quòd fuerit lata à Judice non competente, vel contra jua commune, tunc non tranſit in rem judicatam, nec appallatio eſt naeeſſaria *l. 2. C. quando prov. non eſt neceſſe*, qnia quæſtio nnllitatis protrahitur ad 30. annos, perinde ac alia actio perſonalis ſecundùm communem ſententiam.

50 Præteraa quadrimeſtre tempua, quod conceditur à lega cōdemnatis in actione parſonali, poteſt, ſi juſta eauſa ſubſit, à Judice arctari, quia tempus quadrimeſtre datur regulariter Reo obligato actione perſonali poſt aondemnationem causâ miſerationia, ut interim poſſit commodiùs adimplete, quod dabet *c. quarenti de offic. deleg.* & *l. ſi cum milit. ff. de compenſat.* In actione tamen reali, in qua res obligata præſumitur eſſe magia in promptu, ut tradatur, ſi Rens dixerit, ſe velle ſententiæ parere, illicò poteſt ſententia mandari executioni; alioquin poſt decem dies ſi non fuerit appellatum *l. 4. §. ſi ex conventione ff. de re iudic.* & quia cognoſcena pro tribunali non ſemper tenetur tempua conceſſum condemnatis in perſonali actione ſervare, poteſt nonnnnquam illud arctare, vel etiam prorogare pro qualitate cauſæ, quantitata rei, obſequio, val contumaciâ perſonarum, quo fit, ut rarò intra ſtatutum tempus, tempus ſententiæ obſervetur *l. 2. ff. de re indic.* Quamobrem ſi ex juſta cauſa conſultiua Judici viſum fuerit, poteſt reo tempua hoc quadrimeſtre arctare, vel prorogara, quamvis regulariter teneatur tempua à jure indultum ſervare *c. Indultum de regul. jur. in 6.* Quòd ſi condemnatus ſpontè recipiat terminnm arctatum, non poteſt elapſo decendio appellare, quamvis non conſtet, Judicem ex cauſa coarctâſſe tempus: ſiquidem remittenti ſuas actiones non datur tegreſſus ad eas *cap. quamvis 25 de ſent. & re jud.* & quia Judex poteſt ex cauſa, non verò abſq; ulla cauſa tale tempus coarctare *l. 4. §. ſi ex conventione ff. de re iudic.* ſequitur, quòd qui ab initio ſpontè recepit talam terminum breviorem eo, qni ei fuerat à jure indultus, debeat ſibi imputare, ſi poſtea non poſſit longiorem terminum habere: quia ex eo, quòd aceeptaverit terminum coarctatum, videtut renuntiâſſe juri ſuo, & beneficium jnris contempſiſſe.

51 Cæterum ab axecutione ſentantiæ non admittitur appellatio, quia hæc fuit introducta ad removendum gravamen, quod à Judice malitioſè vel ignoranter infertur *c. ſuggeſtum de appell.* & quia Executor alterius ſententiæ eſt ſimplex miniſter, qui non dicitur ipſe gravare, cùm omne gravamen inflictum ſit à Judiae, qui mandavit, non ab ao, qui mandatum exequitur *l. ſi ut proponis C. de execut. rei iudic.* ſequitur, qnòd ſi pars ſentiat ſe gravari, debeat appellare à Judice, qui mandat ſentantiam exequi, non à miniſtro, qui eam exequitur *c. ſuper de offic. deleg.* Id tamen limitatnr, niſi in execution modua excadatnr: ſiquidem ubi executor excedit fines ſui mandati, gravat ipſe executor; quia aùm talem excaſſum non habuerit in mandatia, ax ſuo arbitrio procedit; proinde tunc non mandans, ſed qui mandatum axeqnitur, dieitur gravare *c. novit. de appell.* & quia ad evitandum facti gravamen, poteſt etiam à ſententia nulla, & ab actū invalido appellari *l. ſi expreſſimus. ff. de appell.* tit, quòd ſi axecntor axcedat modum ſibi injunctum, poſſit ab ipſo licitè appellari *c. quoad conſultationem 15. h. t.* & *l. Ab executore ff. de appell.*

52 Quæritur vigeſimò, an ſententia lata contra jus litigatoris, non tameo contra jus cōmune, ſi non fuerit appallatum, tranſeat in rem judicatam? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. cum inter 13. h. t.* ratio ex eo petitur, quia quando ſententia eſt lata contra jus ſpaciale litigatoris, non continet in ſe ullum manifeſtum errorem, per quem ſit evidenter injuſta *l. cum prolatis ff. de re iudic.* & cùm partea non appellando intra debitum tempus, eenſeantur ei acquieviſſe, ac earundem juribus, ſi quæ in contrarium competebant renuntiâſſe *c. cauſam 14. h. t.* & ſententia à Jndice competente prolata præſumatnr in dubio juſta; ideo poſt tranſitum in rem judicatam, ſentantia, quæ non apparet evidenter injuſta, nec aſt contra jus conſtitutionis, ſumitur pro veritate, & inducit jua inter partea, quamvia in aliquibna fuerit prolata contra jna uniua litigatoris, nt habetur in *d. c. cum inter 13. h. t.* & in *l. ingenuum ff. de ſtat. homin.*

53 Cæterum antequam ſententia tranſeat in rem judicatam non inducit jus inter partes, ſed tantùm beneficio ipſius diaitur jua quod ipſia ineſt declarari *l. ſicuti §. ſed ſi ſervit. vind.* quia tametſi præſumatur etiam tune pro ſententia lata, non taliter tamen, ut poſſit ab ea recedi, & per Judicem appellationis poſſit ea revocari, ſi per aam pars, quæ appellavit, appareat gravata, quòd ſi ſententia lata ſit contra jua conſtitutionia, eſt ipſo jure nulla, quia tunc eſt notoriè injuſta, & Judex eam fundavit, vel contra jus commune, vel aontra manifeſtum errorem, & jna publicum non potaſt à Jndica immutari *c. cum inferior. de maj. & obed.* tenetur enim Judex ſecundùm jus publicum proferre ſententiam *c. 1. de conſtitut.* & *l. Non dubium C. de legib.* Hinc quando dicitur, quòd ſententia lata contra jna litigatoris, & à qua intra decendinm non eſt appellatum, ſit valida: & lata contra jus conſtitutionia, ſeu jus aommune non taneat, id debet intelligi, ſi in ſententia arror, ſeu repugnantia juris, ac legia fuerit expreſſa, quia eo ipſo, quòd Judex in ſententia ferenda ſe, & ſuam ſententiam expreſsè fundat contra jus commune; ceſſat runc omnia præſumptio pro juſtitia ſententiæ; proinde ut manifeſtè injuſta rejicitur, & nt iniqua non valet. Sin autem ſententia ſit tantùm contra jua litigatoris, tuna valas ſententia, quia

præ

pro eios iuſtitia ſtat præſumptio, præſertim quia Reus condemnaıus, ex eo, quòd non appellet, videatur acquieſcere ſuæ ſententiæ.

24 Quæritur vigeſimoprimò, an teneat ſententia lata contra privilegium oſtenſum, vel non oſtensũ, ſi ab hoc non fuerit appallatum? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. ſuborta* 21. *h. t.* ubi Innocentius III. declarat, quòd, quando oſtenſo privilegio Papa ferr ſententiam contra privilegium, talis ſententia lata ſnum ſortitur valorem: ſin verò non ſuerit oſtenſum Judici, & Judex proſerat ſententiam, & non appelletur, nec ſupplicetur, ſententia non ſit retractanda prætextu privilegii. Ratio ax eo deſumitur, quia privilegium eſt jus privatum, & quia ſententia lata contra ius lirigatoris eſt valida *c. cum inter* 13. *h. t.* ſeqnitur, quòd, ſi à tali ſenteniia per appellationem, vel ſupplicationem intra tempus debitum non fuerit receſſum, tranſeat in rem judicatam, & partes cenſeantur eidem acquieviſſe, ac renuntiâſſe earum iuribus. Hinc ſentenıia lata à Papa, vel Principe contra privilegium à ſnis prædeceſſoribus conceſſum, & exhibitũ in iudicio tenet, qnia tunc Princeps præſumitur illud tacitè reprobare, vel habere pro ſub- vel obreptitio, cùm veriſimile non ſit, quod Princeps contra illud pronuntiâſſet, niſi ea aliqua cauſa fuiſſet invalidum, nt notat Abbas in *d. c. ſuborta* 21. *n.* 4. *h. t.* ſiqnidem Princeps ordinariè non ſolet in ſententiis ſerendis derogare iuri alicuius. Quinimò licèt ſit tale privilegium, quod Princeps poſſit pro ſoo libito revocare, adhue non præſnmitur velle illud revocare, niſi id ſufficienter exprimat, qnia *ex regul. jur.* 16. *in* 6. decet, baneficium tonceſſum à Principe eſſe manſurum.

25 Cæterum ſententia lata ab inferiore Judice contra privilegium conceſſum à Principe aſt invalida, niſi de illius valore fuerit priùs legitimè diſputatom *argum. c. cùm veneſſent* 12 *de judic.* Cæteıum quod dicitur de ſententia lata contıa privilegium, eam non eſſe retractandam prætextu privilegii de novo producti, procedit etiam de ınſtrumentis, aliisque probationibus de novo productis, adeò ut neque propter nova inſtrumenta, novásqne probationes reſcindi debeat ſententia priùs lata, ſi jam tranſierit in rem judicatam, cum ab ipſa non fuerit appellatnm *l. Imperatores* 35. *ff. de re judic. l. ſub ſpecie* 4. *C eod.* & *c. inter* 20. *h. t.* ubi expreſsè dicitur, quòd prætextu novorum inſtrumentorum lites deciſæ reſtanrari non debeant, proinde neque ſentenıia lata retractari. Et id procedit, quamvis ſententia lata ſit contra eccleſiam, ut nntat Abbas in *c. ſuborta* 21. *n.* 5. *h. t.* ubi ait, qnòd ſpectato jure communi non ſit retractanda ſententia lata ob inſtrumenta, vel novas probationes. Verùm in ıali caſu per beneficium reſtitutionis in integrum ſubveniendũ eſt eccleſiæ, ut talis ſententia reſcindatur, quia pesinde ſubvenitur eccleſiæ, ac Minorenni *argum. l. Minor.* 26. *ff. de minor.* ubi ob omiſſam allegationem, proinde multò magis ob reperta de novo inſtrumenta deciditur, minorem eſſe reſtituendum: & quia eccleſia utitur iure Minoris *c.* 1. *de reſtit. in integ. in* 6. reſcinditur ſententia contra ipſam lata per beneficium reſtitutionis in integrum, ſi nova inſtrumanta exhibeantur, vel novæ probationes producantur, & qnæ antea non poterant produci, ut etiam docet Innocentios in *c. ultra* 55. *de teſtib. n.* 2. nt etiam ſi dolo Adverſarli, vel alterius tertij factum fuerit, quò minùs ante latam ſententiam producerentur.

Cæterum quòd in *d. c. ſuborta* 12. *h. t.* di- 26
catur, quòd ſententia, quæ tranſit in rem iudicatam, non debeat poſtea retractari, id limitandum eſt. Primò, in caſu, quo quis contra executionem ſententiæ excipit eſſe iniuſtam, & id probat, etiam poſtquam ſententia tranſiit in rem iudicatam; quia licèt talis excepıio debuiſſet repelli justa *c. Inter Monaſterium* 20. *h. t.* eò quia ſententia jam tranſierit ln rem iudicatam, nihilominus, ſi à Judice abſque proteſtetione fuit admiſſa, & cognita, & quia ipſa exceptio ſnaptè naturâ prodeſt, licèt debito tempore non ſit oppoſita, ideo tunc etiam ſententia proſerri debet ſuper iniuſtitia, qnia ſententia pronnntiari debet de ea re, de qua Judea cognovit *l. de unoquoque* 47. *ff. de re iudic.* Secundò, limitatur ſi pars victrix fataatur ſententiam laıam in ſuñ favorem eſſe injuſtam, tunc enim debet etiam reſcindi, quamvis tranſierit in rem jndicatam, ut notat Abbas in *c. cum inter* 13. *n.* 8. *h t.* Terıiò limitatur, ſi notorium ſit, & evidenter conſter, ſententiam fuiſſe iniuſtè latam *argum. l. ſi pars* 10. *ff. de inoffic. teſtam.* quia quoties ſententia lata eſt manıfeſtè iniuſta, æquiıas exigit, ut reſcindatur, ne gravamen inferatur tartio contra iuſtitiam.

Quæritur vigeſimoſecundò, an, ſi teſtes, 27
qui erant Conſpiratores, & propter eorum dicta, ſuit lata ſententia, ſi appelletur, ſit ſententia tetractanda? Reſpondeıur affirmativè ex *c. cùm* 22. *h. t.* ubi declaratur, quòd ſententia, à qua fuit appellatum, ſit retractanda, ſi conſter, reſtes, ad quorum duntaxat dicta lata fuir, conſpiratores fuiſſe, & contradicente parte receptns. Ratio eſt, quia per appellationem legitimè interpoſitam ſuſpenditur ſententia *c. Paſtor. de offic. Deleg.* & eius iniquitas debet à Judice, ad quem fuit appellatum, corrigi *l.* 1. *ff. de appell.* & qoia Judex tenetur ſententiam ferre ſecnndùm legitimè allegata, & probata *l. Illicitas de offic. Præſid.* & criminoſi repellantur à teſtimonio ferendo *c. teſtimonium de teſtib.* ſiquidem non eſt contra alios credendum illis, qni ſunt criminibus implicati *c. forus de V. S.* & multò minus eſt credendnm conſpiratoribus, cum tanqnam inimici accedant ad teſtificandum, non Zelo ioſtitiæ, ſad ſomite malignantis animi *cap. per tues de ſimon.* & non poſſit imputari parti, quæ illis conttadicit, qnòd in ſui præjudicium eos approbaverit *c. præſentium de teſtib.* ſequitur, quòd cùm talıs ſententia per inteıpoſitam appellationem non tranſierit in rem iudicaıam, & præſumatur ſundata in falſis probationibus, debeat tanquam iniuſtè prolata reſcindi à Judice appellationis, ut dicitur in *d. c. cum* 22. *h. t.* & in *l. falſam C. ſi. ex falſ. inſtrum. vel teſtib.* Cæternm quamvis Conſpiratoras contra Prælatum, vel altum, contra quam conſpirârunt,

non debeant admitti, ut eius inimici ad teſtificandum, eò quia non Zelo juſtitiæ, ſed malitiæ fomite moveantur, ut notat Gloſſa in *d. c. cùm* 22. *v. conſpir.aceres h. t.* poſſunt nihilominus examinari, & eorundem iuramenta de veritate dicenda recipi ſuper aliis perſonis, & rebus, quæ propriè ad Prælatum non pertinent; & id vel maximè procedit, quando fit generalis inquiſitio, vel quando agitur tantùm ad correctionem, ſeu pœnitentiam. Verùm teſtes, qui examinantur, cùm ſint criminoſi, non faciunt plenam probationem, ſed tantùm quandam præſumptionem, quia minor ipſis eſt fides habenda.

58 Quæritur vigeſimotertiò, an ſententia lata in comitijs generalibus à deputatis judicibus pro cauſis ſubditorum habeat vim legis, ſi approbetur à toto Capitulo. Plures videntur id affirmare, eò quia Judices deputati tunc procedant in cauſis nomine Capituli generalis, adeò ut cenſeantur ſententiæ latæ ab ipſo generali Capitulo, cui cùm inſit poteſtas condendi leges, ipſæ quoque ſententiæ habent vim legis, quia ſententiæ latæ à Principe habent vim legis, ut docent Gloſſa in *l. nemo C. de ſent. & interloc. omn. Iudic.* Alexander in *l. ſæpe n.* 73. *ff. de re iudic.* Paris. *conſil.* 76. *n.* 29. *lib.* 4. ubi citat plures alios. Tum quia confirmatio capituli Generalis id operatur, ut tales ſententiæ ſint ipſius capituli juxta textum *c. ſi Apoſtolica de præbend. in 6.* ubi Pontifex ait: *Illa noſtra facimus, quibus authoritatem impertimur.* Nihilòminus reſpondetur quæſito, huiusmodi ſententias latas ab illis deputatis Judicibus non habere vim legis, tametſi iisdem acceſſerit confirmatio Capituli: ratio eſt, quia tunc ſolùm ſententia Principis vim obtinet legis, quando ipsâ cauſâ diſcuſsâ, & ex certa ſcientia illam profert *l. fin. C. de legib.* ibi: *Si imperialis Majeſtas cauſam cognitionaliter examinaverit, & partibus conſtitutis ſententiam dixerit, omnes omnino Iudices, qui ſub noſtro imperio ſunt, ſciant hanc eſſe legem.* Hoc idem etiam habetur in *l. 1. ff. de conſtit. princ.* & docent Menochius *conſil.* 501. *n.* 33. Gomez in *proœm. ad reg. Cancel. q.* 2. *ad* 1. Felinus in *rubric. de reſcript. n.* 1. & communiter Canoniſtæ in *c. in cauſis de re judic.*

59 Ratio ex eo deſumitur, quia lex eſt eſſentialiter regula directiva communitatis fundata in iurisdictione Principis, & Princeps non poteſt ponere regulam ordinativam communitatis, niſi prævia diligenti diſcuſſione, & examine illius, in quo regulanda eſt; & niſi habeat certam ſcientiam, alioquin imprudenter procederet: atqui in caſu noſtro Capitulum Generale non diſcutit per ſe ipſum cauſas, nec habet certam earundem ſcientiam, ſed ſolùm judicat per Judices deputatos, quo fit, ut ſententiæ ab iisdem latæ, quamvis confirmatæ à Capitulo Generali non habeant vim legis. Idque ex eo firmatur, quia quamvis Princeps habeat poteſtatem iurisdictionalem condendi leges, ſi tamen ipſe cauſam non examinet, ſed procedat ex relatione aliorum, tunc ſententia Principis non habet vim legis, & ab ipſa poteſt appellari *l.* 1. *in init. quando appelland. ſit. c. biduum §. ſiquidem* 3. *q.* 6. & docet Socinus *lib.* 2. *conſil.* 195. *n.* 5. ubi teſtatur, id ad praxin fuiſſe deductum; Menochius *conſil.* 502. *n.* 10. Rebuffus *ad conſtit. Regn. Galliar. tom.* 1. *tract. de ſupplicat. n.* 49. atqui ſi talis ſententia ita à Principe lata haberet vim legis, non poſſet ab ipſa appellari: ſiquidem à lege communi non datur appellatio *l. ſi res §. item ſi ff. de appellat. recip.* & *c. conſuluit. de appellat.* Præterea quia ſententiæ latæ à Principe non ineſt vis legis, niſi lata fuerit ex voluntate & poteſtate ſtabiliendi ius commune: quia ut ſententia habeat vim legis, neceſſe eſt, participet conditiones intrinſecas, & eſſentiales legis; adeóque ut procedat ex poteſtate legislativa, & feratur pro ipſa communitate in ordine ad bonum publicum, adeò ut procedat ex Principis intentione regulativa communitatis: atqui huiusmodi conditiones non conveniunt ſimplici ſententiæ, quamvis confirmatæ à Capitulo Generali: ſiquidem ſententia ex ſua natura non reſpicit totam communitatem, quia ſolum ordinatur ad componendas privatas differentias partium: hinc nec Princeps, ſi ferat talem ſententiam, exercet munus Principis regentis totam Rempublicam, ſed potiùs officium Judicis adminiſtrantis iuſtitiam perſonis privatis.

Quamobrem, ut ſententia lata à Principe 60
vim obtineat legis, neceſſe eſt elevetur, ut ſit regula publica totius communitatis, proinde ut procedat ex intentione eiusdem Principis eam ordinantis ad regendam communitatem. Capitulum autem generale, quando confirmat ſententias latas à deputatis ab ipſo, non intendit promulgare regulam publicam pro tota Religione. Tum quia confirmatio fit à Capitulo abſque examine cauſæ, & tantùm in forma communi, adeò ut ſolùm approbet, quod geſtum eſt; non verò ſententiæ à deputatis latæ tribuit novam vim, proinde talis confirmatio non operatur, ut ſententia, cui antea non inerat vis legis, eam de novo acquirat: ſiquidem hæc eſt natura confirmationis in forma communi, ut nihil de novo det rei confirmatæ *c. quia diverſit. de conceſſ. præbend. c. Ex parte de privileg. c. Examinata de confir. util. & inutil. c. Inter dilectos §. cæterum de fide inſtrument. c. Dudum in fin. de decimis c. Intentionis de privileg.*

Quæritur vigeſimo quarto, an ſi duo Judi- 61
ces Ordinarii pronuntient contrarias ſententias in aliqua cauſa, valeat ſententia lata in favorem Rei, non verò pro Actore? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. Duobus ult. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, quòd ſi duo Ordinarii pronuntient ſententias diverſas, tenet ſententiâ, quæ eſt pro Reo, non pro actore. Ratio eſt, quia Judices Ordinarii, ut duo Epiſcopi habent ſinguli ordinariam iurisdictionem in ſolidum, proinde ſi diverſas ſententias in aliqua cauſa ferant, præferenda eſt eius ſententia, quæ lata eſt pro Reo, quia reſpectu jurisdictionis, quælibet ſententia ſuum ſortitur valorem, cùm quælibet lata ſit ab habente iurisdictionem in ſolidum, & poteſtatem ſufficientem iudicandi per ſe, ut notat Bartolus in *l. Pomp. ff. de re iudic.* Cùm igitur Judices Ordinarii poſſint ſinguli exercere iurisdictionem in ſolidum, ha-

beántque

Digitized by Google

habeántque ſofficientem poteſtatem iudicandi, adeò ut poſſint, vel ſimul, vel ſeorſim judicare *l. unic. ff. de offic. Conſul.* & ibi Gloſſa *V. ſeorſim juncta Gloſſ. Margin. litt. E.* ideo utraque ſententia ſuum per ſe ſortitur valorem: & quia ambæ ob contrarietatem non poſſunt ſimul ſubſiſtere, æquitas exigit, ut præferatur ſententia lata in ſavorem Rei: quia favorabiliorea Rei habentur, quàm Actores ex *regul.* 125. *in ff.* Tum quia jura promptiora ſunt ad abſolvendum, quàm ad condemnandum *c. Ex litteris 3. de probat.* & ita dicendum, quamvis Judices eſſent plures, quàm duo, dommodo omnes habeant jurisdictiooem in ſolidum. Secus eſſet, ſi non haberent iurisdictionem in ſolidum, ut ſi capitulares in capitulo diſcordarent, quia ipſia non competit jurisdictio, ut ſunt ſingulares perſonæ, ſed ut membra totius corporis, cui tantùm competit iurisdictio in ſolidum: tunc enim, quia jurisdictio ordinaria non eſt in ſingulis in ſolidum, ſed penes ipſam univerſitatem, ideo ſtandum eſt ſententiæ majoris partis, niſi minor aliquid rationabile obiiciat in contrarium, ut notat Gloſſa in *c. ut officium de haret. in 6.* Excipiuntur tamē quatuor cauſæ, quæ continentur in *d. c. Duobus 26. h. t.* nimirum cauſâ matrimonii, libertatis, dotis, & validitatis teſtamenti; in his enim cauſis, ſi Judices pari numero diſcordent, ſententia lata in ſavorem cauſæ ſcilicet Matrimonii, libertatis, dotis, vel valoris teſtamenti eſt præferenda, quamvis ſit contra Reum, & pro Actore, quia hæ cauſæ ſunt ita ſavorabiles, ut in dubio ſtandum ſit pro ipſis, adeò ut debeant potiùs exiſtere, quàm perire.

62 Ratio itidem eſt, quia ſpecialia derogant generalibus *c. 1. de reſcript.* & magis favorabile præponderat minùs favorabili *l. cùm quæritur ff. de fund. inſtructo*: proinde in prædictis cauſis illa ſententia tenet, quæ ad earundem ſavorem, & conſervationem tendit, quamvis ſit contra Reum, in coius favorem alter Judex pronuntiavit. De favore matrimonii habetur in *c. ſi quis 33. q. 1.* & in *c. continebatur de deſponſ. impub.* De cauſa libertatis habetur in *c. Ex litteris de probat.* & in *l. Inter pares. ff. de re judic.* De cauſa teſtamenti in *l. ſi pars. ff. de inoffic. teſtam.* Et demum de cauſa dotis in *c. Nuper de dote poſt div. reſtit.* & in *c. Ex litteris de pignor.* Cæterum licèt quatuor præfati caſus in *d. c. duobus ult. h. t.* ponantor in exemplum, quia tamen exempla non reſtringunt regulam *c. 1. de Cler. vel Monach.* & *l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil.* & ubi eſt eadem ratio, ſtatuitur idem jus *c. cùm dilecta de confirm. util.* ideo ſi occurrant alij caſus, qoi appareant magis favorabiles, quàm ut in dubio ſententia feratur pro Reo, erit ſuſtinenda illa ſententia, quæ facit pro iiſdem cauſis ſimilibus quatuor præcenſitis: quamvis alia cootraria prolata à pari Judice ordinario ſit pro Reo, ut habetur in *d. c. Duobus ult. h. t.* & in *l. 1. C. de condit. indeb.*

63 Sin verò Jodices diſcordantes non ſint Ordinarii, ſed delegati, tunc adeundus eſt Judex delegans, adeò ut ſi duo Judices delegati diverſam ferant ſententiam, unus pro Actore alter pro Reo: vel etiam plures pari numero diſcordent; tunc ſuperior, ſeu delegans adiri debet, vel cauſa ſufficienter inſtructa ad eundem remittenda eſt *argum. c. per hoc. 17. de haret. in 6.* Ratio eſt, quia iorisdictio ſimpliciter delegata pluribus, non eſt in eius exercitio in ſolidum apud ſingulos, adeò ut plures Judices delegati non habeant iurisdictionem in ſolidum quoad uſum, & exercitium; ſed tantùm pro parte, adeò ut iurisdictio ſit apod omnes, qui judicare joſſi ſunt per modum unius communitatis, adeò ut omnes ſimul ſtent loco unius *c. uno delegatorum de offic. deleg. l. duo ex tribus ff. de re iudic.* quo fit, ut unus eorum non poſſit ſine alio validè iudicare *c. cauſam de offic. deleg.* Hinc quia Judices delegati non habent iurisdictionem iure proprio, ſed jure delegantis *c. ſanè 2. de offic. deleg.* & *l. Et quia ff. de iurisdic. om. Iudic.* ſequitur, quòd cùm quælibet ſententia lata à delegatis diſcordantibus deficiat ex defecto iurisdictionis; ne cauſa inchoata remaneat imperfecta, eſt delegans adeundus, ut ſecundùm qood ſibi videbitur alteram, vel nullam de ſententiis latis approbet, vel aliter cauſam terminet, & tunc quæ approbatur à Judice delegante, ſuum ſortitur valorem ex authoritate delegantis, non verò ex vi pronuntiationis factæ à Judice delegato, ut habetur in textu *c. Duobus ult. h. t.* & in *l. Duo Iudices ff. de re iudic.*

Quòd ſi duo, vel plures pari numero arbitri compromiſſarii diverſas, & contrarias proferant ſententias, nulla tunc earum valida eſt: ratio eſt, quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum *l. 1. ff de arbit.* & quia Judices, qui ſimul iudicare iuſſi ſunt, ſeparatim iudicanda non validè pronontiant *c. prud. de offic. deleg.* ſequitur, quòd ſi duo fuerint ex compromiſſo deputati, & contrarias proferant ſententias, neutra debeat habere vigorem, ot habetur in *d. c. Duobus 26. h. t.* & in *c. cùm dilectus de arbit.* Tum quia nullus ex Arbitris habet poteſtatem in ſolidum, quia eorum poteſtas dependet ex compromiſſo, unde cùm ſimul judicare, ſeu cognoſcere iuſſi ſunt, ſi ſeparatim judicent, invalidè ſententiam ferunt. *argum. c. prudentiam 21. de offic. Iudic. deleg.* Excipitur tamen, niſi compromiſſum ſit in plures ea adiecta conditione, ut etiam unius ſententia ſeparatim lata ſuum ſortiatur valorem *l. non diſtinguemus 35. §. cum in plures. ff. de recept. arbit.* qoia tunc quilibet ſeorſim poteſt ſententiam, ſeu arbitrium proferre, ut notat Alexander de Nevo in *d. c. ult. numero 12. h. t.* 64

Quæritur vigeſimòqointò, an qui tres ſententias contrarias reportavit, poſſit de illarum nullitate excipere, ipſarum non facta executione? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *clement. ut calumniis 1. h. t.* ubi Pontifex declarat, eum qui in quavis cauſa, ut in beneficiali, vel alia ſpiritoali, vel quaſi civili criminali, vel mixta reportavit contra ſe tres ſententias in petitorio, vel poſſeſſorio non eſſe admittendum ad agendum de nullitate ipſarum, vel alicuius earundem, donec fuerint executioni mandatæ; ratio petitur ex eo, quia qui contra ſe habet tres ſententias, præſumitur poſtea velle litigare, non ad ſuæ cauſæ iuſtitiam tuendam, quam iam 65

non

non cenſetur habere, ſed ad litem calomnioſè protrahendam in refugium ſuæ iniquitatis, & detrimentum adverſarii *c. ſua extrà de appell.* & *l. unic C. ne liceat in una eadem cauſa ter provoc.* nec iſta præſumptio excluditur per iuramentum præſtitum de calumnia, ſiqoidem hæc præſomptio ſubſequens, & contraria eſt major, quàm illa præcedens, quæ erat pro iurante, ut notat Anchar, in *d. clement. h. t.* atqoi calumnioſè litigantes non poſſunt tertiò appellare, alioquin litem protraherent in infinitum, & ſæpe dicerent ſententias nullas, idque doloſè ad earundem executionem impediendam, qua ratione obtinerent per viam nullitatis, quod non poſſent per viam appellationis: proinde ut calumniis litigantium occurratur, qui in beneficiali, vel alia quavis cauſa tres contrà ſe in petitorio, vel poſſeſſorio ſententias reportavit, non eſt admittendus ad agendum de nullitate earundem, vel alicuius ex iiſdem, donec huiuſmodi ſententiæ fuerint plenariè executioni mandatæ. Pari pacto, ſi is, contra quem tres ſententiæ definitivæ latæ fuerint, proponat ſe, ab interlocutoria, vel gravamine ante prolationem ipſarum, vel alicuius earum appellâſſe, & cauſam appellationis huiuſmodi adhuc pendere, non poteſt tali prætextu impedire earundem ſententiarum executionem, ut notat Oldradus *conſ.* 106.

Quia verò poſſet contingere, eum per aliquam ſententiam nullam fuiſſe condemnatum, & propterea eſſe abſolvendum *l. quod debetur ff. de pecul.* ideo non impeditur, quin poſſit poſt factam executionem obiicere & probare nullitatem: quâ probatâ ſententia illa pronuntiatur nulla, & executio revocatur *authent. qua ſupplicatio C. de precib. Imper. offer.* 66

TITULUS XXVIII.

De Appellationibus, Recuſationibus, & Relationibus.

QUia fruſtra rei iudicatæ authoritate quis nititur, ſi à ſententia lata ſit provocatum, & appellatum; ideó congruè Pontifex procedit agendo in hoc titulo de appellationibus, ut nimirum conſtaret, quo iure appellationes valeant, & quibus ex cauſis recipi debeant, vel improbari. Non enim eſt audiendus, qui fruſtrationis, & moratoriæ dilationis cauſâ provocationem interponit in iis præſertim, quæ ſunt manifeſta, habéntque publicum teſtimonium. Cæterum ſententia, niſi ab illa appelletur, tranſit in rem judicatam, de qua diximus in præcedenti titulo; unde nunc agendum erat de appellatione, cùm hæc impediat, ne ſententia tranſeat in rem judicatam. Quia verò appellatio, recuſatio, & relatio conveniunt in ſuſpendenda Iudicis ſententia, ideo rubrica huius tituli comprehendit hæc tria, & agitur de hac materia etiam in ſexto, in ſeptimo, & in clementinis.

SUMMARIUM EXEGETICUM

Omnium capitum, quæ continentur in hoc titulo.

C. *DILECTI FILII 1. h. t. Alexander III. declarat, quòd ſi poſt factam appellationem ex cauſa probabili, & veriſimili Iudex conferat beneficium; collatio ſit nulla, & quidquid faciet irritum ſit. Rurſus, qui differt per ſex menſes conferre eccleſias malitioſè, perdit jus ſuum; quod transfertur ad ſuperiorem, ſeu ad Legatum à latere Papa. Ex quo textu liquet, pendente appellatione, nihil eſſe innovandum.*

C. *INTER CÆTERA 2. h. t. Idem Pont. reſcribit Archiepiſcopo Remenſi, appellationem generalem, ſeu factam ſuper omni cauſa, quæ contrà appellantem poſſet aliquo tempore moveri, eſſe invalidam. Ex quo textu liquet, non eſſe licitum appellare de futuro gravamine præſertim generaliter: quòd tamen ab aliquibus limitatur, niſi gravamen futurum eſſet irreparabile per ſubſequentem appellationem, vel Iudex gravamen eſſet comminatus; quia præſens comminatio trahit ſecum futurum gravamen, imò docent, appellationem extraiudicialem poſſe interponi à futuro gravamine.*

C. *AD NOSTRAM 3. h. t. ſtatuitur, ut regulares, & alii non poſſint appellare à legitima correctione ſecundùm regulas: ſiquidem appellatio non debet favere delinquenti, niſi in correctione excedatur modus, quòd etiam iure novo* con-

confirmatur in concilio Tridentino ſeſſ. 13. de refor. *Hinc deſumitur regula generalis, quòd Religioſis non liceat appellare à correctione, & mandatis ſuorum Prælatorum, quæ ſiunt ſecundùm regulam, & conſtitutionem Ordinis, unde ſi Prælati Regulares contra conſtitutiones, ſeu regulas, aut obſervantiam ſubditos gravarent, vel in puniendo modum excederent, tunc liceret ipſis appellare; idque colligitur à contrario ſenſu in hoc textu. Cæterum in appellatione à definitiva ſententia correctionis debet exprimi cauſa, nimirum Superiorem modum, & limites exceſſiſſe: quia cùm appellatio à correctione videatur eſſe contra ius, debet Iudici conſtare de illius iuſtitia per cauſæ expreſſionem.*

C. *PERSONAS* 4. *h. t. reſcribit idem Pont. Epiſcopo Norvicenſi, quòd ſi appellans in termino competente præfixo vel à Iudice, vel à ſe ipſo ad eundem Iudicem appellationis, non perſequatur cauſam, Iudex* à quo *tunc compellat talem appellantem ſtare ſuo iudicio ſuper cauſa, remota appellatione. Quòd ſi talis ſibi terminum prolixum præfigat, Iudex* à quo *debeat terminum moderari, & competentem aſſignare, quo elapſo reaſſumit iuriſdictionem. Hinc notandum eſt, quòd licet à iure concedatur appellanti annus, vel etiam ex cauſa biennium, poteſt tamen per hunc textum, qui appellat reſtringere terminum iuris reſpectu perſecutionis, ut etiam Iudex, tametſi non teneatur id facere. Quòd ſi appellans ipſe ſibi præfigat terminum congruentem, & in illo non compareat, vel litem perſequatur, appellatio eius non admittitur.*

C. *CUM SIT* 5. *h. t. reſcribit idem Pont. Archiepiſcopo Remenſi, ius commune ante, vel poſt ſententiam indulgere appellanti ad perſequendam appellationem unum annum, imò ex neceſſaria, & evidenti cauſa etiam biennium. Declarat tamen Pontifex, poſſe Iudicem* à quo *coarctare, ſeu abbreviare hos terminos ſecundùm diſtantiam locorum, & qualitatem negotii, & perſonarum. Quòd ſi in hoc termino non ſit cauſam perſecutus, ſi poſt ſententiam appellavit, ſententia teneat, quia ipſe cecidit iam à ſua cauſa, nec ampliùs auditur appellans ſuper eodem negotio: quòd ſi appellaverit à gravamine, & ante ingreſſum litis, poſtea auditur ſuper illo negotio; quia canones permittunt appellare extra iudicium, quia propriè non dicuntur appellationes, ſed potiùs provocationes ad cauſam. Sin verò appellavit ante ſententiam poſt litem conteſtatam, cogitur ſtare iudicio Iudicis* ad quem, *ſeu appellationis, vel Iudicis* à quo. *Rurſus declarat Pontifex, ut imputatus de crimine, ut Raptor, vel violentus detentor rei alienæ, ſi appellet apud eccleſiaſticas perſonas ſit audiendus, niſi fuerit manifeſtus raptor, vel fornicator, quia tunc non auditur, quia Apoſtolus ex hac cauſa excommunicavit abſentem, & irrequiſitum. Ex quo textu tria inferuntur. Primò ſi fuit appellatum poſt ſententiam, niſi quis litem perſequatur in termino, manet rata ſententia, & appellans non ampliùs auditur. Secundò ſi fuit appellatum extra iudicium à gravamine quamvis qui appellavit, non perſequatur appellationem in termino, adhuc auditur poſt illum; ſaltem per viam querelæ, ut notat Panormitanus hic, licèt non per viam appellationis. Tertiò, quomodocunque in iudicio appelletur ante ſententiam, ſive ante, ſive poſt litem conteſtatam indiſtinctè appellans tenetur ſtare iudicio illius, ad quem appellavit.*

C. *AD HÆC* 6. *h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi quis in una cauſa appellavit ab aliquo Iudice, quamvis ſuo Ordinario; ſi poſtea accuſetur, vel conveniatur de alia cauſa coram eodem, poſſit eum tanquam ſuſpectum reiicere. Sin verò non appellet, nec illum reiiciat, tenetur ſtare eius iudicio. Ubi notandum eſt, quòd cùm non ſit appellandum niſi propter illatum gravamen, quod facit Iudicem ſuſpectum de iniquo animo contra Reum; ideo per hunc textum datur facultas Reo recuſandi huiuſmodi Iudicem, etiam in alia cauſa. Verùm tunc probandum eſt, Iudicem ex propoſito intuliſſe gravamen, ut notat Panormitanus hic ubi ait, in dubio præſumi malum animum. Quòd ſi ex coniecturis appareat, non intuliſſe gravamen ex propoſito; tunc non ſufficit, ad Iudicem veluti ſuſpectum recuſandum, quia ſuſpicio non fundatur præciſè ſuper gravamine; ſed ſuper iniquo animo Iudicis gravantis.*

C. *SI DUOBUS* 7. *h. t. reſcribit idem Pont. quod ſi duo litigent coram Epiſcopo, & in eadem cauſa unius appellet ad Papam, alter ad Archiepiſcopum, & iſte veniens ſtatuto die ad Archiepiſcopum dicat ſe appellâſſe ad eum, tacens ſocium appellâſſe ad Papam, & Archiepiſcopus ſi eſtet adverſarium ſub excommunicatione, ille contemnat parêre, excommunicatio teneat, ſecus ſi Archiepiſcopus ſciebat illum appellâſſe ad Papam. Rurſus qui ante, vel poſt iudicium appellat à Iudice temporali ad Papam, appellatio non tenet de iure; bene tamen de conſuetudine, vel ſi ſint ſubditi Papæ. Ubi notandum eſt, id procedere, in quolibet ſuperiore, ad quem poteſt omiſſo medio appellari, eſt enim eadem decidendi ratio. Ex hoc textu deſumitur etiam notabilis regula, quòd gravatus coram Iudice ſæculari non poſſit per viam appellationis deferre gravamen ad Papam, ut notat Gloſſa, id autem rectè limitat Hoſtienſis in* c. cum Ioannes de fide iuſtrum. *quod deficiente Superiore ſemper poſſit ad Papam appellari: & ſuperiorem intelligi deficere, quando vel nullus reperitur, qui poſſit per appellationem adiri; vel qui ex officio debeat id facere; vel qui non deficiat à regula, & tramite iuſtitiæ, ut explicat Innocentius dicens, poſſe Iudicem adiri, quando non reperitur ſuperior de iure, vel facto: & id vel maximè eſt verum ſi occurrat materia peccati, aut periculum animæ.*

C. *EX RATIONE* 8. *h. t. Idem Pont. declarat, eum, qui appellavit, ſi intra biennium non ſit perſecutus cauſam ob impotentiam, ſibi non præiudicare, quia poſſet in integrum reſtitui. Ubi notandum eſt, primum annum ad perſequendam appellationem concedi ſimpliciter, &*

quidem integrum ipſo iure, tum civili, tum canonico; immo etiam ſine alia conſideratione. Secundum concedi etiam integrum ipſo iure, ſed tamen ex cauſa, & quidem manifeſta. Datur etiam tertius annus, non tamen ipſo iure, ſed à Iudice per viam reſtitutionis, ut tradit Scaccia tract. de appellat. numero 28. *ubi notat, hunc tertium annum concedi via reſtitutionis in integrum ob impedimentum, quod fuit in ſecundo anno, & non debere integrum eſſe, ſed duntaxat ad tantum tempus, quantum fuit impedimentum.*

C. *MEMINIMUS* 9. *h. t. reſcribit idem Pont. Delegatum, cui committitur aliqua cauſa remotâ appellatione, ſi poſt citationem ivit ad ſedem Apoſtolicam, poſſe in cauſa procedere ſecundùm formam iuris; non ita ſi ivit ante citationem. Ratio eſt, quia per citationem iuriſdictio perpetuatur*

C. *SUPER EO QUOD.* 10. *h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi de aliqua exceptione quaſtio oriatur, & exinde appelletur, eidem exceptioni ſit ſuperſedendum: imò ipſi cauſa principali, ſi abſque illa terminari non poſſit. Quòd ſi pars adverſa ex falſi ſuggeſtione appellaverit, non ſit ſententia ſuper hoc differenda. Ubi notat Gloſſa, lite conteſtata non eſſe admittendam exceptionem de falſi ſuggeſtione, eò quia ab initio erat proponenda: ſiquidem cùm ſit exceptio dilatoria tantùm, non poteſt differri ſententia in cauſa, in qua ipſa exceptio erat ab initio proponenda. Ubi notandum eſt, non ſequi, quòd liceat in cauſa principali procedere, ſi articulus, ſuper quo appellatum eſt, non ſit connexus cum illa; quia ut notat Gloſſa, non valet argumentum à ſenſu contrario, quando in ipſo iure reperitur contrarium; vel inde reſultaret pravus intellectus, ut oſtendit Panormitanus hic* numero 4. *ſiquidem eſt univerſalis regula iuris, ſive articulus, ſuper quo appellatur ſit connexus cum cauſa principali, ſive non; ſi appelletur ſuper ipſa quaſtione principali nil eſſe innovandum pendente appellatione c.* dilect. inf.

C. *DE APPELLATIONIBUS* 11. *h. t. Alexander III. declarat, pro minoribus, & levioribus cauſis licitum eſſe appellare non minùs, quàm pro maioribus. Ratio eſt, quia appellatio non fundatur ſuper quantitate gravaminis, ſed ſuper iniuſtitia ſententia, & iniquitate iudicis, ideòque poſſe appellari etiam in cauſis minimis; ſiquidem iniuſtitia, & iniquitas periade in minimis, ac in majoribus cauſis etiam poteſt haberi. Neque obſtat, quòd iura non curent de minimis, quia id non procedit, quando ratio, qua eſt in maioribus, militat, & in minimis.*

C. *SUPER EO* 12. *h. t. Idem Pont. declarat, ſecundùm canones poſſe non ſolùm ante, & poſt litis conteſtationem, verùm etiam ante, & poſt latam ſententiam concedi facultatem appellandi: quamvis leges civiles non admittant appellationem ante ſententiam niſi in certis caſibus. Rurſus in cauſis eccleſiaſticis quando appellatio tollitur, excluditur etiam recuſatio, quia appellatio, & recuſatio ſunt pares. Demum intra certum tempus ſtatuit Pontifex, litem eſſe decidendam, & terminum incipere currere, ex quo Iudex litteras recepit. Notat tamen Gloſſa, diem receptionis non numerari, nec diem exceptionis, cum quis debet probare exceptionem excommunicationis intra octo dies. Ex hoc textu claret, quòd ubicunque ſe quis ſentit gravatum in iudicio, poſſit ſemper ſecundùm ius canonicum appellare, immo poteſt etiam appellari extra iudicium, quando quis gravatur, vel ſuſpicatur, ſe gravatum iri. Ratio, cur jus Canonicum has permittat appellationes, eſt, quia ius canonicum procedit mitiùs, quam ius civile; adeò ut nec temerè appellans puniatur per canones, ut docet Gloſſa in* l. 1. ff. à quibus appell. non licèt. *Ob eandem rationem inſtantia iudicii non perit iure canonico, bene tamen iure civili poſt elapſum triennium.*

C. *PERVENIT* 13. *h. t. Reſcribit idem Pont. quòd ſi Clerici conquerantur ſe laſos, vel vulneratos, & Rei appellent ad ſedem Apoſtolicam: ſi exceſſus non ſit publicus, & notorius debeant Rei compelli cenſuris, ut intra tempus conveniens perſequantur appellationem: ſecus ſi exceſſus ſit publicus, & notorius, mandat Pontifex, eſſe Reos denunciandos excommunicatos non obſtante appellatione, & eſſe proinde vitandos; donec ſatisfaciant offenſis, & cum litteris Ordinarii ſe praſentent Papa. Ex quo textu liquet, in notorio crimine admitti appellationem; ſed Iudicem debere procedere. Verùm non ſolùm Pontifex notorios Clericorum percuſſores à beneficio appellationis excludit, ſed etiam violatos detentores aliena uxoris c.* ſi ſit Romana. *immo etiam notorios Raptores, & fornicatores. Caterùm ex hoc textu liquet, quòd ſi iniuria ſit manifeſta, debeant, qui illam intulerunt, priùs ſatisfacere, antequam abſolvantur* c. 1. ex parte de V. S. c. Parochianos de ſent. excommun.

C. *CONSULUIT* 14. *h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi percuſſio Clerici, vel adulterium ſit notorium, appellatio non impedit, quin Iudex procedat: ſin verò crimen non ſit notorium: tunc appellans intra certum tempus debet, vel appellationem perſequi, vel eâ remotâ ſtare Iudicio. Ubi notandum eſt, quòd ſi crimen ſit dubium, non debeat pro notorio haberi.*

C. *SUGGESTUM* 15. *h. t. declarat idem Pont. quòd ſi agens ſciat, Reum oppreſſum appellâſſe ad Papam, & reportâſſe litteras favorabiles, & ipſe poſt litteras Papa appellet ex fraude, vel malitia, non debeat tunc Iudex eius appellationem admittere, ſed teneatur cauſam terminare. Hodie tamen appellatio facta in abſentia, etiam coram Iudice a quo ſcienter nullius eſt valoris, ut declaratur in* c. cùm ſpecialiter inf. *Notandum tamen eſt, eum, qui obiicit fraudem, & malitioſam appellationem, teneri eam probare.*

C. *AD PRÆSENTIAM* 16. *h. t. reſcribit idem Pont. excommunicatum, qui appellavit legitimè pendente cauſa excommunicationis, quamvis de iure non ſit excommunicatus, nihilominus de facto, &* ... *ad*

ad cautelam eſſe abſolvendum: & ſi in tali excommunicatione ſe divinis ingerat, non eſſe moleſtandum, ſed omnia reducenda in ſtatum, in quo erant tempore factæ appellationis. Ex quo textu liquet, excommunicatum pendente cognitione appellationis poſſe ad cautelam abſolvi, & non eſſe puniendum, ſi divina celebret, dummodo appareat, eum legitimè appellâſſe; ratio eſt, quia excommunicatio poſt appellationem lata, eſt nulla c. per tuas de ſent. excommun. *Immo notat Panormitanus, poſſe Delegatum facere, ut quis abſolvatur ad cautelam, quia licèt id ſpecificativè non ſit ipſi iniunctum; eſt tamen de connexis negotio principali; proinde de conceſſis* c. prudentum §. fin. de offic. Deleg. *Hinc datus ad eligendum poteſt etiam poſtulare.*

C. *CUM TENEAMUR* 17. *h. t. Idem Pont. reſcribit Archiepiſcopo Cantuarienſi, quòd ſi quis appellet ad Superiorem, ut ad Papam, ſi durante illius appellatione eius poſſeſſio turbetur ab aliquo, Iudex à quo fuit appellatum, non tacto eo, in quo fuit appellatum, poſſit reformare poſſeſſionem ordine judiciario, dummodo fiat ad eum querela. Ex hoc textu infert Panormitanus hic* n. 5. *poſſe Iudicem ſive Delegatum, ſive Ordinarium, à quo appellatur non obſtante appellatione revocare attentata in præiudicium appellationis, ut eſt turbatio appellantis in ſua poſſeſſione; tametſi adhuc pendeat cognitio juſtæ appellationis; dummodo ſe non intromittat principaliter de articulo appellationis: ſiquidem juriſdictio Iudicis non extinguitur per appellationem, ſed tantùm ſuſpenditur, quapropter poteſt appellantem citare ad audiendam revocationem gravaminis, & appellans tenetur comparere.* c. ſi à Judice 10. h. t. in 6. *& ſicut Iudex habet iuriſdictionem in revocando gravamine per ſe illato; ita etiam in removendo gravamine illato per alium turbantem poſſeſſionem appellantis.*

C. *CONSULUIT* 18. *h. t. Idem Pont. reſcribit, generalem appellationem ab omni gravamine, quod ſibi poſſet contingere, non valere; bene tamen generalem reſtrictam ad certam cauſam; ut ſi quis appellet ab iſto Iudice in una cauſa ab omni gravamine, poſſet inferri, validam eſſe. Ratio eſt, quia gravamen eſt immediata cauſa appellationis* c. ſuggeſtum 15. h. t. *& ubi nulla certa cauſa intenditur, ſed dubium eſt, an ulla ſit intentanda, non poteſt intendi rationabiliter gravamen aliquod de præſenti: bene tamen quando appellatio reſtringitur ad certam cauſam, quia tunc gravamen vel præceſſit, vel ex veriſimilibus coniecturis poteſt timeri in futurum.*

C. *CUM PARATI* 19 *h. t. reſcribit idem Pont. frivolè appellantem teneri obedire, & per ſe, vel per alium probare etiam ſuam innocentiam. An verò, qui eſt in legatione Regni excuſetur ab obedientia ſui Ordinarii, videntur in hoc iura eſſe contraria: ſed communior ſententia eſt, quòd ſi mandatum Regis præveniat mandatum cuiusvis Prælati, excepto Papa, ſit tunc obediendum Regi, ſi ab ipſo teneat Regalia; ſecus ſi Papa, vel eius Legatus vocat. Rurſus declarat Pontifex, quemlibet vocatum teneri venire, & allegare ſuum privilegium.*

C. *AD HÆC* 20. *h. t. declarat idem Pont. eum, qui iuravit ſtare iudicio eccleſiaſtico, ſi poſteà appellet, eſſe compellendum ſervare iuramentum, vel intra* 40. *dies perſequi appellationem. Ubi notat Gloſſa, quòd ſi mandatum eccleſiæ excedat limites iuramenti, vel licitæ promiſſionis, poſſit is, qui iuravit, appellare. Quia gravatus poteſt appellare à ſuo gravamine: & qui ex iuſta cauſa iuramentum dimittit, non dicitur iuramentum deſerere.*

C. *QUÆSTIONI* 21. *h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Carnotenſi, non eſſe ſtandum appellationi, quæ eſt cauſa refugii ſed inducendam eandem cenſuram; ut ſi excommunicatus juravit ſtare Mandatis, & propterea abſolvitur, & mox ut ſubterfugiat, appellet, hæc appellatio eſt nulla; & abſolutus, eſt iterum excommunicandus.*

C. *PRÆTEREA* 22. *h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Vintonenſi, appellantes ad Papam, ſi poſtea gravia crimina committant, & conveniantur, non debeat appellatio eos in ſua iniquitate tueri, quo minus puniendi ſint. Ex quo textu liquet, non obſtante appellatione poſſe appellantem puniri ab Ordinario de illo ſcelere, quod commiſit poſt appellationem, quia appellatio non extenditur ad ea, quæ poſtea fiunt, præſertim ſi ſit appellatum ſuper uno articulo: non enim appellatio tuetur appellantem in ſuis delictis; eſt enim generalis regula; quòd appellationi foventi iniuſtitiam, & iniquitatem nunquam ſit deferendum: & ratio eſt, quia appellatio non poteſt operari ultra ſuam naturam; eſt natura appellationis relevare à gravamine, non verò pervertere iuſtitiam* c. ſuggeſtum 15. h. t.

C. *CONSTITUTIS* 23. *h. t. reſcribit idem Pont. non eſſe deferendum appellationi illius, qui non detulit appellationi Adverſarii. Hoc autem intelligitur, ut notat Gloſſa, dummodo appellationes reflectantur ad idem, ut in hoc textu ad eandem electionem. Secus ſi tendant ad diverſa. Fruſtra enim implorat auxilium legis, qui legem contemnit; ut enim habet vulgatum effatum;* frangenti fidem, fides frangatur eidem.

C. *PROPOSUIT* 24. *h. t. reſcribit idem Pont. Archiepiſcopo Eboracenſi, quòd ſi quis appellet ab aliquo in una cauſa, teneatur in aliis cauſis, in quibus non eſt appellatum reſpondere coram eodem ſuo Iudice, quem tamen poteſt recuſare, ut ſuſpectum, adeò ut non poſſit Iudex eum cogere, niſi in crimine gravi, & manifeſto, quo ipſo actu ſit meritò damnandus. Ubi notandum eſt, quòd licet appellatio non operatur ſuſpenſionem iuriſdictionis Iudicis, niſi reſpectu cauſæ, in qua fuit appellatum: nihilominus; quia Iudex in una cauſa Reum gravavit iniuſtè, meritò ſit ſuſpectus etiam in aliis, ut poſſit recuſari? proinde Pontifex ad removendam occaſionem ulterioris iniuſtitiæ non vult quemquam compelli invitum ad reſpondendum in iudicio in aliis cauſis, à quo appellavit in una cauſa,*

cauſa, niſi in crimine manifeſto, in quo non admittitur recuſatio Iudicis, quamvis ſuſpecti; quod tamen procedit, ſi pœna pro tali crimine ſit ipſo iure determinata, adeo ut ipſo facto incurratur ob tale crimen.

C. *QUÆ A FRONTE* 25. *h.t. Idem Pont. reſcribit Archiepiſcopo Cantuarienſi excommunicatum, vel interdictum ob contumaciam, vel aliam cauſam, ſi velit ſubeſſe iuſtitiæ in iis, pro quibus fuit excommunicatus poſſe à Iudice, qui eum excommunicavit, abſolvi, receptâ priùs cautione, quòd parebit æquitati coram Papa ad quem appellavit, vel coram eius Delegato, ſi maluerit adverſarius, non obſtante, quòd adverſarius appellet, ne abſolvatur. Id etiam procedit de eo, qui conqueritur, ſe irrationabiliter excommunicatum; eſt enim eodem modo abſolvendus, quamvis adverſarius appellet ad Papam; quia benignitas iuris Canonici non vult, illum decedere in excommunicatione; ſi paratus ſit ſubeſſe iuſtitiæ in iis, pro quibus fuit excommunicatus. Unde in hoc textu conſulitur illis, qui cenſurâ innodati cupiunt reſipiſcere, & ſatisfacere eccleſiæ, vel credunt ſe iniuſtè tali pœna affectos, ut minimum non diu cum periculo ſalutis, damnóque ſpirituali detineantur cenſuris; unde ſi ſufficientem obtulerint Iudici cautionem pro impetranda abſolutione, non obſtante appellatione facta in contrarium ab adverſario debent abſolvi.*

C. *REPREHENSIBILIS* 26. *h. t. ſtatuit idem Pont. in Concilio Lateranenſi, ut Prælati non excommunicent, nec ſuſpendant, niſi priùs præmiſerint canonicam admonitionem, & niſi culpa ſit talis, quæ ipſo facto inducat talem pœnam ſuſpenſionis, vel excommunicationis*, c. eos qui de ſent. excommun. *Rurſus ut ſubditi non præſumant appellare contra diſciplinam eccleſiaſticam. Item ut appellanti præfigatur terminus competens ad perſequendam appellationem; intra quem ſi perſequi negligat, Iudex à* quo *debeat reaſſumere ſuam iuriſdictionem, & iudicare: quòd ſi habeat Complicem, ſeu partem contrariam, quæ veniat, & ipſe non compareat, teneatur etiam recompenſare expenſas. Et hæc mandat Pontifex ſervanda eſſe à Religioſis, ne præſumant appellare contra diſciplinam Regularem, vel Prælatos, quando corriguntur. Qualis verò debeat eſſe hæc monitio antequam feratur ſententia cenſuræ, fusè tractatur* lib. 5. in tit: de ſent. excommun. *Cæterùm à correctione non appellatur, & qui appellavit, ſi non comparuit, licèt non habeat proprium, in quo puniatur, puniri adhuc debet arbitrio Iudicis.*

C. *AD HÆC.* 27. *Idem Pont. mandat, appellantes eſſe compellendos ut vel appellationem perſequantur coram Iudice, ad quem appellârunt, vel iures pareant æquitati apud eum, à quo appellârunt: vel ſi eum ſuſpectum habeant eodem inſiſtente Iudices eligant, qui inter litigantes quæſtionem dirimant. Ubi notat Gloſſa, Iudicem Ordinarium poſſe recuſari.*

C. *PERVENIT.* 28. *h.t. Idem Pont. reſcribit quòd ſi Canonicus admonitus, ut reſideat, appellet, debeat illi aſſignari terminus, ut perſequatur appellationem, & ſimul providere de idonea perſona, quæ pro eo ſerviat eccleſiæ aſſignatâ portione fructuum illius beneficii, unde honeſtè vivat: quòd ſi Canonicus non reſideat; nec appellationem perſequatur, mandat Pontifex, ut privetur præbendâ, quia cùm quis ſine iuſta cauſa non vult reſidere, privatur ſua eccleſia, ut etiam habetur in Tridentina* ſeſſ. 24. de refor. c. 12. *Verùm hodie appellatio non admittitur, ut notat Gloſſa, niſi explicetur cauſa probabilis.*

C. *CONSULUIT.* 29. *h. t. reſcribit idem Pont. non eſſe admittendam appellationem, ſi ſit contra ius, vel executionem iuris, ut quòd Hebræi non habeant mancipia Chriſtiana* c. relatum de Cler. non reſid. *Ex quo textu liquet, Hebræos non poſſe habere ſervos Chriſtianos* can. Mancipia diſt. 54. *Cæterùm quoties appellatio eſt manifeſtè contra ius, debet tunc Iudex procedere ad executionem iuris, niſi allegetur cauſa rationabilis, in qua ius illud fallat.*

C. *AD HÆC* 30. *h. t. Idem Pontifex reſcribit Epiſcopo Genuenſi, quòd ſi Iudici conſtiterit, eum, qui appellavit ante citationem, vel cauſæ delegationem, Nuntium ad Papam miſiſſe, debere appellationi deferri. Si verò poſt citationem fuerit deſtinatus poteſt exequi, quod mandatur. Hodie tamen ut notat Gloſſa hæc appellatio non prodeſt, quia literæ ſedis Apoſtolicæ ſunt Iudici præſentandæ* c. ineminimus ſup. h. t.

C. *DE PRIORE* 31. *h. t. mandat idem Pont. ut Prior; ſi enormitates manifeſtas, ob quas canonicus ad Papam appellaverit, commiſerit; nec tali appellationi detulerit, compellatur venire ad ſedem Apoſtolicam ſatisfacturus de tanto exceſſu cum literis Epiſcopi. Ex qua notat Gloſſa, quòd ſi Prælatus excedat modum in correctione admittitur appellatio ſubditi à correctione* c. ult. de offic. Ord. *aliter non*, ca ad noſtram.

C. *QUIA NOS* 32. *h. t. Idem Pont. reſcribit in notoriis delictis, vel contra Regularem correctionem, appellationem non habere locum. Quòd ſi Abbates infamati, & confeſſi à Capitulo moniti, nolint renunciare Prælationi, non poſſint appellare, & in hoc caſu, ut notat Gloſſa, debent, qui capitulo præſunt, eum nunciare Epiſcopo, qui illum removeat.*

C. *AD AURES* 33. *h. t. Mandat idem Pont. ut Iudex à* quo *debeat tempus præfigere appellanti, quo elapſo teneatur reaſſumere ſuam iuriſdictionem, eámque exercere.*

C. *AD AUDIENTIAM* 34. *h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Abulenſi; gravatum à Iudice, ſi ſe ſubiiciat, protectioni Superioris intelligi appellâſſe ad Superiorem; tametſi non fuerit uſus hoc verbo appello: & ſententiam contra ipſum latam ſine cognitione cauſæ non tenere. Hinc notat Gloſſa, ſupponere ſe extra indi-*

judicium authoritati Papæ perinde eſſe, ac appellare. Rurſus ſine cognitione cauſæ non eſſe procedendum niſi in notoriis, & ſententiam excommunicationis latam poſt appellationem non tenere.

C. *ACCEPTA* 35. *h. t. Idem Pont. reſcribit Archiepiſcopo Tarraconenſi, pendente appellatione cauſam non eſſe remittendam ad Judicem à* quo, *niſi partes, quæ appellârunt, conſenſerint. Hinc deſumitur regula generalis, quòd appellans non teneatur redire ad Judicem à* quo, *licèt Judex* ad quem *appellatum eſt, hoc præcipiat. Excipitur tamen niſi conſtiterit de injuſtitia appellationis.*

C. *POSTREMO* 36. *h. t. Lucius III. reſcribit Epiſcopo Linconienſi, Delegatum, cui committitur cauſa, remotâ appellatione, poſſe recuſari, ſi ex juſta cauſa fuerit ſuſpectus, vel conſanguineus impetrantis, vel ejus advocatus in illa cauſa. Ex quo textu liquet, remotionem appellationis in certa cauſa non tollere facultatem recuſandi Judicem ex juſta cauſa: unde conſtat, appellationem, & recuſationem non ſemper per omnia æquiparari. Cæterum ut notat Gloſſa delegatus recuſatur, ſi ſit conſanguineus uſque ad ſeptimum gradum. Immo etiam modica cauſa Judicem removet, ut familiaritas,* c. inſinuante de offic. deleg. *ſi ſit Dominus impetrantis* c. cauſa de offic. deleg. *ſin verò delegatus ſit utrique conſanguineus, tunc ceſſat cauſa ſuſpicionis.*

C. *AD HÆC* 37. *h. t. Idem Pont. reſcribit Epiſcopo Norvicenſi, appellationem poſt interdictum non ſuſpendere interdictum: ſicut qui appellant, non poſſunt excommunicari poſt appellationem, ſic non poſſunt interdictum declinare, ſi ante appellationem erant interdicti: ubi notandum eſt, excommunicationem, & interdictum in eo æquiparari, quòd ſicut appellatio non ſuſpendit excommunicationem jam latam* c. paſtoralis de excommun. *ita neque interdictum per ſequentem appellationem ſuſpenditur ex vi præſentis textûs.*

C. *CUM IN ECCLESIA* 38. *h. t. reſcribit Clemens III. quòd ſi Judex appellationis cognoſcat non eſſe appellatum à gravamine, vel ſententia injuſta, debeat appellantem remittere, & cauſam ad primum Judicem, cui tenetur, qui appellavit, parere. Ratio eſt, quia cùm appellatio fuerit introducta ad tollendum injuſtum gravamen appellantis, & ad corrigendam iniquam ſententiam Judicis, à quo fuit appellatum, ſi conſtiterit neutrum interveniſſe, debet qui appellavit remitti ad Judicem Ordinarium. Hinc notat Gloſſa, gravamen eſſe expellendum ea appellatione.*

C. *DIRECTÆ* 39. *h. t. Idem Pont. declarat, eum qui ſemel appellavit, tametſi poſtea renunciaverit appellationi, poſſe iterum appellare in eodem articulo, præſertim in cauſa favorabili, ut in matrimonio. Hinc notandum eſt, jura permittere in eadem cauſa bis, non autem ſæpius appellare à ſententia definitiva; imò etiam interlocutoria, quam in hoc ſequi naturam definitivæ aſſerit Panormitanus hîc,* & l. unic. C. ne liceat in una eadémque cauſa. *Cæterum qui renunciavit priori appellationi, & redierit ad Judicem à* quo, *poteſt rurſus ab eodem appellare, quia tametſi cenſeatur renunciare appellationi interpoſitæ, non tamen præſumitur renunciare appellationi de novo interponendæ, & quam jura permittunt, ut notat Barboſa hic* in alleg. n. 2. *Cæterum quando jura dicunt, non licere tertiò appellare, id procedit de eodem articulo, quia ut notat Gloſſa hic in diverſis articulis poteſt ſæpius appellari.*

C. *PRÆTEREA* 40 *h. t. Cæleſtinus III. declarat, ſententiam latam ſub conditione, ut niſi infra dies 20. quis ſatisfecerit, ſit excommunicatus, ſuſpenſus, & interdictus, ſi in illo interim appellet, eſſe ſuſpendendam, & poſt 20. dies appellantem non eſſe excommunicatum. Ex quo textu colligitur, ſententiam excommunicationis poſſe ferri ſub conditione ſuſpenſiva, non ſolùm pro delicto, & contumacia; ſed etiam pro intereſſe proximi. Hodiè autem, ut excommunicatio conditionalis valeat; debet præcedere mera culpa* c. Romana §. caveant. de ſent. excommun *Ratio autem, cur ſubſequens appellatio ſuſpendat excommunicationem latam ſub conditione; non ita purè, & ſimpliciter latam, eſt, quam adfert Panormitanus, quia talis ſententia ante conditionis eventum non injicit vires ſuas; non enim operatur niſi dependenter ab eventu conditionis.*

C. *SECUNDO REQUIRIS* 41. *h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi committatur cauſa habens multos articulos, & in uno ponatur* remotâ appellatione, *intelligatur poſita in omnibus articulis. Rurſus ſi Judex recuſetur ut ſuſpectus, ſit cauſa ſuſpicionis proponenda coram recuſato, qui aſſignet aliquos arbitros non valdè remotos; coram quibus intra præfixum terminum cogatur recuſans cauſam probare ſuſpicionis; quam ſi non probaverit, poſſit Judex recuſatus uti ſua authoritate, non ita ſi probaverit. Ex hoc textu deducit Gloſſa, appellationem referri ad omnia, quæ ſunt in commiſſione. Hodie tamen ipſo jure eſt remota appellatio* c. ut debitus, eod. *Cæterum textus loquitur de Judice delegato, quia Ordinarius poteſt committere cauſam perſonæ non ſuſpectæ; vel etiam remittere ad ſuperiorem etiam invitis partibus. Nota, verba cujuſvis diſpoſitionis eſſe amplianda, vel reſtringenda ſecundùm mentem diſponentis, quæ colligitur ex ratione expreſſa in diſpoſitione.*

C. *AN SIT* 42 *h. t. Idem Pont. reſcribit, eum qui appellatione ab alio interpoſita non defert, non gaudere beneficio appellandi; & ſic puniri in eo, in quo ipſe punivit. Notat tamen Gloſſa, non eſſe repellendum ab appellatione in omni cauſa, & à quolibet, quia ſatis eſt, ſi ſemel ſit punitus: hinc habetur regula, quòd Judex, vel adverſarius non teneatur deferre appellationi, cui non detulit appellans.*

C. *NOVIT ILLE* 43. *h. t. reſcribit Innocentius III. Regi Francorum ab executore non eſſe appellandum niſi modum excedat executionis; & ſi ſit ſuſpectus, non tamen liceat ab eo recedere per appellationem; eò quia non ſuo motu procedat, ſed de mandato; quod tamen intelligitur ut notat Gloſſa de mero executore, qui nullam*

habet cognitionem. Ratio eſt, quia immediata cauſa appellandi eſt ipſum gravamen: & qui tantùm eſt ſuſpectus per ſolam ſuſpicionem non gravat, ſed tantùm injicit timorem, ne gravet: unde tenetur quis prius Judicem ſuſpectum recuſare, & poſtea ſi recuſationem non recipiat, poteſt ab eodem appellare, quia tunc gravat non recipiendo recuſationem legitimam.

C. *SÆPE CONTINGIT 44. h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi appellatio recipiatur à Judice, vel approbetur à parte, terminus ad eam perſequendam præfixus obtinet vicem peremptorij, ut in abſentem procedatur, ac ſi peremptoriè fuiſſet citatus: & declarat Pontifex, talem terminum præveniri non poſſe ab aliqua partium. Sin verò appellatio interpoſita non fuit malitiosè recepta, vel approbata, cùm conſtiterit fuiſſe legitimè appellatum, valet. Immò ſi fuit appellatum poſt latam ſententiam ſine perſecutione appellationis in termino præfixo, ſententia valet. Rurſus omne quod poteſt allegari ab abſente contra citationem peremptoriam, poteſt etiam allegari contra hanc appellationem. Demum ſi quis terminum appellationis præveniens tacitâ veritate litteras impetret, ſtatuit Pontifex, ut careat impetratis, & puniatur pro contumacia: & hæc omnia jubet Pontifex, ut obſerventur in litibus, & judiciis exercendis. Ex hoc textu liquet, quòd ſi appellatio recipiatur à Judice, vel approbetur à Papa ut legitima, ex ipſius Judicis, vel utriuſque partis mente dici poſſit eſſe in curia; ut notat Panormitanus hic n. 2. eò quia non poſſit amplius rejici. Rurſus quamvis poſſit procedi contra appellantem non comparentem in termino, ſi tamen appellatus non vult perſequi appellationem eo ipſo cenſetur appellatio deſerta; quia ceſſante appellationis perſecutione, rata manet ſententia per appellationem ſuſpenſa; adeò ut Judex inferior poſſit procedere contra eum, qui negligit appellationem; tametſi neque ipſe quidquam contra illum ulterius in litem, aut judicium deducat. Cæterum ut notat Gloſſa citatus peremptoriè, ſi alleget juſtam cauſam abſentiæ, audiendus eſt.*

C. *CONSTITUTUS 45. h. t. Idem Pont. reſcribit, quòd ſi quis in electione appellet, & ex negligentia non perſequitur appellationem intra terminum, Judex ex officio ſuo poſſit procedere in cognoſcendo de impedimentis electi: quia negligentia partis non præjudicat officio Judicis. Ex quo textu liquet, quòd ſi deſeratur appellatio ex negligentia appellantis, non ceſſat officium Judicis, quo minus poſſit procedere, & inquirere de meritis, & cauſis, ob quas eſt appellatum. Notat ibidem Gloſſa in hoc textu jus eligendi poſſe transferri in alium, adeò ut plura ſuffragia revocentur in unum. Rurſus Delegatum ad cauſam, non poſſe ſubdelegare niſi de conſenſu partium.*

C. *CONSTITUTIS 46. h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi quis ſit electus ad aliquam dignitatem, & confirmatus; adeò ut in jure nihil deſideretur; ſi frivolè appellet, ſeu ſine rationabili cauſa ad impediendam executionem, appel-* [illegible] *electus mittatur in pacificam poſſeſſionem: & qui appellavit, ſi habet aliquid contra eum, debet poſtea illud proponere non per modum appellationis; ſed accuſationis. & denunciationis. Ubi notat Gloſſa, eum qui appellat, debere exprimere rationabilem cauſam coram Judice appellationis, immo poſſe etiam alias cauſas exprimere, ſi dixit priùs habere alias. Cæterum ex hoc textu liquet, eum, qui non poteſt excipere, poſſe accuſare, & denunciare.*

C. *EX PARTE TUA 47. h. t. idem Pontifex declarat, quòd tametſi in litteris ponatur* remotâ appellatione: *nihilominus ſi pars vocetur ad locum non tutum, poſſit tunc legitimè appellare, quia ut notat Gloſſa, locus debet talis eſſe, ut ad eum poſſint accedere ſine periculo partes, & omnes ſui, ut teſtes, advocati, id eſt ut locus ſit honeſtus, ſine inimicitia, & non extra provinciam, nec ultra duas diætas* c. ſtatutum eod. in 6.

C. *SIGNIFICAVIT 48. h. t. declarat idem Pont. quòd ſi quis excipiat de Procuratore quòd poteſt ſolùm citare, & non agere; vel quòd ipſe priùs fuit conventus ab alio Judice per litteras Apoſtolicas, de quibus nullam ſecunda litteræ mentionem fecerunt; ſi appellet, quicquid fit poſt appellationem eſt irritum, ac invalidum. Ubi notat Gloſſa, ad hoc ut Procurator admittatur in judicio requiri ſufficiens mandatum. Et ſubreptitias cenſeri litteras poſteriores à Pontifice impetratas, in quibus non fit mentio priorum. Rurſus ſi quis plures proponat exceptiones, quarum qualibet per ſe ſufficiat, ſatis eſt, ſi unam probet.*

C. *SIGNIFICANTIBUS 49. h. t. Idem Pont. reſcribit, Reum petentem ſibi declarari rem petitam in libello ſi non audiatur, licitè appellare. Ex quo textu notat Gloſſa, rem, quæ in libello petitur, ita clarè debere in libello explicari, ut non ſolùm omnis ambiguitas ceſſet, ſed etiam Judex petente Reo debeat eam declarare.*

C. *EX INSINUATIONE 50. h. t. Idem Pont. reſcribit, quòd Judex à quo appellatur, quamvis poſſit ponere terminum ad perſequendum, non tamen poſſit ponere terminum ad finiendum, vel revertendum, quia non poteſt legem ponere ſuperiori ſeu Judici appellationis. Rurſus declarat Pontifex, litteras impetratas ante terminum non valere; & fraudem, ac dolum nulli patrocinari. Ubi notat Gloſſa, impedimentum Judicis non nocere cauſæ, neque præjudicare partibus.*

C. *BONÆ MEMORIÆ 51. h. t. Idem Pont. reſcribit, quòd ſi quis extra judicium ex veriſimilibus, vel probabilibus cauſis appellet ad Papam, ne in poſſeſſione moleſtetur, ſi poſtea ſpoliatur, ſit reducendus ad ſtatum, & poſſeſſionem, in quo erat tempore appellationis, immo debent etiam ipſi dari fructus percepti, ſalvo tamen jure proprietatis utrique parti. Ubi notat Gloſſa, ex probabilibus cauſis poſſe appellari extra judicium; & appellantem reſtitui cum omni ſuo jure & fructibus. Differentiæ inter appellationem judicialem, & extrajudicialem plures ſunt, quarum præcipua eſt, quia in judicio cauſa appellandi debet eſſe vera: & extra judicium ſufficit,*

ſufficit, ſi ſit veriſimilis, & probabilis. Ratio ex eo petitur quia fit injuria Judici, ſi ab ejus judicio recedatur abſque vera cauſa: ſed extra judicium nulli fit injuria, quia appellatio tantùm pertinet extra judicium ad defenſionem proprii juris, pro quo ſufficit cauſa veriſimilis, ut gravamen, quòd quis probabiliter timet ſibi imminere. Panormitanus hîc num. 7. *plures alias recenſet differentias, quas explicat. Conveniunt tamen appellatio judicialis, & extrajudicialis generaliter in duobus, quia qualibet debet fieri in ſcriptis: ſecundò quia ſicut innovata contra appellationem judicialem revocantur; ita etiam innovata contra appellationem extrajudicialem.*

C. *DILECTI FILII* 52. *h. t. Idem Pont. reſcribit, quòd quoties quis in aliqua cauſa arripit iter ad Romanam curiam, intelligatur appellaſſe, proinde ſi inde excommunicetur, excommunicatio ſit nulla, quia plus eſt facto ipſo ad ſedem Apoſtolicam provocare, quàm verbo. Hinc deducitur, arripere iter ad ſuperiorem vim habere appellationis, tametſi non exprimatur verbum* appello, *dummodo ſerventur, quæ ſervanda ſunt in appellatione, nimirum ut appellans extra judicium, vel in judicio ante ſententiam exprimat cauſam in ſcriptis, & petat Apoſtolos, qui enim iter arripit ad curiam Romanam, debet etiam hæc ſervare.*

C. *PASTORALIS* 53. *h. t. Idem Pontifex reſcribit Epiſcopo Helienſi, in reſcriptis per clauſulam* remotâ appellatione *removeri non ſolùm fruſtratoriam; ſed etiam quamlibet aliam, niſi expreſſè fuerit in jure conceſſa. Hodiè tamen valet appellatio, ſi cauſa ſit probabilis, quamvis non ſit expreſſa in jure.*

C. *SOLICITUDINEM* 54. *h. t. reſcribit idem Pont. Epiſcopo Pariſienſi, quòd ſi quis appellet ad Papam, & poſtea Epiſcopus eum ut contumacem excommunicet. Si qui appellavit ad Papam recurrat ad Archiepiſcopum, ut declaret, excommunicationem poſt appellationem latam eſſe nullam, quamvis proteſtetur ſe velle perſequi appellationem ad Papam, dicatur nihilominus appellationi tacitè renuntiare; ſiquidem Archiepiſcopus non poteſt cognoſcere de his, quæ concernunt appellationem ad Papam: & ſi cognoſcat poteſt Epiſcopus appellare. Sin verò evidenter, & notoriè conſtet, mandatum Epiſcopi fuiſſe indiſcretum, cui ſubditus non tenebatur obedire, tunc Archiepiſcopus debet declarare ſubditum non eſſe excommunicatum, & cognoſcere cauſam; quia jam renunciavit appellationi ad Papam factæ. Ex quo textu conſtat, quòd ſi appellans ad Judicem ſuperiorem appellet coram Judice inferiori ſuper concernentibus ipſam appellationem, videtur renunciare ipſi appellationi; tametſi proteſtetur, quòd per hoc non intendat renunciare, quia tunc contraria allegat, propterea non eſt audiendus, niſi fortaſſis notorium ſit, actum illum eſſe injuſtum, ſuper cujus emendatione adivit inferiorem. Rurſus infertur, Judicem, à quo appellatur, poſſe excommunicare appellantem tanquam contumacem, ſi Judex credat, appellationem eſſe frivolam, ſeu ſine rationabili cauſa, quia hæc appellatio non relevat appellantem* c. cum appellationibus de excommun. in 6. *Rurſus Judicem inferiorem, ad quem appellatur poſt appellationem factam ad Judicem ſuperiorem, non poſſe cognoſcere, nec de appellatione nec de innovatis poſt appellationem, ſi contingant articulum appellationis; quamvis appellans id petat, niſi velit renunciare appellationi, vel attentatum ſit notoriè injuſtum* argum c. cum teneamur ſup. *unde ea tantùm innovata poſt appellationem ſunt revocanda per Judicem ad quem, quæ ſolùm contingunt appellationem, & continent præjudicium appellantis.*

C. *DILECTIS FILIIS* 55. *h. t. Idem Pont. declarat, per appellationem legitimam non ſolùm principalia, verùm & acceſſoria reſervari Judici appellationis. Rurſus ſententias excommunicationis, & interdicti poſt appellationem latas eſſe nullius valoris. Ubi notat Gloſſa excommunicationem non poſſe ſuſpendi, nec ejus effectum, niſi à Papa. Secus interdictum poſſe ſuſpendi ad tempus. Cæterum ſi appellans extra judicium, & appellatus habeat diverſos Judices, poteſt appellans ſe ſubjicere protectioni ſui Judicis, & ad illum appellare, ut in hoc textu, quia ut notat Panormitanus hîc n.* 8. *poteſt, qui extrajudicialiter appellat trahere appellatum ad Judicem non ſuum, non ut faciat injuſtiam de appellato, ſed ſolùm ne turbetur in jure ſuo.*

C. *UT NOSTRUM* 56. *h. t. declarat idem Pont. quòd ſi Papa revocet ad ſe aliquam cauſam, proceſſus facti poſtea per minorem Judicem non valeant; perinde ac ſi ab illo fuiſſet legitimè appellatum. Ex quo textu liquet, revocationem negotii per ſuperiorem factam plus operari ſuſpendendo jurisdictionem Judicis inferioris, quam operetur ipſa appellatio; idque vel maximè procedit in Papa: ratio eſt, quia appellatio procedit ab appellante, & indiget cognitione ut conſtet, an ſit juſta: revocatio autem negotii fit ex proprio motu ſuperioris, & eſt meræ poteſtatis.*

C. *OBLATÆ* 57. *h. t. Idem Pont. declarat, quòd quando una pars appellat, ſi altera præveniat terminum perſequendi, & impetret literas commiſſionis à Papa ad alios Judices hoc tacito, ſi terminus fuit datus à Judice, vel ab appellante, & ſecundæ litteræ non faciant mentionem de primis, non ſit illis ſtandum: ſin verò terminus fuit à Judice, ſeu per annum, vel judicio Judicis per duos annos; tunc ſtandum eſt ſecundis litteris; niſi nimium procuraverit ſubſtantationem appellantis in commiſſione impetrata. Rurſus declarat Pontifex, quòd ſi ex dilatione immineat periculum; debeat Judex ad quem ſupplere, & compellere partes ad perſequendum. Ex hoc textu colligitur primò, quòd ſi terminus appellationis perſequendæ fuit præfixus à Judice à quo, vel ab appellante; neutra pars poſſit prævenire hunc terminum, impetrando alias litteras. Secundò ſi terminus non fuit præfixus, poſſit appellans quandocunque appellationem perſequi, & impetrare litteras, dummodo infra terminum juris non fuerit legitimè præventus per appellatum. Tertiò poſſe appellantem perſequi appellationem ſuam coram Jurisdictione*

Digitized by Google

ditibus impetratis ſuper confirmatione ſententiæ, quin id extenditur ad infirmandam ſententiam. Quartò appellante non proſequente poſſe appellatum appellationem perſequi.

C. *PER TVAS* 58. *h. t. Idem Pont. declarat, Iudicem appellationis, ſi fuit appellatum poſt litem conteſtatam, & nunc altera pars ſit contumaciter abſens, poſſe litem terminare, & ſententiam ferre, prout de iure. Vbi notandum eſt, per ſententiam definitivam tolli effectum litis finita in prima inſtantia ante litem conteſtatam* l. ita demum C. de procurat. *ubi dicitur, quòd in cauſa appellationis non poſſit opponi exceptio dilatoria contra perſonam Procuratoris, ex quo non fuit oppoſita in prima inſtantia ante litem conteſtatam: ex quo ſequitur, quòd ſententia non tollat effectum productum poſt conteſtationem litis, ut in propoſito effectum ſecuta appellationis. Cæterum notat Gloſſa, quòd ſi poſſeſſor ſit præſens, & Actor contumaciter abſens; ſive fuerit priùs lis conteſtata, ſive non, ſi conſtet de cauſa, poſſit dari ſententia definitiva, & ſi non conſtet, poſſit abſolvi Reus ab obſervatione iudicij, & condemnari Actor ad expenſas.*

C. *UT DEBITUS* 59. *h. t. ſtatuit idem Pont in Concilio Generali, ut conventus coram Iudice idoneo ante ſententiam ad ſuperiorem Iudicem abſque rationabili cauſa non provocet; non obſtante, ſi dicat, ſe ad ſuperiorem Iudicem deſtinâſſe, aut litteras impetraſſe priùs quam delegato fuerint aſſignatæ; cum autem ex rationabili cauſa cenſuerit appellandum, propoſita tali cauſa, quæ ſi eſſet probata deberet legitima cenſeri, Superior de appellatione cognoſcat, quam ſi minùs rationabilem eſſe conſtiterit, eam remittat ad inferiorem, & in expenſas alteri parti condemnet, ſalvis tamen conſtitutionibus de maioribus cauſis ad ſedem Apoſtolicam reſervatis. Ex quo textu habetur notabilis regula*, ut appellatio non valeat, ſi interponatur ante ſententiam, niſi expreſſa rationabili cauſa, quæ ſi eſſet probata legitima deberet reputari. *Et id procedit tametſi cauſa eſſet notoria, quia licèt notorietas excuſet, & relevet ab onere probandi, non tamen relevat ab onere proponendi. Hinc patet diſcrimen inter definitivam, & interlocutoriam; quia in appellatione à ſententia definitiva non eſt neceſſe, ut exprimatur cauſa rationabilis* l. ſcio ff. eod. *ſecus in appellatione ab interlocutoria ante ſententiam definitivam debet exprimi cauſa, nec poteſt poſtea appellans perſequi aliam priùs non expreſſam* Clement. appellanti iuncta Gloſſa h. t.

C. *CUM CESSANTE* 60. *Idem Pont. declarat, quòd ſi Iudex, ſive Ordinarius, ſive delegatus aliquid protulerit, quo executioni mandato alter litigantium gravetur & ſano uſus conſilio ab hoc gravamine deſiſtat, liberè poſſit procedere in cauſæ cognitione non obſtante, quod à gravamine fuerit appellatum; dummodo non ſit ex alia cauſa ſuſpectus. Notat tamen Gloſſa eſſe reficiendos ſumptus partis, ſi quos fecit. Rurſus interlocutoriam tranſire in rem iudicatam parti intra decem dies, ſed non Iudici, quin eam revocet. Notandum itidem eſt ex textu, impoſitionem gravaminis iniuſti eſſe unicam cauſam finalem appellationis per iura introducta: unde ceſſante gravamine per ſpontaneam Iudicis revocationem debet etiam ceſſare appellatio, & Iudex inferior pergere in cauſa.*

C. *CUM SPECIALI* 61. *h. t. reſcribit idem Pont. ut qui allegat Iudicem ſuſpectum, debeat aſſignare cauſas ſuſpicionis coram eodem; deinde debeat ipſe cum adverſario ſi habeat, & ſi non habet cum Iudice communiter eligere Arbitros & ſi non poſſint convenire, debeat quiſque ſuum eligere, qui iudicet de ſuſpicione, & ſi non conveniant, vocent tertium, & ſtetur dicto duorum: quòd ſi cauſa ſuſpicionis non probetur legitima, debeat tunc Iudex uti ſua iuriſdictione: ſin verò probetur debeat de conſenſu recuſantis committere cauſam perſonæ idoneæ, vel remittere ad ſuperiorem* c. legitima eod. in 6. *Quòd ſi exceſſus ſit manifeſtus evidentiâ rei, vel Rei confeſſione, aut alio legitimo modo, non debeat admitti appellatio: ſin verò exceſſus ſit dubius, tunc exponi debet coram eodem Iudice cauſa appellationis: ſin verò ſit probabilis, concedi debet terminus competens pro loco, tempore, & negotio. Sin verò non curet perſequi, Iudex debet procedere ex officio, tametſi adverſarius non compareat: ſin verò perſequitur appellationem, & probat cauſam, debet tunc Iudex Superior procedere: & ſi non probat, debet remitti ad inferiorem. Vbi notat Gloſſa, hanc decretalem intelligi de Iudice Ordinario procedente ex officio ſuo contra aliquem ad famam, & clamorem; non verò de Iudice delegato, quia hic non poteſt alteri committere negotium.*

C. *CUM CAUSAM* 62. *h. t. Honorius III. reſcribit, quòd ſi Procurator corrigit errorem ſui advocati dicentis falſum contra partem, lis non dicatur conteſtata; & Iudex non poſſit recipere teſtes. Rurſus nec poſſit Iudex approbare teſtes receptos à ſubdelegatis ſubdelegatorum, & ſi quid horum faciat, licitè appelletur, & quidquid poſt appellationem fecerit, ſit irritum. Ex quo textu deducitur, ad litis conteſtationem non requiri ſolemnem interrogationem Iudicis, vel Actoris; ſed ſufficere de iure canonico reſponſionem ad libellum etiam approbante Reo factam per Advocatum; cuius confeſſio præiudicat Clientulo; niſi illam tanquam erroneam revocet; & tunc non eſt neceſſe, ut in revocatione probetur error, quia Advocatus non habet mandatum ad confitendum, proinde ſufficit nuda partis revocatio.*

C. *DILECTO* 36. *h. t. Idem Pont. ſtatuit, ut Appellans non ſolùm debeat docere, quòd oppoſuit exceptionem legitimam, & appellavit; verùm etiam, quia legitima exceptio oppoſita non fuit admiſſa, & proinde appellavit. Ex quo liquet, quòd appellans à ſententia nulla, non obtineat in cauſa appellationis probando ſententiæ nullitatem, niſi iuſtificet appellationem, & probet, eam legitimè ob exceptionem non admiſſam fuiſſe interpoſitam.*

C. NI-

C. *NICOLAO MILITI 64. h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi appellans præfigat terminũ & non mittat deinde ſufficientem procuratorem ad perſequendam appellationem, ſed ad aliud, ut ad impetrandum, vel contradicendum; tunc tanquam contumax debeat condemnari ad expenſas partes perſonaliter perſequentis. Ubi notandum eſt cum Gloſſa, quòd ſi non fuit terminus præfixus, nec appellatio fuit approbata ab Adverſario, ſufficit tunc mittere ad contradicendum* c. interpoſita eod. in 6. *Rurſus ſi cauſa ex ſui natura ſit in Curia Romana per legitimam appellationem, non ſufficit mittere procuratorem ad contradicendum, vel impetrandum Judicem, aut commiſſionem in partibus; ſed tunc debet mitti Procurator cum poteſtate ad perſequendam plenariè appellationem. Cauſa verò dicitur eſſe in curia non ſolùm, quia terminus eam perſequendi ſit præfixus ſive à Judice, ſive a parte; verùm etiam quando recepta eſt, & approbata a parte, ut notat Panormitanus hic n. 6.*

C. *SUA NOBIS 65. h. t. Idem Pont. declarat à ſententia definitiva poſſe licite ſimel, & iterum appellari; non tamen tertiò, ſi fuit confirmata. Ubi notandum eſt, quòd cùm iura dicant, non eſſe licitum tertiò appellare intelligenda ſunt de eodem articulo, quia in diverſis poteſt ſemper quis appellare: etenim cum quis gravatur in una cauſa ſuper diverſis articulis poteſt millies appellare, & duas appellationes ſucceſſivè facere ſuper quovis articulo; non verò tertiam; quia contra eum, qui bis appellavit, & ſemper ſuccubuit, eſt præſumptio, proinde non auditur tertiò: & quia etiam alteri parti licitum eſt, alias duas appellationes facere; ideo utrique parti coniunctim quatuor conceduntur appellationes ſuper quovis articulo.*

C. *DILECTI 66. h. t. Idem Pont. reſcribit, non eſſe licitum appellare ad Judicem Superiorem omiſſo medio, quando opponitur hæc exceptio. Hinc notat Gloſſa, gradatim eſſe appellandum nullo omiſſo medio, & deberi exceptionem hanc opponi coram Superiore, & hoc de jure, etſi aliud ſit ex conſuetudine, ſi ſermo ſit de Ordinariis, non de ſubdelegatis. Cæterum ad Papam quilibet poteſt immediatè appellare. Rurſus ab officialibus Epiſcopi appellandum eſt ad Archiepiſcopum, ab Archidiacono ad Epiſcopum, niſi conſuetudo ſit contraria, & ex conſuetudine valet appellatio ab officiali Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum.*

C. *EX PARTE 67. h. t. Gregorius IX. declarat, quòd ſi fœmina deſinat eſſe tutrix, ob ſecundas nuptias, non poſſit conveniri nomine pupilli invita, & ſi conveniatur, poſſit licitè appellare, adeò ut ſi Judex appellatione neglecta procedat ad ulteriora, quamvis eam expreſsè non repulerit, poſſit hæc ab eo appellare per hunc textum.*

C. *INTIMASTI 68 h. t. Idem Pont. declarat, quòd ſi Judex ſit dubius, & velit conſulere Superiorem, debeat dare copiam conſultationis partibus; aliàs nulla illi præſtetur fides. Hodie tamen hujuſmodi conſultationes ſunt ſublatæ, quia Pontifices in iure canonico frequenter dicunt, ſe ad ipſas reſpondere.*

C. *SIGNIFICANTE 69. Idem Pont. declarat pendente dilatione, & lite non conteſtata officium Judicis quieſcere; & nihil poſſe facere, niſi de conſenſu partium, & ſi quid fecerit, ſit revocandum ad priſtinum. Rurſus ſtatuit, ut Procurator, ſi miſſus ad perſequendam appellationem excedat fines mandati, & interim annus elabatur, debeat appellans poſt annum audiri. Ex quo textu liquet, lite pendente non debere Reum prohiberi, uti iure ſuo non improbato à lege, tametſi tale jus ſit contra intentionem Actoris, ſeu juris deducti in judicium. Rurſus neque dilationem datam de partium conſenſu poſſe ſine cauſa revocari alterâ parte invitâ. Cæterum ut liquet ex textu, ſi Procurator excedat limites mandati, vel illos tranſgrediatur, vel non obediat inhibitioni, præbet tunc juſtam cauſam appellandi; nec ejus acta ſunt valida.*

C. *INTERPOSITA 70. h. t. Plura idem Pont. in hac decretali declarat. Primò non ſufficere appellanti probare, quòd ex cauſa probabili provocet, ſi non doceat eſſe verum id, ob quod appellat, vel niſi ſe offerat id probaturum. Secundò ſi appellatio non fuerit recepta, nec approbata à parte, poteſt appellans ſuper perſecutione appellationis per ſe, vel per Procuratorem ad impetrandum, & contradicendum conſtitutum litteras impetrare, quamvis altera pars judicium ſuper hoc apud ſedem Apoſtolicam ſit parata recipere. Tertiò, ſi appellationis cognitio nondum ſit alteri delegata, appellans, qui id petit, ad Judicem à quo provocavit, de iure remittitur, contradictione partis alterius non obſtante, tenetur tamen ad expenſas adverſario, ſi quas ob id fecerit. Quartò ſi quis paratus ſit probare gravamen, ob quod appellavit, & pars adverſa ſe contumaciter abſentat; poteſt ſuper hoc procedi etiam lite non conteſtata in ipſo articulo appellationis, vel cauſa principali. Ubi notat Gloſſa, appellantem debere circa duo cautum eſſe. Primò ut offerat ſe cauſam probaturum; quia deinde non eſt opus poſtea probare cauſam eſſe veram. Secundò, cùm recipitur appellatio à Judice, vel à parte, debeat perſequi per procuratorem totam cauſam, ne ſolvat expenſas. Rurſus notat, in negotiis eccleſiaſticis non eſſe ſervandum rigorem iuris, ſed potiùs æquitatem, ſicut eſt procedendum lite non conteſtata, cùm principaliter agatur de judicis iniquitate. Quamvis regulariter neceſſaria ſit litis conteſtatio; ad compeſcendam tamen judicis iniquitatem, & contumaciam litigantium, rigor juris remittitur. Cæterum notat Innocentius hic, Appellantem etiam invito appellato poſſe cauſam perſequi in curia, ſi ejus appellatio non ſit recepta. Neque appellatus poteſt contradicere, quia judicium redditur in invitum* c. intelleximus de Iud. *& debet ſibi imputare, quòd appellationem priùs non receperit.*

C. *INQUISITIONI 71. h. t. Idem Pont. reſcribit, quòd ſi hæc clauſula* appellatione remotâ *ponatur in medio litterarum continentium plura negotia ſe minimè contingentia, reſpiciat ſolùm ſuperiora, ſin verò repetatur in fine, reſpi-*

Digitized by Google

ciat omnia. Ex quo textu generatim colligitur, determinationes, ſeu clauſulas in non connexis reſpicere tantùm præſentia, & non præterita argum. l. ſi ſervus plurium §. ult. ff. de Legat. *Neque obſtat textus in* c. ſecundò requiris 41. h. t. *ubi dicitur, nil referre, an præfata clauſula appellatione remota ponatur in medio, principio, vel fine litterarum; quia ad omnia refertur: nam hic ſermo eſt de litteris, quæ continent plura negotia ſe mutuò non contingentia & ibi agitur de uno negotio habente plures articulos, quaſi ſimul connexos.*

C. *UNA SENTENTIA* 72. *Idem Pont. declarat, quòd ſi ſit idem negotium, & eadem cauſa defenſionis multorum, qui iure communi iuvantur, ſi unus appellat, & vincat victoria proſit omnibus; adeò ut illius victoria iure communi cæteris ſuffragetur. Verùm notandum eſt, plura requiri, ut ſententia lata in favorem unius cæteris proſit. Primò, ut unâ ſententiâ condemnati ſimul fuerint Rei, alioquin res inter illos acta non nocet, nec prodeſt aliis* c. inter dilectos de fide inſtrum. *& id etiam procedit, quamvis fuerint plures ſententiæ, & una tantùm probatio* l. ſi quis ſeparatim ff. eod. *Secundò, ut ſententia fuerit lata in cauſa appellationis, in qua quæritur de validitate ſententiæ, quæ eſt individua, quæ propterea non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere. Tertiò, ut communi iure iuventur; quid ſi qui obtinuit ſententiam, in favorem habeat ſpeciale ius ratione ætatis; vel eccleſiæ, eius victoria obtenta ob ſpecialem hanc rationem non prodeſt alteri: ratio eſt, quia privilegium perſonale adhæret tantùm perſonæ, cui eſt conceſſum. Quartò, ut ſit idem negotium non diverſum; ſunt etiam alia conditiones, quas exhibet, & explicat Panormitanus hic* n. 4.

C. *SI IUSTUS* 73 *& ult. reſcribit idem Pont. qui juſto metu impeditur, ne appellet: ſi intra decem dies coram Judice* à quo, *quem ſi habere non poteſt, coram bonis viris proteſtetur, ſe non audere appellare, & exprimat cauſas appellationis, intelligatur iam appellâſſe. Ubi notandum eſt, ſufficere ad hanc proteſtationem præſentiam unius boni viri, ſi adſint teſtes; tunc enim docet Panormitanus hic* n. 3. *cum aliis, non eſſe neceſſe, ut quis formaliter appellet, quia textus id non exigit, ſed ſolùm ut proteſtetur de voluntate appellandi, ſi metus non obſtaret.*

IN SEXTO.

C. *CORDI NOBIS* 1. *h. t. Innocentius IV. in Concilio Lugdunenſi ſtatuit. Primò, ut appellans ad Papam in iudicio, vel extra, ſuper interlocutoria, vel gravamine, debeat cauſam appellationis aſſignare, in ſcriptis, & petere Apoſtolos, quos Judex* à quo *tenetur exhibere, in quibus exprimatur cauſa appellationis; & cur cauſam non admiſerit, vel utrum ex reverentia Superioris ei ſit delatum. Secundò, ut ad perſequendam appellationem præſcribat terminum convenientem habitâ ratione perſonæ, loci, & negotii. Tertiò, ſi appellatus velit, & petat; principales perſonæ per ſe, vel per Procuratores ſufficienter, ac plenè inſtructos debeant accedere ad Sedem Apoſtolicam cum omnibus ſcripturis, & monumentis cauſæ, non ſolùm ad perſequendam appellationem, ſed etiam cauſam principalem; ſi ita iudicaverit Papa; quinimò poteſt etiam tractari cauſa principalis omiſſo articulo appellationis de conſenſu tamen partium. Quartò, ſi appellans hæc præmiſſa non obſervat, reputetur, ut non appellans, proinde remittendus ſit ad priorem Judicem, à quo condemnetur ad expenſas legitimas. Quintò ſi appellatus contempſerit hoc ſtatutum; ſtatuit Pontifex, ut in ipſum tanquam in contumacem tam in expenſis, quam in cauſa, prout iura permittunt, procedatur. Ubi notat Gloſſa, in appellante ab interlocutoria, vel gravamine extraiudiciali quatuor requiri. Primò, ut appellet in ſcriptis: ſecundò, ut exprimat cauſam appellationis. Tertiò, ut ſit cauſa rationabilis: quartò, ut det Apoſtolos appellanti petenti: poteſt tamen tempus accipere ad deliberandum, quos Apoſtolos ſit daturus. Rurſus licèt appellans habeat à iure pro termino ad perſequendum annum; & ex cauſa Biennium* c. Romana eod. *poteſt tamen Judex abbreviare terminum ad perſequendum, licèt non ad finiendum. Rurſus ait, Archiepiſcopum cognoſcentem de cauſa appellationis non poſſe retinere cauſam principalem, nec cognoſcere etiam de conſenſu partium, niſi finito articulo appellationis dicat:* benè appellatum, & malè judicatum. *Verùm id non procedit de Papa. Notandum tamen eſt, quòd licèt de jure canonico ab interlocutoria appellandum ſit in ſcriptis; id tamen de iure civili non eſt neceſſarium juxta Gloſſam in* l. 2. ff. eod. *Rurſus non eſt de ſubſtantia appellationis, ut ſcriptura ſit publica, ſed ſufficit, ſi ſit privata, ut notat Gloſſa hic. Verùm hæc privata ſcriptura non probat eſſe appellatum in ſcriptis, niſi id probetur per teſtes, vel ſubſcriptionem Notarii, qui ſimul appoſuit teſtes, & quòd in his ſcriptis appellatum fuerit, juxta Rotam Romanam* decis. 409. *Scriptura verò, quæ datur parti ad intimandam appellationem, debet eſſe authentica iuxta formam* clement. cauſam de elect.

C. *LEGITIMA* 2. *h. t. reſcribit idem Pont. Judicem allegatum ſuſpectum teneri aſſignare arbitris iam electis terminum competentem, intra quem terminent negotium ſuſpicionis; alioquin Judex poteſt ex tunc procedere in negotio principali. Notat tamen Gloſſa, tunc textum loqui de arbitris iuris non de Compromiſſariis: quòd ſi eligantur tres; ſufficit, ſi duo conveniant, iis enim ſtandum eſt, quin tunc ſtatur pluralitati* c. fin. de arbit. in 6. *Arbitri tamen non debent eſſe laici, nec ſuſpecti, nec multùm remoti, ſed in locis competentibus, ubi poſſit haberi copia peritorum: alioquin poſſent recuſari. Rurſus notandum eſt, textum loqui de ſuſpicione, quæ fit contra Ordinarium, vel delegatum à Papa, unde textus non procedit de Officiali Epiſcopi. Cæterùm ex hoc textu liquet, Judicem recuſatum poſſe aliquid innovare pendente recuſatione, nimirum ſtatuere terminum arbitris, eiſque nolentes procedere, etiam*

compellere, quia id eſt neceſſarium ad expeditionem cauſæ recuſationis.

C. ROMANA 3. h. t. declarat idem Pont. ab officiali Epiſcopi non eſſe appellandum ad Epiſcopum, eò quia ſint idem tribunal Epiſcopus, & ejus officialis, bene tamen poſſe appellari ad Archiepiſcopum. Ex quo textu liquet, Vicarium, ſeu officialem Epiſcopi poſſe cognoſcere virtute generalis mandati: de omnibus cauſis ſpectantibus ad forum Epiſcopale in civilibus: ſecus in criminalibus, & in aliis, quæ exigunt ſpecialem commiſſionem. Ubi notat Gloſſa, conſuetudinem contrariam non valere. A ſubdito tamen Epiſcopi, ut ab Archipresbytero appellandum eſt ad Epiſcopum, non ad Archiepiſcopum, niſi ſit conſuetudo contraria. Rurſus Judex appellationis ante ſententiam definitivam non debet citare partes, nec citationem aliis committere, quin priùs cognoſcat, fuiſſe expreſſam cauſam probabilem. Præterea debet appellatum citare ad opponendum contra appellationem. & ſi opponat, cauſam in eo expreſſam non eſſe legitimam, vel veram; tamenſi conſtet fuiſſe appellatum intra decem dies, & cauſam eſſe legitimam; debet tunc admitti appellatio ex cauſa legitima interpoſita. Rurſus Judex debet incipere cognoſcere de veritate cauſæ: & hiſce præcedentibus poteſt ſtatim inhibere, non autem priùs, ut etiam tenet Rota deciſ. 412. ubi vocat hanc appellationem canonicam. Notat Gloſſa, quod quamvis regulariter non poſſit appellari omiſſo medio ad altiorem; nihilominus ſi Archipresbyter ſit ſub Diacono poteſt appellari ab Archipresbytero ad Epiſcopum omiſſo Diacono; quia concurrit cum Prælatis inferioribus.

C. UT SUPER 4. h. t. præcipit idem Pont. ut ille à quo appellatur requiſitus det Apoſtolos appellanti juxta tenorem conſtitutionis in c. cordi 1. h. t. in 6. Quòd ſi id non præſtet, & in cauſa procedat, niſi fortè appellationi ſit renunciatum, proceſſus eſt irritus, & nullius valoris. Ubi tamen notat Gloſſa, Judicem non arctari ad dandum Apoſtolos niſi fuerit requiſitus. Excipitur tamen, niſi ipſe Judex appellationem acceperit, l. eos in fin. C. eod. Verùm ut proceſſus ſit irritus, requiritur denegatio Apoſtolorum, vel quòd eos non det intra tempus præfixum.

C. CUM APPELLATIONIBUS 5. h. t. declarat Clemens IV. quòd ſi quis appellet ante ſententiam, ſed injuſtè, & Judex Ordinarius eam non admittat; debeat Judex appellationis cognoſcens iniquè appellatum eſſe, eodẽ die remittere appellationem ad eundem Judicem, & appellantem condemnare in expenſis: quòd ſi prior Judex detulit appellationem, eò quia à ſe abdicaverit cauſam, tunc Judex appellationis, non teneatur remittere cauſam ad priorem, ſed poſſit, ſi velit, cognoſcere de tota cauſa, vel poſſit remittere, ſi vult; quòd ſi appellatum ſit poſt ſententiam, ſtatuit Pontifex, ut ſerventur jura antiqua.

C. AB EO 6. h. t. Bonifacius VIII. ſtatuit, quòd ſi appellans intra 30. dies non petat inſtanter Apoſtolos à Judice, intelligatur renunciare appellationi, tametſi vadat, vel mittat ad illam proſequendam. Rurſus Pontifex explicat textum Innocentij IV. in c. ut ſuper 4. h. t. in 6. nimirum quòd Judex requiſitus, ſi non tradat Apoſtolos, & procedat in cauſa, proceſſus ſit nullus; debeat intelligi, ſi non ſit requiſitus cum debita inſtantia, & iteratis vicibus, & loco, ac tempore congruo; & Judex expreſſè deneget malitiosè, vel negligenter dare Apoſtolos intra tempus à jure ſtatutum. Ubi notandum eſt, Apoſtolos eſſe petendos per appellantem, non per appellatum, & non eſſe neceſſe, quòd petantur tempore appellationis, ſed ſufficere, ſi intra 30. dies, imme poſſunt etiam peti ultimo die, quia includitur in 30. diebus, niſi eſſet dies feriata, quia tunc eſſet tempus incongruum.

C. NON SOLUM 7. h. t. Idem Pont. declarat, non ſolùm omnia attentata, & innovata, poſt appellationem a definitiva debere (in caſibus, quibus jura prohibent poſt ſententiam appellare) per Judicem ad quem omnino revocari. Verùm etiam ea, quæ inter ſententiam, & appellationem intra decendium interpoſitam, contingit innovari. Ea verò quæ poſt appellationem ante ſententiam definitivam innovantur, declarat Pontifex, non eſſe revocanda, donec de veritate cauſæ appellationis conſtiterit, niſi Judex ad quem poſtquam conſtiterit ipſi ex cauſa probabili negotium eſſe ad ſe devolutum inhibeat canonicè Judici à quo, ne procedat; tunc enim ſunt hæc ante omnia in ſtatum priſtinum reducenda. Notandum eſt, quòd ſi appelletur à definitiva, articulus appellationis eſt diſtinctus à cauſa principali, proinde non appellatur, quia appellans credit ſe per definitionem ipſius cauſæ principalis eſſe gravatum, aut læſum, proinde non requiritur juſtificatio appellationis ſicut in appellatione à ſententia interlocutoria, ubi gravamen eſt diſtinctum à cauſa principali, ſuper qua ferenda eſſet ſententia definitiva. Unde non diſcuſſo articulo appellationis interpoſitæ à definitiva, ſtatim revocantur omnia attentata poſt ſententiam per hunc textum, dummodo conſtet fuiſſe appellatum intra decem dies, ut notat Gloſſa.

C. CONCERTATIONI 8. h. t. ſtatuit idem Pont. ut qui putat ſe gravatum in actibus ex trajudicialibus, ut in electione, poſtulatione, proviſione, ſi velit, poſſit appellare intra decem dies, quibus elapſis non ſit ampliùs licitum appellare; poſſit tamen uti aliis remediis juris, & debitè contradicere, dummodo non conſenſerit electioni. Ubi notandum eſt, ab omni gravamine eſſe appellandum intra decem dies à die ſententiæ illati gravaminis, aliàs lapſus decem dierum præcludit viam non ſolùm appellationi judiciali, verùm etiam extrajudiciali. Non tamen ob id excluditur quis ab aliis remediis ſibi competentibus de jure communi ſuper revocatione actûs, ut clarum eſt ex textu; unde poteſt agere ſuper nullitate ſententiæ, vel petere reſtitutionem in integrum: & quamvis non ſit audiendus per viam appellationis, auditur tamen per viam querelæ, quia ab actibus extrajudicialibus potiùs eſt provocatio, quàm appellatio c. cùm ſit roman. eod.

C. APPELLATIO 9. h. t. Idem Pont. declarat, appellationem in ſcriptis correctam Judici à quo non poſſe impugnari; licèt à Judice non fuerit lecta: ubi notat Gloſſa, non eſſe neceſſe, ut appel-

lans loquutur, & dicat appello, *quando tradit ſchedulam appellationis, ſed ſufficere ſolam porrectionem in ſcriptis ſive appelletur in judicio, ſive extra, quia textus non diſtinguit. Cæterum ad valorem appellationis ſemper requiritur, ut exhibeatur Judici* à quo: *rurſus ut intimetur appellato, & ut res devolvatur ad Judicem appellationis, quem poſt appellationem tenetur uterque appellans, & appellatus adire, niſi renuncietur legitimæ appellationi.*

C. *SI A JUDICE 10. h. t. declarat idem Pont. quòd ſi quis appellet pro gravamine illato, & Judex à quo præfigat terminum ad docendum ſe fuiſſe gravatum, non teneatur appellans eum adire, & veritatem gravaminis probare: ſin verò detur terminus appellanti ad audiendam cauſam gravaminis, & appellans non compareat, & Judex* à quo *in termino, cum effectu, & re ipſa revocet gravamen; tunc poſſit Judex* à quo *liberè in cauſa procedere, ac ſi appellatio non fuiſſet interpoſita. Ex quo textu liquet, non teneri aliquem comparere coram Judice, cujus juriſdictio tempore citationis eſt ſuſpenſa; niſi id pertineat ad faciliorem expeditionem cauſæ appellationis, cujuſmodi eſt revocare gravamen. Rurſus Judicem non poſſe revocare ſententiam definitivam, bene tamen interlocutoriam, ut gravantem* c. cum ceſſante de eod.

C. *A COLLATIONE 11. h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi quis velit appellare à collatione facta à capitulo, & Epiſcopo, ſi Epiſcopus intervenit ut Prælatus non poſſit appellare ad Epiſcopum; ſi ut canonicus, poſſit appellare ad eundem Epiſcopum. Ratio eſt, quam aſſignat Gloſſa, quia quando Epiſcopus eſt in capitulo, ut Prælatus, non habet vocem, ſed ſolùm poteſtatem concludendi ſecundùm partẽ capituli. Quòd ſi Epiſcopus in capitulo non habeat primum locũ, cenſetur tunc intereſſe ut canonicus, niſi conſuetudo ſit in contrarium: & quando Epiſcopus eſt in capitulo, ut Prælatus appellatio ſit ad Archiepiſcopum, vel Papam, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum* c. quòd in dubiis de conſecrat. eccleſ.

C. *LICET 12. & ult. h. t. reſcribit idem Pont. quòd ſi feratur ſententia interlocutoria, per quam rejiciatur exceptio præjudicans negotio principali, vel reddens judicium nullum, & Reus non appellaverit ab interlocutoria; ſi deinde appellet à definitiva, quæ poſtea ultra decem dies promulgatur, poſſit tunc Judex appellationis etiam emendare gravamen illatum per illam interlocutoriam: ſecus ſi interlocutoria non pariat præjudicium negotio principali: oportet enim tunc ab ea etiam appellâſſe. Ubi notandum eſt, interlocutoriam latam contra exceptionem peremptoriam non firmari, quin gravamen non poſſit reparari per appellationem ab ea interpoſitam intra decem dies, imo etiam à definitiva lata poſt decem dies. Nota ex eo, quòd quis admittatur ad decendum ſuper principali, quod eſt majus; potiori jure admittitur contra interlocutoriam, cum ſit quid minus.*

IN SEPTIMO.

C. *EXECRABILIS 1. h. t. Pius II. in Mantuana Synodo declarat, appellationes, & provocationes à ſummo Pontifice ad futurum Concilium inanes, ſchiſmaticas, & erroneas eſſe, quia Chriſtus non Concilio, ſed D. Petro ejus Vicario proinde etiam cuilibet ſucceſſori Chriſti Vicario dixit* paſce oves meas: & quodcunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. *Hinc Pontifex omnino damnat abuſum, quo nonnulli ſpiritu rebellionis imbuti non ſanioris cupiditate judicii, ſed commiſſi evaſione peccati à Romano Pontifice JESU Chriſti Vicario ad futurum Concilium provocare præſumunt, quod ſacris canonibus adverſatur, & reipublicæ Chriſtianæ noxium eſt. Unde Pontifex hujuſmodi appellationes damnat, & reprobat ut erroneas, & deteſtabiles.*

C. *LICET OLIM 2. h. t. Julius II. confirmat decretalem Pii II. ſui prædeceſſoris* in d. c. execrabilis *& præcipit, ne quiſquam quovis quæſito colore audeat hujuſmodi appellationem interponere, & eidem interpoſitæ adhærere ſub pœnis in jure expreſſis. Et declarat, ut ultra pœnas impoſitas, ita appellantes habeantur pro veris, & indubitatis ſchiſmaticis ac inconſutilis tunicæ Domini noſtri JESU Chriſti Violatoribus, Diſſipatoribus, ac de fide catholica malè ſentientibus.*

C. *CUM REMEDIUM 3. h. t. Pius V. ſtatuit, ut appellationes in cauſis criminalibus infra ſex menſes debeant expediri, ac hinc ex diuturna pœnæ mora delictorum impunitas exoriatur: & ne malitiâ judicis jus litigatorum efficiatur deterius, mandat, ut virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna privationis officiorum, ac refectionis omnium damnorum appellantibus ſine mora acta, & proceſſus quoscunque effectualiter tradi curent, & faciant.*

C. *SANCIMUS 4. h. t. Pius IV. ex decretis reformationis ſignaturæ juſtitiæ ſtatuit, ut ab exceſſiva taxatione expenſarum ſemel tantùm appellatio committatur, & duæ ſententiæ vim habeant trium.*

C. *A LIQUIDATIONE 5. h. t. Idem Pont. declarat, à fructuum liquidatione, & expenſarum taxatione ſemel tantùm licitum eſſe appellare; adeò ut duæ conformes rem judicatam faciant.*

C. *EPISCOPIS 6. h. t. Idem Pont. prohibet appellationem fieri à decretis Ordinariorum ante ſententiam definitivam, ubi agitur de morum, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ reparatione; adeò ut neque ad ſedem Apoſtolicam poſſit appellari; & ſecus facientes irretiantur cenſuris.*

C. *ACCEPIMUS 7. & ult. h. t. Julius III. reſcribit Theſaurario Marchiæ Anconitanæ, appellationes in cauſis maleficiorum non eſſe admittendas, niſi depoſitâ ſummâ mulctæ pecuniariæ, eò quia appellationum ſuffragia propenſiores reddant animos ad lites inſtituendas, & flagitia audenda, tùm beneficio appellationum ſententiæ prorogentur, ac indeciſa remaneant: quapropter mandat ut nulla in aliqua cauſa alicujus maleficij, aut fracta pacis induciarum appellatio admittatur.*

IN CLEMENTINIS.

C. *SI A JUDICIBUS 1. h. t. ſtatuit Clemens V. in Concilio Vienenſi, quòd ſi à pluribus Judicibus ſit appellandum, & eorum præſentia* non

Digitized by Google

non poſſit facilè haberi, licitum ſit coram ipſis, vel eorum majori parte appellare, & Apoſtolos petere ſeparatim: eſt tamen facienda legitimè intimatio appellato ignoranti, appellationis, ut etiam dilationis, & termini præfixi. Ex quo *textu liquet, poſſe quemque à ſingulis Iudicibus ſeparatim appellare, & in ſingulis appellationem debere communem eſſe omnibus, qui debent poſtea ſimul convenire ad præfigendum, ſeu ſtatuendum terminum proſequendæ appellationis juxta Gloſſam hic V.* præfixionis. *Rurſus quando appellatur ab interlocutoria, vel definitiva debet appellatio antea intimari, ſaltem Procuratori in cauſa conſtituto.*

C. *QUAMVIS 2. h. t. Idem Pont. declarat, quòd tametſi rigor iuris exigat, ut Apoſtoli petantur ſæpius inſtanter congruo loco, & tempore; ſufficiat tamen, ſi unico contextu ſæpius, & inſtanter petantur. Rurſus ſi Judex* à quo *certum aſſignet terminum ad accipiendos Apoſtolos, & appellans in illo termino illos non petat, intelligatur renunciâſſe ſuæ appellationi. Ubi notat Gloſſa, tempus juris ad petendos Apoſtolos eſſe 30. dies à lata ſententia.*

C. *SICUT APPELLATIONE 3. h. t. reſcribit Idem Pontifex, appellantem teneri infra annum proſequi, & definire ſuam appellationem judicialem, vel extrajudicialem incipiendo à die appellationis, & gravaminis, ſi appellavit à gravamine: quòd ſi non fuerit, nec juſtum occurrerit impedimentum, declarat Pontifex, appellationem haberi deſertam. Ubi notat Gloſſa, diem appellationis non computari in termino anni, quia dictio* A *conjuncta numero dierum excludit primū diem.*

C. *QUAMDIU 4. h. t. declarat idem Pont. quòd ſi poſt appellationem proſecutio appellationis de expreſſo conſenſu partium differatur; tempus ſive ab homine, ſive à iure præfixum non currat, quamdiu manet dilatio: niſi Judex cognoſcens periculum imminere ex dilatione præciperet procedi in illa, ſeu tempus currere.*

C. *APPELLANTI 5. h. t. ſtatuit idem Pont. ut appellans ab interlocutoria, vel à gravamine, non poſſit proſequi alias cauſas, ſed eas tantùm, quæ nominatim ſunt expreſſæ in appellatione. Rurſus proceſſum primi Judicis non poſſe juſtificari, nec impugnari ex novis, aut de novo probandis, ſed tantùm ex illis quæ coram ipſo fuerunt exhibita, & acta. Ubi notat Gloſſa, appellantem à definitiva poſſe ex cauſis non expreſſis verificare appellationem, in qua ſatis eſt ſi appellans dicat, appello à veſtra definitiva ſententia iniqua, & injuſtâ.*

C. *SI APPELLATIONEM 6. h. t. declarat idem Pont. quòd ſi appellatio per negligentiam appellantis ſit deſerta, ut ſi non petierit Apoſtolos, vel non comparuerit in termino aſſignato, vel non introduxerit ſuam appellationem, intra terminum aſſignatum, & poſtea proſequatur appellationem deſertam, hoc non obſtante ſententia lata tranſeat in rem judicatam, ac ſi non fuiſſet appellatum.*

C. *CUM A REPULSIONE ult. h. t. Idem Pont. declarat, eum qui appellat à repulſione exceptionis peremptoriæ bis, & ſemper ſuccumbit, non poſſe tertiò appellare à definitiva ſententia. Excipitur tamen ſi prima, & ſecunda vice fuit repulſus, eò quia excipiebat, ineptè proponendo; ſi enim nunc ritè proponat, eſt audiendus. Hæc decretalis fundatur in illis iuribus, quæ non permittunt, ut, qui habet tres ſententias contra ſe, ulterius appellet.* c. t. de judic. *qui autem tertiò appellaret, quatuor haberet ſententias contra ſe, unam Judicis* à quo; *& tres Judicis* ad quem.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid, & quotuplex ſit appellatio.

INterdum quia ſententia fertur contra jus alterius litigantium, ſive per imperitiam Judicis, ſive quia litigator non ſatis jus ſuum probaverit, ideo neceſſarium fuit, ut uſus introduceretur appellandi *l. 1. ff. h. t.* quia per appellationem ſententia ſuſpenditur, quæ, aliàs tranſiret in rem judicatam, & ejus effectus impeditur: & quia recuſatio, & relatio plurimum habent affinitatis cum appellatione in juriſdictione Judicis ſuſpendenda, ideo ne tituli multiplicarentur ſimul, & ſemel de his tribus agitur. Modi quibus ſententia, & ejus executio ſuſpenditur, plures ſunt, quos recenſet Maranta *tit. de appellat.* ſcilicet provocatio, relatio, ſupplicatio, recuſatio, reſtitutio, querela, reductio, dilatio, & omnium potiſſima eſt appellatio, cujus eò major eſt neceſſitas, & utilitas, quia pro ſcientia ignorantia, pro ſinceritate falſitas, pro fide perfidia, pro veritate error videtur in tribunalibus dominari. Hinc iis, qui per ſententiam ſe lædi putant, remedium eſt appellatio, quâ apud ſuperiorem Judicem deducunt æquitatem ſuæ cauſæ, ut quod ſibi debetur; obtineant: quapropter appellatio correctivum dicitur iniquitatis.

Definitur communiter appellatio ab inferiore, eòque Judice, vel alio ad ſuperiorem Judicem 2
provocatio; ratione gravaminis illati, vel inferendi, ut notat Maranta *de ordin. judic. p. 4. tit. de appellat.* Dicitur *provocatio* loco generis, quia latiùs patet, quàm appellatio, eſt enim provocatio omnis actus, per quem Judicis officium imploratur. Additur *à minore, ſeu inferiore Judice,*

vel alio, ut comprehendatur etiam appellatio extrajudicialis, quæ fit ab aliis jam judicatis; additur *ratione gravaminis illati, vel inferendi*, quia non ſolùm ab illato, ſed etiam inferendo gravamine appellari poteſt extrajudicialiter. Hinc appellatio debet neceſſariò fieri à minore, eóque Judice, vel alio ad majorem, vel ſuperiorem, quia ad inferiorem, vel parem, vel eundem juriſdictione non licet appellare, quia par in parem non habet imperium *l. nam Magiſtratus 4. ff. de recept. arbit.* Tum quia inferior non poteſt errorem ſuperioris corrigere, ſed ſuperior inferiorem corrigit *arg. c. penult. de major, & obed.* adeo ut neque per conſuetudinem induci poſſit, ut appellatio fiat à ſuperiore ad inferiorem, vel parem, quia hæc conſuetudo irrationabilis foret, & minimè rationi conſona, & contra rationem appellationis: ſiquidem eſt appellatio ad alium majorem Judicem *l. 1. §. ſi quis ff. h. t.* Quamobrem ſi appellatio fieret à majore Judice ad minorem nulla eſſet, qua ratione appellatio à Pontifice ad Concilium non admittitur, & ſic appellantes anathemate percutiuntur à Clemente IIX. in conſtitutione, ſeu Bulla cœnæ domini, ſiquidem iniquum videtur, ut major à minore corrigatur; benè tamen æquum eſt, ſi minor à majore.

3 Dividitur appellatio primò in propriè, & impropriè dictam. Illa fit à ſententia definitiva, vel interlocutoria, ut corrigatur: appellatio impropriè dicta eſt appellatio extrajudicialis, quæ magis propriè dicitur provocatio ab actibus extrajudicialibus *c. concertationi h. t. in 6. & l. 1. §. ſolent. ff. quando appellandum ſit.* Hinc cùm appellatur ab electione, ſpoliatione, & ſimilibus, hæc appellatio vocari ſolet provocatio ad cauſam, & habet vim conventionis *c. cum ſit Romana 5. h. t.* proinde fieri debet ad Judicem ordinarium, nec unquam ſuſpendit executionem *c. cùm inter de elect.*

4 Rurſus appellatio extrajudicialis dividitur ſecundum terminum *à quo*, & alia eſt à Judice extrajudicialiter procedente; alia à non Judice, ſed à parte extra judicium *c. bonæ memoriæ 51. h. t.* Gaillus *lib. 1. obſerv.* 120. Maranta appellationi extrajudiciali factæ contra partem *n.* 208. hunc tribuit effectum, quòd in cauſa beneficiali habeat vim citationis, ut teneatur comparere adverſarius coram Judice ad quem abſque alia citatione, alioquin proceditur contra ipſum, ut contra contumacem. Dantur tamen duo termini, quorum primus eſt unius menſis ad iter inſtituendum, & computatur à die interpoſitæ appellationis: alius terminus eſt quatenus poſt adventum appellantis exſpectatur appellatus per 20. alios dies, infra quos ſi non comparuerit, habetur ut contumax, & damnatur *c. 1. de elect. in 6.* ibi Gloſſa. Secus appellatio extrajudicialis in aliis cauſis non beneficialibus non operatur hunc effectum ſine citatione.

5 Solet etiam ab aliis dividi appellatio in antejudicialem, intrajudicialem, judicialem, & poſtjudicialem. Antejudicialis eſt, quæ fit ante litis conteſtationem *c. ſignificante 34. & c. Rodulphus 35. de reſcript.* Intrajudicialis dicitur, quæ poſt litem conteſtatam ante judicium fit *c. 1. de dilat.* Judicialis eſt, quæ à ſententia definitiva perficitur, ac concipitur, ut habetur *in tot. tit. de appellat.* Poſtjudicialis eſt, quæ adjicitur executioni *l. ab executione ff. eod. cap. quoad conſultationem de re judic.* Alii reſpectivè ad materiam, & cauſam appellandi, dividunt appellationem judicialem in tria membra, ſcilicet in eam, quæ fit à falſo judicato: in eam quæ fit à gravamine; & in eam, quæ fit à denegatione juris, ut docet Mynſinger. *tit. de appellat. n. 32. §. item animadvertendum.*

Communior appellationis diviſio eſt ſecundum qualitatem, ratione cujus aliæ dicuntur appellationes leves, & frivolæ, quibus opponuntur legitimæ, & per omnia Juri conſentaneæ *l. ſi rem alienam §. ſolutam ff. de pignorat. act.* Frivola appellatio dicitur, quæ caret juſta, & legitima cauſa, ut ſi quis juſtè gravatus appellet, cùm juſta cauſa appellandi ſit injuſtum gravamen. Appellatio frivola eſt, quæ vana dicitur, & inanis, abſque juſta cauſa interpoſita, & quæ nullum poteſt ſortiri effectum juris, ut notat Geminianus *in c. cùm appellationibus h. t.* Hoc autem appellationum genus ut pote legibus exoſum, ac nocentiſſimum gravibus pœnis prohibetur, quas recenſet Maranta *p. 6. de ordin. judic. tit. de appellat. n.* 335. 6

Solet etiam aſſignari diſtinctio inter appellationes, quæ dicuntur fruſtratoriæ, frivolæ, inanes, ſeu leves: ſiquidem fruſtratoriæ dicuntur quæ retardandæ ſolutionis, vel judicii ſuſpendendi causâ fiunt *l. tutor. ff. de uſur.* Barb. *in rubric. de appellat.* Frivolæ dicuntur quæ ex temeritate ſuſcipiuntur experiondi tantùm cauſa. Inanes, ſeu leves, quæ inſtituuntur pro rebus minimis nulliúſque momenti, quæque nullo ſunt dignæ effectu *l. ſi rem alienam §. ſolutam autem ff. de pignorat. act.* 7

Differt appellatio judicialis ab appellatione extrajudiciali multipliciter; primò quia in judiciali appellatione cauſa debet vera eſſe *c. ut debitum 59. h. t.* in extrajudiciali ſufficit, ſi cauſa ſit vero ſimilis. Secundò quia appellatio judicialis juſtificatur per oblationem probationis exceptionis objectæ, tametſi non probetur veritas exceptionis *c. interpoſita 70. h. t.* ſecus non ita juſtificatur appellatio extrajudicialis, quia non eſt ibi Judex, qui oblatas probationes recipiat. Tertiò in appellatione judiciali neceſſariò traduntur Apoſtoli, ſeu litteræ dimiſſoriales: non ita in appellatione extrajudiciali niſi per accidens, ut notat Gloſſa *in c. cordi 1. h. t. in 6.* Quartò appellatio judicialis debet eſſe certa, & de re certa *c. ut debitus h. t.* ſecus extrajudicialis poteſt eſſe generalis, & incerta. Quintò, iter arreptum (ut cenſent plures) ad ſuperiorem habetur pro appellatione extrajudiciali, quod in judiciali non contingit. Sextò, quia appellatio judicialis habet cauſam de præterito, non de futuro; & extrajudicialis interponit rationem cauſæ de futuro, quia timet gravari. Septimò appellatio judicialis ſuſpendit juriſdictionem Judicis, ſecus extrajudicialis non ſuſpendit factum de præterito, neque quod eſt conſecutivum ad jus explicitum de præterito *c. conſtitutus h. t.* Octavò in appellatione judiciali revocantur omnia attentata 8

tata

tata *c. non ſolùm de appellat. in 6.* non ita in extrajudiciali niſi illa, quæ facta ſunt contra ipſam appellationem *c. cùm nobis de elect.* Nonò quia appellatio judicialis facienda eſt intra decendium *c. quoad cònſult. de re judic.* Secus extrajudicialis fieri poteſt etiam poſt decendium. Decimò tandem quia attentata poſt appellationem judicialem revocantur indiſtinctè: & attentata poſt appellationem extrajudicialem pendent ex futuro eventu: ita habet Panormit. *in c. bona memoria h. t.* Cæterum utraque appellatio debet fieri in ſcripto, & ſicut innovata contra appellationem judicialem revocantur; ita etiam quæ innovantur contra extrajudicialem *c. 1. de appellat. in 6.*

9 Appellationis à ſententia definitiva & interlocutoria ſex aſſignantur differentiæ. Prima eſt, quia appellatio à definitivâ compellit Judicem, ut poſt illam nil poſſit ulteriùs attentare: ſecus contingit in appellatione ab Interlocutoria: Secunda quia per appellationem à definitiva impeditur executio: ſecus per appellationem ab interlocutoria executio non impeditur, ſed præſumitur pro proceſſu, ut notat Lappus *alleg. 2. n. 7.* Tertia, ob appellationem à definitiva poteſt ſententia impugnari, novisque juſtificari probationibus; interlocutoria verò ex ſolis deductis, & probatis juſtificatur, ut docet Bald. *conſil. 146.* Quarta; appellatio à definitiva poteſt abſque ſcripto ſola voce fieri, ſecus ab interlocutoria, ſi non fiat ſcripto, nòn relevat *clement. appellanti de appellat.* Quinta, in appellatione ab interlocutoria inſerenda eſt cauſa; non ita in appellatione à definitiva. Sexta, quia in appellatione ab interlocutoria cauſa expreſſa juſtificanda eſt ex iiſdem actis, alioquin appellans ſuccumberet; id autem minimè neceſſarium eſt in appellatione à definitiva; ut notat Tuſchus *litt. A. concluſ. 358.*

10 Cauſæ, ob quas remedium appellationis introductum eſt, plures ſunt, quas recenſet Abbas *in c. ſuggeſtum 15. num. 3. h. t.* Prima eſt, ut gravamen iniquè illatum oppreſſis removeatur *c. ſuſceptum in fin.* Secunda, ut imperitia judicantium corrigatur, & eorum iniquitas damnetur *l. 1. in princ. ff. h. t.* ubi additur, interdum contingere, ut ſententiæ latæ in peiùs reformentur, eò quia in cauſa appellationis deterius indicetur, quàm in prima inſtantia: non enim meliùs pronunciat, qui noviſſimè eſt ſententiam laturus. Tertia, ut ex propria ignorantia, vel negligentia læſus valeat jus ſuum conſequi: quæ enim in prima inſtantia judicii non fuerunt allegata, nec probata; ea poſſunt probari, & allegari in ſecunda coram Judice appellationis; dummodo inſerviant ad deciſionem cauſæ *l. prolatum 4. C. de temp. appellat. c. cùm Joannis 10. de fide inſtrum.* Hinc appellatio quoad ſubſtantiam eſt juris naturalis: ſiquidem eſt quædam defenſio, ſeu præſidium innocentiæ *c. cum ſpeciali 61. §. porro*: quoad formalitatem tamen, ſeu ſolemnitatem appellationis eſt juris poſitivi *l. unic. C. de ſent. præf. prætor.* & quoad ſolemnitatem mutari poteſt, non ita quoad ſubſtantiam.

11 Juvat obſervare aliud eſſe appellare, & aliud [illegible]

ſententiam nullam dicere; ſiquidem ſententia dicitur nulla, in primis quando non habuit requiſita neceſſaria, ut etiam ſi ſit lata à Judice incompetente, ſi poſt lapſum inſtantiæ, ſi poſt recuſationem Judicis ſuſpecti ad inſtantiam falſi procuratoris; ſi contra reum indefenſum; ſi lata ſit poſt terminum delegationi præfixum; ſi contra priorem ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam. De nullitate ſententiæ opponi poteſt vel coram eodem Judice, qui ſententiam tulit, *l. 1. §. 1. ff quæ ſententia ſine appellat. reſcind.* vel coram Judice ſuperiore, ſeu appellationis, qui tunc adiri ſolet, quando nullitas oritur non ex errore, ſed ex malitia inferioris Judicis; qui non facilè erit ſuam malitiam reformaturus; tum quia gravatus non debet remitti ad Judicem gravantem *l. eas C. de appellat.* In judice tamen delegato hoc habetur ſpeciale, quia is ſententiam ſuam nulliter prolatam reformare non poſſit, ſed ſit adeundus Judex delegans, quia delegatus poſtquam pronunciavit ſive bene, ſive malè ſuo eſt officio functus, & ejus juriſdictio extinguitur *c. in litteris, c. quærenti*, Panormit. *de offic. deleg.*

Ob ſententiæ nullitatem poteſt recurri ad ſuperiorem principaliter, vel incidenter: tunc recurritur principaliter, quando provocans dicit ſententiam eſſe nullam, ejùsque petit reciſionem abſque eo quòd de appellatione mentionem faciat: incidenter recurritur ad ſuperiorē, ſi principaliter appelletur, & ejùs petitio non ſolùm ſententiam, verùm etiam merita cauſæ reſpiciat, petendo ſcilicet cauſam per ſuperiorem Judicem exactiùs examinari, & meliùs cognoſci. Cæterum appellatio partis ſemper incidenter involvit cauſam nullitatis, tametſi nulla fiat mentio expreſſè ipſius nullitatis, adeo ut Judex debeat eam ex officio attendere, ut monet Mynſing. *centur. 1. obſerv. 20.* 12

Hoc eſt diſcrimen inter nullitatē principaliter & incidenter tantùm in judicium deductam, quia ſi ſententiæ nullitas principaliter in judicium deducta ſit, & in ejus probatione alter ſuccuberit, non poſſit ampliùs uti remedio appellationis; ſed condemnatur in expenſas, & ad priorem Judicem pro executione remittitur, ut notat Mynſing. *centur. 5. obſer. 91. n. 4.* ſecus ſi agatur de nullitate tantùm incidenter quamvis appellans in cauſa appellationis ſuccubuerit, nihilominus adhuc ſententiam nullam dicere poterit. Quòd ſi nullitas cum appellationē cumulata ſit, deficiente nullitate poteſt pronunciari ſuper iniquitate, quod procedit, tametſi pars provocans ad ſuperiorem dicat: *dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello.* 13

Præter appellationem conceditur etiam ſupplicatio in ordine ad Judicem, & tripliciter ſumitur. Primò latiſſimè pro quibuscunque precibus Judici porrectis, ſive ad juſtitiam, ſive gratiam impetrandam. Secundò latè pro petitione reſtitutionis in integrum contra latam ſententiam quando præter læſionem, allegatur cauſa probabilis, ob quam Judex ex officio tenetur læſo ſuccurrere, ſive ob imbecillitatem ætatis, ſive ob favorem publicum Eccleſiæ; vel abſentiam, aut ignorantiam probabilem, vel 14

aliam

aliam ſimilem cauſam; ſiquidem reſtitutio in integrum partim nititur juſtitia, & partim habet annexam gratiam. Tertiò ſumitur ſupplicatio ſtrictè, ac propriè, per quam allegata læſione, ſeu gravamine petitur ut ſententia lata contra ſupplicantem retractetur, ex mera Principis benignitate, & gratia: cùm enim à ſententia ſupremi Principis non poſſit appellari, ideo videbatur æquitati conſonum, ut extraordinariè per ſupplicationem ei ſuccurreretur, contra quem lata fuit ſententia, ut notat Abbas *in cap. ex litteris n. 6.*

15 Hæc autem ſupplicatio nequit fieri ad Iudicem inferiorem, quia nemo niſi ſolus Princeps poteſt ſententiam Judicis, per quam ius quæſitum eſt parti, reſcindere, & illi auferre, præter quam in caſibus iure conceſſis. Secus ſupplicatio latè ſumpta poteſt etiam dirigi ad Iudicem inferiorem, quia per illum imploratur officium Iudicis, quod ipſe tenetur cum cauſæ cognitione impertiri petenti. Supplicatio propriè, & ſtrictè ſumpta differt ab appellatione, quia hæc ſuſpendit executionem ſententiæ, non ita ſupplicatio ſtrictè ſumpta, ſed debet ab eo cautio præſtari, pro quo lata eſt ſententia, & facienda eſt reſtitutio, ſi ſupplicans cauſam obtinuerit; ſiquidem cùm ſupplicatio admittatur ex mera gratia Principis, non debet impedire executionem ſententiæ; ſecus appellatio, quia nititur iuſtitia, impedit ſententiæ executionem. Secundò appellatio debet fieri intra decem dies, & ſupplicatio poteſt protrahi ad biennium, ita tamen ut ſi non intra decem dies poſt latam ſententiam, ſed infra duos annos ſupplicatio fiat, ſententia mandetur executioni etiam ſine præſtita ſatisdatione, ut notat Abbas *in c. ex litteris n. 12.* Tertiò appellatio fit ſemper ad alium Judicem ſuperiorem, & ſupplicatio ad eundem, qui ſententiam tulit. Quartò, quia appellatio fundatur in iuſtitia, & eſt quædam ſpecies defenſionis; ſupplicatio verò conceditur ex mera gratia Principis; quia appellatio fieri etiam poteſt lite pendente à quocunque gravamine ante ſententiam definitivam; non ita licet ſupplicare, niſi in certis cauſis *l. 2. C. ut lite pendente* Maranta *de ord. iudic. p. 6. tit. de appellat. numero 20.* Sextò, quia à ſententia iſta contra dictum permittitur bis appellare, non tamen bis ſupplicare Principi ſuper eadem cauſa.

16 Supplicationi affine eſt beneficium reviſionis, quod ad exemplum ſupplicationis introductum eſt, quia cùm à ſententia Principis appellare non liceat, permiſſum eſt ei, qui ſe gravatum putat, petere iterum acta iudicii revideri, ſeu recognoſci a Reviſoribus, & ſententiam retractari, ſi actis conformis non fuerit. Differt tamen reviſio à ſupplicatione, quia hæc executionem ſententiæ non impedit, nec ſuſpendit; ſecus reviſio eam ſuſpendit, donec cauſâ cognitâ conſtet, an ſententia reſcindenda, vel confirmanda ſit.

§. II.

Quibus appellare permiſſum ſit, & à quo Judice, & à quibus actibus.

QUia ſolum gravamen, vel præſens, vel futurum eſt cauſa appellandi conſequens eſt, ut non permittatur appellatio illis, qui nullum patiuntur gravamen, nec juſtè metuunt, ne inferatur *l. 1. ff. de appellat. recipiend. l. eos C. eod.* Hinc non permittitur appellare, qui ob contumaciam condemnatus fuit, & qui tribus edictis, vel uno peremptorio citatus dixit, ſe nolle venire; tunc enim ob veram contumaciam condemnatus eſt *l. ex conſenſu 23. §. fin.* Maranta *p. 6. de ord. Iudic. tit. de appellat. n. 273. & n. 284.* 1

Secundò notorius Reus, vel in iure convictus *l. 2. C. eod.* Barb. *in c. cum ſit Romana. numero 19.* 2

Tertiò neque poteſt appellare qui ſententiam contra ſe latam expreſsè, vel tacitè ipſo facto approbavit, proinde appellationi expreſsè, vel tacitè exercendo actum in contrarium renunciavit *c. gratum 20.* & ibi Gloſſa *fin. de offic. & poteſt Iudic. deleg. l. ult. §. fin. C. de temp. appellat.* 3

Quartò, neque is, de cuius frivola appellandi levitate conſtat *c. cùm appellationibus eod. in 6.* 4

Quintò, neque condemnatus propter hæreſin, ut notat Piaſec *p. 2. c. 4. n. 41.* 5

Sextò, neque Monachus, neque Regularis *c. 3. c. reprehenſibilis h. t.* niſi iniuſtè oppreſſus fuerit. Barb. *in c. ad noſtram h. t.* ubi id extendit ad Clericos ſubditos. 6

Septimò neque qui adverſarij ſui legitimæ appellationi non detulit; is enim admitti non debet, ſi in eadem cauſa appellare poſtea voluerit, ut deſumitur *ex c. conſtitutis 25. h. t.* Id tamen limitari debet, ut ſolùm procedat, ſi quis appellationi legitimè factæ non detulerit, ut deſumitur *ex c. an ſit*, quia ſi appellatio non eſſet legitima, ſed frivola, tunc permitteretur appellatio: ſiquidem poteſt altera pars petere, ut inſtituatur proceſſus ad defendendum ius ſuum, quod indefenſum relinquere non debet, & poſtea ſi neceſsè ſit appellare *argu. l. illud. 40. in princ. ff. de petit. hæred.* Secundò limitatur ut ſolùm procedat, ſi duæ appellationes interponantur circa eandem cauſam, non ita ſi circa diverſas non habentes inter ſe connexionem. 7

Octavò neque appellare poteſt confeſſus in iudicio propria voce, & non per Procuratorem, & ſponte, non vi tormentorum, & non dubia, ſed plena probatione, nec qui per idoneos teſtes, vel alia argumenta ſemel convictus fuit; idque procedit tam in cauſis civilibus, quàm criminalibus *l. 2. C. quorum appellat. non recip.* adeo ut circa hoc nullum ſit diſcrimen etiam inter ius civile, & canonicum, ut notat Abbas *in c. ſpeciali 61. §. porro. n. 5. h. t.* ſiquidem talis appellatio præſumitur interpoſita ſubterfugii, & calumniæ, cauſa, ut notat Farinac. *in prax. crimin. q. 101. n. 115.* Hiſce omnibus, præciſa eſt appellandi facultas, ne innocentiæ remedium 8

diom coiquam proſit ad defenſionem iniquitatis, ut notat Covarruvias *pract. quæſtion. c.* 23.

9 Permittitur verò appellare non ſolùm, qui condemnatus eſt ſuo, vel alio nomine procuratorio, vel tutorio, aut ſimili *l. 4. §. fin. h. t.* ſed etiam quilibet alius, cuios intereſt, tametſi non ſit condemnatus *l. 1. ff. de appellationibus recipiend.* ſiquidem datur humanitati, ut pro damnato ad mortis ſupplicium liceat cuilibet provocare, ne innocentia videatur deſerta. Intereſt omnium eximere inhærentes pœnia *l. servus ff. de ſervis exportand.* Julius Clarus *q. 94. numero 4.* Quòd ſi contingat, unum pro pluribus appellare, & cauſa ſit communia, & una omnium defenſio, tunc appellatio ab uno facta cæteris proderit, quamvis ipſi non appellent *l. 1. & 2. C. ſi unus ex pluribus appelationibus l. 10. fin. ff. eodem,* Gaillus *libro 1. obſervat. 126. numero 3.* Immo appellatio domini poteſt & ſervo, ac ſubdito prodeſſe, cuius ſaltem ex conſequenti intereſt *argu. c. dilectis h. t. l. ſervi 15.* Valet etiam appellatio facta ab uno ex Univerſitata, pro ſe, ſuisque adhærentibus, vel volentibua ſibi adhærere, quoa tamen oon oportet, adhæſiſſe invocationi ad caoſam appellationis, & per Apparitorem nominari: ſed ſufficit adhærete coram Judica ad qoem appellationis.

10 Cæterum appallat filios pro patra, ſervus pro domino ſuo, Epiſcopus pro civitate, & ſubditis ſois *c. dilecto 36. h. t.* Excommunicatua etiam, qui ſe gravatum ſentit, poteſt appellare à Judice, qui ſententiam excommunicationis tulit *c. ad præſentiam. de appellationibus h. t.* quia defenſio communis, ſicot eſt appellatio, nemini denegatur. Non tamen impediat, qoò minùs denunciatio fiat, ſi Judex ordinarius eam tulerit *c. paſtoralis §. verum de appellat. c. cùm contingat de offic. delegat.* Quòd ſi excommunicatio lata ſit à delegato, & ipſa appellationem admiſerit, tonc debet denuntiatio ſuſpendi, ut notat Barb. *in c. ad præſentiam numero 1.* excommunicatus ramen, qui legitimè appellavit pendenre cauſa excommunicationia, quamvis de iure non ſit excommunicatua, nihilominua de facto debet abſolvi ad cautelam; & ſi in tali excommunicatione adminiſtraverit in divinis, non tamen debet moleſtiis affici, ſed omnia reducenda ſunt ad ſtatum, in quo erant tempore factæ appellationia, ut docent Imola, Hoſtienſis, Decius, Panormitanua.

11 Qoòd ſi appellet à ſententia, qua denunciatur hæreticus ao fine, 'ot eviteror, runc non ſuſpenditor ſententia, ut liquet *ex §. verum c. paſtoralis h. t.* Declaratio tamen ſolius excommunicationia appellatione ſuſpenditur, ut ſi Judex declaraverit Titium incurriſſe excommunicationem latam ab homine, vel à iure, & Titius appellat à tali declaratione allegans, ſe non perperràſſe id, ob quod impoſita erat excommunicatio, vel quòd factum eſt dubium, tunc talis appellatio ſuſpendit declarationem, ut notat Gloſſa recepta *in c. cupientes §. quòd ſi per viginti. V. privatus de electione in 6.* Angel. *V. appellatio §. 8.* adeo ut talis denunciatus poſt appellationem non ſit vitandus, & quamvis à facto vero, & notorio non poſſit appellari, nihilominus à ſententia Judicis declarantia factum notorium eſſe, poteſt appellari, cùm poſſit contingere, ut Judex iniuſtè daclaret factom eſſe ootorium.

Poteſt etiam utraque pars litigantium interdum appellare à ſententia lata, eò qoia ipſis ſit contraria, ſiquidem ſantentia Jodicia poteſt plures continere articuloa, in quorum ona pars accuſata, ſeu reua condemnatur, & in altera abſolvatur, tunc enim poteſt utraque pars à tali ſententia appellare, ut docet Gloſ. *in c. ſignificantibus 49. V. abſoluit* poteſt etiam appellatio fieri per procuratorem *cap. penultimo de procurat. l. negotiorum geſtorum ff. h. t.* debet tamen procurator tooc ad id habere ſpeciale mandatum; aut generale *c. qui generaliter 5. de procur. in 6.* quia in hoc procurator diſtingoitur à geſtore negotiorũ, quia geſtor non indiget mandato, ut procurator *l. 1. & 3. mandati:* Unde ſi Procurator habeat mandatum generale à principali curandi, & adminiſtrandi, ea quæ ad ipſius fortunam, & ſtatum pertinent, poteſt procurator à ſententia præjudiciali ſuo domino appellare, immo & debet, ne quidquam omittat ex iis, qoæ ſoo domino ad cauſæ defenſionem conducunt, ut notat Gaillos *libro 1. obſervatione 139. numero 9.* ubi ait, procuratorem teneri, non ſolùm ab interlocutoria, ſed etiam à definitiva ſentantia appellare ſaltem intra decendiom, & domino, non ſolùm ignoranti, ſed etiam ſcieoti denunciare ſententiam contra ipſum fuiſſe latam *text. in c. non iniuſtè de Procur.* Panormit. *n. 11.* 12

An verò ſicut Procurator ad acta præſens tenatur pro domino ſuo appellare, ita teneatur eandem appellationem perſequi. Reſpondent communiter, non teneri nam appellationem perſeqoi, quæ eſt à ſeotentia definitiva, ſed tantùm, quæ ab interlocutoria; hæc enim ex actibua prioribus debet juſtificari *text. in clem. appellanti de appellationibus c. cordi eodem in 6.* Bartolns *in l. eius qui numero 3. ff. de appellationibus recipiendis*, ſiquidem definitiva admittit novas probationea, cùm ſit diverſa à caoſa principali *l. per hanc C. de temporibus appellationum c. in appellationis de juram. calum. in 6.* Alex. *conſil. 86. fol. 2.* Excipitur tamen procurator generalia, quia cùm hic conſtitutus ſit ad omnes cauſas præſentes, & futuras, tenetur proſequi appellationem interpoſitam à definitiva, ut notat Panormit. *in c. non iniuſtè.* 13

Cæterum Procurator tenetur appellationē à ſe interpoſitam denonciare domino in illis caſibus, quibus perſequi non tenator *c. penult. ſup. de procurat.* Quando verò teneatur Procurator vel non teneatur appellationem perſequi tractat, ac diſcutit Scaccia. *tract. de appellat. q. 5.* Cæterum ſicut quilibet gravatus, & cuius intereſt, poteſt appellare, ita, è contra non gravatos, & cuius oon intereſt, non poteſt appellare, quia ſolum gravamen eſt cauſa appellationis, quo ceſſante ceſſat appellatio: qua ratione ob veram contumaciam condemnatua excluditur ab appellatione, quia is non dicitur gravatus: ut etiam excluditur notoriè delinquens, & confeſſua, ac convictus. Frivolè appellans nec 14

etiam eſt audiendus, eò quia gravatus non ſit, ſed potiùs alium gravare nitatur, unde potiùs mulctari debet, immo & anathemate percuti, ſi opus ſit.

16 Regulariter poteſt appellari à quovis Judice, qui ſententiam tulit, ſive is ordinarius, ſive delegatus fuerit *can. omnis can. ad Romanam. 2. q. 7.* Specul. *h. t. §. videndum reſtat 18.* & fusè Scaccia *de appellat. q. 16.* & ratio eſt, quia cum appellatio ſit quædam ſpecies defenſionis, cuius naturam induit *c. cum ſpeciali 61. §. porro, h. t.* ideo omnibus regulariter debet permitti. Neque appellans facit iniuriam Judici, à cuius ſententia appellat, ſiquidem appellans utitur jure ſuo. A Judice delegato appellatur ad eum, qui dedit juriſdictionem *l. 1. in princ. l. 2. & 3. §. h. t.* niſi delegatio habeat clauſulam appellatione remota *c. paſtoralis h. t.* quæ tamen clauſula ad levem, & frivolam appellationem reſtringitur, ut notat Gaillus *lib. 1. obſer. 33. numero 4.* quòd ſi quis ſuam juriſdictionem ita committat alteri, ut eam exerceat, non ut delegatus, ſeu alieno nomine, ſed ut Vicarius, ac locum tenens, ut eſt Vicarius generalis Epiſcopi; tunc quia utriusque eſt unum, ac idem tribunal, appellatio non fit ad delegantem, ſeu Epiſcopum, ſed ad eum ſuperiorem, cui delegans Epiſcopus ſubiicitur, quapropter *in c. Romana de appellat. in 6. & c. 2. de conſuetud.* damnatur conſuetudo appellandi à Vicario Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum.

17 Regula tamen, quâ dicitur ab omnibus Judicibus, qui ſententiam tulerunt, poſſe appellari, fallit primò in Principe, non recognoſcente ſuperiorem; niſi ad aliorum relationem pronunciaverit, aut à malè informato, ad meliùs informandum appelletur. Ut notat Scaccia *q. 8. numero 65.* ratio eſt, quia de eſſentia appellationis eſt, ut fiat à minori Judice ad majorem; & Princeps ſupremus non habet ſupra ſe alium humanum Judicem, ad quem ab eius ſententia appellari poſſit. Quòd ſi ſententia Principis ſæcularis manifeſtã contineret iniuſtitiam, ac iniquitatem, poſſet ab ea appellari ad Papam *argu.* Gloſſa *in c. ex tranſmiſſa ſup. de foro compet.* ſiquidem ſummus Pontifex cùm agitur de peccato, deque re ſpirituali eſt Judex competens Principum omnium ſæcularium.

18 Secundò, limitatur in ſupremis conciliis, quorum ſententia cenſetur Principis ſupremi.

19 Tertiò, in Epiſcopo, cuius iuriſdictio fuit prorogata *l. Epiſcopali C. de epiſcopali audientia* quod ſpeciale eſt in Epiſcopo; nam ſecus contingit in alio Judice prorogato, vel dato de communi conſenſu partium *l. ex conſenſu 23. h. t.*

20 Quartò in Principe delegato cum clauſula remotâ appellatione *c. paſtoralis 53. h. t.* quæ tamen clauſula intelligenda eſt de re gravi, & legitima appellatione; non verò de levi, & frivola, ut notat Gaillus *obſer. 33. n. 4. & 5.* Quintò, etiam limitatur in arbitro, niſi fuerit arbiter iuris, ut notat Maranta *p. 6. n. 62. & ſequent.*

21 Sextò etiam in Judice, qui revocavit gravamen, quod fuerat comminatus, niſi alio modo ſit ſuſpectus.

22 Septimò, à Pontifice ad Concilium non admittitur appellatio, immo appellantes anathemate percutiuntur.

Neque obſtat, quòd *in c. cum ex litteris de in integr. reſtit.* dicatur, quòd Eccleſiæ Romanæ ſententia in meliùs commutari poſſit, ac reſtitutio in integrum fieri, quod etiam habetur *in c. veniam c. ſententiam 35. q. 9.* quia in præcitatis locis non dicitur, quòd ſententia Pontificis poſſit à Concilio corrigi, aut mutari, ſed tantùm quòd quando per ſubreptionem, aut errorem à Pontifice aliquid ſtatutum eſt, veritate cognita ſit ab ipſius ſucceſſore emendandum, ut notat Bellarminus *l. 4. de Pontifice c. 4. & ſequent.* Cæterum quæ dicta ſunt de Judicibus juriſconſulti extendunt ad Arbitros partium conſenſu per compromiſſum electos, ſiquidem ab illis cum juriſdictione careant, appellari nequit *l. 1. C. de recept. arbit.* Ab illis tamen arbitris, qui à Judicibus dantur ad probandos fidejuſſores, vel ad aliud negotium exequendum, cum quadam poteſtatis cognitione appellari poteſt *l. fin. ff. h. t.* Gaillus *lib. 1. obſer. 1. n. 164.* Fachinæus *lib. 8. c. 96.* Maranta *p. 6. in actu ſecundo principali. n. 262.* 23

Actus verò, ſeu ſententias, quod attinet, à quibus appellari poſſit. Certum eſt jure canonico regulariter poſſe appellari à quacunque ſententia, & quibuscunque cauſis, ſeu caſibus, ſivè civilibus, ſive criminalibus, ut deſumitur *ex c. cùm Romana 5. h. t. §. ſi verò c. bona memoria 52 c. ut debitus 59.* niſi id inveniatur prohibitum à jure, ut notat Rebuffus *tract. de appellat. in præfat. n. 72.* quia appellatio eſt defenſio, & petra refugii adinventa favore innocentiæ *c. paſtoralis h. t.* regulariter eſt etiam appellatio magis favorabilis, quàm ſententia, ut notat Gonzales ad *regulam 8. Cancellariæ in annotat.* ad Gloſſam *9. contra nullitates, & attentata n. 25.* Hoc tamen adeſt diſcrimen inter jus civile, & canonicum; quia jure civili tantùm permittitur appellatio à ſententia definitiva valida, quia ab invalidis cum ipſo jure ſint nullæ, fruſtra appellatur *l. ſi expreſſim 10. ff. h. t.* Ab interlocutoria ſententia appellare hoc jure non licet *l. ante 7. C. quor. appellat. non recip. l. fin. C. de ſentent. & interlocut. om. Iudic.* niſi in illis caſibus, in quibus interlocutoria ſententia vim habet definitivæ, & continet gravamen, quod per ſententiam definitivam, vel appellationem ab eo nequeat reppari *l. intra 47. ff. de minor. l. 2. ff. de appellat. recipiend.* 24

Tum quia Judex ſententiam interlocutoriam, quam tulit, poteſt revocare, & ſi in ea erravit, poteſt etiam emendare per ſubſequentem ſententiam definitivam, proinde præſumit lex tales appellationes tantùm interponi causâ litis differendæ, quapropter has appellationes iuriſconſulti vocant fruſtratorias dilationes *argu. l. 2. C. de Epiſc. audientia.* Secus jure canonico licet appellare ab omni ſententia interlocutoria, & ab omni gravamine, etiam extra judicium alicui, vel illato, vel inferendo *c. cùm ſit Romana 5. §. ſi verò, c. bona memoria 51. c. ut debitus 59. h. t.* ſiquidem appellatio, ut iam diximus, eſt ſpecies defenſionis, & conceditur in præſidium innocentiæ *c. paſtoralis 53. [illegible] cùm ſpeciali 61. §. porro.* [illegible] 25

noni-

honicum in id incumbit ſtudii, ut omnem corrigat errorem, ac deleat iniquitatem, neque vult differri ſententiam definitivam, eò quia hæc non ſequatur, niſi poſt multum temporis. Concilium verò Tridentinum *ſeſſ. 24. c. 20. de reformat. & ſeſſ. 13. c. 1.* non aliter permittit appellari à ſententia interlocutoria, quam ſi vim definitivæ habeat, & gravamen contineat irreparabile, cuiusmodi eſt detruſio in carcerem, excommunicatio, tortura, ſuſpenſio, interdictum, ut notat Piaſec. *praxis epiſcop. p. 2. c. 4. art. 15. de appellat. n. 3.*

26 Cæterum excipiuntur plures caſus, in quibus appellatio non eſt permiſſa. Primò, ab una eademque ſententia, ſive definitiva, ſive interlocutoria, & ab uno & eodem Judice tertiò appellare non licet *c. ſua nobis 65. h. t. l. 1. C. ne liceat in una eademque*, quia leges, & canones præſumunt illud juſtum eſſe, quod conforme eſt tribus diverſorum Judicū ſententiis, & ab iiſdem firmatum, idque præſumptione juris, & de jure, ne lites in infinitum protrahantur. Quòd ſi per tertiam ſententiam novum inferatur gravamen, ut contingeret, ſi tertius Judex condemnaret in expenſas, in quas alii priores Judices non condemnârunt, tunc poſſet ab illo tantùm novo gravamine appellari, ſicut & is, qui bis appellavit, poteſt tertiam ſententiam nullam dicere, & ſi ſuper iſta nullitate ſuccumbat, poteſt etiam iterum appellare tanquam à à novo gravamine.

27 Secundò non appellatur in factis notoriis *c. cùm ſit 5. in fin. pervenit 19. c. conſuluit 14. h. t.* niſi appellationi inſeratur cauſa rationabilis, ut notat Gloſſa *§. ſin autem in V. mandetur t.* ſiquidem præſumitur reus de crimine notorio condemnatus tantum appellare differendæ pœnæ causâ, quod non admittitur, quia ut ait Pontifex, appellatio non eſt remedium ad defenſionem iniquitatis, ſed conceditur in præſidium innocentiæ tuendæ *c. cum ſpeciali 61. §. porrò h. t.*

28 Tertiò, neque permittitur appellare condemnatus de crimine falſæ monetæ *l. 1. C. de falſa monet.* læſæ majeſtatis *l. conſtitutiones ff. h. t.* aut hæreſis. *c. ut inquiſitionis de hæret. in 6.* aut de raptu Virginis *l. unic. §. ſi autem C. de raptu Virginis c.* in hiſce tamen criminibus poteſt Reus appellare ante, non poſt ſententiam.

29 Quartò, nec poteſt appellare confeſſus, ſimúlque convictus, ſi ſua ſponte confeſſus, & clara probatione convictus ſit: non verò ſi per tormenta ſit confeſſus, aut dubia probatione convictus, aut ſi confeſſus tantum fuerit, non verò convictus, vel è contra; tunc enim appellare poſſet, ſi illa duo diſtinctivè ſe habeant, quia ſequiruntur copulativè de jure non ſolum civili, ſed etiam canonico, & in cauſis tam civilibus, quam criminalibus, ut notat Maranta *p. 6. act. 2. n. 292.* ubi explicat quomodo intelligendum ſit *c. Romana 3. § ſin autem h. t. in 6.* ubi videtur innui quòd confeſſus, & non convictus audiendus non ſit.

30 Quintò, neque appellat verus contumax *l. 1. C. quor. appellat. non recip. l. ex conſenſu 23. §. fin. ff. h. t.* Scaccia *de appellat. q. 17. limitat. 2. n. 4.* ratio eſt, quia appellatio datur oppreſſo, & gravato à Judice, non ita contumaci, qui Judici eſt rebellis.

Sextò, neque poteſt appellare condemnatus pro debito publico, ſeu fiſcali *l. abſtinendum 4. l. fin. C. quor. appell. non recip. can. & qui appellat §. quoties 2. q. 6.* quod tamen intelligitur, quando fiſcus certat de damno vitando, ſecus enim ſi de lucro captando. 11

Septimò officialis Judicis, ſi conventus, & condemnatus ſit pro geſtis in officio à ſuo Judice non permittitur appellare *l. nulli C. quor. appell. non recip.* ut nec etiam appellat quilibet officialis condemnatus in Syndicatu ad effectum retardandæ executionis. 12

Octavò, neque appellatur à ſententia lata in cauſa decimarum *c. tua nobis*, & ibi Gloſſa *infra de decimis.* nec de jure civili à ſententia lata in cauſa poſſeſſorii *l. 1. C. de momentan. poſſeſſ.* quando nimirum cauſa eſt exigui præjudicii, cuiusmodi eſt iudicium ſpoliationis, quod ſummariè expediri ſolet. Idque quoad effectū retardandæ executionis; cæterum valet appellatio quoad effectum devolutivum. Pari Pacto de jure civili non appellatur in cauſis minimis, ac levioribus, in quibus tamē à jure canonico permittitur appellatio, ut docet Vallenſis *hic § 4. n. 12.* 13

Nonò neque permittitur quis appellare ab eo actu, quem probavit, ut nec etiam, qui renunciavit appellationi ſuæ, ſivè tacitè, ſive expreſsè *l. fin. C. de tempor. appellat.* præſertim ſi accepit terminum ad ſolvendum. Decimò neque permittitur appellatio in cauſis requirentibus celeritatem, præſertim ſi appellatio retardat, ut executio impediatur. 14

Neque permittitur appellatio, ubi agitur de regularis diſciplinæ emendatione *c. ad noſtram h. t.* quia ut ait Pontifex remedium appellationis non ideo eſt inventum, ut alicui à religionis, & ordinis obſervantia exorbitanti debeat in ſua nequitia patrocinium exhibere; niſi fortaſſis corrigens modum excedat in corrigendo. Undecimò, nec permittitur quis appellare ab eo actu, qui fuit ſecundùm diſpoſitionem Juris, niſi appellationi inſeratur expreſſa, & rationabilis cauſa, ob quam admittenda videatur appellatio: ſiquidem eſt regula generalis, & recepta, quòd à lege naturali lata ab eo, qui poteſtatem habet ferendæ legis, non poſſit appellari, ut deſumitur *ex c. quia nos 32. h. t.* Duodecimò, neque à nominatione ad munera authoritate publica, & utilitate privata, ut ad tutelam permittitur appellari *l. 1. §. ſi quis. ff. quando appellandum ſit*, alioquin à nominatione ad munera authoritate, & utilitate publica licet appellare *l. 2. C. de decurion.* Tertiodecimò, neque poſt collationem beneficii eccleſiaſtici permittitur appellatio, quæ ſi fiat eſt ipſo iure irrita *c. dilectis h. t.* Quartodecimò, neque à correctione legitima valet appellatio, niſi fortaſſis in correctione excedatur modus *c. ad noſtram 3. h. t.* Ratio eſt, quia appellatio non debet favere delinquenti. Quòd ſi appellans intra terminum à Judice, à quo appellavit, vel à ſe ipſo ſtatutum, appellationem non proſequitur, ſententiæ, vel Judicio illius ſtare compellitur. Quòd ſi appellans ſuæ appellationi terminum nimis pro- 15

lixum ſtatuerit, poteſt tunc Judex conſtituere alium competentem *c. Perſonas 4. h. t.* ubi Judex à quo dicitur moderari terminum, quem appellans nimis prolixum ſibi præfigit. Quintodecimò, neque permittitur appellatio, ſi electus ad aliquam dignitatem ſit confirmatus; adeo ut in jure nihil deſideretur, ſi enim frivolè appelletur, ſeu abſque rationabili cauſa ad impediendam executionem, non admittitur appellatio, & electus mittitur in pacificam poſſeſſionem *c. conſtitutis h. t. 46.*

36 Demum neque appellatur in cauſis commiſſis cum clauſula *appellatione remota*: hac enim clauſula, quoad appellationem à definitiva ſententia ſolus Princeps in ſuis reſcriptis potest uti; ſed quoad interlocutoriam, etiam inferior; non item à ſententia excommunicationis jam lata, ſaltem ad effectum executionis retardandæ. Neque à monitione, & mandato de reſidendo in Eccleſia, quam quis obtinet *c. pervenit 28. h. t.* Cæterum in omnibus caſibus, in quibus non poteſt appellari à ſententia, definitiva, permittitur ſemper appellatio ab interlocutoria; cùm eius gravamen non ſperetur poſſe reparari per appellationem à definitiva.

§. III.

Coram quo, & ad quem ſit appellandum.

Appellatio ſive judicialis, ſive extrajudicialis regulariter ſemper fieri, ac interponi debet coram Judice, qui ſententiam tulit, & à quo appellatur, alioquin invalida foret appellatio, nec vim haberet ſuſpendendi effectum, ſeu executionem latæ ſententiæ definitivæ, ut notat Gloſſa *in c. appellatio 9. V. Judici h. t. in 6.* & Barb. *in collect. in c. ult. h. t. n. 17.* quia cùm principaliter reſcindatur factum Judicis à quo, & de illius iniquitate agatur, ideo jura exigunt, ut appellatio coram eodem Judice fiat. Quòd ſi appellatio fieri nequeat coram Judice à quo, eò quia non habeatur eius copia, tunc appellatio debet fieri, coram Judice ad quē ſi eius copia habeatur *c. biduum 29. §. ſi quis cauſa 2. q. 6. l. 1. §. ſi quis 10. ff. quando appellandum ſit.* Innocentius *in c. ult. in fin. h. t.* Neceſsè tamen eſt, ut ſi appellatio fiat in abſentia Judicis à quo, eò quia eius copia haberi non potuerit, poſtea eidem intimetur facta appellatio coram Judice ad quem, ut ſuſpendatur eius juriſdictio, nec ulterius procedat in cauſa.

2 Quod ſi neutrius Judicis poſſit copia haberi, tunc poteſt appellari coram viris honeſtis uno, vel pluribus adhibitis tamen ad id teſtibus, ut notat Abbas *in c. ult. numero 3. h. t.* vel etiam coram Notario publico, qui adhibitis teſtibus conficiat inſtrumentum ſuper tali appellatione, exprimatque, talem coram ipſo appellaſſe in præſentia talium teſtium. Abbas tamen *in c. cit. c. ult. numero 3.* aſſerit, conſultum eſſe, ut tunc appellans proteſtetur coram viris illis honeſtis, quòd appellâſſet coram Judice *à quo*, vel *ad quem*, ſi alterutrius præſentiam commodè habere potuiſſet.

3 Rurſus appellatio judicialis interponitur ſcripto, vel voce: ſi fiat voce ſatis eſt, ſi quis ſimpliciter dicat, appello, & quòd actu appellet *l. 2. l. à ſententia §. fin. ff. de appellation.* & qui ita appellat, dicitur appellare illicò Judice ſedente, & facta pronunciatione. Sequenti autem die debet offerri appellatio in ſcripto, in quo poni debet nomen dantis, & illius adverſus quem datur, & à qua ſententia, à quo, & ad quem Judicem appellatum ſit *l. 1. §. ſi. ff. de appellationibus. c. cordi 1. h. t. in 6.* libellus deſcribitur ab Actuario, ne variare contingat appellantem *argu. c. ſaluberrimum 1. quæſtione 7.* & ut ſciri poſſit quomodo tempus, & termini obſerventur: quia ſi in iis committatur negligentia, defectus appellanti nocebit, & proderit judici à quo, cuius ſententia per id corroboratur. *c. perſonas h. t.* Maranta *act. 2. n. 134.*

Quòd ſi à pluribus Judicibus, qui omnes judicium, & ſententiam tulerunt de cauſa appellandum ſit, debet tunc appellatio fieri coram omnibus ſimul congregatis. Quòd ſi eorum præſentia non facilè ſimul haberi poſſit, tunc permittitur appellari coram ſingulis eorum ſeparatim, vel coram maiore eorum parte, & tunc Appoſtoli, ſeu litteræ dimiſſoriales petuntur etiam ſeparatim: quæ appellatio perinde valet, ac ſi ſimul coram omnibus Judicibus præſentibus appellatum fuiſſet: quia ſi quando plures Judices ſimul debent judicare, ſi coram omnibus deberet neceſſariò fieri appellatio, perſæpe hæc non poſſet fieri intra decem dies jure præſcriptos ad appellandum, quia ſæpe non facilè poſſunt omnes Judices ſimul præſentes haberi, quod cederet in præjudicium appellantis. Unde ſufficit, ſi appellatio fiat coram illis ſeiunctis, & ſeparatis, vel coram maiore parte eorundem, quia quod fit à majore parte Judicum, cenſetur factum ab omnibus *c. 1. de his quæ fiunt à maiore parte Capituli l. quòd municipalem 19. ff. de municip.*

Juvat tamen obſervare, quòd tametſi liceat appellare à pluribus Judicibus ſeparatim, non tamen poteſt ab uno ex pluribus Judicibus appellari, niſi appelletur ſimul ab omnibus, quia quando omnes ſimul procedunt, & judicant, unus ſine aliis gravare non poteſt, quia ſine illis, & ſeorſim ab illis non habet juriſdictionem, & appellatio non fit, niſi cauſa gravaminis illati, quòd ſi unus ex pluribus Judicibus poſſit ſolus procedere, tunc ab illo ſolo, ſi procedat, appellari poteſt, ut notat Abbas *hic numero 2. & 3.* Non tamen eſt neceſſè, ut appellatio interponatur præſente eo, contra quem appellatur: ſufficit enim ſi appellatio poſtea eidem intimetur, ſi ignoret eſſe factam, ſicut & delatio cauſæ ad ſuperiorem, & præfixio termini, quia eius intereſt, ut notat Gloſſa *hic v. ignoranti.*

Quòd ſi quis gravi metu cadente in virum conſtantem impediretur, quominus a ſententia definitiva, vel interlocutoria appellaret, debet [illegible] is coram Judice *à quo* prote[illegible], quòd ob talem cauſam, ſeu gravamen ſibi illatum appellaret, niſi prohiberetur: quòd ſi coram tali Judice non poſſet proteſtari, eò quia ejus copiam non poſſet habere, vel fortaſſis quia non aude-

ret; tunc deberet proteſtari coram viris honeſtis, & dicere, quòd appellare non audeat expreſſis cauſis appellationis; deberet tamen talis proteſtatio fieri intra tempus jure ſtatutum, ſeu infrà decendium. Conſultiùs tamen foret, ſi talis proteſtatio tunc fieret coram Notario publico adhibitis teſtibus, & proteſtatio à Notario in inſtrumento poneretur. Siquidem juſtus metus excuſat, ne tempus currat intrà quod tenetur quis appellare, & tunc præmiſſa proteſtatio, ſimul cum metu juſto prodeſt proteſtanti, cui ſolus juſtus metus ſine proteſtatione non prodeſſet, ut notat Gloſſa *hic in notat. & V. excuſat.* Requiritur enim proteſtatio, ut innoteſcat Judici, non omiſiſſe appellationem ob negligentiam, ſed tantùm metûs causâ. Rurſus juſte impeditus appellare, poteſt proteſtari, ſi copiam Judicis à quo non habeat, alioquin debet, & ipſe appellare intra decem dies poſt latam ſententiam, vel gravamen ſibi illatum, quia cùm proteſtatio tunc æquivaleat appellationi, ideo quoad hoc imitatur ejus naturam, ut intra tempus à jure ſtatutum ad appellandum fiat proteſtatio.

7 Quoad Judicem ad quem ſit appellandum, certum eſt, appellandum eſſe à Judice inferiore, qui ſententiam tulit ad ejus ſuperiorem, & quidem gradatim ad proximum, & immediatum, non ad alium magis ſuperiorem, & ſupra immediatum, ac proximum *l. Imperatores* 21. *in princ. h. t. c. dilecti 66. h. t.* quia cum ſuperioris ſit corrigere factum, ſeu errorem inferioris, non è contra *c. cum inferior. 16. de majorit. & obed.* ideo neceſſe eſt, quòd appellatio regulariter fiat à Judice inferiore, qui ſententiam tulit ad ejus ſuperiorem, adeo ut nec conſuetudine poſſit induci, ut appellatio fiat à majore ad minorem, vel parem: ſiquidem conſuetudo inducens, ut minor in majorem, vel par in parem juriſdictionem habeat, eſt irrationabilis, & nulla.

8 Rurſus debet appellatio à minori Judice, qui ſententiam tulit fieri gradatim ad proximum ejus, & immediatum ſuperiorem; adeo ut non poſſit omiſſo medio appellari ad Judicem ſuperiorem mediatum, & qui ſit ſupra medium, adeo ut ab inferiori tribunali non poſſit immediate ad Principem, ſeu Imperatorem appellari omiſſo Judice medio, ad quem debuerat appellari, ut notat Maranta *de ord. judic. p. 6. in act. 2. de appellat. in princ. n. 357.* idque ſtatutum eſt, ne Judicum juriſdictiones confundantur, & ne Judex medius per contemptum videatur omiſſus *l. nemo C. de jurisdic. om. Judic.* Gloſſa *ibid. in V. auxilium.* Idque de jure civili; quia jure pontificio, & ſecundùm canones hi omnes, qui ſubſunt temporali juriſdictioni Eccleſiæ poſſunt ad ſummum Pontificem immediate appellare omiſſis intermediis Judicibus *c. ſi duobus 7. c. de priore 21. c. ad audiendam 34. c. dilecti 52. h. t.* poteſt etiam appellatio fieri ad Legatum de latere in Provincia ſibi decreta commorantem *c. 1. ſup. de offic. delegat.* & ibi Maranta *6. p. act. 2. num. 371.* ſiquidem Legatus de latere gerit vices Papæ, & concurrit cum quolibet ordinario in Provincia ſibi decreta.

9 Excipitur tamen niſi appelletur à ſubdelegato delegati Papæ, qui ſubdelegavit non in totum, ſed aliquid ſibi reſervando, quia tunc cum delegatus Papæ repræſentet perſonam ejuſdem, non eſt opus ut appellatio fiat ad ipſum Papam, ſed ſufficit, ſi fiat ad ipſum delegantem *c. ſuper. 27. §. porro de offic. deleg.* quia Pontifex eſt ordinarius omnium inferiorum Judicum, cum quibus concurrit *c. ſi duobus 7.* & ibi Gloſſa *v. ad noſtram h. t.* & hoc ob prærogativam, & plenitudinem poteſtatis ſedis apoſtolicæ: non enim ſummus Pontifex communicando aliis juriſdictionem ordinariam, vel delegatam abdicat a ſe ſuam juriſdictionem.

Secundò, ſi conſuetudo præſcripta permittat, ut ad Metropolitanum Archiepiſcopum omiſſo medio Epiſcopo appelletur, valet appellatio *c. Romana 3. in princ. h. t.* 10

Tertiò ſi Judex medius, ſeu immediatus, & proximus evidenter deneget juſtitiam, vel ſit inhabilis ratione ſuſpicionis, excommunicationis, vel alterius inhabilitatis, tunc eo omiſſo appellatur ad ejus ſuperiorem, ut etiam ſi Judex inferior ſponte cauſam ad ſuperiorem remittat, ut notat Mynſing. *obſer. 67.* & Gallus *lib. 1. obſer. 119. num. 2.* 11

Quartò ſi Epiſcopus litiget cum ſuis ſubditis eligendi ſunt arbitri, à quorum ſententia non appellatur gradatim, ſed immediatè ad Papam, ut notat Maranta *de ord. judic. p. 6. in act. 2. de appellat. n. 365.* 12

Quintò ſi Archiepiſcopus conveniat ſubditum Epiſcopi coram ipſo Epiſcopo, & ſequatur forum Rei, non debet appellari ad Archiepiſcopum, ne hic ſit Judex in propria cauſa, ſed ad ſummum Pontificem ſit appellatio. 13

Sextò quandò concurrit juriſdictio mediata, vel immediata, ut ſi appelletur à ſubdito ſubditi Epiſcopo, ut à ſubdito Archidiaconi ſubjecti Epiſcopo, tunc appellari poteſt, vel ad Archidiaconum, vel Epiſcopum pro arbitrio appellantis, quia ſubditus Epiſcopi, ſeu Archidiaconus non facit gradum cum Epiſcopo. 14

Septimò ſi proximus Judex ſit abſens, nec brevi ſit reverſurus, vel diuturno impedimento ſit detentus, tunc poteſt eo prætexito appellari ad ſuperiorem mediatum. 15

Cæterum etiam jure canonico regulariter oportet gradatim appellare ad proximum ſuperiorem, niſi conſuetudo loci aliud ferat, & niſi ſint caſus excepti, alioquin ratio diſcriminis inter jus civile, & canonicum eſt, quam tetigimus, quia Papa eſt omnium inferiorum Judicum ordinarius, & cum omnibus illis concurrit ob ſedis apoſtolicæ prærogativam *c. ſi duobus 7. h. t.* Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. c. 20. de reformat.* nec Pontifex communicando ſuam juriſdictionem inferioribus Judicibus eâ ſe privat: ſecus Princeps ſæcularis juriſdictionem inferiorum Judicum à ſe abdicavit, ut deſumitur *ex l. Imperatores.* quod eſt intelligendum de appellatione ad alium, quam ad immediatum ſuperiorem, nimirum eam non ſubſiſtere de jure civili, ſi contra eam excipiatur, alioquin valet, ut notat Gloſſa *in d. c. dilecti* quatenus partes litigantes poſſunt in ſe juriſdictionem alterius Judicis prorogare etiam abſque conſenſu prioris Judicis. Quod 16

procedit quoad appellationem ab ordinario Iudice; quia à delegato ad delegantem, vel in ejus officio ſucceſſorem rectè appellatur: niſi fortasſis ordinarius delegans delegaret cauſam, quia ſuſpectus, nam tunc appellatio fieret non ad ipſum delegantem, ſed ad immediatum ejus ſuperiorem: niſi delegans totius cauſæ iuriſdictionem demandaverit *c. ſuper quæſt.* 27. §. *porro ſup. de offic. Jud. deleg.*

17 Hinc ſi Iudex laicus commiſerit cauſam Epiſcopo, ab ejus ſententia ad delegantem laicum, vel ejus ſuperiorem itidem laicum poteſt interponi appellatio. Sin verò duo Judices pronunciaverint, quorum alter ſit laicus, alter Eccleſiaſticus, appellatio debet fieri ad digniorem, ſeu ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, ut notat Maranta *6 p. act. 2. num. 392.* eodem pacto quando laicus, & clericus ſunt ſimul arbitratores, reductio fit ad ſuperiorem Eccleſiaſticum: & ſi laicus ſe pronunciaret Iudicem competentem in aliqua cauſa ſpirituali appellatio non fieret ad ejus ſuperiorem laicum, ſed ad Epiſcopum, vel alium Iudicem Eccleſiaſticum.

18 Quòd ſi uterque litigantium provocent à ſententia Iudicis, ut iiſdem contraria, & appellent ad diverſos Iudices minorem unum, alterum majorem, tunc diſtinguendum eſt, an minori Iudici innotuerit appellatio ad majus tribunal, & tunc minor non poteſt procedere in cauſa talis appellationis, quia poteſtas majoris Iudicis abſorbet, & extinguit poteſtatem minoris: ſin verò minor Iudex ignoret appellatum eſſe ad tribunal majus, tunc ſi citet alteram partem, & hæc nihil excipiendo non compareat, tanquam contumax poteſt haberi, proinde etiam excommunicari. Ratio, cur ſi inferiori Iudici innoteſcat appellatio ad ſuperiorem non poſſit procedere eſt etiam, quia una, ac eadem appellatio ſuper eadem cauſa non poteſt tractari coram diverſis Iudicibus, ne cauſæ continentia dividatur: proinde appellatio interpoſita ad Iudicem ſuperiorem debet prævalere appellationi, quæ fuit interpoſita ad inferiorem, quia iuriſdictio Iudicis ſuperioris extinguit iuriſdictionem Iudicis inferioris *argum. l. contra* 54. §. *is qui ff. de re judic.*

19 Non tamen à Iudice Eccleſiaſtico poteſt appellari ad Iudicem ſæcularem in cauſa ſpirituali, quia Iudex ſæcularis, quamvis ſit Princeps, non eſt Iudex competens quoad cauſas ſpirituales, proinde non poteſt ad ipſum fieri appellatio. An verò è converſo à Iudice ſæculari poſſit appellari ad Eccleſiaſticum præſertim ad Papam. Reſpondetur, cum diſtinctione, ſi Iudex a quo ſit appellatio, ſit ſubditus Papæ, ſeu ſubjiciatur temporali iuriſdictioni Eccleſiæ Romanæ, tunc valet appellatio: ſin verò non ſubjiciatur temporali iuriſdictioni Eccleſiæ Romanæ, & appellatio ſit de cauſa temporali non connexa cum ſpirituali, tunc ſpectato iure communi non valet appellatio, tametſi ſecundum conſuetudinem valere poſſit *c. ſi duobus* 7. §. *denique h. t.* quia Papa in cauſis temporalibus Chriſtianorum ſæcularium iure communi non cenſetur habere iuriſdictionem ſaltem directam, niſi ejus temporali iuriſdictioni ſubjiciantur.

Valet tamen conſuetudo, ut à Iudice laico 20
etiam de rebus temporalibus ad Papam, vel alium Iudicem Eccleſiaſticum appelletur *argum. c. quòd ſi clericus* 5. *c. licet* 10. *de for. compet.* ut docet Abbas *in c. ſi duobus* 7. *h. t. num.* 8. non tamen è contrario valet conſuetudo appellandi à Iudice Eccleſiaſtico ad ſæcularem: quia tunc appellatio fit a majore ad minus tribunal, ad quod non datur appellatio, quæ exigit eſſentialiter fieri à minore ad majorem Iudicem: & Iudex Eccleſiaſticus eſt major ſæculari, proinde ab iſto ad illum licèt ex conſuetudine dari poſſit appellatio, non tamen è contra. Hinc vacante Romano Imperio, cùm non poſſit appellari ad Iudicem ſæcularem ſuperiorem, appellatio fit ad Papam, ut deſumitur *ex d. c. licet* 10. *de for. compet.*

§. IV.

De modo interponendi appellationem, & quoties appellare liceat.

APpellatio poteſt fieri tum voce, tum ſcripto: ſi fiat ſtatim poſt latam ſententiam Iudice adhuc pro tribunali ſedente, & nondum ad extraneos actus tranſeunte poteſt fieri viva voce, & ſufficit ſi is, qui ſe putat gravatum per talem ſententiam dicat alta voce: appello ab hac ſententia *l. 2. ff. h. t.* & tunc debet hæc appellatio ſcribi per Notarium in actis, ut notat Maranta *in ordin. iudic. p. 6. in act. 2. num.* 124. Sin verò appellatio non fiat ſtatim, ſed poſt unum vel alterum diem à lata ſententia definitiva, tunc fieri debet in ſcriptis per libellum appellatorium, in quo exprimatur nomen appellantis, nomen illius contra quem appellatur, & à cujus ſententia ſit provocatio *l. 1. §. fin. ff. h. t.* neque neceſſe eſt exprimere nomen Iudicis *ad quem*, quia cenſetur appellatio fieri ad illum, ad quem de jure provocari debet. Conſuetudo tamen invaluit, ut in libello exprimatur nomen Iudicis *à quo*; & appellatio valet, tametſi coram ipſo lecta non fuerit, ut conſtat *ex c. appellatio 9. h. t. in 6.* quia licèt appellatio debeat interponi coram Iudice *à quo*, non tamen iure ſtatuitur, ut eidem in ſcriptis porrecta coram eo legatur, ſed ſufficit, ſi ei offeratur in ſcriptis, ut poſſit iuvare appellantem, ſi variare velit *l. eos qui §. fin. C. h. t.* de iure enim non plus requiritur, quàm ut appellatio porrigatur Iudici in ſcriptis.

Rurſus non eſt neceſsè ut appellatio fiat per verba expreſſa, appello, vel provoco, quia tametſi aliquis ad ſuperiorem provocaturus non utatur expreſsè verbo appellandi, ſed alio æquivalente, quo ejus intentio ſufficienter exprimatur, appellatio ſuum ſortitur valorem, ut ſi gravatus à lata ſententia definitiva dicat *committo me ſuperioris protectioni*, quia ſimile quid habetur *in c. in his* 15 *de verb. ſignif.* ratio eſt, quia talis locutio ſecundum effectum ſignificat appellationem; perinde ac valeret ſententia Iudicis, tametſi hic non uteretur expreſsè verbis condemnandi, & abſolvendi, ſed diceret ſtatuo, præcipio, & alia ſimilia; quia talis locutio quoad effectum ſignificat condemnationem, vel abſolutio-

nem

nem. Tum quia non ſunt verba conſideranda; ſed potiùs penſanda eſt voluntas loquentis, cùm non intentio verbis, ſed verba intentioni debeant inſervire, ut deſumitur ex *d. c. in his 15. de verb. ſignif.* & conſentit *c. petitio 9. de Procurat.* Excipitur tamen, niſi certa forma verborum requireretur ad ipſum actum; taliter, ut forma illa cenſeretur de ſubſtantia ejusdem *l. 1. §. de verb. oblig. c. unde de poſtul. Prælat. in 6.*

3 Immo non ſolis verbis, ſed etiam ipſo facto poteſt fieri appellatio, nam ſola itineris arreptio ad ſuperiorem habet vim appellationis, quod tamen ſpecialiter intelligitur de appellatione extrajudiciali, quæ eſt provocatio à cauſa, ut proinde talis appellatio tunc ſemper locum habere poſſit, cùm ſuperior per viam querelæ adiri poſſit etiam citra omnem appellationem, ut notat Abbas *in c. dilecti 52. h. t. n. 6.* Epiſcopi enim Vicario, ſeu officiali à quo appellari non poteſt, poteſt recurri per modũ querelæ, ſeu ſupplicationis. In appellatione autẽ judiciali, quamvis non ſit neceſſe, ut exprimatur verbum appellandi, vel provocandi, ſed quovis verbo, aut facto voluntas appellandi poſſit exprimi; nihilominus neceſſe eſt, Apoſtolos petere, ſeu litteras dimiſſoriales, & alia agere, quæ ad judicialem appellationem exiguntur, quia cùm appellatio, quæ fit, æquiparetur facto, & ſuccedat in locum appellationis, quæ fit per expreſſam vocem appello, ideo debent eadem ſervari in illa.

4 Appellatio facta generatim ſuper omni cauſa, quæ contra appellantem poſſet aliquando moveri, nullum ſortitur valorem, ut deſumitur *ex c. inter cætera 2. h. t.* ubi expreſsè habetur, quòd appellatio generalis, ſeu facta ſuper omni cauſa, quæ contra appellantem poſſet alioquo tempore moveri, non valet: ratio eſt, quia appellans ſuper omni cauſa, quæ aliquando poteſt contra ipſum moveri, de facto, & in præſenti non poteſt præſumi gravatus, proinde talis appellatio, niſi reſtricta fuerit ad certam cauſam ſpecialem, non valet. Immo ut notat Gloſſa *in d. c. inter cætera*, neque valet ſpecialis appellatio, niſi cauſa probabilis exprimatur: quâ expoſitâ ſi non admittatur, tenet appellatio *c. ut debitus infra eod.*

5 Rurſus neque à futuro gravamine eſt appellandum niſi à comminato, vel illato, vel apparuerint alia indicia futuri gravaminis, tunc enim valet appellatio, prout reſpondit Alexander III. *in c. conſuluit 18. h. t.* Hinc generalis appellatio ab omni gravamine, quod ſibi poſſet contingere, non valet, ſed appellatio generalis reſtringenda eſt ad certam cauſam, ut ſi quis appellet ab iſto Judice in una cauſa ab omni gravamine, quod ſibi poſſit inferri, tunc enim valet appellatio, nam ſi quis in uno articulo, ut ſuper dilationibus, vel ſuper expenſis gravetur, poteſt generaliter appellare à quocunque gravamine eidem inferendo in tali cauſa, adeo ut tota cauſa ad ſuperiorem Judicem devolvatur; & tunc appellatio id præſtat, ut quamvis Judex à quo ei non deferat, ejus tamen juriſdictio adeo cenſeatur ſuſpenſa quoad totam cauſam, ut juſtificata appellatione omnia acta, & attentata circa eandem cauſam, quamvis articuli ſeparati ſint, ſeu non connexi, ſcindi debeant, ut docet Alexander de Nevo *in princ. hic num. 2.* Ratio verò cur appellatio generalis ab omni gravamine futuro non valeat, & è contra valeat ſi reſtricta ſit ad certam cauſam, ex eo deſumitur, quia appellatio inventa fuit ad tollenda gravamina, quibus putantur gravari, qui in judicio ſententiam definitivam ſibi contrariam audierunt: atqui quando appellatur generaliter ab omni gravamine quod poteſt ſibi inferri, non poteſt præſumi de præſenti, & de facto ullum gravamen. Tum quia appellatio generaliter ab omni gravamine verſatur circa gravamina in potentia, non in actu: & appellatio eſt inſtituta ad removendum gravamen in actu: unde talis appellatio eſt nulla. Secus ſi appellatio reſtringatur ad certam cauſam, tunc gravamen præſumitur, vel præceſſiſſe, vel de præſenti exiſtere, quia cùm contineatur in tali cauſa videtur totam cauſam contigiſſe ob connexionem cauſæ, ut docet Abbas *in d. c. conſuluit 18. n. 3. h. t.*

Appellatio, quæ fit in judicio à ſententia interlocutoria, vel à gravamine extrajudiciali debet fieri in ſcriptis, & etiam debet exprimi cauſa appellationis alioquin ſuum non ſortiretur valorem *c. cordi 1. h. t. in 6.* Ad hanc tamen appellationem à ſententia interlocutoria, vel gravamine extrajudiciali tria requiruntur. Primò ut appellatio nonniſi in ſcriptis fiat. Secundò ut petantur, & obtineantur apoſtoli, ſeu litteræ dimiſſoriales, per quas inſtructus ſit Judex ſuperior, quare appellationi ſit delatum. Tertiò, ut exprimatur in ſpecie cauſa ipſius gravaminis. Judex tamen *ad quem* ſine conſenſu illius contra quem appellatur, non poteſt cognoſcere de cauſa principali, niſi priùs finito articulo interpoſitæ appellationis ab interlocutoria: ratio eſt, quia inſtantia cauſæ principalis diverſa eſt ab inſtantia appellationis; unde non poteſt omiſſo articulo appellationis Judex *ad quem* fit appellatio, cauſam principalem cognoſcere, neque finire abſque conſenſu partium, appellantis, & appellati, ut deſumitur *ex d. c. cordi 1. h. t. in 6 §. poſt hoc* ubi indicatur diſcrimen inter articulum appellationis finitum, & omiſſum: etenim ſi voluerit appellatus abſoluto appellationis articulo, poteſt Judex appellationis cognoſcere ſuper cauſa principali, & eam definire, & etiam detrectante appellante: ſecus omiſſo appellationis articulo non poteſt Judex cognoſcere ſuper cauſa principali, niſi de conſenſu partium, ſeu appellati, & appellantis: accedente hoc conſenſu poteſt Judex appellationis procedere etiam in cauſa principali, quia id eſt conſonum juri, cùm conducat ad litis exitum.

7 Immo ex conſenſu partium poteſt etiam juriſdictio prorogari, & probabile eſt, ſufficere conſenſum ſolius appellati, quamvis numerus pluralis partium reſolvi debeat in ſingularem, ſeu partis appellatæ, quia quòd priùs cognoſcatur de articulo appellationis fit in favorem appellati, unde ſi ipſe non vult, ut de ipſo cognoſcatur, neque appellans poteſt de hoc conqueri, cum ipſe appellando voluerit, ut tota cauſa devolveretur ad Judicem appellationis; proinde neque poteſt opponere exceptionem litis pendentiæ

dentiæ corām Iudice *à quo*, cujus juriſdictionem appellando declinavit: quamobrem cum ſolo conſenſu appellati poteſt Judex appellationis cognoſcere ſuper cauſa principali omiſſo articulo appellationis, idque etiam reluctante appellante, dummodo priùs revocetur gravamen, ob quod fuit appellatum; quia tunc non illi ſupereſt occaſio conquerendi, ut notat Joannes Andreas *in d. c. cordi* 1. *n. 6. V. partium h. t. in 6.*

8 Appellatio tamen interpoſita à ſententia interlocutoria, vel gravamine ante ſententiam definitivam nullum ſortitur valorem, niſi ſpecificè exprimatur cauſa rationabilis, quæ ſi probata eſſet, legitima eſſet cenſenda. Rurſus non prodeſt appellanti, ſi abſque rationabili cauſa excipiat, vel dicat, ſe miſiſſe nuncium ad Judicem ſuperiorem, quia per ſimplicem miſſionem Nuntii, non cenſetur provocâſſe verbo, vel facto, cùm cauſa nondum ſit Judici inſinuata, quapropter poteſt appellatus jus ſuum perſequi coram Judice ordinario, & ſic prævenire adverſarium, ut notat Gloſſa *in c. ut debitus V. ſi dicat.* Neque prodeſt appellanti, ſi dicat, ſe litteras juſtitiæ impetrâſſe à ſuperiore, ſi iſtæ nondum fuerint præſentatæ delegato: ratio eſt, quia in litteris ad lites attenditur tempus præſentationis earundem, adeo ut Judex ordinarius non impediatur, nec præveniatur per litteras delegationis, quas altera pars impetravit, niſi hæ litteræ præſentatæ fuerint: ſiquidem juriſdictio ordinaria eſt favorabilis, & extraordinaria odioſa, proinde hæc facilius tollitur, quàm illa, ut docet Gloſſa *in c. 1. V. receſſus de reſcript. in 6.*

9 Cæterum licèt per appellationem factam abſque probabili cauſa non deferatur Judici *ad quem* poteſtas cognoſcendi ſuper cauſa principali, nihilominus datur ei poteſtas judicandi ſuper cauſa incidente, ut pronuntiet de nullitate appellationis, & condemnet appellantem in expenſas; quòd ſi appellatio à ſententia interlocutoria juſtificata fuerit à Judice ad quem, tunc ſuccedit iſte in locum Judicis à quo, & poteſt cognoſcere ſuper cauſa principali, eamque definire, perinde ac potuiſſet eam definire prior Judex, niſi fuiſſet ab ipſo appellatum. In cauſis tamen majoribus eccleſiaſticis ſedi apoſtolicæ ſpecialiter reſervatis ſemper licitum eſt appellare ad Papam, tametſi nulla cauſa fuerit expreſſa, quia ſufficit, ſi ſit una ex majoribus cauſis, ut notant Canoniſtæ.

10 In appellatione à ſententia definitiva non eſt neceſſe aſſignare in ſpecie cauſam appellandi, ſed ſatis eſt, ſi appellans in genere dicat, ſe gravatum eſſe, vel ſententiam injuſtam eſſe, vel etiam ſi ſimpliciter dicat, appello, ut deſumitur *ex c. 1. §. poſt hoc h. t. in 6.* quia tunc fruſtra allegaretur cauſa in ſpecie: ſiquidem Judex *à quo* non deberet de illa cognoſcere, eò quia jam functus eſſet ſuo officio poſt latam ſententiam definitivam, & ceſſat ejus juriſdictio circa talem cauſam: contrarium contingit, ſi appelletur à ſententia interlocutoria ante ſententiam definitivam, quia tunc Judex à quo appellatur, adhuc habet juriſdictionem cognoſcendi ſuper tali cauſa *c. cùm ceſſante 60. h. t.*

11 Cæterum id limitatur, ut non procedat in omnibus cauſis, in quibus de jure prohibitum eſt appellare à ſententia definitiva, tunc enim debet cauſa gravaminis exprimi, ut appellatio ſuum ſortiatur valorem, quia eo ipſo, quòd appellatio eſt prohibita, præſumptio juris ſtat contra appellantem, proinde Judex non tenetur ei deferre; hæc autem præſumptio ceſſet, quoties appellans allegat juſtam ac legitimam cauſam appellandi à ſententia definitiva lata. Non tamen ſi unam tantùm appellandi cauſam exprimat, amittit jus perſequendi coram Judice appellationis alias cauſas non expreſſas: ſiquidem poteſt etiam nova inſtrumenta exhibere, novóſque teſtes producere in ſui defenſionem, & allegare, quæ antea non fuerunt allegata, & probare, quæ probata non fuerunt, dummodo deſerviant ad cauſæ deciſionem *l. per hanc 4.* Bart. *num. 3. C. de temp. appellat.* Maranta *in act. 2. de appellat. num. 147. & ſequent.* ubi aſſignat rationem, eò quia à ſententia definitiva poſſit appellari tametſi juſtè fuerit lata, & Judex nullam parti intulerit injuriam; & tantùm ex eo, quia appellans ſperet, ſe ex novis cauſis, novisque probationibus victoriam reportaturum in ſecunda inſtantia: ſecus à ſententia interlocutoria non appellatur niſi Judex injuriam parti intulerit, de qua non niſi in actis coram Iudice *à quo* conſtare poteſt.

12 Non tamen licitum eſt pluries, & pluries à ſententia definitiva appellare pro arbitrio appellantis, quia in eadem cauſa non permittitur appellari, niſi bis; adeo ut ſi ſententia definitiva fuerit bis confirmata, non poſſit appellans tertiò provocare ab eadem ſententia, ut deſumitur *ex c. ſua nobis 65. h. t. & l. unic. C. ne liceat in ead. cauſa ter appellare.* Idque jura ſtatuerunt, ne lites in infinitum protraherentur. Præterea, quia præſumptio eſt contra eum, qui bis appellavit, & ſemper ſuccubuit: præſumitur enim tunc injuſtam cauſam fovere, ac proinde quòd tantùm ad protrahendam litem malitioſè appellet. Idque procedit etiam in ſententiis, quæ non tranſeunt in rem judicatam: quamvis in illis poſſit de novo cauſa inchoari, non tamen poteſt tertiò appellari, ut notat Barboſa *in collect. in c. ſua h. t. num. 2.* Immo de poteſtate ordinaria, & per viam reſcripti neque à ſupremo Principe conceditur tertia appellatio in eadem cauſa, ſed tantùm per viam privilegii, & ex certa ſcientia, ut notat Barb. *loc. cit.*

13 Cæterum quòd non liceat tertiò appellare ab eadem ſententia in eadem cauſa, id limitatur, ſi appellatio ſit ſuper eodem articulo, vel gravamine: ſecus, ſi ſuper diverſis, quia tunc appellatio non eſt terna de eodem, quia ſuper eodem articulo non præſupponitur antea appellatum; tametſi annexus ſit cauſæ: unde ſi quis centies in una, & eadem cauſa gravaretur, ſed ſemper ſuper diverſis articulis, adhuc centies poſſet licitè appellare *c. quoties 16. cauſa 2. q. 6.* ubi habetur, quòd quoties Epiſcopi cenſuerint ſe gravari è ſuo Metropolitano poſſunt ſemper ad Romanam ſedem appellare, ut docet Abbas *in cit. c. ſua num. 7. h. t.* quod procedit de jure canonico, quod permittit ab omni gravamine poſſe appellare, eò quia æquitas exigat, ut nemo injuſtè gravetur.

Nec

Non ſolùm licet uni parti bis appellare in
14 eadem cauſa, & ſuper eodem articulo, ſed etiam utrique parti litigantium ſucceſſivè, dummodo utrinq; poſſint interponi quatuor appellationes; ut ſi Petrus, qui appellavit à ſententia definitiva ta contra ſe, ſuccubuit, iterum appellavit, & victorism obtinuit, tunc poteſt Paulus ejus adverſarius tertiò appellare, & ſi ſententia feratur contra ipſum poteſt iterum etiam appellare, in quo caſu quilibet ex litigantibus bis ſucceſſivè appellat, ſed ulterius neutri licet appellare. Sententia verò, per quam Iudex datus utrique parti pronunciavit, non potuiſſe partem tertiò appellare non eſt ſententia definitiva, quia non eſt lata ſuper meritis cauſæ, ſed tantùm interlocutoria, quæ tamen habet vim definitivæ, quia per illam ipſa cauſa appellationis finitur.

15 A ſententia interlocutoria poteſt iterum appellari in eadem cauſa, & ſuper eodem articulo, dummodo pars litigans poſt deſertam appellationem non ſit contumax, ſed ſe Iudici *à quo* ſiſtat, ſi enim Iudex iterum per interlocutoriam ſententiam videatur gravari pronunciando teſtes eſſe admittendos, vel non; dilationem concedendam, vel non; non obſtante prima deſettione iterum appellari poteſt: unde conſiderandum eſt, num Judex gravet antequam appellatio prior deſerta ſit, an verò poſtea: ſi priùs gravat, & decem dierum ſpatium ad appellandum conceſſum nondum finitum ſit, tunc iterum appellari poteſt; ſi Iudex poſt primam appellationem in cauſa procedat ad ſententiam definitivam *clement. unic. de dol. & contum.* ubi excipitur niſi prior appellatio manifeſtè frivola fuerit: etenim qui tali pacto appellat, & Iudici non paret, contumax eſt, & contumaci appellatio non conceditur, ut notat Gratianus *in c. es, qui 41. 2. q. 6. §. ſunt etiam.*

16 Sin verò poſt decretam appellationem Iudex videatur gravare, tunc iterum diſtinguendum eſt, vel enim pars litigans non ſe ſiſtit Iudici, ſed in ſua perſeverat contumacia poſt deſertam appellationem, & tunc Iudex non obſtante contradictione, & appellatione procedit in cauſa, ut deſumitur *ex c. perſonas 4. h. t. & c. 2. de dol. & contum. in* 6. ubi dicitur, quòd Iudex in tali cauſa non tenetur citare partem contumacem, vel ſi ſe ſiſtit Iudici, adeo ut contumax non ſit, tunc ſi Iudex, iterum interlocutoriè procedendo in teſtibus eſſe admittendis, vel non; dilatione concedenda, vel non; gravare videatur, iterum poteſt appellari, præſertim ſi cauſa fuerit matrimonialis, & favorabilis.

§. V.

De fatalibus appellationis, & Apoſtolis petendis.

1 FAtalia in jure, pro ut ad præſens attinet inſtitutum, dicuntur tempora appellationis, quibus dilapſis facultas, quæ appellandi cauſa eſt, extinguitur: ſúntque hujuſmodi fatalia quatruplicia: quorum primum eſt tempus interponendæ appellationis: ſecundum petendi, & concedendi apoſtolos: tertium præſentandi, ſeu offerendi prædictos apoſtolos Iudici ad quem: quartum tandem fatale eſt ad proſequendam, & finiendam appellationem, ut habetur apud Gregorium Tolloſan. *partit. juris canon. lib. 5. tit. 15. c. 4. in Scholiis.* Certum eſt, olim & hodie non eſſe eandem temporis præfinitionem, ut notat Azones *in ſumma l. 7. C. num. 63.* ſiquidem olim in cauſa propria poterat quis appellare intra biduum, & in cauſa aliena non niſi intra triduum, & non ultra *l. ſiquidem §. biduum. l. dies. §. in propria. ff. quando appellandum ſit.*

Hodie tamen tempus conceſſum pro appel- 2
latione eſt decendium, adeo ut à die latæ ſententiæ, vel à die ſcientiæ, quo condemnatus ſententiam latam intellexerit, decem dies eidem concedantur, quo tempore ſi velit poſſit appellare, ſive à ſententia definitiva, ſive ab interlocutoria, ſive à quocunque gravamine *authent. hodie. C. de appellat. c. quod ad conſultat. de ſent. & re judic. c. cùm dilectus §. fin. de elect.* Tuſchus *concluſ.* 354. idque probatum eſt etiam jure canonico *c. anteriorum 28. in fin. cauſa 2. q. 6. c. quod ad conſultat. 15. de ſentent. & re judic.* ubi dicitur, cùm poſt decem dierum ſpatium ſententia in authoritatem rei tranſeat judicatæ, qui ad provocationis ſubſidium infra id temporis non recurrit, appellandi ſibi aditum denegavit. Hoc idem etiam habetur *in c. concertationi 8. h. t. in 6.* ubi habetur, quòd ſi quis gravamen ſibi illatum revocari deſiderat, poteſt ac debet intra decem dies poſtquam ſcivit gravamen eſſe illatum appellare: poſt elapſos verò decem dies tametſi appellare non poſſit, non tamen prohibetur per contradictionem debitam, vel par alia juris remedia, petere revocari gravamen illatum; dummodo medio illo tempore electioni, vel alteri actui extrajudiciali non conſenſerit ſcienter, & ſponte, ut notat Gloſſa *hic V. non conſenſerit* quia ſi quis plura juris remedia habeat, & ab uno eorum ſit excluſus, non ideo prohibetur uti altero, à quo non eſt excluſus: hinc ſi quis appellare intermiſit intra debitum tempus, vel appellationem deſeruit, quia in ea ſuccubuit, non prohibetur agere per viam nu litatis *l. ſi expreſſim 19. ff. h. t.* Gloſſa *in cit. cap. concertationi V. debitam.*

Immo non ſolùm operationes extrajudi-
ciales debent fieri intra decendium, ſed etiam 3
ſupplicationes offerendæ ſunt Principi intra decem dies *authent. quæ ſupplicatio C. de precib. Imper. offer.* Gloſſa *in c. ſignificaverunt 30. V. intra decem dies de teſtib.* Hoc idem etiam procedit in cauſis feudalibus, ubi tam Iudex, quàm partes ſequi tenentur jus commune, niſi de jure feudali contrarium deciſum fuerit, *per textum in c. 1. §. ſtrenuus de feudi cognition. num. 2.* ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 139. num. 3.* ut etiam ſi aliquis tertius appellationi per alium interpoſitæ pro ſuo intereſſe adhærere velit, aut appellationem ab alio ſuo nomine abſque legitimo mandato interpoſitam ratam habere; debet enim intra decendium id præſtare, ut no-

tat Gloſſa *in c. ut circa 4. V. adherentes de elect. in 6.*

4 Hoc decendii tempus adeo ſtrictè obſervandum eſt, ut nulla prorogatione, vel conſenſu partium, vel Judicis arbitrio permittatur extendi; quapropter tempus fatale à legibus appellatur : & ab initio eſt utile, quatenus non currit impedito, vel ignoranti, niſi revera ſit contumax, ſed poſtea ſi ſemel inceperit currere, nunquam ceſſat, & efficitur continuum *l. 1. §. dies ff. quando appellandum*, adeo ut etiam feriæ ſolemnes includantur *l. 1. C. de feriis l. ſive pars. §. feria.*

5 Limitatur tamen quoad decendium, primò ſi gravamen à quo appellatur ſit continuum, habeatque cauſam permanentem eujusmodi ſunt cenſuræ, excommunicatio, interdictum, & etiam incarceratio; tunc enim ſemper conceditur appellatio. Limitatur etiam ſecundò quando quis citatur ad locum minùs tutum, tunc enim toties poteſt quis appellare, quoties citatur ad talem locum. Cæterum ſi intra fatale hoc tempus non fuerit interpoſita appellatio, lis mortua cenſetur, & ſententia tranſiiſſe in rem judicatam *c. quod ad conſultationem 15. de ſent. & re judic.* Felin. *in c. cùm ſit Romana 5. de appellat.*

6 Tempus hoc decendii currere incipit ſtatim à momento latæ ſententiæ in momentum ſi contra præſentem pronunciatum ſit, ut notat Gloſſa *in clement. ſicut. 3. V. à die h. t.* adeo ut etiam ſolemnes feriæ includantur, nec illæ ſubtrahantur *l. 1. C. de feriis.* Hinc Gaillus monet, Notarios, ut inſtrumento appellationis non ſolùm diem, ſed etiam horam interpoſitæ appellationis exactè notent, ut diſtinctiùs cognoſcatur quando decendium ſit elapſum, ſiquidem prima dies appellationis non computatur tota, ſed tantùm ab hora illius diei, quæ ad decimam diem ejusdem horæ referri debet. Quòd ſi à gravamine extrajudiciali appelletur, tempus decendii eſt numerandum à puncto temporis, quo quis ſcivit in ſui præjudicium, ſeu cum ſuo gravamine collationem beneficii factum eſſe, & gravamen ſibi illatum, eò quia tale beneficium aliàs ſibi debitum erat, ut deſumitur *ex c. concertationi 7.* & ibi Gloſſa *in notat. V. ſciverit h. t. in 6.* unde tempus decendii computandum eſt, à tempore, quo quis ſcivit, cùm ſuo gravamine, ac in ſui præjudicium factam eſſe collationem beneficii. Hinc ſi quis ſciverit ante decem dies Paulo fuiſſe collatum beneficium, & eo tempore neſcivit jam priùs à Papa ſibi ejusdem beneficii collationem factam eſſe : tunc ſi poſt decem dies primùm cognovit collationem ſibi factam, adhuc intra decem dies à tempore ſcientiæ poteſt appellare. A gravamine autem extrajudiciali habente tractum ſucceſſivum, & cauſam continuam, ſemper appellari poteſt etiam poſt decem dies, quamdiu gravamen perſeverat, unde ſi quis detineatur in carcere, toto illo tempore, quo detinetur detruſus in tali carcere ſemper poteſt appellare à gravamine ſibi illato, ut notat Gaillus *lib. 1. obſerv. 139. num. 13.*

7 Quòd ſi tertius accedat, velitque pro ſuo intereſſe appellationi per alium interpoſitæ adhærere, vel appellationem abſque mandato factam ratificare, tenetur etiam tempus decendii obſervare, ſin verò proſequi tantùm velit appellationem pro ſuo intereſſe, admitti etiam debet, quamvis non appellaverit *l. ab executore 4. §. ff. h. t. c. cùm ſuper 23. de offic. Jud. deleg.* ſiquidem per appellationem ſuam principalis viam aperuit cuilibet, cujus intereſt, adeo ut non ſit neceſſaria nova appellatio, unde qui habet intentionem proſequendi appellationem coram Judice ejusdem appellationis, agere poteſt, ac deducere jus ſuum perinde, ac ſi ipſe perſonaliter paſſus eſſet condemnatoriam ſententiam. Sin verò velit quis à ſententia contra principalem principaliter lata appellare, tunc non ſolùm ei circumſcribitur idem tempus; ſed etiam tenetur cauſam exprimere, cur putet ſua intereſſe à tali ſententia appellare *l. 2. §. de appellat.* ſiquidem contra attentantes aliquid præter conſuetum juris ordinem præſumptio eſt doli, quæ per allegationem cauſæ purgari debet *c. cùm non ſolent. c. ſuper eo 15. de offic. delegat* Panormitanus *ibid. numero 5.* Gaillus *lib. 1. obſervat. 122. numero 5.* Quæ verò dicuntur de tempore decendii, non extenduntur ad eos, qui propter abſentiam, aut aliam cauſam ignorant diem, ac momentum ſententiæ contra ſe latæ, ut notat Barboſa *in c. quod ad conſultationem h. t.*

8 Poſtquam à Judice inferiori ad ſuperiorem appellatum eſt, vel ſtatim, vel ex intervallo intra ſtatutum tempus, debet appellans petere apoſtolos, ſeu litteras dimiſſorias, quas Judex *à quo* appellatur tranſmittit ad Judicem, ad quem ſit appellatio, idque in teſtimonium, & fidem appellationis interpoſitæ; adeo ut apoſtoli cenſeantur, & ipſi pars appellationis, ut fusè oſtendit Scaccia *quæſt. 12. num. 24.* Apoſtoli à Græcis dicuntur miſſi præcurſores, & apud Demoſtenem apparatus claſſici, & expeditiones apoſtoli audiunt; ſecus juriſperiti hoc nomine intelligunt litteras dimiſſorias, quas Judex à quo appellatum eſt tranſmittit ad Judicem appellationis in fidem factæ appellationis *l. dimiſſoriæ ff. de verb. ſignif. l. unic. ff. de libell. dimiſſor. c. cordi h. t. in 6.* Maranta *pag. 6. tit. de appellat. num. 215.* unde apoſtoli, ſeu nuntii dicuntur eò quia mittantur ad Judicem ad quem, ut de cauſa appellationis inſtrui poſſit. Species Apoſtolorum prout ſignificant has litteras dimiſſorias à Speculatore quinque aſſignantur, ſcilicet conventionales, teſtimoniales, delatoriæ, refutatoriæ, & reverentiales: hodie tamen in frequentiore uſu tres tantùm ſunt litteræ dimiſſoriæ, ſcilicet dimiſſoriæ, reverentiales, & refutatoriæ. Apoſtoli dimiſſorii ſunt litteræ ad Judicem appellatum directæ, quæ teſtificantur de appellatione coram Judice *à quo.*

9 Reverentiales, ſunt quando non ob cauſæ juſtitiam, ſed ob reverentiam ſuperioris ad quem appellatur appellationem ſignificant, Apoſtoli refutatorii indicant appellationem non eſſe ad-

admiſſam additâ etiam cauſâ, cur non fuerit admiſſa, unde per apoſtolos refutatorios Judex à quo ſignificat Judici ad quem ſe non admiſiſſe appellationem *l. fin. §. in refutatoriis C. eod.* Non tamen Judex è quo ebsque juſta cauſa poteſt appellationem refutare, alioquin punitur *c. cùm parati 10. c. de priore 31. b. t. l. quoniam C. eod.* ſiquidem Iudex à quo non deſerena eppelletioni legitimè interpoſitæ lædit, ec turbat Iudicem ſoperiorem in ſua jurisdictione.

10 Hine Judex à quo tenetur apoſtoloa appellanti eos petenti exhibere, adeo uc ſi Iudex requiſitus non tradet apoſtolos, ſed in cauſa procedat non valeat proceſſua, qui propterea retractandns eſt, per Iudicem appellationis, ut conſtat *ex c. ut ſuper. 4. b. t. in 6.* quia Iudex injuſtè denegaret epoſtolos, & partem gravaret, ſicque præſumeretur melo animo procedere, proinde proceſſns ſubſequens ipſo jure præſumitur nullus, niſi fortaſſis appellationi ſit renunciatum expreſsè, vcl tacitè, ut notat Gloſſa *hic V. renunciatum;* quia cùm apoſtnli tradantut in favorem appellantis, poteſt hie illis renunciare, ſiquidem poteſt quilibet favori pro ſe introducto renunciare *l. ſi quis 29. C. de pact.*

11 Olim ad petendos, & recipiendos apoſtolos, & ed illoe porrigendos Iudici ad quem, quinque duntaxat erant dies præſcripti, intra quos de jure canonico inſtenter, & ſæpius ſaltem uno contextu peti debebant. Poſtea præſcripti ſunt dies triginta, intra quos eiviliter, inſtanter, & ſæpius ſaltem uno contextu ſunt petendi. Quòd ſi intra hos triginta dies appellens apoſtolos non petat, nee obcineet, cenſetur renunciâſſe appellationi, quæ proinde efficitur deſerte *can. ab eo 2. q. 6. Clement. quamvis b. t. C. eod. in 6. l. Judicibus 24. C. eod. l. unic. ff. de libell. dimiſſor.* proinde Judex *à quo* ſententiam, à qoa eppelletum eſt, ex eo quia apoſtoli non fuerint petiti, poteſt executioni mandare, ac ſi à tali ſententia appellatum non fuiſſet, quia ſola appellatio ſine petitione epoſtolorum non impedit execotionem letæ ſententiæ *c. conſtitutus 45. b. t.* Rurſus efficitur etiem deſerta appelletio, ſi appellans liecè apoſtolos petierit, nihilominus poſtea receuſet, eos ſibi oblatos intre idem tempus recipere *clement. quamvis §. verùm.* Sin verò per Iudicem *à quo* ſtet, quo minùs, qui appellaverit, ac petierit epoſtolos, eos receperit, debet tunc is de eo proteſtari, ut habetur *in d. clement. quamvis §. verum.* Quinimo ſi Iudex ebsque cauſâ recuſaverit intra idem tempus apoſtolos dare, puniendue eſt: & poſt elepſum tempus poteſt eppellans convenire Iudicem à quo, corem Iudice ad quem provocavit *l. ſi appellationem 31. C. eod.*

12 Incipiunt hi dies currere à tempore latæ ſententiæ, quo quis intellexit letam contra ſe ſententiam eſſe: & à quo habnit ſacultatem appellandi, ne alioquin hoc inconveniens eveniet, quòd ignoranti, ſit præcluſum tempus eppellendi, ut notet Maranta *6. p. act. 2. num. 130.* Hine cùm *in l. Judicibus* dicitur, quòd tempus à die latæ ſententiæ currere incipiat, id debet intelligi, qoando appellens habnit notitiam ſententiæ latæ, vel incontinenti à ſententia lata viva voce appellavit, qnia hoc modo concordantur textus in *c. ab eo 6. b. t. in 6. & clement. quamvis* ubi dicitur quòd tempus incipiat currere à die appellationis interjectæ. Id tamen Intelligendum eſt niſi Iudex *à quo* ſtatuerit eppellanti breviorem terminum petendi apoſtolos: quia tametſi nnn pnſſit Judex *à quo* longius tempus petendi apoſtolos ſtatuere eppellanti, poteſt tamen brevins præſcribere, quo elapſo ſi apnſtoli non fuerint petiti cenſeatur appellatio deſerta, non ſecus, ac intra 30. dies non fuiſſent apoſtoli petiti: ratio, eur Iudex *à quo* poſſit petenti apoſtnlos præſcribere breviorem terminum eſt, quia terminus brevior à Iudice præſcriptus ſuccedit in locum termini juris, proinde parit eundem effectum *c. ex inſinuatione 58. b. t.*

Rurſus quamvis ſufficiat intra terminum ſive 13 juris, ſivè hnminis petere apoſtoloe etiam die ultimo, ſeu trigeſimo: nihilominus conſultiùs ſemper eſt eos, ſimul cum appellatione petere: ſi enim appellatum ſit à definitiva, Judex *à quo* poſt petitos apoſtolos non poteſt ulteriùs procedere in ordine ad executionem ſententiæ, niſi fortaſſis priùs dederit apoſtolos refutatorios, & appeilatio eſſet merè frivola, quia quando appellatio eſt frivola poteſt ulteriùs procedere. An verò in appellatione extrajudiciali peti etiam debeant apoſtoli diſtingui ſolet; vel enim appellatur à Judice extrajudicialiter procedente, & tunc peti debent, quia adeſt, qui poteſt eos dare ſcilicet Iudex à quo: vel appellatnr à parte, & tunc non eſt neceſſe eos petere, eò quia non ſit, qui eos det. Satiùs tamen eenſendum eſt, eos petere ſub conditione, ſi ſit qni eos dare poſſit, ut notat Scaccia *de appellat. q. 13. art. 2. num. 32.* Cæterum apoſtoli dantur expenſis ipſius appellantis.

Quòd ſi petatur, intra quod tempus ſint præſentandi apoſtoli Iudici *ad quem.* Reſpondent 14 communiter, Iudicem à quo appellatur, poſſe appel anti præfigere certum tempus ad introducendem ſuam appellationem, ſeu ad apoſtolos ipſi datos præſentandos Iudici *ad quem*, adeo ut ſi intra tale tempus eos nnn præſentaverit, appellatio cenſeatur deſerta *l. præſes 5.* juncta Gloſſa *V. præſcriptum eſt*, A jure tamen tempus definitum ad apoſtolos præſentandos, & inſinuandam appellationem Iudici ad quem eſt ſex menſium *l. 2. C. de temp. appellation.* & hoc tempus incipit eurrere à tempore interpoſitæ appellationis non à die latæ ſententiæ, ut notet Gaillus *lib. 1. obſer. 140. n. 1.*

§. VI.

De tempore introducenda, & proſequenda appellationis.

INterponendæ appellationis tempus ex communi ſententia eſſe decendium liquet ex præcedentibus. Quale verò debeat eſſe tempus introducendæ appellationis apnd Judicem, non eſt ita certum, nec commune omnibus in jure conſtitutum, ſed à Judice *à quo* videtur determinandum: ſiqnidem utrumque continuum eſt, & accuratè ſervandum. Cæterum tempus appellationis proſequendæ corem Judice 1

Judice ad quem pro primo fatali eſt annus, & ex juſta cauſa etiam conceditur bieonium, quod ſecundum fataln dicitur *authent. ci qui C. de temp. appell. c. ex ratione h. t. clement. ſicut eod.* ubi dicitur, id procedere in appellationa tam judiciali, quàm extrajudiciali. Quòd ſi in ſecundo fatali quoque occurrerit legitimum impedimentum, conceditur etiam tertius annus ex juſtiſſima cauſa *c. ex ratione*, & ibi Speculator §. *nunc breviter*, quod tamen ita eſt intelligendum, quòd toto anno fuerit impeditus, alioquin tantum temporis illi conceditur, quanto impedimentum duravit, quia tertius annus non conceditur ipſo jure, ſed tantùm per viam reſtitutionis in integrum, ut notant juriſperiti *in d. c. ex ratione* Weſenbec. *l.* 49. *ff. tit.* 4. ita tamen conceditur hoc tempus, ut Judex à quo brevius poſſit præfigere, ut deſumitur *ex c. cùm ſit* 5. *in princ. h. t.* Quòd ſi tempus proſequendæ, & finiendæ appellationis ſemoto juſto impedimento finitum ſit, perinde cenſetur, ac ſi appellatum non ſit, proinde prior Judex poteſt in cauſa procedere, & ſuam exercere jurisdictionem, ut ootat Gloſſa *in l. eos 6. V. vel injuſtam C. de appellat.*

2 Non tamen Judex à quo poteſt termlnum definire, intra quem cauſa appellationis finiri debeat: ſiquidem hac ratione ſe immiſceret jurisdictioni Judicis *ad quem*; ſed tantùm deſignare poteſt tempus, intra quod appellans debeat iter arripere, & Judici appellationis ſe ſiſtere, quòd ſi id præſtiterit, annum deinde habebit; vel ex cauſa neceſſaria, & coram Judice ad quem probata, etiam biennium: quòd ſi iter non arripuerit, nec Judici ad quem ſe præſentaverit, tunc Judex à quo poteſt procedere in ſententia, & illam executioni mandare. Quòd ſi Judex *à quo* terminum præfixerir, intra quem cauſa appellationis finiri debeat, tunc cenſeri debet voluiſſe præfigere terminum, intra quem appellans debeat inſinuare appellationem Judici *ad quem*, & eam proſequi: ſiquidem Judex *à quo* præfigendo talem terminum duo cenſetur mandare, ſcilicet ut appellatio inſinuetur Judici *ad quem*, & appellans eam coram illo proſequatur: Secundum ut finiatur intra talem terminum, & hoc poſterius non poteſt Judex mandare, quia finire intra talem terminnm cauſam appellationis non eſt ln poteſtate Judicis *à quo*, oeque partlum litigantium; ſed id pertinet ad Judicem *ad quem*: & Judex inferior non poteſt eius iurisdictioni ſe immiſcere, neque inferior poteſt imperare ſuperiori: unde cùm Judex *à quo* præfigendo terminum, intra quem cauſa appellationis finiri debear, cenſeator velle, ut appellatio inſinuetur Judici ad quem intra talem terminum; ideo cenſetur id tantùm mandâſſe, & tunc maodatum Judicis *à quo* eſt validum quoad hanc partem, quia utile per inutile vitiari oon debet, ſi ab invicem ſeparari poſſint, ut liquet *ex regula jur. 37. in 6.* cùm enim terminus præfixus ad finiendam appellationem includat in ſe terminum ad eam præſentandam Judici *ad quem*, & proſequendam coram eodem, ut habetur *in clement.* *3. h. t.* ſiquidem non poteſt finiri appellatio, niſi appellans eam priùs præſeotet, & proſequatur: hinc eſt, quòd tametſi terminus præfixus à Judice à quo oon valeat reſpecto appellationis finiendæ, ſuum tamen ſortiatur valoram reſpectu appellationis præſentandæ.

Ratio itidem eſt, qnia intentio cujuscunque cenſetur eſſe, ut ſi actus, quem gerit, valere non poſſit in totum, valeat ſaltem ex parte, & quantum poteſt, ut notat Gloſſa *hic V. expectato in fin. argum. c. unic. §. idem quoque de ſponſal. impub. in 6.* ubi habetur, quòd ſi impuberes contrahant matrimonium per verba de præſenti, cùm noo poſſint matrimonium contrahere; valeant tamen illa ut ſponſalia de futuro. Non tamen poteſt pars litigans etiam appellans prævenire terminum à Iudice ſtatutum, ſed debet expectare, donec terminus ſit elapſus, adeo ut oon debeat antea impetrare litteras à Judice *ad quem*, quibus cauſa remittatur ad Iudicem *à quo*. 3

Judex *ad quem* nequit terminum à jure ſtatutum ad proſequendam appellatiooem reſtringere, ſicut poteſt Iudex *à quo*; niſi fortaſſis ex nimia dilatione damnum immineret animarum, ac reipublicæ pernicies, ut ootat Abbas *in c. oblata 57. num. 6. h. t.* ratio diſcriminis eſt, quia Iudici *à quo* per appellationem fit præjudicium: ſiquidem per illam ſuſpenditur ejus jurisdictio, proinde conceditur à jure ad compenſandum præjudicium, ut poſſit appellationi proſequendæ, & fioiendæ breviorem terminum præfigere. Secus Iudici ad qnem nullum fit præjudicium, proinde non conceditur ipſi, ut poſſit terminum juris reſtringere, niſi id publicum commodum exigat, vel ad periculum declinandum animarum requiratur, ut in cauſis ſpiritualibus electionum, poſtulationum, & aliis beneficialibus, quæ ideo celeriter ſolent expediri, na ob longam Eccleſiæ vacationem periculum immineat animarum. 4

Rurſus neque Iudex *ad quem* poteſt reſtringere, & abbreviare terminum aſſignatum à Iudice *à quo*, quia pendente appellatione non debet præjudicari Iudici *à quo*. Immo non ſolùm Iudex *à quo*, ſed etiam ipſe appellans poteſt terminum congruum, ac competentem ſibi ſtatuere ad proſequendam appellatiooem, ac reſtringere terminum à jure præfixum, ut deſumitur *ex c. perſonas 4. h. t.* unde quamvis à jure detur annus ad proſeqnendam, & finiendam appellationem, poteſt appellans eam reſtringere, ac ſibi breviorem terminum ſtatuere, ſpectatis tamen circumſtantiis, ut deſumitur *ex c. cùm ſit. 5. h. t.* Non ita appellatus poteſt talem terminum præfigere appellanti, ſicut poteſt hic ſibi ipſi, quia id nullo jure cautum reperitur: ſiquidem non eſt conceſſum adverſario ſuo legem ponere, eique præjudicare reſtringendo terminum à jure conceſſum ad appellationem proſequendam, non enim par in parem habet imperium: quòd ſi appellans ſibi ipſi termioum æquò longiorem præſcriberet, poſſet Iudex *à quo* illum reſtringere, ut notat Abbas *in d. c. cùm ſit num. 6.* Et quamvis poſſit Judex terminum ſtatuere appallanti ad proſequen- 5

quendam appellationam; non tamen ad hoc compalli poteſt *c. ad hac 27. h. t.*

6 Interdum præfigitur terminus appallanti ad ſe præſentandum coram Judica *ad quem*, nonnunquam ad proſaquendam appellationem, & ſubinda ſtatuitur terminus ad iter arripiandum, ut deſumitur ax *c. pervenit. 28. h.* r. quandòqua etiam ſtatuitur tarminus à lega, ſau jure ad proſaquendam, & finiandam appellationam; & hoc tampus aſt annus, & ex juſta cauſa atiam biannium *c. cùm ſit 5. & clement. 3. h. t.* hic enim terminus juris datur appellanti, quaodo nullos terminus aſt ſtatutus per Judicem, nac per appallaotam. Hoa autam tampus non currit da momanto ad momantum, ſicut currit decandium ad appellandum, quia dias appallationis non conſideratur, Gloſſa *clement ſicut h. t.* nec duranta comptomiſſo currit *clement. quamdiu eod. tit. authent. ſi tamen C. de tempor. appellat.*

7 Permittitur taman Judici, ut brevius tempus ad introducendam, & proſaquandam appallationem, præſcribat, ſi valit *c. cum ſit Romana 5. h. t.* & ſi appellans intra id tempus non introduxarit, nac perſacutus fuerit appellationem, quocunqua modo afficiatur daſarta, compallitur ſtare ſententiæ Judicis *à quo*, *c. perſonas 4. h.* r. Potaſt atiam Judex dilapſo tarmino à ſa præſcripto ſentantiam ſuam mandare executioni etiam non exſpectato lapſu termini juris, ut deſumirur *ex d. c. perſonas 4. h.* r. Hoc idem etiam procedit, ſi ipſe appellans ſibi braviorem tarminum præſcribat, ut potaſt ſibi præſcribare, dummodo ſit congruus, & convenians, *c. conſuevit 14. h.* r. Licèt Judex *à quo* ad introducendam, & proſaquendam appellationam poſſit bravius tampus præſcribera, non ita ad illam finiendam, & abſolvandam, quia Judici ad quem, ut ſuperiori non potaſt lagam præſcribere, ut intra talam terminum cauſam appellationis axpadiat *c. ex inſinuatione 50. h.* r. Hinc diffart terminus, qui dicitur ab homine, ſeu Judica præſcriptus à termino juris; quia terminus juris aſt etiam ad finiendam appellationem; terminus varò hominis tantùm ad inchoandam proſecutionem.

8 Si appellatio à Judica *à quo* recipiatur, val à parta contraria approbetur, tunc terminus à Judice præfixus appallanti ad proſequendam appellationem, quam appallans intra ſuum terminum non fuit proſacutus, eo dilapſo obtinat vim tarmini paramptorii, adeo ut contra abſantem, ac parlnda contra contumacam procedetur exao tempore, ae ſi paramptoriè citatus non comparuiſſet: nec potaſt talis terminua à parta aliqua litigantium prævaniri: immo quamvis appellatio malitiosè non fuarit racepta, vel approbata, adhuc ſuum obtinat vigorem, dummodo conſtet, quòd fuerit legitimè intarpoſita, ut daſumitur *ex c. ſape 44. h. t.* ſi enim tarminus proſaquandæ appellationis fuitus ſit, tum altera parte advanienta Judex contra abſentem tanquam contumacem abſqua alia citatione potaſt procedere, perinde ac ſi peremptoriè citatio lapſa eſſat, quod intelligitur non ſolùm de appellante, ſed atiam de appellato, ſi vanira intermittat juxta Gloſſam receptam *in d. c. ſape V. abſentem.*

Quòd ſi quis præveniens terminum à Judice à quo præfixum, vel ab appellante præſcriptum ſuper ea cauſa ad Judicem dalegatum reſcriptum impatraverit, non manifeſtata veritate, quòd terminus ſtaturus jam fuerit à Judice, vel à ſe ipſo, tunc reſcriptum habetur ſubreptitium, & qui illud impetravit, pœnam debat contumaciæ ſuſtinare, & condemnari ad expenſas ſolvendas: quod obſarvatur in iudiciis exarcendis, ut habetur *in c. ſape in fin. h.* r. quoties in reſcripto nulla fit mantio da termino præfixo ab homina, ſau Judice *à quo*, val ipſo appellanta, non valet: quòd ſi terminus datus ſit à lege, ſeu iura, ut eſt annus, val ex juſta cauſa biennium, tunc litteræ impetratæ ad Iudices delegatos ſuum ſortiuntur valorem, dummodo impetrans, non nimium properaverit in commiſſione impetranda ad ſupplantandum adverſarium: & niſi ex nimia dilatione immineat periculum etiam neutra parta proſequanta: quia tunc Judex *ad quem*, potaſt ſupplere, & adigere partes ad proſecutionem appallationis, ut deſumitur *ex c. oblata 57. h.* r. 9

Quòd ſi nullus tarminus ſit præfixus, tunc diſtinguendum aſt intar appellatum, & appallantam, ſiquidem poteſt hic toto anni tempore litteras impatrare ſuper cauſâ appallationis cognoſcenda; at verò appellatus non potaſt nimis prævenire appellantem, ſad cogitur expectare juxta viri boni arbitriū tempus congruum, in quo appellans poſſit eſſa paratus ad proſecutionem cauſæ; & tunc cogitur ſaltem prope finē anni, ſau ad undecimum anni menſam lapſum citatus compàrera. Quòd ſi appellans lagitimè citatus non comparaat, etiam ipſo abſente poteſt appallatus petere, ut cauſa ſecundùm commiſſionis litteras dafiniatur, ut daſumitur *ex auth. ei qui C. de tempor. appellat.* Sin verò neuter cauſam intra annum proſaquatur, tunc nec Judax ad quam ſe immiſcara debat, nec partes compellara, niſi immineat reipublicæ periculum, aut detrimentum animarum. 10

Quia tempus introducendæ ac proſaquendæ appellationis hodie de jure communi eſt annus, vel ex iuſta cauſa biannium, ideo ſuperaſt inquirendum de hiſce cauſis biennii ad introducendam, proſequendam, ac finiendam appellationam. Variæ anim poſſunt eſſe cauſæ, tam ax parte appellantis, quàm appellati, vel utriusque, val atiam ex parte Judicis, aut alicuius tartii, ut etiam ex caſu, & fortuna. Ex parte appellantis juſta cauſa cenſetur, ſi infirmitate ita detinaatur, val paupertate adeo laborat, ut intarpoſitam appallationam non valeat proſequi, nac finire, ut deſumitur ax *c. ex ratione 8. h. t.* ubi habatur, quòd ſi impediatur agera, non currat fatale, ſeu tempus proſequendæ appellationis, ut ſi viæ ſint hoſtibus infaſtæ, quò minus ad Judicem appellationis accedatur, vel ſi Judex noluerit, vel non potuerit cauſam adire, & cognoſcera, tunc enim ipſo jure illæſus ſervari debat, adeo ut atiam poſt lapſum biennii appellans ſit audiendus, ut notat Gloſſa *hic V. in potentiam argu. c. ax inſinuatione 50. h. t.* ubi 11

Gloſſa dicit, quòd impedimentum Judicis non noceat cauſæ, neque præjudicet partibus. Sin autem appellans ex proprio facto impeditus fuerit, vel ob inopiam, aut infirmitatem, vel quia ipſe, vel eius procurator in via captus ſit, tunc eſt illi ſubveniendum ſaltem per reſtitutionem in integrum iuxta effatum illud, *quod ſi per me non ſtat, imputari mihi non debet.* Immo etiam ipſa difficultas accedendi ad Judicem excuſat à mora, ut notat Gloſſa *in l. quod ff. ſi certum petatur*, & communiter docent jurisperiti; proinde à fortiori ipſa paupertas, & inopia debet excuſare à deſertione appellationis cum impoſſibilium nulla ſit obligatio *l. impoſſibilium ff. de regul. jur.* & eſt ſententia communis, ut teſtatur Gaillus *lib.* 1. *obſer.* 142.

12 Quòd ſi dubicetur, an paupertas, & inopia revera excuſet à curſu fatalium appellationis interponendæ. Reſpondetur, juxta communiotem ſententiam excuſare, quando præſertim ad appellandum requiruntur ſumptus, quos appellans ſuppeditare non poteſt; quòd ſi nulli requirantur ſumptus, ut quando incontinenti viva voce appellari poteſt, tunc probabiliùs eſt, paupertatem, & inopiam non excuſare à curſu fatalium interponendæ appellationis, quia tunc inopia non ponit obicem ad talem interpoſitionem. Cæterū quando ad appellandum eſt opus ſumptu aliquo, ut quando ex intervallo in ſcriptis appellandum eſt, ſi paupertas appellantis nota ſit Judici, non eſt neceſſaria proteſtatio paupertatis; Quòd ſi ſit ignota, cùm conſiſtat in facto, debet allegari, & probari *l. in bello §. facta ff. de captivis. & poſtlimin. reverſ.* idque ſi pauperis privilegio uti velit, ut notat Gaillus *obſer.* 142. *n.* 3.

13 Ex parte appellati dantur etiam cauſæ biennii, ut ſi is de facto, vel per alium extra judicium impediat appellantem, quò minùs appellationem introducere, & proſequi valeat; vel in judicio per fruſtratotias dilationes efficiat ne appellatio finiatur debito tempore: in hoc enim caſu appellanti conceditur ipſo jure ſecundus annus, vel ſaltem appellans ſervatur illæſus, ut tempora proſequendi appellationem ei non currant, ut declaravit Rota *decis.* 102. *q.* 15. *art.* 3. *n.* 61. & ratio etiam ab ipſa aſſignatur, quia tunc tempus ſatalium labitur culpâ, & facto adverſarii: & deſertio fieri debet contra culpabilem, & negligentem, non verò contra impeditum.

14 Ex parte appellantis, & appellati ſimul etiam oriuntur cauſæ biennii ad introducendam, proſequendam, & finiendam appellationem: ut ſi partes durante appellatione mutuo conſenſu aliquam ſuſcipiant peregrinationem vel in arbitros compromittant: tunc durante tali peregrinatione, vel compromiſſo ſuſpenditur ipſo jure curſus temporis, nec proinde opus eſt ſecundo anno, ut deſumitur *ex clement. quamdiu h. t. authent. ſi tamen C. de tempor. appellat.* quia cùm tempus introducendæ, & proſequendæ appellationis detur utrique parti, poſſunt partes ex mutuo conſenſu interrumpere, & ſuſpendere lapſum temporis.

15 Neque obſtat, quòd tempus primæ inſtantiæ, ſeu triennium, nec conſenſu partium poſſit prorogari, immo neque adjecto juramento licitè abbreviari poſſit in favorem boni publici, ut lites citiùs abſolvantur, ut notat Gloſſa *in l. properandum V. triennium C. de judic.* Gaillus *lib.* 1. *obſer.* 141. *n.* 5. Nam reſpondetur, eſſe diſcrimen, quia finita prima inſtantia per curſum triennij, ſalvum adhuc manet jus agendi de integro, & ſolùm pereunt acta ſalvo jure partis: ſecus finitâ cauſâ appellationis totum jus appellantis corruit, & tota cauſa perimitur, & ſententia prolata à Judice *à quo* tranſit in rem judicatam, ut habetur *in clement. ſicut h. t.* & illi ſtare adigitur appellans, tametſi ſententia iniqua ſit *c. perſonas* 4. *h. t.* & is, contra quem lata eſt ſententia, præſumitur renunciare apellationi *c. directa* 39. *h. t.* Hinc meritò tempus proſequendæ appellationis permittitur à jure poſſe prorogari de conſenſu partium ob præjudicium aliàs irrecuperabile, ut oſtendit Gaillus *lib.* 1. *obſervatione* 141.

Ex parte judicis poſſunt etiam oriri cauſæ biennii ad introducendam, proſequendam, & finiendam appellationem, ut ſi ob infirmitatem, vel aliam cauſam pro tribunali non ſedeat, vel aliàs per ipſum ſtet, quò minùs cauſa appellationis ad finem intra debitum tempus perducatur. Tunc enim cùm cauſa appellationis non finiatur ſine culpa, & negligentia appellantis, debet hic ſervari indemnis, adeo ut tempora appellationis ei non currant *can. anteriorum §. ad hæc ſancimus* 2. Gaillus *lib.* 1. *obſer.* 141. *n.* 7. idque præſertim, ſi Judex ſit Princeps non recognoſcens ſuperiorem, & qui ob curarum, & negotiorum multitudinem non poſſit cauſam appellationis finire intra debitum tempus, quia non decet Principem temporū anguſtiis concludi *l. præcipimus C. appellamus* & hanc rationem Pontifex transfert etiam ad appellationes, quæ deferuntur ad auditorium Papæ *c. ex inſinuatione* 50. *h. t.* 16

Quòd ſi Judex non ſit Princeps, tunc ipſo jure per Judicem indulgetur impedito ſecundus annus *l. ult. §. ult. C. de temp. appellat.* debet tamen tunc appellans per ſe, vel per procuratorem ſæpius proteſtari, quòd par ſe ſuāmque partem non ſtet, quò minùs celerius procedatur in cauſa, & quòd proinde non debeant fatalia ſibi currere, ut notat Maranta *6. p. act. 2. n.* 130. Quòd ſi impedimentum non proveniat ex parte Judicis, tunc non eſt neceſſaria proteſtatio, ſed ſufficit, ſi probetur impedimentum. Hoc igitur eſt diſcrimen inter impedimentum ortum à Iudice, qui ſit Princeps, & non recognoſcat ſuperiorem; & à Judice, qui non ſit Princeps, quia, ſi oriatur impedimentum à Judice Principe, ipſo iure appellans ſervatur indemnis, ſi verò oriatur à Judice inferiore per Judicem, indulgetur appellanti ſecundus annus ipſo iure. 17

Poteſt etiam cauſa biennii ad introducendam, proſequendam, & finiendam appellationem oriri ex parte tertii, vel ex negligentia Procuratoris, poteſt enim ab utroque poni impedimentum, ne intra debitum tempus, ſeu annum jure præſcriptum appellatio finiatur, & tunc rata manet; tunc enim currit tempus appellationis 18

Digitized by Google

nis, nec datur reſtitutio in integrum adverſus lapſum fatalium, ſed appellans habet intereſſe contra impedientem, & ſi ille non eſt ſolvendo poteſt petere reſtitutionem in integrum, non enim impedimentum tertii debet appellanti præjudicare; proinde tunc agitur contra tertium ad intereſſe, & ſententia lata, manet rata, ut aſſerit Gloſſa *in c. ex ratione V. in potentiam* & ibi Alexander *num. 69. & ſequent.* ubi etiam aſſignatur ratio diſcriminis inter impedimentum proveniens ab appellato, & à tertio; quia hoc non debeat præjudicare appellato, nec appellanti, qui in culpa non fuit; ſecus quando appellatus ipſe poſuit impedimentum, tunc appellans ipſo iure ſervatur illæſus, vel reſtituitur in integrum.

19 Negligentia tamen Procuratoris in non introducenda, vel proſequenda appellatione non excuſat dominum, quia hic debet ſibi imputare, ſi negligentem procuratorem elegerit, ut ſuas vices ageret *l. cum mandato 23. in fin. ff. de minor.* unde neque datur domino ob dolum, vel negligentiam procuratoris reſtitutio in integrum adverſus lapſum fatalium: nihilominus habet dominus tunc actionem mandati contra procuratorem negligentem ad damnum, & intereſſe præſtandum *l. à Procuratore 13. C. mandati*, & ſi non eſt ſolvendo, dominus reſtituitur in integrum in ordine ad appellandum, ut notat Gaillus *lib. 1. obſer. 143. n. 6.*

20 Demum poteſt impedimentum provenire ex caſu fortuito, ut ſi viæ non ſint tutæ, ſed hoſtibus infeſtæ, proinde ſint impedimento, quo minùs appellans accedere poſſit ad Iudicem appellationis. Alius caſus fortuitus eſt etiam, ſi Procurator appellantis in via captus ſit: tunc enim, ſi impedimentum contingat in primo fatali ipſo jure conceditur biennium *l. fin. §. illud C. de temp. appell.* Sin verò impedimentum contingat in ſecundo anno, ſubveniendum eſt appellanti per reſtitutionem in integrum, quia ſi per aliquem non ſtetit, quò minus aliquid fieret, non eſt eidem imputandum, quod non fuerit factum.

21 Quòd ſi petas cuinam incumbat onus probandi impedimentum proſequendæ appellationis. Reſpondetur, tale onus incumbere appellanti *l. fin. §. illud etiam C. de tempor. appellat. cit. cap. ex ratione h. t.* ſiquidem impedimentum, cùm ſit quid facti, non præſumitur, niſi probetur, proinde ab eo debet probari, à quo allegatur. Neque ſufficit, ſi impedimentum probetur per proprium juramentum appellantis, ſed debet plenè probari per teſtes, ut deſumitur *ex d. l. fin. §. illud*, ubi dicitur, requiri evidentiſſimam probationem, ut detur ſecundus annus appellanti, quin etiam deſumitur *ex c. 5. h. t.* quia licèt probatio per iuramentum ſufficiat in cauſis modici præjudicii, non tamen ſi agatur de re magni momenti, ac de gravi præjudicio. Quòd ſi appellans per totum primum annum fuerit impedimento detentus, ac propterea non potuerit appellationem proſequi, & debitam deligentiam adhibuerit ad removendum impedimentum, tunc datur illi ſecundus annus integer *c. cùm ſit 5. h. t.* ubi abſolutè dicitur, quòd appellans ex neceſſaria, vel juſta cauſa, habeat biennium fatalis, *authent. ei, qui C. de temp. appellat.*

2 Impedimentum primi, fatalis, ut cauſam præbeat dandi ſecundum fatale, debet eſſe juſtum, & inexorabile, quod declinari non poſſit, adeo ut non ſufficiat impedimentum affectatum, quia ſi appellans illud affectaverit, vel ſua culpa cauſam præbuerit, ut poneretur impedimentum, tunc ei non ſuccurritur *l. 1. §. ſi quis tamen ff. ſi quis cautionibus*, quia cùm impedimentum conſiſtat in facto, & ex veritate facti dependeat, non debet præſumi *c. 1. de conſtitut. in 6. c. cum in jure ſup. de offic. Iudic deleg.* unde impedimentum debet omnino plenè, ac evidentiſſimè probari *l. ult. §. illud C. de tempor. appellat. c. ex ratione 8. h. t.* Hinc non ſufficit juramentum appellationis, etiam cum unius teſtis teſtimonio, quia quando à jure, vel canone requiritur probatio evidens, & liquida, ea non debet confici ex conjunctione duarum probationum imperfectarum, cùiusmodi ſunt juramentum, & depoſitio unius teſtis: quamobrem impedimentum, ut det cauſam biennii debet probari per duos teſtes idoneos, vel per partis adverſæ confeſſionem, vel inſtrumentum, niſi aliàs habeatur evidentia facti. Immo nec creditur ipſi Judici aſſerenti etiam ex propria perſona tale impedimentum; ut ſi dicat, ſe ob valetudinem non potuiſſe vacare cognitioni cauſæ, nec ſedere pro tribunali, ne facilè fiat fraus *l. ſi forte ff. de caſtrenſ. peculio* tum quia Judex in iudicio non debet fungi perſonâ teſtis, ſed illi non creditur, niſi per acta judicialia, vel aliàs de ſuo dicto conſtet per legitima documenta *c. quoniam contra 11. de probat.*

23 Sin verò de impedimento non conſtiterit evidenter, neque appareat de proteſtatione de non lapſu fatalium, poteſt tunc Judex à quo lapſo primo fatali ſententiam ſuam, veluti desertâ appellatione mandare executioni citata tamen priùs parte, ut notat Baldus *in l. ſi contra 8. C. de appellat.* etiam non exſpectato lapſu biennii, ut cenſet Maranta *p. 6. act. 2. n. 23.* quia lex non dat biennium, niſi ex juſta cauſa allegata, & evidenter probata. Præterea, quia in iure primus annus vocatur primum fatale, & ſecundus ſecundum fatale *l. 2. in princ.* & ibi Gloſſa *C. de temp. appellat.* id autem non rectè diceretur, niſi lapſus primi anni, perinde ac lapſus ſecundi appellationem perimeret non probato impedimento *clement. ſicut h. t.* immo non ſufficit ſola impedimenti probatio, ſed ulteriùs tenetur appellans oſtendere, ſe adhibuiſſe debitam diligentiam ad amovendum impedimentum, quia is dicitur ex juſta, & neceſſaria cauſa impeditus, qui poſt adhibitam omnem diligentiam ad removendum impedimentum, adhuc iſtud manſit. Neque dicitur legitimè impeditus, qui potens facilè impedimentum amovere, illud non amovet, ut fusè oſtendit Scaccia *q. 15. art. 16.* An verò iuſtè impedito in primo fatali ſemper concedatur ſecundum integrum fatale. Reſpondetur ex uſu fori præfecti eccleſiaſticâ impedito in primo anno ſemper concedi ſecundum annum integrum, dummodo conſtet de ali-

quo

qua diligentia adhibita ab appellante, & quod totus primus annus non fuerit oegligenter impenſus, & appellans adduxerit cauſam impedimenti, deducto tamen tempore impedimenti, quia hoc impedimentum non debet appellanti inferre damnum, nec appellatio pœnam, & deſumitur *ex auth. ſi appellat. C. dict. tit.* ubi habetur, quòd ad obtinendum biennium ſufficiat, ſi vel noviſſima induciarum die appellana ad agendam cauſam eoram Judice compareat.

24 Tum quia totum primum fatale eſt in arbitrio appellantis in ordine ad inchoandam, & proſequendam appellationem, adeo ut poſſic illam inchoare quocunque tempore voluerit, etiam ultimo menſe, vel hebdomade, modò ſuperſit ſibi tempus ſufficiens ad eam definiendam, quod tempus arbitrio Judicis determinandum eſt, ut notat Scaccia *q. 15. art. 5.* Hoe tamen intereſt diſcriminis inter primum, & ſecundum fatale, quòd primum datur ſimpliciter ipſo jure; ſecundum licèt detur ipſo jure, tamen cum additione, ſcilicet ex iuſta, & neceſſaria cauſa. Tum quia primus annus non eſt præcisè fatalis, ſed tantùm ſub conditione, ſi nulla iuſta intervenerit cauſa, quæ appellantem impediverit, quia ex iuſta eauſa conceditur biennium: ſecus ſecundus annua dieitur præeisè fatalia, cum tertius annua ipſo jure non detur, quia ius præſumit quemlibet appellantem poſſe quamlibet eauſam appellationis quantumvis difficilem intra biennium abſolvere, dummodo debita adhibeatur diligentia, prout res poſtulat, & negotium exigit *argu. l. ex his, l. ſequent. ff. de legib.*

§. VII.

Ad quid teneantur Iudices á quo, & ad quem *appellationis.*

1 CErtum eſt, regulariter Jodicem *à quo* teneri cuilibet appellationi deferre, ſeu illam admittere, & acta coram ſe intra dics 30. unà cum relatiooe, ſeu apoſtolis transmittere ad Judicem *ad quem* ſit appellatio, ut habetur *in l. Iudicibus 23. C. h. t.* Quòd ſi Index *à quo* detrectes appellationi interpoſitæ ex iuſta eauſa deferre, puniendus eſt de jure civili pœnâ 30. librarum auri, ſi ſit eaoſa eivilis *l. quoniam judices 21. C. eod.* ſin verò criminalis, pœna arbicraria, ut notat Maranta *de ord. iudic. p. 6. de appellat. n. 199.* ſed ſpectato jure canonieo Judex non deferens appellationi mittitur puniendus ad ſuperiorem arbitrio eiusdem *c. de priore 31. h. t.* ubi habetur, quòd ſuperior, ſi juſtæ appellationi etiam extraiudiciali non deferat, puniendus ſit ſecundùm qualitatem delicti arbitrio ſuperioris *argu. c. de cauſis 4. de offic. deleg.* ubi dicitur, quòd ſi pœna certa in iure decreta non ſit, arbitraria debeat imponi ſecundùm cauſæ, & exceſsùs qualitatam, & *in c. decreto 22. cauſ. 2. q. 6.* depoſitionis pœna ei decernitur, qui Epiſeopum ad ſedem Appoſtolicam appellantem impedierit. Hinc de jure antiquo Judex non admittens appellationem deponendus erat, ſi eauſa fuit criminalis *c. decretum 10. §. ſin autem* juncta Gloſſa *V. ſubmotus*; ſin autem cauſa erat civilis, puniebatur pœna arbitraria, ut notat Maranta *de ord. iudic. p. 6. de appellat. n. 199.* Non tamen tenetur Judex deferre appellationi in omnibus iis caſibus, in quibus de jure eſt prohibita, & in quibua non poteſt Judex procedere appellatione pendente *c. cùm appellationibus 5. h. t. in 6.*

Cæterum Judex *à quo* ſaltem ob reverentiam ſuperioris Iudicis debet appellationi deferre, tametſi dubitetur, an cauſa appellandi legitima ſit, nec ne, ut notat Abbas *in c. ut debitus 59. n. 30. h. t.* quia ſententia antequam tranſeat in rem judicatam, ſemper cenſetur habere pro ſe præſumptionem iuſtitiæ. Non tamen tenetur Judex *à quo* appellationi fraudulenter, & malitiosè interpoſitæ daſerre, quia tune interponitur appellatio ad impediendam executionem ſententiæ, proinde debet Judex procedere, eámque definire, ut deſumitur *ex c. ſuggeſtum 15. h. t.* ubi habetur, quòd quando aliquis à ſuo adverſario oppreſſus appellat per fraudem, & malitiam, non debeat Judex *à quo* ſuam ſuſpendere juriſdictionem, quia remedium appellationis introductum eſt in favorem, non io detrimentum æquitatia: ſiquidem cauſæ, ob quas remedium appellationia introductum fuit, ſunt, ut gravamen oppreſſorum removeatur, quod intelligitur de iniuſtè oppreſſia; ut iniuſtitia, aut imperitia Judicum corrigatur: & ex propria ignorantia, aut negligentia, læſua ius ſuum conſequi poſſit; ſiquidem quæ non fuerunt allegata, oec probata in prima inſtantia Iudicij, ea poſſunt allegari, & probari in ſeeundo eoram Judice appellationis *l. per hanc. 4. C. de tempor. appellat. c. cum Ioannes de fide inſtrumentorum.* 2

Hinc nonnunquam contingit, ut, quamvis ſententia formaliter iuſta fuerit, & Judex *à quo* rectè proceſſerit, nihilominus ob novas allegationes, & probationea præſeindatur à Judiee *ad quem.* Immo non debet Judex deferre appellationi interpoſitæ per fraudem, & malitiam, tametſi appellans iter arripiat ad ſedem apoſtolicam ad eludendam partem adverſam: ſecus ſi Judici cauſa aliqua à papa commiſſa eſſet additâ elauſulâ *appellatione remota*, licèt tunc ſi para adverſa iter arripuit ad ſedem apoſtolicam, Judex delegatus debaat ſuſpendere ſuam juriſdictionem, præſertim ſi ante citationem iter arripuit, ut ſtatuitur *in c. meminimus 9. h. t.* non ita, ſi poſt eitationem iter artipuit, quia tunc reua per legitimam citationem cenſetur præventus, quò mious appellare poſſit ſive verbo, ſive facto, proinde Judex delegatus adhue poteſt procedere. Non ita ſi reus anta citationem iter arripuit, quia tunc bona fide, & ſine fraude cenſetur perſonaliter iter arripere ad ſedem apoſtolicam, & taliter iter arripientes ſunt ſub protectione ſedis apoſtolicæ, ut interim contra illos procedi non poſſit. *c. 1. de clericis peregrinantib.* ubi Abbaa *hic. n. 1. & 3.* Hinc itinetantea perſonaliter, & ex juſta cauſa ad Papam, vel alium Principem ſupremum ceſſante fraude, & malitia eximuntur à juriſdictione, cuiuscunque Judicis, adeo ut contra ipſos non poſſit 3

Judex

Judex in cauſa procederet, idque non vi appellationis, ſed [illegible] privilegii conceſſi itinerantibus perſonaliter ad Papam, ſive in ſuum, ſive in alterius favorem.

Quòd ſi ſuper quæſtione incidente, ſeu interlocutoria ſententia exceptione aliqua appelletur, Judex *à quo* ſuperſedere tenetur non ſolùm à cognitione quæſtionis incidentis ſuper qua appellatum eſt, ſed etiam ipſius cauſæ principalis, ſi quæſtio incidens connexa ſit eidem principali cauſæ, adeo ut non diſcuſſa incidente definiri non poſſit principalis, idque deſumitur *ex c. ſuper eo 40. h. t.* Exceptio ſiquidem, & quæſtio incidens interdum eſt connexa principali cauſæ, quando hæc incidente non diſcuſſa definiri non poteſt, ut ſi in petitorio judicio, aut matrimonii, objiciatur, Judicem non eſſe competentem, vel excommunicatum, aut opponatur impadimentum conſanguinitatis, tunc non poteſt Judex cognoſcere ſuper quæſtione incidente, quin cognoſcat etiam ſuper cauſa principali, alioquin, ſi Judex ad quem cognoſceret ſuper articulo incidente, ſuper quo eſt appellatum, & Judex *à quo* ſuper cauſa principali, ita continentia cauſæ divideretur, & appellans in eadem cauſa traheretur ad diverſos Judices, quod prohibitum eſt in *l. nulli* 10. *C. de judic.* unde non debet eſſe Judex unus articuli incidentis, & alius cauſæ principalis. Quòd ſi quæſtio incidens, ſuper qua eſt appellatum non ſit connexa cauſæ principali, ſed ab illa ſeparata, adeo ut ſine cauſa principali definiri poſſit; tunc Judex *à quo* poteſt procedere in cauſa principali, & omittere quæſtionem incidentem, ſuper qua eſt appellatum, nec proceſſus ipſius ſuper cauſa principali eſt poſtea rel[illegible]endus, immo ſi quæſtio incidens ſuper qua eſt appellatum non ſit connexa cauſæ principali, ſed ab illa ſeparata, Judex ad quem non poteſt cognoſcere de cauſa principali ut notat Alexander *in d. c. ſuper eo n. 23.* li[illegible]t alii contrarium ſentiant.

Appellans coram Judice *ad quem* tria probare debet antequam appellatio inchoetur, nimirum ſe appellâſſe. Secundò tempore legitimo ſcilicet intra decem dies à lata ſententia vel [illegible]ato gravamine. Tertiò ex cauſa rationabili tali [illegible]licet, quæ ſi probata fuerit, [illegible]ſta declarabitur, ut deſumi[illegible] ex [illegible] *ut debitus* 59. *h.* [illegible] Alexander *in c. cùm in* [illegible] *le* [illegible] *n.* [illegible] *h. t.* ubi etiam a[illegible]t, quod [illegible]lans teneatur producere ap[illegible]ationem, & ipſam ſententiam, à qua appe[illegible]lavit, adeo ut antequam h[illegible]c oſtenſa fuerint, cau[illegible] non [illegible]tur ad Ju[illegible]em *ad quem*: ſiqui[illegible]em cùm a[illegible] [illegible], ſe le[illegible] me a[illegible]pellaſſe [illegible] inten[illegible]onem [illegible] probare, quia quod d[illegible] ſu[illegible] ta[illegible]m, h[illegible] idem non [illegible] obar debet & [illegible] proba[illegible] i [illegible] bi [illegible]: [illegible] etiam Procurat[illegible] cauſa appel[illegible]nis tenetur probare [illegible]m & c[illegible]ere de ratu[illegible] ut notat Alexan[illegible] *per t*[illegible] *as* [illegible] *m* [illegible] *o* [illegible] *h* [illegible]

[illegible] *ad* [illegible] [illegible] debet appellationem ad ſe delatam admittere,

ac de illius juſtitia cognoſcere, & ſi judicaverit illam fuiſſe legitime interpoſitam, debet pronunciare appellationem eſſe juſtam, ſeu fuiſſe malè judicatum in prima inſtantia, & bene appellatum ad ſecundam: ſin verò cognoverit illam eſſe indebite, ac illegitime factam, tenetur eam pronunciare injuſtam, ſeu bene fuiſſe judicatum in prima inſtantia, & malè appellatum *l. eos qui 6. C. h. t.* ſiquidem judicare e[illegible] munus publicum, cui non poteſt renunciari *l. ult. §. jur. dicendi ff. de muner.* & non poteſt Judex quamvis ordinarius à ſe onus judicandi abdicare *l. pena ff. de offic. præſidis.* adeo ut non ſit in poteſtate Judicis *ad quem* appellationem ſuo arbitratu admittere, vel non recipere: ſed ex ſuo officio tenetur ante omnia cognoſcere, num cauſa appellandi juſta fuerit ob illatum gravamen in judicio, vel extra judicium, ut notat Abbas *in c. accepta 35. n. 1. h. t.* Immo non debet Judex *ad quem* priusquam de cauſa, & juſtitia appellationis cognoſcat per ſe, vel per alium non ſuſpectum, cauſam appellationis examinandam remittere ad Judicem, *à quo* eſt appellatum, niſi pars, quæ appellavit conſenſerit, ut deſumitur *ex c. accepta. 35. h. t.*

Ratio cur appellatio ſit dirigenda ad judicem *ad quem*, non *à quo* eſt, quia Judex a quo dicitur ante gravâſſe ipſum appellantem, quia hic non permittitur appellare, niſi ob gravamen ibi illatum; proinde non debet eadem cauſa amplius committi eidem judici *à quo l. eos 6. C. h. t.* quia periculum eſſet, ne iterum gravaret, ut notat Gaillus *lib. 1. obſ.* [illegible] *n. 2.* ſi tamen appellans conſenſerit, pote[illegible] cauſa [illegible]pellationis, etiam renuente appellato, remitti ad eundem judicem *à quo*, ut notat Gloſſa *in c. accepta 35. h. t.* [illegible] *ſi partes*; ponitur numerus pluralis pro ſingulari, ſeu ipſo appellante; alioquin niſi ſumeretur pluralis numerus pro ſingulari ſequeretur ſenſus juri contrarius, ut notat Abbas *ibid. n.* [illegible]

Quòd ſi Judex *à quo* ſucceſſerit in locum Judicis *ad quem* defuncti, vel depoſiti, aut promoti; neque tunc poteſt ſuper cauſa appellationis cognoſcere appellante contradicente [illegible] ſed cauſa appellationis committenda eſt alteri perſonæ non ſuſpectæ, ut notat Gloſſa fere communiter recepta in *l. Eos. 6. V. provocatum juncta Gloſ mar* [illegible] *D. C. h. t.* Hoc idem dicitur de Advocato, ſi po[illegible]ea aſſumatur in Judicem, vel Aſſeſſorem: non enim poteſt in eadem cauſa judicare, in qua p[illegible] fuit advocatus *cap. poſtremo 36. h. t.* & etiam de Judice conſanguineo partis contrariæ, quia tunc adeſt juſta cauſa, [illegible] recuſari poſſit, argumento *l. ſive aſſinitate 32. ff. de procurat.* ubi dicitur: quod Procuratorem, ſi ſit affinis mei adverſarii recuſare [illegible]oſſum; & Abbas [illegible]ic do[illegible] [illegible]d omnis cauſa, quæ ſufficit ad recuſandum Procuratorem, vel arbitrum, ſufficiat etiam ad recuſandum Judicem.

Poteſt interdum judex ad quem remittere cauſam appellationis ad judicem a quo appellatum [illegible], dummodo concurrant aliquot conditiones; [illegible] Judex ad quem nondum cœperit cauſam cognoſcere; & niſi appellans re adhuc integra, cognitionem cauſæ alteri delegaverit; & ſuperat, ut cauſa remittatur ad judicem, à quo

provo-

provocavit, ac renunciet appellationi: poſitis hiſce conditionibus jure fit remiſſio, quamvia appellatus contradicat; ſed tunc appellans condemnari debet ad ſolvendas expenſas, ut ſtatuitur in *c. interpoſita 70. V. Iſte denique h. t.* quia eadem cauſa non debet committi eidem judici *à quo* fuit appellatum, niſi prius conſtet, fuiſſe malè appellatum: id enim fuit ſtatutum in ſavorem appellantis, qui propterea poteſt huic ſavori renunciare; neque poteſt appellatus contradicere, quia is non poteſt habere ſuſpectum ipſum Judicem *à quo* fuit appellatum; cum in eius ſavorem ſententiam tulerit: neque Judex præſumitur velle reprobare, quod ſemel approbavit: neque appellatus inde gravatur, cum appellans condemnetur ad ſolvendos ſumptus ut contumax; eò quia appellationem non fuerit proſequutus *c. reprehenſibilis 26. h. t. Gloſſa in §. Ille denique.*

10 Cæterum ut remiſſio cauſæ appellationis fiat ad Iudicem *à quo* antequam conſtet, malè appellatum eſſe; & abaque condemnatione appellantis ad expenſas; requiritur conſenſus utriusque partis appellantis, & appellatæ *c. Accepta 35. h. t.* Non tamen Judex à quo debet deferre appellationi frivolæ, qualis eſt, quæ interponitur ſine cauſa expreſſa; vel ſi cauſa exprimatur, cenſeatur irrationabilis, vel illegitima, aut manifeſtè falſa: quia appellatio non fuit à jure conceſſa in patrocinium iniquitatis, ſed ad tuendam innocentiam, & in eiusdem præſidium *c. ad noſtram 3. h. t.* ubi dicitur, quòd appellatio non debeat favere delinquenti. Quòd ſi Judex *ad quem* pronunciet bene fuiſſe judicatum, & male appellatum; & propterea remittat cauſam appellationis ad judicem à quo, ſi is recuſet admittere talem cauſam; non tamen tollitur appellanti poteſtas proſequendi appellationem *c. ſæpe 44. h. t.* ſed tunc pertinet ad Judicem *ad quem* cognoſcere, an appellatio legitima, vel frivola ſit; & ſi eam deprehenderit illegitimam, debet cauſam remittere ad iudicem *à quo*, & condemnare appellantem in expenſas. Super cauſa appellationis, non ſolùm poteſt cognoſcere Judex *ad quem* eſt appellatum, ſed etiam eius officialis *c. Romana 3. § cum autem h. t. in 6.*

11 In appellatione ab interlocutoria, cauſa non ſolùm debet exprimi. & allegari in ſcripto, ſeu libello oblato judici *à quo*; ſed etiam in libello appellationis porrecto judici ad quem; adeo ut non debeat hic procedere ad citationẽ partium, niſi prius in appellatione viderit cauſam expreſſam, ut tradit Gloſſa *V. expreſſa in d. c. Romana §. cum autem.* Hoc intereſt diſcriminis inter appellationem ab interlocutoria, & definitiva ſententia; quia ſi appellatum ſit ab interlocutoria Judex appellationis, unà cum citatione partis mittere Judici *à quo* inhibitionem non debet; quia debet ſibi prius conſtare de veritate gravaminis; an revere cauſa devoluta ſit, vel non. neque debet inhibere judici inferiori, ne ulterius procedat in cauſa; niſi priùs cauſa appellandi probata, & juſtificata fuerit in præſentia partium. Secus ſi à definitiva ſit appellatum, vel ab interlocutoria habente vim definitivæ, quia proceſſui Judicis finem imponit; tunc poteſt Judex appellationis ſtatim, cum poſt receptam appellationem citat partes, ſimul etiam inhibere Judici *à quo*, ne procedat ad executionem ſententiæ, ut notat Gailus *l. 1. obſerv. 144. n. 4.*

§. VIII.

De Effectu Appellationis, & attentatis poſt illam.

DUo ſolent effectus appellationis recenſeri, ſcilicet ſententiam definitivam devolvere, & eandem ſuſpendere. Dicitur appellatio ſententiã devolvere, quando avocat cauſam in manus ſuperioris judicis, ita ut cauſæ cognitio devolvatur ad judicem, ad quẽ appellatur. & ipſe de juſtitia appellationis cognoſcere debeat; & ſi appellationem iuſtam eſſe deprehenderit, debet ipſe cauſam principalem cognoſcere, eámque definire *c. ut debitus 59. in fine h. t.* Quòd ſi Judex appellationis pronunciet appellationem tenere, non tamen extinguitur eius officium; ſed tunc incipit cognoſcere de cauſa principali, quæ ad ipſum per appellationem eſt devoluta: & interim appellatio habet ſolum effectum devolutivum, non ſuſpenſivum; adeo ut ſi appelletur à ſententia cenſuræ eccleſiaſticæ, per appellationem ſubſequentem non ſuſpendatur, ſi abſolutè inflicta ſit, quia tunc trahit ſecum executionem *c. paſtoralis 53. §. verùm h. t. c. ſi cui 20. de ſent. excommunic. in 6.* unde appellatio tunc tantùm operatur effectum devolutivum devolvendo cauſam ad ſuperiorem, ad quem eſt appellatum, ut notat Abbas *in rubr. h. t. numero 5.* Immo non ſolùm cauſa principalis, verùm etiam eius acceſſoria, ſeu quæ illam conſequuntur per appellationem legitimè interpoſitam deferuntur ad Judicem appellationis, ut deſumitur *ex c. dilectis 55. h. t.* ſiquidem per appellationem legitimè interpoſitam, unà cum cauſa principali etiam acceſſoria devolvitur ad Judicem appellationis, ut notat Gloſſa *in d. c. dilectis V. principale*, ubi captura Presbyteri ab Epiſcopo facta fuit negotium principale, & interdictum à Diacano promulgatum poſt appellationem ad Metropolitanum inte[illegible] tam, eiusque interdicti obſervatio, & ali[illegible] acceſſoria, & nihilominus non ſolum cognitio cauſæ principalis, ſed etiam aliorum acceſſoriorum devoluta fuit ad ſedem apoſtolicam, ad quam fuit appellatum; quia cùm acceſſorium ſequatur naturam principalis debet eſſe eiusdem juris *argu. regul. 42. in 6.* Cæterum, qui poſt legitimam appellationem [illegible] eſt excommunicatus, ac denunciatus non debet à fidelibus vitari, quia appellatio ob[illegible] ſiquidem hac pendente non debet quidquam innovari. In dubio verò, an appellatio ſit legitima, necne? ſtandum eſt ſententiæ Prælati [illegible], eum eſſe excommunicatum, [illegible] vitan[illegible].

Secundus effectus appellationis à ſententia definitiva eſt ſuſpendere juriſdictionem Judicis *à quo*, cuius ſententia pendente appellatione non poteſt executioni mandari, ut deſumitur *ex c. [illegible] 19. in princ. [illegible] 59.* ubi expreſsè habetur, [illegible] Judex *à quo* appela-

pellatione interpoſita non debet procedere ad executionem ſententiæ. Non tamen juriſdictio Judicis *à quo* ſuſpenditur niſi in ea tantùm cauſa, in qua eſt appellatum, quia appellans non eximitur per appellationem à juriſdictione ſui judicis Ordinarii, niſi in illa duntaxat cauſa, in qua eſt appellatum, *c. cùm teneamur* 17. *h. t.* quapropter in aliis cauſis non ſuſpenditur, nec impeditur eius juriſdictio, quin cognoſcere de illis poſſit, quia ordinarius judex habet univerſalem juriſdictionem *cap.* 1. *de offic. ordinarij.*

3 Poteſt nihilominus appellans etiam in alia cauſa recuſare eundem Judicem, ut ſuſpectum, & deſumitur *ex c. propoſuit* 24. *h. t.* ſiquidem cum judex in priore cauſa appellantem gravaverit, adeſt periculum, ne in alia quoque cauſa eundem gravet: quod procedit de jure canonico concedente, ut etiam judex ordinarius, ſi ſuſpectus fuerit, recuſari poſſit, ne fortaſſis iterum gravet. De jure enim civili non licet recuſare judicem ordinarium, à quo priùs appellatum eſt, eò quia per appellationem non cenſeatur fieri injuria Judici: & ſi appellans timeat, ne in alia quoque cauſa gravetur, poteſt iterum appellare, quia ſicut in facto notorio non admittitur appellatio, ita neque recuſatio Judicis, quod tantùm procedit, quando delictum eſt notorium, & cui pœna ab ipſa lege eſt determinata: tunc poteſt Judex etiam in facto procedere, quia potiùs eſt executor legis, quàm Judex: quòd ſi pœna eſſet imponenda ad arbitrium Judicis; tunc etiam Judex ordinarius poſſet recuſari, ut ſuſpectus in aliis cauſis, in quibus non eſt appellatum, quamvis delictum notorium eſſet; ſiquidem eſſet ſuſpicio, ne gravaret appellantem, maiorem ei imponendo pœnam, quàm mereatur.

4 Cæterum ſi pœna non ſit arbitraria, ſed determinata à jure, tunc quia Judex ad illam non condemnat, niſi ut executor legis, cui conformatur, non debet appellans ſuſpicari, quòd ab ipſo poſſit gravari, quapropter, ſi à judice in una cauſa appellavit; & pendente appellatione in alia cauſa, ſuper qua non fuit appellatum, conveniatur coram eodem judice, debet ſtare eius judicio: quia cùm appellatio fiat ob gravamen illatum in tali ſpeciali cauſa, ideo ob eandem cauſam tantùm ſuſpenditur iuriſdictio Judicis *à quo*; non verò quoad alias cauſas diverſas, ac ſeparatas. Poteſt tamen Reus, ſi voluerit, recuſare talem judicem: quòd ſi illum non recuſaverit, tenetur ſtare eius judicio Hinc ſi Judex delegatus ſit ſuper pluribus cauſis, & in una appelletur ab ipſo, non obſtante tali appellatione adhuc poteſt in aliis cauſis procedere, ut notat Hoſtienſis *in c. ad hæc* 6. *h. t. V. eodem* Quòd ſi quis judicem ordinarium, vel delegatum recuſet, ut ſuſpectum, is tenetur probare, non tantùm ſe ab illo in illa cauſa appellaſſe, ſed etiam fuiſſe ab ipſo gravatum, & quidem injuſtè, ſive ex propoſito, & cum formali intentione, ſeu animo gravandi, & quia intentio non poteſt probari, niſi ex conjecturis; ex eo, quod probetur gravamen ſecundùm ſe fuiſſe injuſtum, præſumitur, ac cenſetur illatum malo animo; ſiquidem in malefactis præſumitur malus animus, ſeu mala intentio; ut deſumitur *ex c.* 1. *de præſumpt.* excipitur tamen, niſi præſumptio hæc per alias contrarias præſumptiones elidatur, *argument. l. ſi non* 5. *C. de. injuriis.*

Cæterum appellatio non ita ſemper ſuſpendit juriſdictionem Judicis *à quo*, quin ille adhuc appellatione pendente poſſit procedere in aliquibus caſibus abſque eo, quòd vitium incurrat attentati, poteſt judex à quo non obſtante pendentia appellationis ea omnia præſtare, quæ tendunt ad faciliorem exitum ipſius cauſæ: dummodo non ſe immiſceat ipſi appellationi, nec de illa cognoſcat, ut docet Maranta *de ordin. judic. p.* 6. *de appellat. numero* 185. hinc Judex *à quo* appellatũ eſt in judicio poſſeſſorio, adhuc pendente appellatione poteſt cognoſcere, ſi querela turbatæ poſſeſſionis ab appellante ad ipſum deferatur, idque deſumitur *ex c. cùm teneamur* 17. *h. t.* ubi habetur, quòd Judex *à quo* in iudicio poſſeſſorio appellatum eſt, pendente appellatione cognoſcere poſſit de querela infeſtatæ poſſeſſionis. Verùm tamen eſt, quòd pendente appellatione nil debeat immutari, adeo ut, qui antea erat in poſſeſſione, poſſit ea uti, ac percipere fructus beneficii pendente cauſa appellationis, ſicut antea, ut notat Gloſſa *in c. ſæpe* 44. *V. rata h. t.* ubi ait, quòd Prælatus ab Epiſcopo depoſitus per ſententiam, ſi ab ea appellaverit, poſſit interim juriſdictionem exercere, & ſubditum excommunicare, eò quia condemnatus, pendente appellatione, nondum cenſeatur condemnatus *l.* 2. §. *ult. ff. de pœnis*: quòd ſi ſuſpicio ſubſit, ne redditus, aut fructus Eccleſiæ interim dilapidentur, tunc poteſt imperari ſequeſtratio, ſi lis ſit de iiſdem fructibus, & redditibus, ne judicium illuſorium fiat *l. Imperatores* 21. *in fin. ff. de appellat.* Gaillus *l.* 1. *obſer.* 148. *n.* 2. 5

An verò poſſit tunc appellans agere apud Judicem, *à quo* Alexander III. *in d. c. cùm teneamur* 17. *h. t.* reſpondet affirmativè: ratio eſſe poteſt, quia pendente appellatione juriſdictio judicis tum ordinarii, tum delegati quoad talem cauſam non eſt omnino extincta, ſed tantùm ſuſpenſa, adeo ut Judex *à quo* poſſit præfigere terminum appellanti *c. conſuluit* 14. *h. t.* hinc ordinarius in cauſa matrimonii ſub pœna cenſuræ prohibet appellanti, ne alteri nubat *c.* 2. *de matrim. contracto*: ſiquidem pendente appellatione non debet quidquam mutari *l.* 1. *ff. nihil novari* & hoc idem providere pertinet ad Judicem *à quo*, ut appellationis via liberior fiat, ſi in eodem ſtatu res omnes maneant, donec cauſa appellationis deciſa ſit. Hæc tamen prohibitio juris, ne pendente appellatione quidquam innovetur, intelligitur de iis tantùm, quæ tendunt in præjudicium appellationis, quam propterea impediunt, non verò de iis, quæ cauſam juvant appellationis, ſed ad faciliorem eiuſdem exitum tendunt: quo pacto Inhibitio facta à Judice *ad quem*, ne Judex *à quo* pendente appellatione aliquid innovet, ſeu attentet, intelligitur de iis, quæ fiunt contra appellationem, non verò de iis, quæ appellationem juvant, 6

qnia hæc mutari poſſnnt, non obſtante inhibicione facta. Non tamen pendente appellatione debet appellans turbari in ſue poſſeſſione, in qua antea erat, quia poteſt uti ſua poſſeſſione, & perinde ac antea fructus. percipere, quia per hoc, quòd utatur tali poſſeſſione eodem modo ſicut antea, non dicitur aliquid innovari.

7 Si excommunicetus, vel alia cenſura irretitus ob contumaciam, aut aliam cauſam appellavit ad Papam, adhuc poteſt à Judice *à quo* petere abſolutionem ſalvâ appellationis cauſâ, & Judex, qui excommunicavit, poteſt ei abſolutionem impertire receptâ priùs ſufficiente cautione, tametſi adverſarius contradicat, & appellet, ne abſolvatur, idque deſumitur *ex c. qua fronte* 25. *h. t.* Ratio eſt, quia per hanc abſolutionem non impeditur curſus appellationis, ut docent Canoniſtæ *in c. quæſtion.* 21. ubi Alexander *numero* 16. *h. t.* tum quia neceſſitas excommunicati id exigit, ut conſulatur animæ ipſius excommunicati, ne priusqoam cauſam appellationis proſequatnr, in excommunicatione extra communionem fidelium decedat, & in hoc etiam ipſi prodeſt, ne interim vitetur, quod ſine dubio tendit in faciliorem exitum appellacionis, & quod dicitur de excommunicatione, procedic etiam de interdicto perſonali; ſiquidem hac cenſura ligatus debet abſolvi non obſtante appellatione, ne ſi in illa cenſura decedat, privetur eccleſiaſticâ ſepulturâ, *c. quod te* 11. *de pœnit. & remiſſ.* Non ita procedit de censura ſuſpenſionis, à qua ſi quis eâ irretitus appellet, ut gravatus debet abſolntionem petere à Judice *ad quem*, non verò *à quo*: ratio diſcriminis eſt, quia ſuſpenſio non privat ſuffragiis, nec perceptione Sacramentorum, neque eccleſiaſticâ ſepulturâ. ſicut aliæ cenſuræ excommunicationis, & interdicti: tametſi quis in ſuſpenſione decedat, non tamen patitur ſpirituale incommodum, proinde eius abſolutio non eſt ita ad ſalutem animæ neceſſaria, ſicut abſolutio ab aliis cenſuris.

8 Appellatio poſt latam ſententiam cenſuræ ſub conditione, niſi quis intra dies 30. vel 20. reſtituat, aut ſatisfaciat, ſi facta ſit ante eventum conditionis, ſuſpendit ſententiam cenſuræ, adeo ut non contrahatur, tametſi conditio non ſervetur, quia non poteſt quis cenſuram incurrere, niſi obligetur præcepto, & ſententiâ: & poſt appellationem interpoſitam appellans, non obligatur ſententia, & præcepto Judicis, quia eius effectus, & vis eſt ſuſpenſa, proinde tametſi agat contra ſententiam, & præceptum non ſatisfaciendo, adhuc non incurrit cenſuram. Imò neque cenſetur peccare, ſi ut communiter fieri ſolet, non à ſola ſententia cenſuræ ſub conditione latæ appellet, verùm etiam ab ipſo præcepto ſecundùm ſe.

9 Videtur tamen obſtere, quia diſpoſitio conditionalis accedente conditione purificatur, & per juriſfictionem habetur, ac ſi initio facta fuiſſet purè abſolutè *l. potior* 11. *ff. de pignor.* ubi dicitur, quòd ſi ſub conditione ſtipulatione factâ, hypotheca data ſit, qua pendente alius purè credidit pecuniam, & accepit eandem hypothecam, tunc is, qui priùs ſub conditione ſtipulatus eſt, potior ſit, quia ut ait lex, quando ſemel conditio exſtitit, perinde habetur, ac ſi illo tempore, quo ſtipulatio interpoſita eſt ſine conditione facta eſſet, hinc iuris periti dicunt, quòd diſpoſitio iuriſfictione retrotrahatur ad tempus, quo facta eſt. ergo quando conditio impleta eſt, ſeu reſtitutio diebus 20. intermiſſis, debet cenſeri excommunicatio purè lata, proinde appellatio, quæ ſententiam ſecuta fuit, nullius poteſt eſſe roboris.

Sed contra, quia conditio impleta retrotrahitur, ſi diſponens id velit, & poſſit velle, vel debeat velle. Hinc ſi quis uni puellæ noptias promittat ſub conditione, ſi pater ſuus conſenſum dederit; & poſtea pendente conditione alteri puellæ promittat, ſi inde impleatur conditio, eò quia parens ſponſi conſenſum dederit, in hoc caſu valent priora ſponſalia, non poſteriora: idque perinde, ac ſi ab initio fuiſſent ſponſalia abſolutè facta: ratio eſt, quia ſpondentis hæc potuit eſſe voluntas, & ſi non fuit, debuit eſſe, quia ſponſus tenebatur expectare eventum conditionis, adeo ut non potuerit alteri puellæ alio modo ſe obligare: ſed in caſu noſtro Judex, qui infert cenſuram ſub conditione niſi intra 20. dies parti læſæ ſatisfiat, non vult, nec poteſt velle, ut ſententia excommunicationis retrotrahatur accedente conditione ad tempus, quo lata eſt: ſiquidem de ſubſtantia cuiusvis cenſuræ eſt, ut transgreſſio, & contumacia illam præcedat, eſt enim cenſura pœna, quæ non infligitur niſi ob præviam transgreſſionem: ſin autem conditio poſita ſit, niſi reſtitutio fiat intra 30. dies, transgreſſio, & contumacia non poteſt concipi ante finitum terminum, proinde neque cenſura. 10

Cæterum à ſententia cenſuræ ſub conditione latæ poteſt appellari etiam poſt decem dies dummodo conditio nondum ſit impleta, ita ut per talem appellationem adhuc ſuſpendatur, ut notat Gloſſa *in c. præterea* 40. *V. impedire h. t.* quia abſolutè toto medio tempore inter latam ſententiam, & eventum conditionis poteſt appellari citra periculum incurrendi cenſuram: ſiquidem præcipiens aliquid ſub cenſura incurrenda, niſi hoc, vel illud fiat pendente conditione gravat, & ideo ſemper à tali gravamine poteſt appellari etiam poſt tempus à jure præfixum ad appellandum, donec conditio impleatur: quia tunc cenſura ſtatim ſuum effectum conſequitur, & tranſit in abſolutam, quæ ſecum trahit executionem, ut deſumitur *ex c. paſtoralis* 53. *§. verùm h. t.* Secus in aliis ſententiis conditionalibus non poteſt appellari, niſi intra tempus à jure præfixum nimirum intra decem dies, quia ſententia lata ſemel impleta conditione retrotrahitur ad tempus, quo lata eſt, perinde ac ſi ab initio fuiſſet abſolutè lata. 11

Alius effectus appellationis eſt, quòd illâ pendente nihil ſit innovandum, nec attentandum, & ſi quid innovatum fuerit, revocetur *l. unic. §. nihil innovari appellatione interpoſita.* Eſt enim regula iuris, ut pendente decendio ad appellandum, vel etiam pendente appellatione, ſive recepta ſit, ſive non, nil poſſit innovari, ſeu attentari in cauſa, ſed om-

Digitized by Google

nia eſſe rellnquanda in eodem ſtatu, in quo erant tempore inducendæ, vel inductæ appellationis, quamdiu de ea cognoſcitur, quia ſemper adeſſet periculum fraudis, tum quia ſuſpenſio debet ſuum effectum operari, quo fruſtraretur, ſi aliquid innovaretur, tum quia pendente appellatione non poteſt aliquid innovari per Judicem à quo eſt appellatum, quia appellatio eximit appellantem ab ejus juriadictione quoad illam cauſam, qnam propteraa ſuſpendit. Hinc ſi pendente appellatione appellana, aut appellatus, aliqnid innovet, vel attantet, ſtatim per jodicem appellationis debet caſſari: & ſi Judex à quo fit appellatio, aliquid innovet, ipſo jure eſt nullum, quia habetur tanquam Jndex incompetens, ue notat Covartuvias *lib. 1. pract. quaſt. c. 23. num. 1.*

13 Idqne procedit etiam in appellatione extrajudiciali, hoe tamen diſcrimine, quia in appellatione jodiciali omnia revocantur, tametſi non ſint directa contra appellationem: ſeeus in extrajudiciali, ea tantùm revocantur, quæ ſunt directè contra appellationem *l. ſerendum §. de appellat. recipiend.* Revocatio tamen attentatorum poteſt fieri in qnavis judicii parte, donec concludatur cauſa: & petitur vel implorato Judicis officio, vel acceſſoriè proſequendo appellationem. Interim nulli magis innovatio nocet, quàm ipſi appellanti, quia ſi adverſarium ſuum poſſeſſione, de qua litigatur, ſpoliet, eò ipſo ut ſibi contrarius cenſetur non deferre appallationi à ſe factæ, & ſe indignum conſtituit beneficio Judicis, eò quia ejus poteſtatem ſibi arrogaverit *c. bona memoria de elect. l. auxilium §. fin. ff. de minor.* Francus *in c. ſuggeſtum h. t.* Weſenbec. *l. 49. ff. tit. 1. n. 10.*

14 Non tamen cenſetur attentare, qui jure ſuo utitur continuando poſſeſſionem ſuæ rei, vel percipiendo fructus ex eadem. Nec qui non propoſita proponit, vel non probata probat. Nec qui tertium convenit abſque incommodo alterius partis; nec qui ax cauſa primùm emergente debitorem ſuom capit. Nec qui poſt latam excommunicationem, & ſuper ea appellationem adhuc denunciat excommunicatum, ut ab aliis vitetur. Nec cenſetur attentare Judex, qui ex eo, quòd novarit appellationem eſſe frivolam, & inanem, procedit ad executionem. Generaaim poteſt Judex pendente lite ea omnia procurare, qoæ deſerviunt ad faciliorem cauſæ determinationem, dummodo non ſe immiſceat appellationi, ut notat Speculator *in tit. de appellat. §. noviſſimè*, & Maranta aſſerit, quòd licèt in caſu, quo appellatio jure prohibeatur, adhuc attentata non ravocentur, ravocari tamen poſſunt per viam querelæ à ſuperiore, ut notat Barb. *inc. 72. ſi juſtus h. t.* & docet Herculanus *de attentatis c. 29.* & plura exhibet Tuſchus *littera A. conclus. 376.*

15 Cæterum quòd per appellationem dicatur ſuſpendi executio ſententiæ latæ, fallit in multis caſibus; primò in viſitatiune, & correctione Epiſcopi, ubi nulla exemptio, inhibitio, appellatio, aut querela atiam ad ſedem Apoſtolicam interpoſita ullo modo impedit, aut ſuſpendit executionem eorum, quæ mandata, decreta, aut judicata fuerunt, Concil. Trident. *ſeſſ. 24. c. 10.* Secundò in corractione non exceſſiva Regularium: quia attentata appellatio Religioſi contrà ſui Prælati correctionem nullum operatur effectum regulæ conſormem *c. irrefragabili de offic. Judic. ordinar. c. ad noſtram, de appellat.* Tertiò fallit in ſententia dotis ab uxore, vel marito petitæ, ſiquidem ab illa non admittitur appellatio quoad effectum ſuſpenſivum, ſed tantùm quoad devolutivum, ut notat Menoch. *in c. 4. adipiſc. poſſeſſ. num. 829.* Quartò in cauſa mercedis, ratione cujus condemnatur quis ad ſolvendum ſalarium operariis conductis, vel famulis, Gratianus *deciſ. 53.* Quintò in cauſis piis, ſubſidii charitativi, ut etiam in cauſis penſionis aſſignatæ loco alimentorum, tunc enim nulla procuratio poteſt effectum habere ſuſpenſivum. Surdus *de privileg. cauſa pia privilegio 6. n. 7.* Sextò in cauſis, quæ accelerationem exigunt, ut notat idem Surdua *loc. cit num. 10.* Septimò in cauſis præcedentiæ Gratianos *deciſ. 232.* Octavò in decreto Epiſcopi viſitantis confraternitatem laicorum, & compellentis Adminiſtratores ad computum, ut notat idem Gratianus *loc. cit.* Nonò in ſequeſtratione facta circa bona majoratûs Navarr. *ad leg. 3. ff. ſi quis, & à quo appelletur. num.* 80. Decimò etiam fallit in ſententia quæ fertur ſuper decimarum præſtatione cùm certa, ac determinata pars ſolvenda eſt; ob quam cauſam ſolet committi negotium appellationis cum clauſula ſine retardatione ſolutionis decimatum, quæ interim lite pendente ſolvi debent. Undecimò in ſententia de ſolutione penſionis authoritate apoſtolica reſervatæ: ſiquidem appellatio non ſuſpendit judicatum, proinde apponi etiam ſolet clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, ut notat Gomez. *in comp. utri. ſignat. num. 89.* Duodecimò appellatio à ſententia non conditionata excommunicationis, & ab alia habente paratam executionem non ſuſpendit effectum *c. 10. cùi de ſentent. excommun. in 6.* Maranta *in act. 2. n. 162. & ſequent.*

Ut autem attentata in judiciali appellatione revocentur, neceſſe eſt, quòd appellatio fuerit intimata judici, & parti; alioquin Jndex, & pars ignorantes appellationem poſſent de jure procedere in cauſa; neque attentata tunc per ipſos revocantur; non ita in ſententia extrajudiciali, ſiquidem in illa revocantur attentata, tametſi non fuerit intimata appellatio. Revocatio attentatorum peti poteſt in quacunque parte judicii uſque ad concluſionem in cauſa non ultra, ut notat Gaillus *lib. 1. obſer. 46.* quod tamen procedit de attentatis ante concluſionem, non ita de attentatis poſt cauſam concluſam. Petuntur autem dupliciter revocari. Primò implorato principaliter officio Judicis pro attentatoria revocatione. Secundò acceſſoriè proſequendo appellationem, in quo caſu quamvis ſuper libello attantatorum fuerit lis conteſtata, ſi tamen poſſint attentata a cauſa principali ſeparari, revocari poterunt ante ſententiam definitivam: aliuquin ſi attentata talia fuerint, ut reſcindi non poſſint, niſi per ſeotentiam definitivam. erit hæc expectanda, ut docet Gaillus *lib. 1. obſer. 46. num. 8.* Cæterum quia attentata fiunt, vel à parte, vel à 16

Judice

Judice, & in utroque caſu ſint ſemper revocanda, ut ſusè oſtendit Monachus *in c. cupientes n. 116. de elect. in 6.* multum intereſt, an appellans, vel appellatus attentet: ſiquidem ſi appellans attentet aliquid contra propriam appellationem ut ſi pendente appellatione adverſarium ſua poſſeſſione, de qua controvertitur, ſpoliat, eò ipſo tanquam ſibi contrarius, cenſetur, non deferre propriæ appellationi, & jus ſibi dicendo contemnere judicem, proinde ſe conſtituit indignum beneficio appellationis, quia fruſtra implorat legis auxilium, qui contra legis nititur voluntatem: hinc ſententia ſtatim tranſit in rem judicatam, & Judex *à quo* poteſt eam executioni damandare, ac ſi nunquam fuiſſet appellatum, ut deſumitur *ex c. cùm ſit. 5. h. t.* Quòd ſi attentata non opponantur appellationi, tunc revocari debent, ut oſtendit Gaillus *lib. 1. obſerv. 146. n. 19.*

17 Plura remedio attentatorum competunt privilegia; ſiquidem remedium revocandi attentata pendente appellatione longè uberius eſt, quàm interdictum *unde vi*, ſeu recuperandæ poſſeſſionis. Siquidem primò in interdicto *unde vi* debet probari poſſeſſio, & ſpoliatio: ſed quando agitur per viam attentati, non eſt neceſſe, ut probatur ſpoliatio; ſed ſufficit, ſi appellans ſpoliatus poſt interpoſitam appellationem probet, quòd tempore appellationis interpoſitæ fuerit in poſſeſſione; & quòd adverſarius nunc poſſideat: ſi hæc probaverit contra quemcunque poſſeſſorem ſive bonæ, ſive malæ fidei, reducendus eſt in priſtinum ſtatum revocatis omnibus attentatis poſt appellationem *c. Bona h. t. Abb. ibid. n. 19.*

18 Secundò agenti interdicto *unde vi* notorius defectus proprietatis poteſt objici *c. ad decimas de reſtit. ſpoliat. in 6.* Poteſt etiam opponi exceptio alterius ſpolii *c. 2. §. ſed quoniam ſup. de ord. cognit.* ſecus attentatum partis adverſæ non remoratur innovati revocationem: licèt de eo quoque revocando æquè expeditè agi poſſit, utraque parte ex æquo petente judicis officio. Panorm. *in c. Bona memoria 51. h. t.* Rurſus in interdicto ex cauſa ſpolii requiritur allegatio, & probatio, ſeu juſtificatio alicujus tituli, ſaltem colorati *element. 1. de causa poſſes. & propriet.* non ita in remedio attentatorum; in quo nulla requiritur prioris ſtatus juſtitia; ſed ſufficit ſola veritas.

19 Tertiò cum interdictus ſe habeat per modum actionis *§. ult. Inſtitut. de interdictis* debet in illo ſervari ordo judicialis; adeout ſine libello, litis conteſtatione, aliiſque, quæ in judiciis ordinariis requiruntur, minimè ad reſtitutionem perveniatur *c. 2. ſup. Ut lite non conteſtata* ſecus in revocatione attentatorum, ſi hæc notoria ſint, non requiritur ordo judicialis; neque litis conteſtatio; ſed implorato Judicis officio mercenario proceditur de plano, cum ſola citatione, & cauſæ cognitione, omiſſis aliis ſolemnitatibus *d. c. ult. ſup. de ordin. cognit. c. 1. Ut lite pendente num. 6.* Gaillus *lib. 1. obſerv. 146.* Generatim quoties aliquid Judicis officio mercenario explicatur, non eſt opus libello, ſed proceditur de plano. Poteſt etiam Judex parte non petente, proinde non jure actionis talia attentata revocare: quia per hujusmodi attentata plus læditur Judex, quàm pars, & lex ipſa prohibens lite pendente aliquid innovari *c.* contemnitur.

Quartò quia agenti interdicto poteſt objici 20
exceptio excommunicationis, quia agens interdicto in judicio fungitur munere actoris *c. intelleximus ſup. de judiciis. c. cum inter. c. ult. ſup. de except.* Non ita petenti revocationem attentatorum, ut docet Decius *conſ. 200. col. fin. V. ſecundò:* quia hæc petitio revocationis attentatorum in appellatione judiciali magis ſapit naturam defenſionis, quæ excommunicato permittitur *c. Intelleximus, & d. c. ult. de except.* quàm actionis, quæ denegatur excommunicato. Dicitur id procedere ſaltem in appellatione judiciali; quia appellatio extrajudicialis, & præſertim quæ à parte interponitur, non tam eſt appellatio, quàm provocatio ad cauſam *c. cum ſit 5. Vers. ſi verò hoc tit.* Imò appellatio extrajudicialis propriè non eſt appellatio: quia appellatio ſtrictè ſumpta ſupponit judicium cœptum eſſe, cum ſit provocatio à judice inferiore ad ſuperiorem: at appellatio extrajudicialis facit, inchoari cauſam, ſeu litem, quando à gravamine provocatur ad ſuperiorem tanquam judicem. Unde nomine appellationis in materia odioſa non comprehenditur provocatio extrajudicialis. Differt extrajudicialis appellatio à judiciali, quia in hac appellans poſt deſertam appellationem non ampliùs auditur ſuper ſententia, ſeu interlocutoria, ſeu definitiva, contra quam appellavit, adeout etiam non citato ipſo poſſit executioni mandari; ſiquidem fruſtra aliquis citatur ſi non debeat audiri. Secus appellatio extrajudicialis facit inchoari litem, & cauſam. Probabilius tamen eſt, quod in appellatione extrajudiciali petenti revocationem attentatorum obſtet exceptio excommunicationis, eò quia hæc objiciatur potiùs agenti, quàm ſe defendenti, quia extrajudicialiter appellans munus fungitur actoris: ſecus contingit in ea, quæ à judice interponitur, præſertim in executione miſſa: quia cum ſit quædam ſpecies defenſionis, non debet exceptio excommunicationis morari attentatorum revocationem.

Quintò quia interdictum *unde vi* non datur 21
contra quemcunque, ſed tantùm contra eum, qui vi dejecit, vel dejici mandavit, aut dejectionem ſuo nomine factam, ratam habuit *l. 1. ff. De vi, & vi armata. c. cum ad ſedem c. ſæpe ſup. de reſtitut. ſpoliat.* proinde neque datur contra eum, ad quem res citra vitium ſpolii pervenit, ut contra emptorem rei ab alio per vim occupatæ, idque jure civili indiſtinctè: non ita jure canonico, ſi modò res ad eum bona fide pervenerit; & non aliter *d. c. ſæpe ſup. de reſtitut. ſpoliat.* ſecus remedium attentatorum datur contra quemcunque poſſeſſorem ſive bona, ſive mala fide; ſive ſcienter, ſive ignoranter, ſive per partem, ſive per judicem res ad eum pervenerit *c. ex parte ſup. de teſtibus.* Non quia attentatum ut notat Vallanſis *hic §. 16. num. 5.* ſit gravius, quàm ſpolium; ſiquidem cum ſpoliator ſit prædo committens vim publicam, vel privatam *l. 1. §. ne quid*

Digitized by Google

quid autem, l. ſi de fundo ff. de vi, & vi armata, & etiam facti in ſe contineat atrocitatem *d. l. ſ. §. interdictum*: neque ſola verba ſufficiant *l. ſi quis uxori §. neque ff. de furtis*; & attentatum abſque ullo delicto fieri poſſit: ſed quia attentatum non ſolùm lædit adverſarium, verùm etiam ipſum judicem; ac reſiſtit prohibitioni legis. Sextò per remedium attentatorum poteſt agi contra tertium ſuccedentem in re attentata, licèt bona fide, & cum titulo; tametſi habuerit poſſeſſionem, & titulum ab alio; quàm à parte, vel judice.

22 Cognoſcere tamen num attentata poſt appellationem revocanda ſint, nec ne, non pertinet ad judicem *à quo*; ſed ad judicem *ad quem*, ſeu appellationis: ratio eſt, quia qui cognoſcit ſuper cauſa principali, debet etiam cognoſcere ſuper acceſſoriis, ac connexis cauſæ principali: idem enim juris eſt in acceſſorio, quod in principali *arg. c. 42. de regulis juris in 6.* & cauſa revocandi attentata eſt acceſſoria ad cauſam appellationis, quia illa ab hac dependet, an legitima fuerit appellatio, an frivola: unde cognoſcere an attentata poſt appellationem revocanda ſint, nec ne, pertinet ad eundem judicem, ad quem pertinet cognoſcere ſuper cauſa appellationis *c. ſolicitudinem 54. h. t.* Nota, qui de principali cognoſcit, debet etiam cognoſcere de acceſſorio, ſeu connexo. Limitatur tamen ſi notorium ſit poſt appellationem, aliquid indebitè contra juris ordinem attentatum eſſe; tum ipſe Judex qui malè attentavit, ut excommunicando innocentem deberet ſententiam revocare *argumento c. cum teneamur 17. & c. cum ceſſante 60. h. t.* Poteſt enim Judex *à quo* excommunicare ſubditum appellantem à ſe tanquam contumacem, ſi appellatio illi videatur eſſe illegitima, ac frivola; eò quia judici legitimè citanti, ac præcipienti parere noluit, quia per talem appellationem non defenditur appellans, quo minus poſſit Judex contra ipſum procedere, & validitas excommunicationis dependet ex futuro eventu, ſi juſtificabitur appellatio, ac legitima declarabitur à Judice *ad quem*. Si quis autem probabiliter putet, ſe eſſe injuſtè excommunicatum, poteſt adire judicem, ut declaret ſe eſſe à cenſura immunem; ac liberum; vel non eſſe criminoſum: Quia ſicut poteſt quis declarari excommunicatus, ut vitetur; ita poteſt denunciari non excommunicatus, non criminoſus, ut notat Alexander de Nevo *hic num. 4. & 5.* ubi addit, quòd in omni probabili dubio juris, vel facti peti poſſit ſententia declaratoria Judicis.

§. IX.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones.

1 QUæritur primò, quomodo per revocationem Judicis tollatur appellatio? Reſpondetur, quòd ſi Judex ordinarius, vel delegatus comminando, & interloquendo partem litigantem gravavit, & hæc propterea appellavit: ſi Judex à quo appellatum eſt à tali gravamine deſiſtat, idque revocet, tunc ceſſat appellatio, & poteſt Judex *a quo* fuerat appellatum procedere in cauſa; dummodo Judex ex alia cauſa legitima non fuerit ſuſpectus; nec proceſſus frivolis occaſionibus retardetur, ut ſtatuit Innocentius III. *in Concilio Lateranenſi cap. 48.* & refertur *in c. cum ceſſante 60. h. t.* Ratio eſt quia ceſſante cauſa finali, ac principali, ceſſet etiam ejus effectus: hinc ſi appellatio interponatur à gravamine, ut aboleatur, & Judex *à quo* appellatum eſt ceſſet à gravamine; ceſſare debet etiam appellatio. Procedit hæc regula ſi cauſa propter quam actus fit, unica ſit; & adæquata: alioquin ſi eſſent duæ cauſæ, & una ceſſante altera non ceſſaret; tunc diſtinguendum eſſet, an una tantùm ſufficiat ad producendum; ac ſuſtinendum effectum; & tunc ſubſiſtit actus; & non ceſſat appellatio *§. Affinitatis inſtitut. de nuptiis* ubi rubrica ait: ſi duæ ſint rationes ejuſdem diſpoſitionis; & una ceſſet; altera remanente; adhuc conſiſtit diſpoſitio: quòd ſi cauſa, quæ remanet non ſufficiat ad ſuſtinendum actum; tunc actus, ſeu effectus corruit.

Id autem ſolùm procedit de appellatione à gravamine, ſeu à ſententia interlocutoria: quia ſententiam definitivam Judex ordinariè revocare non poteſt; quia poſtquam tulit ſententiam definitivam ſive bene; ſive malè jam ſuo eſt officio functus *l. Judex ff. de ſent. & re judic.* Cæterùm non ſolùm appellari poteſt à ſententia Judicis interlocutoria, ſed etiam à comminatione gravaminis inferendi per juriſdictionem; ut ſi Judex comminetur capturam; aut torturam injuſtè, quamvis in effectu nondum gravamen intulerit; ſufficit enim ſi timeatur inferendum: Quandò verò Judex revocat ſententiam ſuam interlocutoriam, à qua eſt appellatum, non requiritur conſenſus partium; quia Judex poteſt illam revocare partibus etiam invitis; ut etiam ſuum corrigere errorem.

2 Quæritur ſecundò; an Reus; qui non eſt certus, ſed dubitat de juſtitia ſententiæ contra ſe latæ poſſit appellare? ſi quidem in dubio præſumendum eſt pro ſententia Judicis, ac ſuperioris. Tum quia ſententia in dubio tranſit in rem judicatam; quia cum in dubio non conſtet de contrario, præſumitur de bonitate, & æquitate Judicis *l. Ingenuum ff. de ſtatu homin.* Reſpondetur, dubitantem de juſtitia ſententiæ latæ poſſe appellare: quia utitur jure ſuo ulterius explorandi veritatem; ac plurium judicium de controverſia: quia fieri poteſt, ut novæ probationes exagitentur, & alius Judex ſit perſpicaciore intellectu; vel majore inſtructus ſcientia: hac ratione conſtat, plures ſententias in judicio appellationis fuiſſe rejectas; & correctas, quòd ſi Judex in ferenda ſententia ſecutus ſit opinionem probabilem doctorum; adhuc non deſunt qui putent; reum etiam in hoc caſu poſſe appellare, dummodo habeat opinionem probabilem contra Judicis opinionem probabiliorem: quia ſi generatim loquendo licet unicuique opinionem verè probabilem ſequi; non eſt cur id reo denegetur. Si enim reus poteſt ab initio ſe tueri, ſi habeat cauſam probabilem etiam contra probabiliorem; etiam id præſtare poterit poſt latam ſententiam in cauſa appellationis; eſt enim utrinque par ratio: licitum eſt illi, qui oppugnatur

gnatur omnia tentare media, dummodo non ſint manifeſtè illicita, ut ſe tueatur, ac ſua defendat; maximè ſi alterius arbitrio dubiæ litis relinquat deciſionem; defenſor enim propriæ ſalutis in nullo videtur peccare, dummodo adhibeat media, quæ non ſint manifeſtè illicita *l. ſicut allegat. c. ad l. Corn.* Tum quia Judex in dubio tenetur deferre appellationem, ut notat Bald. *in Pract. num.* 82.

4 Quæritur tertiò, an appellatio ſit juris naturæ, adeout prohiberi non poſſit judicis juſſu, nec conſuetudine abrogari. Reſpondetur dupliciter appellationem eſſe conſiderandam; primò quoad ſubſtantiam, & dicit propriam defenſionem, ſeu medium contra ignorantiam, ac iniquitatem judicis: ſecundò quoad accidentalia, ſeu quoad modum, & ſolemnitatem, quâ hodie fit appellatio: ſub priore conſideratione, ſeu quoad ſubſtantiam appellatio eſt juris naturalis, adeo ut defenſio contra crimen delatum à jure naturali dicatur provenire; & quia quæ ſunt juris naturalia prohiberi non poſſunt, ita neque appellatio quoad ſubſtantiam *l. ut fin. ff. de juſtit. & jur.* ſiquidem quod quisque ob tutelam corporis ſui fecerit, jure feciſſe cenſetur, ut notat Barb. *in c. ad noſtram, 3. de appellat.* Secus ſi conſideretur appellatio quoad accidentalia eſt juris humani, & poteſt immutari, ut colligitur *ex clement. paſtoralis de ſent. & re judic.* Hinc conſuetudine, vel ſtatuto poteſt appellatio tolli quoad ſolemnitatem extrinſecam, ſeu illas conditiones arbitrio legum inventas, & præſcriptas: non ita quoad ſubſtantiam, ſeu illud jus defenſionis quod cuique pro depulſione injuriæ, & conſervatione bonorum ſuorum naturæ impertitur *l. 1. ff. de appellat.* Tuſchus *concluſ.* 399.

5 Quæritur quartò, an Judex omiſſâ cauſâ appellationis ad petitionem appellati poſſit procedere in articulo principali, ac definitivè pronunciare. Reſpondetur affirmativè, & deſumitur *ex c. cordi 1. de appellat. in 6.* & ibi Panormit. *num.* 35. ſiquidem quòd priùs cognoſcatur cauſa appellationis, quam principalis pertinet ad favorem appellati, cui propterea ſi velit poteſt renunciare, unde ſi ſuo favori renunciaverit æquo animo id ferre debet appellans, cùm appellationem ſuam legitimam eſſe exiſtimet. & proinde totam cauſam ad Judicem appellationis devolutam eſſe, in cujus poteſtate eſt ex conſenſu appellati pronunciare de facta appellationis æquitate, vel cognoſcere de cauſa principali, ob quam appellatum eſt. Cenſetur hæc cautela perquam utilis pro appellatis contra eos, qui malitioſè à quacunque interlocutoria ſententia appellant, ad eum finem, ut litem protrahant: ſi enim appellatus renunciet favori ſuo, urgeatque cognitionem cauſæ principalis, eluditur appellatio ſuper interlocutoria. Hoc enim, cùm ſit rationi, & æquitati conſonum, Judex tenetur exequi ad inſtantiam appellati, qui inſtare debet, pro ſententia definitiva cauſæ principalis, quando notatur tergiverſatio appellantis.

6 Quæritur quintò, an permittatur appellatio in cauſis minimis, & quæ iſtæ cenſeantur. Reſpondetur, generatim cauſas minimas cenſeri, quæ duorum aureorum ſummam non excedunt, & quæ ſumptus judicii ferre non poſſunt *l. 1 ff. de dolo* juxta tamen conſuetudines locorum variè taxantur cauſæ minimæ, ſic Imperator[illegible] ex remotis Provinciis vetat Romam appellari, ſi ſumma non excedat libras decem, Menochius *caſ.* 72. & olim in Camera Imperii Spirenſi cauſa, quæ non excedebat 50. ducenos rejiciebatur, ut minima. De jure autem canonico in cauſis minimis etiam admittitur appellatio *c. de appell.* 11. *h. t.* ubi Alexander III. ait. Pro cauſis minimis volumus te tenere, quòd appellationibus pro quacunq; levi cauſa fiant, non minus eſt, quàm ſi pro majoribus fierent, deferendum. Ratio eſt, quia appellatio non fundatur in quantitate gravaminis, ſed in ipſa injuſtitia ſententiæ, & iniquitate Judicis: atqui in minimis poteſt hæc injuſtitia reperiri, ſiquidem modicum non differt à magno, quando non eſt fundatum in quantitate rei, ſed in ipſa gravitate, & injuſtitia.

Praxis tamen in pleriſque locis contraria 7
eſt: ſiquidem Romæ coram Vicario non appellatur niſi ſumma excedat quinque ducatos auricos de cameræ. Coram ſenatoribus, & ejus collateralibus non appellatur, ſi ſumma fuerit minor ſcutis decem. Neapoli neque admittitur appellatio, quando ſumma non excedit duas uncias argenti, & in camera imperii non recipitur appellatio niſi ſumma attigerit 50. florenos, quæ ſumma teſte Gaillo *lib. 1. obſer.* 123. *num.* 1. ad florenos centum, & quinquaginta, imò fuit etiam usque ad 300. florenos aucta. Jure enim municipali conſtitui poteſt, ut ob minimam quantitatem appellatio non concedatur, ne lites protrahantur, & multiplicentur: quia hoc majus malum videri poteſt, ob quod vitandum minus, ſeu exiguum damnum rei familiaris ſuſtinendum eſt. Hinc tutor, & etiam Prælatus Eccleſiæ non ſolùm excuſatur, ſed etiam nonnunquam laudatur, ſi ob rem exiguam appellare omittat, *argum. c. unic. de ſynd.* ut etiam laudatur ſi recuperare negligat rem, ob cujus recuperationem majores ſumptus requirèrentur, quam eſſet ejusdem rei recuperatæ valor, ut notat Abbas *in c. de appellat.* 11. *h. t. n.* 5.

Cæterum quamvis jure civili in cauſis minimis non admittitur appellatio, id tamen limitatur multipliciter. Primò quia non attenditur prædicta ſumma exigua in actione injuriarum, ſive actum ſit ad reclamationem, ſive ad ſatisfactionem, vel æſtimationem injuriæ, quia fama hominis eſt rerum omnium pretioſiſſima, & pluris fit, quàm divitiæ multæ, immo cenſetur inæſtimabilis *l. ſi duobus ff. de regul. jur. l. ex hac lege ff. ſi quadrupes pauperiem fuiſſe dicatur.* Secundo limitatur in controverſiis de annuis redditibus, & cenſibus, jure decimarum, ſervitutibus, jurisdictione, ſimilibusque juribus incorporalibus, quæ variam pro cujuscunque alii[illegible] æſtimationem recipiunt. Tertiò [illegible] in camera fortiatur forum in prima inſtantia, quia tunc per viam ſimplicis querelæ cauſa debet: idem recipi, & [illegible] ſumma ſit minima *l. fin. C. ubi in rem act.* cum [illegible] Gaillo *lib. 1. obſer.* 123. Mynſing. *cent.* [illegible]

8

Quæ-

9 Quæritur ſextò, an appelletio viva voce facta cum reſervatione appellandi poſtea in ſcripto, valida ſit. Reſpondetur, talemappellationem vive voce factam valere, ſi appellans viva voce dicat: ego appello,& hanc meam appellationem poſtea in ſcripto exhibebo,quia tunc ſenſua non eſt, quòd appellans velit tunc tantùm appellare, quando erit exhibiturus in ſcripto ſuam appellationem,ſed ſenſus eſt, quòd hic, & nunc de facto viva voce appellet: & poſt aliquot dies in ſcripto majoris firmitatia cauſâ ſit exhibiturua ſuam appellationem. Neqoe appellatio vive voce facta eſt in jure prohibita,cùm legibus conſtitutum ſit, ut appellare liceat viva voce: unde hujus eppellationis viva voce factæ aliquia effectus eſſe debet, ſeu illi proprius; & eſt, ut ſuſpendat executionem ſententiæ, & ab ea nun valeant attentata,& currat tempus appellationia proſequendæ *l. cùm Procurator* §. 1. *ff. de nov. oper. nunt.* Berlich. *p. 1. concluſ.* 305. *n.* 56. Hinc qui vive voce appellat cum reſervatione appellandi poſtca in ſcripto, quod poſt aliquot dies profert, incipit illi eppellatio currere à tempore appellationis factæ viva voce Bartol. *in l. cum Procurator* §. *ſi dominus ff. de nov. oper. nunciat.*

10 Quæritur ſeptimò,an appellatio indefinita, ſeu non applicata ad determinatam perſonam valida ſit. Gratianus *in deciſ.* 199. reſpondet, talem appellationem jure canonico non valere, adeò ut ſi quis dicet, appello ad Archiepiſcopum & quem libet Judicem competentem,non valeat appellatio, niſi infra datum terminom ad appellandum determinetur, & declaretur,coram quo velit quis proſequi appellationem: in jure tamen civili velere appellationem absque omni declaratione notat Felinus *in c. 2. de appellat.* eò quia tunc appellatio cenſeatur dirigi ed Judicem proximum. Unde prædicta regula ſolet limitari etiam in jure canonico, quando eppellatio non potuit fieri niſi ad unum ex pluribua nominatia: quia tunc etiam abaque alia declaratione intelligitur appellstio directa ad talem ſpecialem Judicem, ad quem tantùm potuit appellari,quapropter appellatin abaque alia declaratione cenſetur valida. Hinc in eo, qui non recognoſcit ullum ſuperiorem præter ſummum Pontificem,alternativa, & indeterminata appellatio valet; adeo ut ſi dicat: appello ad ſummum Pontificem, vel alium quemcunque Judicem competentem,intelligatur appellatio facta ad ſolum ſummum Pontificem, ut notat Weſenbec. *in lib. 49. ff. tit. 1. n. 9.*

11 Quæritur octavò,an appellatio facta à ſtudioſo, vel Acedemico immediatè ſuum ſortiatur valorem. Reſpondet Maranta *p. 6. §. appellatio. n.* 361. ex ſpeciali privilegio conceſſo Scholaribua, & Academicis eb Imperatore Friderico *authent. ne filius pro Patre* Scholarem academicum poſſe à quocunque Judice inferiore appellare ad Imperatorem omiſſo etiam Judice medio, ad quem regulariter eſſet immediatè appellandum, ut notat Baldus *in d. authent. V. deinde ſequitur*, ubi duas recenſet prærogativas Scholaribus Academicia conceſſaa contra jus commune. Prima eſt; ut poſſint ab omni gravamine appellare, quod jure civili regulariter prohibetur. Secunda, ut poſſint appellare ad Principem omiſſia mediis, ut etiam notat Julius Pacius *in comment. dict. authent. c. 6. n.* 18. Verùm quoad hoc ſtandum eſt localibua conſuetudinibus,& particolaribus ſtatutis,quæ varia ſunt, & quibus Academiæ utuntur: in pluribus enim tale privilegium non eſt in uſu,ne,quæ in præſidium iniqua paſſis conceduntur, inſolentiam nutriant *c. cum ſpeciali 61. h. t.*

Quæritur nonò,an qui ob delictum plenè 12
probatum damnatus eſt ad pœnam pecuniariam lege ſtatutam, ſi poſtea protervè appellet,ſéque falſia teſtibus tueatur, teneatur ad pœnam illam ſubeundam, & pecuniam ſolvendam non obſtante appellatione. Sunt, qui cenſent, non teneri ad ſolvendam pecuniam, & nituntur hac ratione, eò quia talia appellatio juxta formam juria concepta ſuſpendit ſententiam definitivam; proinde etiam ipſam ſolutionem pecuniæ: quamdiu enim agitur per Judicem appellationis, non confirmatur ſententia, nec tenetur damnatus ad ſolutionem pecuniæ, illam ſolvere, donec per Judicem appellationis confirmata ſit prima ſententia condemnatoria. Verùm putârim id tantùm verum eſſe, quando damnatus ad pœnam pecuniariam dubitat de valore ſententiæ contra ſe latæ, non ita quando eſt certua, quòd talia ſententia fuerit contra ſe juſtè lata, & ipſe ei reſiſtit, & ed hunc finem protervè appellat, ſéque falſia teſtibus tuetur,ut impedlat executionem ſententiæ: ſiquidem tunc agit contra rationem conſcientiæ: unde non poteſt condemnatua per primam ſententiam definitivam proſequi appellationem ſuam, nec adhibere media, quibua ſuam obtineat intentionem, cùm hæc ſit iniqua: immo appellana tenetur ad expenſaa ſolvendaa adverſario, eò quia injuſtè eum oppugnaverit, damnúmque illi intulerit.

Quæritur decimò, quænam ſit pœna temerè 13
appellantium. Reſpondetur, temerè appellantem in jure canonico anethemate percuti à Judice à quo temerè appellatur, eò quia tunc habetur ut contumax, ut notat Panormitanus *in c. ſollicitudinem de appellat.* Verùm de æquitate canonica non damnari niſi ad expenſas notat Franc. *in c. inter cætera.* Quòd ſi cauſa appellationis ſit manifeſtè frivola, appellatio rejicitur à Judice *à quo*, qui propterea poteſt in cauſa procedere,ut notat Barb. *in c. cum appellationibus 5. h. t. in 6.* In jure autem civili temerè eppellans punitur pœnâ ordinariâ 50. librarum argenti *l. ab excommunicatione C. quor. appellat. non recip.* interdum etiam punitur pœna extraordinaria *l. eos §. non temerè C. de appellat.* immo nonnunquam etiam amiſſione cauſæ, & notâ infamiæ *l. Proconſulem eod. cap. inter cætera.* Berlich. *concluſ.* 305. *n.* 193.

Pœna appellantium à ſententia Papæ, præ- 14
ſertim ſi à mandatia Papæ appelletur ad futurum concilium, eſt ipſa excommunicatio: & ſi ſint univerſitates, & capitula etiam ſubjacent interdicto. Si unus ex canonicis ſit Epiſcopus, & cum capitulo ad appellandum cooperetur, non cenſetur interdictus, ut notat Bonacina *tom* 3.

pag. 17. Ut autem incurratur excommunicatio debet appellatio fieri ad futurum concilium, quia ſi concilium de facto eſſet apertom, & Pontifex in illo præſideret, tonc cenſent aliqui, quòd appellatio à ſenteutia Papæ ad Concilium valerat, ut docet Romanus *concil.* 421. Tum quia idem diſponitur de ſententia Archiepiſcopi, à qua poteſt appellari ad Concilium Provinciale, præſertim in tribus caſibus, ut ſi eſſet contra fidem: ſi ſupar eo, quòd Eccleſia univerſalis decoloraretur ut in ſchismate: ſi contineret peccatum mortale, ex qoo ſcandalum in Eccleſia oriri poſſat, ut notat Abbas apud Cardinalem Tuſchum *concluſ.* 406. ubi videtur ſupponere, quòd in hujusmodi caſibus ſit appellatio admittenda, eò quia Pontifex præſumatur conſentire.

15 Cæterum approbantea appellationem à Papa ad ſuturum Concilium, cenſeutur à nonnullia non incurrere excommunicationem Bullæ cœnæ, ſed ligari alia excommunicatioue reſervata Papæ in bullia Julii 11. & Pij 11. A ſententia Papæ ad futurum Concilium non poſſe appellari, & appellantes incurrere ipſo facto excommunieationem eſt ſententia vera, & communis, quia appellatio ax natura ſua exigit fiari ab inferiore ad ſuperioram Judicem, & tantùm abeſt, quòd Concilium ſit ſupra Papam, ut potiùs ipſi ſubjiciatur, & nullam habeat Concilium authoritatem, niſi congregetur, approbetur, & confirmetur à ſummo Pontifice.

16 Quæritur undecimò, an ſi appellatio deſerta ſit, Judex procedere poſſit, & cognoſcere ſuper cauſa principali. Reſpondetur, quòd in cauſis alectionũ & aliis beneficialibos, in quibus ſuperior, ſeu Judex poteſt procedere nun ſolum ad inſtantiam, partis ſed atiam ax proprio officio, tametſi appellatio deſerta ſit, eò quia is, qui appellavit ex incuria, & negligentia non fuerit proſecutus appellationem intra terminum præfixum, poteſt Judex appellationis adhuc proprio motu ex ſuo officio procedere ob bonum publieum, & de meritis cauſæ cognoſcere, ut de impedimento electi: quia negligentia partis, & deſertio appellationis non præjudicat officio Judicis: etenim cùm dentur duo modi procedendi unus per viam actionis in judicio; & alter ex officio Judicis, ideo ſublato primo adhuc manet ſecundus, quo poteſt Judex procedere, ut deſumitur *ex c. conſtitutus* 45. *h. t.* adeo ut licèt appellatio ſit deſerta, & ſententia tranſierit in rem judicatam, adhuc poſſit ſuperior merita cauſæ cognoſcare ex proprio motu, & rationa ſui officii, ut notat Gloſſa *in c. cum nobis* 19. *V. ex offic. de elect.* Et quamvis nihil objiciatur electo, nihilominus, qui confirmat electionem, debet inqoirere de mudo electionis, an ſit canonicè facta, & perſona ſit idonea, ut notat Franc. *in d. c. conſtitutus* 45. *h. t.* Tum quia negligentia partis non præjudicat officio Judicis. Tum quia cauſa beneficialis non tranſit in rem judicatam. Quòd ſi cauſa ſecluſa appellatione non pertineret ad officium Judicis ut ſi concerneret tantùm privatum commodum, tunc Judex non deberet ſe immiſcere, ſi appellans deſerat appellationem, ut notat Abbas *in d. c. conſtitutus num.* 3. Id tamen non procedit in legato de latere, quia cùm ſpecialiter rapræſentet perſonam ſummi Pontificis, ſitque de collegio Cardinalium, ideo poteſt ſe immiſcere cauſæ, in qua ad Papam eſt appellatum, & ſuper illa cognoſcere, id enim eſt ſpeciale in legato à latere, qui poteſt cauſam, in qua appellatum eſt terminare, non ut appellationis curſum impediat, ſed ut cauſam inſtructam ad ſadem apoſtolicam transmittat, ut notat Abbas *hic n.* 10. Immo Hoſtienſis addit quòd legatus in aliquo caſo ob periculum ſcandali poſſit etiam cauſam definire.

Quæritur duodecimò, an proſecutio appellationis deſertæ impediat, ne ſententia tranſeat in rem judicatam. Reſpondetur, quòd ſi appellans, qui ſuam appellationem deſeruit, eam poſtea proſequatur, nihilominus ſententia à qua fuit appellatum tranſit in rem judicatam, perinde ac ſi ab ea non fuiſſet appellatum, ut habetur *in clement. ſi appellationem* 6. *h. t.* quia per lapſum temporis conſtituti ad proſecutionem appellationis ratificatur prior ſententia lata, perinde ac ſi non fuiſſet appellatum, & quia non interpoſita appellatione tranſiiſſet in rem judicatam, ita etiam poſt deſertam appellationem. Hinc tametſi poſt deſertam appellationem Judex *ad quem* infirmaret ſententiam, à qua fuit appellatum; nihilominus hæc ſecunda ſententia in cauſa appellationis lata contra priorem nullum ſortiretur valorem: ſicut non valeret, ſi à priora ſententia appellatum non fuiſſet: quia poſt deſertam appellationem Judex ad quem deſinit eſſe Judex in illa cauſa; & ſententia lata à non Judice nullius eſt valoris. Tum quia prior ſententia à qua fuit appellatum per deſertionem appellationis tranſivit in rem judicatam, proinde appellans causâ cecidit poſt deſertam appellationem, proinde ſecunda ſententia contra priorem, quæ tranſivit in rem judicatam, non valet *c. inter* 20. *de ſentent. & re judic.* Quamobrem ſolus appellatus poſt deſertionem appellationis per incuriam appellantis poteſt appellationem proſequi patendo malè fuiſſe judicatum, quia appellatus poteſt proſequi cauſam appellationis etiam non proſeqoente appellante, qui poteſt illi renunciare quoad effectum, ità ut appellatio deſerta non revalidetur ex proſecutione. 17

Quæritur tertiodecimò, an appellatio ad ſummum Pontificem procedat in omnibus cauſis fori eccleſiaſtici? Reſpondatur affirmativè, & deſumitur ex *c. ſi quis putaverit* 2. *q.* 6. & ex Concilio Sardicenſi *can.* 7. ibi: *Placuit, ut ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint Epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo eum dejecerint, ſi appellaverit, qui dejectus eſt, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & voluerit ſe audiri, ſi juſtum putaverit, ut revocetur judicium, ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua Provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnino requirant, & juxta veritatis fidem definiant. Quòd ſi is, qui rogat, cauſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua moverit Epiſcopum Romanum, ut à latere ſuo Presbyterum mittat; erit in poteſtate Epiſcopi, quid velit,* 18

velit, & quid aſtimet; & ſi decreverit mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopu judicent, habentes ejus authoritatem, à quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Sin verò crediderit, Epiſcopo ſufficere, ut negotio terminum imponant, faciet, quod ſuo ſapientiſſimo conſilio, judicaverint. Hoc idem indicat Fabianus Papa *epiſt. 3. decret. c. 2.* prohibeos enim peregrina judicia excipit ſadam Apoſtolicam inquiens. *Peregrina verò judicia ſalva in omnibus Apoſtolica authoritate generali ſanctione prohibemus; quia indignum eſt ab externis ut judicetur, qui Provinciales, & à ſe electos debet habere Judices, niſi fuerit appellatum:* ubi liquat à Pontifice ſolùm prohiberi, ne cauſæ in prima inſtantia agitentur apod peregrinos Judices, ita tamen ut ad Romanam ſadem ſemper pateat acceſſus, qund etiam ſignificavit Innocentius I. *epiſt. 2. decres. c. 3.* ibi: *Si qua autem cauſa, vel contentiones inter Clericos tam ſuperioris ordinis, quàm etiam inferioris fuerint exorta, ut ſecundùm Synodum Nicenam congregatis ejuſdem Provinciæ Epiſcopis jurgium terminetur, nec alicui liceat Romana Eccleſia (cujus in omnibus debet reverentia cuſtodiri) relictis bis ſacerdotibus, qui in eadem Provincia Dei Eccleſiam nutu divino gubernant, ad alias convolare Provincias.* Ex quo taxtu atiam liquet appellationem ad Romanam ſedem ſempet habuiſſe locum io omnibus cauſia fori Eccleſiaſtici: & ratio id etiam ſuadat, quia appellatio exigit eſſentialiter fieri ad ſuperiorem *c. cum appellationibus de appell. h. t.* & *l. 1. §. ſi quis ff. de appell.* & notat Rnta Romana *deciſ. 196. num. 3. p. 2. diverſ.* unde ubi eſt ſuparior ibi patet acceſſus ad appellandom, & quia ſummus Pontifex eſt ſuperior reſpectu omnium fidelium juxta verba Chriſti *Joan. 21. paſce oves meas,* ſaquitur, poſſa omnes Chriſti fideles ad ipſum appellare.

19 Tum quia non poteſt in ſummo Pontifice ſubſiſtere ſuprema poteſtas ſina jura, quò omnes ad ipſum appel·are poſſint: alioqnin non eſſet omnſum ſuperior. Hinc proprium eſt Apoſtolicæ ſedis, ut omnes, & ſinguli Chriſti fidales poſſint ad ipſam appellara: imò oec videtur poſſe Pontifex ſtatuace, ut jura appallationis ad ſedem Apoſtolicam non procedant, quia jura ad recipiendas appellatinnes ſunt inſeparabilia à ſuprema juriſdictiona Apoſtolicæ ſedis, ot generatim de ſupremo Peincipe docent Covartuvias *pract. qq. c. 4. num. 1.* Joaones Andreas in *c. Cùm Epiſcopus de offic. ordin. in 6.* Maſtril. *lib. 3. c. 8. num. 19. de Magiſt.* ſiquidem non poteſt eiſe Princeps ſupremus, conſequentet nae ſummos Pontiſax absqua ſuprema poteſtate in ſuos ſnbditos: eſt ſiquidem ſuprema poteſtas, forma, & ſnbſtantia ſupremi Principatûs: alioquin nna eſſet ſupremus Princaps, qoia catarct forma, pet quam conſtituatetur Peinceps ſupremus: hinc cùm ſnprema poteſtas non poſſit ſepatari à ſupremo Principe, nt notant Maſtril. *lib. 3. de Magiſt. c. 8. num. 18.* Covarruvias *c. 4. pract. qq. num. 1.* Neqoe poſſunt à ſupremo Prinaipe ſeparari, quæ in ſoprema poteſtate includuntur: atqui jus appellationum competit Principi in ſignum ſupramæ poteſtatis, eſtqua aliquid de tali poteſtate, ut notat Cravetta *conſil. 209. n. 9.* ſiquidem jus appallatioonm eſt ipſum jus ſuperioritatis, proinde nbi eſt ſuptema ſuperioritas, ibi neceſſe eſt, ut ſit ſnptemum jus appellationũ.

Hioc ſi Princeps cnncedat aliquid cum omni-
moda poteſtate, nnn intalligitut illud concedere 20
cum omnimoda ea poteſtate, quæ eſt apud ipſum, ut notant Innncentius in *c. Dudum de elect.* & Baldns in *l. teſtamenta C. de teſtam.* quia Princeps nequit à ſe ſuptemam abdicare poteſtatem, conſequenter oequa jus appellationum: onde quacunque poteſtate conceſſâ alteri, ſempet ſibi retinet jus appellatinnum eſſentialiter incluſum in ipſa ſuprema poteſtata, à qua non poteſt ſejungi, ut docent Giurba *conſil. 59. n. 13.* Peregrin. *lib. 1. tract. variar. n. 74.* Berojus *conſil. 74. num. 3. vol. 1.* quia pnteſtas conceſſa eſt participatio pnteſtatis, quæ eſt in Priocipe, & para illius ad aliquid minus, cùm dependentia à ſno principali.

Idqua vel maximè verum eſt in ſummo Pon- 21
tifica, cùm ſuprema ejus poteſtas ſit poteſtas vicarii Chriſti, ſeu capitis Eccleſiæ, Vicarius autem habet eaodem poteſtatem cum eo, cujus eſt Vicarius *c. 1. de offic. Vicarii in 6.* & *c. Romana de appell. in 6.* idque vel maximè procadit quoad judicialia, ut monuit Rota Romana *deciſ. 371. in novis.* quo ſit, ut offendens Vicarium Principis crimen incurrat læſæ Majeſtatis, perinde ac ſi ipſum Principem offenderet, ut notaot Gigas *de crim. læſæ Majeſt. lib. 1. q. 6.* Menoch. *conſil 99. num. 49.* Tum quia ſicut conſiſtorinm, & tribunal Vicarii Epiſcopi eſt prorſns idem cum illo Epiſcnpi, ita conſiſtorium, & tribunal ſummi Pootificis eſt idem cum illo Chriſti; adeò nt Pontifex faciat quaſi unum conſiſtorium cum DEO, ut ootat Gonzalez *regul. de menſib. & altern. §. proœm. num. 33.* cùm anim ſummus Pontifex habeat pnteſtatem ſibi à Chriſto concreditam non poteſt in alioquo eidem præjudicara, oec eam à ſe abdicare, proinde neque jus appallationum, quod inſeparabiliter eſt connexum cnm ſuprema poteſtate in Eccleſia à Chriſto concredita ſuo in eadem Vicario: proinde non poteſt quidquam huic juri detrahi, quia id redundat in præjudicium illius, cùm qoo jus eſt inſeparabilitar connexum *c. cùm olim §. not igitur de privileg.* & docent Tuſchus *litt. P. conc. 759. n. 3.* Abbas in *c. ſignificâſti n. 11. de for. comp.* Felin. in *c. cum delicta de reſcript.* quia habens jus implicatum cum alio, nequit ipſum ita proprium poſſidere, ut pnſſit de illo ad libitum diſponere citra injuriam alterius: quod vel maximè procedit in jure Romani Pootificis, quod non ſolùm eſt implicatum cum alieno jure, ſed etiam eſt jus altarius, ſeu Chriſti, cujus in terris vicas gerit ſummus Pontifex: & ſicut noo poteſt quis eximi, quin habaat recurſum ad Chriſtum, ita neqoe per appellationem à ſummo Pontifice, cùm ipſe locom Dei, & Chriſti in tarris teneat *c. 2. de translat. Prælator.* Imò nec poteſt Pontifex ipſe ſtatuere, ne quis oppreſſus poſſit pet viam appellationis ad ipſum recurrere, periode ac non poteſt impedire, quin recurrat ad Chriſtum.

Præterea Priocipem ſupremum non poſſe
alienare, quæ ſunt de jure Regni, ſen coronæ, 22
liquet ax *c. Intellecto de jurejur.* & docent ibi

Innocentius, Hoſtienſis, Panormitanus,& communiter alii Canoniſtæ, ídque procedit atiam in ſummo Pontifice, qui jura Pontificiæ potaſtatis non poteſt alienara, conſaquentar nec jus appellationum ſtatuendo, ne quis poſſit ad ipſum appallara, quando appellatio eſt juſta, quia tanetur ſummus Pontifax illibata ſarvare, quæ pertinent ad potaſtatem Pontificiam *c. grandi de ſupplen. neglig. Pralat. in 6.* Demum quia non poteſt, quis eſſa Princeps, & non exarcere officium Principis vel in habitu, vel in actu: alioquin nomine tenus aſſet Princeps: atqui officium Principis aſt aonſervare pacem inter ſubditos, juſtitiam adminiſtrara, tranquillitatem promovare,& jura ſuorum ſubditorum tuari, ut notat Menoch. *conſil.* 1283. *n.* 33. Soccinus *conſil.*279. *in fin lib.* 2. Petrus Gragorius *lib. 6. de republic. c. 6. n. 4.* & deſumitur atiam ex *c. dilecto filio de ſent. excommun. in 6.* hoc aotem officium Prinaipis non poſſet ſummus Pontifex axercere, ſi nollat, ut Chriſti fidalas ad ipſum poſſant appellare, hoc anim pacto non poſſet conſervare pacem, nec adminiſtrara juſtitiam, nac proprios ſuos ſubditos tueri: aſt ſiquidem appellatio dafenſio adverſus injoſtitiam,&oppreſſionem Judicis in præſidium innocantiæ *c. ſuggeſtum h. t.* & *c. omnis oppreſſus* 2. *q.* 6. & docet Panormit. in *rubric. de appellat. in* 6. ſi enim non admittatur appellatio ad Principem ſupremum, non poteſt ab aodem to li oppreſſio, quâ ajus ſubditi premuntur, aonſequenter, nec poſſet officium Principis axercera.

23 Poſſet tamen in contrarium objici Concilium Milevitanum, in quo *can.* 2a. fuit prohibitum ſub pœna excommunicarionis Presbytaris, & aliis inferioribus Clericis appallare ad Romanam ſadem, ibi: *Placuit, ut Presbyteri; Diaconi, vel cateri inferiores clerici in cauſis, quas habuerint; ſi de judiciis Epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini Epiſcopi eos audiant, & inter eos, quidquid eſt finiant, quòd ſi ab eis provocandum putaverint, non provocent, niſi ad Africana Concilia, vel ad Primates ſuarum Provinciarum. Ad transmarina autem, qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communione recipiatur.* Si igitur Concilium Milevitanum potuit appellationes ad ſedem Apoſtolicam prohibare, à fortiori poteſt etiam ſummus Pontifex concedere, ut Chriſti fideles non appellent ad ſedem Apoſtolicam, & id poſſunt etiam Chriſti fidales acquirere conſoatudine, vel præſcriptiona. Sed contra, quia ut notat Cardinalis Baronius ad annum Chriſti 416. *num.* 3. præfatum Concilium Milavitanum nonniſi octo priores canones aondidit aontra hæraſim Pelagii, adaò ut reliqui aanones, qui tribuuntur eidem Concilio, ravera fuerint aliorum particularium Conciliorum, quæ tunc tamporis fueront coacta in illis Africæ Ragionibus: hinc Innocentius I. in *ſua epiſtol.* 25. quæ eſt 93. inter apiſtolas D. Auguſtini, tantùm approbavit octo prioras canones, idqua paret ex *Epiſtola* 162. D. Auguſtini ibi: *Aut ſi aliqui in vobis ſunt, qui certa iſtorum crimina ita noverint, ut ea facilè valeant edocere, negantéſque convincere, & talibus cōmunicare formidant, pergant ad Fratres, & collegas noſtros transmarinarum Eccleſiarum Epiſcopos, & ibi priùs de iſtorum factis, & contumacia conquerantur, quod ad judicium collegarum Afrorum malè ſibi conſcii venire noluerint.* Et nonnullis interjectis ſubdit. *Neque enim judicium deferuerant, ubi nunquam omnino conſtiterant, nec in illis ſolis Epiſcopis Afris erat Eccleſia, ut omne judicium Eccleſiaſticum vitâſſe viderentur, qui ſe eorum judicio præſentare noluiſſent. Millia quippe collegarum transmarina reſtabant, ubi apparebat, eos judicari poſſe, qui videbantur Afros, vel Numidas collegas habere ſuſpectos*: unda Auguſtinus expreſsè aſſerit, omnes Clericos Afros, & Numidas, ut atiam reliquos CHRISTI fidales potuiſſa ad ſedam Apoſtolicam Romanam appallara: unde canon ille, qui tribuitur Concilio Milevitano non poteſt intelligi de prohibitione facta, na quis appellaret ad ſadam Apoſtolicam: ſed ad ſummum poſſet intelligi prohibita appallatio ad alios Epiſcopos inferiotaa ſummo Pontifice, val Conailia Provinaialia transmarina, ut notat Gratianus in *d. c. Placuit.* 2. *q.* 6. ubi rafert, canonem, qui tribuitur Conailio Milavitano, ubi atiam addit rationam, quia id tamporis conſuetudo invaluarat, ut appellaratur ad Epiſaopos aliarum Provinciarum, non ſolùm ab Epiſcopis, verùm etiam à cæteris Clericis, ut deſumitur ax *epiſt. cit.* D. Auguſtini.

Ex iis aolligitur, non poſſa privilegio acqoiri, ut in aliqua Provincia, vel loco non pataat per appellationem acceſſus ad ſummum Pontificem, ſi adſit juſta cauſa appallandi: ratio aſt, quia privilegium continet ſpeciala beneſiaium conaeſſum à Principe *c. Privilegia diſt.* 3. *c. olim. de V. S.* conſequenter non poteſt concedi niſi de iis, quæ à Principe concedi poſſunt, non varò circa ea, quæ ſunt inſeparabiliter connexa cum ſuprema poteſtata, quam non poteſt Princaps à ſa abdicare, jus autem appellationum eſt eſſentialiter connexum cum ipſa Pontificia poteſtata. 24

Quæritur quartodecimò, an per viam præſcriptionis poſſit acquiri, ut non appelletur ad Romanum Pontificam? Reſpondatur nagativè, quia illud non poteſt præſcribi, quod non poteſt tolli ab alio: ſicut nec poteſt illud induai per conſuetudinam, quod nequit indnai per legam, val privilegium: atqui jus appellationum non poteſt auſarri à ſuprema poteſtate Principis, niſi ſimul tollatur ipſa ſuprema poteſtas, quia jus appallationum inſeparabiliter, & eſſentialiter eſt connexum aom ſuprema poteſtata, qua ratione nequit ſummus Pontiſex à ſa abdiaara jus appellationum tanquam qoid ſupremæ poteſtatis, & à fortiori ſubditus, quamdiu manet ſubditus, non poteſt auſerre à Principe ſuptemam poteſtatam, imò nec lax, vel privilagium poteſt facere, quòd ſubditus remanans ſubditus non recognoſcat in Principe ſupremo poteſtatam ſupremam, quia repugnat, ſubditum manentem ſubditum non habare in ſe ſubjectionem, & ea, quæ ipſam conſequuntur, ut etiam quòd Princeps ſupremus ſit talis,& non habaat jura ſupremæ poteſtatis; conſequenter non poteſt fieri, quòd præſcripcio valaat, vel conſuetudo contra ſupremam Principis poteſtatem; vel contra ea, quæ ipſam conaernunt, quapropter in *c. Bona 2. de poſtul. Prælat.* dicitur, 25

quod

Digitized by Google

quòd non valeat conſuetudo, aut præſcriptio contra ſupremam poteſtatem Pontificia, eò quia non valeat contra iura divinum. Tum quia jura appellationum conveniunt Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, ut notat Covarruvias *regul. Poſſeſſor* §. 25. *n.* 8. *V. ex his verò*, & Cravetta *conſil.* 209 *n.* 9. *vol.* 2. eſt enim de ratione ſupremi Principis, ut poſſit, & debeat recognoſcere, quæ fiunt circa proprios ſubditos: ſin autem ius appellationum poſſet à ſubditis præſcribi, non poſſet Princeps recognoſcere, quæ fiunt circa proprios ſubditos, quod cum repugnet in ſupremo Principe, ſequitur, quòd non poſſit jus appellationum à ſubditis præſcribi, nec per conſuetudinem induci, ut non appelletur ad ſummum Pontificem, & hac ratione à ſubditis non poteſt præſcribi ius ſuperioritatis, quod eſt in Principe, in quo etiam includitur ius appellationum, & recognitio ſubiectionis, & ſuprema poteſtas cum iis, quæ ſunt de intrinſeca eius ratione, ut docent communiter Iuriſperiti Bartolus in *l. In omnibus ff. de diver. & tempor. præſcript.* & in *l. infamem ff. de public. judic.* & in *l.* 1. *ff. de aqua pluv. arcen.* Felin. in *c. Cùm non liceat.* & in *c. Cum nobis de præſcript.* Cravetta *de antiquit. tempor. p.* 4. *n.* 72. Barboſa in *c. cum non liceat. n.* 3. *de præſcript.*

26 Quòd ſi dicas, plures docere, ius ſuperioritatis poſſe præſcribi, ut Soccinus *conſil.* 277. *lib.* 2. Romano. *conſil.* 371. Decius *conſil.* 207. Abbas in *c. non liceat n.* 5. *de præſcript.* & alii, quos citat Covarruvias *regul. peccatum. p.* 2. § 9. *n.* 9. Reſpondetur, id eſſe intelligendum, non quòd ſubditi manentes ſubditi poſſint præſcribere jus ſuperioritatis, ſed tantùm quòd poſſint abiicere talem ſubiectionem, & ſe ſubtrahere à dominio Principis, quod non eſt præſcribere ius ſuperioritatis, ſed ſe ſubtrahere à tali dominio: unde cùm non ſint ampliùs ſubditi, ſequitur, quòd non poſſint appellare ad Principem, ex cuius dominio ſe ſubtraxerunt, ut notat Oldradus *conſil.* 154. & *conſil.* 172. Cæterum, ſi ſubditus maneat ſubditus, non poteſt fieri, ut non habeat ſubjectionem, quia eſt impoſſibile, unum correlativum dari ſine alio, & ſubditi dicunt relationem ad Principem, ut etiam ſubjectio ad ſuperioritatem: unde eo ipſo, quòd ſubditi manent ſubditi, non poſſunt impediri, quin appellent in cauſis iuſtis ad ſuum Principem, ut nec etiam, quòd Princeps manens Princeps non poſſit iudicare ſubditum, & recognoſcere, quæ à ſuis miniſtris fiunt circa iuſtitiæ adminiſtrationem. Quamobrem, cùm non poſſit præſcribi ſubjectio ad Romanum Pontificem, ut Chriſti Vicarium, cui non poteſt non ſubiici omnis fidelis, eò quia ex Chriſti inſtitutione omnes Chriſtiani ſubiiciuntur ſummo Pontifici, tanquam ſupremo Paſtori *Ioan.* 21. *Paſce oves meas*, ſequitur, quòd non poſſit præſcribi ius appellationum ad ſummum Pontificem. Nullus ſubditus, quatenus ſubditus poteſt præſcribere hanc exemptionem ab hac ſuperioritate: adeò ut nullus ſubditus Regis Galliæ, vel Hiſpaniæ poſſit præſcribere hanc exemptionem, ne appelletur ad Regem: neque poteſt huiusmodi exemptio acquiri per immemorialem præſcriptionem; ut notat Valaſc. *de jure Emphyt. q.* 8. *n.* 29. ratio eſt, quia Rex habet ſuam intentionem fundatam in Regno ſuo quoad ſupremam poteſtatem reddendi ius, & exequendi iuſtitiam, quo fit, ut nemo poſſit præſcribere intra limitem Regni, ne ad Regem appelletur, quia id competit ſupremæ Iuriſdictioni Regali. Imò neque ſufficit habere amplam conceſſionem per clauſulas etiam ampliſſimas, & generales, quia in ipſis ſemper cenſetur reſervata ſuperioritas, & Regium dominium, quod Rex habet ſuper omnes ſubditos intra finem ſui Regni commorantes.

Quæritur quintodecimò, an ſummus Pontifex per concordata, vel privilegia poſſit concedere Chriſti fidelibus, ne appellent ad Romanam Sedem? Reſpondetur negativè, quia tametſi ſummo Pontifici inſit plenitudo poteſtatis *c. Ad honorem de uſu pallii*, & *c. decreto* 2. *q.* 6. hæc tamen poteſtas quamvis ſumma, & pleniſſima adhuc eſt coarctata ad ſuos terminos rationis, adeò ut non poſſit ad irrationabilia ſe extendere: & ratio eſt evidens, quia quævis poteſtas in ſuperiore debet eſſe rationabilis, & juſta *l. penult. ff. de furt. l. reprehendenda C. de inſtit. & ſubſtit.* Idque vel maximè procedit de poteſtate, quæ ineſt ſummo Pontifici, cui à Chriſto collata fuit in ædificationem, non verò in deſtructionem, ut ſcribit Apoſtolus 2. *ad Corint.* 10. *Nam etſi aliquid ampliùs gloriatus fuero de poteſtate, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtram, non erubeſcam:* hinc ſi Princeps non ſequatur rationem, & agat irrationabilia, non dicitur uti tunc plenitudine poteſtatis in ædificationem, ſed potiùs tempeſtatis in deſtructionem; ut notat Baldus *conſil.* 453. *V. dicitur autem*, Ruinandus *conſil.* 7. *n.* 113. *lib.* 3. atqui ſi Romanus Pontifex per concordata concederet, ne Chriſti fideles appellarent ad Romanam ſedem, eſſet procul dubio tale concordatum irrationabile, proinde non eſſet actus poteſtatis, ſed potiùs eſſet diſſipatio jurium Vicariatûs Chriſti: & tunc ſummus Pontifex renuntiaret juri, quod eſt inſeparabile à dignitate Pontificia: perinde enim ius appellationum eſt inſeparabiliter connexum cum Pontificia dignitate, ſicut eſt inſeparabile, quòd ſummus Pontifex manens Chriſti Vicarius non ſit caput, & ſuperior omnium. 27

28 Quòd ſi dicas, Chriſti fideles in aliquibus Provinciis per Germaniam eſſe in poſſeſſione, ut eorum appellationes non deferantur ad ſedem Apoſtolicam. Contra eſt, quia hæc poſſeſſio, ſi quæ ſit, non poteſt ſubſiſtere, quia non eſt rationabilis, conſequenter neque legitima; ut notat Alexander *conſil.* 1. *n.* 477. *lib.* 2. Quòd ſi dicas, huiusmodi concordata fuiſſe conceſſa Belgis, Reſpondetur, id eſſe falſum, quia concordata illa tantùm afferunt, cauſas appellatorias non eſſe committendas Judicibus exteris in prima inſtantia, ſed tantùm ſynodalibus patriæ. Tum quia in iiſdem concordatis habetur, quòd non procedant in cauſis, quæ juxta canones pertinent ad Romanam ſedem: & habetur etiam, ut ſalva maneat authoritas ſummi Pontificis, & id etiam declaravit ſacra Congre-

gatio ſuper Concil. Trid. emanata 23. Junii 1625. adeò ut hæc declaratio, quæ ſolet ab aliquibus citari non iuvet ad tollendum jus appellationum ad Romanam Sedem apud Belgas.

29 Tum quia declaratio Congregationis innititur privilegiis Belgarum, & non plus concedit, aut declarat convenire, quàm conveniat per privilegia: quòd ſi plus declaràſſet, corrueret ex defectu intentionis, quæ non ſe extendit ultra privilegia, ut docet Geminian. *conſil. 53. n. 14. in fin.* & Rota Romana in Tullenſi Monaſterii 19. Januarii 1609. coram Sacrato: atqui eo ipſo, quòd corruit cauſa, cui ſententia innititur, neceſsè eſt, ut corruat etiam ipſa ſententia. Hinc nec ſummus Pontifex poteſt privilegium concedere, quo Chriſti fideles non appellent ad ſedem Apoſtolicam, quia talis conceſſio eſſet in deſtructionem Jurium Vicariatus Chriſti, proinde ut irrationabilis non ſubſiſteret. Neque obſtat, ſi dicas à Leone X. in ſua Bulla emanata nonis Julii 1515. cui initium eſt: *Eximiæ devotionis*, ſimile privilegium fuiſſe conceſſum Carolo V. Reſpondetur, tale privilegium ſolùm fuiſſe pro prima inſtantia, non verò in terminis appellationis, ut conſtat ex verbis Bullæ. Imò privilegium eſt tantùm quoad primas inſtantias in beneficialibus taxativè ad beneficia non excedentia valorem viginti quatuor aureorum de camera quoad proventus.

30 Quæritur ſextodecimò, an per Bullam auream conceſſum ſit Germanis, ne appellent ad Sedem Apoſtolicam. Ratio dubitandi eſt, quia Carolus IV. in præfata Bulla prohibet, ne quis Ducatûs Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, & Marchionatuum Imperii, eorúmque diſtrictuum, in quibuscunque cauſis civilibus, criminalibus, realibus, aut perſonalibus, quæ concernunt res, vitam, vel honorem, poſſit evocari ad inſtantiam cuiuscunque perſonæ, proinde in virtute Bullæ aureæ videntur excludi appellationes ad Romanam Sedem. Reſpondetur ad quæſitum, per Bullam auream non excludi appellationes ad ſedem Apoſtolicam; ratio eſt, quia ſummus Pontifex non poteſt à ſe abdicare ius appellationum reſpectu cuiuscunque fidelis, eò quia tale ius ſit eſſentialiter connexum, & inſeparabiliter incluſum dignitati Pontificiæ; proinde per Bullam auream non potuiſſet Pontifex cedere huic iuri? quòd ſi Bulla aurea ſtatueret aliquid circa res, aut perſonas eccleſiaſticas, vel earundem cauſas, nulla prorſus eſſet, quia nullus Princeps ſæcularis poteſt condere leges, vel ſtatuta, quibus lædatur immunitas eccleſiaſtica *c. l. Imperatoris diſt. 10. c. Nunquam diſt. 96. c. Eccleſia ſancta Maria de conſtit. c. Adverſus de immunit. eccleſ. c. graviter de ſent. excommunic. c. decernimus de iudic.* Ubi Eugenius III. prohibet, ne laici eccleſiaſtica negotia tractent, & maximè, quæ ſpiritualia ſunt, & in *c. placuit 16. q. 7.* declaratur, laicos nullam habere facultatem ſtatuendi circa res eccleſiaſticas, & Bonifacius VIII. in *c. ſeculares de for. compet. in 6.* declarat, Judices ſæculares nullam habere juriſdictionem in perſonas eccleſiaſticas, & in Concilio Tridentino *ſeſſ. 25. c. 20.* ſtatuitur, ut ſint cogendi Principes ad ſervandam immunitatem eccleſiaſticam! quinimò etiam in jure civili hoc idem ſtabilitum eſt, ut in *authent. caſſa C. de SS. eccleſ. authent. ſtatuimus C. de Epiſcop. & Cler.*

Præterea quia verba Bullæ debent accipi in terminis habilibus, & reduci ad id, quod eſt iuſtum, & honeſtum, ut docent Bartolus in *l. 1. n. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris.* Felinus in *c. Eccleſ. S. Maria. n. 4. in fin. de conſtit.* Rota Romana *decis. 780. n. 6. p. 1. diverſ. & deciſ. 3. n. 17. p. 3. in recent.* quapropter Bulla aurea non aliter eſt intelligenda, quàm in terminis habilibus, ac reducibilibus ad terminos honeſtatis, & juſtitiæ, adeò ut diſponat tantùm circa perſonas ſæculares, & in cauſis ſæcularibus, non verò in eccleſiaſticis. Quòd ſi ad hos terminos honeſtatis, & juſtitiæ non reduceretur, eſſet contra eccleſiaſticam immunitatem, proinde nulla, & non eſſet ſervanda! Hinc Rumelinus in Bullam auream Caroli IV. *p. 2. diſſert. 5.* docet, jus non evocandi ad extranea tribunalia conceſſum in Bulla aurea intelligi de judiciis ſupremis conſtitutis per imperium, ut eſt camera imperialis. Neque obſtat, quòd imperator dirigat ſuam Bullam etiam ad Epiſcopos, & Archiepiſcopos, quibus prohibet exercere juriſdictionem in ſubditos Ducis Lotharingiæ. Nam Imperator non dirigit ſuam Bullam ad Epiſcopos, & Archiepiſcopos, ut ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, ſed tantùm ut ſunt ſubditi Romani Imperii, ſeu quatenus ſunt Principes temporales habentes feuda imperii: & ratio etiam eſt, quia Bulla aurea debet intelligi in terminis habilibus, & cùm proveniat à poteſtate laica, non poteſt afficere Epiſcopos, vel Archiepiſcopos, quatenus ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ſed ſolùm quatenus ſunt Principes Imperii, & feudatarii eiusdem, quia Eccleſiaſtici habentes feudum imperii, quatenus ſunt feudatarii, & Principes temporales ſubduntur Imperatori in iis, quæ pertinent ad feudum: ſiquidem pertinet ad Imperatorem judicare, & diſponere de iis, quæ pertinent ad feudum *c. verum de for. compet.* & ibidem docent Panormitanus *n. 13.* Gaillus *lib. 1. obſerv. 30. & 37.* Thomas del Bene *de parlamen. dub. 4. ſect. 20. ſubſect. 1. n. 1.* Duardus in *Bull. Cœna can. 15. q. 11. n. 68.* Matta *de juriſdic. p. 4. caſ. 190.* & ratio petitur ex eo, quia dominium directum feudi eſt Imperatoris, ad quem pertinet, proinde ad ipſum ſpectat diſponere de rebus feudalibus, ac regulare juriſdictionem annexam feudis, tametſi feuda poſſideantur ab eccleſiaſticis, quia tunc Imperator non exercet juriſdictionem in Eccleſiaſticos, ſed in illos ut Principes temporales poſſidentes fœuda, quorum dominia directa pertinent ad Imperatorem: hinc licèt res ſequatur perſonam, non tamen inde fit, ut ratione rei poſſeſſæ perſona eccleſiaſtica ſubdatur Principi laico, quia non ſubditur, ut perſona eccleſiaſtica, ſed ut Princeps temporalis feudatarius: non enim repugnat, eandem rem diverſo iure cenſeri reſpectu diverſorum, ut notat Rota apud Farinac. *decis. 669. n. 3. p. 1. recent.* Quinimò ſi quis putans, per Bullam auream prohiberi appellationes ad ſedem Apoſtolicam vellet pro executione eius-

dem

de Bullæ impedire huiuſmodi appellationes incurreret excommunicationem *can. 15. Bullæ Cœnæ* adverſus utentes legibus, & ſtatutis contra immunitatem eccleſiaſticam, ut notat Duardus in *d. can. q. 24. n. 1.*

32 Quæritur decimoſeptimò, an Imperator poſſit conſtituere ſupremum aliquod tribunal, à quo prohibeatur appellatio ad ipſum? Ratio dubitandi ex eo deſumitur, quia non ſolùm Imperator conſtituit ſupremum tribunal, ut eſt Camera Imperialis, quæ procedit cum ſuprema juriſdictione, & poteſtate; ſed etiam Reges præſertim Hiſpaniæ, ut de Collaterali Senatu Regni Neapolitani notat à Ponte de *poteſt. Proreg. tit. 12. n. 5.* adeò ut non detur ab eius ſententia appellatio, quia cùm procedat ut ſupremum tribunal, non habetur aliud ſuperius tribunal, ad quod fiat appellatio, hæc enim exigit fieri à Judice inferiore ad ſuperiorem. Quinimò etiam in Hiſpania datur ſupremum inquiſitionis tribunal, à quo non appellatur ad Apoſtolicam Sedem ex conceſſione Innocentii VIII. anno 1486. Alexandri VI. anno 1494. Julii II. anno 1507. Leonis X. anno 1518. Clementis VII. anno 1524. Pauli III. anno 1539. Julii III. anno 1551. Gregorii XIII. anno 1572. & Clementis VIII. anno 1597. unde ſupremus Princeps poteſt conſtituere ſupremum ſenatum; vel tribunal cum ſuprema juriſdictione, & poteſtate. Verùm exinde non ſequitur, ſupremum Principem privare ſe jure appellationum. Reſpondetur igitur ad quæſitum, appellationes ad ſupremum Principem ſemper procedere, quia ſupremus Princeps ſicut non poteſt ſimul eſſe Princeps ſupremus, & non habere jus ſuperioritatis, ita nec poteſt eſſe Princeps ſupremus, & non habere jus appellationum, quia hoc eſt inſeparabile à jure ſuperioritatis, quod eſt in Principe; in eo enim includitur eſſentialiter, & inſeparabiliter ius appellationum, & recognitio ſubjectionis.

33 Tum quia appellatio tendit ſubſtantialiter ad ſuperiorem *l. 1. §. ſi quis. ff. de appell.* ut notat Rota *deciſ. 196. n. 3. p. 2. diverſ.* proinde ubi eſt ſuperioritas, ibi procedit appellatio, & quia ſupremus Princeps eſt ſuperior reſpectu ſuorum ſubditorum, poſſunt hi ad ipſum ſemper appellare, Tum quia non poteſt eſſe Princeps ſupremus ſine ſuprema poteſtate reſpectu ſuorum ſubditorum: eſt enim ſuprema poteſtas forma, & ſubſtantia ſupremi Principatus, ut notat Gloſſa in *c. ſuper. quæſt. de offic. deleg.* Bartolus in *l. 1. q. 2. ff. de dam. infect.* & in *l. iudicium ff. de iudic.* Covarruvias *c. 4. pract. qq. n. 1.* non enim ſeparari poſſunt à Principe, quæ in ſuprema poteſtate includuntur, & ius appellationum competit Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, & eſt aliquid de ſuprema poteſtate, ut notat de Petra *de poteſt. Princ. c. 6. n. 96.* eſt enim ius appellationum idem cum jure ſuperioritatis, proinde ubi eſt ſuperioritas, ibi dari debet ſupremum ius appellationum: hinc ex eo, quòd ſupremus Princeps conſtituat ſupremum tribunal, à quo ad ipſum non detur appellatio, inde non ſequitur, ſupremum Principem tunc abdicare à ſe jus appellationis, qui eatenus excluditur appellatio, quia tale ſupremum tribunal procedit nomine ipſius ſupremi Principis, quem repræſentat: cùm enim conſtituatur tale tribunal, ut vicem gerat ipſius Principis, quem repræſentat, ſe utitur, quòd exerceat propriam juriſdictionem ſupremam Principis, ut docent Rolandus *conſil. 70. n. 17. lib. 3.* Cravetta *conſil. 144. n. 20.* Maſtril. *lib. 5. de Magiſt. c. 8.* Quamobrem eatenus à tali ſupremo tribunali ad Principem non datur appellatio, quia tale tribunal repræſentat ipſum Principem, & ab eodem Principe ad eundem Principem repugnat appellatio, quæ exigit procedere à Judice inferiore ad ſuperiorem. Tum quia Senatores conſtituentes tale ſupremum tribunal ſunt in eodem membra, quorum caput eſt ipſe Princeps *l. quiſquis C. ad leg. Jul. Majeſt.* ibi *Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt, in quo nos ipſos numeramus*, & quia corpus non poteſt habere motum niſi à capite, ideo quidquid agunt ſenatores in tali tribunali, hoc idem fit ab ipſo Principe, qui ſemper cenſetur interveniſſe tanquam caput, adeò ut ſententiæ latæ à tali tribunali cenſeantur latæ ab ipſo Principe *l. unic. §. 1. ff. de offic. Præfect. Prætor.*

Sin verò ſubditus à tali ſupremo tribunali 34
gravetur, tunc quamvis non poſſet appellare ad Principem ſupremum; poſſet tamen ad ipſum habere recurſum per modum querelæ, ut docent Gloſſa in *c. ſtatutum 21. §. Acceſſorem de reſcript. in 6.* Boſſius in *pract. crimin. tit. de mult. n. 5.* Lancelottus *de attentat. c. 19. n. 21.* Farinacius in *proœm. prax crimin. q. 17. n. 32.* Menochius *de arbit. quæſt. 70. n. 8.* Quamobrem licèt à ſupremo tribunali ad ſupremum Principem non detur appellatio, datur tamen recurſus pro obtinenda debita proviſione iuſtitiæ. Tum quia quamvis Princeps concedat ampliſſimam poteſtatem huic ſupremo tribunali, adhuc tamen maiorem ſibi reſervat, ut deſumitur ex *c. Dudum de præbend. in 6.* & docet Geminian. ibid. *n. 5.* Covarruvias in *pract. q. 4.* Giurba *conſil. 59. n. 13.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 2. proœm. n. 2.*

Quamobrem ratione huius reſervationis 35
majoris poteſtatis poteſt Princeps recognoſcere, quæ deciduntur in ſuis ſupremis tribunalibus, qua ratione poteſt admittere recurſus ſuorum ſubditorum, quibus propterea ineſt facultas recurrendi in ſuis gravaminibus ad proprium ſuum ſupremum Principem, ut notat Baldus in *l. qui ſe patris 2. item in conteſſ. C. unde vi.* Surdus *conſil. 152. numerò 16.* Tum quia in omni conceſſione ſemper intelligitur excepta perſona loquentis *l. Inquiſitio C. de ſolut. l. ſi Mercedem §. fin. ff. de act. empt.* conſequenter intelligitur etiam exceptum ius ſubditorum recurrendi ad Principem ſupremum, quoties à ſupremis tribunalibus gravamina patiuntur; quia ſemper ineſt Principi ſupremo inſeparabiliter ius ſuperioritatis, ut notant Zaſius *tit. de his qui feud. dar. poſſ. n. 13.* Oſaſc. *conſil. 3. n. 12.* Maſtril. *lib. 1. de Magiſt. c. 16. n. 13.* proinde etiam in ſubditis remanet ius recurrendi ad ſupremum Principem, quando gravantur apud ſuprema tribunalia, quia hæc licèt procedant nomi-

nomine Principis;nonniſi precariò habent talem poraſtatem,quæ propteraa conſtituitur ſub plena diſpoſiriona ipſius, adeò ut poſſit ſupremus Princeps ad libirum dividere, minuera, auferre ſuprema rribunalia ab ipſo conſtitura, ut notat Caſſanæua in *Cathalog. Gloria mundi p. 7. conſiderat.* 9. Manochius *de arbit. in ſcholtis ad q.* 95. *n* 5. Qnia cùm huiusmodi tribunalia exercaant ſupremam potaſtatem Principis, Illam non poſſident,ſed habent ſolum axarcirium, ut docent Iacobus Gallus *conſil.* 125. *n.* 19. Parrus Gragnrius *de conceſſ. feud. p.* 1, *q.* 7. *n.* 4. & deſumirur atiam ex *c. quod tranſlatione de offic. legat.* hinc ſequitur,quòd tala exercitiū in ſuprsmis tribūna ibus dapandeat in conſervari à voluntata Principis, qui propterea poreſt da iisdem ad libirum diſponare.

36 Quæritur decimo octavò, an Reſlgioſus, ſi putet ſe gravatum, poſſit appellare à præcapto ſui ſuparioris. Certum eſt, Regularas habere plura privilegia impedientia appallationes ſubditorum, ut enim notat Sorbus *in compend. privil. mendicantium v. appellare. n.* 1. Boniiacius VIII. conceſſit Franciſcanis, ut non licerat ſubditis à corractionibus ſuorum Prælatorum appellare, Sixtus V. conceſſir Carmeliris, & Auguſtinianis, ut rafert Sorbus *V. Generalis n.* 11. ut Ganaralis poſſit munus ſuum obira rejacta quavis sppellarione ab eius præcapris, monitionibus,& mandatis. Imò ut ait idē Sorbus *V. appellare. n.* 3. prohibuir ſub pœna excommunicationis fratribus, & Sororibus Ordinis Prædicatorum appellara à mandaris, & ordinationibus ſuorum Prælatorum: & hæc privilegia cenſentur concaſſa etiam aliis Raligionibus habantibus communicarionam privilagiorum. Reſpondatur igitur ad quæſitum cum diſtinctiona, vel ſuparior præcipit ſubdito, quæ ſunt intra limitas ſuæ poteſtatis, & tunc Raligioſus non poteſt appellare à præcaptis ſui ſuperioris, & deſumitur ex *c. Ad noſtram* 3. *b. t.* ubi Alaxander III. declarat, quòd Regularas, & alii non poſſint appellare à lagitima corractiona, quæ ſit juxta regulas, & daſumitur eriam ex Tridant. *ſeſſ.* 25. *de refor.* c. 1. Ratio eſt, quia remedium appellationis non aſt inventum, ut alcui à Raligionis, vel Ordinis obſervantia exorbitanti dabaat in ſua nequitia patrocinium exhibere, non enim appellatio debet favare delinquenri: & cùm debeamus uti rabus ad eum finem, ad quem ſunt inſtitutæ *c. His autem* 22. *q.* 2. adeò ut non ſit ulli danda occaſio delinquendi; & Rei criminum plerumqua ad evirandas pœnas, ac ſuperiorum ſubterfugienda judicia; quarelas, & gravamina ſimulent, ur diffugio appellationis Judicis proceſſum impediant *c cum ſpeciali* 61. *b. t.* ſequitur, ut Rei criminū abutantor remedio inſtituto ad præſidium innocentiæ ad defendendam iniquitatam, proinde non ſit appellario à legitima correctione admittenda, ut habetur in *d. c. Ad noſtram* 3. *b. t.* & in Concil. Tridant. *ſeſſ.* 13. *c.* 1.

37 Sin verò correctio excedat limites corrigentis, & modus axcadat poreſtatem Superioris, tunc licirum aſt Raligioſo appellare à præcaptis, ordinationibus, mandatis, & correctione ſuorum Prælatorum non procadentium ſecundùm regulam, ſed excedentium modum: & ita docent, qui aſſerunt, par clauſulam *appellatione remota* non interdici appellationam, quando conſtat da gravamine, ur docet Gloſſa fin. in *d. c. Ad noſtram b. t.* Lancaloctus *de attentatis p.* 2. *c.* 12. *limit.* 8. *n.* 28. Scaccia de *appellat. q.* 26, *limit.* 1. *n.* 85. Tuſchus *litt. A. concluſ.* 400. *n.* 5. Gonzal. ad *regul.* 8. *cancell. Gloſſa* 9. *n.* 245. & deſumitur ax *c. de priore* 31. *b. t.* ubi Allaxandar III. declarat, ut Prior, vel Prælatus, qui enormiter caſtigat, & non defert appallationem ſubdiri caſtigari ſit puniendus: ubi Gloſſa notat, quòd quories Prælarus excedir modum in correctione, debet admitti appellatio ſubditi à corractione, ut atiam habetur in *c. ult. de offic Ord.* ubi declarat Pontifax, quòd licèt in corrigandis axcaſſibus atiam circa viros Religioſos interclusum ſit officium appellationis, non propteraa excludi appellationem ad Metropolitanum, quando hæc eſt iuſta, & licita, & habetur atiam in *c ſuper quaſtionem* 27. *V. nos autem de offic. deleg.* ubi prohibetur appellatio ſub conditiona, quòd non excedatur modus, unda à conrrario ſanſu, quando modus exceditur, appellatio conceditur *c. Ad noſtram* 3. *b t.* quia appellatio debet eſſe remedium oppraſſi contra Judicem gravantem *l.* 1. *ff. eod.* ſiquidem qui nimis emungit, ſanguinem elicit, *proverb. c.* 30. & qui corrigir ultra modum in eo, quod eſt ultra, gravat ſubditum *c. reprehenſibilis* 26. *b. t.* hinc ſuperior ſi excedat modum in corrigendo, poteſt ſubditus corrigendus à tali gravamine appellare: ſiquidem appellatio eſt interdicta Regularibus, ne regularis obſarvantia damnum patiatur, quando exorbitanti ab ipſa patrocinium præbetur mediante appellatione *c. Ad noſtram* 3. *b. t.* ibi: *Quia verò remedium appellationis non ideo eſt inventum, ut alicui à Religionis, & Ordinis obſervantia exorbitanti debeat in ſua nequitia patrocinium exhibere.* Unde quando Religioſus non exorbitat à Regulari obſervantia, ſed iniuſtè gravatur non eſt ipſi denaganda appellatio: ſiquidem quando ceſſat in aliquo caſu expreſſa ratio legis, ceſſat etiam legis diſpoſitio, quia lex reſtringitur ad terminos ſuæ rationis *l. Ex his ſolis C. de revocan, donat. l. cum pater* §. *dulciſſimis ff. de legat. l. adigere* §. *quamvis ff. de iure patron.* & docant Panormiranus in *c. quia in Inſulis de Regul.* Butrius in *c. poſt tranſlationem n.* 24. *de renuntiat.* Tiraquel. *tractat. ceſſante cauſa p.* 1. *n.* 144. ſiquidem ratio legis aſt anima ipſius, eique dat vim, & motum, adaò ut ſine ratione lax morrua ſit, ne habeat vim obligandi.

38 Tum quia remadium appellationis inventum eſt ad rollendum gravamen *c. ut debitus* 59. *b. t.* unde ſicut ubi non eſt gravamen appellatio non habet locum ex natura ſua; ita à contrario ſenſu, quando adeſt gravamen, rectè procedit appellatio à tali gravamine; ſed quando Prælatus Regularis procedit ſecundùm ragulam, ſiva in correctione, ſive in præcaptis imponendis non infert gravamen, quia non excedit limites ſuæ poteſtatis, ſad tantùm ſe axtandit ad ea, in quibus ſubditus tenetur obedire, ſecus quando Prælatus excedit limites ſuæ ragulæ

infert

infert gravamen, quia gravat ſubditum in iis, in quibus ex vi voti obediantiæ non tenetur ſe ſubiicere, proinde tunc datur locus appallationi pro tollendo gravamine. Tum quia leges, quæ denegant Regularibus appellationem, ſunt iuſtæ, ac propterea accipiendæ ſecundùm terminos juſtitiæ: atqui non eſſent iuſtæ, ſi denegarent omnem appellationam in quocunque caſu, quia appellatio eſt quædam defenſio civilia contra vim Judicia *c. cum ſpeciali. §. porro 61. h. t.* & docet Baldus in *l. licèt init. ff. de offic. Ordin.* Defenſio autem non poteſt alicui denegari, quia conceſſa eſt unicuique jure divino, & naturali *Clement. Paſtoralis de re iudic.*

39 Quamobrem jura eam tantùm prohibent appellationem, quæ ponit obicem regulari diſciplinæ, non verò illam, quæ tendit ad propulſandam violentiam. Hinc quod attinet ad privilegia conceſſa Religionibus, ne ſubditi poſſint appellare, cùm hæc fuerint conceſſa ad conſervandam tranquillitatem religionis, & impediendam perturbationem, ſunt intelligenda eodem modo, quo intelliguntur allata iura, ut ſcilicet prohibeant ſolam appellationem, quando Prælatus non excedit terminos regulæ, & regularis diſciplinæ, ut notat Navarrus *comment. 3. de regul. numero 51.* & *conſil. 4. numero 5. de appel.* quòd ſi dicas, inde ſecuturum per huiusmodi privilegia nil concedi, quod non haberetur à iure communi. Contra eſt, quia non ſemper privilegium concedit aliquid de novo; ſed aliquando datur ad maiorem declarationem, & ſecuritatem, ut notat Sanchez *lib. 3. de matrim. diſput. 37. numero 15. V. ad ult.* Imò putârim ſufficere ad appellandum, ſi probabiliter interveniat exceſſus Prælati, cùm certum ſit, quòd nec legea, nec privilegia poſſint auferre defenſionem, quæ eſt da iure natura: conſequenter neque appellationem, quando eſt neceſſaria pro defenſione: atqui ſi habeatur probabile judicium de exceſſu Prælati, ſubintrat iua naturalia defenſionis, conſequenter privilegia prohibentia appellationem non habent locum. Verùm hæc probabilitaa debet eſſe vera, non fucata, quæque innitatur rationibua verè probabilibus; adeò ut opinio, quæ ſtat pro ſuperiore, videatur ſubdito minua probabilia, ut notat Ledeſma *tract. de ſtatib. c. 3. de Religioſ. in comuni.*

40 Quæritur decimononò, an appellantes injuſtè, & Judicea non deferenrea appellationibus juſtis, vel admittentea iniuſtas lethaliter peccent? Reſpondetur, appellantea iniuſtè à juſta ſententia peccare lathaliter, & non poſſe abſolvi, niſi deſiſtant ab appellatione, & obediant ſententiæ iuſtè latæ. Ratio eſt, quia appellatio conceditur ad tollendum gravamen *c. ut debitus 59. h. t.* qui verò iuſtè condemnatur nullum ſubit gravamen; quinimò potiùs iniuriam infert Judici ex eo, quòd appellet ab eius juſta ſententia, proinde non excuſatur à culpa lethali. Tum quia iniuſtè appellans imponit Judici falſum, ſeu quòd tulerit iniuſtam ſententiam, quod procul dubio cedit in damnum authoritatis, & ſcientiæ Judicis; quia appellatio ſecundùm ſe eſt provocatio iniquæ ſententiæ continena querelam ad Judicem ſuperiorem *c. licet 2. q. 6.* Tum quia ex eo, quòd iniuſtè appelletur maximum infertur Reipublicæ detrimentum ob litea, quæ fiunt immortales, & ob ſumptus, qui injuſtè augentur cum onere reſtituendi, & deſumitur atiam ex Tridentino *ſeſſ. 23. de refor. c. 1.* ubi reprehenduntur, qui ad ſubterfugienda judicia Epiſcoporum querelas fingunt, & gravamina adſtruunt, ut appellent indebitè; & remedio appellationis inſtituto ad protegendam innocentiam abutuntur, ad defendendam iniquitatem, in quo procul dubio graviter peccant, & tenentur reſtituere damna omnia, quæ ex tali injuſta appellatione ſequuntur, ut notat Sotua de iuſtitia *lib. 5. q. 6. art. 3.* verùm id procedit, quando ſcienter appellatur à ſententia iuſta.

Rurſus peccat etiam lethaliter Judex non deferens appellationi iuſtæ, & admittena iniuſtam: ratio eſt, quia injuſtè gravatus licitè, & ſine peccato poteſt appellare ad Judicem ſuperiorem, ut notat Sotua *de iuſtit. lib. 5. q. 6. art. 3.* cum D. Thoma 2. 2. *q. 69. art. 3.* proinde Judex, ſi non deferat appellationi iuſtæ, privat appellantem legitimo recurſu ad ſuperiorem, cui propterea infert gravem iniuriam, cùm ex iure naturali quiaque poſſit ſe ipſum defendere, & ab iniuſto gravamine exire: unde Anacletus Papa *epiſt. 1.* ſcribit *Omnis oppreſſus liberè ſacerdotum, ſi voluerit, appellet judicium, & à nullo prohibeatur, ſed ab aliis fulciatur, & liberetur:* hinc etiam Apoſtolus Paulus *Actor. 25.* iniuſtè detentus ad Cæſarem appellavit: quamobrem Judex ſi non deferat appellationi juſtæ, vel admittat iniuſtam, calumnioſè ſe habet, ſive id faciat causâ differendi, vel non adminiſtrandi iuſtitiam, propterea peccat lethaliter. 41

Quæritur vigeſimò, an in cauſa dubia admittenda ſit appellatio? Reſpondetur, ſecundùm arbitrium prudentis Judicis poſſe appellationem in cauſa dubia præſertim criminali admitti, adeò ut licitum ſit Reo à Judice inferiore appellare ad ſuperiorem, ut docent Saloniua 2. *2. q. 69. art. 3.* Valentia *tom. 3. diſput. 5. q. 13. punct. 3.* & alii cenſentes, licitum eſſe Reo in cauſa dubia appellare, quia Reua, tunc appellat innixua opinione probabiliore, ſecundùm quam Judex, in re tamen facti, debet pronuntiare: ſiquidem Judax tenetur ſemper judicara ſecundùm merita cauſæ, proinde in favorem opinionia probabilioris; proinde ſi Judex *à quo* ſequatur opinionem minua probabilem, poteſt Reus innixus probabiliore appellate, quia merita cauſæ ſtant pro opinione probabiliore, præſertim, ſi hæc in cauſa criminali faveat Reo. Ceterum quando iura in aliquibus caſibus negant appellationem, vel regulariter admittunt in omnibus aliis, ſolùm procedunt in foro externo, non verò in foro conſcientiæ: quia ſi Judex non admittat appellationem, cùm debeat; vel alia via non tollat gravamen, vel partea gravet, ſive locus ſit appellationi, ſiva non; lethaliter peccat cum onere reſtituendi: idque etiam extenditur ad litigantea, advocatos, & procuratores, & id procedit tam de appellatione iudiciali, quàm de extraiudiciali. Eſt appellatio iudicialis, quæ fit à ſententia definitiva, vel ab interlocutoria, ut notat Franc. in *rubric. ſub n. 1. de appellat. in 6.* appellatio extraiudicialis locum hbet, val ante 42

conteſtationē litis, & dicitur appelletio anteiudicialis, vel poſt deciſionem litis.

43 Appellatio ab interlocutoria eſt, quæ interponitur inter litis conteſtationem, & ſententiam definitivam, ut notat Alexander in *rubric. n. 12. in fin.* & *n. 13. v. & illa n. 14. de appellat.* Imò appellatio ab interlocutoria locū interdum habet poſt ſententiam definitivam, ſi nimirum interponatur poſt executionem ob exceſſum executionis, & tunc dicitur appellatio poſtiudicialis. Eſt autem diſcrimen inter utramque appellationem iudicialem, & extraiudicialem, quia geſta pendente appellatione judiciali revocantur per viam attentati, neque poteſt quidquam innovari, ut notat Lancelottus de *attent. p. 2. c. 12. n. 75.* Geſta verò pendente appellatione extraiudiciali ſuum ſortiuntur valorem, & non cenſentur attentata, ut docent Franc. *n.* 29. in *c. Bona memoria 51. b. t.* & Lancelottus *p. 2. c. 12. de attentat. appellatione pendente limit. 3.* Limitatur tamen, niſi id, quod geritur, ſit contra ipſam appellationem, quia tunc revocatur. Ratio eſt, quia appellatio judicialis etiam in uno tantùm articulo iurisdictionem Judicis in totum, & quoad totam cauſam ſuſpendit; proinde attentata omnia revocantur. Secus in appellatione extraiudiciali, cum hæc procedat extraiudicialiter non ſuſpenditur jurisdictio, niſi in eo, quod geritur contra appellationem, & in eius gravamen, proinde illud ſolùm revocatur.

44 Quæritur vigeſimoprimò, per quid differant appellatio judicialis, & extrajudicialis? Reſpondetur, differre multipliciter. Primò, quia judicialis propriè dicitur appellatio, quie eſt à ſententia definitiva, vel ab interlocutoria, ut notat Decius in *c. 5. cùm ſit Romana b. t. not. 7. n.* 25. ubi ſubdit, in materia odioſa non intelligi niſi appellationem judicialem: ſecus appellatio extrajudicialis nonniſi impropriè dicitur appellatio, ut notat Abbas in *d. c. cùm ſit. 5 n. 12. b. t.*

45 Secundò, quia judicialis non fit niſi à Judice procedente iudicialiter, ut notat Abbas in *d. c. cum ſit 5. n. 21. b. t.* Extrajudicialis verò fit interdum à Judice procedente extraiudicialiter, ut notat Lancelottus *p. 2. de attent. c. 12.*

46 Tertiò, quia extrajudicialis, ſi fiat non expreſſo nomine appellati, adhuc ſuum poteſt valorem ſortiri *argum. l. ſcio in princ. ff. de appell.* ut dixit Rota coram Verall. in *decis 36. n. 1. p. 1.* ſecus iudicialis, cum ſit propriè appellatio, debet fieri expreſſo nomine appellati, & in materia odioſa, ac pœnali nomine appellationis venit tantùm appellatio judicialis, non verò extrajudicialis, ut notat Decius in *d. c cum ſit. 6. n. 25. b. t.*

47 Quartò, quia judicialis interponitur à gravamine illato: & extrajudicialis à gravamine tantùm inferendo, ſeu futuro, ut habetur in *clement. ſicut. b. t.* & in *c. concertationi 8. b. t. in 6.* ratio cur in judicialibus non admittetur appellatio à gravamine futuro, quod appellans nondum eſt expertus, ſed tantùm in appellationibus extraiudicialibus, deſumitur ex eo, quia lex præſumit de Judice, ut non debeat admittere appellationem gravaminis nondum illati, quod poteſt contingere in extraiudicialibus, quia quod non fuit, nec eſt, non agitatur in judicio.

Quintò, quia extraiudicialis appellatio poteſt interponi, tametſi cauſa nondum fuerit incœpta, quæque ad inchoandum potiùs inſerviat, ut notat Borellus *tit. 33. de appell. n.* 848. Rurſùs excommunicatus non poteſt extraiudicialiter appellare, eò quia appellatio extraiudicialis non habeat vim defenſionis, ſed conventionis, & excommunicatus non poteſt agere. 48

Sextò, quia in appellatione judiciali eſt neceſſaria petitio Apoſtolorum, ut notat Abbas in *c. Bona memoria 51. n. 8. differens 4. b. t.* & eſt communis ſententia: quia apoſtoli ſunt pars appellationis, ut notat Lancelot. *tract. de attentat. p. 2. c. 12. limit. 50. princ. n. 202. tom. 5.* ubi *n. 202.* putat copulativè apoſtolos eſſe partem, & ſimul de ſubſtantia appellationis, ut etiam cenſet Rota *deciſ. 50. n. 3. de appell. in novis.* ſecus in appellatione extraiudiciali tunc tantùm petuntur apoſtoli, ſi appelletur à Judice procedente extrajudicialiter, quia tunc adeſt Judex, qui poteſt apoſtolos concedere: ſecus ſi appelletur à parte, non eſt neceſſaria petitio apoſtolorum, eò quia non adſit, qui poſſit apoſtolos dare. Conſultius tamen tunc eſt, eos petere ſub conditione, ſi adſit Judex, qui poſſit apoſtolos concedere, ut notat Franc. in *d. c. Bona memoria 57. n. 18. V. ſextò requiritur b. t.* Idque etiam procedit, quando appellatur in abſentia Judicis coram perſonis honeſtis, in quo caſu procedunt apoſtoli teſtimoniales, & qui appellat, poteſt eos ad cautelam petere ab eiſdem honeſtis perſonis, coram quibus appellat; & tunc Notarius præſens debet teſtificari de diligentia adhibita ab appellante, & dare apoſtolos, ſeu conficere publicum inſtrumentum de de omnibus prædictis, ut notat Veſtrius in *prax. lib. 7. c. 3 ſub. n. 32.* 49

Septimò, quia appellatio judicialis in uno articulo ſuſpendit iurisdictionem in totum, & quoad totam cauſam, proinde attentata revocantur: ſecus in appellatione extraiudiciali non revocatur niſi id, quod fit in gravamen appellationis, & contra appellationem: quia per appellationem extraiudicialem non ſupenditur jurisdictio Judicis, ut notat Franc. in *d. c. Bona memoria 51. n. 29. V. tertiodecimo dubitatur b. t.* 50

Octavò, quia appellatio iudicialis, eſt licita in utroque iure civili, & canonico, ſecus extraiudicialis in ſententia plurium non eſt licita de iure civili. 51

Nonò, quia in appellatione extraiudiciali ſufficit, ſi detur cauſa veriſimilis, & probabilis, & fundetur in cauſa, quæ tempore appellationis talis appareat: ratio eſt, quia extraiudicialis permittitur ad declinandum gravamen futurum, & nondum illatum, proinde ſufficit, ſi nitatur cauſæ, quæ tempore appellationis ſit veriſimilis, & probabilis: ſecus appellatio judicialis debet eſſe à gravamine procedente à cauſa vera, & legitima, ut appellatio procedat, cum non interponetur à gravamine futuro, ſed à præterito, ut notat Abb. in *d. c. bona memoria 41. n. 10. differ. 9. b. t.* 52

Decimò, quia in appellatione iudiciali ſola oblatio probationis reddit appellationē iuſtam, quamvis veritas gravaminis non oſtendatur, ut notat Franc. in *d. c. bona memoria 51. n. 41. con. 8. de appel.* Secus ſola oblatio probationis in 53

in appellatione extraiudiciali non iuſtificat appellationem, niſi probetur veritas gravaminis, proinde debet cauſa exprimi, & expreſſa etiam probari, ut docet Abbas in *d. c. bona memoria* 51. *n. 8. differen. 3. h. t.*

45 Quæritur vigeſimo ſecundò, an, & quot ſint caſus, in quibus appellatio poteſt non gradatim fieri. Certum eſt, appellationem eſſe provocationem de minori ad majorem Judicem regulariter per gradus immediatos, ut communiter docent Canoniſtæ in *c. dilecti* 5a. *h. t.* dicitur autem appellatio tunc gradatim fieri, ſeu per gradus immediatos; quando appellatio fit ab inferiore Judice, ad immediatè ſuperiorem, ſeu proximiorem, tametſi hic ſuperior adhuc habeat alium majorem Judicem, cui ſubſit, ut notat Decius in *rubric. q. 5. n.* 44. *h. t.* ubi dicitur, quòd non liceat appellare ad ſuperiorem Judicem omiſſo medio, quando opponitur exceptio: ubi Gloſſa notat, gradatim eſſe appellandum nullo medio omiſſo, & hanc exceptionem eſſe opponendam coram ſuperiore, idque de iure, niſi aliud ſit ex conſuetudine: & textus procedit de Judicibus ordinariis, non verò de ſubdelegatis. Unde quæritur, an dentur caſus, in quibus appellatio non fiat gradatim ad immediatè proximiorem ſuperiorem? Reſpondetur affirmativè. Primò, quando Judex *à quo* non vult iuſtitiam miniſtrare, vel eſt ſuſpectus, aut inhabilis, ut quia eſt excommunicatus, ut notat Abbas in *d. c. dilecti* 66. *V. nonus caſus h. t.* Mynſinger. in *obſerv.* 67. *cent.* 1. Secundò, ſi appelletur ad ſummum Pontificem, tunc enim omiſſo medio licitum eſt appellare, quia ut notat Gloſſa in *d. c. Dilecti* 66. *h. t.* ad Papam poteſt quilibet immediatè appellare, ut etiam notat Mynſinger. *obſerv.* 4. *centur.* 2. & Rebuffus *tract. de privil. ſchol. privileg.* 164. *n.* 2. Tertiò, quando quis recurrit ad Principem ſæcularem cum appellatione omiſſo medio, ut notat Gaillus *obſerv. lib.* 1. *obſerv.* 119. *n.* 1. Covarruvias *pract. qq. c.* 4. *n.* 9. ubi de jure Regio aſſerit, poſſe appellari ad Regem omiſſo medio. Quartò, de jure canonico omiſſo Judice medio poteſt appellatio fieri ad Legatum de latere, ut notat idem Covarruvias *loc. cit. numero* 9. Quintò, ſi appellatio fiat ad Auditorem cameræ ſicut ad Papam, quia Judex Ordinarius appellationum ad ſedem Apoſtolicam eſt Auditor cameræ, cui ſummus Pontifex hanc iuriſdictionem conceſſit: adeò ut ab iiſdem ſententiis, à quibus poteſt appellari ad ſummum Pontificem omiſſo medio, poſſit etiam ab iiſdem appellari ad Auditorem Cameræ, quia omnes appellationes, quæ interponuntur ad ſedem Apoſtolicam, devolvuntur ad Auditorem Cameræ, proinde à ſententiis Vicariorum, Epiſcoporum, Archiepiſcoporum poteſt appellari ad Auditorem Cameræ omiſſo medio, ut liquet ex facultatibus, quas Gregorius XIV. conceſſit Auditori cameræ. Sextò ſcholares, & perſonæ miſerabiles poſſunt etiam omiſſo medio appellare, ut docent Petrus Rebuffus de *privil. ſcholar. privil.* 194. & Sigiſmundus *de appellat. q.* 7. *numero* 107. Septimò, ſi Judex medius requiſitus ſponte remittat ad ſuperiorem appellationem, ut notat Hieronymus Trautler. *diſput. ſelect. p.* 2. *diſput.* 33. *theſ.* 9. Verùm id non videtur tutum, quia poteſt intercedere colluſio inter Judicem medium, & appellatum, ut ex induſtria, & doloſè appellans mittatur ad ſuperiorem, longè diſtantem, ut adigatur ad maiores ſumptus, vel labores in itinere ſubeundos, quod eſt contra æquitatem. Octavò ſi Judex medius abſit, & perlongo detineatur impedimento, tunc enim omiſſo medio poteſt appellari ad ſuperiorem, ut notat Maranta in *ſuo ſpeculo p.* 6. *act.* 2. *princ. in V. & quandoque appellatur limit.* 10. *numero* 379. ſecus tamen, ſi impedimentum eſſet breviter duraturum, quia tunc eſſet Judex proximus expectandus, ut notat Franc. in *rubric. numero* 40. *V. quartò quæritur de appellat.* Cæterum ſi appellans ſimpliciter dicat: *appello* & non exprimat ad quem Judicem appellet, tunc intelligitur appellatio interpoſita ad Judicem competentem, ſeu ad proximum, & immediatè ſuperiorem, ut notant Baldus in *l.* 14. *apertiſſimi V. idem eſt cautum n.* 5. *C. de judic.* Bartolus in *l.* 1. §. *ſi quis in appellat. V. quarto quid numero* 8. *ff. de appellat. & relat.* quia in dubio appellatio cenſetur fieri ſecundum jus commune, quo appellatur ad proximum ſuperiorem.

Quæritur vigeſimo tertiò, an excommunicatus à Vicario Generali Epiſcopi poſſit appellare ad ipſum Epiſcopum. Certum eſt, licitum eſſe excommunicato appellare, ut notat 55
Speculator *tit. de appellat.* §. 1. *n.* 1. *lib.* 2. poteſt tamen conſtituere Procuratorem in cauſa appellationis, & progredi per ſe ipſum, ut notat Innocentius *in c.* 38. *de teſtib. in princ.* Verùm id procedit, quando excommunicatus appellat judicialiter, non verò extraiudicialiter: ratio diſcriminis ex eo petitur, quia appellatio judicialis continet defenſionem, quæ cùm ſit de jure naturæ nulli, quamvis excommunicato denegatur: appellatio verò extraiudicialis habet vim conventionis, & qui convenit, eſt Actor; & excommunicato non eſt licitum agere, nec convenire, proinde non poteſt extraiudicialiter appellare, ut notat Sigiſmundus *de appellat. q.* 2. *art.* 3. *n.* 46. *v. Et appellatio extraiudicialis.* Verùm hoc procedit, quando eſt appellatio merè extraiudicialis, quia tunc exceptio excommunicationis obſtat, ne poſſit appellare. Quòd ſi appellatio non ſit merè extraiudicialis, ut ſi appelletur ab executore aſſumente partes Judicis, quia appellatio tunc eſt iudicialis, habetque vim defenſionis poteſt excommunicatus appellare: quando enim Executor aſſumit partes Judicis, imò etiam puri Executoris, adhuc excommunicatus poteſt appellare, & appellatio licèt dicatur extraiudicialis, non tamen eſt merè extraiudicialis, ſed eſt mixta, ex quo executor vices iudicis exequitur, cùm fiat ab habente iuriſdictionem, & participet de extraiudiciali. Non tamen poteſt excommunicatus à Vicario Generali Epiſcopi appellare ad ipſum Epiſcopum, ſed appellatio tunc fieri debet ad Archiepiſcopum.

Ratio eſt, quia tribunal Vicarii Generalis 56
eſt prorſus unum, ac idem cum tribunali Epiſ-

copi

copi, proinde non datur appellatio ad idem tribunal, ſicut nec datur ad parem Judicem, & deſumitur ex *c. Romana* 3. *h. t. in 6.* ubi Pontifex declarat ab officiali Epiſcopi non eſſe appellandum ad Epiſcopum, eò quia ſint unum, ac idem tribunal, & notat Gloſſa ibid. conſuetudinem in contrarium non valere. Neque obſtat, quòd Speculator *titulo de appellat.* §. *nunc tractemus. n. 3. V. ut autem. lib* 2. doceat, ad Vicarium Epiſcopi validè appellari ad ipſum Epiſcopum. Quia Speculatot ibi loquitur rantùm de Vicario foraneo, non verò de Vicario Genereli; id intereſt diſcriminis inter Vicarium Generalem, & foraneum, quia ille eſt Judex Ordinarius; iſte verò delegatus; & à vicario delegato de jure canonico appellatur ad Ordinetium, ut docet Baldus in *l. 19. à Proconſul. n. 1. in fin. C. de appellat.* Vicarius igitur foraneus cùm non ſit Ordinarius, ſed delegatus, eppellatio ab illo fertur ad conſtituenrem, ur notat Bartolus in *l. 1. §. ab ee in fin. V. ſed quere* §. *qui, & à quo appelletur.* Eſt enim delegatus ad univerſitatem cauſarum Vicarius foraneus, & non Ordinarius, proinde ab illius ſententia ad conſtituentem, valet appellatio, ut notani Rolandus *conſ. 75. n. 9. l. 3.* Sigiſmundus *de appellat. q. 8. n. 103. V. confirmatur ſecundò.*

57 Quæritur vigeſimoquartò, an in cauſe communi pluribus, & in qua omnes unâ, & eadem ſententiâ ſint condemnati, ſi unus ſolus ex condemnatis appellet, eius victoria jure communi ſuffragetur cæteris, ſi communi Jure juventur? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. una ſententia 72. h. t.* ubi Gregorius IX. reſcribit, quòd ſi idem negotium ſit, & eadem cauſa defenſionis multorum, qui communi iura iuvantur, ſi unus appellet, & vincat, victoria proſit omnibus. Ratio eſt, quia in tali caſu eſt eadem ratio vincendi in omnibus, adeò ut commune eorundem factum non recipiat ſeparationem *c. ei qui* §. *quandoque* 2. *q. 6.* atqui ubi eſt eadem ratio, debet conſtitui idém ius *l. Illud ff. ad leg. Aquil.* & quia jura ſunt promptiora ad abſolvendum, quàm ad condemnandum *c. fin. de iureiur.* ſequitur, quòd ſi plures in eadem cauſa communi unâ, & eadem ſententiâ fuerint condemnati, & unus ſolus appellet, cæteris non appellantibus, ſi in cauſa appellationis vincat, tum victoria appellantis proſit aliis, ſi communi iure iuventur.

58 Verùm ut id procedat, plura requiruntur. Primò ut correi, ſeu condemnati ſint in eadem cauſa, & per eandem ſententiam condemnati, alioquin ſententia lata pro uno, vel contra unum regulariter non prodeſt, nec nocet alteri, pro quo, vel contre quem lata eſt: ſiquidem res inter alios acta in iudicio non debet aliis nocere, vel prodeſſe *c. inter dilectes 6. de fide inſtrument.* Sin verò plures pluribus ſententiis fuerint condemnati, ſed eadem probatio producta ſit contra uoumquemque illorum, tunc appellatio unius prodeſt etiam alteri iuxta *l. ſi quis ſeparatim* 8. & ibi Bartolus *n. 1. ff. h. t.*

59 Secundò, ut ſententia late ſit pro uno, vel contra unum in cauſa appellationis, quia id intereſt diſcriminis inter ſententiam latam in prima inſtantia, ſeo cauſa principali, & latam in cauſa appellationis, ſeu in ſecunda inſtantia; quia in prima inſtantia, ſi lata ſit pro uno, regulariter non extenditur ad alterum; neque ipſi prodeſt, aut obeſt, quamvis utriusque ſit eadem cauſa, hoe eſt, quia uterque eodem modo contraxit, vel fide iuſſit, niſi res circa quam utriusque cauſa verſatur, ſit incorporalis, & indiviſibilis, ut eſt communis ſervitus, quia tunc ſententia etiam primæ inſtantiæ lata in favorem unius prodeſt alteri habenti idẽ ius in re, quamvis non fuerit in iudicio *l. loci 4. § ſi fundus. ff. ſi ſervit. vindic.* ut ibi notat Gloſſa Margin. *litt. B.* ſecus ſententia appelletionis lata pro uno prodeſt aliis omnibus correis, ſi in eadem cauſa, & per eandem ſententiam fuerunt condemnati, quia ſententia Judicis eſt etiem quid incorporale, & quid indiviſibile, adeò ut non poſſit eſſe partim iuſta, & partim iniuſta: unde cùm ſententia appellationis verſetur circa ſententiam latam in prima inſtantia, ſeu cauſa principali, tanquam ſuum obiectum, fit, quòd ſententia appellationis lata pro uno proſit etiam aliis condemnatis in eadem cauſa communi, & per eandem ſententiam.

60 Tertiò, requiritur etiam ut correi communi iure iuventur, quia ſi unus contra ſententiam priùs latam iuvetur iure ſpeciali per reſtitutionem favore ætatis, vel quia pupillus ſit, vel minor; vel etiam favore eccleſiæ, tunc victoria alteri non prodeſt, quia privilegium perſonale non communicatur alteri, ſed ſequitur perſonam, cui adhæret ex *reg. iur 7. in 6.* Sin verò agatur de re incorporali, & indiviſibili, ut de iure paſcendi communi, pupillo minori natu, & maiori; tunc ſi Minor contra ſententiam latam poſt decendium reſtituatur in integrum, hoc beneficium per accidens, & concomitanter prodeſt etiam maiori, alioquin favor ille ſpecialis non prodeſſet minori, *argum. l. ſi communem* 10. & ibi Gloſſa *V. & ege. ff. quemad. ſervit admitt.* ubi Gloſſa Marginal. *littera C.* aſſerit, quòd privilegiũ pupilli, & unius conſortis in re indiviſibili proſit alteri conſorti, etiam maiori, & quòd quis poſſit per privilegium ſocii obtinere, quod per ſe non poſſet.

61 Quartò requiritur etiam, ut ſit unum ac idem negotium, quia ſi eſſet diverſum, & tutores eſſent condemnati ob diverſa negotia ab iisdem geſta; tunc uno appellante, & vinceute eius victoria non prodeſſet aliis, ſiquidem ob diverſitatẽ cauſæ non ceuſentur condemnati unâ, & eadem ſententia *l. etiam 29. §. 1. ff. de minor.*

62 Quintò, requiritur itidem ut ſit une, ac eadem cauſa defenſionis, & ut unus appellet, & in cauſa appellationis vincat, ut notat Abbas in *d. c. una 72. n. 4. h. t.* ſecus tamen ſi cauſa ſi diverſa, quia tunc victoria unius non prodeſt alteri ob diverſitatem ceuſæ. Demum requiritur etiam ut alii correi, qui non appellârunt ſententiam primæ inſtantiæ expreſsè, vel etiam tacitè non approbaverint, quie ſi ignoraverint correum appellâſſe, & tacuarunt, videntur primam ſententiam approbâſſe, quantùm eſt in ſe; proinde poſt lapſum decendii tranſivit in rem iudicatã, & appelletio ſocii ampliùs ipſis non prodeſt, ſecus tamen ſi ſciverunt, ſocium appellâſſe, quia tunc cenſentur eius appellationẽ quoed ſe approbâſſe, nec poſſunt correi dici, quod tacitè ratificaverint

priorem

priorem ſententiam non appellando. Cùm ſcirent ſe tutos eſſe appellatione alterius ex juris diſpoſitione,& eam ſibi etiam prodeſſe, ut notat Abbaa *in d. c. una 72. n. 4. h. t.*

63 Quæritur vigeſimoquintò, en præſentatio facta ab eo, in cujus ſavorem lata ſuit ſententia juris patronatus ante elapſum tempus appellandi valida ſit. Certum eſt, de jure communi concedi decem dies ad appellandum à ſententia; difficultas eſt, an ſi patronus, qui in lite ſuper jure patronatus victor evaſit, præſentaverit clericum ad beneficium juris patronatus ante elapſum decendium valida ſit talis præſentatio? Reſpondetur, hujusmodi præſentationem factam ante decendium nullum ſortiri valorem, & eſſe attentatam, proinde nullam,utpote factam tempore nondum habili ad præſentandum: etenim toto illo tempore à lege conceſſo ad appellandum, poteſt is, qui in lite ſuccubuit, ſemper impedire effectum ſententiæ contra ſe latæ, ipſum ſaltem ſoſpendendo: proinde toto illo tempore perinde ſe habet, qui causâ cecidit, ac ſi appellationem interpoſuiſſet, conſequenter quicqnid eo tempore fit, cenſetur attentatum *c. Non ſolùm 7. h. t. in 6.* ubi Gloſſa *v. innovata.* Ancharan. *ibid. num.* 1. Covarruvias *pract. qq. c. 23. num. 2. V. tertia interpretatio.* Rota *deciſ. 363.* coram Ant. Auguſt. *lib. 3. diverſ.* & coram Seraphino *deciſ. 45. num. 4.* Ratio ex eo petitur, quia quamdiu pendet terminus conceſſus ad appellandum, nondum ſententia tranſivit in rem judicatam, proinde nondum eſt ſufficiens ad operandum ſuum effectum, ſed adhuc ſubjacet appellationi in habitu, hæc autem appellatio in habitu quoad hoc idem operatur, ac appellatio in actu, ut communiter docent Canoniſtæ *in d. c. Non ſolùm 7. h. t. in 6.* & ibi Geminianus *n. 6. V. nota.*

64 Tum quia ſi ſententia poſſet habere executionem ante elapſum tempus conceſſum ad appellandum fruſtra concederetur dictum tempus: ſiquidem conceditur, ut qui ſuccubuit, & cauſa cecidit, poſſit deliberare, en velit acquieſcere ſententiæ, vel litem proſequi: proinde remanet ſententia in ſuſpenſo, ut non poſſit operari ſuum effectum; quapropter ſi tunc præſentatus inſtituatur, inſtitutio erit nulla: ſiquidem inſtitutio ut valida ſit, ſupponit tanquam fundamentum ipſam præſentationem validam, ut cenſuit Rota *deciſ. 337. num. 1. p. 2. de recent.* hinc ſi præſentatio eſt nulla erit itidem inſtitutio invalida, ut notant Lambertinus *de jure patron. lib. 2. p. 3. q. 3. art. 4.* Ulvianus *de jur. patron. lib. 12. c. 7. num.* 10 Rota *deciſ. 1. de inſtit. in antiq.* generatim non ſubſiſtente fundamento, nec ſubſiſtit, quod eidem innititur, & licèt, quod ab initio fuit invalidum temporis tractu non convaleſcat *c. non firmatur de regul. jur. in 6.* nihilominus ſi qui cauſâ cecidit, infra decendium non appellaverit, ac permiſerit ſententiam tranſire in rem judicatam, poteſt tunc præſentatus inſtitui: quia tametſi præſentatio fuerit nulla; cùm tamen maneat eadem voluntas patroni, præſentatio ab eodem facta manutenetur, & adveniente tempore habili incipit valere, ut tunc de novo facta, ut docent Gloſſe in *d. c. non firmatur de reg. jur. in 6.* Calderinus *conſil. 2. num. 3. de conſtit.*

65 Quæritur vigeſimo ſextò, an qui juravit ſe pariturum mandatis Eccleſiæ poſſit non obſtante tali juramento appellare à ſententia Eccleſiæ, vel præcepto, quo putat ſe injuſtè gravari? Reſpondetur, quòd ſi revera præceptum injunctum ei, qui juravit ſtare judicio Eccleſiæ, excedat limites juramenti, et licitæ promiſſionis poſſit appellare, & deſumitur ex *c. Ad hæc 20. h. t.* ubi Alexander III. declarat quòd jurans ſtare judicio eccleſiaſtico, ſi poſtea appellet, ſit compellendus ſervare juramentum, vel intra 40. dies iter arripere ad proſequendam appellationem, ubi notat Gloſſa, quòd ſi mandatum eccleſiæ excedat limites juramenti, vel licitæ promiſſionis, poſſit is, qui juravit, appellare: ſiquidem gravatus poteſt appellare,& qui ex juſta cauſa juramentum emittit, non dicitur deſerere juramentum. Ratio itidem eſt, quia juramenta generaliter præſtita ſunt reſtringenda ad cauſam honeſtam, & veriſimiliter cogitatam *c. quintavallis de jurejur.* atqui mandatum alicui factum ratione ejus juramenti, ſi limites illius exceſſerit, gravat jurantem *c. 1. de jurejur. in 6.* proinde ob tale gravamen poteſt licitè appellari, ut dicitur in *d. c. Ad hæc 20. h. t.*

66 Tum quia juramentum debet interpretari ſecundùm limites juris, aut juſtitiæ, nec ultra extendi debet: atqui quando jurans ſe obligavit ad parendum mandato Eccleſiæ, intelligitur ſemper conditio ſi tale mandatum juſtum fuerit, prout jura exigunt, ut notat Layman *lib. 4. tract. 3. c. 9. num. 2.* quoties autem mandatum excedit limites honeſtatis gravat jurantem, qui propterea non præſumitur ſe obligâſſe ad tale præceptum, cùm non ſit juxta limites juris, aut juſtitiæ. Tum quia cùm parti litiganti ex juſta cauſa de jure communi conceſſum ſit appellare; juramentum talem conditionem, & interpretationem recipit, ut jurans ea intentione juraverit, ut velit obtemperare Judici, prout de jure obligatur, & niſi à Judice indebitè gravetur, ut notat Abbas in *d. c. Ad hæc n. 5.* Imò id extenditur, quòd licèt quis juraverit, ſe ſervaturum ſententiam Judicis quomodocunque lata fuerit, adhuc poſſit à tali ſententia appellare, ſi juſta ſubſit cauſa: quia ubi requiritur ſpecialis expreſſio, ibi non ſufficiunt verba generalia, tametſi hæc geminata ſint. Cæterum ſi qui juravit non gravetur, tenetur ſervare juramentum, quia juramenta licita ſunt ſervanda *c. ſi verò de jurejur.* unde ſi Judex, qui præcipit alicui, ut adimpleat, quod juravit, ſi illum non gravet, ſed ſimpliciter præcipiat, ut ſervet juramentum, tenetur, qui juravit, illud ſervare, quia præceptum Eccleſiæ eò tendit, ut evitetur peccatum *c. quanto de jurejur.* unde ex quo jurans non gravatur, non poteſt appellare à præcepto ei injuncto ab Eccleſia,& tenetur ſervare, quod juravit.

67 Quæritur vigeſimoſeptimò, en appellari poſſit in quavis cauſa, & à quacunque ſententia? Reſpondetur affirmativè, niſi expreſsè in jure prohibeatur appellatio, quia hæc eſt quædam defenſio, quæ nemini debet facilè denegari, eſt enim defenſio de jure naturæ, ut notat Ma-

ranta de *ord. judic. p. 6. in 2. act. princ. tit. de appell. num. 267.* & id procedit, dummodo ſententia non ſit notoriè irrita, quia à ſententia ipſo jure nulle ſupervacanes eſt eppellatio *l. Ex conſenſu 23. §. 1. ff. h. t.* & docet Lanfranc. iu *pract. judic. c. 10. num. 6. falent.* 14. ſiquidem appellatio debet extinguera pronuntiatum, ſeu reſcindere ſententiam priùs letam, vel ſuſpendere, & quod eſt nollum reſcindi non poteſt, nec ſuſpendi. Quòd ſi res fuerit dubis, poteſt tuna nullitas ſententiæ alternativè, vel ſub conditiona conjungi eum appellatione hoc pacto: dico ſententiam nullsm, ſi locus ſit eppelletioni. Poteſt etiam eppelleri à ſententia nulla petendo, ut declaretur nulla, ut docet Innocentius in *c. dilectis 63. h. t.* ſpectato varò jure civili tantùm à ſententia definitiva poteſt eppellari, non verò ab interlocutoria, niſi contineat grsvamen, quod per ſententiam definitivem, vel eppelletionem ab ee non poſſit reparari, ot ſi Judex pronuntiet, aliquem eſſe torquendum, vel detrudendum in carcerem, eb hac ſeotentia interlocutorie poteſt appelleri jure civili *l. e. ff. de appell. recip.* quia tortura ſemel date per ſententiem definitivam Judicis non poteſt poſtea tolli. Vel niſi ſententie interlocutoria vim habeet definitivæ *l. intra 39. ff. de minor.* vel niſi poſt ſententiam interlocutorism non ſperetur ſecutura ſententia definitiva, ut ſi Judex pronuotiet ſe eſſe incompetentem, tunc eb hec interlocutoria poteſt etiem jure civili eppellari, alioquin ſi deberet expectari ejus ſententia definitiva, ajus grsvameo eſſet irrevocabile. Jure tamen canonico licitum aſt eppellare ab omni ſententie interlocutoria, & à quovis grsvamine tam snte, quàm poſt ſententism definitivem, & deſumitur ex *c. ſuper eo 12. h. t.* quia jus canonicum principaliter intendit præcavere peecata, & amputare omnes occaſiones peccandi, & dirigere hominem ad Deum ut finem ultimum, & magis attandit æquitatem, quàm rigorem: & quie æquiùs quælibet pars illæſa ſervatur, ſi à quolibet grevemina admittetur sppellatio, quàm ſi tantùm permittatur eppellari à ſole ſententis definitive; ideo ſacri canones ab omni ſententia definitiva, & interlocutoria ente, & poſt litis conteſtationem, & in proletione ſententiæ, & etiam poſt, concadunt ſingulis facultatem eppellandi. Concilium tamen Tridentinum *ſeſſ. 13. c. 1.* & *ſeſſ. 24. c. 22. de refor.* juxte jus civile ſtatnit, ut eb Ordinariis locorum non liceet appellare ante ſententiem definitivam, vel elio quocunque grevamina, niſi habeat vim definitivæ.

68 Quæritur vigeſimooctavò, ao in cauſis, vel delictis ootoriis appellatio rscipiatur? Reſpondetor negstivè, & deſumitur ex *c. pervenit 13. h. t.* obi Alexander III. declarat, quòd ſi clerici conquersntur ſe læſos, vel vulneretos, & Rei eppellent ad ſedem Apoſtolicam, ſi exceſſus non ſit publicus, & notorius, ſint Rei compellendi cenſuris, ut infre tempos sonveniens proſequantur appelletionem: ſin verò exceſſus ſit publicus, & notorius, ſunt denuntiandi excommunicati non obſtente appellatione, & vitendi, donec ſetiſfacient læſis, & cum litteris Ordinariis debent ſe præſantare Papæ, ex quo textu liquet, qoòd in notorio crimine non ſit admittenda appellatio, ſed Judex debest procedere. Verùm ſi delictum non ſit notorium, ut percuſſio clerici, Judex eccleſiaſticus non poteſt tunc percuſſorem declarare excommunicatum, niſi priùs eum citet, & in ejus præſentia recipiat probationes, quòd ſi de facto conſtet, debet declersre percuſſorem clerici incidiſſe in ſententiam juris, ut notat Abbas in *d. c. pervenit. 13. num. 5. h. t.* Hioc Judex tenetur diligenter inquirere, an factum ſeu percuſſio clerici ita innoteſcat, ut nulla tergiverſatione defendi poſſit, quin percuſſor clerici contrexerit excommunicationem; slioquin non poteſt procedere ed declarstionem pœnæ ipſo jure laræ, quis potuit contigiſſe, ut clericus cleticum ob ſui defenſionem percuſſerit; vel etiam ex charitate, adeò ut mortsliter non peccaverit: ſecus ſi crimen ſit ex quavis parte notorium, tunc non eſt neceſſarius proceſſus judicislis, ſed tantùm executio pœnæ ipſo jure latæ. Cætarum conſultius ſemper eſt, imò & ſæpe neceſſerium Reum citsre, ut Judex intelliget crimen eſſe notorium, quòd ſi Reus citetus nullsm exceptionem, vel defenſionem poteſt opponere, & factum ſit notorium, tunc non requiritur declerstio, ſed ſtatim deveoitur ad executionem.

Juvet tamen obſervere diſcrimen inter appellationem è ſententia excommunicetionis ebſolutè lata; & inter ſententiam declaratoriem Judicis, quâ quis declaratur contrâxiſſe excommunicationem, quie appelletio à teli ſententia non poteſt per ſequentem appellstionem ſuſpendi; ſecus ſententia declsretorie Judicis per legitimsm sppelletionem ſuſpenditur *c. Paſtoralis 53. §. verùm h. t.* quie interdum poteſt contingere, ut Judex melè decleret, proinde in jure admittitur eppellatio sb hujusmodi ſententia declerstoris, quamvis non admittetur ab ipſa ſententia axcommunicstionis, quie hæc cùm ſit lete à jure, ſemper præſumitur ex juſtiſſima cauſe lats. Cæterum ſi in appellstione exprimatur legitima cauſe, per quam delictum notorium quodemmodo excuſetur, tunc conceditur eppellatio, ut ſi quis fateatur à ſe corsm multitudine hominum fuiſſe Petrum occiſum, ſed alleger, ſe nonniſi ad ſui defenſionem eum occidiſſe, tunc noo obſtante notorietate delicti edmittenda eſt ejus appellatio cum hac legitima ceuſa, quie ſi revere ad ſoi defenſionem ipſum occidit, impunè eum occidit, ut notst Farinacius in *prax. q. tot. n. 64.* 69

Præterea in notoriis admittitur etism appelletio quoad affectum dévolutivum, quemvis non ſuſpenſivum, imò quamvis non poſſit eppellari è nororio, adhuc admititur appellatio à declerstione notorii *c. conſuluit. 14.* & ibi Abbes *num. 4. h. t.* Barboſa in *collect. ibid. num. 4.* Cæterum ſi Judex deſerat appelletionem, poteſt terminum præfigere, intra quem tenestur eppellens proſequi eppelletionem ſub disjunctione, ot vel intra eundem terminum eam proſequatur: vel elapſo tali termino reſpondeet coram Judice *à quo*, idque ſub pœna cenſuræ incurrendæ, quamvis eliàs nemo poſſit adigi ad proſequendam appellationem *l. Eos 6. in fin. h. t.* 70

& no-

& notat Gloſſa in *c. conſuluit* 14. *h. t.* Obſervandum tamen eſt, quòd licèt in factis, & criminibus notoriis non admittatur appellatio: in dubiis tamen, ſi appelletur, cauſa probabilis coram Judice *à quo* exprimi debet, quæ ſi vera ſit, debet legitima cenſeri: ſin verò appellans eam non proſequatur, vel non probet; tunc Judex à quo procedit in cauſa, & deſumitur ex *c. Cum ſpeciali* 61. §. *porro. h. t.* quia ſicut providendum eſt, ne quis in judicio gravatur; ita conſulendum eſt, ut debitus honor deferatur Judicibus; proinde attendendum eſt, ne frivolæ appellationis diffugio proceſſus cauſæ impediatur: & quia quando ab interlocutoria appellatur proponendo rationabilem cauſam appellandi coram ipſo Judice *à quo*, & illam poſtea probando coram Judice *ad quem*, tam Judicum dignitati, & ordini judiciario, quàm ipſis litigantibus, ne graventur, ſufficienter providetur *c. ut debitus* 59. *h. t.* ideo exiſtente dubio quoad exceſſum, debet appellens ab interlocutoria proponere cauſam probabilem appellationis coram Judice *à quo* appellat, talem ſcilicet, quæ ſi probata eſſet, deberet legitima cenſari, ut habetur in *d. c. Ut debitus* 59. *h. t.*

71 Quòd ſi appellans non proſequitur ſuam appellationem Judex *à quo* procedit in cauſa: ſiquidem qui intra præſixum terminum appellationem non proſequitur, cenſetur eam habuiſſe pro deſerta, ac perinde ſe habere, ac ſi non appellâſſet *c. cum ſit* 5. *h. t.* & *l. fin.* §. *illud C. de temp. appell.* & quia quando à Judice ex juſta cauſa non receditur, ubi inchoatum fuit judicium, ibi debet finem accipere *l. ubi acceptum ff. de judic.* ſequitur, quòd appellans teneatur ſuam appellationem proſequi intra terminum ſecundùm locorum diſtantiam, temporis qualitatem, & naturam negotii, à Judice *à quo* moderatum; alioquin ſi eam neglexerit proſequi, ex tunc ipſe Judex non obſtante appellatione poteſt in cauſa procedere ad inſtantiam Adverſarii, ſi appellans habeat adverſarium: vel ex officio, ſi ſit cauſa, in qua Judex ex officio debeat procedere, ut habetur in *d. c. cum ſpeciali* 61. *h. t.* Imò id etiam procedit, ſi appellans proſequens cauſam ſuæ appellationis eam non probet; quia defectus juris, & defectus probationis in judiciis æquiparantur *c. fin. de jurejur.* & *l. duo ſunt, ff. de teſtam. tut.* quia ſicut, ſi non adſit rationabilis cauſa, non poteſt appellari ante ſententiam deſinitivam *c. ut debitus* 59. *h. t.* ita ſi appellans deficiat in ejus probatione remittendus eſt ad eum, à quo præſumitur malitioſè appellâſſe. Verùm id non extenditur ad Regulares, quia iſti habent ſuas ſpeciales obſervantias, & conſtitutiones, quas tenentur obſervare *c. Ea quæ de ſtat. Monach.* Tum quia Regularibus non eſt danda occaſio, ut contra votum obedientiæ ſuis contradicant ſuperioribus *c. placuit* 16. *q.* 1. nec iiſdem eſt via aperienda, ut tribunalia ſæcularium percurrant; & in iiſdem cum publico ſcandalo eorundem defectus manifeſtentur. Quamobrem correctio, quæ fit Religioſis de plano, & ſine judiciorum ſtrepitu ſecundùm illorum regulas; non cenſetur immutata per conſtitutionem, quæ habetur in *d. c. cum ſpeciali* 61. *h. t.*

Quæritur vigeſimonono, an per clauſulam *appellatione remota* inhibeatur omnis appellatio? Reſpondetur ex vi hujus clauſulæ prohiberi non ſolum omnem appellationem frivolam, & fruſtratoriam, verùm etiam juſtam, & legitimam, ſi non fuerit ſpecialiter in jure expreſſa, & deſumitur ex *c. Paſtoralis* 53. *in princ. h. t.* ubi Innocentius III. declarat, quòd in reſcriptis per clauſulam *appellatione remota* removetur non ſolùm frivola, & fruſtranea, ſed etiam quælibet alia appellatio, niſi expreſsè fuerit conceſſa in jure, adeò ut prohibeantur etiam appellationes rationabiles, & legitimè interpoſitæ ex juſta cauſa, ſi non fuerint ſpecialiter in jure expreſſæ: ratio eſt, quia intentio Pontificis prohibentis appellationes, ea eſt, ut juſtitia ſuum conſequatur effectum *c. ſecundò requiris* 41. *h. t.* unde quando Pontifex concedit privilegium perſonæ, ut ab ea non poſſit appellari, id præſtat, quia præſumit de virtutibus ejuſdem perſonæ privilegiatæ *l. unic. C. de ſent. præf. Præt.* & quia ubi aliquis gravatur, juſtitia non conſequitur ſuum effectum *c. ut debitus* 59. *h. t.* ideo ceſſat intentio Principis adjicientis eam clauſulam; præſertim cùm defenſio ſit de jure naturæ; proinde quoties in reſcripto inhibetur appellatio per clauſulam *appellatione remota*, non ſolùm intelligitur inhibita appellatio fruſtratoria, verùm etiam quæ interponitur ex juſta cauſa, éſtque rationabilis, & legitima; alioquin præfata clauſula nil operaretur: ſiquidem etiam illâ non adjectâ appellationes frivolæ rejiciuntur *c. cum appellationibus* 5. *h. t. in* 6. ubi dicitur, quòd appellationibus frivolis, nec juſtitia deſerat, neque ſit à Judice deferendum: atqui clauſula à Principe adjecta cauſæ commiſſæ, quamvis ſit odioſa, & exorbitet à jure communi, & debeat propterea ſtrictè interpretari; non tamen debet ita intelligi, ac reſtringi, ut nihil operetur, & omnino otioſa jaceat *c. ſi ſententia* 16. *in fin.* ibi: *ne ſententia effectu careat de ſent. excommun. in* 6. & *l. ſtipulatus* 3. *ff. de verb. oblig.* ubi Bartolus *in princ.* ait, etiam contractus ſtricti juris eſſe laxè interpretandos potiùs, quàm effectu careant. 72

Quamobrem quando in reſcripto inhibetur appellatio, non intelligitur fruſtratoria tantùm, quia per hanc negotium non impeditur: neque intelligitur inhibitum, quòd ſi appellans fuerit gravatus injuſtè, gravamen hujuſmodi non poſſit per ſuperiorem emendari: ſed intelligitur removeri quælibet provocatio, quæ à jure expreſsè non indulgetur *c. ſuper eo de offic. deleg.* Appellatio verò expreſsè à jure approbata illa omnis dicitur, quæ jure eſt expreſsè indulta, & conceſſa, ad quod non requiritur, ut jus permittat appellationem, etiam in eo caſu, in quo adjecta eſt clauſula, ut procedatur *remotâ appellatione*, ſed ſufficit, ſi appellatio expreſsè ſit in jure conceſſa, ut notat Hoſtienſis in *d. c. Paſtoralis* 53. *V. expreſsè V. Judices h. t.* undè quoties in jure aliquis proceſſus pro gravamine agnoſcitur, à quo juſtè appellari poſſit, tum appellatio admittitur non obſtante, quod cauſa ab homine, vel à jure commiſſa ſit cum clauſula *remota appellatione*, quia hæc clauſula nihil 73

opera

operatur contra appellationem, quæ de jure expreſsè indulgetur, quia ſi gravamen ſit notorium poteſt appallari, quamvia cauſa commiſſa ſit cum clauſula *appellatione remota*, ut notat Gloſſa in *c. Ex conqueſtione* 10. *V. poſt appellationem de reſtit. ſpoliat.* cenſetur autem tunc gravamen eſſe notorium, quando jus expreſsè permittit ab illo appellari: quia ſuperior committens cauſam cum clauſula *appellatione remota* cenſat, Judicem non gravaturum injuſtè partes, alioquin non poſſat cauſam ſic committere: quando autem Judex infert gravamen quòd ſecundùm jura cenſetur eſſe injuſtum, tum Judex maniſeſtè gravat; proinda poterit ab ipſo appellari, quamvis cauſa commiſſa ſit cum clauſula *remota appellatione*, quia tunc ceſſat præſumptio, quæ ſtabat pro Judice.

74 Quòd ſi petaa, quid operetur hæc clauſula, ſi ob gravamen poſſit appellari. Reſpondetur tres præcipuè operari effectus. Primus eſt, ut ubi proceditur appellatione remota, non teneatur Judex, à quo appellatur, deferre appellationi, proinde talis appellatio non ſuſpendit ejus juriſdictionem, proinde Judex poteſt ſuam ſententiam exequi, antequam appellatio ſit à ſuperiore recepta *c. Paſtoralis* 28. §. *Prat. de offic. deleg.* Secundus effectus alt, quia Judex non deferens huic appellationi quantumcunque probabili, non punitur: ex quo enim ſibi à jure expreſsè indulgetur, eam non admittendo, non delinquit, *c. qui peccat* 23. *q.* 4. & *l. Gracchus C. de adulter.* Tertius effectus eſt reſpectu revocationis attentatorum poſt appellationem, quia hujusmodi attentata non revocantur per viam attentati, & nullitatis: ſiquidem ex quo per talem appellationem non erat ſuſpenſa Judicis juriſdictio, geſta ſuum fuerunt valorem ſortita, tametſi poſſint à ſuperiore per viam querelæ revocari, ut notat Gloſſa in *c. ut debitus* 59. *h. t.*

75 Cæterum exempla, in quibus admittitur appellatio non obſtanta clauſula *appellatione remota* plura habentur in jure canonico. Ut ſi Judex nolit recipere exceptionem conſanguinitatis, vel alterius juſtæ cauſæ, ob quam Judex poteſt, ut ſuſpectus recuſari, ut deſumitur ax *c. Poſtremo* 36. *h. t.* ubi Lucius III. reſcribit, quòd ſi delegatus, cui committitur cauſa cum clauſula *remota appellatione*, ex juſta cauſa ſit ſuſpectus, poſſit recuſari: & ratio poteſt aſſignari, quia recuſatio, & appellatio Judicis ſunt actus diverſi, proinde licèt prohibita ſit appellatio, non tamen cenſetur prohibita recuſatio, quia ex diverſis non fit illatio. Sin verò Judex delegatus nolit admittere recuſationem, tunc qui eum recuſat, cùm gravetur, poteſt appellare non obſtante clauſula *appellatione remota*, ut notat Pirhing *h. t. ſect. 3. §. 6. num.* 21. Secundò poteſt appellari non obſtante clauſula *remota appellatione*, quando pars vocatur ad locum non tutum, ut habetur in *c. Ex parte* 47. ubi Innocentius III. reſcribit, quòd tametſi in litteris ponatur clauſula *remota appellatione*, ſi pars vocetur ad locum non tutum, poſſit legitimè appellare: & ratio ex eo petitur, quia Judex tenetur citare ad locum judicii, ad quem citatus, & ejus procurator, ut etiam Advocatus, imò & teſtes ſecurè, & ſine periculo poſſint accedere, ut notat Gloſſa in *d. c. Ex parte.* ubi ait, locum debere talem eſſe, ut ad eum poſſint accedere ſine periculo partes, teſtes, advocati, ſcilicet locus honeſtus ſine inimicitia, qui non ſit extra provinciam, nec ultra duas dietas, & habetur etiam in *c. ſive* 4. *cauſ.* 33. *q.* 2. Alia plura exempla, in quibus recipitur appellatio non obſtante clauſula *remota appellatione* refert Gloſſa in *c. Paſtoralis* 59. *h. t.*

76 Quæritur trigeſimò, an Judex, cui commiſſa eſt cauſa cum clauſula *appellatione remota*, debeat deferre appellationi ex cauſa probabili, & juſta interpoſitæ, quamvis à jure non ſit expreſsè conceſſa. Plures cum Gloſſa in *c. Paſtoralis* 53. *h. t.* affirmant, eò quia hodie ſtatutum ſit in *c. ut debitus* 59. *h. t.* ut liceat appellare ex quacunque probabili cauſa: dicunt enim per textum in *c. ut debitus* 59. fuiſſe correctum textum in *c. Paſtoralis* 53. *h. t.* proinde hodie licitum eſſe appellare ex quacunque probabili cauſa. Reſpondetur nihilominus, Judicem non debere tunc deferre appellationi interpoſitæ ex cauſa probabili, ut communiter docent Canoniſtæ cum Hoſtienſi in *d. c. Paſtoralis* 53. *V. emendari V. ſed ſi bene advertat. h. t.* & ibi Abbas *num.* 8. Joannes Andreas *num.* 13. Ratio eſt, quia in *c. ut debitus* textus non loquitur de appellationa à ſententia definitiva, ſed tantùm ab interlocutoria, & in *c. Paſtoralis* textus loquitur indefinitè tam de appellatione à definitiva, quàm ab interlocutoria. Præterea in *c. ut debitus* ſermo non eſt de Judice dato cum clauſula *appellatione remota*, ſed textus loquitur generaliter: ſecus in *c. Paſtoralis* ſpecialiter diſponitur de illo caſu, in quo cauſa commiſſa eſt cum clauſula *appellatione remota*, unde ut rectè notat Pirhing *lib. 2. ſect. 3. §. 6. num. 74. h. t.* textus poſterior in *c. ut debitus* 59. limitandus eſt per priorem textum in *c. Paſtoralis* 53. quia generi per ſpecies derogatur ex *reg. jur.* 34. Idque ex eo firmari etiam poteſt, quia in *c. Inquiſitioni* 71. *h. t.* & eſt textus poſterior eo, qui habetur in *c. ut debitus* 59. *h. t.* deciditur, quid operetur clauſula illa *appellatione remota* adjecta reſcripto. Hoc autem Pontifex non declaraſſet, ſi per *c. ut debitus* illa clauſula fuiſſet reddita fruſtratoria, & textus in *c. Paſtoralis* correctus etiam fuiſſet per textum in *c. ut debitus.*

77 Quæritur trigeſimoprimò, quid agendum, ſi utraque pars litigans appellet ad diverſos Judices? Reſpondetur, quòd ſi appellationes, ita fiant ad diverſos Judices, ut unus ſit ſuperior, ac in majori dignitate conſtitutus, tenetur appellans ad ſuperiorem comparere coram inferiore, ſi citatus fuerit ab hoc inferiore ad allegandam ſuam appellationem; adeò ut inferior Judex poſſit jure procedere contra ipſum, niſi ei innotuerit, appellationem eſſe interpoſitam ad Judicem ſuperiorem; adeò ut ſi à Judice inferiore una pars litigans appellat ad Papam, & alia ad alium Judicem inferiorem, teneatur appellans ad Papam comparere ad citationem Judicis inferioris, & allegare ſuam appellationem, & deſumitur ex *c. duobus* 7. *h. t.* ubi Alexander III. declarat, quòd ſi duo litigent coram Epiſcopo, & in

in eadem cauſa, onus appellet ad papam, & alter ad Archiepiſcopum, & iſte ſtatuto die veniens ad Archiepiſcopum dicat, ſe appellâſſe ad eum, & taceat ſocium appellaſſe ad Papam; debeat Archiepiſcopus citare adverſarium ſub excommunicatione, quòd ſi contemnat parère, excommunicatio ſit valida: ſecus tamen, ſi Archiepiſcopus ſciebat, contrariam partem appellâſſe ad Papam. Ratio eſt, quia Judex Ordinarius, & immediatus appellationis eſt tunc Archiepiſcopus, qui per ſe habet iuriſdictionem in talem perſonam, & cauſam, quæ tamen per exceptionem poteſt elidi, eò quia pars contraria appellat ad Papam; proinde quamdiu excipiendo contra juriſdictionem Judicis inferioris nihil opponitur, poteſt is validè procedere, & Adverſarium citare, qui propterea ſi citatus noluit comparere, conſtituitur in contumacia *l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus*, proinde poteſt excommunicatione percuti: ſi quis enim Clericum accuſet, quòd occiderit hominem, ac proinde à ſuo Epiſcopo citetur, debet is comparere, & allegare fuiſſe à ſe occiſum in loco diœceſis exempto, ne videatur contemnere poteſtatem Epiſcopi, niſi tamen notorium ſit, nullam Judici citanti competere juriſdictionem, quia tunc citatus non tenetur comparere, quia citatio defectu juriſdictionis in citante eſt nulla.

78 Cæterum quòd appellatio debeat fieri ad Judicem conſtitutum in majori dignitate, & ſuperioritate, ſi inferiori Judici conſtet, partem contrariam ad eundem appellâſſe ex eo evincitur, quia cum una, ac eadem appellatio ſuper eadem cauſa tractari non poſſit coram diverſis Judicibus, ne continentia cauſæ dividatur, debet appellatio interpoſita ad Judicem ſuperiorem prævalere ei, quæ fuit interpoſita ad inferiorem, quia poteſtas, & juriſdictio Judicis ſuperioris abſorbet juriſdictionem inferioris *argum. l. contra 54. §. is qui ff. de re iudic.* hinc ſequitur, quòd Judex inferior non poſſit procedere, ſi ſciat appellatum eſſe ad maius tribunal, & Abbas in *d. c. ſi duobus 7. numero 3. h. t.* addit, id procedere non ſolùm in Papa, ſed etiam in quovis alio ſuperiore Judice, ad quem omiſſo medio poteſt apepllari: alioquin ſi Judex ſuperior ſit talis, ad quem non poſſit omiſſo medio appellari, tunc prævalet appellatio interpoſita ad Judicem inferiorem, ad quem gradatim fuit appellatum.

79 Hincà Judice ſæculari non valet appellatio ad eccleſiaſticum in cauſa purè temporali, quia in cauſis temporalibus laicorum jure communi Judex eccleſiaſticus non habet juriſdictionem, niſi fortâſſis laici ſubjciantur etiam juriſdictioni Judicis eccleſiaſtici *argum. c. novit 13. de judic.* alioquin ſi Judex eccleſiaſticus non habeat juriſdictionem in laicos, non debet eorundem negotiis ſe immiſcere in præjudicium poteſtatis ſæcularis, & hæc eſt ratio, cur a laicis ad Papam non fiat appellatio: valet tamen conſuetudo, ut à Judice laico in rebus temporalibus fiat appellatio ad Judicem eccleſiaſticum *argum. c. licet 10. de for. compet.* non ita vice verſa valet conſuetudo, ut à Judice eccleſiaſtico appellatur ad ſæcularem: ratio ex eo deſumitur, quia appellatio exigit fieri à minore ad maius tribunal, & eccleſiaſticũ eſt dignius, ac majus ſæculari, proinde conſuetudo appellandi ad Judicem eccleſiaſticum valet, cum fiat ad tribunal dignius; non verò è contra valet appellatio à Judice eccleſiaſtico ad laicum, quia tribunal laicorum eſt inferius, & de ratione appellationis eſt, ut fiat ad tribunal ſuperius: hinc vacante Romano Imperio, quia non poteſt appellatio tunc fieri ad Judicem ſæcularem ſuperiorem, cùm non detur poteſtas ſæcularis ſupra Imperatorem; appellatio fit tunc ad ſummum Pontificem *c. licet 10. de foro compet.*

Quæritur trigeſimo ſecundò, an à colla- 80
tione beneficii facta à Capitulo ſimul, & Epiſcopo, qui eidem interfuit, ut canonicus, appellari poſſit ad Epiſcopum? Reſpondetur affirmativè, quia quando Epiſcopus interfuit tantùm ut ſimplex canonicus non dicitur, quòd ipſe contulerit beneficium, ſed totum capitulum, cui ut membrum interfuit: quòd tunc non dicatur beneficium collatum fuiſſe ab Epiſcopo, ex eo etiam evincitur, quia tametſi Epiſcopus abfuiſſet, vel contradixiſſet, adhuc collatio, vel alius actus capitularis potuiſſet fieri à reliquis de capitulo, quod major pars canonicorum conſtituit: & quod fit nomine univerſitatis, non fit à ſingulis, ſed a tota communitate *argum. l. ſicut 7. ff. quod cuiuſcumque univerſ. nom.* cùm igitur appellatio regulariter fieri debeat gradatim ad proximum ſuperiorem, & proximus ſuperior Capituli ſit Epiſcopus, non ut canonicus, ſed ut Epiſcopus; ſequitur, quòd à collatione beneficii facta à capitulo, cui Epiſcopus interfuit tantùm ut Canonicus, poſſit ad ipſum, ut Epiſcopum fieri appellatio. Tum quia quando Epiſcopus intervenit capitulo non ut Epiſcopus, ſed ut Canonicus, eius ſuffragium non plus valet, quàm ſuffragium alterius Canonici; ſiquidem Epiſcopus tunc non pluris æſtimatur, quàm ſimplex canonicus, & tota collatio beneficii dicitur fieri ſolùm à capitulo; non verò ab Epiſcopo, & canonicis, quaſi à capite, & membris ſimul *c. Paſt. de conceſſ. prabend.* & quia appellatio regulariter debet fieri gradatim ad proximum ſuperiorem, rectè à collatione facta à Capitulo, cui Epiſcopus interfuit, ut canonicus, poteſt appellari ad Epiſcopum ut Prælatum. Secus tamen eſſet, ſi Epiſcopus non ut Canonicus, ſed ut Prælatus interfuiſſet Capitulo, quia tunc appellaretur ad eundem, à quo facta fuit collatio: quia tunc verè dicitur, quòd Epiſcopus contulerit tale beneficium, quamvis non ſolus, ſed ſimul cum capitulo, veluti caput cum ſuis membris, quapropter appellaretur ab eodem ad eundem contra naturam appellationis exigentis fieri à Judice inferiore ad ſuperiorem.

Neque obſtat, beneficium fuiſſe itidem 81
collatum ab aliis Canonicis: quia quando Epiſcopus intervenit Capitulo, ut Epiſcopus, ipſe eſt caput, & Canonici ſunt membra *c. novit de his, quæ ſunt à Prœl. ſine conſenſu cap.* membra autem ſequuntur caput, cui etiam obſequuntur, ut enim ſcribit Apoſtolus ad *Epheſ. 4.* Non

decat à capite membra diſcadere *c. non decet diſt.* 22. quapropter tunc ab eodem appellaretur ad eundem contra ſubſtantiam, & naturam appellationis. Quamobrem etiam in materia conferendi beneficia, liquet, unum ac eundem hominem poſſe diverſas gerere perſonas, ſcilicet canonici, & Epiſcopi, & poſſe intereſſe capitulo, ut canonicum tantum, & tunc beneficium non dicitur collatum ab Epiſcopo, ſed à Capitulo, alioquin ſi Epiſcopus conferret beneficium cum conſenſu Capituli, tametſi tunc haberet vocem in Capitulo, perinde ac unus ex canonicis, adhuc tamen appellandum eſſet non ad ipſum Epiſcopum, ſed ad alius ſuperiorem, ſeu ad Archiepiſcopum: quia cùm in hoc caſu capitulum non habeat jus conferendi, non poteſt appellari ab eius collatione: ſiquidem aliud eſt conferre beneficium, & aliud aſſentiri conferenti tale beneficium.

82 Quæritur trigeſimo tertiò, an ſine verbis poſſit ſolo facto appellari? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. dilecti* 52. *h. t.* ubi Cœleſtinus III. declarat, quòd qui in aliqua cauſa arripit iter ad Romanam Curiam, intelligitur appellâſſe ad Sedem Apoſtolicam, quòd ſi inſtatim excommunicetur, excommunicatio ſit nulla, quia plus eſt facto ad ſedem Apoſtolicam provocare, quàm verbo: ex quo textu liquet, arreptionem itineris habere vim appellationis, ſi ſerventur ea, quæ ſervari debent in appellatione. Ratio petitur ex eo, quia ad ſubſtantiam appellationis non pertinet, ut appellatio exprimatur per verbum ipſum *appello*; ſed ſufficit dicere, vel facere aliquid æquivalens tali verbo appello, & quia plus eſt aliquid explicari facto, quàm verbo, ut habetur in textu, & *l. ſi tamen* §. *ei qui ff. de edilit. edit.* ſequitur, quòd qui arripit iter ad ſuperiorem, & ſervat alia requiſita ad appellationem, ut quòd exprimat in ſcriptis cauſam rationabilem, ſi ſit ante definitivam, & quòd petat Apoſtolos, his enim præmiſſis ex eo poſtea, quòd iter arripiat ad ſuperiorem, intelligitur ad ipſum appellare, ut habetur in *d. c. dilecti* 52. *h. t.* Non tamen poteſt appellari extra judicium per arreptionem itineris, niſi ad eum ſuperiorem, qui per viam querelæ adiri poteſt intra omnem appellationem: ſiquidem illa appellatio extrajudicialis eſt per modum cuiuſdam querimoniæ, & provocationis à cauſa; hinc licèt à Vicario Generali, ſeu officiali Epiſcopi non valeat appellatio ad Epiſcopum, eò quia ſit unum, ac idem tribunal utriuſque, valet tamen querela, & ſupplicatio. Sin verò ſuperior non poſſit adiri per modum querelæ, tunc arreptio itineris ad eum non habet vim appellationis extrajudicialis.

83 Quæritur trigeſimoquartò, an ſi appellans non proſequatur ſuam appellationem, ſed redeat ad Judicem à quo, & iterum ab eodem gravetur, poſſit iterum appellare non obſtante prima appellatione deſerta? Reſpondetur affirmativè, & deſumitur ex *c. directe* 39. *h. t.* ubi Clemens III. reſcribit, quòd qui ſemel appellavit, & poſtea renuntiat appellationi, poteſt iterum appellare in eodem articulo præſertim in cauſa favorabili, ut in matrimonio. Ratio ex eo petitur, quia per voluntarium reditum ad Judicem *à quo* ſufficienter purgatur contumacia, quæ poterat eſſe in ipſo appellante *clement. unic. de dol.* conſequenter non poteſt ob contumaciam repelli ab iterata appellatione, ſi de novo gravetur, ut notat Abbas in *d. c. directa* 39. *numero* 2. *not.* 1. *h. t.* & quia Judex per reditum voluntarium appellantis recipit juriſdictionem, quæ per appellationem in eo erat ſuſpenſa, & licitum eſt in omni cauſa cuilibet parti ſuper unoquoque articulo appellare, *c. ſi autem* 2. *q.* 6. *l. unic. C. ne lic. in una ead. cauſ. ter. provoc.* ſequitur, quòd qui appellavit, ſi iterum gravatur, poſſit iterum appellare ſuper eodem articulo. Cæterum ſicut à ſententia definitiva bis tantùm cuique licet appellare, non verò tertiò in eadem cauſa, & ſuper eodem articulo, eò quia præſumptio iniuſtitiæ ſit contra eum, contra quam bis in eadem cauſa judicatum fuit: ita proportionaliter loquendo, quamvis qui ſemel à ſententia interlocutoria appellavit, & poſtea appellationem deſeruit, & ad priorem Judicem redivit, poſſit iterum appellare, ſi Judex iterum eum gravet revocando eandem interlocutoriam: non tamen poteſt tertia vice appellare, quia ſententia interlocutoria quoad hoc naturam ſequitur definitivæ.

Hinc quamvis Judex poſſit ſententiam 84 ſuam interlocutoriam immutare, vel revocare, ſi tamen fuerit bis jam promulgata, & confirmata, tunc revocari, ſeu retractari amplius non poteſt, quia cenſetur tranſiiſſe in rem judicatam, quamvis ſi tantùm ſemel pronuntiata fuerit, poſſit revocari, ut notat Gloſſa in *clement. ult. V. ſuper ea h. t.* ubi Pontifex etiam declarat, quòd qui appellat à repulſione exceptionis peremptoriæ bis, & ſuccumbit prima, & ſecunda vice, non poteſt tertiò appellare à ſententia definitiva, quia in una, eadémque cauſa ſuper uno articulo tertiò provocare non licet *l. unic. C. ne liceat in un. eademque cauſa ter. provoc.* & quia qui bis in peremptoria exceptione appellavit, & ſuccubuit, ſi ſuper ea in appellatione a definitiva rurſus audiretur, eſſet ſuper eodem articulo tertia appellatio, fit, quòd ſi appellans ſuccubuit à ſecunda repulſione exceptionis peremptoriæ; non ſit in cauſa appellationis poſtmodum à definitiva emiſſæ ulterius audiendus ſuper ea. Verùm licèt talis tunc non audiatur per viam appellationis, bene tamen audiri poteſt per viam nullitatis *clem.* 1. *de re judic.* ut etiam per viam reſtitutionis in integrum *C. minor. autem ff. de minor.*

§. X.

De Recuſationibus, & Relationibus.

Quia recuſationes in pluribus conveniunt cum appellationibus, & à pari ferè procedunt, ſiquidem ſicut per appel- [illegible] lation

lationem, ita & per recuſationem ſuſpenditur Judicis iuriſdictio; adeo ut non poſſit Judex in cauſa, in qua recuſatur ad aliquem actū procedere; & ſi proceſſerit, proceſſus ſit nullus; niſi fortaſſis recuſans poſt recuſationem conſenſerit in Judicem recuſatum: ideo in ſecunda parte rubricæ huius tituli in antiquis decretalibus Gregorii IX. agitur de recuſationibus, & in tertia parte de relationibus, quæ etiam affinitatem habent cum appellationibus, & in effectu conveniunt; unde de utriſque breviter hic agemus.

2 Eſt recuſatio prout ad præſens pertinet inſtitutum; allegatio ſuſpicionis contra Judicem, eò quia is, aut nimia affectione erga partem adverſam, aut odio contra recuſantem ducatur: vel quia conſanguineus, aut affinis ſit parti adverſæ, vel quia ipſemet proprium intereſſe in tali cauſa habebat; & generaliter, quænam in ſpecie ſint juſtæ ſuſpicionis cauſæ relinquitur arbitrio prudentis Judicis. Debet huiusmodi recuſatio Judicis proponi intra viginti dies poſt oblatum libellum ante litis conteſtationem, quia exceptio recuſatoria Judicis tanquam ſuſpecti pertinet ad exceptiones dilatorias, quæ ante litis conteſtationem proponi debent *c. inter Monaſterium 20. V. quas etiam tanquam dilatorias ſup. de ſent. & re judic.* & docent communiter juriſperiti *in l. apertiſſimi C. de judic. c. poſtremo 36. c. cum ſpeciali 61. h. t.* imò eſt etiam declinatoria fori; proinde non ſolùm ante litem conteſtatam, ſed etiam ante omnem actum iudicialem proponi debet, ne aliàs reus videatur conſentire in Judicem, eiusque judicium, ac ſuſcipere ſuſpicionis cauſam *l. fin. C. de Exception.* quia etiam ſuper aliis dilatoriis para videtur renunciare, ſi judicium ſubeat, & proceſſum Judicis ſuſcipiat *argu. c. inſinuante 25. de offic. delegat.*

3 Cæterum quoad tempus 30. dierum, intra quod recuſari debet Judex ſuſpectus, non videtur adeſſe diſcrimen inter ius civile, & canonicum, quia triginti dies dantur ad deliberandum, & reſpondendum libello; hinc poſt eorum lapſum non licet amplius recuſare Judicem, eò quia per reſponſionem ad libellum facta ſit litis conteſtatio, & recuſatio Judicis proponenda eſt ante litis conteſtationem, ut notat Abbas *in c. ſecundò requiris 41. h. t.*

4 Id tamen limitatur, quia recuſatio Judicis per quam juriſdictio illi denegatur, debet naturaliter præcedere exceptionem ſuſpicionis: ſiquidem fruſtra obiicitur, quòd Judex ſit ſuſpectus, ſi juriſdictione careat, quia ſine hac non poteſt Judicis officio fungi. Secundò, niſi quis ſuper alia dilatoria, ut actorem eſſe excommunicatum, Judicis cognitionem, ſeu judicium ſubeat cum proteſtatione, dummodo ſalva maneat exceptio recuſationis propter ſuſpicionem *c. paſtoralis 4. de except* & ibi Gloſſa *V. proteſtata.* Tertiò limitetur etiam, ſi cauſa ſuſpicionis poſt aliam exceptionem dilatoriam; vel poſt litis conteſtationem de novo ſuperveniat; quia quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio, *l. de ætate 11. §. ex cauſa ff. de interrogat. & jure faciend.* vel ſi cauſa ſuſpicionis, vel exceptionis ante extiterit, & de novo poſtea cognoſcetur, ſeu poſt litis conteſtationem in notitiam rei primùm devenerit; ſiquidem juſta ignorantia excuſet à in hiſce caſibus poteſt Judex recuſari etiam poſt litem conteſtatam in quacunque judicij parte ut deſumitur *ex c. inſinuante de offic. delegat.*

5 Sin verò à Judice certus terminus præfigatur, intra quem opponi debeat, tunc ante illum elapſum debet exceptio opponi, tametſi lis nondum ſit conteſtata *argu. c. paſtoralis* Durandus *de recuſat. §. 3. n. 2.* Rurſus recuſatio Judicis opponi debet in ſcriptis *c. quoniam 11.* juncta Gloſſa *V. recuſationes de probat. & l. apertiſſimum.* Verùm *in c. quoniam* non dicitur, quòd recuſatio debeat porrigi in ſcriptis, ſed quòd poſtea per Notarium redigenda ſit in ſcriptis, quod eſt abſolutè verum.

6 Præterea ut quis ut ſuſpectum recuſet Judicem ordinarium, debet cauſam probabilem ſuſpicionis coram eodem proponere, & eam coram arbitris communi conſenſu eligendis probare: quia niſi probetur cauſa ſuſpicionis, Judex recuſatus ex officio procedit in cauſa principali, & ea probata Judex recuſatus ex conſenſu recuſatoris alteri committit cauſam, vel mittit ad ſuperiorem prout ſtatutum fuit in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. *c. 48.* quod refertur *in c. cum ſpeciali 61. h. t.*

7 Si quis verò contra Judicem delegatum opponet ſuſpicionem, debet hæc cauſa coram eodem allegari, quòd ſi fuerit legitima, tunc Judex delegatus poteſt cogere partes, ut in aliquos, qui non ſint valde remoti compromittant, tanquam in Arbitros; coram quibus, ſi cauſa ſuſpicionis intra terminum competentem ab ipſis præfixum probata non fuerit, tunc idem Judex, qui fuerat recuſatus, poteſt procedere: ſecus ſi cauſa ſuſpicionis coram arbitris probata fuerit legitima, tunc Judex recuſatus tenetur ſuperſedere à cognitione cauſæ: ſiquidem lumen ipſum naturale oſtendit ſuſpectos, & inimicos non poſſe Judices eſſe, ut deſumitur ex *c. ſecundò requiris 41. §. tertiò poſtulas h. t.* Hinc quoad modum procedendi in recuſatione Judicis delegati, hoc intereſt diſcriminis inter jus civile, & canonicum, quia de jure civili non eliguntur arbitri, qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcant, immo nec eſt neceſſe, ut cauſa probetur ſuſpicionis, ſed tantùm ſufficit, ſi allegetur, ut deſumitur *ex l. apertiſſimi 16. & l. fin. C. de judic.*

8 Secus eſt in iure canonico, in hoc enim cauſa ſuſpicionis probanda eſt, & in libello recuſatorio exprimenda; & tunc Judex recuſatus mandat utrique litigatorum, immo ſi opus ſit, eos etiam compellit, ut communi conſenſu eligant unum, vel plures alios, & in diſſenſu ſinguli unum, & hi arbitri recepto arbitrio non debent cognoſcere de cauſa principali, ſed tantùm de cauſa ſuſpicionis, & de veritate, ac idoneitate illius *c. legitima eod. tit. in 6.* & debent etiam arbitri ſtatuere Recuſatori terminum ad probandam cauſam ſuæ exceptionis, ſeu recuſationi

nis,ut deſumitur *ex c. ſecundò requiris* 41. §. 1. Sin verò arbitri in cognoſcendo de idoneitate recuſationis non poſſint convanire, tunc debent certium aſſumare, qui cum ipſis iudicet, & ad id poſſunt etiam per Judicem recuſatum compelli, ut etiam ad ferendam ſententiam intra præfixum terminum.

9 Probatâ juſtâ ſuſpicionis causâ coram arbitris, & ſententia etiam per arbitros lata Judax recuſatua cognitionem cauſæ alteri debec demandare de conſenſu recuſatoris, vel eam ramittere ad ſuperiorem *c. cum ſpeciali. V. cauſa.* Cæterum ſi cauſa ſuſpicionis, vel recuſationis fuerit deprehenſa illegitima, cauſa principalia remittitur ad Judicem recuſatum *c. cum ſpeciali c. 4. de for. compet.* perinde ac quando Judex appellationis pronunciat bene iudicatum fuiſſe, & malè appellatum, remittitur cauſa ad Judicem *à quo*, ut deſumitur *ex c. debitus 59. in fin. h. t.* Sin verò arbitri intra ſtatutum tempus neglexerint, vel detrectaverint declarare, an cauſa recuſationis juſta ſit, vel injuſta, Judex recuſatus poteſt ulteriùs procedere in cauſa principali, quis ſuſpicio cenſetur ſublata, ut deſumitur *ex c. legitima in fin.* de jure autem civili non eſt neceſſe, ut cauſa ſuſpicionis exprimatur in libello recuſatorio, ſed ſufficit nuda allegatio cauſæ.

10 Immo ſecundùm formulam recuſandi traditam à Gloſſa *in l. apertiſſimi V. recuſare* poteſt quis allegari ſuſpectus etiam absqua expreſſione cauſæ, dummodo recuſans præſtet iuramentum de calumnia, quòd non recuſet calumniosè; quia tunc juramentum ſtat locò probationis, ſiquidem quilibet præſumitur memor ſuæ ſalutis, ut notat Gloſſa *in d. l. apertiſſimi V. recuſare* hinc arbitri electi à partibus ſecundùm jus civile omiſſo ſuſpicionis articulo poſſunt in cauſa principali cognoſceia, acſi à Principa eſſent Judices conſtituti: quia ſi cauſa ſuſpicionis non ſit inferenda, neque probanda erit, ut deſumitur *ex l. fin C. de judic.*

11 Eſt tamen aliud diſcrimen inter jus canonicum, & civila, quia jure canonico tam Ordinarius, quàm delegetus Judex recuſari poteſt, quamvis ſit Epiſcopus, ut deſumitur *ex c. ſecundò requiris* 41. *h. t.* §. 3. at de jure civili licèc Judex delegatus recuſari poſſit, ut ſuſpectus *l. fin. C. de judic.* debet tamen delegatio expreſsè facta eſſe à Principe cum clauſula *remota recuſatione.* Eodem autem jure civili Judex ordinarius non poteſt recuſari ut ſuſpectus ad hoc præcisè ut removeatur tanquam ſuſpectus; ſed ſi ſubſit aliqua cauſa ſuſpicionis, eſt alius Judex eidem adjungendua, ut habetur *in authent. ſi verò contigerit C. de iudic.* Gloſſa *in d. l. apertiſſimi V. Iudices.*

12 Cauſæ iuſtæ recuſandi Judicam plures ſunt, adeo ut difficulter definiri poſſint, quapropter magis relinquuntur arbitrio prudentis Judicis, quàm certa lege definiantur, ut notac Panormit. *in c. cum ſpeciali* 61. *h. t.* Hinc propoſita recuſatione, ut plurimum eius cognitio committitur arbitris *c. ſuſpicionis de offic. delegat*, & *d. c. cum ſpeciali* non enim eſſet neceſſe, arbitroa aligere, ſi in iure certa axtaret definitio cauſæ iuſtæ: ſiquidem juſta, ac indubitata cauſa cenſetur omnis illa, quæ in canone, vel lege habetur pro tali. Cæterum Maranta *in ſpeculo aureo p. 6. de appellat. act. 2. numero* 27. & *ſequent.* enumerat 40. quarum præcipuæ ſunt, ſi Judex ſit familiaris alteri parti, & quidem non modica familiaritata. Si Judex Ordinarius ex aliqua juſta cauſa ſit ſuſpectus; tunc enim poteſt atiam eius Vicarius ax eadem cauſa recuſari, quamvis in ſpecie adverſus Vicarium nulla alia ſit ſuſpicio. Rurſus ſi Judex ſit conſanguineus alterius partis, & non æqualiter utriusque. Præterea ſi dominus ſit ſuſpectus ex eadem ſuſpicionis cauſa, etiam tota ipſius familia poteſt allegari ut ſuſpecta. Legator Maranta.

Effectus racuſationis is præcipuè eſt, 13 quia poſtquam fuerit propoſita, pendènte deſuper cognitione, Judex debeat in cauſa ſuperſedere, neque ad ulteriora procedere, alioquin proceſſus eſt nullus, & ſententia, ſi quam tulerit, etiam irrita; debat tamen cauſa recuſationis non eſſe frivola, ſed legitima. An verò ipſo jure validitas, vel nullitas ſententiæ, ſeu proceſsûs dependeat ab eventu probandæ, vel improbandæ cauſæ; ad hoc, ut probata cauſa recuſationis proceſſus Judicis declaretur nullus; & improbata cauſa recuſationis declaretur validus, non concordanc iuris periti, ut fusè oſtendit Gaillus *libro 1. obſervatione 33. numero* 12. Probabilior taman, & communior ſententia eſt, talem proceſſum utroque jure eſſe nullum, ut etiam notat Gloſſa *in can. quoties 2. q. 6.* Dicitur eſſe nullius valoris eo, quia conſultiùs ſit, ut impediatur, ne quid fiat, quàm, quòd ſemel factum poſtea cum verecundia Judicis recuſati retractetur. Quamobrem affectus recuſationis propoſitæ eſt, quòd niſi fuarit manifeſtè frivola deprehenſa, ſuſpendat iuriſdictionem Judicis recuſati.

Ralatio, de qua agitur in tertia parta ru- 14 bricæ huius præſentis tituli eſt conſultatio ad Principem facta à Judice dubitante, quid in cauſa ſtatuere debeat. Hinc definitur relatio à Maranta *6. p. act. 2. numero* 10. Judicis inferioris de jure dubitantis ad ſuperiorem Pontificem, vel Principem, aut etiam Proconſulem, vel præſidem transmiſſa conſultatio, ut ſciat, quid in judicando ſequi debeat *l. eum quem §. 1. de iudic.* dicitur de jure dubitantis, quia in ambiguitatibus factorum relatio improbatur, ut notat Waſenbec. *ad tit. ff. de appellat.* fit autem huiusmodi relatio dupliciter: ſcilicet ſimpliciter, ut olim juxta Canones ax Judicum ignavia, val timiditate fiebat, ut habetur *in c. dudum de elect. c. 1. ut lite non conteſtata.* Secundò addita declaratione eius, in qua eſt refarens. Huiusmodi conſultationes olim fuiſſe frequentes conſtat *ex tot. tit. C. de relat.* ſed quia compertum poſtea fuit, lites plus æquò protrahi cum læſione boni publici, ſi poſt longam diſceptationem coram Judice Ordinario inſuper pro deciſione litis ad Principem recurratur, ad quem omnia acta in genere referantur, ideo Imperator *in novell.* ca 5. ſtatuit

ut

ut Judices omiſſis relationibus in cauſis controverſis decernant, quod eis juſtum, & legitimum videbitur; & partes, quæ ſe per ſententiam gravatas putant, ad beneficium appellationis recurrant, quamvis non prohibeatur quò minùs ſuper aliquo dubio juris poſſit Princeps interrogari, dummodo tota cauſa quoad ea, quæ conſiſtunt in facto ad eum non referatur.

15 Cæterum ſi Judex cauſam dubiam, vel ejus articulum velit ad Principem referre, debet eam in breve compendium redactam ad ipſum transmittere *l. 3.* & ibi Gloſſa *in caſ. de relation.* immo ad id requiritur, ut utraque pars litigans in relationem ipſis editam conſentiat l. 2. juncta Gloſſa *V. probantur C. eod.* ſi tamen partes ſcientes non contradicant relationi, eam cenſentur approbare: & ſi una pars contradixerit relationi, jam relatio fidem non facit, niſi ea, quæ referuntur ex actis cognoſci, & probari poſſint, ut notat Abbas *hic num.* 2. Debet tamen relatio fieri ante ſententiam definitivam *l. 1 in princ. C. de relat.* exceptis cauſis criminalibus, in quibus priùs fertur ſententia, ut poſtea Princeps judicet, an eam ſequi oporteat *l. inter pœnas 6. §. 1. ff. de interdic. & relegat.* Weſenbec. *hic num.* 12. Cæterum effectus relationis, perinde ac appellationis eſt ſuſpendere juriſdictionem inferioris Judicis. Cum primùm Judex ſtatuit cauſam referendam eſſe ex eo tempore ejus juriſdictio quieſcit, adeo ut ea pendente nil debeat innovari, nil attentari; nec de cauſæ meritis inquiri, donec ſuperior conſulatur ſuper dubio juris, & reſponſum his dederit, ut deſumitur *ex l. ex illo h. t. & c. licet 5 de offic. legat.* Hoſtienſ. *in ſum. h t. rubric. de relat. n. 3.*

TITULUS XXIX.

De Clericis peregrinantibus.

Quia peregrinatio ad ſedem Apoſtolicam habet vim, & effectum appellationis, ideo congruè Pontifex, cùm in præcedenti titulo egiſſet de appellationibus; in præſenti ſubjicit hunc titulum de clericis peregrinantibus cauſâ appellationis, & extenditur titulus ad alios, qui cùm ſint abſentes interim gaudent plena ſecuritate: quia eſt regula generalis, ut pendente appellatione nil fieri, nec innovari debeat. Excipiuntur tamen caſus quidam, quibus non obſtante appellatione pendente, adhuc fas eſt aliquid innovare: ut ſi is appellet, qui interdicto *unde vi* conventus, reformare Actori ſtatum poſſeſſionis damnatus eſt, inſuper habita appellatione, & ea pendente ſententia ſuum ſortitur effectum *l. unic. C. ſi de mo. poſſ. fuerit appell.* Sic pendente cognitione ſuſpecti Tutoris, jubetur tutor interim abſtinere ab adminiſtratione *l. 14. §. 1. ff. de ſolut.* Immò interdum ſententia, quam appellatio ſuſpendit, debet executioni mandari, ſi res moram non recipiat, vel periculum imminens debeat præcaveri *l. 6. §. quid tamen ff. de iniuſto rup. & irrup. teſt.*

SUMMARIUM EXEGETICUM

Unici capitis in hoc titulo contenti.

C. CONQUERENTE unic. h. t. reſcribit Cæleſtinus III. Epiſcopo Ambianenſi, accedentes ad ſedē Apoſtolicam tam quoad ipſos, quàm quoad res ſuas eſſe ſecuros, & ſub protectione Apoſtolica; adeò ut ſi quid durante eorum itinere ablatum fuerit, ſit illis reſtituendum; eò quia contra peregrinantem ad ſedem Apoſtolicam nil ſit innovandum. Ubi tamen Abbas putat, hunc textum tantùm procedere de iis, qui publicè aſſumunt ſigna peregrinationis, ut baculum peregrinationis, & alia, & verè peregrinantur ad limina Apoſtolorum. Innocentius tamen cenſet procedere de quolibet accedente ad Papam ex cauſa notoria, ut ad appellationem proſequendam, vel ut relevetur ab alia oppreſſione, vel etiam ex alia juſta cauſa. Hoſtienſis verò latiſſimè hanc decretalem interpretatur de quolibet accedente ex quacunque cauſa ad ſe-

ſedem Apoſtolicam, qua ſententia mihi videtur probabilior ob regulam jur. in 6. *quia odia ſunt reſtringenda. Liquet ex eodem textu, revocandum eſſe quicquid factum fuit contra peregrinantem poſt iter arreptum, præſertim ſi ſit gravis prejudicii, niſi de jure peregrinans debuerit aliud prius prævidere.*

COMMENTARIUS PARATITLARS.

§. I.

Clerici peregrinantes, qui intelligantur.

1 EX eo, quòd peregrinantes, ſeu proficiſcentes ad ſedem Apoſtolicam, qui vulgò Romipetæ dicuntur, gaudeant privilegio appellantium, & ſint ſub ſedis apoſtolicæ protectione inſtar eorum, qui provocârunt; ideo poſt titulum de appellationibus ſubjicitur hic alius de clericis peregrinantibus. In genere peregrinans dicitur, quicunque per aliena loca peregrè proficiſcitur; ſed in hoc loco ſpecialiter intelliguntur ij, qui ad ſedem apoſtolicam proficiſcuntur, ſive ex cauſa peregrinationis ad limina Apoſtolorum, ſive etiam qui ea alia cauſa neceſſaria, vel probabili accedunt ad ſummum Pontificem, ut tradit Innocentius *in c. unic. ut debitus 59. num. 2. de appellat.* Habet autem hæc peregrinatio effectum, & vim appellationis; dummodo, qui Romam proficiſcitur, iter arripuerit intra decem dies à die illati gravaminis, & peregrinatio fuerit intimata Judici, vel parti, ut notat Scaccia *de appellat. q. 6. num. 42.* quia ſicut appellans ad ſedem apoſtolicam eximit ſe à jurisdictione Judicis *à quo*, ſeque confert in jurisdictionem, & tutelam Judicis *ad quem*: ita etiam qui poſt cauſam motam proficiſcitur ad ſedem apoſtolicam, tametſi verè non appellet; nihilominus perinde ſe confert cum omnibus ſuis rebus in protectionem ſummi Pontificis, ac ſi revera ad ipſum appellaret quoad articulum illum, ſuper quo appellaret. Unde ſtatim ac quis ad ſedem apoſtolicam iter arripuit, is, & ejus bona illicò cenſentur ſub apoſtolicæ ſedis protectione, adeo ut ſi quid ei ablatum, vel ereptum fuerit, mox reſtitui debeat nulla obſtante proprietatis exceptione; quamobrem remedium hujus canonis videtur imitari remedium attentati poſt interpoſitam appellationem; ſiquidem in utroque remedio debet fieri reſtitutio eorum, quæ ſublata, vel immutata fuerunt.

2 An verò id intelligendum ſit de iis duntaxat, quæ in judicio auferuntur, nimirum ſi aliquis ad Romanum Pontificem adierit nullo ſuorum bonorum relicto Procuratore, aut defenſore, poſſit Judex contra abſentem, ſi citatione antea præventus non fuerat, procedere ſaltem ad immiſſionem in bona ejus petita ex primo decreto, ſeu cauſâ cuſtodiæ, negat Abbas *in c. conquerente unicò h. t.* idque videtur deſumi ex textu, qui loquitur de Presbytero, qui cum ad Pontificem iter arripuiſſet, alii interim ejus bona diripere præſumpſerunt.

Verùm contraria ſententia eſt etiam probabilis, quam docent Hoſtienſ. *in d. c. conquerente unic. h. t.* Innocentius *in c. ut debitus num. 2. de appellat.* quia proficiſcentes ad Romanum Pontificem, vel ſedem apoſtolicam, ſunt ſub protectione ejusdem ſedis; ideóque nihil interim contra eos intra, vel extra judicium attentari debet; unde ad argumentum oppoſitum reſpondet Layman *hic num.* 2. quòd ſi ratio, & cauſa deciſionis ſit generalis, ea non reſtringitur ex caſu ſpeciali, qui de facto propoſitus fuit Principi, eò quia reſponſio fuerit illi aptata, non cauſâ limitandi, ſed exemplificandi. Unde quamvis reſponſio data fuerit de clerico peregrinante: nihilominus docent communiter juriſperiti deciſionem hujus capituli eodem modo locum habere in laicis; cùm generalis ratio data ſit, quòd iter inſtituens ad Pontificem cenſeatur ſub protectione apoſtolicæ ſedis. 3

Quod verò ad ſpoliationem, aut turbationem de facto attinet; certum eſt, quòd capientes, vel ſpoliantes Romipetas excommunicationem incurrant *c. ſi quis 23. cauſa 24. q. 3. & in Bulla cænæ excommun.* 9. ibi enim anathemate percutiuntur, qui accedentes ad Romanam ſedem, vel ab ea recedentes ſuâ, vel aliorum operâ interficiunt, ſpoliant, capiunt, detinent; *& excommun.* 10. *ejusdem Bullæ* eſt contra omnes interficientes, mutilantes, detinentes, depredantes Romipetas, ſeu peregrinantes ad urbem cauſâ devotionis, ſeu peregrinationis, & ab illa recedentes. 4

Unde nona excommunicatio Bullaris loquitur de illis, qui ad Romanum Pontificem, vel ſedem apoſtolicam eunt, & inde revertuntur ob cauſam aliquam ibi expediendam: decima verò de iis, qui peregrinationis, ſeu devotionis cauſâ Romam proficiſcuntur: & inter has excommunicationes id intereſt diſcriminis, quòd poſterior ſolùm pertineat ad eos, qui peregrinationis, ſeu devotionis cauſâ Romam petunt, & comprehendit non ſolùm accedentes, & recedentes, ſed etiam ipſos morantes in urbe; ſecus nona excommunicatio bullaris non comprehendit omnes, qui Romam tendunt, ſed eos tantùm, qui accedunt ad Apoſtolicam ſedem, vel ab ea recedunt, non item qui Romæ morantur. 5

Hinc Judex *à quo* pendente appellatione nil poteſt innovare quoad articulos, ſeu articulum, ſuper quibus appellatum eſt, proinde nil debet innovari in rebus, boniſque illius, qui Romam proficiſcitur ad ſedem apoſtolicam; hinc 6

quid-

quidqoid poſt arreptum iter ablatum, vel ſubtractum fuerit, debet ei reſtitui. Immo non ſolùm hujuſmodi itineris arreptio vim habet appallationis, ſed ulteriùs relevat ab onere petendi apoſtolos, ot ex Innocentio refert Anrhar. *in c. 6. num. 3. notab. 4. de appellar. in 6.* quod tamen debet intelligi poſt motam cauſam: ſiquidem arreptio itineris ad ſedem apoſtolicam antè incœptam cauſam non habet vim appellationis; ſi tamen ex juſta cauſa facta fuerit, vim habet ſuſpendendi juriſdictionem Judicis inferioris, & illum tuetur, qui ad Papam proficiſcitur; non verò enm, qui ad ipſum Nuntium mittit, ur notat Scarcia *q. 6. num. 43.* ubi addit non habera vim citatioois, ſi fiat poſtquam fuit citatus, ant habuit notitiam litterarum, quas adverſarius impetravit à ſummo Pontifice, & deſumitur *ex c. ſuggeſtum 15. ſup. de appellat.*

§. II.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelecta quaſtiones.

1 QUæritur primò, an inferentes damnum accedentibus ad Romanam ſedem, vel ab ea recedentibus incurrant aliquam pœnam? Reſpondetur, eos incorrere cenſuram excommunirationis latæ in Bulla cœnæ: ſiquidem in nona cenſura ejuſdem Bullæ anathemate percutiuntur omnes, qui accedentes ad Romanam ſedem, vel ab ea recedentes ſua, vel aliorum operâ interſiciunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent; omnes enim hujuſmodi actiones prohibentur, ut injurioſæ duobus generibus perſonarum, ſcilicet Romam euntibus, & à Romana curia redeuntibus; vel etiam apud eam commorantes, ut addebatur in Bulla Gregoriana: verùm hæc ultima particola quoad hanc primam partem clauſulæ in nona cenſura Bullæ cœnæ omiſſa eſt, adeò ut hodie non comprehendantur ſub hac cenſura ij, qui præfatas injurias inferunt commorantibus Romæ, quia ibi non eſt illud pericolum, quod facilius poteſt in via imminere. Tum quia Romæ non deſunt alia opportuna remedia ad juſtitiam, & pacem conſervandam. Tum quia in nona cenſura Bullæ cœnæ tantùm eſt ſermo de euntibus ad ſedem Apoſtolicam, vel ab eadem redeuntibos; non verò de euntibus ad orbem, poſſunt enim plures ire Romam, quamvis non cant ad ſedem Apoſtolicam, quia poſſont Romam proficiſci ad ſua negotia ſæcularia peragenda, quo pacto is diceretur ire Romam, non verò ad ſedem Apoſtolicam: è contra poteſt quis ire ad ſedem Apoſtolicam, & non ire Romam, ut ſi contingeret Pontificem, & ejus coriam eſſe alibi, ut quando fuit Avenione, quia ubi eſt ſummus Pontifex cum ſua curia, ibi eſt ſedes Apoſtolica.

2 Quamobrem hæc cenſura excommunicationis propriè non incurritur niſi ab iis, qui accedentes ad ſedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentes ſuâ, vel aliorum operâ interficiunt, mutilant, ſpoliant, rapiunt, detinent. Illi autem dicuntur accedere ad ſedem Apoſtolicam formaliter, qui gratiâ illius Romam, ſeu ad ſummum Pontificem, ſeu ejus curiam proficiſcuntur, ſcilicet pro negotiis, cauſis, vel rebus pertinentibus ad illam, vel quocunque modo eam reſpicientibus. Quamobrem nomine ſedis Apoſtolicæ intelligitur hoc in loco ſummus Pontifex cum ſuâ curiâ. An verò accedentes ad ſummum Pontificem, ut Principem temporalem dicantur etiam accedere ad ſedem Apoſtolicam, & damnum inferentes accedentibus ad Pontificem, ut Principem temporalem incurrant cenſuram canonis, plures negant, eò quia ſedes Apoſtolica formaliter ſumpta ſit, quæ fuit à Chriſto inſtituta, antequam ſummus Pontifex acquireret Regnum temporale. Verùm communior, & verior ſententia aſſerit, nomine ſedis Apoſtolicæ intelligi ſummum Pontificem ut habentem juriſdictionem non ſolùm ſpiritualem, ſed etiam temporalem: & ratio petitur ex eo, quia verba ſumi debent juxta communem uſum loquendi: Tum quia nomine ſedis Apoſtolicæ intelligitur Papa cum curia Romana, atqui curia Romana non ſolùm ſignificat audientiam Papæ ſpiritualem, ſed etiam temporalem, ot notat Duardus in *Bull. cœn. q. 1. num. 2.*

Quæritur ſecundò, quinam propriè dicantur accedere ad ſedem Apoſtolicam? Reſpondetur, eos dici, qui ratione ſummi Pontificis, ſeu intuitu negotiorum in curia tractandorum iter inchoârunt animo accedendi ad Romanam Curiam causâ negotiorum apud ſummum Pontificem agendorum: quia ſi ex aliâ cauſa quis Romam accedat, quàm ratione negotiorum in curia gerendorum, non dicitur accedere ad ſedem Apoſtolicam, ſeu ad curiam Romanam; quia verba ſumi debent in ſenſu formali, ut docent Duardus in *Bull. cœn can. 9. q. 1.* Navarrus in *manual. c. 27. num. 65.* Hinc euntes Romam ut lucrentur indulgentias, vel curioſitatis causâ ad inviſenda, quæ ibi ſunt, non dicuntur venire ad ſedem Apoſtolicam, ut nec etiam qui Romam proficiſcuntur abſente ſummo Pontifice; & ipſius curiâ. Verùm damnum inferentes Romam proficiſcentibus ex alio titolo excommunicationem incurrunt. Cæterum dicuntur etiam ad ſedem Apoſtolicam accedere, qoi negotium cum ſummo Pontifice mediatè, vel immediatè habent ad agendum, cujuſmodi ſunt venientes Romam causâ tributi ſolvendi, vel dandi decimas, quæ Pontifici, vel Eccleſiæ debentur; vel etiam ad impetrandum beneficium, penſionem, breve indulgentiarum, officium; vel quid aliud ſimile, etiam temporale. An verò Romam proficiſcentes ex falsâ opinione quòd ibi ſit curia, quæ de facto eſt alibi cum Pontifice, dicendi ſint accedere ad ſedem Apoſtolicam plures affirmant præſertim Ugolinus *c. 9. §. 1. num. 5. verſ. 7. in fin.* Duardus *can. 9. q. 37. num. 4.* & alii ea inductâ ratione, quia Romam tunc proficiſcens habet intentionem eundi ad ſedem Apoſtolicam, & ut ad illam ſe conferat, iter arripit, quamvis ſit in errore quoad hoc, ut putet curiam Apoſtolicam eſſe Romæ, cùm ſupponatur eſſe alibi. Putârim nihilominus probabilius, inferentem injuriam proficiſcenti Romam cum tali errore non incurrere cenſuram canonis Bullæ cœnæ: quia ad incurrendam cenſuram requiritur factum prohibitum ſub cenſura: ſed factum prohibitum

Digitized by Google

tum ſub cenſura eſt injuria illata accedentibus ad ſedem Apoſtolicam, & in caſu noſtro, qui Romam proficiſcitur, re ipſa non accedit ad ſedem Apoſtolicam, quæ ibi non ſupponitur, ſed tantùm ad urbem, in qua non eſt curia. Secus tamen eſſet, ſi arriperes iter animo accedendi ad ſedem Apoſtolicam, ubicunque hæc extiterit, quia revera tunc arriperes iter ad ſedem Apoſtolicam.

4 Quæritur tertiò, an illi dicatur accedere ad ſedem Apoſtolicam, qui poſt inchoatum iter, propoſitum illuc veniendi mutârunt, vel longo tempore deſtiterunt ab inchoato itinere? Reſpondetur, eos, qui poſt arreptum iter, propoſitum veniendi ad ſedem Apoſtolicam mutârunt, non comprehendi inter accedentes ad curiam Apoſtolicam, & ratio eruitur ex verbis canonis in Bulla cœnæ: dicitur enim *venientes, & recedentes:* quæ verba procul dubio ſignificant actionem, ſeu motum progreſſivum continuum ad locum: ſed qui mutat voluntatem proficiſcendi ad ſedem Apoſtolicam; vel ob aliena negotia longo temporis intervallo detinetur in alio loco, non dicitur progredi, neque accedere ad ſedem Apoſtolicam, niſi revocata voluntate, vel dimiſſis aliis negotiis, iterum pergat in ſuo inchoato itinere. Quo pacto non incurreret cenſuram canonis, qui poſt mutatam voluntatem veniendi ad ſedem Apoſtolicam gravem illi injuriam inferret, vel eum ſpoliarat, vel interficeret: ratio petitur ex eo, quia poſt mutatam voluntatem accedendi ad ſedem Apoſtolicam, non dicebatur ampliùs accedere ad ſedem Apoſtolicam, proinde injuria non fuit illata accedenti ad ſedem Apoſtolicam.

5 Verùm quantùm temporis requiratur, ut dicatur quis voluntatem mutâſſe accedendi ad ſedem Apoſtolicam, non eſt facilè ſtabilire, unde id potiùs remittendum eſt judicio prudentis viri, ut ipſe judicet, quodnam tempus in hac materia cenſendum ſit longum, vel breve, ut dicatur quis accedere, vel recedere: ſiquidem unum, & idem temporis ſpatium poteſt cenſeri breve, vel longum ad conſtituendum unum actum continuum, vel diſcontinuum, ut cum Jaſone *l.* 1. §. *qui præſens num.* 8. *ff. de verb. oblig.* obſervat Duardus *q.* 1. *num.* 3. quamobrem in hac materia, cùm difficulter poſſit aſſignari certus dierum numerus ad cognoſcendum longum, vel breve intervallum, ſtandum eſt judicio prudentis, vel ſuperioris, qui debet diligenter examinare cauſam interruptionis, & intervalli. Quia non cenſeretur longum tempus, ſi quis legitimo impedimento, ſeu neceſſitate detentus inchoatum à ſe iter proſequi non poſſet, ut ſi in febrim incideret, vel aliam pravam valetudinem, ob quam adactus fuerit alicubi diutiùs commorari: quia legitimè impedito non currit tempus. Secus tamen dicendum, ſi ceſſante legitimo impedimento, vel cauſa multum temporis inſumeret in aliis negotiis peragendis non ordinatis mediatè, vel immediatè ad proſecutionem itineris, nec ad finem, cujus intuitu iter inchoaverat, ut rectè notat Duardus in *can.* 9. *Bull. cœn. q.* 1. *n.* 2. & 3. Alterius *diſput.* 10. *c.* 2. *col.* 2. *dub.* 2.

6 Quæritur quartò, quinam in canone Bullæ cœnæ dicantur recedentes à ſede Apoſtolica, ut qui iiſdem gravem injuriam, & damnum inferunt incurrent cenſuram canonis, an illi omnes dicantur recedentes à ſede Apoſtolica, qui diſcedunt à curia Romana quomodocunque; an illi tantùm, qui cauſa negotiorum acceſſerant ad ſedem Apoſtolicam, & ſuis perfectis negotiis, ad ſuos revertuntur? Reſpondetur, ex communiori, ac veriori ſententia eos tantùm intelligi recedentes, qui ad ſedem Apoſtolicam acceſſerant cauſâ negotiorum expediendorum. Ratio petitur ex eo, quia Pontifex in canone Bullæ cœnæ intendit conſulere indemnitati accedentium cauſâ negotiorum ad ſedem Apoſtolicam, ne ſcilicet timore damni per viam inferendi retrahantur ab acceſſu: potuiſſent autem retrahi non ſolùm ſi periculum immineret in acceſſu, ſed etiam in receſſu, proinde voluit ſummus Pontifex, ut excommunicationem incurrerent vexantes eos, qui cauſâ negotiorum ad curiam Romanam ſe contulerant, & abſolutis negotiis ad proprios revertuntur lares. Alioquin ſi ſummus Pontifex voluiſſet diverſas perſonas ſignificare, fuiſſet uſus particulâ disjunctivâ *vel*, quæ ſolet adhiberi ad indicanda diverſa, ut notat Gonzal. *ad reg.* 8. *cancel. Gloſſa* 48. *num.* 17. & *Gloſſa* 52. *num.* 3. & plures alii apud Auguſtinum Barboſam de *dictionib. dict.* 360. cùm igitur ſummus Pontifex uſus ſit dictione non diſjunctivâ, ſed conjunctivâ, & copulativâ, ſequitur nomine recedentium voluiſſe eos ſolùm indicare, qui ad ſedem Apoſtolicam acceſſerant cauſâ negotiorum peragendorum, ut notant Tuſchus *tom.* 2. *conclus.* 274. *n.* 1. Menochius *conſ.* 117. Idque ex eo etiam firmatur, quia verbum *recedo* opponitur verbo *accedo*, adeò ut receſſus præſupponat acceſſum, proinde illi tantùm dicuntur recedentes, qui jam fuerant accedentes: alii enim, qui non acceſſerant, tametſi diſcedant ab urbe, propriè tamen non dicuntur redire, ſed abire, vel diſcedere, ut notat Alterius *diſput.* 10. *c.* 2. *v.* 2. Quamobrem is non incurreret cenſuram canonis, qui mutilaret, vel occideret aliquem, qui ab urbe Roma diſcederet, in qua ſine negotiis per plures annos fuit commoratus, ut nec etiam qui occideret vagabundum venientem ab urbe Roma, in qua per paucos dies ſe detinuit curioſitatis cauſâ. Generatim is non incurrit hanc cenſuram, qui mutilat, occidit, vel ſpoliat aliquem diſcedentem ab urbe Roma, ad quam non venerat cauſâ negotiorum tractandorum, ſed tantùm morabatur in curia, ut docent Duardus *q.* 73. *num.* 14. Ugolinus *c.* 9. §. 2. *in Bull. cœn.*

Quòd ſi dicas, ipſos curiales eſſe ſub protectione ſummi Pontificis, proinde hanc ſententiam eſſe extendendam ad illos, qui curiales recedentes ab urbe Roma mutilant, vel interficiunt. Contra eſt, quia Bulla tantùm loquitur de accedentibus ad ſedem Apoſtolicam cauſâ negotiorum pertractandorum; non verò de commorantibus in curia: & cùm Bulla ſit pœnalis inflictiva graviſſimæ pœnæ, proinde odioſe, non eſt laxè interpretanda, nec extendenda ad curiales. Idque ex eo firmatur, quia Gregorius XIII. in ſua Bulla expreſſit etiam commorantes in curia, quos

quos tamen reliqui Pontifices nòn expreſſerunt, proinde non gaudent protectione hujus canonis, quia mutatio verborum legis debet aliquid operari, ut notat Alterius *diſput.* 10. *c.* 2. *col.* 2. Quamobrem illi incurrunt cenſuram canonis, qui recedentes à curia Apoſtolica, ad quam venerant causâ negotiorum, vexant, mutilant, ſpoliant, occidunt, quia iſti propriè comprehenduntur ſub verbis canonis: ponuntur enim illa verba *venientes, & recedentes*, quæ ſunt dictiones conjungentes diverſa, adeò ut utrumque copulativè ſit æquè principaliter prohibitum *l. ſi mihi, & Titio ff. de verb oblig.* & docet Bartolus in *l. Titia textores* §. 1. *ff. de leg.* & notat Menochius *conſil.* 65. *n.* 35. Poſſet tamen objici, quia verba non ponuntur ſuperfluè, ſed debent aliquid operari *c. ſolita de major. & obed.* atqui privilegium accedendi ad aliquem locum, cenſetur etiam conceſſum ad recedendum ab eodem loco, tametſi nihil aliud exprimatur, quia ire, & redire æquiparantur in jure *c. Magnæ devot. c. fin. de treuga. & pace. c. quia diverſitatem de conceſſ. prebend.* & docet Felinus in *c. fin. de treug. & pac.* ergò cùm accedentes ad ſedem Apoſtolicam gaudeant privilegio, ne offendantur in receſſu, tametſi nulla de receſſu in Bulla mentio fieret, ſequitur, quòd per verbum recedentes non ſolùm ii intelligantur, qui ad Romanam curiam causâ negotiorum acceſſerant, verùm etiam qui morabantur in curia, ad quam non venerant causâ negotiorum in eadem agendorum. Sed contra quia verbum illud *recedentes* non eſt cenſendum otioſum, nec ſuperfluè poſitum, quia ponitur ſemper ad clariorem intelligentiam, & ad dubia ſolvenda, quæ in materia cenſorarum oriri poſſunt: etenim quæritur inter Doctores, an vexantes recedentem incurrant excommunicationem latam contra vexantes accedentem ad locum aliquem, ſi in cenſura non exprimatur, vexantes recedentem: & quamvis Rebuffus in explicatione *canonis* 9. *Bull can. art.* 5. *in v. recedentes*. Duardus *can.* 10. *q.* 14. & alii cenſeant incurrere excommunicationem. Contraria tamen ſententia non caret probabilitate, & eam docent plures ea innixi ratione, quia in materia cenſurarum non valeat extenſio de caſu ad caſum, ſeu à majori ad minus, vel à minori ad majus, ſed ſtandum ſit verbis, diſpoſitionis, prout ſonant.

Quæritur quintò, quinam dicantur interficere, mutilare, ſpoliare accedentes, vel recedentes ad Curiam Apoſtolicam in ordine ad incurrendam cenſuram canonis? Reſpondetur, eum propriè dici interficere, qui necem alteri infert, ſive ſclopeto, ſive gladio, val ſaxo, veneno, vel alia ratione: ſive enim quis alterum occidat uno, vel altero inſtrumento, ſemper verum eſt ipſum interficere. Quòd ſi verberans Romipetam, ſeu accedentem ad ſedem Apoſtolicam non intenderet, eum interficere, ſed tantùm leviter percutere, adhuc incurreret cenſuram canonis, ſi ex tali percuſſione percuſſus moreretur, quia tunc propriè huic homicidium imputaretur, eò quia exercuerit actionem ſaltem periculoſam, ex qua re ipſa mors eſt ſecuta. Tum quia is procul dubio fieret irregularis ob patratum homicidium, & defectu lenitatis, conſequenter incurreret cenſuram canonis, ut docent Alterius *diſp.* 10. *c.* 4. *col.* 3. & alii. Quòd ſi percuſſio ex ſe, & natura ſua nullo modo apta eſſet ad mortem inferendã, & tantùm caſu accideret, ut ſi percuſſus fugiendo impingeret in parietem, vel lapſus fracto capite interiret; dummodo id à percutiente prævifum non fuerit, tunc putârim, non incurrere hanc cenſuram canonis, quia non fuit per ſe interſector, ſed tantùm per accidens, & præter intentionem. Quòd ſi leviter percuſſus ex propria incuria, vel negligentia Medicorum interiret. Putârim percuſſorem incurrere cenſuram canonis, quia tunc inflictum vulnus ſupponitur cauſa ſecutæ mortis. An verò, qui unum tantùm interficit hominem accedentem ad curiam Romanam, transgrediatur hunc canonem, & incurrat ejus cenſuram; videtur eſſe aliqua difficultas, quia canon loquitur in plurali de accedentibus, & recedentibus, & in formalibus, ac odioſis non eſt extenſio facienda. Sed reſpondendum eſt, occidentem unum tantùm hominem incurrere cenſuram canonis: alioquin ſequeretur, eum, qui unam tantùm imponeret gabellam, ſine legitima ſuperioris facultate non ligaturum cenſurâ Bullæ, cùm hæc in plurali numero excommunicatione percutiat imponentes novas gabellas.

Ratio aſt, quia in plurali numero comprehenduntur etiam ſingulares perſonæ, & ſicut Bulla comprehendit numerum pluralem, ita etiam in illo numerum ſingularem, quapropter conſtitutio lata contra blaſphemantes ſanctos, eum etiam comprahendit, qui unum tantùm blaſphemat ſanctum: eadem ratione excommunicatio lata contra injicientem manus violentas in clericum ligat etiam eum, qui una tantùm manu vim infert. Tum quia uſus, & praxis, ac ipſa conſuetudo, quæ eſt legitima legis interpres invaluit, ut in numero plurali intelligatur etiam comprehenſus numerus ſingularis. Quamobrẽ ad incurrendam hanc cenſuram non eſt neceſſe, ut plures occidantur, vel mutilentur, ſed ſufficit, quòd ſicut incurritur, quando plures interficiunt plures, ita etiam quando ſinguli ſingulos, & unus unum; ſunt enim ſingula ſingulis accomodanda, ut notat Duardus in *can.* 9. *Bull. cœn. q.* 11. *in reſponſ. ad prim. arg.* 9

Rurſus hi dicuntur mutilare, qui membra corporis abſcindunt, ſeparant: ſiquidem mutilare idẽ ſignificat ac abſcindere, obtruncare, ſeparare membrum aliquod à reliquo corpore, ut deſumitur ex *c. penult. de corp. vitiat.* ubi altarâ manu privatus dicitur mutilatus. Tum quia mutilatio comparatur homicidio *clem. ſi furioſus*: & quidem hac ratione, quia ſit partialis occiſio, quia ſicut totalis occiſio aſt totalis ſeparatio animæ à toto corpore, ita partialis eſt ſeparatio animæ ab illa parte corporis, quæ abſcinditur, quamvis non deſint, qui cenſeant cum Panormitano in *c. cùm illorum* 32. *de ſent. excommun.* mutilare non aſſe abſcindere membrum à reliquo corpore, ſed tantùm impedire ejus officium, adeò ut qui membrum aliquod ita debilitet, ut eo uti non poſſit, dicatur mutilator, quod temen eſt contra communem modum loquendi. Non tamen ſeparatio cujusvis membri à reliquo corpore eſt mutilatio, ſed ſeparatio membri, quod propriè dicatur tale, ſeu proprium habeat officium diſtinctum ab aliis 10

partibus, ut oculus, manus, auris, pes: quia ungues, dentes, barba, capilli, nares, & pars aliqua carnis non dicuntur propriè membra, ut notat Ugolinus *de cenſur. ſum. Pontif. reſervat. c. 9. v. mutilant. n. 3*. quapropter non ſubjiciuntur huic excommunicationi, qui capillos, barbam, dentes evellunt; ratio eſt, quia hi non dicuntur mutilare juxta propriam verbi ſignificationem. Idque etiam procedit de debilitante membrum accedentis ad ſedem Apoſtolicam ſine tamē abſciſſione, quamvis ob talem debilitatem membrum illud inutile fiat ad ſuam operationem, & quamvis ita debilitatus dici nequeat ſanus *l. Idem Offilius ff. de ædilit. edit.* cujus legis authoritate nititur Panormitanus, ut probet mutilare non importare membri abſciſſionem, ſed tantùm ita illud lædere, ut ad ſui officium maneat impeditum: quòd tamen ex *d. l.* non colligitur, ſed tantùm quòd ita debilitatus non ſit ſanus.

11 Cæterum qui proficiſcenti ad ſedem Apoſtolicam abſcindit manum, vel aliud membrum jam aridum, & inutile ad ſuas operationes, incurrit cenſuram canonis, quia propriè dicitur hominem mutilare, quia quamvis membrum ſit aridum, adhuc eſt membrum hominis, & pertinet ad integritatem, & decorem corporis. Demum ſpoliare in præſenti idem eſt, ac invitum exuere bonis fortunæ, ut veſtibus, pecuniis, armis, equis, & deſumitur ex *l. bona fides V. latro ſpolia, quæ mihi abſtulit. ff. depoſit. & l. 1. ff. de dom. inter vir. & uxor.* Licèt interdictum ſpoliare idem ſignificet, ac privare aliquem bonis non ſolùm mobilibus, ſed etiam immobilibus *c. tranſmiſſa c. ſæpe de reſtit. ſpoliat:* in præſenti tamen ſignificat injuſtè privare Romipetam bonis mobilibus: quia ſummus Pontifex hunc canonem edidit, ne accedentes ad Apoſtolicam ſedem ſpolientur bonis, quæ ſecum deferunt. Imò id etiam procedit, quamvis non pluribus rebus in plurali, ſed unicâ tantùm privetur, ſi ſit notabilis pretii, ut notat Alteri⁹ *diſp. 10. c 3. col. 3.* Ugolinus in *Bull. cœn. c. 9. v. ſpoliat. n. 3.* hinc qui rapit veſtem, pecuniam, equum pertinentem ad eum, qui accedit ad ſedem Apoſtolicam, incurrit cenſuram canonis, quia hæc omnia veniunt nomine bonorum mobilium, ut etiam ſcripturæ, quæ bonis mobilibus accenſentur, eò quia ſint ſub dominio hominis, & ad ejus uſum inſerviant: ſicut enim jura, & actiones vocantur bona *l. bonorum ff. de verb. ſignif.* ita etiam ſcripturæ, quibus bona acquiruntur, defenduntur, & conſervantur.

12 Quæritur ſextò, an, qui rapit uxorem, filios, vel ſervos accedantium ad ſedem Apoſtolicam incurrat cenſuram canonis tanquam ſpoliator, & tranſgreſſor hujus canonis? Reſpondetur, doctores in hac quæſtione non convenire, plures enim cum Molina *tract. 2. de juſtit diſp. 684. n. 7.* negativam ſententiam docent, & nituntur primò, quia hæc cenſura lata videtur contra eos, qui ſubtrahunt bona fortunæ: & homo non computatur inter bona fortunæ, quia ob ejus dignitatem, & excellentiam eſt ſupra bona omnia fortunæ: alioquin in teſtamento, quo quis alteri omnia bona ſua fortunæ relinqueret, comprehenderentur etiam inter hujusmodi bona uxor, filii, & filiæ, quod falſum eſt. Secundò quia Pontifex tantùm prohibuit, ne furtum, vel rapina, aut homicidium, mutilatio, vel detentio committeretur contra accedentes ad ſedem Apoſtolicam: atqui ſubtractio uxoris, filii, vel famuli propriè non dicitur furtum, ſed in jure ſpeciali nomine dicitur plagium, quod ſpecialibus pœnis in jure punitur. Tertiò quia is propriè dicitur ſpoliari, cui eripiuntur, quæ ſub ejus dominio ſunt: homo autē non dicitur ſub dominio alterius, quia naturâ eſt liber. Quartò quia in materia odioſa debent verba ſtrictè interpretari: & verbum ſpoliandi propriè ad ea tantùm extenditur, quæ aliqua ratione perſonam illius, qui ſpoliatur, tegunt, vel attingunt, vel ab aliis de ejus mandato deferuntur, dum ſimul Romam proficiſcuntur. Secunda ſententia è contra docet, nomine ſpoliatoris eum etiam intelligi qui rapit uxorem, filios, vel famulos, quos accedens ad ſedem Apoſtolicam ſecum ducebat, adhærent huic ſententiæ Duardus in *Bull. cœn. q. 23.* Ugolinus in *d. c. Bulla V. ſpolian. n. 5.* & nituntur, quia is incurrit cenſuram canonis, qui accedanti ad ſedem Apoſtolicam violenter ſubtrahit ipſius bona; atqui uxor, & filii dicuntur eſſe in bonis præcipuis mariti: quia bona alicujus non ſolùm dicuntur, quæ ſunt ſub ipſius dominio ſtrictè ſumpto, verùm etiam ea, ad quæ habet actionem, penſionem, & proſecutionem *l. bonorum 1. ff. de verb. ſignif.* atqui maritus habet actionem in uxorem, cujus eſt caput; eſt enim uxor ſub poteſtate mariti quoad regimen, & domeſtica obſequia *Gen. 3. ſub viri poteſtate eris.*

Tum quia, qui filiam ſubtrahit renitentibus parentibus, vel iis, quorum cura fuit concredita, committit raptum, & raptus eſt ſpolium, eſt enim ſpolium veluti genus, ſub quo raptus tanquam ſpecies ſub genere continetur. Prætetea qui ſubtrahit equum commodatum, quo utitur is, qui ad ſedem Apoſtolicam accedit, incidit in hanc cenſuram, conſequenter in eandem incidit, qui abducit filium, vel uxorem, quorum operâ utitur maritus, & pater. Tum quia finis Pontificis fuit conſulere accedentibus ad ſedem Apoſtolicam, ne ob timorem incurrendi aliquod periculum, & damnum in via, retrahantur ab itinere ad ſedem Apoſtolicam: atqui non ſufficienter iiſdem conſuluiſſet, ſi pœnam non incurrerent abducentes uxorem, & filios, quorum jactura longè gravior eſt, & major. 13

Alii inter quos Duardus *q. 37. n. 5. v. 14.* procedunt cum diſtinctione: ſi injuria inferatur illis, ſine quibus Dominus principalis ad ſedem Apoſtolicam accedere commodè non poteſt, dicunt, eis gravem injuriam inferentes incurrere cenſuram canonis: non ita ſi injuria inferatur illis, quorum operâ Dominus principalis non indiget, ut commodè ad ſedem Apoſtolicam accedat. Ratio primæ partis eſt, quia privilegium conceſſum Domino, extenditur ad familiares, & domeſticos, quoties Dominus ſine domeſticis, & familiaribus non poteſt uti ſuo privilegio *c. licet V. cùm conceditur. de privil. in 6.* Ratio ſecundæ partis eſt, quia privilegium ſecuritatis ab Eccleſia conceſſum non extenditur ad ipſos *d. c. licet de privil. in 6.* Putarim tamen, generatim has injurias inferentes iis omnibus, quos Dominus intuitu negotiorum apud ſedem Apoſtolicam tractandorum ſecum ducit, vel Romam mittit, incurrere hanc cenſuram canonis 14

bonis non tanquam ſpoliatores Domini; ſeu Principalia, ſed ut vexatores accedentis ad ſedem eamdem Apoſtolicam: ratio hoc ſuadena ea eſt, quia hi omnes dicuntur ad ſedem Apoſtolicam accedere, quia ad eundem finem illuc proficiſcuntur, ob quem Dominus, ſeu Principalis Romam ſe confert: ſicut enim familaris alicujus familiaria Papæ præſumitur familiaris ejuſdem Papæ, ut etiam inſerviens Legato ſummi Pontificis cenſetur inſervire ſummo Pontifici, ut cenſuit Rota Romana in cauſa S. Petri die 8. Aprilis 1622. coram Pirovano, ita etiam inſerviens proficiſcanti ad ſedem Apoſtolicam cauſa negotiorum à ſuo Domino ibi tractandorum, dicitur venire causâ eorundem negotiorum. Dicitur tamen cauſa negotiorum; quia ſi Dominus tantùm proficiſceretur Romam, ut illuc duceret filium, vel filiam in Monaſterio, vel collegio inſtruendum, vel tantùm curioſitatia cauſâ, qui injuriam inferret huic filio, vel filiæ, non incurreret hanc canonia cenſuram, quia Dominua alio fine, quàm cauſâ negotiorum Romam proficiſceretur. Hinc ad fundamentum primæ ſententiæ poſſet reſponderi, uxorem, & filios accenſeri præcipuis bonia parentum.

15 Neque obſtat, quòd non acquirantur illi, cui Dominus omnia bona ſua relinquit: quia id ex eo oritur, quia per mortem teſtatoria filii, & filiæ ſolvuntur ab onare, & ſubjectione, qua erga ipſum antea tenebantur: Teſtator autem ſolùm poteſt in alterum transmittere ea, quorum dominium abſolutum, ac liberam diſponendi facultatem habet: hoc autem abſolutum dominium non habet pater, in ſuos filios, & uxorem. Ad illud ſecundæ ſententiæ reſpondetur, ſpoliationem non ſolùm conſiſtere in privatione pecuniæ, veſtium, & ſimilium, quæ per vim auferuntur, verùm etiam in ſubtractione filiorum repugnantibus parentibus: ſiquidem rapinæ, & plagium, veluti ſpecies comprehenduntur ſub genere ſpoliationis. Non tamen hæc ſubtractio uxoris, vel filiorum eſt proprie plagium, quia hoc propriè conſiſtit in eo, quòd quis rapiat homines, ut eos iniquè vendat, & in ſervitutem redigat.

16 Quæritur ſeptimò, quid ſignificent illa duo verba *capere*, & *detinere*, quæ ponuntur in canone. Omiſſis variis ſignificationibus, quas refert Gloſſa in *Extravag. unic. v. capere. de privil.* inter extravag. Joan. XXII. reſpondetur capere idem ſignificare, ac perſonaliter detinere, ſeu manibus comprehendere venientes ad ſedem Apoſtolicam, aut recedentes, & hoc pacto ſumitur verbum *capere* in *c. cum Epiſcopus de offic. Ordin. in 6.* & in *c. Ad Apoſtol. de re judic.*: quo fit, ut qui perſonaliter comprehendit accedentes ad ſedem Apoſtolicam, vel recedentes, incurrat cenſuram hujus canonia: quia ſicut ſpolians aliquem ex familia accedentium, vel recedentium causâ negotiorum à Curia Apoſtolica incurrit hanc cenſuram canonis: ita etiam capiens. Tum quia privilegium conceſſum Domino cenſetur etiam conceſſum familiæ *c. licèt §. fin. de privil. in 6.* Tum quia familiares; perinde ac Domini principales dicuntur accedere ad ſedem Apoſtolicam causâ negotiorum, tametſi hæc per familiares non ſint immediatè tractanda, ſed tantùm à ſuis Dominis, quibus famulantur, ut rectè notat Duardus *q. 73. num. 3* An verò, qui aliquem perſonaliter comprehendit, & poſtea eum dimittit, incurrat hanc cenſuram canonis. Reſpondetur affirmativè, niſi ex juſta cauſa id egerit, vel niſi parvitas materiæ capientem excuſet. Ratio ex eo petitur, quia per perſonalem comprehenſionem actus fuit conſummatus: hinc è contra ſi; qui conatus eſt aliquem capere, ipſum actualiter non comprehendit, non incurrit hanc cenſuram, quia capere eſt idem, ac perſonaliter, ac actualiter comprehendere. Tum quia verba legis debent intelligi cum ſuo effectu *l. ſi per alium §. docere ff. ne quis eum, qui in jus vocandus eſt.* Rurſus debet eſſe hæc captura injuſta, unde non incurreret hanc cenſuram, qui caperet perſonaliter accedentem ad ſedem Apoſtolicam ob delictum aliquod in ſua ditione patratũ: quia tunc non capit injuſtè, ſed juſtè ut delinquentem, cui ſummus Pontifex non intendit favere, ut docent Ugolinus *c. 9. §. 1. num 4.* Reginaldus *lib. 9. c. 19. n. 310.* Duardus *q. 37. num.* 8. Id etiam procedit de Vicario Generali Epiſcopi capiente Religioſum confugientem ad ſedem Apoſtolicam ſine licentia ſui ſuperioris juxta Bullam Sixti V. *de Regul.*

Hinc neque incurrit hanc cenſuram canonis, 17 qui de mandato ſuperioris, vel Judicis capit venientem ad ſedem Apoſtolicam, quia is, cùm ſit Miniſter juſtitiæ, non peccat lethaliter, & ſine culpa non incurritur cenſura canonis. Hinc quia parvitas materiæ excuſat à culpa lethali; debet etiam excuſare ab hac cenſura incurrenda, quapropter qui aliquem capit, & ſtatim eum dimittit, probabile eſt, non incurrere hanc cenſuram canonis, quia moraliter non videtur capere *l. non videtur 52. de regul. jur.* ut docet Duardus *loco cit.* quia captura non dicitur tunc perfecta in ordine ad effectum continuatum. Tum quia modicum tempus, dummodo aliud damnum non ſequatur, pro nihilo reputatur. Quod verò ad verbum *detinere* ſpectat. Reſpondet Duardus *q. 25.* hoc verbum ſignificare manu, vel vinculo tenere, ſeu cuſtodire, vel carceri tradere. Verùm putârim cum aliis hoc verbum idem ſignificare, ac captum detinere, ſeu morari, ac impedire: ſiquidem poteſt contingere, ut proficiſcens Romam impediatur ab itinere, vel quia ab aliquo capiatur, vel quia captus detineatur: hinc ſummus Pontifex utramque actionem capiendi, & detinendi ſub cenſura prohibet.

Quæritur octavò, an qui, cùm poſſit; non 18 impedit actiones in canone prohibitas, ejus cenſuram incurrat? Reſpondetur negativè; quia tametſi, qui cùm poſſit; teneatur ex charitate, vel etiam ex juſtitia impedire damnũ proximi, quod ſi non impediat, reus ſit culpæ; non tamen incurrit cenſuram contra exercentes talem actionem poſitivam, injunctam, quia non impediens actionem propriè eam non exercet: & in canone cenſura impoſita eſt contra eos, qui aliquam ex ibi recenſitis actionibus exercent; non verò contra eos, qui non impediunt: aliud enim eſt exercere actionem, & aliud eam non impedire; ſiquidem qui non impedit, non exercet actio-

nem in canone prohibitam ſub cenſura, ſed negativè ſe habet: qui verò eam exercet poſitivè, quia ponit talem actionem.

19 Poſſet tamen in contrarium objici, quia non impediens homicidium, quod ex juſtitia tenetur impedire, tenetur ad reſtitutionem, & incurrit irregularitatem: ergo etiam qui poteſt prærecenſitas actiones impedire, incurrit cenſuram canonis, ſi non impediat. Sed contra omiſſo antecedente negatur conſequentia: ratio diſcriminis petitur ex eo, quia ad contrahendam obligationem reſtitutionis ſufficit lethalis culpa contra juſtitiam cum damno proximi, & ad incurrendam irregularitatem ſufficit mortalis cooperatio poſitiva ad homicidium: ſiquidem qui non præſtat actionem poſitivam, quam erga aggreſſum præſtare debet, privat ipſum aggreſſum jure ſuo, & auxilio ſibi neceſſario, proinde videtur in ipſius homicidium influere, & quoad contrahendam irregularitatem ex homicidio ita uſu, & conſuetudine receptum eſt: at non impedientes prærecenſitas actiones in canone ideo non incurrunt ejus cenſuram, quia ex nullo jure conſtat, canonem etiam comprehendere non impedientes: & cum iſti non exprimantur in canone, non debent in illo comprehendi, quia cùm ſit canon pœnalis imponens pœnam graviſſimam, non debet extendi ad non expreſſos, ſed reſtringi ad ſolos expreſſos.

20 Si dicas, eum, qui permittit percuſſionem clerici, quam poteſt commodè impedire, incurrere excommunicationem latam contra percuſſores clericorum *c. quanta de ſent. excom̃un.* conſequenter etiam is, qui poteſt præfatas actiones impedire, & eas non impedit, incurrit cenſuram hujus canonis. Contra eſt, negatur conſequentia: ratio diſcriminis eſt, quia quod dicitur in *d. c. quanta*, de permittente percuſſionem clerici, eſt caſus particularis in jure expreſſus ſaltem pro foro externo: & in materia pœnali non eſt facienda extenſio de uno caſu expreſſo ad alium non expreſſum: & excommunicatio hujus canonis non extenditur ad non impedientes, qui non exprimuntur.

21 Quæritur nonò, an incurrat cenſuram canonis, qui in accedentes ad ſedem Apoſtolicam exercet præfatas actiones expreſſas in canone, ſi illas exerceat non in odium talis acceſſûs, ſed quia inimicitiam fovet contra perſonam accedentis? Reſpondetur, duas eſſe Doctorum ſententias, quarum prima docet, ad hanc cenſuram incurrendam requiri, ut præfatæ actiones fiant in accedentes ad ſedem Apoſtolicam, ut ſunt accedentes, ſeu ex odio talis acceſſus, vel curiæ Romanæ, vel ne adverſarius jus ſuum in curia proſequatur, vel ne moleſtiam ſibi inferat in curia: non ita, ſi ob privatas inimicitias aliunde contractas, vel ex alia cauſa eas exerceat. Nititur hæc ſententia, quia recipiens hæreticum non incurrit hanc cenſuram, niſi eum recipiat intuitu hæreſis: proinde neque incurrit cenſuram canonis, niſi eas actiones exerceat in deteſtationem recurſûs ad curiam, vel ex odio curiæ, vel ne adverſarius jus ſuum in curia proſequatur, vel ne ſibi moleſtiam inferat: ratio itidem eſt, quia verba formaliter accipienda ſunt præſertim in materia pœnali, in qua debent ſtrictè interpretari, & ita docent plures apud Duardum *can. 9. n. 2.* & *can. 10. q. 16. n. 2.* Secunda ſententia, quæ mihi videtur probabilior, docet, exercentes præfatas actiones in accedentes ad ſedem Apoſtolicam ex quavis cauſa incurrere cenſuram canonis, dummodo actiones includant peccatum grave, ratio ex eo petitur, quia percutiens injurioſè clericum contrahit excommunicationem, tametſi non intendat eum percutere ex pravo affectu clericatûs, neque in odium ſtatus eccleſiaſtici *c. ſi quis ſuadente Diabolo 17. q. 4.* proinde etiam interficiens, vel mutilans accedentem ad ſedem Apoſtolicam ligatur hac cenſura, tametſi eum non interficiat, vel mutilet intuitu talis acceſſûs, ſed ex alia injuſta cauſa. Tum quia, ubi jus non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere *l. de pretio. ff. de public. in rem action.* & jus generaliter loquens debet generaliter intelligi *l. 1. § generaliter. ff. de leg. præſt.* atqui ſummus Pontifex generaliter prohibet ſub pœna excommunicationis ipſo facto, ne accedentes ad ſedem Apoſtolicam interficiantur, mutilentur &c. Tum quia intentio Pontificis eſt conſulere accedentibus ad Romanam curiam: & ſufficienter non eſſet ipſis conſultum, ſi ex odio, vel inimicitia poſſent interfici, & mutilari, & ita docent Ugolinus *c. 9. §. 1. n. 3.* Reginaldus *lib. 9. c. 19. n. 309.* Alterius *diſput. 11. c. 1.* & alii: hinc patet ſolutio ad fundamentum primæ ſententiæ.

Quæritur decimò, an exercentes præfatas actiones injurioſas contra Romipetas, qui cauſâ devotionis Romam pergunt, incurrant excommunicationem? Reſpondetur affirmativè, quia decima cenſura in Bulla cœnæ fertur in omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu peregrinos ad urbem cauſâ devotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes; ex qua clauſula colligitur in nona cenſura Bullæ cœnæ non comprehendi omnes, qui Romam tendunt, alioquin hæc decima cenſura Bullæ cœnæ ſuperflua foret, unde non ſine cauſa in hac additur limitatio *cauſâ, vel ratione peregrinationis*, quia non omnes, qui Romam petunt, voluit Pontifex hac cenſura tueri, ſed tantùm eos, qui ſpecialiter cauſâ devotionis illuc proficiſcuntur. Hinc qui lædit præfatis actionibus civem Romanum viſitantem ſeptem eccleſias, non incurrit hanc cenſuram, quia non lædit peregrinum, ſeu Romipetam. Rurſus qui offendit famulos, vel familiares, qui comitantur Dominum devotionis cauſâ proficiſcentem Romam, hanc contrahit cenſuram, ut notat Duardus *can. 10. q. 16. n. 5.* ubi id extendit, quamvis prædicti familiares intentionem habeant non peregrinandi cauſâ devotionis, ſed ſolius obſequii præſtandi Domino, quia privilegium conceſſum Domino extenditur ad familiares *c. licèt de privil. in 6.* Verùm contraria ſententia eſt probabilis, quia in materia pœnali præſertim cenſurarum non eſt extenſio facienda ultra ſignificationem verborum: & verba hujus canonis tantùm ſignificant eos ligari excommunicatione, qui vexant proficiſcentes Romam cauſâ devotionis, non verò cauſâ famulatûs. Neque ob id privilegium eſt inutile, quia prodeſt famulis, & Dominis accedentibus cauſâ devotionis. 22

TITU.

Digitized by Google

TITULUS XXX.

De Confirmatione utili, & inutili.

Congruit hic Titulus præcedentibus, in quibus cùm viſum fuerit de ſuſpenſione ſententiæ, ſeu iuriſdictionis Iudicis *à quo*, quæ fit beneficio appellationis, vel peregrinationis ad ſedem Apoſtolicam, ideo ſupererat dicendum de confirmatione utili, vel inutili: quia quæ juxta eccleſiaſticum morem juſtè, & rationabiliter ſunt definita, ut vires maiores obtineant; confirmatione Romani Pontificis debent communiri *c. 4. ſup. de re iudic.* ſiquidem ut pulchrè ſcribit Yvo Epiſcopus Carnotenſis ad Paſchalem ſummum Pontificem *epiſt. 10. Quamvis quod ratio ſuadet, vel quod uſus approbat, vel Epiſcopalis moderatio diſponit per ſe ſatis vigere videatur; tamen clarius fit, & quaſi luce quadam irradiatur, cùm id decreto Apoſtolico roboratur.* Verùm quia interdum dubium incidit de validitate, vel invaliditate confirmationis, congruè ſubijcitur titulus in calce huius ſecundi libri de confirmatione utili, vel inutili, qui eſt veluti clauſula totius tractatûs de Judicijs.

SUMMARIUM EXEGETICUM.

Capitum in hoc titulo contentorum.

C. *SIQUIS 1. h. t. Reſcribit Alexander III. Oxonenſi Epiſcopo, quòd tametſi quis impetret à Papa confirmationem rei litigioſæ; poſſit nihilominus Iudex de cauſa cognoſcere, & eam terminare: ſin verò impetrans tempore confirmationis rem pacificè poſſidebat, non licet Iudici de quæſtione poſtea exorta decernere, nec eam definire ſine mandato Sedis Apoſtolicæ. Ex quo textu liquet, confirmationem factam de re litigioſa eſſe ipſo iure irritam: proinde ea non obſtante poſſe Iudicem procedere ad ulteriora, tam in definiendo, quàm in cognoſcendo, niſi in ipſa confirmatione facta fuerit mentio de litigioſis. Cæterum confirmatio impetrata in forma communi, nihil novi iuris tribuit, ſed tantùm vetus conſervat* c. præceptis diſt. 22. c. quia intentionis de privileg. *adeò ut per eandem confirmationem licèt emanatam à Pontifice non impediatur petitio alterius, quia Papa dat talem confirmationem in forma communi ſine præjudicio alterius.*

C. *DE CONFIRMATIONIBUS 2. h. t. declarat idem Pont. Iudicem non poſſe iudicare contra confirmationem Papæ, niſi de ſpeciali eius mandato, aut niſi conſtet de falſi ſuggeſtione. Ubi notandum eſt, quòd confirmatio, ut lis orta non cognoſcatur à Iudice, debet fieri à Papa cum cognitione cauſæ ex certa ſcientia, non ſubreptitia.*

C. *BONÆ MEMORIÆ 3. h. t. Cæleſtinus III. declarat, quòd ſi quis appellet à ſententia & impetret litteras à Papa: appellatus verò præveniens impetret à Papa confirmationem ſententiæ nullâ factâ mentione de appellatione, litteræ impetratæ non valeant, ſed ſecundæ primi appellantis. Sin verò in primis dicatur nullo præjudicio facto juſtitiæ, & veritati, tunc valent litteræ; ſed ſuſpenditur earum vigor, donec fuerit declaratum, de iniquitate ſententiæ. Ex quo textu liquet, litteras impetratas à Papa non valere, ſi non fiat mentio de appellatione partis adverſæ. Cæterum quando primæ litteræ ſunt irritæ, vel poſſunt per exceptionem elidi, non eſt neceſſe, ut in ſecundis fiat mentio priorum, unde in hoc textu ſecundæ litteræ impetratæ per appellantem nulla facta mentione de prioribus impetratis per appellatum ſuum ſortiuntur valorem, quia primæ erant nullæ, vel poterant annullari per exceptionem non facta mentionis de appellatione* c. ſæpe de appellat.

C. *CUM DILECTA 4. h. t. Innocentius III. reſcribit, quòd ſicut ius civile diſponit, ut quando timetur de teſtibus, ne veritas fortuitis caſibus ſubtrahatur, ſint recipiendi teſtes valetudinarij: eadem ratione privilegia eccleſiaſtica vetuſtate conſumpta ſint renovanda: ſed ex renovatione non acquiritur novum jus eccleſiæ, ſed illud, ſi quod habebat, perſeverat. Ex quo textu deſumitur regula, quòd ex innovatione privilegiorum non acquiratur novum jus, ſed tantùm antiquum conſervetur. Rurſus ſicut inſtante neceſſitate etiam lite non conteſtata recipiuntur teſtes Valetudinarii, aliique minus idonei: ita renovatio privilegiorum quæ regulariter non debet fieri, niſi citatis, quorum intereſt, & lite conteſtata, imminente eorum abolitione ob nimiam ſcripturæ, aut membranæ, vel papyri vetuſtatem, poteſt ob ſimilitudinem rationis ſine illis fieri.*

C. *AD NOSTRAM 5. h. t. Idem Pont. declarat, irritam eſſe, & nullam confirmationem impetratam*

tratam à Religioſo à Papa ſuper adminiſtratione temporali pro perſona particulari, ſi tacuit ſe eſſe Religioſum; eò quia eccleſia non conſuevit confirmare Regularibus aliqua perſonaliter. Ex quo textu liquet, Sedem Apoſtolicam non conſuevisse Regularibus aliquid confirmare pro propria, & ſingulari ipſorum perſona, ut habeant nomine proprio; quia à ſe abdicârunt omnia c. ſi Religioſus de elect in 6. *Concedit nihilominus Sedes Apoſtolica hac privilegia communitati Religioſorum, ut Superiores pro ſuo Arbitrio eorum uſum diſpenſent cum Religioſis.*

C. *PORRECTA 6. h. t. Idem Pont. confirmat idem quod in præcedenti: additque talem Religioſum eſſe puniendum, ut authorem falſitatis.*

C. *EXAMINATA 7. h. t. Idem Pont. declarat, ſententiam latam contra formam juris quamvis confirmatam à Papa non valere, nec etiam arbitrium, quod tulit electus arbiter, ſeu Compromiſſarius, ſi ſolùm datum fuit in forma communi, ſeu ſine cognitione cauſæ.*

C. *VENERABILIS 8. h. t. declarat Honorius III. quòd ſi Papa confirmet ex certa ſcientia; alioquin amicabilem compoſitionem, quamvis verbum* confirmamus *præcedat tenorem compoſitionis inſertum, & licèt apponatur clauſula:* ſicut ſine pravitate providè facta eſt; *nihilominus valeat confirmatio, & compoſitio, eò quia vox ſicut non ponitur conditionaliter; ſed cauſativè. Ex hoc textu colligitur, compoſitionem amicabilem poſſe fieri inter laicos, & eccleſiam ſuper decimis authoritate Papæ; non ita ſine tali authoritate. Rurſus compoſitionem, vel tranſactionem ex certa ſcientia confirmatam à Papa tenere: quamvis aliàs non teneret. Hinc quando inter partes componentes expreſſè conventum eſt, ut non valeat compoſitio abſque confirmatione Principis, debet intelligi de confirmatione ex certa ſcientia.*

C. *SUA NOBIS 9. & ult. h. t. declarat idem Pont. quòd quando per Legatum Papæ confertur eccleſia, vel beneficium, & deinde infirmatur à Papa per huiuſmodi collationes, & confirmationes non lædantur iura Diœceſani; ſed proviſus teneatur illi obedire in iuribus Ordinariis. Ex quo textu colligitur cum Gloſſa, Legatum Papæ non habere facultatem ſubiiciendi unam eccleſiam alteri in præjudicium Epiſcopi Diœceſani; nec Papam confirmantem intendere præjudicare Diœceſano. Quinimò ſi Papa accipiat aliquem in ſuam protectionem, is non eximitur à juriſdictione ſui Ordinarii* c. ex parte de privileg.

COMMENTARIUS PARATITLARIS.

§. I.

Quid, & quotuplex ſit confirmatio, & quando utilis, vel inutilis?

1 VIſis iis, quæ ad ſuſpenſionem ſententiæ, & juriſdictionis Judicis *à quo* (quæ beneficio vel appellationis, vel peregrinationis fit) pertinere videbantur; ſupereſt in calce huius ſecundi libri ea declarare, quæ confirmationem concernunt: ſiquidem interdum contingit, ſententiam, à qua appellatum eſt, ſeu proceſſum iudicialem non retractari à Judice ſuperiore, ſive is ſit ſummus Pontifex, ſive alius, ad quem appellatum eſt; ſed plerumque ſententiam Judicis inferioris confirmari; & à ſuperiore pronunciari benè fuiſſe judicatum, & malè appellatum: ideo quia dubitari etiam poteſt de validitate huius confirmationis factæ à ſuperiore, adiicitur titulus iſte poſtremus, in quo generaliter agitur de confirmatione ſententiæ poſſeſſionis, privilegiorum, inſtrumentorum, officiorum, tranſactionum, & ſtatutorum.

2 Confirmatio juxta præſens inſtitutum nil aliud eſt, quàm juris priùs habiti, ſeu quæſiti per legitimum ſuperiorem facta corroboratio; quia confirmatio eſſentialiter debet præſupponere, aliquid priùs extitiſſe, quod per confirmationem poſtea corroboretur: hinc ſicut ratificatio eſt quædam convalidatio actus præcedentis; ita etiam confirmatio corroborat, quod antea actum fuerat.

Dupliciter poteſt confirmatio alicuius 3 actus fieri. Primò tanquam per ſe neceſſaria ad compellendum actum priùs quidem inchoatum, ſed nondum perfectum quoad ſubſtantiam ſuam, ut contingit, quando electus ad Prælaturam petit ſuæ electionis confirmationem, tunc enim confirmatio de jure Ordinario præſupponit actum electionis præexiſtere, ſeu validum eſſe: quia ſi electio nulla foret, etiam confirmatio irrita eſſet: ſin verò electio fuerit valida, confirmatio eam corroborat, ac complet; ſeu dat electo jus perfectum, cùm ante confirmationem per ſolam electionem non fuerit electo jus perfectè quæſitum. Hinc confirmatio tribuit electo poteſtatem adminiſtrandi, quam antea non habebat *c. transmiſſam 15.* Abbas *in c. 1. h. t. n. 6.*

Secundò, poteſt fieri confirmatio non 4 tanquam per ſe, & abſolutè neceſſaria ad ſubſtantiam, & valorem Actus; ſed ut eidem jam præexiſtenti cum ſua validitate maiorem tribuat firmitatem, & authoritatem: unde hæc confirmatio etiam neceſſariò præſupponit actum validum præexiſtentem; non enim poteſt con-

firmari,

by Google

firmari, niſi quod ſupponitur eſſe; quod enim non eſt, non habet eſſe; proinde nec poteſt corroborari, quia id corroboratur, quod habet eſſe debila, & infirmum. Poteſt tamen ſuperior confirmans præſertim Pontiſex ſignificare ſe daturum actui valorem, tametſi per ſe non fuerit validua; & tunc confirmatio non eſt corroboratio prioris actûa, ſed innovatio quædam actua, ſeu nova conceſſio, aut proviſio.

5 Rurſua confirmatio de aliquo contractû transactione, privilegio, ſtatuto, vel alia diſpoſitione, aut actu, duplex aſt una ſimplex, quæ fit in forma communi ordinaria, ut quando Princeps, vel ſuperior habens poteſtatem confirmandi ſine præcedente exacta cognitione cauſæ, proinde de negotio non plenè inſtructua, contractum, vel alium actum ab inferiore geſtum confirmat in eo ſtatu, quo anteà fuit. Altera confirmatio fit in forma ſpaciali, ſau ex certa ſcientia, ut quando ſuperior cum perfecta notitia totius negotii, omniúmque eius circumſtantiarum, ut cum tenor totius privilegii aut inſtrumenti inſeritur in ipſa confirmationa adjecta clauſula *ex certa ſcientia*, aliquid confirmat ut notat Barb. *in collect. in princ. n. 6. & 7. & in c. cum dilecta* 4. *numero* 12.

6 Differunt hæ confirmationum ſpecies, quia quæ fit in forma communi, & ordinaria, nihil novi juris tribuit, ſed tantùm ipſi actui valido ſubſiſtenti maius robur, majoremque addit authoritatem: non tribuit novum ius, quia non innovat actum, ſed actum ex ſe validum magis corroborat addendo eidem authoritatem Superioris eum confirmantis; ſi enim valet actus, qui confirmatur, non poteſt confirmatio illi addere niſi novam authoritatem propriam ipſius confirmantis, novúmque robur, quia validitatem jam præſupponitur habére ex ſe, & deſumitur ex *l.* 1. *C. de veteri iure enucleando.* ubi imperator ait: omnia noſtrà facimus, quibus authoritatem noſtram impartimus: id enim intelligitur etiam de confirmatione in forma communi, quia ſi hæc cadat in materiam capacem confirmationis, tunc res, quæ confirmatur duplici ſubſiſtit authoritate, unâ Judicis inferioris, qui author illius fuit; & alterâ ſuperioris confirmantis eundem actum, adeo ut confirmans ſuam etiam efficiat diſpoſitionem intra limitea diſpoſitionis, & valoris eiusdem; non enim confirmatio in forma communi extendit rem, quæ confirmatur, ſed tantùm illam corroborat, redditque magia indiſſolubilem.

7 Hinc ſententia Judicis poſtquam à ſuperiore, vel Principe in forma communi confirmata eſt, non poteſt amplius reſcindi à Judice inferiore ex ſuppoſitione, quòd talis ſententia valida fuerit, quia par confirmationem accipit novam authoritatem ſuperioris, ſuper qua Judex inferior non habet iurisdictionem. Nihilominus ipſæ partes in quarum favorem confirmatio data fuit, interdum non prohibentur recedere à ſententia par transactionem, eò quia nemo invitus cogatur uti beneficio ſibi conceſſo. Eadem eſt ratio de ſtatuto edito a Capitulo: ſi enim Pontifex in forma communi confirmaverit tale ſtatutum, alius Prælatus eccleſiaſticua invitis Capitularibus non poteſt illud tollere, aut relaxare, eò quia per confirmationem pontificia authoritate fuerit corroboratum, & pontificia confirmatio non poteſt infringi à Judice inferiore. Verùm capitulum quod pro ſuo commodo ſtatutum condidit, eiúsque confirmationem impetravit, poteſt recedere per renunciationem, vel diſpenſationem *c. cum acceſſiſſet* 8. *de conſtit.*

Secunda confirmationis ſpecies, quæ fit in forma ſpeciali, exigit, ut ſuperior confirmans plenam habeat cauſæ cognitionem: & hæc ſpecialis confirmatio tunc ſortitur effectum, quia novum jus tribuit diſpoſitioni, quæ confirmatur, ſi actua fortaſſis antea celebratua, fuerit invalidus, qui tamen effectus ut ſequatur, debet poteſtaa confirmantis ſe extendere ad actum illum validandum, ut deſumitur *ex c. ſi quis* 1. *de* *r.* ubi Gloſſa ait: ſi tranſactio, vel pactum fuit invalidum; per confirmationem Papæ induit valorem, ſumit vigorem, & ſententia Judicia, quæ mortua erat, per confirmationem reviviſcit. Hinc effectum validandi actum ex ſe invalidum tantùm præſtare poteſt confirmatio Superioris potentis validare actum in forma ſpeciali, ſeu ex certà ſcientia; non verò confirmatio datà in forma communi, ut deſumitur ex *c. inter* 6. *prope fin. de fide inſtrum.* 8

Hinc ſi ſummus Pontifex alicui religioſo ordini confirmet in forma communi aliqua privilegia olim obtenta, & quæ poſt Tridentinum fuerunt abrogata, vel per alios Pontifices prædeceſſorea ſublata, talia privilegia per hanc confirmationem in forma communi datam non reviviſcunt, nec ullum acquirunt valorem, & manent, ut antea ſublata. Secus ſi Pontiſex talia privilegia confirmaret in forma ſpeciali, ſeu ex certa ſcientia, tunc reviviſcerent, ac innovarentur, ſuúmque ſortirentur valorem: quia Pontifex habet facultatem concedendi, & innovandi talia privilegia non obſtante eorum revocatione facta à ſuis prædeceſſoribus. 9

Quòd ſi petas, quonam ſigno dignoſci poſſit, quòd aliqua diſpoſitio confirmata ſit in forma communi, vel ſpeciali? Reſpondetur, ad id cognoſcendum hanc tradi regulam: ſi enim confirmatio nullum contineat ſignum ſpaciale, nec ſpecificum tenorem rei confirmatæ, tunc ſemper cenſetur data in forma communi, & ordinaria, ut notat Tuſchus *V. confirmatio concluſ.* 708. ubi ait, omnem confirmationem cenſeri factam in forma communi, & ordinaria, niſi eidem aliquod ſignum apponatur, ex quo conſtet, eam factam fuiſſe in forma ſpeciali: ratio eſt, quia confirmatio ſe habet per modum qualitatis afficientis, & corroborantis actum; proinde ſecundum ſe præcisè præſupponit actum eſſe validum, perinde ac qualitas ſupponit ſubjectum, quod qualificet; ſiquidem non entis, & non ſubſiſtentis, non ſunt qualitatea, & confirmatio non datur ſine ſubjecto per ſe ſubſiſtenta, adeo ut præſupponat eſſentialiter exiſtere rem confirmandam: & hæc eſt ratio, cur omnis confirmatio cenſeatur facta in forma communi, niſi ei aliquod ſpeciale ſignum apponatur; 10

ex

Digitized by Google

ex quo conſtet, eam factam eſſe in forma ſpeciali.

11 Neque urget, ſi dicas *ex c. quia diverſitatem 5. de conceſſione prabend.* colligi per confirmationem in forma communi confirmari beneficia, & præbendas, ſicut *juſtè & pacificè poſſidentur*, & *ex cap. examinata 7. h. t.* deſumi quendam confirmationem eſſe factam in forma communi, eò quia data fuit ſub hac forma, ſicut laudum providè latum fuit, & ab utraque parte receptum, proinde ad confirmationem in forma communi requiri aliquam particulam, ſeu clauſulam ſimilem huic, *ſicut providè factum*, vel *prout eſt in uſu*, per quam particulam oſtendatur, quòd ſit ſimplex, & pura confirmatio, & non innovatio, ſeu nova conceſſio. Nam contra eſt, quia in *d. c. quia diverſitatem* non habetur, quòd neceſſe ſit ad confirmanda beneficia in forma communi, ut in tenore confirmationis addantur illa verba *ſicut juſtè, & pacificè poſſidentur*, at verò *in c. examinata* benè ex adjecta clauſula infertur, confirmationem eſſe in forma communi, quando tenor actûs confirmati non inſeritur, ut rectè notat Pirinch, *libro 2. tit. 30. §. 2.* non tamen ibi dicitur, quòd illa clauſula ſit ſignum neceſſarium, adeo ut ſi omittatur, confirmatio non ſit facta in forma communi.

12 Confirmatio in forma ſpeciali, ſeu ex certa ſcientia, tunc cenſetur haberi quotieſcunque ex reſcripto confirmationis cognoſcitur Principem habuiſſe ſufficienter rei confirmandæ cognitionem, neque ignorâſſe eius defectum, qui propterea per eius poteſtatem ſuppletur, ac ſi adiecta ſit clauſula *ex certa ſcientia*, quia tunc Principi ita teſtanti eſt fides habenda: & eadem eſt ratio, ſi verbis æquipollentibus ſignificetur, Principem non ſecundùm jure communi rem confirmare, ſed de plenitudine poteſtatis; aut non obſtante quacunque lege, aut conſuetudine, quæ in contrarium ſit, & diſpoſitionem, niſi ita confirmaretur, vitioſam redderet, ut oſtendit Felinus *in c. cum inter n. 7. de exception.* Rurſus ſi confirmationi inſeratur tenor diſpoſitionis confirmatæ, tunc cenſendum eſt, quòd Princeps plenam habuerit eius ſcientiam, proinde non obſtante tali defectu voluiſſe diſpoſitionem confirmare, eique valorem impertiri, ut deſumitur *ex c. penult. h. t.*

13 Limitatur tamen ſi defectus, quo diſpoſitio laborat, ſit contra ius naturale, ut ſi contractus fuerit uſurarius, tunc enim per confirmationem Principis non validatur etiam adiectis quibuſcunque verbis, quia nunquam Princeps ſupponitur velle valorem impertiri ei diſpoſitioni, quæ iuris adverſatur naturæ, quia tunc diſpoſitio eſt indiſpenſabilis ex ſe, & ſicut Princeps nequit facere, ut ſit poſſibile, quod ex ſe eſt impoſſibile; ita neque poteſt facere, ut diſpoſitio ex ſe indiſpenſabilis fiat diſpenſabilis.

14 Limitatur ſecundò, ſi Princeps in defectu quo diſpoſitio laborat, diſpenſare nunquam conſueverit, quamvis abſolutè poſſit: quia tunc verba illa ex certa ſcientia, vel non obſtantibus, aut alia æquivalentia, cùm generalia ſint, non videntur extendi ad hunc defectum nulla eius ſpeciali mentione facta.

Limitatur tertiò, quòd Princeps per adjectam clauſulam ex certa ſcientia non cenſetur derogare alterius juri acquiſito, quia ut docet Paulus de caſtro *conſil. 157.* illa clauſula non operatur in præjudicium tertii, & tunc Princeps ſupponitur non informatus de tali præjudicio, quod per confirmationem infertur tertio; hinc Bald. *in l. impetrata n. 5. C. ſententiam reſcindi non poſſe*: ait, clauſulam illam non operari in iis, quæ Princeps præſumitur ignorare. 15

Limitatur quartò, quia ſi diſpoſitio confirmanda, ſit ex ſe invalida ob defectum conſenſûs in contrahente, vel aliter diſponente; tunc non poteſt per ſolam confirmationem Principis etiam ex certa ſcientia factam validari; quia Princeps non poteſt ſupplere conſenſum alienæ voluntatis, nec tollere naturales inhabilitates, adeo ut non poſſit Papa per ſolam ſuam confirmationem matrimonium ex ſe invalidum ob defectum conſenſûs unius ex contrahentibus validum reddere: Neque poſſeſſionem emiſſam invalidè per confirmationem validare. Poteſt tamen Pontifex tollere impedimenta irritantia actum de jure humano, ut per novum conſenſum idem actus ratificetur. 16

Confirmatio ſuperioris facta de re litigioſa, ſeu ſuper qua lis mota eſt, cenſeri debet inutilis, ſeu nullius roboris, adeo ut non obſtante confirmatione Judex inferior poſſit procedere, ut deſumitur *ex c. ſi quis 1. h. t.* Ratio eſt, quia ſi in confirmatione nulla facta ſit mentio litis, cenſetur confirmatio ſubreptitiè impetrata, proinde ipſo iure irrita, & conſequenter Judex inferior non obſtante tali confirmatione poteſt procedere tam in cognoſcendo, quàm in definiendo cauſam, ſuper qua lis eſt mota, perinde ac ſi confirmatio non fuiſſet impetrata: Secùs eſſet dicendum, ſi in confirmatione fieret mentio de lite, & diceretur non obſtante quòd res ſit litigioſa, quia tunc confirmatio valeret, & cauſa eximeretur à juriſdictione Judicis inferioris, ut deſumitur *ex c. ult. ut lite pendente*, quoties enim Princeps in confirmatione mentionem facit de lite, cenſetur ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis confirmationem dare, & tunc poſſeſſor redditur ſecurus; neque apud inferiorem Judicem reſpondere tenetur: unde veluti avocatio quædam cauſæ cenſenda eſt, ut notat Gloſſa *in c. quia 5. V. in forma de conceſſ. prabend.* Abbas *in c. 1. h. t. n. 2.* Quòd ſi impetrans confirmationem eo tempore rem pacificè poſſidebat, & poſtea quæſtio, ſeu lis mota fuit, tunc non eſt licitum Judici inferiori ſuper tali cauſa cognoſcere, nec eam definire, ſine mandato ſedis apoſtolicæ, ut deſumitur *ex d. c. ſi quis 1. h. t.* Is dicitur rem pacificè poſſidere, cui lis nulla ſuper ea mota eſt per libelli oblationem, ut ait Gloſſa *in c. commiſſa 35. pacificam de elect. in 6.* Ratio eſt, quia quando lis ſuper re confirmata poſtea exoritur, tunc non ſupponitur confirmatio impetrata ſubreptitiè, tametſi in ea nulla fiat mentio rei litigioſæ, quia ſupponitur confirmatio facta ante litis pendentiam, & ex certa ſcientia ſuperioris, ac de plenitudine poteſtatis; quapropter Judex inferior non poteſt cognoſcere de re confirmata, neque de valore 17

cog-

Digitized by Google

confirmationis,quia inferior in ſuperiorem non habet jutiadictionem : quapropter tunc cauſa cenſeri debet quaſi avocata ad ſuperiorem,à quo fuit confirmata.

18 Juvat tamen obſervare, quòd cum dicimu, confirmationem factam ex certa ſcientia non eſſe ſubreptitiam; neque poſſe iudicem inferiorem cognoſcere de re confirmata, nec de valore confirmationia; id non procedere in iis, quæ poſtea de novo emergunt,&ab actu confirmato omnino ſeparata ſunt: ſiquidem de iis poteſt Judax inferior cognoſcere, non obſtante confirmatione, etiam *ex certa ſcientia*: hinc ſi poſſeſſor beneficii à Papa confirmati,crimen poſt confirmationem committat, quo dignua ſit privari tali beneficio; poteſt coram iudice inferiore, ſeu Epiſcopo accuſari, & ab ipſo privari tali beneficio non obſtante confirmatione; quia confirmatio tantùm corroborat jus acquiſitum ante confirmationem; non ita ea, quæ de novo accidunt, & ſunt ſaparata à jure acquiſito confirmato; quia quæ de novo emergunt, non ſupponuntur cognita Papæ, proinde neque comprehendi in confirmatione.

§. II.

Quid Iudex inferior poſsit contra privilegia, & confirmationes emanatas à ſede Apoſtolica.

1 CErtum eſt, contra privilegia, & confirmationea à ſede Apoſtolica emanantes, non poſſe inferiorem Judicem decernera *argumento c. cum veniſſent 12. de judiciis* debet autem id intelligi de confirmationibus in forma ſpeciali, ſau ex certa ſcientia; quia contra confirmationea in forma communi datas judex inferior per accidens poteſt cognoſcere, ac decernere, quia cum tunc privilegia per confirmationem in forma communi non contineant novam conceſſionem, ſed fundentur in re confirmata: ideo ſi Judex inferior noverit diſpoſitionem confirmatam ſecundum ſe irritam eſſe; poterit acceſſoriè etiam ipſam confirmationem nulliua eſſe roboris, declarare; quia corruente principali corruit etiam acceſſorium, quod ſequitur naturam principalis. Id autem procedit quando Judex vult cognoſcere de ipſis rebus confirmatia: quia ſi quæſtio orirecur de ipſa confirmatione facta in forma communi ſecundùm ſe, num legitimè facta ſit, ſeu proceſſarit à Papa, nec ne; ſeu an falſa ſit, vel vera, non poſſet Judex inferior de illa cognoſcere, ut docet Innocentius *in c. ſi quis 1. h. t.* Sin verò dubium oriatur, num confirmatio facta ſit in forma communi, val ſpeciali; id examinare poterit Judex inferior, quia id neceſſarium eſt, ut judicare poſſit de re ipſa confirmata, ut docet Hoſtienſis *in c. de Confirmationibus 2. h. t.* etenim etiam Judex a quo eſt appellatum, poteſt examinare; an appellario iuſta ſit, vel iniuſta, ut inde ſciat, an debeat ei deſerre, nec ne, quamvis de ipſa cauſa appellationis non poſſit cognoſcere.

2 Rurſus ſi certum ſit,ac maniſeſtum, quòd confirmatio data à ſuperiore etiam cum adjecta clauſula *ex certa ſcientia* ſit ſubreptitia; tunc poteſt Judex inferior de illa cognoſcera; & contra illam iudicare: quia tametſi adjecta clauſula *ex certa ſcientia*, quantum eſt ex ſe excludat præſumptionem ſubreptionis; nihilominus ceſſat illa præſumptio, ſi de contrario manifeſte conſtet; illud autem dicitur manifeſtè conſtare, ac eſſe notorium, quod non indiget probatione juxta *c. perſonas 20. de teſtibus*; ſin verò dubitetur de ſubreptione confirmationis, quòd ea non ſit certa,ſeu notoria, tunc ſtante tali dubio nequit Judex inferior de ea cognoſcere ſine prævio ſedis apoſtolicæ mandato, ut notat Alexander *in d. c. de confirmation. 2. h. t. n.* 2.

An verò, ſi in reſcripto, ſtatuto, vel alia diſpoſitione, fiat mentio de ſola confirmatione ſimpliciter abſque ullo addito,ſit in dubio intelligenda confirmatio data in forma communi? vel in forma ſpeciali, & ex certa ſcientia, Abbas *in c. examinata 7.* & alii apud Barb. *in c. de confirmation. 2. h. t. numero 3.* ducent cum tali dubio confirmationem eſſe intelligendam datam in forma ſpeciali, & ex certa ſcientia, & aſſignant rationem, quia verbum confirmo ſuapte natura reddit rem, ſeu diſpoſitionem, quam afficit firmam, quod eſt proprium confirmationis ſpecialis ex certa ſcientia, quia hæc tribuit valorem actui ex ſe invalido. 3

Nihilominus alii cum Decio *in rubric. h. t. numero 7.* aſſerunt,talem confirmationem eſſe intelligendam in forma communi, eò quia confirmatio ex certa ſcientia fit cum perfecta cognitione cauſæ, & quando tenor totius inſtrumenti eidem inſeritur: hæc autem non requiruntur quando confirmatio fit ſimpliciter, & ſine addito, niſi fortaſſis ex adjunctis circumſtantiis conijciatur, quòd Papa ex certa ſcientia voluerit diſpoſitionem illam confirmare, ut deſumitur *ex c. apoſtolica 22. de præbend. in 6.* Cæterum in dubio confirmatio ex ſe ratificat diſpoſitionem, quam firmam conſtituit juxta propriam ſuam naturam; adeo ut ſi ante confirmationem fuit diſpoſitio valida, conſtituatur firmior, ac indiſſolubilior per accedentem ſuperioris confirmationem, cuius beneficio additur authoritas eiuſdem ſuperioris: quòd ſi diſpoſitio ante confirmationem irrita fuerit, taliſ etiam remanet, quamvis confirmatione roboratur; dummodo aliud non conſtat de intentione confirmationis, & hæc ſententia videtur probabilior, ac præferenda. 4

Cæterum in impetratione reſcripti poſterioris non eſt neceſſe, ut mentio fiat reſcripti prius impetrati, ſi illud irritum fuit, vel per exceptionem elidi poſſit, ut notat Gloſſa *in c. ex tenore 16. V. negotio de reſcript.* & deſumitur *ex cap. bona 3. h. t.* ubi habetur, quòd ſi Titius impetraverit litteras judiciales ſuper revocatione executionis ſententiæ, quæ facta fuit poſt appellationem nulla mentione factâ litterarum; quæ priùs à Caio obtentæ erant ſuper confirmatione ſententiæ, adhuc nihilominus litteræ impetratæ à Titio licèt poſteriores validæ judicantur, eò quia litteræ priores fuerint ſubreptitiæ. Idque conſonum eſt rationi; quia 5

genaratim littaræ eatanus ob taciturnitatem veri vitiantur, quia, ſi Princeps cognoviſſet circumſtantiam, aut quelitatem, quæ diſſimnlatur, non concaſſiſſet reſcriptum, vel ſaltem tali modo illnd non dediſſet: quòd ſi priores litteræ ob aliquem daſectum fuiſſent irritæ, aut infirmæ, tunc ĩis non obſtantibus, adhuc Princeps poſteriores litteras dediſſet. Hinc litreræ impetratæ pro confirmatione ſententiæ cenſentur validæ, qnamvis impetratæ ſint poſt appellationem atiam nulla facta aiusdem appallationis mentione, ſi appellatio fuerit irrita, val deſerta, vel epppellans eidem poſtaa renunciavarit, nt rectè notat Alaxander *in d. c. bona 3. h. t. numero 6.* eò quia taciturnitas, ſeu diſſimulatio vari, neutiquam reſcriptum vitiat eiuſdem rei, quæ ſi fuiſſet axpreſſa, adhuc Princeps idem reſcriptum conceſſiſſat.

6 Naque clauſula generalis addita reſcripto ad Judices delegatos ſuper cauſa appellationis *non obſtantibus prioribus litteris*, ſi varitati, vel juſtitiæ præjudicet, rollit litteras confirmetorias latæ priùs ſententiæ. Quia verò huiusmodi litteræ in forma tantùm communi ſupponuntur datæ, ideo eorum vigor ſuſpenditur, quia ſi Judices delagati ſuper eppellatione pronunciens, rectè judicatum ſuiſſe à Judice *à quo*, & malè ab aodem appellatum, tunc confirmatur prior ſantentia. Quòd ſi Judices delegati pronunciene malè judicatum, & banè appellatum, tunc corruit ſententia lata à Judice *à quo*, & conſequentar eius confirmetio, quæ aceeſſoriè ſe habat ad talam ſententiam: ſiquidem deficiente principali corruit acceſſorium, perinde ac ſublato fundamento neceſſe eſt, tollatur res fundata.

7 Confirmatio quam Religioſus impetravit à Papa ſuper prioratu, vel elie temporali adminiſtrationa pro ſua perticulari perſona, ſt in litteris tacuerit quòd eſſet Religioſus, nullum ſortitur valorem, ut deſumitur *ex c ad noſtram 5. h. t.* quia Pontifex non facilè ſolet Religioſo regulari qnoad ſuam propriam perſonam aonfirmera adminiſtrationem ſui beneficii regularis taliter, nt à ſuo Prælato nequeat amoveri: quia talis conceſſio abſtraheret Regularam è perfectione obedientiæ, & paupertatis *argu. c. Abbates 18. §. Monachi cauſa 18. q. 2.* Sunt enim beneficia regularia, ut plurimum manualia, adeo ut beneficiarius, & cni adminiſtratio beneficij concredita eſt ad arbitrium ſuperioris amoveri poſſit, & ad clauſtrum revocari *c. cum ad monaſterium 6. §. tales de ſtatu Monachor.* Quòd ſt certum ſit, Pontifici innotuiſſe, quòd tala beneficium fuerit regulare, illúdque in favorem parſonæ, ſive proprio motu, ſive ed inſtentiam alterius confirmaverit; tunc proviſio banaficii ragularis cenſenda eſt edeo rata, ut proviſus non poſſit ab inferiore Prælato amoveri, abſque ao, quòd incurrat crimen, quo mereatur depoſitionem ab officio, ut docet Innocentius *in c. niſi de prabend.* Nevarr. *coſil. 14. numero 16. de ſtatu monachor.* Nequa urget, quod reſpondat Sanchez *libro 7. moral. 29. numero 130.* Papam non cenſeri naturam beneficii velle mutera, proinde baneficium regulare confirmatum à Papa in favorem particularis Religioſi poſſe ſemper revocari è ſuo Prælato. Nem oppoſitum eroitur *ex c. porrecta 6. h. t.* quia Pontifex ait: ſt reſcriptum papele producatur, in quo Raligioſo confirmetur benelicium regulare, de felſitate ſuſpectum eſſe, & lacarandum, eò quia Pontifex non ſoleat tales confirmationes concadere, nt notat Gloſſa *in c. ad noſtram 5. h. t. V. confirmantur, ut* ibi Abbas *numero 4. & 5.* etenim ſi Papa noverit beneficinm eſſe ragulara, & nihilominus in gretiam perſonæ eius collationem confirmaverit, tunc eius intentio eſt, robur, & authoritatem pontificiam eidem collationi addere, & quia inferior non habet juriſdictionem in authoritatem ſuperioris; idao regularis confirmatus non poteſt arbitrio Prælati inferioris amoveri, alioquin ſequeretur, Pontificis confirmationem fore inutilem.

8 Naque obſtai, quòd inde Regularis ſubtrahatur ab obedientia ſui ſuperioris: quia quoad ea, quæ toncernunt beneficium ſibi à Papa colletum Religioſus eſt ſub obadientia Papæ. Hinc ad fundamantum, qno nititur Sanchaz reſpondetur, naturam benaficii manualis mutari, qnia ſavor iſte, qnòd confirmatus amoveri non poſſit eb inferiore Prælato eſt perſonalis, & perſaverat uſque ad finam vitæ: hinc mortua perſona beneficium redit ad ſuam naturam. Naque obſtat, quòd talis favor non poſſit ab Epiſcopo conſerri regulari præſentato per ſuum Prælatum ad beneficinm Regulare: eſt enim diſcrimen, quia cùm Epiſcopus nequeat benaficium manuala conferre reguleri ad rampus vitæ, ideo aius confirmatio, ſeu collatio beneficii non aliter cenſetur fieri, quàm juxta naturam beneficii Regularis; adeo ut Religioſus proviſus ab Epiſcopo per præſentationem ſui Prælati ſemper manaat ſub obedientia aiusdam ſui Prælati.

9 Secus eſt de beneficiis ſæcularibus, quia hæc ſuapte natura ſnnt perpetua, proinde ſi Religioſus ax ſacultata legitima ſuperioris præficietur benaficio ſæculari, Abbatiæ, vel parochiæ, adeo ut ipſe ſit curatus, & non ſolùm Vicarius Præleti Monaſterii, cui parochia eſt incorporata; tunc Ragularis a tali beneficio non poteſt amoveri; quia promotio Canonici Regularis ad parochiam, vel aliud beneficium intalligitur ſecundùm naturam ejuſdem beneficij; quòd ſi perpatuum ex ſua natura fuarit, regularis etiam perpetuò ad dies vitæ in eodem erit manſurus, hinc Abbas *in c. 2. numero 3. de ſtatu Monachor.* ait talem ragularem promotum ad parochiam deſinara habare communicationem cum Monaſterio, quamvis teneatur habitum gerera, & regulam ſui ordinis obſarvare *argu. c penult. de vita, & honeſtat. Clericor.* quòd tamen aſt intelligendum da beneficiis extra clauſtrum, quæ perpetua ſint, & irrevocabilia.

10 An verò Prælatus poſſit Regularem, cui beneficium mannale collatum eſt, revocare pro ſuo arbitrio etiam nullâ axpreſſa cauſâ. Reſponde-

Digitized by Google

ſpondetur affirmativè, & daſumitur *ex c. cum ad monaſterium 6. & clement. unic. de exceſſib. Prælator.* ubi habetur, quòd Regulares, quibus collatum fuit beneficium manuale poſſint liberè ad clauſtrum revocari: non revocarentur autem libarè, ſi Prælatus teneretur exprimere cauſam, ob quam illoa revoeat, & hæc ſententia videtur communior, quamvis non deſint, qui tenſeant, Munaclium, qui ſine cauſa à Prælato removetur, poſſe ſuperioris Judicia implorare officium. Quinimo tametſi Prælatua promiſerit Regulari, ſe non aſſe revocaturum eum à beneficio manuali, adhuc poteſt Prælatus non ſolùm validè, ſed etiam licite ipſum revocare, ut notat Abbas *in d. c. ad noſtram 5. h. t.* ſiquidem Prælatus non poteſt mutare naturam benaficii manualis; & Religioſus non poteſt obtinera rem aliquam irrevocabiliter, ſi rea iſta ex ſua natura depandeat à voluntate Prælati, quia eſſet, & non eſſet dependens à prælato, & Religioſua ad juſſum ſu, erioris tenetur rem illam relinquere ob votum obadientiæ, eui renunciare non poteſt.

11 Immo tametſi Prælatus jurejurando ſe obligaverit ad non ramovendum à tali officio manuali Regularem, adhuc ſi illum amoveat, amotio ſuum ſortitur valorem, tametſi Prælatus periurus ſiat, ſi cum revocet, ac teneatur ſaltem ax virtute religionia ad non revocandum Religioſum à rali officio manuali, Quòd ſi talis promiſſio fuerit contra bonoa mores, & in diſſolutionem diſciplinæ religioſæ, vel occaſionem præbeat peccandi, tuna probabile eſt, promiſſionem non inducere obligationem, quia ad malum non datur obligatio; aonſequenter, & juramentum firmans talam promiſſionem eſſe irritum, & non inducere obligationem: promiſſio autem non revocandi obedientiarium Religioſum eſt contra regularem obſervantiam, quia ſubtrahit Religioſum ab obedientia; proinde eſt atiam aontra bonos mores.

12 Neque obſtat, quòd aliqua beneficia regularia ſint perpetua, ut prioratus, qui conferuntur per electionem, ut deſumitur *ex c. cùm ad Monaſterium 6.* proinda non repugnare voto obedieotiæ regularem poſſidere beneficium, à qoo non poſſit à ſuo Prælato amoveri. Nam contra eſt, quia votum obedieotiæ emiſſum à Religioſo ad ea extenditor, quæ ſubiiciuntur diſpoſitioni Prælati Regularis, non verò ad ea, quæ juxta Canones, & pontificias ſanctiones excipiuntur, euiuamodi ſunt beneficia perpetua; quæſtio procedit de beneficio manuali collato regulari, quod tametſi eidem ius conferat dependenter tamen à voluntate Prælati, adeo ut tale beneficium ſub voto obedientiæ tanquam materia, ſeu objectum contineatur.

13 Cæterum beneficium regulare quod ex propria inſtitutiona eſt manuale, ex immemoriali conſuetudine, & præſcriptione, cum bona fide fieri poteſt perpetuum, dummodo concurrant omnia neceſſaria ad præſcribendum, ſcilicet temporis diuturnitas, bona fides, poſſeſſio beneficii tanquam perpetui, & irravocabilis; & præſertim ſi Prælatus nonnunquam voluerit regularem amovere à tali officio, & Regularis oppoſuerit eſſe perpetuum, & Prælatus acquieverit.

Verùm reſpondent alii, beneficium regulare ex propria inſtitutionn manuale per præſcriptionem, vel immemorialem conſuetudinem non poſſe fieri perpetuum, ita enim docent Abbaa *in d. c. ad noſtram 5. numero 12.* Alex. *ibidem numero 16.* & alii; quia vel Prælatus nunquam aggreſſus eſt avocare Regularem à tali officio, vel aliquando aggreſſus eſt, & beneficiariua ei reſtitit, ac propterea permanſit in ſuo offitio: ſi dicatur primum, iam baneficium regulare ex propria inſtitutiona manuala non poteſt per præſcriptionem fieri perpetuum, quia per actus, & omiſſiones merè voluntarias non inducitur præſcriptio: quòd ſi Prælatus aggreſſus eſt revocare regularem, & hic ai reſiſtendo permanſit in ſuo officio, tunc ſubditus nec potuit præſcribere contra Prælati obedientiam *c. cùm non licet 12. de præſcriptionibus* & hæc ſententia eſt probabilis. 14

Quòd ſi Papa Religioſo contulit beneficium ex ſua prima inſtitutione manuale non poteſt à Prælato auferri, ſed à ſolo Papa, quia ſemel quòd Papa contulit religioſo aliquod beneficium, non poteſt inferior ſe in eodem intromittere *argum. c. cum in diſtribuend. 12. de tempor. Ordinat.* Abbaa *in c. poſtulâſti 7. de Clerico excom̃unicato interdic.* Tum quia ſummus Pontifex pleniſſimam habet circa benefiaia diſpoſitionem *c. 2. de præbend. in 6.* proinde ſi ipſa immediatè, & per ſe beneficium conferat talis collatio debet laxè explicari, ut notat Tuſchus, *littera C. concluſione 708. numero 48.* Nec inde ſaquitur, quòd Pontifax immutet naturam beneficii manualis, quia eum favor collationis ſit perſonalia, mortua perſona, eui confertur beneficium, hoc iterum ſubiicitur Prælato, à quo poteſt conferri ad tempos. Tum quia etiam ipſe Papa, qui beneficium contolit, poteſt ex ſuo arbitrio proviſum avocare, ſiquidem proviſus dependet a ſummo Pontifice, eui tenetur obedire. 15

Cæterum prioratus, & alias adminiſtrationes ſingularaa, ſi manuales ſint, non facilè Pontifex confirmat in favorem regularis ad tempus vitæ, ut deſumitur *ex c. porrecta 6. h. t.* ubi Innocentius III. ex eo, quia plures Religioſi, qui prioratibus, & aliis adminiſtrationibus præerant, exhiberent litteras confirmationis impetratas à Pontifice ſuper beneficiis ſuis poſſidendis quoad vixerint; & ex tali occaſione bona prioratuum diſſiparent, aſſerentes ſe Prælatis non ſubeſſe, reſcripſit Papa, ſe non credere, quod huiusmodi literæ ex ſua Cancellaria emanârint; hina mandavit delegato, ut Religioſos illos tanqoam falſarios puniret; & ſi in litteris confirmationis non fiat mentio Religionis, eaſdem ut ſubreptitias propter veri taciturnitatem, irritas eſſe declaret. Ubi juvat animadvertere, quòd Ponti- 16

Pontifex non dicit, tales litteras confirmationis à Romana ſede nunquam emanare, ſed ait, ſe non exiſtimare, quòd ex ſua cancellaria tales litteræ prodierint, proinde, qui eas exhibuerunt tanquam de falſitate ſuſpectos poſſe puniri.

§. III.

De Innovatione privilegiorum, an habeat vim confirmationis.

1 CErtum eſt, privilegia, & alia inſtrumenta ex eo, quod temporis diuturnitate, ac vetuſtate corrumpantur, pereántque; poſſe innovari. Quæritur an talis innovatio aliquid præbeat juris novi, ſed antiquum; ſi quod competebat, tantùm corroboret. Reſpondetur, confirmationem, & innovationem privilegii ob vetuſtatem nihil novi juris tribuere, ſed tantùm antiquum, ſi quod inerat conſervare, ut deſumitur *ex c. cùm dilecta 4. h. t.* Ratio eſt, quia innovatio nihil addit ſupra id, quod antea fuerat conceſſum, ſed tantum inſtaurat ipſam conceſſionem ſcriptam; ne prorſus pereat. Privilegium enim conceſſum interdum ſumitur pro inſtrumento authentico, in quo gratia ſpecialis, aut conceſſio Principis; & eius probatio continentur: interdum pro ipſo jure ſpeciali, vel gratia per Principem conceſſa, cuius tenor exprimitur in ipſo inſtrumento: ſi innovatio privilegij priori modo fiat, certum eſt, per talem innovationem non conſerri jus novum, ut patet *ex d. c. cùm dilecta 4. h. t.* quia per talem innovationem inſtrumenti non confirmatur ſecundùm ſe ius privilegii in eodem contentum; ſiquidem illi non addit novum valorem: ſed tantùm innovatur inſtrumentum, quoad materialia; papyrum, characteres, ſigilla, ut eius probatio diuturnior ſit: ſiquidem ex veteri exemplari inſtrumento antiqui privilegii, quod iam vetuſtate conſumptum erat, novum inſtrumentum extrahitur; quod eiuſdem eſt authoritatis cùm originali, quo pacto per talem innovationem dicitur conſervari antiquum privilegium, quia perdito, vel conſumpto inſtrumento perditur jus privilegii, ſaltem quoad forum externum: hinc conſultius eſt; ut plura originalia conficiantur, ut uno amiſſo alterum habeatur *l. unum 24. ff. de teſtament.* & Gloſſa Marginal. *in c. ex tenore 16. V. negotio de reſcriptis* expreſsè ait, non nociturum, ſi quis ob periculum, quòd viæ tutæ non ſint; duo eiuſdem tenoris reſcripta ad lites impetret: quòd ſi aliquis unum tantùm habeat originale, quod transferre ſecurum non ſit, tunc illud tranſcribi curet adhibito publico Notario: quia tunc tali tranſumpto etiam omiſſo originali par fides adhibetur *c. cum publicus tabelio 15. de fide inſtrum.*

2 Quòd ſi innovatio privilegii fiat ſecundo modo, tunc eſt diſtinguendum, ſiquidem vel innovatio fit in forma communi ipſius gratiæ, ſeu privilegii conceſſi, vel in forma ſpeciali, & ex certa ſcientia: ſi fiat in forma communi; tunc ſicut confirmatio in forma communi facta non tribuit novum ius, ita nec innovatio privilegii, proinde ſi innovatur in forma communi privilegium invalidum, vel revocatum, aut omiſſum, per contrarium uſum, vel non uſum; nihil confert, ſicut nec ipſa confirmatio: quia innovatio fundatur ſupra exiſtentiam rei, quæ innovatur; proinde non exiſtente re, nec ipſa innovatio exiſtit, ſicut ſublato fundamento tollitur res fundata. Quòd ſi innovetur privilegium validum, tunc talis innovatio ipſi ad ſummum confert illam maiorem firmitatem, ſicut confirmatio in forma communi data; adeo ut quoad effectum confirmatio, & innovatio in forma communi non diſtinguantur; & ex ſtylo curiæ Romanæ tantùm geminari in reſcriptis eaſdem voces, eundem habentes ſenſum ob maiorem exaggerationem, majoremque expreſſionem affectûs ipſius concedentis. Sin verò innovatio privilgii fiat ex certa ſcientia concedentis, tunc certum eſt, conferre novum jus, perinde ac confirmatio facta ex certa ſcientia.

Cæterum ſi periculum ſit, ne inſtrumenta corrumpantur, & pereant, renovari poſſunt etiam abſente parte adverſa, ac lite non conteſtata, id enim jure conſtitutum eſt de teſtium receptione *c. quoniam ut lite non conteſtata §. ſunt alii*: Tum quia innovatio veteris inſtrumenti eſt modici, ac facilè reparabilis præjudicii, adeo ut ſummaria eius cognitio ſufficiat, nec ſit neceſſaria litis conteſtatio, ut notat Gaillus *lib. 1. obſer. 23. n. 3.* 3

An verò Regulares poſſint independenter à ſuis Prælatis uti privilegiis, ſingularibus perſonis conceſſis à ſummo Pontifice. Reſpondent ferè communiter affirmativè, quia quando privilegia conceduntur ſingulis regularibus à ſummo Pontifice, ſinguli acquirunt jus ad illorum uſum, & quidem immediatè ab eodem Pontifice, conſequenter independenter à Prælatis Religionis, quia illi utpote inferiores non poſſunt ſe ingerere circa conceſſiones factas à ſummo Pontifice propriis ſubditis, ut liquet, & deſumitur *ex clementin. Ne Romani de electione.* 4

Neque obſtat, quod reſpondent aliqui, id tantùm valere, quando in religione non adeſt ſpecialis conſtitutio, quâ diſponatur, ut non poſſint ſingulares perſonæ uti talibus privilegiis abſque conſenſu ſuorum Prælatorum. Siquidem Pontifex per generalem conceſſionem privilegiorum non præſumitur velle derogare ſpecialibus conſtitutionibus Religionis. Nam contra eſt, quia talis conſtitutio videretur directè eſſe contra ius ſummi Pontificis, quia impediret, ne favores ipſius ſuum conſequerentur effectum, niſi dependenter ab aliena voluntate, & ſuperiores regulares cognoſcerent ſuper conceſſionibus ſummi Pontificis, & de eiſdem judicarent, ac de privilegiis conceſſis à ſede apoſtolica; quia decernerent, an huiuſmodi privilegia eſſent executioni mandanda à ſuis ſubditis, vel non, quod adverſatur 5

textui

textui *c. cùm veniſſent de judic.* unde talis conſtitutio ſi in ordine religioſo eſſet, non ſubſiſteret, quia non videretur fundari in debita juriſdictione, & poteſtate. Tum quia ſicut ſuperiores locales, immo & Provinciales non poſſunt impedire, ne ſubditi fruantur gratiis conceſſis à generali, eò quia tanquam ſuperiores inferiores reſpectu generalis non poſſunt prævalere contrà voluntatem ipſius generalis: ita nec etiam Prælati regularium, cum ſint longè inferiores Pontifice poſſunt ſuis ſubditis prohibere, ne fruantur gratiis ab ipſo ſummo Pontifice conceſſis, quia inferior non poteſt modificare, quæ fiunt à ſuperiore, ut notat Oldrad. *conſil.* 159. *numero* 6.

6 Idquè etiam procedit tametſi conſtitutiones religionis ſint confirmatæ à ſummo Pontifice in generali, adeo ut talis conſtitutio comprehendatur ſub illa generali confirmatione: ratio eſt, quia confirmatio generalis fit in forma communi, quæ nullum novum jus confert, ſed tantùm antiquum conſervat; neque valorem tribuit invalidis, ſed relinquit in ſua nullitate *cap. quià diverſitatem de conceſſ. præbend. c. ex parte de privileg. c. cùm dilecta §. nos igitur V. nolentes de confirmatione utili, vel inutili, c. inter dilectos §. cæterum de fide inſtrum.* quamobrem cum dicta conſtitutio ex natura ſua ſit invalida defectu poteſtatis, relinquitur in ſua invaliditate; quinimo tametſi conſtitutiones confirmatæ eſſent ex certa ſcientia, & in forma ſpeciali, adhuc allata doctrina procederet, quia quando confirmantur ex certa ſcientia plura ſtatuta ſimul, tunc confirmatio tantùm refertur ad valida, non verò ad invalida, ut deſumitur ex textu *c. dudum §. nos igitur de decimis*, ubi ſtatuitur, confirmationem Pontificis factam ſuper donatione cujuſdam hoſpitalis cum decimis ad ipſum pertinentibus ſubſiſtere tantùm quoad donationem hoſpitalis, non quoad decimas, quia fuit nulla; & nihilominus dicta confirmatio fuit ex certa ſcientia, & in ſpecie, cum fuerit ſuper re una, & determinata, ac expreſſa in ipſa confirmatione, ut notant Butrius per hunc textum ibidem *num.* 15. Alex. *conſil.* 39. *num.* 10 *fol.* 4. Surdus *conſil.* 47. *num.* 19. Tuſchus *litt. C. concluſ.* 540. *n.* 42. Rota *deciſ.* 11. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* Quòd ſi talis conſtitutio in ſpecie & ſeorſim ab aliis eſſet confirmata, quia ex ſe non haberet aliquem vigorem, & eſſet contra jus commune; haberet rationem privilegii, quod ſummus Pontifex concederet tali religioni, ne privilegia pontificia poſſent ad praxim reduci abſque conſenſu ſuperiorum.

7 Hinc ſi aliqua religio in com[illegible]iis generalibus renunciaret certis privilegiis pontificiis conceſſis ſubditis in particulari, ad[illegible] poſſent illis uti, ſi privilegia conceſſa eſſent omnibus, & ſingulis, nec renunciatio v[illegible] ſubſiſtere: ſiquidem per conceſſione[illegible] am omnes, & ſinguli ſubditi acquirunt jus ad [illegible]m talium privilegiorum, neque tale ju[illegible] ſuperioribus religionis cum ſupponatur conceſſum à ſummo Pontifice, proinde capitulum generale non poteſt tale jus tollere, eò quia non habeat authoritatem in jus immediatè conceſſum à ſummo Pontifice: & quamvis poſſit quiſque favori ſuo renunciare, non tamen valet renunciatio niſi ab omnibus, & ſingulis fiat, ſiquidem agitur de jure, quod ad omnes, & ſingulos pertinet juxta regulam *c. quod omnes de regul. jur. in* 6. & *l. ſi per fundum ff. de ſervit. ruſt. præd.* & *l. non ita Divus ff. de adopt.* ſiquidem quod noſtrum eſt ſine facto noſtro auferri non poteſt, *l. Id quod noſtrum ff. de re judic.* Hinc neque ſuperiores religionis poſſunt limitare uſum talium privilegiorum, quæ immediatè à ſummo Pontifice conceduntur omnibus, & ſingulis religioſis, præſertim ſi præſumatur, quòd Pontifex non concedat privilegia contra perfectionem religioſam.

§. IV.

Proponuntur, & diluuntur aliquot ſelectæ quæſtiones.

Quæritur primò, an Judex inferior poſſit cognoſcere ſuper re ſcienter confirmata à ſummo Pontifice? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. ſi quis t. h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, quòd ſi aliquis ſuper re litigioſa, de qua lis in judicio mota eſt, confirmationem à ſede Apoſtolica impetraverit, ea non obſtante poſſit Judex de cauſa cognoſcere, eamque definire: ſed ſi impetrans confirmationem eo tempore rem pacificè poſſidebat, & poſtea quæſtio exorta fuit, non ſit Judici inferiori conceſſum de ea cognoſcere ſine ſpeciali mandato Apoſtolicæ ſedis. Ratio eſt, quia tunc per hujuſmodi confirmationem Papa facit ſuum, negotium illud *c. cum in diſtrib. de temp. ordin.* Princeps enim dicitur omnia ſua facere, quibus authoritatem ſuam tali modo impartitur *l.* 1. *§. omnia C. de vet. jur. enuc.* & quia non licet inferiori Judici ſe immiſcere negotiis, quibus Princeps manus impoſuit, ut deferat poteſtati, & excellentiæ ſuperioris *c. ſequens eſt diſt.* 11. ſequitur, quòd confirmatio facta per ſummum Pontificem ex certa ſcientia præcludat manus inferioris Judicis, ut eidem non liceat cognoſcere de jure confirmato, nec de validitate ipſius confirmationis aliquid decernere, niſi ad id ſpeciale mandatum à ſede Apoſtolica obtinuerit, ut dicitur in *d. c. ſi quis t. h. t.* 1

Verùm id procedit, dummodò confirmatio valida ſit, quia ſi eſſet ſubreptitia, vel de re litigioſa, Judex inferior poſſet de illa cognoſcere: ratio eſt, quia confirmatio, ſeu privilegium non extenditur ad jus à Principe in ejus conceſſione non cogitatum *c. cum inter de renuntiat.* & *c. ſuggeſtum de decimis.* Tum quia qui ſubreptitiè, & per mendacium impetravit aliquid à Principe debet carere impetrato, quia Princeps de illo non cogitaverit *c. cæterum de reſcript.* Tum quia Pontifex non intendit tollere jus tertii, niſi id exprimat *c. quia intentionis de privil.* Hinc ex eo, quòd confirmatio non fuit valida, eò quia fuerit ſubreptitiè impetrata, vel de re litigioſa, de qua nulla fuit facta mentio, Judex inferior non impeditur, quin ulterius poſſit procedere in eadem cauſa, tam in cognoſcendo, quàm in judicando, ut habetur in textu *d. c. ſi* 2

quis, ex quo colligitur, confirmationem ſuperioris factam de re litigioſa, ſeu ſuper qua lis mota eſt, nullum ſortiri valorem, & ea non obſtante poſſe Judicem inferiorem procedere.

3 Excipitur tamen niſi in confirmationa mentio fieret litis motæ, & Princeps ex certa ſcientia, & ex plenitudine poteſtatis confirmationem ſuam daret, ut poſſeſſorem ſecurum redderet, tunc enim in ejus cauſa Judex inferior non poſſet procedere. Ut etiam ſi confirmatio impetretur eo tempore, quo res pacificè poſſidetur, quamvis poſtea quæſtio de ipſo oriatur. Is autem pacificè dicitur rem poſſidere, cui lis nulla ſuper eâ mota eſt per libelli oblationem, ut notat Gloſſa in *c. In commiſſa 35. V. pacificam de elect. in 6.* ubi tamen monet, quod inſtituto judicio de poſſeſſione, non ideo etiam rei proprietas litigioſa efficiatur, adeò ut dominium rei poſſit in alium transferri.

4 Quæritur ſecundò, per quid confirmatio in forma communi differat à confirmatione in forma ſpecifica. Certum eſt contractos, transactiones, privilegia, ſententias, ſtatuta, & alias diſpoſitiones poſſe dupliciter à Principe confirmari. Primò in forma communi, & tunc contingit, quando Princeps, vel alius ſuperior habens poteſtatem confirmandi abſque prævia exacta cognitione cauſæ, ſeu ſine plena ejus inſtructione, ex eo quòd tantùm in confuſo ſciat contractum, transactionem, privilegium, ſtatutum, ſententiam, vel aliam diſpoſitionem ab inferiore poſitam eſſe, confirmat in eo prorſus ſtatu, in quo antea fuit. Secundò in forma ſpecifica, & tunc fit, quando Princeps plenè inſtructus de negotio cum plena, & perfecta ejus notitia, omniúmque ejus circumſtantiarum confirmat, quod geſtum eſt juxta omnes ejus circumſtantias ſpeciales, ac individuales, ut cum tenor totius privilegii, vel inſtrumenti inſeritur in ipſâ confirmatione, vel ſaltem eidem additur clauſula ex certa ſcientia, ut notat Barboſa in *collect. in princ. num. 6. & 7.* & in *c. cum dilecta 4. n. 12. h. t.* Reſpondetur ad quæſitum, has duas ſpecies confirmationum in eo inter ſe differre, quia quæ fit in forma communi nullum novum jus, aut valorem tribuit actui, cui accedit; ſed ſupponit actum eſſe validum, quem tantùm approbat quatenus ſubſiſtit per ſe, & de jure eſt validus, ut deſumitur ex *c. de confirmationibus 2. h. t.* unde confirmatio in forma communi non innovat actum, nec facit, ut acquirat valorem, ſi priùs non erat validus: ſiquidem quod non eſt, non poteſt confirmari in ſuo eſſe; quia quævis qualitas, ſeu adjectio ſupponit ſubjectum: ſed id tantùm præſtat, quòd ſi actus, vel contractus, ſtatutum, vel privilegium ſit validum, illud confirmet in ſuo valore, ſeu det illi firmitatem, & authoritatem propriam confirmantis, in quo ſenſu Imperator *l. 1. §. ſed neque c. de veter. jur. enuc.* ait: Omnia noſtra facimus, quia ex nobis omnia authoritas illis tribuitur, ſeu quibus Imperator ſuam impertitur authoritatem ea confirmando: & quamvis hic textus ſoleat explicari de confirmatione ex certa ſcientia; adhuc cenſent communiter extendi ad confirmationem in forma communi, dummodo cadat in materiam habilem; & ſuum ſortiatur effectum, quia tunc res, quæ confirmatur non ſolùm virtute inferioris, qui fuit illius author; ſed etiam authoritate ſuperioris, qui eam confirmat ſubſiſtit, in quo ſenſu confirmans dicitur actum illum, ſeu privilegium, ſeu ſtatutum ſuum facere, ad quod tamen requiritur, ut actus ille ſubſiſtat, ſuúmque ex ſe valorem habeat: ſiquidem confirmatio in forma communi non habet vim extendendi actum, quem confirmat, ultra id, quod in eo continetur; ſed tantùm magis corroborat, redditque indiſſolubilem.

5 Ratio etiam poteſt aſſignari, quia confirmare non eſt aliquid de novo tribuere, nec ponere, ſed tantùm corroborare, quod jam factum, & poſitum eſt, adeò ut aliud ſit concedere, ſeu innovare, & aliud confirmare, ut notat Toſchus *v. confirmatio conclus. 709. num. 19.* quia per innovationem ponitur aliquid de novo, non ita per confirmationem, ſed quod jam poſitum eſt, magis corroboratur authoritate ſcilicet ſuperioris: & hæc confirmatio id operatur, ut ſententia lata à Judice inferiore, ſi confirmata fuerit à Judice ſuperiore in forma communi, non poſſit Judex inferior ampliùs eam reſcindere, dummodo valida fuerit: ſed tantùm partes, in quarum favorem confirmatio facta fuit, poſſunt à tali ſententia etiam per Judicem ſuperiorem confirmata recedere per transactionem, eò quia nemo cogitur invitus uti beneficio ſibi conceſſo. E contra confirmatio, quæ fit in forma ſpecifica, ſeu ex certa ſcientia, quâ Princeps cum plena cauſæ cognitione approbat, ſeu confirmat actum, tribuit novum jus actui confirmato in forma ſpecifica, & id operatur, quòd ſi fortaſſis talis actus ante confirmationem erat invalidus virtute confirmationis fiat validus, ac firmus, adeò ut ſuperveniens confirmatio ſuppleat ejus defectum, dummodo poteſtas confirmantis ſe extendat ad validandum actum; ſeu defectus ſit talis, quem Princeps poſſit ſupplere, ut deſumitur ex *c. 11. de transact.* ubi Gloſſa ait: ſi transactio, vel pactum ab initio fuerit invalidum accedente confirmatione ſummi Pontificis ſumit ſuum valorem, & id etiam procedit de teſtamento carente requiſitis ſolemnitatibus. Hinc confirmatio ex certa ſcientia in forma ſpecifica cum plena cognitione cauſæ non eſt nuda, & ſimplex confirmatio, ſed potiùs eſt nova conceſſio, & quoad effectum nova diſpenſatio, eò quia validum efficiat actum, qui ex ſe erat nullus, & invalidus.

6 Quæritur tertiò, per quam confirmationem privilegia conceſſa Regularibus, & revocata per Concilium Tridentinum ſuum acquirant valorem, ut poſſint Regulares illis uti, ſi confirmentur à ſummo Pontifice. Certum eſt, Regulares nec quoad forum conſcientiæ poſſe uti privilegiis revocatis per Concilium Tridentinum, niſi à ſummo Pontifice non obſtanta tali revocatione fuerint iterum iiſdem conceſſa: quia revocatio facta per Concilium Tridentinum tollit ipſa privilegia, quamvis dicantur fuiſſe conceſſa intuitu meritorum, ut docent Gloſſa in *c. ſuggeſtum 9. de decimis.* Jaſon in *l. ſi ex toto ff. de legib. 1.* & in *l. ſi ex hoc jure num. 34. ff. de juſtit. &*

jur.

Digitized by Google

jur. Menoch. *conſil.* 156. *num.* 48. Peregrinus *lib.* 1. *de jure fiſci tit.* 3. *num.* 67. Ratio etiam id ſuadet, quia privilegia exigunt regulari à poteſtate juriadictionali, quæ inſit ei, qui privilegia concedit: poteſtaa antem jurisdictionalis debet ſemper reſpicere bonum communitatia, adeò ut privilegia ex natura ſua, & in virtute conceſſionis exigant eſſe ſubordinata eidem juriſdictionali poteſtati ſecundùm exigentiam boni communitatia, ex quo fit, nt quotiea bonum commune exigit, poſſint revocari: & quemadmodum nequit Princepa facere aliquid contra exigentiam boni communia: ideo quotiea concedit aliquod privilegium, cenſetur illud concedere ſub tacita conditione, ut eatenua valeat, quatenua non infert præjudicium bono communi *l. ex facto ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* proinde ſi bonum commune exigat, ut privilegia conceſſa etiam intuitu meritorum revocentur, eò quia incipiant eſſe præjudicialia bono communitatia; tunc poſſunt revocari in virtute tacitæ conditionia afficientis conceſſionem eorundem privilegiorum: atqui eatenus Concilium Tridentinum revocavit privilegia conceſſa Regularibua, quia id exigebat bonum communitatia; ut locum haberent proviſiones, quas pro univerſali Eccleſia idem Concilium inſtituit.

7 Hinc non poſſunt Regulares uti talibus privilegiia per Concilium Tridentinum revocatis, tametſi confirmata poſtea fuerint in forma communi: ratio eſt, quia ut diximua in præcedenti quæſtione confirmatio in forma communi non revalidat privilegia derogata, quia non dat valorem privilegio, quod eſt nullum: diximua enim confirmationem in forma communi non tribuere novum valorem privilegio, cui accedit; adeò ut ſi privilegium ſit invalidum, confirmatio in forma communi ei ſuperveniena non det illi valorem: id enim confirmatio in forma communi operatur, ut privilegium, quod erat validum magis firmetur, & corroboretur in ſuo valore, non verò ut privilegium, quod erat invalidum, fiat validum beneficio confirmationia in forma communi, quia ſi non eſt validum, perinde ſe habet, ac ſi non exiſtat, & quod non eſt, non confirmatur, quia qualitas, ſeu adjectio ſupponit ſubjectum exiſtena, proinde ſi privilegium non exiſtat, eò quia per Concilium Tridentinum fuerit revocatum, per confirmationem Pontificiam in forma communi non acquirit valorem, & deſumitur ex *c. quia diverſitatem de conceſſ. prebend. c. exominata. c. cùm dilecta h. t. c. Ex parte de privileg. c. inter dilectos §. cæterum de fide inſtrum.* & docent Tulchus *litt. C. concluſ.* 708. Garziaa *p.* 3. *de beneſic. c.* 2. *num.* 221. Decius in *rubric. h. t. dub. ult.* Felin. in *c. Inter dilectos num.* 13. *de fide inſtrum.*

8 Erunt tamen valida privilegia conceſſa Regularibus, & revocata per Concilium Tridentinum, ſi confirmata fuerint à ſummo Pontifice in forma ſpeciali, adeò ut confirmatio revera ſit ex certa ſcientia, & non ſecundum nudum nomen: quia confirmatio in forma ſpecifica habet vim novæ conceſſionis, proinde ſi fiat in forma ſpeciali cum certa cognitione, & plena inſtructione confirmantis, beneficio hujus confirmationia reſtituuntur *c. Veniens de tranſact. c.* 2. *de pact.* & docent Gloſſa in *c. quia diverſitatem de conceſſ prabend.* Deciua in *rubric. h. t.* Tulchus *litt. C. v. confirmatio ex certa ſcientia* Molina Juriſta *lib.* 2. *de primog. c.* 7. *num.* 7. Ratio etiam ex eo petitur, quia cum conceſſio privilegiorum dependeat à voluntate concedentis, ſi ſuperior concedena habeat certam notitiam in ſpecie de privilegiis revocatis, & non obſtante revocatione ea confirmet in forma ſpeciali, ea procul dubio reſtituit in ſtatu, quo erant ante revocationem, quia Pontifex tunc vult, ut ſua confirmatio ſit efficax, ac propterea ſuum habeat effectum.

An verò ut hujuſmodi privilegia revalidentur, requiratur, ut expreſsè derogetur eidem Concilio Tridentino. 9
Reſpondetur, id non requiri, ſed ſufficere reſcriptum Pontificia contra decreta ejusdem, ut liquet ex praxi, & ſtylo Curiæ Romanæ, qui legem inducit, ut notant Gonzal. *ad regul.* 8. *cancell. Gloſſa* 6. *num.* 120. Mareſcotua *lib.* 2. *variar. reſol. c.* 38. *num.* 41. Gratianua *diſcept. forens. c.* 940. Ricciulna *de jur. perſon. extra grem. eccleſ. lib.* 5. *c.* 14. *n.* 6. & *lib.* 8. *c.* 4. *num.* 6. & ita cenſuit Rota Romana in una penſionis ſancti Angeli 16. Decembris 1594. coram Pamphilio, & ita etiam declaràſſe ſacram congregationem in una Abulenſi refert Garciaa *tom.* 1. *de beneſic. p.* 4. *c.* 5. *num.* 30. & hanc declarationem etiam refert Quaranta *in ſum. Bullar. v. confeſſor. in fin.* Hoc idem etiam deſumitur ex ipſo Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *c.* 21. *de reſor.* ubi declarat, ſtatuta circa reformationem morum, & Eccleſiaſticam diſciplinam ita fuiſſe decreta, ut ſalva ſemper maneat authoritas ſedia Apoſtolicæ.

Quæritur quartò, an clauſula *ex certa ſcientia* ſufficiat, ut confirmatio privilegiorum, vel 10
ſtatutorum ſit in forma ſpecifica, & det valorem privilegiia, vel ſtatutis invalidis, vel revocatis? Reſpondetur, clauſulam *ex certa ſcientia* nudè ſumptam non ſufficere, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica; ſed ulteriùa requiri, ut confirmationi inſeratur tenor rei confirmatæ; adeò ut ſuperior confirmana ex tali tenore appareat plenè inſtructus de toto negotio, & quod procedat cum prævia plena cognitione totiua cauſæ, & ejua circumſtantiarum. Ratio eſt, quia clauſula ex certa ſcientia importat relationem ad ipſam cognitionem Principia, proinde ex ſui natura non plus extenditur, quàm extendatur ſcientia Principis, quo fit, ut non poſſit habere ullum effectum, niſi fundetur in ſcientia ipſiua; conſequenter non poteſt nobia innoteſcere, quantum hæc clauſula extendatur, niſi nobia etiam innotuerit in ſpecie, quænam fuerit ſcientia in Principe confirmante ſtatutum, vel privilegium: ſiquidem rea ita ſe habet ad cognoſci, ſicut ad eſſe: & quæ ſunt talia relativè ad aliud, non poſſunt nobis innoteſcere, niſi nobia illud aliud etiam innotuerit: hæc eſt enim natura relativorum, ut non poſſit unum cognoſci, quin etiam aliud cognoſcatur: quapropter docent communiter Doctores, clauſulam illam *ex certa ſcientia* non operari circa ea, quæ conſiſtunt in facto, & de quibus Princeps non præſumitur habere notitiam, ſed duntaxat quoad ea, quæ juria ſunt,

quia

Digitized by Google

quia hæc non præſumuntur à Principe ignorari, ut docent Menochius *lib. 2. præſumpt.* 20. *n.* 2. Caſtrens *conſil.* 159. *in fin.* Succin. Jun. *conſil.* 32. *num.* 4. *& ſequent. vol.* 3. Tuſchus *litt.* C. *concluſ* 340. *num.* 44. & ita etiam cenſuit Rota Romana apud. Farinac. *deciſ.* 128. *num.* 5. *tom.* 3. ſiquidem in iis, quæ ſunt juris, præſumitur ſcientia in ipſo Principe *c.* 1. *de conſtit. in* 6. non verò de iis, quæ ſunt facti; proinde niſi conſtiterit de informatione Principis, hæc clauſula nihil operatur circa ea, quæ ſunt facti.

13 Ratio, cur clauſula *ex certa ſcientia* ut ſit in forma ſpecifica, exigat expreſſum, & inſertum tenorem rei confirmatæ, ea etiam eſt, quia non poteſt confirmatio in forma ſpecifica provenire à Principe, niſi ſecundùm ſuam ſpecificam formam ſit ab ipſo volita: atqui non poteſt eſſe à Principe volita, niſi mente concipiatur, eíque innoteſcat; & non poteſt ei innoteſcere, niſi cognitio Principis tendat in illud ſpeciale, quod confirmat ſecundùm proprium ſuum eſſe, & omnes ejus circumſtantias: ſiquidem confirmatio in forma ſpecifica importat, ut res in ſpecie ſecundùm ſuum eſſe determinatum omnéſque ejus circumſtantias ſpeciales ita confirmetur, ut ex voluntate confirmantis abſolutè ſuum hauriat valorem, perinde ac ſi ab ipſo recèns fieret. Hinc ſi Princeps non inſerat tenorem rei confirmatæ; vel non conſtet, eum habuiſſe plenam informationem rei, quam confirmat, non poteſt eidem dare valorem ſecundùm eſſe determinatum, nec declarare ſuam voluntatem, quod tendat in rem confirmatam ſecundùm ſuum proprium eſſe determinatum, omnéſque ejus circumſtantias: voluntas enim, quæ non exprimitur pro forma ſpecifica, non valet pro eadem forma ſpecifica, quia non plus operatur, quàm declaret, ſe velle operari. Tum quia non poteſt alicui eſſe voluntarium quod eidem non eſt cognitum: definitur enim voluntarium cujus principium eſt intrinſecum cum cognitione, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 6. *art.* 1. *in corp.* hinc ignorantia reddit involuntarium, quod ignoratur, ſi ignorantia ſit antecedens, ut docet D. Thomas 2. 2. *q.* 6. *art.* 8. hinc habetur commune effatum: nihil volitum, quin præcognitum. Quo fit, ut ſuperior confirmans non poſſit per ſuam voluntatem verè operari aliquid, quod non cognoſcat; adeóque non poſſit ejus confirmatio ſortiri ullum effectum, ad quem non dirigetur ejus præcognitio, proinde niſi habeat cognitionem præciſam, & ſpecificam rei confirmandæ, non poteſt verè confirmare in forma ſpecifica, quia tunc nec cognitio, nec intentio Principis terminatur in forma ſpecifica ad rem confirmandam.

14 Tum quia intentio operantis eatenus operatur, quia manifeſtatur *l. ſi repetendi. ff. de condit. ob cauſ* ut etiam notat Rota Romana *deciſ.* 354. *num.* 6. apud Farinac. *p.* 1. *recent.* proinde ut confirmatio ſit in forma ſpecifica debet intentio confirmantis ſe manifeſtare in ſpecie quoad rem, quæ confirmatur, & omnes ejus circumſtantias, vel ſaltem in confirmatione explicandum eſt, præceſſiſſe talem cognitionem, & intentionem in ſpecie circa rem confirmatam: & quia clauſula *ex certa ſcientia* unde ſumpta id non explicat, eò quia ſit potiùs æquivoca, & poſſit referri tam ad ſcientiam juris, quàm facti, nec explicat in ſpecie voluntatem Principis confirmantis, nec ejus intentionem, nec quid in ſpecie operetur, fit quòd confirmatio, quia non eſt explicata in forma ſpecifica, nullum de novo acquirat valorem.

15 Si dicas, clauſulam *ex certa ſcientia* operari, ut habeatur præſumptio informationis ſufficientis in Principe, ut docet Alexander *lib.* 5. *conſil.* 15. *num.* 2. Reſpondetur, huic præſumptioni obſtare praxim. Tum quia talis clauſula, ut etiam aliæ ſimiles ſolent de conſuetudine apponi, quamvis Princeps non ſit in ſpecie informatus; ſed tantùm ſubſcripſerit ſupplicationem, in qua non continebatur informatio in ſpecie: proinde clauſula *ex certa ſcientia* non habet vim novæ conceſſionis, niſi conſtiterit, quod Princeps habuerit plenam notitiam, ut notat Rota *deciſ.* 192. *num.* 2. *p.* 1. *recent.* apud Farinacium. Quamobrem præfata clauſula ad ſummum cauſat præſumptionem informationis, ſi confirmatio verſetur circa aliquod unum determinatum, ut notat idem Farinacius *clauſula* 59. *num.* 54. *in fin.* Neque ex eo, quòd clauſula *ex certa ſcientia* non cauſet effectum confirmationis ſpecificè, ſequitur, reddi incertas omnes confirmationes Pontificias præſertim privilegiorum, eò quia poſſet ſemper dubitari, an Pontifex exactè cognoverit totam cauſam, & omnes ejus nullitates. Nam id non ſequitur, ſi tenor rei confirmatæ fuerit inſertus, vel Princeps declaraverit, ſe præmiſiſſe debitum examen, ac fuiſſe plenè informatum, quia tunc præſumitur, quòd Pontifex in confirmandis privilegiis rectè proceſſerit, ac præmiſerit omnia, quæ erant præmittenda; alioquin non rectè fuiſſet ſuo munere functus, ac proinde præſumeretur malus, tametſi talis non probaretur contra *regul. jur.* quòd quilibet ſit præſumendus bonus, donec probetur malus *l. quoties §. qui dolo ff. de probat. c. Dudum. c. fin. de præſumpt.*

Hinc colligitur, quòd quoties in reſcripto tenor diſpoſitionis, quæ confirmatur, eſt ſpecificè inſertus confirmationi, tunc cenſetur confirmatio facta ex certa ſcientia confirmantis, & diſpoſitio vi illius ſuum ſortitur valorem. Secus ſi tenor diſpoſitionis non ſit inſertus confirmationi, tunc hæc non eſt in forma ſpecifica, nec validum reddit actum ſecundùm ſe irritum: ratio diſcriminis eſt, quia quando tenor diſpoſitionis inſeritur confirmationi, tunc Princeps habet plenam cognitionem rei geſtæ: Non ita quando non inſeritur tenor diſpoſitionis, quia Princeps tunc præſumitur ignorare, quæ conſiſtunt in facto, & non eſt veriſimile, ut ipſe velit abſolutè affirmare id, de quo ipſi non ſufficienter conſtat. 16

Quæritur quintò, an clauſula *ex certa ſcientia* inſerta confirmationi, in qua aliqua explicantur ſecundùm ſubſtantiam, & alia tantùm in forma communi, conſtituat confirmationem in forma ſpecifica quoad omnia? Solet Pontifex interdum aliqua ſtatuta, vel privilegia ita confirmare, ut in confirmatione recenſeat aliqua tan- 17

tantùm in ſpeciali ea explicando ſecundùm ſuam ſubſtantiam; & reliqua tantùm in communi recenſet: an tunc, ſi tali confirmationi inſerat clauſulam *ex certa ſcientia*, hæc operetur, ut tota confirmatio ſecundùm omnia recenſita, tum in communi, tum ſecundùm eorum ſubſtantiam ſit in forma ſpecifica ſecundùm omnes partes, & articulos, vel tantùm reſpectu eorum, quorum tenor ſecundùm ſubſtantiam eſt inſertus tali confirmationi. Reſpondetur, confirmationem non eſſe totaliter, ſed tantùm partialiter in forma ſpecifica, reſpectu ſcilicet eorum, quorum ſubſtantia eſt expreſſa; & reſpectu aliorum, quæ tantùm in communi recenſentur eſſe in forma communi non ſpecifica. Ratio ex eo deſumitur, quia nuda, & ſimplex clauſula *ex certa ſcientia* non ſufficit ſola, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica, niſi tenor, aut ſubſtantia rei confirmatæ ſit inſertus in confirmatione: quia Princeps cum aliqua tantùm recenſeat in ſpecie, & alia tantùm in communi, oſtendit ſe habere certam ſcientiam ſolùm reſpectu expreſſorum in ſpecie, non verò reſpectu eorum, quæ nonniſi in communi recenſentur; alioquin non fuiſſet opus aliqua exprimere in ſpecie, ſed ſatis fuiſſet, ſi omnia in communi fuiſſent recenſita: quamobrem clauſula *ex certa ſcientia* ad ea tantùm poteſt referri, de quibus Princeps habuit cer-
16 tam ſcientiam, & ea expreſſit in ſpecie.

Tum quia Princeps tunc procedit diſcretivo modo, quatenus ſecernit aliqua, quæ in ſpecie recenſet ſecundùm ſubſtantiam; & alia, quæ duntaxat in communi; hic autem modus procedendi diſcretivè clarè indicat, Principi tunc ineſſe diverſam intentionem reſpectu expreſſorum in ſpecie, ac reſpectu non expreſſorum, proinde quòd voluerit expreſſa in ſpecie confirmare in forma ſpecifica, & expreſſa in genere tantùm in forma communi: intentio enim Principis inferenda eſt ex ſuis verbis, quibus confirmat ſtatutum: ſunt enim verba, quibus utimur ad exprimendam noſtram intentionem, & ad id fuerunt inſtituta, ut conceptus noſtros mentales exteriùs ſignificaremus: cùm igitur verba Principis aliqua exprimant in forma ſpecifica, & alia tantùm in genere, inferendum eſt, voluiſſe Principem illa in forma ſpecifica, & hæc in forma communi confirmare, adeò ut modus confirmandi ea, quæ exprimuntur in forma ſpecifica, excludat modum, quo reliqua confirmantur in communi, incluſio enim unius eſt excluſio alterius *l. cum Prætor. init. ff. de judic.* & *l. cum maritus C. de procurat.* & *l. ait Prætor. §. ſed quod. ff. de minor.* alioquin ſi omnia voluiſſet in forma ſpecifica confirmare, non fuiſſet uſus tali modo diſcretivo, ſed omnia recenſuiſſet ſecundùm ſubſtantiam: ſicut aliqua recenſuit: ut notant Tiraquel. *l. ſi unquam v. Libertus num. 3. C. de revoc. donat.* Menochius *conſil. 250. num. 63.* Pariſ. *conſil. 38. num. 27. lib. 2.* Tum quia vel omnia, quæ continentur in confirmatione fuerunt in ſpecie explicata Principi, qui tamen aliqua, ex ſibi explicatis recenſuit in ſpecie, & hæc tantùm cenſetur in forma ſpecifica confirmare, cùm alia omittat recenſere in tali forma ſpecifica: quæ enim omittuntur cenſentur denegari, ut notat Ripa in *l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig.* & docet Cravetta *conſil. 330. init.* Vel non fuerunt omnia in ſpecie explicata Principi, & tunc non explicata nequeunt dici à Principe confirmata ex certa ſcientia, conſequenter nec in forma ſpecifica, cùm hæc forma fundetur in plena, & perfecta notitia attingente omnes circumſtantias, ut notat Gloſſa in *c. Ad hæc 10. de reſcript.* & ibi Decius *num. 14.* Felinus in *c. nonnullis 28. eod. tit.* & docet etiam Molina Juriſta *de primogen. lib. 2. num. 8. & ſequent.* ubi plures citat.

Demum quia quævis diſpoſitio ſemper recipit reſtrictionem de habilitate, ut notat Bar- 17
tolus *authent. de nupt. num. 3. collat. 4.* Baldus *conſil. 207. num. 3. lib. 1.* Tuſchus *litt. D. concl. 505.* adeò ut tantùm extendatur ad habilia: ergo quando in aliqua confirmatione aliqua recenſentur in ſpecie, ſaltem ſecundùm ſubſtantiam; & alia tantùm in genere, & in communi; confirmatio debet reſtringi à recenſitis in ſpecie, adeò ut tantùm reſpectu eorundem ſit in forma ſpecifica; quia illa tantùm ſunt tunc habilia, ut confirmentur in forma ſpecifica: non verò quæ recenſentur tantùm in communi, res enim eodem modo confirmantur, quo exprimuntur in confirmatione. Tum quia quæ non recenſentur in ſpecie, non ſunt in tenore confirmationis ſub explicita notitia Principis, non enim hæc poteſt aliter nobis innoteſcere, quam per verba ejuſdem Principis expreſſa in confirmatione: quæ autem non ſunt in explicita notitia Principis, non ſunt habilia, ut in forma ſpecifica confirmentur, ut notant Tuſchus *litt. C. concluſ. 340. num. 41.* Decius *conſil. 142. num. 7.* Pariſ. *conſil. 1. num. 81. vol. 1.* quinimò licèt Princeps haberet certam, & explicitam notitiam eorum, quæ tantùm in communi exprimuntur; ex eo, quòd illa non recenſeat in ſpecie, & alia è contra in ſpecie recenſeat, ſignum eſt, hæc confirmare in forma ſpecifica, non ita alia: alioquin non adhiberet modum hunc diſcretivum.

Quæritur ſextò, an clauſula *motu proprio* 18
adjecta confirmationi operetur, ut hæc ſit in forma ſpecifica? Reſpondetur cum diſtinctione, ſi unà cum tali clauſula inſeratur etiam tenor rei confirmatæ quoad ſuam ſubſtantiam, & circumſtantias, conceditur, quòd confirmatio tunc ſit in forma ſpecifica; non tamen ratione clauſulæ adjectæ *motu proprio*, ſed virtute tenoris rei confirmatæ: & expreſſionis ſecundùm ſubſtantiam, & circumſtantias: ſin verò tenor rei confirmatæ non inſeratur confirmationi ſaltem quoad ſuam ſubſtantiã, negatur, quòd nuda clauſula *motu proprio* adjecta confirmationi operetur, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica: ratio eſt, quia clauſula *motu proprio* quantum eſt ex ſe, habet tantùm excludere inſtantiam partis, & declarare, Principem tunc ſponte à ſe ipſo, & non ad preces, vel inſtantiam alterius procedere *c. ſi motu proprio*, & notat Menochius *conſil. 255. n. 40.* quo fit, ut clauſula *motu proprio* æquè poſſit inſeri confirmationi in forma communi, ac in ſpecifica: quia utraque poteſt procedere ex ſpontanea Principis voluntate: non enim clauſula *motu proprio* indicat, Principem procedere cum

Digitized by Google

plenè, determinata, ac explicita cognitione, ut cenſuit Rota Romana in *noviſ. deciſ.* 332. & deſumitur ex *l. fideicommiſſ.* §. *ſi ſervo ff. de legat.* 3. ut ibidem notat Baldus: quamobrem ſi confirmatio aliunde non habeat ut ſit in forma ſpecifica, ex vi ſolius clauſulæ *motu proprio*, non eſt in forma ſpecifica. Tum quia clauſula *motu proprio* non operatur circa ea, quæ ſunt facti, ut notat Marta *de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 73. *n.* 11. ubi plures citat, Menochius *conſil.* 1. *num.* 432. Pariſ. *conſil.* 1. *num.* 81. & ratio eſt, quia cum dicta clauſula *motu proprio* explicet ſolam ſpontaneam voluntatem Principis, non poteſt operari niſi juxta cognitionem, quam habet, & in Principe non præſumitur notitia facti, niſi aliunde de ipſo conſtet: ſiquidem in Principe tantùm præſumitur notitia juris *c. licet* 1. *de conſtit. in* 6. Cùm igitur in confirmatione non inſeratur tenor rei confirmatæ, nec aliunde conſtet, Principem habere plenam, & ſpecificam notitiam confirmandorum, cenſetur confirmatio facta abſque cognitione cauſæ, eò quia res, quæ confirmatur, ſit facti, non juris; proinde clauſula *motu proprio*, tametſi adjiciatur confirmationi, non operatur, ut hæc ſit in forma ſpecifica, ut notant Menochius *conſil.* 1. *num* 433. Zaſius *conſil.* 10. *n.* 30. *lib.* 2 & tunc confirmatio tantùm reſolvitur in quandam generalitatem voluntatis Principis, non enim verba operantur niſi juxta menſuram intentionis, quæ ſemper eſt ſecundùm menſuram cognitionis, quò fit, ut voluntas, ſi procedat abſque prævia explicita cognitione, non poſſit procedere ſpecificè: alioquin aliquid eſſet volitum, quod non eſſet præcognitum, quod eſſe nequit, cùm voluntas non feratur in incognitum, quapropter voluntas procedit confuſo modo, & cum quadam generalitate, in quam reſolvitur adjecta clauſula *motu proprio*, quæ non ſupplet defectus ſubſtantiales, ut notat Marta de *clauſulis p.* 1. *clauſ.* 73 *n.* 15. & cenſuit Rota *deciſ.* 71. *de reſcript. in antiq.* proinde non operatur, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica, cùm hæc convalidet nullitates facti, eò quia terminetur ad rem confirmatam in ſpecie, habeátque vim novæ inſtitucionis, ac ſi actus de novo fieret, ut notant Natta *conſil.* 39. *lib.* 1. Seraphin. *deciſ.* 1575.

Quinimò ſi in ſupplicatione facta Principi
19 pro obtinenda confirmatione non exprimantur, quæ ſi exprimerentur, Princeps non confirmaret, quæ petuntur, ut ſi non exprimerentur, quæ ſunt in præjudicium Principis, vel in damnum tertii, vel quæ non ſolent à Principe confirmari, vel ſaltem difficilis ſunt conceſſionis; & quæ propterea Princeps non eſſet in ſpecie conceſſurus; tunc clauſula *motu proprio* nil operaretur, & omnino otiosè jaceret, ut notat Panormitanus in *c. quia circa de conſanguin. & affin.* & in *c. Ad aures* 8. *n.* 5. *de reſcript.* & ratio eſt, quia tunc motus proprius non eſt talis, quia oritur ex ſubreptione ob taciturnitatem eorum, quæ erant exprimenda, ut docent Berojus in *c. ſuper litteris* 20. *num.* 55. *in* 2. *lect. de reſcript.* Covarruvias *lib.* 1. *variar. c.* 20. *n.* 5. *V. falſitas verò*, Menochius *lib.* 2. *de arbitr. centur.* 3. *caſ.* 201. *num.* 3.

Quæritur ſeptimò, an clauſula *de plenitudine poteſtatis* efficiat, ut confirmatio, cui inſeritur, ſit in forma ſpecifica? Reſpondetur, neque hanc clauſulam ſufficere, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica, niſi ulteriùs inſeratur tenor rei confirmatæ, vel ex ipſa confirmatione inferatur, Principem plenè inſtructum eſſe, & informatum de negotio, ſeu re confirmanda: ratio eſt, quia clauſula *de plenitudine poteſtatis* ex ſe non inducit plenam ac perfectam rei confirmandæ notitiam, proinde neque explicitam intentionem, quâ Princeps velit rem illam in ſpecie confirmare: quia cùm non habeat notitiam rei in ſpecie, non poteſt velle eam in ſpecie confirmare: alioquin voluntas ferretur in incognitum: cùm igitur non poſſit fieri, ut ignorans concedat, vel confirmet conceſſum, eò quia deficiente prævia notitia rei, deficiat etiam conſenſus in rem, *l. mater decedens C. de inoffic. teſtam.* clarè conſtat, non poſſe in ſpecie confirmari, quæ in ſpecie non ſunt præcognita. Hinc eſt, quòd præfata clauſula *de plenitudine poteſtatis* non operetur circa ea, quæ ſunt facti, niſi qui utitur tali clauſula ſit plenè inſtructus de toto negotio circa quod utitur illâ clauſulâ, ut docent Baldus in *l. Eos init. C. de appell.* Menochius *conſil.* 1. *num.* 426. Marta de *clauſulis p.* 1. *clauſ.* 259. *n.* 14. 20

Tum quia Princeps non poteſt plenam ſuam 21
poteſtatem exercere, niſi procedat rationabiliter, cùm quævis poteſtas incluſa ſit intra terminos rationis *l. ſed de pecun.* §. *quo Senatusconſulto ff. de uſufruct. earum rer. quæ uſu conſum.* & circa ignorata non poteſt Princeps velle ſuam plenam poteſtatem exercere, quia ut procedat rationabiliter, debet prælucens ratio dictare, quid faciendum ſit, & de ignoratis in ſpecie non poteſt ratio dictare, conſequenter neque voluntas poteſt rationabiliter procedere circa ignorata in ſpecie: hinc Tuſchus *litt. C. concluſ.* 342. *n.* 10. ait præfatam clauſulam *de plenitudine poteſtatis* nil operari circa non expreſſa, quia ut notat Cochier *ad regul.* 20. *cancell. de non impet. benefic. divend. num.* 27. ſi ſtatus cauſæ non explicatur, clauſula *de plenitudine poteſtatis* perinde ſe habet, ac ſi inſerta non fuiſſet, & ratio eſt, quia circa ignorata, non poteſt plenitudo poteſtatis applicari ad ſuos effectus operandos. Tum quia ut docet Caſtrens. *conſil.* 414. *v. ſecundus caſus lib.* 1. ut clauſula *de plenitudine poteſtatis* operetur, neceſſe eſt, ut Princeps cognoſcat ſe non poſſe fieri de poteſtate ordinaria, quæ facit de plenitudine poteſtatis, cujus uſus dicitur propterea eſſe remedium extraordinarium, quod non adhibetur, niſi quando neceſſitas exigit, ſeu quando non ſufficit potentia ordinaria. Princeps autem nequit cognoſcere potentiam ordinariam non ſufficere, niſi habeat plenam, & explicitam informationem negotii, de quo agitur, & ſuper quo utitur plenitudine poteſtatis.

Quòd ſi dicas, Principem per hanc clauſu- 22
lam *de plenitudine poteſtatis velle*, ut confirmatio fiat omni eo modo, quo poteſt eam concedere: & Principem poſſe in forma ſpecifica eam concedere, proinde clauſula *de plenitudine poteſtatis* operari hanc confirmationem in forma ſpeci-

oogle

ſpecifica. Contra eſt, quia quamvis Princeps per dictam clauſulam *de plenitudine poteſtatis* velit operari in virtute ſuæ abſolutæ poteſtatis, quia tamen oon habet explicitam, & plenam notitiam rei confirmandæ in ſpecie non poteſt confirmatio ſe extendere ultra terminos in forma communi: ratio eſt, quia tunc hæc plenitudo poteſtatis applicatur ad operandum confusè, & tantùm in communi; & cùm non poſſit operari ultra intentionem Principis confirmaotis, ideo cùm in Principe intentio præſumatur eſſe confuſa, & in communi, cùm non poſſit eſſe magis explicita, quàm ſit ſcientia, ex qua procedit, ſequitur non poſſe operari niſi in communi, nec cauſare confirmationem, niſi in forma communi.

23 Quæritur octavò, an confirmatio ſit in forma ſpecifica, ſi eidem inſeratur clauſula *quorum tenores pro expreſſis habeantur, ac ſi de verbo ad verbum eſſent inſerti*, ſi quæ confirmantur ſint facti, & non expreſſa in ſpecie? Reſpondetur, hanc clauſulam non operari, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica circa ea, quæ ſunt facti, niſi conſtiterit præceſſiſſe plenam informationem, & tenor rei in ſpecie ſaltem quoad ſubſtantiam fuerit inſertus confirmationi, ut docent Marta *de clauſ. p. 1. clauſ. 139. n. 4.* Riccius in *prax. reſol. 368. num. 1. & ſequent.* & ita cenſuit Rota in *Toletan. annot. 25. Januarii 1589. coram Orano in Valentin. decimar. 28. novemb. 1613.* & deſumitur ex pluribus aliis ejuſdem Rotæ deciſionibus apud Farinacium. Ratio ex eo petitur, quia quæ ſunt facti, præſumuntur ignorari *c. præſumitur de reg. jur. in 6.* & præfata clauſula ex ſe non inducit cognitionem cauſæ, nec informationem facti, conſequenter nequit Princeps velle habere pro expreſſo, quod ignorat, quia voluntas oon fertur in incognitum, quo fit, ut præfata clauſula, cùm non inducat, nec arguat certam ſcientiam, ut notat Rota in *Abulenſi juriſdict. die 22. Januarii 1588.* coram Orano, & in pluribus aliis deciſionibus, ſequitur, quòd niſi præfatæ clauſulæ adjiciatur expreſſus ſpecificus tenor rei confirmandæ, nunquam confirmatio ſit in forma ſpecifica. Tum quia licèt præfata clauſula videatur præſeferre non modicam ſpecioſitatem, notant nihilominus Gonzal. ad *regul. 8. cancell. Gloſſ. 36. num. 13.* & Joſeph Seſſe *deciſ. Arragon. 97. num. 19.* hanc clauſulam non multum attendi, eò quia ſoleat apponi à Copiſtis in extenſione minutarum ſupplicationum, & non de expreſſa Principis voluntate, conſequenter non eſſe magni faciendam, ut etiam notant Covarruvias *in rubric. de teſtam. p. 2. n. 20.* Gozadin *conſil. 9. n. 27.*

24 Cæterum vis præfatæ clauſulæ in eo potiùs eſt ſita, ut deroget iis, quæ voluntati Principis diſponentis poſſent obſtare: ſiquidem fuit inventa hæc clauſula, ut certò haberetur, poſſe Principem derogare gratiis præcedentibus: cùm enim ſit moraliter impoſſibile, poſſe ſummum Pontificem omnium reminiſci, ac ſcire ſingula, quæ poſſunt obſtare, utitur præfata clauſula, ut poſſit derogare iis, quæ obſtant, quamvis tunc ei non innoteſcant; poſſitque ſuam authoritatem exercere circa ea, quæ ipſius poteſtati ſubduntur; ne ob ignorantiam impediatur, ut docent Puteus *deciſ. 104. lib. 1.* Ludoviſius *deciſ. 109. num. 5.* & cenſuit Rota Romana *deciſ. 213. init. p. 1.* & *deciſ. 682. num. 8. p. 3. recent.* ex quo liquet, præfatam clauſulam ex ſui natura operari expreſſionem eorum, quæ poſſent obſtare, ut notat Rota in *Sabinenſi Caſtri Montis Rotundi 8. Februarii 1627.* coram Coccino. Cùm igitur præfata clauſula non operetur, circa ea, quæ ſunt facti, niſi conſtiterit, præceſſiſſe plenam informationem, neque inducat certam ſcientiam: ideo ſi tenor rei non fuerit expreſſus in confirmatione, hæc ex vi ſolius clauſulæ adjectæ non eſt in forma ſpecifica: & licèt poneretur, quòd confirmantur ſtatuta, conſtitutiones, privilegia, partes omnes, ſinguli articuli, & adderatur clauſula; *quorum tenor pro expreſſo habeatur, ac ſi de verbo ad verbum eſſet inſertus*, adhuc confirmatio erit in forma communi, ſi non inſeratur ſubſtantia rei confirmatæ, quia expreſſio hujus tenoris requiritur, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica, cùm enim voluntas non feratur in incognitum, non poteſt velle confirmare in ſpecie, & determinatè quidquid in ſingulis partibus, & articulis continetur, niſi de iiſdem in ſpecie habeat explicitam notitiam, quam cùm non habeat per ſolam præfatam clauſulam, non poteſt hæc operari, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica.

Imò neque clauſula *ſupplentes omnes defectus* operatur, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica, ſanéque defectus, quos confirmatio haberet; 25 ratio eſt, quia neque hæc clauſula inducit certam ſcientiam, ut cenſuit Rota in *Abulenſi juriſdictionis die 22. Januarii 1588.* coram Orano, & ubi in Principe non habetur certa ſcientia, non poteſt ab ipſo provenire confirmatio in forma ſpecifica. Hinc per hanc clauſulam non ſupplentur defectus ſubſtantiales, ut docent Redoanus *de reb. eccleſ. non alienan. rubric. de caſu in commod. n. 75.* Marta *p. 1. clauſ. 181. num. 9.* Felinus in *c. Ex parte 2. V. & pro dicto de reſcript.* Hoſtienſis in *c. 1. de tranſact.* quapropter ſi clauſula *ſupplentes omnes defectus* inſeratur confirmationi, & non exprimatur tenor in ſpecie rei confirmatæ ſaltem ſecundùm ſubſtantiam, non operatur, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica: quia per talem clauſulam non ſupplentur defectus ſubſtantiales facti, qui tamen deberent ſuppleri, ut confirmatio eſſet in forma ſpecifica. Imò neque clauſula ſupplet quoſcunque alios defectus, ſi ſint juris poſitivi, & à Principe ignorentur, ut docent Tuſchus *litt. C. concluſ. 343. n. 13.* Marta *de clauſul. p. 1 clauſ. 131. n. 3.* Garcias *p. 2. de benefic. n. 234.* ubi etiam adjicit duas deciſiones Rotæ.

Ratio autem fundatur in eo, quia intentio non poteſt ferri in incognitum, proinde non poteſt Princeps velle ſupplere defectus, quos ipſe ignorat. 26 Quamobrem ſi in privilegiis, vel ſtatutis confirmatis contineatur aliquid contra jus commune per clauſulam *ſupplentes omnes defectus* non ſanatur, quia nunquam intelligitur aliquid conceſſum contra jus commune, niſi ſpecialiter exprimatur, ut docent Abbas in *c. Examinata 7. num. 6. h. t.* Felinus in *c. nonnulli n. 32.*

Verani Tom. II. Jur. Can.

de reſcript. Mantica *deciſ.* 222. *num.* 2. quia non videtur veriſimile, quòd Princeps velit tam facilè derogare legi priùs cogitatæ *l. ſi quando inut. C. de inoffic. teſtam.* ibi: *Neque enim credendum eſt, Romanum Principem, qui jura tuetur, hujuſmodi verbo totam obſervationem teſtamentorum multis vigiliis excogitatam, atque inventam, velle everti.* Præterea neque præfata clauſula convalidat ſtatuta excedentia facultatem ſtatuentium, quia non ſupplet defectus, quibus actus redditur nullus, ut docent Felin. in *c. Ex parte* 2. *num.* 42. *de reſcript.* Hoſtienſis in *c.* 1. *de tranſact.* quia clauſula non ſupplet rem ipſam quoad ſubſtantiam, proinde ſi actus eſt nullus, corruit ejus ſubſtantia.

27 Quæritur nonò, an contra confirmationes emanatas à Sede Apoſtolica Judices inferiores poſſint judicare? Reſpondetur negativè, niſi novum mandatum ſpeciale accipiant à Papa, & deſumitur ex *c. de confirmationibus* 2. *h. t.* ubi Alexander III. reſcribit, Judicem non poſſe judicare contra confirmationem Papæ, niſi de ſpeciali ejus mandato, vel certum ſit, quòd per falſi ſuggeſtionem fuerit elicita, quia per hujuſmodi confirmationem Papa facit ſuum tale negotium à ſe confirmatum *c. cum in diſtrib. de temp. ordin.* ſiquidem Princeps omnia ſua facit, quibus authoritatem ſuam tali modo impertitur *l.* 1. *§. omnia c. de veter. jur. enuc.* & inferior Judex non poteſt ſe immiſcere negotiis, quibus Princeps manus impoſuit ob reverentiam ab inferiore ſuperiori debitam, & ut inferior deferat poteſtati ſuperioris *c. ſequens eſt diſt.* 11. quo fit, ut confirmatio ſemel facta per Papam præcludat manus Judicum inferiorum, ut iidem non liceat cognoſcere de jure confirmato, neque de validitate ipſius confirmationis quidquam decernere, niſi à Sede Apoſtolica eis ſpecialiter id demandetur, ut habetur in *d. c.* 2. *h. t.*

28 Verùm id eſt intelligendum, quòd Judex inferior non poſſit judicare contra confirmationes à Sede Apoſtolica impetratas in forma ſpecifica *argum. c. cùm veniſſent* 12. *de judic.* quia contra confirmationes obtentas in forma communi ſaltem per accidens poteſt cognoſcere, & definire: ratio eſt, quia per confirmationem in forma communi non fit nova conceſſio, ſed relinquitur res confirmata, ut erat in ſe; adeò ut ſi ſuperior confirmet actum, qui ſecundum ſe erat invalidus per ipſam confirmationem in forma communi non acquirit valorem, quia hæc confirmatio non tribuit actui valorem, ſed illum ſupponit validum: unde ſi erat invalidus, confirmatio etiam eſt invalida, quia non ſubſiſtente principali non poteſt acceſſorium ſubſiſtere.

29 Cæterùm licèt Judex inferior non poſſit judicare, an confirmatio facta in forma communi fuerit legitimè facta à Papa, nec ne, ut docet Innocentius in *c. ſi quis* 1. *h. t.* nihilominus ſi dubium ſit, an confirmatio facta ſit in forma communi, vel ſpeciali, poteſt Judex inferior de tali dubio cognoſcere, ut ipſi conſtet; an ad ipſum pertineat cognoſcere de re confirmata, nec ne ut notat Joannes Andreas in *d. c. de confirmationibus* 2. *h. t.* qua ratione etiam Judex *à quo* eſt appellatum, poteſt examinare, an appellatio juſta ſit, vel non, ut ſciat, an debeat ei deferri, vel non; quamvis de ipſa cauſa appellationis non poſſit cognoſcere, ut notat Alexander in *d. c. De confirmationibus* 2. *n.* 6. *h. t.*

Quæritur decimò, an ſi in ſtatuto, vel alia diſpoſitione mentio fiat ſimpliciter de confirmatione, ſit ſtatutum intelligendum de confirmatione in forma ſpecifica? Reſpondetur, duas eſſe ſententias, quarum prima affirmat, & eam docet Abbas in *c. Examinata* 7. *h. t.* eò quia verbum *confirmo* ex ſua natura id operatur, ut reddat rem, vel actum firmum, hoc autem tribuitur confirmationi factæ in forma ſpecifica, non in forma communi, proinde ſtatutum, in quo fit mentio ſimpliciter de confirmatione, intelligitur de confirmatione in forma ſpecifica. Secunda ſententia eſt communior, & verior, ac proinde eidem adhærendum, & docet in dubio ſtatutum eſſe intelligendum de confirmatione in forma communi: & ratio ex eo deſumitur, quia confirmatio in forma ſpecifica exigit præcedere ex parte cognitione cauſæ in ipſo confirmante, & ut tenor totius cauſæ in ipſa confirmatione exprimatur: hæc autem non requiruntur, quando confirmatio fit ſimpliciter, ſeu in ſtatuto fit ſimplex mentio confirmationis, niſi ex adjunctis circumſtantiis, ac conjecturis appareat, Papam ex certa ſcientia voluiſſe actum confirmare *c. Apoſtolica* 22. *de præb. in* 6. Cæterum confirmatio in dubio operatur firmitatem juxta propriam naturam ejuſdem actus, adeò ut ſi antea erat validus, redditur firmior, ſin autem erat nullus perſevaret in ſua nullitate, ſi aliter non conſtet de poteſtate, & mente confirmantis. 30

Quæritur undecimò, an litteræ confirmationis ſuper ſententia, à qua erat appellatum ſuum ſortiantur valorem, ſi appellatus malitioſè prævenit appellantem? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. Bonæ memoriæ* 3. *h. t.* ubi Cœleſtinus III. reſcribit, quòd quando quis appellat à ſententia, & impetrat litteras à Papa; & appellatus præveniens impetrat à Papa confirmationem ſententiæ nulla mentione facta de appellatione, non valent illæ litteræ, ſed ſecundæ primi appellantis: ratio eſt, quia hujuſmodi litteræ ſunt ſubreptitiè impetratæ; nam ſi ſuperior ſciviſſet quòd appellatus malitioſè appellantem præveniſſet, eas non conceſſiſſet; ac per talem præventionem eum deciperet *c. oblata*, & *c. ſæpe de appellat.* Omnia autem taci- 31 tum, quòd ſi exprimeretur, ſuperior litteras non concederet, reddit gratiam nullius valoris *cap. cæterum* 3. *de reſcript.* proinde litteræ ab appellato ſubreptitiè impetratæ nullius ſunt valoris. Generatim etenim ob taciturnitatem veritatis reſcripta vitiantur, & ſunt nullius valoris, quia ſi Principi innotuiſſet, quod reticetur, non concederet reſcriptum, vel ſaltem tali modo: hinc litteræ poſteriores appellantis validæ ſunt, ſi priores appellati fuerunt ſubreptitiè impetratæ, tametſi nulla facta fuerit mentio talis appellationis, quia quando priores litteræ ſunt irritæ, vel poſſunt per exceptionem elidi, non eſt neceſſe, ut in impetratione poſteriorum fiat mentio priorum, ut notat Gloſſa in

[illegible] *c. Ex*

c. Ex tenore 16. v. negotio de reſcript. Quemobrem ſi priores litteræ ob quemcunque defectum fuerunt irritæ, adhuc Princeps conceſſiſſet poſteriores litteres, ut habetur in *d.c.Bona 3. h.t.* proinde poſteriores ſunt velidæ.

32 Quæritur duodecimò, an veleat confirmetio, quam Religioſus impetravit à Papa ſuper edminiſtretione temporali, ſi tecuit ſe Regulerem eſſe? Reſpondetur negativè, & deſumitur ex *c. Ad noſtram 5. h.t.* ubi Innocentius III. declarat, quòd confirmatio, quam impetravit Religioſus à Pepa ſuper temporali adminiſtratione pro perſone particulari, ſit nullius veloris, ſi tacuit, ſe eſſe Religioſum. Rasio eſt, quia Religioſi non poſſunt ſibi quidquam perſonaliter ecquirere, ſed quidquid ecquirunt, debet eſſe illius Monaſterii, in quo degunt *c. Monachi de ſtat. Monach.* Tum quia Religioſus non habet proprium velle, & nolle, ſed dependet à voluntate ſuperioris, cui eſt debita reverentia *c. Non dicatis 12. q. 1.* Tum quia ſi Religioſis temporeles adminiſtrationes confirmarentur, non poſſent removeri ad nutum ſuperioris; illudque jus adminiſtrandi viderentur habere tanquam proprium contra utrumq; votum obedientiæ, & paupertatis *c. cùm ad Monaſterium de ſtat. Monach,* ergo talis confirmatio ſubreptitiè fuit impetrata, & eſt nullius valoris. Quòd ſi in reſcripto exprimatur, quòd ſit Religioſus, tunc reſcriptum præſumitur falſum. Retio eſt, quia quando litteræ reperiuntur eſſe contra jus, & ſtylum curiæ, non cenſentur emanâſſe à curie *c. 2. de reſcript.* proinde tunc debet ſummus Pontifex certioreri, & ejus ſecundum mandatum eſt expectandum, niſi eliter impetrans clarè probaret, eas à Papa fuiſſe conceſſas *c. ſi quando 5. de reſcript.* Tum quia cùm ſummus Pontifex non ſolest tales edminiſtrationes Religioſis concedere; teles litteræ præſumuntur falſò factæ, niſi aliter à curia probentur emanetæ.

33 Quæritur tertiodecimò, an ſententia contra formem juris, vel compromiſſi per arbitros late, teneet? Reſpondetur laudum latum per erbitros contra formam juris, vel compromiſſi non tenere. Retio eſt, quia arbitraria redacta ſunt inſtar judiciorum *l. 1. ff. de arbit.* & quia ſententia Judicia, ſi feratur contra jus ſcriptum nullius eſt valoris *c. cum inter de re judic,* & de ſimilibus, in quibus eſt eedem retio, debeet eſſe idem judicium *l. illud ff. ad leg. Aquil.* & compromiſſum limitet poteſtatem arbitrorum, ut non poſſint illud excedere, ſed teneantur illud religioſè ſervare *c. cum dilectus de arbit.* ſequitur, quòd laudum contra formam juris, & compromiſſi latum nullius ſit veloris: imò id etiem procedit, quamvis à Pepe in forme communi fuerit confirmatum, quia ut diximus in præcedentibus quæſtionibus: confirmetio in forma communi non dat majus jus, quàm priùs fuerit in re confirmeta, ſed tantùm jus vetus, ſi quod lucrat, confirmat, ſeu conſervat *c. quia diverſitatem de conceſſ. prabend.*

Quæritur quartodecimò, an collatio Eccleſiæ facta alteri per legetum, & confirmata à Papa lædet jus Diœceſani. Reſpondetur negativè. Retio petitur ex eo quia legatus non poteſt jus alterius tollere, ut deſumitur *ex cap. ſua nobis ult. h.t.* & docet Gloſſa *in c. fin. de haret. in 6.* Id enim ſolus Princeps præſtare poteſt *c. conſtitutus, & ibi Gloſſa de Relig. dom.* præterea quia confirmatio in forma communi non tribuit majus jus, quam priùs fuerit in re confirmete; & in dubio confirmetio præſumitur eſſe in forma communi, eo quia tenor rei confirmatæ non inferatur confirmationi. Tum quia ordo eccleſiaſticus confunderetur ſi unicuique Epiſcopo ſua non ſervaretur juriſdictio *c. pervenit 11. q. 1.* Neque ſummus Pontifex ſuum cenſet honorem eſſe, ſi Epiſcopi ejus fratres juriſdictionem ſuam amittant *c. ecce diſt. 99.* ex quibus infertur, quòd tametſi poſſit legatus cardinalis Eccleſiam vacentem conferre, *c. 1. de offic. leg in 6.* illam tamen a Diœceſana juriſdictione nequit eximere; & confirmetio facta à Papa in forma communi non minuit, neque lædit jus Diœceſani *c. deliberatione de offic. leg. in 6.* 34

Quæritur quintodecimò, quomodo particula *ſicut* intelligenda ſit, quando inſeritur confirmationi in forma ſpecifica? Reſpondetur, eſſe intelligendam cauſativè; & eſſe idem ac *quia*, ut deſumitur *ex c. venerabilis 8. h.t.* Ratio eſt; quia quando Princeps eſt plenè inſtructus de negotio; non præſumitur velle conditionatè loqui ſuper ejus confirmatione in forma ſpecifice; cum cenſeatur habere jura omnia in ſui pectoris ſcrinio *c. 1. de conſtit. in 6* unde ſi quando confirmat aliquid in forma communi, & non inſerit confirmationi tenorem ſpecificum rei confirmetæ, particula *ſicut* intelligitur conditionaliter, eò quia Princeps præſumatur ignorare, quæ in facto conſiſtunt, & non præſumitur velle alterum inauditum privare jure ſuo *c. quia intentionis de privileg.* ſequitur, quòd quando in confirmetione inſeritur tenor rei confirmatæ, particula *ſicut* reddit rationem confirmationis; & idem ſignificat, ac dictio *quia.* 35

F I N I S.

Secundi Tomi.

INDEX

Rerum Notabilium

Quæ in hoc ſecundo Tomo Decretalium continentur.

Prior Numerus Paginam indicat, Secundus eſt Marginalis.

A.

Abbas poteſt concedere Monacho, ut pro utilitate Monaſterii ſtet in certo loco extra Monaſterium. 638. 62

Abbas Regularis poteſt in capellis præſcribere jura epiſcopalia. 709. 55

Abjuratus de levi punitur juxta gravitatem delicti. 103. 43

Abjurare publicè non tenetur, qui priusquam fuit accuſatus, vel inquiſitus, ſponte acceſſit ad Inquiſitores, & ſuas hæreſes occultas, quæ non prodierunt exteriùs, nec ſciri poterant, niſi per illam confeſſionem ſpontaneam, manifeſtat. 102. 40

Abjurare publicè, & in loco publico non tenetur regulariter, qui tantùm leviter fuit ſuſpectus de hæreſi, ſed tantùm ſecretè, & privatim. 102. 41

Abjuratio quomodo fieri debeat ab illo, qui eſt ſuſpectus, vel inquiſitus de hæreſi. 101. 37. ſeq. Poteſt hæc abjuratio fieri publicè vel privatim. ibid. 39

Abſolutio ab inſtantia judicii, in quibus caſibus peti poſſit. 215. 77

Abſolutio à juramento, an ſit neceſſaria, quando hoc ex defectu ſolemnitatum nullius eſt valoris. 652. 126

Accuſare, & denunciare omnibus licet, quibus jure non eſt prohibitum. 190. 8

Accuſare prohibentur excommunicati, infames, publici peccatores, uſurarii, & alii hujus furfuris homines, imò etiam jure canonico inimici, & eorum domeſtici criminoſi. 190. 8. & ſeq.

Accuſare alium an teneatur quis ex præcepto. 129. 12

Accuſatio judicialis eſt delatio criminis in libello accuſatorio ad publicam vindictam interveniente legitima ſubſcriptione. Eſt autem libellus accuſatoria brevis ſcriptura continens intentionem accuſatoris, vel actoris contra reum. 189. 1

Accuſatio quamvis ex jure communi ſit remedium ordinarium, & Judex regulariter debeat procedere præcedente accuſatore. Conſuetudo tamen hodie invaluit, ut Judex ſive eccleſiaſticus, ſive ſæcularis per inquiſitionem procedat ex officio ſuo pro quocunque maleficio, ſeu crimine. 190. 7

Accuſationi præmittenda eſt fraterna correctio, ſi affulgeat ſpes. ut frater ſit emendandus. 191. 12. non tamen eſt ſemper neceſſe, ut accuſationem præcedat fraterna correctio. ibid.

Accuſator tenetur probare id, quod accuſat, licèt non ita denuntiator. 84. 16

Accuſatus de gravi crimine irrogante infamiam pendente accuſatione non admittitur ad teſtificandum in alia cauſa criminali. 519. 24

Acta judicii ſcribi debent à Judice, vel aliis duobus viris idoneis ſupplentibus vices Notarii, ne ob aſſertionem iniqui Judicis innocens litigator lædatur. 495. 12

Actio in judicio alia eſt criminalis, alia civilis. 179. 7

Actio intentata ſi ex libelli conſtructione non clarè appareat, ſed dubitetur, quænam intentata ſit, debet tunc Judex eam eligere, quæ actori magis favet. 203. 24

Actio realis, & perſonalis quomodo differant. 231. 18

Actio cenſetur ex libello intentata, quæ expedit libellanti, quando commodè ex verbis, & materia libelli poteſt colligi. 267. 13

Actio ſi verſetur circa quantitatem rei, ut circa numerum, menſuram, & pondus, debent hæc omnia exprimi in libello. 269. 10

Actio juridica eſt, in qua conſideratur, quo authore ſit introducta, ex qua cauſa, cui detur, & contra quem, an extendatur ad hæredes; quid in ea veniat; quamdiu concedatur; quis ſit exitus, quid ſpectandum Judici, quid litigatoribus, an remedia ſint affinia, quibus uti poſſimus. 270. 2

Actio juridica interdum ſumitur pro ipſa defenſione cauſæ, vel rei, de qua agitur, communiùs tamen pro jure agendi, ac judicium intentandi, eſtque perſecutio judicialialis. 270. 3

Actio Albi Prætorii quænam ſit, & quomodo procedat. 271. 9

Actio arbitraria eſt, in qua exercetur officium mercenarium Judicis actioni inſerviens ob aliquod extrinſecum præter naturam actionis. 271. 10

Actio cautionis, judicio ſiſti condictitia, cui competat. 272. 16

Actio commodati, ſeu perſonalis eſt, quâ id nobis reſtitui poſtulamus, quod alicui gratis conceſſimus, & eſt triplex. 272. 18

Actio de communi dividundo, quæ ſit, & quibus concedatur, & quomodo differat ab actione familiæ Herciſcundæ. 272. 19

Actio condictitia eſt perſonalis, & competit agenti ob repetitionem. 273. 20

Actio confeſſoria eſt, quâ actor aſſerit in judicio ſibi, vel prædio ſuo ſervitutem deberi. 273. 21

Actio dativa, & nativa, an ſit diverſa? 273. 22

Actio de arboribus ſucciſis ex 12. tabul. competit contra perſonam. 273. 23

Actio

Digitized by Google

Actio de dolo ei competit, cui damnum dolo malo à quovis eſt illatum. 273. 24
Actio de paſtu pecoris ex lege 12. tabul. quomodo inſtituta fuarit, & cui competat. 273. 24
Actio de peculio quænam ſit, & cui competat. 274. 26
Actio depoſiti datur contra eum, apod quam res aſt depoſita, ut illam reſtituat in diem. 274. 27
Actio ex contractu oritur ex pacto, conventione, ut ſi obligatio naſcatur ex re, ut condictio certi de nomerata pecunia. 274. 28
Actio exercitoria eſt, qua Dominos navis præponit ſervum, vel filium, vel quempiam alium navi vehendæ. 274. 29
Actio Fabiana datur patrono ad cavocanda, quæ per libertum ſuerunt alieoata. ib. 30
Actio familiæ Herciſcundæ datur cohæredibus poſtulantibus, ut hæreditas dividatur, & ſi quid alter alteri debeat, præſtetur. 275. 31
Actio finium regundorum competit finibus ad diſtinguendum, vel ad judicandum, & inter eos inſtituitur, qui agros habent confines. ib. 32
Actio funeraria eſt, quâ proſequimur, ut ſolvantur ſumptus funeris, & quidquid corporis cauſâ, antequam ſepelirerur, impenſum eſt. 275. 34
Actio honoraria, quæ & prætoria dicitur, cui competat. 275. 35
Actio Hypothecaria, quæ & quaſi, Serviana, & Pignoratitia dicitur, eſt actio in rem, per quam creditores, quibus res aliqua oppignerata eſt, cem illam ſibi vindicant. 276. 36
Actio inofficioſi teſtamenti competit liberis, parentibus, aut fratribus iniquè præteritis, vel exhæredatis, ut teſtamenta parentum reſcindant. 276. 38
Actio in rem, quæ & vindicatio dicitur ea eſt, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſſidetur petimus, & ſemper datur contra eum, qui rem poſſidet. ib. 39. & ſeq.
Actio Inſtitoria eſt, quâ Dominus convenir inſtitorem, vel convenitur per inſtitorem, & tunc competit, cum Dominus filium, vel ſervum, val alium liberum hominem præponit certæ quæſtuariæ negotiationi; is enim, qui præponitur, dicitur inſtitor, & circa id, quod ſecum contrahitur, datur actio inſtitoria. 277. 44
Actio legis Aquiliæ dicitur actio damni, & injuriæ, quia verſatur circa damna, quæ culpâ data fuerunt etiam ab eo, qui oocere voluit contra jus. ib. 45
Actio Aquilia denominatur à ſuo authore Aquilio Tribuno plebis, qui eam à plebe rogavit, eſtque directa, vel otilis. 277. 45.
Actio nozalis de pauperie eſt actio in perſonam, & quomodo diffarat à lege aquilia. ibid. 46
Actio Pauliniana inſtituta à Paulo Prætore eſt, quâ creditores, in quorum fraudem bona ſua debitor alienavit, bonorum poſſeſſione à Prætore impetratâ, ea bona parinde ac ſi nunquam à debitore tradita ſuiſſent, vindicare poſſunt. 278. 47
Actio pignoratitia datur ad pignus proſequendum, eſtque actio bonæ fidei. 278. 48. & ſeq.
Actio Hypothecaria eſt ſtricti juris, & quomodo differat à pignoratitia. 278. 51.
Actio Publiciana dicitur, quæ duritiem, & ſummum jus vendicationis attemperat, adeo ut inutilis ſit vendicatio ſine beneficio hujus actionis. 278. 53
Actio quanto minoris eſt, quâ emptor petit, ut venditor ſolvat id quantum minoris res tunc valuerit, cum eam emeret. 279. 55
Actio quod juſſus datur contra aum, cujus ſervus ipſius juſſu cum aliquo contraxit, ut in ſolidum, quanti ea res eſt, dameetuc. 279. 56
Actio reſciſſoria eſt in rem, & ei conceditur, cujus rem adverſarius, cum ez juſta cauſa abeſſet, uſucœpit. ib. 57
Actio Serviana nuncupata à Servio Prætore datur pro rebus coloni, vel inquilini tacitè obligatis ei, qui ædes, vel horreum, vel diverſorium, vel aream in civitate, vel prædium ruſticum extra civitatem locavit. Et per quid differat actio Serviana ab interdicto Salviano. 279. 58
Actio ſubſidiaria dicitur, quæ inſtituta eſt contra Magiſtratus, qui aut omnino à tutoribus, vel curatoribus ſatisdari non curaverunt, aut non idoneè paſſi ſunt caveri. 279. 59
Actio ſervi corrupti competit Domino in duplum ſuper damno ei illato. 280. 61
Actio quoad cauſam efficientem dividitur in civilem & prætoriam, & utraque in plures alias. 281. 72
Actio pœnalis, ſeu rei perſecutoria Martio de Aleo corrupto quænam ſit, & quomodo huic ſit affinis actio ad Palinodiam. 282 79
Actio de dolo generaliter competit contra committentem dolum, & decipientem. 413. 16
Actio de dolo non datur niſi re priùs cognitâ, neque de rebus parvi momenti, quarum pretium non excedit duos aureos. 413. 16
Actio de dolo hodie conceditur per continuum biennium nomerandum à die commiſſi doli. 414. 17
Actio juxta præſens inſtitutum eſt jus perſequendi in judicio quod ſibi debetur, eſtque duplex realis, & perſonalis. 42. 3
Actio ſi liquida ſit, & non patiatur difficultatem poteſt liberè vendi, vel cedi alteri, vel etiam quovis alio modo alienari. 442. 15
Actio ſi dubia ſit, & utrinque controverſa donari tunc poteſt, antequam lis conteſtetur, non tamen vendi. 442. 15
Actio finium regundorum competit ploribus; & præſertim Dominis prædiorum confinium, non ſolùm ſi directum habeant dominium; verùm etiam ſi utile. 481. 5
Actio de nudo pacto non datur in jure canonico, niſi caoſa expreſſa ſit. 577. 9
Actiona reali ſi agatur, cea debet ſpecificè in libello deſignari; adeò ut ex tali petitione appareat, quidnam petatur, an tota res, vel tantùm ejus pars, & quota 289. 16. Id tamen limitatur quando res, quæ patitur, eſt certa, & da illa conſtat. ib. 18
Actiones adjectitiæ quænam ſint, & quibus modis actio ædilitia comperat. 271. 5
Actiones ſtricti juris ſunt, in quibus Judex non habet liberratem. ib. 12
Actionea arbitrariæ ſunt, in quibus Judez non adſtringitur ad certam formulam, ut in actionibus ſtricti juris, ſed ei permittitur ex bono, & æquo ſecundum cujusque rei, de qua agitur, naturam æſtimare, quomodo actori ſatisfieri debeat. 271. 12

Actio.

Digitized by Google

Actiones aliæ ſunt civiles, aliæ criminales, illæ dicuntur, in quibus non agitur ad pœnam, & vindictam. Criminales verò, in quibus agitur de crimine vindicando, & de pœna infligenda crimenoſo. 272. 17
Actiones impertinentes, & inanes, quæ dicantur in jure, & quomodo dividantur. 276. 37
Actiones juridicæ dividuntur per quatuor cauſarum genera, & per cauſam materialem bipartitur actio in realem, & perſonalem; per cauſam formalem alia cauſa dicitur eſſe in ſimplom, alia in duplum, alia in triplum, & demum alia in quadruplum. 281. 70. ſolent etism ad cauſam formalem actionis juridicæ revocari actiones bonæ fidei, & ſtricti jurie. ib. 71
Actiones Prætoriæ dividuntur in reales, & perſonales. 281. 73. & ſeq.
Actiones Prætoriæ pœnales, quæ ſint, & quomodo contineant plures alias actiones. 282. 76
Actiones juridicæ in ordine ad cauſam finalem dividuntur in actionem rei perſecutoriam, pœnæ perſecutoriam, & mixtsm. ib. 78
Actiones mixtæ tam rei, quàm pœnæ perſecutoriæ ſunt duæ. 282. 80
Actiones ſuper tutelæ adminiſtratione, negotiis geſtis, & ſocietate dicuntur generales, & non eſt neceſſe ut in illis res ſingolæ ſint expreſſæ in libello. 289. 24
Actiones præjudiciales per quid differant in jure ab exceptionibus præjudicialibus. 364. 7
Actiones perſonales ex mutuo, vel empto competentes inſpecto jure naturæ ſemper durant, niſi ſolutio, aut remiſſio debiti interveniat. 696. 23
Actionis nomen non eſt neceſſe, ut exprimatur in libello, quem Judici pars litigans exhibet. 202. 21
Actionum juridicarum duo aſſignantur genera, alia enim eſt actio in rem, quæ vindicatio dicitur; alia in perſonam, quæ condictio vocatur. 271. 4
Actionum ſpecies variantur ob multiplicem negotiorum diverſitatem. 271. 5
Actor in judicio is dicitur, qui actionem proponit, & prior ad judicium provocavit. 178. 1
Actor ſi ſit excommunicatus, & nominatim denuntiatus, ac publicus, arcendus eſt à judicio ferando. 185. 16
Actor, & reus, ſi pertineant ad diverſum forum, & actor obtineat in poſſeſſorio coram Judice, reus non tenetur coram eodem Judice reſpondere ſuper proprietate. 212. 61
Actor tenetur ſequi forum competens ipſius Rei. 224. 4
Actor in libello alternativo quomodo poſſit apponere conditionem. 266. 7
Actor in actione perſonali ſatis eſt, ſi exprimat cauſam remotam petendi, ſeu titulum, ex quo oritur obligatio. 268. 5
Actor poſt litem conteſtatam poteſt emendare ſuum libellum, ſeu eum declarare, ſi quid obſcurius in ipſo contineatur. 291. 32
Actor non poteſt ſe tueri per exceptionem fori incompetentis, quo minus cogatur reſpondere coram eodem Judice. Id tamen procedit de prorogatione jurisdictionis, quæ fit ratione reconventionis erga perſonas, quæ non ſubjiciuntur juriſdictioni Judicis prorogati. 296. 5
Actor an poſſit à reo reconveniri coram Judice habente limitatam jurisdictionem, ſi cauſa reconventionis incidenter, & acceſſoriè ad cauſam conventionis, & accidentaliter occurrat in judicio? 299. 5
Actor in dubio ſemper præſumitur narrare, & reus reſpondere juxta intentionem propriam, quamvis hanc ſuam intentionem non exprimat verbis. 311. 6
Actor ex miſſione in poſſeſſionem per primum decretum ob contumaciam rei non acquirit veram rei poſſeſſionem, ſed ſimplicem cuſtodiam, & detentionem. 317. 10
Actor ſuccumbens in judicio proprietatis, adhuc poſt latam ſententiam poteſt accedere ad poſſeſſorium 384 11. & id etiam procedit de judicio poſſeſſorio recuperandæ. 385. 12
Actor ſi contumaciter abſit, & lis fuerit conteſtata citandus eſt tribus edictis per intervalla viginti dierum. 416. 12
Actor, cui ob Rei contumaciam per primum decretum adjudicata eſt poſſeſſio bonorum rei ſervandæ, vel cuſtodiendæ causâ, ſi ob potentiam, vel dolum adverſarii non valeat bona cuſtodienda intra annum conſequi, vel ſi fuerit conſecutus, ea poſtea amiſerit, fit verus poſſeſſor. 417. 19
Actor quamvis ſemel elegerit in cauſa principali procedere, adhuc poteſt variare, ac petere immiſſionem bonorum, aut realem citationem. 418. 24
Actor poſtquam probavit ſuam intentionem, ſi reus opponat exceptionem peremptoriam per contumaciam, & malitiam, & eam incontinenti non probet, ſed petat inducias ad eam probandam, eſt compellendus ad ſolvendas expenſas actori. 421. 12
Actor miſſus in poſſeſſionem bonorum cuſtodiæ causâ, ſi ab adverſario per dolum impediatur elapſo anno fit verus poſſeſſor. 423. 18
Actor ob contomaciam Rei quomodo mittendus ſit in poſſeſſionem causâ rei ſarvandæ. 425. 1
Actor immiſſus in actione reali non conſequitur rei poſſeſſionem. 426. 5
Actor poteſt à Reo petere inſtrumenta ad probandam ſuam replicationem, ut ſi Reus conventus excipiat actori pactum de non petendo, & actor replicet aliud contrarium pactum ſibi factum eſſe. 477. 19
Actor ſi ſemel plenè probaverit, non poteſt compelli ad jurandum 477. 2. Idque etiam procedit, quamvis conſuetudo ſit in contrarium, quia tunc conſuetudo eſt irrationabilis, & injuſta. 478. 4
Actor fundans principaliter intentionem ſuam in ætate tenetur eam probare, ut etiam ipſe Reus, ſi ætas ſit fundamentum ſuæ exceptionis. 487. 6
Actor ſi velit ſuam intentionem per inſtrumenta probare, debet eadem inſtrumenta in promptu habere, & non eſt audiendus, ſi illa ab adverſario petat. 579. 1
Actor quamvis non teneatur exprimere nomen actionis, quam intendit, tenetur tamen factum ita proponere, ut ex propoſitione conſtare poſſit, quænam ſit obligatio, & quæ actio intentetur ad evitandam judiciorum confuſionem. 584. 12

Actor

Actor, an ſit repellendus per exceptionem excommunicationis à proſecutione appellationis. 681. 64
Actore contumace poſſunt teſtes recipi, & ſententia ferri debet, etiam lite non conteſtata inſtante Reo. 420. 4
Actori in jure civili indulgetur annus integer ad comparendum, quo finito, ſi in contumacia perſtiterit, eſt in arbitrio Rei, an velit petere, ſe ab inſtantia abſolvi cum refuſione expenſarum, & damnorum. 416. 9
Actoris intentio, ſeu petitio, ſi inepta ſit, Reus eſt abſolvendus ab inſtantia judicii. 208. 45
Actus contentioſæ juriſdictionis prohibentur exerceri in feriis, & ſi exerceantur ſunt ipſo jure irriti, neque poteſt quis eo tempore in jus vocari, niſi in duobus caſibus. 344. 9
Actus contentioſæ juriſdictionis regulariter non exercentur in feriis, & ſi exerceantur ſunt ipſo jure nulli niſi fiant cauſa pietatis. 345. 12
Acu pingere, an licitum ſit die feſto. 353. 12
Adoratio poteſt tripliciter eſſe vera, ſcilicet ex parte adorantis, perſonæ adoratæ, & ex utroque capite. 129. 6
Advena, ſeu peregrinus quicunque ſit conveniri poteſt in curia Romana, ſi ibi adſit, tametſi aliàs ſpecificè forum non ſortiatur. 225. 7
Adulter accuſatus de adulterio ad ſeparationem thori non debet lite pendente privari poſſeſſione conjugali. 419. 2
Advocati prohibentur teſtimonium dicere contra ſuos clientes. 521. 12
Advocatus fiſcalis ſanctæ inquiſitionis licèt nominetur ab inquiſitore, eligitur tamen à Cardinalibus ſupremæ inquiſitionis, à quibus perſæpe etiàm ſeorſim ab Inquiſitoris nominatione eligitur, & tunc removeri non poteſt ab Inquiſitore. 61. 2
Advocatus fiſcalis ſanctæ inquiſitionis ex ſpeciali decreto ſupremæ inquiſitionis poteſt adeſſe, cum teſtes examinantur, imò eſt etiam præſens torturæ unà cum Inquiſitore, qui ſedet medius inter Vicarium Generalem à dextris, & Advocatum Fiſcalem à ſiniſtris. 63. 15
Advocatus Fiſcalis in tribunali S. Officii non habet votum deciſivum, imò nec ipſi conſultores, quia ſolus Inquiſitor, & Epiſcopus loci decidunt cauſas hujus tribunalis. 63. 16
Advocatus Fiſcalis in tribunali ſanctæ inquiſitionis tenetur præſtare juramentum calumniæ, ſi Reus id ab ipſo exigat. 64. 18
Advocatus datur Reo in cauſa hæreſis, vel ſuſpicionis de hæreſi, cujus munus eſt perſuadere Reo, ut veritatem fateatur. 64. 20
Advocatus qui in cauſa hæreſis ſuum præſtat hæretico patrocinium pœnas incurrit jure injunctas defenſoribus hæreticorum. 110, 10. hoc idem etiam procedit de Procuratore, ſi ſuum præſtet auxilium, conſilium, favorem, vel patrocinium hæreticis, vel juvet eorum fautores, & defenſores. ib. 11.
Advocatus quamvis excludatur in propoſitione, & reſponſione facti, non tamen excluditur ejus officium in iis, quæ ſunt juris, & circa quæ verſatur eorum officium. 208. 43
Advocatus poteſt intereſſe in his, quæ in facto conſiſtunt, ut caveat, ne clientulus obſcura poſitione decipiatur. ib. 44
Advocatus poteſt die feſto dare operam ſtudiis, & cauſam litis, quam tractat, ſcribere. 348. 12
Aeromancia eſt divinatio per aërem, & ventos, eò quia obſervetur mutatio aëris, ventorúmque ſonitus per arbores, per angulos domorum, per foramina januæ, per rimulas feneſtrarum, ex quibus futura prædicuntur. 152. 2
Ætas ſolet probari verè, & præſumptivè. 487. 7
Affines quia ſunt inſtar parentum non coguntur ad ferendum teſtimonium contra ſe invicem: imò neque volentes, admitti debent, ut ſocer & ſocerus; Gener, & Nurus; Vitricus, & Noverca; Privignus, & Privigna; Patruus, & Amita; Avunculus, & Matertera; Sobrinus, & Sobrina. 565. 15
Affirmatio, & negatio non verſantur formaliter circa media, quæ volumus, vel nolumus in ordine finem, ſed circa verum, & falſum. 597. 4
Agens poſſeſſorio recuperandæ non tenetur ante reſtitutionem ſuis ſpoliatoribus reſpondere. 365. 30
Agens de proprietate poteſt agere adipiſcendæ, vel vel recuperandæ antę concluſionem cauſæ 383. 8. non ita poſt illam. 384. 9.
Agens in judicio petitorio, ſeu rei vendicatione non ideo cenſetur renunciare poſſeſſorio adipiſcendæ, & recuperandæ. ib. 10
Agenti interdicto *unde vi* poteſt objici notorius defectus proprietatis; imò poteſt etiam opponi exceptio excommunicationis, quia fungitur munere actoris. ib. 20
Agere, & conveniri in judicio hi omnes poſſunt, qui legitimam habent perſonam in eodem ſtandi. 279. 8
Agrimenſor ſi falſum pronunciat, datur contra ipſum actio in factum ad præſtandum, quod intereſt actoris, ſi per dolum, vel latam culpam falſum dixerit, non ita datur actio locati. 689. 1
Agrimenſor, ſi lis excitetur de finibus agrorum, mittendus eſt, qui agrum metiatur, quantum quisque ex litigantibus poſſideat, plus, minúsve partibus præſentibus. ibid.
Alienans rem litigioſam poteſt conveniri per utilem rei vindicationem. 440. 3
Alienatio bonorum ſtabilium in Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas nullum Reipublicæ adfert detrimentum, quin potiùs eidem prodeſt, non obeſt. 30. 30
Allegans pro ſe aliorum famam, tenetur eam in judicio probare, & per quot teſtes. 492. 2
Alleganti ignorantiam facti alieni in ſupplementum probationis debet Judex juramentum deferre. 599. 4.
Amicus pro amico regulariter nequit teſtimonium idoneum ferre, quia humanum judicium non minus amore, quàm odio pervertitur. 523. 25
Amortizationis lex, quâ bona laicorum prohibentur transferri ad dominium Eccleſiaſticum non poteſt à laicis Principibus condi. 25. 5
Amortizationis lex ſacris adverſatur canonibus, & eam ſancientes, ac promulgantes ſunt violatores libertatis Eccleſiaſticæ, & incurrunt cenſuras Bullæ cœnæ. ib. 6

Amortizationis lex, quâ cavetur, ne bona immobilia transferentur in ecclesies, vel acclesiaſticas perſonas tollit privilegium conceſſum à Deo Ecclesiæ, & clericis, proinde graviſſimè lædit libertatem Eccleſiaſticam. 26.7

Amortizationis lex expreſsè diſponens, ut bona ſtabilia non poſſint vendi, donari, vel relinqui eccleſiis, lædit libertatem Eccleſiaſticam, & ſancientea hujusmodi legem incurrnnt excommunicationem Bullæ cœnæ. 27.14

Amortizationis lex tam qnoad totum, quàm quoad partem reprobatur, & damnatur à Pontificibus. 27.17. ut etiam à pluribus Conciliis præſertim Tridentino *ſeſſ. 25. de reform. c. 20.* ibid.

Amortizationis lex nequit ſanciri intuitu boni communis, eo ipſo, quòd prohibet eccleſiaſticis poſſidere bona immobilia. 28.18. Imò defectu jurisdictionis non poteſt hnjusmndi lex à Principe ſæculari ſanciri ib. 19. Neque publica otilitas, ob quam dicitut lex amortizationis ſtetui, operatur validitatem legis ex defectu jorisdictionis in ſtatuente: quia ſicut ſtetutum emanatum à non habente jurisdictionem eſt irrltum, ita quamvis ſit conditum ob publicam otilitatem, eſt invalidum ex defectu jurisdictionis in ltetuente. ib. 20

Amortizationis lex, quâ bona ſtabilia prohibentur alienari in eccleſias, & eccleſiaſticos greviter lædit libertatem Eccleſiaſticam; & eum verſetur circa perſonas eccleſieſticas, quibus prohibetur acquiſitio bonorum ſtabilium eſt irrita defectu jurisdictionis in legislatore laico circa Clericos. 29.23

Amortizationis lex, quamvis dicatur vigere in aliquibus provinciis, & Regnis, non propterea inde ſequitur, potuiſſe Principes ſæculares eam licitè, & validè ſanxiſſe. 30.31

Amortizationis lex in Gallia à plerisque Magiſtris in Theologia, & DD. in jure canonico impugnatur, & reptobatur, us læſiva libertatis eccleſiaſticæ. 31.32

Annus, qoo elapſo actor in actionibus realibns conſtituitur verus Poſſeſſor incipit à dia editi primi decreti, vel potiùs à die factæ actualis miſſionls in bona rei contumacis. 432.16

Antapocha eſt cautio, qnæ à debitore datur creditori, in qua debitot fatetot ſe tantùm ſolviſſe annuum cenſum, ſeu penſionem, ne debitor pet præſcriptionem poſſit cenſns jam ſolutos iterum prætendete. 573.7

Apocha eſt ſyngtapha, ſeu chyrographum creditoris, in qoo fatetnr ſe accepiſſe pecuniam antea creditam debitoti, ſeu ſibi eſſe debitum ab ipſo ſolutum. 573.3

Apoſtoli ſunt litteræ dimiſſoriæ, qnes Judex *à quo* appelletur transmittit ad Judicem *ad quem* fit appellatio in teſtimoniom, & fidem eppellationis interpoſitæ. 770.8

Apoſtoli peti debent à Judice *à quo* appellatur intra ſtatutom tempus. 770.8

Apoſtoli alii dicuntut dimiſſotii, alii reverentiales, & explicantor. 770.9

Apoſtoli petendi ſunt hodie intra 30. dies à ſententia lata, intra qoos civiliter, inſtanter, & ſæpius ſaltem uno contextu ſunt petendi, & ſi intra id tempus appellans non petat apoſtolos, nec obtineat, cenſetur renunciâſſe appellationi, quæ proinde efficitur deſerta 771.11. incipiunt hi dies currere à tempore latæ ſententiæ. ib. 12

Apoſtoli obtenti è Judice *à quo* ſnnt præſeotandi Judici *ad quem* intra præfixum tempus, qood poteſt aſſignari à *Judice à quo*. 771.14

Apparitiones qnomodo dignoſcantur eſſe à Cacodœmone, vel bono Angelo. 167.18

Appellandi cauſa non eſt neceſſa aſſignetur in appellatione à ſententia definitiva, ſed ſufficit, ſi appellans in genere dicat, ſe gravatum eſſe. 768.10 non tamen id procedit in omnibus cauſis. ib. 11

Appellans à judiciali gravamine non inchoat judicium, ſed potiùs illud neceſſitate adactus perſequitur in proptiam defenſionem contra injuſtam ſententiam. 667.10

Appellans coram Judice *ad quem* tria tenetnr probare, anteqnam eppellatio inchoetur. 777.5

Appellans poteſt recuſare eundem judicem, nt ſuſpectum. 779.3

Appellans non debet ſuſpicari de iniquitate Judicis, ſi hic eum condemnet ad pœnam non arbitrariam, ſed à jore determinatam. ib. 4

Appellans ſi non proſequitur ſuam eppellationem, Judex *à quo* procedit in cauſa. 799.71

Appellans ſi non proſequatur ſuam appellationem, ſed redeat ad Jndicem *à quo*, & iternm ab aodem gravetur, poteſt iterum appellare non obſtante prima appellatione deſerta. 802.85

Appellsntes injuſtè à juſta ſententia lethaliter peccant, & non poſſunt abſolvi, niſi deſiſtant ab appellatione, & obedisnt ſententiæ juſtè letæ. 793.40

Appellare qnamvis non liceat joxte leges civiles ante ſententiam definitivem, jute tamen canonico licitum eſt appellare etiam à ſententia interlocutoria, ſi legitima, ac rationabilis cauſa ſubſit. 257.90

Appellsre non permittuntur, qoi pet contumeciam condemnati ſunt; neque notorius reus; neque in re convictus; neque qui ſententiam contra ſe latam expreſsè, vel tacitè ipſo facto approbavit; neq; is, de cnjus frivola appellandi levitate conſtat; neque Monachus, aut Regularis; neque qni adverſarii ſoi legitimæ appelletioni non detulit; neque confeſſus in judicio propria voce; & non per Procuratorem, & ſpontè, non vi tormentorum, & non dubia, ſed plena probatione. 760.8

Appellare permittuntur, qui condemnati ſunt ſoo, vel alio nomine procuratotio; vel tutorio, aut ſimili, imò & alii, quorum intereſt, tametſi non ſint condemnati. 761.9

Appellare etiem poteſt unus pro plurihus, ſi cauſa ſit communis, & tunc appellatio ab uno facta cæteris prodeſt, qoamvis ipſi non appellent. 761.9

Appellare etiem poteſt ſilios pro patre, ſervus pro Domino ſuo, Epiſcopus pro civitate; & ſubditis ſuis. ib. 10

Appellare pluries, & pluries à ſententia definitiva non licèt pro arbitrio appellantis, nec in eadem cauſa permittitnr appellari niſi bis. 768.12. Id tamen intelligitur ſuper eodem articulo ejusdem cauſæ; ſecus enim eſt, ſi appelletur ſuper diverſis. ib. 13

Appellare in eadem cauſa, & ſuper eodem articulo poteſt uterqne litigans ſucceſſivè, dummodo utrinq; poſſint interponi quatuor appelletiones. 769.14

Appellari poteſt Reus, ſi dubitet de juſtitia ſententiæ contra ſe latæ, 783.3

Appel-

Digitized by Google

Appellari poteſt à quovia Judice, qui ſententiam tulit, ſive is Ordinariua, ſive Delegatus ſit, quod tamen multipliciter limitatur. 762.16. & ſeq.
Appellari poteſt jore canonico à quaconque ſententia, & quibuscunque cauſis, ſive civilibus, ſive criminalibua. 762. 24
Appellari poteſt à pluribus judicibus ſeparatim, non tamen ab uno ex pluribua judicibua, niſi ſimul appelletur ob omnibus. 764. 5
Appellari à ſententia intarlocutoria poteſt iterum in eadem cauſa, & ſuper eodem articulo, dummodo pars litigana poſt deſettam appellationem non ſit contumax. 769. 15
Appellari à ſententia ceoſuræ ſub conditiooe lata poteſt etiam poſt decem diea, dummodo conditio oondum ſic implera, adeò ut per talem appellationem adhuc ſuſpendatur. 780. 11
Appellatio à ſeotentia diffinitiva Inquiſitorum non conceditur hæreticis. 65. 26. Verùm poteſt poſt latam ſententiam diffinitivam Reus per viam ſupplicationis, imò & querelæ recurrere ad Judicem ſoperiorem. ib. 27
Appellatio in tribonali ſancti officii conceditur à ſententiia interlocutoriis, proinde etiam à gravaminibus illatia anta ſententiam diffinitivam. 66, 29
Appellatio, ut obtineatur in tribunali S. Officii à ſententiia interlocutoriis, debet aſſignari cauſa appellandi. 66. 30
Appellatio in dubio an ſubſiſtar, & quomodo Judex *ad quem* debeat ſe gerere? ib. 32
Appellatio à ſententiis interlocutoriis ad quem Judicem fiari debeat. 66. 33
Appellatio an dia ſeſto fieri poſſit à litigante. 346. 21
Appellatio non admittitur ab executiona ſententiæ. 740. 51
Appellatio eſt ab inferiore, eóque Judice, vel ab alio ad ſuperiorem Judicem provocatio, ratiooe gravaminia illati, vel inferendi. 757. 2
Appellatio bipartitur in propriè, & impropriè dictam. Item in judicialem, & extrajudicialem, in antejudicialem, intrajudicialem, judicialem, & poſtjudicialem. 758. 3. & ſeq.
Appellatio jodicialis multipliciter differt ab extrejudiciall. ib. 8
Appellatio à ſententia definitiva multiplieiter differt ab appellatione à ſententia interlocutotia, 759. 9
Appellatio à Pontifice ad Concilium genarale non datur, & appellantea anathemate percutiuntur. 762. 22
Appellatio eſt ſpecies defanſionis, & conceditut io præſidium innocentiæ. 762. 25
Appellatio in pluribus caſibus oon eſt permiſſa, & recenſentur. 763. 26. & ſeq.
Appellario ubi agitur de regularia diſciplinæ emendationa non permittitur. 763. 35
Appellatio ſive judicialis, ſive axtrajudicialis regulariter ſempat fieri, & interponi debet coram Judice, qoi ſententiam tulit, & à quo appellatur. 764. 2
Appellatio judicialia interponitur ſcripto, val voce. 764. 3
Appellatio fit à Judica inferiore, qui ſententiam tulit ad ejus ſuperiorem, & quidem gradatum ad proximum, & immediatum. 765. 7. & ſeq.
Excipitor tamen niſi appelletur à ſubdelegato delegati Pàpæ, qui ſubdelegavit non in totum, ſed aliquid ſibi reſervando. ib. 9
Appellatio etiam jure canonico debet regularitar fieri gradatim à Judice inferiore ad immediatè ſuperiorem. 765. 16
Appellatio noo poteſt fieri à Judica Eccleſiaſtico ad ſæcularem in cauſa ſpirituali. 766. 19
Appellatio ſi fiat ſtatim poſt latam ſententiam, Judice adhuc pro tribunali ſedente poteſt fieri tum voce, tum ſcripto. ib. 1. & ſeq.
Appellatio poteſt fieri per ſolam itineris arreptionem ad Judicem ſuperiorem. Verùm id ſpecialiter intelligitur de appellatione extrajudiciali, quæ eſt provocatio à cauſa. 767. 3
Appellatio generatim facta ſuper omni cauſa, quæ contra appellantem poſſet aliquando moveri, nullum ſortitur valorem. ib. 4
Appellatio generalia ab omni gravamine, quod poſſet alicui contingere non valet. 767. 5
Appellatio quæ fit in judicio à ſententia interlocutoria, vel a gravamina extrajudiciali debet fieri in ſcriptis cum expreſſione cauſæ appellationia, & ad hanc appellationem tria requiruotur, quæ explicantur. 767. 6
Appellatio interpoſita à ſentantia interlocutoria, vel gravamina ante ſententiam definitivam nullum ſortitur valorem, niſi ſpecificè exprimatur cauſa rationabilia, quæ ſi probata eſſet, legitima cenſeretur. 768. 8
Appellatio, cur dirigenda ſit ad Judicem *ad quem*, non verò *à quo*. 777. 7. atiam ſi Judex *à quo* ſuccedat in locum Judicis *ad quem* defuncti, vel depoſiti, aut promoti. ib. 8
Appellatio ab interlocutoria exigit, ut cauſa non ſolùm exprimatur, & allegetur in libello oblato Judici *à quo*, ſed etiam in libello appallationis porrecto Judici *ad quem*. 778. 11
Appallatio non ita ſemper ſuſpendit jurisdictionem Judicia *à quo*, quin iſte adhuc appellatione pendente poſſit procedere in aliquibua caſibos, absque ao, quòd vitiom incurrat attentati. 77. 5
Appellatio poſt latam ſententiam cenſuræ ſub conditione, ne quis intra diea 20. val 30. reſtituat, vel ſatisfaciat, ſi facta ſit ante eventum conditionis ſuſpendit ſententiam cenſuræ, quæ propterea non cootrahitur, quamvia conditio non ſervetur. 780. 8
Appellatio non ſemper ſuſpendit executionem ſentantiæ latæ, & afferuntur plurea caſus. 781. 15
Appellatio quomodo tollatur per revocationem Judicis. 783. 1
Appellatio conſideratur quoad ſubſtantiam, & quoad accidentalia; ſeu modum, & ſolemnitatem, quâ hodie ſit, & priori modo eſt juris naturæ. 784. 4
Appellatio à cauſis minimis, an permittatur, & quæ dicantur cauſæ minimæ. 784. 6. & ſeq.
Appellatio viva voce facta cum reſervatione facultatia appellandi poſtea in ſcripto, valida aſt. 785. 9
Appellatio indefinita, ſeu non applicata ad determinatam perſonâ jura canonico non eſt valida. ib. 10
Appellatio facta à ſtudioſo, vel Academico, an immediatè ſortiatur ſuum valorem. 785. 11
Appellatio ſi deſerta ſit, poteſt Judex procedere, & cognoſcere ſuper cauſa principali. 786. 16

Appellatio ad ſummum Pontificem procedit in omnibus cauſis fori eccleſiaſtici 786. 18. Neque poteſt in ſummo Pontifice ſubſiſtere ſuprema poteſtas ſine jure, quo omnes fideles ad ipſum poſſint appellare. 787. 19
Appellatio tendit ſubſtantialiter ad ſuperiorem, & ubi eſt ſuperioritas, ibi procedit appellatio. 791. 33
Appellatio in cauſa dubia præſertim criminali admitti debet, ac licitum eſt à Judice inferiore appellare ad ſuperiorem. 793. 41
Appellatio ab interlocutoria eſt, quæ interponitur inter litis conteſtationem, & ſententiam definitivam, & aliquando locum habet etiam poſt ſententiam definitivam, ſi interponatur poſt executionem ob exceſſum executionis. 794. 43
Appellatio judicialis, & extrajudicialis multipliciter differunt. ib. 44
Appellatio in pluribus caſibus poteſt non gradatim fieri. 795. 45
Appellatio poteſt fieri in quavis cauſa, & à quacunque ſententia, niſi expreſsè in jure prohibeatur appellatio. 797. 67
Appellatio non rejicitur in cauſis, vel delictis notoriis. 798. 68. Cæterum in notoriis admittitur appellatio quoad effectum devolutivum, non ſuſpenſivum. ib. 70
Appellatio qualibet, an inhibeatur per adjectam clauſulam *appellatione remota* 799. 72. & quid per iſtam clauſulam *appellatione remota* intelligatur. ib. 73
Appellatio debet fieri ad Judicem conſtitutum in majori dignitate, & ſuperioritate, ſi inferiori Judici conſtiterit, partem contrariam ad eundem appellâſſe. 801. 78
Appellatio eadem, ſuper eadem cauſa tractari non poteſt coram diverſis Judicibus, ne continentia cauſæ dividatur. 801. 78
Appellatio à Judice ſæculari ad Eccleſiaſticum in cauſa purè temporali non valet. ib. 79
Appellatio à collatione beneficii facta à capitulo ſimul cum Epiſcopo, qui eidem interfuit ut canonicus, poteſt fieri ad Epiſcopum. 801. 80
Appellatio fieri poteſt ſine verbis. 802. 82
Appellatione pendente nil debet innovari, & quæ de novo attentantur, debent revocari. 682. 67
Appellatione pendente jurisdictio Judicis, tum ordinarii, tum delegati quoad talem cauſam non eſt omnino extincta, ſed tantùm ſuſpenſa. 779. 6
Appellationem judicialem interponere, ac perſequi poteſt excommunicatus; non ita extrajudicialem, quia hæc magis propriè dicitur provocatio ad cauſam, quàm appellatio. 682. 66
Appellationis remedium non fuit inſtitutum ad defenſionem iniquitatis, ſed in præſidium innocentiæ. 210. 53
Appellationis effectus eſt, ſententiam definitivam devolvere, & eam ſuſpendere. 778. 1
Appellationis communior diviſio eſt ſecundùm qualitatem, ratione cujus aliæ dicuntur appellationes leves, & frivolæ, ac fruſtratoriæ. 758. 6. & ſeq.
Appellationis remedium introductum fuit ob plures cauſas, quæ recenſentur. 759. 10
Arbitri, qui de oppoſita Judicis ſuſpicione cognoſcunt, ſunt eligendi ab ipſis litigantibus 677. 41
Ex jure civili ſunt tales arbitri eligendi infra tres dies. Non tamen eſt in jure deciſum intra quantum temporis debeant arbitri electi cauſam ſuſpicionis definire. 678. 42
Arbitri ſi inter ſe in procedendo, & cognoſcendo diſcordent, poteſt Judex recuſatus partes adigere litigantes, ut eligant tertium arbitrum. 678. 42
Archiepiſcopus non poteſt cognoſcere cauſas eorum, qui ſunt ſubditi ſuorum ſuffraganeorum, ſi per appellationem à ſuffraganeis ad ſe devolvantur, niſi priùs cognoſcat de appellatione, an hæc legitima ſit. 252. 1
Archiepiſcopus nequit querelas audire ſuper ſalariis advocatorum in cauſis per appellationem ad ſe devolutis, ne videatur ſibi in talibus cauſis arrogare inſtantiam. ib. 2
Archiepiſcopus poteſt præcipere ſuo ſuffraganeo, ut ſententiam in cauſa appellationis contra ſubditum ſuum latam exequatur, vel ut ſubditum compellat ad ferendum teſtimonium, tam in cauſa appellationis, quàm in alia. 252. 3
Ars notoria eſt quædam ratio, quâ quis intendit conſequi ſcientiam infuſam per quædam jejunia, inſpectiones figurarum, & ſimilia vana adminicula, & eſt ſemper peccatum grave. 159. 2
Articuli propriè ſunt illæ poſitiones, quas Reus conventus in libello actoris negat. 307. 7
Articuli ſuper quibus examinantur teſtes unà cum commiſſione tranſmittuntur commiſſario, qui debet partes citare, juramentum exigere, & teſtes audire. 536. 11
Artumantia eſt divinatio per oſſa mortuorum, quæ in ignem conjecta obſervantur in illis calor, ignis, & an crepitent, ſciodaotúrqoe, & ex eorum calore, ſonitu, modóque fiſſuræ futura prædicuntur. 152. 2
Aſpectus ſyderum in cœlo difficulter poſſunt exactè notari. 143. 4
Aſſenſus opinativus abſolutè de objecto fidei ſufficienter ad credendum propoſito non poteſt haberi, quin habens talem aſſenſum opinativum, ſit formaliter hæreticus, 81. 21
Aſſentientes hæreticorum erroribus ſive in particulari ſive in communi ſive expreſsè, ſive confusè per ſignum externum manifeſtatum ſunt formaliter hæretici externi. 104. 1
Aſſeſſor non poteſt in cauſa, in qua fuit aſſeſſor, teſtimonium ferre, niſi aliter de veritate non poſſit conſtare. 553. 77
Aſtra ſi humanas voluntates determinarent ad unum, hæc determinatio eſſet merè naturalis physica, & neceſſaria, quæ propterea prævaniret uſum humanæ libertatis. 144. 15
Aſtrologi ex ſydarum errantium aſpectu nonniſi errores addiſcunt, nec poſſunt conjectare actiones dependentes ex libero hominum arbitrio, ut certò futuras, imò neque ut futuras probabiliter. 145. 20
Aſtrologi nequeunt ex aſtris ſine lethali culpa conjectare res præteritas, vel præſentes; eò quia hujuſmodi inquiſitio involvit pactum implicitum cum Dæmone. ib. 21
Aſtrologi, & divinatores, ut etiam legentes, & retinentes libros de ſimilibus materiis pœnis puniuntur gravioribus ex motu proprio Sixti V, 146. 24. Imò

24. Imò motus Sixti V. non ſolùm in foro externo, ſed etiam in interno obligat. 147. 26
Aſtrologia naturalis quamvis non ſit prohibita, magna tamen ex parte eſt incerta, & parùm utilis, imò ferè tota, eâ exceptâ parte, quæ ſumitur ex ortu, occaſu, aſpectu, eclypſi ſolis, & Lunæ. 214. 2
Aſtrologia nequit certò ſcire, an talis effectus in ſublunaribus proveniat à planeta Veneris, aut Jovis, vel alio ſydere. ibid.
Aſtrologia judiciaria eſt, quæ obſervato ſyderum aſpectu judicat de futuris eventibus dependentibus ex libero arbitrio 143. 6. & uſus hujus aſtrologiæ eſt omnino prohibitus. ib. & ſeq.
Attentare non cenſetur, qui jure ſuo utitur continuando poſſeſſionem ſuæ rei, vel percipiendo fructus ex eadem. 781. 14
Attentata quomodo lite pendente revocanda ſint. 442. 16.
Attentata in judiciali appellatione, ut revocentur, neceſſe eſt, quòd appellatio fuerit intimata Judici, & parti. 781. 16
Attentatorum remedio plura competunt privilegia. 782. 16
Atteſtatio teſtis inhabilis, an faciat aliquod indicium, & præſumptionem ad inferendam torturam. 542. 24
Aucupari an licitum ſit die feſto, ſi fiat quæſtûs causâ. 351. 8. & ſeq.
Aucupium, & venatio per ſe ordinantur ad animi oblectamentum, & non ſunt actiones ſerviles. ibid. 11.
Avocatio cauſæ eſt translatio litis pendentis coram Judice inferiore citra appellationem factam ad ſuperiorem, à quo inferior poteſtatem accepit, & tunc lis transfertur in eodem prorſus ſtatu, in quo reperitur apud inferiorem. 224. 3
Author delicti, ſi ſit occultus, & nulla laboret infamiâ, & nil mali ampliùs timeatur, non eſt manifeſtandus, quando Judex procedit per inquiſitionem, quia non licèt detrahere honori, & famæ alterius, quamdiu delictum latet. 188. 11.
Authoritas Judicis eccleſiaſtici in ordine ad punienda delicta clericorum, qualis olim fuerit, & quæ ſit hodierna. 36. 1. & ſeq.

B.

BAptizatus invalidè ex defectu materiæ, vel formæ, aut intentionis, ſi putet, ſe baptizatum, & procedat bona fide, ſubjicitur jurisdictioni Inquiſitorum. 57. 26
Beatificatio, & canonizatio Sanctorum, quomodo differant. 122. 38
Beatus non poteſt quis in Eccleſia vocari denominativè, vel appellativè, antequam Eccleſia eum beatificaverit. 124. 13
Beneficia Eccleſiaſtica quanto tempore præſcribi poſſint. 702. 5
Beneficia Eccleſiaſtica, ſi poſſideantur bona fide præſcribuntur inter præſentes ſpatio decem annorum, & inter abſentes viginti. ib. 7
Beneficia ſæcularia ſuapte natura ſunt perpetua, & ſi iisdem præficiatur religioſus non poteſt à ſuo Prælato regulari ab illis amoveri. 818. 9
Beneficia regularia alia ſunt perpetua, quæ conferuntur per electionem: nec repugnat voto obedientiæ, regularem poſſidere beneficium, à quo non poſſit à ſuo Prælato amoveri. 819. 12
Beneficii pinguioris, magisque honorifici permutatio cum alio tenui, minúsque honorifico præſumitur fieri in fraudem interveniente ſimonia. 599. 15
Beneficii proventus, ſi non ſint proportionati oneri eidem in fundatione injuncto, veriſimile eſt, tale onus fuiſſe reductum ad terminos, in quibus reperitur, & tunc oritur præſumptio reductionis. 707. 23
Beneficio validè renunciatur, ſi ſpontè, & abſque ullo metu quis ei renuntiet. 399. 31
Beneficiorum pluralitas non poteſt alteri opponi ab eo, qui plura habet beneficia. 673. 20
Beneficium eſt illi adjudicandum, qui probavit collatorem ſuum tempore collationis fuiſſe in poſſeſſione conferendi 385. 15. Debet tamen hæc poſſeſſio eſſe cum bona fide, alioquin collatio non valeret. 386. 26
Beneficium ſimul cum fructibus poteſt ſequeſtrari, ſi reus conventus contumax ſit in cauſa beneficiali. 446. 11
Beneficium juris, quod dicitur exceptio non numeratæ pecuniæ ei competit, qui in chirographo privato fatetur, ſe pecuniam accepiſſe, quam revera non accepit. 577. 7
Beneficium non confertur niſi iis, qui de legitima ætate, nativitate, morum integritate litteras teſtimoniales afferunt. 598. 6
Beneficium Eccleſiaſticum ab aliquo poſſeſſum, ad quem revera non pertinet, ſed ad aliũ, cui legitimè fuit collatum, poteſt cum bona fide, & titulo colorato; non quidem contra Eccleſiam, ſed adverſus eum, qui legitimum titulum in illud habet, præſcribi decem annis inter præſentes, & 20. inter abſentes, & ſine titulo non poteſt præſcribi. 702. 2
Beneficium Eccleſiaſticum, ſi bona fide cum titulo colorato poſſideatur ab aliquo per triennium pacificè ſine ingreſſu ſimoniaco, non poteſt is per reſervationem generalem contentam in corpore juris ſuper eodem beneficio moleſtari: verùm ad id requiruntur plures conditiones, quæ recenſentur. 702. 5. & ſeq.
Beneficium regulare quod ex propria inſtitutione eſt manuale ex immemoriali conſuetudine, & præſcriptione cum bona fide poteſt fieri perpetuum, dummodo concurrant omnia neceſſaria ad præſcribendum. 819. 13
Beneficium regulare ex propria inſtitutione manuale per præſcriptionem, & immemorialem conſuetudinem non poſſe fieri perpetuum, qui doceant? ib. 14
Beneficium manuale, ſi à Papa conferatur Religioſo non poteſt poſtea à Prælato regulari ei auferri, ſed à ſolo Papa. 819. 15
Blaſphemus quamvis abjuret de levi; nonnunquam tamen damnatur ad triremes, quâ pœnâ punitur ſuſpectus vehementer de hæreſi. 103. 44
Bona fides, an requiratur ad quaſi poſſeſſionem rerum incorporearum. 309. 33
Bona fide qui rem emit à ſpoliatore, & ignoravit eum eſſe ſpoliatorem, tenetur rem illam emptam ante omnia reſtituere ſpoliato, ſi ab ipſo conveniatur, quamvis ſpoliatus non probet ſe dominum rei. 396. 20

Bona fides poſſeſſoris requiritur ad præſcriptionem, adeo ut poſſeſſor malæ fidei nullo unquam tempore præſcribat. 692. 3

Bona fides requiſita ad præſcriptionem eſt credulitas, quâ quis ſibi prudenter perſuadet, rem eſſe ſuam, vel ſaltem neſcit alienam eſſe, dummodo ignorantia non ſit craſſa, vel affectata. 992. 3

Bona fides requiritur ad præſcribendum etiam eas actiones, quas lex pœnalis concedit adverſus delinquentem. 697. 33

Bona fides ad præſcriptionem magis neceſſaria eſt, quam titulus, quia ſine bona fide nunquam præſcriptio currit, quæ tamen aliquando currit ſine titulo. 698. 5

Bona privata, & patrimonialia clericorum non præſcribuntur quadragenaria præſcriptione. 699. 8

Bona, & jura pertinentia ad Romanam Eccleſiam non præſcribuntur niſi per fluxum centum annorum; verùm hæc centenaria præſcripto contra Romanam Eccleſiam procedit tantùm circa ejus bona immobilia, & jura patricularia. 699. 15

Bona Principis tanquam privati præſcribuntur eodem tempore, quo bona privatorum. 700. 14

Bona fides in ordine ad præſcribendum non excluditur per ignorantiam invincibilem, ſive ſit ignorantia facti, ſive juris non liquidi, ſed controverſi. 713. 53

Bona fides theologica, quæ excludat peccatum, requiritur ad præſcribendum, ſed ſola non ſufficit, ſi adſit mala fides civiliter, ſeu juridicè reprobata à jure, quæ propterea vitioſa eſt, & inſufficiens ad effectum præſcriptionis, quia jure canonico nulla admittitur præſcriptio, quæ fiat cum peccato. 713. 54

Bona fides anteceſſoris prodeſt ſucceſſori in ordine ad præſcribendum. 714. 61

Bonæ fidei poſſeſſor, an teneatur fructus induſtriales ex aliena re perceptos reſtituere, ſi nondum ſint conſumpti? 405. 22

Bonæ fidei poſſeſſor, an lucretur etiam fructus naturales, ſicut facit ſuos induſtriales, quamdiu judicialiter nemo ſe opponit. 406. 24

Bonæ fidei poſſeſſor non tenetur reſtituere fructus conſumptos, & perceptos ex re aliena ante litem conteſtatam, ſi ditior ex iiſdem non ſit factus. 406. 26

Bonæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere fructus induſtriales conſumptus ante litis conteſtationem, ſi ex iiſdem ſit factus ditior. 407. 28

Bonæ fidei poſſeſſor non eſt, niſi qui credit, ſuam eſſe rem, quam poſſidet. 693. 5

Bonorum ſpecies, quæ Principi competunt alia ei conveniunt in recognitionem ejus ſupremæ poteſtatis, & hæc nullo tempore præſcribuntur. Alia ratione dignitatis, & ſpecialis prærogativæ eidem reſervantur. Alia quæ ſunt annexa coronæ, regno, & hæc poſſunt contra Principem præſcribi. Alia quæ pertinent ad ejus fiſcum, quatenus ſunt fiſco jam acquiſita, & incorporata, & contra hæc requiritur quadragenaria præſcriptio 700. 14

C.

Cæci arcentur à teſtimonio dicendo, quia ſolus auditus in teſtibus non ſufficit, ſed requiritur præſentia, & viſus; & qui non vident, non dicuntur præſentes. 411. 8

Cœremoniæ Moſaicæ legis quamvis in lege Evangelica ſint mortuæ, & mortiferæ, non tamen ſunt in damnum Chriſtianorum. 132. 3

Canonizatio Sanctorum plura hodie exigit, quæ olim neceſſaria non erant. 159. 20

Cantus profanus, & amatorius in Eccleſia cùm divina peraguntur, eſt cultus ſuperſtitioſus. 117. 7

Capitulum, ſeu conventus de bonis diſcretis, quæ inter Prælatum, & conventum tam quoad rem, quàm quoad adminiſtrationem ſunt diviſa, poteſt privativè agere, ac reſpondere in judicio, ſi cauſa non ſit ardua, nec magni præjudicii, quia cauſa gravis ſemper excipitur. 218. 87

Carceris ſancti officii janua ſi deprehendatur aperta, & reus aufugerit, quamvis cuſtos dicat, Reum clavibus adulterinis oſtium aperuiſſe, non illi creditur, & in dubio præſumitur aufugiſſe ex culpa cuſtodis. 71. 16

Caſus an dentur, in quibus ſine litis conteſtatione poſſit judicium ſubſiſtere? 311. 10

Catechumeni ſunt tantùm in Eccleſia voto, & deſiderio, & quoad affectum; non verò in re, & poſſunt ſalvari, quia baptizantur in voto, ſeu baptiſmo flaminis. 74. 10

Catechumeni ſunt membra Chriſti per fidem internam, & inviſibilem, non verò membra Eccleſiæ viſibilis, donec eidem uniantur per ſignum viſibile, ſeu baptiſmum. 74. 10

Catechumeni ſi poſt baptiſmum invalidè ſuſceptum ex defectu materiæ, vel formæ, aut intentionis Miniſtri à fide recedant, propriè dicuntur hæretici. ib. 12

Catechumenus, qui antequam baptizetur omnes credit fidei articulos, ſi poſtea unum, vel alterum non ampliùs credat, incidit in hæreſin, eſtque propriè hæreticus quamvis baptiſmum nondum ſuſceperit. 73. 7. Non tamen Catechumenus deficiens à fide ante baptiſmum incurrit excommunicationem, nec alias cenſuras Eccleſiæ contra hæreticos latas ibid. 8. Imò ex ſententia D. Thomæ Catechumenus deficiens à fide priuſquam baptizetur, propriè non eſt hæreticus. ib.

Cauſa naturalis vincit accidentalem, & ubi duæ concurrunt, quæ ſimul ſtare nequeunt, attenditur, quod eſt dignius, & fortius. 35. 19

Cauſa judicialis alia eſt criminalis, alia civilis. 185. 18

Cauſa Eccleſiaſtica bipartitur in ſpiritualem, & annexam ſpirituali. ib. 19

Cauſa naturalis vincit accidentalem, & actorem debere ſequi forum Rei eſt naturale, & per accidens ſe habet, quòd reus obtinuerit in poſſeſſorio coram Judice actoris. 212. 62

Cauſa petendi, quæ & medium concludendi in libello dicitur, in qualibet actione eſt duplex, remota, & proxima. 268. 4

Cauſa petendi in libello exprimenda eſt duplex, remota, & proxima. 287. 5

Cauſa, ſuper qua fit reconventio, ſi ſpecificè differat ab iis, ſuper quibus poteſt Judex cognoſcere, tunc prorogatio nequit fieri, quia jura tantùm permittunt, juriſdictionem poſſe prorogari de cauſa ſimili ad aliam ſimilem. 296. 5

Cauſa conventionis; & reconventionis eſt terminanda ordine ſucceſſivo, & qui prius appellat, priùs debet agere. 301. 13. ſed id procedit, dummodo de utraque cauſa conventionis, & reconven-

ventionis liquidè conſtet, qoia ſi reconveniens non perſequatur reconventionem, poteſt Judex procedete tantùm io una ceuſa. ibidem 16.

Cauſa reconventioois propoſitæ ioitio litis tractatur ſimol cum cauſa cooventionis. 304. 44.

Cauſa ante litis conteſtatiooem oondum cenſetur in judicium deducta. 316. 3.

Cauſa minor oon debet præjudicium ioferre majoris cognitioni, quia maior cauſa minorem ad ſe trehit. 361. 2.

Cauſa eccleſiaſtica ſi incideoter emergat poſt cauſam principelem ſæcularem dividendum eſt iudicium inter Judicem Eccleſiaſticum, & ſæcularem. 365. 8.

Cauſa poſſeſſionis dicitur, in que priocipaliter agitur de poſſeſſiooe, vel queſi poſſeſſione ſive adipiſcenda, ſive retioende, ſive recuperanda. 372. 1.

Caoſa poſſeſſionis, & proprietatis cognoſci poteſt, & debet eb eodem ludice 379. 3. niſi litigantes ſint diverſi fori. ibid 4.

Cauſa eſt decidenda ſecundùm jura exiſteotia tempore contraverſiæ. 440. 5.

Cauſa, in qua teſtificendum eſt de virginitate, eſt perquàm difficilis, & præſertim in ordine ed diſſolvendum matrimonium, & coocedendem facultatem tranſeundi ad alias nuptias. 489. 18.

Cauſa propria generatim dicitur eſſe proprium emolumentum, vel damoum; adeò ut, ſi agatur de propria utilitate, vel damno, dicatur tunc agi de propria cauſa. 550. 73.

Cauſa eccleſiæ non eſt ceuſa ſaltem directè, & principaliter ſingulorum de eccleſia, ſed eſt cauſa totioe communitatis, ſeu collegii. 554. 81.

Ceuſa propria ea tantùm dicitur, quæ nomine proprio agi poteſt. 555. 81.

Cauſa quæ ſufficit ad diſpenſandnm io votis, ſufficit etiam ad diſpenſandum in iuramentis. 623. 30.

Cauſa principalis ad quem devolvatur? quando Arbitri cognoſcunt, cauſam ſuſpicionis, ſeu exceptionis eſſe juſtam. 678. 43.

Cauſa ſuſpicionis, quæ opponitur contre Judicem delegatum, debet ellegari coram eodem ludice. 803. 7.

Caoſæ ſoper mobilibus ratione iurameoti olim pertinebant ad forum eccleſiaſticum. 17. 14. Imò moris etiam fuit, ut teſtamenta ferè omnia à duobus ſimul ſcriberentur Notariis uno Apoſtolico, & altero regio, ut per ſcripturem utriusque ratum heberetur teſtamentum: & Rectores eccleſiarum poterant laicos convenire coram Judice eccleſiaſtico, eò quia de ſacrilegii crimine agi videretur. 17. 14. Verùm quamvis hæc Epiſcoporum authoritas in dirimeudis laicorum cauſis civilibus per undecim circiter ſæcula in eccleſia non ſine fidelium ingenti commodo viguerit, cœpit nihilominus poſtea paulatim oppugnari, ac diminui, imò & ad oihilum redigi, quoad cauſas civiles laicorum. 18. 15.

Cauſæ eccleſiaſticæ aliæ ſunt meræ, quæ tales ſunt ex natura ſua, iodependenter à quavis poſitiva conſtitutione, vel conſuetudine: aliæ non meræ, quæ tametſi ex natura ſua ſint temporales, & profanæ, nihilominus iuſtis de cauſis reſervantur Judicibus eccleſiaſticis. 19. 1.

Cauſæ meræ eccleſiaſticæ, ſeu quæ ex natura ſua tales reputantur, ſunt potiſſimùm cauſæ Sacramentorum, & aliæ, quæ nihil hebent adnexum temporalis, ſed ſunt totaliter ſpirituales, & de hiſce intelliguntur Canones prohibentes laicis omnem cognitionem de cauſis eccleſiaſticis, præſertim in Concilio Lateranenſi ſub Inoocentio III. ibid. Hinc etiam hodie in ſingulis Chriſtiani Orbis Provinciis ad Epiſcopum, & Judicem eccleſiaſticum pertineot cauſæ, in quibus agitur de ſacramentis, adeo ot ſuper valore, ac validitate Sacramentorum non poſſint, nec hodie quæſtiones deferri ad forum laicale, imò etiam cauſæ matrimoniales aguntur, coram Judice eccleſiaſtico, eò quia matrimonio adnexum ſit ſacramentum, hinc ſi quæſtio ſit ſuper validitate matrimonii Judex competens eſt ſolus eccleſiaſticus, ſive jus commune ſpectemus, ſive conſuetudinarium; & hanc eccleſiaſticam diſciplinam etiam tennavavit Tridentina ſynodus. 19. 2. & ſeq.

Cauſæ matrimoniales de ſtylo curiæ à ſede Apoſtolica ſolis Epiſcopis committuntur, dummodo de validitate matrimonii agatur: ſecus tamen eſſet, ſi non de jure, ſed de facto quæſtio incideret, ut ſi quæſtio non ſit, an matrimoniom ſit validum, ſed tantùm an revera, & de facto fuerit initom. 20. 5. & ſeq.

Cauſæ excuſantes à denuntietione facienda, an dentur circa crimen hæreſis 93. 1. & ſequent.

Cauſæ eccleſiſticæ dicuntur, quæcunque ad eccleſias, vel perſonas eccleſiaſticas pertinent, quarum aliæ ſunt temporales, aliæ civiles, criminales aliæ, & aliæ ſpirituales. 176. 27.

Cauſæ criminales Clericorum noo poſſunt committi Judicibus laicis. 177. 29.

Cauſæ quæ agitantur, inter perſonas viles cuiusmodi ſunt ruſtici, ſimplices, pauperes, & Mercenarii ſummariè cognoſcuntur, & ſine ſcriptis, ut etiem ceuſæ, in quibus agitur de delictis levioribus. 196. 3.

Cauſæ omnes pertinentes ad forum eccleſiaſticum, quamvis beneficiales ſint, in prima inſtantia cognoſcuntur coram locorum Ordinariis, & ſaltem infra biennium à die motæ litis terminantur. 197. 8.

Cauſæ Eccleſieſticæ non poſſont tractari io judicio à laicis, quia iſtis nulla eſt attributa poteſtas diſponendi ſuper rebus, & perſonis eccleſiaſticis. 198. 4.

Cauſæ tamen merè temporales eccleſiarum, ac perſonarum eccleſiaſticarum poſſunt à laicis tractari. 198. 5.

Cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis licèt curandum ſit, ut ſub eodem Judice termineotur, interdum tamen neceſſitas urget, ut ceuſa dividetur apud diverſos Judices. 2.2. 63.

Cauſæ recuſandi Judicem plures ſunt, & exprimuntur tam in iure civili, quàm canonico. 255. 18. & ſequent.

Cauſæ principalis ſi ioſit ratio fuodans juriſdictionem Judicis eccleſiaſtici, an poſſit laicus conveniri coram Judice eccleſiaſtico? ibid. 22.

Cauſæ mixti fori, ratione quarum laici poſſint conveniri coram Judice eccleſiaſtico quænam ſint. 256. 24.

Ceuſæ eccleſieſticæ, & meræ civiles, & mixtæ, quæ ſint. ibid. 24.

Cauſæ

Digitized by Google

Cauſæ mixti fori, in quibus datur locus præventioni pluree ſunt, & receoſentur. ibid. 25.

Cauſæ, in quibus reconventio locum ooo habet, quænam ſint? 303. 33.

Cauſæ abbreviandi dilationes citatorias plures ſunt, & recenſentur. 358. 11.

Cauſæ alimentorum carceratorum, pupillorum, viduarum, pauperum, & miſerabilium poſſunt expediri diebus feſtis, quia huiusmodi expeditiones ſunt actus pietatis, & virtutis, qui quovis tempore licitè exercentur. 344. 10.

Cauſæ excuſantes à laboribus die feſto, quænam ſint? recenſentur, & explicantur. 356. 1.

Cauſæ plures ſi concurrant, & earum una dependeat ab alia cognoſci priùs debet de ea, à qua altera dependet ſive agendo, ſive excipiendo proponatur. 361. 2.

Cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis poſſunt in eodem judicio ſimul tractari. 379. 6.

Cauſæ habentes aliquam connexionem ad invicem debent coram uno, eodémque Judice tractari, quia tunc facilior cognitio acquiritur à Judice utriusque cauſæ. 381. 1.

Cauſæ poſſeſſionis, & proprietatis quoad teſtes ſuſcipiendos, & allegationes, ut parcatur ſumptibus; poſſunt ſimul tractari, & quæ tunc cauſa ſit priùs terminanda? 383. 5.

Cauſæ, in quibus juramentum ſuppletorium excluditur plures ſunt, & recenſentur. 618. 7.

Cauſæ iuſtæ recuſandi Judicem per exceptionem quænam ſint? 671. 8.

Cauſæ juſtæ recuſandi Judicem plures ſunt, & difficulter definiri poſſunt. 804. 12.

Cautio eſt omnis confeſſio, vel ſimplex promiſſio, cui nec pignus, nec fideiuſſio eſt adiecta, ſed quæ nudè, ac ſimpliciter facta eſt, ſive ſcriptura publica, vel privata intervenerit, ſive non. 677. 9.

Cautio ſine cauſa confecta per adiectum iuramentum non acquirit efficaciam in ſententia plurium. 384. 13.

Cenſus, & tributa, quæ non ſolvuntur in recognitionem ſupremæ poteſtatis, ſed in ſubſidium ob publicam aliquam neceſſitatem ſunt præſcriptioni obnoxia. 689. 6.

Chriſtianus non poteſt per ullam præſcriptionem ſe eximere à poteſtate Pontificis, quæ illi competit iure divino, ut Chriſti Vicario in omnes fideles. 705. 17.

Chriſtus *Matth. 17.* ſe ipſum, & Petrum à tributo ſolvendo exemit. 249. 9.

Chyromantia eſt, quâ quis ex certis quibuſdam lineis hominum manui impreſſis conjectat futuros eventus. 151. 1.

Chyromantici, & alii, qui ex humani corporis lineamentis, ac figuris futura, vel occulta prænontiant, quæ ex libera hominis voluntate dependent, ſunt denunciandi Inquiſitoribus ſancti officii ex Bulla Sixti V. 153. 9.

Circumſtantiæ quomodo explicandæ ſint in libello conventionali. 189. 4.

Citatio invalida dicitur convaleſcere, ſi citatus compareat, & perſeveret in iudicio. 230. 16.

Citatio eſt in ius vocatio, ſeu actus legitimus, quo quis mandato Judicis iuris experiundi causâ vocatur in judicium, eſtque actus iudicialis præparatorius iudicii, & à quo judicium incipit. 283. 1. & ſeq.

Citatio tripartitur in verbalem, realem, & edictalem. 283. 2. alia eſt publica, alia privata, alia ſimplex, ſeu dilatoria, & alia peremptoria. 283. 3. & ſeq.

Citatio peremptoria eſt, quæ pro tribus ſimplicibus, & dilatoriis citationibus decreta eſt, ſed in illa debet adiici verbum *peremptoriè* ibid. 4.

Citatio ut legitima ſit, & valida debet exprimere nomen, & cognomen Judicis citantis, ut etiam illius, qui vocatur in jus, ut etiam nomen, & cognomen actoris; imò debet etiam in ipſa exprimi cauſa ſaltem generatim, ob quam vocatur quis in iudicium, ut etiam locus iudicii, 284. 5. & ſeq.

Citatio coaleſcit ex commiſſione Judicis citantis, ex actuali citatione, & executione citationis factæ per nontium. ibid. 3.

Citatio includit ſententiam interlocutoriam Judicis, actum executoris, & relationem, qui tamen duo poſtremi actus non ſunt iuriſdictionales, & poſſunt fieri extra juriſdictionem iudicis, & in abſentia eiusdem. 285. 12.

Citatio facta contra impeditum legitimo impedimento notorio non præjudicat impedito ibid. 13.

Citatio facta ſub nomine appellativo, an valida ſit? 285. 15.

Citatio realis facta die feriato in honorem Dei, quòd citatus compareat die ſequenti valida eſt. 285. 16.

Citatio contra reum contumacem de jure non eſt neceſſaria. ibid. 17.

Citatio generatim non requiritur ad declarandum id, quod eſt notorium iuris. 285. 18.

Citatio in iudicio ſemper eſt neceſſaria, neque omitti debet etiam in abſentem. 292. 39.

Citatio eſt fondamentum, quo nititur judicium. ibid.

Citatio non eſt neceſſaria, quando crimen eſt ita manifeſtum, & certum, ut nullo modo poſſit defendi. 293. 41.

Citatio edictalis, quæ ſit, & quomodo procedat? ibid. 42.

Citatio edictalis adhibetur, ubi locus, in quo reus citandus eſt, non eſt tutus ob incurſus hoſtiles, urgentia bella, ſubortas inimicitias, vel alia impedimenta. 293. 44.

Citatio edictalis procedit, quando reus citandus huc, illúcque vagatur, ut fixum videatur domicilium habere. ibid. 45.

Citatio edictalis procedit, quando contradictor eſt incertus. 293. 46.

Citatio edictalis procedit, quando citantur in genere omnes, quorum intereſt. 294. 47.

Citatio quommodo ſit à Judice formanda, ut citatus teneatur comparere. 339. 15.

Citatio præparatoria quomodo fiat in curia Romana. ibidem 16.

Citatio præparatoria quomodo fiat? 340. 18.

Citatio poteſt à Iudice die feriato inſinuari Reo, ut compareat die non feriato. 345. 14.

Citatio ut inducat pendentiam litis fieri debet cum ſufficiente inſtructione cauſæ; proinde debet inſerere citationi ipſum libellum, quo pars citata poſſit plenè inſtrui, ſuper quibus convenitur in judicio. 435. 2.

Cita-

Digitized by Google

Citationes edictales utpote exurbitantes à jure communi ſunt reſtringendæ, non ampliandæ ultra caſus ſpeciales in jure expreſſos, dantur tamen plures caſus, in quibus procedit citatio edictalis. 293. 43.

Citatus ad totam cauſam aſſignato ei termino ed comparendum, tenetur cumparere tali tempore. 422. 15.

Civilia ardua æquiparantur criminalibus. 556. 90.

Clauſula ex *certa ſcientia*, ut ſit in forma ſpecifica exigit expreſſum, ac inſertum tenorem rei confirmatæ. 824. 13.

Clauſula ex *certa ſcientia* inſerte confirmationi, in qua aliqua explicantur ſecundùm ſubſtantiam, & alia tantùm in forma communi, non conſtituit confirmationem in forma ſpecifica quoad omnia, ſed tantùm quoed ea, quæ afficiuntur tali clauſula. ibid. 17.

Clauſula, *ex certa ſcientia* non ſufficit ſola, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica, ſed alterius requiritur, ut tenor, aut ſubſtantia rei confirmatæ ſit inſertus in confirmatione. 825. 15.

Clauſula *motu proprio* adiecta confirmationi, an operetur, ut hæc ſit in forma ſpecifica. ibid. 18.

Clauſula, *motu proprio* quantum eſt ex ſe, habet tantùm excludere inſtantiam partis, & declarare, Principem tunc ſponte à ſe ipſo, & non ad inſtantiam alterius procedere. 825. 18.

Clauſula *motu proprio* non operatur circa ea, quæ ſunt ſecti. 826. 18.

Clauſula *de plenitudine poteſtatis* non efficit, ut confirmatio, cui inſeritur, ſit in forma ſpecifica. ibid. 20.

Clauſula, *quorum tenores pro expreſſis habeantur, ac ſi de verbo ad verbum eſſent inſerti*, non operatur, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica circa ea, quæ ſunt facti, niſi tenor rei in ſpecie quoad ſubſtantiam fuerit inſertus confirmationi. 827. 23.

Clauſula, *quorum tenores pro expreſſis habeantur*, id operatur, ut deroget iis, quæ voluntati Principis diſponentis poſſent obſtare. 827. 24.

Clauſula *ſupplentes omnes defectus*, non operatur, ut confirmatio ſit in forma ſpecifica. ibid. 25.

Clerici de quovis crimine ſive Eccleſiaſtico, ſive civili etiam graviſſimo conveniendi ſunt, & accuſandi coram Judice eccleſiaſtico ex ſanctionibus ſummorum Pontificum, & Imperatorum, ac Regum; quia non decet divini muneris Miniſtros temporalium poteſtatum ſubdi arbitrio. 37. 7.

Clerici tametſi rei enormium criminum tantùm à Judice Eccleſiaſtico poſſunt iudicari. 38. 14.

Clerici in minoribus conſtituti, ſi beneficio eccleſiaſtico ſint deſtituti, non prohibentur procurationis officia, & judicia ſæcularia ſuſcipere, dummodo coronam non geſtent. 172. 8.

Clerici non poſſunt exercere juriſdictionem ſæcularem cum iure ſanguinis, niſi juriſdictio temporalis ſit annexa Epiſcopatui, vel Prælaturæ. ibidem. 9.

Clerici minores 25. annis non habent legitimam perſonam in judicio in rebus proprijs, & patrimonialibus. 18. 9.

Clerici ob furtum, homicidium, periurium, aut aliud ſimile crimen privari poſſunt, ac removeri ab officio, & beneficio, imò etiam verbaliter degradari. 194. 1.

Clerici puniuntur arbitrio prudentis Judicis eccleſiaſtici. 195. 9.

Clerici non degradantur niſi ob caſus in iure expreſſus. ibid. 10.

Clerici nulla conſuetudine etiam temporis immemorialis induci poſſunt, ut in cauſis civilibus, vel criminalibus conveniantur coram Judice ſæculari ſine mandato Prælati eccleſiaſtici. 232. 8.

Clerici in quibus caſibus poſſint conveniri coram Judice ſæculari. 233. 13.

Clerici coniugati, an gaudeant privilegio fori eccleſiaſtici, ut conveniri non poſſint coram Judice ſæculari: & an hoc privilegium extendatur ad eorum uxores, & liberos; & quid dicendum de uxoribus ſacerdotum Græcorum Orientalis eccleſiæ, qui ſacros Ordines ſuſceperunt. 234. 18. & ſeq.

Clerici coniugati, an gaudeant privilegio fori etiam in civilibus. 237. 4.

Clerici tonſurati, ut gaudeant privilegio fori, non eſt neceſſe, ut diebus dominicis cum ſuperpelliceo divinis interſint. 239. 14.

Clerici ut gaudeant privilegio fori ex Concilio Tridentino ſufficit, ſi incedant cum veſte, & tonſura Clericali, & inſerviant alicui eccleſiæ. ibid.

Clerici non priventur privilegio fori, niſi propter delicta expreſſa in iure canonico. 243. 2.

Clerici beneficiati in ſacris conſtituti, ſi habitum, & tonſuram nunquam deſerant, adeò ut laici communiter cenſeantur, & ab Epiſcopo ſuo ter moniti habitum non reaſſumpſerint, cenſentur deperdere privilegium fori. 245. 15.

Clerici nonniſi à Judice eccleſiaſtico damnari poſſunt ad pœnam impoſitam à lege, quamvis lex lata fuerit in bonum publicum. 246. 20.

Clerici nonniſi indirectè ob conformitatem cum perſonis ſæcularibus obligantur ad leges civiles ſervandas. 247. 22.

Clerici tantùm tenentur ſervare leges civiles latas pro omnibus, quando iſtæ non ſunt læſivæ immunitatis eccleſiaſticæ, & acceptantur, ac approbantur à Prælatis eccleſiaſticis. ibid. 23

Clerici licet de facto poſſint ſubiici Principibus ſæcularibus, non ita de iure. 249. 13.

Clerici non poſſunt renunciare privilegio fori, quamvis ad id adigantur, eò quia hoc privilegium non privatis diffinitivè, ſed toti ſtatui Clericorum, ſeu toti Collegio eorundem copulativè conceſſum eſt. 251. 23.

Clerici an poſſint iuriſdictionem alieni Judicis prorogare. 253. 11.

Clerici ſine conſenſu proprii Epiſcopi non poſſunt prorogare juriſdictionem Archiepiſcopi, cuius proprius Epiſcopus eſt ſuffraganeus, ſufficit tamen ſi conſenſus Epiſcopi ſit tacitus. ibid.

Clerici ratione delicti, vel contractus ſubiiciuntur Judici loci, in quo deliquerunt, vel contraxerunt, & tunc abſque conſenſu proprii Ordinarii prorogant iuriſdictionem illius Judicis localis. 254. 2.

Clerici neque ex conſenſu proprii Epiſcopi poſſunt prorogere iuriſdictionem Judicis laici, cui ſe ſubiiciant in cauſis criminalibus, vel civilibus temporalibus, vel eccleſiaſticis. ibid. 12.

Clerici non poſſunt in ſe prorogare iuriſdictionem Judicis. 262. 52.

Digitized by Google

Clerici in iudicio eccleſiaſtico exigente ſuperiore tenentur præſtere juramentum calumniæ, malitiæ, & alia judicialia. 325. 8.
Clerici ſi coram Judice ſuo eccleſiaſtico litigent, adigendi ſunt ad præſtandom juramentum calumniæ non obſtante contraria conſuetudine. 330. 20. in cauſis tamen eccleſiarum indulgetur Clericis, ut non compellantur ad illud perſonaliter præſtandum, ſi alteri hoc officium demandaverint; ibid. Hodie tamen per jus poſteriue poteſt quilibet per Procuratorem habentem ad id ſpeciale mandatum tele iuramentum præſtare. 331. 21.
Clerici gaudent indiſtinctè privilegio, ut io levioribue cauſis locò iuramenti tantùm ioterrogentur de veritate dicenda. 331. 24.
Clerici prohibentur teſtimonium ferre etiam contra laicum coram Judice ſæculari abeque licentia proprii Prælati, imò nec poſſunt iuramentum præſtare coram Judice ſæculari ſine licentia ſui Ordinarii. 526. 20.
Clerici debent præſtare iuramentum calumniæ tactia evangeliie, & ſcripturia. 528. 15.
Clerici non curantes cauſem eccleſiæ poſſunt in ea teſtificari. 554. 81.
Clerici poſſunt eſſe teſtes idonei, quando agitur de donatione facta ſuæ eccleſiæ, vel de legato relicto pro fabrica eiuſdem. 555. 83.
Clerici non ſolùm Epiſcopo; ſed etiam Capitulo Cathedrali tenentur obedientiam, & reverentiam exhibete. 691. 16.
Clerici inferiorea ſicut contra Epiſcopom non poſſunt præſcribere, ita neque cootra eius viſitationem. ibid. 17.
Clerici non poſſuot præſcribere procurationem ratione viſitationie debitam Epiſcopo viſitanti. 691. 17.
Clerici non poſſunt præſcribere contra viſitationem ſui proprii Epiſcopi, ut ab ipſo non viſitentur, nec contra procurationem eidem debitam ratione viſitationis. 705. 18.
Clericie non permittitur accuſatio niſi in ſua, ſuorùmque defenſione. 191. 14.
Clericis non eſt prohibitum abſolutè loqnendo præſtare iuramentum, ſi debitae contineat conditiones, quia eſt actus religioſua. 325. 7.
Clericis non prohibetur iurare in contractibus, quos ineunt cum laico etiam ſine conſenſu Epiſcopi, quia tale inramentum eſt voluntarium. 328. 7.
Clerico prohibitum eſt teſtificari contra laicum, eùmque accuſare io cauſe criminali, in quâ infligitur pœna ſanguinie ob periculum incurrendæ irreguleriteris. 527. 9.
Clericus poteſt conveniri apud Judicem ſæcularem non proprio nomine, ſed alieno, quando eſt tutor, vel Procurator alicuiue laici, quia tunc non iudicatur ipſe Clericus, ſed laicus per Clericum. 11. 11.
Clericus in civilibus poteſt reconveniri coram Judice laico. ibid.
Clericue pro quocunque delicto nunquam punitur à Judice ſæculari, niſi poſt ſententiam declaratotiam criminis latam per Judicem eccleſiaſticum, vel niſi de licentia ſummi Pontificie. 12. 16.
Clericus ſi obtineat feudum à Principe ſæculari poteſt coram illo in quæſtione feudali conveniri dummodo quæſtio tantùm ſit ſuper feudo, & lis decidenda ſit ex legibus feudorum, & uterque litigantium ſit Vaſallus. 22. 14
Clericue, qui ſæculare officium obtinuit à Principe ſi delinquat in eiue adminiſtratione, an puniri poſſit ab eodem Principe? 169
Clericus, qui ob delictum detruditur in carcerem ex ſententia Judicie incurrit infamiam, & eò maiorem, quò diutiue detinetur in carcere. 170. 3.
Clericue ratione officii non poteſt conveniri coram Judice laico, nec ab eo puniri, quia officium non ponit ſubjectionem in exempto, nec dat iuriſdictionem Ordinario. 170. 4
Clericue in ſacrie conſtitutus noo poteſt à Principi ſæculari ſuſcipere generalem commiſſionem pro cauſie criminalibus laicorum, tametſi pœna infligenda ſit citra ſanguinis effuſionem. 171. 7.
Clericus non poteſt reconveoiri coram Judice laico de cauſa criminali, nec ſpirituali, aut illi annexa. 174. 7
Clericue ſi poſtquam eſt depoſitue, excommunicatue, & aoathematizatue in cootumacia perſeveret, comprimendue eſt per ſæcularem poteſtatem 194. 2
Clericue ſi delictum perpetravit, quod mereatur depoſitionē, deponitur, & ſi perſeveret io ſua contumacia excommunicatur, ſi creſcat cootumacia percutitur anathemate, & ſi non reſipiſcat traditur poteſtati Magiſtratus ſæcularis, non tamen ob quodlibet crimen eſt Clericus tradendus Magiſtratui ſæculari, à quo puniatur. 194. 3. & ſeq.
Clericue ob delictum atrociſſimum traditur brachio ſæculari etiam non expectata eiue incorrigibilitate; quia tuoc opus eſt publica vindicta ad exemplum cæterorum. 194. 6
Clericus quamvie coram Judice ſæculari convictus ſit de aliquo crimioe, quod etiam fuerit confeſſue, adhuc non poteſt ab Epiſcopo puniri, quia ſententia lata à Judice ſæculari contra Clericum eſt irrita, ut etiam ipſa confeſſio Clerici. 200. 13
Clericue de quovis crimine ſemper conveniendus eſt coram Judice eccleſiaſtico. 203. 17
Clericus deprehenſus in gravi crimine, & convictus quomodo puniendua ſit à Judice eccleſiaſtico 204. 30.
Clericus delinqnens in monaſterio non habente iuriſdictionem quaſi epiſcopalem ratione delicti non ſubiicitur Abbati, ſed Epiſcopo. 227. 16.
Clericue re adhuc integra non tenetur ſuper rebus in ſtatu laicali geſtie comparere niſi coram Judice eccleſiaſtico. 230. 17.
Clericus conſtitutus hæres alicuius laici, re adhuc integra debet coovenire coram Judice eccleſiaſtico loci illiue, in quo teſtator deceſſit. 231. 18.
Clericus Actor contra Clericum, an poſſit litigare coram Judice ſæculari ſaltem ex conſenſu tacito Epiſcopi. 232. 6.
Clericus in minoribue tantùm conſtitutus gaudet privilegio fori, dummodo obtinuerit beneficium aliquod eccleſiaſticum, quamvis modici proventus: vel habitum, & tonſuram deferat: vel de mandato Epiſcopi alicui eccleſiæ actu inſerviat, vel inſtruatur in aliquo Seminario de licentia Epiſcopi. 233. 10.
Clericue ſi neceſſarius fuerit pro teſte, poteſt ad requiſitionem Judicis ſæcularis à ſuo Ordinario, vel

Digitized by Google

vel ab alio eccleſiaſtico examinari, vel etiam à Judice laico de licentia Epiſcopi. ibidem 11.
Clericus ſine habitu deprehenſus in flagranti, & gravi delicto, ſi timeatur fuga, an capi poſſit à Judice laico? 233. 12.
Clericus, an ſi aliqnando dimittat habitum, & tonſuram, amittat privilegium fori? 238. 10.
Clericus per quid dicatur amittere privilegium fori. 239. 11.
Clericus ut deperdat privilegium fori plures ſunt neceſſariæ conditiones. 243. 2.
Clericus ſicut non poteſt à Judice ſæculari iudicari, ita neque capi, ſunt tamen plures caſus, in quibus permiſſum eſt Judici ſæculari Clericum capere, & in carcerem conijcere, & recenſentur. 246. 16.
Clericus ex eo præciſè quòd deferat arma prohibita non poteſt à Magiſtratu ſæculari capi, & in carcerem detrudi. 246. 19.
Clericus coram quo Judice debeat conveniri, ſi agat contra laicum, à quo petat ſibi reſtitui rem, quam poſſidet, eò quia ad ſuam eccleſiam pertineat. 255. 20.
Clericus ſi ob patratum crimen puniendus ſit pœnâ privationis feudi, non poteſt de tali crimine cognoſcere Dominus feudi, ſi hic ſit ſæcularia, ſed eius cognitio pertinet ad Judicem eccleſiaſticum Clerici delinquentis. 260. 44.
Clericus agens contra laicum in foro ſæculari, an poſſit à laico in eodem foro reconveniri. 297. 8.
Clericus ſpectato jure communi neque in cauſa profana poteſt reconveniri coram Judice ſæculari. 296. 10.
Clericus in cauſa ſuæ eccleſiæ poteſt juramentum calumniæ alteri committere. 328. 5.
Clericus, ſi in judicio agatur de cauſa eccleſiæ, non compellitur jurare per ſe ipſum, ſeu perſonaliter de calumnia, ſed ſufficit, ſi Syndicus, aut Procurator generaliter conſtitutus ad cauſas eccleſiæ præſtet hoc juramentum calumniæ: ſecus eſt, ſi agatur de cauſa propria ipſius Clerici. 327. 7. & ſeq.
Clericus, ſi aliquem ſpoliavarit, deinda agat contra ipſum ſuper rebus eccleſiaſticis, ei non obſtat ſpolium in re privata factum, quod à ſpoliato particulari actione petendum eſt. 396. 17.
Clericus, qui ranuntiat beneficio poſt, vel anta ſpoliationem, an ſit priùs reſtituendus. 398. 30.
Clericus an puniendus ſit, ſi in apocha ſcripſit, ſe patrâſſe crimen aliquod, & poſtea in iudicio fateatur, apocham illam fuiſſe quidem à ſe manu propria ſcriptam, ſad tantum calami experiendi gratiâ, vel per iocum. 467. 60.
Clericus contra laicum iu cauſa criminali non poteſt teſtimonium ferre. 522. 10.
Clericus ad declinandam irregularitatem, dabet ſemper proteſtari, quòd non intendat, contra accuſatum procedi ad pœnam ſanguinis, ſed tantùm civiliter. 527. 9.
Clericus condemnatus de falſo non poteſt aſſumi in teſtem idoneum inſtrumentarium, ut neque Clericus Concubinarius, neque qui tabernas frequentat, admittitur, ut teſtis, etiam in cauſa civili. 527. 10.
Clericus debet de calumnia jurare, ſive agat, ſive conveniatur ex facto proprio, non tamen pro facto, & re ſpirituali, ſed tantùm pro temporali ipſius eccleſiæ: poteſt tamen hoc Juramentum præſtare per Procuratoram, idque de jure novo. 528. 13.
Clericus, ſi pro laico fideiubeat, valida eſt fideiuſſio, & principali non ſolvente tenetur Clericus Fideiuſſor ſolvere de bonis patrimonialibus, vel etiam de reditibus ſui beneficii, non verò de rebus eccleſiæ, quia de iſtis non poteſt diſponere. 650. 120.
Clericus non poteſt renunciare privilegio fori, & canonis, & ſi iuret, ſe renunciaturum utrique privilegio, juramentum nullius eſt valoris. 654. 137.
Clericus, ſeu Capellanus non poteſt iuvari beneficio præſcriptionis, quamvis immemorialis, ut ſe eximat ab implendis oneribus annexis fundationi, ſi de hac conſtet, quia talis præſcriptio, eſt coniuncta cum mala fide. 706. 21.
Cognitio ſuper cauſis poſſeſſorii juris eccleſiaſtici eatenus conceditur Judicibus laicis, quia quæſtio ſuper poſſeſſorio non cenſetur iuris, ſed facti. 33. 7.
Cognoſcere de ſuperſtitione cultûs falſi, & parnicioſi pertinet ad tribunal ſanctæ inquiſitionis, quia colere Deum per ſacrificia, ritus, & cæremonias legis judaicæ, vel aliorum infidelium eſt procul dubio actus ſuperſtitioſus, & hæreticalis. 117. 11.
Cognoſcere, an attentata poſt appellationem revocanda ſint, nec ne, non pertinet ad Judicem *à quo*, ſed ad Judicem *ad quem* appellatur. 783. 22.
Collatio eccleſiæ facta alteri per legatum, & confirmata à Papa non lædit jus diœceſani. 829. 34.
Collectæ pro publica neceſſitate præſcribuntur annis quadraginta. 700. 14.
Commiſſarius, ſeu Vicarius Inquiſitionis S. officii poteſt inſtitui ab ipſo Inquiſitore. 59. 1.
Cōmoda eccleſiæ nonniſi ſecundariò redundant in commoda Clericorum. 555. 82.
Commorantes in curia non comprehenduntur nomine accedentium, & recedentium à ſede Apoſtolica. 808. 7.
Communitas quamvis non poſſit compelli ad præſtandum juramentum calumniæ in judicio; poteſt tamen mittere Syndicum, qui in animam ſuam iuret, dummodo idoneus ſit, & ſtatum cauſæ perſpectum habeat. 330. 18.
Communitas rota, quamvis per præſcriptionem temporis immemorialis poſſit ſe eximere ab Imperatoris juriſdictione accedente eius ſcientia, & patientia, non tamen excluſivè, ut omnes, & ſinguli ſint Acephali, & nemini in temporalibus ſubditi, quia id eſſet contra ius gentium. 691. 15.
Compenſatio non eſt vera, ſed ficta quædam ſolutio. 632. 32.
Compenſatio tantùm procedit in iis debitis, quæ functionem ſuſcipiunt, & quæ ex parte utriusque ſunt eiuſdem rationis, & ſpeciei, æqualis valoris, & bonitatis. ibid. 33.
Compenſatio quamvis non procedat in rebus diver-

fæ ſpeciei; locum tamen habet retentio, donec dabits pecunia ſolvatur. 632. 34.
Compenſatio eſt debiti, & crediti inter ſe contributio, ſeu quantitatum, in quibus duo ſunt ſibi invicem debitores, & creditores, ut id detrahatur de eo, quod Reus debet, & non cenſeatur debitum, quia viciſſim ei actor dabest: eſtque liberatio ab ære alieno .729. 16.
Compenſatio interdum fit privata Anthoritate. ibid. 17.
Compenſatio non eſt licita in depoſitis, & commodatis absque authoritate publica. 729. 20.
Compenſatio dari poteſt in famæ reſtitutione ibid.
Conatus ſolus, an in criminibus puniri poſſit. 601. 10.
Concilium Avenionenſe ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ prohibet Judicibus, & Magiſtratibus laicis capere aliquam eccleſiaſticam perſonam, niſi fortaſſis contigerit eam, in flagranti crimine deprehendi, & tunc antequā ad alios externos actus divertant; debent clericum ſic captum ad curiam Eccleſiaſticam ducere, & ſine fraude reſtituere Judici eccleſiaſtico. 38. 15.
Concilium Provinciale poteſt judicialiter procedere contra Epiſcopum provincialem contumacem 197. 1. Verùm id reſtrictum eſt per Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. c. 5. de reſor.* ubi ſtatuitur, quòd cauſæ criminales graviores, quæ merentur privationem, vel depoſitionem ab officio, & beneficio ſint reſervatæ ſummo Pontifici. 198. 2.
Concluſio quomodo adiicienda ſit libello. 291. 33.
Concluſio in actionibus criminalibus non eſt neceſſariò adiicienda libello, ſed ſufficit ſola narratio facti, quia in criminalibus eſt lex, quæ certam pœnam iniungit delictis. 291. 34.
Conditio unius ex alieno facto non debet deterior fieri. 436. 12.
Conditio poſſidentis in dubio eſt melior. 693. 6.
Conditio impleta retrotrahitur, ſi diſponens id velit, & poſſit velle, vel debeat velle. 780. 10.
Conditiones requiſitæ ad vera miracula aſſumpta pro Canonizatione ſanctorum recenſentur, & explicantur. 119. & ſeq.
Conditiones requiſitæ ad uſucapionem, & præſcriptionem recenſentur, & explicantur. 692. & ſeq.
Conductores, commodatarii, depoſitarii non poſſunt res conductas, commodatas, & depoſitas præſcribere. 698. 1.
Confeſſio facta à Clerico coram Judice non ſuo, dummodo non fuerit extorta per vim, vel metum, nec per errorem habet vim confeſſionis extraiudicialis, & operatur, ut inducat præſumptionem criminis, poſſitque propterea à ſuo Judice capi, & iudicialiter examinari. 217. 84.
Confeſſio prout ad præſens pertinet inſtitutum eſt, manifeſtatio illius, quod ab Adverſario intenditur in iudicio, vel extra iudicium, & duplex eſt judicialis una; & alia extraiudicialis, illa fit in judicio, extra iudicium iſta. 453. 2.
Confeſſio iudicialis fieri debet coram Judice competente, alioquin non poſſet reus condemnari. 453. 2.
Confeſſio facta extra tribunal in judicio ſummario ſuum ſortitur valorem. 453. 3.
Confeſſio ſi fiat coram arbitro cenſetur iudicialis, & eſt valida dummodo arbiter proceſſerit ſervato ordine juris, & inſtar Judicis. ibid.
Confeſſio iudicialis debet eſſe de re certa, non tamen ſi confeſſio ſit incerta, præjudicat confitenti, non tamen debet eſſe de re, quæ adverſatur rerum naturæ, vel juri. 453. 4.
Confeſſio debet fieri præſente adverſario, vel eius procuratore. ibid.
Confeſſio in judicio poteſt fieri expreſsè, vel tacitè 454. 7.
Confeſſio interdum fit ſimpliciter, & aliquando adiecta qualitate. ibid. 8.
Confeſſio iudicialis, an exigat neceſſariò ſententiam definitivam Judicis contra ipſum confeſſum in iudicio? 457. 19.
Confeſſio quælibet facta coram Iudice in iudicio habenda eſt pro judiciali. 457. 20.
Confeſſio iudicialis abſente adverſario jure civili non plenè probat, ſecus in jure Canonico. ibidem 21.
Confeſſio facta coram Judice non competente, non habetur pro judiciali. 457. 22.
Confeſſio per metum, ſeu tormentum extorta, ut aliquid probet, tria requiruntur. 458. 23
Confeſſio Procuratoris, vel advocati ſine ſpecial mandato obtenta à principali, poteſt ſemper ab eodem revocari, quamvis non probaverit errorem, vel falſitatem. ibid. 24.
Confeſſio extrajudicialis an ſufficiat ad inferendam Reo torturam? 460. 32.
Confeſſio unius criminoſi facta in iudicio non præiudicat aliis, & non probat contra alios ſocios criminis. 460. 33. excipiuntur tamen aliquot crimina expreſſa in iure. ibid.
Confeſſio facta in iure per Oeconomum eccleſiæ, an noceat ipſi eccleſiæ. 463. 41.
Confeſſio iudicialis ut ritè procedat, aliquot ſunt neceſſariæ conditiones, quæ recenſentur, & explicantur. 464. 49.
Confeſſio judicialis in cauſis civilibus induit efficaciam ſententiæ, & rei iudicatæ. ibid. 50.
Confeſſio facta in iudicio, ſi cauſa non ſit criminalis, ſed tantùm civilis plenè probat, & relevat actorem ab onere probandi, imò conſtituit etiam rem manifeſtam, ac inducit notorium juris. 465. 51.
Confeſſio ſemel facta in iudicio, an poſſit revocari. ibid. 55.
Confeſſio qualificata, quæ dicatur in iure, & quomodo procedat. 465. 56.
Confeſſio qualificata, an in cauſis civilibus poſſit ex parte acceptari, & ex parte reſpui 466. 57.
Confeſſio qualificata, an in criminalibus poſſit dividi, & ſine qualitate adiecta acceptari. ibid. 59.
Confeſſio ut eliciatur à Reo permittitur Actori, ut poſitiones formet, & urgeat Reum ad reſpondendum, qui ſi detrectet reſpondere, habetur pro confeſſo. 473. 16.
Confeſſio ſpontanea etiam absque alio adminicolo nocet. 473. 1.
Confeſſionis factæ in judicio qualis ſit effectus. 456. 18.
Confirmatio eſt iuris priùs habiti, ſeu quæſiti per legitimum ſuperiorem facta corroboratio. 814 2.

Con

Confirmatio de eliquo contractu, transactione, privilegio, ſtatuto, vel alie diſpoſitione, aut ectu, elia fit in forma communi ordinaria; & alia in forma ſpeciali, & ex certa ſcientia, & quomodo hæ confirmetionum ſpecies differant? 815.6

Confirmatio ſi nullum contineat ſignum ſpecia'e, nec ſpecificum tenorem rei confirmatæ, cenſetur date in forma communi, & ordinaria. ib. 10

Confirmatio in forma ſpeciali, ſeu ex certa ſcientia tunc cenſetur haberi, quotiescunque ex reſcripto confirmationis cognoſcitur, Principem hebuiſſe ſufficienter rei confirmandæ cognitionem, neque ignorâſſe ejus defectum. 816. 12. Limitetor tamen id quadrupliciter. ib. 13. & ſeq.

Confirmatio ſuperioris facte de re litigioſa, ſeu ſuper qua lis mota eſt, cenſeri debet inutilis, ſeu nullius roboris. 816. 17

Confirmatio ſi ſit invalide, vel ſubreptitiè impetrata, vel de re litigioſa, de qoa nolla fuit facta mentio, Judex inferior non impeditur, qoin ulteriùs poſſit proeedere in eadem eeuſa, tem in cognoſcendo, quàm in judicando. 821. 2

Confirmatio in forma commoni per quid differet à confirmatione in forma ſpecifica. 822. 4

Confirmatio non tribuit aliquid de novo, nec ponit novum jus, ſed tantùm corroborat, quod jam factum eſt, & poſitum. ib. 5

Confirmatio facta ex certa ſcientia qoamvia non ſit ſubreptitie, nec poſſit Judex inferior de ipſa cognoſcere, nec de illius valore, id tamen non procedit de iis, quæ poſtea emergunt, & eb actu eonfirmato ſeparantur, quia de his poteſt Jodex inferior eognoſcere. 817. 18

Confirmatio facte à ſuperiore etiam enm clauſula *ex certa ſcientia* ſi ſubreptitia ſit, poteſt inferior de illa cognoſcere, & contra illam judicere. ib. 2

Confirmatio ſimpliciter facta in dubio intelligenda eſt data in forma communi, non in ſpeciali. 817. 4

Confirmatio, quam religioſus impetravit à Pepe ſuper Prioratu, ſi in litteris tecucrit, quod eſſet religioſus, nullum ſortitur valorem. 818. 7

Confitmatio, ut ſit in forma ſpecifica, non ſufficit, ſi eidem inſerta ſit cleuſule *ex certa ſcientia* nudè ſumpta, ſed ulteriùa requiritur tenor rei confirmatæ. 813. 10

Confirmatio cenſetur facta ex eerta ſcientia confirmantis, quoties eidem inſeritur tenor diſpoſitionis. 824. 16

Confirmatio in dubio cenſetur facta in forma communi. 828. 30

Confirmatio, quam religioſus impetravit à Pepa ſuper adminiſtratione temporeli invalida eſt, ſi reticuit, ſe eſſe regularem. 829. 32

Confirmationes emanantes à ſede Apoſtolica non poſſunt à Judice inferiore eognoſci, ſi ſint in forma ſpeciali, & ex eerta ſcientia. 817. 1

Confraternitates laicorum, ſi in ipſis exerceantur opera charitatis, & pietatis, & exercitia ſpiritualia, & ſint ibi bona aliqua deſtinata ad ſuſtentandos pauperes, juvandos infirmos, redimendos xsptivos, gaudent privilegio fori, quia accenſentur locis piis. 242. 26

Conſanguinei aſcendentes, & deſcendentes, ut etiam collaterales usque ad quartum gradum arcentur à teſtimonio ferendo. 510. 2

Conſanguinei non repelluntur à teſtificando in favorem alterius, ſi id non cedat in præjudicium tertii, ſed tantùm ed defenſionem, & probationem innocentiæ. 522. 20

Conſenſus internus in hæreſin, quomodo maniſeſtetur per ſigna externa, & quæ ſint hæc ſigne, ex quibus gravis ſuſpicio hæreſis oritur. 104. 3

Conſuetudo etiam immemorialis nullum obtinet valorem, ſi ſit contra Eccleſiaſticam libertetem, & contre ſtatuta Eccleſiæ. 38. 10

Conſuetudo poteſt ſupplere, ut Judex absque infamie procedat ad inquirendom. 187. 8

Conſuetudo, qoâ pertes litigantes non teneantur præſtare joramentum calumniæ introduci non poteſt. 333. 31

Conſuetudo differendi jurementum calumniæ usque ad finem litis non valet. ib. 32

Conſoetudo obligans ed præſtandum juramentum ſine neceſſitate, adverſatur juri naturæ, & divino proinde oullo unquam tempore præſcribi poteſt. 478. 5

Conſuetudo, per qoam introducitur, ut ad reum liberandum purgatio admittatur per negativam probationem non valet. 488. 4

Conſuetudo, quæ eccleſiis eſt damno, & nocumento nequit eſſe rationabilis, & legitima. 721. 9

Conſultor religioſus, ſi delinquat in officio S. Inqoiſitionis non eſt poniendus à Prælato ſui Ordinis, quia ratione officii conſultoris eximitur è ſuperiore ſuæ religionis, quoad ea, quæ pertinent ad ſanctum officium, & ſit ſubditus Inquiſitoris. 62. 12

Conſultor S. Officii quando fungitur munere Advocati non poteſt ſimul exercere officiom conſultoris, neque eius ſuffregium in tali cauſe deferre. 63. 13

Conſultores ſanctæ inquiſitionis debent eſſe viri prodentes Doctores in ſacra Theologie, vel jure canonico, probatæ vitæ, & Zeletores fidei, ut poſſint ſana conſilia dare, & Inquiſitores in rebus arduis juvare. 61. 1

Conſultores, Advocatos Fiſcalis, & Cancellarius S. Officii quamvis nominentur ab Inquiſitoribus, eliguntur tamen à Cardinalibus ſupremæ inquiſitionis. ibid. 2

Conſultores S. Officii vocati ab Inquiſitoribue tenentur comperere non ſolùm quando ferende eſt ſententia condemnatorie, verùm etiam abſolutoria. 61. 3

Conſultores S. Officii cùm primùm aſſumuntur, tenentur juramentum præſtare de ſervando ſecreto de rebus pertrectandis in congregatione, ut etiam de iis, quæ concernunt eauſes S. Officii ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, & à qua non poſſunt abſolvi, niſi à Cardinalibus ſupremis Inquiſitoribus. 62. 6

Conſultores S. Officii gaudent pluribos privilegiis, tum in cauſis criminalibus, tum civilibus. ib. 9

Conſultores S. Officii ſi ſint regulares eximuntur à ſuis ſuperioribus, in iis tentùm, quæ ſpectant ad S. Officium, nec poſſunt impediri, quin accedane ad congregationem. 62. 10

Conſultorum ſuffragia, an ſint decisiva, vel tantùm conſultiva? proceditur cum diſtinctione. 61. 4. & ſeq.

Conteſtes dicuntur, qui de eodem facto, loco, tem

pore, perſonis, & aliis circumſtantiis ad facti ſubſtantiam partinantibus deponunt. 540. 17

Contractus, & ultimæ voluntates per quid differant. 370. 10

Contrsctus bonæ fidei, & ſtricti juris quomodo differant? 412. 7

Contractus ſi calebretur ſub conditione, purificata conditiona retrotrahitur, & per fictionem juris cenſetur ab initio purè, & abſolutè initus. 592. 3

Contractus, conventa, & pacta quæ principaliter, & directà prohibentur, ac irritantur propter bonum commune, ac publicam utilitatem juramento non firmantur. 624. a

Contractua jure naturali irriti non confirmantur, nec fiunt validi per acceſſionem juramenti. ibid. 5

Conttactus metu initi jure civili, & canonico reprobantur, ac reſcinduntur, & ſecundùm jus civile omnino annollantur. 635. 51

Contractus jure civili invalidi, quomodo firmentur juramento ſecundùm jus canonicum. 656. 148

Contractus emphyteuſis quomodo diffarat à contractu locationis. 7·3. 9

Contrahantes ratione contractus, vel quaſi contractus ſortiuatur forum compatena in eo loco, in quo contrahunt. Excipitur tamen dos, quæ ſoluto matrimonio non exigitur in loco, ubi pacta dotalia confecta fuerunt, ſed in domicilio mariti. 225. 9

Contrahentea non ſolùm ratione contractûs nominati, vel innomiasti, ſad atiam rationa quaſi contractus ſortiuntur forum in loco, ubi contrahunt. 226. 12. non tamen forum ſortiuntur in loco, ubi ratificatur contractos, quia ratificatio in forma communi facta, nil innovat. ib. 12

Contrahantes ignorantes ram eſſa litigioſam non incurrunt pœnas injunctas contrahentibus ſuper re litigioſa, ſed contractus ab iisdem initus, nullius eſt valoris. 443. 19

Controverſia, ſi oriatur de ipſa fori compatentia, qualis ſit Judex adaundus. 259. 38

Contumacia in jura eſt inobedientia commiſſa arga Judicam, à quo litigator lagitimè vocatus comparere detrectat. 414. 1

Contumscia bipartitur in veram, & fictam, ſeu in interpretativam, & præſumptam. ibid.

Contumacia ficta, ſeu præſumpta, tunc habetur, quando non perſonalitar aitatur quis, eò quia non invaniatur, ſed per edictum affixum ad ejus domum, vel ad valvas Eccleſiæ, aut curiæ. 414. 2

Contumacia multipliciter potaſt committi. 415. 3

Contumacia dalinquantis tunc probat delictum, quando in contumaciam condemnatur tanquam delinquans. ib. 4

Contumacia unius non nocet alteri, cui delictum eſt communa. 415. 5

Contumacis Actoris aſt major illâ Rei, quia in poteſtata actoris fuit ab initio non agare. 416. 13

Contumax jure canonico non eſt puniendus, ſi poſt decretum primæ miſſionis comparens cautionem offarat de parendo juri. 415. 6

Contumax eſſe poteſt non ſolùm Reus, ſed atiam actor. ib. 7

Converſatio in adoleſcentia quomodo dicatur pr[...] ſumptionem facera in ſenectute. 603. [...]

Corpora Sanctorum cùm fuerint templa animaru[m] Sanctarum, ſintque donanda æterna beatitate, d[...] gaa ſunt veneratione, & ut ab hominibus in h[o]nore habeantur. 121. 3

Corpus ſejunctum, & loco diſſitum ab imaginan[te] non potaſt naturaliter immutari per imaginati[o]nam, vel aliam potantiam in imaginanta, mediar[...]tibus radiis è corpore imaginantis ſolo animi in[m]perio emiſſia. 163. 2

Craatura tripliciter poteſt in teſtam adduci. 61[...]

Credens hæretico quomodo diſtinguatur ab hære[...]tico, & quid requiratur, ut dicatur quis creder[...] hæretico. 104. [...]

Credentes hæreticis qui dicantur, & quas pœnas in[...]currant? 103. [...]

Credentes hæreticis propriè ſunt, qui eorum erro[...]ribus aſſantiuntur. 104. [...]

Credentes hæreticia hi atiam dicuntur, qui tamet[...] profitaantur, ſe non credere, quæ hæretici cr[e]dunt axplicitè, verbis tamen, & factis illis adha[e]rent, quatenus aos viſitant, reverentiam ſuo ma[...]re iisdem exhibent, eorum conciones andiun[t] libros ratinent, ac lagunt, & quæ ad eorum r[...]tum pertinent, agunt, 105. [...]

Creditor, cui jaraca uſuræ promiſſio facta eſt, obl[i]gatur ex juſtitia ad remittendum juramentum 625. [...]

Crimen quandò objicitur teſti per modum exceptio[...]nis regulariter non agitur ad hoc ut teſtis de ill[o] puniatur, ſad tantùm ut illi non cradatu[r] 670. [...]

Crimina mixti fori, & de quibus poteſt utarque Judex Eccleſiaſticus, & ſæcularis cognoſcere, plur[a] ſunt. 13. at. recenſentur plura crimina mixti fori. ibid. 22. & ſeq

Crimina alia dicantur merè eccleſiaſtica; alia mer[è] ſæcularia, alia mixti, ſan communis fori, illa pertinent ad ſolum Judicem Eccleſiaſticum, ut ſæcularia ad ſæcularem: quæ verò ſunt mixti fo[ri] poſſunt cognoſci, & jodicari ab utroque Judic[e] Eccleſiaſtico, & ſæculari, & datur locus præventioni. 885. 1[...]

Crimina, ob quæ Clerici degradantur, ſunt falſiti[...] litterarum Apoſtolicarum, crimen hæreſis, & conſpirationis ob inſidias ſtructas proprio Epiſcopo, & hi tres caſus axprimuntur in jure communi canonico. In aliis verò criminibus quamvi[s] atrociſſimis Clericus interdum tantùm deponitur, non actualiter degradatur. 195. 1[...]

Criminoſi poſt emendationem in cauſis civilibu[s] arceantur à teſtimonio ferendo, non ita in cauſi[s] criminalibus, 518. 1.

Criminoſus qui poſt patratum delictum ea intantio[...]ne aſſompſit habitum clericalem, ut ſe ſubtraha[...]ret à ſæculari poteſtate, an gaudeat privilegi[o] fori, ut non poſſit puniri à Judice laico. 244. 9 & quid ſi abſque fraude, & ſine intentione evadendi brachium ſæculare poſt patratum crime[n] fiat religioſus. 245. 1[...]

Criminoſus quomodo dignoſci poſſit, quod pe[r] fraudem promovaatur ad ordines Eccleſiaſticos 245. 1[...]

Criminoſus ſi poſt commiſſum delictum non præ[...]

ventus per citationem, nec quoad capturam à Magiſtratu ſæculari ſuſcepit ſtatum clericalem, non poteſt ampliùs ab illo puniri. ib. 14

Cultu privato poteſt honorari vir pius, qui deceſſit cum opinione ſanctitatis, & verè creditur eſſe in cœlis æterna beatitate donatus. 124. 2. & ſeq.

Cultus indebitus poteſt dupliciter exhiberi Deo, & hujusmodi cultus eſt ſemper lethalis culpa. 116. 4. & ſeq.

Cultus Dei ſuperſtitioſus, non falſus, ſed ſuperfluus ſecluſo contemptu Eccleſiaſticæ diſciplinæ, qualis ſit culpa. 117. 8.

Cultus religioſus debitus Sanctorum Reliquiis, unde ſuam trahat originem. 121. 31

Cultus an exhiberi poſſit defunctis, qui cum opinione ſanctitatis deceſſerunt. 123. 1

Cultus publicus, & privatus per quid differant. 123. 1

Cultus idolorum quomodo potuerit procedere ex opinione divinitatis exiſtentis in ipſis ſimulacris manu factis. 130. 12

Curia Romana eſt audientia Papæ, ad quem ex toto terrarum orbe deferuntur causæ, vel per appellationem devolvuntur, vel per recurſum, & hæc curia dicitur ibi eſſe, ubi Papa reſidet cum ſuis officialibus: non ſi aliò eat, citò rediturus. 15. 8 Hujus Romanæ curiæ tribunalia tria ſunt, quorum unum eſt Auditoris cameræ, cujus decem ſunt Notarii. Alterum Auditorum Rotæ, quorum Notarii ſunt octo ſupra quadraginta. Et tertium eſt Judicum Commiſſariorum, quorum unus eſt Notarius, qui & Archiviſta dicitur, & in hiſce tribunalibus ſoli curſores citant. 16. 8. ſunt etiam alia inferiora tribunalia. ibid.

Curia Romana quænam ſit, & an in ipſa neceſſaria ſit oblatio libelli ad judicium inchoandum. 287. 10

Cuſtodes carcerum S. Officii debent eſſe viri diſcreti, induſtrioſi, & fideles, tenentúrque juramentum præmittere, ſe fideliter ſuum obituros officium, nec permiſſuros aliquem loqui cum captivis ſecretò. 70. 12

Cuſtos carceris S. Officii, ſi ſinat ſe pecuniâ corrumpi, tunc delictum eſt gravius, meretúrque pœnam graviorem. 71. 14

Cuſtos carceris S. Officii excuſatur, ſi Reus fracto muro carceris aufugit, ut etiam quando Rei conſanguinei, vel amici talem adhibuerunt violentiam, ut cuſtos non potuerit illis reſiſtere. ibid. 16

D.

Damnatis ad ſolvendum actione perſonali conceditur quadrimeſtre tempus. 727. 8.

Damnatus ad pœnam pecuniariam ob patratum flagitium, ſi dubitet de valore ſententiæ contra ſe latæ, poteſt appellare. 785. 12

Debitor licèt teneatur reſpondere in loco contractus, ſi ibi deprehendatur, poteſt tamen actor eum convenire in loco domicilii, vel contractus, prout ipſi magis libuerit. 226. 10

Debitum pœnæ, ſi adſit bona fides præſcribentis poteſt præſcribi, quamvis contractum ſit ob patratum delictum. 712. 71. Verùm ad id aliquot requiruntur conditiones, quæ ſubjiciuntur, & explicantur. ib. 72

Debitum, qui ſponte confitentur, habentur ut convicti. 727. 8

Decretum ſecundum Judicis in ordine ad mittendum actorem in poſſeſſionem bonorum rei cuſtodiæ causâ poteſt interponi ad arbitrium Judicis. 432 20

Defendens hæreticum extra cauſam hæreſis, ut ne à graſſatoribus ſpolietur, ne ab injuſtis aggreſſoribus occidatur, non incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ, nec alias pœnas in jure ſtatutas. 110. 5

Defendens hæreticum in cauſa hæreſis incurrit infamiam, & privatur omnibus officiis publicis, reditórque inhabilis, imò etiam in perpetuum relegatur, & ejus bona publicantur ex conſtitutione Federici Imperatoris. ib. 6

Defendentes hæreticos in cauſa hæreſis fiunt inhabiles ad teſtimonium ferendum, nec poſſunt ex teſtamento, vel ab inteſtato ullam recipere hæreditatem, imò eorum bona ſunt etiam ipſo jure confiſcata. 110. 7

Defenſio non competit Reo, ſi delictum ſit notorium, nec poteſt tunc Reus opponere exceptionem ſpoliationis. 399. 35

Defenſor hæreticorum dicitur, qui verbis, vel ſcriptis eos laudat, commendat, & impedit, ne ab aliis impugnentur. 110. 3

Defenſor emptoris nomine evictionis non poteſt allegare privilegium ſui Judicis, ſive ſit ejusdem, ſive diverſi fori. 233. 4

Defenſores hæreticorum dicuntur, qui viribus, armis, potentia, authoritate, dolo, vel fraude eos defendunt, ne incidant in manus Inquiſitorum. 109. 1

Defenſores hæreticorum ſunt in duplici differentia, alii defendunt errores, qui propterea ſunt manifeſti hæretici, imò hæreticis deteriores, cùm non ſolum pertinaciter errent, verùm etiam offendicula errandi aliis parent. Alii qui perſonas defendunt hæreticorum, quatenus viribus, armis, potentia, dolo, vel fraude impediunt, ne hæretici in manus incidant Inquiſitorum, & ne ob cauſas hæreſis puniantur, accuſentur, denuntientur. 110. 4

Defunctorum ultimæ diſpoſitiones in ſumma apud Romanos fuerunt veneratione, & ut tutiùs conſervarentur, ac fideliùs demandarentur executioni, moris fuit, ut tabulæ teſtamentorum deponerentur in æde ſacra, & ipſis Præfectis ejusdem ædis ſacræ concrederentur. 24. 1

Delegato ordinariè intelliguntur omnia commiſſa, ſine quibus cauſa expediri non poteſt. 213. 65

Delegatus vices gerit delegantis in cauſa ſibi ſpeciatim demandata. 50. 8

Delegatus utitur authoritate delegantis, & non judicat ut perſona propria, ſed ut vices gerit delegantis. 176. 28

Delicta aliqua ſunt ita enormia, & noxia, ut quamvis patrata ſint à clericis, ſi aliud non obſtet, relinquuntur Magiſtratui laico. 1a. 15

Delicta occulta quomodo probari poſſint per teſtes. 556. 87

Delinquens, ſi deprehendatur in loco delicti, poteſt pro qualitate delicti puniri à Judice ejusdem loci. 126 14

Delinquens ſortitur forum in loco delicti, ſive hoc publi-

Digitized by Google

publicum ſit, ſive privatum, ordinerium, ſive extraordinarium, ſive dalinquens ſit perſone in dignitate conſtituta, ſive non. 227. 17
Denuntians non obligetur in denuntiatione ad ſe ſubſcribendum, nec ad pœnam talionis ſubeundam, ſed ſatis eſt, ſi deferat in ſcriptis ſuem denuntiationem, quam narret coram Notario, à quo ſcribetur. 193. 8
Denunciara judicialiter hæreticum occultum, an tencatur quis, ſi ſperet per correctionem fraternem emendatum iri, vel putet jam emendetum. 85. 1
Denuntiatio judicialis hæreſis prodeſt denuntiato, qui ob timorem, ne denuntietur non audet hæreſin aliis communicare, val ſi in illam lapſua eſt ſe corrigit, ac reſipuſcit, ſéqoe in officio continet. Prodeſt etiam aliis, quia iſti non tam fecilè inficiuntur hæreſi. 84. 14
Denuntiatio judicialis multipliciter differt à charitativa. 85. 18
Denuntiatio judicialis quomodo fieri debeat, ibid. 20
Denuntiatio Evangelica, & judicialis per quid differant? 87. 31
Denuntiatio hæretici ordinatur ed bonum commune, & ſpirituale; & ſervare ſecretum, ſub quo aliquid manifeſtatur elteri, ordinatur tantùm ad bonum privatum; & remporale; & boonm commune, ec ſpirituale eſt præſerendum bono privato, & temporali. 94. 6
Denuntiatio judicialis eſt manifeſtetio delicti facta ſuperiori, vel Judici, ut ſuo fungatur munere, idque ad damnum aliquod corrigendum, vel impediendum, qua ratione differt ab accuſatione ſcilicet defectu ſolemnitatis. 192. 1
Denuntiatio eſt quadruplex Evangelica, canonica, regularis, & judicielis. Eſt denuntiatio Evangelica, quæ fuit introducta per Evangelit, ut etiam canonica, quæ per ſacroa canones. ib. 2
Denuntiatio judicialis eſt, qua Judex procedit contra malefactorem, ut crimina pœnâ publica puniantur, vel quâ procedit Judex, ut perſonæ privatæ detur congrua ſatisfactio. 192. 2
Denuntiatio alia etiam dicitur charitativa, cujus cauſa efficiens eſt commiſeratio erga proximum, ut à malo præſervatur; & alia judicialis, quæ definitur criminis alicujus apud Judicem ſine inſcriptione facte delatio ad pœnitentiem agendam, vel aliam legitimam pœnam iejungendam. ib. 3
Denuntiatio bipartitur in publicam, & privatam. 192. 4
Denuntiatio extrajudicialis ordinerie non interrumpit præſcriptionem. 701. 1
Denuntietioni judiciali an præmittenda ſit charitativa, ſi ſpes effulgeat, ut ſit profutura. 86. 3. & an hæc charitativa denuntiatio ſit etiam præmittenda circa illa crimine, quæ ſapiunt hæreſin formalem. ib. 3. & ſeq.
Denuntiationi non adminiculatæ ſi acceſſerit alia denuntiatio ſocii criminis habetur ſufficiens indicium, ut procedatur ad ulteriorem inquiſitionem. 462. 44
Denuntiator quamvis de jure tenactur probara denuntietionem, ex conſuetudina tamen inolita contrerium ſervatur. 83. 5
Depoſitio Clerici facta corum Judice laito eſt illicita, & irrita. 171. 9
Deus ut ſupremus, ac Diſpoticus Dominus ex eo, quòd conceſſit in uſum hominum omnia creata ſenſibilia, conceſſit etiam accleſiis, locis piis, & perſonis eccleſiaſticis poſſe poſſidere bona immobilia, quia ab hac liberali Numinis conceſſione non excipiuntur Eccleſiæ, nec loca pia, nec perſonæ eccleſiaſticæ: quinimò potiori jure hujuſmodi conceſſio ſit perſonis eccleſiaſticis, quæ ſpecialiùs pertinent ad divinum cultum. 16. 7
Dies Feſti qoando incipiant, & deſinant in ordine ad prætermittenda opera ſervilia. 355. 27. & duo conſiderantur in cultu ſaſtorum. ib. 28
Diffamatio debet eſſa publica, gravis, & vehemens, ut inducat purgationem. 103. 46
Diffamatus ab alio poteſt implorare officium Judicis, ut diffamanti certum terminum præfigat, intra quem contre diffamatum ſuam cauſam deducat. 227. 18
Dignitas, ratione cujus præſtatur juramentum ſemper eſt aedem, & obligatio tranſit ad ſucceſſores. 633. 43
Dilatio eſt conceſſio, ſeu indultum temporis, intra quod aliquid agi poreſt, ſeu eſt juſtum temporis intervallum, quod ad aliquem actum jodicialem commodiùs expediendum actori, vel Reo conceditur, & partitur in legelem, conventionalem, & judicialem. 335. 2
Dilatio ultra quartem nòn conreditur, ne lites in infinitum procedent, & ceuſe plus æquò protrahatur. 336. 13
Dilatio citatoria cum termino peremptorio, ſi ſit nimia brevis, ut citatua non poſſit commodè comperère coram Judice, poteſt à tali ſententia appellari. 337. 4
Dilatio nova deliberatoris non eſt danda Reo, ſi ex reſcripto tranſmiſſo plenè inſtrui poſſit, & citatio dilatoria non ſit nimis brevis. 338. 12
Dilatio deliberetoria ob ſolam ambiguitatem verbi poſiti in libello, & ejus declarationam, non eſt Reo concedenda. 341. 24
Dilationes quid ſint, & quomodo concedendæ. 335. 1
Dilationes citatoriæ ex ſua natura non ſunt peremptoriæ, ſed unâ dilatione conceſſâ eſt iterum alia concedenda, & demum tertia, quæ eſt peremptoria. ib. 7
Dilationea daliberatoriæ ſunt, quæ dantur Reo, ut viſo libello actoris ſecum poſſit deliberare, an velit litigare, vel cedere. 336. 8
Dilationes, quæ conceduntur poſt conteſtatam litem uſque ed ſententiam definitivam excluſivè ſunt probatoriæ, & ellagatoriæ. ib. 11.
Dilationaa probatoriæ ſemel tantùm conceduntur, & ex hoc capite dicuntur peremptoriæ. 336 12
Diletiones probatoriæ non conceduntur à Judice niſi ad inſtantiam partis litigantis, & dantur mediante prævia cognitione cauſæ, an probatio relevet probantem. ib. 14
Dilationes, quæ poſt ſententiam definitivam conceduntur, dicuntur definitoriæ, & executoriæ, illæ dentur ad cauſam definiendam, & ſunt peremptoriæ, ſi cum termino peremptorio præfigantur. Executoriæ dantur condemnato per ſententiam ad ſatisfaciendum intra quatuor menſes. 337. 15

Dilationea ſerè omnea non ſunt ex natura ſua peremptoriæ, probatoriæ verò utplurimum ſunt peremptoriæ. ib. 16

Dilationes ita ſunt concedendæ, ut intra eas poſſit quis coſſodè adimplere id, ad quod citatur. 337. 1

Dilationes citatoriæ ſufficientes ad commodè comparendum concedendæ ſunt, ubi da rebus eccleſiaſticis agitur. ibid.

Dilationes citatoriæ ex natura ſua non ſunt peremptoriæ, & unâ conceſſâ, poſſunt aliæ concedi. 337. 3

Dilationes non dicuntur arbitrariæ, eò quia arbitrio Judicis relictum ſit, eas concedere, vel non: ſed quatenns pro varietate cauſarum, & earundem circumſtantiis, ſpectatâ etiam qualitate perſonarum, locique circumſtantiâ debet Judex eas concedere. 338. 6

Dilationes in cauſis debent talea eſſe, ut in ipſis amputetur omnis ſuperfluitas. 338. 10

Diſpoſitio quævis ſemper recipit reſtrictionem de habilitate. 8:5. 17

Diſtinctio inter recredentiam, & plenum poſſeſſorium quomodo invaluerit; & hodie ſit in uſu in materiis præſertim beneficialibus, in quibus poſſeſſio nequit eſſe juſta ſine titulo canonico. 33. 8

Divinatio, quæ eſt tertia ſuperſtitionis ſpecies, quædam eſt divinitatis æmulatio quatenus æmulatur Prophetiam, per quam futura, & occulta ope dœmonis quærit ſibi manifeſtari. 137. 1

Divinatio dicitur quaſi divina notio, ſeu participatio quædam illius cognitionis rerum futurarum, ſeu occultarum, quæ divinitatis eſt propria. ib.

Divinatio ſuperſtitioſa eſt prænuntiatio futurorum contingentium indèbito modo. 137. 3

Divinatio, quæ fit per pactum implicitum cum dœmone non diſtinguitur ſpecificè ab ea, quæ fit per pactum expreſſum. 139. 7

Divinatio per aſtra, & alia ſigna, illicita eſt, & ſuperſtitioſa, ſi circa actus liberos hominis verſetur. 142. 1. & ſeq.

Divinatio non ſolùm ex aſtris erui ſolet, ſed etiam ex aliis ſignis, ut ex motu, volatu, garritu, vocibùsque avium, & animalium. 148. 30

Divinatio per ſomnia, & omen, quomodo ſit ſuperſtitioſa. 149. 1

Divinatio per omen eſt prænuntiatio futuri eventus proſperi, vel adverſi, & deſumitur ex hominis motu, vel verbis præter intentionem prolatis, quæ divinatio eſt etiam ſuperſtioſa. 150. 13

Divinatio per rotam, quæ dicitur Bedæ, quænam ſit, & qualem habuerit authorem. 152. 5

Divinatio nequit ſe extendere ultra id, ad quod pertingere poteſt ordo naturalis, & connexio effectuum cum ſuis cauſis. 153. 10

Divinatio per ſortes quænam ſit, & an licita? 154. 1

Divinationes, quæ deſumuntur ex elementorum qualitatibus, figuris, & motibus ſunt ſuperſtitioſæ, & eas exercentes lethaliter peccant. 153. 7

Divinationes, quæ fiunt per hydromantiam, aëromantiam, & pyromantiam ſunt ſuperſtitioſæ, ſapiùntque hæreſin, ſi ex iis futura contingentia, quæ pendent ex libera hominum voluntate prænuncientur, quia id non contingit ſine pacto explicito, vel implicito dœmonis. ibid. 8

Divinationis deformitas ſita eſt in axecutione medii, quod adhibetur in ordine ad futura contingentia prænoſcenda. 138. 4. debet tamen hoc medium inquiri, & poſtulari à Dœmone, quia ſi inquireretur à Deo, non eſſet ſuperſtitio damnata. ibid. 5

Divinationis ſuperſtitioſæ malitia conſiſtit in petitione rerum per ſe occultarum à Dœmone. 140. 12

Dœmon non ſolùm verbis, ſed etiam factis poteſt expreſſè invocari, ut ſi quis ſciens dœmonem per aliqua ſigna invocari, & occulta manifeſtare, ponat hujuſmodi ſigna, ut ſibi à dœmone occultum aliquid manifeſtetur. 138. 6

Dœmon tunc tacitè invocatur, cùm quis utitur mediis ad res occultas cognoſcendas, quæque nullam habent virtutem eas manifeſtandi, ut cùm quis vult divinare per taxillos, vel chartas, vel per id, quod primò ei occurrerit, vel ex obſervatione numerorum, aut ex figuris, aliiſque id genus. ib. 6

Dœmon poteſt homines decipere loquendo per alia animalia vera, & viva, vel etiam tantùm apparentia, ſicut locutus fuit Evæ in forma ſerpentis, ſive ille fuerit verus ſerpens, vel non. 139. 9. Imò poteſt hæc illuſio fieri ſine reali ſono, ſed per ſolam exhibitionem alicujus ſigni ſenſibilis, quod debet habere connexionem cum effectu ex impoſitione facta ab ipſo dœmone, & homini manifeſtata, vel ab ipſo homine deſignata, & à Dœmone acceptata. ib. 10

Dœmon ſatagit, ut quæ prædixit, contingant, ut homines inde faciliùs alliciantur ad ſimilia ab ipſo petenda. 146. 22

Dœmones invocari multipliciter poſſunt præſertim imperativè, & deprecativè. 141. 19

Dœmones etiam ob bonum finem non poſſunt licitè invocari. ib. 22

Dœmones expreſsè invocati ſolent futura multipliciter prædicere præſertim per fictas apparitiones. 142. 23

Dœmones delectantur ſignis non per ſe ſpectatis, ſed prout iiſdem honorantur, & ab eorundem pendent inſtituto. 164. 4

Dœmones poſſunt procellas ciere, ventos excitare, grandines, & tonitrua cauſare, terram quatere; ac variis modis Deo permittente homines lædere. Poſſunt ſegetes, arbores, Saxa ex uno in alium locum transferre. Corpora hominum, & animalium transformare; non tamen figuram intrinſecè mutando, ſed aliam ex vaporibus intrinſecùs fingendo, poſſunt morbos immittere, qui nulla arte medica curentur, occultos theſauros eruere, actus matrimoniales impedire. 166. 14

Dœmoni, qui credit, ſupponit eum non eſſe malum, nec fallacem, quod eſt contra fidem. 142. 24

Doli exceptio ex Prætoris æquitate competit decepto contra doloſum petitorem ad reſcindendum contractum dolo initum. 411. 3

Doli cauſa non debet præſumi, quando nulla cauſa doli veriſimiliter poteſt intelligi. 412. 8

Doli probatio debet eſſe clara, & non ſufficit præſumptiva. ibid.

Doloſus dicitur, qui nimia ſolicitudine filiam ſeduxit, vel alium ad ſibi remittendum jus ſuum,

vel ad tranſigendum cum læſione alterius in ſuum proprium commodum. 414. 18

Dolum intentans, ſi illum non probet, debet ſuccumbere. 412. 9

Dolus eſt calliditas ad decipiendum alium, & verſari poteſt, vel circa ſubſtantiam rei, vel circa accidentia ejusdem. 411. 1

Dolus, qui verſatur circa accidentia rei dupliciter poteſt in contractu contingere, nimirum ut det cauſam contractui, & ut incidat duntaxat in contractum. ibid. 2

Dolus ſi tantùm incidat in contractum, eum non irritat, neque per exceptionem doli reſcinditur, cùm tunc dolus non tollat conſenſum circa ſubſtantiam contractûs. 413. 4

Dolus ſi tantùm verſetur circa qualitates contractûs non irritat ipſo jure contractum, quamvis per exceptionem doli poſſit reſcindi. ib. 5

Dolus, qui verſatur circa accidentales circumſtantias contractûs, non tollit conſenſum in ſubſtantiam ipſius contractus. 411. 6

Dolus in dubiis non præſumitur, imò neque in verbis, quæ poſſunt importare dolum, quia ſemper debent interpretari in bonam partem. 412. 8

Dolus præſumitur in eo, qui facit id, quod ſcit, & ſcire debet, ſe facere non debere. ib. 10

Domeſtici propriè qui dicantur, & an arceantur à teſtimonio ferendo. 510. 6

Domeſtici familiares, & amici tripliciter ſumi poſſunt, & ao poſſint aſſumi in teſtes. 522. 21

Donatio prodiga, ex qua parte excedit moralem facultatem donatoris eſt vitioſa, non ita ex qua parte ſupponitur legitimè acceptata à donatario non inquireote, an donatio excadat motalem facultatem donatoris. 641. 80

Donatio eſt tacita bonorum renuntiatio, quæ juramento firmatur juxta textum in *c. quamvis de pact. in 6.* 658. 153

Dubia voluntaria ſunt, quæ ſæpe juxta voluntatem ſurgunt circa myſteria fidei ſufficienter propoſita dubitanti. 79. 11

Dubitans voluntariè, & deliberatè, ac peccaminosè de rebus fidei ſufficienter propoſitis eſt ſemper hæreticus. 79. 11

Dubitans de fide eſt hæreticus non negativè, & præciſivè, ſed poſitivè, & deliberatè, & cum pertinacia formando judicium, quòd fides non ſit omaino certa. 80. 18

Dubitans de rebus fidei *ut quo*, ſeu negativè quomodo excuſetur ab hæreſi, non ita qui dubitat *ut quod.* 81. 19. & ſeq.

Dubitans de re, quam poſſidet, ſitne ſua, an non? an poſſit eam præſcribere. 691. 5

Dubitans num juſtè rem aliquam poſſideat, an poſſit eam præſcribere. 710. 37

Dubitare quis dicitur deliberatè, ac peccaminosè da rebus fidei, quando judicat, res fidei non eſſe dignas, ut iisdem certè, & infallibiliter credatur. 79. 13. ſi quis tamen parpendat rationes utriusque partis in materia fidei, & nullum judicium format, ſed quodammodo pendeat, is non dicitur, dubitare de rebus fidei, ſed tantùm ſuſpendere actum circa articulos fidei. 80. 14

Dubitare propriè dicitur is de rebus fidei, qui putat, motiva ab Eccleſia propoſita ad credendũ non eſſe ſufficientia: & qui ſuſpendit actum fidei, non ideo illum ſuſpendit, quià putat, motiva, quæ ab Eccleſia proponuntur ad credendum non eſſe ſufficientia, ſed quia vult intellectum occupare in conſideratione aliarum rerum: & hoc pacto ſuſpendere actum fidei, propriè non eſt dubitare. 80. 15

Dubium eſt duplex, unum ſpeculativum, & aliud practicum, illud verſatur circa theſin; eò quia ſit dubium genericum: practicum verò circa hypotheſin, eò quia ſit de re in particulari. 695. 17

E.

Eccleſia quamvis per ſe ſemper utatur pœnis ſpiritualibus, per accideos tamen, & ex pura neceſſitate ad frangendam contumaciam reorum utitur nonnunquam carcere, & pœnâ corporis, quando hæc cenſetur eſſe medium ſufficiens ad finem ſpiritualem. 10. 6

Eccleſia non ſolùm in cauſis eccleſiaſticis, verùm etiam in civilibus ſuam exercet jurisdictionem. 14. 1

Eccleſia nonniſi rariſſimè immediatè per ſe ipſam proponit myſteria credenda, ſed tantùm mediatè, ſeu mediis Epiſcopis, & Doctoribus. 79. 9

Eccleſia eſt regula veritatis, & non eſt obnoxia errori. 79. 10

Eccleſia non punit delicta infidelium, qui nunquam fuerunt baptizati, quia eſt actus jurisdictionis, ac juſtitiæ vindicativæ, & infideles non ſubjiciuntur Eccleſiæ. 136. 22

Eccleſia poteſt Judæos indirectè privare communione, & commercio fidelium quatenus poteſt prohibere, ne Chriſtiani tractent cum Judæis. 521. 11

Eccleſia quomodo irritaverit matrimonium clandeſtinũ, ut indirectè non eſſet Sacramentũ. 661. 172

Eccleſia intra diœceſin ſita per viam præſcriptionis poteſt ſe eximere à juriſdictione Epiſcopi; adeò ut fiat immediatè ſubjecta ſedi Apoſtolicæ Romanæ. 690. 14

Eccleſia pro tempore præterito utitur jure privati, & pro tempore ſequenti utitur jure ſuo, ac privilegio. 699. 9

Eccleſia ſita intra diœceſin poteſt per viam præſcriptionis ſe eximere à jurisdictione Epiſcopi, ut immediatè ſubjiciatur ſedi Apoſtolicæ, quia tunc agitur principaliter de jura ſummi Pontificis. 705. 16

Eccleſiaſtici, an cum quis defectu probationis læditur, vel ſuam rem amittit, poſſint juramentum deponere? 647. 108

Eccleſiaſtici in tribus præſertim caſibus prohibentur jurare abſque licentia ſui ſuperioris. 648. 109

Effectus naturales per ſe provenientes ex cœleſtibus influentiis, ex ortu, occaſu, & concurſu planetarum conjectare, per ſe non eſt malum, neque prohibitum. 144. 10

Effectus dependentes à libera hominum voluntate non poſſunt ex aſtris conjectari. 144. 13

Effectus caſuales non poſſunt ex aſtris certè prædici, adeò ut aſtrologia judiciaria prænuntians ea, quæ pendent ex libero hominis arbitrio, ſit ſuperſtitioſa, per ſe mala, & omni jure prohibita. 145. 16

Effectus reconventionis plures ſunt, & explicantur. 305. 46

Effectus emanantes ex regula, quòd lite pendente nihil inoovari debeat, plures ſunt, & explicantur. 435. 4. & ſeq.

Effectus principalis confeſſionis factæ in judicio qualis ſit. 456. 18

Effectus

Effectus præcipuus probatioois eſt, ut Judex ſecuo-dùm allegata, & ptobata ſententiam ſerat. 485. 9

Effectus contingens præter intentiooem agentis ni-hil operatur. 594. 10

Effectus præſumptionis juris aſt tejicare oous pro-bandi in advetſarium, dooec conſtat de oppo-ſito. 596. 17

Effectus ptæſumptionis juris de jura eſt impedira appellationem, quia is contra quem ſtat hæc præ-ſumptio habatur pro convicto, & coofeſſo. 596. 18

Effectus præcipous juramenti promiſſorii eſt iodu-cere obligationem ad ſui obſervationam, dum-modo juramentum vera, ſeria, & abſoluta inten-tiona emiſſum ſuerit, & adſiot requiſita ad ejus validitatem. 621. 19

Effectus præſcriptionis aſt acquiſitio dominii io re poſſeſſa. 687. 9

Effectus ſentantiæ deſinitivæ poſtquam tranſivit io ram judicatam, eſt conferre victoti actionem io eondemnatum, ut præſtet id, in quo damnatus aſt, & ſatisfaciat ſenteotiæ. 725. 6

Effectus appellationis eſt, ut illâ pendeote nihil ſit innovandum, nihil attentandum, & ut innovatum revocetut. 780. 11. & id procedit io appella-tione extrajudiciali. 781. 13

Electio ad beoeficium Eccleſiaſticum ſacta per ſortes diviſorias an irrita ſit, val irritanda? 157. 20

Elactio in debitis ex contractu alternativis, ſeu io-determinatis, cujusnam ſit. 370. 9

Elacto litigante cum alio, ſi hic decedat, vel renun-tiat, aut excludatur à proſecutione cauſæ, ſi lite pendenta facta fuerit alia alectio hæc oou tenat. 44·. 9

Emphyteuſis Eccleſiaſtica eſt conttactus, quo rea immobilis altari traditur quoad dominium utile retento dominio directo cum obligatione ſolven-di penſionem proprietario, ſeu habenti domini-um directum; idque vel in perpetuum, vel ad unius, aut plurium vitam, vel ad certum tempus, quod non ſit minus decennio. 703. 9

Emphyteuſis Eccleſiaſtica præſcribitur ſpatio de-cem annorum intar præſentes, & viginti inter ab-ſentes. ibid.

Emphyteuta, val colonus, qui alieno nomine ſun-dum poſſidet, ptopriè non eenſetur poſſidere, quia tantùm dicitur poſſidere nomine principalis, ad quem pertinet fundus. 400. 39

Emptor booæ fidai potaſt rem furto ſublatam præ-ſcribere. 689. 8

Enſalmatores qui dicantur, & ao eorum modus ma-dendi voloera ſit ſuperſtitioſus. 161. 17. & ſeq.

Enſalmatores geoeratim nec damnandi ſunt unive-ſaliter, nec approbandi. 162. 14

Epiſcopi ſub initiis Eccleſiæ non ut Judices, ſed ut arbitri cauſas ad ſe delatas ſuſcipiebant, quas diri-merant. 15. 6

Epiſcopi in Eccleſia ſunt Judices conſtituti, ad quoa pertinet cognoſcere, & judicare de cauſis ctimi-nalibus Clericorum. 39. 1

Epiſcopi de jure communi non ſolùm procedunt contra ſuſpectos de hæreſi, vetùm etiam contra ipſos hæraticos, cumulativè tamen cum Inquiſi-toribus. 49. 7

Epiſcopi authotitas quoad cognoſcaodum de cri-mine hæraſis, an major ſit authoritate Ioquiſito-ris. 50. 8

Epiſcopi deſignati à ſacra congregatiooe pro ſuſcipi-endis informationibus, & conficiendis procaſſi-bus, quomodo debeant ſe gerere. 126. 22

Epiſcopis ob revarentiam Ordinis, & ſtatus Epiſco-palis remittitur juramentum da vetitate dicenda, ſi aſſumantur in teſtes. 535. 4

Epiſcoporum authoritas in decidendis cauſis civili-bus tam laicotum, quàm Cleticorum olim am-pliſſima fuit. 17. 15. & ſeq.

Epiſcoporum cauſæ crimininales quomodo olim examinatentut, & termioareotur à ſynodis Pro-vincialibus. 39. 2. & ſeq.

Epiſcoporum cauſæ hodie tractantur Romæ in Con-gregatione ad id ſpacialitet conſtituta, ut in ipſa cognoſcatut ſupet cauſis Epiſcoporum, & Re-gularium. 40. 5

Epiſcopus licèt ſupariorem non habeat in propria ſua diœceſi, habet tamen ſuperiorem in Provin-cia, in qua ejus diœceſis continetur, nimirum Ar-chiepiſcopum, & Concilium provinciale, cui ſub-jicitur, & à quo judicari debet, & habet etiam ſu-periorem Papam, cui Prælati omnes inferiores ſubjiciuntur. 41. 8

Epiſcopus in propria cauſa non poteſt ſibi jus dicere, quia Judex debet eſſe medius, & diremptor inter partes litigantes, actorem ſcilicet, & Reum. 42. 11. Excipitur tamen niſi injuria Judici illata eſſet ita nototia, ot nullo modo negari poſſet. ib 12

Epiſcopus, & alius Prælatus inferior quamvis poſ-ſit cognoſcete, & judicara in cauſa ſuæ Eccleſiæ; non tamen in cauſa ſuæ petſonæ, adeò ut ſi inju-ria illata ſit directè, & principalitet Epiſcopo, non poſſit hic in ea eſſe Judex, nec punire Reum. 42. 13. Imò id etiam procedit, ſi cauſa Eccleſiæ directè, & principaliter reſpiciat menſam Epiſco-pi, quia tunc cenſetur etiam jus dicere in cauſa propria, cùm agatur de proprio emolumento, vel damno. ib. 50

Epiſcopus ſi cootra ipſum oon excipiatur, poteſt in cauſa ſuæ Eccleſiæ eſſe Judex, quamvis ſententia adhuc per exceptionem poſſit elidi. 41. 14

Epiſcopus ſi prætextu S. Officii pacuniam extor-queat, peccat, ſed non incurrit cenſuras latas coo-tra Inquiſitores. 52. 17

Epiſcopus, in quibus caſibus poſſit jodicare cauſas ſuæ Ecclaſiæ. 178. 32

Epiſcopus contumax in comparendo, vel non re-ſpondendo poteſt à Concilio Provinciali anathe-mate parcuti, & oon abſolvitur, oiſi præmiſſa ſa-tisſactione. 197. 8

Epiſcopus circa adulteria, & minora delicta poſt peractam pœnitentiam potaſt eum clericis di-ſpenſare. 201. 18

Epiſcopus aſt Judex compatens, ſi in ejus diœceſi clericus conveniendus habet Domicilium, ſeu habitationem eum aoimo ibi perpetuò immotan-di. 231. 2

Epiſcopus eſt Ordinarius Judex competens Clerico-rum ſuæ diœceſis in prima inſtantia. ib. 3

Epiſcopus non poteſt jurisdictionem contentioſam exercere in aliena diœceſi defectu jurisdictionia in illa. 231. 4

Epiſcopus io loco, ubi habat dominium temporale potaſt alara familiam armatam, & proprios ha-bere

bere Miniſtros, & executores juſtitiæ in ordine ad imponendas pœnas afflictivas corporis, citra tamen ſanguinis effuſionem, & poſſunt finire judicium abſque securſu ad brachium ſæculare. 235. 25.

Epiſcopus ſi per ſe ipſum velit litem inſtituere, tunc tenetur etiam ipſe perſonaliter in judicio juramentum calumniæ edere, quia hoc neceſſarium eſt ad litis perſecutionem. 325. 10

Epiſcopus ut etiam quilibet Princeps intra ſuum proprium territorium poteſt Notarios create. 586.22

Epiſcopus de jure communi habet jurisdictionem in omnes clericos ſuæ diœceſis, proinde tenentur omnes eidem ſubeſſe, ac obedire, niſi probent ſe exemptos eſſe. 705. 15

Epiſcopus quamvis poſſit voluntariè remittere procurationem ſibi debitam expreſsè, vel tacitè eam non petendo, non propterea poteſt remittere in perpetuum ipſum jus exigendi talem procurationem. 706. 19

Epiſcopus poteſt intereſſe capitulo, ut canonicus, vel ut Epiſcopus. 801. 81

Epiſtolæ, ſeu litteræ miſſivæ regulariter non probant in favorem ſcribentis, quamvis fidem faciant contra ſcribentem, dummodo conſtet ab illo ſcriptam eſſe Epiſtolam. 578. 15

Eremitæ, qui vivunt in communi in aliqua congregatione juxta regulam approbatam ab Epiſcopo, quamvis verè non ſint Religioſi, eò quia non emiſerint tria vota ſolemnia, & poſſideant propria bona, de quibus poſſunt liberè diſponere, adhuc gaudent privilegio fori. 241.20

Eremitæ emittentes tria vota ſubſtantialia in aliqua ex religionibus approbatis, cujusmodi ſunt eremitæ Camaldulenſes, gaudent privilegio fori, ot etiam eorum laici converſi, & Novitii. 240. 19

Eremitæ, qui tantùm habitum geſtant eremiticum, & nulli ſunt Eccleſiæ ſervitio addicti, & pro libitu poſſunt habitũ deponere, nec vivunt ſub obedientia Epiſcopi, ſed vagantur de loco in locum mendicatè viventes, non gaudent privilegio fori. 241. 21

Errans contra fidem, ſi proteſtetur ſe nolle diſſentire ab Eccleſia Romana, excuſatur ab hæreſi, ſi materia, circa quam errat, ſit obſcura, & ita dubia, ut ejus notitia non præſumatur. 77. 3

Errans ex ignorantia circa fidem, ſi moneatur ab Epiſcopo, vel aliquo viro docto de ſuo errore, & nihilominus adhuc velit in eo perſeverare, credens non eſſe contra Eccleſiæ definitionem, an excuſetur ab hæreſi. 78. 8

Error facti in judicio commiſſus multipliciter probari poteſt. 454. 5

Error in deciſoriis debet probari, & non præſumitur. ib. 6

Examen teſtium regulariter debet inſtitui die feriato in loco judicii per ipſum Judicem, aut Commiſſarium, & niſi neceſſitas aliud exigat, ante prandium, dum teſtes adhuc ſunt jejuni, ac melius ſibi præſentes. 536. 8

Exceptio ſpoliationis oppoſita à Reo ſpoliato, quamvis ab alio facta ſit ſpoliatio, ſi civiliter agatur, non impedit, quò minùs poſſit Judex in cauſa principali procedere, licèt impediat talem proceſſum, ſi criminaliter agatur. 399. 33

Exceptio ſpoliationis contra agentem civiliter non poteſt ab alio opponi, quàm ab actore, qui ſi non deliquit, factum alterius ei non obeſt. ib. 34

Exceptio factæ ſpoliationis cum impediat cognoſci ſuper proprietate ante factam ſpolii reſtitutionem, eſt exceptio dilatoria, cui poteſt renuntiari. 407. 30

Exceptio quid, & quoduplex ſit. 665. 1

Exceptio eſt, quâ Reus ad excludendam actionem adverſarii utitur, & competit Reo. ibid.

Exceptio præcipua, & prima, quæ in judicio cæteras debet præcedere, eſt, quæ ponitur contra Judicem. 667. 1

Exceptio laudationis, quæ ſit, & quomodo ponenda in judicio. ib. 2

Exceptio excommunicationis opponi poteſt contra actorem in quavis judicii parte, etiam poſt concluſionem in cauſa usque ad latam ſententiam. 669.12

Exceptio dilatoria, quæ ſolet cauſam differre opponi debet ante litem conteſtatam. 671. 5

Exceptio facta nomine Eccleſiæ admittitur, ſed non facta nomine proprio ipſius excipientis, ſi hic habeat plura beneficia. 673. 21

Exceptio excluſiva jurisdictionis, ob quam fuit appellatum, ſi vera probetur, non debet Judex appellationis tunc cognoſcere de principali. ib. 2

Exceptio rei judicatæ non competit ceſſante cauſâ, ob quam ſententia lata fuit. 675.27

Exceptio rei judicatæ ut dicatur obſtare in judicio debet eſſe eadem prorſus res, & eadem quantitas, quæ petitur, ut etiam idem jus, ſeu cauſa petendi. 675. 28

Exceptio excommunicationis, & perjurii poteſt opponi pro defenſione Eccleſiæ excipientis. ib. 30

Exceptio ſicut ſe habet ad actionem, ita replicatio ad exceptionem, & ſicut omnis exceptio peremptoria debet neceſſariò excludere actionem, ſeu intentionem, & jus agentis: ita omnis replicatio debet oppoſitam exceptionem elidere. 675.30

Exceptio criminis non debet fieri ultra duas vices, alioquin excipiens præſumitur malitioſus calumniator, & quòd velit indebitè litem protrahere, & malitiæ non eſt indulgendum. 676. 34

Exceptio rei judicatæ per Judicem Eccleſiaſticum in cauſa mixti fori poteſt opponi coram Judice ſæculari, & ab eo admitti; ut etiam è converſo exceptio latæ ſententiæ per Judicem ſæcularem opponi poteſt coram Judice Eccleſiaſtico. 682. 68

Exceptio, quæ poſt ſententiã, non contra ſententiam opponitur poteſt executionem impedire. 731.1

Exceptiones aliæ tendunt ad impediendum proceſſum judicii, & non infringunt juſtitiam cauſæ, cujusmodi ſunt exceptiones dilatoriæ. Aliæ ſunt exceptiones, quæ juſtitiam cauſæ infringunt, & perimunt, & dicuntur peremptoriæ. 308. 10

Exceptiones peremptoriæ, quæ merita cauſæ secundùm ſe perimunt, reſervandæ ſunt poſt litis conteſtationem. 309. 12

Exceptiones dilatoriæ, & peremptoriæ, quæ dicantur, & per quid differant. 313. 20

Exceptiones peremptoriæ, per quas actio oſtenditur nulla, ſi opponantur ad impediendum proceſſum, ſunt etiam priùs diſcutiendæ, tanquam cauſa principalis. 362. 3

Exceptiones excludentes teſtes reſpectu perſonarum, quæ ſint. 519. & ſeq.

Exceptiones, quibus teſtes dicuntur inhabiles ad teſtificandum plures ſunt, & recenſentur. 516. 1

Exceptiones excludentes teſtes reſpectu cauſarum, quæ ſint. 523. & ſeq.

Exceptiones plures recenſentur, in quib⁹ tametſi cauſa non

ſa non fuerit expreſſa, adhuc ex ſimplici, confeſſione, vel promiſſione oritur obligatio, & actio. *578.10*

Exceptiones plures poſſunt contra inſtrumentum opponi, & deſumuntur præſertim à cauſa materiali, & formali. 580. 7

Exceptiones dilatoriæ ſunt declinatoriæ fori, quæ reſpiciunt perſonam Judicis, ſi is non ſit competens, vel ſit ſuſpectus ob cognetionem, affinitatem, neceſſitudinem, aut familiaritatem, quâ actori eſt devinctus, & hæ exceptiones fori declinatoriæ ſunt ſtatim proponendæ initio litis ante omnem actum iudicialem. *666. 5.*

Exceptiones aliæ dicuntur perſonales, & aliæ reales, illæ dantur perſonæ; hæ ſunt, quæ rei cohærent, ac illam ſequuntur, & unà cùm rebus tranſeunt ad hæredes, ac fideiuſſores, quibus competunt. Aliæ ſunt exceptiones mixtæ ratione materiæ, & perſonæ. ibid. *7.*

Exceptiones contra perſonas teſtium opponi, & probari debent ante latam ſententiam definitivam. *667. 4.* Verùm id limitatur, ſi exceptio opponatur tantùm contra atteſtationes teſtium, non verò contra perſonas eorundem. *668. 5.*

Exceptiones dilatoriæ, ut opponantur, quinque debent obſervari. *668. 7.* & ſeq.

Exceptiones peremptoriæ tam ante, quàm poſt litis conteſtationem obiici poſſunt usque ad promulgationem ſententiæ. *669. 12.*

Exceptiones ſi tales ſint, ut ſimul exiſtere nequeant, nec probari, tunc tempus definitum ad probandas exceptiones non currit, ratione exceptionis incompatabilis. *669. 15.*

Exceptiones dilatoriæ aliæ reſpiciunt perſonam Judicis, aliæ perſonas litigantium, & aliæ totam cauſam, quæ opponuntur ante litem conteſtatam. *671. 6.*

Exceptiones dilatoriæ in plerisque caſibus opponi poſſunt etiam poſt terminum à jure præfixum, & elapſum, proinde etiam poſt litem conteſtatam. *680. 17.*

Exceptioni opponitur replicatio, per quam actor excludit exceptionem obiectam à reo ad elidendam actionem eiuſdem Actoris. *667. 8.*

Exceptionis ſpecies plures ſunt, & recenſentur: aliæ enim ſunt exceptiones facti, aliæ iuris, aliæ dilatoriæ, peremptoriæ aliæ. *665. 3.* & ſeq.

Excipiens contra adverſarii intentionem non cenſetur eam fateri. *674. 24.*

Excommunicati etiam tolerati, & non vitandi repelluntur à communibus actibus tam iudicialibus, quàm extrajudicialibus, ſi de ipſorum utilitate agatur. *669. 13.*

Excommunicatio nequit de novo infligi ſine nova culpa, quæ de novo emergat. *676. 35.*

Excommunicatio, quæ infligitur in Bulla cœnæ damnum inferentibus Romipetis, non incurritur niſi ab iis, qui accedentes ad ſedem Apoſtolicem, vel ab ea recedentes ſuâ, vel aliorum operâ interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent. 807. 2

Excommunicato quamvis concedatur exceptio, & omnis alia iudicialis defenſio, non tamen conceditur reconventio. *681. 61.*

Excommunicatus non poteſt agere in iudicio, nec per ſe, nec per alium niſi in cauſa ſuæ propriæ excomunicationis, aut niſi toleratus fuerit. 181.14

Excommunicatus maiori excommunicatione non poteſt agere in iudicio, ſeu alterum convenire, poteſt tamen ipſe ut reus conveniri, ne ex ſua iniquitate commodum reportet. 203. *25.* & ſeq.

Excommunicatus nequit actorem ſuum reconvenire, à quo fuit ipſe conventus, quia reconventio non datur ad defenſionem, ſed ad actionem, quæ non permittitur excommunicato. *295. 2.*

Excommunicatus quamvis non permittetur agere in iudicio, nec reconvenire actorem voluntariè provocando ad Judicem, poteſt tamen in propriam defenſionem in iudicio excipere, & etiam uti remedio appellationis. *667. 9.*

Excommunicatus poteſt in iudicio excipere, & appellare. *680. 59.*

Excommunicatus poteſt compenſare, quia intentio compenſentis principaliter eſt actorem à ſua petitione repellere. *681. 63.*

Excommunicatus quamvis non poſſit ſtare in iudicio, ut Actor, bene tamen ut reus, imò qui in prima inſtantia erat Actor, ſi poſtea excommunicetur, poteſt appellationem perſequi, ut reus. ibid. *65.*

Excommunicatus ſi ſe gravatum ſentiat poteſt appellere à Judice, qui ſententiam excommunicationis tulit. *761.* 10

Excommunicatus, vel alia cenſura irretitus ob contumaciam, vel aliam cauſam ſi appellavit ad Papam, adhuc poteſt à Judice *à quo* petere abſolutionem ſalvâ appellationis cauſâ, & Judex, qui excommunicavit, poteſt eidem abſolutionem impertire receptâ priùs ſufficiente cautione. *780. 7.*

Excommunicatus à Vicario Generali Epiſcopi, an poſſit appellare ad ipſum Epiſcopum. *795. 55.*

Executio ſententiæ iudicialis, an poſſit fieri die feſto. *346. 57.*

Executio ſententiæ in criminibus præſertim Capitalibus non debet differri, ſed poſtquam ſententia tranſivit in rem iudicatam mandanda eſt ſtatim executioni. *727. 10.*

Executio ſupplicii in pluribus caſibus differri poteſt, & interdum etiam ſupplicium mutatur in mitiorem pœnam. *728. 11.*

Executio privata dicitur, eò quia fiat abſque Judicis authoritate, & ſolo interventu iuris naturalis, tacitóque legum conſenſu, ab iis, qui Ordinariis mediis conſequi non poſſunt, quæ ſibi debentur. *729. 16.*

Executores ſententiæ non debent eſſe acerbi, & contumelioſi, ſed benigni, & moderati. *726.* 8.

Exemplum ſumptum ex protocollo, quod Notarius ſcripſit, habetur pro inſtrumento publico. *576.* 2.

Exemptio Clericorum à iuriſdictione laicorum eſt de iure divino. 231. 1.

F.

FAcultas conceſſa laicis poſſidendi ius ſpirituale annexum iuri patronatûs exorbitat à iure communi, proinde eſt gratia facta laicis, quæ non debet ita extendi, ut præiudicet eidem eccleſiæ: quò fit ut non pertineat ad Judicem ſæcularem judicare de iure patronatûs ſpirituali per ſe primariò, & principaliter; ſed tantùm acceſſoriè, & ſecundariò, quatenus Judex ſæcularis poteſt cognoſcere cauſam venditionis fundi, vel caſtri cum

ſuis pertinentiis, cui ſi ſit annexum ius patronatûs acceſſoriè tranſit hoc in emptorem unà cum fundo, vel caſtro divendito, cum acceſſorium ſequatur ſuum principale, cui adhæret. 21. 10.

Falſitas inſtrumenti, ut etiam quod illi deeſt probari poteſt per teſtes. 583. 6.

Falſitas inſtrumenti, ſi evincatur, ſententia tunc corruit. 588. 34.

Fama qualem habeat efficaciam in probationibus, & quid nomine famæ intelligatur. 492. 1.

Fama in cauſis civilibus regulariter nonniſi ſemiplenam inducit probationem. 493. 3.

Familia armata Inquiſitoris S. Officii, qualis eſſe debeat. 69. 10.

Familia laica Nuntii Apoſtolici gaudet privilegio fori in illa Provincia, in qua Nuntius habet iuriſdictionem ordinariam. 236. 1.

Familia laica Clericorum, an gaudeat privilegio fori, & quid dicendum de ſervis vendititiis, temporalibus, conductoriis, & perpetuis. 236. 2.

Fatalia dicuntur tempora appellationis, quibus dilapſis facultas appellandi extinguitur. 769. 1.

Fatalia ſunt quadruplicia, & explicantur. ibid.

Fatalis primi impedimentum, ut præbeat cauſam dandi ſecundum fatale debet eſſe iuſtum, & inexorabile, quod declinari non poſſit. 775. 22

Favor rei præfertur favori Actoris, adeo ut ſi duo Judices Ordinarii pronuntient contrarias ſententias in aliqua cauſa, valeat ſententia lata in favorem Rei, non verò pro actore. 742. 61.

Fautores hæreticorum ij dicuntur, qui ſcienter hæreticis favent in cauſa hæreſis, qui favor multipliciter poteſt hæreticis exhiberi. 107. 1.

Fautores hæreticorum dicuntur ij omnes, qui ob cauſam hæreſis favorem hæreticis præſtant, idque vel omiſſione, & negligentia, vel facto, & cooperatione, verbis, vel conſiliis, vel quovis alio modo. 111. 13.

Fautores hæreticorum ſunt etiam, qui omittunt hæreticos inquirere, & capere, ſi ex officio illis incumbat eos inquirere, & capere, vel impediunt, nè capiantur. ibid. 15.

Fautores hæreticorum facto, & cooperatione dicuntur, qui pecunias offerunt, alimenta ſuppeditant, arma miniſtrant, & alia auxilia exhibent hæreticis. 111. 16.

Fautores hæreticorum ſunt, qui pro illis intercedunt, & ſupplicant ſuperiori; conſilio, & verbis eiſdem favent, & officium impediunt S. Inquiſitionis. 112. 17.

Fautores hæreticorum plures ſunt, & recenſentur, & hi omnes incurrunt excommunicationem in Bulla cœnæ, & ſi per annum in eadem inſordurint, ipſo iure ſunt infames, fiuntque inhabiles ad publica officia. 113. 37.

Fautores hæreticorum non cenſentur, qui hæreticos non capiunt, ſi ex officio id illis non incumbat ib. 39

Fautores hæreticorum, non dicuntur eſſe, qui omittunt inquirere contra hæreticum non intuitu hæreſis formaliter, ſed ex alia cauſa, ſi id præſtent ob ſolum timorem, vel ad vitanda ſcandala. 114. 43.

Fautores hæreticorum hi propriè dicuntur, qui ſavent hæreticis, qui ſunt formaliter tales, & in cauſa hæreſis. Imò ſufficit ſi faveant hæreticis in foro externo, ſi iure præſumuntur hæretici. 115. 46.

Feriæ propriè dicuntur dies illi, in quibus forenſis ſtrepitus, & exercitia contentioſæ iuriſdictionis iubentur quieſcere, & dividuntur in ſolemnes, & repentinas, quæ etiam extraordinariæ vocantur. 343. 2.

Feriæ repentinæ dicuntur, quæ non certa, & ſtabili lege, ſed propter ordinarium aliquem eventum conceduntur à Principe, vel Magiſtratu, ut propter victoriam à Principe partam, vel ſi filius ei naſcatur. ibid. 2.

Feriæ ſolemnes, aliæ dicuntur inſtitutæ ad divinum cultum, & aliæ ob maiorem utilitatem hominum, ut poſſit quiſque ſibi vacare, cuiusmodi ſunt feriæ meſſium, & vindemiarum. 343. 3.

Feriæ ſacræ incipiunt à veſpera præcedentis diei, & durant uſque ad veſperam diei ſequentis. ib. 4.

Feriæ ruſticæ à iure inſtitutæ ſunt in favorem ſubditorum, & partes poſſunt huic favori renunciare. 346. 19.

Feriae ſacrae ſolus ſummus Pontifex poteſt toti populo Chriſtiano indicere. 344. 5.

Ferias ſacras poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi inſtituere conſentiente tamen, & præſente populo. ibid. 5.

Feriis ſacris, & repentinis non poteſt quis renunciare, eò quia ſint publici iuris. 346. 19.

Feuda ſub ea conditione conceduntur, ut ea recipientes fiant Vaſalli concedentis, & fungantur iure privatorum. 260, 42.

Feudi Dominus ſi ſit Ordinarius Judex ſupremus, & negligat iuſtitiam adminiſtrare, tunc devolutio cauſæ ſit ad Judicem eccleſiaſticum. 22. 15.

Sin verò non ſit Iudex ſupremus, ſed ſubſit alteri, tunc is defectum ſupplet inferioris, & iuſtitiam adminiſtrat, vel tenetur compellere Dominum feudi ad exercendam iuſtitiam. ib.

Fictio non inducitur ab homine, ſed tantùm à lege, eſt enim quædam levis diſpoſitio, quæ propterea non admittit directè probationem in contrarium, ſed tantùm indirectè demonſtrando ceſſare æquitatem, ſuper qua illa fictio fundatur. 591. 4.

Fideles non debent recurrere ad iudicia infidelium ex Apoſtolo. 14. 2. & ſeq. ſed debent fideles lites ſuas deſerre ad Judicem eccleſiaſticum. 15. 4.

Fides an ſit Nuntio adhibenda, ſi aſſerat, ſe ex Judicis mandato citare; vel affirmet, ſe ritè citaſſe, ſi Reus id neget. 292. 37.

Fides ut adhibeatur accuſatori plura requiruntur. 462. 43.

Filia, an teneatur deferre ad Judicem matrem ſuam ſagam, & veneficam. 537. 4.

Filia quando agitur de damno Religionis, vel Reipublicæ, aut boni communis tenetur teſtificari etiam in præiudicium matris. 538. 6.

Filiatio legitima quomodo probanda ſit. 489. 20. & ſeq.

Filiationis probatio eſt duplex vera una, altera præſumpta, illa eſt certa, & indubitata, ſed non poteſt dari niſi ex parte ſolius matris; præſumpta probatur ex Conjecturis & præſumptionibus. 490. 23.

Filii

Filii Clericorum, an gandeant privilegio fori vivanta adhuc patre. 237. 3

Filii contra parentes, & liberti contra patronos non poſſunt obiicera exceptionem doli ob reverentiam, quæ ipſis debetur. 413. 15

Filiifamilias in peculio caſtrenſi funguntur vica patrisfamilias. 214. 72

Filius, an teneatur denunciare patrem Idololatram, vel hæreticum; & vice verſa pater filium, uxor maritum, maritus uxorem. 91. 10. & ſeq.

Filius quando patrem hæreticum denunciat, non punitur pœnis à jure ſtatutis contra filios, & nepotes hæreticorum, quinimò in præmium iudicialis denunciationis, ac beneficii præſtiti Religioni non privatur bonis paternis, nec incurrit infamiam, ſed potiùs afficitur honoribus. ibid. 14

Filios ſine conſenſu patris poteſt agere ſuam cauſam ſpiritualem. 214. 72.

Filius ſi præſtet iuramentum patri de renuntiatione facienda tenetur emiſſum iuramentũ ſervare, nec poteſt hoc relaxari, quia æquivalet renuntiationi factæ. 659. 160

Filiusfamilias minor 25. annis non poteſt ſuo nomine ſive in cauſa propria regulariter in judicio agera, aut reſpondere ſine patris conſenſu. 180. 9

Filius familias de bonis caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus, ſeu adventitiis, quorum proprietas ad ipſum pertinet, poteſt præſcribere, & uſucapere. 687. 16

Fines, ac limites Provinciarum, Epiſcopatuum, & parochiarum, & loca huiusmodi limitibus cohærentia præſcribi non poſſunt. 689. 2

Finis probationis iudicialis eſt Judici fidem facere. 485. 9

Finis ſententiæ deſinitivæ eſt finem imponere liti, & extinguere poteſtatẽ Judicis, quoad illam ſpecialem cauſam, ſuper qua lata eſt ſententia. 724. 1

Fœminæ tertiariæ D. Franciſci gaudent privilegio fori, ut etiam fratres tertiarii Mantellati, Corrigiati, aliique ſimiles illius Ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum aſſumpſerunt, dummodo collegialiter vivant. 241. 22

Fori competentia ex tribus potiſſimum deduci ſolet principiis, ax perſona Judicis, ax perſona Rei, & ex qualicate cauſæ, ut ſi hæc ſit eccleſiaſtica, ſæcularis, vel mixta. 224. 2

Fori competentia datur apud Judicem ſuperiorem avocantem cauſam à Judice inferiore. ibid. 3

Fori eccleſiaſtici privilegium eſt de iure divino. 248. 1.

Forma requiſita ad publica inſtrumenta exhibetur, & explicatur. 575. 18

Formulæ iurandi habentes vim iuriſiurandi, quæ ſint. 615. 20

Forum, ſeu tribunal aliud eſt eccleſiaſticum pro rebus ſpiritualibus, ſeu eccleſiaſticis, & aliud civile pro rebus temporalibus, ac civilibus. 8. 5

Forum competens propriè eſt tribunal Judicis, cuius juriſdictioni in tali cauſa, de qua agitur, Reus ſubiicitur: ſeu ubi Reus ab actore conveniri poteſt, ac debet juxta illud, quòd ordinariè forum Rei teneatur actor ſequi. 224. 1

Forum competens poteſt haberi ratione domicilii, contractùs, rei petitæ, delicti, præventionis, & privilegii, quibus ſolet etiam addi forum lædi, & diffamari. ib. 4

Forum ratione rei petitæ quomodo dicatur quis ſortiri. 225. 8

Forum competens Clericorum eſt ſolum eccleſiaſticum, adeo ut Clerici ſint exempti à juriſdictione laicorum, & non poſſint conveniri niſi coram Judice Eccleſiaſtico. 231. 1

Forum non verſatur circa actiones in genere, ſed tantùm circa individuales, quia nemo punitur, vel abſolvitur, niſi ratione actionum, quæ liberè exercentur, quæque ſint ſingulares. 529. 7

Fructus alii ſunt naturales, alij induſtriales; & alij civiles, & explicantur. 397. 24

Fructus ſuam à ferendo ſortiuntur nomenclationẽ, & dicuntur, quos fundus, val arbor, vel res quævis alia fert. 404. 17

Fructus naturales, induſtriales, & civiles, qui dicantur. 405. 21

Fructus ob appellationem poſſeſſoris non poſſunt ſequeſtrari, niſi etiam acceſſerit eorundem diſſipatio. 449. 9

Funus latiùs patet, quàm exequiæ. 275. 34

Furioſi, & amentes, ut etiam ex alio capite rationis uſu deſtituti, quamvis inchoare præſcriptionem, ſeu uſucapionem non poſſint; nihilominus poſſunt eam continuare, ſi jam inchoata fuerit, dum erant ſanæ mentis, & ſui compotes. 687. 11

Furtum, ſi agatur civiliter, per duas fœminas ſufficienter probatur, non ita ſi agatur criminaliter, & in jure Canonico in cauſis criminalibus mulier non admittitur ad teſtificandum. 524. 5.

G.

GEmelli fratres eodem partu aditi, plerumque diverſa ſortiuntur temperamenta, contrarias propenſiones, & mores oppoſitos. 143. 5

Generalis in Religione approbata ax conſtitutione Sixti V. poteſt munus ſuũ obire reiecta quavis appellatione ab eius præceptis, & mandatis. 592. 36

Genus nequit convenire certo, ac determinato individuo, niſi conveniat ſecundùm eſſe ſingulare, alicui particulari. 530. 8

Genus non ſubſiſtit extra res particulares, nec res in genere poteſt exiſtere ſina ſpecie, & individuo. 530. 9

Geomantia eſt, quæ fit certis ſignis, punctis, figuris in terra, val pulvere, vel papyro, aut alio corpore ex terrena ſubſtantia compacto. 152. 2

Gerentes Officium publicum tenentur de dolo, & lata culpa, imò etiam de levi, & leviſſima, civiliter tamen, non criminaliter. 585 19

Germanis per Bullam auream non conceditur, ne appellent ad ſedem Apoſtolicam. 790. 10

Geſta per judicem ſecularum pendente recuſatione ſunt ipſo iure nulla, quia recuſatio propoſita ſuſpendit juriſdictionem, perinde ac appellatio. 672. 13.

Geſta à Judice recuſato ob recuſationem manifeſtè frivolam valida ſunt poſt exceptionem. ibid. 14

Græcus ſi poſt contractum matrimonium promoveatur ad minores ordines, an gaudeat privilegio fori. 237. 5

Gravatus extraiudicialiter, ſi ſit excommunicatus,

non

non permititur appellare, quia eſſet primus, qui provocaret ad judicium, & exſommunicatione innodatus nequit in judicio eſſet actor. 681. 59

H.

Habens plura beneficia non poteſt contra alium excipere de pluralitate beneficiorum 673. 20

Hæredes, & ſucceſſores illius, qui juravit dare eleemoſinam pauperibus, obligantur non ex vi juramenti, ſed ex obligatione iuſtitiæ orta ex additione hæreditatis, jure ſic diſponente. 632. 37

Hæreditas quando eſt reſtituenda, debent etiam reſtitui fructus ex ea percepti. 727. 9

Hæres nequit eſſe teſtis in teſtamento, in quo inſtituitur hæres. 554. 79

Hæres contra actionem pro legato in teſtamento alicui relicto non poteſt præſcribere; ſi Legatarius inter legitimum tempus rem ſibi legatam non petierit, dummodo legatarius id expreſsè non renunciet. 697. 30

Hæres, ſi deveniat in notitiam malæ fidei defuncti non poteſt ſe præſcriptione tueri. 708. 29. & ſeq.

Hæres ſi illi innoteſcat mala fides defuncti non poteſt præſcribere, quia præſcriptio hæredis non poteſt ſeparari à poſſeſſione defuncti. 709. 31

Hæreſis eſt error intellectus voluntarius, ex electione, & pertinacia contra aliquam ſententiam fidei; ſitque propterea ille verè hæreticus, qui voluntariè credit aliquid fidei catholicæ contrarium, idque pertinaciter. 72. 2

Hæreſis an poſſit cohærere cum ignorantia vincibili craſſa, & affectata. 74. 13

Hæreſis per denuntiationem impeditur, ne paulatim ſerpat, vires acquirat, propagetur, & alios inficiat. 82. 3

Hæreſis in crimina poteſt procedi non ſolùm per viam accuſationis, vel denuntiationis, ſed etiam inquiſitionis ex ſuſpicione levi levitate ſumptâ comparativè ad ſuſpicionem vehementem, & violentam. 500. 30

Hæreſis crimen tribus præſertim modis probatur, ſcripturâ, verbis, & factis. 497. 21

Hæreſis crimen an debeat plenè, & concludenter probari, vel ſufficiant præſumptiones juris. 498. 26

Hæretici propriè non ſunt, qui non ex mala intentione, ſed ex ioco proferunt verba hæreticalia. 78. 7

Hæretici non ſunt occultandi, ſed denuntiandi judici Eccleſiaſtico. 82. 1. & ſeq.

Heretici quamvis non recipiantur in teſtimonium contra Catholicos, in cauſia tamen fidei admittuntur, ut etiam conſanguinei, & affines ad teſtimonium ferendum contra Inquiſitum, non verò in eius detenſionem. 548. 66

Hæreticus, ut quis ſit formaliter, aliquot requiruntur conditiones, quarum prima eſt, ut ſit ſacri baptiſmi fonte ablutus, ſecunda ut voluntariè, ac pertinaciter erret in fide. Tertiâ, ut aliquam fidei Sententiam credat, & aliquam neget. Quarta, ut contra fidem mente, & intellectu erret. 73. 6

Hæreticus propriè poteſt quis eſſe, quamvis nunquam fuerit actu fidelis, ſeu non fuerit actualiter, & per ſe proteſtatus fidem catholicam. 74. 12

Hæreticus, ut quis propriè dicatur, requiritur, ut ex ſcientia erret circa fidem. 75. 18

Hæreticus ex Pontificis decretis eſt ſtatim denuntiandus Inquiſitoribus ſancti Officii, tametſi ſpes affulgeat fore, ut mediante prævia fraterna correctione emendetur, idque ob bonum fidei catholicæ. 87. 2

Hæreticus in quocunque eventu, & caſu, omiſsâ correctione fraterna denuntiari debet Inquiſitoribus ſancti officii, eò quia bonum commune præferri debeat bono particulari, & bonum ſpiritnale bono temporali. 86. 14

Hæreticus, ſi putetur jam emendatus, an ſit judicialiter denuntiandus? ibid. 16

Hæreticus, in quibus caſibus non ſit judicialiter denuntiandus. 89. 1. & ſeq.

Hæreticus eſt, qui aſſerit, canonizatum à Pontifice non eſſe colendum, & puniendus eſt, ut impius: eò quia ſuſtineat aliquid contra religionem, negét;ue deberi cultum ſanctis ab eccleſia canonizatis. 118. 18. & ſeq.

Hæreticus negativus an ſit habendus, qui licèt confiteatur verbo, & facto hæreticalia, negat tamen intentionem. 497. 23

Hæreticus occultus an ſit denuntiandus, ſi error proveniat ex ignorantia, vel malitia. 85. 1

Haſtiludia, torneamenta, ac umbratiles pugnæ, & alia id genus ludicrà certamina, an poſſint licitè die ſeſto exerceri. 354. 25

Honores, qui debentur ſanctis canonizatis, ſunt ſeptem. Primus, ut inſcribantur cathalogo Sanctorum. Secundus ut invocentur in publicis eccleſijs, in miſſa, & in eorum Officio, licèt non in publicis lytanijs. Tertius ut aræ in eorum memoriam Deo dedicentur. Quartus, ut ſacrificia tam Evchariſtiæ, quàm laudum, ac precum in eorundem honorem publicè Deo offerantur. Quintus, ut dies feſti in eorum memoriam publicè celebrentur. Sextus, ut eorum imagines cum laureolis, ac ſplendoribus in ſignum gloriæ, quam in cœlis habent, pingantur. Septimus, ut eorum Reliquiæ thecis aureis, argenteis, Chryſtallinis multiplici gemmula ornatis includantur, exhibeantúrque publicè colendæ. 121. 33

Hydromantia eſt, quæ ſit per aquam, quatenus obſervatur motus aquæ in fluvio, vel vaſe cùm in eam inijcitur cera, vel reſina, aut plumbum liquefactum, & ex figuris, quæ tunc apparent cum prolatione certorum verborum prænuntiantur futura. 152. 2

I.

Idololatra verus, ut quia ſit, requiritur in eo opinio, quâ cenſeat ineſſe idolo, quod advocat, divinam excellentiam. 129. 7

Idololatræ ſi ſemel ſuſceperint baptiſmum ſubduntur juriſdictioni eccleſiæ. 132. 1

Idololatria, quæ eſt ſecundâ ſpecies ſuperſtitionis, eſt cultus indebitus, qui tribuitur alicui, cui non debetur, adeò ut idolum propriè ſit effigies, ſeu imago inſtituta ad iudebitum cultum alicui exhibendum. 128. 1. & ſeq.

Idololatria, alia eſt vera, ſeu formalis, & alia ficta, ſeu materialis; illa eſt, quâ quis intendit ita cole-

Digitized by Google

re creaturam interiùs, ſicut oſtendit exteriùs, & per aliquod ſignum eam recognoſcit, & confitetur eſſe Deum; ficta, & materialis eſt, quâ quis ficto modo oſtendit exterius creaturam, ut Deum adorare, quamvis in animo eam revera non adoret; ut ſi catholicus metu mortis exhibeat idolo ſigna adorationis abſque affectu colendi, vel honorandi idolum, ſed ex ſolo deſiderio mortis declinandæ. 129. 6
Idololatria, quo tempore inceperit. 130. 13
Idololatria interdum ſumitur metaphoricè pro quolibet peccato, quâ ratione Apoſtolus avaritiam vocat idolorum ſervitutem. 131. 14
Idololatria eſt peccatum omnium graviſſimum, eique cætera peccata famulantur. ib. 15.
Idololatria includit peccatum hæreſis, eò quia idololatra credat, creaturam eſſe Deum. 131 16
Ignorantia affectata, an excuſet ab hæreſi formali. 76. 19
Ignorantia Rei litigioſæ difficulter aſſignatur in alienante per venditionem, vel quovis alio modo. 441. 20.
Ignorantia juris clari etiam inculpabilis non prodeſt ad præſcribendum. 693. 8
Ignorantia circa fructus cenſetur ignorantia facti, quæ prodeſt ad præſcribendum. ib.
Ignorantia juris theologicè, & juridicè, ſeu civiliter inculpata non impedit bonam fidem theologicam, & civilem, neque præſcriptionem. 713. 55
Ignorantia juris, quamvis regulariter impediat præſcriptionem prodeſt nihilominus, quamdiu agitur de damno vitando. ib 56.
Ignorantia juris non obſtat præſcriptioni longiſſimi temporis, quando ſufficit titulus præſumptus. 714. 57
Imperator, an poſſit conſtituere ſupremum aliquod tribunal, à quo prohibeatur appellatio ad ipſum. 791. 32.
Imperatores, quibus nil magis erat cordi, quàm pax ſuos inter ſubditos, & animorum concordia, approbârunt, ut Epiſcopi, ac Judices Eccleſiaſtici deciderent, ac dirimerent cauſas fidelium: & moris fuit tempore Arcadij, ut ſæculares lites ſuas permitterentur deferri ad Epiſcopos, & ſtare eorundem judicio, ita tamen, ut Epiſcopi non ut Judices, ſed ut Arbitri cauſas ad ſe delatas ſuſciperent, ac dirimerent. 15 6
Imperium aliud eſt merum, aliud mixtum; illud eſt juriſdictio, quæ publicum bonum, & utilitatem immediatè reſpicit, adeò ut pertineat ad merum imperium pro bono publico conſtituere leges, punire Reos, præmiare virtutem, & alia id genus, quæ reſpiciunt bonum commune. Mixtum imperium è converſo conſulit utilitati privatorum, & ad ipſum pertinet explicare, & decidera quæſtiones civiles, dare tutores, & curatores pupillis, & minorennibus, & alia præſtare, quæ reſpiciunt commoda, & bona privatorum. 8. 6
Imperium merum continet cauſas capitales, mutilationes membrorum, & quamlibet animadverſionem in corpus, & ſex continet gradus. 8. 6. & totidem etiam gradibus ſolet mixtum imperium diſtingui. ib. 7
Imperium merum poteſt præſcribi præſcriptione, quæ non ſit contra aliquem, ut ſi quis ædificet civitatem, & in incolas exerceat merum, & mixtum imperium, ut præſtiterunt Veneti. 9. 10
Imperium hominis in Dæmones eſt potiùs quædam invocatio deprecativa, quæ propterea includit cultum, qui dæmoni exhibetur. 141. 20
Incorrigibilitas delictum aggravat, quod propterea graviùs punitur. 205 31
Indicia ſufficientia ad ſpecialem inquiſitionem inſtituendam difficulter aſſignantur. Ex hiſce tamen indicijs alia ſunt levia, alia gravia, & alia graviſſima. 188. 9
Induciæ deliberatoriæ, an ſint Reo denegandæ, ſi per litteras citatorias potuit plenè inſtrui, ac deliberare ſuper eo, de quo quæritur. 338. 12
Induciæ deliberatoriæ nonniſi ſemel concedendæ ſunt, niſi ex aliqua legitima cauſa Reus non valuerit deliberare in prima deliberatione. 339. 13
Infames infamiâ juris per ſententiam Judicis ſunt damnati publico judicio. 516. 7
Infames infamiâ facti dicuntur, qui tametſi ab ipſo jure expreſsè nulla infamiâ notentur, nihilominus tale ſcelus, & turpe facinus perpetrârunt, ut eorum opinio apud probos, & honeſtos viros plurimum patiatur detrimenti. 516 8
Infames infamia juris, quique à jure pro talibus reputantur tam civili, quàm canonico jure inhabiles ſunt ad teſtimonium in judicio ferendum tam in cauſis civilibus, quàm criminalibus. 517. 10
Infames infamiâ facti repelluntur à teſtimonio ferendo in criminalibus, imo etiam in civilibus arduis. 556. 90
Infames infamiâ facti probant plenè in civilibus, ſi habeant conteſtem magna authoritate præditum, & qui ſuppleat defectum infamiæ. 557. 90
Infames infamiâ juris dicuntur, qui pro aliqua culpa notantur infamiâ, cuiusmodi ſunt fures, ſacrilegi, & alij hujus furfuris viri nequam. 557. 91
Inferentes damnum accedentibus ad Romanam Sedem, vel ab ea recedentibus incurrunt cenſuram excommunicationis latæ in Bulla Cœnæ. 807. 1
Infideles ſi negent Deum eſſe unum, poſſunt puniri ab inquiſitoribus in terris eccleſiæ catholicæ, quia omnes tam fideles, quàm infideles per creationem ſunt oves Chriſti, quamvis non ſint omnes de ovili eccleſiæ per fidem catholicam. 57. 25.
Infideles, qui ſubjiciuntur Principibus Chriſtianis, ſi convertantur ad fidem donantur libertate, quia eccleſia poteſt privare eorum Dominos dominio antiquo, quod habent in ſuos ſervos, ſi hi chriſtiani fiant. 136. 25
Infideles qui à fide catholica defecerunt ad teſtificandum contra fidelem catholicum non habentur idonei. 511. 21.
Infideles, & Judæi in crimine hæreſis admittuntur contra chriſtianos ad teſtimonium ferendum. 548. 65
Infidelis, ſi adigatur ad ſuſcipiendum baptiſmum, in quem non conſentit, eum non ſuſcipit ex defectu conſenſus. 134. 11.
Infidelitas privativa poteſt eſſe ſine pertinacia per ſolam carentiam totius fidei, non ita infidelitas poſitiva, quæ adverſatur fidei, qualis eſt hæreſis. 77 25
Inimicitia capitalis, quæ dicatur, & quæ ad ipſam requirantur. 63. 17
Inimicitia objici poteſt, ut teſtes excludantur à teſtificando

Digitized by Google

ficando in tribunali inquiſitionis. ſ49. 67. debet tamen hæc inimicitia eſſe capitalis, quæ oritur ex pluribus cauſis, quæ recenſentur. ibid.

Injuria an compenſari poſſit per aliã iniuriam? 730. 21

Injuriam irrogare alteri eſt intrinſecè malum, proinde ſemper illicitum. 184. 12

Innocens nonnunquam damnatur juxta allegata, & probata in judicio, ſed id per accidens contingit, & præter intentionem. 496. 19

Innovatio privilegiorum, an habeat vim confirmationis. 820. 1.

Innovatio privilegii cauſa vetuſtatis nil novi juris tribuit, ſed tantùm antiquum, ſi quod erat, conſervat. 820. 1

Innovatio privilegii nil addit ſupra id, quod antea fuerat conceſſum. ibid.

Inquiſitio, quâ Judex ſolet in judicio procedere, eſt duplex una generalis, quà de nullo ſpecialiter, ſed tantùm in confuſo generaliter inquiritur, an leges, ſtatuta, mandata, & alia eiusmodi ſerventur: alia ſpecialis, quâ Judex inquirit ſpecialiter contra aliquem certum malefactorem, ut an Titius furtum commiſerit. 186. 2

Inquiſitio generalis non eſt illicita, ſed præcepta, & Epiſcopi poſſunt in ſuis diœceſibus eam exercere, non tamen in hac generali inquiſitione, tenetur quis crimen occultum proximi revelare, ne eius honori detrahatur, niſi ſint crimina pernicioſa toti Reipublicæ. 186. 3

Inquiſitio, an poſſit inſtitui ex vi confeſſionis factæ in tormentis. 496. 18

Inquiſitione ſpeciali contra certam particularẽ perſonam non proceditur, niſi præcedat infamatio, aut clamoroſa inſinuatio, quæ habeatur locò accuſationis. 186. 4

Inquiſitor tenetur procedere ad capturã delinquentis præſentis, quamvis extra locum ſuæ jurisdictionis deliquerit, idque in ſavorem fidei. Quoad pœnam tamen eidem injungendam remittendus eſt ad Judicem loci, in quo deliquit. ſ4. 8. Id tamẽ limitatur in crimine hæreſis, quia poteſt hæreticus puniri quocunque in loco deprehendatur. ſ4. 9

Inquiſitor, an poſſit ut ſuſpectus recuſari à Reo. 67. 3ſ. & ſeq.

Inquiſitores ſancti officii quales ſint, & quo tempore inſtituti. 42. 2. & ſeq.

Inquiſitores ſancti officij tametſi olim eligerentur à Generalibus Ordinum S. Dominici, & S. Franciſci ex privilegiis à ſede Apoſtolica utrique ſacro Ordini conceſſis; hodie tamen deputantur à ſacra congregatione ſupremæ inquiſitionis, & ſuam jurisdictionem accipiunt à ſummo Pontifice 43. 4. debent autem Inquiſitores S. Officii præ cæteris eſſe converſatione honeſti, prudentiâ circumſpecti, conſtantiâ firmi, ſacræ fidei doctrinâ eminenter eruditi, ac virtutibus ornati. 43. ſ. Imò conſultiùs eſt, ſi eligantur Doctores in utraque facultate Theologiæ, & juris canonici. 44. 10

Inquiſitores ſancti officii non poſſunt excommunicari à Delegatis ſedis Apoſtolicæ. 38. 1ſ

Inquiſitores ex privilegiis ſibi factis poſſunt concedere indulgentias 20. vel 40. dierum omnibus, qui eorum concioni interſunt occaſione actus fidei. ibid. 17

Inquiſitores ſancti officii cognoſcunt ſuper criminibus hæreſis, ſuperſtitionis, aliisque contra fidem, & eccleſiam, procedentes, ut Judices. 48. 1

Inquiſitores quamvis de jure communi non eligantur, niſi attigerint 40. ætatis annum; hodie tamen, quia creantur à Cardinalibus ſacræ Romanæ inquiſitionis hæc ætas non requiritur. 49. 3

Inquiſitores ex juſtis cauſis transferuntur de loco ad locum. ſ1. 16

Inquiſitores non removentur à ſedè Apoſtolica niſi ex impotentia, negligentia, & iniquitate. ſ1. 14

Inquiſitores prætextu ſui officij extorquentes pecunias incurrunt ipſo facto excommunicationem, à qua non poſſunt abſolvi, niſi in articulo mortis, & priùs facta reſtitutione. ſ2. 1ſ

Inquiſitores poſſunt procedere contra quoſcunque Religioſos etiam exemptos, imò etiam contra eorundem Prælatos de hæreſi inquiſitos. ſ3. 4

Inquiſitores, conſultius eſt, ut non procedant contra Reges, Duces, Principes, nec contra eorum Conſiliarios, Senatores, alióſque præpotentes, & qui facilè poſſent impedire executionem ſancti officij. ſ4. ſ

Inquiſitores in aliquibus caſibus poſſunt procedere contra turpes quæſtuarios, qui in negotio fidei ad ipſos non pertinente, ſe ingerunt, ac impediunt executionem S. inquiſitionis, ut etiam ſi prætexru indulgentiarum eleemoſinas emendicent. ſſ. 11.

Inquiſitores poſſunt procedere contra ſepelientes ſcienter hæreticos, & eorum fautores, Credentes, Receptores, & defendentes. ſ8. 32. Per ſepelientes ſcienter hæreticos in loco ſacro, intelliguntur etiam mandantes, eujuſmodi ſunt hæredes, vel conſanguinei, ad quos id pertinet, & etiam Rectores eccleſiæ, ubi cadaver ſepelitur. ſ8. 33

Inquiſitores poſſunt ſuis Vicariis, ſeu commiſſarijs ſubdelegare omnes facultates ſibi à ſede Apoſtolica conceſſas. 60. ſ

Inquiſitores nonniſi in aliquo gravi, & urgenti caſu committunt ſuis Vicariis teſtium examinationem, quia generatim, quæ ab Inquiſitoribus fiunt maturiùs, & prudentiùs præſumuntur facta eſſe. ibid. 6.

Inquiſitores Regulares, quamvis addicti ſint obſervantiis proprii inſtituti; non tamen poſſunt à ſui Ordinia Præfectis mitti de uno loco ad alium, nec poſſunt impediri ab officio inquiſitionis, quia in ordine ad hoc munus obeundum non ſubduntur Præfectis ſui Ordinis, ſed ſedi Apoſtolicæ. 60. 9

Inquiſitores habent ſuum fiſcum, ſeu ærarium complectens quidquid ad illius commodum pecuniarium pertinet. 62. 12

Inquiſitores habent familiam armatam, ad quam tamen eliguntur viri pacifici, fideles, devoti, & laudabilis converſationis, ac vitæ. 69. 10

Inquiſitores fidei habent jurisdictionem in ordine ad recipiendam depoſitionem teſtium, ſi adſint, qui velint deponere. 9ſ. 16

Inquiſitores ſi in favorem hæreſis omittant delinquentem capere, torquere, & punire, vel in carcere fideliter cuſtodire, habentur & ipſi ut fautores hæreticorum, quod etiam procedit de eorum Miniſtris. 96. 21

Inquiſitoribus ſancti officij plura conceduntur privilegia. 4ſ. 1. & ſeq.

Inquiſitorum familiares, quales eſſe debeant, & quibus gaudeant privilegiis. 46. 3. & ſeq.

Inſom

Inſomnium eſt, quu Dœmon facit hominem ſomniare, quæ vult ab ipſo credi. 139. 10.
Inſtantia cauſarum, quibus modis dicatur perire. 215. 77
Inſtantia jodicij ſpectato jure canonico non perit per lapſum triennii, ſed eſt perpetua. 215. 77
Inſtrumenta ſi ſint utrique parti communis præſertim ratione dominij, non ſolùm Actor, ſed etiam ipſe Reos tenerur ilia edere. 476. 15
Inſtrumenta ſunt ſcripturæ, quæ ad cauſam inſtruendam, & probandam à partibus deſeruntur, & dicuntur inſtrumenta ab inſtruendo. 572. 3
Inſtrumenta publica, an diſtingnantur ab Anthenticis. ibid.
Inſtrumenta in genere cenſentur pnblica, qnorum authoritas eſt talis ob modnm, quo juxta leges, & conſoetudines facta ſunt, ut fidem mereantur. 573. 4
Inſtrumenta publica dividuntur in Originalia, ſeu Authentica, & in exempla. ibid. 6
Inſtrumenta ſunt, quæ fiunr authoritate privata à perſonis privatis, ſine debitis ſolemnitatibus, & hæc etiam dividuntur in authentica, & non authentica. 573. 7
Inſtrumenta, ut valida ſint, fieri debent ſuper iis actibos, qui ab homana dependent voluntate, ſeo à libera diſpoſitione petentium inſtrumenrum, & nullam requirunt cauſæ cognitionem. 574. 16
Inſtrumenta qualem in judicio habeant efficaciam. 575. 1
Inſtrumenta privata, quæ mano propria ſcribentis ſobſcripta ſunt abſque ſubſeriptione teſtium, & aliis adminicolis, contra ipſum ſcribentem plenè probant, niſi alijs argumentis, & probationibus oſtendatur erroneum, & falſum eſſe, quod ſcripſit. 577. 7
Inſtrumenta produci debent in jndicio poſt litem conteſtatam parte contraria citata 579. 1
Inſtrumenta produei poſſunt uſque ad ſententiam definitivam, & Judex poteſt ſemper audire navas probationes litigantiom, proinde & etiam recipere inſtrumenta, quia hæc in judicio habentur locò probatinnum. 570. 4
Inſtrumenta in aliquibus caſibus poſiunt produci etiam poſtquam eſt conclofum in cauſa. ibid. 6
Inſtrumenta tnnc dicuntur directè contraria, quando oppoſita continent, ut ſi in uno dicatur Judicem abſolviſſe, & in alio condemnâſſe. 583. 8. & hujusmodi inſtrumenta contraria in jndicio producta nihil probant, quia prodocens inſtrumenta cenſetur fateri omnia, & ſingnla in eis contenta vera eſſe. ibid. 9
Inſtrumenta dicuntur habere eandem vim, quam habent teſtes, prout ſunt inſtrumenta, non ita quando ſunt contraria. 583. 11.
Inſtrumenta, ſi amittantur, non obſtat Creditori, quò minùs aliis legitimis probationibus poſſit debitum oſtendere. 584. 16
Inſtrumenta confecta à Notario putativo, qui revera non ſit talis, an revera ſuum ſortiantur valorem? 587. 28
Inſtrumenta poſſunt ſemper in judicio produci uſque ad concluſionem in cauſa, cùm in ipſis non timeator ſubornatio, ſicut in teſtibus. 589. 35. Imò etiam poſt concluſionem in cauſa ob rationem de novo emargentem poſſunt inſtrumenta produci, nt in ijs, in quibus Judex procedit ex officio. 589. 36
Inſtrumenri exemplo ſimplici ſine originali ſides adhibetur. 582. 3
Inſtrumento antiquo, an ſit fides adhibenda, ſi in ipſo tantùm exprimatur contractus in genere. 575. 17
Inſtrumentùm privatum generatim eſt omnia ſcriptura confecta à privata perſona, ſive authentica ſit, ſive non. 474. 5
Inſtrumentum quid, & quotuplex ſit, & quando conficiendum. 572. 1
Inſtrumenrum publicnm eſt ſcriptura publica, publica authoritate, ſeu a publica perſona legitimè, & cnm debitis ſolemnitatibus confecta ſive in judicio, ſive extra. ibid. 3
Inſtrumentum ſubſcriptum per publicum Notarium legi debet coram partibus. 574. 11.
Inſtrumentum à Notario publico in nno loco confectum, ubique terrarum habetur publicum, & authenticum. ib.
Inſtrumentum, ut ſit validum ex parte Notarii requirirur, ut is fuerit rogatus à partibus. 574. 14
Inſtrnmentum originale exhiberi debet, ut etiam privilegium, ſi de illius veritate dubitetur, vel illud falſitatis redarguatur. 581. 8
Inſtrumentum ſi vitiatum ſuerit in una tantùm parte, quoad totum cenſendum eſt falſum. ibid. 9
Inſtrumenium privatum, ſi teſtes deceſſerint non habet fidem, bene tamen inſtrumenium publicum. 581. 1.
Inſtrumentum an cenſeatur falſum, & ſuſpectum ex eo, quòd in facti narratione litteræ ſint abraſæ? 582. 3
Inſtrumentom ſi contineat plnra capitula non connexa, ob faſutam ſubſtantialem factam in uno, non vitiantur reliqua, ſi careant ſuſpicione falſi. ibidem 5
Inſtrumentum eſt ſtricti joris, & eius interpretatio non eſt extendenda extra illa, qoæ in eodem continentur, ſed ſumi debet ex verbis. 584. 15
Inſtrumentum poteſt amitti, vel per caſum fortuitum, vel per factum proprium producentis, vel per factum adverſarij. 585. 17
Inſtrumentum reprobatur per teſtes aſſerentes contrarium. 587. 30
Inſtrumentum ſi falſitatis redarguatur, Judex tenetur injungete redarguenti, ut coram ſe, & paucis aliis in loco congruò, & ſecuro, privilegium, vel inſtrumentum exhibeat. 588. 33
Inſtrumenrum, ſi periculum ſit, ne corrumpatur, & pereat, renovari poteſt etiam abſente parte, ac lite non conteſtata. 820. 3
Intentio voventis in dubio eſt intelligenda in favorem voti, vel juramenti. 630. 32
Intentio non poteſt ferri in incognitum, nec Princeps poteſt velle ſupplere defectus, qnos ipſe ignorat. 827. 26
Interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis, quæ ſint, & quibus competant. 389. 30
Interdicta ratione effectuum dividnntur in prohibitoria, reſtitutoria, & exhibitoria. 389 29
Interdicta retinendæ poſſeſſionis duobus modis agi poteſt. 483. 15.
Interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis dicitur quorundam

rundam legatorum, & competit hæredi, vel bonorum poſſeſſori ad evocandam poſſeſſionem legeti à Legatario. 377. 5.
Interdictum Salvianum competit Domino, ſeu locetori fundi cootre colonoe, ſeu conductoree fundi. ib. 6
Interdictum quid ſit, & quotuplex. 388. 28
Interdictum retinendæ poſſeſſionis quid ſit, & quomodo procedat. 389. 31
Interdictum *unde vi* quod eſt remedium recuperendæ poſſeſſionis ei competit, qui per aliquem ſpoliatus eſt poſſeſſiooe rei immobilis. 394. 3
Interdictum *unde vi* non competit colono, nec conductori, ſi hic à fundo, vel domo eb altero per vim deiiciatur, ſed ipſi Domino. ibid. 4
Interdictum *unde vi* non ſolùm illis competit, qui ſimpliciter, & abſolutè fuerunt rerum ſuarum poſſeſſiooe ſpoliati, ſed etiam illis, qui liberè poſſidere non poſſunt. 394. 5
Interdictum *unde vi*, ſeu recuperandæ poſſeſſionis non competit, niſi contra eum, qui alium à poſſeſſione ſua dejecit, dummodo ſpoliatio contigerit. ibid. 6
Interdictum *unde vi* oon competit liberis contre parentes neque libertis contre Dominos. 394. 8
Interdictum *unde vi* per quid differet eb interdicto retinendæ poſſeſſionis. 395. 9
Interdictum *unde vi* ei tantùm competit, qui vi ſpoliatus fuit poſſeſſione rei immobilis. 401. 1
Interdictum *unde vi* ſupponit eum, cui competit, verè poſſediſſe, quando ſuit à ſua poſſeſſione dejectus. ib. 2
Interdictum *unde vi* competit contra eum, qui elterum vi dejecit à ſue poſſeſſione. 401. 3
Interdictum retinendæ poſſeſſionis hebetur, quendo uterque litigans contendit ſe in ſolidum poſſidere eandem rem, edeo ut uterque ſit ector, & Reus. 483. 11. in judicio tripliciter poteſt quis verſari. ib. 13
Interdictum *unde vi*, ſeu recuperandæ poſſeſſionis non tam laxè petet, quàm remedium revocandi attentete pendente appellatione. 782. 17
Interdictum *unde vi* noo datur contre quemcunque, ſed tantùm contra eum, qui vi dejecit, vel deijci mandevit, eut dejectionem ſuo nomine ſectam ratam hebuit: unde non datur contra eum, ed quem res eitre vitium ſpolii pervenit. ib. 12
Interpretetio debet in dubiis fieri in meliorem partem. 673. 20
Interrogatoria generalie, & ſpecialia quænam ſint, & per quid differant. 535. 7
Interruptio elia eſt neturalis, alie civilis, Ille ſe habet reſpectu omnium edverſeriorum, & per ipſam præſcriptio dicitur ebſolutè ioterrupta. Civilis tantùm ſe habet reſpectu illius, qui litem movit. 701. 2
Invocare dœmones deprecetivè ed eliquid obtinendum, ut tempeſtates in eëre cieant, procellas in mare commoveent, ægritudines hominibus inferant, pertinet ed hæreſin, & poſſunt Inquiſitores contra huiuſmodi invocantes dœmonem procedere. 141. 21
Invocare dœmonee etiem ob bonum finem non caret culpa gravi, quie telis invocatio non ſit ſine familisritate cum dœmone. ibid. 22
Invocatio Dœmonis, ſi ſit deprecativa ad ſciendum quæ noo excedunt neturalem eius facultetem, edhuc eſt hæreticelis. 141. 19
Invocatio Dei tacita ſufficit ed juramentum. 612. 4
Itineratio non eſt opus ſervile, nec per ſe prohibitum die feſto. 351. 7
Iudæi, & infideles quamvis non ſint hæretici utpote non beptizati, edhuc in aliquibue caſibus ſubijciuntur jurisdictioni Inquiſitorum. 55. 11 & ſeq.
Iudæi fœdantes, ac deturpantes Sanctorum imagines puniendi ſunt ab inquiſitoribus ſancti officij, tametſi retione delicti non ſubiicientur juriſdictioni eccleſiaſticæ. 118. 16
Iudæi trenſeuntes ad ſectam Pegànorum, vel eliorum idololatrantium puniri poſſunt ab inquiſitoribus S. Officii. 132. 5
Iudæi ideo non jurant per evengelie, quie hæc non credunt, neque ebjurent hæreſio, quia in ipſis locum non habet, ſed tantùm jurent ſuper ſacroſenctam Dei legem. 133. 6
Iudæi, & alij infideles nondum beptizati cogi nequeunt ed ſuſcipiendum baptiſmum, ut profiteantur Chriſti fidem. ibid. 7
Iudæi non poſſunt edigi è Principibus ſæcularibus, in quorum Provincijs ſuum fixère domicilium ad ſuſcipiendam fidem Chriſti, 133. 8
Iudæi ideo non coguntur Chriſti legem amplecti, ſed tentùm compelluntur vivere ſecundùm legem neturæ, quie ceremoniæ legis moſaicæ oon adverſentur legi neturali. 136. 26
Iudæi delinquentes à quonam Judice ſint puniendi, ſi degent in Provincijs catholicorū? 172. 10 & ſeq.
Iudæi, Pagani, & hæretici arcentur è teſtimonio ferendo cootre Ortodoxos. 520. 3
Iudæis hebentibus ſtabile domicilium in terrie Chriſtianorum, quamvis permittatur cultus Moſaicæ legis, ooo tamen eis permittitur idololatrie. 132. 3
Iudex elius eſt Ordinerius, cui per ſe, retione dignitatis, vel officij competit judicium ferre, & ex proprio munere, ec officio juriadictionem exercet. Alius eſt Delegatus, qui nonniſi ex commiſſione ſpecieliter ſibi ſecta ius dicit. 7. 2
Iudex eccleſiaſticus ſupplet negligentiem Iudicie ſæculeris, etiem quando jus civile ambiguum, & obſcurum eſt in ceuſis, quas laicus Judex tractat: ſi enim inde ſint oritura ſcandale, vel diſſidie, præſertim ioter Principes, Judex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere ſuper teli cauſa. 10. 5
Iudex ſæcularis, quemvis non poſſit iurisdictionem exercere in perſonas eccleſieſtices; poteſt tamen, licèt non per ſe, & directè, ſed tantùm per accidens cognoſcere de rebus Clericorum, ſi in ipſis non ſit alie quæſtio, quàm facti. 11. 10
Iudex leicus poteſt cognoſcere de ſelſitate prolata in judicio à Clerico titubante in teſtimonio ferendo; non tamen ut Clericum puniet, ſed ut in exectiorem notitiem cauſæ deveniat. ibid. 12
Iudex leicus non poteſt punire Clericum delinquentem in officio ſæculari. 12. 16.
Iudex ſæcularis in pleriſque caſibus poteſt Clericum capere, noo ut ipſum puniet, ſed ut Judici eccleſiaſtico tredet. 12. 17. non tamen poteſt Judex leicus per ſuos Miniſtros ſpoliere Clericum ermis etiam prohibitis: quie Clerici ed ſervenda ſtetute laicalie adigi debent à Judice eccleſieſtico non ſæculari. 13. 18.

Iudex

Digitized by Google

Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de jure ſepulturæ, quia ſecundùm ſe eſt jus ſpirituale, vel ſaltem ordinatur ad ſpirituale, ſeu ad ſacrum locum: hinc laicus propriè non poſſidet ſepulchrum in loco ſacro, ſed tantùm ex indulgentia, & permiſſione Eccleſiæ toleratur laicus in quaſi poſſeſſione juris ſepulturæ in tali loco ſacro. 21. 11

Iudex ſæcularis tantùm ex commiſſione Prælati eccleſiaſtici, & ut delegatus poteſt cognoſcere cauſas merè civiles, quæ moventur inter clericos, vel contra clericos, aut eccleſias à laicis: quia delegatus non procedit authoritate propria, ſed juriſdictione delegantis. 21. 13. Excipiuntur tamen cauſæ feudales, quia Dominus feudi habet juriſdictionem ordinariam à lege ſibi conceſſam, ſi inter ſuos Vaſallos quæſtio ſuboriatur ſuper feudo: & jurisdictio, quæ confertur à lege, eſt ordinaria. 22. 14

Iudex eccleſiaſticus poteſt cauſas civiles cognoſcere, non ita Iudex ſæcularis cauſas eccleſiaſticas; quia ille eſt major, & excellentior; hic minor, & inferior: & Judex ſuperior negligentiam ſupplee inferioris, non hic negligentiam ſuperioris. 23. 20

Iudex eccleſiaſticus non cognoſcit directè de cauſis politicis, ac civilibus pertinentibus ad forum ſæculare, adeò ut non poſſit eccleſiaſticus eſſe Ordinarius Judex cauſarum civilium pertinentium ad forum ſæculare, quia eccleſiaſticus non habet directam jurisdictionem in cauſas temporales fidelium, niſi iſti ſubjiciantur juriſdictioni temporali Pontificis. 24. 22

Iudex eccleſiaſticus excluſo ſæculari in cauſis beneficialibus de jure communi, non ſolùm cognoſcit ſuper petitorio, ſed etiam ſuper poſſeſſorio. 31. 2

Iudex laicus ſuper controverſiis rerum ſpiritualium non poteſt cognoſcere. 32. 5. ſed tantùm ex delegatione, & commiſſione Papæ poteſt cognoſcere de cauſis ſpiritualibus, quia tunc non propria, ſed authoritate Papæ cognoſcit. ibid. 6

Iudex in adjudicanda recredentia tantùm ſummariè ſolet ſe informare, & ex actis hinc inde productis inſtrumentis diſpicere, quis apparentiorem titulum videatur habere. 34. 13

Iudex qui cognoſcit de poſſeſſione, non ſemper cognoſcit de proprietate, quia plerumque cauſa poſſeſſorii pertinet ad materiam facti, & uſurpatur à laicis judicanda, qui tamen nequeunt judicare de proprietate, ſeu materia juris. 35. 18

Iudex laicus in cauſa criminali non poteſt juriſdictionem exercere in clericos, nec authoritate propria cognoſcere ſuper cauſis criminalibus clericorum. 37. 10

Iudex ſæcularis nullam habet juriſdictionem, nec poteſtatem in perſonas eccleſiaſticas maximè in cauſis criminalibus, quia id cederet in grave opprobrium & contemptum ordinis clericalis. ibid.

Iudex proprius Clericorum de jure communi eſt Epiſcopus, unde ne delicta maneant impunita, Clericus de jure communi coram ſuo Epiſcopo, vel de jure ſpeciali coram alia perſona eccleſiaſtica conveniri debet. ibid.

Iudex laicus non poteſt judicare de criminibus Clericorum, nec ex commiſſione, ſeu delegatione Prælati eccleſiaſtici, ut Epiſcopi, vel alterius inferioris Papæ. 38. 12

Iudex ſuperior poteſt cognoſcere ſuper ſententia lata à Judice inferiore, ſi per viam querelæ fiat ad ipſum recurſus. 66. 28

Iudex regulariter per appellationem à ſententia interlocutoria non impeditur, quin poſſit procedere, donec à ſuperiore inhibeatur, quod tamen fallit in decreto torturæ. ib. 31

Iudex ſæcularis, an poſſit compellere aliquem ad relaxandum juramentum, cùm cauſæ juramentorum pertineant ad forum Eccleſiaſticum. 174. 16

Iudex eccleſiaſticus poteſt ſupplere negligentiam, & defectus Judicis laici in adminiſtranda juſtitia in cauſis, quæ aliàs de jure ſibi non competerent. Imò poteſt laicum compellere, ut ſuo officio rectè fungatur. 176. 25

Iudex eſt perſona, quæ publica authoritate judicio præeſt, & quaſi diremptorem, ſeu mediatorem agit inter partes diſſidentes, & dicitur Judex, quia jus dicit, & ſecundùm juris præſcriptum res controverſas definit. 179. 1

Iudex laicus non poteſt cauſas merè ſpirituales juriſdictionaliter, & propria authoritate judicare, imò neque ex delegatione Prælatorum Eccleſiaſticorum exceptâ plenitudine pontificiæ poteſtatis. 181. 1

Iudex ſæcularis non poteſt judicialiter cognoſcere ſuper cauſa juriſpatronatûs. ib. 2

Iudex ſæcularis non poteſt propria authoritate cognoſcere cauſas judiciales pecuniarias, ſeu merè civiles, quæ inter Clericos, & contra Clericos, aut eccleſias à laicis moventur. 182. 4

Iudex ſæcularis in cauſis criminalibus non poteſt clericos judicare, quamvis Prælati eccleſiaſtici ſint negligentes. ib. 5. & ſeq.

Iudex eccleſiaſticus non poteſt directè, & ordinariè cognoſcere, & judicare cauſas merè civiles, & etiam criminales pertinentes ad Magiſtratum laicum. 183. 7

Iudex domicilii, & originis, an poſſit judicare de delictis alibi commiſſis? ib. 10

Iudex inferior non poteſt mutare ſententiam definitivam à ſuperiore prolatam, niſi ſuperior de novo præcipiat cognitionem cauſæ jam deciſæ. 184. 13

Iudex ſi legitima afferatur exceptio, poteſt recuſari. ib. 15

Iudex de pluribus criminibus poteſt inquirere, ac procedere, quamvis non præceſſerit infamia. 187. 7

Iudex ſæcularis, & fiſcus tantùm inquirere poteſt de criminibus commiſſis intra decennium computandum à die perpetrati criminis. ib. 9

Iudex pluribus modis poteſt procedere ad inquirendum. 188. 12

Iudex inquirere poteſt de pluribus delictis ex jure communi. ib. 14

Iudex in pluribus caſibus poteſt procedere per denuntiationem judicialem. 193. 5

Iudex poteſt in judicio procedere contra malefactorem deprehenſum in flagranti delicto; poteſt enim tunc Judex contra ipſum vocare teſtes, accipere informationes, quia ſola deprehenſio in flagranti delicto non facit plenam probationem ad Reum condemnandum. 196. 5

Iudex eccleſiaſticus eatenus judicat de jure patronatûs, & jure ſepulturæ, eò quia tale jus ſit intrinſecè quid ſpirituale. 199. 8. & ſeq.
Iudex tenetur providere, ut debitæ in judicio ſerventur ſolemnitates. 204. 29
Iudex eccleſiaſticus poteſt procedere contra quemlibet peccatorem etiam laicum. 205. 36. non tamen ſe immiſcet ad cognoſcenda, & punienda crimina laicorum, qui ſubjiciuntur alteri in temporali juriſdictione, niſi in certis caſibus. ib.
Iudex ſæcularis non poteſt ſupplere defectum Judicis eccleſiaſtici, nec clerici trahi poſſunt à laicis ad ſuum judicium. 210. 53
Iudex, qui ut privatus habet conſimilem cauſam, quam agitat, poteſt recuſari, quia debet carere omni ſuſpicione injuſtitiæ; non tamen ſufficit ſimilitudo generica, ſed requiritur ſpecifica. ibid. 55
Iudex delegatus non obſtante lapſu triennii poteſt in cauſa ſibi commiſſa procedere. 211. 58
Iudex ſi ex negligentia cauſam ultra tempus ſtatutum protrahat puniendus eſt; & actor, ſi dolo careat contra lapſum temporis reſtituitur. ibid. 59
Iudex delegatus quomodo poſſit partem compellere, ut perſonaliter coram eo compareat. 212 64
Iudex in cauſis beneficialibus decimarum, matrimonialium, & uſurarum poteſt procedere ſimpliciter, & de plano ſine judiciorum ſtrepitu, & figura. 214. 73. poteſt tamen, ſi velit ſervare ordinem judiciorum, ſi conſultiùs id expedire ipſi viſum fuerit. ib. 74
Iudex eccleſiaſticus quasnam cauſas poſſit diſcutere, & quæ ſint cauſæ merè civiles, & merè ſpirituales. 216. 78
Iudex non poteſt quis eſſe in cauſa propria, quia debet Judex carere omni ſiniſtra ſuſpicione, id tamen fallit in notoriis, quando crimen eſt notorium, & injuria illata Judici, & pœna eſt certa, & in jure expreſſa, non ita ſi imponenda eſſet arbitrio Judicis. 218. 89
Iudex competens is dicitur, cujus juriſdictioni Reus ſubjicitur, ſeu coram quo actio, ſeu lis proponi, inſtitui, ac finiri poteſt. 224. 1
Iudex non poteſt directè juriſdictionem contentioſam exercere extra ſuum territorium, nec in alienos ſubditos. 227. 1
Iudex ordinariè loquendo nequit ſuam ſententiam pœnalem extendere ultra ſuum territorium, quia ibi non poteſt ſuam exercere juriſdictionem. 229. 10
Iudex domicilii, vel beneficii, ſi ad eum mittatur Clericus reus exequi debet ſententiam alterius Judicis, quia tunc uterque Judex eſt competens. ibid.
Iudex laicus ſi per ſe, & propria authoritate jus dicat contra Clericum, incurrit excommunicationem latæ ſententiæ. 232. 6
Iudex ſæcularis dupliciter poteſt laicum criminoſum prævenire, ſi poſt patratum crimen ad ordines eccleſiaſticos promoveatur. 245. 13
Iudex, qui non poteſt adiri per ſimplicem querelam, ſed tantùm per viam appellationis, regulariter non poteſt cognoſcere de cauſa principali, tametſi partes litigantes conſenſerint, niſi priùs cognoſcat de appellatione, an ſit legitima. 252. 4
Iudex competens, ob quas cauſas poſſit à partibus litigantibus recuſari jure civili, & canonico. 254. 16
Iudex, an in cauſa mixti fori teneatur litem decidere juxta leges, & conſuetudines proprii fori. 257. 29
Iudex tam ordinarius, quàm delegatus, ſi deprehendatur ſuſpectus jure canonico poteſt recuſari. 258. 35
Iudex ſæcularis in cauſis, quæ ſunt mixti fori, non eſt Judex competens Clerici, vel religioſi, & non poteſt procedere contra perſonam, nec contra res Clerici. 259. 40
Iudex, qui in defectum Domini directi, ſeu feudi adiri debet, quinam ſit? 260. 43
Iudex eccleſiaſticus ſi condemnet Clericum Vaſallum Domini laici de crimine, ob quod ſit clericus privandus feudo, poteſt tunc Dominus directus laicus, ſi velit privare Clericum feudo; non ita ſi Clericus Vaſallus à ſuo Judice eccleſiaſtico fuerit à crimine eidem objecto abſolutus. ib. 45
Iudex competens an poſſit quisque eſſe ex *l. diffamari C. de ingenuis manumiſſis.* 263. 54. & ſeq.
Iudex tenetur ex officio juxta leges pœnam infligere, ſi hæc ſit in jure definita. 290. 28
Iudex quomodo teneatur ſe gerere, quando actor non probat cauſam, quam in libello expreſſerat. 292. 36
Iudex delegatus ſi datus ſit ad petitionem actoris, & Rei, tunc non datur locus reconventioni coram tali delegato. 296. 3
Iudex delegatus poteſt compellere actorem ad reſpondendum Reo in cauſa reconventionis, non ſolùm coram Judice ordinario, ſed etiam coram delegato. 300. 8
Iudex ſi agat ſommariè, ut in cauſis beneficialibus, poteſt tunc ſimul cum poſitionibus facti, etiam poni jus agendi. 308. 8
Iudex in cauſis ordinariis etiam ante litis conteſtationem, imò etiam ante libelli oblationem ad inſtantiam actoris format præparatorias interrogationes. 313. 17
Iudex delegatus tenetur reſcriptum delegationis unà cum citatione mittere, ut citatum obliget ad comparendum. 339. 14
Iudex ſi non poſſit nec indirectè cognoſcere ſuper exceptione peremptoria, nec poteſt ſuper cauſa principali, antequam quæſtio incidens cognoſcatur à proprio Judice. 362. 4
Iudex in caſu paris probationis debet pronuntiare ſecundùm formam interdicti *uti poſſidetis, ita poſſideatis.* 378. 10
Iudex competens qualis ſit in judicio poſſeſſorio. 378. 12
Iudex, de qua re cognovit, tenetur de eadem ferre ſententiam. 383. 7
Iudex laicus ſi ſententiam dicat contra clericum in cauſa ſpirituali, eamque exequatur, ſententia eſt nulla. 394. 7
Iudex poteſt Rei contumaciam, tanquam contemptum ſibi illatum ex officio coërcere. 415. 8
Iudex ſi ex actis non ſit plenè inſtructus, nec poſſit plenè inſtrui, tum abſolvit reum præſentem ab obſervatione judicii, & actor nullum regreſſum habet ad cauſam. 416. 12

Iudex

Iudex ob Rei contumaciam poteſt interdum conſideratis circumſtantiis non mittere actorem in poſſeſſionem rei petitæ, ſed eam ſequeſtrare, & interim condemnare contumacem in expenſas à tempore citationis factas ab adverſario. 418. 20

Iudex ſi ipſi conſultius viſum fuerit, poteſt rem petitam ſequeſtrare, & locò miſſionis in poſſeſſionem decernere ſequeſtrum. 419. 2

Iudex poſt latam ſententiam functus eſt ſuo officio, & non poteſt poſtea condemnare eum, qui cauſa cecidit ad expenſas litis. 448. 2

Iudex duobus modis poteſt Judicem agere. ibid. 2

Iudex poteſt ſupplere allegationem juris omiſſam, non ita factum, vel ejus probationem. 471. 3.

Iudex in judiciis duplicibus quinam ſit. 482. 10

Iudex hodie omnes admittit, qui teſtari volunt, eò quia id expediat ad bonorum ſecuritatem, & malorum oppreſſionem, ut quacunque via crimina detegantur, & abigantur. 510. 7

Iudex quamvis ſupponat plures teſtes ſingulares verum deponere, non tamen poteſt aſſentiri, quod faciant plenam probationem ob ſingularitatem, quæ non ſinit eos eſſe conteſtes. 531. 20

Iudex ex pluribus teſtibus ſingularibus, qualificatis tamen, poteſt conjicere in genere pravos mores, & malam famam illius, contra quem teſtimonium perhibent. 532. 21

Iudex non poteſt ſententiam ferre juxta ſcientiam privatam, neque ex motivo privato, alioquin perverteret ordinem procedendi judicialiter. 533. 27

Iudex ut ex juſta cauſa dicatur judicare ſecundùm teſtes ſingulares debet ipſa cauſa continere juſtitiam ſententiæ. ib. 19

Iudex Reo citato, & ſtatim comparenti debet teſtium tacitis tamen eorum nominibus teſtimonia, ac omnes probationes, ſimul cum delicto ei manifeſtare, concedendo illi aliquod tempus etiam ſub juramento, ut reſpondeat. 540. 15

Iudex non poteſt reum convictum de uno crimine interrogare de aliis, nec de ſociis, niſi de iis præceſſerint infamia, & clamoroſa inſinuatio, vel ſemiplena probatio, aut alia indiciis ſufficientia. ibid. 16

Iudex quamvis ſupponat teſtes ſingulares verum deponere, non tamen poteſt aſſentiri, ut faciant plenam probationem. 545. 39

Iudex ſi aliqua juſta cauſa ſuppetat, an poſſit ſententiam ferre, quamvis teſtes ſint ſingulares? 546. 53

Iudex in ordine ad ſententiam ferendam debet attendere, quæ ſunt in actis allegata, & probata, non verò quæ extra illa. 546. 44

Iudex delegatus an poſſit eſſe teſtis in cauſa, quam judicat, vel judicavit. 553. 76

Iudex in cauſa criminali, & ardua, ut etiam in cauſa matrimoniali poteſt alteri committere receptionem, & examen teſtium. 565. 4

Iudex eccleſiaſticus, ut procedat contra contumacem, debet priùs eum punire per cenſuram ſuſpenſionis, aut interdicti, & poſtea creſcente inobedientia Papa procedit ad excommunicationem, & pœnam depoſitionis. 566. 6

Iudex ante concluſionem in cauſa poteſt certum tempus præſtituere intra quod producenda ſint omnia inſtrumenta ad lites abbreviandas. 580. 5

Iudex ex violenta præſumptione, dummodo in judicio manifeſta ſit, poteſt interdum procedere ad ſententiam definitivam abſque alia probatione. 593. 3

Iudex ex pluribus indiciis ſimul junctis, ſi ſint valdè urgentia, ac violentam faciant probationem, poteſt procedere ad ſententiam definitivam. 594. 7

Iudex an ex violenta præſumptione poſſit ſententiam definitivam proferre. 602. 24

Iudex, an in cauſa dubia ob defectum probationum poſſit Reo deferre juramentum ad ſui purgationem. 617. 13

Iudex non ſolùm ad inſtantiam partis litigantis, quæ ſemiplenè probavit, ſed etiam ex ſuo officio, eóque non implorato, poteſt juramentum ſuppletorium deferre, præſertim in cauſis dubiis. 619. 9

Iudex eccleſiaſticus ex eo, quòd fuit Judex cauſæ præparantis, ſeu relaxantis juramenti, an poſſit eſſe Judex cauſæ præparatæ. 634. 47

Iudex conſideratis cauſæ, & perſonarum circumſtantiis interdum actori deferre poteſt juramentum in ſupplementum probationis, ſi id neceſſitas exigat. 647. 15

Iudex ſicut dilatoriis, ita etiam peremptoriis exceptionibus poteſt terminum præfigere. 669. 18

Iudex poteſt recuſari, ſi ſit ſuſpectus, ſi conſanguineus, vel familiaris adverſario, non tamen quæcunque amicitia ſufficit. 671. 8. & ſeq.

Iudex ſi ſuam opinionem ſincerè aperiat parti, antequam ſententiam ferat, purgat ſuſpicionem. 672. 11

Iudex in criminibus notoriis non poteſt recuſari ut ſuſpectus. ib. 14

Iudex Ordinarius, ſi contra ipſum excipiatur, poteſt poſt recuſationem, cauſam alteri delegare, quis ſuſpectus in cognoſcendo non eſt ſuſpectus in delegando. 673. 17

Iudex de eo tantùm cognoſcere debet, ſuper quo appellatum eſt. ib. 22

Iudex quando exprimit cauſam in ſententia abſolutoria, vel condemnatoria, eſt ſententia amplianda, vel reſtringenda ad limites illius. 675. 27

Iudex tenetur ex officio repellere publicè excommunicatum, quamvis Reus nil opponat. 677. 37

Iudex recuſatus ut ſuſpectus non removetur in totum, ſed eidem additur ſocius, & quomodo tunc Judex recuſatus debeat ſe gerere. 678. 46

Iudex tenetur ſtatuere certum terminum, intra quem exceptiones tam dilatoriæ, quàm peremptoriæ proponi debeant. 679. 52

Iudex non ſolùm exceptionibus dilatoriis, ſed etiam peremptoriis poteſt certum terminum aſſignare, quo elapſo non ampliùs exceptiones peremptoriæ admittuntur. 680. 58

Iudex in caſu juris dubii, & obſcuri tenetur judicare ſecundùm probabiliora, & quæ communiter in ſuo tribunali recepta ſunt. 7.0. 7

Iudex executor ſententiæ debet eſſe competens, nec ſententia lata contra clericum poteſt executioni mandari, niſi à Judice eccleſiaſtico. 726. x

Iudex

Iudex eccleſiaſticus in cauſis ſæcularibus poteſt implorare brachium ſæculare, imò & Iudicem laicum excommunicare, ſi contumaciter recuſet adhibere ſuum brachium. 731. 2
Iudex neque de conſenſu partium poteſt ſententiam diffinitivam à ſe latam immutare. 735. 26. Idque etiam procedit in cauſis criminalibus. ib. 27
Iudex de jure communi poteſt pluriès ſententiam ſuam revocare. 738. 30
Iudex ſententiam interlocutoriam, quam tulit, poteſt revocare, & ſi in ea erravit, poteſt etiam illam emendare per ſubſequentem ſententiam definitivam. 762. 25
Iudex *à quo* tenetur Apoſtolos appellanti, eos petenti exhibere. 771. 10
Iudex *à quo* non poteſt definire tempus, intra quod cauſa appellationis finiri debet, ſed tantùm deſignare tempus, intra quod appellans debeat iter arripere, & Iudici appellationis ſe ſiſtere. 772. 2
Iudex *ad quem* nequit terminum à jure ſtatutum ad proſequendam appellationem reſtringere, niſi fortaſſis ex nimia dilatione damnum immineret animarum, ac Reipublicæ pernicies. 772. 4
Iudex *ad quem* nequit reſtringere, nec abbreviare terminum aſſignatum à Judice *à quo*. ib. 5
Iudex *à quo* lapſo primo fatali poteſt executioni mandare, citatâ priùs parte ſententiam ſuam, veluti appellatione deſerta, ſi non conſtiterit evidenter de impedimento, neque appareat de proteſtatione de non lapſu fatalium. 775. 23
Iudex *à quo* tenetur cuilibet appellationi deferre, ſeu illam admittere, & acta coram ſe intra dies triginta unà cùm apoſtolis tranſmittere ad Judicem *ad quem* ſit appellatio. 776. 1
Iudex *à quo* ob reverentiam ſuperioris Judicis debet appellationi deferre, tametſi dubitetur, an cauſa appellandi legitima ſit, nec ne. Ib. 2
Iudex *à quo* tenetur ſuperſedere, ſi ſuper quæſtione incidente, ſeu interlocutoria ſententia, exceptione aliqua appelletur. 777. 4
Iudex *ad quem* poteſt remittere cauſam appellationis ad Judicem *à quo* appellatum eſt, dummodo concurrant aliquot conditiones, quæ explicantur. ibid. 9
Iudex ordinariè non poteſt revocare ſententiam definitivam, quia poſt illam latam functus eſt ſuo officio. 783. 1
Iudex omiſſâ cauſâ appellationis poteſt ad petitionem appellati procedere in articulo principali, ac definitivè pronunciare. 784. 5
Iudex non deferens appellationi juſtæ, & admittens injuſtam lethaliter peccat. 793. 41
Iudex, cui commiſſa eſt cauſa cum clauſula *appellatione remota* non debet deferre appellationi interpoſitæ ex cauſa probabili. 800. 76
Iudex inferior non poteſt cognoſcere ſuper re ſcienter confirmata à ſummo Pontifice. 821. 1. Idque procedit, dummodo confirmatio valida ſit. 821. 2
Iudex inferior nequit judicare contra confirmationes impetratas à ſede Apoſtolica in forma ſpecifica. 828. 28
Iudices quomodo duos diſtinctos proceſſus conficiant, unum ſuper recredentia, & alium ſuper pleno poſſeſſorio, adeò ut poſt prolatam ſententiam recredentiæ alius inſtituatur proceſſus ſuper pleno poſſeſſorio. 34. 12
Iudices Regii in Gallia, & Belgio ex hodierna conſuetudine de omni ferè quæſtione in materia beneficiaria cognoſcunt non ſolùm ſuper poſſeſſorio, verùm etiam ſuper petitorio, & ut videantur inſiſtere antiquis formulis, aſſerunt, ſolum poſſeſſorium, quod eſt facti ſibi attribuere, non verò petitorium, quod eſt juris. ib. 16
Judices eccleſiaſtici tenentur laicis adminiſtrare juſtitiam, ſi iſti conquerantur de clericis. 209. 52
Iudices ſi de principali, & de exceptionibus præjudicialibus ſimul cognoſcant, poteſt ab iiſdem licitè appellari. 210. 56
Iudices prævertentes ordinem juris, & diverſis proceſſibus negotium implicantes, ac tricas miſcentes, partem aggravant; & poteſt ab ipſis appellari. ibid.
Iudices cum ſint privati homines nullam judicandi poteſtatem habent, niſi quam à Magiſtratu accipiant, proinde tenentur judicium ferre juxta formulas à Magiſtratu ſancitas. 272. 15
Iudicia ſummaria, ob quas rationes inſtituantur ſine libello. 288. 13
Iudicia univerſalia non exigunt, ut in libello exprimantur res ſingulæ, ſed ſufficit, ſi exprimatur res in ſua univerſitate. 291. 35
Iudicia non prohibentur agitari diebus feriatis meſſium, & vindemiarum. 346. 20
Iudicia dicuntur, quæ ſunt communia pluribus. 481. 1
Iudicia duplicia ſunt, in quibus utriuſque partis litigantis cauſa communis eſſe videtur, adeò ut utraque agere, & conveniri poſſit. 482. 6
Iudicio pendente non eſt auferenda poſſeſſio à poſſidente, ne judicium incipiat ab executione. 445. 7.
Iudiciorum genera ad quatuor reſtringuntur cauſarum genera. 176. 3
Iudicium quamvis de jure ſit duplex ratione formæ ordinarium, & ſummarium: nihilominus in Romana curia proceditur ſummariè, quia Pontifices volunt lites ſtatim finiri. 16. 9
Iudicium ex diverſitate materiæ dividitur in petitorium, & poſſeſſorium, illud eſt, in quo de rei proprietate eſt quæſtio; iſtud in quo non agitur de proprietate, vel dominio rei, nec quæritur cujuſnam res ſit, ſed contenditur de ſola poſſeſſione, vel quâſi poſſeſſione ſive acquirenda, ſive retinenda ſive recuperanda. 31. 1
Iudicium quamvis de jure poſitivo exigat tres perſonas, non tamen id ſemper eſt neceſſe, ut liquet, quando proceditur in judicio per viam inquiſitionis, ubi nullus intervenit actor. 41. 9
Iudicium diſcernendi circa ſuſpicionem fidei, quæ reſultat ex ſuppoſita præſumptione ex Ponrificiis decretis non convenit Confeſſariis, nec aliis, qui non ſunt Judices ſpecialiter deputati ſuper cauſis fidei cognoſcendis; ſed hoc judicium convenit Inquiſitoribus ſancti officii, quibus proptereà facienda eſt denunciatio hæreſis. 93. 2
Iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum Judicis, Actoris, & Rei, qui in invitum exercetur, adeò ut ad formam, & ſubſtantiam judicii tres requi-

raquirantur perſonæ, Judax actor, & Reus. 178. 1
Iudicium conſtituitur par citationam, ectionis editionem, litis conteſtationem, Judicis cognitionem, litis finitionem, ſeu ſententiam, & ejue promulgetionam: & ex hiſee actionibus citetio Reum vocat, editio actionis inſtrnit, litis conteſtatio confirmet judicium, cognitio veritatem eruit, aonclufio terminat, ſentantia judicat. 178. 2
Iudicium in genere cauſæ efficiantie dividitur ex diverſitete perſonarum judicantium in eccleſiaſticum, & ſæculere; illud coram Judice eccleſiaſtico, hoc coram ſæculeri inſtituitur. 179. 3
Iudicium in genere cauſæ materialis bipartitur in petitorium, & poſſeſſorium, illud eſt, in quo de rei proprietete controvertitur, ſeu de rei dominio, vel quaſi dominio, & tunc actor petit, ſe duminum declarari rei controverſæ; poſſeſſorium, in qno de ſola poſſaſſione, vel quaſi poſſeſſione contenditur. ib 4
Iudicium à ceuſe formeli, ſeu ratione diverſi modi procedendi dividitur in plenerium, ordinerium, ſolamne, ſummarium, & extraordinerium. 179. 5
Iudieium in genere ceuſæ finelie dividitur juxte verios finee, ad quoe tendit in civile, criminale, & mixtum. ib. 6
Iudicium ſpecteto jure civili lapſu temporie ceſſat, & perit, in cauſa criminali intra biennium, in civili intra triennium enumerandum à litis conteſtatione, adeò ut intra id tempus dabeet judicium abſolvi, & lis ad ſuum finem perduci. 197. 7
Iudicium adhuc procederet, quamvis in actione perſonali non exprimeretur cauſa remota petendi, ſeu titulue, ex quo eliquid debetur, & Reue non exciperet, ſed reſponderet, vel Judex exceptionem non admitterer. 269. 7
Iudicium latiùs ſumptum quamvie dicetur inchoari à citetione, propriè tamen, & ex communi Jurieperitorum opinione è litie conteſtatione incipit. 307. 4
Iudicium an poſſit in aliquibue caſibus ſubſiſtere ſine litie conteſtatione. 311. 10
Iudicium dividitur in tres partes, quarum prima eſt à citatione Rei conventi ueque ad litie conteſtationem excluſivè. Secunda à litis conteſtatione ueque ad ſenrentiem definitivam itidem excluſivè: & tertie eſt à ſantentia dafinitiva uſque ad ejue executionem incluſivè. Et dilationee judiciales conceduntur in hiſce partibus: & quæ in prime perte dicantur citetoriæ, quæ in ſecunda dilatoriæ; quæ in tertia executoriæ. 335. 3
Iudicium poſſeſſorium eſt triplex adipiſcandæ, retinendæ, recuperendæ poſſeſſionis. 376. 8
Iudicium etiam coram arbitro non poteſt die feriato agitari. 346. 18
Iudicium petitorium, & poſſeſſorium, an poſſint ſimul concorrere, ac acsumulari. 380. 7
Iudicium poſſeſſorium adipiſcendæ poteſt cumulari cum petitorio, & quid juris, ſi patente actore puſſeſſionem Raus incipiet, & dicet proprietetem, ſeu dominium ſibi competere. ibid. 9
Iudicium de communi dividundo illis compatit, inter quos habetur aliquod commune dividendum. 481. 2
Iudiciom finium regundorum eſt ectio in perſonem, quemvis habeatur pro vindicatione rei. ibid. 3
Iudicium commune eſt tale, ut in eo utreque pars habeat vices ſuas actoris ſcilicet, & Rei: agat ſcilicet, & convenietur. 500. 36
Iudicium in juramento requiſitum in eo conſiſtit, ut juramentum fiat cum neceſſitete, ac debita Deo reverentia. 613. 9
Iudicium actum eum excommuniceto eſt validum, donec exceptio axcommunicationis ei objiciatur. 676. 36
Iudicium ſi ſemel fuerit jam inſtitutum reſervetur excommunicato legitima defenſio, & reculatio Judicis. 681. 60
Iura præcipiunt libertatam, & juriſdictionem eccleſiaſticem eſſe illæſam ſervendam, nec poſſe Principee laicoe per ſua ſtatuta eidem officere; adeò ut libertes eccleſieſtica nec in toto, nec in parte poſſit per talia ſtetuta lædi. 27. 15
Iura produci debent præſente parte. 340. 19
Iura nunquam amplectuntur eliquam probetionis ſpeciem, quin admittant aliem meliorem. 583. 6
Iura, alie ſunt reſerveta Principi in ſignum privilegii ſingularis, & contre hæc non currit præſcriptio ſine ſcientia Principie, & requiritur tempus immemoriale, de cujus initio non habeatur memoria. 704. 12
Iura Epiſcopalia alia ſunt ordinie epiſcopalis, & hæc non poſſunt præſcribi à Præleto inferiore Epiſcopo, quia ſicut non poteſt hujusmodi jura poſſidere dafectu characterie Epiſcopalis; ita nec poteſt ea præſcribere. Alia ſunt jura juriſdictionis, & hæc poſſunt præſcribi ab Archidiacono, 707. 24. quia verò hujusmodi præſcriptio fit contre jus commune, debet concurrera titulus verus, & veriſimiliter putativue, vel ſaltem longiſſimum tempus, de cujus initio memorie in contrarium non habeatur. 707. 25
Iura omnia, quæ Prælatus poteſt poſſidere, poteſt etiam præſcribere. 710. 36
Iura eem tentùm prohibant appellationem, quæ ponit obicem regulari diſciplinæ; non verò illam, quæ tendit ed propulſandem violentiam. 793. 39
Iura ſunt promptiora ad abſolvendum, quàm ad condamnendum. 796. 57
Iuramenta puberum ſpontè facta, & adjecta contractibue rerum ſuarum non retractandis cuſtodiri debant. 657. 150
Iuramenta generaliter præſtite ſunt reſtringenda ed cauſam honeſtam, & veriſimiliter cogitatem. 797. 65
Iurementi calumniæ præſtetio poſt conteſtetam litem non eſt de ſubſtentie proceſſue judiciarii, proinde ſi omittatur, adhuc perſeveret proceſſus quoad ſua ſubſtantialia, ſuimqua ſortitur valorem. 333. 30
Iuremento ligetue de non fidejubendo ſub certa pœna pecuniaria alteri ſolvenda ſibi impoſita non tenetur eam ſolvere, ſi fidejubeet, eò

ficando in tribunali inquiſitionis. 549. 67. debet tamen hæc inimicitia eſſe capitalis, quæ oritur ex pluribus cauſis, quæ recenſentur. ibid.

Injurie an compenſari poſſit per aliā iniuriam? 730. 21

Injuriam irrogare alteri eſt intrinſecè malum, proinde ſemper illicitum. 184. 12

Innocens nonnunquam damnetur juxta allegate, & probata in judicio, ſed id per accidens contingit, & præter intentionem. 496. 19

Innovatio privilegiorum, an habeat vim confirmationis. 820. 1.

Innovatio privilegii cauſe vetuſtatis nil novi juris tribuit, ſed tantùm antiquum, ſi quod erat, conſervet. 820. 1

Innovatio privilegii nil addit ſupra id, quod antea fuerat conceſſum. ibid.

Inquiſitio, quâ Judex ſolet in judicio procedere, eſt duplex una generalis, quâ de nullo ſpecialiter, ſed tantùm in confuſo generaliter inquiritur, an leges, ſtatuta, mandeta, & alia eiusmodi ſerventur: alie ſpecialis, quâ Judex inquirit ſpecialiter contra aliquem certum maleſectorem, ut an Titius furtum commiſerit. 186. 2

Inquiſitio generalis non eſt illicita, ſed præcepte, & Epiſcopi poſſunt in ſuis diœceſibus eam exercere, non tamen in hac generali inquiſitione, tenetur quis crimen occultum proximi revelare, ne eius honori detrahetur, niſi ſint crimina pernicioſa toti Reipublicæ. 186. 3

Inquiſitio, an poſſit inſtitui ex vi confeſſionis factæ in tormentis. 496. 18

Inquiſitione ſpeciali contra certam particularē perſonam non proceditur, niſi præcedet infamatio, aut clamoroſa inſinuetio, quæ habeatur locò accuſationis. 186. 4

Inquiſitor tenetur procedere ad capturē delinquentis præſentis, quamvis extra locum ſuæ juriſdictionis deliquerit, idque in favorem fidei. Quoad pœnam tamen eidem injungendam remittendus eſt ad Judicem loci, in quo deliquit. 54. 8. Id tamē limitatur in crimine hæreſis, quia poteſt hæreticus puniri quocunque in loco deprehendetur. 54. 9

Inquiſitor, an poſſit ut ſuſpectus recuſari à Reo. 67. 55. & ſeq.

Inquiſitores ſancti officii quales ſint, & quo tempore inſtituti. 42. 2. & ſeq.

Inquiſitores ſancti officij temetſi olim eligerentur à Generalibus Ordinum S. Dominici, & S. Franciſci ex privilegiis à ſede Apoſtolice utrique ſacro Ordini conceſſis; hodie tamen deputantur à ſacre congregatione ſupremæ inquiſitionis, & ſuam juriſdictionem accipiunt à ſummo Pontifice 43. 4. debent autem Inquiſitores S. Officii præ cæteris eſſe converſatione honeſti, prudentiâ circumſpecti, conſtantiâ firmi, ſacræ fidei doctrinâ eminenter eruditi, ac virtutibus ornati. 43. 5. Imò conſultiùs eſt, ſi eligantur Doctores in utraque facultate Theologiæ, & juris canonici. 44. 10

Inquiſitores ſancti officii non poſſunt excommunicari è Delegatis ſedis Apoſtolicæ. 38. 15

Inquiſitores ex privilegiis ſibi factis poſſunt concedere indulgentias 20. vel 40. dierum omnibus, qui eorum concioni interſunt occaſione actus fidei. ibid. 17

Inquiſitores ſancti officii cognoſcunt ſuper criminibus hæreſis, ſuperſtitionis, aliiſque contra fidem, & eccleſiam, procedentes, ut Judices. 48. 1

Inquiſitores quamvis de jure communi non eligantur, niſi attigerint 40. ætatis annum; hodie tamen, quia creentur à Cardinalibus ſacræ Romanæ inquiſitionis hæc ætas non requiritur. 49. 3

Inquiſitores ex juſtis cauſis transferuntur de loco ad locum. 51. 10

Inquiſitores non removentur à ſedē Apoſtolica niſi ex impotentia, negligentia, & iniquitate. 51. 14

Inquiſitores prætextu ſui officij extorquentes pecunias incurrunt ipſo facto excommunicationem, à qua non poſſunt abſolvi, niſi in articulo mortis, & priùs facta reſtitutione. 52. 15

Inquiſitores poſſunt procedere contra quoſcunque Religioſos etiam exemptos, imò etiam contra eorundem Prælatos de hæreſi inquiſitos. 53. 4

Inquiſitores, conſultius eſt, ut non procedant contra Reges, Duces, Principes, nec contra eorum Conſiliarios, Senatores, alióſque præpotentes, & qui facilè poſſent impedire executionem ſancti officij. 54. 5

Inquiſitores in aliquibus caſibus poſſunt procedere contra turpes quæſtuarios, qui in negotio fideī ad ipſos non pertinente, ſe ingerunt, ac impediunt executionem S. inquiſitionis, ut etiam ſē prætextu indulgentiarum eleemoſinas emendicent. 55. 11.

Inquiſitores poſſunt procedere contra ſepelientes ſcienter hæreticos, & eorum fautores, Credentes, Receptores, & defendentes. 58. 32. Per ſepelientes ſcienter hæreticos in loco ſacro, intelliguntur etiam mandantes, cujuſmodi ſunt hæredes, vel conſenguinei, ad quos id pertinet, & etiam Rectores eccleſiæ, ubi cadaver ſepelitur. 58. 33

Inquiſitores poſſunt ſuis Vicariis, ſeu commiſſerijs ſubdelegare omnes facultates ſibi à ſede Apoſtolica conceſſas. 60. 5

Inquiſitores nonniſi in aliquo gravi, & urgenti caſu committunt ſuis Vicariis teſtium examinationem, quia generatim, quæ ab Inquiſitoribus fiunt maturiùs, & prudentiùs præſumuntur facta eſſe. ibid. 6.

Inquiſitores Regulares, quamvis addicti ſint obſervantiis proprii inſtituti; non tamen poſſunt à ſui Ordinis Præfectis mitti de uno loco ad alium, nec poſſunt impediri ab officio inquiſitionis, quia in ordine ad hoc munus obeundum non ſubduntur Præfectis ſui Ordinis, ſed ſedi Apoſtolicæ. 60. 9

Inquiſitores habent ſuum fiſcum, ſeu ærarium complectens quidquid ad illius commodum pecuniarium pertinet. 62. 12

Inquiſitores habent familiam armatam, ad quam tamen eliguntur viri pacifici, fideles, devoti, & laudabilis converſationis, ac vitæ. 69. 10

Inquiſitores fidei habent juriſdictionem in ordine ad recipiendem depoſitionem teſtium, ſi adſint, qui velint deponere. 95. 16

Inquiſitores ſi in favorem hæreſis omittant delinquentem capere, torquere, & punire, vel in carcere fideliter cuſtodire, habentur & ipſi ut fautores hæreticorum, quod etiam procedit de eorum Miniſtris. 96. 21

Inquiſitoribus ſancti officij plura conceduntur privilegia. 45. 1. & ſeq.

Inquiſitorum familiares, quales eſſe debeant, & quibus gaudent privilegiis. 46. 3. & ſeq.

Inſom

Inſomnium eſt, quò Dœmon facit hominem ſomniare, quæ vult ab ipſo credi. 139. 10.
Inſtantia cauſarum, quibus modis dicatur [illegible]re. 215. 77
Inſtantia judicij ſpectato jura canonico non perit per lapſum triennii, ſed eſt perpetua. 215. 77
Inſtrumenta ſi ſint utrique parti communia præſertim ratione dominij, non ſolùm Actor, ſed etiam ipſe Reus tenetur illa edere. 476. 15
Inſtromenta ſunt ſcripturæ, quæ ad cauſam inſtruendam, & probandam à partibus deſeruntur, & dicuntur inſtrumenta ab inſtruendo. 572. 3
Inſtrumenta publica, an diſtinguantur ab Authenticis. ibid.
Inſtrumenta in genere cenſentur publica, quorum authoritas eſt talis ob modum, quo juxta leges, & conſuetudines facta ſunt, ut fidem mereantur. 573. 4
Inſtrumenta publica dividuntur in Originalia, ſeu Authentica, & in exempla. ibid. 6
Inſtrumenta ſunt, quæ fiunt authoritate privata à perſonis privatis, ſine debitis ſolemnitatibus, & hæc etiam dividuntur in authentica, & non authentica. 573. 7
Inſtrumenta, ut valida ſint, fieri debent ſuper iis actibus, qui ab humana dependent voluntate, ſeu à libera diſpoſitione petentium inſtrumentum, & nullam requirunt cauſæ cognitionem. 574. 16
Inſtrumenta qualem in judicio habeant efficaciam. 575. 1
Inſtrumenta privata, quæ manu propria ſcribentis ſubſcripta ſunt abſque ſubſcriptione teſtium, & aliis adminiculis, contra ipſum ſcribentem plenè probant, niſi alijs argumentis, & probationibus oſtendatur erroneum, & falſum eſſe, quod ſcripſit. 577. 7
Inſtrumenta produci debent in judicio poſt litem conteſtatam parte contraria citata 579. 1
Inſtrumenta produci poſſunt uſque ad ſententiam definitivam, & Judex poteſt ſemper audire novas probationes litigantium, proinde & etiam recipere inſtrumenta, quia hæc in judicio habentur locò probationum. 570. 4
Inſtrumenta in aliquibus caſibus poſſunt produci etiam poſtquam eſt concluſum in cauſa. ibid. 6
Inſtrumenta tunc dicuntur directè contraria, quando oppoſita continent, ut ſi in uno dicatur Judicem abſolviſſe, & in alio condemnâſſe. 583. 8. & hujuſmodi inſtrumenta contraria in judicio producta nihil probant, quia producens inſtrumenta cenſetur fateri omnia, & ſingula in eis contenta vera eſſe. ibid. 9
Inſtrumenta dicuntur habere eandem vim, quam habent teſtes, prout ſunt inſtrumenta, non ita quando ſunt contraria. 583. 11.
Inſtrumenta, ſi amittantur, non obſtat Creditori, quò minùs aliis legitimis probationibus poſſit debitum oſtendere. 584. 16
Inſtrumenta confecta à Notario putativo, qui revera non ſit talis, an revera ſuum ſortiantur valorem? 587. 28
Inſtrumenta poſſunt ſemper in judicio produci uſque ad concluſionem in cauſa, cùm in ipſis non timeatur ſubornatio, ſicut in teſtibus. 589. 35. Imò etiam poſt concluſionem in cauſa ob rationem de novo emergentem poſſunt inſtrumenta produci, ut in ijs, in quibus Judex procedit ex officio. 589. 36
Inſtrumenti exemplo ſimplici ſine originali fides adhibetur. 582. 3
Inſtrumento antiquo, an ſit fides adhibenda, ſi in ipſo tantùm exprimatur contractus in genere. 575. 17
Inſtrumentùm privatum generatim eſt omnis ſcriptura confecta à privata perſona, ſive authentica ſit, ſive non. 474. 5
Inſtrumentum quid, & quotuplex ſit, & quando conficiendum. 572. 1
Inſtrumentum publicum eſt ſcriptura publica, publica authoritate, ſeu à publica perſona legitimè, & cum debitis ſolemnitatibus confecta ſive in judicio, ſive extra. ibid. 3
Inſtrumentum ſubſcriptum per publicum Notarium legi debet coram partibus. 574. 11.
Inſtrumentum à Notario publico in uno loco confectum, ubique terrarum habetur publicum, & authenticum. ib.
Inſtrumentum, ut ſit validum ex parte Notarii requiritur, ut is fuerit rogatus à partibus. 574. 14
Inſtrumentum originale exhiberi debet, ut etiam privilegium, ſi de illius veritate dubitetur, vel illud falſitatis redarguatur. 581. 8
Inſtrumentum ſi vitiatum fuerit in una tantùm parte, quoad totum cenſendum eſt falſum. ibid. 2
Inſtrumentum privatum, ſi teſtes deceſſerint non habet fidem, bene tamen inſtrumentum publicum. 581. 1.
Inſtrumentum an cenſeatur falſum, & ſuſpectum ex eo, quòd in facti narratione litteræ ſint abraſæ? 582. 1
Inſtrumentum ſi contineat plura capitula non connexa, ob raſuram ſubſtantialem factam in uno, non vitiantur reliqua, ſi careant ſuſpicione falſi. ibidem 5
Inſtrumentum eſt ſtricti juris, & ejus interpretatio non eſt extendenda extra illa, quæ in eodem continentur, ſed ſumi debet ex verbis. 584. 15
Inſtrumentum poteſt amitti, vel per caſum fortuitum, vel per factum proprium producentis, vel per factum adverſarij. 585. 17
Inſtrumentum reprobatur per teſtes aſſerentes contrarium. 587. 30
Inſtrumentum ſi falſitatis redarguatur, Judex tenetur injungere redarguenti, ut coram ſe, & paucis aliis in loco congruò, & ſecuro, privilegium, vel inſtrumentum exhibeat. 588. 33
Inſtrumentum, ſi periculum ſit, ne corrumpatur, & pereat, renovari poteſt etiam abſente parte, ac lite non conteſtata. 820. 3
Intentio voventis in dubio eſt intelligenda in favorem voti, vel juramenti. 630. 32
Intentio non poteſt ferri in incognitum, nec Princeps poteſt velle ſupplere defectus, quos ipſe ignorat. 827. 26
Interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis, quæ ſint, & quibus competant. 389. 30
Interdicta ratione effectuum dividuntur in prohibitoria, reſtitutoria, & exhibitoria. 389. 29
Interdicto retinendæ poſſeſſionis duobus modis agi poteſt. 483. 15.
Interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis dicitur quorundam

rundam legatorum, & competit hæredi, val bonorum poſſeſſnri ad avocandam poſſeſſionem lagati à Legatario. 377. 5

Interdictum Salvianum compatit Domino, ſeu locatori fundi contra colonos, ſeu conductores fundi. ib. 6

Interdictum quid ſit, & quotuplax. 388. 28

Interdictnm retinendæ poſſeſſionis quid ſit, & quomodo procedat. 389. 31

Interdictum *unde vi* quod eſt remedium recuperandæ paſſeſſionis ei competit, qui per aliquem ſpoliatus eſt poſſeſſione rei immobilis. 394. 3

Interdictum *unde vi* non competit colono, nec conductori, ſi hic à fundo, vel domo ab altero per vim deiicistur, ſad ipſi Domino. ibid. 4

Interdictum *unde vi* non ſolùm illis aompetit, qui ſimpliciter, & abſolutè fuerunt rerum ſuarum poſſeſſione ſpoliati, ſed etiam illis, qui liberè poſſidere non poſſunt. 394. 5

Interdictum *unde vi*, ſeu recuparandæ poſſeſſionia non competit, niſi contra eum, qui alium à poſſeſſiona ſua dejecit, dummodo ſpoliatio contigerit. ibid. 6

Interdictum *unde vi* non compatit libaris contra parentes neque libertis contra Dominos. 394. 8

Interdictnm *unde vi* pes quid differat ab intardicto ratinendæ poſſeſſionis. 395. 9

Interdictum *unde vi* ei tantùm compatit, qui vi ſpoliatus fuit poſſeſſiona rei immobilis. 401. 1

Interdictum *unde vi* ſupponit eum, cui competit, verè poſſediſſe, quando fuit à ſua ꝑpoſſeſſiona dejectus. ib. 2

Interdictum *unde vi* competit contra eum, qui alterum vi dejacit à ſua poſſeſſinne. 401. 3

Interdictum setinendæ poſſeſſionis habetur, quando uterque litigans contendit ſe in ſolidum poſſidere eandem rem, adeo ut uterqua ſit actor, & Raus. 483. 11. in judicio tripliciter poteſt quis verſari. ib. 13

Interdictum *unde vi*, ſau recuperandæ poſſeſſionia non tam laxè patet, quàm remedium ravocandi attentata pendente appellatione. 782. 17

Interdictnm *unde vi* non datur contra quamcunqua, ſad tantùm contra eum, qui vi dejecit, vel deijci mandavit, aut dejectionem ſuo nomine ſactam ratam habuit: unde non datur contra eum, ad quem res citra vitium ſpolii pervenit. ib. 12

Intarpretatio debet in dubiis fiari in meliotem partem. 673. 20

Interrogatoria generalia, & ſpecialia quænam ſint, & per quid differant. 535. 7

Interruptio alia eſt naturalis, alia civilis, Illa ſe habat reſpectu omnium adverſariorum, & per ipſam præſcriptio dicitur abſolutè interrupta. Civilis tantùm ſe habet reſpectu illius, qui litem movit. 701. 2

Invocare dæmones deprecativè ad aliquid obtinendum, us tempeſtates in aëre ciaant, procellas in mare commoveant, ægritudines hominibus infarant, inclinat ad hæreſim, & poſſunt Inquiſitores contra huiuſmodi invocantea dæmonem procedera. 141. 21

Invocare dæmones etiam ob bonum finem non caret culpa gravi, quia talis invocatio non fit ſina familiaritate cum dæmone. ibid. 22

Invocatio Dæmonis, ſi ſit depracativa ad ſciendum quæ non excedunt naturalem eius facultatem, adhuc eſt hæreticalis. 141. 19

Invocatio Dei sacita ſufficit ad juramentum. 612. 4

Itineratio non eſt opus ſervile, nec per ſe prohibitum die ſeſto. 351. 7

Iudæi, & infideles quamvis non ſint hæretici utpote non baptizati, adhuc in aliquibus caſibus ſubijciuntur jurisdictioni Inquiſitorum. 55. 11 & ſeq.

Iudæi fœdantes, ac deturpantes Sanctorum imagines puniendi ſunt ab inquiſitoribus ſancti officij, tametſi ratione delicti non ſubiiciantur jurisdictioni eccleſiaſticæ. 118. 16

Iudæi tranſeuntes ad ſectam Pagànorum, vel aliorum idololatrantium puniri poſſunt ab inquiſitoribus S. Officii. 132. 5

Iudæi ideo non jurant per evangelia, quia hæc non credunt, neque abjurant hæreſin, quia in ipſis locum non habet, ſed tantùm jurant ſuper ſacroſanctam Dai lagem. 133. 6

Iudæi, & alij infidelas nondum baptizati cogi nequeunt ad ſuſcipiendum baptiſmum, ut profiteantur Chriſti fidem. ibid. 7

Iudæi non poſſunt adigi à Principibus ſæcularibus, in quorum Provincijs ſuum fixêre domicilium ad ſuſcipiendam fidem Chriſti, 133. 8

Iudæi ideo non coguntur Chriſti legem amplecti, ſed tantùm compelluntur vivere ſecundùm legem naturæ, quia ceremoniæ lagis moſaicæ non adverſantur legi naturali. 136. 26

Iudæi delinquantes à quonam Judice ſint puniendi, ſi degant in Provincijs catholicorũ? 172. 10 & ſeq.

Iudæi, Pagani, & hæratici arcentur à teſtimonio ferendo contra Ortodnxos. 520. 3

Iudæis habentibus ſtabile domicilium in terria Chriſtianorum, quamvis permittatur cultus Moſaicæ lagis, non tamen ais permittitur idnlolatria. 132. 3

Iudex alius aſt Ordinarius, cui per ſe, ratione dignitatis, vel officij competit judicium ferre, & ex proprio munere, ac officio jurisdictionem exercet. Alius eſt Delegatus, qui nonniſi ex commiſſione ſpecialitar ſibi factis ius dicit. 7. 2

Iudex eccleſiaſticus ſupplet negligentiam Iudicis ſæcularis, atiam quando jus civile ambiguum, & obſcurum eſt in cauſis, quas laicus Judex tractat: ſi enim inde ſint oritura ſcandals, vel diſſidia, præſertim inter Principes, Judex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere ſuper tali cauſa. 10. 5

Iudex ſæcularis, quamvis non poſſit iurisdictinnem exercere in perſonas eccleſiaſticas, poteſt tamen, licèt non per ſe, & directè, ſed tantùm per accidens cognoſcere de rebus Clericorum, ſi in ipſis non ſit alia quæſtio, quàm facti. 11. 10

Iudex laicus poteſt cognoſcera de falſitata prolata in judicio à Clarico titubanta in teſtimonio ferendo, non tamen ut Clericum puniat, ſed ut in exactiorem notitiam cauſæ deveniat. ibid. 13

Iudex laicus non poteſt punire Clericum delinquantem in officio ſæculari. 12. 16.

Iudex ſæcularis in plerisque caſibus poteſt Clericum capere, non ut ipſum puniat, ſed ut Judici accleſiaſtico tradat. 12. 17. non tamen poteſt Judex laicus per ſuos Miniſtros ſpoliare Claricum armis atiam prohibitis: quia Clerici ad ſervanda ſtatuta laicalia adigi debent à Judice accleſiaſtico non ſæculari. 13. 18.

Iudex

Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de jure ſepulturæ, quia ſecundùm ſe eſt jus ſpirituale, vel ſaltem ordinatur ad ſpirituale, ſeu ad ſacrum locum: hinc laicus propriè non poſſidet ſepulchrum in loco ſacro, ſed tantùm ex indulgentia, & permiſſione Eccleſiæ toleretur laicus in quaſi poſſeſſione juris ſepulturæ in tali loco ſacro. 21. 11

Iudex ſæcularis tantùm ex commiſſione Prælati eccleſiaſtici, & ut delegatus poteſt cognoſcere cauſas merè civiles, quæ moventur inter clericos, vel contra clericos, aut eccleſias à laicis: quia delegatus non procedit authoritate propria, ſed jurisdictione delegantis. 21. 13. Excipiuntur tamen cauſæ feudales, quia Dominus feudi habet jurisdictionem ordinariam à lege ſibi conceſſam, ſi inter ſuos Vaſallos quæſtio ſuboriatur ſuper feudo: & jurisdictio, quæ confertur à lege, eſt ordinaria. 22. 14

Iudex eccleſiaſticus poteſt cauſas civiles cognoſcere, non ita Iudex ſæcularis cauſas eccleſiaſticas; quia ille eſt major, & excellentior; hic minor, & inferior: & Judex ſuperior negligentiam ſupplet inferioris, non hic negligentiam ſuperioris. 23. 20

Iudex eccleſiaſticus non cognoſcit directè de cauſis politicis, et civilibus pertinentibus ad forum ſæculare, adeò ut non poſſit eccleſiaſticus eſſe Ordinarius Judex cauſarum civilium pertinentium ad forum ſæculare, quia eccleſiaſticus non habet directam jurisdictionem in cauſas temporales fidelium, niſi iſti ſubjiciantur jurisdictioni temporali Pontificis. 24. 22

Iudex eccleſiaſticus excluſo ſæculari in cauſis beneficialibus de jure communi, non ſolùm cognoſcit ſuper petitorio, ſed etiam ſuper poſſeſſorio. 31. 2

Iudex laicus ſuper controverſiis rerum ſpiritualium non poteſt cognoſcere. 32. 5. ſed tantùm ex delegatione, & commiſſione Papæ poteſt cognoſcere de cauſis ſpiritualibus, quia tunc non proprie, ſed authoritate Papæ cognoſcit. ibid. 6

Iudex in adjudicanda recredentia tantùm ſummariè ſolet ſe informare, & ex actis hinc inde reproductis inſtrumentis diſpicere, quis apparentiorem titulum videatur habere. 34. 13

Iudex qui cognoſcit de poſſeſſione, non ſemper cognoſcit de proprietate, quia plerumque cauſa poſſeſſorii pertinet ad materiam facti, & uſurpetur à laicis judicanda, qui tamen nequeunt judicare de proprietate, ſeu materia juris. 35. 18

Iudex laicus in cauſa criminali non poteſt jurisdictionem exercere in clericos, nec authoritate propria cognoſcere ſuper cauſis criminalibus clericorum. 37. 10

Iudex ſæcularis nullam habet jurisdictionem, nec poteſtatem in perſonas eccleſiaſticas maximè in cauſis criminalibus, quia id cederet in grave opprobrium & contemptum ordinis clericalis. ibid.

Iudex proprius Clericorum de jure communi eſt Epiſcopus, unde ne delicta maneant impunita, Clericus de jure communi coram ſuo Epiſcopo, vel de jure ſpeciali coram alia perſona eccleſiaſtica conveniri debet. ibid.

Iudex laicus non poteſt judicare de criminibus Clericorum, nec ex commiſſione, ſeu delegatione Prælati eccleſiaſtici, ut Epiſcopi, vel alterius inferioris Papæ. 38. 12

Iudex ſuperior poteſt cognoſcere ſuper ſententia lata à Judice inferiore, ſi per viam querelæ fiat ad ipſum recurſus. 66. 28

Iudex regulariter per appellationem à ſententia interlocutoria non impeditur, quin poſſit procedere, donec à ſuperiore inhibeatur, quod tamen fallit in decreto torturæ. ib. 31

Iudex ſæcularis, an poſſit compellere aliquem ad relaxandum juramentum, cùm cauſæ juramentorum pertineant ad forum Eccleſiaſticum. 174. 16

Iudex eccleſiaſticus poteſt ſupplere negligentiam, & defectus Judicis laici in adminiſtranda juſtitia in cauſis, quæ aliàs de jure ſibi non competerent. Imò poteſt laicum compellere, ut ſuo officio rectè fungatur. 176. 25

Iudex eſt perſona, quæ publice authoritate Judicio præeſt, & quaſi diremptorem, ſeu mediatorem agit inter partes diſſidentes, & dicitur Judex, quia jus dicit, & ſecundùm juris præſcriptum res controverſas definit. 179. 1

Iudex laicus non poteſt cauſas merè ſpirituales jurisdictionaliter, & propria authoritate judicare, imò neque ex delegatione Prælatorum Eccleſiaſticorum exceptâ plenitudine pontificiæ poteſtatis. 181. 8

Iudex ſæcularis non poteſt judicialiter cognoſcere ſuper cauſa jurispatronatûs. ib. 2

Iudex ſæcularis non poteſt propria authoritate cognoſcere cauſas judiciales pecuniarias, ſeu merè civiles, quæ inter Clericos, & contra Clericos, aut eccleſias è laicis moventur. 182. 4

Iudex ſæcularis in cauſis criminalibus non poteſt clericos judicare, quamvis Prælati eccleſiaſtici ſint negligentes. ib. 5. & ſeq.

Iudex eccleſiaſticus non poteſt directè, & ordinariè cognoſcere, & judicare cauſas merè civiles, & etiam criminales pertinentes ad Magiſtratum laicum. 183. 7

Iudex domicilii, & originis, an poſſit judicare de delictis alibi commiſſis? ib. 10

Iudex inferior non poteſt mutare ſententiam definitivam à ſuperiore prolatam, niſi ſuperior de novo præcipiat cognitionem cauſæ jam deciſæ. 184. 13

Iudex ſi legitima afferatur exceptio, poteſt recuſari. ib. 15

Iudex de pluribus criminibus poteſt inquirere, ac procedere, quamvis non præceſſerit infamia. 187. 7

Iudex ſæcularis, & fiſcus tantùm inquirere poteſt de criminibus commiſſis intra decennium computandum à die perpetrati criminis. ib. 9

Iudex pluribus modis poteſt procedere ad inquirendum. 188. 12

Iudex inquirere poteſt de pluribus delictis ex jure communi. ib. 14

Iudex in pluribus caſibus poteſt procedere per denuntiationem judicialem. 193. 5

Iudex poteſt in judicio procedere contra malefactorem deprehenſum in flagranti delicto; poteſt enim tunc Judex contra ipſum vocare teſtes, accipere informationes, quia ſola deprehenſio in flagranti delicto non facit plenam probationem ad Reum condemnandum. 196. 5

 Iudex

Iudex eccleſiaſticus eatenus judicat de jure patronatûs, & jure ſepulturæ, eò quia tale jus ſit intrinſecè quid ſpirituale. 199. 8. & ſeq.

Iudex tenetur providere, ut debitæ in judicio ſerventur ſolemnitates. 204. 29

Iudex eccleſiaſticus poteſt procedere contra quemlibet peccatorem etiam laicum. 205. 36. non tamen ſe immiſcet ad cognoſcenda, & punienda crimina laicorum, qui ſubjiciuntur alteri in temporali juriſdictione, niſi in certis caſibus. ib.

Iudex ſæcularis non poteſt ſupplere defectum Judicis eccleſiaſtici, nec clerici trahi poſſunt è laicis ad ſuum judicium. 210. 53

Iudex, qui ut privatus habet conſimilem cauſam, quam agitat, poteſt recuſari, quia debet carere omni ſuſpicione injuſtitiæ; non tamen ſufficit ſimilitudo generica, ſed requiritur ſpecifica. ibid. 55

Iudex delegatus non obſtante lapſu triennii poteſt in cauſa ſibi commiſſa procedere. 211. 58

Iudex ſi ex negligentia cauſam ultra tempus ſtatutum protrahat puniendus eſt; & actor, ſi dolo careat contra Ipſum temporis reſtituitur. ibid. 59

Iudex delegatus quomodo poſſit partem compellere, ut perſonaliter coram eo compareat. 212 64

Iudex in cauſis beneficialibus decimarum, matrimonialium, & uſurarum poteſt procedere ſimpliciter, & de plano ſine judiciorum ſtrepitu, & figura. 214. 73. poteſt tamen, ſi velit ſervare ordinem judiciorum, ſi conſultiùs id expedire ipſi viſum fuerit. ib. 74

Iudex eccleſiaſticus quasnam cauſas poſſit diſcutere, & quæ ſint cauſæ merè civiles, & merè ſpirituales. 216. 78

Iudex non poteſt quis eſſe in cauſa propria, quia debet Judex carere omni ſiniſtra ſuſpicione, id tamen fallit in notoriis, quando crimen eſt notorium, & injuria illata Judici, & pœna eſt certa, & in jure expreſſa, non ita ſi imponenda eſſet arbitrio Judicis. 218. 89

Iudex competens is dicitur, cujus juriſdictioni Reus ſubjicitur, ſeu coram quo actio, ſeu lis proponi, inſtitui, ac finiri poteſt. 214. 1

Iudex non poteſt directè juriſdictionem contentioſam exercere extra ſuum territorium, nec in alienos ſubditos. 227. 1

Iudex ordinariè loquendo nequit ſuam ſententiam pœnalem extendere ultra ſuum territorium, quia ibi non poteſt ſuam exercere juriſdictionem. 229. 10

Iudex domicilii, vel beneficii, ſi ad eum mittatur Clericus reus exequi debet ſententiam alterius Judicis, quia tunc uterque Judex eſt competens. ibid.

Iudex laicus ſi per ſe, & propria authoritate jus dicat contra Clericum, incurrit excommunicationem latæ ſententiæ. 231. 6

Iudex ſæcularis dupliciter poteſt laicum criminoſum prævenire, ſi poſt patratum crimen ad ordines eccleſiaſticos promoveatur. 245. 13

Iudex, qui non poteſt adiri per ſimplicem querelam, ſed tantùm per viam appellationis, regulariter non poteſt cognoſcere de cauſa principali, tametſi partes litigantes conſenſerint, niſi priùs cognoſcat de appellatione, an ſit legitima. 252. 4

Iudex competens, ob quas cauſas poſſit à partibus litigantibus recuſari jure civili, & canonico. 254. 16

Iudex, an in cauſa mixti fori teneatur litem decidere juxta leges, & conſuetudines proprii fori. 257. 29

Iudex tam ordinarius, quàm delegatus, ſi deprehendatur ſuſpectus jure canonico poteſt recuſari. 258. 35

Iudex ſæcularis in cauſis, quæ ſunt mixti fori, non eſt Judex competens Clerici, vel religioſi, & non poteſt procedere contra perſonam, nec contra res Clerici. 259. 40

Iudex, qui in defectum Domini directi, ſeu feudi adiri debet, quinam ſit? 260. 43

Iudex eccleſiaſticus ſi condemnet Clericum Vaſallum Domini laici de crimine, ob quod ſit clericus privandus feudo, poteſt tunc Dominus directus laicus, ſi velit privare Clericum feudo; non ita ſi Clericus Vaſallus à ſuo Judice eccleſiaſtico fuerit à crimine eidem objecto abſolutus. ib. 45

Iudex competens an poſſit quiſque eſſe ex *L. diffamari C. de ingenuis manumiſſis.* 263. 54. & ſeq.

Iudex tenetur ex officio juxta leges pœnam infligere, ſi hæc ſit in jure definita. 290. 28

Iudex quomodo teneatur ſe gerere, quando actor non probet cauſam, quam in libello expreſſerat. 292. 36

Iudex delegatus ſi datus ſit ad petitionem actoris, & Rei, tunc non datur locus reconventioni coram tali delegato. 296. 3

Iudex delegatus poteſt compellere actorem ad reſpondendum Reo in cauſa reconventionis, non ſolùm coram Judice ordinario, ſed etiam coram delegato. 300. 8

Iudex ſi agat ſummariè, ut in cauſis beneficialibus, poteſt tunc ſimul cum poſitionibus facti, etiam poni jus agendi. 308. 8

Iudex in cauſis ordinariis etiam ante litis conteſtationem, imò etiam ante libelli oblationem ad inſtantiam actoris format præparatorias interrogationes. 313. 17

Iudex delegatus tenetur reſcriptum delegationis unà cum citatione mittere, ut citatum obliget ad comparendum. 339. 14

Iudex ſi non poſſit nec indirectè cognoſcere ſuper exceptione peremptoria, nec poteſt ſuper cauſa principali, antequam quæſtio incidens cognoſcatur à proprio Judice. 362. 4

Iudex in caſu paris probationis debet pronuntiare ſecundùm formam interdicti *uti poſſidetis, ita poſſideatis.* 378. 10

Iudex competens qualis ſit in judicio poſſeſſorio. 378. 12

Iudex, de qua re cognovit, tenetur de eadem ferre ſententiam. 383. 7

Iudex laicus ſi ſententiam dicat contra clericum in cauſa ſpirituali, eamque exequatur, ſententia eſt nulla. 394. 7

Iudex poteſt Rei contumaciam, tanquam contemptum ſibi illatum ex officio coërcere. 415. 8

Iudex ſi ex actis non ſit plenè inſtructus, nec poſſit plenè inſtrui, tum abſolvit reum præſentem ab obſervatione judicii, & actor nullum regreſſum habet ad cauſam. 416. 12

Iudex

Iudex ob Rei contumaciam poteſt interdum conſideratis circumſtantiis non mittere actorem in poſſeſſionem rei petitæ, ſed eam ſequeſtrare, & interim condemnare contumacem in expenſas à tempore citationis factas ab adverſario. 418. 20

Iudex ſi ipſi conſultius viſum fuerit, poteſt rem petitam ſequeſtrare, & locò miſſionis in poſſeſſionem decernere ſequeſtrum. 419. 2

Iudex poſt latam ſententiam functus eſt ſuo officio, & non poteſt poſtea condemnare eum, qui cauſa cecidit ad expenſas litis. 448. 2

Iudex duobus modis poteſt Judicem agere. ibid. 2

Iudex poteſt ſupplere allegationem juris omiſſam, non ita factum, vel ejus probationem. 471. 3.

Iudex in judiciis duplicibus quinam ſit. 482. 10

Iudex hodie omnes admittit, qui teſtari volunt, eò quia id expediat ad bonorum ſecuritatem, & malorum oppreſſionem, ut quacunque via crimina detegantur, & abigantur. 510. 7

Iudex quamvis ſupponat plures teſtes ſingulares verum deponere, non tamen poteſt aſſentiri, quod faciant plenam probationem ob ſingularitatem, quæ non ſinit eos eſſe conteſtes. 531. 20

Iudex ex pluribus teſtibus ſingularibus, qualificatis tamen, poteſt conjicere in genere pravos mores, & malam famam illius, contra quem teſtimonium perhibent. 532. 21

Iudex non poteſt ſententiam ferre juxta ſcientiam privatam, neque ex motivo privato, alioquin perverteret ordinem procedendi judicialiter. 533. 27

Iudex ut ex juſta cauſa dicatur judicare ſecundùm teſtes ſingulares debet ipſa cauſa continere juſtitiam ſententiæ. ib. 29

Iudex Reo citato, & ſtatim comparenti debet teſtium tacitis tamen eorum nominibus teſtimonia, ac omnes probationes, ſimul cum delicto ei manifeſtare, concedendo illi aliquod tempus etiam ſub juramento, ut reſpondeat. 540. 15

Iudex non poteſt reum convictum de uno crimine interrogare de aliis, nec de ſociis, niſi de iis præceſſerint infamia, & clamoroſa inſinuatio, vel ſemiplena probatio, aut alia indicia ſufficientia. ibid. 16

Iudex quamvis ſupponat teſtes ſingulares verum deponere, non tamen poteſt aſſentiri, ut faciant plenam probationem. 545. 39

Iudex ſi aliqua juſta cauſa ſuppetat, an poſſit ſententiam ferre, quamvis teſtes ſint ſingulares? 546. 53

Iudex in ordine ad ſententiam ferendam debet attendere, quæ ſunt in actis allegata, & probata, non verò quæ extra illa. 546. 44

Iudex delegatus an poſſit eſſe teſtis in cauſa, quam judicat, vel judicavit. 553. 76

Iudex in cauſa criminali, & ardua, ut etiam in cauſa matrimoniali poteſt alteri committere receptionem, & examen teſtium. 565. 4

Iudex eccleſiaſticus, ut procedat contra contumacem, debet priùs eum punire per cenſuram ſuſpenſionis, aut interdicti, & poſtea creſcente inobedientia Papa procedit ad excommunicationem, & pœnam depoſitionis. 566. 6

Iudex ante concluſionem in cauſa poteſt certum tempus præſtituere intra quod producenda ſint omnia inſtrumenta ad lites abbreviandas. 580. 5

Iudex ex violenta præſumptione, dummodo in judicio manifeſta ſit, poteſt interdum procedere ad ſententiam definitivam abſque alia probatione. 593. 3

Iudex ex pluribus indiciis ſimul junctis, ſi ſint valdè urgentia, ac violentam faciant probationem, poteſt procedere ad ſententiam definitivam. 594. 7

Iudex an ex violenta præſumptione poſſit ſententiam definitivam proferre. 602. 24

Iudex, an in cauſa dubia ob defectum probationum poſſit Reo deferre juramentum ad ſui purgationem. 617. 13

Iudex non ſolùm ad inſtantiam partis litigantis, quæ ſemiplenè probavit, ſed etiam ex ſuo officio, eóque non implorato, poteſt juramentum ſuppletorium deferre, præſertim in cauſis dubiis. 619. 9

Iudex eccleſiaſticus ex eo, quòd fuit Judex cauſæ præparantis, ſeu relaxantis juramenti, an poſſit eſſe Judex cauſæ præparatæ. 634. 47

Iudex conſideratis cauſæ, & perſonarum circumſtantiis interdum actori deferre poteſt juramentum in ſupplementum probationis, ſi id neceſſitas exigat. 647. 15

Iudex ſicut dilatoriis, ita etiam peremptoriis exceptionibus poteſt terminum præfigere. 669. 18

Iudex poteſt recuſari, ſi ſit ſuſpectus, ſi conſanguineus, vel familiaris adverſario, non tamen quæcunque amicitia ſufficit. 671. 8. & ſeq.

Iudex ſi ſuam opinionem ſincerè aperiat parti, antequam ſententiam ferat, purgat ſuſpicionem. 672. 11

Iudex in criminibus notoriis non poteſt recuſari ut ſuſpectus. ib. 14

Iudex Ordinarius, ſi contra ipſum excipiatur, poteſt poſt recuſationem, cauſam alteri delegare, quia ſuſpectus in cognoſcendo non eſt ſuſpectus in delegando. 673. 17

Iudex de eo tantùm cognoſcere debet, ſuper quo appellatum eſt. ib. 22

Iudex quando exprimit cauſam in ſententia abſolutoria, vel condemnatoria, eſt ſententia amplianda, vel reſtringenda ad limites illius. 675. 27

Iudex tenetur ex officio repellere publicè excommunicatum, quamvis Reus nil opponat. 677. 37

Iudex recuſatus ut ſuſpectus non removetur in totum, ſed eidem additur ſocius, & quomodo tunc Judex recuſatus debeat ſe gerere. 678. 46

Iudex tenetur ſtatuere certum terminum, intra quem exceptiones tam dilatoriæ, quàm peremptoriæ proponi debeant. 679. 52

Iudex non ſolùm exceptionibus dilatoriis, ſed etiam peremptoriis poteſt certum terminum aſſignare, quo elapſo non ampliùs exceptiones peremptoriæ admittuntur. 680. 58

Iudex in caſu juris dubii, & obſcuri tenetur judicare ſecundùm probabiliora, & quæ communiter in ſuo tribunali recepta ſunt. 7. b. 7

Iudex executor ſententiæ debet eſſe competens; nec ſententia lata contra clericum poteſt executioni mandari, niſi à Judice eccleſiaſtico. 716. 8

Iudex

Iudex eccleſiaſticus in canſis ſæcularibus poteſt implorare brachium ſæculare, imò & Judicem laicum excommunicare, ſi contumaciter recuſet adhibere ſuum brachium. 731. 2

Iudex neque de conſenſu partium poteſt ſententiam diffinitivam à ſe latam immutare. 735. 26. Idque etiam procedit in cauſis criminalibus. ib. 27

Iudex de jura communi poteſt pluriès ſententiam ſuam revocare. 738. 30

Iudex ſententiam interlocutoriam, quam tulit, poteſt revocare, & ſi in ea erravit, poteſt etiam illam emendare per ſubſequentem ſententiam definitivam. 762. 25

Iudex *à quo* tenetur Apoſtoloa appellanti, eos peceoti exhibere. 771. 10

Iudex *à quo* non poteſt definire tempus, intra quod eauſa appellationis finiri debet, ſed tantùm deſignare tempus, intra quod appellans debeat iter arripere; & Judici appellationis ſe ſiſtere. 772. 2

Iudex *ad quem* nequit terminum à jure ſtatutom ad proſequendam appellationem reſtringere, niſi fortaſſis ex oimia dilatione damnum immioeret animarum, ac Reipublicæ pernicies. 772. 4

Iudex *ad quem* nequit reſtringere, nec abbreviare cerminum aſſignatum à Judice *à quo*. ib. 5

Iudex *à quo* lapſo primo fatali poteſt executioni maodare, citatâ priùs parte ſententiam ſnam, veluti sppellatione deſerta, ſi non conſtiterit evidenter de impedimento, neque appareat de proteſtatione de oon lapſu fatalium. 775. 23

Iudex *à quo* tenetur cuilibet appellationi deferre, ſeu illam admittere, & acta coram ſe intra dies triginta unà cùm apoſtolis transmittera ad Judicem *ad quem* ſit appellatio. 776. 1

Iudex *à quo* ob reverentiam ſuperioris Jndicis debet appellationi deferre, tameſi dubitetur, an cauſa appellandi legitims ſit, necne. ib. 2

Iudex *à quo* tenetur ſuperſedere, ſi ſuper quæſtiona incidente, ſeu interlocutoria ſententia, exceptione aliqua sppelletur. 777. 4

Index *ad quem* poteſt remittera cauſsm appellationis ad Judicem *à quo* appellatum eſt, dummodo concurrant aliquot cooditiones, quæ explicantur. ibid. 9

Iudex ordinariè non poteſt revocare ſententiam deſinitivam, quia poſt illsm latam ſunctus eſt ſuo officio. 783. 1

Iudex omiſſâ cauſâ appellationis poteſt ad petitionem sppellati procedere in articulo principali, ac definitivè pronunciare. 784. 5

Iudex oon deferens appellationi juſtæ, & admittens injuſtam lethaliter peccat. 793. 41

Iudex, cui commiſſa eſt cauſa cum clauſulâ *appellatione remota* non debet deferre appellationi incerpoſitæ ex cauſa probabili. 800. 76

Iudex inferior non poteſt cognoſcere ſoper re ſcienter confirmata à ſummo Pontifice. 821. 1. Idque procedit, dummodo confirmatio valida ſit. 821. 2

Iudex inferior neqnit judicare contra confirmationes impetratas à ſede Apoſtolica io forma ſpecifica. 828. 28

Iudices quomodo duos diſtinctos proceſſus conficiant, unum ſuper recredentia, & alium ſuper pleno poſſeſſorio, adeò ut poſt prolatam ſententiam recredentiæ slius inſtituatur proceſſus ſuper pleno poſſeſſorio. 34. 12

Iudices Regii in Gallia, & Belgio ex hodierna conſuetndine de omni ferè quæſtione in materia beneficiarla cognoſcunt non ſolùm ſuper poſſeſſorio, verùm etiam ſuper petitorio, & ut videantur inſiſtere antiquis formulis, aſſerunt, ſolum poſſeſſorium, quod eſt facti ſibi attribuere, oon verò petitorium, quod eſt juris. ib. 16

Judices eccleſiaſtici tenentur laicis adminiſtrare juſtitiam, ſi iſti conquerantur de clericis. 209. 52

Iudices ſi da priocipali, & de exceptionibus præjudicialibus ſimul cognoſcaot, poteſt ab iiſdem licitè appellari. 210. 56

Iudices prævertentes ordinem juris, & diverſis proceſſibus negotium implicantes, ac tricss miſcentes, partem aggravant; & poteſt ab ipſis appellari. ibid.

Indices cum ſint privati homines nullam judicandi poteſtatem hsbent, niſi quam à Magiſtratu accipiunt, proinde tenentur judicium ferre juxta formulas à Magiſtratu ſancitas. 272. 15

Iudicia ſummaria, ob quas rationes inſtitusntur ſine libello. 288. 13

Iudicia univerſalia non exigunt, ut in libello exprimantur res ſingulæ, ſed ſufficit, ſi exprimatur res in ſua univerſitate. 291. 35

Iudicia non prohibentur agitari diebus feriatis meſſium, & vindemiarum. 346. 20

Iudicia dicuntur, quæ ſunt communia pluribus. 481. 1

Iudicia duplicia ſunt, in qnibns utriusque partis litigantis eauſa communis eſſe videtur, adeò ut utraque agere, & conveniri poſſit. 482. 6

Iudicio pendente non eſt aufferenda poſſeſſio à poſſidente, na judicium incipiat ab executione. 445. 7.

Iudiciorum genera ad quatuor reſtringuntur cauſarum genera. 179. 3

Iudicium quamvis de jure ſit duplex ratione formæ ordinarium, & ſummarium: nihilominus in Romana curia proceditur ſummarie, quia Pontificea volunt lites ſtatim finiri. 16. 9

Iudicium ex diverſitate materiæ dividitur in petitorium, & poſſeſſorium, illud eſt, in quo de rei proprietate eſt quæſtio; iſtud in quo non agitur de proprietate, vel dominio rei, nec quæritur cujusnam res ſit, ſed contenditor de ſola poſſeſſione, vel quàſi poſſeſſione ſive acquirenda, ſive retinenda ſive recuperanda. 31. 1

Iudicium quamvis de jure poſitivo exigat tres perſonas, non tamen id ſemper eſt neceſſe, ut liquet, quando proceditur in judicio per viam inquiſitionis, ubi nullus intervenit actor. 41. 9

Iudicium diſcernendi circa ſuſpicionem fidei, quæ reſultat ex ſuppoſita præſumptione ex Pontificiis decretis non convenit Confeſſariis, nec aliis, qui non ſunt Judices ſpecialiter daputati ſuper cauſis fidei cognoſcendis; ſed hoc judicium convenit Inquiſitoribus ſancti officii, qnibus propterea facienda eſt denunciatio hæreſis. 93. 2

Iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum Judicis, Actoris, & Rei, qui in invitum exercetur, adeò ut ad formam, & ſubſtantiam judicii tres requi-

requirantur perſonæ, Judex actor, & Reus. 178. 1

Iudicium conſtituitur per citationem, actionis editionem, litis conteſtationem, Judicis cognitionem, litis finitionem, ſeu ſententiam, & ejus promulgationem: & ex hiſce actionibus citatio Reum vocat, editio actionis inſtruit, litis conteſtatio confirmat judicium, cognitio veritatem eruit, concluſio terminet, ſententia judicat. 178. 2

Iudicium in genere cauſæ efficientis dividitur ex diverſitate perſonarum judicantium in eccleſiaſticum, & ſæculare; illud coram Judice eccleſiaſtico, hoc coram ſæculari inſtituitur. 179. 3

Iudicium in genere cauſæ materialis bipartitur in petitorium, & poſſeſſorium, illud eſt, in quo de rei proprietate controvertitur, ſeu de rei dominio, vel quaſi dominio, & tunc actor petit, ſe dominum declarari rei controverſæ; poſſeſſorium, in quo de ſola poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione contenditur. ib. 4

Iudicium à cauſa formali, ſeu ratione diverſi modi procedendi dividitur in plenarium, ordinarium, ſolemne, ſummarium, & extraordinarium. 179. 5

Iudicium in genere cauſæ finalis dividitur juxta varios fines, ad quos tendit in civile, criminale, & mixtum. ib. 6

Iudicium ſpectato jure civili lapſu temporis ceſſat, & perit, in cauſa criminali intra biennium, in civili intra triennium enumerandum à litis conteſtatione, adeò ut intra id tempus debeat judicium abſolvi, & lis ad ſuum finem perduci. 197. 7

Iudicium adhuc procederet, quamvis in actione perſonali non exprimeretur cauſa remota petendi, ſeu titulus, ex quo aliquid debetur, & Reus non exciperet, ſed reſponderet, vel Judex exceptionem non admitteret. 269. 7

Iudicium latiùs ſumptum quamvis dicatur inchoari à citatione, propriè tamen, & ex communi Juriaperitorum opinione è litis conteſtatione incipit. 307. 4

Iudicium an poſſit in aliquibus caſibus ſubſiſtere ſine litis conteſtatione. 311. 10

Iudicium dividitur in tres partes, quarum prima eſt à citatione Rei conventi uſque ad litis conteſtationem excluſivè. Secunda à litis conteſtatione uſque ad ſententiam definitivam itidem excluſivè: & tertia eſt à ſententia definitiva uſque ad ejus executionem incluſivè. Et dilationes judiciales conceduntur in hiſce partibus: & quæ in prima parte dicantur citatoriæ, quæ in ſecunda dilatoriæ; quæ in tertia executoriæ. 335. 3

Iudicium poſſeſſorium eſt triplex adipiſcendæ, retinendæ, recuperendæ poſſeſſionis. 376. 1

Iudicium etiam coram arbitro non poteſt die feriato agitari. 346. 18

Iudicium petitorium, & poſſeſſorium, an poſſint ſimul concurrere, ac accumulari. 380. 7

Iudicium poſſeſſorium adipiſcendæ poteſt cumulari cum petitorio, & quid juris, ſi petente actore poſſeſſionem Reus incipiat, & dicat proprietatem, ſeu dominium ſibi competere. ibid. 9

Iudicium de communi dividundo illis competit, inter quos habetur aliquod commune dividendum. 481. 2

Iudicium finium regundorum eſt actio in perſonam, quamvis habeatur pro vindicatione rei. ibid. 3

Iudicium commune eſt tale, ut in eo utraque pars habeat vices ſuas actoris ſcilicet, & Rei: agat ſcilicet, & convenietur. 500. 36

Iudicium in juramento requiſitum in eo conſiſtit, ut juramentum fiat cum neceſſitate, ac debita Deo reverentia. 613. 9

Iudicium actum cum excommunicato eſt validum, donec exceptio excommunicationis ei objiciatur. 676. 36

Iudicium ſi ſemel fuerit jam inſtitutum reſervatur excommunicato legitima defenſio, & recuſatio Judicis. 681. 60

Iura præcipiunt libertatem, & juriſdictionem eccleſiaſticam eſſe illæſam ſervandam, nec poſſe Principes laicos per ſua ſtatuta eidem officere, adeò ut libertas eccleſiaſtica nec in toto, nec in parte poſſit per talia ſtatuta lædi. 27. 15

Iura produci debent præſente parte. 340. 19

Iura nunquam amplectuntur aliquam probationis ſpeciem, quin admittant aliam meliorem. 583. 6

Iura, alia ſunt reſervata Principi in ſignum privilegii ſingularis, & contra hæc non currit præſcriptio ſine ſcientia Principis, & requiritur tempus immemoriale, de cujus initio non habeatur memoria. 704. 12

Iura Epiſcopalia alia ſunt ordinis epiſcopalis, & hæc non poſſunt præſcribi à Prælato inferiore Epiſcopo, quia ſicut non poteſt hujusmodi jura poſſidere defectu characteris Epiſcopalis; ita nec poteſt ea præſcribere. Alia ſunt jura juriſdictionis, & hæc poſſunt præſcribi ab Archidiacono. 707. 24. quia verò hujusmodi præſcriptio fit contra jus commune, debet concurrere titulus verus, & veriſimiliter putativus, vel ſaltem longiſſimum tempus, de cujus initio memoria in contrarium non habeatur. 707. 25

Iura omnia, quæ Prælatus poteſt poſſidere, poteſt etiam præſcribere. 710. 36

Iura eam tantùm prohibent appellationem, quæ ponit obicem regulari diſciplinæ; non verò illam, quæ tendit ad propulſandam violentiam. 793. 39

Iura ſunt promptiora ad abſolvendum, quàm ad condemnandum. 796. 57

Iuramenta puberum ſpontè facta, & adjecta contractibus rerum ſuarum non retractandis cuſtodiri debent. 657. 150

Iuramenta generaliter præſtita ſunt reſtringenda ad cauſam honeſtam, & veriſimiliter cogitatam. 797. 65

Iuramenti calumniæ præſtatio poſt conteſtatam litem non eſt de ſubſtantia proceſſus judiciarii, proinde ſi omittatur, adhuc perſeverat proceſſus quoad ſua ſubſtantialia, ſuúmque ſortitur valorem. 333. 30

Iuramento ligatus de non fidejubendo ſub certa pœna pecuniaria alteri ſolvenda ſibi impoſita non tenetur eam ſolvere, ſi fidejubeat, eò

quia juramentum nullius ſit valoris. 651. 123

Iuramentum calumniæ habetur,quando actor jurat, non animo calumniandi ſe litem movere, ſed exiſtimando ſe bonam cauſam habere; & viciſſim Reus jurat ſe reſiſtere actori exiſtimando jus habere. 324. 2

Iuramentum calumniæ, ut præſtetur, plura tam ex parte actoris, quàm Rei requiruntur. ib. 2

Iuramentum calumniæ per quid differat à juramento de veritate dicenda, & à juramento malitiæ. 324. 3

Iuramentum calumniæ ſi ab alterutra parte litigantium exigatur, præſtari debet, quia tunc pertinet ad ſubſtantiam judicii, & ſi omittatur,irritat proceſſum. 324. 5

Iuramentum calumniæ, ſeu veritatis, quamvis in cauſa principali,ſeu in prima inſtantia præſtitum ſit, adhuc in ſecunda inſtantia eſt iterum præſtandum coram Judice appellationis. 326. 13

Iuramentum calumniæ, præſtandum eſt in omnibus cauſis, in quibus probatio eſt neceſſaria, ſive ſint cauſæ civiles, ſive criminales. ibidem 15

Iuramentum calumniæ, de jure novo etiam præſtatur in cauſis ſpiritualibus. 326. 16

Iuramentum calumniæ, vel de veritate dicenda non poteſt à partibus remitti ob pactum expreſſum, quia hoc juramentum fuit à jure introductum ob bonum publicum, ut frandes evitentur in judiciis, & ne veritas occultetur. 327. 2. & ſeq.

Iuramentum calumniæ non poteſt differri uſque ad ſententiam, quia per hoc daretur occaſio pejerandi. ib. 4

Iuramentum calumniæ non eſt præſtandum in cauſis ſpiritualibus; quia iſtæ non ex legum diſtrictione, ſed ex canonum æquitate, debitum finem ſortiuntur. 329. 10. de jure tamen novo hodie etiam in cauſis ſpiritualibus præſtatur juramentum calumniæ. Ib. 11

Iuramentum calumniæ per quid differat à juramento veritatis. 329. 12

Iuramentum calumniæ præſtandum eſt in omnibus cauſis, in quibus probatio eſt neceſſaria, ſive ſint cauſæ civiles, ſive criminales, ſive ordinariæ,ſive delegatæ, ſive compromiſſariæ, quæ tractentur coram arbitris. 331. 22

Iuramentum calumniæ quomodo præſtari poſſit per Procuratorem. ib. 24

Iuramentum calumniæ, nec etiam ex partium conſenſu remitti poteſt expreſsè, ſed tantùm tacitè, quatenus partes, ſi velint, poſſunt illud non exigere. 332. 29

Iuramentum tunc non debet exigi, quando probabiliter timetur de perjurio, ne detur occaſio pejerandi. 332. 33

Iuramentum, quod præſtatur in judicio in ordine ad litem decidendam tripartitur in voluntarium, neceſſarium, & judiciale. 479. 8

Iuramentum ut deferatur in judicio, tria exigit. ib. 9

Iuramentum judiciale eſt, quod ex decreto Judicis pars deferi parti, & neceſſarium eſt ad ſuppleadum defectum probationis, & ut Index formare poſſit rectum judicium. 480. 11

Iuramentum teſtium non eſt juramentum calumniæ, ſed veritatis, adeò ut teſtes teneantur jurare, ſe dicturos veritatem ſuper iis omnibus, de quibus in judiciis interrogabuntur. 534. 1

Iuramentum, ſi præcedat depoſitionem tunc præſtatur huic fides ob juramenti religionem, quia teſtis non præſumitur pejerare. 535. 2

Iuramentum quod emittitur à teſte reſpicit favorem partis, à qua propterea poteſt remitti, ſi ſit juramentum de veritate dicenda; non ita ſi ſit juramentum calumniæ, quia hoc reſpicit publicam utilitatem. ib. 5

Iuramentum dicitur à jure, eò quia ſit inſtar juris habendum. 612. 2

Iuramentum,ut licitum ſit tres in ipſo requiruntur conditiones,veritas, judicium, & juſtitia. 613. 7

Iuramentum eſt quadruplex aſſertorium, promiſſorium, comminatorium, & execratorium. 614. 14

Iuramentum aſſertorium includitur in promiſſorio. ib. 15

Iuramentum præſtari poteſt per Nuntium, vel Procuratorem, dummodo hic habeat ſpeciale mandatum ad jurandum. 614. 17

Iuramentum an poſſit licitè in juſta cauſa, & neceſſaria ab eo exigi, qui creditur pejeraturus. 614 18

Iuramentum judiciarium eſt litis deciſivum, quod partibus in judicio ad lites decidendas defertur, & eſt triplex voluntarium, judiciale,& neceſſarium. 615. 1

Iuramentum pertinens ad præparatoria cauſæ eſt ſpecies juramenti promiſſorii,& vocatur cautio juratoria. 615. 2

Iuramentum voluntarium propriè dicitur, quod pars parti extra judicium defert ſub ea conditione, ut ſi jurare velit abſque alio proceſſu,& lite, intentum obtineat. ib. 4

Iuramentum judiciale à parte defertur parti in defectu aliarum probationum. 615. 6. debet tamen tale juramentum priùs approbari à Judice. 616. 11

Iuramentum neceſſarium poteſt retractari, ſi is, contra quem juratum eſt, per inſtrumenta recèns recepta, & alias probationes paratus ſi demonſtrare jurantem pejeràſſe. 617. 12

Iuramentum, ut deferatur in ſupplementum probationis plura requiruntur,quæ recenſentur, & explicantur. ib. 15. & ſeq.

Iuramentum neceſſarium eſt,quod à Judice alteri parti in ſupplementum probationis defertur. ibidem 1. & denominatur neceſſarium, eò quia non ex voluntate partium, ſed ex arbitrio Judicis deferatur. ib.

Iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis regulariter poteſt à Judice deferri Reo ad petitionem actoria in quavis cauſa. 618. 3. Excipiuntur tamen cauſæ famoſæ. ib. 5

Iuramentum in favorem matrimonii interdum defertur in ſupplementum probationis actori petenti, qui tantùm ſemiplenè probavit ſuam intentionem, dummodo actor ſit vir probus, & timoratæ conſcientiæ. 618. 6

Iuramentum eſt ſtrictè interpretandum quantum materia, circa quam verſatur, vel pacti verba permittunt. 619. 1

Iuramentum debet interpretari juxta mentem jurantis, ſi is, cui juſjurandum præſtatur illud acceipiat, idque in foro conſcientiæ. 619. 2

Iuramentum non debet extendi ad illa, quæ jurans in ſpecie non cogitavit. 619. 4

Iuramentum ſortitur naturam, & conditionas promiſſionis, aut contractus, vel actus, cui adjungitur. 620. 9

Iuramentum eſt vinculum perſonale obligans tantùm perſonam jurantem, & non tranſmittitur ad ſucceſſorem. ib. 10

Iuramentum ex jure aliquot ſaltem tacitè includit conditiones, ratione quarum ſolat interpretari. 621. 12

Iuramentum ſi directè, ac principaliter vargat in præjudicium tertii non confirmat pactum, nec contractum, cui adjicitur. 624. 4

Iuramentum de non exhibendo ſubſidio humanitatis propriis parentibus, ac perſonis ſanguine junctis, quia eſt contra charitatem, & pietatem debitam parentibus, non obligat. 625. 9

Iuramentum factum ſuper obſequiis exhibendis amicis, an obliget ſub lethali culpa? 626. 12

Iuramentum emiſſum contra ſimplicem promiſſionem, an obliget ad ſui obſervationem? ibid. 13

Iuramentum contra ſimplicem promiſſionem, an incipiat obligare, ſi ceſſet obligatio ſimplicis promiſſionis. 626. 14

Iuramentum ut ſit nullum, an neceſſaria ſit abſolutio ad effectum agendi. 627. 16

Iuramentum, quo conjuges ſine juſta cauſa mutuo conſenſu inter ſe paciſcuntur, jurántque, alterum ab altero debitum conjugale nunquam petiturum eſt irritum. 626. 23

Iuramentum, quo maritus promittit uxori ſe illam de nullo crimine accuſaturum, eſt irritum, & nullam inducit obligationem. ib. 27

Iuramentum de non revelandis ſecretis quomodo obliget jurantem. 630. 29

Iuramentum generaliter emiſſum de ſervandis ſtatutis, ac conſuetudinibus alicujus loci obligat tantùm ad ſervanda ſtatuta licita. 630. 30

Iuramentum antea à ſe præſtitum non poteſt ſe extendere ultra limites ſuæ materiæ. ib. 31

Iuramentum præſtitum in favorem hominis non confirmat contractum, eò quia turpitudo inſit illi, cui juratur. 633. 41

Iuramentum ſi præſtetur Epiſcopo ratione dignitatis, ejus obligatio remanet cum ſucceſſoribus. 634. 45

Iuramentum metu extortum de jure civili, an inducat obligationem. 635. 49

Iuramentum, quod eſt contra bonas leges politicas ritè ſancitas à legitimo Magiſtratu adverſatur ordinationi divinæ. ib. 50

Iuramentum quodcunque etiam metu extortum de jure canonico obligationem inducit, dummodo factum ſit animo ſe obligandi, ſitque de materia licita, quæ ſervari poſſit abſque diſpendio æternæ ſalutis. 636. 52

Iuramentum, à quo poſſit abſolvi, & relaxari? ib. 56

Iuramentum ſequitur tacitam conditionem, quæ intelligitur eſſe in promiſſione juramento firmata. 638. 64

Iuramentum factum in gratiam, vel utilitatem hominis, Eccleſiæ, vel alterius communitatis de opere honeſto ſemper obligat, neque arbitrio jurantis poteſt commutari in aliud quamvis melius. 640. 73. id tamen limitatur, niſi is, cui juratum fuit remittat ſibi promiſſum per juramentum. ib. 74

Iuramentum contra bonos mores non eſſe obligatorium, quomodo intelligatur. 640. 75

Iuramentum ſi vergat in præjudicium tertii non inducit obligationem. 641. 79

Iuramentum promiſſorium de re, quam jurans moraliter præſtare non poteſt, non inducit obligationem. 642. 82

Iuramentum doloſum dupliciter præſtari poteſt. primò ſi animus jurantis non concordet cum verbis externis. Secundò ſi non concordet cum animo illius, cui præſtatur juramentum. 645. 100

Iuramentum neceſſarium litis deciſivum, quod in cauſa dubia ob inſufficientes probationes defertur à Judice, an deferendum ſit potius actori in ſupplementum probationis, quàm Reo ad ſui purgationem. 646. 104

Iuramentum calumniæ quinque continet capita, & an poſſit præſtari à clericis. 648. 110

Iuramentum tactum contra ſimplicem promiſſionem non ſortitur ſuum valorem, quia non implere promiſſum eſt contra jus naturale. 648. 112

Iuramentum ſervari debet quantum ſine præjudicio conſcientiæ ſervari poteſt, ſi ſit verum juramentum, non ita ſi ſit irritum. 648. 113

Iuramentum ab initio validum ceſſat obligare, ſi res, de qua eſt, fiat illicita. 649. 115

Iuramentum tamdiu obligat, quamdiu ejus materia perſeverat. ibid.

Iuramentum non mutuandi, non fidejubendi non eſt validum, quia adverſatur operibus charitatis, & miſericordiæ. 649. 118

Iuramentum de non mutuando, vel non fidejubendo, ſi non abſolutè emiſſum ſit, ſed ſub conditione niſi examine facto, & conſilio capto aliud expedire judicatum foerit, tenet. 650. 119

Iuramentum ex mutatione notabili ſubſecuta in promiſſario deſinit obligare, quia habet in ſe tacitam conditionem, niſi juſta cauſa intervenerit non ſervandi promiſſum. 650. 121

Iuramentum poteſt dupliciter aſſa irritum ſecundùm ſubſtantiam, & quoad ſolemnitates. 651. 125

Iuramentum ſi ſit de ra licita ſervari debet. 652. 126

Iuramentum non accuſandi, vel denunciandi delinquentem, an validum ſit, & inducat obligationem? ib. 127

Iuramentum de non accuſando, vel denunciando criminaliter ſi ſit metu extortum nullam inducit obligationem. 753. 130

Iuramentum poſterius ſi contrarium ſit priori, an ſuum ſortiatur valorem. 653. 131. dupliciter poteſt juramentum poſterius priori adverſari. ibid.

Iuramentum poſterius contrarium priori aſt de re

illicita, ſi prius juramentum fuit validum, & tunc obligavit, quando poſterius fuit emiſſum, quia hoc aſt illicitum. 653. 132. & ſeq.

Iuramentum an inducat obligationem ſi ſit de materia lege prohibita. 654. 135

Iuramentum contrarium legi civili de materia pertinente ad bonum publicum non inducit obligationem. ib. 136

Iuramentum, quo Clericus jurat, ſe renunciaturum privilegio fori, & canonis eſt illicitum. ibid. 137

Iuramentum metu extortum in caſu à lege non prohibito eſt ipſo jure reſpectu materiæ obligatorium. 655. 138

Iuramentum quale debeat eſſe, ut vim habeat confirmandi contractus. ib. 143. & ſeq.

Iuramentum ſimplex ſolvendi, vel faciendi, quod contractibus adjicitur, non excludit privilegium legis concedentis repetitionem in iiſdem contractibus. 656. 146

Iuramentum præſtari poteſt per Procuratorem, perinde ac matrimonium iniri per Procuratorem. 659. 163

Iuramentum debet interpretari ſecundùm limites juris, & leges juſtitiæ. 797. 66

Iurans per falſos Deos non emittit verum juramentum, quod obliget, niſi ex conſcientia erronea. 612. 3

Iurans in dubio tenetur juramentum implere, ne peccati periculo ſe injiciat. 619. à

Iurans animo quidem jurandi, ſed non ſe obligandi, an teneatur ad juramentum. 643. 88

Iurans ſi dubitet, an habuerit intentionem expreſſam ſe obligandi, juramentum ſuam inducit obligationem, dummodo certus ſit ſe juraſſe. ib. 89

Iurans ficto animo in judicio lethaliter peccat, ſi juret animo non implendi, quod jurat, vel tantùm ore tenus ſine animo interiùs jurandi. 645. 97

Iurans non tenetur implere juramentum niſi juxtà ſenſum, quo juravit, & juxta quam poſſunt verba juramenti etiam intelligi, & explicari, eò quia verba fuerint amphibologica. 645. 100

Iurans poteſt dupliciter doloſè jurare ſe aliquid præſtiturum. 646. 103

Iuri naturali non poteſt quis renunciare, quia eſt jus immutabile. 251. 21

Iuris præſumptio in ordine ad probandam legitimam filiationem quomodo procedat. 490. 25. & ſeq.

Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate juris dicendi, æquitatiſque ſtatuendæ; ſeu eſt poteſtas juris reddendi per ſe, vel per alium tam per modum neceſſariæ juriſdictionis, & contentioſæ, quàm per modum voluntariæ in beneplacitis partium, quæ deſiderant Judicis decretum. 7. 1. ejus ſpecies plures ſunt ordinariæ, & extraordinariæ, & delegatæ. ib. 2

Iuriſdictio bipartitur in animatam, & inanimatam, illa eſt ſupremus Princeps, qui leges condit; hæc eſt ipſum jus canonicum, vel civile, vel conſuetudo legitimè præſcripta. 7. 2

Iuriſdictio delegata eſt, quæ à Principe, vel ſuperiore alteri committitur, vel concreditur in ordine ad ferendum judicium ſuper uno, vel altero negotio. ibid.

Iuriſdictio ordinaria eſt favorabilis, & extendenda; delegata verò eſt odioſa, & coarctanda, quæ propterea non extenditur ad perſonas non expreſſas in reſcripto. 7. 2. & 3

Iuriſdictio delegata reſtringitur, quando per eam derogatur ordinariæ, quia tunc nec ad perſonas non expreſſas, nec ad lites futuras extenditur. Secus tamen ſi agatur de extenſione ad ea, quæ veniunt in conſequentiam neceſſariam, quia tunc extenditur: quo pacto delegatus, ſi neceſſitas urgeat poteſt invocare brachium ſæculare. 7. 3

Iuriſdictio alia eſt voluntaria, & alia non voluntaria, ſeu contentioſa, illa verſatur circa gratuita, & ejus actus fit abſque contradictore, ut ſolvere, diſpenſare, legitimare, Sacramenta conferre, & alia id genus præſtare. Eſt hæc juriſdictio voluntaria, quia ſine judicio exerceri poteſt, & generatim dicitur juriſdictio voluntaria, ubi proceditur de plano, tametſi interveniat citatio, & ſententia tam interlocutoria, quàm diffinitiva, dummodo non adſit, qui contradicat. Juriſdictio non voluntaria verſatur circa leges condendas, manutenendas; reos puniendos, ac propterea huic juriſdictioni debetur tribunal, ac forum litigioſum; & dicitur non voluntaria, eò quia etiam in invitos exerceatur, ut cùm Rei puniuntur. Et hæc juriſdictio non poteſt exerceri in alieno territorio niſi expreſsè, vel tacitè conſentiat Judex proprius ejuſdem territorii, & partes litigantes. 4. 8

Iuriſdictio voluntaria alia eſt, quæ conceditur à ſupremo Principe, ut à Papa, vel Imperatore, & alia, quæ ab inferiore Principe recognoſcente ſuperiorem, illa poteſt ubique exerceri inter volentes licèt non in invitos: hæc tantùm in proprio territorio concedentis inter volentes. 8. 4

Iuriſdictio alia eccleſiaſtica, alia civilis eſt, illa verſatur circa ſpiritualia, réſque pertinentes ad eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas; hæc circa temporalia, & civilia. 8. 5

Iuriſdictio ut cenſeatur collata debet conceſſio includere verba importantia juriſdictionam, adeò ut juriſdictio non cenſeatur alicui conceſſa, ſi non fiat mentio ſpecialis de juriſdictiona; adeò ut communitas vendens bona ſui territorii Eccleſiæ cum omnibus juribus non cenſeatur vendidiſſe juriſdictionem, nec jus colligendi pedagia, quæ habet vendens in bonis venditis, niſi hæc translatio juriſdictionis exprimatur. 8. 5

Iuriſdictio bipartitur in imperium, & ſimplicem juriſdictionem? Eſt imperium juriſdictio, quæ exercetur nobili officio Judicis, & ſimplex juriſdictio officio mercenario. 8. 6

Iuriſdictio ſimplex, quæ ſolet exerceri mercenario officio Judicis, ſuos etiam partitur in gradus. 9. 8

Iuriſdictio bipartitur in altam, & baſſam, ad altam pertinent cauſæ omnes meri imperii; & ad baſſam cauſæ tum civiles, tum criminales, quæ competunt certis Judicibus ratione Magiſtratûs, quem gerunt. 9. 12

Iuriſdictio eccleſiaſtica relicta fuit à Chriſto ſuo in militante Eccleſia Vicario, cæteriſque inferioribus Prælatis nomine clavium. Pertinet autem hæc juriſdictio eccleſiaſtica ad fidelium regimen, ac directionem in ordine ad aſſecutionem æternæ ſalutis. ibid. 1

Iuris-

Iuriſdictio ſummi Pontificis eſt ſuprema, & ampliſſima, & poteſt condere leges, quæ ligent in conſcientia, adeo ut tranſgreſſores puniantur pœna ſpirituali. 10. 2
Juriſdictio eccleſiaſtica, & civilis differunt quoad quatuor cauſarum genere. ibid. 3
Iuriſdictio civilis, quomodo incidenter, & per accidens dicatur ſe extendere ad res eccleſiaſtices. 11. 7. & ſeq.
Iuriſdictio fori mixti dicitur per ſe extendi ad crimina, quæ ſunt utriusque fori ſæcularis, & eccleſiaſtici, ſunt enim aliqua crimina merè eccleſiaſtica, quæ ad ſolùm forum eccleſiaſticum pertinent, & alia, quæ cùm ſint crimina merè ſæcularia à ſolo Judice ſæculari cognoſcuntur: alia verò ſunt mixti fori, eò quia de ipſis cognoſcere poſſit utrumque forum eccleſiaſticum, & civile. 13. 20
Iuriſdictio Epiſcoporum, ideo olim extendebatur ad cauſas laicorum, ut concordia, & pax inter litigantes conciliaretur, & homines è litium, & actionum laqueis, tricisque eximerentur, quod Epiſcopi efficaci ſuaſione præſtabant perſuadentes etiam Regibus, & Principibus, ut Judices laici potiùs pacificatores eſſent, quàm Judices. 17. 14
Iuriſdictio Inquiſitorum eſt delegata, & Inquiſitores ſunt Iudices delegati, eò quia dentur ad ſpecialem hæreſis cauſam cognoſcendam. 49. 5.
Iuriſdictio extra Regna Regis Hiſpaniæ conceditur Inquiſitoribus cumulativè quoad Epiſcopos, non verò privativè. ibid. 7
Iuriſdictio Inquiſitorum non ceſſat per obitum Romani Pontificis, tametſi ſit delegata, idque in bonum fidei, & utilitatem religionis. 51. 11. Verùm id procedit de Inquiſitoribus ſimpliciter conſtitutis: non verò de conſtitutis cum clauſula *ad beneplacitum Romani Pontificis* in ſententia nonnullorum: communior tamen, & verior ſententia aſſerit, demandatam authoritatem non finiri per obitum Pontificis delegantis quocunque modo, idque ob commune fidei bonum, ne caſus contingat, in quo non poſſit inquiri in hæreticos. 51. 13
Iuriſdictio inquiſitorum extenditur contra omnes perſonas in hæreſis crimine delinquentes. 53. 1 Non tamen extenditur in Nuntios, & Officiales Apoſtolicos gerentes vices ſummi Pontificis in aliquibus cauſis. ibid. 2. Imò neque unus Inquiſitor poteſt procedere contra alium, cùm par in parem juriſdictionem non habeat. ibid. 3
Iuriſdictio Inquiſitorum extenditur ad cauſas criminales, imò & civiles ſuorum familiarium, adeò ut alij Judices nequeant ſe iiſdem immiſcere. 54. 6. & ſeq.
Iuriſdictio Inquiſitorum quomodo dicatur ſe extendere ad mortuos, qui ita deceſſerunt, ut dum viverent, catholici haberentur, & poſt obitum hæretici deteguntur. 58. 30
Iuriſdictio de perſona ad perſonam prorogari poteſt tacito, vel expreſſo partium conſenſu. 677. 40
Iuriſdictio ex conſenſu partium poteſt prorogari. 767. 7
Iuriſdictioni regiæ nolle derogari ſupponit juriſdictionem exiſtere, proinde, non eſt juriſdictionem concedere: per hoc enim, quòd Pontifex dicat nolle derogari juriſdictioni Regiæ, non intendit juriſdictionem concedere. 32. 4
Iuriſfictio fingit vera eſſe, quæ vera non ſunt, & non admittit probationem contra ſe, & non inducitur ab homine, ſed tantum à jure. 690. 19
Iurium productio plures inducit effectus, dummodo fiat parte citata. 340. 20
Ius patronatus accenſetur cauſis eccleſiaſticis, tametſi ſecundùm ſe, intrinſecè, non ſit aliquid ſpirituale, ſed tantum extrinſecè, eò quia ordinatur ad ſpiritualem beneficij eccleſiaſtici collationem, veluti eius præambulum, qua ratione dicitur annexum ſpirituali antecedenter: hinc Judex laicus nequit cognoſcere in cauſa juris patronatus, eò quia nulla ſit laicis attributa poteſtas diſponendi de rebus eccleſiaſticis. 20. 7. & ſeq.
Ius patronatus non poſſidetur à laico ex ſe, ſed tantum ex ſpeciali conceſſione, & gratia eccleſiæ, ut inde laici alliciantur ad fundandas eccleſias, ac promovendum divinum cultum. 21. 9
Ius patronatus ita poſſidetur à laico, ut ſi iſte intra tempus debitum negligat Clericum præſentare, inſtitutio tunc pertineat ad Epiſcopum. ibid.
Ius patronatus eſt veluti mixtum ex ſpirituali, & temporali, ſed, quia in mixtis magis dignum trahit ad ſe minus dignum, ideo cognoſcere de jure patronatus pertinet ad Judicem eccleſiaſticum. 216. 80
Ius patronatus quomodo ex diuturna conſuetudine nominandi, deſignandi, & offerendi Clericos dicatur præſcribi. 688. 8
Ius canonicum non ſolùm perinde ac civile intendit in humana Republica quietem, verùm etiam ſalutem. 690. 12
Ius imponendi vectigalia cum titulo præſcribitur 40. annis, & ſine titulo tempore immemoriali. 700. 14
Ius patronatus poteſt quis præſcribere contra alium ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes. 703. 2
Lus eligendi Epiſcopum, vel Prælatum quanto tempore præſcribatur. 703. 11
Ius civile, à quo præſcriptio ſuam trahit originem, non extenditur ad ſupremos Principes non recognoſcentes in terris ſuperiorem. 712. 47
Iuſtitia requiſita ad juramentum in eo conſiſtit, ut juramentum non fiat de re illicita. 653. 10
Iuſtitia ad juramentum requiritur, ut hoc non ſit in præjudicium tertii. ibid. 12

L.

Læſio enormiſſima, quæ cenſeatur? ut renunciatio ſit doloſa. 659. 161
Laici non prohibentur eſſe Conſiliarii, & aſſeſſores Principis eccleſiaſtici etiam in cauſis ſpiritualibus. 32. 18
Laici poſſident quaſi jus patronatus annexum collationi beneficii ſpiritualis ex ſpeciali conceſſione, & gratia eccleſiæ. 200. 0
Laici neque incidenter poſſunt de cauſis ſpiritualibus iudicare. 216. 79
Laici poſſunt tractare negotia merè temporalia, & cauſas merè civiles eccleſiarum, & perſonarum eccleſiaſticarum, ita tamen ut nulla eis ſuper eccleſiis, vel Clericis competat poteſtas, & præeminentia. 216. 81

Laici

Laici ſpoliantes eccleſias juribus ſuis poſſunt tanquam ſacrilegi conveniri coram Judice eccleſiaſtico. 256. 13

Laici, ſi agatur de crimine criminaliter non poſſunt eſſe teſtes contra Clericum. 528. 16

Laici cum decimas non poſſideant, non poſſunt eas præſcribere. 711. 45

Laicus ſi poſt inchoatam litem apud Judicem ſæcularem fieret Clericus, non propterea cenſeretur mutâſſe illicò ſtatum, cauſam, & forum: quinimò tenetur tunc coram eodem Judice cauſam inchoatam perſequi, quia cauſa ibi debet ſuum finem ſortiri, ubi habuit initium. 12. 14

Laicus in cauſa criminali non poteſt eſſe Judex Clericorum, non obſtante quavis contraria conſuetudine. 21. 16

Laicus poteſt eſſe Notarius Epiſcopi in cauſis ſpiritualibus, quia Notarius nudum exhibet miniſterium, quod nullam habet annexam iuriſdictionem: generatim enim poſſunt laicis ea omnia committi, quæ purum tantùm, & ſimplex exhibent miniſterium, & nullam includunt juriſdictionem, nec præeminentiam & gubernationem ſuper Clericos. 23. 19

Laicus, qui Clerico gravem intulit injuriam poteſt ab utroque Judice eccleſiaſtico, & ſæculari puniri. 170. 2

Laicus quamvis non poſſit per ſe, & principaliter eſſe Judex in cauſa juris patronatus, poteſt nihilominus acceſſoriè, & ſecundariò de illo cognoſcere. 200. 10

Laicus negans rem, quam poſſidet, pertinere ad eccleſiam, & allegans juſtam cauſam eam poſſidendi, eò quia in feudum, vel Emphyteuſim ab eccleſia eam acceperit, vel conductam poſſideat, non eſt poſſeſſor malæ fidei. 255. 21

Laicus, ſi conqueratur, ſe ſpoliatum beneficio, vel decimis Clericalibus, aut alio jure ſpirituali, non eſt reſtituendus, niſi prius titulum poſſeſſionis probaverit. 398. 29

Laicus in cauſa criminali, quando agitur de crimine criminaliter, ſeu per modum accuſationis ad publicam vindictam regulariter non admittitur ad ferendum teſtimonium contra Clericum. 520. 4

Laicus in cauſa civili coram Judice eccleſiaſtico poteſt contra Clericum teſtimonium producere. ibidem 5

Laicus in aliquibus criminibus non prohibetur teſtimonium ferre contra clericum. 520. 6

Laicus ſi in cauſa criminali admittatur contra Clericum bonæ famæ in teſtem, non cenſetur teſtis integer, & omni exceptione major, niſi cum ipſo ſimul teſtificetur, & examinetur Clericus bonæ famæ. ibid. 7

Laicus quomodo ratione juramenti præſtiti poſſit conveniri coram Judice eccleſiaſtico. 634. 46

Laicus ſi agatur de obſervantia voti, convenitur coram Judice eccleſiaſtico, quia votum perinde, ac iuramentum eſt vinculum ſpirituale. 661. 169

Laicus poteſt habere jus patronatus in eccleſia, quam ipſe fundavit, vel ædificavit, aut dotavit. 688. 17

Lamiæ, & ſtriges an vehantur per aëra à Dæmone. 266. 11 & ſeq.

Lamiæ ope Dæmonis breviſſimo temporis intervallo ducuntur ad loca diſſitiſſima, & iterum reducuntur. 166. 12. Neque huiuſmodi translationes fiunt per illuſionem phantaſiæ, quia iniuſtum foret ultimo ſupplicio punire homines ob maleficia, quæ tantùm ſomniârunt. ibid. 13

Lampades accendere non licet, nec tabellas appendere ad ſepulchrum, vel imaginem Servi Dei defuncti cum opinione ſanctitatis. 115. 17

Latria, ex qua componitur idololatria, quid ſignificet, & quomodo tribuatur idolis. 129. 4. & ſeq.

Laudum per arbitros contra formam iuris, vel compromiſſi, non tenet. 829. 33

Legatariis ex ſpeciali favore conceditur, ut poſſint eſſe teſtes teſtamentarii. 554. 80

Legatarius non eſt juris ſucceſſor ſicut hæres, cùm non ſuccedat jure directo, & univerſali, ſed tantùm eſt ſucceſſor rei particularis ſibi legatæ. 554. 79

Leges ſæculares non poſſunt derogare privilegiis, & exemptionibus conceſſis ſtatui Clericali, proinde neque conſuetudo inducta à laicis derogat legi eccleſiaſticæ. 22. 17

Levitæ, & ſacerdotes in lege veteri erant exempti à juriſdictione ſæculari aliarum Tribuum, & à lege ſolvendi tributa. 248. 8

Lex prohibens ſubditis bona immobilia alienare non ſubditis, quamvis explicitè, & quoad verba tantùm dirigatur ad ſubditos; implicitè tamen, & intentionaliter, ac quoad mentem infringit libertatem eccleſiaſticam, & inducit fraudem de perſona ad perſonam. 26. 12. Tale enim ſtatutum prohibens ſubditis alienationem bonorum immobilium in non ſubditos, tametſi directè feratur in ſubditos laicos, indirectè tamen afficit etiam perſonas eccleſiaſticas: & ſtatuta laicorum nec directè, nec indirectè poſſunt perſonas eccleſiaſticas afficere ob defectum juriſdictionis. 27. 13

Lex evangelica licèt non liberet Chriſtianos, eximit tamen Clericos à juriſdictione Laicali, eò quia ſint divinis obſequiis ſpecialiter mancipati. 250. 18.

Lex fundata in præſumptione, an obliget in foro conſcientiæ, ut etiam in foro externo. 599. 19

Lex civilis non ſolùm irritat actum, verùm etiam ulterius procedendo prohibet ipſum iuramentum, quod ſi emittatur, illud declarat irritum. 628. 20

Lex ſi principaliter lata ſit in favorem privati non intendit ex eius obligatione laqueum ei injicere ad culpam. 641. 78

Lex civilis quamvis principaliter edita in bonum privatum poteſt obligare ad culpam. ib. 79

Lex civilis pleriſque in Regnis impedit vires juramenti; adeo ut irriti ſint contractus etiam juramento firmati, niſi fiant authoritate Regia. 661. 170

Lex civilis poteſt reddere hominem inhabilem ad officia, contractus, alienationes, acquiſitionem bonorum, & aliud genus. ibid. 171

Lex pœnalis quando concedit adverſus delinquentem actionem in certum tempus, an tunc poſſit, qui deliquit, vel etiam eius hæres actionem præſcribere, & ipſam pœnam, tametſi ſciverit, actionem illam contra delinquentem competere, & pœnam deberi ratione culpæ. 697. 31

Libelli

Libelli verba ſunt aliquando interpretanda in ſenſum minus proprium, ut ſalvetur libellus iuxta mentem libellantis. 267. 14
Libelli Concluſio quomodo procedat in cauſis civilibus, & criminalibus. 269. 13.
Libellus in cauſis Ordinariis de jure civili offertur, & perinde ac Syllogiſmus tribus conſtat partibus, ſcilicet ex narratione facti, locò maioris; ea medio concludentis locò minoris; & ex concluſione, in qua convenit cum ſyllogiſmo. 16. 10. non tamen libellus offertur in curia Romana, & in tribunali Auditoris, ſed ſit tantùm monitorium contra debitorem, ſeu detentorem, ut ſolvat, ſeu dimittat cum clauſola *Si quis ſenſerit ſe gravatum*, quod monitorium ſervit loco libelli. ibid. 20.
Libellus judiciarius non eſt neceſſarius, quando ſummariè, & ſine ſtrepitu agitur, ut in cauſis beneficialibus, matrimonialibus, decimarum, & uſuræ, neque eſt neceſſarius, ſi reus eum non deſideret, nec quando cauſæ ſunt leviores, ac breviores, vel ſi adſit conſuetudo in contrarium. 189. 4.
Libellus iudiciarius, ſi fuerit obſcurus, ac dubius, debet interpretari, ut habeat effectum per legitimam interpretationem meoti Actoris favorabilem. 190. 6
Libellus prout ad judicium pertinet, eſt brevis, clara, & ordinaria ſcriptura demonſtrans Judici, ac parti intentionem Actoris, & ut rectè conſtruatur, debet continere facti narrationem; cauſam inde elicitam, ſeu jus petendi, & ipſam petitionem, quæ eſt veluti concluſio ipſius libelli. 202. 21. Ex jure tamen canonico non eſt neceſſe, ut in libello expreſſè proponatur cauſa, quæ tamen ſi proponatur, non reijcitur, ſed admittitur; ſed ſi inepta ſit, actor ſuccumbit, niſi aliam aptam, & congruentem proponat. 203. 23
Libellus offerendus Iudici debet continere ſpeciem actionis, quam Actor intendit. 264. 1
Libellus debet in ſcriptis offerri, ut etiam omnia Acta judicij, & quidem per Notarios, vel duos viros idoneos, ne fraus ulla poſſit irrepere. 265. 2
Libellus ab Actore offerendus Judici debet pluribus inſigniri qualitatibus. ibid. 3
Libellus quomodo dicatur eſſe obſcurus. ib. 4
Libellus alternativus in pluribus caſibus procedit, ut ſi contineat plures cauſas alternativas, quarum quælibet ſit de ſe habilis ad concludendum. 265. 5.
Libellus alternativus, licèt contineat actiones contrarias, ut Publicianam, & rei vindicationem: ſi tamen proponantur diſiunctivè, & incertitudo proveniat ex parte aliena admittitur. 265. 6
Libellus alternativus quomodo procedat, ſi conditionem contineat. 266. 7
Libellus contrarius de diracto admittitur coram eodem Judice inter Actorem, & Reum licèt non ita coram diverſis Judicibus. 266. 8
Libellus principaliter ab actore offerendus eſt Judici, ut ſciat ſtatim, quid petatur, & ex qua cauſa debeat ſuum officium interponere. ibid. 9
Libellus queremonialis, qui & accuſatorius dicitur, exhibetur in cauſis criminalibus. ibid.
Libellus dari debet in omni cauſa, alioquin judicium eſt nullum, eò quia ſit libellus de ſubſtantia judicii. 266. 10
Libellus in cauſa ſummaria debet continere omnia, quæ ſunt neceſſaria in cauſa ordinaria. 267. 11
Libellus in cauſis Ordinariis eſt neceſſarius, & debet interpretari in favorem libellantis. 267. 12
Libellus à Juriſtis, quomodo vocetur argumentum legale, ſeu ſyllogiſmus iudicialis practicus. ibid. 1. & ſeq.
Libellus in judicio univerſali, vel generali non eſt neceſſe, exprimat res ſingulas in ſpecie, quando illæ comprehenduntur ſub univerſali, vel generali aliqua ratione, ſed ſufficit petitio generalis, quâ Actor in ſuo libello dicat: peto totam hæreditatem mihi à Titio ex Taſtamento, vel ab inteſtato relictam. 269. 12
Libellus quamvis iam porrectus, adhuc poteſt ab Actore, tam in cauſis civilibus, quàm criminalibus mutari ante litis conteſtationem. 270. 14
Libellus ſi minùs clarè fuerit compoſitus poteſt ſemper ab actore explicari, emendari, & corrigi, vel alio modo accidentaliter mutari, dummodo ſtatus cauſæ non immutetur. ibid. 15
Libellus queremonialis quid ſit, & per quid differat à conventionali. 286. 2
Libellus Conventionalis eſt veluti Syllogiſmus practicus juridicus, non quòd ſemper formaliter, & explicitè in illo contineatur Syllogiſmus. ibid. 3
Libellus neque ex conſenſu partium litigantium expreſſo, vel tacito omitti unquam poteſt in jud.cio. 286. 4
Libellus eſt neceſſariò porrigendus in quocunque judicio etiam ſummario. 287. 7
Libellus ſemel oblatus poteſt mutari, & emendari ab Actore uſque ad litem conteſtatam, non verò poſt conteſtatam litem: quia poſt conteſtatam litem judicium eſt plenè inchoatum; & per actum conteſtationis litis, initur quaſi contractus, per quem obligatur quis ipſi inſtantiæ. Excipitur tamen, niſi Actor velit à priore libello ex toto recedere, & reſarcire expenſas, & omnia damna illata Reo, & aptiorem intentare actionem per oblationem novi libelli. 291. 31
Libellus ab actore poteſt die feſto offerri Judici, & ab hoc ipſi Reo convento. 345. 13
Libertus prohibetur. teſtimonium dicere contra ſuum patronum, ut etiam Vaſallus contra Dominum feudi, & ſubditus contra ſuum Dominum. 520. 3
Libri Mercatorum, in quibus res ad ſua commercia pertinentes ſcribuntur, an aliquid probent pro ipſis Mercatoribus? 578. 13. & ſeq.
Libris civitatum, Monaſteriorum, & Conventuum Religioſorum, ubi deſcribuntur annui proventus, prædia, jura, fines territoriorum, fides eſt adhibenda in rebus alienis, quando ſubditus tales libros aſſervatos in archivio allegat, & producit. 576. 6
Limites locorum quomodo probandi ſint per antiquas ſcripturas, & memorias marmoreas. 493. 6
Limites prædiorum, & agrorum eccleſiaſticorum præſcribi poſſunt annis 40. non ita fines eccleſiarum, ſeu parochiarum. 689. 3
Limites eccleſiarum, & prædiorum eccleſiaſticorum præſcribi poſſunt quoad jus proprietatis ib. 4

Lia

Digitized by Google

Lis eſt etiam conteſtanda, quando Judicia Officium imploratur. 319. 11
Lis pendere dicitur ex parte actoris per judiciariem conventionem, ſeu oblationem libelli: & ex perte Rei pendere dicitur, poſtquam citario à Judice competanta emanavit, ac legirimè pervanit ad ipſum, vel per ipſum ſtetit, quò minùs perveniret. Dummodo unà cum citatione libellus trenſmiſſus ſit; vel in ipſa citatione intentio Actoris clarè axprimetur. 435. 1
Lis in ordine ed non innovandum quidquam, tunc pendere cenſetur, poſtquam ciratio è Judica competente amenavit, ac pervenit ad pertem citatam; edeò ut incipiat lis pendere à citatione uſque ad ſententiam definitivam, ſi ab ea non fuit appelletum. 435. 2
Lia decidenda eſt ſecundùm jura exiſtentie rempora controverſiæ, vel juxta privilegium impetratum lite pendente. 438. 24
Lite non contaſtata, ſi Reua ſit contumax Actor mittendus eſt, ſi fieri poteſt, in poſſeſſionem cuſtodiæ ceuſâ, quia ſuut aliquæ cauſæ, in quibus talis miſſio non poteſt adoptari. 319. 13
Lite pendente, qui poſſidet, non eſt privandus commodo ſuæ poſſeſſionis, na iudicium incipiat ab axecutione. 446. 7. Juſtis tamen de cauſis in iure expreſſis licitè ſit ſequeſtratio. ibid. 7. & ſeq.
Litem conteſtantur tam Actor, quàm reua, ille affirmativè proponendo, hic negetivè contradicendo. 306. 2
Lites quie ſunt amputandæ, ideo multa prohibentur fieri, quæ ſecta tenent. 676. 34
Lites quantum fieri poteſt, ſunt ebbreviandæ, & intra compatentem tarminum expediendæ. 672. 52
Litis conteſtatio quid ſit, à quibus fiat, & aorem quo? 306. 1
Litis conteſtatio obligat partes litigentea per mutuum conſenſum in ordine ad tale judicium, & habat vim cuiusdam quaſi contrectus. 307. 6
Litis conteſtetæ effectus plures ſunt, & recenſententur, ac explicantur. 309. 15
Litis conteſtatio, ut procedet, requiritur, ut fiat coram Judice præſente utraque perte. ibid. 1
Litia conteſtetio, an per ſolam narrationem facti poſſit iuduci. 310. 3
Litis conteſtatio non inducitur per confeſſionem factem in judicio à Reo, non animo contendendi, ſed intentione hoc declinandi. ibid. 4
Litis conteſtatio non poteſt fieri extra judicium. 310. 5
Litteræ cenſentur ſubreptitiæ, ſi in ipſis reticeatur exceptio dilatoria. 319. 11
Litteræ, quibus appoſitum eſt ſigillum proprium perſonæ privatæ in præiudicium apponantis ſigillum faciunt plenem fidem etiem ebsque elia ſubſcriptione. 579. 16. Tria tamen requiruntur, ut ſigillum plenam fidem faciet. ibid.
Litteris Epiſcopi, vel alrerius Judicis Ordinarii præſtenda eſt fidea, donec contrarium probetur. 494. 8
Loca ſacra, & religioſa cum accenſeantur rebus ſpiritualibus præſcribi non poſſunt. 688. 16

M.

MAgi, & ſegæ ope dœmonum plura inſuata præſteut. 166. 14
Megi Pharaonis ſuis incantationibus non fuerunt miracula petreti. 167. 16. & ſeq.
Magia pertinens ed quertam ſuperſtitionis ſpeciem bipertitur in naturelem, & ſuperſtitioſam, illa eſt retio quædam operandi mira per ceuſas naturales, absque ulle dœmonis opere. 164. 1. & ſeq.
Meg'a ſuperſtitioſe eſt rario quædam operandi mira per ſigna, ope dœmonum. ibid. 4
Magie ſuperſtitioſe eſt expreſsè prohibita, & dignoſcitur talis ex circumſtantiis inutilibus, & venis ed eſſecutionem alicuius effectus. 165. 5
Megia ſuperſtitioſa eò eſt gravius peccatum, quò præſtantior eſt virtus, cui opponitur. 165. 7
Megie ſuperſtitioſe eſt graviſſimum paccatum, quia opponitur Religioni, quæ eſt omnium virtutum moralium præſtantiſſime. 165. 7
Magie plure includit crimina, inter quæ etiam hæreſia. 165. 8
Magia comprehendit idololetriem quatenus Magi, & ſagæ Dœmonem colunt, cui thus edolent, Sacrificie offerunt. 165. 8
Magia ſuperſtitioſa plura includit delicta, nec in ipſe detur parvitas materiæ. ibid 9
Megie ſuperſtitioſa quemvis ope dœmonis efficiet quædem mira, non temen ad id poteſt devenira, ut vera mirecula efficiat. 166. 14
Magiæ ſuperſtitioſæ frequentiùs fœminæ, quàm viri dant operam, quia illæ ob innatam levitatem feciliùs decipiuntur dœmonum pollicitationibus. ib. 10
Magiſtratus ſæcularia in Gelliia habet poteſtetem judicandi, ec puniendi perſones eclefiaſtices in caſibus privilegiatis. 13. 19
Magiſtratus ſæcularis non hebet jurisdictionem in ordine ad cognoſcendam cauſam de hæraſi. 173. 13
Magiſtratua laicelis in dubio, an delinquens ſit Clericus, poteſt eum capere, ec in propriis carceribua detinare, donec declaretur Clericua: debet tamen interim à cognitione cauſæ ſuperſedere. ibid. 14
Magiſtratus ſæcularis poreſt aliquem compellere ad relaxandum juramentum, ſi eius metaria ſit tantùm temporalis, quia ſicut poteſt compellere ad obſervantiam juramenti, ite etiem ad remiſſionem, ſi juramentum ſuarit injuſtè extortum, & eius materia purè temporalis. 174. 16
Magiſtratus ſæculeris ſine licentia Epiſcopi non poteſt extrahere Reum ab eccleſia, quamvis non gaudeat immunitare, & ſi ſatellites vi, aut dolo ipſum extrahant, tenentur eum reſtituere eccleſiæ. ibid. 12
Megiſtratus ſæculeria non poteſt cognoſcere ſuper cauſa poſſeſſorie beneficii, quia poſſeſſio beneficii eſt cauſa accleſiaſtica, neque conſuetudo in contrarium vim ullam obtinet, niſi innitetur privilegio ſummi Pontificis, adeò ut regna, in quibus viget hæc conſuetudo cenſenda ſint geudere privilegio ijsdem è ſummo Pontifice conceſſo. 175. 19
Magiſtratùs ſæcularis nequit punire laicum hæreticum, vel Apoſtatam, quamvis agarur de quæſtione facti. 175. 20
Magiſtratus ſæcularia non poteſt cognoſcare ſuper cauſis matrimonii. ibid. 21

Magiſtratus ſæcularis non poteſt opponere impedimenta dirimentia matrimonium etiam prout hoc eſt contractus civilis, quia ſaltem indirectè ageret in ſacramentum, ſeu rem ſpiritualem. 175. 22

Magiſtratus ſæcularis poteſt punire contrahentes matrimonium clandeſtinum pœnis à legibus civilibus cooſtitutis, quia hæc cauſa cenſetur eſſe mixti fori. ibid. 23

Magiſtratus non poteſt ſupplere negligentiam Judicis eccleſiaſtici, nec poteſt cauſas ſpirituales ad ſe trahere, nec eas judicare. 175. 24

Magiſtratus ſæcularis poteſt judicare de cauſa adulterii, ſi agatur principaliter de dote, & lis verſetur circa dotem, vel de cauſa alimentorum, ſi de hiſce principaliter agatur. 176. 26

Magiſtratus ſæcularis poteſt cognoſcere ſuper cauſis eccleſiaſticis merè temporalibus, & quæ connexionem non habent cum ſpiritualibus; non verò ſuper cauſis judicialibus civilibus, quæ inter Clericos moventur; ut etiam inter Clericum & laicum, niſi ex delegatione Prælati eccleſiaſtici. 176. 27

Magiſtratus ſæcularis non poteſt cognoſcere de cauſis ſpiritualibus, nec beneficiariis, nec de jure decimarum, nec de jure patronatûs. 177. 29

Mala fides defuncti nocet ſucceſſori univerſali, ut nunquam poſſit rem præſcribere, quia hæres univerſalis repræſentat perſonam defuncti, & eadem eſt conditio hæredis, quæ fuit teſtatoris defuncti. 694. 11

Mala fides Anteceſſoris, an obſit hæredi mediato, ſeu hæredi hæredis, qui bonam fidem habuit, ſed præſcribere non potuit ob malam fidem defuncti, eſt quæſtio dubia. ibid. 12

Mala fides Anteceſſoris non obeſt ſucceſſori in dignitate, vel alio eccleſiaſtico beneficio, quia tunc ſucceſſor non accipit titulum poſſidendi beneficium à ſuo prædeceſſore, ſed ab ipſo collatore. 694. 13

Mala fides anteceſſoris cùm dicitur obeſſe ſucceſſori univerſali, ſeu hæredi immediato extenditur non ſolùm quoad præſcriptionem ordinarii temporis, ſed etiam longiſſimi. ibid. 14

Mala fides anteceſſoris nocet ſucceſſori univerſali, non ſolùm quoad perſonas particulares, ſeu hæredes ſuccedentes uni defuncto, verùm etiam quoad univerſitatem, vel civitatem, in qua cives poſteri ſucceduot in juribus, & ooeribus ſuorum anteceſſorum. 695. 15

Mala fides reſpectu unius rei, vel joris non impedit præſcriptionem alterius rei, vel juris diſtincti quod præſcribitur. 696. 25

Maleficia tollere licitum eſt, ſi nulla adſit Dæmonis invocatio, ſed adſit Dei imploratio. 168. 20

Maleficii uſus eſt intrinſecè malus ob tacitam, vel expreſſam Dœmonis invocationem ad aliquem effectum obtinendum, proinde oullo modo poteſt licitè fieri. 168. 20

Mandata, quæ ordinariè dantur ſine clauſula iuſtificatoria, & tranſmittuntur parti non obligant ad executionem. 382. 3

Mandato non eſt ſtandum, ſi ſit contrarium priori juramento licitè facto. 649. 113

Mandatum cum clauſula inſtificatoria per quid differat à mandato abſque tali clauſula. 382. 4

Manutenentiæ litteræ, ut obtineantur duo requiruntur, beneficii poſſeſſio, de qua ſaltem ſummariè debet conſtare, & exprimi in litteris manutenentiæ, & aliqua turbatio facti, quæ generaliter ſit per quemcunque actum, quo quis non ſinit liberè, & quietè res ſuas ab alio poſſideri. 55. 17 & quævis turbatio admittitur in ordine ad concedendas litteras manutenentiæ. ibid.

Mares ante 14. annum, & puellæ ante 12. ex præſcripto juris non admittuntur ad juramentum ſolemne, in judicio, in cauſis civilibus, eò quia non cenſeantur habere maturum judicium. 614. 16

Maritus ſi juret non accuſare uxorem de patrato delicto ad effectum divortii, an teneatur ſervare juramentum? 653. 129

Martyres ut canonizentur, ſufficit, ſi probetur cauſa ob quam paſſi ſunt. Hæc autem cauſa debet eſſe defenſio fidei, vel confeſſio, vel prohibitio Dei offenſæ, qua ratione eccleſia colit ut martyrem D. Ioannem Baptiſtam, eò quia fuerit occiſus ab Herode ob reprehenſionem adulterii. 120. 28

Materia utriusque jurisdictionis eccleſiaſticæ, & civilis, quamvis diverſa ſit, in plerisque tamen eccleſiaſtica ad temporalia extenditur, ut etiam civilis nonnunquam in cauſis occupatur eccleſiaſticis. Eccleſiaſtica juriſdictio bona hæreticorum fiſco addicit, damnatos tradit poteſtati ſæculari, ut promeritis afficiantur pœnis. 10. 4

Materia notabilis, & gravis quota ſit, ut quis incurrat peccatum lethale, oon eſt facilis aſſignatu. 357. 31

Materiæ plures pertinentes ad idem præceptum numerò coaleſcunt in unam, & earum tranſgreſſio fit mortalis. 358. 18

Matrimonium quomodo probetur per præſumptiones. 605. 38

Matrimonium per conſenſum partium, quæ illud contraxerunt, non diſſolvitur. 726. 4

Medentes vulnera è loco diſito videntur ſaltem leviter de hæreſi ſuſpecti ex pacto tacito cum Dœmone in ipſo modo medendi. 161. 14

Membrum communitatis non poteſt eſſe teſtis idoneus in cauſa criminali in favorem eiusdem communitatis. 555. 85

Metroſcopia eſt, quâ quis inſpectis frontis lineamentis, ac ſignis caſus futuros prænunciat, qui eidem contingent. 151. 1

Metus gravis cadens in virom conſtantem an ſufficiat ad extinguendam ſuſpicionem in eo qoi receſſit à ſide Catholica exterius. 101. 35

Milites urgente neceſſitate poſſunt licitè die feſto pugnare. 352. 17

Militia actualis, an ſit opus ſervile, & prohibitum die feſto. ibid. 16

Militiæ exercitium non videtur opus ſervile, eò quia Principes non dedignentur militare, acies ducere, hoſtes invadere: & viri equeſtres, ut plurimum in Gallia, & Germania militiam profitentur, quam ut exactiùs addiſcant; ab initio gregales agunt milites, ut ſciant quid quisque in proprio gradu debeat petagere. 352. 17

Miniſter publicus extra territorium conſtituentis, periode ſe habet, ac perſona privata. 586. 23

Miniſtrantibus ſpiritualia, & laborantibus cauſâ eccleſiarum divino jure debentur victualia, quæ ad eorundem ſuſtentationem ſunt neceſſaria. 691. 17
Miniſtri Curiæ Epiſcopalis gaudent privilegio fori etiam in delictis commiſſis extra proprium officium, quod exercent in tali curia. 242. 27
Minorannis debet eſſe pubes, ut juramento contractum corroboret, ac firmet. 658. 155
Miracula requiſita ad canonizationem, vel beatificationem, debent patrata fuiſſe poſt mortem, quia quæ in vita aguntur non plenè convincunt, cùm etiam plures improbi, cùm viverent, miracula perpetraverint. 119. 23
Miracula quæ ſint, & quæ requirantur, ut ſint vera miracula. ibid. 24
Miracula requiruntur in canonizatione Martyris, ſi de cauſa martyrij non ſufficienter conſtet. 121. 29
Miracula dicuntur corroborari, ſi clarè probentur eſſe à Deo facta ad interceſſionem illius ſervi Dei, de cuius beatificatione, vel canonizatione agitur. 127. 28
Miraculorum probationes, an requirantur pro Martyribus canonizandis. 120. 28
Miſſa de Sanctiſſima Trinitate, an in anniverſario alicuius ſervi Dei nondum beatificati poſſit celebrari, ſi id fiat impulſu ſolius devotionis. 125. 19
Miſſio in bona alterius, ut juridicè fiat non ſufficit, ſi ſemel tantùm reus citetur, ſed debet iterum, ac peremptoriè citari ſaltem per edictum publicum, ſi non poſſit perſonaliter citari, neque per Procuratorem. 427. 8
Miſſio in bona aliena non debet ordinariè fieri ex ſecundo decreto Judicis contra abſentem, qui ante citationem diſceſſit, & poſt edictum non comparet, nec ab alio defenditur. ibidem 10
Miſſio cuſtodiæ cauſâ an debeat ceſſare, quando deveniri poteſt ad ſententiam definitivam lita non conteſtata. 428. 16
Miſſio cuſtodiæ caoſâ ex primo decreto in actione perſonali conceditur, ut contumacia puniatur, & ut faciliùs cogatur Reus ad comparendum, qui ſi in contumacia perſtiterit, tunc arbitrio Judicis fit miſſio ex ſecundo decreto Rei, cuius actor fit verus poſſeſſor rei petitæ. ibid. 18.
Miſſio fit etiam contra abſentem, qui non reliquit Procuratorem facta citatione domi, & nullo defendente. 430 7
Miſſio in poſſeſſionem bonorum eſt tantùm ſententia interlocutoria. 431. 11
Miſſio ut fiat ex primo decreto plura requirit, quæ recenſentur. ibid. 12
Miſſio cauſâ rei ſervandæ, quandónam procedat in actionibus realibus, quæ feruntur in rem, cui adhærent, & quam vendicant. 431. 13
Miſſus in poſſeſſionem rei ex primo decreto poſt elapſum annum acquirit veram, & immutabilem illius rei poſſeſſionem. 428. 1
Miſſus in poſſeſſionem bonorum cuſtodiæ cauſâ non cenſetur lucrari fructus eorundem bonorum. 447. 13
Miſſus in poſſeſſionem cuſtodiæ cauſâ ſive agatur actione reali, ſive perſonali intra annum non facit fructus ſuos, ſed tenetur eos cuſtodire, & non diſtrahere. 448. 5
Modi procedendi in judicio per inquiſitionem, accuſationem, denuntiationem explicantur. 186. 2
Modus medendi vulnus in loco diſtanti applicando pulveres, medicamenta ſtrophiolis, induſijs, aliiſque linteaminibus ſanguine vulnerati imbutis ſuperſtitioſus eſt. 161. 13
Modus procedendi in iudicio contra Clericos criminoſos qualis ſit. 194. 1
Modus citandi per edictum competit tantùm Judicibus Ordinariis, & delegatis à Principe. 294. 48
Modus procedendi qui datur per reſcriptum in cauſa conventionis, intelligitur etiam datus in cauſa reconventionis. 303. 31
Modus plus petendi re, quomodo differat à modo plus petendi cauſâ. 168. 2
Modus triplex procedendi contra Prælatum criminoſum explicatur. 418. 22
Modus confirmandi, quæ exprimuntur in forma ſpecifica excludit modum, quo reliqua confirmantur in communi. 825. 16
Monachi, qui pro debito monaſterii jurant ſtare Obſides, tenentur juramentum ſervare. 637. 60
Motivum intrinſecum cauſæ quomodo adiuvet probationem exhibitam per teſtes ſingulares. 533. 26
Mulier ob nimiam ſævitiem viri aufugiens ipſi non reſtituitur, ſi viri ſævitiem probaverit, niſi vir per juramentum, pignora, aut fideiuſſores, cautionem dederit honeſtè, ac mitius eam tractandi. 395. 14
Mulier in cauſa civili poteſt eſſe teſtis, ut etiam in cauſis matrimonialibus 524. 2. Excipiuntur tamen cauſæ civiles valdè arduæ, & maioris momenti. ibid. 3. ut etiam cauſæ criminales criminaliter intentatæ. ibid. 4
Mulieres non trahuntur invitæ perſonaliter ad judicium ex quacunque cauſa jure non expreſſa, quamvis poſſint in judicio ſtare. 180. 9
Mulieres ſi de graviſſimo crimine accuſentur, poſſunt perſonaliter citari, capi, & detrudi in carceres, quia privilegium, ut mulieres non trahantur invitæ ad judicium, tantùm intelligitur de mulieribus honeſtis, ac nobilibus. 180. 10
Mulieres non ſunt compellendæ, ut perſonaliter compareant ad judicium eccleſiaſticum cauſâ teſtimonii ferendi. 213. 68. Excipitur tamen niſi mulierum teſtimonium ſit neceſſarium in cauſa. ibid.
Mulieres religioſæ tametſi conſentientes, & volentes, nunquam ſunt perſonaliter ad judicium trahendæ extra ſuum Monaſterium ex quavis cauſa. 213. 70
Mulieres prægnantes ob periculum abortus prohibentur torqueri, imò etiam poſt partum, donec plenè fuerint viribus reſtitutæ. 496. 17
Mulieres non repelluntur à teſtimonio ferendo, quando agitur de crimine civiliter per modum exceptionis, denunciationis, & inquiſitionis. 524. 6
Mulieres lamiæ, ſeu ſtriges complices, ſeu ſociæ criminis admittuntur in tribunali ſacræ inquiſitionis ad teſtificandum, dummodo plures ſint. 548. 63

Digitized by Google

Mutilatio propriè quid ſit in ordine ad incurrendam cenſuram canonis. 809. 10
Mutuæ petitiones juxta præſens inſtitutum dicuntur conventio ex parte actoris, & reconventio ex parte Rei. 295. 1

N.

Negans concluſionem theologicam licèt poſſit præſumi de hæreſi, non tamen eſt formaliter hæreticus; quia non præſumitur illam negare ex eo, quòd non aſſentiatur principio evidenti, ſed quia præſumitur negare propoſitionem, ut taliter illatam ex præmiſſis. 82. 27
Neganti ſimpliciter non incumbit onus probandi, quia factum negantis per rerum naturam non eſt probatio. 485. 6
Neganti aliquid abſolutè non incumbit onus probandi. 499. 31
Negatio, vel affirmatio non verſatur formaliter circa media, quæ volumus propter aſſecutionem finis, ſed circa verum, & falſum. 597. 4
Negligentia Procuratoris in non introducenda, vel proſequenda appellatione non excuſat Dominum: quia hic debet ſibi imputare, ſi negligentem elegerit Procuratorem, ut ſuas vices ageret. 775. 19
Nemo præſumitur res ſuas alteri indebitas effundere, nec proinde ſe privare commodo poſſeſſionis, niſi id exprimat. 451. 18
Nominatio, ut filiationem probet, pluribus debet adminiculis fulciri. 491. 28.
Notarij in tribunali ſanctæ inquiſitionis quales olim fuerint, & nunc ſint? 68. 1
Notarii in tribunali ſanctæ Inquiſitionis poſſunt eſſe Regulares, cuiuscunque Ordinis. ibid. 2
Notarii in tribunali S. Officii tenentur diligenter, & fideliter acta huius S. Tribunalis ſcribere, denuntiationes coram Epiſcopo, vel Inquiſitore, vel coram Vicariis recipere, inſtrumenta, & proceſſus conficere in teſtium. & Reorum examine, & fideliter interrogationes, ac reſponſiones adnotare. ibid. 3
Notarii in tribunali S. Officii non poſſunt dare Reis conſilium, auxilium, nec favorem in cauſis pertinentibus ad S. Officium ſub pœna privationis Officii, & infamiæ incurrendæ. 68. 4
Notarij, Procuratores, & Advocati non ſolùm prohibentur poſſe præſtare patrocinium hæreticis, eorùmque credentibus, fautoribus, ac Defenſoribus in cauſis hæreſis; verùm etiam in aliis cauſis, ac delictis. 111. 12
Notarii conſtituuntur in tali Officio publicò à ſummo Pontifice, vel Imperatore, aut aliis Principibus habentibus proprium territorium. 574. 12
Notarii publici tenentur omnibus ſervire, acta conficere, & inſtrumenta ad requiſitionem cuiuscunque petentis, & debent eſſe viri omni exceptione majores, ut eorum inſtrumentis plena fides adhibeatur. 585. 18
Notarii tunc dicuntur falſum committere, quando ſcribunt plus, quàm à partibus eſt expreſſum, vel quando non ſcribunt, quod à partibus eſt expreſſum. ibid. 20
Notarii ſi ſcribant, quæ partes nullo modo dixerunt, præſumitur in ipſis falſitas, & malitia. 586. 24
Notarius creatus ab Imperatore non poteſt extra imperium ſpectato jure communi inſtrumenta conficere. 586. 23
Notarius publicus poteſt conficere teſtamentum clauſum, & inſtrumentum approbationis à tergo inſcribere, non tamen poteſt approbare teſtamentum, in quo ipſe inſtituitur hæres ſcriptus, ſive ſit teſtamentum uxoris, ſive alterius. 588. 35
Notarius ſi ob infirmitatem, vel aliud impedimentum non poſſit per ſe ipſum inſtrumentum conficere, an poſſit alteri ex protocollo tradere conficiendum. 589. 37
Novitii Religioſi, quamvis in odioſis non cenſeantur Religioſi, quamdiu non ſunt profeſſi religionem, ſed adhuc verſantur in anno probationis; non tamen poſſunt puniri à Judice laico poſt dimiſſum habitum pro delicto in religione commiſſo. 12. 16
Novitius in religione approbata ita gaudet privilegio fori, ut ob delictum ab eo commiſſum ante religionis ingreſſum non poſſit à Judice laico puniri. 239. 15. An verò puniri poſſit in pecunia, & bonis, affirmant aliqui. 240. 16
Nullitas ſententiæ eſt cauſa, cur poſſit recurri ad ſuperiorem principaliter, & incidenter. 759. 13

O.

Oblati viventes in aliquo Monaſterio, ſi incedant cum habitu religioſo, & requiſitas habeant conditiones, ſeu ſi approbatæ religioni per legitimam, & expreſſam dedicationem ſe obtulerint, ac dedicaverint, & nullam bonorum reſervationem, nec eorundem uſusfructus ſibi retinuerint, ſed omnia ad Monaſteria tranſtulerint, gaudent privilegio fori. 241. 23
Oblati, & Tertiarii, aliique famuli Religioſorum Conventuum, tametſi incedant cum habitu religioſo, & gaudeant privilegio fori, non tamen gaudent privilegio canonis, quia hoc ita eſt ſpeciatim perſonale, ut non extendatur ad res, nec perſonas. ibid. 24
Oblatio libelli hodie requiritur ad ſubſtantiam Ordinis judicialis, adeo ut ſine hac oblatione judicium non ſubſiſtat. 288. 3
Obligatio ad id, quod vergit in detrimentum fidei, bonique communis nulla eſt, imò eſt illicita, & contra jus naturale. 24. 4
Obligatio dandi, & faciendi eſt jus, ſeu actio petendi, & non oritur niſi ex juſta cauſa, ac titulo. 577. 9
Obligatio orta ex juramento dupliciter tolli poteſt. 622. 14
Obligatio juramenti jam emiſſi tolli poteſt quinque modis. 623. 25
Obligatio non inducitur, quando non habet cauſam, per quam inducatur. 626. 14
Obligatio juramenti præſtiti in favorem hominis, eſt perſonalis, & afficit ſolam perſonam jurantis, nec ſe extendit ad hæredes, & ſucceſſores illius, qui jurat ex ratione religionis. 632. 35
Obligatio contractûs, quem juramentum firmat, fundatur in jure acquiſito parti, eſtque obligatio juſtitiæ, proinde extenditur ad hæredes, & ſucceſſores illius, qui jurat, idque ratione iuſtitiæ. ibid. 36.
Obli-

illicita, ſi prius jurſmentum fuit valldum, & tunc obligavit, quando pnſterius fuit emiſſnm, quia hoc aſt illicitum. 653. 132. & ſeq.

Iuramentum an inducat obligationem ſi ſit da materia lege prohibita. 654. 135

Iuramentum contrarium legi civili de materia partinente ad bonum publicum non inducit obligstionem. ib. 136

Iuramentum, quo Clericus jorat, ſe renunciaturum privilegio fori, & canonia eſt illicitum. ibid. 137

Iuramentum metù extortum in caſu à lage non prnhibito aſt ipſo jure reſpectu materiæ obligatorium. 655. 138

Iuramentùm quale debeat eſſe, ut vim habeat cnnfirmandi contractus. ib. 143. & ſeq.

Iuramentum ſimplex ſolvendi, vel faciendi, quod contractibus adjicitur, non excludit privilegium legis concadentis repetitionem in iiſdem contractibus. 656. 146

Iuramentum præſtsri poteſt par Prncuratorem, perinde ac matrimonium iniri per Procurstorem. 659. 163

Iuramentùm debet interpretari ſecundùm limitea juris, & leges juſtitiæ. 797. 66

Iurans par falſns Daos non emittit verum juramentum, quod obliget, niſi ex conſcientia srronea. 612. 3

Iurans in dubio tenetur juramentum implere, ne peccati periculo ſe injiciat. 619. 2

Iurana animo quidem jurandi, ſed non ſe obligandi, an teneatur ad juramentum. 643. 88

Inrana ſi dubitet, an hsbuerit intentionem expreſſam ſe obligsndi, juramentnm ſuam inducit obligationem, dummòdo certua ſit ſa juràſſe. ib. 89

Iurans ficto animo in judicio lathalitar peccat, ſi jurat snimo nnn implendi, quod jurat, val tantùm ore tanus ſina animo intariùs jurandi. 645. 97

Iurans non tenetur implere juramentnm niſi juxtà ſenſum, quo juravit, & jnxta quem poſſunt varba juramenti etiam intelligi, & explicari, eò quia verba fuerint amphibologica. 645. 100

Iurans poteſt duplicitar doloſè jurare ſe aliquid præſtiturum. 646. 103

Iuri naturali non poteſt quis renunciare, quia eſt jus immntabila. 251. 21

Iuris præſumptio in ordine ad prnbandam legitimam filiationem quomndo procadat. 490. 25. & ſeq.

Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate juris dicendi, æquitatiſque ſtatuendæ, ſeu aſt poteſtas juris reddendi par ſe, vel per alium tam per modum neceſſariæ juriſdictionis, & contentioſæ, quàm per mndum voluntariæ in beneplacitis partium, quæ deſiderant Judicis decretum. 7. 1. ejus ſpecies plures ſunt ordinariæ, & extraordinariæ, & delegatæ. ib. 2

Iuriſdictio bipartitur in animatam, & inanimatam, illa eſt ſupremus Princeps, qui leges condit; hæc eſt ipſum jus canonicum, vel civile, vel conſuetudo legitimè præſcripta, 7. 2

Iuriſdictio delegata eſt, quæ à Principe, vel ſuperiora alteri committitur, vel concreditur in ordine ad ferendum judicium ſupar uno, vel altero negotio. ibid.

Iuriſdictio ordinsria eſt favorabilis, & axtendenda; delegata verò eſt odioſa, & coarctanda, quæ pnpterea non extenditur sd perſonas non expreſſas in reſcripto. 7. 2. & 3

Iuriſdictio delegata reſtringitnr, quando per eam derogatur ordinariæ, quia tunc nec ad perſonas non expreſſas, nec ad lites futuras extenditur. Secus tamen ſi agatur de extenſione ad ea, quæ veniunt in cnnſequentiam neceſſariam, quia tunc extenditur: quo pacto delegatus, ſi neceſſitas urgeat poteſt invocare brachium ſæculare. 7. 3

Iuriſdictio alia eſt voluntaria, & alia nnn voluntaria, ſeu contentioſa, illa verſatur circa gratuita, & ejus actus fit abſque contradictore, ut ſolvere, diſpenſare, legitimare, Sacraments conferra, & alia id genus præſtare. Eſt hæc juriſdictio voluntaria, quia ſine judicio exerceri poteſt, & generatim dicitur juriadictio voluntaria, nbi proceditur de plano, tametſi interveniat citatio, & ſententia tam interlocutoria, quàm diffinitiva, dummndo non adſit, qui contradicat. Juriſdictio non voluntaria verſatur circa leges condendas, manutenendas; rans puniendos, ac propterea huic juriſdictioni dabatur tribunal, ac forum litigioſum; & diaitur non voluntaria, eò quia etiam in invitoa exerceatur, ot cùm Rei puniuntur. Et hæc juriſdictio non potaſt exercari in alieno territorio niſi expreſsè, vel tacitè conſentiat Judex propriua ejuſdem territorii, & partes litigantes. 4. 8

Iuriſdictio voluntaria alia eſt, quæ conceditur à ſupremo Principe, ut à Paps, vel Imperstore, & alia, quæ ab infariore Principe recognoſcente ſuperiorem, illa poteſt ubique exerceri inter volentas licèt non in invitos: hæc tantùm in proprio tarritorio concedentis inter volentes. 8. 4

Iuriſdictio alià eccleſiaſtica, alia civilis eſt, illa verſatur circs ſpiritualia, réſqua partinantes ad eccleſias, vel eccleſiaſticas perſnns; hæc circa temporalia, & civilia. 8. 5

Iuriſdictio ut cenſeatur collata dabet conceſſio includere verba importantia jnriadictionem, adeò ut jnriſdictio non cenſeatur alicui conceſſa, ſi non fiat mentio ſpecialis da juriſdictione; adeò ut communitas vendens bona ſui territorii Eccleſiæ cum omnibus juribus non cenſeatur vendidiſſe juriſdictionem, nec jus colligendi padagia; quæ habet vendens in bonis venditis, niſi hæc translatio juriadictionia exprimatur. 8. 5

Iuriſdictio bipartitur in imperium, & ſimplicem juriſdictionem? Eſt imperium juriſdictin, quæ exercetur nobili officio Judicis, & ſimplex juriſdictio officio mercenario. 8. 6

Iuriſdictio ſimplex, quæ ſolat exercari mercenario officio Judicis, ſuos etiam partitur in grsdua. 9. 8

Iuriſdictio bipartitur in altam, & baſſam, ad altam pertinent cauſæ omnes meri imperii; & ad baſſam cauſæ tum civiles, tum criminales, quæ competonr certis Judicibus rstione Magiſtratûs, quem garunt. 9. 12

Iuriſdictio eccleſiaſtica ralicta fuit à Chriſto ſuo in militante Ecclaſia Vicario, cæteriſqua inferioribus Prælstis nomine clavinm. Pertinet autem hæc juriſdictio eccleſiaſtica ad fidelium regimen, sc diractionem in ordina sd aſſacutionem æternæ ſalutis. ibid. 1

Iuris-

Iuriſdictio ſummi Pontificis eſt ſuprama, & ampliſſima, & poteſt condare leges, quæ ligent in conſcientia, adeo ut transgreſſores puniantur pœna ſpirituali. 10. 2
Juriadictio eccleſiaſtica, & civilis differunt quoad quatnor cauſarum genera. ibid. 3
Iuriſdictio aivilis, quomodo incidenter, & per accidens dicatur ſe axtendera ad res accleſiaſticas. 11. 7. & ſeq.
Iuriſdictio fori mixri dicitor par ſe extendi ad crimina, quæ ſunt otriusque fori ſæcularis, & eccleſiaſtici, ſunt enim aliqua crimina marè accleſiaſtica, quæ ad ſolùm forum eccleſiaſticum pertinent, & alia, quæ cùm ſint crimina merè ſæcularia à ſolo Judice ſæculari cognoſcuntur: alia verò ſunt mixti fori, eò quia da ipſa cognoſaere poſſit utrumque forum ecclaſiaſtiaum, & civile. 13. 20
Iuriadictio Epiſcoporum, idao olim axtandebatur ad cauſas laicorum, ut concordia, & pax inter litigantes conciliaretur, & homines è litium, & actionum laquais, tricíſque eximerantur, quod Epiſcopi efficaci ſuaſione præſtabant perſuadentea atiam Regibus, & Principibus, ut Judices laici potiùs pacificatores aſſent, quàm Judices. 17. 14
Iuriadictio Inquiſitorum eſt dalegata, & Inquiſitores ſunt Judicea delegati, eò quia dentur ed ſpecialem hæreſis cauſam cognoſcendam. 49. 5.
Iuriſdictio extra Regna Regis Hiſpaniæ concaditur Inquiſitoribus cumulativè quoad Epiſcopos, non verò privativè. ibid. 7
Iuriſdictio Inquiſitorum non ceſſat per obitum Romani Pontificis, tametſi ſit delegata, idque in bonum fidai, & utilitatem religionis. 51. 11. Verùm id procedit da Inquiſitoribus ſimpliciter conſtitutis: non verò de conſtitutis eum clauſula *ad beneplacitum Romani Pontificis* in ſententia oonnullorum: communior tamen, & verior ſeatentia aſſaric, demandatam anthoritatem non finiri per obitum Pontificis delegantis quocunque modo, idque ob commune fidei bonum, ne caſus contingat, in quo non poſſit inquiri in hæreticos. 51. 13
Juriſdictio inquiſitorum extenditur contra omnea parſonas in hæretis crimine delinquentes. 53. 1 Non tamen extenditur in Nuntios, & Officiales Apoſtolicos gerentea vicea ſummi Pontificis in aliquibus cauſis. ibid. 2. Imò nequa unus Inquiſitor poteſt procedere contra alium, cùm parem juriſdictionem non habeat. ibid. 3
Iuriſdictio Inquiſitorum extenditur ad cauſas criminales, imò & civiles ſuorum familiarium, adeò ut alij Judices nequaant ſe iiſdem immiſcera. 54. 6. & ſeq.
Iuriſdictio Inquiſitorum quomodo dicatur ſe axtendera ad mortuos, qui ita deceſſernnt, ut dum vivarent, catholici haberentur, & poſt obitum hæretici dateguntur. 58. 30
Iuriſdictio da perſona ad parſonam protogari poteſt tacito, vel expraſſo partium conſenſu. 677. 40
Iuriſdictio ex aonſanſu partium poteſt prorogari. 767. 2
Iuriſdictioni ragiæ nolla derogari ſupponit juriſdictionem exiſtere, proinde, non eſt juriſdictionem conaedara: per hoc enim, quòd Pontifex dicat nolle darogari juriſdictioni Regiæ, non intandit juriadictionem concedere. 32. 4
Iuriſfictio fingit vera aſſe, quæ vera non ſunt, & non admittit probationem contra ſe, & non inducitur ab homine, ſed tantum à jura. 600. 19
Iurium productio plures inducit effectus, dummodo fiat parte citata. 340. 20
Ius patronatus accenſetur cauſis accleſiaſticis, tametſi ſecundùm ſe, intrinſecè, non ſit aliquid ſpirituale, ſed tantum extrinſecè, eò quia ordinetur ad ſpiritualem beneficij eccleſiaſtici collationem, veluti aius præambulum, qua ratione dicitur annexum ſpirituali antecedentar: hinc Judex laicus nequit cognoſcere in cauſa juriſpatronatus, eò quia nulla ſit laicis attributa potaſtas diſponendi de rebus eccleſiaſticis. 20. 7. & ſeq.
Ius patronatus non poſſidetur à laico ex ſe, ſed tantum ex ſpeciali conceſſiona, & gratia eccleſiæ, ut inde laici alliciantur ad fundandas eccleſias, ac promovendum divinum cultum. 21. 9
Ius patronatua ita poſſidetur à laico, ut ſi iſte intra tempua debitom negligat Clericum præſentare, inſtitutio tunc pertineat ad Epiſcopum. ibid.
Ius patronatus aſt veluti mixtum ex ſpirituali, & temporali, ſed, quia in mixtis magis dignum trahit ad ſe minus digoum, ideo cognoſcere da jure patronatus pertinet ad Judicem accleſiaſticum. 216. 80
Ius patronatus quomodo ax diuturna conſuetudine nominandi, deſignandi, & offerendi Clericos dicatur præſcribi. 688. 8
Ius canonicum non ſolùm perinde ac aivile intendit in humana Republica quietem, verùm etiam ſalutem. 690. 12
Ius imponendi vectigalia cum titulo præſcribitur 40. annis, & ſina titulo tempore immemoriali. 700. 14
Ius patronatos poteſt quis præſeribere contra alium ſpatio dacam annorum inter præſentes, & viginti inter abſentea. 703. 7
Ius eligendi Epiſcopum, vel Prælatum quanto tempore præſcribatur. 703. 21
Ius civile, a quo præſcriptio ſuam trahit originem, non axtanditur ad ſupremos Principes non recognoſcentes in tarria ſuperioram. 712. 47
Iuſtitia requiſita ad juramentum in ao conſiſtit, ut juramentum non fiat da re illicita. 613. 10
Ioſtitia ad juramantum requiritur, ut hoc non ſit in præjudicium tertii. ibid. 12

L.

Læſio enormiſſima, quæ cenſeatur? ut renunciatio ſit doloſa. 659. 161
Laici non prohibentur eſſe Conſiliarii, & aſſeſſores Principis eccleſiaſtici etiam in cauſis ſpiritualibus. 32. 18
Laici poſſident quaſi jus patronatus annaxum collationi beneficii ſpiritualis ex ſpeciali conceſſione, & gratia accleſiæ. 200. 0
Laici neque incidenter poſſunt da cauſis ſpiritualibus iudicare. 216. 79
Laici poſſunt tractare nagotia merè temporalia, & cauſas merè eiviles accleſiarum, ac perſonarum accleſiaſticarum, ita tamen ut nulla eis ſuper eccleſiis, vel Clericis cumpetat poteſtas, & præeminentia. 216. 81

Laici ſpoliantes eccleſias juribus ſuis poſſunt tanquam ſacrilegi conveniri coram Judice eccleſiaſtico. 256. 21
Laici, ſi agatur de crimine criminaliter non poſſunt eſſe teſtes contra Clericum. 528. 16
Laici cum decimas non poſſideant, non poſſunt eas præſcribere. 711. 41
Laicus ſi poſt inchoatam litem apud Judicem ſæcularem fieret Clericus, non propterea cenſeretur mutâſſe illicò ſtatum, cauſam, & forum: quinimò tenetur tunc coram eodem Judice cauſam inchoatam perſequi, quia cauſa ibi debet ſuum finem ſortiri, ubi habuit initium. 12. 14
Laicus in cauſa criminali non poteſt eſſe Judex Clericorum, non obſtante quavis contraria conſuetudine. 21. 16
Laicus poteſt eſſe Notarius Epiſcopi in cauſis ſpiritualibus, quia Notarius nudum exhibet miniſterium, quod nullam habet annexam iuriſdictionem: generatim enim poſſunt laicis ea omnia committi, quæ purum tantùm, & ſimplex exhibent miniſterium, & nullam includunt juriſdictionem, nec præeminentiam & gubernationem ſuper Clericos. 23. 19
Laicus, qui Clerico gravem intulit injuriam poteſt ab utroque Judice eccleſiaſtico, & ſæculari puniri. 170. 2
Laicus quamvis non poſſit per ſe, & principaliter eſſe Judex in cauſa juris patronatus, poteſt nihilominus acceſſoriè, & ſecundariò de illo cognoſcere. 200. 10
Laicus negans rem, quam poſſidet, pertinere ad eccleſiam, & allegans juſtam cauſam eam poſſidendi, eò quia in feudum, vel Emphyteuſim ab eccleſia eam acceperit, vel conductam poſſideat, non eſt poſſeſſor malæ fidei. 555. 21
Laicus, ſi conqueratur, ſe ſpoliatum beneficio, vel decimis Clericalibus, aut alio jure ſpirituali, non eſt reſtituendus, niſi prius titulum poſſeſſionis probaverit. 398. 29
Laicus in cauſa criminali, quando agitur de crimine criminaliter, ſeu per modum accuſationis ad publicam vindictam regulariter non admittitur ad ferendum teſtimonium contra Clericum. 520. 4
Laicus in cauſa civili coram Judice eccleſiaſtico poteſt contra Clericum teſtimonium producere. ibidem 5
Laicus in aliquibus criminibus non prohibetur teſtimonium ferre contra clericum. 520. 6
Laicus ſi in cauſa criminali admittatur contra Clericum bonæ famæ in teſtem, non cenſetur teſtis integer, & omni exceptione major, niſi cum ipſo ſimul teſtificetur, & examinetur Clericus bonæ famæ. ibid. 7
Laicus quomodo ratione juramenti præſtiti poſſit conveniri coram Judice eccleſiaſtico. 634. 46
Laicus ſi agatur de obſervantia voti, convenitur coram Judice eccleſiaſtico, quia votum perinde, ac iuramentum eſt vinculum ſpirituale. 661. 169
Laicus poteſt habere jus patronatus in eccleſia, quam ipſe fundavit, vel ædificavit, aut dotavit. 688. 17
Lamiæ, & ſtriges an vehantur per aëre à Dæmone. 266. 11 & ſeq.
Lamiæ ope Dæmonis breviſſimo temporis intervallo ducuntur ad loca diſſitiſſima, & iterum reducuntur. 166. 12. Neque huiuſmodi tranſlationes fiunt per illuſionem phantaſiæ, quia iniuſtum foret ultimo ſupplicio punire homines ob maleficia, quæ tantum ſomniârunt. ibid. 13
Lampades accendere non licet, nec tabellas appendere ad ſepulchrum, vel imaginem Servi Dei defuncti cum opinione ſanctitatis. 115. 17
Latria, ex qua componitur idololatria, quid ſignificet, & quomodo tribuatur idolis. 129. 4. & ſeq.
Laudum per arbitros contra formam iuris, vel compromiſſi, non tenet. 829. 33
Legatariis ex ſpeciali favore conceditur, ut poſſint eſſe teſtes teſtamentarii. 554. 80
Legatarius non eſt juris ſucceſſor ſicut hæres, cùm non ſuccedat jure directo, & univerſali, ſed tantùm eſt ſucceſſor rei particularis ſibi legatæ. 554. 79
Leges ſæculares non poſſunt derogare privilegiis, & exemptionibus conceſſis ſtatui Clericali, proinde neque conſuetudo inducta à laicis derogat legi eccleſiaſticæ. 22. 17
Levitæ, & ſacerdotes in lege veteri erant exempti à juriſdictione ſæculari aliarum Tribuum, & à lege ſolvendi tributa. 248. 8
Lex prohibens ſubditis bona immobilia alienare non ſubditis, quamvis explicitè, & quoad verba tantùm dirigatur ad ſubditos; implicitè tamen, & intentionaliter, ac quoad mentem infringit libertatem eccleſiaſticam, & inducit fraudem de perſona ad perſonam. 26. 12. Tale enim ſtatutum prohibens ſubditis alienationem bonorum immobilium in non ſubditos, tametſi directè feratur in ſubditos laicos, indirectè tamen afficit etiam perſonas eccleſiaſticas: & ſtatuta laicorum nec directè, nec indirectè poſſunt perſonas eccleſiaſticas afficere ob defectum juriſdictionis. 27. 13
Lex evangelica licèt non liberet Chriſtianos, eximit tamen Clericos à juriſdictione Laicali, eò quia ſint divinis obſequiis ſpecialiter mancipati. 250. 18.
Lex fundata in præſumptione, an obliget in foro conſcientiæ, ut etiam in foro externo. 599. 15
Lex civilis non ſolùm irritat actum, verùm etiam ulterius procedendo prohibet ipſum iuramentum, quod ſi emittatur, illud declarat irritum. 618. 20
Lex ſi principaliter lata ſit in favorem privati non intendit ex eius obligatione laqueum ei inijcere ad culpam. 641. 78
Lex civilis quamvis principaliter edita in bonum privatum poteſt obligare ad culpam. ib. 79
Lex civilis pleriſque in Regnis impedit vires juramenti; adeo ut irriti ſint contractus etiam juramento firmati, niſi fiant authoritate Regia. 661. 170
Lex civilis poteſt reddere hominem inhabilem ad officia, contractus, alienationes, acquiſitionem bonorum, & alia id genus. ibid. 171
Lex pœnalis quando concedit adverſus delinquentem actionem in certum tempus, an tunc poſſit, qui deliquit, vel etiam eius hæres actionem præſcribere, & ipſam pœnam, tametſi ſciverit, actionem illam contra delinquentem competere, & pœnam deberi ratione culpæ. 697. 31

Libe,li

Digitized by Google

Libelli verba ſunt aliquando interpretanda in ſeoſum minus proprium, ut ſalvetur libellus iuxta mentem libellantis. 267. 14

Libelli Conclusio quomodo procedat in cauſis civilibus, & criminalibus. 269. 13.

Libellus in cauſis Ordinariis de jure civili offertur, & perinde ac Syllogiſmus tribus conſtat partibus, ſcilicet ex narratione facti, locò maioris; ex medio concludentis locò minoris; & ex concluſione, in qua convenit cum ſyllogiſmo. 16. 10. non tamen libellus offertur in curia Romana, & in tribunali Auditoris, ſed fit tantùm monitorium contra debitorem, ſeu detentorem, ut ſolvat, ſeu dimittat cum clauſula *Si quis ſenſerit ſe gravatum*, quod monitorium ſervit loco libelli. ibid. 10.

Libellus judiciarius non eſt neceſſarius, quando ſummariè, & ſine ſtrepitu agitur, ut in cauſis beneficialibus, matrimonialibus, decimarum, & uſuræ, neque eſt neceſſarius, ſi reus eum non deſideret, nec quando cauſæ ſunt leviores, ac braviores, vel ſi adſit conſuetudo in contrarium. 189. 4.

Libellus iudiciarius, ſi fuerit obſcurus, ac dubius, debet interpretari, ut habeat effectum per legitimam interpretationem menti Actoris favorabilem. 190. 6

Libellus prout ad judicium pertinet, eſt brevis, clara, & ordinaria ſcriptura demonſtrans Judici, ac parti intentionem Actoris, & ut rectè conſtruatur, debet continere facti narrationem: cauſam inde elicitam, ſeu jus petendi, & ipſam petitionem, quæ eſt veluti concluſio ipſius libelli. 202. 21. Ex jure tamen canonico non eſt neceſſe, ut in libello expreſſè proponatur cauſa, quæ tamen ſi proponatur, non reijcitur, ſed admittitur; ſed ſi inepta ſit, actor ſuccumbit, niſi aliam aptam, & congruentem proponat. 203. 23

Libellus offerendus Iudici debet continere ſpeciem actionis, quam Actor intendit. 264. 1

Libellus debet in ſcriptis offerri, ut etiam omnia Acta judicij, & quidem per Notarios, vel duos viros idoneos, ne fraus ulla poſſit irrepere. 265. 2

Libellus ab Actore afferendus Judici debet pluribus inſigniri qualitatibus. ibid. 3

Libellus quomodo dicatur eſſe obſcurus. ib. 4

Libellus alternativus in pluribus caſibus procedit, ut ſi contineat pluras cauſas alternativas, quarum quælibet ſit de ſe habilis ad concludendum. 265. 5.

Libellus alternativus, licèt contineat actiones contrarias, ut Publicianam, & rei vindicationem: ſi tamen proponantur diſiunctivè, & incertitudo proveniat ex parte aliena admittitur. 265. 6

Libellus alternativus quomodo procedat, ſi conditionem contineat. 266. 7

Libellus contrarius de directo admittitur coram eodem Judice inter Actorem, & Reum licèt non ita coram diverſis Judicibus. 266. 8

Libellus principaliter ab actore afferendus eſt Judici, ut ſciat ſtatim, quid petatur, & ex qua cauſa debeat ſuum officium interponere. ibid. 9

Libellus queremonialis, qui & accuſatorius dicitur, exhibetur in cauſis criminalibus. ibid.

Libellus dari debet in omni cauſa, alioquin judicium eſt nullum, eò quia ſit libellus de ſubſtantia judicii. 266. 10

Libellus in cauſa ſummaria debet continere omnia, quæ ſunt neceſſaria in cauſa ordinaria. 267. 11

Libellus in cauſis Ordinariis eſt neceſſarius, & debet interpretari in favorem libellantis. 267. 12

Libellus à Juriſtis, quomodo vocetur argumentum legale, ſeu ſyllogiſmus iudicialis practicus. ibid. 1. & ſeq.

Libellus in judicio univerſali, vel generali non eſt neceſſe, exprimat res ſingulas in ſpecie, quando iſtæ comprehenduntur ſub univerſali, vel generali aliqua ratione, ſed ſufficit petitio generalis, quâ Actor in ſuo libello dicat: peto totam hæreditatem mihi à Titio ex Teſtamento, vel ab inteſtato relictam. 269. 12

Libellus quamvis iam porrectus, adhuc poteſt ab Actore, tam in cauſis civilibus, quàm criminalibus mutari ante litis conteſtationem. 270. 14

Libellus ſi minùs clarè fuerit compoſitus poteſt ſemper ab actore explicari, emendari, & corrigi, vel alio modo accidentaliter mutari, dummodo ſtatus cauſæ non immutetur. ibid. 15

Libellus queremonialis quid ſit, & per quid differt à conventionali. 286. 1

Libellus Conventionalis eſt veluti Syllogiſmus practicus juridicus, non quòd ſemper formaliter, & explicitè in illo contineatur Syllogiſmus. ibid. 2

Libellus neque ex conſenſu partium litigantium expreſſo, vel tacito omitti unquam poteſt in judicio. 286. 4

Libellus eſt neceſſariò porrigendus in quocunque judicio etiam ſummario. 287. 7

Libellus ſemel oblatus poteſt mutari, & emendari ab Actore usque ad litem conteſtatam, non verò poſt conteſtatam litem: quia poſt conteſtatam litem judicium eſt plenè inchoatum; & per actum conteſtationis litis, initur quaſi contractus, per quem obligatur quis ipſi inſtantiæ. Excipitur tamen, niſi Actor velit à priore libello ex toto recedere, & reſarcire expenſas, & omnia damna illata Reo, & aptiorem intentare actionem per oblationem novi libelli. 291. 31

Libellus ab actore poteſt die feſto offerri Judici. & ab hoc ipſi Reo convento. 345. 13

Libertus prohibetur teſtimonium dicere contra ſuum patronum, ut etiam Vaſallus contra Dominum feudi, & ſubditus contra ſuum Dominum. 520. 3

Libri Mercatorum, in quibus res ad ſua commercia pertinentes ſcribuntur, an aliquid probent pro ipſis Mercatoribus? 578. 13. & ſeq.

Libris civitatum, Monaſteriorum, & Conventuum Religioſorum, ubi deſcribuntur annui proventus, prædia, jura, fines territoriorum, fides eſt adhibenda in rebus alienis, quando ſubditus tales libros aſſervatos in archivio allegat, & producit. 576. 6

Limites locorum quomodo probandi ſint per antiquas ſcripturas, & memorias marmoreas. 493. 6

Limites prædiorum, & agrorum eccleſiaſticorum præſcribi poſſunt annis 40. non ita fines eccleſiarum, ſeu parochiarum. 689. 1

Limites eccleſiarum, & prædiorum eccleſiaſticorum præſcribi poſſunt quoad jus proprietatis ib. 4

Lis

Lis aſt etiam conteſtanda, quando Judicis Officium imploratur. 319. 12

Lis pendere dicitur ex parte actoris per judiciariam conventionem, ſeu oblationem libelli: & ex parte Rei pendeca dicitur, poſtquam citatio à Judice competente emanavit, ac legitimè pervenit ad ipſum, vel per ipſum ſtetit, quò minùs perveniret. Dummodo unà cum citatione libellus transmiſſus ſit; vel in ipſa citatione intentio Actoris clarè exprimatur. 435. 1

Lis in ordine ad non innovandum quidquam, tunc pendere cenſetur, poſtquam citatio à Judice competente emanavit, ac pervenit ad partem citatam; adeò ut incipiat lis pendere à citatione uſque ad ſententiam definitivam, ſi ab ea non ſuit appellatum. 435. 2

Lis decidenda eſt ſecundùm jura exiſtentia tempore controverſiæ, vel juxta privilegium impetratum lite pendente. 438. 24

Lite non conteſtata, ſi Reus ſit contumax Actor mittendus eſt, ſi fieri poteſt, in poſſeſſionem cuſtodiæ causâ, quia ſunt aliquæ cauſæ, in quibus talis miſſio non poteſt adoptari. 319. 13

Lite pendente, qui poſſidet, non eſt privandus commodo ſuæ poſſeſſionis, ne iudicium incipiat ab executione. 446. 7. Juſtis tamen de cauſis in iura expreſſis licitè fit ſequeſtratio. ibid. 7. & ſeq.

Litem conteſtantur tam Actor, quàm reus, ille affirmativè proponendo, hic negativè contradicendo. 306. 2

Lites quia ſunt amputandæ, ideo multa prohibentur fieri, quæ facta tenent. 676. 34

Lites quantum fieri poteſt, ſunt abbreviandæ, & intra competentem terminum expediendæ. 679. 52

Litis conteſtatio quid ſit, à quibus fiat, & coram quo? 306. 1

Litis conteſtatio obligat partes litigantes per mutuum conſenſum in ordine ad tale judicium, & habet vim cuiusdam quaſi contractus. 307. 6

Litis conteſtatæ effectus plures ſunt, & recenſententur, ac explicantur. 309. 15

Litis conteſtatio, ut procedat, requiritur, ut fiat coram Judice præſente utraque parte. ibid. 1

Litis conteſtatio, an per ſolam narrationem facti poſſit induci. 310. 3

Litis conteſtatio non inducitur per confeſſionem factam in judicio à Reo, non animo contendendi, ſed intentione hoc declinandi. ibid. 4

Litis conteſtatio non poteſt fieri extra judicium. 310. 5

Litteræ cenſantur ſubreptitiæ, ſi in ipſis reticeatur exceptio dilatoria. 319. 11

Litteræ, quibus appoſitum aſt ſigillum proprium perſonæ privatæ in præiudicium apponentis ſigillum faciunt plenam fidem etiam absque alia ſubſcriptione. 579. 16. Tria tamen requiruntur, ut ſigillum plenam ſidem faciat. ibid.

Litteris Epiſcopi, vel alterius Judicis Ordinarii præſtanda eſt fides, donec contrarium probetur. 494. 8

Loca ſacra, & religioſa cum accenſeantur rebus ſpiritualibus præſcribi non poſſunt. 688. 16

M.

Magi, & ſagæ ope dæmonum plura inſueta præſtant. 166. 14

Magi Pharaonis ſuis incantationibus non fuerunt miracula patrati. 167. 16 & ſeq.

Magia pertinens ad quartam ſuperſtitionis ſpeciem bipartitur in naturalem, & ſuperſtitioſam, illa eſt ratio quædam operandi mira per cauſas naturales, absque ulla dæmonis opera. 164. 1. & ſeq.

Magia ſuperſtitioſa eſt ratio quædam operandi mira per ſigna, ope dæmonum. ibid. 4

Magia ſuperſtitioſa eſt expreſsè prohibita, & dignoſcitur talis ex circumſtantiis inutilibus, & vanis ad aſſecutionem alicuius effectus. 165. 5

Magia ſuperſtitioſa eò eſt gravius peccatum, quò præſtantiór eſt virtus, cui opponitur. 165. 7

Magia ſuperſtitioſa eſt graviſſimum peccatum, quia opponitur Religioni, quæ eſt omnium virtutum moralium præſtantiſſima. 165. 7

Magia plura includit crimina, inter quæ etiam hæreſis. 165. 8

Magia comprehendit idololatriam quatenus Magi, & ſagæ Dæmonem colunt, cui thus adolent, Sacrificia offerunt. 165. 8

Magia ſuperſtitioſa plura includit delicta, nec in ipſa datur parvitas materiæ. ibid 9

Magia ſuperſtitioſa quamvis ope dæmonis efficiat quædam mira, non tamen ad id poteſt devenire, ut vera miracula efficiat. 166. 14

Magiæ ſuperſtitioſæ frequentiùs fœminæ, quàm viri dant operam, quia illæ ob innatam levitatem faciliùs decipiuntur dæmonum pollicitationibus. ib. 10

Magiſtratus ſæcularis in Galliis habet poteſtatem judicandi, ac puniendi perſonas eccleſiaſticas in caſibus privilegiatis. 13. 19

Magiſtratus ſæcularis non habet jurisdictionem in ordine ad cognoſcendam cauſam de hæreſi. 173. 13

Magiſtratus laicalis in dubio, an delinquens ſit Clericus, poteſt eum capere, ac in propriis carceribus detinare, donec declaretur Clericus: debet tamen interim à cognitione cauſæ ſupercedere. ibid. 14

Magiſtratus ſæcularis poteſt aliquam compellere ad relaxandum juramentum, ſi eius materia ſit tantùm temporalis, quia ſicut poteſt compellere ad obſervantiam juramenti, ita etiam ad remiſſionem, ſi juramentum fuerit injuſtè extortum, & eius materia purè temporalis. 174. 16

Magiſtratus ſæcularis ſine licentia Epiſcopi non poteſt extrahere Reum ab eccleſia, quamvis non gaudeat immunitate, & ſi ſatellites vi, aut dolo ipſum extrahant, tenentur eum reſtituere eccleſiæ. ibid. 12

Magiſtratus ſæcularis non poteſt cognoſcere ſuper cauſa poſſeſſoria beneficii, quia poſſeſſio beneficii eſt cauſa eccleſiaſtica, neque conſuetudo in contrarium vim ullam obtinet, niſi innitatur privilegio ſummi Pontificis, adeò ut regna, in quibus viget hæc conſuetudo cenſenda ſint gaudere privilegio ijsdem à ſummo Pontifice conceſſo. 175. 19

Magiſtratus ſæcularis nequit punire laicum hæreticum, vel Apoſtatam, quamvis agatur de quæſtione facti. 175. 20

Magiſtratus ſæcularis non poteſt cognoſcere ſuper cauſis matrimonii. ibid. 21

Magiſtra.

Magiſtratus ſæcularis non poteſt opponere impedimenta dirimentia matrimonium etiam prout hoc eſt contractus civilis, quia ſaltem indirectè ageret in ſacramentum, ſeu rem ſpiritualem. 175. 22

Magiſtratus ſæcularis poteſt punire contrahentes matrimonium clandeſtinum pœnis à legibus civilibus conſtitutis, quia hæc cauſa cenſetur eſſe mixti fori. ibid. 23

Magiſtratus non poteſt ſupplere negligentiam Judicis eccleſiaſtici, nec poteſt cauſas ſpirituales ad ſe trahere, nec eas judicare. 175. 24

Magiſtratus ſæcularis poteſt judicare de cauſa adulterii, ſi agatur principaliter de dote, & lis verſetur circa dotem, vel de cauſa alimentorum, ſi de hiſce principaliter agatur. 176. 26

Magiſtratus ſæcularis poteſt cognoſcere ſuper cauſis eccleſiaſticis merè temporalibus, & quæ connexionem non habent cum ſpiritualibus; non verò ſuper cauſis judicialibus civilibus, quæ inter Clericos moventur; ut etiam inter Clericum & laicum, niſi ex delegatione Prælati eccleſiaſtici. 176. 27

Magiſtratus ſæcularis non poteſt cognoſcere de cauſis ſpiritualibus, nec beneficiariis, nec de jure decimarum, nec de jure patronatûs. 177. 29

Mala fides defuncti nocet ſucceſſori univerſali, ut nunquam poſſit rem præſcribere, quia hæres univerſalis repræſentat perſonam defuncti, & eadem eſt conditio hæredis, quæ fuit teſtatoris defuncti. 694. 11

Mala fides Anteceſſoris, an obſit hæredi mediato, ſeu hæredi hæredis, qui bonam fidem habuit, ſed præſcribere non potuit ob malam fidem defuncti, eſt quæſtio dubia. ibid. 12

Mala fides Anteceſſoris non obeſt ſucceſſori in dignitate, vel alio eccleſiaſtico beneficio, quia tunc ſucceſſor non accipit titulum poſſidendi beneficium à ſuo prædeceſſore, ſed ab ipſo collatore. 694. 13

Mala fides anteceſſoris cùm dicitur obeſſe ſucceſſori univerſali, ſeu hæredi immediato extenditur non ſolùm quoad præſcriptionem ordinarii temporis, ſed etiam longiſſimi. ibid. 14

Mala fides anteceſſoris nocet ſucceſſori univerſali, non ſolùm quoad perſonas particulares, ſeu hæredes ſuccedentes uni defuncto, verùm etiam quoad univerſitatem, vel civitatem, in qua cives poſteri ſuccedunt in juribus, & oneribus ſuorum anteceſſorum. 695. 15

Mala fides reſpectu unius rei, vel juris non impedit præſcriptionem alterius rei, vel juris diſtincti quod præſcribitur. 696. 25

Maleficia tollere licitum eſt, ſi nulla adſit Dæmonis invocatio, ſed adſit Dei imploratio. 168. 20

Maleficii uſus eſt intrinſecè malus ob tacitam, vel expreſſam Dæmonis invocationem ad aliquem effectum obtinendum, proinde nullo modo poteſt licitè fieri. 168. 20

Mandata, quæ ordinariè dantur ſine clauſula juſtificatoria, & tranſmittuntur parti non obligant ad executionem. 382. 3

Mandato non eſt ſtandum, ſi ſit contrarium priori juramento licitè facto. 649. 113

Mandatum cum clauſula juſtificatoria per quid differat à mandato abſque tali clauſula. 382. 4

Manutenentiæ litteræ, ut obtineantur duo requiruntur, beneficii poſſeſſio, de qua ſaltem ſummariè debet conſtare, & exprimi in litteris manutenentiæ, & aliqua turbatio facti, quæ generaliter fit per quemcunque actum, quo quis non ſinit liberè, & quietè res ſuas ab alio poſſideri. 35. 17 & quævis turbatio admittitur in ordine ad concedendas litteras manutenentiæ. ibid.

Mares ante 14. annum, & puellæ ante 12. ex præſcripto juris non admittuntur ad juramentum ſolemne, in judicio, in cauſis civilibus, eò quia non cenſeantur habere maturum judicium. 614. 16

Maritus ſi juret non accuſare uxorem de patrato delicto ad effectum divortii, an teneatur ſervare juramentum? 653. 129

Martyres ut canonizentur, ſufficit, ſi probetur cauſa ob quam paſſi ſunt. Hæc autem cauſa debet eſſe defenſio fidei, vel confeſſio, vel prohibitio Dei offenſæ, qua ratione eccleſia colit ut martyrem D. Ioannem Baptiſtam, eò quia fuerit occiſus ab Herode ob reprehenſionem adulterii. 120. 28

Materia utriuſque juriſdictionis eccleſiaſticæ, & civilis, quamvis diverſa ſit, in pleriſque tamen eccleſiaſtica ad temporalia extenditur, ut etiam civilis nonnunquam in cauſis occupatur eccleſiaſticis. Eccleſiaſtica juriſdictio bona hæreticorum fiſco addicit, damnatos tradit poteſtati ſæculari, ut promeritis afficiantur pœnis. 10. 4

Materia notabilis, & gravis quora ſit, ut quis incurrat peccatum lethale, non eſt facilis aſſignatu. 357. 31

Materiæ plures pertinentes ad idem præceptum numerò coaleſcunt in unam, & earum tranſgreſſio fit mortalis. 358. 18

Matrimonium quomodo probetur per præſumptiones. 605. 38

Matrimonium per conſenſum partium, quæ illud contraxerunt, non diſſolvitur. 726. 4

Medentes vulnera è loco diſito videntur ſaltem leviter de hæreſi ſuſpecti ex pacto tacito cum Dæmone in ipſo modo medendi. 161. 14

Membrum communitatis non poteſt eſſe teſtis idoneus in cauſa criminali in favorem eiuſdem communitatis. 555. 85

Metroſcopia eſt, quâ quis inſpectis frontis lineamentis, ac ſignis caſus futuros prænunciat, qui eidem contingent. 151. 1

Metus gravis cadens in virum conſtantem an ſufficiat ad extinguendam ſuſpicionem in eo qui receſſità fide Catholica exterius. 161. 35

Milites urgente neceſſitate poſſunt licitè die feſto pugnare. 352. 17

Militia actualis, an ſit opus ſervile, & prohibitum die feſto. ibid. 16

Militiæ exercitium non videtur opus ſervile, eò quia Principes non dedignentur militare, acies ducere, hoſtes invadere: & viri equeſtres, ut plurimum in Gallia, & Germania militiam profitentur, quam ut exactiùs addiſcant; ab initio gregales agunt milites, ut ſciant quid quiſque in proprio gradu debeat peragere. 352. 17

Miniſter publicus extra territorium conſtituentis, perinde ſe habet, ac perſona privata. 586. 23

Miniſtrantibus ſpiritualia, & laborantibus cauſâ eccleſiarum divino jure debentur victualia, quæ ad eorundem ſuſtentationem ſunt neceſſaria. 691. 17
Miniſtri Curiæ Epiſcopalis gaudent privilegio fori etiam in delictis commiſſis extra proprium officium, quod exercent in tali curia. 242. 27
Minorennis debet eſſe pubes, ut juramento contractum corroboret, ac firmet. 658. 155
Miracula requiſita ad canonizationem, vel beatificationem, debent patrata fuiſſe poſt mortem, quia quæ in vita aguntur non plenè convincunt, cùm etiam plures improbi, cùm viverent, miracula perpetraverint. 119. 23
Miracula quæ ſint, & quæ requirantur, ut ſint vera miracula. ibid. 24
Miracula requiruntur in canonizatione Martyris, ſi de cauſa martyrij non ſufficienter conſtet. 121. 29
Miracula dicuntur corroborari, ſi clarè probentur eſſe à Deo facta ad interceſſionem illius ſervi Dei, de cuius beatificatione, vel canonizatione agitur. 127. 28
Miraculorum probationes, an requirantur pro Martyribus canonizandis. 120. 28
Miſſa de Sanctiſſima Trinitate, an in anniverſario alicuius ſervi Dei nondum beatificati poſſit celebrari, ſi id fiat impulſu ſolius devotionis. 125. 19
Miſſio in bona alterius, ut juridicè fiat non ſufficit, ſi ſemel tantùm reus citetur, ſed debet iterum, ac peremptoriè citari ſaltem per edictum publicum, ſi non poſſit perſonaliter citari, neque per Procuratorem. 427. 8
Miſſio in bona aliena non debet ordinariè fieri ex ſecundo decreto Judicis contra abſentem, qui ante citationem diſceſſit, & poſt edictum non comparet, nec ab alio defenditur. ibidem 10
Miſſio cuſtodiæ causâ an debeat ceſſare, quando deveniri poteſt ad ſententiam definitivam lite non conteſtata. 428. 16
Miſſio cuſtodiæ causâ ex primo decreto in actione perſonali conceditur, ut contumacia puniatur, & ut faciliùs cogatur Reus ad comparendum, qui ſi in contumacia perſtiterit, tunc arbitrio Judicis fit miſſio ex ſecundo decreto Rei, cuius actor fit verus poſſeſſor rei petitæ. ibid. 18.
Miſſio fit etiam contra abſentem, qui non reliquit Procuratorem facta citatione domi, & nullo defendente. 430 7
Miſſio in poſſeſſionem bonorum eſt tantùm ſententia interlocutoria. 431. 11
Miſſio ut fiat ex primo decreto plura requirit, quæ recenſentur. ibid. 12
Miſſio causâ rei ſervandæ, quandónam procedat in actionibus realibus, quæ feruntur in rem, cui adhærent, & quam vendicant. 431. 13
Miſſus in poſſeſſionem rei ex primo decreto poſt elapſum annum acquirit veram, & immutabilem illius rei poſſeſſionem. 428. 1
Miſſus in poſſeſſionem bonorum cuſtodiæ causâ non cenſetur lucrari fructus eorundem bonorum. 447. 13
Miſſus in poſſeſſionem cuſtodiæ causâ ſiva agatur actione reali, ſive perſonali intra annum non facit fructus ſuos, ſed tenetur eos cuſtodire, & non diſtrahere. 448. 5
Modi procedendi in judicio per inquiſitionem, accuſationem, denuntiationem explicantur. 186. 2
Modus medendi vulnus in loco diſtanti applicando pulveres, medicamenta ſtrophiolis, induſijs, aliiſque linteaminibus ſanguine vulnerati imbutis ſuperſtitioſus eſt. 161. 13
Modus procedendi in iudicio contra Clericos criminoſos qualis ſit. 194. 1
Modus citandi per edictum competit tantùm Judicibus Ordinariis, & delegatis à Principe. 294. 48
Modus procedendi qui datur per reſcriptum in cauſa conventionis, intelligitur etiam datus in cauſa reconventionis. 303. 31
Modus plus petendi re, quomodo differat à modo plus petendi causâ. 368. 2
Modus triplex procedendi contra Prælatum criminoſum explicatur. 418. 22
Modus confirmandi, quæ exprimuntur in forma ſpecifica excludit modum, quo reliqua confirmantur in communi. 825. 16
Monachi, qui pro debito monaſterii jurant ſtare Obſides, tenentur juramentum ſervare. 637. 60
Motivum intrinſecum cauſæ quomodo adiuvet probationem exhibitam per teſtes ſingulares. 533. 26
Mulier ob nimiam ſævitiem viri aufugiens ipſi non reſtituitur, ſi viri ſævitiem probaverit, niſi vir per juramentum, pignora, aut fideiuſſores, cautionem dederit honeſtè, ac mitius eam tractandi. 195. 14
Mulier in cauſa civili poteſt eſſe teſtis, ut etiam in cauſis matrimonialibus 524. 2. Excipiuntur tamen cauſæ civiles valdè arduæ, & maioris momenti. ibid. 3. ut etiam cauſæ criminales criminaliter intentatæ. ibid. 4
Mulieres non trahuntur invitæ perſonaliter ad judicium ex quacunque cauſa jure non expreſſa, quamvis poſſint in judicio ſtare. 180. 9
Mulieres ſi de graviſſimo crimine accuſentur, poſſunt perſonaliter citari, capi, & detrudi in carceres, quia privilegium, ut mulieres non trahantur invitæ ad judicium, tantùm intelligitur de mulieribus honeſtis, ac nobilibus. 180. 10
Mulieres non ſunt compellendæ, ut perſonaliter compareant ad judicium eccleſiaſticum causâ teſtimonii ferendi. 213. 68. Excipitur tamen niſi mulierum teſtimonium ſit neceſſarium in cauſa. ibid.
Mulieres religioſæ temetſi conſentientes, & volentes, nunquam ſunt perſonaliter ad judicium trahendæ extra ſuum Monaſterium ex quavis cauſa. 213. 70
Mulieres prægnantes ob periculum abortus prohibentur torqueri, imò etiam poſt partum, donec plenè fuerint viribus reſtitutæ. 496. 17
Mulieres non repelluntur à teſtimonio ferendo, quando agitur de crimine civiliter per modum exceptionis, denunciationis, & inquiſitionis. 524. 6
Mulieres lamiæ, ſeu ſtriges complices, ſeu ſociæ criminis admittuntur in tribunali ſacræ inquiſitionis ad teſtificandum, dummodo plures ſint. 548. 63

Mutila-

Mutilatio propriè quid ſit in ordine ad incurrendam cenſuram canonis. 809. 10
Mutuæ petitiones juxta præſens inſtitutum dicuntur conventio ex parte actoria, & reconventio ex parte Rei. 295. 1

N.

Negans concluſionem theologicam licèt poſſit præſumi de hæreſi, non tamen eſt formaliter hæreticus, quia non præſumitur illam negare ex eo, quòd non aſſentiatur principio evidenti, ſed quia præſumitur negare propoſitionem, ut taliter illatam ex præmiſſis. 82. 27
Neganti ſimpliciter non incumbit onus probandi, quia factum negantia per rerum naturam non eſt probatio. 485. 6
Negaoti aliquid abſolutè non incumbit onus probandi. 499. 31
Negatio, vel affirmatio non verſatur formaliter circa media, quæ volumus propter aſſecutionem finium, ſed circa verum, & falſum. 597. 4
Negligentia Procuratoris in non introducenda, vel proſequenda appellatione non excuſat Dominum: quia hic debet ſibi imputare, ſi negligentem elegerit Procuratorem, ut ſuas vices ageret. 775. 19
Nemo præſumitur res ſuas alteri indebitas effundere, nec proinde ſe privare commodo poſſeſſionis, niſi id exprimat. 451. 18
Nominatio, ut filiationem probet, pluribus debet adminiculis fulciri. 491. 28.
Notarij in tribunali ſanctæ inquiſitionis quales olim fuerint, & nunc ſint. 68. 1
Notarii in tribunali ſanctæ Inquiſitionis poſſunt eſſe Regulares, cuiuſcunque Ordinis. ibid. 2
Notarii in tribunali S. Officii tenentur diligenter, & fideliter acta huius S. Tribunalis ſcribere, denuntiationes coram Epiſcopo, vel Inquiſitore, vel coram Vicariis recipere, inſtrumenta, & proceſſus conficere in teſtium. & Reorum examine, & fideliter interrogationes, ac reſponſiones adnotare. ibid. 3
Notarii in tribunali S. Officii non poſſunt dare Reis conſilium, auxilium, nec favorem in cauſis pertinentibus ad S. Officium ſub pœna privationis Officii, & infamiæ incurrendæ. 68. 4
Notarij, Procuratores, & Advocati non ſolùm prohibentur poſſe præſtare patrocinium hæreticis, eorùmque credentibus, fautoribus, ac Defenſoribus in cauſis hæreſis; verùm etiam in aliis cauſis, ac delictis. 111. 12
Notarii conſtituuntur in tali Officio publico à ſummo Pontifice, vel Imperatore, aut aliis Principibus habentibus proprium territorium. 574. 12
Notarii publici tenentur omnibus ſervire, acta conficere, & inſtrumenta ad requiſitionem cuiuſcunque petentis, & debent eſſe viri omni exceptione majores, ut eorum inſtrumentis plena fides adhibeatur. 585. 18
Notarii tunc dicuntur falſum committere, quando ſcribunt plus, quàm à partibus eſt expreſſum, vel quando non ſcribunt, quod à partibus eſt expreſſum. ibid. 20
Notarii ſi ſcribant, quæ partes nullo modo dixerunt, præſumitur in ipſis falſitas, & malitia. 586. 24
Notarius creatus ab Imperatore non poteſt extra imperium ſpectato jure communi inſtrumenta conficere. 586. 23
Notarius publicus poteſt conficere teſtamentum clauſum, & inſtrumentum approbationis à tergo inſcribere, non tamen poteſt approbare teſtamentum, in quo ipſe inſtituitur hæres ſcriptus, ſive ſit teſtamentum uxoris, ſive alterius. 588. 35
Notarius ſi ob infirmitatem, vel aliud impedimentum non poſſit per ſe ipſum inſtrumentum conficere, an poſſit alteri ex protocollo tradere conficiendum. 589. 37
Novitii Religioſi, quamvis in odioſis non cenſeantur Religioſi, quamdiu non ſunt profeſſi religionem, ſed adhuc verſantur in anno probationis; non tamen poſſunt puniri à Judice laico poſt dimiſſum habitum pro delicto in religione commiſſo. 12. 16
Novitius in religione approbata ita gaudet privilegio fori, ut ob delictum ab eo commiſſum ante religionis ingreſſum non poſſit à Judice laico puniri. 239. 15. An verò puniri poſſit in pecunia, & bonis, affirmant aliqui. 240. 16
Nullitas ſententiæ eſt cauſa, cur poſſit recurri ad ſuperiorem principaliter, & incidenter. 759. 13

O.

Oblati viventes in aliquo Monaſterio, ſi incedant cum habitu religioſo, & requiſitas habeant conditiones, ſeu ſi approbatæ religioni per legitimam, & expreſſam dedicationem ſe obtulerint, ac dedicaverint, & nullam bonorum reſervationem, nec eorundem uſusfructus ſibi retinuerint, ſed omnia ad Monaſteria tranſtulerint, gaudent privilegio fori. 241. 23
Oblati, & Tertiarii, aliique famuli Religioſorum Conventuum, tametſi incedant cum habitu religioſo, & gaudeant privilegio fori, non tamen gaudent privilegio canonis, quia hoc ita eſt ſpeciatim perſonale, ut non extendatur ad res, nec perſonas. ibid. 24
Oblatio libelli hodie requiritur ad ſubſtantiam Ordinis judicialis, adeo ut ſine hac oblatione judicium non ſubſiſtat. 286. 3
Obligatio ad id, quod vergit in detrimentum fidei, bonique communis nulla eſt, imò eſt illicita, & contra jus naturale. 24. 4
Obligatio dandi, & faciendi eſt jus, ſeu actio petendi, & non oritur niſi ex juſta cauſa, ac titulo. 577. 9
Obligatio orta ex juramento dupliciter tolli poteſt. 622. 24
Obligatio juramenti jam emiſſi tolli poteſt quinque modis. 623. 25
Obligatio non inducitur, quando non habet cauſam, per quam inducatur. 626. 14
Obligatio juramenti præſtiti in favorem hominis, eſt perſonalis, & afficit ſolam perſonam jurantis, nec ſe extendit ad hæredes, & ſucceſſores illius, qui jurat ex ratione religionis. 632. 35
Obligatio contractûs, quem juramentum firmat, fundatur in jure acquiſito parti, eſtque obligatio juſtitiæ, proinde extenditur ad hæredes, & ſucceſſores illius, qui jurat, idque ratione juſtitiæ. ibid. 36.

Obligatio juramanti præſtiti in favorem hominis ex virture religionia ex parte jurantis eſt omnino perſonalis, & ſolum jurantem afficit, nec ad eius tranſit hæredes: ſecus ex parte illiua, cui juratur, quia illi competit actio exigendi, quod per juramentum ſuit ipſi promiſſum, quæ actio tranſit ad hæredes. 633. 39

Obligatio juramenti non ſolùm ligat in foro conſcientiæ, ſed atiam in foro axterno judiciali. 616. 54

Obligatio aſt omnino inſeparabilia à jurameuto promiſſorio, & non eſt in poteſtata jurantis ponere tale juramentum, & impedire, quòd ex illo non oriatur obligatio. 644. 94

Obligatio oriens ex contractu depandet ax intentione contrahentis, quæ verò oritur ex juramanto naſcitur ax eodem. ibid. 95

Obligatio voti, per quid differat ab obligationa orta ex juramento. 644. 96

Obligatio non inducitur, quando non habet cauſam, par quam inducatur. 649. 114

Obligatio juramenti, an poſſit impediri, priusquam præſtetur. 661. 170

Obligationes paſſivæ ſunt, quæ ſuaptè natura tantùm referuntur ad patiendum, vel onus ſubeundum, ſi ab altero agatur, & petatur, & hæ obligationes, dicuntur præſcriptione axtingui ob ſolam negligentiam, ſeu ceſſationem Actoris, ſeu exactoris, rametſi obligatua, ſuæ interim obligationis conſcius ſit. 695. 20

Obſervantia vana quid ſit, & quomodo diffarat à divinatione. 158. 2

Obſervantiæ vanæ ſpeciea ſunt ars notoria, obſervantia ſanitatum, & obſervantia eventuum. 159. 2

Obſarvatio ſanitatum contingit, quando adhibentur aliqua verba, vel ſigna, aut cæremoniæ inanea ad morbos hominum, aliorúmque animalium curandos, ut etiam ad leniendam morbi acerbitatem, mitigandos dolores, ſiſtendum ſanguinem, expellendam ſebrim, conſervandam vitam, corroborandam valetudinem, præſtandum ſe immunem contra læſionas hoſtium, & efficiandum ſe invulnerabilem. 160. 8. & huc etiam pertinant ſchedulæ, quæ ſacris verbis, vel ſigno crucis inſcriptæ ſolent geſtari cum certa perſuaſione, ſe propterea non poſſa lædi ab hoſtibus, vel mori ſine confeſſione. ibid. 10

Obſervatio eventuum habetur, cùm quis conijcit futura ax ijs, quæ ei caſu occurrunt. 163. 27

Occidentas accedentea ad ſedem Apoſtolicam, ex quavis cauſa incurrunt cenſuram canonis. 812. 21

Occultantes hæreticoa ne capiantur, ac puniantur, plectuntur eadem pœna, quâ puniuntur hæretici ipſi occultati. 109. 10

Occultantea hæreticos anathemate percutiuntur, aliiſque pœnis in jura ſtatutis afficiuntur. ibid. Imò ſi ex hac cauſa anathemate percuſſi per annum in tali excommunicatione inſorduerint, habentur pro hæreticis, & puniri etiam poſſunt, ut hæretici. 109. 11

Ocularis inſpectio debet fieri per teſtea, qui ſint periti in ra inſpicianda. 474. 3

Oeconomus is dicitur, cui rea accleſiaſticæ mandantur adminiſtrandæ. 330. 19

Offerena ſe liti, ac ſi eſſat poſſeſſor rei, cùm non ſit, non præjudicat aliis poſſidentibus in communione: & ampliatur id in Procuratore, minorenne, tutore, curatore, in Domino, hærede, colono, marito. 413. 12. & ſeq.

Officium manuale conceſſum regulari quale ſit, & ſi Prælatus jurejurando ſe obligaverit ad non removendum regularem à tali Officio, an teneatur aum non removere? 819. 11

Omen prout pertinet ad divinationem eſt prænunciatio ſuturi eventus proſpari, vel adverſi deſumpta ex hominis motu, vel verbis, præter intentionem prolatis, ut ſi homo ſummo manè egradiens domo impingat pede in limine, vel cùm primùm exit ſternutit, vel ipſi obviat religioſus, vel ſæcularis, pauper, vel dives, vir, vel fœmina, & inde credat nil proſperi ei aventurum, id enim eſt ſüperſtitioſum. 150. 13

Omittentes judicialiter denuntiare hæreticos, vel ſuſpectos de hæreſi incurrunt excommunicationem, quæ tamen ſecundùm jus commune non eſt ipſo facto lata, ſed ſerenda: imò ſunt etiam ipſa ſuſpecti de hæreſi, ſi nulla ſe poſſint probabili cauſa excuſare, vel ſi in judicio interrogati veritatem occultent. 95. 18

Onus probandi regulariter incumbit Actori, adeò ut hic niſi ſuam intentionem legitimè probaverit, Raus ſit abſolvendus, quamvis nihil in contrarium attulerit. 477. 12

Onus probandi ei incumbit, qui aſſerit, non qui negat, ſive actor ſit, ſive Reus. 485. 5

Onus probandi impedimentom appallationia proſequandæ incumbit appallanti. 775. 21

Onycomancia eſt, quâ quis ex ongnium figura, & eorum ſignis aliqua futura, vel occulta vaticinatur. 155. 1

Opera paccaminoſa non ſunt ſpecialiter prohibita, eò quia per illa quaſi violetur diea ſeſtua. 347. 3

Opera liberalia dicuntur, quæ digna ſunt homine libero, & magis fiunt ad excolendum, & oblectandum animum, quàm ad commodum corporis. 347. 7

Opera neceſſaria ad curandum proximum, quamvis in ſe ſarvilia ſint, poſſunt tamen die feriato fieri, quia excuſantur ob neceſſitatem, quâ ratione excuſantur Medici, Chyrurgi, & Pharmacopolæ. ibid. 5

Opara animæ, & quæ procedunt à potentiis animæ, ſuntque earundem exercitia permittuntur diabus feſtis. 348. 12

Opara quatuor non ſervilia prohibentur die feſto ſcilicet mercatua, placitum, judicium ad mortem, vel aliam pœnam civilem, & juramentum in judicio interpoſitum. ibid. 14

Opera, quæ die feſto jure axercentur, an reddantur illicita ex eo præcisè, quòd fiant quæſtûs, ſeu ſtipendii cauſâ. 350. 4

Opera, quæ corporis miniſterio fiunt, ſunt ſervilia niſi ad Dai ſpiritualem cultum pertineant. ibid. 5

Opera partinentia ad animum, qua ratione dicantur liberalia. 350. 6

Operantis intentio non operatur, niſi manifeſtetur. 824. 14

Opera-

Operationes eatrajudiciales debent fieri intra decendium, ut etiam ſupplicationes offerri Principi intra decem dies à lata ſententia. 769. 5

Opinari de objecto fidei quomodo dicatur quis *ut quo*, & *ut quod*, & cur, qui opinatur tantum *ut quo*, non ſit hæreticus. 81. 25

Opinio communis viciniæ, an ſufficiat ad probatioonem filiationis. 491. 30

Opus ſervile eſt, quod corporis commoditati inſervit, & per ſamulos, ac ſervos ſolet eaerceri. Dicitur enim ſervile, quia ex ſe habet quendam ſamulatum. 347. 2

Opus, quod ex oatura ſua non eſt ſervile, non fit tale ea eo, quod exerceatur ea intentione, & ſpe lucri. ibid.

Opus ſervile religioſum dicitur, ſi per illud Deus colatur, ut etiam peccaminoſum ſi dæmoni inſerviatur. ibid.

Opus ſervile indifferens eſt veluti quoddam genus, quod complectitur tres ſpecies, quæ recenſentur. 347. 4

Opus ſervile non eſt ſcribere, quia eſt opus mentis, & quædam locutio permanens ordinata ad inſtructionem mentis propriæ, vel alienæ: proinde non eſt opus prohibitum die feſto, quamvis fiat ob mercedem. 347. 8

Opus quod per ſe eſt liberale, & poteſt exerceri die feſto, non deperdit ſuum eſſe per id, quod ei eſt acceſſorium. 350. 4

Opus ſervile ſi abſque legitima cauſa exerceatur die feſto virtutem violat religionis. 355. 26

Oracula Dei, cur potiùs in ſomniis, quàm in vigilia revelentur. 150. 12

Ordinarius quamvis procurationem ſibi debitam quotieſcúnque viſitat, poſſit remittere, non tamen poteſt ſe, ſuóſque ſucceſſores obligare ad remittendum, nec poteſt jus procurationis eaigendæ remittere, vel cum re alia permutare. 691. 18

Ordinem juris non debet Pontifex obſervare ex neceſſitate, ſed tantùm ex honeſtate, quia Pontifex ex plenitudine poteſtatis poteſt diſpenſare in jure poſitivo. 738. 34

Ordo cognitionum quid ſit, & quomodo inſtituendus. 361. 1. & ſeq.

Ordo judicialis exigit, ut ſententia incipiat à plena probatione. 532. 24

Ordo juris ſervandus eſt io ſententiis ferendis, & eſt, ut offeratur libellus, lis conteſtetur, promatur juramentum de calumnia, recipiantur depoſitiones teſtium, & publicentur. 738. 32

Ordo iuris deſcendit ea iure naturali, & gentium, ut eſt citatio partis, & ut admittatur Rei defenſio, & has ſolemnitates, tenetur etiam ſummus Pontifex ſervare. 737. 34

P.

PActum omne ſive eapreſſum, ſive tacitum cum dæmone ſemper trahit ſecum culpam graviſſimam. 138. 6

Pactum quomodo inter homioes, & dæmones poſſit iniri. 141. 17. & ſeq.

Pactum inire ut præmoriens teneatur ſuperſtiti apparere non eſt licitum, & pluribus eſt periculis obnoxium, ac præſertim dæmonum illuſionibus. 143. 25

Papa tantùm per ſe cognoſcit ſuper dubiis ortis circa privilegia ſedis Apoſtolicæ. 205. 32

Papa quia non habet in terra ſuperiorem poteſt Judex eſſe in propria cauſa. 205. 33

Papa per concordata, & privilegia non poteſt concedere Chriſti fidelibus, ne appellent ad Romanam ſedem. 789. 27

Papa habet pleniſſimam diſpoſitionem circa beneficia omnia eccleſiaſtica, proinde ſi ipſe immediatè, & per ſe conferat beneficium; talis collatio debet laxè explicari, nec tunc Pontifex immutat naturam beneficii manualis, quia cum favor collationis ſit perſonalis, mortuâ perſonâ, cui confertur beneficium, hoc iterum ſubiicitur Prælato, à quo poteſt conferri ad tempus. 819. 15

Parentes contra liberos, & liberi contra parentes non coguntur inviti teſtimonium ferre. 564. 14

Parochi aſſertioni ſtandum eſt in denunciationibus matrimonii concurrente veriſimilitudine proveniente ex taciturnitate, & non reclamatione partium. 526. 19

Parochus ut teſtis productus æquiparatur duobus teſtibus, & teſtamentum parochiani factum coram ſuo Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus idoneis firmum eſt. 526 16

Parochus habetur dignior Judice ſæculari. ib. 17

Pars utraque litigantium interdum poteſt appellare à ſententia lata, eò quia ſit utrique contraria quatenus Judicis ſententia poteſt continere plures articulos. 761. 12

Partes ordinariè à nullo Judice compelli poſſunt ad perſonaliter ſe ſiſtendum in iudicio, niſi ex ſpeciali mandato. 181. 16

Particula *ſicut* quomodo intelligenda ſit, quando inſeritur confirmationi in forma ſpecifica. 829 35

Pater pro filio, & filius pro patre non admittitur in teſtem in iudicio ob naturalem amorem, quem inter ſe fovent, & quia cenſentur una perſona. 521. 13. idque procedit etiam de filio emancipato. ibid. 14. poſſunt tamen admitti in teſtes, ſi adverſarius etiam tales perſonas in teſtes admittat. 522. 15. ut etiam in criminibus exceptis hæreſis, & læſæ maieſtatis, & in factis, quæ ſunt difficilis probationis. 522. 16. ut etiam in ingreſſu religionis, ſi dubitetur, an filius habuerit animum profitendi, & in cauſa matrimoniali. ib. 17. & ſeq.

Patronus laicus lite pendente non poteſt variare, ſi præſentavit duos clericos pro beneficio obtinendo. 443. 18

Paulus Apoſtolus cur, cùm fuerit eccleſiaſticus, ad Cæſarem Principem ſæcularem appellaverit, ſi iuriſdictioni ſæculari Clerici non ſubiiciuntur? 249. 14

Pauper niſi aliunde ſuſpectus ſit in cauſis civilibus, poteſt aſſumi in teſtem. 525. 8. Non tamen in cauſis criminalibus, & civilibus arduis, ac magnis, quæ criminalibus æquiparantur. ib. 9

Paupertas, & inopia excuſat à curſu fatalium appellationis interponendæ, quando ad appellandum requiruntur ſumptus, quos appellans nequit ſuppeditare. 774: 12

Peccatum lethale commiſſum die feſto non inducit ſpecialem malitiam, ex eo præciſè quòd fiat die feſto. 355. 29

Pedomancia eſt, quâ quis pedum ſigna obſervat, ac futuros hominis eventus prænunciat. 151. 1

Pendentia litia ut inducatur quoad ſuos effectus plura requiruntur. 436. 9

Perjurus eſt, qui non neceſſitate coactus, ſed propria voluntate inductus, agit contra licitum juramentum. 638. 63

Perjurus eſt in ſoro conſcientiæ, qui putat ſe juraſſe, cùm revera non juraverit, ſi non ſervet, quod putat ſe juraſſe. 649. 116

Perſona principalis tenetur per ſe ſuam cauſam proponere in judicio. 207. 42

Perſonæ exemptæ in odioſis, & oneroſis non comprehenduntur appellatione univerſitatia populi, vel territorii, ſed tantùm in favorabilibua. 30. 29

Perſonæ principales non per Advocatos, ſed per ſe ipſoa immediatè debent factum in judicio proponere. 581. 1

Perſonæ illuſtrea de jure civili non per ſe immediatè, ſed tantùm per Procuratorem, vel Advocatum in judicio litigant. 325. 11

Perſonæ priacipales quamvis non ſatis cognoſcant ea, quæ ſunt juris; cenſentur tamen meliùs ſcire, quæ ſunt facti. 329. 16. quapropter perſona principalis non relevatur indiſtinctè ab onere jurandi de calumnia. 330. 17

Perſonæ privilegiatæ ſpectato jure canonico non coguntur teſtari niſi oſtendatur, quòd eorum teſtimonium ſit omnino neceſſarium, ne jus partis periclitetur. 563. 6

Perſonæ privilegiatæ ſpectato jure canonico quomodo differant à non privilegiatia in ordine ad teſtimonium ſerendum. 567. 9

Perſonæ publicæ in ordine ad judicium inſtituendum ſunt tabelliones, ſeu Notarii. 572. 3

Pertinacia requiſita ad hæreſim non ſignificat certam aliquam temporis durationem, & moram, ſed electionem voluntatis cum certa notitia illins, quod credit, & ſentit Eccleſia quoad materiam fidei: & in eo conſiſtit, ut quis voluntariè, & ſcienter reſiſtat doctrinæ, quæ credenda de fide ab Eccleſia proponitur, nolitque ſuum iudicium authoritati Eccleſiæ ſubjicere. 72. 4

Pertinacia requiſita ad hæreſin formalem in eo eſt ſita, ut ſciat quis, & advertat, ſe ſentire contra Eccleſiam, & adhuc velit perſiſtere in ſua opinione, & hæc pertinacia eſt de eſſentia hæreſis. 76. 22

Petenti rem iure dominii non ſufficit, ſi probet poſſeſſionem, quia hæc nil habet commune cum proprietate, & ex diverſis non ſit illatio, 386. 17

Phyſiognomia eſt divinatio per humani corporis membra, eórumque habitudinem, & proportionem, ſeu per faciem, frontem, caput, naſum, oculos, ſupercilia, aures, pectus, & alia corporis membra. 151. 1

Pietas, & charitas in proximum excuſant laborantes in die feſto. 359. 20

Pignus conventionale quamvis detur in favorem creditoris, & pro eius ſecuritate, non tamen dicitur transferre poſſeſſionem à debitore in creditorem. 451. 19

Pingere addiſcendi causâ, an liceat diebus feſtis. 349. 1

Piſcatio an licita ſit die feſto, & proceditur cum diſtinctione. 352. 12

Piſces, quos ſervamus in piſcinis, beſtiæ quas alimus in ſtabulis, aves quas nutrimus in caveis, ut etiam feræ ſi cicures fiant, ut noſtræ ſubjiciautur iurisdictioni, à nobis dicuntur poſſideri. 376. 19

Plus peti in iudicio quid ſit, & quotupliciter contingat. 366. 1

Plus petere poteſt actor, quàm ſibi debeatur quatuor modis. ibid.

Plus petere re, & loco quid ſit, & quali pœnæ ſit obnoxius, qui plus petit re, vel loco, aut causâ. 367. 4

Plus petere tempore quis dicatur in iudicio, & quomodo. 368. 2

Plus petere locò quis dicatur in iudicio. 369. 6

Plus causâ quomodo dicatur quis petere, & quotupliciter poſſit contingere. ibid. 8

Plus petentium importunitas quomodo puniatur in iudicio. 370. 12

Pena infamiæ non contrahitur à ſuſpecto de hæreſi, niſi poſt ſententiam declaratoriam delicti. 100. 32

Pœna detrudendi Clericos delinquentes in monaſteriis non eſt ampliùs in uſu, ſed ob graviora crimina damnantur ad triremes, vel in arctiorem carcerem detruduntur. 194. 5

Pœna mortis naturalis ſi imponatur à legibus civilibus ob aliquod crimen, tunc ſacri canones ob idem crimen imponunt pœnam realem degradationis, & traditionis brachio ſæculari, quia Eccleſia non punit pœnâ mortis corporalis. 195. 7. Non tamen in omnibus delictis, ob quæ ſecundùm leges civiles imponitur pœna mortis corporalia iuxta canones imponitur pœna actualie degradationia, ac traditionis Magiſtratui ſæculari. ib. 8

Pœna ſi immediatè afficiat perſonam, eam ſequitur etiam in alieno territorio, ut etiam præceptum ſuperioris, adeò ut teneatur ei parêre etiam extra territorium. 229. 12

Pœna plua petentium olim fuit, ut causâ caderent, ſeu rem amisterent, & non facilè in integrum reſtituerentur, niſi ratione ætatis, aut iuſti erroris: hodie tamen hæc pœna ſublata eſt excepto uno caſu. 368. 6

Pœna principalis perjurii, quæ in utroque iure Pontificio, & Cæſareo irrogatur, eſt infamia ad quam contrahendam, duæ debent conditionee concurrere. 622. 23

Pœna appellantium à ſententia Papæ ad futurum Concilium eſt ipſa excommunicatio; imò ſi appellantes ſint univerſitatea, communitatea ſubiacent interdicto. 785. 14

Pœnæ in iure ſtatutæ contra hæreticos extenduntur etiam ad credentes hæreticis. 105. 7

Pœnæ plus petentium non procedunt, ſi actor probet, ſe non dolosè, ſed iuſto errore ductum plus petiiſſe. 368. 7

Pœnæ, quæ iure novo incurruntur ab iia, qui plua re, vel causâ, vel loco petunt, quæ ſint. 370. 11

Pœnæ temerè appellantium recenſentur, & explicantur. 785. 13

Pœnarum varietas requiritur iuxta varietatem delictorum. 204. 30

Pænas iure ſtatutas contra hæreticos non incurrit, qui actu conſummavit hæreſin perfectè in mente,

non

non tamen eam plenè, ac perfectè conſummavit actu externo. 106. 12

Pœnas in iure ſtatutas contra hæreticos non incurrit, qui ſuam hæreſin manifeſtat duntaxat ad petendum conſilium, vel ad illam explicandam confeſſario. 107. 15. Imò nec eas iocurrit, qui hæreſin ſuam iocosè tantùm, & non aſſertivè profert, ſi de ipſo non poſſit hæreſis præſumi. ib. 16

Pontifex ob plenitudioem poteſtatis poteſt committere laico poteſtatem cogooſcendi ſuper cauſis criminalibus Clericorum, dummodo id fiat ut laicus de iure, & anthoritate Apoſtolica iudicet; non verò authoritate propriâ ex defectu iuriſdictionis in Clericos: hinc Pontifex non poteſt laicis Principibus conferre iuriſdictionem ordinariam, ut proprio iure, & authoritate iudicent cauſas criminales Clericorum. 23. 17

Pontifex non poteſt errare in beatificatione ſervi Dei, ut neque in canonizatione alicuius ſancti. 122. 36

Pontifex eò quia toleret conſuetudines locorum contra immunitatem eccleſiaſticam, non tamen eas approbat, ſicut licèt toleret meretrices, non tamen eas approbat. 247. 25

Pontifex in canone Bullæ Cœnæ intendit conſulere indemnitati accedentium causâ negotiorum ad ſedem Apoſtolicam. 808. 6

Pontifex non facilè confirmat in favorem regularis Prioratus, & alias admioiſtrationes ſingulares, ſi manuales ſint. 819. 16

Pontifices in id præſertim ſemper incubuerunt ſtudii, ut impedirent clericos trahi ad Judices ſæculares: & Innocentius III. in *cap. 12. de for. compet.* declarat, Clericum non poſſe renuntiare iuri ſuo qnoad conſtituendum ſibi Judicem laicum, eò quia pacto privatorum non poſſit iuri publico derogari. 19. 19

Poſitio ſuper facto negativo, quæ nequit aliter probari, quàm per confeſſionem adverſarii, an ſit admittenda. 456. 16

Poſitio ſi Judici videbitur poteſt admitti ſuper facto negativo per partem improbabili. 462. 45

Poſitio in jure eſt ſimplex aſſertio facti pertinentis ad cauſam exhibitam in ſcriptis mediante juramento ad eom finem, ut per reſponſionem adverſarii ad Judicis interrogatiooem pars relevetur ab onere probandi. 467. 62

Poſitio negativa probanda eſt ab allegante, ſi is ſuper eam ſundet ſuam intentionem. 499. 32

Poſitiones quid ſint, & ad qualem fioem inventæ. 307. 6

Poſitiones, & petitiones ut etiam reſponſiones Rei conventi poſſunt verbaliter fieri in judiciis ſummariis, & levioris momenti, dummodo à Notario redigantur in acta. 308. 9

Poſitiones per quid differant ab articolis, & litis conteſtatione. 311. 13

Poſitiones, & articuli probatoriales quando, & quomodo fiot in judiciis ordinariis offerendi. 312. 16

Poſſeſſio an dicatur ſpiritualis ſicnt ipſa proprietas, & an quando agitur, de poſſeſſorio juris ſpiritualis, cauſa tractanda ſit ſpiritualiter. 33. 7.

Poſſeſſio quid ſit, & quotuplex? 372. 1

Poſſeſſio ſuam ſortitur nomenclationem à pedum poſitione, & definitur detentio rei corporalis, corporis, animi, & juris adminiculo. ibid. 2. & ſeq.

Poſſeſſio tripartitur in naturalem civilem, & mixtam; in vacuam, & non vacuam. 372. 6

Poſſeſſio dividitur juxta diviſionem modorum, quibus res poſſidetur juſtè, vel injuſtè. 373. 8

Poſſeſſio naturalis, & civilis, an ſint duæ poſſeſſiones re ipſa diffinitæ, an una tantùm. ib. 9

Poſſeſſio per quid differat à dominio, ac proprietate. 373. 10

Poſſeſſio quomodo iure acquiri poſſit, & amitti. 374. 1

Poſſeſſio acquiritur multipliciter per ſolum aſpectum, per traditionem clavium, per traditionem inſtrumenti, & aliis modis, qui recenſentur, & explicantur. ibid. 2. & ſeq.

Poſſeſſio rei pluribus modis amittitur, ut per deperditionem, & per ignotationem ubi ſit, per fluminis, vel torrentis inundationem. 375. & ſeq.

Poſſeſſio animalium amittitur, quando non ſunt ampliùs in noſtra cuſtodia, nec poſſumus ampliùs illis uti prout magis nobis libuerit. 376. 18

Poſſeſſio rei ſi ita ſit litigioſa, ac dubia ut etiam expedito ſummario iudicio poſſeſſorio, adhuc armorum, ac cædium adſit periculum, poteſt Judex rem ſequeſtrare, donec alteruter in ordinario poſſeſſorio, vel petitorio victoriam obtinuerit. 376 2. & ſeq.

Poſſeſſio juris per quid differat à poſſeſſione facti. 386. 18

Poſſeſſio per quid differat à proprietate, & cur interdum idem ſignificet. ib. 20

Poſſeſſio beneficii patit præſumptionem bonæ fidei. 388. 25. Imò patit etiam præſumptinnem dominii. ib. 26

Poſſeſſio ſine omni corporali rei apprehenſione an acquiri, vel transferri poſſit ex lege, vel conſuetudine. 389. 32

Poſſeſſio rei ſequeſtratæ quomodo dicatur tranſire in ſequeſtrem. 451. 18

Poſſeſſio civilis eſt, quâ quis ſolo animo rei ſuæ etiam abſens inſiſtit, & poteſt eſſe civilis, & naturalis ſimul, quâ corpore, & animo res poſſidetur, & ad præſcriptionem ſola poſſeſſio naturalis ſine civili non ſufficit. 692. 2

Poſſeſſionem rei, ut quis acquirat, debet eſſe ſui compos, & habere intentionem poſſidendi nomine alterius, à quo mittitur ad poſſeſſionem accipiendam. 375. 12

Poſſeſſionis commoda plura recenſentur. 373. 11

Poſſeſſionis verbalis adjudicatio poteſt habere plures effectus ſecundarios quoad expenſas, & fructus reſtituendos ſpoliato, ſi fuerat in bonæ fidei poſſeſſione. 383. 7

Poſſeſſionis commoda, & privilegia recenſentur, & explicantur. 387. 23

Poſſeſſor malæ fidei tenetur reſtituere illos etiam fructus, qui percipi potuiſſent à Dominis. 404. 18

Poſſeſſor bonæ fidei quomodo differat à poſſeſſore malæ fidei. 405. 22

Poſſeſſor bonæ fidei ex diſpoſitione legis facit fructus ſuos induſtriales perceptos ex re aliena, quamdiu judicialiter nemo ſe opponit. ibid. 23

Poſſeſſor beneficii eccleſiaſtici ſi contumaciter ſe abſentet, non debet petitor mitti in poſſeſſionem beneficii, ſi intentet judicium petitorium. 427. 12

Poſſeſſor lite pendente, an ſit privandus commodo ſuæ poſſeſſionis, vel potiùs poſſeſſio rei debeat penes tertium ſequeſtrari. 436. 10

Poſſeſſor malæ fidei practicæ eſt cum conſcientia rei alienæ, proinde non ſtat ſine peccato, & nullo unquam tempore talis poſſeſſor præſcribit. 692. 4

Poſſeſſor bonæ fidei non eſt, niſi credat bona fide rem, quam poſſidet, ſuam eſſe. 693. 5

Poſſeſſor bonæ fidei ſi poſt inchoatam poſſeſſionem dubitat, an ſua ſit res, quam poſſidet, poteſt illam præſcribere, adhibitâ tamen priùs diligentiâ, & inquiſitione, an revera ſit aliena. ib. 7

Poſſidens alieno nomine, ut Inquilinus, non dicitur r· p iè poſſidere. 386. 19

Poſſidentis conditio in pari cauſa eſt ſemper melior. 387. 24

Poteſtas, & jurisdictio non poteſt ferri propria virtute extra genus, ſeu limites ſui objecti. 249. 11

Prædo, qui vi injuſtè alium ſpoliavit, ſi ſit notorius, & ex intervallo ſpolietur à vero Domino rebus ſibi priùs ablatis, non eſt prædo reſtituendus contra ſpoliationem factam à vero Domino. 403. 12

Præfixio termini habet vim conteſtationis litis, quia terminus à Judice ſtatutus ſuccedit in locum termini ſtatuti a jure 679. 53. Excipiuntur tamen tres caſus. 680. 54

Prælati Eccleſiaſtici in tractandis, ac definiendis negotiis eccleſiaſticis debent omnino liberè procedere, & non permittere ſibi modum à laicis præſcribi, nec ſe ab iiſdem impediri. 23. 20

Prælati taciturnitas, & patientia in non repetendis in judicio bonis Eccleſiæ non præjudicat ſucceſſoribus, quo minus poſſint ea repetere. 698. 35

Prælatus eccleſiaſticus ad defendenda jura ſuæ Eccleſiæ poteſt extrajudicialiter procedere, cenſuras comminari, & etiam inferre, dummodo bona fide ſit in poſſeſſione eorundem jurium. 205. 35

Prælatus Papâ inferior non poteſt laico committere, ut cognoſcat ſuper cauſis Clericorum temporalibus. 217. 83

Prælatus regularis de bonis Eccleſiæ communibus ſivè quoad rem, ſivè quoad adminiſtrationem poteſt in judicio agere, & conveniri etiam abſque conſenſu capituli, ſi cauſa non ſit ex arduis, quia habens legitimam adminiſtrationem poteſt agere independenter à conſenſu alterius. ib. 85

Prælatus eccleſiaſticus non prohibetur jurare, ſi in judicio velit perſonaliter comparere, quòd ſi ſubſtituat Procuratorem, is in animam Prælati jurabit. 326. 12

Prælatus ſciens rem alienam ab Eccleſia, vel monaſterio poſſideri, non poteſt eam præſcribere, ſi notoriè conſtet rem eſſe alienam. 697. 34

Prælatus inferior dupliciter poteſt præſcribere, quæ ſunt jurisdictionis Epiſcopalis privativè. 708. 26

Præſcribere, & uſucapere poſſunt hi omnes, qui capaces ſunt dominii acquirendi. 687. 10

Præſcribi non poteſt, ut non appelletur ad Romanum Pontificem. 788. 25

Præſcriptio eſt quædam ſpecies exceptionis peremptoriæ, & à Juriſtis tripliciter ſumitur, pro quavis exceptione; ſpecialiùs pro exceptione peremptoria, & pro dominii acquiſitione, vel alieni juris eliſione ex tempore legibus definito proveniente. 685. 1. & ſeq.

Præſcriptio, an differat ab uſucapione. 686. 3

Præſcriptio eſt illa exceptio, quæ opponitur Domino rem ſuam ab alio per tempus a lege definitum, & conditionibus ad id requiſitis poſſeſſam vindicanti. ib. 4

Præſcriptio fuit inducta à lege, & ex præſumptione juris cenſetur quis conſenſiſſe in tranſlationem dominii cum tanto tempore neglexerit rem ſuam perſequi. 686. 6

Præſcriptio non habet vim, & efficaciam transferendi dominium ex ſolo curſu temporis, ſed ex poſſeſſione per tempus definitum cum juſto titulo, & bona fide continuata. ib. 7

Præſcriptio rituli antecedentis non oritur ex fluxu temporis immemorialis, ratione cujus Eccleſiæ Epiſcopo ſubjectæ fiant immunes à ſolvenda procuratione. 691. 19

Præſcriptio contra procurationem non valet ſive quoad totum, ſive quoad partem, quando minus datur, quàm ſolvendum ſit. ibid.

Præſcriptio procedit tantùm de illa parte fundi, quæ bona fide poſſidetur, non verò de alia, quæ mala fide. 693. 9

Præſcriptio non procedit in rebus, & actibus meræ facultatis niſi prohibitioni, interpoſitæ, ia, qui meram facultatem habet, cum patientia acquievetit. 695. 16

Præſcriptio cum dubio practico non poteſt inchoari, quamvis practicè dubitans non reſtituendo non peccet, donec certiùs ſciat, ad quem res illa pertineat. ib. 18

Præſcriptio an poſſit procedere contra actionem hypothecariam à tertio poſſeſſore facta, ſi per decurſum poſſeſſionis certò ſciverit, rem alteri hypothecatam eſſe. 696. 26

Præſcriptio ut procedat non ſolùm ab initio, ſed etiam quovis tempore debet necti cum bona fide. ib. 27

Præſcriptio centenaria, quæ dicitur currere contra Romanam Eccleſiam intelligitur de illa præſcriptione, quæ directè, & principaliter illi in ſuis bonis, & juribus præjudicat. 700. 13

Præſcriptio decennalis ſufficit contra leges ex conſuetudine: contra tamen legem canonicam non eſt neceſſaria conſuetudo quadragenaria, ſi hæc ſit aliquomodo contra jus Eccleſiæ. 701. 15

Præſcriptio legitimè inchoata interdum omnino interrumpitur, antequam compleatur, & licèt ſublato poſtea impedimento rurſus reviviſcat, non tamen dicitur continuari cum tempore priori, ſed eſt de novo inchoanda, eò quia tempus præcedena interruptione ſit extinctum. 701. 1

Præſcriptio jam inchoata nonnunquam dicitur dormire, quando ſcilicet ceſſat currere ad tempus propter impedimentum adveniens, & interim ſuſpenſa manet, ſeu quieſcit. 702. 3

Præſcriptio centenaria, & temporis immemorialis per quid differant. 704. 13

Præſcriptio licèt inchoetur ex perſona hæredis cum bona fide, ſi habeat titulum vitioſum non currit, quia idem jus, quod erat in teſtatore tranſit ad hæredem. 709. 31
Præſcriptio immemorialis nullum ſortitur valorem, ſi ejus titulus fuit vitioſus. ib. 32
Præſcriptio omnis 30. annorum hodie contra pupillos ſublata eſt, ut nec inchoari, nec continuari poſſit tempore ætatis pupillaris. 711. 39
Præſcriptio an poſſit procedere inter ſupremos Principes non cognoſcentes in terris ſuperiorem. ibid. 45
Præſcriptio, per quam aliquis amittit dominium ſuæ rei, & alius illud acquirit introducta fuit jure poſitivo humano præter jus naturæ, & procedit in illis circumſtantiis, in quibus conceditur à jure. 713. 53
Præſcriptio poſità reſiſtentia juris non procedit ex ignorantia longiſſimi temporis. 713. 55
Præſentatio facta ab eo, in cujus favorem lata fuit ſententia juris patronatus ante decendium nullum ſortitur valorem. 707. 83
Præſes alicujus juridici conventus ſi ſit ſuſpectus, cenſentur etiam ſuſpecti reliqui Judices ejuſdem tribunalis, & quibus ille præeſt. 627. 38
Præſtigium fit per aliquam ſpeciem oculis impreſſam, vel imaginationi. 139. 16
Præſumptio eſt anticipata de re dubia opinio ex argumentis, indiciis, & conjecturis per rerum circumſtantias plerumque evenientibus deſumpta. 591. 1
Præſumptio quomodo differat ab indicio, conjectura, & juriſdictione. 591. 2
Præſumptio, quia verſatur circa rem dubiam, quæ poteſt eſſe, vel non eſſe, ſæpe convenit cum ipſa veritate. ibid.
Præſumptio quomodo differat ab indicio, & quomodo hoc dividatur in ſemipleoum, ſeu dubitativum; & plenum, ſeu indubitatum. 592. 5
Præſumptio alia eſt hominis, alia juris, & illa hominis bipartitur in levem, & temerariam, probabilem, & diſcretam. ib. 6
Præſumptio violenta eſt, quæ urgente aliqua valde probabili conjecturâ nititur, ac propterea vehementer movet, trahitque ad credendum. 591. 6
Præſumptio juris eſt, quæ ex juris authoritate procedit, quando jus in dubio aliquid præſumit, & interim nihil conſtituit, nec determinat, quod pro jure habeatur, ac proinde admittit probationem in contrarium. ib. 7
Præſumptio juris, cur admittat probationem in contrarium. 599. 7
Præſumptio juris, & de jure quomodo diſtinguatur à præſumptione juris tantum. 593. 8. Præſumptio juris eſt introducta à Iure, ſeu lege, & præſumptio de jure dicitur, quia ſuper illa lex inducit firmum jus, eamque habet pro veritate excluſa probatione contrarii. ibidem 9
Præſumptio levis, quæ & temeraria dicitur, nullam meretur fidem, & à jure rejicitur. 595. 15
Præſumptio juris eſt liquidiſſima, & habetur pro vera, ac indubitata, cui in judicio ſtari debet, donec contrarium probetur. 595. 13. Præſumptio tamen juris de jure regulariter non admittit probationem in contrarium. 596. 14. & eſt pro ſententia, quæ tranſivit in rem judicatam. ibid. 15
Præſumptio, quæ deſumitur à tempore præterito, in his quæ curſu temporis naturaliter mutantur non valet. 598. 7
Præſumptio per quid differat à juriſdictione, 600. 17. & ſeq.
Præſumptio violenta quando movet Judicem ad ferendam ſententiam, debet is jubere, ut in actis ſcribatur, & qualiter ex ea motus fuerit ad ſententiam ferendam. 602. 26
Præſumptio ſi ſit pro actore, poteſt Reo deferri juramentum, quia diverſæ ſpecies probationum, quæ ſingulæ ſufficienter non proſunt, ſimul collectæ plenè probant. 647. 107
Præſumptio ſi ſit contra præſcribentem requiritur in ipſo juſtus titulus. 708. 28
Præſumptiones ſi tales ſint, ut una ſit aliis fortior, hæc cæteras perimit, quamvis præſumptio hominis concurrat cum præſumptione juris. 597. 1
Præſumptiones requiſitæ ad plenam probationem quænam ſint quando actus eſt occultus. 601. 22
Præſumptionum cauſæ, & effectus recenſentur. 593. 8
Præventio eſt duplex, una quâ utrumque in cauſis mixti fori, alia quâ Reus catenus alicui judicio obligatur, quatenus licet forum mutetur, adhuc tenetur cauſam in priori foro inchoatam ad finem perducere. 410. 35
Princeps licèt poſſit legem condere, quâ prohibeat alienari bona immobilia in non ſubditos laicos, non tamen poteſt prohibere, ne alienentur in clericos, & Eccleſias. 26. 11
Princeps laicus non poteſt eccleſiaſticis prohibere directè, nec indirectè acquiſitionem bonorum ſtabilium ex defectu juriſdictionis in eccleſiaſticos. 27. 16
Princeps ſæcularis non ſolùm non habet juriſdictionem in bona jam acquiſita ab eccleſiaſticis, ſed nec etiam ſuper bona acquirenda. 29. 28
Princeps ſupremus non habens ſuperiorem poteſt cognoſcere, & judicare ſuper cauſis vertente inter ipſum, & ſubditos. 177. 10
Princeps ſi habeat ſuperiorem non poteſt in propria cauſa eſſe Judex, niſi injuria ſibi illata notoria ſit: quia tunc eſt potiùs juris executor, quàm Judex cauſæ. 203. 34.
Princeps ſæcularis quamvis poſſit ſuis ſubditis præcipere, ut vacent à laboribus, deſiſtant ab actibus forenſibus, ac prorſus ferientur ob regimen politicum; non tamen in ordine ad cultum religioſum Dei, vel ſanctorum. 144. 6
Princeps ſupremus poteſt ſtatutum condere, ut in perſonis perquàm illuſtribus genere, aut virtute, ac morum probitate, & quæ omnem excludunt fidei ſuſpitionem non requiratur ad plenè teſtandum juramentum. 535. 6
Princeps de bonis ſubditorum poteſt diſponere, prout neceſſitas poſtulat, & Reipublicæ utilitas exigit. 687. 8
Princeps unus ſupremus non poteſt contra alium præſcribere ea, quæ cenſentur eſſe de jure Regni. 712. 47
Princeps ſupremus non poteſt alienare, quæ ſunt de jure Regni, ſeu coronæ. 787. 22
Princeps tunc procedit diſcretivo modo, quando ſecernit

cernit aliqua, quæ in ſpecie recenſet ſecundùm ſubſtantiam, & alia tantum in communi. 825.16
Princeps nequit plenam ſuam poteſtatem exercere, niſi procedat rationabiliter. 826.21
Principes ſæculares non poſſunt compellere Judæos morantes in ſuis ditionibus ad ſuſcipiendam Chriſti fidem. 133.8. poſſunt tamen iiſdem denegare jus figendi domicilium in ſuis ditionibus, niſi ſuſcipiant baptiſmum, ac profiteantur Chriſti fidem. ibid. 9
Principes ſæculares poſſunt Judæos à tributis, & vectigalibus liberare ea conditione, ut fidem ſuſcipiant, ac baptizentur: imò etiam ultimo ſupplicio damnatis vitam concedere, ſi baptizari velint, ac Chriſti fidem amplecti. 133.10
Principes Chriſtiani poſſunt compellere idololatras morantes in ſuis ditionibus ad reſpuendos ritus ſuperſtitioſos, cultumque idolorum abjiciendum, & ad legem naturæ ſervandam, ac Deum colendum. 134.12
Principes Chriſtiani poſſunt infideles compellere ad audiendam prædicationem Evangelii, ſi ſint eorum ſubditi. ib. 13
Principes Chriſtiani an infidelibus poſſint bellum indicere ob ſolam idololatriam. 135.16. & ſeq.
Principes Chriſtiani poſſunt infidelibus bella movere, ſi prædicationem Evangelii impediant, vel prædicatoribus Evangelii, ac fidelibus injurias, & damna inferant, & eos, qui ad fidem converti cupiunt, adigant ad cultum idolorum. 135.21
Principes ſupremi tantùm in ordine ad regendos ſuos ſubditos admiſerunt jus civile in ſuis ditionibus, veluti regulas, quibus eos regerent, non verò quibus ſe ſubjicerent. 714.48
Principibus infidelibus, an permitti poſſit dominium antiquum in Chriſtianos. 136.24
Privilegia, quæ ex prima tonſura Clericus enanciſcitur, recenſentur. 239.14
Privilegia impetrata poſt conteſtatam litem non obſunt liti jam motæ. 439.25
Privilegia conceſſa Regularibus, & revocata per Concilium Tridentinum, per quam confirmationem ſuum acquirant valorem, ut poſſint regulares illis uti, ſi confirmentur à ſummo Pontifice. 822.6
Privilegio fori eccleſiaſtici gaudent Clerici in ſacris conſtituti, imò etiam in minoribus, & prima tonſura initiati. 233.15. & ſeq.
Privilegium Epiſcopi trahitur etiam ad acceſſoria, & appendices, proinde extenditur etiam ad famulos, & alias perſonas adnexas ipſi privilegiato ex ſpeciali ipſius favore. 235.26
Privilegium immunitatis eccleſiaſticæ eſt favorabile. ib.25
Privilegium perſonale quamvis non egrediatur perſonam principaliter, acceſſoriè tamen in Epiſcopis propter eorum favorem ſpecialem, extenditur etiam ad familiam. 235.23
Privilegium fori quomodo amittatur ab iis, qui illo gaudent. 243.1. & ſeq.
Privilegium fori eccleſiaſtici, ſeu exemptionis clericorum à juriſdictione Magiſtratus ſæcularis fuit à jure divino conceſſum, & a jure canonico poſtea ſtabilitum. 248.7
Privilegium impetratum à Principe, per quod quis privatur ſine cauſæ cognitione lite pendente, & uſu poſſeſſionis, nullius eſt valoris. 439.1
Privilegium ſi in ipſo fiat mentio de pendentia litis ſuum ſortitur valorem. 440.7
Privilegium conceſſum à Principe motu proprio tametſi in eo nulla fiat mentio de pendentia litis, adhuc non præjudicat adverſario, quia Princeps non cenſetur velle derogare juri alterius, ſive in re, ſive in rem. ibid. 8
Privilegium centenariæ præſcriptionis indirectè, & conſequenter, poteſt etiam alteri prodeſſe, ſi jus habeat ab Eccleſia Romana. 700.13
Privilegium conceſſum interdum ſumitur pro inſtrumento authentico, in quo gratia ſpecialis, aut conceſſio Principis, & ejus probatio continetur, & aliquando pro ipſo jure ſpeciali, vel gratia per Principem conceſſa, cujus tenor exprimitur in ipſo inſtrumento. 820.2
Privilegium conceſſum a ſummo Pontifice poteſt revocari, non ita præſcriptio, quia per præſcriptionem acquiritur jus præſcribenti adverſus eum, contra quem præſcribitur. 692.21
Probatio juridica quæ ſit, & quotuplex, & cui onus probandi incumbat. 470.5
Probatio generatìm ſumpta eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio. ibid.
Probatio omnium efficaciſſima eſt, quæ ex propria confeſſione deſumitur. 473.8
Probatio cæteris fortior eſt inſpectio ocularis, quia non minor fides debetur oculis, quàm verbis. ib. 2
Probatio deſumitur ab inſtrumentis, quorum alia ſunt publica, & alia privata. 474.4
Probatio quomodo adhibenda ſit in judicio, & quis ſit ejus finis. 484.2
Probatio judicialis, & extrajudicialis quænam ſit? & illa quomodo fieri debeat poſt litem conteſtatam. ibid. 2
Probatio ſemiplena ſufficit ad torturam inferendam Reo. 495.15
Probatio, à qua dependent vita, honor, & facultas, eruitur ex teſtibus productis in judicio. 517.13
Probatio ſemiplena non ſufficit ad pœnam infligendam, ſed neceſſaria eſt plena probatio, qua Reus ſit convictus, & fuerit ſponte ſuum crimen confeſſus. 538.25
Probatio legitima, quando ex negotii, ſeu criminis natura non poteſt haberi, admittitur probatio aliàs inſufficiens, ſi natura criminis id exigat. 569.18
Probatio in cauſis arduis, & matrimonialibus debet eſſe plus, quàm ſemiplena, quæque nulla exceptione, vel conjectura probabili eliſa ſit. 647.106
Probationes relevantes, quæ dicuntur in ordine ad conficiendum proceſſum pro canonizatione alicujus, qui deceſſit cum fama ſanctitatis. 127. 127
Probationes relevantur ex communi, & conſtanti voce, ac opinione de ſanctitate, & virtutibus in gradu heroico Servi Dei. 127.29.
Probationes aliæ dicuntur artificiales, quæ ſumuntur ex ipſa cauſa, vel argumentis, aut inditiis; & aliæ inartificiales, quæ eruuntur extra cauſam à legibus, teſtibus, tabulis, confeſſione, juramento. 471.5
Probationes in ſpecie habentur per aſpectum, per plures

plures teſtes, per inſtrumenta, per confeſſionem, per ſcripturam antiquorum librorum, per violentam præſumptionem, per famam, cum aliis præſumptionibus, & per juramentum. ib. 6

Probationes dividuntur in plenas, & ſemiplenas; illæ dicuntur, quæ tantam fidem faciunt, quanta ad defenſionem cauſæ ſufficit: ſemiplenæ ſunt imperfectæ. 471. 6

Probationes in cauſis criminalibus debent eſſe omnino certæ, & luce meridiana clariores. 484. 3

Probationes verſantur circa quæſtiones facti, non juris. 486. 1

Probationes ſemiplenæ diverſi generis in cauſis criminalibus non conjunguntur ad conſtituendam unam plenam probationem. 493. 5.

Probationes quomodo dentur in contrarium adverſus ſcripturas, verba, & facta continentia hæreſim. 497. 22

Probationes plures ſemiplenæ, an coaleſcant in unam plenam in ordine ad probandum crimen hæreſis, ut exinde poſſit reus ad pœnam ordinariam condemnari. 498. 27

Probationes eò ſunt validiores, quò aptiores, & veriſimiliores negotio, de quo agitur. 556. 87

Probationes ſpeciè diverſæ, quæ per ſe ſeorſim non proſunt, ſi ſimul jungantur, ac tendant ad unum, ac eundem finem, faciunt probationem perfectam. ibid.

Probationes ſi ex utraque parte concurrant, debet Judex juramentum Reo potiùs, quàm actori deferre. 647. 107

Probationis plenæ ſex ſunt ſpecies, quæ recenſentur, & explicantur. 472. 7

Probationis ſemiplenæ quatuor ſunt ſpecies. 472. 8. & ſeq.

Probationis defectus, quomodo dicatur ſuppleri per juramentum. 477. 1

Proceſſus pro canonizatione, vel beatificatione viri pii, qui deceſſit cum fama ſanctitatis, quomodo conficiendus. 116. 21. & ſeq.

Proceſſus validitati non derogatur, ſi ei addita ſint aliqua minus neceſſaria, imò & ſuperflua. 128. 32. & in dubio facti, an obſervatæ fuerint omnes circumſtantiæ in formatione proceſſus, præſumendum eſt, fuiſſe proceſſum ritè, ac legitimè formatum. 128. 33

Proceſſus ſummarius qualis ſit in judicio. 196. 1. & ſummariè poteſt procedi etiam tempore feriarum politicarum, ſeu civilium, ſcilicet meſſium, vel vindemiarum. ibid.

Proceſſus ſummarius inſtituitur, ut cauſæ citiùs expediantur, ſi celerem exigant expeditionem, cujuſmodi ſunt cauſæ eccleſiaſticæ, & etiam incidentes, quæ omnes ſummariè cognoſci poſſunt; adeò ut ſufficiat, ſi recipiantur teſtes etiam lite non conteſtata, ut etiam proceditur ſummariè, ſi cauſæ ſint levis momenti. 196. 2

Proceſſus Principis non præſumitur habere maculam, nec rugam. 738. 33

Procuratio debita Epiſcopo viſitanti ſuam diœceſim, quamvis non poſſit tolli per præſcriptionem quoad ſubſtantiam, bene, tamen quoad modum ſolvendi mutari poteſt. 691. 20

Procurationes, quæ debentur Legatis, & Nunciis ſedis Apoſtolicæ non poſſunt præſcribi. 692. 22

Procurator agendo, vel omittendo, an ſibi, vel Domino noceat. 316. 4

Procurator etiam compellitur jurare in propriam animam, quia etiam ipſe calumniam infert, ſi ſciens cauſam eſſe injuſtam, aut non credens eſſe juſtam, eam nihilominus defendendam ſuſcipit. Qua ratione etiam Advocati tenentur de calumnia jurare. 326. 14

Procurator debet habere ſpeciale mandatum à ſuo principali ad jurandum ſuo nomine, adeo ut non ſufficiat mandatum generale ad agendas omnes ſuas cauſas: imò neque ſufficit mandatum generale jurandi de calumnia in quacunque cauſa, ſed neceſſe eſt, ut ſit mandatum ſpeciale jurandi in tali particulari cauſa, quæ exprimi debet à Principali. 332. 26

Procurator ſubſtitutus ad jurandum de calumnia nomine ſui Principalis tenetur duplex deponere juramentum, unum in animam ſui Principalis, & aliud in animam propriam. 332. 27. & id non ſolum procedit de Procuratoribus particularibus ſpectato rigore juris, ſed etiam de Advocatis. ib. 28

Procurator ſi à Principali fuerit inſtitutus in ſua cauſa, & litis conteſtatio facta fuerit per Procuratorem, tunc ſolus Procurator citatur, & cenſetur Dominus litis. 513. 4

Procurator ſi falſum juret, Principalis eſt perjurus, debet tamen Procurator tunc habere ſpeciale mandatum ad jurandum, imò etiam ſpeciale mandatum in tali, vel tali cauſa. 660. 164

Procurator ut nomine Minorennis ſit contractum initurus, cùmque juramento firmaturus, quomodo debeat procedere. ib. 166

Procurator tenetur appellationem à ſe interpoſitam denunciare Domino in illis caſibus, in quibus eam perſequi non tenetur. 761. 14

Procuratoris confeſſio in judicio ordinariè Domino nocet: non tamen ex facto illicito, & pœnæ obnoxio Procuratoris obligetur Dominus, quia tunc Procurator præſumitur fines mandati excedere. 318. 8

Proditores, & eorum filii repelluntur à teſtificando. 557. 91

Profeſſio in religione approbata à ſede Apoſtolica hodie poſt Concilium Tridentinum non emittitur niſi poſt completum annum ætatis 16. & poſt annum probationis. 486. 1

Promiſſio de ſecreto ſervando in materia hæreſis, tametſi juramento firmata non inducit obligationem, quia tale juramentum eſt de re mala, & illicita. 94. 8. & ſeq.

Promiſſio aliquid dandi, vel faciendi ſi habeatur in inſtrumento privato non expreſſa cauſa nullam inducit obligationem in foro externo etiam canonico, niſi actor probet id ſibi debitum eſſe. 577. 9

Promiſſio prodiga, an ſi juramento firmetur, inducat obligationem. 641. 80

Promiſſio prodiga juramento firmata tantùm obliget quoad illam quantitatem, in qua non eſt prodigalitas, non verò quoad incrementum conſtituens prodigalitatem. 641. 81

Promittens ſub juramento ſolvere mille aureos poteſt uti compenſatione, & excuſari à ſolutione, ac perjurio, ſi ſit creditor ejuſdem pecuniæ. 631. 29

Digitized by Google

Promittens cum juramento ſe rediturum in carcerem, etiam cum vitæ diſcrimine, ſpectato jure canonico tenetur ſtare promiſſo. 642. 84. verùm id procedit, dummodo carcer ſit juſtus, & qui promittit redire, non timeat probabiliter ſe injuſtè vexatum iri. ib. 85
Promittens cum juramento fidejubere pro alio non tenetur ſtare promiſſo, ſi is, pro quo juravit, deveniat ad talem deteriorem ſtatum, ut fiat impotens ad id præſtandum, pro quo exigit fidejubere. 650. 128
Promittere ſub juramento factum alienum, quod non dependet à voluntate jurantis, non eſt licitum. 642. 83
Propoſitio aſſerens, Pontificem poſſe errare in beatificatione alicujus ſervi Dei ſapit hæreſin. 123. 42
Propoſitio quomodo dicatur eſſe temeraria, ſcandaloſa, impia, ſuſpecta de hæreſi, erronea, temeraria, ſchiſmatica, malè ſonans, blaſphema, injurioſa. 123. 41. & ſeq.
Propoſitio negativa, quæ dicatur, & quomodo ſit in judicio probanda. 495. 82
Proprietas eſt jus plenè, & perfectè diſponendi de re pro libitu, & arbitratu eam poſſidentis, niſi lege, vel conventione quia prohibeatur. 579. 1
Proprietas quâ ratione differat à dominio, & en illud latius pateat. 387. 21
Proprietas nonniſi ex unica cauſa haberi poteſt. ib. 22
Prorogatio Judicis eſt extenſio juriſdictionis Judicia de conſenſu partium facta ultra limites, quibus erat alligata; & tunc fit, quando voluntariè quis conſentit in Judicem non ſuum. 262. 53
Prorogatio juriſdictionis in Judicem non ſuum quid ſit, & quot modis fiat. 252. 5. & ſeq.
Proſecutio appellationis deſertæ, an impediat, ne ſententia tranſeat in rem judicatam. 786. 17
Proteſtatio fidei excludit pertinaciam, & excuſat ab hæreſi. 77. 2. & ſeq.
Proteſtatio fidei non excuſat ab hæreſi, quando qui proteſtatur, fuit ante monitus à ſuperiore, quod propoſitio ab ipſo prolata, vel ſcripta contineat hæreſin, & nihilominus non obſtante tali prævia monitione non vult reſipiſcere. 78. 5
Proteſtatio, quâ qui utitur ſignis ſuperſtitioſis expreſsè proteſtatur ſe nolle cum dæmone ullam habere ſocietatem; nec beneficio illius miniſterii ullam aſſequi cognitionem, eſt proteſtatio contra factum: quia eo ipſo quòd quis utitur ſignis ſuperſtitioſis, facta non reſpondent verbis, & quamvis explicitè proteſtetur, ſe nolle paciſci cum dæmone, implicitè tamen paciſcitur, eò quia utatur illis ſignis, & mediis inutilibus, ac vanis, ex quibus non poteſt niſi ope dæmonis utilitatem habere. 140. 14
Proteſtatio actui contraria tunc dicitur nil operari, quando agitur de facto uniformi, quod non poteſt diverſimodè intelligi. 318. 8
Protocollum eſt brevis ſummaria, ac ſuccincta actûs geſti annotatio ad juvandam memoriam, ex qua poſtea inſtrumentum redigitur in formam ſolemnem. 573. 6
Proxeneta non poteſt eſſe teſtis in negotio, in quo fuit ipſe mediator. 553. 78
Pubes, ſeu major 14. annis, per ſe, vel per Procuratorem poteſt agere in cauſis ſpiritualibus, illiſque annexis. 214. 71
Pubes minor 25. annis ſi ſit in judicio læſus poteſt petere reſtitutionem in integrum, ibidem 72
Pubes, qui eſt major 14. annis, & minor 20. poteſt teſtis eſſe in cauſis civilibus, non ita in criminalibus. 525. 7
Publicatio atteſtationum debet ita fieri, ut utrique parti in ſcriptis communicetur, quid ſinguli teſtes ad ſingula puncta reſponderint. 536. 12
Publicatione teſtificationum ſemel factâ non licet ampliùs de jure contra perſonas teſtium excipere. 537. 13
Pupilli, & impuberes ob lubricitatem ingenii excipiuntur à teſtimonio ferendo. 516. 5
Purgatio canonica eſt deletio infamiæ, & extinctio ſuſpicionis, ac detectio innocentiæ per modos à jure præſcriptos, adeò ut, qui ſe purgavit, poſſit promoveri ad omnes honores, officia, & dignitates. 103. 45
Pyromancia eſt divinatio per ignem, quatenus conſideratur in igne, an turbinatim flammæ ſurſum emittantur, vel an undulatim aſcendant, vel an conglobatim in ſublime nitantur, & an flammæ ſplendidæ ſint, tenues, vel craſſæ, & an in modum pyramidis ſurſum avolent, quemque colorem præſeferant, ſonitum efficiant, & an ab igne ſejungantur, & ex hiſce ſignis ab igne prodeuntibus futuri prænunciantur eventus. 152. 2
Pytoniſſa, an ad preces Saulis excitaverit mortuum Samuelem. 367. 15

Q.

Quadrimeſtre tempus, quod conceditur à lege condemnatis in actione perſonali, an poſſit, ſi juſta cauſa ſubſit, à Judice arctari. 740. 59
Quæ exprimi, vel reticeri debeant in libello accuſationis, ſeu criminali. 290. 28
Quæ de novo emergunt, novo indigent remedio, & conſilio. 651. 122
Quæ non recenſentur in ſpecie, non ſunt in tenore confirmationis ſub explicita notitia Principis. 825. 17
Quæſtio ſi oriatur de privilegio exemptionis, ſeu ſubjectionis immediatæ ad ſedem Apoſtolicam, & dubium tantùm ſit, an tale privilegium fuerit legitimè conceſſum, vel impetratum, & quanta ſit ejus extenſio; & an revocatum fuerit; à ſolo Papa cognoſcitur, non verò ab alio inferiore Judice. 41. 10
Quæſtio alia eſt juris, alia facti, & quomodo hæ quæſtiones inter ſe differant. 215. 76
Quæſtio præjudicialis cauſæ principali, ſi in judicio incidat, prius cognoſcendum eſt ſuper quæſtione incidente, ſi hæc pertineat ad forum eccleſiaſticum, & cauſa principalis ad forum ſæculare. 363. 8
Quæſtio ſi ſit de novi operis nunciatione vix poteſt ſine oculari inſpectione decidi. 475. 2

Quæ-

Quæſtio, ſi ſit de limitibus agrorum, decidenda eſt per Menſores agrorum; ſi de ædibus ruinoſis per Architectos; ſi de vulneribus, per Chyrurgos, quibus deferri debet juramentum, niſi jam in ſuſceptione proprii officii juraverint, ut moris eſt. 474. 3
Quæſtiones facti probari debent poſt litem conteſtatam, non ita quæſtiones juris, quia iſtæ ſupponuntur innoteſcere Judici. 484. 4
Quæſtiones ſi ſint facti, probationes admittunt, non ita ſi ſint juris: quia illæ, non iſtæ ſunt objectum probationis. 486. 1
Qualificatio perſonæ, cùm non inferat conteſtationem, nec aliud æquivalens, ſemper relinquit teſtem ſingularem in ſua ſingularitate. 544. 38
Quantitas quænam requiratur, ut dicatur quis in judicio plus petere. 568. 1
Querela ex conſuetudine, & uſu accuſationi ſuccedit. 189. 3
Querela per quid diſtinguatur ab accuſatione. ibid.
Qui eximuntur à juriſdictione Inquiſitorum, cujuſmodi ſunt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, & Cardinales, de quibus Inquiſitores fidei non poſſunt inquirere, an denuntiandi ſint, non ut Inquiſitores eos judicent, ſed ut certiorem faciant ſummum Pontificem. 94. 11. & ſeq.
Qui ex metu cadente in conſtantem virum exteriùs tantùm recederet à fide catholica, non eſſet cenſendus hæreticus, quamvis graviſſimè peccaret. 101. 34
Qui hæreticum recipit, & occultat, incurrit excommunicationem latam contra Receptores hæreticorum. 108. 8. non ita, qui recipiunt, & occultant hæreticum, quem reverà ignorant eſſe hæreticum. 109. 9
Qui metu mortis hæreticum receptat, & occultat, ne ab illo occidatur, non incurrit pœnas recipientium, & occultantium hæreticos: quia tunc non dicitur propriè hæreticum receptare, ut formaliter hæreticum, ſed ut propriam vitam tueatur. 109. 12
Qui aſſereret, Beatum aliquem ab eccleſia talem declaratum non eſſe in cœlis, & Pontificem poſſe errare in beatificatione alicuius ſervi Dei, eſſet temerarius, ſcandaloſus, impius, ac ſuſpectus de hæreſi. 123. 41
Qui ſortitur forum ratione contractus, ſubiicitur juriſdictioni Judicis, ſeu Magiſtratus loci illius, in quo contraxit. 226. 10
Qui legem ferre non poteſt, nec conſuetudinis jus poteſt introducere, ſaltem propria authoritate, ſi legiſlator id prohibeat. 232. 9
Qui vocatur in jus coram ſuo inimico capitali non tenetur comparere, neque citatio eſt valida, & quæ inde ſequuntur, ſunt invalida. 287. 14
Qui tantùm ſimpliciter deponit rem ſuam apud alium, retinet proprietatem, & poſſeſſionem ejuſdem rei. 448. 3
Qui corrumpit teſtes, ne verum fateantur, ſunt puniendi de falſo. 579. 105
Qui ex duobus illatis unum negat, præſumitur alterum affirmare. 604. 34
Qui juravit ſervare ſtatuta alicuius eccleſiæ, obligatio juramenti tantùm extenditur ad illa ſtatuta, quæ tunc temporis extant, cùm juramentum emittitur. 620. 6
Qui ob juſtam cauſam ſe conjicit in vitæ diſcrimen, non cenſetur ſe ipſum occidere, nec vitam ſuam prodigere. 643. 86
Qui juravit, vel vovit cum animo jurandi, vel vovendi, ſeque obligandi, ſed cum expreſſa intentione non exequendi, an teneatur ſervare juramentum, vel votum exequi. 643. 90
Qui habet animum ſe obligandi ad aliquid præſtandum cenſetur habere animum illud exequendi: quia ſi obligatio procedit juxta rectam rationem, animus obligandi eſt etiam animus exequendi. 644 92
Qui alieno nomine poſſidet, non poteſt præſcribere. 708. 45
Qui non probat rem, quam petit certam, expreſſa cauſa ſuccumbit in judicio, quia ſententia ferri debet juxta petitionem libelli. 730. 47
Qui tres ſententias contrarias reportavit, non poteſt de illarum nullitate excipere, ipſarum non ſecuta executione. 743. 67
Qui cùm poſſit, non impedit actiones in canone prohibitas ejus cenſuram non incurrit. 811. 18
Quidquid fit contra leges, meretur per leges diſſolvi. 442. 16
Quilibet ob bonum commune tenetur manifeſtare crimen, quamvis occultum, ſi hoc poſſit facilè nocere Reipublicæ, tametſi manifeſtatio contingat, cum detrimento famæ ipſius delinquentis; quia bonum commune præferendum eſt bono particulari. 85. 7. imò tenetur quilibet hæreſim occultam denunciare Inquiſitoribus, quamvis non poſſit eam probare. ibid. 9. hæc tamen obligatio judicialis denuntiationis procedit de hæretico proprio qualis eſt pertinax; non verò de illo, qui per ignorantiam, aut metum lapſus fuit in hæreſim. 85. 10
Quilibet tenetur non ſolùm denuntiare, ſed etiam accuſare crimen hæreſis, imò etiam quodlibet aliud crimen, ſi tendat in damnum commune. 84. 15
Quilibet eccleſiaſticus, imò & fidelis etiam laicus poteſt conveniri in curia Romana ſuper cauſis eccleſiaſticis, ac ſpiritualibus coram ſummo Pontifice. 261. 49.
Quilibet ſemper præſumitur bonus, vel idoneus ad officium, & beneficium, niſi contrarium probetur. 597. 5
Quilibet præſumitur bonus, & idoneus ad officium, & beneficium, donec contrarium probetur, & quomodo hæc regula dicatur procedere de qualitatibus intrinſecis. 604. 34
Quinam dicantur interficere, mutilare, ſpoliare accedentes, & recedentes à ſede Apoſtolica in Ordine ad incurrendam cenſuram canonis. 809. 8
Quod ab initio non fuit validum, non convaleſcit tractu temporis. 626. 15

R.

RApiens uxorem, filios, vel famulos accedentium ad ſedem Apoſtolicam, an incurrat cenſuram canonis, tanquam ſpoliator. 810. 12
Raſura apparens in loco ſubſtantiali ſcripturæ dicitur vitiare inſtrumentum multipliciter. 582. 5

Ratio militans in favorem religionis eſt ſemper plurimi facienda, ac aliis præterenda. 117. 2
Rationes ſubducere, an licitum ſit die feſto. 354. 24
Rationes privatæ regulariter non probant in favorem ſcribentis ſaltem plene, niſi alia intervenerint adminicula. 578. 12
Re judicatâ debet ſententia mandari executioni, ne illuſorium reddatur judicium, & ne victor jure ſuo careat. 184. 14
Recedentes à ſede Apoſtolica, qui propriè intelligantur in canone Bullæ Cœnæ. 808. 6
Receptor hæreticorum non eſt neceſſe, ut pluries hæreticos fugientes receperit ob cauſam hæreſis, ſed ſufficit, ſi ſemel tentùm. 108. 2. nec eſt neceſſe, ut hæreticus ſit publicè denunciatus, ſed ſufficit, ſi eius Receptor certò ſciat, hæreticum eſſe, quia tunc ſcienter favet hæretico, proinde incurrit excommunicationem impoſitam in deteſtationem hæreſis. ibid. 5
Receptores hæreticorum hi dicuntur, qui ſcientes aliquem eſſe hæreticum, adhuc eum receptant in domo, vel terris ſuis, & occultant, ne à Miniſtris juſtitiæ capiatur, néve ab Inquiſitoribus puniatur. 108. 6
Recipientes, & occultantes hæreticos plectendi ſunt eadem pœnâ, quâ puniuntur hæretici recepti. 109. 10
Reconventio eſt idem, ac recuſatio, & contingit, quando accuſatus excipit contra accuſatorem obiiciendo eidem crimen ſimile, aut diſſimile, de quo accuſatur, & vocatur retorſio, & mutua petitio. 191. 15
Reconventio fieri poteſt ante, & poſt conteſtationem litis, vel coram Judice Delegato, & locum habet in omnibus cauſis nullo jure prohibitis; in cauſis tamen criminalibus non permittitur reconventio, niſi Actor ſuam, & ſuorum cauſam perſequatur; vel niſi crimen obiiciendum ſit maius eò, quod accuſator urget. 192. 15
Reconventio cenſetur acceſſoria, & connexa cum cauſa conventionis. 296. 4
Reconventio poteſt fieri coram Judice prorogato, ſi Actor conveniat Reum in Judicem non ſuum. ibid. 5
Reconventio eſt ſemper permiſſa, niſi reperiatur expreſsè prohibita 298. 13. & id procedit quamvis cauſa Actoris ſit ſummarie, & cauſa reconventionis ſit ordinaria, dummodo Reus reconveniens ſe offerat incontinenti probare, ac renunciet longioribus dilationibus. 298. 15
Reconventio non eſt permiſſa in omnibus cauſis, prohibetur enim in criminalibus; quia crimina non obiectione aliorum criminum, ſed Rei innocentia purgantur. 298. 15
Reconventio quónam tempore proponenda ſit à Reo. 303. 19
Reconventio non admittitur in cauſa appellationis. 303. 36
Reconventio non conceditur Reo anathemate ligato neque coram arbitris, neque quando qualitas cauſæ talis eſt, ut Judex nequeat de ipſa cognoſcere. 304. 39. & ſeq.
Reconventio quo tempore ſit in iudicio producenda. ibid. 42
Reconventio cenſetur fieri in ipſo litis exordio ſi incontinenti, & immediatè fiat. 304. 43
Reconventionis effectus ſunt plures, & recenſentur. 305. 46
Recredentialis ſententiæ executio habetur non obſtante oppoſitione, vel appellatione; & durat eius effectus, donec in pleno poſſeſſorio res fuerit retractata: quinimò adjudicatâ recredentiâ, ſi materia id videatur exigere, ulterius cauſa inſtituitur, & plenariè de titulis, juribúsque ambarum partium Judices cognoſcunt. 34. 13
Rectores hoſpitalium quamvis laici ſint, gaudent privilegio fori, ſi promittant corā Epiſcopo caſtè vivere, & aliquod ſignum deferent, quo ſecernentur ab aliis, & degant in hoſpitalibus. 242. 2
Recuſatio eſt allegatio ſuſpicionis contra Judicem, & plurimum habet affinitatis cum appellatione. 803. 2
Recuſatio Judicis ut ſuſpecti debet fieri intra 30. dies. ibid. 3
Recuſatio Judicis, per quam juriſdictio illi denegatur, debet naturaliter præcedere exceptionem ſuſpicionis. 803. 4
Recuſatio Judicis delegati diverſimodè procedit in jure civili, & canonico. ibid. 7. & ſeq.
Recuſatio Judicis, ut ſuſpecti poteſt fieri etiam ſine expreſſione cauſæ, dummodo recuſans præſtet juramentum de calumnia. 804. 10
Recuſationis effectus is præcipuè eſt, quia poſtquam fuit propoſita, pendente deſuper cognitione, debet Iudex in cauſa ſuperſedere. 804. 13
Referens cauſam dubiam, vel alius articulum ad Principem debet eam in breve compendium reducere. 805. 15
Regimen humanum ſicut à divino derivatur, ita illud imitatur. 137. 27
Regula, quâ teſtes non recipiuntur ante litis conteſtationem plures notabiles habet limitationes, quæ recenſentur. 316. 5. & ſeq.
Regula Generalis conciliandi teſtes diſcordes procedit, quamvis teſtes alterius partis ſint plures, & digniores, qui contradicunt paucioribus, & minus dignis. 558. 98
Regulares cuiuscunque Ordinis poſſunt aſſumi ad Officium Notariatus in tribunali ſacræ inquiſitionis. 68. 1
Regulares independenter à ſuis Prælatis poſſunt uti privilegiis ſingularibus perſonis conceſſis à ſummo Pontifice. 810. 4
Regulares non poſſunt uti privilegiis per Concilium Tridentinum revocatis, ſi confirmata fuerint tantùm in forma communi. 823. 7. bene tamen ſi in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia. ibid. 8
Rei vindicatio eſt ſemper uniformis, & eiuſdem naturæ ſive actor dominium obtinuerit jure gentium, vel civili, aut titulo oneroſo, vel lucrativo, vel etiam ex contractu bonæ fidei, ſive ſtricti juris. 287. 6
Reſpondentes quales eſſe debeant ad poſitiones actoris. 313. 17
Rei captura non poteſt fieri die feſto, niſi periculum ſit in mora, vel reus criminis ſit ſuſpectus de fuga. 345. 16
Rei appellatio ſi nullius ſit momenti, poteſt Actor mitti in poſſeſſionem cuſtodiæ cauſâ, ſed ſi poſtea reus offerat cautionem reſtituendus eſt, dummodo appellatio appareat rationabilis re melius conſiderata è Judice. 426. 7

Rela.

Digitized by Google

Relatio, de qua ſit mentio in rubrica tituli vigeſimi octavi huius ſecundi libri, eſt conſultatio ad Principem facta à Judice dubitante, quid in cauſa ſtatuere debeat. 804. 14

Relaxatio juramenti fieri ſolet à Judice tam eccleſiaſtico, quàm ſæculari ſupplendo factum partis. 637. 58

Religioſi etiam exempti ſubiiciuntur iuriſdictioni Inquiſitorum, & pius IV. in ſua conſtitutione, cui initium eſt, *Paſtoris æterni*, ſtatuit, ut impoſterū Inquiſitores poſſint agere contra quoslibet religioſos etiam exemptos, ſi de hæreſi fuerint ſuſpecti, dummodo à ſuis ſuperioribus præventi non fuerint. 57. 28

Religioſi habentes adminiſtrationem, vel beneficium poſſunt ſuper juribus agere, & conveniri in judicio. 209. 48. neque illis obiiciendum eſt, quod exteræ ſint nationis. ibid. 49

Religioſi regulariter abſque ſui Prælati expreſſa licentia non poſſunt agere, nec conveniri in iudicio. 217. 85

Religioſi, & Clerici poſſunt in cauſis ſuæ eccleſiæ, & Monaſterii teſtimonium ferre, illis tamen exceptis, qui tunc temporis deſtinantur, ut Procuratores ad agendum, & reſpondendum. 525. 12

Religioſi, Monachi, & Clerici poſſunt eſſe teſtes idonei, quia teſtimonium dicere omnibus permittitur, qui non prohibentur à jure. 516. 2. non debent tamen Religioſi teſtimonium dicere abſque prævio ſui Prælati conſenſu, ſi tamen inſcio ſuo ſuperiore teſtimonium ferrent, hoc valeret. 516. 3

Religioſus profeſſus in religione approbata eſt æqualis Clerico initiato Ordinibus ſacris quoad privilegium fori, cùm ſit & ipſe mancipatus ſervitio eccleſiæ, addictus obſequiis religionis, nec poſſit ad ſtatum ſæcularem ampliùs redire. 243. 1

Religioſus, an, ſi ſe putet aggravatum, poſſit appellare à præcepto ſui ſuperioris? & quid, ſi correctio excedat limites corrigentis, & modum poteſtatem ſuperioris? 792. 36. & ſeq.

Religioſus ſine conſenſu ſui ſuperioris non poteſt in judicio agere, nec ſtare. 780. 11

Reliquiæ ſanctorum, ut colantur à fidelibus cultu publico, debent ab eccleſia eſſe approbatæ, quæ tamen approbatio fit diverſimodè. 121. 32

Remedia adhibenda contra maleficia orta ex Dæmone per artem magicam alia ſunt naturalia, alia ſupernaturalia, & moralia alia, & omnia explicantur. 168. 19

Remedia plura, & pœnæ in jure ſtatuuntur contra contumacem. 319. 9

Remedia plura in jure ſtatuta contra contumacem recenſentur. 320. 14

Remedia adipiſcendæ poſſeſſionis dicuntur, quibus in judicio agimus, ut poſſeſſionem, quam nunquam habuimus, acquiramus. 377. 4

Remedia retinendæ poſſeſſionis dicuntur, quæ competunt contra illos, qui nos à poſſeſſione jam acquiſita conantur turbare. ibid. 7

Remedia ſpoliatorum, quibus ſpoliato à jure conceditur, ut recuperet poſſeſſionem rerum ſibi ablatarum, plura ſunt, & recenſentur. 401. 1

Remedia plura, quibus jura ſuccurrunt ſpoliatis recenſentur, & explicantur. ibid. 4 & ſeq.

Remedia tria inventa ſunt ad diviſionem rerum communium, ſcilicet familiæ Herciſcundæ, communi dividundo, & finium regundorum. 481. 1

Remedium recuperandæ poſſeſſionis eſt duplex. 378. 11

Remedium redintegrandæ competit etiam laicis cum deventum fuerit ad coërcenda peccata, ne quis ex re aliena diteſcat. 402. 7

Remedium juris, cuius beneficio poſſit ſequeſtratio declinari, quale ſit. 451. 17

Remedium reſtitutionis in integrum conceditur minoribus 25. annis adverſus præſcriptionem etiam longiſſimi temporis. 30. vel plurium annorum completam, idque intra quadriennium continuum poſt expletum. 25. ætatis annum 704. 14

Renuntiare ſucceſſioni in favorem fratrum, perinde eſt ac iiſdem concedere ſucceſſionem, proinde eſt pactum de hæreditate viventis, quod abſque conſenſu eiuſdem viventis reprobatur in jure. 659. 159

Renuntiatio legitimæ ſibi competentis poteſt fieri à filia patri, vel aliis fratribus, ſive gratis, ſive pretio accepto. 659. 157

Renuntiatio futuræ hæreditatis ob certam dotem non eſt tranſactio, ſed ſola conventio. 659 162

Reo inquiſito in tribunali S. Officii concedendus eſt Advocatus, qui ei patrocinetur, dummodo non ſit pertinax. 65. 24. Imò concedendus eſt Procurator, ſi à Reo petatur. ibid. 25

Reo durante judicio conventionis non permittitur Actorem convenire coram alio Judice, ne in ipſius calumnioſa poteſtate ſit, Actorem ad alium Judicem trahere, & hac vafritia eius actionem eludere. 296. 4

Reo nonnunquam denegantur induciæ, ſeu dilationes deliberatoriæ, ſi per litteras citatorias potuit planè inſtrui, & ſecum deliberare, an cedere liti velit, vel in judicio contendere. 336. 9

Reo converto conſultius eſt, ſi non opponat exceptionem peremptoriam, priuſquam audierit probationes Actoris. 363. 1

Reo convento contumaciter abſente in actione perſonali lite nondum conteſtata, mittitur Actor in poſſeſſionem bonorum Rei cuſtodiæ cauſâ ex primo decreto. 432. 18

Reo qualis ſit pœna iniungenda, ſi contumaciter detrectet reſpondere ſuper poſitionibus, vel articulis. 456. 17

Reo confeſſo, vel convicto an dari debeant defenſiones, ſi eas non petierit. 458. 27. & ſeq.

Reo non poteſt inferri tortura ad extorquendam confeſſionem delicti. 496. 10

Reo incumbit onus probandi ſuas exceptiones affirmativas, quia tunc excipiendo vices ſubit Actoris. 500. 34

Reo poſt latam ſententiam poſſunt occurrere plures defenſiones, quæ impediant executionem. 728 12

Repreſſaliæ in civilibus tantùm cauſis uſitatæ ſunt. 730. 22

Repreſſaliæ non conceduntur niſi ob damnum grave. 730. 24. exigunt bonam intentionem illius, cui conceduntur. ibid. 25

Repreſſa-

Repreſſaliæ non conceduntur perſonis jure exemptis. 740. 26. & ſeq.

Repreſſaliarum Author fuit Numa Pompilius. 730. 25

Res judicata in una inſtantia non præjudicat in alia ex diverſa cauſe. 208. 47

Res mobiles poſſunt amitti etiam ignorante domino, ut ſi equus inſcio Domino abducatur. 376. 20

Res in cauſa paritatis eſt illi adjudicanda, qui plures numerò produxit teſtes opinione integriores, dignitate clariores. 377. 9

Res litigioſa lite pendente non poteſt alienari. 437. 17

Res litigioſa juxta præſens inſtitutum eſt, de qua habetur controverſia, & illud dicitur litigioſum, de cuius dominio lis eſt mota inter petitorem, & poſſeſſorem. 437. 18

Res tunc litigioſa dicitur, quando ſuper ea jam eſt controverſia mota, quia tunc dicitur non poſſe alienari; ſi tamen controverſia vera ſit, & non calumnioſa. 438. 19

Res litigioſa, quæ ſervari nequit, poteſt alienari, & etiam ex cauſa dotis, vel transactionis, vel donationis propter nuptias, vel ex cauſa legati, vel diviſionis rerum hæreditariarum. 440. 4

Res tunc dicitur fieri litigioſa, quando de eius dominio lis movetur inter petitorem, & poſſidentem. 441. 13

Res fit litigioſa, non ſolum per litis conteſtationem, verùm etiam per libelli oblationem ſecutâ Rei citatione, & factâ ſufficienter inſinuatione contentorum. ibid. 14

Res litigioſa non ſolùm lite pendente non poteſt alienari, neque locari, ſaltem in tempus diuturnum; verùm etiam nec alia res ei ſubſtituta poteſt alienari, locari, vel oppignerari: quia ſubrogatum naturam ſapit illius, in cuius locum ſubrogatur. 442. 17

Res omnes corporales ſive mobiles ſint, ſive immobiles præſcribi poſſunt, niſi lege aliqua, vel ſpeciali ratione prohibeantur. 687. 12

Res incorporales, cuiuſmodi ſunt jura, ſervitutes, actiones, ſicut propriè non dicuntur poſſideri, ita neque propriè uſucapi. ibid.

Res, quæ in hominum commercio non verſantur, & in nullius dominio ſunt, cuiuſmodi ſunt res ſacræ, res publicæ deputatæ ad publicum uſum, viæ publicæ, ac plateæ, & aliæ id genus, præſcribi nequeunt. 687. 13

Res furtivæ non poſſunt præſcribi tempore ordinario decem, vel viginti annorum, ſed extraordinario triginta, vel 40. annorum, ſi toto illo tempore res bona fide poſſeſſæ fuerint. 688. 14

Res, quæ ſunt merè liberæ, & gratuitæ voluntatis non poſſunt præſcribi. 688. 15

Res in publicum commodum deſtinatæ præſcribi nequeunt: neque illæ, quæ ratione obſequii, vel obedientiæ debitæ ſunt Principi reſervatæ. 679. 5

Res eccleſiæ, pupillorum, & Minorum, quæ prohibentur alienari non poſſunt præſcribi, & alienationes ſunt ipſo jure nullæ. 690. 9

Res, cuius alienationem defunctus prohibuerat, præſcribi non poteſt. 690. 10

Res immobiles, inter quas recenſentur jura incorporalia, ſi ad privatum pertineant cum titulo præſcribuntur decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, & ſine titulo non currit præſcriptio etiam longi temporis. 699. 7

Res ſi ſit communis laico, & eccleſiæ, & ſit diviſibilis breviori tempore præſcribitur contra laicum, quàm contra eccleſiam. 699. 10

Res, quæ prohibentur alienari, an præſcribi poſſint. 710. 38

Reſcripta, quæ ob taciturnitatem veritatis vitiantur generatim nullius ſunt valoris. 826. 31

Reſcriptum Apoſtolicum ob raſuram in loco non ſuſpecto cenſetur vitioſum. 586. 25

Reſcriptum non poteſt à quovis abradi, ſi in ipſo deprehendatur error. 587. 27

Reſcriptum ſi irritum ſit, non eſt neceſſe de illo fiat mentio in alio reſcripto, quod de novo impetratur. 817. 5

Reſtitutio ſpoliatorum quid ſit, & quot modis contingat. 393. 1

Reſtitutio cauſâ ſpoliationis non datur niſi contra eum, qui ſpoliavit, vel ſpolium ſuo nomine factum ratum habuit, non ita contra tertium poſſeſſorem. 395. 15

Reſtitutio ſpolii ſi adſit conſenſus ſpoliati poteſt ceſſante omnia. 407. 30

Reverentia eſt à filio priùs debita Deo, quàm patri, ac proinde potiùs eſt obediendum Deo, quàm parentibus. 92. 17

Reverentia Dei quomodo tantum per accidens dicatur obligare ad id, quod iurans alius, rationabiliter viſus eſt juraſſe, non verò per ſe. 646. 101

Reus criminis mixti fori ſemel punitus à Judice laico, an poſſit iterum puniri à Judice eccleſiaſtico, & quæ conditiones ad id requirantur. 14 24

Reus in judicio dicitur, qui ab Actore provocatur, ſeu vocatur in jus, & eius munus eſt ſe defendere, ac propulſare actionem Actoris, & dicitur reus à reatu, ſeu à re, quæ controvertitur. 178. 1

Reus poſt dupliciter eſſe talis, facto, ſi revera deliquit, & jure, ſi in judicio per allegata, & probata ſit convictus. 183. 18

Reus tenatur in judicio comparere, niſi abſens perſonaliter non poſſit accedere: vel aliquo morbo laboret, vel quia ſe jam ſenio confectus: vel ita viribus deſtitutus, ut nec equis, nec rhedâ vehi poſſit: vel quia capitales inimicitias timeat in loco judicii, vel quia alibi detineatur in carcere, eo quia ſit ære alieno gravatus. 213. 66

Reus criminis mixti fori ſi ſit abſolutus ac dimiſſus à Judice unius fori, adhuc poteſt Judicari, & puniri à Judice alterius fori, ſi adhuc deprehendatur nocens. 257. 27

Reus non tenetur reſpondere libello in actione perſonali, ſi non exprimatur cauſa petendi. 290. 25

Reus conventus poteſt ſolus ex perſonis litigantibus Actorem reconvenire. 295. 2

Reus poteſt Actorem ſuum reconvenire apud quemlibet Judicem, coram quo ipſe convenitur ab adverſario. 295. 2

Reus poteſt Actorem reconvenire apud illum Judicem, coram quo fuit ipſe ab Actore conventus. 299. 2

Reus apud eundem Judicem poteſt Actorem reconvenire, coram quo ipſe fuit conventus. 300. 9

Reus

Reus conventus, ut poſſit actorem reconvenire neneſſe eſt, uc habeat legitimam perſonam ſtandi in judicio. 301. 12
Reua ſi renunciet ſuo privilegio, & poſtea reconveniat Actorem, tunc utraqua ceuſa conventionis, & reconventionis non eſt ſimul tractanda, nec decidenda. ibid. 18
Reus non ſolùm anta litis conteſtationem, ſed etiam in eius progreſſu uſque ad ſententiam definitivam poteſt actorem reconvenire. 302. 20
Reus an in aliquibus cauſis prohibeatur à jure reconvenire actorem. ibid. 21
Reus conventus criminaliter non poteſt pendente tali judicio accuſatorem reconvenire civiliter. 302. 23
Reus conventus civiliter pendente eodem judicio civili poteſt actorem criminaliter reconvanire. ib. 24
Reus conventus merè civiliter de crimine poteſt actorem reconvenire civilitec de alio crimine. 302. 25. & ſeq.
Reus ſi ter legitimis intervallis, vel ſemel peramptoriè citatus in judicio comparêre detrectaverit, & hoc pacto litis conteſtationem impediac, adhuc ceſtes recipi non poſſunt ad probandam Actoris intentionem. 315. 2
Reus ſi agatur de adulterio ad ſeparationem thori, & ante litis conteſtationem ſi ſit contumax, poteſt excommunicari. 317. 1
Reus ſpoliatus, ſi contra actorem ſpoliatorem opponat ſpoliationem per modum exceptionis, eſt priùs audiendus. 364. 4
Reus ſi poſtquam actorem à petitione excipiendo repulit, velit reſtitutionem petere, tenetur novas adferre probationes, ut novum iudicium inſtituatur. ibid. 6
Reus, ſeu ſpoliatus contra ſententiam iniuſtam debet appellare ad eam reſcindendam. 394. 7
Reus ſi exigat perſecutionem litis, & actor abſit, debet hic perſonaliter citari per litteras, vel Nuntium, ſi reperiri poſſit. 416. 11
Reus quomodo puniatur, ſi cotumax ſit ante litis conteſtationem, vel poſt. 717. 17. & ſeq.
Reus abſens per contumaciam, ſi non reperiatur, quomodo citandus ſit. 418. 27
Reus contumax de jure canonico, ſi intra annum compareat, & præſtet cautionem, patienter admittitur, ſed condemnatur ad expenſas factas ab actore. 419. 1
Reus poſt litem inchoatam per libelli oblationem poteſt cogere actorem ad perſequendam litem, & etiam petere, ut abſens citetur per litteras, vel Nuntium. 420. 5
Reus, ſi poſt litem conteſtatam ſit contumax, & aliàs non conſtet de cauſa, potaſt procedi ad ſententiam definitivam. 421. 10
Reus ſi non inveniatur, ſufficit tunc, ſi eius citatio publicè fiat in eccleſia. 423. 19
Reua quomodo citandus ſit ab Inquiſitoribus contca hæreticam pravicatem. 424. 20
Reua contumax paſſua miſſionem in rem cuſtodiæ causâ factam, ſi intra annum cautionem offerat Judici, & is nolit eam recipere, tunc non amittit poſt elapſum annum veram poſſeſſionem, & reſtituendus eſt poſt præſtitam cautionem. 425. 2
[R]ens ſi contra actorem actione reali cautionem uſferat, declinat pœnam, quia miſſio in poſſeſſionem bonorum eſt remedium contra contumacem. 426. 3
Reus ſi ſit contumax, poteſt immiſſio fieri ex primo decreto Judicis, rei cuſtodiendæ causâ in iuribus ſpiritualibus, niſi agatur de jure beneficiali. ib. 6
Reus miſſionem paſſus, quamvis habuerit intra annum voluntatem præſtandi cautionem, quam tamen in effectu non præſtiris, non declinat pœnam contumaciæ: quia ubi factum requiritur, ſola voluntas faciendi ſine effectu non ſufficit. 429. 2
Reus contumax paſſus miſſionem in rem cuſtodiæ causâ factam, ſi intra annum offerat cautionem Iudici, & iſte eam nolit recipere, non amittit poſt elapſum annum veram poſſeſſionem, ac reſtituendus eſt, poſt præſtitam cautionem. ibid. 4
Reue miſſionem paſſus, & repetens poſſeſſionem, ſi alleget, ac probet ſe contumacem non fuiſſe, reſtituitur priſtino ſtatui præſtita cautione. 429. 5
Reus contumaciter abſens non ſufficit, ſi ſemel fuerit perſonaliter citatus, ſed eſt itecum citandus ad actum immiſſionis in poſſeſſionem decernendam, & quidem peremptoriè ſaltem per publicum edictum, ſi non poſſit perſonaliter citari. 430. 8
Reus in actionibus realibus lite nondum conteſtata, ſi contumaciter abſit, non proceditur ad receptionem teſtium, neque devenitur ad ſententiam definitivam, neque actori adiudicatur poſſeſſio bonorum petitorum, ſed actor tantùm mittitur in poſſeſſionem rei petitæ cuſtodiæ causâ ex primo decreto Judicis. 431. 15
Reus conventus, ſi contumax ſit in cauſis beneficialibus, poteſt eius beneficium ſimul cum fructibus ſequeſtrari. 446. 11
Rens poſſeſſor præſumptionem pro ſe habet, ut poſſeſſione etiam cuſtodiæ causâ lite pendente ſuper rei proprietate, & non ſuper poſſeſſione non ſit privandus, id tamen limitatur multipliciter. 449. 7
Reus poſſeſſor, ſi appellet à ſententia contra eum lata, debent fructus rei ſequeſtrari, ſi ab eo diſſipentur. 449. 8
Rens, qui confeſſus eſt delictum proprium, non eſt interrogandus de ſociis. 454. 9
Reus de crimine interrogatus à Judica, an teneatur illud confiteri. 458. 25
Reua quo tempore debeat ratificare confeſſionem factam in tormentis. 459. 29
Reus tortus, ſed negativus, an puniri poſſit pœnâ aliquâ ſaltem extraordinaria. 460. 31
Reus de ſe confeſſus, ut à Judice poſſit Juridicè interrogari de ſociis de illis criminibus, quæ in iure excipiuntur, plura requiruntur, quæ recenſeotur. 461. 36. & ſeq.
Rens, ſi non reſpondeat poſitionibus, an habeatur pro confeſſo. 467. 63
Reus tenetur pec ſe reſpondere poſitionibus, ſi rudis omnino, ac imperitus non habeatur. 473. 17
Reus non tenetur propria inſtrumenta actori edere, nec ad id poteſt adigi; & edere inſtrumentum actori, perinde eſt ac in publicum producere, ac exhibere. 474. 6
Reus compellitur edere inſtrumenta actori, quando hic habet fundatam intencionem, quòd ipſi venditus ſit fundus, & neſciat ex quibus conditionibus fuerit contractus initus. 476. 18

Reus convictus de hæreticali verbo, vel facto ſpontaneo ſatis convincitur de mala intemione. 497. 24
Reus, ſi deliquerit, eius probatio, quòd non deliquerit, non eſt admittenda, quia in Iudiciis eſt providendum, ut veritas facti habeatur. 501. 37
Reus, ot conveniatur neceſſarii ſunt plures conteſtes, adeo ut uni tantùm teſti non ſit fides præſtands. 531. 18.
Reus non poteſt licite teſti obiicere crimen ad repellendum eius teſtimonium. 539. 11
Reus citatus ſi ſtatim comparest, non debet in carcerem detrudi, niſi fuga timeatur vel enormitas delicti id exigat. 540. 15
Reus non tenetur ſua inſtrumenta ordinariè edere actori, niſi communia fuerint utrique parti. 579. 2
Reus præbet præſumptionem adverſus ſe ipſum, ſi judicium, & inquiſitionem veritatis ſugiat. 599. 11
Reus, qui dilationibus ſubterfugit judicium, præſumitur crimen confiteri. 603. 30
Reus an, ſi obiiciat exceptionē peremptoriam, & in eiuſdem probatione deficiat, poſſit Actor licèt nil probet, ſuam cauſam obtinere. 670. 1
Reus non debet trahi ultra duas dietas, imò jure novo, neque ultra unam ad Judicem, coram quo ordinariè jure conveniri non poteſt. 674. 23
Reus excipiens in pluribus caſibus habetur pro confeſſo. 674. 26
Reus excipiens contra actorem de excommunicatione, quomodo debeat ſe gerere, ut eum repellat ab agendo. 676. 32
Reus, qui ratione contractus ſe obligavit reſpondere obique locorum, & coram quocunque Judice, an poſſit opponere exceptionem declinatoriam fori. 679. 49
Rex ſi alienans bona, & iura, quæ pertinent ad coronam Regni, vel dignitatem regiam, juret ſe talia jura non revocaturum, invalidum eſt juramentum, quia in præjudicium Regni emiſſum. 628. 22
Romipetæ, ſeu peregrinantes ad ſedem Apoſtolicam gaudent privilegio appellantium, & ſunt ſub ſedis Apoſtolicæ protectione inſtar eorum, qui provocârunt. 806. 1
Romipetæ, qui formaliter dicantur, ot gaudeant privilegio appellantium. 807. 2. & ſeq.
Romipetæ non dicuntur, qui poſt arreptum iter, iterum propoſitum accedendi ad ſedem Apoſtolicam mutârunt. 808. 4. Quantum verò temporis requiratur, ut dicatur quis voluntatem mutâſſe accedendi ad ſedem Apoſtolicam, non eſt facilè ſtabilire, unde remittendum eſt potiùs iudicio prudentis viri. ib. 5
Romipetis inferentes grave damnum incurrunt excommunicationem. 806. 4
Rota Romana judicat, prout ante fuit judicatum concurrentibus tamen iiſdem circumſtantiis, & generatim, quando in aliquo ſpeciali tribunali jam judicatum eſt in ſimilibus cauſis, tunc per alios eſt eodem modo judicandum in eodem tribunali, quia inde oritur quædam conſuetudo, quæ vocatur ſtylus Curiæ, ſeu fori. 222, 6

S.

SAcerdos qui extra diem Natalis Domini bis celebrat, non eſt de hæreſi ſuſpectus, & in quibus caſibus poſſit ſacerdos bis eadem die celebrare. 98. 21. ſin autem ſine neceſſitate, ut ex avaritia pluries celebraret, eodem die non excuſaretur à culpa lethali. 99. 23
Sagæ, & ſtriges, ac lamiæ nefarias cum Dæmone commixtiones habent. 165. 8
Sagæ, ſtriges, & Lamiæ injurias irrogant, morbos inducunt, damna inferunt, ac propterea puniuntur ultimo ſupplicio. 164. 9
Sanctus non poteſt quis denominativè, vel appellativè vocari antequam ab eccleſia talis declaretur. 124. 13
Satellitibus in cauſis fidei, & in tribunali S. Officii eſt plena fides adhibenda. 547. 61
Scelus fœminarum veneficarum pertinet ad hæreſin. 538. 4.
Scientia alieni iuris in actionibus perſonalibus conſtituit peccatum, ſi debitor non habuerit intentionem ſolvendi, vel ſolutionem ſubterfugerit. 696. 24
Scriptio die feſto etiam lucri gratiâ eſt licita, quia eſt opus liberale. 348. 10
Scriptura privata bipartitur in authenticam, & non authenticam: illa ſigillo, & ſubſcriptione munitur, ut fidem jure mereatur: hæc neque teſtium ſubſcriptione neque aliis argumentis ſufficienter probatur. 572. 2
Scriptura publica dividitur in protocollum, & tranſumptum. 573. 6
Scriptura debiti, ſi nuda ſit, ſeu ſine cauſa non habet vim contra confitentem, niſi actor cauſam oſtenderit, ob quam id ſibi debitum ſit. 584. 12
Scripturæ, quæ apud acta publica iudicii confectæ ſunt authoritate Judicis, ut etiam, quæ extrahuntur ex archivo publico, ſeu Cancellaria cenſentur publicæ; ut etiam quæ publico, & authentico ſunt ſigillo munitæ. 573. 4
Scripturæ à quibuscunque confectæ, & in publico archivo aſſervatæ habentur, ut publica inſtrumenta. 576. 5
Scripturis antiquis quomodo præſtanda ſit fides. 493. 7
Senes Septuagenarii, & valetudinarii non coguntur ad teſtimonium ferendum, vel ire in locum judicii. 564. 13
Sententia Epiſcopi olim adeo firma, & æquitati conſona habebatur, ut ab ea provocari ampliùs non poſſet, adeo ut Judices ſæculares arbitramenta, & ſententias Epiſcoporum in litibus ſæcularium, deque rebus ſæcularibus dirimendis exequi tenerentur. 15. 7
Sententiâ definitivâ prolatâ in pleno poſſeſſorio, tam quoad principale, quàm quoad acceſſoria, & executioni mandata liberum eſt parti, quæ cauſa cecidit intentare petitorium coram Judice eccleſiaſtico, ſi poſſeſſorium fuit in materia eccleſiaſtica. 34. 15
Sententia Judicis eſt quaſi quædam particularis lex in aliquo particulari facto *c. cum inter de re jud.* ideòque ſicut lex generalis debet habere vim coactivam, ita ſententia ferri debet ab illo, qui eſt ſuperior, & habet vim coactivam. 37. 10
Sententia lata in cauſis fidei nunquam tranſit in rem judicatam, & ſupervenientibus novis probationibus

Digitized by Google

nibue poſſunt Inquiſitores iterum ſuper eadem cauſe cognoſcere, & de eodem crimine iterum condemnere abſolotum, vel eum abſolvere, vel mitiùs, aut graviùs punire. 47. 10
Sententie condemnatorie mandantis delictum non præiudicat mendetario, quia hic poteſt aſſerere ſe grevi metu coactum obtemperâſſe mandanti. 47. 13. Excipitur tamẽ crimen hæreſis, quod cum punietur etiam pœnê amiſſionis omnium bonorum condemnatio unius nocet alteri. 48. 14
Sententia lata à Judica excommunicato, ut ſit irrita debat excommunicatus eſſe nominetim denunciatus, & publicus, quia ſi eſſet toleratus, eius acta cenſerentur valida. 186. 16
Sententia Judicis ex defectu in modo procedendi, qui ſit circa ſubſtantiam, irritatur. 185. 17
Sententia lete in judicio ſæcolari fidem non facit in foro eccleſiaſtico. 201. 15
Sententia Judicie eſt quaſi quædam ſpecialis lex in eliquo perticulari facto. 203. 27
Sententie ſi ſit injuſtè leta ipſo jure eſt irrita, & retractanda, quamvis ab ea non appellatur, 207. 40
Sententia ſi ſit iniuſtè lata, an eius denuntiatio edmittenda ſit à Prælato eccleſieſtico, etiam poſtquam tranſivit in rem iudicatam? ibid.
Sententie late quamvis ex jure canonico poſt decendium tranſeat in rem judicatam, adhuc tamen ſi iniuſtè leta ſit, & conſtiterit de iniuſtitia poterit retractari, 207. 41
Sententia quamvis lata ſit à Judice eccleſiaſtico contra Clericum non tamen poteſt Magiſtretus ſæculeris eam exequi abſque mandato Judicis eccleſiaſtici. 232. 7
Sententia non poteſt proferri contra contumacem in cauſa reſtitutionis lita non conteſtate, quia in omni poſſeſſorio antequam deveniatur ad ſententiam ſervandus eſt ordo judicierius. 319. 9
Sentantia in judicio lata diebus feriatis nullum ſortitur valorem in utroque jure. 349. 17
Sententia definitiva ſuper poſſeſſione, vel proprietate non poteſt ferri in abſentem. 381. 1
Sentantia definitiva non eſt pronuncianda contra abſentem non contumacam. 382. 2
Sententia ferri debet circa poſſeſſorium, & petitorium ſimul, ſi de utroque ſimul actum ſit in judicio. 385. 13. Verùm id procedit quando poſſeſſorium, & petitorium poſſunt ſimul cumulari. 385. 14
Sententia in cauſa beneficiali non tranſit in rem judicatam reſpectu ſuperioris. 422. 16
Sententie definitiva non ſolùm in criminalibus, ſed etiem in civilibus ferande eſt contra conceſſum in judicio. 465. 53
Santentie Judicis debat commenſurari probationi, quæ ſi certa ſit, debet ferri, non ita ſi incerta ferenda eſt, elioquin non eſſet ſecundùm menſuram probetionis. 509. 4
Sententia eſt judicielis deciſio rei controverſæ per pronuntiationem Judicis ritè facta, & quæ liti finem imponit. 719. 1
Santentia interlocutoria eſt, quæ inter principium, & finem cauſæ non ſuper quæſtione principeli, ſed tantùm ſuper eliquo incidente, vel emergente profertur. ibid. 2
Sententie interlocutoria elia eſt merè interlocutoria, & alia quæ habet vim ſententiæ definitivæ. 720. 3
Sententia profertur à Iudice juxta legum, & canonum ſanctiones poſt accuratè examinatas, & perpenſas rationes litigantium. ibid. 5
Sententia ipſo jure eſt irrita, ſi eius iniuſtitia notoria ſit; non ita ſi non ſit notoria, quia tunc præſumitur à Judica leta juxta leges, donec contrarium oſtendatur. 720. 6
Sententia definitiva, quâ elauditur, & compleatur juditium quomodo differat à re judicate. 721. 8
Sententie lata contra leges, & canones, an valida ſit, ſi conformis ſit conſuetudini. ibid. 9
Sententia debet è Judice proferri citatis pertibus litigantibus ad eam eudiendem, idque vel trina citatione, vel una peremptoria. 721. 1. Excipitur tamen, niſi factum eſſet notorium, & nulla tunc Reo defenſio poteſt competere, quia tunc valet ſententia late etiem eo ebſente. ibid. 2
Sententia debet fieri cum cauſæ cognitiona, & ſervato ordine juris, ſeu cum præſcriptis proceſsûs ſolemnitatibus. 722. 5
Sententia non ſcripta, neque ex ſcripto à Judice recitate in ſeptem caſibus valide eſt. ibid. 8
Santentia, ut valide ſit, debat à Judice ex ſcripto reciteri in loco publico, & conſueto ipſo die, & hora, ad quam citatio facta eſt. 722. 9
Sententia ut ſit legitima plura dabat continere, quæ explicantur. 723. 10
Sententia à Judice ferenda eſt ſecundùm allegete, & probeta, non verò ſecundùm privatam ſcientiam Judicis, ut etiàm ſecundùm leges, & canones. 723. 14. ut etiam juxte formam, & tenorem libelli ibid. 15. In cauſis temen civilibus poteſt Judex quoad modos, qualitetes, & tempora non ſequi petitionem libelli, ſed ſufficit, ſi ſententia ſit conformis libello in ea petita in cauſa, & actione. 724. 16
Sententia definitiva ſemel lata tantæ eſt virtutis, ut faciat ius inter partes, inter quas late eſt, ubi in rem tranſivit judicetem. ibid. 2
Sententie inter duos lata tertio non præjudicat. 725. 7
Sententia poſtquam tranſivit in rem judicatem reſcindi amplius, nec mutari poteſt. ibid. 8
Sentantia à Judice late, & à que per condemnetum non fuit appellatum, poſt decendium tranſit in rem judicetam, & hebet pro ſe præſumptionem juris, & de iure. 725. 1
Sententia poſt decendium ita tranſit in rem iudicatam, ut per remedium ordinarium retractari ampliùs non poſſit, dummodo de iure ſubſiſtat, quia dantur plures caſus, in quibus ſententie non tranſit in rem iudicetam. ibid. 2. & ſeq.
Sententie poſtquam trenſivit in rem iuditetam, Judex invocatur, ut eam exequetur & condemnato per ſententiam iniungat ſatisfactionam. 726. 5
Sententia legitimè à Judice leta poſtquam in rem judicatam tranſivit, poteſt, & debet executionĩ mandari, imò in realibus etiam armata manu, ſi neceſſitas id poſtuleverit. In perſonalibus verò nonniſi poſt quatuor menſes à tampore latæ ſententiæ. 726. 6
Sententia in foro conſciantiæ, ſi profertur ſine ſolemnitate, an velide ſit. 731. 3
Santantia, quæ tranſivit in rem judicatam impediri poteſt duobus modis. 731. 4

Sententia in pluribus poteſt prodeſſe, vel nocere etiam aliis. 732.6
Sententia lata contra Vaſallum, ſeu feudatarium in poſſeſſione naturali nocet Dominis directis. 732.
Sententia lata; quamvis ſit ſtricti juris, interdum tamen admittit interpretationem; quando aliquid in illa omiſſum fuit explicitè, quod tamen implicitè in eo continetur. 732. 8
Sententia lata contra matrimonium non tranſit in rem judicatam, ſed comperta veritate eſt ſtatim retractanda. ibid. 9
Sententis, quæ nititur duobus fundamentis uno vero, & altero falſo, an vim obtineat aliquam. 733. 11
Sententia lata in alieno territorio jure communi eſt irrita defectu iuriſdictionis. 733. 11
Sententia condemnatoria ſpectato jure communi fieri debet contra Procuratorem, quando Dominus agit per ipſum. ibid. 13. Id tamen multiplicitar limitatur. ibid. 14. & ſeq.
Sententia in cauſis civilibus valida eſt jure Canonico ſive in Procuratorem, ſive in Principalem perſonam feratur. 733. 20
Sententia definitiva ſemel lata regulariter non poteſt ampliùs à Judice Ordinario revocari, imò neque corrigi, vel emendari à Judice. 734. 21 imò neque incontinenti poſtquam ſemel pronunciata fuit, quia tunc deſinit eſſe Judex; & eſt totaliter functus ſuo officio, & nonniſi in acceſſoriis; & conſequentibus poteſt ſententia ſuppleri eodem die. ibid. 23. Si tamen Judex ſententiæ apponeret verba aliqua ambigua; poſſent hæc poſt ſententiam latam explicari. ab eodem iudice. 735. 24
Sententia interlocutoria poteſt ſemper revocari; donec definitiva lata fuerit. ibid. 25
Sententia à Judice pronunciata, ſi ſit nulla, & partes præſentes adhuc velint eam approbare ſortitur ſuum valorem, non per modum ſententiæ, ſed per modum conventionis, & pacti. 735 28
Sententia manifeſtè iniqua æquiparatur nullitati. 738. 29
Sententia interlocutoria; ſi talis ſit, ut imponat finem iudicio, & proceſſui, non poteſt ampliùs revocari. ibid. 31
Sententia lata à Papa, vel alio ſupremo Principe habet vim legis, & facit ius inter alios inferiores Judices, adeò ut teneantur iſti in ſimilibus cauſis ſimiliter judicare. 738. 35
Sententia definitiva ferenda eſt neceſſario in ſcriptis. 738. 37. non ita ſententia interlocutoria; quia in ipſa non vertitur tantùm præjudicium; quia non fertur ſuper Principali, ſed ſuper incidentibus, & emergentibus inter principium cauſæ, & finem. ibid. 38
Sententia lata contra ius litigatoris, non tamen contra jus commune, ſi non fuerit appellatum, tranſit in rem judicatam. 740. 52
Sententia antequam tranſeat in rem judicatam nullum inducit jus inter partes, ſed tantùm beneficio ipſius jus, quod ipſis ineſt declaratur. ib. 53
Sententia lata contra privilegium oſtenſum, vel non oſtenſum, ſi ab hoc non fuerit appellatum ſuum ſortitur valorem. 741. 54
Sententia lata ab inferiore Judice contra privilegium conceſſum à Principe; eſt invalida, niſi de illius valore fuerit legitimè judicatum. ibid. 55
Sententia, quæ tranſit in rem judicatam, non poteſt poſtea retractari, niſi in tribus caſibus. 741. 56
Sententia retractatur, ſi lata fuit ob dicta teſtium, qui fuerunt Conſpiratores, ſi ab ipſa appelletur. ibid. 57
Sententia lata in comitiis generalibus à deputatis Judicibus pro cauſis ſubditorum non habet vim legis, tametſi approbetur à toto Capitulo. 742. 58
Sententia lata poſt decendium tranſit in rem judicatam; & qui ad provocationis ſubſidium infra id temporis non recurrit, appellandi ſibi aditum denegat. 769. 2
Sententia quamvis iuſtà fuerit, poteſt tamen ob novas allegationes, & probationes reſcindi à Judice *ad quem*. 776. 3
Sententia lata in prima inſtantia, ſeu cauſa principali; per quid differat à ſententia lata in ſecunda inſtantia in cauſa appellationis. 796. 59
Sententia poteſt habere executionem ante elapſum tempus conceſſum ad appellandum. 797. 64
Sententia interlocutoria, ſi fuerit bis iam promulgata; & confirmata non poteſt ampliùs retractari, & cenſetur tranſiiſſe in rem judicatam. 802. 84
Sententia Judicis poſtquam à ſuperiore; vel Principe in forma communi confirmata eſt, non poteſt ampliùs reſcindi à Judice inferiore ex ſuppoſitione, quòd talis ſententia valida fuerit. 815 7
Sententiæ definitivæ, & interlocutoriæ exhibetur, & explicatur multiplex diſcrimen. 720. 4
Sententiæ executio an per exceptionem impediatur. 731. 1
Sequeſter dicitur, eò quia eius fidem partes contendentes, & Index ſequantur, dum res litigioſa eius cuſtodiæ committitur, ut lite finita ei reſtituatur, qui in cauſa vicerit. 444. 1
Sequeſtratio in litis pendentia; in quibus caſibus admittatur. 436. 13
Sequeſtratio eſt depoſitio rei litigioſæ apud tertium; & ſequeſtrum eſt ipſa res jam depoſita; & ſequeſter eſt ille tertius, apud quem Actor, & reus rem illam; de qua eſt controverſia, deponunt. 444. 1
Sequeſtratio voluntaria, quæ fit conſenſu partium non eſt prohibita, ſed regulariter permiſſa, & eſt ſpecies quædam depoſiti, ac quaſi legitimus contractus. 445. 6
Sequeſtratio rei lite pendente non poteſt fieri, niſi in caſibus à jure expreſſis; qui plures ſunt, & recenſentur. 447. 13. & ſeq.
Sequeſtratio facta loco miſſionis ob ſcandalum vitandum oblata cautione; & reſtitutis expenſis revocatur. 447. 1
Sequeſtratio neceſſaria generatim poteſt dupliciter fieri, vel motu proprio, ſeu ex officio nobili Judicis, vel ad inſtantiam partis ex officio mercenario Judicis. 450. 13
Sequeſtratio neceſſaria in aliquibus caſibus permittitur ex æquitate. ibid. 14
Sequeſtratio fit, ſi timeatur dilapidatio ob pravos mores poſſidentis. 450. 14
Sequeſtratio procedit, quamvis appelletur ab executione

Digitized by Google

tione ſententiæ definitivæ, eò quia executor modum excedat executionis, & ſententiæ. 451. 15
Sequeſtratio beneficii eccleſiaſtici, ac fructuum beneficialium pendente lite debet fieri per Ordinarium loci, neque reddendi ſunt niſi ei, in cujus favorem fuerint judicati. ib. 16
Sequeſtratio neceſſaria ſi fiat tantum cuſtodiæ causâ per eam non transfertur poſſeſſio in ſequeſtrem. 451. 18
Sequeſtrum quid ſit, & quomodo fiat. 444. 1
Sequeſtrum per quid differat à depoſito. 445. 2
Sequeſtrum tripartitur in voluntarium, neceſſarium, & mixtum. ib. 4
Sequeſtrum à Judice indicitur, quando utraque pars poſſeſſionem ſibi vindicet, & periculum adeſt, ne ad arma, & ſanguinis effuſionem deveniatur. 447. 14
Servitus perſonalis decennio præſcribitur cum titulo inter præſentes; inter abſentes autem nonniſi ſpatio viginti annorum cum titulo, & ſine titulo 30. annorum. 701. 15
Servitus realis ſi continua, vel quaſi continua ſit, decennio præſcribitur inter præſentes, & ſpatio viginti annorum inter abſentes; ſervitus tamen diſcontinua nonniſi tempore immemoriali præſcribitur, quia poſſeſſio in tali ſervitute nequit eſſe continua. ib. 16
Servitutes prædiorum, an poſſint præſcribi? dubiæ videtur eſſe quæſtionis. 688. 16
Sigillum ut fidem faciat, tria requiruntur. 579. 16.
Sigillum privatum appoſitum ſcripturæ non probat in præjudicium alterius tertii. ibid. Secus ſigilla duorum, vel trium virorum probatæ, ac integræ famæ appoſita alicui ſcripturæ, ſi recognita, & approbata fuerint, plenam fidem faciunt, tametſi agatur in præjudicium alterius. ibid.
Sigillum vel maximè attenditur in inſtrumentis, ut ſi ſit enormiter fractum, vel ejus imago deleta, adeò ut ex reliqua parte nequeat clarè colligi, ad quem pertineat, & litteræ in circumferentia ſigilli poſitæ adeò ſint abſumptæ, & detritæ, ut amplius legi non poſſint. 581. 11
Signa, quæ nullam cum effectibus habent connexionem, non poſſunt ducere in notitiam eorundem. 148. 34. & ſeq.
Signum, quod ex natura ſua non eſt ordinatum ad aliquod ſignificandum facilè per intentionem poteſt ad alia referri. 169. 24
Silentium eſt una ex præcipuis conjecturis, ex quibus conjicitur, quænam ſit hominis voluntas. 597. 2
Simoniacus, qui in judicio eſt confeſſus ſuam ſimoniam, deponi poteſt à ſuo beneficio, & officio. 463. 42
Socii conjurationis cogendi ſunt ad veritatem detegendam. 569. 18
Socius criminis ordinariè arcetur à teſtimonio ferendo, admittitur in crimine hæreſis, læſæ Majeſtatis, falſificationis monetæ, maleficii, furti famoſi, delicti nefandi, & in ſceleribus, quæ non poſſunt ſine ſocio committi. 510. 3
Socius criminis non cenſetur teſtis idoneus contra alium ſocium ejuſdem criminis. 523. 24
Solemnitas requiſita in accuſatione judiciali ex jure eſt, ut accuſatio fiat in ſcriptis, ut accuſator ſe ſubſcribat in libello criminali, idque ad coërcendam temeritatem accuſatorum. 190. 7
Solemnitates debent in judicio ſervari, quæ, ſi omittantur, judicium eſt fruſtratorium. 394. 29
Solemnitates requiſitæ ad inſtrumenta publica recenſentur. 573. 8
Solemnitates requiſitæ de jure ad ſententiam proferendam explicantur. 721. 1
Somnia poſſunt ex quinque cauſis procedere. Ex ſingulari Dei providentia. Ex conſtitutione cœli, & aëris. Ex affectione humani corporis. Ex præviis cogitationibus. Ex procuratione dæmonis. 149. 1
Somnia quomodo cognoſcantur immitti à Dæmone. 149. 4. & quomodo cenſeantur eſſe à Deo. ibid.
Somnia obſervare ad indicandos morbos, humoréſque in humano corpore prædominantes non eſt prohibitum, & Medici ſolent ex ſomniis ægrotantis conjicere humores prædominantes. 150. 7
Somnia poſſunt provenire ex influxibus cœlorum, aëris impreſſione, & præteritis cogitationibus. 150. 8
Somniorum obſervator ſi id agat, ut ſuas inde dirigat actiones non excuſatur à ſuperſtitione, & lethali culpa, ut ſi quis ex ſomnio prævio certè credat, ſe minimè in duello, vel bello interfectum iri, vel crederet ſe officium, vel dignitatem conſecuturum: quia ex ſomniis non immiſſis à Deo nulla poteſt certa futurorum contingentium haberi notitia. ib. 11
Somnium eſt illa imaginaria viſio, ſeu apprehenſio, quæ cùm quis dormit, fit in ſenſu interiori tempore, quo ſenſus exteriores ſunt ſopiti. 149. 1
Somnium ſi probabile ſit, non eſſe à Deo, tunc non eſt licitum ex eo futuros eventus liberos prænunciare. 149. 5
Sorte dirimere lites etiam in beneficiis eccleſiaſticis, dummodo id fiat authoritate Judicis eccleſiaſtici non eſt clericis prohibitum. 156. 10
Sortes dicuntur quædam actiones fortuitæ, quibus aliquid occultum inquiritur, ut innoteſcat, ſpectato ſortium eventu, ut quando per ſortes quæritur, quid debeat alicui competere, & ad id neceſſe eſt, ut ſortibus ſua imponatur ſignificatio, ſeu ut præcedat aliqua conventio inter partes, ſi ſortes inter plures agantur. 154. 8
Sortes, aliæ ſunt diviſoriæ, aliæ conſultoriæ, & aliæ divinatoriæ. ibid.
Sortes diviſoriæ, quæ fiunt ut ex ſortium eventu ſciant ſortientes aliquid, ut quid in electionibus, vel controverſiis, cuique ſit tribuendum, ſupponunt quoddam pactum conventionis inter ſortientes, ut transferatur dominium rei, quæ in ſortem mittitur, in eum, in quem ſors ceciderit. Et hæ ſortes per ſe, & ex natura ſua malæ non ſunt, quamvis aliæ ſint humano jure prohibitæ, & aliæ maneant indifferentes. 154. 1
Sortes diviſoriæ licitæ ſunt ad dirimendas lites de rebus ſæcularibus, ex mutuo litigantium conſenſu, ut etiam ſi adhibeantur in partitionem rerum, quæ aliter dividi nequeunt: ut etiam, quando inter milites diverſarum nationum contenditur circa periculum invadendi propugnaculum urbis, ut etiam quando tempore graſſantis peſtis eſt contentio, quinam Parochi, vel Re-

 ligioſi-

ligioſi, aut Medici debeant peſte laborantibus aſſiſtere, eóſque juvare. 154. 5

Sortes jure canonico prohibentur in electionibus eccleſiaſticis. 155. 6. Hæc tamen prohibitio non extenditur ad electiones civiles, & ſæculares. ib. 7. Eſt tamen in civilibus ſors illicita, ſi adhibeatur in publicis officiis conferendis, non quia ſuperſtitioſa ſors ſorat, vel religioni obeſſet, ſed quia eſſet contra juſtitiam diſtributivam, cui repugnat, ut quod ſecundùm merita conferendum eſt, detur per ſortem. 155. 8

Sortes diviſoriæ, quæ ex ſe licitæ ſunt, poſſunt vitiari ex pluribus circumſtantiis. ib. 9

Sortes in electione etiam quando ſuffragia ſunt paria ex vi juris communis non ſunt licitæ, quia tunc haberetur vera electio per ſortes, quæ in univerſum, & abſque limitatione prohibetur. 156. 13

Sortes conſultoriæ in aliquibus caſibus licitæ ſunt, ut ſi neceſſitas urgeat, ſi Deus alicui inſpiret, ut ad cognoſcendam rei veritatem utatur ſortibus. Si hæ fiant cum debita reverentia. 157. 21

Sortes divinatoriæ, per quas inquiruntur futuri eventus, ſunt ſemper illicitæ, & peccatum grave. 158. 23

Sortes divinatoriæ aliquando ſunt quaſi ſpeculativæ, & ordinantur ad cognoſcenda futura, vel occulta ſolùm ob curioſitatem; & nonnunquam ſunt practicæ, eò quia ordinantur mediante tali cognitione ad aliquid agendum. ibid. 25

Sortilegium eſt ſuperſtitio illuſoria ſummè noxia, quâ homo utitur dæmonis miniſterio ad obtinendum aliquid, & dividitur in divinativam, amatoriam, & maleficium, per quod inducuntur infirmitates, morbi, & calamitates. 139. 12

Spatulantia eſt, quâ quis ex ſignis ſpatulæ, ſeu dorſi futuros divinat hominis eventus. 151. 1.

Specialia derogant generalibus. 743. 62

Spoliare perinde eſt, ac invitum exuere bonis fortunæ, ut veſtibus, pecuniis, armis, equis, & aliis id genus. 810. 31

Spoliatio ſi opponatur à Reo contra actorem ſpoliantem ad impediendum proceſſum judiciarium, priùs cognoſci debet de exceptione ſpolii tanquam de exceptione dilatoria. 362. 6

Spoliationis exceptio in pluribus caſibus non poteſt objici. ibid. 7

Spoliato agenti interdicto poſſeſſorio *unde vi*, an opponi poſſit exceptio criminis. 399. 32

Spoliator in judicio non auditur, ſi de ſpoliatione facta conſtiterit, quòd ſi paratus ſit probare dominium rei ſibi competere reſtituendus eſt priùs ſpoliatus 395. 10. verùm id habet aliquas limitationes. ibid.

Spoliator iniquus tenetur reſtituere ſpoliato non ſolùm rem cum ſuis fructibus naturalibus inde perceptis, & qui percipi potuiſſent deductis tamen expenſis, ſed etiam reſarcire omnia alia damna, quamvis ſpoliatus illa non petierit. 397. 23

Spoliator, an propria authoritate poſſit aliquando expelli à ſpoliato. 406. 36

Spoliator violentus tenetur non ſolùm rem ablatam, verùm & ejus fructus reſtituere, & damna illata reſarcire. 404. 17

Spoliator tenetur reſarcire omnia damna ex ſua ſpoliatione alteri illata. 404. 19. ſed tunc ſpoliato petitori deferendum eſt juramentum, ut appariat quantum damni paſſus ſit ex ſpoliatione, ad quam quatuor requiruntur conditiones. 405. 20

Spoliatus agens ſimul poſſeſſorio, & petitorio, ſi ſpoliationem probet, ſed non proprietatem, poteſt in poſſeſſorio obtinere. 393. 6

Spoliatus agens interdicto *unde vi* tenetur probare poſſeſſionem rei tempore, quo fuit illâ ſpoliatus, & violentam ſpoliationem. 397. 21

Spoliatus agens interdicto *recuperandæ poſſeſſionis* in cauſis beneficialibus, aliiſque ſpiritualibus, quomodo reſtituendus ſit. 397. 26

Spoliatus dummodo duæ concurrant conditiones poteſt propria authoritate, & adhibitâ violentiâ ſpoliatorem repellere, eúmque ſpoliare, quia vim vi repellere licet. 404. 15

Spoliatus ex eo, quòd per triduum fuerit immoratus in civitate, non dicitur aliis incubuiſſe negotiis, ſi totum triduum impenderit in rogandis amicis pro rebus ſuis recuperandis. ibid. 16

Statuta laicorum nec directè, nec indirectè poſſunt præjudicare eccleſiis, nec eccleſiaſticis perſonis. 27. 13

Statutum laicale prohibens alienationem bonorum in forenſes, & non ſubditos, non comprehendit Eccleſias, nec perſonas eccleſiaſticas, alioquin læderet libertatem eccleſiaſticam, & eſſet irritum. 26. 10

Statutum conditum ob publicam utilitatem non debet lædere libertatem eccleſiaſticam, alioquin eſt irritum defectu juriſdictionis in Principe laico circa Clericos. 28. 21

Statutum particulare Provinciæ, vel civitatis alicujus, ſi diſponat circa formã actus, ſervanda eſt hæc diſpoſitio. 227. 1. & licet nequeat directè quidquam ſtatuere de bonis ſitis extra territorium ob defectum juriſdictionis, poteſt tamen indirectè. ibid.

Statutum conſtituens perſonas habiles ad contrahendum, vel teſtandum, quæ jure communi eſſent inhabiles, extenditur ad bona ſita extra territorium ſtatuentis, ſive ſtatutum ſit favorabile, vel odioſum. 228. 3. & ſeq.

Statutum directè, & immediatè afficit territorium, in quo ſtabilitur, & perpetuam inducit obligationem. ib. 5

Statutum abſolutè, & directè diſponens de perſonis, & tantùm conſecutivè de bonis, non extenditur ad obligandos extraneos, quia iſti non obligantur legibus particularibus, & odioſis loci. 229. 8. Hoc tamen ſtatutum per accidens, & indirectè comprehendit etiam bona ſita extra territorium. ibid. 9

Statutum conditum cauſâ criminis puniendi eſt pœnale, & non extenditur extra proprium territorium, adeò ut Judex non poſſit ob crimen patratum in alieno territorio punire extraneos, non ſubditos. 230. 13

Stylus curiæ oritur ex eo, quia in aliquo tribunali pluries in ſimilibus cauſis fuerit ita judicatum. 738. 36

Subditi contra obedientiam Prælati, vel Epiſcopi, aut alterius legitimi ſuperioris non poſſunt præſcribere. 690. 13

Subditi non poſſunt beneficio præſcriptionis ſe eximere ab obedientia ſui ſuperioris. 704. 14

Subditi quamdiu manent ſubditi non poſſunt præſcribere

Digitized by Google

ſcribere jus ſuperioritatis,ſed tantùm poſſunt abjicere talem ſubjectionem, ſéque ſubtrahere à dominio Principis. 789. 26

Subditus,qui generatim juravit parere mandato alicujus ſuperioris, ſi ei præcipiatur aliquid, quod ſine diſpendio animæ, & periculo peccandi non poſſit ſervare, non intelligitur juramentum ſe extendere ad hujuſmodi mandata. 620. 10

Succeſſor univerſalis eſt hæres alicujus,ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato, ſive ſolus, ſive unà cum aliis ſit hæres; & tunc talis ſucceſſor perſonam defuncti repræſentat. Succeſſor verò ſingularis eſt, qui in unica tantùm re alteri ſuccedit, ut emptor, qui venditori ſuccedit in re empta, & donator donatori in re donata. 694. 10

Succeſſor ſi non ſit hæres, mala fides anteceſſoris ei non obeſt, dummodo eam ignoraverit. 715. 61. Excipitur, niſi res vitio reali affecta ſit,ut ſi eſſet furto ſublata, vel violenter occupata. ib. 2

Superſtitio eſt cultus vitioſus exhibitus Deo, vel Numinibus, quapropter eſt vitium religioni oppoſitum per exceſſum. 116. 1. & ſeq.

Superſtitionis quatuor recenſentur ſpecies, ſcilicet cultus indebitus veri Dei, idololatria, divinatio, & vana obſervatio. 116. 3

Superſtitionis Rei ſunt, qui exercent gabalam,vel rotam, quæ dicitur Bedæ, ad occulta manifeſtanda, vel futura prænuncianda,& graviter peccant, judicióque ſubjiciuntur Inquiſitorum, quibus ſunt denunciandi. 153. 6

Superſtitioſum eſt quidquid procedit ex ſocietate Dæmonum, & hominum. 131. 17

Supplicatio, quæ conceditur præter appellationem in ordine ad Judicem tripliciter ſumitur. 759. 14

Supplicatio judicialis non poteſt fieri ad Judicem inferiorem. 760. 15

Supplicationi eſt affine beneficium reviſionis, quod ad exemplum ſupplicationis introductum eſt. ib. 16

Suſpecti de hæreſi, quique juriſdictioni ſubduntur ſunt impedientes officium S. inquiſitionis, converſantes cum hæreticis, non revelantes hæreticum,viventes permixtim cum hæreticis, & matrimonium cum iiſdem contrahentes in locis,ubi non ſunt alii Catholici,Regulares profeſſi,&Clerici ſæculares in ſacris ordinibus conſtituti, ſi matrimonium contrahant publicè, vel ſecretè;qui fidem Chriſti ore tenus licèt non corde negant. Qui libros hæreticorum legunt, vel retinent,qui negligunt ſingulis annis peccata ſua ſacramentaliter confiteri, & communicare cum cæteris fidelibus tempore paſchali, non frequentantes Eccleſias diebus feſtis, nec audientes ſacrum, nec in pervigiliis, aliiſque diebus jejunii abſtinentes ab eſu carnium nulla urgente neceſſitate, nec juſta cauſa ſuadente. Sacerdotes ſolicitantes in confeſſione ad inhoneſta. Audentes miſſam celebrare, vel fidelium confeſſiones ſacramentaliter excipere, ſi non ſint ſacerdotio initiati. Sacerdotes qui miſſam celebrantes non conſecrant, vel ex defectu intentionis, vel ex omiſſione formæ conſecrationis. Imò ſunt etiam ſuſpecti de hæreſi qui poſt conſecratam hoſtiam de novo eam conſecrant. 97. 17. Rurſus exercentes aſtrologiam judiciariam, & prædicentes mediante pacto ſaltem tacito cum Dæmone dependentia ex libero arbitrio, futuróſque caſus fortuitos. 98. 19. Demum ſunt ſuſpecti de hæreſi ſortilegi, Divinatores, Magi, ſtriges, aliíque hujus furfuris homines, qui pactum cum dæmone expreſſum, vel tacitum inierunt, vel etiam ſuis ſortilegiis admiſcent aliqua, quæ hæreſim ſapiunt. Ut etiam qui Sanctorum imagines pede proterunt, ſputis fœdant, cruces vili pendunt, ſacramentis abutuntur, Dæmonibus thura adolent, ſacrificia offerunt, genu flectunt, cultum tribuunt, candelas accendunt. 97. 5. & ſeq.

Suſpecti, & inquiſiti de hæreſi,an teneantur abjurare. 101. 37

Suſpecti vehementer de hæreſi ſunt,qui percutiunt, lacerant,conſpurcant ex contemptu Chriſti Domini, vel Sanctorum imagines; quia aſſerere Sanctorum imagines non eſſe dignas veneratione eſt hæreſis. 118. 13. proinde cognitio hujus delicti pertinet ad inquiſitores S. Officii, & quidam privativè quoad laicos. ib. 14

Suſpectus de hæreſi ſuſpicione juridica orta ex delicto, ſeu judicio, cui à jure, vel conſuetudine talis ſuſpicio eſt annexa,condemnatur ad abjurandum de levi, ſi indicium, ex quo ſuſpicio oritur, ſit plenè probatum. 99. 26

Suſpectus vehementer de hæreſi, ſi faveat hæreticis, incurrit ipſo jure excommunicationem reſervatam ſummo Pontifici in Bulla Cœnæ. 100. 31

Suſpectus de hæreſi ſuſpicione violenta damnari poteſt ut hæreticus. 101. 34

Suſpenſus patibulo, an ſit immunis dimittendus,ſi diſrupto laqueo incolumis decidat? 728. 15

Suſpicio hæreſis eſt quædam præſumptio, quâ quis ex aliquibus indiciis, ſigniſque externis ſenſibilibus oſtendit, ſe aliquo pacto Reum alicujus criminis hæreſis. 96. 2

Suſpicio eſt triplex modica, magna, & maxima. ibid. 2

Suſpicio hæreſis modica eſt, quæ oritur ex levibus indiciis, ſeu conjecturis, & hæc ſuſpicio modicam tantùm, ſeu levem inducit probationem,quæ levi etiam defenſione deletur. ibid.

Suſpicio vehemens de hæreſi deſumitur ex verbis, vel factis efficaciter, & frequenter concludentibus hæreſim; & hæc ſuſpicio vehemens majorem etiam inducit probationem, quæ non extinguitur, niſi per vehementem defenſionem. 96. 3

Suſpicio hæreſis maxima, quæ & violenta dicitur, eſt, quæ oritur ex verbis, vel factis arctantibus Judicem ad credendum, quòd ſic dicens, vel faciens reverà ſit hæreticus. ib. 4

Suſpicio violenta quamvis non admittat directè probationem in contrarium,admittit tamen indirectam, ſi ſuſpectus velit probare teſtes examinatos falſum dixiſſe. 91. 34

Suſpicio allegata à Reo contra Judicem de jure civili ſufficit, ſi allegetur in genere.præſtito juramento à recuſante, ſub quo affirmet eum eſſe ſuſpectum. 672. 12

Syndicis,ſtationariis, & aliis officialibus jure civili prohibitum eſt, ne denuntient de quibuslibet criminibus, ſed tantùm de notoriis. 193. 6

Syndicus, vel Oeconomus, vel alius adminiſtrator generalis,ſi ſtatum cauſæ ſatis perſpectum non habeat,non eſt admittendus ad juramentum calumniæ, priuſquam in cauſa ſit inſtructus. 329. 15

Synodorum authoritas in examinandis, ac terminandis cauſis criminalibus Epiſcoporum diminui cœpit, eò quia plura orirentur diſſidia, & plerumque Epiſcopi non convenirent. 40. 5

T.

TAbellionεs conveniri poſſunt à partibus, quibus fuit damnum illatum, eò quia prætermiſerint ſolemnia, vel erraverint. 586. 24

Temperamentum corporis poteſt conjectari ex lineamentis humani corporis. 553. 10

Tempus ad præſcriptionem requiſitum eſt multiplex pro varietate rerum, & cauſarum, quæ præſcribuntur. 699. 6

Tempus decendii ad appellandum præfixum currit ſtatim à tempore latæ ſententiæ, & non à tempore termini aſſignati ad executionem ſententiæ. 739. 48

Tempus conceſſum pro appellatione hodie eſt decendium. 769. 2

Tempus decendii in ordine ad appellandum poſt ſententiam latam currere incipit ſtatim à momento latæ ſententiæ in momentum, ſi contra præſentem pronunciatum ſit. 770. 6

Tempus introducendæ appellationis apud Judicem, à quo determinetur. 771. 1

Tempus introducendæ, & proſequendæ appellationis hodie de jure communi eſt annus, imò ex juſta cauſa etiam biennium, & quæ ſint juſtæ cauſæ explicantur. 773. 11

Terminus in citatione, ita debet eſſe præfixus, ut non ſolùm comparere, verùm etiam deliberare citatus poſſit, an velit cedere liti, an potiùs in judicio contendere. 339. 13

Tertius, quando ſua intereſt, poteſt impedire executionem ſententiæ. 7 8. 14

Teſtamenta ab Imperatoribus olim ſpecialiter Epiſcopis cuſtodienda concredebantur, ut invigilarent, an ſuprema defuncti voluntas executioni mandaretur. 14. 2. & in Belgio adhuc viget conſuetudo, ut cauſæ teſtamentariæ referantur ad Judicem eccleſiaſticum. 25. 5

Teſtamentum principaliter, & ſubſtantialiter continet jus hæredis. 554. 79

Teſtator an poſſit licitè revocare teſtamentum, ſi juraverit, ſe illud non revocaturum. 655. 139

Teſtator, ſi revocet teſtamentum juramento confirmatum, & aliud condat, revocatio eſt valida, & prius teſtamentum ſuum amittit valorem, quem acquirit ſecundum; dummodo is, in cujus favorem prius teſtamentum fuerat conditum, illud non acceptaverit, & nihil ſciverit de tali teſtamento, & juramento eidem adjecto. ib. 142

Teſtes debent acceptari cum omnibus ſuis qualitatibus, quæ reſpiciunt pactum: ſi tamen qualitates non ſint juris, nec reſpiciant jus, poſſunt tunc rejici, licèt in parte principali acceptentur. 64. [illegible]

Teſtes inducti pro accipiendis informationibus, & proceſſibus conficiendis in ordine ad canonizationem alicujus ſancti, quomodo examinandi ſint. 126. 24

Teſtes examinati pro informatione curiæ ad effectum inquirendi ſuper maleficio, & procedendi ad capturam, probant parte non citata. 285. 18

Teſtes lite non conteſtata non recipiuntur, neque fertur ſententia deſinitiva. 315. 1

Teſtes, quòd non recipiantur ante litis conteſtationem, id intelligitur ſuper cauſa principali, quia ſuper exceptionibus dilatoriis, teſtes debent neceſſariò recipi ante litis conteſtationem. 316. 4

Teſtes contra contumacem non recipiuntur, nec cauſa definitur ante litis conteſtationem. 317. 2

Sio verò agatur de crimine adulterii, ſive criminaliter ad pœnam publicam, ſive civiliter tantùm ad thori ſeparationem, opus eſt proceſſu ordinario. ibid. 3

Teſtes lite non conteſtata, an recipi poſſint ſuper principali. 320. 16

Teſtes recipi poſſunt ſuper principali ante litem conteſtatam, ſi timeatur de eorum morte, vel diuturna abſentia. 321. 17

Teſtes, ut lite non conteſtata recipi poſſint, plura requiruntur. 321. 18

Teſtes an diebus feriatis poſſint examinari. 345. 15

Teſtes, poſſunt recipi etiam lite non conteſtata, ſi procedatur per viam inquiſitionis contra abſentem contumaciter, imò poteſt etiam ferri ſententia definitiva etiam per viam depoſitionis: ſi delictum id mereatur. 423. 17

Teſtes debent deponere, & teſtari de viſu, vel alio ſenſu, ut fides ipſis adhibeatur. 499. 31

Teſtes alii ſunt locupletes, alii claſſici, qui dicuntur integri, & omni exceptione majores; teſtes claſſici dicebantur, qui ſignandis teſtamentis olim adhibebantur. 509. 1

Teſtes ſuſpecti non majores omni exceptione, nonniſi impropriè dicuntur teſtes, & ex iſtis alii dicuntur viles, redempti, corrupti, mercenarii, falſi, injurati, ſingulares, domeſtici, varii, vacillantes ib. 1

Teſtes eſſe poſſunt quotquot utuntur ratione; prohibentur ſeptem perſonarum genera ad ferenda teſtimonia. 510. 2

Teſtes hodie eſſe poſſunt, & admittuntur quotquot teſtari volunt. ib. 7

Teſtes regulariter citari ſolent à Judice ad inſtantiam producentis. 510. 7

Teſtes idonei cenſentur quotquot à teſtimonio dicendo per canones, vel leges non arcentur. 511. 10

Teſtes pretiò conducti non ſunt idonei, & excluduntur à teſtimonio dicendo. ib. 13.

Teſtes poſtquam recepti ſunt, debet pars citari, vel ejus defenſor, ut veniat, & teſtes audiat; neque excuſatur, ſi venire detrectet. 513. 1

Teſtes non ſufficit, ſi idonei ſint, ſed ulteriùs requiritur, ut opportunè, & ritè teſtimonium dicant intra terminum probationi præfixum, & poſtquam partes recipiuntur ad probationem ſententiæ interlocutoriæ prolatæ. 513. 2

Teſtes quamvis agatur de vita, & miraculis alicujus canonizandi, debent recipi, & examinari à Judice ſigillatim, & diligenter. 514. 6

Teſtes criminoſi, qui de gravi crimine ipſis objecto convincuntur, debent excludi à teſtimonio ferendo tam in cauſa civili, quàm criminali, quamvis antea de crimine illo convicti non fuerint, nec condemnati. 517. 11

Teſtes, qui excluduntur à ferendo teſtimonio contrà alios ſunt præſertim inimici, ſed id procedit de inimicitia gravi, & capitali. 519. 1. & ſeq.

Teſtes

Teſtes ſingulares tantùm ſemiplenè probant in iis caſibus, in quibus plures non requiruntur teſtes. 429. 2
Teſtes ſingularas quamdiu manent in ſua ſingularitate, nunquam plenè probant; & tunc tantùm probant, quando fiunt conteſtes circa idem, quod teſtantur. ib. 3
Teſtes ſingulares nunquam plenè probant aliquid in genere, ſed quamdiu ſingulares ſunt, eorum probatio manet imperfecta, tam quoad rationem ſpecificam, & individualem, quàm quoad rationem genericam. 529. 6
Teſtea ſingulares non convincunt de uno in genera tantùm. 530. 18
Teſtes non concordantes in ſingulari, nec videntur poſſe in genere concordare. ibid.
Teſtes ſi agatur de ra permanente; quamvis ſingularea ſint, cenſentur plenè probare. 530. 13
Teſtes ſingulares de re permanente, ut dicantur plenam fidem facere; debet res illa permanens talis eſſe conditionis, ut non potuerit variari ratione temporis, aut loci; vel alterina circumſtantiæ, ratione cuius teſtes dicuntur ſingulares. 531. 15
Teſtes quando in dubiis præſumantur eſſe conteſtea. 531. 16
Teſtes ſingulares tametſi inſignes ſint, ac qualificatæ perſonæ; ſi tamen non fiant conteſtes nunquam excedunt vim unius teſtis. ibid. 17
Teſtes ſingulares quamvis plures ſint nunquam tamen omnes ad id perveniunt, ut plenam faciant probationem. 531. 19
Teſtes ſingulares ſingularitate obſtativa; ſeu quã in ſuis dictis ſibi invicem obſtant; non ſunt ſufficientes ad probandum pro aliqua pœna infligenda, quantumvis levi. 532. 22
Teſtes ſingulares ſingularitate diverſificativa, an ſufficiant ad pœnam infligendam ordinariâ leviorem. 532. 23
Teſtes ſingulares ſingularitate adminicùlativa, an ſufficiant pro pœna etiam laxiori infligenda. 532. 25
Teſtes ſingulares an ſufficiant; ut Judex poſſit ſaltem aliquando ax iuſta cauſâ ſecundùm ipſos ſententiam ferre. 532. 26
Teſtes duo idonei, qni ſint omni exceptione maiores requiruntur ordinariè ad probationem rei geſtæ; tam in profanis, quàm eccleſiaſticis; tam criminalibus, quàm civilibus. 533. 30
Teſtes tenentur jurare in judicio, non extra illud, alioquin depoſitio teſtium nullius eſſet valoris. 535. 3
Teſtes non ſolùm ſi laici ſint; ſed etiam Clerici; & Religioſi tenentur in judicio juramentum deponere de veritate dicenda. 535. 4
Teſtes non debent in ſcripto teſtimonium dare; ſed præſentes debent teſtificari in loco Iudicii viva voce de his, quæ noverunt, & viderunt. 536. 9
Teſtes ſe ſponte offerentes ad teſtificandum nil probant, & tanquam ſuſpecti excluduntur. 536. 10
Teſtes duo ſimul cum ipſo accuſatora regulariter jure gentium, & naturæ ſufficiunt ad teſtificandum, & ad moralem certitudinem. 538. 7
Teſtes duo quomodo dicantur ſufficere, ut aliquis condemnetur, & quid requitatur tunc in hiſce teſtibus. 538. 8
Teſtes varii, & vacillantes, qui dicantur. 539. 10
Teſtes quomodo à ſacra Inquiſitione ſuſcipiantur. ib. 13
Teſtea non debent à Judice adigi, ut quæ neſciunt, teſtificentur, ſed cum omni libertate permittendi ſunt veritatem dicere. 540. 14
Teſtes ſingulares, tuuc non plenè probant, quando plurea requiruntur teſtes. 541. 27
Teſtes ſingulares manentes in ſuâ ſingularitate non probant quidquam in genere. 543. 30
Teſtes ſingulares, quando agitur de re permanente plenè probant, dummodo res permanena non potuerit variari ratione temporia, loci, vel alterius circumſtantiæ, ſecundùm quam teſtes ſunt ſingulares. 544. 34
Teſtes ſingulares nec ratione multitudinis, vel integritatia poſſunt inducere plenam probationem, quia ſola multitudo non facit conteſtes. ib. 36
Teſtes ſingulares ſingularitate obſtativa, an probent ad infligendam pœnam ordinariâ leviorem. 545. 40
Teſtes ſingularea ſingularitate adminiculativa, qua ſcilicet dictum unius quamvis non ſit dictum alterius, ipſum taman adiuvat, ut ſi unus teſtificetur de facto, & alter de confeſſione facti, adhuc non ſufficiunt pro pœna etiam leviori ordinaria infligenda. Ib. 42
Teſtes ſingularea, an probent ſufficienter crimen hæreſis. ibid. 46
Teſtes ſingulares perinde ſa habent, ac ſi unus tantùm eſſet teſtis. 547. 49
Teſtes in tribunali S. inquiſitionis admittuntur contra ſortilegos, alióſque de hæreſi inquiſitos. ib. 60
Teſtes duo inhabiles non ſufficiunt in cauſis fidei, ad plenam probationem contra reum, & ad pœnam delicti ordinariam imponendam, ſed tantùm ad præſumptionem, & aliqualem probationem faciendam, vel indicium ad torturam, vel ad pœnam extraordinariam. 548. 62
Teſtes producti ex corpore univerſitatis in cauſa eiuſdem non ſunt omni exceptione maiores. 556. 86
Taſtes varii, & vacillantes, an probent in judicio. 557. 92
Teſtes vacillantes, ſi varia teſtificentur, ſintque ſibi contrarii, nil omnino probant. ibid. 93
Teſtes contrarii, quomodo ſint reconciliandi, & reconciliati aliquid probent? 558. 95
Teſtes contrarii in criminalibus non reducuntur ad concordiam ad effectum, ut probent contra Reum, ſed tantùm ad effactum avitandi periurium. 558. 97
Teſtes falſi, quomodo puniendi ſint. 558. 99
Teſtes in cauſa pia non eſt neceſſe, ut ſint rogati. 560. 104
Teſtes de jure canonico ſunt priùs monendi, ut ferant teſtimonium, & ſi nolint, non ſunt cogendi; ſpectato tamen jure civili, teſtes laici ordinariè compelluntur ad teſtificandum, non ſolùm in cauſis civilibus, ſed etiam criminalibus. 562. 2
Teſtes etiam laici in cauſis crimiualibus de jure canonico non coguntur teſtificari, ſi agatur de pœna publica, dantur tamen aliquot exceptionea. ib. 4. & ſeq.
Teſtes in cauſis civilibus ordinariè compelli poſſunt

Digitized by Google

poſſunt à Judice ad ferendum teſtimonium. 563. 6

Teſtes jure canonico ſolùm coguntur teſtificari, ſi id recuſent gratiâ, vel odio, vel etiam metu adverſarii, alioquin ſunt potiùs monendi, quàm cogendi ad veritatem aperiendam in judicio. 563. 7

Teſtes in cauſâ civili etiam matrimoniali, ſunt priùs monendi, & poſtea cogendi. 565. 1

Teſtes in cauſis matrimonialibus ſi moniti oolint veritatem aperire Judiei legitimè interroganti, ſunt ad id cogendi. ib. 2

Teſtes etiam privilegiati in cauſia civilibus cogi poſſunt ad teſtificandum. 566. 8

Teſtes laici in cauſa criminali, quâ agitur ad pœnam publicam, non ſunt cogendi ad teſtificandum 567. 10

Teſtes quando inquiritur de fama, vel vitio falſitatis ſunt cogendi. 568. 17

Teſti ſi opponatur crimen, ejus teſtificatio ſive in cauſa civili, ſive criminali nullum ſortitur valorem. 517. 12

Teſti ſibi contrario, an ſit fides adhibenda, & quomodo differat à vario, & vacillante. 539. 10

Teſtibus non permittitur aliquid accipere pro ipſo teſtimonio dicendo, ſed tantùm pro ſumpto neceſſario, ut ſe ſiſtant coram Judice, ſi hic diſtet per aliqoot milliaria, & teſtes debeant iter ſuſcipere, & morari extra propriam domum per dies aliquot. 512. 15

Teſtificatio nequit procedere immediatè niſi de rebus particularibus, & mediis iſtis de aliquo univerſali. 530. 11

Teſtificatio non poteſt immediatè procedere de ipſo delicto in genere, ſed tantùm de delictis, & furtis particularibus. 543. 32

Teſtificatio viri religioſi regularis facta coram Epiſcopo ſine licentia ſui Prælati, an valida ſit. 550. 69. & ſeq.

Teſtimonia clericorum vim maximam obtinent, quando clerici deponont de ſpectantibus ed eorum officiom, quia tunc eſt ipſis credendum ob praxin, & vitæ probitatem. 526. 18

Teſtimonium vivæ vocis Epiſcopi, vel alterius Judicis ordinarii, cui integra fides adhibetur efficacius eſt, quàm aliud. 494. 10

Teſtimooium perſonæ eccleſiaſticæ præferendum eſt teſtimonio laici. 526. 16

Teſtimonium adminiculetum unius non ſufficit ad torquendum Reum, ſi qui teſtificatur ſit fœmina, minor, infamis, criminoſus, perjurus, excommunicatus, vel teſtis aliàs inhabilis. 541. 18

Teſtimonium duorum ſociorum criminis tunc ſolùm ſufficit, quando concurrit etiam aliqua præſumptio, adminiculum, & indicium. ib. 19

Teſtimonium unius teſtis ſingularis non corroborat teſtimonium alterius, quod proinde remanet dubium, ſeu in eo ſtatu, quo antea. 542. 27

Teſtimonium ubi eſt neceſſarium, ſunt teſtes compellendi ad illud ferendum etiam per ſenteoriam ſuſpenſioois, excommunicationis, & depoſitionis. 566. 5

Teſtis rogatus ſuper infamia tenetur teſtificari, quòd infamatio ſit inter majorem partem communitatis loci, & quòd tale crimen audierit à majore parte. 187. 5

Teſtis unicus, ut ſufficiat ad ſemiplenè probandum debet eſſe omni exceptione major. 496. 16

Teſtis dicitur à teſtando, ſeu ſeotentiem exponendo, quatenus, quæ de re geſta ſentit, in judicio profert. 509. 1

Teſtis debet deponere viva voce, & ejus dicta debent expreſsè à Judice audiri. Excipiuntur tamen qui ex accidenti ſunt, Muti verò ſcribere debent animi ſui ſenſa. 511. 9

Teſtis, qui pro teſtimonio ferendo pecuniam accepit, eo eo ipſo cenſendus ſit falſarius, & poſſit puniri de crimine falſi. 512. 19

Teſtis, qui pro ferendo teſtimonio vero pecuniam accipit, ut pretium ſuæ teſtificationis, delinquit contra juſtitiam. ib. 20

Teſtis legitimè interrogatos an teneatur reſpondere, ſi ſe inhabilem cogooſcat, & ſciat teſtem debere idooeum eſſe. 514. 10

Teſtis inhabilis, quomodo ſit utilis pro juſtitia adminiſtranda, quando jus expreſsè ei noo contradicit. 515. 15

Teſtis in ſeptem caſibus repellitur à teſtimonio ferendo. 519. 23

Teſtis oemo cenſetur idoneus in propria cauſa. 525. 10. Id verò limitatur, niſi teſtis ante depoſitionem expreſsè proteſtetur cum juramento, nullum iotendere ex ſoa depoſitione velle emolumeotum reportare. 525. 11

Teſtis ſingularis eſt, qui ſolus deponit aliquid, ac teſtificatur de aliquo, adeò ut licèt plures ioterrogeotur, examinentur, & depooant, adhuc ſint teſtes ſingulares, ſi non concordent in eo, quod deponont. 529. 1

Teſtis ſingularis regulariter non ſufficit ad condemnandum Reum, eò quia non plenè probet. 533. 31

Teſtis ſi ſit omni exceptione major, & fide digniſſimus, & alter ſit ſuſpectus, an ex utroque aſſerente idem fiat plena probatio. 534. 32

Teſtis unus de viſu quamvis ſit omni exceptione major nonniſi ſemiplenam probationem facit. 534. 33

Teſtis in judicio non aliter auditur, niſi juramentum emiſerit, adeo ut teſti injurato fides non adhibeatur. 534. 1

Teſtis deponens in jodicio non ſufficit, ſi ſimpliciter affirmet, vel neget, ſed rurſus debet aperire Judici, unde hoc ſciat, alioquin non eſſet ei fides præſtanda. 537. 14

Teſtis ſi non habeat ſcientiam, ſed tantùm credulitatem articuli, ut etiam ſi deponat de ſolo auditu ab aliis, contra ipſom exeipitur. 537. 14

Teſtis habens aliquam probabilitatem quòd Iudex non legitimè interroget, an teneatur teſtificare contra Reum. ib. 1

Teſtis ſi legitimè, & juridicè interrogetur à Judice, tenetur reſpondere, ac veritatem manifeſtare poſito præcepto Judicis, id tamen limitatur in aliquibus caſibus. 539. 9

Teſtis, ſi dubitetur, an ſcienter, vel ignoranter falſum depoſuerit in cauſis criminalibus excluditur. 539. 12

Teſtis legitimè interrogatos, an poſſit non reſpondere, ſi ſciat ſe inhabilem eſſe. 541. 20

Teſtis inhabilis, quando ſufficit levis, & apparens probatio, non excluditur à teſtimonio ferendo. 542. 23

Teſtis

Teſtis dicitur inhabilis, eò quia non faciat totam illam probationem, quam facit teſtis idoneus. ibid. 27
Teſtis unicus an ſufficiat in foro externo pro ultimis voluntatibus ad cauſam piam, ut hæres teneatur ei credere. 549. 68
Teſtis in propria cauſa non poteſt quis eſſe. 550. 73
Teſtis non poteſt quis eſſe in negotio, quod ipſe cum alio gerit, & quod ſuum eſſe intelligitur. 554. 79
Teſtis vacillans dicitur varia loqui, quando variat in ſubſtantia negotii, ſin verò in eodem judicio ſtatim contraria deponit animo corrigendi ſuum dictum, fides tunc habetur ſecundæ depoſitioni. 557. 93
Teſtis, qui falſum deponit in judicio, qualem obligationem contrahat. 559. 100
Teſtis ſi deponat falſum ex ignorantia, vel oblivione non craſſa ob quam tamen Reus damnatur, an teneatur reſarcire damnum datum? ibid.
Teſtis vocatus, & juridicè interrogatus, ſi veritatem neget, vel occultet, quam in re gravi tenetur confiteri, peccat mortaliter contra charitatem debitam proximo, imò etiam contra juſtitiam. ib. 101
Teſtis in cauſa matrimonii, ut ei fides præſtetur, debet jurare, ſe certò ſcire adeſſe impedimentum. 565. 3
Teſtis ſi timore partis contrariæ ſe ſubtrahat à teſtimonio ferendo eſt priùs monendus, ut teſtimonium ferat, quòd ſi recuſet, tunc ſpectato jure canonico non debet cogi, niſi ex timore partis adverſæ ſe ſubtrahat. 566. 7
Teſtis ſynodalis, qui coram Ordinario depoſuit ſuper matrimonio, non eſt cogendus ſuper eo jurare coram delegato. 567. 14
Teſtis ſynodalis ob ſupervenientem infamiam excluditur à teſtimonio ferendo. 568. 15.
Teſtium receptio contra contumacem lite non conteſtata in cauſa matrimoniali nullius eſt valoris. 320. 15
Teſtium receptio facta abſente, & irrequiſita parte nullius eſt valoris. 514. 5
Teſtium nomina in cauſa hæreſis non exprimuntur, adeò ut teſtes in ſecreto examinentur. 514. 7
Theſaurarios S. Officii, fructus, redditus, ac proventus uniuscujuscunque inquiſitionis diligenter, ac fideliter conſervat, ac debet propterea eſſe vir probus, divitiis affluens, qui ſciat rationes conficere, & referre, ac fidejubeat de reſiduis perſolvendis, ſi id expedire conſultiùs viſum fuerit. 69. 7
Theſaurarius ſi ex pecunia fiſci emat aliquid ſuo nomine, res empta eſt quidem ſua, ſed fiſcus poteſt agere actione hypothecaria in bonis Theſaurarii. ibid. 8
Tiberius Cæſar in cauſa propria ſententiam tulit, juſſitque, ut hæreditas divideretur. 177. 30
Timor ſubornationis ceſſat in inſtrumentis, non ita in teſtibus, proinde poſt publicata teſtimonia non licet alios teſtes producere. 580. 4
Tituli ad præſcribendum tres aſſignantur ſufficientes, quorum primus eſt coloratus; ſecundus apparens, tertius præſumptus. 698. 2
Titulus probabiliter præſumptus, ſeu qui bona fide putetur validus, eſt juſtus, ac ſufficiens ad legitimè præſcribendum. 698. 1
Titulus coloratus eſt, qui bona fide putatur eſſe validus, tametſi revera talis non ſit. ibid. 2
Titulus alius eſt generalis, alius ſpecialis: ille eſt pro ſuo pro ſoluto, hic eſt donatio, emptio. ib. 3
Tortura ſub diverſo reſpectu pertinet ad merum imperium, & ſimplicem jurisdictionem, ſi enim adhibeatur in pœnam, eſt actus meri imperii, ſin verò in civili cauſa, ut ſi teſtis vacillet, pertinet ad ſimplicem juriſdictionem. 9. 9.
Tortura eſt introducta in ſubſidium ob defectum plenæ probationis, & non debet inferri Reo ad extorquendam delicti confeſſionem. 498. 20
Tranſcribere, an ſit opus ſervile, ſi fiat ex officio, quod exercent Notarii, Commiſſarii, & alii officiales curiæ ex officio, & pacta mercede. 348. 9
Tranſumptum eſt inſtrumentum authenticum, & originale, quod ex protocollo ſumitur, & debita forma cum requiſitis ſolemnitatibus conficitur, adeo ut quæ in protocollo ſummariè comprehendebantur in tranſumpto plene, ac fuse exhibeantur. 573. 6
Tranſumptum, ſeu copia inſtrumenti regulariter non habet vim probandi in judicio ſine exemplari originali. 576. 2
Tribunal ſacræ inquiſitionis magis ad pietatem, & miſericordiam propendet. 64. 22
Tribunal Vicarii Generalis eſt prorſus unum, ac idem cum tribunali Epiſcopi. 795. 56
Tributa, quæ non in recognitionem ſupremæ poteſtatis ſolvuntur Principi, ſed in ſubſidium ob publicam aliquam neceſſitatem, ſunt præſcriptioni obnoxia. 689. 6
Typographia, an licitè poſſit die feſto exerceri, & tria diſtinguuntur in librorum impreſſionibus. 353. 21

V.

Vagi quinam dicantur, & apud quem Judicem conveniendi ſint. 225. 7
Vana obſervantia per quid differat à divinatione. 158. 1
Vana obſervantia, ſi contineat pactum expreſſum cum dæmone, eſt ſemper peccatum graviſſimum. 159. 2. & ſeq.
Vanæ obſervationes dicuntur, quæ adhibentur ad aliquem effectum, ad quem nec à Deo, nec à natura vim ullam habent, vel etiam quando ex conſideratione alicujus eventus fortuiti quis conjicit aliquid proſperi, vel adverſi, & inde ſuas moderatur actiones. 158. 1
Vaſallus conveniendus eſt coram Domino feudi, quia huic competit ordinaria juriſdictio ſibi à lege conceſſa: verùm ad id requiritur, ut controverſia ſit ſuper feudo, ſeu jure feudali, & ex legibus feudorum ſit lis decidenda, & ut uterque litigantium ſit Vaſallus ejuſdem Domini: quia ſi non Vaſallus cum Vaſallo contendat, recurri debet ad ordinarium Judicem. 202. 20
Vaſallus ſi ſit Clericus, & litem habeat cum extraneo non Vaſallo, tunc lis, ſi ſit ſuper cauſa feudi, deciditur ab Ordinario Rei conventi. 261. 46
Venari etiam quæſtûs cauſâ, an ſit prohibitum die feſto? 351. 9

Vene-

Veneficæ mulieres habentur ſuſpectæ de hæreſi. 538.4
Verba determinata non requiruntur ad juramentum, ſed ſufficit, ſi quis Deum adducat in teſtem, per quæcunque verba, dummodo adſit intentio jurandi. 612.6
Verba Bullæ Pontificiæ debent accipi in terminis habilibus, & reduci ad id, quod eſt juſtum, & honeſtum. 790.30
Verba illa *capere*, & *detinere*, quæ ponuntur in canone Bullæ cœnæ, quid propriè ſignificent. 811.16
Veritas non eſt occultanda, & quando ad ejus notitiam non poteſt aliter deveniri niſi per coactionem teſtium, debent iſti compelli. 564.11
Veritas requiſita ad juramentum in hoc conſiſtit, quòd jurans non levi, ſed probabili conjectura, ac prudenter arbitretur, verum eſſe quòd juramento confirmat. 613.7
Veritas in juramento promiſſorio duplex eſt, una præſens, quâ jurans habet animum verè jurandi, quando jurat, & altera futura, quâ habet animum exequendi, quod jurat. 645.97
Vicarii foranei Inquiſitorum ſubinde eliguntur à ſummo Pontifice, qui ſicut conſtituit Inquiſitores gerentes ſuas vices in cognoſcendis cauſis ad fidem pertinentibus, ita poteſt iiſdem Inquiſitoribus ſubſtituere Vicarios, qui tunc ſunt delegati à ſede Apoſtolica, & habent eandem authoritatem, & prærogativas cum delegato. 59.2
Vicarii Inquiſitoris electi à ſede Apoſtolica quomodo differant ab electis ab Inquiſitore. ib. 3
Vicarii Inquiſitorum nequeunt facultatem ſibi conceſſam ab Inquiſitoribus aliis ſubdelegare in totum, vel in partem. 60.7
Vicarii Inquiſitorum hodie eliguntur à ſacra congregatione ſupremæ inquiſitionis, & præcedunt Vicarios generales Epiſcoporum. 60.8
Vicarii Inquiſitorum non eximuntur ab illis obſervantiis, quæ officio S. inquiſitionis non ſunt impedimento. ibid. 9
Vicarius Epiſcopi in cauſis ſpectantibus ad tribunal S. officii ſubjicitur juriſdictioni Inquiſitoris. 45.15
Vicarius urbis ex diſpoſitione Pauli III. punit Hebræos Romæ delinquentes, neque juriſdictioni Vicarii derogatur per conſtitutionem Pauli V. 472.11
Vicinus quomodo præſumatur ſcire, quæ in viciniis acta ſunt. 605.39
Vinculum juramenti, quod oritur à jure divino licèt à Prælatis Eccleſiæ non tollatur, per ſubtractionem tamen materiæ declaratur non obligare ad id, quod cadebat ſub tali juramento. 625.6
Virginitas quomodo probanda ſit. 487.8. & ſeq. & an ad ejus probationem requiratur ſeptenarius numerus matronarum. 488.15
Virtus ſupernaturalis non eſt tribuenda rebus naturalibus niſi expreſsè ex ſacra ſcriptura, vel authoritate Eccleſiæ, vel ex maxima operantis ſanctitate arguatur talem effectum eſſe ab eo. 162.22
Virtutes in gradu heroico, & perfecto, quæ dicantur, & quomodo probentur in ordine ad canonizandum aliquem ſanctum. 126.25
Viſitatio fuit inſtituta, ut fieret à Prælato animarum ob publicam utilitatem ad pravos mores in populo corrigendos, & ad bonos conſervandos. 705.10
Voluntarium directum, & indirectum conſtituit diverſitatem ſpecificam in hæreſi, non verò in aliis peccatis. 77.26
Voluntas delinquendi ordinariè non punitur, niſi effectus ponatur. 595.11
Voto Judicis recuſati, ſi accedat votum unius Decurionis ſtandum eſt ſententiæ Judicis. 679.48
Votum publicum emiſſum à Principe, & populo ſimul ſine conſenſo Prælati eccleſiaſtici celebrandi feſtum alicujus ſancti ob ſuſceptum aliquod beneficium non obligat ex vi ſtatuti, ſed tantùm ex vi promiſſionis. 344.7
Uſucapio non ſolùm in foro externo, ſed etiam in interno conſcientiæ locum habet, adeout qui præſcripſit nec in foro conſcientiæ teneatur reſtituere. 686.7
Uſufructuarius, Emphyteuta, & Vaſallus non habent dominium directum, ſeu rei proprietatem, ſed tantùm dominium utile. 375.10
Uſus temporis immemorialis habet vim conceſſionis ſaltem ſi adſit ſcientia, & patientia Papæ, quæ in præſcriptione jurium incorporalium neceſſariò requiritur. 700.12
Vulnus lethale inflictum alicui inſpici debet per Medicos, & Chyrurgos peritos. 474.3
Uxor, an teneatur denuntiare maritum idololatram, aut hæreticum. 92.15
Uxores Clericorum, an ratione matrimonii ſortiantur forum viri, & quid dicendum de uxoribus Equitum D. Jacobi Alcantaræ, & Calatravæ. 238.6. & ſeq.

F I N I S.

AnT 13JG123

Digitized by Google